Digitized by Google

D. GABRIELIS
A COSTA
DOCT. THEOLOGI,
IN CONIMBRICENSI
ACADEMIA OLIM PRIMARII
SACRARVM LITERARVM
INTERPRETIS EMERITI,

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

Cornelio Francesco

Commentaria quinque in totidem libros veteris Teſtamenti:

I. *In Cap. 49. Geneſ. de Benedictionibus duodecim Patriarcharum.*
II. *In Librum Ruth.*
III. *In Threnos Ieremiæ Prophetæ.*
IV. *In Ionam Prophetam.*
V. *In Malachiam omnium Prophetarum nouiſſimum.*

Indice triplici decorata; primo, Tractatuum & Paragraphorum; ſecundo, Locorum ſacræ Scripturæ; poſteriori denique Rerum & Verborum copioſiſſimo.



LVGDVNI,
Sumpt. Hæred. Gabr. Boiſſat, & Laurentij Aniſſon.
M. DC. XLI.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

Santa Maria de Scala

Digitized by Google

Nobiliſſimo ac Perilluſtri Domino D.

EDMVNDO DE FAVLQVIER VITREY, DECANO ET COMITI ECCLESIÆ LVGDVNENSIS, OFFICIALI PRIMATIALI, ET VICARIO Generali, in Spiritualibus & Temporalibus Eminentiſſimi & Reuerendiſſimi Domini D. ALPHONSI-LVDOVICI DVPLESSIS DE RICHELIEV, tituli Sanctiſſ. Trinitatis, S. R. E. Preſbyteri Cardinalis, Archiepiſcopi, & Comitis Lugdunenſis, Galliarum Primatis, Magni Franciæ Eleemoſynarij.

LAVRENTIVS ANISSON

S S.

R*ECENS vegetúmque patrocinium vetus hoc Teſtamentum adoptat (*COMES ILLVSTRISSIME*) quod cùm ſua vetuſtate non fatiſcat ſed perennet æternitati, Te patronum immortalem deſiderat: nec audet recens in lucem editum miſcere recuſam iuuentuti vetuſtatem, niſi corrogatis virtutum tuarum ornamentis obductas læuiget rugas, ipsáque vetuſtas venuſtis illis ſine fuco pigmentis refecta nuſquam veteratoria ſed blanda præſtigiatrix oculos pelliciat intuentes. Vt verò non minus curatores quàm hæredes poſtulat hoc Teſtamentum, cuius præcipuum encomium eſt, quòd transcribatur ad ſecundum, ſine quo veterno ſuo priore marceſceret, umbra ſine luce, radius abſque ſole, corpus abſque palæſtra; tuam flagitat clientelam, vt (cùm principe ſecundi Teſtamenti prærogatiua potiare) ſua quæ multis fouit pollicitationibus antiquitatis decora, hæreditatis opimæ voces in partem. Moſaïcum producit imperium, ſed quòd plebem in deſtinatæ terræ limite deſtituit, Te tuis nunquam virtutibus moriturum, in adumbrata priſcis illis patribus terra, in promiſſa felicitatis ſede, in Eccleſia Chriſti Paſtorem vigilantiſſimum, Moſem benigniſſimum virorum adſciſcit. Commendatum Aaronem tua corona glorioſiùs inſignit, tuiſque repetitis quot diebus ſacrificiis auctorat integerrimæ pietati. Non habuit itaque me diutius ſollicitum cogitatio, cui pri-*

mùm conſignatas æterni Numinis promiſſiones addicerem, intelligebam me nihil gratius huius operis Auctori facere poſſe, quàm vt lucem noui Teſtamenti (Te ipſum inquam) proferrem, cùm ipſe nobis vmbram ederet : Nec enim vmbra tenuis intermoriens defectus lucis vſquam appareat, vt ſemel lux primæua defecerit. *Hoc vnum vereor vt peccauerim, quod prima totius operis inſcriptione Lectorem ludam, Auctori fucum faciam; ſimul enim inſcriptum tuum nomen perlegerint qui te nouerint; ſelectas in vtrunque, non in primum modò Teſtamentum lucubrationes nuncupabunt: cùm tua ipſe vita tuiſque præclarè factis, poſterioris huius hæreditatis opes omnes, pietatem, integritatem, promiſſæ copioſioris gratiæ vigorem, transfuſum in nos ſolem non ignem adſcititium, cælum non nubem, Chriſtum verúmque Numen repræſentes, in cuius obſequiis haud minùs quàm Patriarchæ; in populo tuendo non ſegniùs Moyſe; in cultu ſacriſque procurandis non minùs ſedulus Aarone, noctes ac dies adlaborans placidiſſimè conquieſcas.*

A D

AD LECTOREM.

INSIGNE illud Diui Petri Collegium in præclara Conimbricenſi Academia fundatum, ad eam reciderat paucitatem, vt vnum atque alterum collegam, nec plures enumeraret. Vt verò Collegium ipſum numero priſtino, ac decore refloreret; præcepit Philippus Prudens Archiduci Alberto, tunc temporis Portugalliæ Gubernatori, vt negotio, & oculos adiiceret, & remedium. Princeps igitur Albertus ad id adhibuit Dominum Nonium à Norogna Academiæ Rectorem, & poſtea clariſſimum Epiſcopum, & fratrem Ludouicum à Sotto majorem, ſacrarum literarum primarium profeſſorem: his datum eſt, vt ex tota Academia nouem viros ſeligerent, in vacuas Collegij ſedes, ex merito ſubrogandos. Hos inter, veluti primipilus electus eſt Gabriel à Coſta, ſpectatiſſimus Theologus, cui & vitæ probitas, & morum granitas, ſtudij aſſiduitas, & ingenij facilitas, præcellentiam aſſignabant. Valuit id, vt concepta iam de Gabriele opinio, in dies maiora ſuſciperet incrementa, iſque toto Regno magnus (vt erat quidem) haberetur; ac igitur ex Academiæ poſtulatis, & regio mandato, noua fuit Cathedra, explicandis ſacris literis, erigenda, qua interim (dum vacaret prima) donaretur Gabriel, vt quæ aſſiduo labore, & magno ingenio didicerat, cum pari emolumento edoceret. In hac ita ſe publico probauit aſſenſui, vt, cum Sottomajorem iam emeritum, ſenilis valetudo, & curæ cæleſtes, à docendo auocarent, in principem illam Cathedram ſit euectus; nam primò in celeberrimo concurſu, communi ſuffragio, & applauſu, tota Academia, eum ſubſtitutum elegit, & poſtmodum Rex Catholicus, verum in verè primarium confirmauit. Hoc in munere per viginti ipſos annos admirabili ſplendore doctrinæ ſuæ radios effudit, ac ipſas literas illuſtrauit: quæ ob merita illi Academia magiſtralem canonicatum Conimbricenſem primò adſcripſit, & poſtea iam emerito, Vlyſiponenſem attribuit.

Vlyſipone dum ageret, ac elaboratas lucubrationes ſuas meditaretur in lucem dare, mors illum, matura meritis, immatura orſis, anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo decimoſexto, terris eripuit, inſeruit ſuperis. Ne verò temporum obliuio, viri clariſſimi memoriam obſcurare vellet, aut poſſet, Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Præſul Dominus D. Franciſcus à Caſtro, à Conſiliis Status Catholicæ Maieſtatis, & Generalis fidei Quæſitor in Portugalliæ Regnis, ſui eſſe duxit, ſcripta tanti viri à vetuſtate vendicata, communi voto do-

narij; vt qui in magna laude reponit, & publicæ vtilitati conſulere, & amantiſſimo Magiſtro ſe reddere honorificum. Erit opus bipartitum. In prima parte dabuntur, quæ ad vetus ſpectant Teſtamentum; in altera, quæ ad nouum. In vtraque agit Autor expoſitorem pariter & commentatorem, ſed vtrunque egregiè; neque enim expoſitio ſterilitate, & ieiunio areſcit, neque multa nimis commentatio in faſtidium excurrit: ſed fluenti, & verè Latina oratione præcipuos ſacræ literæ ſenſus, & figurarum myſteria proſequitur; Moralem doctrinam magis, ne videatur deeſſe, perſtringens: ita tamen, vt expoſitio literæ, & myſteriorum enodatio, eruditione & doctrina ſint plenæ; quas planè, oracula Patrum, Authorum placita, Rabbinorum lectiones, linguæ ſanctæ peritia, necnon & prophanæ voces, diſtinguunt, ornant, fundant, non farciunt: ex quo fit lectio facilis, & iucunda, expoſitionem amantibus; verbi autem ſacri concionatoribus, non vulgaris: ſic enim de Gabriele noſtro ſemper exiſtimatum fuit, magis eſſe, quod lateret in ſententia, quàm quod poſſet communi iudicio comprehendi. Ex quibus coniicietur facilè quantus Author: ſi quid verò deerit, aut fuerit elimandum (vt ſæpiùs contigit in humanis) non ſuggilletur idem; nam ſibi veniam abundè elicit opus poſthumum.

APPROBATIO

APPROBATIO REVERENDISS. P. FR. Joannis de Vaſconcellos, Catholicæ Majeſtatis, ac Supremæ Sanctæ Inquiſitionis conſiliary Regiique concionatoris.

DE mandato Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. D. Epiſcopi, D. Franciſci à Caſtro, Supremi in rebus fidei Inquiſitoris, accuratiſſimè legi, & cenſoris euolui ſtudio, hos Commentarios in cap. 49. Geneſis, in librum Ruth, in Threnos Hieremiæ prophetæ, in Ionam, & Malachiam: quos olim magnus Theologus, inſigniſque ſacrarum litterarum primarius interpres, Doctor GABRIEL A COSTA, Conimbricæ communi Academiæ plauſu, & acclamatione, dictauit. Et quamuis extremam ſui Authoris limam, politiorúmque manum non ſubierint: nihil tamen in eis limandum reperi, nihil quod Chriſtianis moribus, aut fidei decretis, repugnet; imò omnia pulchra, omnia concinna, omnia pereleganti ſtylo, admirabilique Patrum eruditione ſplendida. Typis igitur, & oculis omnium, ita dignos cenſeo; vt etiam graturer ſoli, à quo phœnix hic, quem adhuc noſter Orbis ſibi ſublatum doler, flammam concipit: qua noſtris, qua toti orbi, qua immortalitati, æternum viuat, Olyſipone in Conuentu Benficano Ordinis Prædicatorum 16. Februarij 1634.

Fr. IOANNES DE VASCONCELLOS.

APPROBATIO ILLVSTRISSIMI AC Reuerendiſſ. D. D. Ioannis à Sylua, Capellani Maioris in Portugalliæ Regnis, ac Regis, Supremique Sanctæ Inquiſitionis Senatus à conſilijs.

ILluſtriſſimus & Reuerendiſſimus D. Epiſcopus D. Franciſcus de Caſtro, Fidei Quæſitor Maximus, & Catholicæ Maieſtatis à conſiliis ſtatus, mihi recognoſcendos commiſit hos Commentarios in cap. 49. Geneſeos, in librum Ruth, in Threnos prophetæ Hieremiæ, in Ionam, & Malachiam, inſignis Doctoris GABRIELIS A COSTA, Magiſtri mei amantiſſimi, diuinorum librorum apud Conimbricenſes Primatij interpretis, & noſtri ſancti inclyti Collegij, ſingularis ornamenti: quos dum, communi excipientium acclamatione, dictaret, auidiſſimè hauſi, ſtudioſiſſimè euolui, auariſſimè aſſeruaui, in meiſque concionibus ſæpiſſime propalaui: Et licet ſapientiſſimi peræque, ac religioſiſſimi Magiſtri, Fratris Ioannis de Vaſconcellos, Regij concionatoris & conſiliarij, ac mei in ſupremo ſanctæ Inquiſitionis Senatu, in præfatóque Sancti Petri Collegio, dum in ſæculo viueret, collegæ, iudicio, cumulatiſſimè probati, & commendati ſint: id mihi tamen quaſi iure debebatur, vt tanti Magiſtri, quem adeo viuentem colui, poſthumis etiam, qua poſſem, fœtibus inſeruirem. Non enim decuit amorem cum tanto amico emortuo tumulare; præſertim, cum is extiterim diſcipulus, quem ille, dum fæliciter obiret, omnium lucubrationum ſuarum, in ſacram Scripturam, ſanctos Patres, prophanóſque Auctores, ſcripſit hæredem. Igitur hos Commentarios mira eruditione conditos, ſanctorum Patrum ſententiis pleniſſimè refertos, ſacrarum Scripturarum arcanis mirificè cumulatos, in commune Reipublicæ litterariæ emolumentum, & ſtudioſorum delitium, non excudendos plane, ſed ære potius incidendos, & & immortalitati cenſeo conſecrandos. Olyſip. 16. Februar. ann. 1634.

D. IOANNES A SYLVA.

Series Tractatuum

3. Rabbinorum ſecunda ſententia, ſeu modus ſoluendi. p.44.
4. Tertia ſententia cuiuſdam recentioris. p. 44.
5. Reſolutio difficultatis. p.45.

Tractatus VIII.

Explicatur locus Hierem. in cap.22. & Lucæ in cap. 1. Qui aduerſari videntur iis quæ dicta ſunt in præcedenti Tractatu.

Paragraphi.

1. Proponuntur duæ difficultates in contrarium. p.47.
2. Prima difficultas agitatur & ſoluitur. p.47.
3. Secunda difficultas de regno Chriſti temporali exponitur. p.48.

Tractatus IX.

De eo qui mittendus erat, *ſiue*, De Meſſia Domino. p.49.

Tractatus X.

De ſpe, *ſiue*, De eo qui expectatio gentium vocatus eſt. p.50.

Paragraphi.

1. Non eſſet homini ſpes de Deo, niſi Deus fieret homo. p.50. & 51.
2. De vocatione gentium ad fidem per Chriſtum. p.42.

Tractatus XI.

De vbertate ſortis Iudæ, *ſiue*, De vinea Domini. p.54.

Paragraphi.

1. Proponuntur duæ expoſitiones literales de abondantia terræ ſanctæ. p.54.
2. Præfertur expoſitio de vinea Domini. p.54.
3. Eiuſdem vineæ, ſeu Eccleſiæ fructus vberrimi monſtrantur. p.56.
4. De lotione Eccleſiæ in ſanguine Chriſti. pag.57.

Tractatus XII.

De eo quod dictum eſt à Iacob, *Pulchriores ſunt oculi eius vino*, ſiue, *De diuina ebrietate*. p.58.

Paragraphi.

1. De pulchritudine externa Chriſti Domini. pag.58.
2. Quàm aptè per vinum, Chriſti decor & maieſtas externa deſcribitur. p.59.

Tractatus XIII.

De verbis illis, *& dentes eius lacte candidiores*, ſiue, *De gratia loquendi Chriſti, vel de doctrina*. pag.6.

Paragraphi.

1. Sermo Chriſti admodum efficaciſſimus. p.60.
2. Cur in tanta verbi potentia Chriſtus omnes non permouerit ad ſui ſequelam. p.61.
3. Sermo Chriſti Domini ſimplex, ac ſine vllo artis lenocinio. p.62.
4. Chriſtianæ & ſacræ eloquentiæ partes. p.63.

Tractatus XIV.

Expoſitio literæ. p.64.

Paragraphi.

1. De laudibus & veneratione ſuorum erga Iudam, ſeu potiùs Chriſtum. p.65.
2. De robore Iudæ & prudentia. p.66.
3. De continuatione principatus Iudæ vſque ad tempora Chriſti Domini. p.66.
4. De ſtabili regno Iudæ propter terræ vbertatem. p.68.
5. Eandem vbertatem materialem proſequitur Patriarcha, ſeu potiùs myſticam. p.69.

Tractatus XV.

Zabulon, *ſiue*, De moribus maritimis.

Paragraphus vnicus.

Quantum noceat aut proſit habitationis locus bonis moribus. p.69.

Tractatus XVI.

Nec loco, nec ſideribus tribuenda eſt malitia, ſed nobis. p.70.

Tractatus XVII.

Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in Zabulone. p.71.

Paragraphi.

1. De Verbi æterni exitu in terram Nazareth. pag.72.
2. De expeditione Apoſtolorum per orbem è terra Zabulon. p.72.
3. In Zabulone primò non hominibus habitauit Deus in carne. p.73.
4. Naſcentis Eccleſiæ Oriens Zabulon. p.73.
5. Breuis expoſitio literæ. p.73.

Tractatus XVIII.

Iſſachar, *ſiue*, De miſera agricultura.

Paragraphi.

1. Fuerintne in Iſſachar ſapientes. p.74.
2. De fælici agricultura. p.74.
3. De miſera poſt peccatum agricolendi neceſſitate. p.75.

Tractatus XIX.

De verbis Iacob, *& factus eſt tributis ſeruiens*, ſiue, *De miſera ſeruitute tributorum*.

Paragraphi.

1. Peccati fructus, eſt tributorum ſeruitus. p.76.
2. De peccatis Principum in tributorum impoſitione. p.76.

Tractatus XX.

De verbis illis, *vidit requiem quòd eſſet bona*, ſiue, *De parta laboribus quiete*. p.77.

Tractatus XXI.

Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in Iſſachar. p.78.

Tractatus XXII.

Expoſitio literæ. p. 79

Paragraphi.

1. Prima literæ ſententia explanatur. p.79.
2. Secunda pars literæ exponitur. ibid.
3. Tertia & vltima pars literæ diſſeritur. p.80.

Tractatus XXIII.

De Dan, *ſiue*, De nobilitate materna.

Paragraphi.

1. Quantum obſit ignobilitas matris ingenuæ proli. p.80.
2. Fuerintne liberæ Bala & Zelpha. p.81.

Tractatus XXIV.

De ænigmate, *ſiue*, De vero ſignificatu vaticinij Dan. p.81.

Paragraphi.

1. Sitne oriundus Antichriſtus ex Dan. p.82.
2. Secundum in hac prophetia ſignificatum, Sanſon. p.83.
3. *Ad mores:* Dominante rationis imperio profligantur prauæ appetitiones. p.83.

Tractatus XXV.

Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in Dan filio Iacob. p.85.

Paragraphi.

1. Sanſon Nazaræus à natiuitate, ſicut & Chriſtus Dominus. p.85.

2. Figura

2. Figura Chriſti in cruce ſuſpenſi, Dan coluber in via.p.85.
3. Occumbit Sanſon amore meretricis captus, & Chriſtus deperiit fœdatam in Adamo naturam,cuius ob amorem vitam profudit. pag.86.
4. Moritur Sanſon proprio tectus triumpho in figuram gloriæ ſepulchri Chriſti.p.87.

Tractatus XXVI.

Expoſitio literæ.p.87.

Paragraphi.

1. De ſignificatione nominis Dan.p.88.
2. De magnitudine & fortitudine Sanſonis. pag.88.
3. Deſideria Patriarchæ Iacob erga Chriſtum naſciturum.p.89.

Tractatus XXVII.

Gag,*ſiue*, De vero milite, ſeu de officio præſtando.p.90.

Paragraphus vnicus.

Neque militiam, neque officium præſtabit qui non reliquerit omnia.p.90.

Tractatus XXVIII.

Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in Gag.p.92.

Paragraphi.

1. Præcinxit Diuinitatem Verbum in carne aſſumpta.p.92.
2. Primò ſe exhibeat videnda lex Chriſti,deinde Hebræorum, deinque ex vtroque populo vnus fiet.p.93.
3. Gad pro aliis pugnans Chriſtum præfigurat. pag.94.

Tractatus XXIX.

Expoſitio literæ.p.95.

Tractatus XXX.

Aſer,*ſiue*, De vera ſignificatione panis in ſacra Scriptura.p.95.

Tractatus XXXI.

Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in Aſer.p.96.

Paragraphi.

1. De Eucharistico pane,prima conuenientia ad Aſer. p.96.
2. De pinguedine Euchariſtiæ factæ, ſecunda conuenientia.p.97.
3. De ſuauitate Euchariſtiæ,tertia conuenientia. pag.98.

Tractatus XXXII.

Expoſitio literæ.p.100.

Tractatus XXXIII.

De Nephthalim,*ſiue*,de vera eius ſignificatione. pag.100.

Paragraphi.

1. De inſigni victoria Barac.p.100.
2. De citiſſima vbertate fortis Nephthali. pagina 101.
3. De allegoria huius prophetiæ ad Chriſtum. pag.102.
4. Altera allegoria ex vernantibus martyrum coronis.p.103.
5. Expoſitio literæ.p.ead.

Tractatus XXXIV.

Decimum vaticinium.

Paragraphus vnicus.

De amore Iacob erga filium Ioſeph.p.104.

Tractatus XXXV.

Filius accreſcens Ioſeph,*ſiue*, De inuidia. pagina 105.

Tractatus XXXVI.

De verbis illis, *Decorus aſpectu*, ſiue,*De pulchritudine interdum pernicioſa*.p.106.

Paragraphi.

1. Appetitur Ioſeph iaculis impudicitiæ. pagina 106.
2. Appetitur Ioſeph inuidiæ morſibus & ſagittis.pag.108.

Tractatus XXXVII.

De illis verbis,*Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuum illis*, ſiue,*De conſtantia ſanctorum*.p.108.

Tractatus XXXVIII.

De verbis illis,*Omnipotens benedicet tibi benedictionibus vberum & vuluæ*: ſiue,*De fœcunditate prolis ,vel de obſequio filiorum in parentes*, pagina 109.

Tractatus XXXIX.

De vera ſignificatione horum verborum,*Donec veniret deſiderium collium æternorum*.p.112.

Tractatus XL.

Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in Ioſeph.p.114.

Paragraphi.

1. Ioſeph accreſcens primò Chriſti figurat incrementum.p.114.
2. Ioſeph in pulchritudine ad viuum exprimit Chriſtum.p.115.
3. Mirabilis figura Crucifixi, Ioſeph in carcere. pag.115.

Tractatus XLI.

Benjamin lupus rapax, manè comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia ; *ſiue*, De D. Paulo.pag.115.

Paragraphi.

1. De ſignificatione nominis *Benjamin*. pagina 115.
2. Prima felicitas Benjamin, quòd in eo fuit templum.p.116.
3. Secunda felicitas quòd Benjamin habuit Duces ſtrenuiſſimos.p.116.
4. Vltima felicitas quòd filium habuit Paulum Apoſtolum.p.117.

DE SEPVLTVRA defuncti Patriarchæ Iacob. p.118.

Tractatus I.

De verbis illis Iacob,*Sepelite me cum patribus meis*,ſiue,*De cura ſepulchri*.p.118.

Paragraphi.

1. Si deſint funeri neceſſaria,non magni faciendum.p.118.
2. Non abiicienda ſunt cadauera maximè piorum.p.119.
3. Qualiter ſepulturæ traditus Iacob.p.120.

Tractatus II.

De verbis illis,*in ſpelunca duplici,quæ eſt in agro Ephron*,ſiue,*De loco accommodato ad ſepulturam*.

Paragraphi.

1. Cur ſepeliri voluerit Iacob in Hebron ? pagina 121.

2. Cur

2. Cur non mandauerit Iacob ſuum corpus condi in monte Caluariæ? p.122.
3. Duæ aliæ rationes & congruentiæ huius rei. pag.122.
4. Quare in auito ſepulchro Iacob ſe iuſſerit ſepeliri.p.128.

Tractatus III.

De verbis illis, *præcepitque ſeruis medicis, vt aromatibus condirent patrem*; ſiue, *De cadaueribus defunctorum curandis.*

Paragraphus vnicus.

De variis cæremoniis veterum in curandis funeribus.p.124.

Tractatus IV.

De verbis illis, *fleuitque illum Ægyptus ſeptuaginta diebus*; ſiue, *De exequiis*.p.126.

Paragraphi.

1. Non dedecent viros fortes cadentes moderatè lachrymæ in ſuorum funeribus.p.126.
2. De planctu in funeribus procurato.p.128.
3. De veſte lugubri in funeribus.p.129.
4. De exequiis Iacob in Hebron.p.ead.

SERIES
TRACTATVVM ET PARAGRAPHORVM SVPER COMMENTARIIS in Librum Ruth.

TRACTATVS I.

Seu, Præfatio operis.

De libri titulo. pag.131.
De authore libri & dignitate.p.132.
De loco libri huius inter ſacros.p.132.
De vtilitate neceſſitatéque huius libri.p.133.

CAPVT PRIMVM LIBRI RVTH.

IN diebus vnius Iudicis, quando iudices præerant, facta eſt fames in terra, &c.

Tractatus II.

De verbis illis, *In diebus vnius iudicis, quando iudices præerant*; ſiue, *De politia, vel magiſtratibus Hebræorum*, pag. 134.

Paragraphi.

1. Eloquij diuini maieſtas expenditur.p.134.
2. Aperitur origo politiæ Hebræorum.p.134.
3. Quænam ſit differentia inter Iudices ac Duces Hebræorum.p.136.
4. Sub quo iudice contigerit hæc hiſtoria. pagina 137.

Tractatus III.

De verbis illis, *Facta eſt fames in terra.*

Paragraphi.

1. Quantum malum ſit fames, & quantum terræ preſſerat.p.138.
2. Quæ fuerit cauſa huius mali.p.139.

Tractatus IV.

De verbis illis: *Abiitque homo ille de Bethlehem Iuda*, &c. Siue, *De amplificanda fame, vel, de diuina prouidentia in Sanctos.*

Paragraphi.

1. Amplificatur malum iſtud ex nobilitate Elimelech, vbi de vera nobilitate.p.139.
2. Amplificatur famis neceſſitas ex vbertate terræ Bethlehem, & nobilitate.p.140.
3. Tertiò amplificatur infortunium ex neceſſitate peregrinandi, vbi de peregrinatione multa vtiliter.p.141.
4. Quartò, nulla maior neceſſitas, quàm quæ cogit ad hoſtem ire turpem, & immiſericordem.p.142.
5. Quintò, vis mali apparet quando totam cum viro domum migrare cogit. In quo vxoris erga virum obedientia, & viri in familiam cura notatur.p.143.
6. Oſtenditur, fuiſſe Elimelech eundem de quo 1.Paralipomenon. 4.22. vbi multa eruditiſſimè.p.144.
7. Qualiter hi propter auitam perfidiam filiorum Sela, perdiderint eſſe maiores Chriſti. pag.145.
8. Hos ſic Deus peregrinos eſſe fecit, vt hoſpitium & gratiam inter barbaros inuenirent. p.146.
9. Genus ſupplicij eſt in alieno ſolo ſepulturam accipere.p.148.

Tractatus V.

De verbis illis, *Remanſitque ipſa cum filijs qui acceperunt vxores Moabitidas.* Siue, *De matrimonio contracto inter religione diſpares.*

Paragraphi.

1. Fueritne matrimonium hoc licitum, & validum.p.148.
2. Reſolutio quæſtionis ſuprà poſitæ.ibid.
3. Infortunium nunquam ſine comite.p.149.

Tractatus VI.

De analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in hac peregrinatione.p.150.

Paragraphi.

1. In litera ſacri textus tanquam in argento ſemper includitur aurum myſticæ ſignificationis.p.150.
2. Myſterium latens de Chriſti incarnatione, regno crucis, & morte aperitur p.151.
3. In Noëmi, & duobus liberis, Eccleſiæ Chriſti primordia myſticè adumbrantur. Vbi de Virgine Matre & de Apoſtolis plura. pagina 154.

Tractatus VII.

De verbis illis: *Et ſurrexit, vt in patriam pergeret cum vtraque nuru ſua de regione Moabitide; audierat enim*, &c. Siue, *De amore patriæ vel potius religionis.*

Paragraphi.

1. Quid ſignificet verbum, *ſurgere*, & *reſpicere*, in præſenti.p.158.
2. Quid ſignificet in præſenti verbum *reſpicere*. p.159.
3. Deſiderium patriæ & religionis viduam Noëmi ad ſua redire compulit.p.159.
4. Occaſione petita ex deſiderio Noëmi erga patriam & religionem, peregrinationes ad loca ſancta commendantur.p.160.

Tractatus VIII.

Egreſſáque eſt Noëmi de loco peregrinationis ſuæ cum vtraque nuru ſua, & iam in via reuertendi

reuertendi poſita in terram Iudæ. *Siue*, De tempore, quo maximè ſolet anima hominum Deum quærere, & viria relinquere p.161.

Paragraphi.

1. Quàm ægre patiantur ab inuicem diuelli amantium animi, pag.161.
2. In reditu Noemi animæ reuertentis ad Deum per pœnitentiam, primus motus expenditur. p. 162.

Tractatus IX.

De verbis illis: *Dixit ad eas. Ite in domum matris veſtræ, faciat vobiſcum Dominus miſericordiam, ſicut feciſtis cum mortuis & mecum*, &c.

Paragraphi.

1. Declaratur veterum conſuetudo de celebrandis nuptiis fœminarum in materna domo. pag.163.
2. *Locus moralis*. Non ſatis eſt reliquiſſe prophana, niſi dimittas omnia, quæ tibi incommodo eſſe poſſunt in via. ibid.
3. Imprecatio Noemi ad Nurus participes eas facit ſuorum laborum. p.164.
4. Miſericordiæ non modò eſt in mortuos cura ſepulturæ, ſed memoria poſt obitum. ibid.
5. Dum pacem & concordiam in coniugio nuribus imprecatur Noemi, omnia pariter bona illis imprecata eſt.p.165.
6. Solemne erat apud Hebræos, quòd filiæ recenter nuptæ à patria eximerentur poteſtate. p. 166.
7. Moris erat veteria vxorem forte ducere. ibid.
8. Oſculum ad diſcedentes, extremum amoris, & grati animi ſignum. ibid.

Tractatus X.

De verbis illis: *Quæ eleuata voce flere cœperunt, & dicere: Tecum pergemus ad populum tuum*, &c. vſque ad illa, *Vade cum ea*. Siue, *De lachrymis, & ingenio mulierum*. pag.167.

Paragraphi.

1. Quàm ſit muliebre ingenium effuſum in lachrymas, & doloſum. ibid.
2. Diligenter explorandum in fœmina, virtutem ne ſimulet alicuius prætextu voluptatis vel commodi p.168.
3. Prouidenter Noemi oſtendit, vanam ex ſe fecundi matrimonij ſpem, ſi forte hæc nuruum animos ad ſequendam ſocrum inuitare poſſet. p.170.
4. Condolens amicus dolorem non minuit, ſed auget amico patienti. p.171.
5. Vltio diuina in animam peccantem adumbratur. p.172.
6. Prophana mens mauult cum voluptate viuere inter prophanos, quàm ſine voluptate apud Deum. ibid.

Tractatus XI.

De verbis illis: *Ne aduerſeris mihi vt relinquam te & abeam: quocunque enim perrexeris, pergam, & vbi moraca fueris, & ego pariter morabor*, &c. vſque ad *perſuadere*. Siue, *De ritu Hebræorum in recipiendis proſelytis ad fidem*.

Paragraphi.

1. Præmium eſt relinquentis patriam & ſuos, perſeuetanter adhærere pietati. p.173.
2. De religioſa Sabbathi obſeruatione apud Hebræos. p.174.
3. De lege vitandi conſuetudinem alienigenarum Hebræis propria. ibid.
4. De onere grandi præceptorum legis. ibid.
5. De religione vniut Dei apud Hebræos, Dijs gentium contraria. p. 175.
6. De pœnis tranſgreſſoribus legis & religionis debitis. ibid.
7. De ſuperſtitione Hebræorum circa corporum reſurrectionem, & vera fide noſtra in eandem. ibid.
8. *Moraliter*. Totus hic locus oſtendit fidem & ſpem neceſſarias eſſe ad ſalutem reuertentis ad Deum animæ. p.176.
9. Animi Deo deuoti eſt fidem pro religione ſtabilire, ſub imprecatione malorum omnium. ibid.
10. Sicut noui fructus torrentur igne, ſic virtus incipiens probatur ſermone rigido. p.177.

Tractatus XII.

De verbis illis: *Profectæque ſunt ſimul, & venerunt in Bethlehem. Quibus vrbem ingreſſis*, &c. vſque ad *metebantur*. Siue, *De vera viduitate*. pag. 197.

Paragraphi.

1. Tempus & dolor ita pulchritudinem depravantur, vt in miſerationem, & contemptum veniat. p.177.
2. Vidua in lachrymis, & luctu perpetuo viuat. p. 179.
3. Viduitatis patrocinium ex dignitate Deus ſuſcipit. p.180.
4. Quanti meriti ſit viduæ oratio. ibid.
5. Viduitatis luctuoſæ robur & fortitudo. pagina 180.
6. Tempus primæ meſſis hordeaceæ, idem quod Paſcharis apud Hebræos fuit. pagina 181.
7. *Moraliter* expenditur hic locus: Anima quæ per peccatum à ſe exulabat, tandem in ſe reuerſa domum ſuam ingreditur. p.182.
8. Pœnitens perpetuò anteactam vitam recogitet, etiam poſt ſalutem. ibid.
9. Hordeaceo cibo nutrienda pœnitentis anima poſt luctum. p.183.

Tractatus XIII.

De Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in reditu Noemi cum nuru ſua Ruth de terra Moab in terram Bethlehem.

Paragraphi.

1. Viduatio Noemi orbata filiis, & marito, figuram gerit Eccleſiæ ex Hebræis collectæ poſt mortem Chriſti. p.183.
2. In Ruth Eccleſia ex gentibus collecta adumbratur. p.184.
3. In Ruth conuerſione ad ritum Hebræorum, modus vocationis gentium ad Chriſtum exprimitur. ibid.

CAPVT SECVNDVM libri Ruth.

Erat autem viro Elimelech conſanguineus, homo potens &magnarum opum, nomine Booz. Dixitque Ruth Moabitis ad ſocrum ſuam, *&c.*

Tractatus XIV.

De verbis illis, *Erat autem viro Elimelech conſanguineus homo potens & magnarum opum, nomine Booz.* Siue, *De copulata nobilitate cum diuitiis.*

Paragraphi.

1. Quis fuerit iſte Booz. pag. 186.
2. Auctæ diuitiæ nobilitatem commeodant. pag. 187.

Tractatus XV.

De verbis illis: *Dixitque Ruth Moabitis ad ſocrum ſuam; ſi iubes vadam,* &c. vſque ad *terga metentium.* Siue, *De Obedientia.*

Paragraphi.

1. Mulieris laus in eo poſita eſt, quòd domi ſe contineat. p. 188.
2. Non aliter quætenda ſunt victui neceſſaria, quàm ſecundùm legis Dei præſcripta. ibid.
3. *Moraliter.* Iuſti laus eſt præferre obedieotiam neceſſitati. p. 189.
4. Obedientia omnium in ſe virtutum coronas non habens, habet. ibid.
4. Adiungenda eſt obedientiæ diligentia. p. 190.

Tractatus XVI.

De verbis illis: *Abiit itaque & colligebat ſpicas,* &c. Siue, *De induſtria quam comitatur optima fortuna.* pag. 191.

Paragraphi.

1. Solet Deus auxilium obuius fieri laborantibus. pag. 191.
2. Non caſu illud eueniſſe, aſſerendum eſt, quod Deo prouidente euenit. pag. 192.
3. *Locus moralis.* Quæ anima per fidem & charitatem conuerſa eſt, & viuit & continuò operator. ibid.

Tractatus XVII.

De verbis illis: *Et ecce Booz veniebat de Bethlehem, dixitque meſſoribus ſuis: Dominus vobiſcum, qui reſponderunt ei, benedicat tibi Dominus.* Siue, *De optima ratione regenda familia.*

Paragraphi.

1. Quæ quis ſua induſtria curat, fœcoodiora ſunt. p. 193.
2. Sic temperanda eſt clementia Dominorum ad ſeruos, vt nec humanitas contemptum, nec crudelitas odium excitet. p. 194.
3. Dominij coodítionem temperat, & ſeruos conſolatur, qui ſe pariter ſeruum & conſeruum dicit. ibid.
4. Quanuis ſeruile ingenium ſit maledicum, ſi tamen bene inſtituator, imitabitur beneficentiam domini ſui. p. 195.
5. Priùs in optima familia eſt virtus quàm ſubſtantia eius. p. 196.

Tractatus XVIII.

De verbis illis: *Dixit Booz ad Ruth, Audi filia,* &c. vſque ad *pueri bibunt.* Siue, *De Eleemoſyna.*

Paragraphi.

1. Non ſuaoiter modò, ſed etiam reuerenter pauperi eleemoſyna largienda. p. 196.
2. Beneficium de celeritate & gratia commendator. p. 198.
3. Eleemoſyna non ad honeſtatem, & voluptatem accipientis facta, iniurioſa eſt. ibid.
4. Non benignum taotummodo largitorem, ſed firmum oportet eſſe defenſorem, aſſecuratorémque. p. 199.

Tractatus XIX.

De verbis illis: *Quæ cadens in faciem ſuam, & adorans, dixit ad eum, vnde,* &c. vſque ad *peregrinam mulierem.* Siue, *De Adoratione.*

Paragraphi.

1. Nulla melior pro gratiarum actione mulieris præfatio, quàm vultus demiſſio. pag. 200.
2. Verè modeſti & humilis animi eſt, verecunda propriæ indignitatis confeſſio. p. 201.
3. *Moraliter:* Animæ conuerſæ ad Deum, ac bene occupatæ fructus verecundia eſt, adeo potens, vt cælo vim inferat. ibid.

Tractatus XX.

De verbis illis: *Nunciata ſunt mihi omnia, quæ feceris ſocrui tua,* &c. vſque ad *confugiſti ad alas.* Siue, *De fama & gloria, quæ conſequitur virtutem, vel rectè facta.* p. 202.

Paragraphi.

1. Virtus bono nomine decorata, ſibi vitam, aliis miſericordiam impertitur. p. 202.
2. Famam non generat volgaris virtus, ſed eximia. p. 203.
3. Pietati in Deum adeo certa ſunt ſua præmia, vt vaticinium ſit ea non deſutura etiam in præſenti ſæculo. p. 204.
4. Ad ſe confugentes Deus veluti auis expanſis alis fouet & protegit. p. 205.
5. *Moraliter.* Solus ille ad Deum confugit, qui patriam, ſuos & ſe relinquit. ibid.

Tractatus XXI.

De verbis illis: *Quæ ait: Inueni gratiam apud oculos tuos Domine mi,* &c. vſque ad *puellarum tuarum.* Siue, *De humili gratitudine.*

Paragraphi.

1. Adeo ſacra eſt gratitudinis lex, qood operibus deſit voluntate perficere, vt iuſtitiam ſine operibus commeodet, ſacrificium offerat ſine victima, beneficium firmet, cooſummet, ac ſine impendio rependat. p. 206.
2. Propriæ vilitatis cooſeſſio breue eſt ad honores compendium, quando & humilitate nihil ſublimius. p. 207.
3. *Moraliter.* Proſequitur conuerſionem animæ ad Deum in Ruth adumbratam. p. 208.

Tractatus XXII.

De verbis illis: *Dixitque Booz ad eam, Quando hora veſcendi fuerit, veni huc & comede panem,* &c. Siue, *De conuiuio ruſticorum.*

Paragraphi.

1. Veſcebantur veteres Hebræi cum ſeruis ſuis, & acetario in conuiuiis poſito Ægyptiacas continuò memorabantur ærumnas. p. 208.

2. Graodem

2. Grandem modeſtiam Ruth, inſignis Booz charitas ſuperat: in vtroque autem parſimonia & ſobrietas commendatur. pagina 209.

3. *Moraliter.* Non patitur Deus animam in laboribus pietatis exercitam, diu abſque conſulatione viuere. p.210.

Tractatus XXIII.

De verbis illis: *Etiam ſi vobiſcum metere voluerit, ne prohibeatis eam,* &c. vſque ad *nemo corripiat.* Siue, *De legibus beneficentiæ.*

Paragraphi.

1. Prima beneficentiæ lex eſt, ſic pudori accipienti ſuccurrere, vt inueniſſe ſe credat potiùs quàm accepiſſe. p.211.

2. Secunda lex benefacientis eſt, vt beneficium obliuiſcatur, quaſi rem proiectam. ibid.

Tractatus XXIV.

De verbis illis: *Collegit ergo in agro vſque ad veſperam, & quæ collegerat virga cadens,* &c. vſque ad *ſaturata fuerat.* Siue, *De aliquibus veteribus menſuris.*

Paragraphi.

1. Sedulitas, & labor pariter in hac muliere cum humilitate & charitate adſtiterunt. pag 212.

2. Proficientis ſedulò in pietate animæ eſt, quæ per diem egit, diligenti examioe cadente ſole ſcrutari quotidie. p. 213.

Tractatus XXV.

De verbis illis: *Dixítque ei ſocrus ſua: vbi hodie collegiſti,* &c. Siue, *De cura ſeniorum in iuniores.* pag. 214.

Paragraphi.

1. Tales oportet eſſe qui iuniorum curam gerunt, vt nihil non diſcutiant in actionibus eorum examinandis. p.214.

2. In extrema neceſſitate, quauis nulla ſit alia prærogatiua meritorum, ea ſola eſt efficax ad benediceodum. ibid.

3. O mira paupertatis dignatio, & potentia, quæ cælos aperit, Angelos ad ſe trahit, & in ipſum Deom quaſi gerit imperium. pagina 215.

4. Sicuti in aduerſis compaſſio miſericordem animom, ita communicatio in gaudiis, non inuidum oſtendunt. p. 216.

Tractatus XXVI.

De verbis illis: *Rursúmque ait: Propinquus noſter eſt homo,* &c. vſque ad *conderentur.* Siue, *De redemptione legali.*

Paragraphi.

1. Lex erat apud Hebræos vt propinquior defuncti relictam ſine ſobole viduam in vxorem acciperet ad ſuſcitandum defuncti propinqui ſemen. p.216.

2. Prudentiæ eſt eò deſpicere vbi occaſio admonet. p.217.

3. *Moraliter.* Signum eſt proficientis in virtute animæ, praua non modò coſortia deuitare, ſed boni quamuis occaſionem arripere. ibid.

4. Quibus cum conditionibus res familiaris procurari licitè poſſit, ac debeat? p.218.

Tractatus XXVII.

De analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in hoc 2. capite. pag. 218.

Paragraphi.

1. Vt vidua Ruth de gentibus veniens cadentem domum Iudæ: ita Eccleſia ex gentibus collecta, fidem inter Hebræos collapſam reparauit, p.219.

2. Sicut vir ille Hebræus redemit viduam Ruth iure conſanguinitatis: ita Chriſtus Dominus caro de carne noſtra redemit Eccleſiam ſanguine ſuo. p.219.

3 Quemadmodum extra agrum Booz non fuit Ruth tutum ſpicilegium: ſic neque extra Eccleſiam, vera fides aut virtus. p.220.

4. Sicuti Ruth non aliter habere voluit myſticos hordei modios, quàm ſi probaſſet veterrima mater; ſic non alia à fidelibus acceptanda doctrina, quàm quæ per antiquum Eccleſiæ organum fuerit comprobata. ibid.

5. Boox figura quidem Chriſti Domini exiſtit in eo quòd opulentus & potens. p. 221.

CAPVT III.
Libri Ruth.

Poſtquam autem reuerſa eſt ad ſocrum ſuam audiuit ab ea: Filia mea quæram tibi requiem, &c. *vſque ad finem.* p.23.

Tractatus XXVIII.

De verbis illis: *Filia mea quæram tibi requiem* &c. vſque ad *ventilat.* Sioe, *De bono coniugali.*

Paragraphi.

1. Diſtributio torius capitis tertij. pag.222.

2. Quanuis mattimooium inter æquales videatur incommodum; non tamen parum ad requiem, & froctum ſtabilem illius pertinet, quòd vir excedat mulierem in ætate grandæuior. p.223.

Tractatus XXIX.

De verbis illis. *Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus veſtimentis,* &c. vſque ad *imperauerat ſocrus.* Siue, *De mundo muliebri.*

Paragraphi.

1. Nocturnum quidem tempus, pudicitiæ valde ſuſpectum, ſecurum reddidit fidens pro religione animus viduæ iunioris. p. 224.

2. Nimium corporis cultum, ambitioſam curis & capillorum curam, quæ ſunt hoſtilia impudicitiæ arma, honeſta vidua ſana munditie, & vnctione læta in virtutis & pudoris tranſtulit inſtrumenta. p.225.

3. Tametſi pretioſæ veſtes in fæminis, gemmis & auro diſtincti crines, proſtitutores ſint pudicitiæ, intuentium oculorum gladius, & venenum, (quantum hæc fædiora viris!) fuit tamen pulchritudini honeſtè ac iuxta morem patriæ, ornatæ meritum adeo ſublime, vt Deum meruerit carne induere. pag. 227.

4. *Moraliter.* Secundus gradus in progreſſu animæ pœnitentis eſt, vt iugiter ſe mundet lachrymis, quò poſſit diuinæ charitatis oleo impinguari. p.231.

5. Anima pœnitentiæ lachrymis lota adeo diuinæ charitatis flagrat incendio, vt veſtes non modò veteres depooat ſed comburat. pag.233.

6. Quantum periculi & diſcriminis in hoc opere, tantum gratiæ, & prouidentiæ maiori cura protegitur. ibid.

Series Tractatuum,

Tractatus XXX.

De verbis illis: *Cúmque comediſſet Booz, & bibiſſet, & factus eſſet hilarior*, &c. vſque ad *quia propinquus es.* Siue, *De honeſtate linguæ ſanctæ.* pag. 234.

Paragraphi.

1. Ruth humiliter & verecundè ſoctus ſuæ conſilium & in tenebris executa, optimam ſe præbuit fœminam. p. 234.
2. Vrbanè pariter & pudicè non modò de re vxoria egit hæc mulier in opere, ſed & in ſermone. p. 235.
3. *Moraliter.* Non temere aſſurgat ad os ſereniſſimi Sponſi anima pœnitens, ſed potiùs ad pedes Domini, pauida iaceat. p. 236.

Tractatus XXXI.

De verbis illis: *Scit omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis.* Siue, *De publica fama muliebri.* p. 236.

Paragraphi.

1. Qui bene affectus non modò prauè non iudicat, iudiciúmve ſuſpendit; ſed quod pulcherrimum eſt, opinatur. ibid.
2. Latent quidem omnes mulieris forma, ſed non bona fama, cuius nec minima mulieri ferenda eſt iactura. p. 237.
3. *Moraliter.* Virtus non eſt, cuius fragrantia foris non diffunditur. p. 238.

Tractatus XXXII.

De verbis illis: *Non abnuo me propinquum eſſe, ſed & eſt alius me propinquior: quieſce hac nocte*, &c. vſque ad *quòd hunc veneris.* Siue, *De veterum Patrum pudicitia.* pag. 238.

Paragraphi.

1. Mira quidem pudicitia Booz, quæ in medio ignis poſita non æſtuauit. p. 239.
2. *Moraliter.* Anima veræ pietati incumbens, rebus caducis veluti aculeis pungitur, neque alibi, quàm ad pedes Dominicos requieſcit. ibid.

Tractatus XXXIII.

De verbis illis: *Extende pallium quo operiris, & tene vtraque manu*, &c. vſque ad *quod locutus eſt.* Siue, *De pallio nuptiali.* pag. 240.

Paragraphus vnicus.

Quo operimento mundi ſibi anima ademit conſpectum; ipſum ad cæleſtia dona capienda ſacculum eſt tutiſſimum. p. 241.

Tractatus XXXIV.

De analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in hoc tertio Capite.

Paragraphi.

1. Sicut vidua ſenior iuniori requiem in matrimonio procurauit; ſic Chriſti Eccleſia de Hebræis collecta, ei quæ ex gentibus pacem dedit. p. 242.
2. Præparatur Ruth ad nuptias ventilanti in area ſua Booz in ſignum, quòd Eccleſia non perueniet ad Agni nuptias ante ventilabrum vniuerſalis iudicij. ibid.
3. Accedit Ruth lota ad Sponſum, vt ſciat Eccleſia nulli niſi per lauacrum regenerationis ad Chriſtum patere aditum. ibid.
4. Sordes exuit Ruth, & Eccleſia veterem hominem ſe expoliauit nouum induens. pag. 243.
5. De gentibus Eccleſia veluti Ruth de pedibus Booz ad honorem matrimonij, & Chriſti ſponſalitium aſcendit. ibid.

CAPVT IV. LIBRI RVTH.

Aſcendit ergo Booz ad portam, & ſedit ibi. Cúmque vidiſſet propinquum prætereire, &c. pag. 244.

Tractatus XXXV.

De verbis illis: *Aſcendit ergo Booz ad portam, & ſedit ibi*, &c. vſque ad *carere profiteor.* Siue, *De loco in quo veteres iudicabant.* pag. 245.

Paragraphi.

1. Ius dicebant veteres in porta Ciuitatis, vt parata eſſet introeuntibus iuſtitia ad ianuam. pag. 245.
2. Sellæ iudiciariæ dignitas & meritum penè diuinum eſt. p. 246.
3. Ad iudicandum ſenectus laudatur, quæ eſt ex laudata vita ſpectabilis. ibid.
4. In iudicium vel tandem trahitur, qui per latebras illud effugere tentat. p. 247.
5. Iuſtitiæ adminiſtratio quantum de celeritate, tantum de ſecuritate commendatur. ibid.
6. Auaritia diuitem cætera alienum, propinquum facit ad quæſtum; eſt enim inefficax malum in ea quam fugit inopia perpetuo laborans. pag. 248.
7. Tametſi iuſta appareat excuſatio legis, lex magis adimplenda erit. ibid.

Tractatus XXXVI.

De verbis illis. *Hic autem erat mos antiquitus in Iſrael inter propinquos, vt ſi quando*, &c. vſque ad, *ex hac puella.* Siue, *De cæremonia diſcalceati.* pag. 249.

Paragraphi.

1. Primò, propinquus detractum calceum tradens propinquo in iudicio, cedere iure ſuo proteſtabatur cum opprobrio legis. pag. 249.
2. Secundò, iubebat lex, talem à muliere relicta conſpui in facie ad extremæ iniuriæ inflictionem. p. 250.
3. Tertiò, imprecabatur ei domus excidium ac familiæ, quódque nullam ſuperſtitem ſui prolem relinqueret. ibid.
4. Vltimò, perpetuæ nota infamiæ vtebatur. pag. 251.
5. Litis conteſtationem & finem, modeſtiæ, & pietatis plenum, populus inſigni proſequitur & fauſta imprecatione. ibid.

Tractatus XXXVII.

De verbis illis: *Tulit itaque Booz Ruth, & accepit vxorem*, &c. vſque ad *patris Dauid.* Siue, *De complemento totius matrimonij.*

Paragraphi.

1. Nullum in hoc matrimonio impedimentum poſtquam Ruth Hebræorum religioni acceſſerat. p. 253.

2. Solius

2. Solios Dei donum ſunt liberi, matris vera ornamenta, & familiæ ſempiternitas. p.253.
3. Non poteſt non eſſe felix educatio pueri, quem auia nutrit, & mater ſuis alit vberibus. p. 254.
4. Anima ad Deum verè conuerſa, ad optatas tandem Agni nuptias neceſſe eſt perueniat. p. 254

Tractatus XXXVIII.

De verbis illis, *Hæ generationes Phares: Phares genuit Eſron*, &c. vſque ad *Dauid*. Siue, *De eo quod Meſſias Dominus filius Phares appellatur.*

Paragraphi.

1. Phares inſignis Meſſiæ figura in eo quod corruptam per peccatum reſtituit Iudæ domum. p. 255.
2. Decem aui Dauid numerantur ferè omnes peregrini, fameliri, & exules, vt magis in nepotum gloria, Dei potentia commendetur. ibid.

Tractatus XXXIX.

De Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in hoc capite quarto.

Paragraphi.

1. Ad inſtar miraculi data fuit ſoboles redemptori Booz, quò Chriſti reſurrectionem præſignaret. p. 256.
2. Booz calceamentum accipiens typum gerit Chriſti, qui ſolus calceum non ſoluit, cùm cæteri omnes fuerint diſcalceati. ibid.
3. Poſt ſterilitatem Ruth apud ſuos gentiles ſecuta fœcunditas apud ſponſum, inſignem præfert Eccleſiæ de gentibus collectæ ad Chriſtum figurationem. p. 256.

Series Præparationum,

TRACTATVVM ET PARAGRAPHORVM SVPER COMMENTATIONIBVS in Threnos, id eſt Lamentationes Ieremiæ Prophetæ.

Paraſceue, ſiue prima præparatio.

Paragraphi.

1. QVæ fuerit Authori ratio commentandi huiuſmodi Threnos. pagina 257.
2. De operis huius titulo. pag. eadem.
3. Quæ materia huius libri. p. 258.
4. Sitne compertum, quòd huius libri fuerit author Ieremias. ibid.
5. De authoritate tituli huius operis. pag. 259.
6. Quo tempore Ieremias Propheta huiuſmodi lamentationes compoſuerit. pag. 260.

Secunda præparatio.

De genere dicendi quo vſus eſt Ieremias in Threnis, atque de totius operis partitione.

Paragraphi.

1. Sitne hæc Scriptura canonica. pag. 260.

Gabr. a Coſta.

2. Carmine an ſoluta oratione ſint compoſiti Threni. p. 261.
3. Totius operis diuiſio. ibid.

Tertia & vltima præparatio,

De artificio alphabetico quo vſus eſt Propheta in ſuis Lamentationibus & Threnis. p. 261.

Paragraphi.

1. Sitne acroſticha compoſitio alphabeti quam appoſuit Ieremias ſuis carminibus. pagina 261.
2. Non ſine myſterio artificioſa vtitur oratione Ieremias. p. 262.
3. Cur non vno, ſed & ſecundo, tertio & quarto planxerit alphabeto Ieremias. p. 263.
4. Quare in ſolis Threnis literas Hebræas recitet Eccleſia. ibid.

CAPVT PRIMVM
ALEPH.

Quomodo ſedet ſola ciuitas, plena populo, facta eſt quaſi vidua Domina gentium, &c. p. 263.

TRACTATVS I.

De expoſitione literali primi carminis ſub litera ALEPH, *Quomodo ſedet*, &c Siue, *De prima graduatione deſolationis.*

Paragraphi.

1. IEroſolymam introducit Propheta quaſi viduam deplorantem calamitatem præſentem ex conſolatione præteritæ felicitatis. p. 264.
2. Appoſitè vtitur Propheta verbo *ſedere*, ad ſignificandum ſtatum Ieroſolymæ amiſſo regno. d. 265.
3. Maximoperè amplificat miſeriam Hieroſolymæ, antea opulentiſſimæ, cùm proponitur omnino deſerta. p. 266.
4. Ex oppoſitione ad infinitam propemodum populorum multitudinem quæ fuerat in Ieroſolymis, excreſcit præſentis ſolitudinis malum. p. 266.
5. Ex ſimilitudine deſolatæ viduæ quondam opulentiſſimæ Ieruſalem olim populorum Dominæ captiuæ miſeriam Propheta lamentatur. p. 267.
6. Nihil acerbius, & iniurioſius Iudæ in alios imperium habenti, quàm ſub tributum redigi. p. 268.
7. Nihil æquè populum diſſoluit atque rigoroſa tributorum exactio. ibid.

Tractatus II.

De allegoria huius Carminis, & morali doctrina. pag. 269.

Paragraphi.

1. Sub ſpecie Hieruſalem viduæ & deſolatæ oſtendit Spiritus ſanctus Synagogam Hebræam primò à Deo fuiſſe deſertam propter idololatriam. p. 269.
2. Secondò & principaliter deplorat vates diuinus Synagogam omnino perditam & deſolatam, neque ampliùs reparandam ob mortem Chriſti Seruatoris. ibid.

Series Tractatuum,

3. *Ad Mores.* Ex comparatione felicis quondam Ieruſalem ad præſentem infelicitatem, facile patet, quantorum malorum cauſa fuerit peccatum deturbans hominem de ſtatu innocentiæ in hoc miſeriarum pelagus. pag. 271.

4. Aleph. Hæc litera monſtrat totum hoc carmen doctrinale eſſe, oporteréque Hebræos vel ſaltem calamitate oppreſſos ad Deum conuerti. ibid.

Tractatus III.

De expoſitione literali ſecundi Carminis ſub litera Beth. *Plorans plorauit in nocte*, &c. Siue, *De ſecunda graduatione lamentantis Ieruſalem.* pag. 271.

Paragraphi.

1. Adeo eleganti figura maximi doloris affectos exprimit Propheta in viduata Ieruſalem, vt decori ſint plorantis lacbrymæ. p. 272.

2. O certè dura extremæ calamitatis conditio, cum ſuam interdiu lamentari miſeriam non liceat iis qui ſuſtinent, & quibus ipſa Solis claritas obſeuratur, omnia lucis officia denegantur. p. 273.

3. Omnium miſeriarum miſerrimum planè eſt, ſi nulli ſit miſer ipſe miſerabilis, quodque magia dolet, ſi hoſtes ſibi inueniat quos ſperauerat fore in calamitate amicos. p. 274.

4. *Ad allegoriam.* Non fuit vtique in captiuitate Babylonica deploratiſſimus Synagogæ ſtatus, quando in eadem amicos habuit qui ſolarentur eam, & docerent optimè, Prophetas ſanctiſſimos. p. 275.

5. Iuſtius creditur deploraſſe Ieremiam in hac figura ſecundum excidium; Synagogæ per Romanos, in quo cuncta per vniuerſum Orbem gentibus inuiſa non modò facta eſt, ſed perpetuò irriſa luget ac plangit fruſtra. pag. 276.

6. *Ad Mores.* Æquè miſerabilis proculdubio eſſet Eccleſia, & animæ ſub peccato conditio atque æternis in ſuppliciis conſtitutæ niſi de peccatorum venis erumpentes lachrymæ abſorberent omne peccatum. pagina 277.

7. Beth. Pudefacta Synagoga de domo Sanctuarij ad populum barbarum tranſmigrat, ſed longè ſæpiùs de ſtatu gratiæ tranſmutatur ad culpam. p. 278.

Tractatus I.V.

De expoſitione tertij Carminis ſub litera Ghimel, *Migrauit Iudas propter afflictionem*, &c. Siue, *De rigoroſa tranſmigratione Babylonica.* pag. 278.

Paragraphi.

1. *Prænotanda ad literalem expoſitionem & argumentum Carminis.*

Siccantur præ ſtupore fluentes in oculis Prophetæ lachrymæ dum videt malorum regiæ tribus nullum eſſe finem, quando neque in diruta patria, neque in longiſſimo exilio vel paululum permittitur habere quietis. p. 279.

2. *Ad literam. Prima expoſitio.* Iuxta paraphraſim Chaldaicam, & Rabbinos, propterea inuenerunt Iudam hæc mala, quia duriſſima ſeruitute affligebant fratres ſuos Iſraelitas: quódque magis eſt, ſuos etiam contribules, viduas & pupillos iniuſtis grauaminibus opprimebant. p. 280.

3. *Ad literam, ſententia Authoris.* Præcedens expoſitio non probatur; neque enim Propheta hîc cauſas exterminij Iudæ narrat, ſed malorum multitudinem, quibus in eo ſtatu miſer Iudææ populus vnà cum Rege & Duce ſuo affligebatur. p. 281.

4. Primi excidij damna ſine figura ſunt in hoc loco, ſed non ſiſtit in illo mens Prophetæ, quinimò ſecundum, & perpetuum per Romanos exterminium ſtupens vehementiori dolore corripitur. ibid.

5. *Ad mores.* Peccatum hominis ſeruire facit Eccleſiam, dúmque peccando libertatem quæſiuit, in manus ſuarum concupiſcentiarum veluti in vincula traditur Dominorum crudelium. p. 282.

6. Ghimal. Stipendia ac retributionem ſuorum ſcelerum non potuit non recipere ſceleratus Iudas & Synagoga. p. 283.

Tractatus V.

De expoſitione quarti Carminis ſub litera Daleth. *Via Sion lugent eo quòd non ſint*, &c. Siue, *De exterminio Ciuitatis ſanctæ & Templi.*

Paragraphi.

1. Prænotanda ad literam & argumentum de ſitu vrbis Sion, cuius per partes iam proſequitur calamitates Propheta. p. 283.

2. *Prima expoſitio paraphraſis Chaldaicæ & Rabbinorum.*

Propter impietatem in Deum venerunt ſuper Iudam mala omnia hæc quæ prædixerat Moyſes in lege Leuitici. p. 284.

3. *Ad literam, ſententia Authoris.* Volens Propheta mala gentis ſuæ exponere ſigillatim, à vertice montis Sion ſumit initium, cuius in luctuoſa facie loci ſolitudinem; in portarum deſtructione, munitiones dirutas; in gemitu Sacerdotum, ceremonias deformatas; in virginum ſqualore, totius vrbis ornamentum & pulchritudinem mirificè effingit. p. 284. & 285.

4. *Ad allegoriam.* Eo maximè dolet Propheta in hoc carmine, quòd præuiderit Ieruſalem poſt excidium Romanorum decorem amiſiſſe, nunquam ampliùs reparandam, & portas eius hoſtibus vltro apertas ob ſcelus occiſi Seruatoris. p. 286.

5. *Ad mores.* Eccleſia per peccatum Adami à paradiſo exulans, ſu'ſque religata paſſionibus anima nullis non patet incurſionibus vitiorum quando eidem omnia ſacra & decora viluerunt. p. 287.

6. *Ad mores.* Anima peccato oppreſſa ipſa ſibi ſupplicium congerit vniuerſa, fitque ſibi ipſi amaritudo amariſſima. p. 288.

7. Daleth. Præfixa litera demonſtrat, quandoquidem Ieruſalem ſine timore legem Dei fregit, & conculcauit, iure optimo fuiſſe effractis portis & muris deſtructis traditam à Deo gentibus in conculcationem. ibid.

Tractatus VI.

De expoſitione quinti carminis ſub litera He. *Facti ſunt*, &c. Siue, *De cauſis perditionis & Ieruſalem in communi.*

Paragraphi.

Paragraphi.

1. Ea fuit Hebræorum erga legem Dei pertinacia vt propoſito ſibi per legis obſeruationem in exteras nationes principatu vnà cum bonorum omnium abundantia, maluerint tranſgrediendo legem omnibus fortunis ſpoliari, & ſimul cum filiis in miſerrimam abduci ſeruitutem.p.289.
2. *Ad allegoriam & mores.* In Synagoga propterea quod ſceleribus ſcelera addidit, libertate & bonis exuta externis, ac perpetuo exterminata excidio, perſpicuè edocemur, damna peccantis animæ in bonis ſpiritualibus eſſe longè maiora.p.291.
3. He. Serò & inutiliter ſapit, qui non niſi poſt flagella ad comminationem aduertit diuinam.p.292.

Tractatus VII.

De expoſitione Carminis 6.ſub litera, Vav. *Et egreſſus à filia Sion*,&c. Siue, *De deformatione Ieruſalem captiua.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Amiſſo robore militari in Principibus Hebræorum non modò concidit, ſed omnino deformatur omnis decor eius. p.292.
2. *Ad allegoriam & mores.* Niſi cæca eſſet Synagoga, videret vtique ſuam in ſecundo excidio deformationem hîc expreſſam; ſed heu miſera omnis anima peccans, quæ viribus deſtituta gratiæ, nullis non ſubiicitur vinculis peccatorum.p.294.
3. Vav. Trahunt ſcelera noſtra diuinam in ſui vindictam veluti hamus vltionem, nec ſinunt vel alteram tantùm ſuper nos ſed plures faciunt, & concatenatas venire calamitates.p.294.

Tractatus VIII.

De expoſitione Carminis 7.ſub litera Zain. *Recordata eſt Ieruſalem*,&c. Siue, *De comparatione præteritorum malorum ad præſens.*

Paragraphi.

1. Prænotanda ad literalem expoſitionem de ſignificatione vocis Hebrææ, cuius loco ponitur præuaricatio, & Sabbathum. pagina 295.
2. *Ad literam.* Illud extremè doluiſſe Hebræis demonſtrat propheta, quòd Deum, quem ſemper habuerant auxiliatorem in præteritis calamitatibus, in hac ſibi adeo ſenſerint inimicum, vt neque ad illum reſpicere auderent.p.296.
3. *Ad mores.* Sero tandem lugent bona quæ amiſerint, qui tempus malè perdunt in tempore ſuo luxui & otio dediti. pagina 297.

Tractatus IX.

De expoſitione 8.Carminis ſub litera, Heth. *Peccatum peccauit Hieruſalem*,&c. Siue, *De peccato perditionis Iuda & Ieruſalem.*p.298.

Paragraphi.

1. Prænotanda ad literalem expoſitionem. pagina 298.
2. Si grande eſt peccatum per antonomaſiam infidelitas in hominem, quanto grauius in Deum? Quin & grauiſſimum ipſius diuini Sponſi occiſio per Iudam, propterea vagi, ſine honore & pudore, & ſine reſipiſcentia viuunt ſub vniuerſo cælo. pagina 299.
3. Omne peccatum grande, quando omne per ſuperbiam committitur, quæ magnos ſecum fert ſpiritus, quos niſi comprimat, nec pœnitere quidem poteſt.p.301.
4. *Heth*, Miſera profectò conditio adulterantis animæ, cuius ab oculis nunquam recedit pauor.p.301.

Tractatus X.

De expoſitione 9. Carminis ſub litera, Theth. *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui*, &c. Siue, *de turpitudine adulterantis Synagogæ.*p.301.

Paragraphi.

1. Prænotandum de honeſtate linguæ ſanctæ. p.302
2. *Ad literam.* Vehemens, & continuata libido, mortis induxit obliuionem Synagogæ, vnde omnino deprauata eſt irremediabiliter, ac de ſolio ſuo ad terram depoſita in perpetuum.p.302.
3. *Ad literam.* Ex vehementi compaſſione, ſe ipſum exponit Deo propheta pro gente ſua, quaſi tamen non ſuum, ſed Dei zeler honorem.p.304.
4. *Ad allegoriam.* Vt anima, quæ terrenis affectibus ſordidata de thalamo decidit ſponſi, priſtinum recuperet ſtatum, vnicum remedium præſtat mortis aſſidua meditatio.p.304.
5. Theth, Adeo periculoſa eſt via ſuperborum, vt ſalubre ſit illis ad ſalutem in apertum cecidiſſe peccatum.p.304.

Tractatus XI.

De expoſitione 10. Carminis ſub litera Iod. *Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius*,&c. Siue, *De prophanatione Sanctuarij per gentiles, & expilatione.*

Paragraphi.

1. *Ad literam*, Sancta, quæ impiè fidei hoſtibus prodiderunt Hebræi, eadem iuſto Dei iudicio diripi, & conculcari viderunt, in oculis omnium, qui non ſeruauerunt religionis cuſtodiam.p.305.
2. *Ad allegoriam & Mores*, Non miſiſſet vtique manum ſuam hoſtis ad diripienda bona diuitis Eccleſiæ à principio ſuæ, niſi portarum & ſenſuum neglectam in nobis inueniſſet cuſtodiam.p.307.

Tractatus XII.

De expoſitione Carminis 11. ſub litera, Caph. *Omnis populus eius gemens, & quærens panem: dederunt pretioſa*, &c. Siue, *de grauiſſima famis anguſtia in obſidione Hieruſalem.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Suo, & Hieruſalem nomine propheta grauiſſimam lamentatur famem, quam in obſidione paſſi ſunt Hebræi, qui ſuos in viſcera natos recondere ſunt coacti.p.307.
2. *Ad literam.* O mira circa nos diuinæ pietatis dignatio, cui ſatis eſt, vt ſubueniat, ſi viderit ad extremum deueniſſe calamitatem. p.309.
3. *Ad allegoriam & Mores.* Anima, quæ carnalia ſectatur, pretioſa quæque pro vilibus

 appendit,

Series Tractatuum,

appendit,& non io ſaturitate , quippe quæ nec de brutorum cibis abundat.p.309.

Tractatus XIII.

De expoſitione carminis duodecimi ſub litera,L A M E O. *O vos omnes,qui tranſitis per viam, attendite,& videte, ſi eſt dolor*, &c. Siue , *de implorante Hieroſolyma ſolatium in extremis*. pagina 309.

Paragraphi.

1. *Ad literam*. Hieruſalem veluti mendica ad vrbis portam abiectiſſima , ſuas propalat tranſeuntibus calamitates , vt vel ad commiſerationem tantorum malorum intuentium poſſit animos commouere.p.310.
2. *Ad literam*. Iuſtiſſimam tanti mœroris cauſam exponit Hieruſalem ; nam ſi horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis , quo magis timenda ita ſuroris diuini vſque ad internecionem vindemiantis? p.311.
3. *Ad allegoriam*. Dolet vnicè mater Eccleſia, quòd filios ſuos quotidie vindemiauit iniquitas,quódque acerbiſſimum eſt,& Chriſtus Dominus noſtri cauſa per crucem ſit vindemiatus , qui tamen magis pro noſtra indolentia , quàm pro ſuo dolore triſtatur. p.312.
4. L A M A D. Optimum conſeruandæ ſalutis animæ remedium , ſi lauet iuſtus manus ſuas in ſanguine peccatorum , hoc eſt, ſi in eo,quod agit,de ruina malorum perennem ſibi faciat monitionem.p.312.

Tractatus XIV.

De expoſitione decimitertij carminis ſub litera M E M. *De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me* , &c. Siue , *De incendio vrbis per Chaldaos , & comprehenſione fugientium ab incendio.*

Paragraphi.

1. *Ad literam*. Nulla vltio Dei correptiua non erit,quando & incendium docet emendam. p.313.
2. *Ad literam*. Subit quandoque miſeratio animalium, quæ retibus noſtris capiuntur , & noſtri proh dolor! non dolet, quos peccatorum vincula diuinæ vltionis retibus comprehenſos obiiciunt puniendos. pagina 314.
3. *Ad allegoriam*. Anima igne ſacro de cælo tacta feliciter paritet,& ſecurè, diuinæ legis retinaculis comprehenditur p.314.

Tractatus XV.

De expoſitione carminis decimiquarti ſub litera, N V N. *Vigilauit iugum iniquitatum mearum; in manu eius conuolutæ ſunt*,&c. Siue,*De duriſſimo iugo captiua Hieroſolyma.*

Paragraphi.

1. *Ad literam*. Cogit hominum malitia , vt vigilet diuina vindicta ſuper ſceleratos, vt puniat, quorum & numerat iniquitates, vt nulla effugiat ſupplicium,quod promeruit.p.315.
2. *Ad literam*. Præclara monilia peccantium ſunt peccatorum vincula de collo pendentia , eáque grauiùs opprimunt miſeros, quàm ſi ferratis, colláque manus inſererent cervicibus.p.315.
3. *Ad allegoriam*. Felix ſeruitus; quæ ſub iugo Chriſti comparatur , & regnat , quantum miſeranda conditio ſubditorum ſub iniqua poteſtate ; ea denique miſerrima ſors impiorum , qui perpetua tenentur in morte captiui.p.316.

Tractatus XVI.

De expoſitione Carminis 15. ſub litera, S A M A C H. *Abſtulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei* , &c.Siue, *De deſolatione ſtatus,& republica Hebraa per Chaldaos.*

Paragraphi.

1. Grauiſſimum à Deo ſupplicium eſt , cum à Republica tolluntur viri fortes , & probi, qui & ſoli illuſtres,magnificique appellari poſſunt,& debent,p.316.
2. Torcular pietatis officina , plerúnque ſuppliciorum redundantiam importat , ſicut & virgo puritatis titulus exiſtit maioris condamnationis reatus , in eo , qui malè vtitur bonis ſuis.p.318.
3. *Ad allegoriam & Mores*. Crux Chriſti , in qua ſalus omnium, præſertim verò Iudæorum fabricatur , ipſis ob ſummam illorum malitiam extremi, & perpetui ſupplicij facta eſt officina p.318.

Tractatus XVII.

De expoſitione 16. Carminis ſub litera, A I N. *Idcirco ego plorans,& oculus meus deducens aquas* , &c. Siue, *De vltimo in malis leuamine per lachrymas.*

Paragraphi.

1. Non habenti reducem animæ conſolatorem in afflictione ſua, fiunt remedium irremediabiles lachrymæ & ſolatium p.319.
2. *Ad allegoriam & Mores*. Felices lachrymæ, quæ propter receſſum Dei conſolatoris fluunt ; quantum infelicia impiorum lamenta,qui magis dolent malorum operum fructus deperditos , próque terrena conſolatione ſuſpirant.p.320.
3. A I N. Poſſunt fluentes lachrymæ vaſa iniquitatis mundare , nempe oculos, qui malè proſpexerant , nec non & recedentem Deum in domum ſuam ſcopis mundatam reducere.p.320.

Tractatus XVIII.

De expoſitione Carminis 17. ſub litera, P H E. *Expandit Sion manus ſuas,non eſt, qui conſoletur eam; mandauit Dominus*,&c.Siue,*De muliebri impatientia.*

Paragraphi.

1. Geſtus mulieris expandentis , ſeu complodentis manus in dolore , ſunt deſperati , & impatientis animi indicia.p.321.
2. *Ad allegoriam*. Adeo perniecioſum eſt omne cum turpiſſimis Iudæis commercium , vt ventus ab illis veniens noceat plurimum, quippe à polluta matre poſt cædem Chriſti Domini , non minùs fœtido corpore, quàm prauis moribus omnis eorum ſoboles procreatur.p.322.
3. *Ad Mores*. Fugit omne ſolatium ab eo, quem deſerit conſolator optimus ; cuius vt oratio valeat apud Deum,valebit vtique ſi cum precibus expandentis Chriſti in cruce manus fideliter coniungantur. pagina 313.

Tractatus XIX.

De expoſitione Carminis 18. ſub litera, S A D E. *Iuſtus eſt Dominus , quia os eius ad iracundiam*

eundiam prouocari,&c. Siue, *De repetitione planctus Hieruſalem.*

Paragraphi.

1. Nequaquam locus hic de morte Ioſiæ intelligendus, quandoquidem hîc regnum ablatum, templum combuſtum, & nullam ſpem ſobolis relictam conqueritur Hieruſalem, quorum in Ioſiæ morte nullum accidit. p. 323.
2. *Ad allegoriam & Mores.* Qui ſua calamitate excuſat ſcelera, vindictam prouocat, ſicut qui Dei iuſtitiam commendat, miſericordiam conciliat, negotiatur veniam, & remedium. p. 324.

Tractatus XX.

De expoſitione Carminis 19. ſub litera, COPH. *Vocaui amicos meos, & ipſi deceperunt me*, &c. Siue, *De amicorum in aduerſis infidelitate.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Iuſtè ab amico deſerit in periculo, qui de te ſua antè deliberat cum ipſo; quàm de ipſo ſed nec maior anguſtia videri poteſt, quàm dum & ſacerdotibus alendis reſpublica non ſufficit. p. 324.
2. *Ad literam.* Longè omnem aliam miſeriam ſuperat, quòd extrema ætas in medio ſuorum, extrema pereat fame conſumpta. p. 325.
3. *Ad Mores.* In interitum protſus ruit ea Reſpublica, cuius neque ſaluti intendunt ſui ciues, neque ipſa illorum ſufficit indigentiæ; ſic nec mundus animæ perditæ, nec ipſa ſibi. p. 326.

Tractatus XXI.

De expoſitione Carminis 20. ſub litera, RES. *Vide Domine, quoniam tribulor, conturbatus eſt venter meus; ſubuerſum eſt cor meum in me metipſa, quoniam amaritudine plena ſum, foris interficit gladius, & domi mors ſimilis eſt.* Siue, *De afflictorum conuerſione ad Deum in tribulatione.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Hæreditarium homini eſt, vt Deum non reuereatur niſi malis correptus, túneque ſe peccatorem recognoſcat, cum oppreſſus calamitatibus, nullum apud homines refugium valet reperire. p. 327.
2. *Ad Mores.* Anima peccans in Adamo, foris gladium offendit, nempe ſententiam mortis corporeæ, & intus mortem, ſeparationem, ſcilicet, à Deo, ſiue exteriùs tribulatur aduerſis, quę intus malis fatigata ſuggeſtionibus non quieſcit. p. 328.
3. RES. Tunc præcipuè votorum locus eſt, cùm ſpei nullus. p. 329.

Tractatus XXII.

De expoſitione Carminis 20. ſub litera, SIN. *Audierunt, quia ingemiſco ego*, &c. Siue, *De crudelitate inimicorum Hieruſalem in calamitate eius.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Nihil acerbius in aduerſitate, quàm ab inimicis derideri, & ab amicis deſeri. p. 329.
2. *Ad literam.* Ieroſolyma recognoſcens ſuam à Dei iuſtitia venire calamitatem, in proximo eſt, vt conſolationem recipiat. p. 330.
3. *Ad Mores.* Inſultent vtique ſanctis impij in hoc mundo: ſed heu miſeris, qui pro vnius horæ triumpho perpetuis ſuppliciis puniuntur. p. 330.
4. SIN. Diuinam plerunque miſeri in ſupremo ſpiritu vindictam inimicorum in ſui doloris leuamen. p. 330.

Tractatus XXIII.

De expoſitione 22. & vltimi Carminis capitis primi ſub litera THAV. *Ingrediatur omne malum eorum coram te*, &c. Siue, *De imprecatione cadentis Ieroſolymæ in hoſtes ſuos.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Imprecatio eſt hîc in hoſtes, quæ licet debitis circunſtantiis licita ſit, non eſt tamen conſulenda, quia periculoſa. p. 331.
2. *Ad allegoriam & Mores.* Conqueritur Eccleſia hîc per prophetas, quæ in Adamo vſquequaque punita fuit, quòd non venerit in iudicium Dei omne peccatum inimici ſeductoris, neque in eo diuina vindicta conterendi per mulierem caput eius, locum habuerit tempore captiuitatis Babylonicæ. p. 332.
3. THAV. Eorum malorum terminus, & remedium per crucem Chriſti. p. 332.

CAPVT SECVNDVM.

ALEPH.

Quomodo obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion, &c. p. 332.

Tractatus I.

De expoſitione primi Carminis ſub litera, ALEPH. *Quomodo obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion: proiecit*, &c. Siue, *de proiectione Hieruſalem in profundum malorum per Dei iracundiam.* p. 334.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Quæ ſingulari Dei munere nube lucida protegebatur olim gens Hebræa, nunc ſub horrido, & proceiloſo turbine, conſtituta Dei iracundiam, ſuámque videt ante oculos ruinam. ibid.
2. *Ad literam.* Quis quæſo in die furoris Domini vſquam refugij locus erit, cum Deus pedum ſuorum ſcabellum in perpetuum proiecerit exterminum? p. 334.
3. *Ad Mores.* O cæca mens hominum, quæ cùm poſſit ſub Dei veſtigiis cælum tenere, maluit per ſuas appetitiones in profundum prolabi malorum omnium! pag. 335.

Tractatus II.

De expoſitione ſecundi Carminis ſub litera, BETH. *Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia ſpecioſa Iacob: deſtruxit in furore ſuo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum, & Principes eius.* Siue, *De præcipitie Iudæ, & Ieruſalem.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Adeo excanduit ita Dei in gentem ſuam, vt ſanguinem, & carnem ſuam in ea protſus euertiſſe viſus ſit, quam aliquando ex ſemine Iacob erat ſumptutus. p. 335.

Digitized by Google

2. *Ad literam.* Quamuis de primo excidio per Chaldæos hic locus videatur impletus Iſaiæ 36. tamen de ſecundo per Romanos non ſine teſtimonio aduerſariorum congruentiùs in eo creditur prophetarum. p.337.

Tractatus III.

De expoſitione Carminis 3. ſub litera, Ghimal. *Confregit in ira furoris ſui omne cornu Iſraël*, &c. Siue, *De comminutione roboris, & gloriæ Iacob*.p.338.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Si abſolutiſſimum Iudææ regnum diuinis promiſſionibus, & protectione firmatum ob ſcelera ſua corruit, quid de aliis ſine Deo domiciis ſperandum? p.338.
2. *Ad mores.* Quæ in ſinu Dei anima ſana fuit integritate, & robore, ab eo egreſſa continuò fit leproſa, & hoſtibus traditur conculcanda, Deo manum retrahente. pag.339.

Tractatus IV.

De expoſitione Carminis 4. ſub litera, Daleth. *Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus, firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis*, &c. Siue, *De arcu iræ Dei ferientis.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Hebræi, qui Deum correptorem & parentem noo ſunt veriti, eundem magno ſuo malo armatum velut hoſtem infenſiſſimum ſunt experti.p.339.
2. *Ad literam.* O metuenda omnis Dei ſæuientis dextera, quæ protegentis olim pietatem circa primogenitos Hebræorum in Ægyptiorum cæde, ſimilè ob eorundem ſcelera vindictâ compenſat proſternens Hebræorum iuuentutem in tabernaculis ſingulorum.p.340.
3. *Ad Mores,* Quid non facit diuina pietas? vt fugiant homines à facie arcus iræ Dei, retendit, dexteram, auertit firmat gladium, & haſtam vibrat, ac tandem in non reſipiſcentes, omnem effundit iram. pagina 341.

Tractatus V.

De expoſitione 5. 6. & 7. Carminis. Siue, *De iterato dolore.*

Carmen V.

He. Factus eſt Dominus velut inimicus: præcipitauit Iſraël, &c.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Doloris iuſti iterandæ ſunt cauſæ, vt nunquam faſtidias lachrymari. p.341.
2. *Ad allegoriam.* Deſtructæ ſunt prorſus omnes munitiones filiæ Iudæ, dum poſt necem Chriſti Domini perdidit omnino Synagoga miraculorum dona, & prophetiam. pag.342.
3. *Ad literam.* Vbi religio interiit, & Regia poteſtas neceſſariò omnino euertenda erat. pag.343.
4. *Ad Mores.* Qui voluptatibus ſeruit, tentorium Dei in ſe, ſuis ipſe manibus demolitur.p.344.

Carmen VI.

Vav. Et diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum, demolitus eſt tabernaculum ſuum, &c.

Carmen VII.

Zain. Repulit Dominus altare ſuum, maledixit ſanctificationi ſuæ, &c.

5. *Ad literam.* Nihil acerbius extrema paſſis, quàm ſi prophanæ inimicorum voces audiantur in loco ſacto, vbi antea diuina reſonabat pſalmodia.p.344.

Tractatus VI.

De expoſitione 8. & 9. Carminis. Siue, *De ſera diuina iuſtitia vindicta.*

Carmen VIII.

Heth. Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion, &c.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Commendat vtique iuſtitiam ponientis ſententia, quæ niſi longum poſt temporis interuallum executioni mandatur.p.345.
2. *Ad literam.* Tantam præ ſe fert clementiam diuina vindicta, vt videatur ædificare cum deſtruit.p.346.

Carmen IX.

Teth. Defixæ ſunt in terra portæ eius; perdidit, & contriuit vectes eius, &c.

3. *Ad literam.* Quòd portæ Ieruſalem, gentis Hebrææ tribunalia, aliè ſub terra ab hoſtibus fuerint defixæ, ſatis oſtendit, apud eoſdem iuſtitiam perpetuò ſub terra fuiſſe ſepultam.p.347.

Tractatus VII.

De expoſitione 10. Carminis ſub litera, Iod. *Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion: conſperſerunt*, &c. Siue, *De ſtupore ſilenti.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Acerba calamitas vocem adimit, cinerem capiti, & cilicium corpori imponit, non vt malum malo addat, ſed quo externo proteſtetur in ſigno, miſeræ ſuæ conditionis initium.p.348.
2. *Ad mores.* Vt cælo equidem digna fiat, reddatur oportet terra terræ, quique in ſilentio meditatur ſalutem inueniet, vnde Chriſti capiti conformetur.p.349.

Tractatus VIII.

De expoſitione 11.12. & 13. Carminum. Siue, *De miſeria paruulorum cadentis Ieruſalem, cuius deſolationis ſimile non eſt*.p.350.

Carmen XI.

Caph. Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea, &c.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* In ſupremo dolore deficientibus lachrymarum fontibus, iecur pro ſanguine aquas effundit.p.351.
2. *Ad Mores.* Si deficiant oculis lachrymæ animi medicina, curabitur peccatot vulneribus pœnitentiæ.p.353.

Carmen XII.

Lamed. Matribus ſuis dixerunt: Vbi eſt triticum, &c.

3. *Ad literam.* Elegans vtique videtur proferri expoſtulatio cadentium præ fame paruulorum ad matres, pro deficientia benedictionis Iacobeæ in præſenti excidio. pagina 353.
4. *Ad Mores.* Generoſæ indolis eſt, vt neque in extrema miſeria, ſeipſo quis quærat indigna.p.354.

Carmen

Digitized by Google

Carmen XIII.

MEM. Cui comparabo te? vel cui aſſimilabo te filia Ieruſalem? cui exæquabo te, *&c.*

5. *Ad literam, & allegoriam.* Quamuis in tempore prioris excidij Ieruſalem per Chaldæos non ſint inuenti, qui talia paterentur; id tamen pluſquam verum eſt, in posteriori per Romanos non fuiſſe vnquam gentem, quæ talia pateretur. p. 354.

Tractatus IX.

De expoſitione Carminis 14. ſub litera, NVN. *Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nec,* &c. Siue, *De cauſis deſolationis Ieruſalem ex parte Prophetarum.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Sicuti nihil maius in bonum, quàm ſi quis Doctor, & Magiſter viam iuſti, & iniuſti populis demonſtret; ſic nihil damnoſius in malum Magiſtro, & Propheta contegente vitia pallio virtutum. neceſſe eſt enim exſcindantur regna, in quibus vitia non exſcinduntur, quanta magis ſi nec aperiuntur? p. 355.

2. *Ad Mores.* O certè miſera conditio animi noſtri in hac vita, quando neque ad ipſum quidquam niſi per ſenſus externos, nuſquam tamen veritas, niſi illis occluſis intrabit. p. 357.

Tractatus X.

De expoſitione Carminis 15. *&* 16. Siue, *De condolentia, & irriſione in malis alienis.*

Carmen XV.

SAMECH. Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam: ſibilauerunt, *&c.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Quanquam hæ voces condolentium vicinorum appareant conſolationes ad Ieruſalem, veriùs tamen hoſtium irridentium indicantur inſultationes. pagina 358.

2. *Ad allegoriam & Mores.* Irrident quidem praui homines viros ſanctos, quòd mundanis non fruantur deliciis; ſed heu quanto iuſtiùs ipſi tranſitores ſæculi, mundanis compatiuntur hominibus, terrenis nimiùm inhiantibus. p. 359.

Carmen XVI.

PHE. Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui, ſibilauerunt, *&c.*

3. *Ad literam, & mores, & allegoriam.* Opprimunt innocentem improbi, veluti ceruam teneram in ſyluis crudeles belluæ; qualiter & perfidi Iudæi innocentiſſimum Ieſum in paſſione circundederunt. p. 359.

Tractatus XI.

De expoſitione Carminis 17. ſub litera, AIN. *Fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit ſermonem ſuum,* &c. Siue, *De adimpletione diuinarum comminationum.*

Paragraphus vnicus.

Ad literam. Definito conſilio Deus antiquorum ſcelerum pœnam etſi videatur differre, per ſingula momenta caſtigat, donec conſummet vltionem in poſteris, qui cum parentum criminibus, imitatione copulantur. p. 361.

Tractatus XII.

De expoſitione Carminum 18. *&* 19. Siue, *De modo, tempore, habitu, & materia orationis in extrema calamitate.*

Carmen XVIII.

SADE. Clamauit cor eorum ad Dominum ſuper muros filiæ Sion: deduc quaſi torrentem lachrymas per diem, & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Ille eſt optimus orandi modus extrema paſſis, ſi cor eorum in perennem lachrymarum fontem non erumpat, ſed defluat iugiter. p. 362.

Carmen XIX.

COPH. Conſurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum: effunde ſicut aquam cor tuum, *&c.*

2. Tempus omnium commodiſſimum orationi, nox eſt, ſecura oratio, quæ de nocte conſurgit, quoniam ſolo Deo arbitro, & teſte Angelo ad cælum aſcendit. p. 364.

3. Qui expanſis manibus orat, operis non modò puritatem in habitu corporis præ ſe fert, verùm & crucis imaginem proteſtatur, & remedium. p. 366.

4. Materiam orationis adimplebis, ſi non retineas cor tuum intra ipſum, ſed per confeſſionem exponas Deo non modò tua crimina, ſed & ſupplicia, maximè verò innocentum miſerias. p. 366.

5. *Ad Mores.* Vana erit conuerſio peccatoris, niſi perennes lachrymas continua ſequantur opera miſericordiæ, & pietatis in paruulos Chriſti. p. 367.

Tractatus XIII.

De expoſitione Carminum 21. 22. *&* 23. Siue, *De formali oratione in aduerſis.*

Carmen XX.

RES. Vide Domine, & conſidera quem vindemiaueris ita: ergóne, *&c.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* In fronte orationis attentionem poſtulat Ieremias ſanctus, diuini intuitus ad vetera beneficia Dei in populum ſuum collata, quo acerbior appareat in conſpectu diuino extrema tolerantium conditio. p. 367.

2. *Ad literam.* Per occaſionem Chaldaici textus, agitur celebris controuerſia circa locum Matthæi 23. de Zacharia filio Barachiæ. p. 369.

Carmen XXI.

SIN. Iacuerunt in terra foris puer & ſenex: virgines meæ, *&c.*

3. Proſequitur orationem ſuam ſanctus Propheta ex vniuerſitate mali, quod ad omnes pertigerat, quando paterna Dei flagella in ſeueriſſimam iudicij vindictam proceſſerant. pag. 370.

Carmen XXII.

THAV. Vocaſti quaſi ad diem ſolemnem, qui terrerent me de circuitu, *&c.*

4. Vltima orationis pars eſt, ſi extrema paſſus Deo offerat, quam ſibi Dominus veluti ſolemnem victimam in peccatorum iuſta punitione deſumpſit. pagina 370.

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

ALEPH.

Ego vir videns paupertatem meam in virga ingnitationis eius.p.372.

§. *Praambulus.*

DE artificioſa methodo, quam fecit in hoc cap.3.ſanctus propheta Ieremias. p.373.

Tractatus I.

De expoſitione Trimetri primi ſub litera ALEPH. Siue, *De iuſta Sanctorum querimonia.*

Trimetri primi Carmen I.

ALEPH.Ego vir videos paupertatem meam in virga indigoationis eius. p.374.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Noo dedecent viros fortes querelæ voces in calamitate ſuprema, dummodo nihil vanum præ iracundia, aut indignum præ timore effutiant: quaodoquidem robur animi addunt iuſtæ querimooiæ,& dolorem imminuunt.p.374.

Trimetri primi Carmen II.

ALEPH.Me minauit,& adduxit in tenebras, & non in lucem.

2. *Ad literam.* Videtur ſanè ex diuinæ pietatis coofilio fieri, vt viri Sancti ad malorum ſupplicia perducantur, vtque quaſi ſoli vexentur innoxij, diuioam temperent iracundiam, & miſericordiam concilient. p.375.

Trimetri primi Carmen III.

ALEPH. Tantùm in me vertit, & conuertit manum ſuam tota die.p.376.

3. *Ad allegoriam.* Quia Deus homo naſcitur, à laboribus vitam auſpicatur, quam inter dira tormenta profunderet,vt nullus rei in ſe videns niſi dolorem, noſtri compaſſione taogeretur,diuinámque miſericordiam non modò obtineret nobis, ſed ad æqualitatem iuſtitiæ ſatisfaceret.p.376.

Tractatus II.

De expoſitione ſecundi Trimetri ſub litera, BETH. Siue, *De anticipato ſenio.*

Carmen I.

BETH. Vetuſtam fecit pellem meam, & carnem meam, contriuit oſſa mea.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Proſequitur Ieremias ſuas enarrare calamitates,quaſi tot, & tantæ fuerint, vt debilitatis omnibus viribus corporis ante tempus non modò ſenuerint membra eius,ſed viuos,mortuus, & ſepultus crederetur.p.377.

Trimetri ſecundi Carmen II.

BETH. Ædificauit in gyro meo, & circundedit me felle, & labore.p.378.

Trimetri ſecundi Carmen III.

BETH. In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos.p.378.

2. *Ad allegoriam.* Chriſtum Dominum figurat hic locus, qui cùm eſſet ſpecioſus forma præ filiis hominum,atque optimo corporis temperamento præditus, ſic laboribus, & vigiliis attenuatæ ſunt vires eius,vt in flore ætatis ſenex crederetur, & velut mortuus. p.379.

Tractatus III.

De expoſitione 3. & 4. Trimetri ſub literis, GHIMEL, & DALETH. Siue, *De ineuitabili malo.*

Trimetri tertij Carmen I.

GHIMEL.Circumædificauit aduerſum me,vt non egrediar: aggrauauit compedem meũ.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Ea miſerrima prorſus conditio eſt, ſi quis in ſummo periculo conſtitutus, nullum effugium in terra, neque io cælo confugium valeat inuenire.p.379.

Trimetri tertij Carmen II.

GHIMEL. Sed & cum clamauero, & rogauero,excluſit orationem meam.p.380.

Trimetri tertij Carmen III.

GHIMEL. Concluſit vias meas lapidibus quadris,ſemitas meas ſubuertit.

2. *Ad allegoriam.* Ieremias vinctus in lacu,omoi prorſus non deſtituitur humano ſubſidio; at Chriſtum Domioum quem figurat, clauibus in cruce affixum,& Deus Pater dereliquit, non exaudiens filium, qui pro ſua meruit reuerentia ſemper exaudiri, vt nobis eſſet exemplo,& ſolatio.p.380.

Trimetri quarti Carmen I.

DALETH. Vrſus inſidians factus eſt mihi, leo io abſconditis.

3. *Ad literam.* Vrſus, & leo ſignificant Titum, & Veſpaſianum, qui ſecundum excidium peregerunt:vel vrſus Romanũ Prioeipem, & leo Nabuchodonozor denotat,vt vtrunque excidium comprehendat textus:vel deniqoe ſub vtriuſque feræ figura, diuina vindicta exprimitur, quæ non vnam, vel alteram ſagittam io ſanctum Ieremiam, & populum eius, ſed omnem exhauſiſſe pharetram viſa eſt.p.381.

Trimetri quarti Carmen II.

DALATH. Semitas meas ſubuertit, & confregit me: poſuit me deſolatam.p.382.

Trimetri quarti Carmen III.

DALETH.Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.p.332.

Tractatus IV.

De expoſitione 5. & 6.Trimetri,ſub literis HE, & VAV. Siue, *De ebrietate dolorum, & arumna pane.*

Trimetri quinti Carmen I.

HE. Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Diro, & interno dolori ſuperueniens externa faciei confuſio, verè totum inebriat hominem abſinthio, & amaritudine.p.383.

Trimetri quinti Carmen II.

H a.Factus ſum in deriſum omni populo meo, canticum eorum tota die.p.384.

Trimetri quinti Carmen III.

HE. Repleuit me amaritudinibus,inebriauit me abſiothio.p.384.

Trimetri ſexti Carmen I.

VAV. Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.

2. *Ad literam.* Elegenti metaphora ſui doloris aſperitatem deflet propheta alludens

dens ad panem ærumnæ, qui in Paſchate ſumebatur.p.385.

Trimetri 6. Carmen II.

VAV.Et repulſa eſt à pace anima mea, oblitus ſum bonorum.

3. *Ad literam.* Si adeo potens eſt animi tranquillitas ſumma, vt in mediis cruciatibus gloriam transfundat in corpus; quantò augeſcet vtriuſque afflictio, ſi mens omni prorſus repulſa quiete ſummis perturbationum procellis concutiatur? p.385.

Trimetri 6. Carmen III.

VAV.Et dixi: Periit finis meus, & ſpes mea à Domino.

4. *Ad literam* Non deſperant ſancti in malorum colluuie, ſed verbis proteſtantur ordinem diuinæ prouidentiæ eſſe in præſenti calamitate implendum, ſine effugio.p.386.

Tractatus V.

De expoſitione Trimetri 7.& 8.ſub literis ZAIN, *&* HATH. Siue, *De remedio deſperantium ſalutem.*

Trimetri 7. Carmen I.

ZAIN.Recordare paupertatis & tranſgreſſionis meæ, abſinthij, & fellia.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Sciens Propheta ſuorum malorum radicem, & cauſam, fuiſſe tranſgreſſionem Adæ, non tantùm præſentem miſeriam, ſed veterem culpam ante Dei proponit conſpectum, vel vt ex confeſſione delicti, vel ex cauſa miſeriæ, diuinam promereatur clementiam.p.387.

Trimetri 7. Carmen II.

ZAIN. Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.

2. *Ad literam.* Vtiliter ſanctus Ieremias ſnarum calamitatum memoria impingueſcit, quando ex ea, quaſi naturaliter remedij ſpes contra ſpem naſcitur diuini auxilij. p.388.

Trimetri 7. Carmen III.

ZAIN. Hæc recolens in corde meo: ideo ſperabo.p.388.

Trimetri 8. Carmen I.

HATH.Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti: quia non defecerunt miſerationes eius.

3. *Ad literam, & allegoriam.* O certè mirabilem diuinæ benignitatis clementiam, quæ gentem, vltimum meritam exterminium, non modò omnino non perdidit, ſed ſummum, & quo maius eſſe non potuit beneficium, inenarrabilem, ſcilicet, Verbi incarnationem, pollicetur.p.389.

Trimetri 8. Carmen II.

HETH.Noui diluculo: multa eſt fides tua.

4. *Ad literam, & allegoriam.* Quàm fidendum diuinæ pietati, quæ noua ſemper beneficia, & celeriùs, quàm ſperabatur, maximum omnium eſt elargita.p.390.

5. *Ad allegoriam.* Mirabilis Incarnationis Myſterium, diuina, quod pietas ſpopondit, fide item diuina pronuba peractum.p.391.

Trimetri 8. Carmen III.

HETH. Pars mea Dominus, dixit anima mea propterea expectabo eum.p.391.

Tractatus VI.

De expoſitione 9. & 10. Trimetri, ſub literis TETH, *&* IOD, Siue, *De patientiæ confidentia, & eminentia ſuper omnia.* p.391.

Gabr. a Coſta.

Trimetri 9. Carmen I.

TETH. Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Niſi patientiam Ieremiæ in aduerſis ſpes firma fulciret, foret vtique illi inferno deſperatior vita præſens.p.392.

Trimetri 9. Carmen II.

TETH.Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.p.392.

Trimetri 9. Carmen III.

TETH. Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia.p.392.

2. *Ad literam, & mores.* Docet hic locus, nullum facilè toleraturum aduerſa, cui conſuetudo non fuit ſuſtinendi dura; eſt enim duriſſimum ad laborem animal, manſuetus homo.p.395.

Trimetri 10. Carmen I.

IOD. Sedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuabit ſuper ſe.

3. *Ad literam, & mores.* Fructus animæ quærentia Deum ab adoleſcentia ſua eſt ſecuritas, & conſtantia in aduerſis, ex quo veram Philoſophiam, ſeu monaſticam adipiſcetur. pagina 393.

Trimetri 10. Carmen II.

IOD. Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes.p.395.

4. *Ad literam, & mores.* Verè pœnitentis conditiones ſunt, taciturnitas, abiectio omnis ſolicitudinis, & humilitas: iis munitus non timebit aduerſa quæque, ſed illis ibit obuiam iniuriarum auidus, & laborum, Chriſti Seruatoris veſtigia ſubſequutus. p.395.

Trimetri 10. Carmen III.

IOD.Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis.p.395.

Tractatus VII.

De expoſitione 11. & 12. Trimetri ſub literis CAPH, *&* LAMED. Siue, *De patientia fructu, quem diuina Prouidentia in ſuppliciis noſtris procurat.*

Trimetri 11. Carmen I.

CAPH. Quia non repellet in ſempiternum Dominus.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Non ſuſtinebit vtique patiens fruſtrà, quandoquidem Deus non indignatur, vt perdat, ſed vt terreat; vt ſic homiliatos, quos ex corde nunquam deſpicit, miſericorditer ſubleuet.p.397.

Trimetri 11. Carmen II.

CAPH. Quia ſi abiecit, & miſerebitur ſecundùm multitudinem miſericordiarum ſuarum.p.398.

Trimetri 11. Carmen III.

CAPH. Non enim humiliauit ex corde ſuo: & abiecit filios hominum.p.398.

Trimetri 12. Carmen I.

LAMED. Vt contereret ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ.

2. *Ad literam.* Deus vniuerſos mortales, non tantùm peccatores, veluti vinctos in carcere, ſub cuſtodia in mundo tenet, ſuo tempore puniendos, vt reſipiſcant. pagina 399.

Trimetri 12. Carmen II.

LAMED. Vt declinaret iudicium viri in conſpectu vultus Altiſſimi.p.399.

Trimetri 12. *Carmen III.*

Lamed. Vt peruerteret hominem in iudicio ſuo; Dominus ignorauit.

Tractatus VIII.

De expoſitione 13. *&* 14. *Trimetri ſub literis* Mem, *&* Nvn. Siue, *De inſeparabilitate Prouidentia à Deo, & remedio iniuſtæ hominum querimoniæ.*

Trimetri 13. *Carmen I.*

Mem. Quis eſt iſte, qui dixit, vt fieret, Domino non iubente?

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Viuentis more brutorum eſt, diuinam prouidentiam denegare, quæ cum iuſtitia in Deo, fœdere non modò æterno copulatur, ſed Creatori adeo propria eſt, vt nequeat alicui communicari creaturæ. p.400.

Trimetri 13. *Carmen II.*

Mem. Ex ore Altiſſimi non egredientur nec mala, nec bona. p.401.

Trimetri 13. *Carmen III.*

Mem. Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis ſuis? p.401.

Trimetri 14. *Carmen I.*

Nvn. Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum. p.402.

2. *Ad literam, & mores.* Ille Deum iniuſtè accuſat in aduerſis, qui ſeipſum non nouit, quare probus intellectus ſe ipſum videns, rectè ad Deum tendit, puráſque poſt ſui accuſationem ad cælum manus leuat, paratus in omne ſupplicium Dei vindicantis. p.402.

Trimetri 14. *Carmen II.*

Nvn Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cælos. p.402.

Trimetri 14. *Carmen III.*

Nvn. Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus, & idcirco tu inexorabilis es.

3. *Ad literam & mores.* Pudicè petit, qui nec poſtulare præſumit, faſſus tantùm ſuam indignitatem ad veniam; quod enim meritis deeſt, verecundia ſopplebit. p.403.

Tractatus IX.

De expoſitione 15. *&* 16. *Trimetri, ſub literis* Samech, *&* Phe, Siue, *De inexorabili Iudice.*

Trimetri 15. *Carmen I.*

Samech. Operuiſti in furore, & percuſſiſti nos: occidiſti, nec pepercisti.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Operuit Dominus vultum ſuum Hebræis in vindictam cæcitatis illorum, & ſignum, cùm tamen iis, qui per pænitentiam lucem quærunt, nunquam non pateat diuina pietas. 404.

Trimetri 15. *Carmen II.*

Samech. Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio. p.404.

Trimetri 15. *Carmen III.*

Samech. Eradicationem, & abiectionem poſuiſti me in medio populorum p.404.

Trimetri 16. *Carmen I.*

Phe. Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici.

2. *Ad literam.* Quia non exaudierunt Hebræi Prophetas in tempore ſuo, iuſto Dei iudicio interminatas non modò in lege pænas incurrerunt, ſed ipſa illis medicina ſalutis, nempe prophetia, verſa eſt in laqueum, & in manu pſeudoptophetarū illorum. p.405.

Trimetri 16. *Carmen II.*

Phe. Formido, & laqueus facta eſt nobis vaticinatio, & contritio. p.405.

Trimetri 16. *Carmen III.*

Phe. Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus, in contritione filiæ populi mei. p.45.

Tractatus X.

De expoſitione Trimetri 17. *&* 18. *ſub literis* Ain, *&* Sade. Siue, *De continuando fletu in aduerſis, déque extrema malitia perſequentium.* p.406.

Trimetri 17. *Carmen I.*

Ain. Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit, eo quòd non eſſet requies.

Paragraphi.

1. *Ad literam & mores.* Non ceſſandum à lachrymis, in calamitate, quandoquidem nulla iuſto dolori menſura, præſertim ſi in cauſa doloris fuit vagus oculorum aſpectus, quippe diues lachrymarum theſauro, ſolatiū pariter, & remediū inueniet. p.406.

Trimetri 17. *Carmen II.*

Ain. Donec reſpiceret, & videret Dominus de cælis. p.406.

Trimetri 17. *Carmen III.*

Ain. Oculus meus deprædatus eſt animam meam, in cunctis filiabus vrbis meæ. p.406.

Trimetri 18. *Carmen I.*

Sade. Venatione ceperunt me quaſi auem inimici mei gratis.

2. *Ad literam, & allegoriam.* Ille ſolummodò ſine cauſa per extremam malitiam oppreſſus eſt gratis qui peccatum non fecit Chriſtus Dominus, nequaquam verò Iudæi, qui multis ſceleribus, & contentione, vtrumque excidium meriti, hoſtes in ſuam perniciem prouocauerunt. p.408.

Trimetri 18. *Carmen II.*

Sade. Lapſa eſt in lacum vita mea, *&c.* p.409.

3. *Ad literam, allegoriam, & mores.* Quamuis moraliter hæc de Iudæis in profundo peccatorum merſis, ac duro aſſuetudinis lapide opertis, poſſint intelligi; verius ad literam de Ieremia miſſo in lacum cænoſum, ſeu lapidibus oppreſſo in Ægypto: multo autem veriùs de Chriſto Domino lapidibus apperito à Iudæis: ac denique veriſſimè de eius ſepulchro in lapide viuo exciſo veniunt per allegoriam intelligenda prophetice. p 409.

Trimetri 18. *Carmen III.*

Sade. Inundauerunt aquæ ſuper caput meum: dixi: Perij. p.410.

Tractatus XI.

De expoſitione 19. 20. 21. *&* 22. *ſub literis* Coph. Res, Sin, *&* Thav. Siue, *De fortuna deſperata extremo eleuamento.* p.410.

Trimetri 19. *Carmen I.*

Coph. Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouiſſimo.

Paragraphi.

1. *Ad literam, & allegoriam.* Clamans ſanctus Ieremias ad Deum in perſona Hebræorum extremè laborantium Chriſtum Dominum præfigurat orantem pro Eccleſia ſua in mediis tentationum fluctibus periclitanti. p.410.

Trimetri 19. *Carmen II.*

Coph. Vocem meam audiſti: ne auertas aurem tuam à ſingultu meo, & clamoribus.

2. *Ad*

Digitized by Google

2. *Ad literam.* Rectè poſtulat ſanctus Ieremias, vt Deus ſeruet ſecum ad populum ſuum leges amicitiæ, ſuſcipiens in aduerſis deprecantis preces, quas in priori felicitate placidè audiebat; ſed ô ſumma pietas! non ſatis Deus habet liberare afflictos, niſi à timore præueniat eos imminentis ruinæ. p.411.

Trimetri 19. Carmen III.

C o p h Appropinquaſti in die, quando inuocaui te: dixiſti: Ne timeas. p.411.

Trimetri 20. Carmen I.

R e s. Iudicaſti Domine cauſam animæ meæ, Redemptor vitæ meæ.

3. *Ad literam, & allegoriam.* Aptiùs hæc innocentiæ proteſtatio, atque diuinæ defenſionis patrocinium in extrema calamitate ſancto Ieremiæ, & Chriſto Domino Agno innocentiſſimo adaptari poteſt, & debet, quàm Iudæis ingratiſſimis, qui diuinorum beneficiorum memoriam, niſi dum opprimerentur, non recolebant, quique præter innumera flagitia in vtrunque patrata, nullam poterant prætendere innocentiam. p.412.

Trimetri 20. Carmen II.

R e s. Vidiſti Domine iniquitatem illorum aduerſum me: iudica iudicium meum. p.413.

Trimetri 20. Carmen III.

R e s. Vidiſti omnem furorem, vniuerſas cogitationes eorum aduersùm me. p.413.

Trimetri 21. Carmen I.

S i n. Audiſti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorum aduersùm me.

Trimetri 21. Carmen II.

S i n. Labia inſurgentium mihi & meditationes eorum aduersùm me tota die. p.413.

Trimetri 21. Carmen III.

S i n. Seſſionem eorum, & reſurrectionem eorum vide: ego ſum pſalmus eorum. p.413.

Trimetri 22. ſub litera T h a v, *Carmen I.*

Thav. Reddes eis vicem Domine iuxta opera manuum ſuarum.

4. *Ad allegoriam.* Deſcribitur duritia cordis Iudæorum poſt mortem Chriſti Domini, quorum hæreditarium malum eſt à primis parentibus deriuatum, culpam, cuius pænitere debuerant, excuſare. p.414.

Trimetri 22. Carmen II.

T h a v, Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum. p.414.

5. *Ad literam.* Pro dilatatione cordis impiorum Iudæorum in calamitate iuſti Ieremiæ, reddidit Deus extremam mæſtitiam pariter, & cordis compreſſionem. p.415.

Trimetri 22. Carmen III.

T h a v. Perſequeris in furore, & conteres eos ſub cælis Domine. p.415.

CAPVT QVARTVM.

A l e p h.

QVomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, & diſperſi ſunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum. p.416.

Gabr. à Coſta.

Tractatus I.

De expoſitione 1. & 2. Carminis ſub literis Aleph, *&* Beth. Siue, *De templi, & Sacerdotum eius deturpatione.* p.417.

Carmen I.

A l e p h. Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, *&c.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Deplorat ſanctus Ieremias templum Dei, quod auro ſolido ornatum adeo terribili conflagrauit incendio, vt auri color flauus, quem non lædit ignis, ſed perficit, in turpem nigredinem verſus ſit. p.417.

2. *Ad allegoriam, & mores.* Auri color optimus in turpem mutatus, degeneres oſtendit Iudæorum mores à Patriarchis, & Prophetis ſuis: nec non, & religioſorum hominum apud noſtros deſidiam primam viuendi regulam deſerentium. p.418.

Carmen II.

B e t h. Filij Sion incliti, & amicti auro primo, *&c.*

3. *Ad literam, & mores.* Firmitudo, & robur auri fit vaſe fictili infirmior in manu impiorum, quibus decor, & ſublimitas, in ſqualorem vertitur, & rubiginem. p.418.

Tractatus II.

De expoſitione 3. & 4. Carminis ſub literis Ghimel *&* Daleth. Siue, *De immiſericordia extremè laborantium ad ſimilia paſſos.* p.419.

Carmen III.

G h i m e l. Sed & lamiæ nudauerunt mammam, *&c.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Potuit flectere feriſſimas lamias in excidio Hieroſolymæ paruulorum miſeria, ſed non feriora parentum corda ad ſuos filios. p.419.

Carmen IV.

D a l e t h. Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius in ſiti, *&c.*

2. *Ad literam, & mores.* Obliuiſcitur naturalis charitatis mater, quæ ſibi potiùs, quàm ſuis paruulis procurat in extrema fame. p.420.

Tractatus III.

De expoſitione 5. & 6 Carminis ſub literis H e, *&* V a v. Siue, *De luxus mercede.*

Carmen V.

H e. Qui veſcebantur voluptuosè, interierunt in viis, *&c.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Non potuerunt non in tantam venire calamitatem Hebræi; vt ſtercora amplexarentur, cùm adeo voluptuosè viuerent, vt ſericis induti, & luteis, ſuper oſtrum cubarent, & veſcerentur: ſed heu! quantùm deterior illorum ſors, qui cum in deliciis legis fuiſſent, nunc turpes, & aniles fabulas, velut ſtercora, amplexantur, & laudant. p.420.

Carmen VI.

V a v. Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei, *&c.* p.421.

2. *Ad literam.* Si grauior pœna Hebræorum, quàm Sodumæ fuit, quia diuturnior, quanto grauior culpa illorum, peccato huius? p.424.

Series Tractatuum,

Tractatus I V.

De expoſitione 7. & 8. Carminum ſub literis, Z a i n, & H e t h. Siue, *De proſpera, & aduerſa fortuna Iudaeorum.* p. 423.

Carmen V I I.

Z a i n. Candidiores Nazatæi eius niue, *&c.* ibid.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Vetus felicitas Hebtæorum deſcribitur, cum in abſtinentiæ maceratione viuentes, omni pulchritudine decori, minùs ſplendeſcerent naturæ, & gratiæ donis. p. 423.

Carmen V I I I.

H e t h. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, *&c.*

2. *Ad literam.* Quemadmodum florente cultu Dei apud Hebræos, omnis pulchritudo floruir inter illos; ſic deperdita pietate, omnis decot amiſſus. p. 425.
3. *Ad allegoriam.* Religioſotum hominum cæleſtes mores apud Hebtæos olim pietate florentes, tum apud noſtros maioti cum laude, ſicut nullis valent pretioſarum rerum ſimilitudinibus adumbrati, ita deficiente obſeruantia, nec decotis vim retinent nec figuram. p. 426.

Tractatus V.

De expoſitione 9. 10. & 11. Carminum, ſub litera, T e t h, I o d, C a p h. Siue, *De extrema famis neceſſitate tempore obſidionis Ieruſalem.*

Carmen I X.

T e t h. Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame, *&c.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Meritò tolerabiliorem ducit occiſionem, ea famis neceſſitate, in qua matres filiorum carnes coxiſſe, & comediſſe viſæ ſunt. p. 426.

Carmen X.

I o d. Manus mulierum miſericotdium coxerunt filios ſuos, *&c.*

2. *Ad literam, & Mores.* Litigat intta Dei præcordia diu miſericordia cum iuſtitia, ne puniat ſceleratos; ſed eo peruenit malitia delinquentium, vt Deus conceptum furorem tenere non poſſit, ſed beulquanta cum pernicie hominum complet illud: p. 427.

Carmen X I.

C a p h. Compleuit Dominus furorem ſuum; effudit iram indignationis ſuæ, *&c.*

3. *Ad literam.* Videtur hic ad literam prophetia eſſe de exeidio Ieruſalem per Romanos; tunc enim funditus euerſa, & ſolo æquata eſt, non verò per Chaldæos. p. 427.

Tractatus V I.

De expoſitione 12. 13. 14. & 15. Carminum, ſub literis, L a m e d, M e m, N v n, S a m e c h. Siue, *De infirmatione vrbium à malitia inhabitantium.*

Carmen X I I.

L a m e d. Non crediderunt reges terræ, *&c.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Hierusalem confeſſione hoſtium inſuperabilem, loquentium ad aures populi Prophetarum maligna adulatio, vna cum iniuſta cæde iuſtorum, præſertim verò Chriſti Domini, captu facilem reddiderunt. p. 428.

Carmen X I I I.

M e m. Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates ſacerdotum eius, *&c.*

Carmen X I V.

N v n. Errauerunt cæci in plateis: polluti ſunt in ſanguine, *&c.*

2. *Ad literam, & allegoriam.* Ridere ſubit Iudæorum hypocriſim, qui cum non timerent effundere ſanguinem innocentium per plateas Ieruſalem, ita vt paſſim incurrerint in corpora occiſorum, maximo tamen ſtudio veſtium colligerent lacinias, ne polluerentur: Sed non impunè eis ceſſit peruicacia, quandoquidem & in primo excidio per Chaldæos parem vicem receperunt; & multo acerbiorem in ſecundo per Romanos, quanto atrocior fuit Chriſti Seruatoris occiſio ſupra cæterorum iuſtorum mortes. p. 430.

Carmen X V.

S a m e c h. Recedite polluti, clamauerunt eis; recedite, *&c.*

3. *Ad literam, & allegoriam.* Admonentur populares, ne ſanguine iuſtorum per plateas effuſo ſe contaminent, quando & ſanguinarij Sacerdotes, ne polluerentur, patria effugerunt: niſi magis ſit irriſio Chaldæorum, vel potiùs Romanorum in Iudæorum hypocriſim, & crudelitatem. p. 430.

Tractatus V I I.

De expoſitione Carminum 16. 17. & 18 ſub literis, P h e, A i n, & S a d e, Siue, *De cauſis iræ Dei diuidentis Hebraeos.*

Carmen X V I.

P h e. Facies Domini diuiſit eos, non addet, vt reſpiciat eos, *&c.*

1. *Ad literam, & Mores.* Exulare fecit Deus Hebræos ob irreuerentiam in ſacerdotes, & in ſenes crudelitatem. p. 432.

Carmen X V I I.

A i n. Cum adhuc ſubſiſteremus, defecerunt oculi noſtri. *Emenda paginas ad* p. 33.

2. *Ad literam, & Mores.* Qui deſperatis rebus non à Deo, qui ſolus poteſt ſaluare, ſed ad vana hominum præſidia confugerunt, miſerrimè peribunt, vt Hebræi in fragili Ægyptiorum baculo confidentes. p....

Carmen X V I I I.

S a d e. Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum.

3. *Ad literam.* Liberum non erat Hebræis intra mœnia pedem mouere propter continuam hoſtium infeſtationem, quibus non minor animi fluctuatio ob inopiam conſilij, cum ſe omni deſtitutos cernerent auxilio: quæ omnia in ſecundo excidio per Romanos veriùs ad literam adimpleta ſunt. p....

Carmen X I X.

C o p h. Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cæli, *&c.*

4. *Ad literam.* Fortè lamentatur ſanctus Ieremias eam noctem fugæ Sedeciæ Regis, in qua fuit à ſuis derelictus, & captus à Chaldæis. p....

Tractatus V I I I.

De expoſitione Carminis 20. ſub litera R e s, Siue, *De morte Ioſiæ Regis, ſeu potius Chriſti Domini, & ſeruatoris noſtri.*

Carmen

Carmen XX.

RES. Spiritus otis noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris, *&c.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Totius regni, & vrbis Ieroſolymæ inter lamentationes non potuir non miſeere Propheta lugubre de Ioſiæ Regis interitu carmen, cùm in eo omnis illius gentis tune ſpes conciderint. p....

2. *Ad literam.* Sicut poſtero quoque tempore delicias generis humani dicit populus Romanus Titum Cæſarem ob ſuauitatem morum, atque tranquillitatem, & pacem, quibus ſub illo hominum genus frueretur: ſic Hebræi Ioſiam regem ſpiritum oris ſui, quaſi in eo ſolo viueretur, pronunciabant, & Dominum à Deo vnctum. p....

3. *Ad literam.* Aufert Deus plerunque reges iuſtos, & fortes propter peccata populi, vtque poſſit ſine impedimento punire ſceleratos; deriuent enim diuioam vindictam ſancti homines. p. 432.

4. *Ad literam.* Quamuis vtraque hæc de Ioſia rege verè explicentur, longè tamen veriùs de Chriſto Domino eſſe intelligenda euidentiſſimè demonſtratur. p. 432.

Tractatus IX.

De expoſitione Carminum 21. & 22. ſub literis, SIN, *&* THAV. Siue, *De deſolatione inimicorum Iude.*

Carmen XXI.

SIN. Gaude, & lætare filia Edon, quæ habitas, *&c.*

1. *Ad literam.* Non de Romanis per ſuum Meſſiam euertendis, vt falsò commentantur Rabbini, ſed de Idumæis, qui ruinam Ieruſalem per Chaldæos læti viderunt, hæc ſunt intelligenda; quos iidem Chaldæi deuaſtarunt, licet ooo ad internecionem. p. 434.

Carmen XXII.

THAV. Si completa eſt iniquitas tua filia Sioo, *&c.*

2. *Ad literam.* Cum poſſint hæc & ad 1. & 2. excidium Hieruſalem rectè accommodari, ſi de 1. ſermo ſit, conſolaroria ſunt; ſi de 2. potiùs extremum, & perpetuum exterminium Iudæorum continent. p. 436.

5. *Ad allegoriam.* Veriùs fortaſſe hîc credenda allegoria de ſæculi fine, atque de Hieruſalem cæleſti & Edom gehennæ. p. 437.

ORATIO IEREMIÆ PROPHETÆ;

Siue,

CAPVT QVINTVM Threnorum.

RECORDARE Domine quid acciderit nobis: intuere, & reſpice opprobrium noſtrum. Hæreditas noſtra verſa, *&c.*

Paragraphus vnicus.

Peroratio eſt in hoc capite præcedentium lamentationum. p. 438.

Gabr. à Coſta.

Tractatus I.

De expoſitione 1. 2. & 3. Carminum. Siue, *De expoſtulatione Sanctorum cum Deo vindicante.*

Carmen I.

Recordare Domine, quid acciderit nobis, *&c.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Sanctus Ieremias modò ad Deum conqueritur humiliter; modò precatur auxilium ſuauiter, modo diuinam prouocat pietatem efficaciter. p. 438.

Carmen II.

Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos; domus noſtræ ad extraneos.

2. *Ad literam.* Deus qui dona ſua etiam cum miraculis conſeruat, eadem in exteros quoque diſpergit ob ingratitudinem poſſidentium, quod ſicut grandis iræ Dei ſignum, ita ſi humiliter proponatur, efficaciſſimum eſt ad conciliandam pietatem remedium. p. 439.

Carmen III.

Pupilli facti ſumus abſque patre: matres noſtræ quaſi viduæ.

3. *Ad literam.* Rem ſanè diuina miſeratione dignam obiicit propheta orbitatem, & viduitatem gentis Hebrææ deſtitutæ præſidio Regum, & Principum; & quod magis eſt, per receſſum à Deo ſine viro, & patre in deſolatione viuentis. p. 440.

Tractatus II.

De expoſitione 4. 5. & 6 Carminum. Siue, *De vita in ſupplicium.*

Carmen IV.

Aquam noſtram pecunia bibimus, *&c.*

Paragraphi.

1. *Ad literam & Mores.* Timent ſapientes malè vti & aquæ potu, ne iuſto Dei iudicio illis conuertatur in ſupplicium creatura Dei, quia ſicut ferè ſemper abuſi ſunt Hebræi, ita in iuſtiſſimam vindictam communibus creaturarum vſibus deſtituuntur. p. 441.

Carmen V.

Ceruicibus noſtris minabamur, *&c.*

2. *Ad literam & Mores.* Non ſatis habet ſeritas dominorum crudelium opprimere hominẽ ſeruitute brutorum, niſi & ipſorum brutorum vſus & iura deneget, nullam miſeris ſeruis laborum viciſſitudinem concedens. p. 442.

Carmen VI.

Ægypto dedimus manus, & Aſſyriis, *&c.*

3. *Ad literam, & Mores.* Docet hic locus, eum qui auxilium, non à Deo, ſed ab hoſte requirit, miſeriorem ſibi comparare ſuis manibus ſeruitutem, quàm fugiat. p. 442.

Tractatus III.

De expoſitione 7 8. 9. & 10. Carminum. Siue, *De iniuſta querimonia malorum filiorum, dum ſuper eos venit ira Dei.*

Carmen VII.

Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Ingenium peruerſæ ſobolis filiorum, vt ſuam probent innocentiam in parentum culpam ſuorum malorum cauſam reiicit. p. 443.

2. *Ad literam.* Qualiter Deus iniquitates Patrũ in filiis punire dicatur & ſoleat. p. 443.

Digitized by Google

Carmen VIII.

Serui dominati ſunt noſtri;non fuit,qui redimeret de manu eorum.

3. *Ad literam, & Mores.* Nulla maior ſeruitus,quàm ſi dominentur inſipientes in populis, ſed & hæc via eſt, vt barbaris tradantur vrbes,& regna in captiuitatem;quæ manifeſto exemplo Hebræorum comprobantur.p.444.

Carmen IX.

In animabus noſtris afferebamus panem nobis, *&c.*

4. *Ad literam.* Quamuis hæc de Hebræis in Babylonia captiuis poſſint intelligi, veriùs tamen de eiſdem in obſidione Chaldæorum comprobantur.p.445.

Carmen X.

Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt à facie tempeſtatum famis.

5. *Ad literam.* Pulchra ſimilitudine duriſſima oppreſſio famis deſcribitur.p.446.

Tractatus IV.

De expoſitione 11. 12. *&* 13. *Carminum.* Siue, *De inexplebili libidine Chaldæorum in Hebræos.*

Carmen XI.

Mulieres in Sion humiliauerunt, virgines in ciuitatibus Iuda.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Non ſatis fuit, quòd fortunis omnibus, & libertate ſpoliati ſunt Hebræi, niſi & ſacrilega venere Chaldæorum, matronalis pudicitia, & virginum caſtimonia in oculis populi violaretur. p.446.

Carmen XII.

Principes manu ſuſpenſi ſunt; facies ſenum non erubuerunt.

2. *Ad literam.* Credas licet Principes populi laqueo ſe ſuſpendiſſe; ſiue fune ligatos fuiſſe in captiuitatem abductos; Quid hoc intolerabilius? Quid illo infelicius? p.447.

Carmen XIII.

Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt,*&c.*

3. *Ad literam & Mores.* De infanda venere, operto capite, & ſub verborum metaphoris, gentilis homo non loquitur, quanto magis Chriſtianus? p.447.

4. *Ad literam, & Mores.* Hi homines ſe ipſos minùs ſceleratè occiderent, in vtrumque ſexum iniurij Reipublicæ, hoſtes totius orbis finem machinantur, præterea à natura contra ſuas ipſius leges, ſolitis non modò beneficiis fraudantur, ſed acerbiſſimè puniuntur.p.448.

Tractatus V.

De expoſitione 14.15. *&* 16. *Carminum.* Siue, *De ruina reipublicæ Hebræorum, & religionis inter eos.*

Carmen XIV.

Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro pſallentium.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Sicut iuuenum lætitia, & ſenum authoritate omnis bene conſtituta reſpublica floret,& viget; ſic vtraque deficiente, corruit,& marceſcit.p.449.

Carmen XV.

Defecit gaudium cordis noſtri: verſus eſt in luctum chorus noſter.

2. *Ad literam, & Mores.* Gaudium, & lætitiam cordis noſtri tam citò proximant mœror & triſtitia, vt fidelior ſit memoria præteritorum bonorum præſenti lætitia.p.450.

3. *Ad literam, & Mores.* Viro religioſo nihil iucundius cultu Dei, cui omnis mœroris cauſa,cùm defecerit.p.451.

Carmen XVI.

Cecidit corona capitis noſtri: væ nobis,quia peccauimus.

4. *Ad literam.* Quoniam in conſuetudinario vſu ſacrorum corona geſtabatur, rectè hîc pro coronæ caſu,religionem,& verum cultum Dei deperditum doluiſſe ſanctum intelligimus Ieremiam.p.451.

5. *Ad literam.* Secundùm literæ corticem propheta regni deplorat Iudaici occaſum, & ruinam principatus Hebræorum.p.452.

Tractatus VI.

De expoſitione 17. *&* 18. *Carminum.* Siue, *De inſignis mæſtitiæ cauſis.*

Carmen XVII.

Propterea mœſtum factum eſt cor, *&c.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Proteſtatur ſanctus Ieremias doluiſſe non modò extremè ſuorum popularium,ſed mœroris ſumpſiſſe inſignia, quæ in oculis omnium apparerent.p.453.

Carmen XVIII.

Propter montem Sion quia diſperiit,*&c.*

2. *Ad literam.* Tanti cauſæ mœroris apponuntur, templi ſacri deſolatio, vna cum regni, & religionis conculcatione ab exteris gentibus.p.454.

3. *Ad allegoriam.* Syluæ in monte ſancto, & vulpes in templo, hæreticos, & prauos mores in Eccleſiam irrepentes ſignificant. p.455.

Tractatus VII. & vltimus.

De expoſitione 19.20.21. *&* 22. *Carminum.* Siue, *De votis miſerorum extremis.*

Carmen XIX.

Tu autem Domine in æternum permanebis, *&c.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Occupat ſanctus Ieremias reſpondere infidelibus, quòd non ſit ablata diuinæ prouidentiæ ſtabilitas, quantuncunque regnum,& religio Dei conciderint in terra, niſi fortè ſit tacita incuſatio ſecuritatis diuinæ in vltima perditione Hebræorum.p.455.

Carmen XX.

Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri,*&c.*

2. *Ad literam.* Satis dulciter queritur D. Ieremias, quaſi de læſa charitate Dei in populum ſuum.p.456.

Carmen XXI.

Cõuerte nos Domine ad te,& cõuertemur,*&c.*

3. *Ad literam.* Dogma fidei in hac ſententia continetur qua monemur,nõ poſſe nos vtique ad Deum conuerti, niſi miſericorditer à præuenienti gratia adiuuemur: hoc petit Sanctus Ieremias ſuorum nomine popularium,ſciens vnicum, & potentiſſimum in malis remedium extremis.

4. *Ad literam.* Nihil aliud in votis habent extremè miſeri, niſi priſtinam felicitatem. p.457.

5. *Ad literam.* Videtur hîc Propheta Deo in memoriam reuocare promiſſionem olim factam de reuocatione gentis Hebrææ ad fidem Patriarcharum, dum in fine mundi Chriſti euangelium ſuſcipient, & fidem. p.458.

Carmen XXII.

Sed proiiciens repuliſti nos, iratus es contra nos vehementer.

6. *Ad literam.* Terminum iræ Dei ſatis artificioſè poſtulat ſanctus Ieremias ex diuturnitate eius: ſeu, diuinam non minùs elegauter miſericordiam implorat, dum omnino deſperantis figuram agens, vltimum lamentandi finem facit. p.458.

SERIES
TRACTATVVM
ET PARAGRAPHORVM
SVPER COMMENTARIIS
in Ionam Prophetam.

Proœmium pag. 161.

CAPVT I.

Prophetiæ textus. *Et factum eſt,* &c.

TRACTATVS I.

De miſſione Ionæ Prophetæ ad prædicandum Niniuitis.

Et factum eſt verbum Domini ad Ionam filium Amathi, &c.

Paragraphi.

1. Sicut ingenui eſt non ſimulare, ſed nec quidem poſſe: ita prudentis ad publicum prædicationis munus, non procedere non iuſſum, & à Deo non priùs edoctum. pag.462.

2. Quisnam fuerit iſte Propheta, quamque accommodatum ad prædicationis munus nomen habuerit? p.464.

3. Neſcit tarda molimina diuina pietas in procuranda hominum ſalute. p.465.

4. Origo Niniue monſtratur, ad quam veluti ad mundi figuram in Iona filius Dei deſcendit. ibid.

5. Quàm non ſit perſonarum acceptor Deus qui omnes vbique locorum ad ſalutem & pœnitentiam prouocat. p.466.

6. Non deſcendit Deus ad vindictam niſi importunis malitiæ clamoribus prouocatus. pag. 467.

Tractatus II.

De verbis illis: *Et ſurrexit Ionas vt fugeret in Tharſis à facie Domini,* &c. vſque ad *à facie Domini.* Siue, *De fuga Ionæ à facie Domini.*

Paragraphi.

1. Amor Patriæ & propriæ exiſtimationis iactura, Ionæ fugam pepererunt. pag.467.

2. Quòd nomine Tharſis, nulla certa regio, ſed maritima, & longinqua loca deſignentur, non tamen reiectis aliorum placitis ex D. Hieronymo probatur. p.468.

3. In loco à quo Ionas nauigationem accepit, pulchra allegoria de religata ad rupem Andromada inſinuatur. p.469.

Tractatus III.

De analogia fugæ Ionæ ad Chriſtum, noſtráque in ea, morum eruditione.

Paragraphi.

1. Ionas fugiens à facie Domini, Verbum æternum è cælo ad nos deſugiens præfigurat. p. 470.

2. *Moraliter.* O quantum periculi in mundi aſpectu! Animam de ſtatu ſuo deiicit in ſeruitutem Dominorum crudelium, & à Deo fugere compellit. ibid.

3. Quandoquidem anima per oculos à Deo, & à ſe fugit, clauis figenda Chriſti, quibus longè ſuauiùs, quàm voluptatum aculeis vulnerabitur. p. 471.

4. *Moraliter.* Bono Prælato requies in deſiderio tantùm eſt, labor verò in vſu; honor, ac vita in neceſſitate; mors in voto pro ſalute aliorum, vel ſi ſolus pereat. p.472.

Tractatus IV.

De verbis illis: *Dominus autem miſit ventum magnum in mare,* &c. Siue, *De tempeſtate ſuperueniente in Ionæ nauim.*

Paragraphi.

1. Monſtrat hæc tempeſtas in Ionæ nauim; cauendo fieri vt eueniat, quod diuinitus diſpoſitum eſt euenire. p.472.& 473.

2. *Moraliter.* Tempeſtas diuinitus excitata in ſolam Ionæ nauim, docet, nullam aduerſante Deo tranquillitatem fore, & quàm ſit peccatoris indiuidua comes tempeſtas poſt Adami lapſum; quantóque ſæuior animam fugientis Deum, turbo inuadat. p.473.

3. O mirum diuinæ vltionis beneficium, tempeſtas timorem inducit, timor ſpem aperit, ſpes ad Deum cogit; docétque calamitas opportunè remedium ſalutis accipere vel neceſſitate cogente, proiiciendo merces in mare! pag 474.

Tractatus V.

De verbis illis: *Et Ionas deſcendit ad interiora nauis,* &c. Siue, *De Iona dormiente in media tempeſtate.* pag. 475.

Paragraphi.

1. Prophetam ſanè agere videretur Ionas dum inter medios fluctus ſecurus dormit, niſi fugitiuus Dei eſſet: quare ex mœſtitia commiſſi ſceleris obdormiiſſe potius credendum eſt. ibid.

2. *Moraliter.* Sicut primus peccantis labor eſt latebras quærere, vt in ſordibus ſuis conquieſcat: ita deplorati in malis animi eſt, inter flagella Dei excitantia ad pœnitentiam ſecurum dormire. p. 476.

3. Cùm malus per omnia, & ad omnia cæli, & terræ negotia ſit inutilis; pius è contrario adeo per omnia, & omnibus proficuus exiſtit, vt etiam indignis diuinam ſæpe promereatur miſericordiam. p. 477.

4. Vnicum in malis præſidium oratio; per eam quod Deus diſpoſuit, obtinetur, ab iniuria deſcendimus,

defendimur, & ignominia, cælum aperitur, quæque peccatum deſtruxerat, teſtituuntur. pag. 478.

Tractatus VI.

De verbis illis: *Et dixit vir ad collegam ſuum: venite*, &c. Siue, *De comprehenſione Ionæ per ſortem.*

Paragraphi.

1. Quòd nautæ cauſam tempeſtatis malum credunt, exiſtimarunt rectè; quod verò ſortibus exquiſierunt, ſuperſtitioſè: non enim omnes probantur ſortes, ſed quæ inſpirante Deo in graui neceſſitate, & præmiſſa oratione mittuntur. p. 479.
2. Deſperatis rebus, ij quibus rerum cura commiſſa eſt, malorum non modò cauſas exquirant, ſed inuenta crimina, ſic cum difficultate credant, vt credita ſine tarditate puniant. ibid.
3. Rectè quidem exiſtimarunt nautæ otioſum hominem fore pernicioſum, iiſque mali cauſam. p. 481.
4. Quando mores hominum reſpondeant ſicut ſemina ad regionis habitum, non ſine cauſa de patria, & genere rei inquirendum. p. 481.

Tractatus VII.

De verbis illis: *Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum*, &c. Siue, *De patria, origine, & religione Ionæ Prophetæ.*

Paragraphi.

1. *Allegoricè.* Hebræum ſe dicit Ionas, quaſi ſeruum poſt culpam, vel quaſi tranſitorem, ſeu fugientem ea, quæ ſæculi ſunt; qui titulus fuit gloriæ Hebræorum, & Chriſtiani hominis deber eſſe proprius. p. 482.
2. Qui præ ſtultitia, ſeu potiùs vitioſo pudore, Domini præſentiam fugiebat Ionas, vi tempeſtatis oppreſſus ſic vtrunque correxit malum, vt honeſtè pariter, & prudenter inuerecundus ſuam inobedientiam fateatur; imitari ergo non pigeat reſipiſcentem, qui ſequutus fuerit errantem. p. 483.
3. Adeo conculcatur vir aliàs ſapiens, & ſanctus, etiam ab infimæ ſortis hominibus, ſi palam fiant eius errata, vt ab illius ſibi timeant conſortio, & illum audeant reprehendere: ſed in eo ſalus errantis agitur, ſi confuſione contempta ſuam non celet improbitatem. p. 485.
4. Quem meritò, vt transfugam arguerant nautæ, iam prudenter vt Prophetam conſuluut, & ſapientem. p. 487.

Tractatus VIII.

De verbis illis: *Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis*, &c. Siue, *De proiectione Ionæ in mare per manus nautarum.* pag. 487.

Paragraphi.

1. *Allegoricè.* Vltro ſe ſe offert Ionas ad mortem, quippe qui Domini gerebat figuram, cui mori non fuit neceſſitas, ſed poteſtas: vt homines, quos propter ipſum Pater amiſerat, ſua voluntaria deiectione Patri recuperaret. ibid.
2. *Moraliter.* Anima, quæ poſt delictorum confeſſionem, ſe ipſam punire per pœnitentiam non tardat, diuinam non modò miſericordiam ſibi conciliat, ſed meritò iuſtitiæ extorquet. p. 488.
3. Tantum poteſt vel ſolum virtutis cadauer, vt in ſummo periculo conſtituti nautæ potiùs velint perire quàm Ionam vltro ſe deuouentem in fluctus mittere. p. 489.
4. *Moraliter.* Animæ, quæ profuga fuit à Deo, vt eò redeat, vnde egreſſa eſt, non ſatis eſt timere, niſi & eadem per veſtigia cum timore reuertatur. ibid.
5. Cum adeo enorme peccatum ſit homicidium, vt eadem pœna, qua ſerpens, & maiori, quàm Adamus puniatur, iuſtiſſimè verentur nautæ Ionam violare; mitiores profectò in vmbram alieni, quàm populares Iudæi in Chriſtum Dominum. p. 490.
6. *Ad literam, & mores.* Homo qui iure Creatoris in cætera creata tanquam in ſeruos imperium gerebat, culpæ merito in manus ſeruorum ſuorum traditur flagellandus, vt qui per peccatum deſeruit Deum, ſub quo eſſe debuerat, ſubditus fieret eis, ſupra quos eſſe debuit. p. 491.
7. *Ad literam.* Magna diuini timoris bona, ſine quo non venitur ad fidem, & primam ſalutem; comes quoque virtutum eſt, & ſecura cuſtodia. p. 492.
8. *Ad literam.* Non ſolùm in Chriſtianis, ſed etiam apud Ethnicos in religione ſumma fuit, vota in tempeſtate maris concepta; quamprimùm exſoluere. ibid.
10. *Moraliter.* Anima de tentationum turbine erepta, nullum Deo gratius immolabit ſacrificium, quàm ſi diuino timore contuſum cor offerat; quod ſi & veſtes lachrymis madidas ſuſpendat, futuræ ſerenitatis arcum veluti iridem ſibi erigit. p. 493.

CAPVT II
Prophetiæ Ionæ.

ET præparauit Dominus piſcem grandem, vt deglutiret Ionam, &c.

Tractatus IX.

De verbis illis: *Et præparauit Dominus piſcem grandem*, &c. Siue, *De ceto deuorante Ionam.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Sic Deus ſolet triſtibus læta tuiſcere, vt multo felicius naufragus Ionas in ventre ceti nauigauerit, quàm intra nauim. p. 494.
2. *Ad literam.* Tametſi vulgus balænam putet fuiſſe hoc monſtrum marinum, quod Ionam vorauit, & cetum vocetur à Chriſto Domino; nullatenus tamen de certa ſpecie conſtat, ſed piſcis creditur immanis magnitudinis. ibid.
3. *Allegoricè.* Qualiter Chriſtus Dominus, cuius hic Ionas expreſſam gerit figuram, fuerit in ſepulchro tribus diebus, & tribus noctibus: grauis difficultas proponitur, & reſoluitur. p. 495.
4. *Allegoricè.* Deſcenderit-ne realiter anima Chriſti Domini in triduo mortis ad loca tormentorum in inferno? fueritque cum Patribus in limbo, vſque ad inſtans reſurrectionis?

rectionis? Graues item quæſtiones aliæ teſolountur, p. 496.

5. *Moraliter.* Efficaciſſimum ad virtutem conſeruandam, vel augeodam in anima pœnitente medium eſt, aſſidua Domioicæ paſſionis meditatio, quando & Ionas per ſolam illius figuram de profundo malorum in ventre ceti reſipuit ſalutaritet. p.497.

6. *Moraliter.* Potentior profectò mortis timot ad conſeruandam innocentiam eſt in homine ipſa immottalitate: ſola eoim mortis expectatio rotum hominē componit. p.498.

Tractatus X.

De verbis illis: *Et orauit Ionas ad Dominum Deum ſuum de ventre piſcis*, &c. Siue, *De oratione Ionæ in ventre ceti ſuam lamentantis calamitatem.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Quòd Ionas vixetit, vbi naufragia digetebantur, debet Reſurrectioni Dominicæ, cuius & figutam oportet eſſe mitabilem, præcedentibúſque miraculis præſignari. pag.498.

2. *Ad literam.* Facit Deus locum ſalutis vbi omnino pereundum erat, vt monſtret nullum eſſe locum diuino auxilio imperuium; ſicuti nullum eſt noſtris orationibus non oppottunum, túncque ad diuinam præſentiam poſſe animam peruenire, cùm ſe viderit, vt Ionas, omnibus aliis deſtitutam. p. 499.

3. *Ad literam, & mores.* Præuenit non modò diuina pietas, adiuuando, ipſa pericula, ſed & deſideria periclitantium antecedit; neque vllam inter petitionē, & impettationem patitur dilatiooem, niſi fotte, vt pleoam confetat ſanitatem. p. 500.

4. *Allegoricè.* Chtiſtus re ipſa mortous dicitut in corde terræ, Ionas verò non mortuus in inferis conſtitotus, quia in poteſtate Ionæ vita noo fuit, cum fuerit in manu Chriſti mors, & reſurrectio, cuius & orantis in cruce Ionas figurā gerit in ſua lamētatione. ibid.

5. *Moraliter.* Magnum compendium ad ſalutem, magna remedia Deus controlit, vt habeat timidus laudem; ſi vmbræ inferni metus Ionæ fuit vtique ſalutaris, quantum proderit gehennæ, & iudicij timor credentibus peccatoribus? p.501.

6. *Ad literam.* Exaggerat Propheta attificioſè per hyperbolem ſuam calamitatem. ibid.

7. *Ad literam.* Eam fuiſſe calamitatis ſuæ magnitudinem dolet Propheta, vt in mentem ſibi venerit, ſe ab illa prouidentia proiectum excidiſſe, qua Deus ſoler piorum hominum res curare, quod eſt omnium malorum ſupremum. p. 502.

8. *Allegoricè.* Fluctus Dei ſuper Ionam præfigurant tumeſcentis Synagogæ in Chtiſtum perſecutiones, quas tamen Deus non præfiniuit actiuè, ſed paſſiuè: in quibus & Domini caro, vt formam ſerui impleret, ſe à Deo omnino deſtituram gemit. ibid.

9. *Moraliter.* Quos Deus amat, ſæpiùs in maioribus exercet pèticulis, veluti Dux in caſtris periculoſa imperat fortioribus: cæterum & quos flagellat, feſtinat citiùs ſubleuare. p.503.

Tractatus XI.

De verbis illis: *Veruntamen rurſus videbo templum*, &c. Siue, *De voto Ionæ, & deſiderio reuiſendi templum ſanctum pro ſui liberatione.*

Paragraphi.

1. *Ad literam, & allegoriam.* Quem ſæua pericula repente noo extetminant, firmam ſpem ſalutis concipiat; quam ſi confidenti vototum deſiderio proſequatur, aſſequetur vt Ionas eximia Chriſti Domini figura, qui ſuam ſibi gloriam ſecurus in paſſione pollicetur. p.504.

2. *Moraliter.* Religionis eſt opus deuota ad loca ſancta peregrinatio: & fidei profeſſio, myſteriorum veſtigia reuereri, & ad ſatisfaciendum pro peccatis accommoda ſatisfactio. p.504.

3. *Ad literam.* Suum amplificat Ionas periculum, vt eam, in quam videbatur incidiſſe, deſperationem excuſet. p. 505.

4. *Ad literam, & allegoriam.* Proſequitur Ionas in amplificandis deſperationis cauſis; quando eò deuenerat vnde nullum effugium poſſet ſperari, in quo Chriſti Domioi ſepulchrum retinaculis ferreis conſignatum maoifeſtè adumbratur. ibid.

5. *Ad mores.* Verè vectes fettei ſunt peccata, & malorum profundum, in quibus niſi valida præpotentis Dei manu liberetur, æternis paſſionum vinculis anima detinetur. p. 506.

6. *Secunda eiuſdem loci allegoria.* Ne deeſſet huius vaticinij corona, iuncis marinis, ex quibus ſpinea Chriſti corona plexa creditur, caput ſuum Ionas in profundo queritur fuiſſe implicatum. p. 507.

7. *Ad literam, & allegoriam.* Plenus iam ſpei ſalutis Propheta, quia ſe per triduum in ventre piſcis ſentit illæſum, à communi Domino, quaſi ſolius tantùm Ionæ res curet, propriam exigit ſubleuationem: ad figuram illius, qui triduo ſepultus, ſuæ non timuit carnis videre corruptionē. ibid.

8. *Moraliter.* Sicut horribilia Ionæ pericula cautam docent eſſe animam eam, quæ nunquam cecidit; ita & ioſperata illius ſalutis ſpes deſperatam eſſe non vult eam, quæ cecidit. p.508.

Tractatus XII.

De verbis illis: *Cum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum*, &c. Siue, *De exaudita oratione Ionæ, & eiuſdem eiectione in aridam.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Vel ſola Dei recordatio in afflictione dilatat cor, cælum penetrat, Deum à ſede ſua euocat, ſibique præſentem reddit, quem modò abſentem inuocarat. p.509.

2. *Allegoria.* Dum Ionas ſua pro oratione obſecrat, Chriſtum Dominum præfigurat pro oratione populi ad Patrem perpetuò deprecantem. p. 510.

4. *Ad literam.* Qui ab alio quàm à vero Deo in periculis auxilium implorant, vanè, gentilicè, ſuperſtitioſè, & fruſtrà laborant & in ſe ipſos ſunt immiſericordes. ibid.

5. *Allegoria.* Iudæi cuſtodientes ſepulchrum Chriſti dormientes cuſtodierunt miſericordiam, vigilantes autem quæſierunt vanitates. p.511.

6. *Ad mores.* Non deſerit nos vnquam miſeratio diuina, niſi vltro priùs deſeratur à nobis. p. 511.

7. *Ad*

7. *Ad literam, & allegoricè.* Quòd nulla apud veteres oblatio pro ſalute ſine laude, & libamine, conuiuiúmve ſine vini calice in orbem ducto, ſymbolum fuit Euchariſtieæ victimæ. p.512.
8. *Ad literam.* Quanuis incertum ſit, quo loco Ionas fuerit à ceto expoſitus: probabiliùs creditur ad ſinum Iſicum prope Seleuciam fuiſſe eiectum. p. 512.
9. *Allegoria.* Sic cum reſurrectione Dominica quadrat Ionæ in littus eiectio, vt illi facto, tempore, & loco ſimilis, noſtram item reſurrectionem mirificè confirmet. p. 513.
10. *Ad mores.* Anima, quam poſt peccatum labores inuenerunt, per eoſdem conſcientiæ puritatem, & quietem pariter adipiſcetur. ibid.

C A P V T III.
Prophetiæ Ionæ. *pag.* 514.

ET factum eſt verbum Domini ad Ionam ſecundò, dicens: Surge, &c.

Tractatus XIII.

De verbis illis, *Et factum eſt verbum Domini ad Ionam ſecundò, dicens: Surge,* &c. Siue, *De prædicatione Ionæ in Niniue.*

Paragraphi.

1. *Ad literam, & mores.* Propheta, qui imperantem non ſenſerat Dominum, liberantem intellexit, vt continuò obediret. pagina 514.
2. *Ad literam.* Amplitudinem Niniue Hebraica litera per figuram, vulgara verò ſimpliciter declarat; ea autem traditur in ambitu quindecim leucas habuiſſe Hiſpanicas, longitudinis quatuor, latitudinis verò tres. p. 515.
3. *Ad literam.* Ex conformitate ad veritatem Hebraicam, vulgara editio in numero quadraginta dierum comminationis diuinæ, præfertur verſioni Septuaginta, qui vel tres, vel quatuor ponere viſi ſunt. p.516.
4. *Ad literam.* Terminum Deus euerſionis Niniue non poſuit, ne redderet ſecutos pœnæ, quos perpetuò voluit eſſe pœnitentes. p.517.
5. *Ad literam.* Verè quidem per pœnitentiam euerſa eſt Niniue peccatrix in malo, & erecta in bono. p.518.

Tractatus XIV.

De verbis illis: *Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum, prædicauerunt ieiunium,* &c. Siue, *De vera pœnitentia Niniuitarum & venia.*

Paragraphi.

1. *Ad literam, allegoriam, & mores.* Niniuitæ prædicationi Ionæ propter ſignum liberationis eius de ventre ceti, credentes, Iudæorum peruicaciam condemnant, Chriſti Domini Reſurrectioni fidem denegantium, & probant extraneos plerunque vocati, & vocationi diuinæ acquieſcere, domeſticis, & familiaribus reluctantibus. p.519.
2. Prædicant Niniuitæ ieiunium inſtante ruina, quia nouerunt carnis pericula, non poſſe niſi de ſuo incommodo inſtaurari, neque vires ſpiritus niſi de infirmitate carnis reficiendas. p.520.
3. *Ad literam, & mores.* Peruenit quidem ad Regem Niniue vtile poſtremo in loco conſilium, cuius tamen in vſu prudentiæ primus, cum primùm Dei potentiam agnouit, ſuam omnino abiecit, ſciens Deum à Regibus non niſi humilitate vincendum. p. 521.
4. *Ad literam, & mores.* Ea fuit omnium Niniuitarum ad pœnitentiam promptitudo, vt Rea populum, & populus Regem ipſum præuenerit, p 522.
5. *Ad literam, & mores.* Prudentiſſimo Niniuitæ conſilio, vniuerſale iumentis, & pueris indixere ieiunium, quò poſſent vehementiùs eorum clamoribus ad pœnitentiam prouocari, vtque nullus non pateret aditus in tanta vrbe miſericordiæ diuinæ, quando nullus in ea erat impœnitentiæ locus; conſiderantes nanque quod fecerant, noluerunt moderari quid facerent. ibid.
6. *Ad literam.* Iubentur non modò homines expanſis ad cælum manibus diuinam miſericordiam implorare, ſed & animantium vocibus ſupplicare.p.523.
7. *Ad literam, & mores.* In publicis calamitatibus non ſunt fugiendæ vrbes, ſed ſcelera: proditor enim patriæ eſt, qui cum poſſit eam pœnitendo ſaluare, fugiendo deſerit perituram. p.524.
8. *Ad literam, & mores.* Particula dubitationis Deo in ſacra pagina niſi ſecundùm morem noſtrum attribuitur, vel grauitatem peccatorum proteſtatur, quæ licet ſpem veniæ omnino non deiiciat, turbat tamen. ibid.
9. *Ad literam.* Deus qui adeo ab omni ira, & furore alienus eſt, vt ſi quando venerit vindicare, operiri ſtudeat, & latere, quique in ſupremo iudicio apparebit tranquillus, ad morem tamen noſtrum iraſci quandoque dicitur, & furere.p.525.
10. *Ad literam.* Ea eſt diuinæ bonitatis pietas, vt mala ſæpiùs comminetur, ne inferat ea, quippe ad primum pœnitentiæ motum placatur. p.526.
11. *Allegoria.* Euertendam prædicat Ionas Niniuem, & Chriſtus Dominus Hieroſolymam; conuertentur tamen ad Deum Niniuitæ ea miraculo liberationis Ionæ de ventre ceti, ſed non credunt Iudæi Chriſto Domino à mortuis reſurgenti. ibid.

C A P V T IV.
Prophetiæ Ionæ.

ET afflictus eſt Ionas afflictione magna, & iratus eſt, &c.

Tractatus XV.

De verbis illis: *Et afflictus eſt Ionas afflictione magna,* &c. Siue, *De expoſtulatione Ionæ cum Deo.* p.527.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Quanuis propter gloriam Dei afflictum fuiſſe Ionam veroſimile ſit, longè tamen veroſimilius eſt, propter ſui nominis

nis opinionem in tam grauem mœrorem incidiſſe. p. 527.

2. *Ad literam.* His quinque nominibus diuina miſericordia eleganter deſcribitur, quæ noſtris ita malis commoueri ſolet, vt conſolatione videatur indigere. p. 528.

3. *Ad literam.* Blandiendo accuſat Ionas Deum, & ſuam excuſans fugam conqueritur, ſe in id fuiſſe miſſum, vt mendax haberetur. ibid.

4. *Ad literam.* Quoniam naturale eſt homini voluptate potius carere, quàm dolorem pati, eligit potius Ionas vita priuari, quàm in dolore iniuriæ viuere, id tamen niſi de licentia Dei prudentiſſimè non optauit. pagina 529.

5. *Ad literam.* Quoniam iracundia ſola poteſt ratione ſanari, voluit pius Dominus vt rationem quæreret Ionas, qua poſſet conſolationem inuenire. p. 530.

6. *Ad mores.* Voluntatem Dei ille perfectè exequitur, qui neque propriæ vtilitatis, neque gloriæ Dei prætextu ab impoſito ſibi diſcedit onere. ibid.

Tractatus XVI.

De verbis illis: *Et egreſſus Ionas de ciuitate*, &c. Siue, *De ſeceſſu poſt munus publicum.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Egreſſus Ionas de ciuitate ſedit contra Orientem, vt de ritu patrio oraret verſus templum, & occidentem Solem, quem & vetertima noſtra templa reſpiciebant, vt doceremur ad Orientem orare. p. 531.

2. *Ad mores.* Conſentaneum eſt homini libertatis ſtudioſo poſt publica munia ſeceſſum quærere; ſolitarius enim non modò quietè viuit, ſed ex alto cuncta infra ſe, tuto poſitus loco videt. p. 532.

3. *Ad mores.* Eſt magnum ſolitudinis periculum, ſingularitas; euertit enim non ſolùm vrbes, ſed & cælum ipſum. ibid.

4. *Ad literam, & mores.* Neque prophetæ quandoque, quæ prædicunt, diuinæ prouidentiæ ſecreta perſpiciunt: ſed neque quæ Dei occulta myſteria non ſcrutatur anima, firmius ædificium conſtruit, quàm tugurium. ibid.

5. *Ad literam.* Magnum inter Doctores diſſidium de ſpecie huius arbuſculi, ſoluit æquiuocatio Hebrææ vocis quæ & cucurbitam, & hederam ſignificat, ſi addas, de rigida hedera poſſe intelligi. p. 533.

6. *Ad mores.* Recedens à Deo anima, nihil niſi fugax gaudium, & animi commotionem inuenier; quippe pueriliter à gaudio tranſmutatur in dolorem. p. 534.

Tractatus XVII.

De verbis illis: *Et parauit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum, & percuſſit hederam, & exaruit*, &c. Siue, *De reconuentione Ionæ.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Vno die creuit hedera, & altero properauit naſcendo vermis, vt læderet eam; vmbraculi autem euerſionem ſequutus vehementiſſimus æſtus Ionam pene in amentiam adduxit. p. 535.

2. *Allegoria.* Antequam oriretur Sol iuſtitiæ, virebat vmbraculum legis Moyſaicæ, & non arebat Iſrael: poſtquam autem ille ſurrexit, qui dixit, Ego ſum vermis, & non homo, percuſſit vmbraculum & virorem perdidit Synagoga. ibid.

3. *Ad mores.* Rerum mundanarum viciſſitudinem, Ionæ monſtrat hedera, quòdque in uicem cedunt ſemper dolor, & voluptas. p. 536.

4. *Ad mores.* Tunc conſtabit, qua mente poſſideas, ſi rem tibi doleas ablatam, quam poſſederas; ſapiens enim in huiuſmodi iactura, non perdit iouitus, ſed libens reddit quæ ſua non putat. ibid.

5. *Ad mores.* O quàm fluida mundi gloria accedente conſcientiæ verme, qui ſi non mordeat, obduratæ malitiæ ſignum eſt. ibid.

6. *Ad literam.* Prætereundum nequaquam eſt, quod Ionas in ventre ceti vitam deſiderat, qui ſub hedera exſiccata mortem poſtulat. ibid.

7. *Ad literam, & mores.* In feruore ſolis æſtuatus Ionas iam non comprimit iram, ſed voluptatis iacturam magis ſenſit, quàm vitæ. p. 537.

8. *Ad literam.* O mira Dei benignitas, quæ non dedignatur ex ratione ſe oſtendere miſericordem. ibid.

9. *Ad literam, & mores.* Conuincitur iniuſtitiæ Ionæ querela: qui enim fieri poterat, vt Deus non ignoſceret ciuitati, in qua tot millia erant innocentium, quando vel vnus tantùm iuſtus integram domum, vel vrbem reddit felicem? ibid.

SERIES
TRACTATVVM
ET PARAGRAPHORVM
SVPER COMMENTARIIS
in Malachiam Prophetam.

CAPVT I.

Litera textus.

ONVS Verbi Domini ad Iſrael in manu Malachiæ, &c.

PROLOGVS.

Paragraphi.

1. De tempore huius vaticinij. pag. 540.
2. De materia huius prophetiæ. ibid.

Tractatus I.

De qualitate huiuſmodi Prophetiæ.

Text. Onus verbi Domini ad Iſrael in manu Malachiæ. *pag.* 541.

Paragraphi.

1. Triſtia, & onerosa prædicit Malachias. pagina 541.
2. Ad quos facta fuit hæc reuelatio. p. 543.
3. De propheetarum vi ad ſuadendum. p. 544.
4. Quiſnam fuerit homo Malachias? p. 545.

Tractatus II.

Series Tractatuum,

Tractatus II.

De prædeſtinatione Iacob, & reprobatione Eſau, ſuper illis verbis textus: Dilexi vos, dicit Domious.

Paragraphi.

1. Amor Dei, diſeretioois inter homines principium, & cauſa. p. 546.
2. Beneficia impudenter oegat qui obliuiſcitur. p. 549.
3. Pertincátne hic locus ad tegnum temporale Iacob, an etiam ad prædeſtinationem eiuſdem, & teprobarionem Eſau? p. 549.
4. An prædeſtinatio, ſeu reprobatio habeat cauſam in meritis, ſeu demeritis hominum. p. 551.
5. *Moraliter.* Miſeria hominis poſt peccatum, & remedium à principio. p. 552.

Non deſideratur Tractatus III. errauit amanuenſis in numero, qui loco 3. poſuit 4.

Tractatus IV.

De exterminio Idumæa ſempiterno.

Text. Quod ſi dixerit Idumæa, Deſtructi ſumus, *&c.*

Paragraphi.

1. Quare malunt impij caſui, & fortuoæ ſua mala, quàm Dei iuſtitiæ, & potentiæ adſcribere. p. 552.
2. Cur Deus exterminauerit Idumæos. p. 553.
3. Quo tempore implera fuerit bæc prophetia? p. 554.
4. In obſequium piorum ſunt & bona, & mala impiorum. p. 555.

Tractatus V.

De ingratitudine Iſraelitarum.

Text. Filius honorat patrem, & ſeruos domioum ſuum.

Paragraphi.

1. Iora gentium, & natura fregerunt ingrati erga Deum & tebelles Iudæi. p. 556.
2. Deum magis cootemnit, qui irreligioſè colit. p. 557.
3. Malè procurara ſacrificia potiùs Impietas, & obliuio polluta, quàm cultus Dei ſũt. p. 559.
4. Extrema ſaoè, & incurabilis malitia, cui ſacra obtenditur religio. p. 560.
5. Quo minoris pretij ſacrificium, eò religioſiùs procurandum? p. 561.
6. Sacerdoribus Dei cultum negligentibos quid aliud, quàm irriſio omnipoteotis reſpondebit? p. 562.
7. Proh dolor! non ſar eſt ſacerdoti in quollbet opere taxata merces, niſi oblationes ipſas ſanctas, vt filij Heli decimauerit. p. 564.

Tractatus VI.

De commutatione veteris ſacrificij in nouum Altaris Sacramentum.

Text. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, *&c.*

Paragraphi.

1. O ſumma Dei bonitas, qui vetera ſcelera grandioribus caſtigat beoeficiis! pag. 564.
2. Deum creaturæ fulgurant, dies diei enontiat, ſydera laudant vniuerſa, quem Iudæorum infidelitas malignè colit. p. 565.
3. De ſacrificiorum differentiis apud veteres. Prænotandum primum ad principalem expoſitionem. ibid.
4. Prænotandum ſecundum & tertium, quid per gentes hîc, quidve ſacrificium apud ooſtros? p. 566.
5. Inſignis prophetia de inenarrabili, & auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. p. 567.

Tractatus VII.

De blaſphemiis veteris populi in ſua ſacrificia.

Text. Et vos polluiſtis illud, in eo quod dicitis: Menſa Domini cootamioata eſt, & quod ſuperponitur, *&c.*

Paragraphi.

1. Iudæi dicteria iacientes in ſua ſacra, ea vana, & irriſione digna fecere. p. 569.
2. Iudæi auarè, & malè rem diuinam procurantes, iure ſacerdotio priuati ſunt, & religione. p. 570.

CAPVT II.

Litera Textus.

ET nonc ad vos mandatum hoc, ô ſacerdotes, *&c.*

Tractatus VIII.

De vindicta violata religionis, ſuper illis verbis Textus:

Et nunc ad vos mandatom hoc, ô ſacerdotes, *&c.*

Paragraphi.

1. Cum talis oporteat quòd ſit ſacerdos, vt per eum glorificetur Deus ab hominibus, quantum & quale crimen Iodæorum trahentium populum ad peccarom? p. 572.
2. Cum tanta ſit paupertatis dignitas in ſacerdote, vt ei natura obediat, eam tamen quoniam ſupra modum fugiebant Iudæorum ſacerdotes, fructum auaritiæ conſequuti ſunt. p. 575.
3. In pœnam violatæ religionis, ipſa religio, impiæ, & cæremoniæ iam abolitæ velut ſtercora ſupra Iudæorum facies, & mentes relictæ ſunt. p. 575.

Tractatus IX.

De pacto veteris ſacerdotij cum Leui, ſuper illis verbis Textus:

Et ſcietis, qoia miſi ad vos maodatum iſtud, vt eſſet pactum meum cum Leui, dicit Dominos exercituum, *&c.*

Paragraphi.

1. Sacerdos in ea pacis tranquillitate viuat Dei ſocius, quò oullus rerum turbo perueoiat. p. 576.
2. Per ſacerdotum miniſterium, ſi rectè ſe gererent, populo Hebræorum ex pacto Dei debebatur vita, & pax corporalis. p. 577.

3. Quantùm

3. Quantùm vera religio ante Deum tremit, tantùm & ipſam reueretur natura. p.577.

Tractatus X.

De perfecto ſacerdote, ſuper illis verbis Textus:

Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labiis eius; in pace, &c.

Paragraphi.

1. Veritas vitæ, & linguæ, vna cum doctrinæ ſcientia, faciunt ſacerdotem cum Deo ambulare, ac multos poſt ſe trahere. p.578.
2. Sacerdotis eſt ſcire, & docere. p. 589.
3. Cor à ſacerdote petenda ſit cognitio totius legis. p.581.

Tractatus XI.

De ſacerdotum præuaricatione, ſuper illis verbis Textus:

Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandaliſaſtis plurimos in lege, &c.

Paragraphi.

1. Tametſi qui per exceſſum errat ſacerdos, ſibi periculoſiùs cadat; at cæteris damnoſiùs, & turpiùs, qui per defectum à regula declinat. p.582.
2. Quorum intererat homines auertere ab iniquitate, hi facti ſunt malorũ ductores. p.583.
3. Æquum eſt, vt qui propter homines Deum non veretur, ab ipſis etiam contemnatur. p.584.

Tractatus XII.

De reprehenſione, & comminatione in populum communem; ſuper illis verbis Textus:

Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid Deus vnus creauit nos? & cætera vſque ad finem capitis ſecundi.

Paragraphi.

1. Violarunt Iudæi iura propinquitatis, ne vel ea lege ad verum cultum Dei teuerentur obſtricti? p.585.
2. Pactum inter fratres qui frangit, vulnerat. p.586.
3. Qui matrimonij leges non ſeruat, neque fidem poterit conſeruare diuinam. p.587.
4. Qui deuiant à fide, iuſtè diuiduntur, & ſeparantur ab Eccleſia, & pro pœna talionis, aqua, & igni illis interdicitur, qui ſacrum ignem, & aquam in ſacrificiis profanarunt. p.588.
5. Vir vxori alienam ſuperinducens lachrymis operit altare Domini. p 589.
6. Sibi diſſimulare poteſt homo, ſed non occultare malitiam ſuam Deo. p.590.
7. Qui maritum ſuſtinet aduerſarium, Deum certiùs inuenit protectorem. ibid.
8. In eo, quòd exemplum bonum parentis optimi, mali filij ſuæ libidini defenſionem prætendebant, peccatum ſuum, ſicut Sodoma prædicauerunt. p.591.
9. Qui vitæ neceſſitatibus ſe dicit impelli ad peccandum, diuinam prouidentiam in facie Dei negat. p.594.

Gabr. à Coſta.

C A P V T III.

Litera textus.

Ecce ego mitto Angelum meum, &c. pagina 595.

Tractatus XIII.

De præcurſore Chriſti Domini, ſuper illis verbis Textus:

Ecce ego mitto Angelum meum, &c. p.596.

Paragraphi.

1. Fuerit ne Ioannes Angelus in perſona. p596.
2. Sit ne Ioanne Baptiſta aliquis maior in ſanctitate. p. 597.
3. Per pœnitentiam præparauit Ioannes facilem & ſecuram in cælum viam. p. 599.

Tractatus XIV.

De primo aduentu Chriſti Domini, ſuper illis verbis Textus:

Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum Dominator, &c.

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Prædicitur reuelatio Chriſti Domini immediatè poſt Ioannis prædicationem. p.601.
2. Chriſtus Dominus in ſua paupertate Diuinitatem diuinitus comprobauit. p. 602.
3. Qualiter dicatur Angelus teſtamenti Chriſtus Dominus? p. 603.
4. *Ad literam.* Grauis difficultas, agatur ne hic de primo, an de ſecundo Chriſti aduentu? p. 604.

Tractatus XV.

De munditie, & purgatione humanarum mentium per Chriſtum Dominum, ſuper illis verbis Textus:

Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum, &c.

Paragraphi.

1. Labores purgant mores, virtutem conflant, & prædeſtinationem indicant. p. 606.
2. *Prædictio.* Non poterat non eſſe mundum genus humanum, cuius purgationẽ Rex Meſſias omni diligentia conflaturus erat. p.607.
3. Vaticinium de ampliori, & puriori ordine ſacerdotali in lege gratiæ. p. 608.
4. Quàm ſanctè in lege gratiæ ſacramenta, præſertim Euchariſtiæ, tractanda. p. 609.
5. Quare ſacramenta nouæ legis dicantur à veteris populi appellatione? ibid.
6. Per legis gratiæ ſacrificia candor ſtatus innocentiæ reſtituendus. ibid.

Tractatus XVI.

De iudicio diſcretionis per Chriſtum in primo aduentu: ſuper illis verbis textus:

Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, &c.

6 *Paragraphi.*

Series Tractatuum & Paragraphor.

Paragraphi.

1. Loquitur Chriſtus Dominus ad Iudæos vt diſcernat iuſtum & impium. pag. 610.
2. Venit Deus in mundum viſibilis, vt videremus ipſum noſtrorum ſcelerum oculatum teſtem. ibid.
3. Coniuncta eſt iniuſtitia cum impietate, neque enim iniuſtus pietatem, neque qui non pius iuſtitiam colit. p.612.
4. Diſſimulat quidem Deus ad tempus vindictam, ſed non mutat iudicium; ſicut è contra, non perdit amorem, licèt interdum videatur deſerere quos amat. p.613.

Tractatus XVII.

De cominationibus diuinis ad pœnitentiam, ſuper illis verbis Textus:

Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum, *&c.*

Paragraphi.

1. *Ad literam.* Prima admonitio: gratia præueniens commendatur, cum noſtræ libertatis admonemur. p.614.
2. Secunda admonitio: Ne minus reuereantur homines Deum, quàm iudicem quempiam. p.615.
3. Suadet tertiò ipſa miſeria peccato annexa, ad pœnitentiam confugere. ibid.
4. Quarta monitio, ex abundantiſſimo fructu beneficiorum Dei, quem ſub iuramento Deus pœnitentibus ſpondet. p.616.
5. Quinta monitio, ex protectione Dei contra incurſus aduerſos. p.617.
6. Sexta monitio, quòd pænitentes tot bonis affluent, vt beati reputentur ab exteris. ibid.

Tractatus XVIII.

De blaſphemia negantium diuinam prouidentiam, ſuper illis verbis Textus:

Inualuerunt ſuper me verba veſtra, *&c.*

Paragraphi.

1. Peiùs errauerunt Iudæi circa diuinam prouidentiam, quàm gentes inualeſcentes in ſuam perditionem. p.618.
2. Ea eſt hypocritæ fatuitas, vt ipſum Deum fallere nitatur. p.619.
3. Qui magni faciunt temporalia, eò deueniunt veſaniæ, vt de maximo crimine bene ſentiant. p.620.

Tractatus XIX.

De ſermone bene ſentientium de Deo: ſuper illis verbis:

Tunc locuti ſunt timentes Dominum vnuſquiſque cum proximo ſuo, *&c.*

Paragraphi.

1. In eo cernitur ſors iuſtorum, quod bene ſentiunt, & loquuntur in aduerſis. p.621.
2. Electorum merita, cùm ſint ſerui, dignitatem filiorum Dei, & maiorem compaſſionem aſſequuntur. p.622.

CAPVT IV.

Litera Textus.

ECce enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus: & erunt ſuperbi, *&c.*

Tractatus vltimus.

De extremo Iudicio.

Text. Ecce dies veniet ſuccenſa quaſi caminus.

Paragraphi.

1. Quàm horrenda erit dies illa Iræ, & vindictæ, cùm dies miſericordiæ filium cruci dederit affigendum. p.623.
2. Deſcribitur impiorum maximè potentium ſupplicium. p.624.
3. Deſcribitur bonorum felicitas, & præmium. p.625.

Vlt. Prædicitur Eliæ aduentus ante Iudicium. p.627.

INDEX

INDEX LOCORVM,

QVÆ EX ALIIS SACRÆ SCRIPTVRÆ LIBRIS AD HORVM quinque Commentariorum illuſtrationem citantur, & maximè conducunt.

Litera p, paginam; Litera n, numerum marginalem deſignat.

Ex Libro Geneſis.

Cap.1. VIDIT Deus quòd eſſet bonũ ſiue pulchrum p.364. n.106.

2. Requieuit Deus ab vniuerſo opere quod patrarat.p 52.n.192

3. Ponam inimicitias inter te & mulierem; ipſa conteret caput, *&c.* p 86 n 280

Terra es, & in terram reuerteris. pag. 120. num.7

Tulit ergo Deus hominem & poſuit, *&c.* vt operaretor & euſtodiret illum. pag. 74. num. 248

Ecce Adam factus eſt qoaſi vnus ex nobis. p.563.n.67

Et abſcondit ſe Adam, & vxor eios à facie Domini.p.477.n.49

Quia audiſti vocem vxotis tuæ, *&c.* maledicta terra in opere tuo. p.139. (ne legas 149) num. 25

Mulier quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. p.357.n 86

Hæc dixit Dominos ad mulierem, quare hæc feciſti? quæ reſpondit, ſerpens decepit me. p. 357.n.86

Quis indicauit tibi quod eſſes nudus, niſi quod de ligno, de quo præcepi tibi, ne eomederes, comediſti? Mulier quam dediſti mihi, *&c.* p.287.n.132

4. Reſpexit Dominus ad Abel, *&c.* p.159. n.77

Vagus & profugus ero ſuper terram, & qui viderit me, occidet me. pag. 172.n. 104. & p.184.n.136

Egreſsúſque Cain à facie Domini, habitaoit profugus in terra.p.579.n.23

Nonne ſi bene egeris, recipies? ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit. pag.246.n. 2. p.449. n. 42. & p.347. n. 52

Nunc maledictus eris ſuper terram, vagus & profugus, *&c.* & ero vagus & profugus ſuper terram. p.477.n.52

Egrediamur foras. p.28. n.95

Poſuit Domious ſignum in Cain. pag. 314. num. 16

Inebriatus eſt eom fratribus ſuis. p.384.n.35

6. Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt. p.428. n.39

Pœnituit Deum feciſſe hominem. p.10.n.32. & p.55.n.192.& p.195.n.21

Gabr. à Coſta.

8. Recordatus eſt Dominus Noe. p.419.n.3

9. Bibénſque vinum inebriatus eſt, & nudatos in tabernaculo ſuo.p.436.n 89

Arcum meum ponam in nubibus cœli, & erit ſignum, *&c.* p.577. n.18

Dilatet Dominus Iaphet & habitet in tabernaculis Sem.p 152.n.60.& p.80.n.26

10. Ipſe cœpit eſſe potens in terra. pag. 186. num.3

Maledictus puer Chanaam, ſeruus ſeroorum erit fratribus ſuis p 290 n.142

De terra illa eſt Aſſur de terra Sennaar. p 466. num.16

De Sem quoque nati ſunt, patre omnium filiorum Heber.p.483.n.66

Exiuit prouerbium, quaſi Nembroth robuſtus venator coram Domino p.515.n 4

Nembroth robuſtus venator coram Domino. p.364.n.106

11. Deſcendit aotem Dominos vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificauerant filij Adam.p.162.n.83

12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua. p.205.n.47

14. Et venit euaſor qui euaſerat. pag. 371. n. 128

15. Domine, quid dabis mihi? Ego ſine liberis vadam, *&c.* p.110.n.350

16. Si forte ex illa ſuſcipiam filios. pag. 620. n. 90

Sicut Iſaac in terra illa, *&c.* donec magnus effectus eſt. p.187.0.4

17. Putáſne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet? p.223. n.4

Et ſtatuam pactum meum inter me & te, *&c.* vt ſim Deus tuus, & ſemini tuo poſt te. p.22.n.60

18. Quod ſi ibi inuenti fuerint decem. pag 22. n. 76

Abſit à te Domine vt occidas iuſtum cum impio? *&c* p.399.n.87

Clamor Sodomæ & Gomorrhæ multiplicatos eſt.p.619.n.83

Non riſi. p.305.n.185

19. Feſtina in montem, & ſaluare ibi, quia non poſſum facere quicquam donec ingrediaris illoc. p.411.n.126

Pluit Dominus ſuper Sodomam ſulphur & ignem à Domino de cælo.p.415.n 141

20. Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit in velamẽ oculorũ ad omnes, *&c.* p.58.0.202

22. In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ.p.604. n. 19
Cognoui quod timeas Deum. pag. 580. numero 27
Quia feciſti rem hanc, & non pepereiſti filio tuo.p 190.n.10.& p.600. n.15
22. Princeps Dei es in medio noſtri. pag. 364. n.106
24. Ingredere benedicte Domini, cur foris ſtas? præparaui locum & domum camelis tuis. p.600.n.16
Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in ſenectute ſua, & dedit illi omnia quæ habuerat p.81.n.267
Iacob autem vir ſimplex habitans in tabernaculis.p.80.n.261
25. Coxit autem Iacob pulmentum, ad quem cum veniſſet Eſau de agro laſſus, ait, Da mihi de coctione tua rufa, &c. Quam ob cauſam vocatum eſt nomen eius Edom.pag. 435.n. 86
Fuerunt autem autem dies Abrahæ 175. anni, &c. p 149.n.49
Dedit Abraham cuncta, quæ poſſederat Iſaac, filiis autem concubinarum largitus eſt munera.p.81. n.267
27. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ,& abundantiam frumenti,vini,& olei p.112.n.355
Viues in gladio, & fratri tuo ſeruies, tempúſque veniet cum excuties & ſolues iugum eius de ceruicibus eius.p.554.n.39
Iuſtè vocatum eſt nomen eius Iacob, ſupplantauit enim me & altera vice, primugenita enim mea antetulit, &c. p.336.n.11
Det tibi de rore cæli & de pinguedine terræ,& abundantiam. p.146.n.42
28. Benedicat tibi & faciat te creſcere. pag. 146. n. 42
Votum vouit Iacob, Si fuerit Dominus mecum, erit mihi Dominus in Deum, &c. p.492.n.103
Si fuerit Dominus mecum, &c. & dederit mihi panem ad veſcendum. p.96.n.311
29. Modò confitebor Domino, & ab hoc vocauit eum Iudam.p.65.n.115
30. Sentiens Lia quòd parere deſiiſſet,Zelpham ancillam, &c. Feliciter, idcirco vocauit nomen eius Gad. p.95.n.307
Creſcente autem numero filiorum. pag. 620. num.90
31. Iurauit Iacob per timorem patris ſui. p. 571. n.95.& p.578.n.19
Cognoſce ſi quid eſt tuorum apud me. pag. 4. n. 11
32. Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Iſaac, Domine qui, &c. erue me de manibus fratris mei Eſau. p.439.n.6
34. Sichem locutus eſt ad cor Dinæ. p. 206. num. 49
35. Egrediente autem anima præ dolore, &c. vocauit nomen filij ſui Bennoni. pag. 115. n.367
Non vocaberis vltra Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum, &c. p.338. n.19
Cúmque habitaret in ea regione, abiit Ruben. p.8.n.17
37. Et factum eſt quando exiuit Iacob, venit Eſau frater eius. pagina 173. numero 107
Putabam nos ligare manipulos in agro.p 140. num.18
Ecce mercatores veniebant Iſmaelitæ,&c. cameli eorum pleni erant aromatibus, reſina & ſtacte. p.121.n.11
39. Quomodo faciam hoc malum, & apparebo coram Domino? p.590.n.58. p.611.n.54
Quam cum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem.p.199.n.165
40. Et tamen ſuccedentibus proſperis oblitus eſt interpretis ſui.p.412.n.127
41. Sequentur ſeptem anni tantæ ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta abundantia. Obliuiſci me fecit Dominus omnium laborum meorum & domus patris mei. p. 386. n. 42
42. Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum.p.327.n.264
43. Biberúntque & inebriatus eſt cum eis.p.384. n. 35
46. Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos.p.125.n.21
47. Et ſint inter vos viri fortitudinis. p.186.n.3
48. Do tibi partem vnam, &c. quam tuli de manu Amorrhæi in gladio. p.544. n.14
49. Simeon & Leui vaſa iniquitatis bellantia, &c. Quia in furore ſuo occiderunt virum, &c. p.433. n.78
Dentes eius eius lacte candidiores.p.424.n.28
Tantùm terram ſacerdotum non emit. p. 615. num.71
Habetur pleniſſima expoſitio huius capit. in princip. huius Libri.

Ex Exodo.

Cap. 1. Et timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit illis domos. p.440.n.8
3. Poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hoſpite ſuo vaſa, &c. p.188.n.7
3. Quis ego ſum vt vadam ad Pharaonem Regem Ægypti? p.530.n.18
4. Aaron frater tuus Leuites,ſcio quòd eloquens ſit, &c. p.486.n.78
10. Et eleuata eſt gloria Domini deſuper Cherubin ad limina domus. p.342.n.33.
11. Dices omni plebi vt poſtulet vir ab amico ſuo & mulier à vicina ſua, &c. p.188.n.7
12. Hic menſis erit vobis principium menſium, & principium annorum.p.72.n.240
Os non comminuetis ex eo. p.13. n.41
14. Iámque aduenerat vigilia matutina. p. 365. n.110
Dominus pugnabit pro vobis & vos tacebitis. p.363.n.106
17. Cum eleuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael; ſin autem remiſiſſet, ſuperabat Amalech, &c. p.513.n.43
18. Prouide de omni plebe viros ſapientes timentes Deum, &c. p.326.n.258
20. Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem. pag. 443. n. 19. & 20
Vindicans iniquitatem patrum in filios vſque in 3. & 4. generationem.p.361.n.99
21. Viduæ & pupillo non nocebitis. p.280.n.102
Egredietur gratis abſque pecunia. p.564.n.70
22. Maleficos non patieris viuere.p.611.n.55
23. Dimitte vt iraſcatur furor meus contra populum hunc. p.479. n.55

Non

Non iunges manum tuam cum impio p.442. n. 16
25. Arcam facies, & propiriatorium de auro mundiſſimo, &c. p.335.n.4
28. Cunctorum conſecrabis manus & ſacrificabis illos, &c. p.371.n.127
Ponet in rationali iudicij doctrinam & veritatem. p.580.n.27
32. Tu autem vade & duc populum iſtum quò locutus ſum tibi, ego autem in die vltionis viſitabo hoc peccatum. p.361.n.98
32. Si non dimittis eum, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. p.468.n.21.p.472.n.35
Vlulatus pugnæ auditur in caſtris. Non eſt clamor pugnæ, ſed vocem cantantium ego audio. p.237.n.36
Videns ergo Moyſes populum quòd eſſet denudatus, &c. p.451.n.50
33. Omnis apertio vuluæ mea eſt. pag. 10. numero 31
34. Dominator Domine, &c. qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus, &c. pag. 443.n.19
35. Non ſuccendetis ignem in omnibos habitaculis veſtris per diem Sabbathi. pag. 277. num. 88

Ex Leuitico.

Cap. 3. Adolebit ea Sacerdos ſuper altare in pabulum ignis, & oblationis Domini. p.559. num.53
10. Vinum & omne, quod inebriare poteſt, non biberis, quoniam intrabitis in tabernaculum teſtimonij, vt habeatis ſcientiam, &c. p.558.n.50 & p.580.n.27
14. Præcipiétque Sacerdos, & expurgabunt domum. p.600 n.16
15. Mulier quæ redeunte menſe patitor fluxium ſanguinis, ſeptē diebus ſeparabitur. Omnis qui eam tetigerit, &c. p.322. n. 246
18. Turpitudinem patris tui non diſcooperies, &c. p.16.n.56
19. Vineam meam non racemabis. p.311. n.205
Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis. p. 584. n.39
Cum meſſueris ſegetes terræ tuæ, non tondebis vſque ad ſolam ſuperficim terræ, nec remanentes ſpicas, &c. ſed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes, ego Dominus Deus veſter. p.188.o.8
21. Incenſum Domini, & panes Dei ſui offerunt ſacerdotes. p.559.n.53
22. Si cæcum fuerit, ſi fractum, ſi cicatricem habens, &c. non offeretis ea Domino. p. 562. n. 60
24. Quando meſſueris ſegetem, &c. ſed aduenam & pupillum & viduam aufetre patietis, vt benedicat tibi Dominus. p.189.n.8
25. Quæ ſponte gignet hamnus, non metes, & vineam non putabis, &c. ſed erunt vobis in cibum tibi, & ſeruo, & mercenario tuo, & aduenæ, &c. p.189.n.8
26. Ponam tabernaculum in medio veſtri, &c. & ero Deus veſter. p.153.n.60.
Ad paucitatem cuncta redigent, deſertæque ſient viæ veſtræ, p.284. n.120

Ex Numeris.

Cap. 3. Decidat mihi nomen tuum. p.236.n.34
8. Hæc lex Leuitarum, à viginti quinque annis & ſupra ingredientur vt miniſtrent in tabernaculo fœderis. p.22.n.76
11. Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael, &c. p.325.n.257
13. & 14. Leuauit vocem ſuam & fleuit in nocte, &c. p.273.n.72
21. Vt omnis, qui credit in eo, non pereat. p.55. n.187
22. In die autem illo lectum eſt in volumine Moyſis, &c. quod non debebant introire Ammonitæ, & Moabitæ Eccleſiam Dei in æternum, &c. ſeparauerunt omnem alienigenam ab Iſrael. p.148.n.48
23. Filij autem Rubeo & Gad habebant pecora, multa, &c. caulas ouium fabricabimus, &c. p.91.n.297
24. Accubans dormiuit vt leo, & quaſi leæna quam ſuſcitare nemo audebit. p.38.n.137
25. Phinees filius Eleazari filij Aaron requieſcere fecit furorem meum, &c. p.377.n.17
27. Tolle Ioſue filium Num, in quo eſt ſpiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum. p.6.n.21
28. Oblationem meam, panem meum, &c. obſeruabitis, vt offeratis mihi in tempore opportuno. p.539.n.53

Ex Deuteronomio.

Cap. 4. Nouiſſimo autem tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum. p.458.n.74
6. Dominum tuum adorabis. pag. 471. n. 95. & p.577. n.19
7. Filiam tuam non dabis filio eius. pag. 585. num.41
17. Non poteris alterius gentis hominem facere qui non ſit frater tuus, cúmque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, &c. p 84.n.276
Venies ad Sacerdotes Leuitici generis & ad iudices qui fuerint illo tempore, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. pag. 580. n. 27
23. Non offeres mercedem proſtibuli, &c. quia abominatio eſt apud Dominum. p.173.n.106
Congrega mihi 70. de ſenioribus Iſrael ad iudicandum. p.449 n.41
24. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. p.615.n.72
Non pernoctabit apud te pignus, ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum, vt, &c. p. 479. n. 56
28. Aduena, qui verſatur in terra, aſcendet ſuper te. p.445.n. 26
Mittet Dominus ſuper te famem & eſuriem, & increpationem in omnia opera tua, &c. Sit cælum quod ſuper te eſt, æneum & terra ferrea. p.427.n.38
Conſtituet te Dominus tuus in caput, & non in caudam, eris ſemper ſuper & non ſubter. p.289.n.137
Dabis eis cor pandum. p.415.n.140
Obſidebetis inter portas tuas in omni terra tua, &c. & comedes fructum vteri tui, &c. p.368.n.119
29. Ne ſit interior radix germinans fel & amaritudinem; de corde enim exeunt tanquam de fonte cogitationes prauæ. p.328.n.265
32. Quando diuidebat Altiſſimus gentes, &c. conſtituit terminos populorū. p.283.n.115
Dominus iudicabit populum. p.88.n.287

Intelligite hæc qui obliuiſcimini Dominum, incraſſatus, &c. dereliquit Deum factorem ſuum, &c. p.12.n.39
Et ſanguinem vuæ biberet meraciſſimum.p.68. num.233
33. Lætare Zabulon in exitu tuo. p.68.n.235
Perfectio tua & doctrina à viro ſancto tuo. p.22.n.77.
De benedictione Domini, Terra eius de pomis cæli, &c. de pomis collium æternorum.pag. 113.n.356
Populos vocabunt ad montem. pag. 74. numero 247.
Aſer tingens in oleo pedem ſuum. pag. 100. n.310
Dominus de Sinaï venit, &c. & in manu eius ignea lex. p.175.n.113
34. Mortuúſque eſt ibi Moyſes, &c. iubente Domino, &c. pag. 148. num.47. & p. 518. num.1
37. Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius. p.10.n.31

Ex Ioſue.

Cap.2. Irruit in nos terror veſter, audiuimus enim quòd ſiccauerit aquas maris rubri, &c. p.466. n.18
3. Filij quoque Ruben & Gad & dimidia tribus Manaſſes armati præcedebant fratres ſuos, &c. p.91. n.297
5. Sum princeps exercitus Domini.p.237.n.15
24. Trans flumen habitauerunt patres veſtri, ego tuli patrem veſtrum Abraham de Meſopotamiæ finibus. p.483.n.66

Ex Libro Iudicum.

Cap.5. Quare habitas inter duos terminos, vt audias ſibilos gregum.p.79.n.160
6. Dominus tecum, vir fortiſſime. pag. 194. num.20
7. Ingreſſus eſt Gedeon, &c. incipientibus vigiliis noctis mediæ. p.365.n.110
8. Cum reuerſus fuero victor in pace, deſtruam turrem hanc. p.518.n.19
9. Quia non poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum & hominem, pag. 59. n. 204
11. Poſui animam meam in manibus meis. pag. 27. n.92
13. Erat autem quidam vir de Saraa & ſtirpe Dan, nomine Manue, habens vxorem ſterilem, &c. peperit itaque filium & vocauit nomen eius Sanſon, &c. p.83. n.274
14. Apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, &c. multóque plures interfecit moriens quàm viuus occiderat. p.87.n.283.
15. In maxilla aſini, & in mandibula pulli aſinarum deleui eos.p.74.n.247
Percuſſitque eos plaga ingenti, ita vt ſtupentes ſuram femori imponerent. p.88.n.289

Ex Iudith.

Cap.8. Iudith omnibus diebus vitæ ſuæ ieiunabat præter Sabbatha, & neomenias, & feſta Iſrael. p.296.n.158
9. Dominus Deus patris mei Simeon, qui dediſti ei gladium in defenſionem alienigenarum, &c. *vſque ad* zelauerunt zelum tuum. p.10.n.71.& 72
10. Concidit facies eius præ confuſione. p.200. num.33

Ex Ruth.

Vide Commentarium, in quo ſingula ſcitu digna tam quoad verba, quam quo res accuratè tractantur.

Ex primo Regum.

Cap.2. Si peccauerit populus, orabit pro eo Sacerdos; ſi autem peccauerit Sacerdos, quis orabit pro eo? p.563.n.66
Qui glorificauerit me, honorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. p.584.n.38
2. Et exaltatum eſt cor meum in Deo. pag. 338. num.17
3. In excelſis ipſe ſacrificabat. p.566.n.76
10. Immutauit ei Deus cor nouum. pag. 37. num. 135.
12. Ego vnxi te in regem, &c. quare ergo contempſiſti verbum Domini, &c. p.12.n.39
15. Triumphator Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur, neque enim homo eſt vt agat pœnitentiam.p.478.n.55
18. Saul autem cogitabat tradere Dauid in manus Philiſthinorum. p.473.n.37
Clamare voce maiori, Deus eſt enim Baal. p.563.n.67.
19. Sufficit Domine, tolle animam meam, neque enim melior ſum quàm patres mei. p.529.n.13
22. Altari autem in quo adolebatur incenſum, aurum potiſſimum dedit.p.608.n.44
24. Immiſitque eis Dominus latrunculos Chaldæorum & latrunculos Syriæ, &c. pag. 91. n.296
25. Suſcipe benedictionem quam attulit ancilla tua p.146. n.43
Poſſeſſio eius in carmelo, & homo ille magnus nimis. p.187.n.4
28. Mulier autem illa habebat vitulum paſcualem. p.626.n.13

Ex ſecundo Regum.

Cap.1. Nolite annunciare in Geth, &c. ne forte lætentur filij Philiſthiim. pag. 329. numero 371
3. Mittite & adducite eum, non enim diſcumbemus antequam ille veniat. p.91.n.297
6. Michol filiæ non eſt natus filius vſque in diem mortis. p.42.n.153
7. Ingreſſus eſt autem Rex Dauid & ſedit coram Domino. p.241.n.48
Quam redemiſti tibi gentem & domum eius. p.109.n.348
Ingreſſus eſt Rex Dauid, & ſedit coram Domino, &c. p.200.n.33
8. Fecit iudicium & iuſtitiam populo. pag. 413. n.132
13. Et manſit Thamar deſolata. pag. 382. numero 29
14. Si memor eſt iniquitatis meæ, interficiet me. p.422.n.17
16. Dimitte vt maledicat iuxta præceptum Domini, ſi forte reſpiciat Dominus afflictionem meam. p.395.n.71
18. Si ſolus eſt, bonus eſt nuncius. p.150. n.52
Si ſolus eſt, bonus eſt nuntius in ore eius. p.295.n.154

Digitized by Google

Iudicauit hodie pro te Dominus ab omnibus hoſtis tuis.p.136.n.18
22. Deus fortis meus,& ſcutum meum,& cornu ſalutis meæ.p.338.n.17
23. Mihi loquutus eſt fortis Iſraël, ſicut lux auroræ oriente Sole manè abſque nubibus rutilat.p.542.n.7

Ex tertio Regum.

*Cap.*2. Habes quoque apud te Semei filium Gera filij Gemini de Bahurum, qui maledixit mihi maledictione peſſima. pag. 262. num.15
9. Et omnis qui tranſierit per eam ſtupebit & ſibilabit, & dicet, Quare fecit Dominus ſic terræ huic & domui huic. pag. 358. num.90
11. Salomon adamauit mulieres alienigenas.Nõ ingredìemini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras; certiſſimè enim auertent corda veſtra, vt ſequamini Deos eorum.p.588.n.50
13. Cum mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro in quo vir Dei ſepultus eſt, iuxta oſſa eius, ponite oſſa mea. pag. 176. numero 115
17. Domine Deus, etiam viduam & afflixiſti, interficiendo filium eius? pag. 179. numero 124
Quid mihi & tibi vir Dei, ingreſſus es ad me, vt rememorentur iniquitates meæ? p.578. num.40
19. Cúmque veniſſet & ſediſſet ſubter vnam iuniperum, petiuit animæ ſuæ vt moreretur. p.537.n.47
21. Non mihi fiet hoc à Domino meo, vt dem tibi hæreditatem patrum meorum. p. 480. num.9
22. Rex Iſraël mutauit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum. p.36.n.141
Negligimus tollere eam p.363.n.106
28. Si cælum clauſum fuerit,& non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco iſto pœnitentiam egerint, &c. pag. 574. num.7

Ex quarto Regum.

*Cap.*2. Aſcende calue.p.382.n.25.
5. Ingreditur Dominus meus in templum, vt adoret, &c. vt ignoſcat mihi Dominus. p.200. n.34
21. Inſuper & ſanguinem innoxium fudit Manaſſes multum nimis,donec impleret Ieruſalem vſque ad os.p.429.n.45
25. Tulerunt & thuribula, &c. quæ omnia repoſita erant in ſanctuario. pag.306.numero 189.

Ex primo Paralipomenon.

*Cap.*22. Ipſe erit mihi in filium,& ego ero illi in patrem.p.30.n.109.

Ex ſecundo Paralipomenon.

Cap. 2. Lætata ſum in ſalutari tuo. pag. 89. n.292

Ex primo Eſdræ.

3. Et ſteterunt ſacerdotes in ornatu ſuo cum tubis, & Leuitæ filij Aſſaph in cymbalis, vt laudarent Deum per manus Dauid Regis.p.545.n.14.
10. Dederunt manus ſuas, vt eiicerent alienigenas.p.442.n.16

Ex Tobia.

*Cap.*2. Videte ne furtiuus ſit, reddite eum Dominis ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid,aut contingere. pag. 196. num.33
8. Domine tu ſcis quia non luxuriæ cauſa accipio ſororem coniugem, ſed ſola poſteritatis dilectione,&c.p.239.n.41.

Ex libro Eſther.

Cap. 1. Vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui. p.27.n.94.

Ex libro Iob.

*Cap.*1. Vir erat in terra Hus.p.482.n.64
Erat vir ſimplex, & rectus ac timens Deum. p 540.n.4
Erat vir timens Deum.p.632.n.59
Ignis Dei deſcendit de cælo. pag.351. numero 212
Dominus dedit,Dominus abſtulit,&c. p 365. n.108
Sacrificabat Iob quotidie, ne forte peccauerint filij mei,& benedixerint Deo in corde ſuo p.636.n.75
Egreſſus eſt Diabolus à Domino. pag. 611. num.54
Scidit veſtimenta ſua.p.125.n.39
Tange omnia quæ habet,ſi non in facie benedixerit tibi.p.558 n.50
Verumtamen animam illius ſerua. pag. 390. num.93
2. Benedic Deo,& morere.p.626.n.25
3. Sit nox illa ſolitaria,nec laude digna. p. 277. num.89
4. Et dentes catulorum leonum contriti ſunt, p.66.n.212
De mane vſque ad veſperam ſuccidentur (ne legas *ſuccendetur*.)p.117.n.371
5. Homo naſcitur ad laborem, ſicut auis ad volandum. pag.75. num. 249. & pag. 601. num.18.
5. Et beſtias terræ non formidabis. pag. 147. num.41
Ingredieris in abundantia ſepulchrum, ſicut infertur aceruus tritici, &c. pag. 149. num.49
Conterentur in porta, & non erit qui eruat. p.547.n.52
Nihil in terra ſine cauſa fit, & de humo non egreditur dolor; p 330.(non 149.) n. 25
Et viſitans habitaculum tuum non peccabis. p.27.n.95
7. Quid eſt homo quia magnificas eum? p.606. num.38
Militia eſt vita hominis ſuper terram. pag.91. num.298
Quamobrem elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea. p.529.n.13. & p.387. num.43
9. Sub quo curuantur ij qui portant orbem. p.577.n 18
Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parcis delinquenti.p.188.n.58
10. Opus manuum tuarum opprime. pag. 20. num.32

6 4 Nunquid

Nuoquid bonom tibi videtur, ſi calomnieris & opprimas me opus manuum tuarum. p.54. & 55.nom.192. & pag.537. num.51

Manus tuæ fecerunt me, &c. Et ſic repente præcipitas me? Memento quæſo quod ſicut lutum feceris me, &c. pag.336.n.9.& p.349.n.59

13. Manum tuam longè fac à me, & formido tua oon me terreat.p.172.n.104

14. De mane vſque ad veſperam finies me. pag. 187.n.372

16. Percuſſerunt maxillam meam, ſaturati ſunt pœnis meis.p.396.n.76

17. Noctem verterunt in diem, & iterum poſt tenebras ſpero lucem.p.375.n.6

Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt. p. 120. num.5

18. Nónne lux impij extioguetur, &c. quæ ſuper eum eſt, eatioguetur. pag. 273. numero 71

19. Intelligite hæc, quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, &c.p.387.n.43

Semitam meam circunſepſit, & tranſire non poſſum, & in calle meo tenebras poſuit p.380.num.31

Vſquequo affligitis animam meam? pag.398. num 79

20. Diuitias quas congregauit euomet. pag. 76. num.250

28. Non conferetur tinctis io die coloribus. p.417.n.3

Ecce timor Domini eſt ſapientia. pag. 540. num.4

29. Cor viduæ conſolatus ſum.pag.206.n.49.& p.215.n.75.& 76

Quis mihi tribuat vt ſim iuxta menſes priſtinos, &c. Et ad lumen eius ambulabam in tenebris.p.457.n.72

30. Scortum alius ſit vxor mea, & ſuper ipſam incuruentur alij, quod nefas eſt, & iniquitas maxima.p.446.n.31

31. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem de Virgine.p.139.num.41.& pag.406. oum.19

Si abſcondi vt homo peccatum meum. p.477. num.49

Si vidi ſolem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè, & lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo.p.53.num.184. & pag.167. num.93

Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea.p.209.n.59

36. In manibus abſcondis lucem. pag.403. (non 407.)n.97

39. Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennæ herodij, & accipitris, &c.p.420.n.18

41. Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, compactum ſquamis ſe prementibus, vna vni coniungitur, &c.p.27.n.58

42. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, &c. & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. p.162.n.82

Ex libro Pſalmorum.

Pſal. 1. Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum.p.355.n.42

Et erit tanquam puluis quem proiicit ventus, &c.p.301.n.172

Et folium eius oon defluet, & omnia, &c. p.23.n.80

Non ſic impij, non ſic; ſed tanquam puluis quem proiicit ventus à facie terræ. p. 213. n.71.& p.579.n.23

2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? p.307. n.189. & pag 566. num.77

Poſtula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, &c.p.114.n.364.& p.154.num.63.& p.11.n.35

Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius. pag. 439. numero 5

Tu autem in ſancto habitas laus Iſraël.p.455. n.63.& p.456.n.66

Et nunc reges intellegite, erudimini qui iudicatis terram.p.88.n.287

Qui habitat in cœlis, irridebit eos. pag.473. num.37

Filius meus es tu: ego hodie genui te. pag.33. n.121.& p.34.n.122.& 123

Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genoi te.p.626.n.14

Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper montem ſanctum eius. pag. 454. numero 61

Apprehendite diſciplinam. p.53.nom.184. & p.167.n.93

4. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ. pag.609. numero 45

Exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ.ibid.

Iraſcimini & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini. p.20.n.69.& p.489. numero 88

In die mala liberabit eum Dominus.pag.526. num.54

Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, &c. p.7.n.21

Scitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum. pag.439. num. 5. & pag. 618. num.81

In pace in idipſum dormiam & requieſcam quoniam, &c.p.109.n.348

Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris, &c.p.277.0.90

5. Ecce parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem, incidit in foueam quam fecit.p.408.n.116

Inclinabo me.p.602.n.23

Dirige in conſpectu tuo viam meam. p. 579. num.23

6. Sana me Domine, quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea.p.377.n.13

Inueteraui inter omnes inimicos meos.p.377. num.12

Sed tu Domine vſquequo? pag.456. num.66. & 67

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui? p.577.n.17

7. Iudica me Domine ſecundùm iuſtitiam meam & ſecundùm innocentiam meam ſuper me.p.490.n.94

Furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, &c.p.62.n.208

Tu illuminas tenebras meas. pag.375. numero 7

8. Quoniam

8. Quoniam eleuata est magnificentia tua ſuper cælos.p.565.n.74
9. Tibi derelictus eſt pauper,pupillo tu eris adiutor.p.440.n.10
Qui exaltas me de portis mortis,vt annunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion.p.449.n.42
Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos, vt ſciant gentes quoniam homines ſunt.p.75.n.249
10. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus & præparationem cordis, &c. pag. 500. num.23
11. Vincenti ſuper ceruam auroræ(eſt pſalmi inſcriptio.)p.360.n.97
Diſperdit Dominus labia doloſa. pag. 331. num.280
Corde & corde locuti ſunt. pag. 350. numero 83
13. Dixit inſipiens, Non eſt Deus. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt. pag. 303. n.178
13. & 52. Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus.p.541.n.4.& p.569.n.89
Humilis & pauperis Dauidis. (eſt inſcriptio pſalmi.)p 573.& 574.n.5
Benedicam Domino qui tribuit Intellectum; inſuper & vſque ad mortem increpuerunt me renes mei.pag 383.num.32.& pag.402.(non 406)n.95
Prouidebam Dominum in conſpectu meo. p.611.n.54
16. Domine à paucis diuide eos, de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum. p.18. num.63
17. Qui docet manus meus ad prælium, & poſuiſti vt arcum æreum, &c. pag.108. numero 347
18. Dies diei eructat verbum,& nox nocti indicat ſcientiam.p.565.n.73
Non eſt qui ſe abſcondat à calore eius.p.401. num.92
A ſummo cælo egreſſio eius. Nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius. pag. 626. numero 12
20. Poſuiſti in capite meo coronam de lapide pretioſo.p.417.n.3.& p.453.n.54
Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui.p.446.n.28
21. Deus Deus meus reſpice in me. p.288.n.135. p 411.n.123,& p.503.n.36
Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte,& non ad inſipientiam mihi. p.381.n.23
Deus,Deus meus,vt quid dereliquiſti me.ibid. & p.387.n.44
Aruit tanquam teſta virtus mea.p.377.n.12.& p.426.n.35
Effuſus es ſicut aqua.p.16.n.53
Sicut aqua effuſus ſum,& diſperſa ſunt omnia oſſa mea: factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei.p.379. num.18
In te ſperauerunt,& non ſunt confuſi.pag.52. num.184
In te ſperauerunt patres noſtri,ſperauerunt,& liberaſti eos.Ego autem ſum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.p.377.n.11
Sperauit in Domino, eripiat eum,ſaluum faciat eum, quoniam vult eum. Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre matris meæ. ibid.
Dolores inferni circundederunt me. pag.327. n.261
Circundederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me,&c p.361.n.97
Omnes videntes me,deriſerunt me. pag. 275. n.79.& p.384.n.33
Magna eſt gloria eius in ſalutari. pag. 89. n.292
Illuc enim aſcenderunt tribus tribus Domini, teſtimonium Iſraël, ad confitendum nomini Domini.p.282.n.112
Edent pauperes & ſaturabuntur. pag. 98. numero 326
22. Et poculum tuum inebrians quàm præclarum eſt.p.60.n.205
Impinguiſti in oleo caput meum. pag. 226. num.12
23. Attollite portas principes veſtras, & introibit Rex gloriæ p.347.n.50
25. Vre igne renes meos.p.383.n.32
Non veniat mihi pes ſuperbiæ,ibi ceciderunt, &c.p.301.n.172
Vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuerſa mirabilia tua, dilexi enim decorem domus tuæ.p.451.n.20
28. Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani,& comminuet eas tanquam vitulum Libani. p. 467. num.19
Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum, afferte, &c. pag. 365. numero 108
29. Quoniam ira in indignatione eius. pag. 459. n.77.& p.529.n.7
Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi.p.451.n.49
Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.p.503.n.38
Ego dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternum. Auertiſti faciem tuam à me, &c.p.475.n.43
Conſcidiſti ſaccum meum,& circundediſti me lætitia.p.349.n.66
30. Miſericordia tua & veritas tua ſuſceperunt me.p.525.n.49
Ego autem dixi in exceſſu meo, Proiectus ſum à facie oculorum tuorum. pag. 502. num 33
Infirmata eſt in paupertate virtus mea. p. 388. num.47
Factus ſum tanquam vas perditum, quia audiui vituperationes,&c.p.486.n 77
Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacuè, ego verò in Domino ſperaui. pag.511. numero 68
31. Beati quorum,&c.& quorum tecta ſunt peccata.p.121.n.10
Conuerſus in ærumna mea dum configitur ſpina.p.317.n.262
Intellectum tibi dabo,& inſtruam te in via hac,&c.p.502.n.33
32. Congregans ſicut in vtre aquas maris, & ponens in theſauris abyſſi. pag. 112. numero 356
Vt alat eos in fame.p.520 n.27
34. Viderunt oculi noſtri. pag. 360. numero 96

Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, &c. &c. p.419.n.44
Dilatauerunt ſuper me os ſuum, &c. Domine ne diſcedas à me. p.275.n.79. & pag.384. num.33
Non dicant in cordibus ſuis, Euge, euge animæ noſtræ, nec dicant, Deuorabimus eum. p.360.n.96
35. Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum. p.377. num.13
Inebriebuntur ab vbertate domus tuæ. p.60. num.105
36. Auribus percipe lachrymas meas, ne ſileas. p.363.n.106
Reuela Domino viam tuam. pag. 358. numero 87
Subditus eſto Domino, & ora eum. pag.555. num.42
Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani; tranſiui, & ecce non erat. p.625.n.9
37. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. pag. 358. numero 87
Ego autem tanquam ſurdus non audiebam. p.350.n.38
38. Poſui ori meo cuſtodiam cùm conſiſteret peccator aduerſum me. p.349.n.60
Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti, amoue à me plagas tuas. p.439. num. 5
Aduena ego ſum ſicut omnes patres mei. p.30.n.107
39. In capite libri ſcriptum eſt vt facerem voluntatem tuam. p.142.n.32
Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi. p.190.n.10. & p.599. num.15
41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. p.257.n.2
Quando veniam & apparebo ante faciem Dei. p.102.n.327
Ad me ipſum anima mea turbata eſt. pag.525. num.49
Abyſſus abyſſum inuocat. pag.150.num.52.& p.295.n.154
42. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. p. 129. num.39
43. Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas, &c. p.456.n.67
Tu es ipſe Rex meus, & Deus meus, qui mandas ſalutes Iacob. p.531.n.19
Neque in gladio ſuo poſſederunt terram. p.544.n.14
44. Dilexiſti iuſtitiam, &c. propterea vnxit te Deus, &c. p.114.n.361
Speciosus forma præ filiis hominum. p. 115. n.365
Audi filia, & vide, & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. pag. 60. numero 105
Accingere gladio ſuper, &c. pag.92. numero 299
Speciosus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt, &c. p.58.n.201. & pag.60. n.206. & p.85.n.279
Myrrha & gutta. Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, &c. p.94.n.305
Et filij Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur. p.185.n.138
Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato p.417.n.3. & p.453.n.14
45. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. p.185.n.138
Adiuuabit eam mane Deus diluculo. pag.390. n.54
46. Quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt. p.41.n.148
48. Deus noſter refugium & virtus. pag. 511. num.71
Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. p.582.n.30
Quique terrigenæ & filij hominum. pag.398. num.81
49. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris. p.607.n.42
Deus qui vocauit terram à ſolis ortu vſque ad occaſum. p.567.n.80
50. Miſerere mei Deus ſecundum magnàm, &c. vt iuſtificeris in ſermonibus tuis & vincas cum iudicaris. p.365.n.107
Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. pag. 389. num.51
Et à peccato meo munda me. p.365. n.107. & p.488.n.87
Peccatum meum contra me eſt ſemper. p.182. num.133
Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci. p.515.n.4. & p.467.n.20
Ecce in iniquitatibus conceptus ſum. pag.422. num.17
Auerte faciem tuam à peccatis meis. pag.611. num.54
Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali, &c. p.99.n.317. & p.453.n.56. & p.471.n.34
Libera me de ſanguinibus. pag.486.num.76. & p.490.n.93
Docebo iniquos vias tuas. pag. 519. numero 21
51. Propterea Deus deſtruet te in finem, euellet te, & demigrabit te de tabernaculo. p. 340. num.26
52. Dominus diſſipabit omnia oſſa eorum. p.377. num.13
54. Quoniam! ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique; tu verò homo vnanimis, dux meus & notus meus. p.554. num.38
Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ p.472. num.35
55. Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. p.407.n.111. & p.552.n.38
56. Exurge anima mea. p.27.n.93
Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara. p.511.n.70
58. Non miſerearis omnium qui operantur iniquitatem. p.524.num.253. & pag.443. numero 18
59. In Idumęam extendam calceamentum meum. p.250.n.12
61. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. p.118.n.85
62. Sitiuit anima mea ad te Deus, quàm multipliciter tibi caro mea! in terra deſerta, &c. p.589.n.54
63. Exacuerunt vt gladium linguas ſuas, &c. p.108.n.346
64. Verba iniquorum præualuerunt ſuper nos,

&

& impietatibus, *&c.* pag. 283. numero 115
65. Sed redde retributionem in ſinu eorum. p.444.n.20
67. Principes Iudæ duces eorum, principes Iudæ, principes Nephthalim. p.72.n.241. & p.157.n,73
Inter medios cleros.p.79.n.259
Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ dealbatæ, poſteriora eius in pallore auri.p.425.n.33
Dum diſcernit cæleſtis Reges ſuper eam, niue dealbabuntur in Selmon. pag. 426. num.34
Mons Sion, mons Dei, mons ſanctus, mons coagulatus.p.454.n.61
Et ſpes Dominus diuidere ſpolia. pag. 342. num.32
68. Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto.p.57.n.198
Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. p.410.n.120
Factus ſum illis in parabolam pag.33.numero 119
Factus canticum eorum.p.384.n.384
Quærite Deum,& viuet anima veſtra. p.395. num.59
Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt, *&c.*appone iniquitatem ſuper iniquitatem. p.554 n.38
Appone iniquitatem ſuper iniquitatem.p.422. num.17
70. De abyſſis terræ reduxiſti me. pag.112. numero 355
Vſque in ſenectam & ſenium Deus ne derelinquas me.p.42.n.153
71. Et erit firmamentum in terra, ſuperextolletur ſuper Libanum fructus eius. pag. 37. num.314
Suſcipiant montes pacem populo & colles iuſtitiam.p.113.n.357
Ex vſuris,& iniquitatibus redimet animas eorum.p.283.n.116
Deſcendet ſicut pluuia in vellus. pag. 30. n.107
Et dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum: coram illo procident Æthiopes, *&c.*p.53. n.188
72. Operti ſunt iniquitate, pag. 509. numero 61
Non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum.p.422.num.17.& n.19
74. Quia calix in manu Domini, vini meri plenus mixto.p.436.n.89
Ego confirmaui columnas terræ. pag.506 num.49
75. Notus in Iudæa Deus,in Iſraël magnum nomen eius.p.205.n.46
Confregit potentias arcuum, ſcutum, *&c.* p.108.n.347
Fiant tanquam puluis ante faciem venti. p.579.n.23
76. Quia ſatiauit animam inanem. pag.354.numero 75
Memor fui Dei & delectatus ſum, pag. 500 num.24
Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. pag.340.num.26
Et percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.p.340.n.27
Repulit tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum vbi habitauit in hominibus, & tradidit,&c.p.343.n.35
Dum occideret eos,quærebant eum. pag.475. num.43
78. Poſuerunt morticina ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli,*&c.* & non erat qui ſepeliret.p.119 n.3
Etenim benedictionem dabit legiſlator.p 92. n.299
80. Qui regis Iſraël intende. Dux itineris fuiſti in conſpectu eius.p.600.n.16
81. Vſquequo iudicatis iniquitatem, & faciem peccatorum ſumitis? p.584.n.39
82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum.p.475.n.43
Deus meus, pone illos vt rotam. pag. 490. num.92
86. Sicut lætantium omnium noſtrum habitatio eſt in te.p.450.n 44
Diligit Dominus Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.p.348.n.53
Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.p.377. n.11.& p.410.n.120
Æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber. pag.366. numero 50
88. Quoniam in æternum miſericordia ædificabitur in cælis, præparabitur veritas in eis. p.245.n 2
89. Conuertere Domine aliquantulum, & placabilis eſto ſuper ſeruos tuos. pag. 376. num.8
90. Altiſſimum poſuiſti refugium tuum. p.401. num.91
91. Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.p.50.n.178
92. Dominus regnauit, decorem induit, induit Dominus fortitudinem & præcinxit ſe. p.92.n.299
94. Venite adoremus.p.66.n 219
Hodie ſi vocem eius audieritis, *&c.* pag 62. n.208
Quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam.p.562.n.62
98. Semel iuraui in ſancto meo ſi Dauid mentiar.p.562.n.62
101. Quoniam eleuans alliſiſti me. pag. 405. n.105
Cinerem tanquam panem, *&c.* qui eleuans alliſiſti me.p.266.n.36
Quia cinerem tanquam panem manducabam,& potum meum cum fletu miſcebam. p.590.n.57
Adhæſit os meum carni meæ. pag. 426. numero 35
A facie iræ indignationis tuæ,quia eleuans alliſiſti me.p.178.n.122
103. Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis.p.313.n.212.
Qui facis angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem.p.465.n.15
Catuli leonum rugientes vt rapiant & quærant à Deo eſcam ſibi, pag. 38. numero 135

Hoc mare magnum, & ſpatioſum. pag. 470. num.30
Et leuauit manum ſuam ſuper eos. pag. 172. num.104
105. Diait vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electua eius ſtetiſſet in conſpecto eius. p.340.0.341.
Et increpauit mare tobrum & eaſiccatum eſt. p.617.n.78
Concupierunt concupiſcenriam in deſerto,& dedit eis petiiionet eorum, & miſit ſaturitatem io animas eorum. pag. 99. numeso 317
Et dedit eos in miſericordias, in conſpectu omnium,qui ceperunt eos. pag.147.numero 44
Et dedit nos in miſeticordias, &c. qui ceperuot nos.p.270.n.53
106. Omnem eſcam abominata eſt anima mea. p.358.n.19
108. In memoriam redeat iniquitas patrum eius io conſpectu Domini, & peccatum mattis eius non deleatur.p.331.n.279
109. Sede à dextris meis. pag. 607. oumeso 42
Donec ponam inimicos tuos,&c.p.42.0.152, & 153
Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. pag.322. num.144.& pag.41.numero 147
Ex vtero ante luciſerum genui te.p.390.0.54. & p.614.n.3
Tecum principium in die virtutis toæ.ibid.
Secundùm ordinem Melchiſedech. pag.606. num.44
Iutauit Dominus, & oon pœnitebit eum: Tu es ſacerdoa in æternum, &c. pag. 525. numero 255
De torrente in via bibet, propterea exaltabit capot.p.457.0.71
110. Magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius.p.23.n.79. pag.192. numeso 15
112. Exottum eſt in tenebris lumen rectis. pag. 375.n.7
Oculi noſtri ſemper ad Dominum,dooec miſereatur noſtri.p.42.n.153
Qui habitare facit ſterilem in domo, màttem filiorum lætantem.p.254.n.26
113. Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius. pag. 587. num.49.pag.65.numero 216
115. Quid tettiboam Domioo, &c. Calicem ſalutaria accipiam, &c. pag. 512. numero 74. & pag. 85. num. 279.& pag. 107. num.50
Pretioſa io cooſpecto Domioi mots ſanctosum.p.2.0.4
118. Portio mea Domine, dixi, cuſtodire legem tuam.p.391.n.57
Aoima mea in manibus meis ſemper, & legem tuam noo ſum oblitus. p.445.num.27. & p.27.n.92.& p.490.0.93
Erraoi ſicut ouis, quæ periit, &c. pag. 457. oum.70
Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus.pag. 560.0.56
Defecit in ſalotare tuum anima mea. p.3.n.8. p.90.n.294.& p.354.n.76
Booum mihi quia humiliaſti me. pag. 304. n.183
Confige timore too carnes meas pag.471.numero 32
Qui operantur iniquitatem, in vila eius ambulant.p.547.n.22
Auerte oculos tuos ne videant vanitatem. p.406.n.109
Media oocte ſurgebam ad confitendom tibi. p.365.n.109
Vias meas annunciaoi tibi & exaudiſti me. p.358.n.87
119. Ad Dominum cum tribularer, elamaui, & exaudiuit me.p.500.n.24.
Domioe libera animam à labiis iniquis & à lingua doloſa.ibid.
120. Leuaui oculos in montem, vnde veniet auxilium mihi.p.321.n.144
126. Surgite poſtquam ſedetiria,qui manducatis panem doloris.p.521.0.34
131. Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſceodero in lectum ſtrati mei. pag. 616. num.75
Parani lucernam meam Chriſto meo. p. 599. num.15
132. Sacerdotes induam ſalutari. pag 89. numeso 292
136. Super flumina Babylonis, illic ſedimus,&c. p.279.n.98 p.159.n.79.& p.450.n 47
Beatus qui tenebit,& allidet paruulos ſuos ad Petram.p.561.n.58
Memor eſto Domine filiorum Edom io die Ieruſalem,qui dicunt: Eainanite,&c. pag. 434.n.82.& p.436.n.90.& pag.437.n.94.& p.554.n.38.& p.561.n.58
138. Mirabilis facta eſt ſcientia toa ex me.p.571. num.95
Tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam.p.414.n.135
Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus.p.499.0.20
Si deſcendero io inſernum ades. pag. 497. num.12
138. Poſſediſti renes meos.p.383.0.32
140. Oleum autem peccatoris noo impinguet caput meum.p.429.n 44
Singulariter ſum ego donec tranſeam. pag.87 n.284
141. In deficiendo ex me ſpiritum meum.p.509. num.61
Periit fuga à me p.380.n.19
Effundo in cuoſpectu eius oratiooem meam. p.367.0.113
142. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.p.232. num.26
Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi.p.378.n.16
143. Beatus populus, cuius eſt Domious Deus ipſius.p.499.n.22
144. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.p.615.n.72
Miſericors, & miſerator Dominus. pag. 614. num.69
145. Nolite confidere in Principibus, oeque in filiis hominum,&c.p.51.n.182
147. Confortauit ſeras portarum tuarum. p.347.n.51

Ex libro prouerbiorum.

*Cap.*1. Abſcondamus tendicula contra inſontem fruſtra. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum.p.564.n.69

3.Flagellat

3. Flagellat Deus omnem filium quem amat. p.503.n.38
Miſericordia & veritas non te deſerant, circunda eas gutturi tuo. pag. 462. (non 472.) num.5.& p.538.n.21
11. Ne laudaueris hominem in vita ſua. p.597. num.3
Ne transferas terminos quos poſuerunt patres tui.p.582.n.31
13. Viam prauam & os bilingue deteſtor. p.19. num.65
Subſtantia feſtinata minuetur. pag. 187. numero 4
14. Qui calumniatur egentem. pag. 612. numero 56
Sapiens timendo declinabit ab omni malo. p.501.n.29
20. Iuſtus ſicut leo confidit.p.66.n.222
21. Vir obediens loquitur victorias. p.190.n.10. & p.600.n.16
22. Adoleſcens iuxta viam ſuam, & cum ſenex fuerit, non recedet ab ea. pag. 393. numero 65
Non conteres egenum in porta. pagin. 347. num.52
25. Mala aurea in lectulis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo.p.549.num.27. p.29.n.103.& p.150.n.54
28. Fugit impius, nemine perſequente. pag. 486. num.76
Beatus homo, qui ſemper eſt timoratus. p.501. num.29
31. Nobilis in portis vir eius quando ſederit cum ſenatoribus populi. pag.246. n.2. & p.347. num.52

Ex Eccleſiaſte.

Cap.7. Deus fecit hominem rectum, & ipſe infinitis ſe miſcuit quæſtionibus. pagin.608. num.43
10. Vidi ſeruos in equis & principes ambulantes ſicut ſeruos.p.444.n.24
Si ſpiritus poteſtatem habentis, aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris. pag. 292. n.145
Silentem mordebit eum ſerpens. pagin. 582. num.31
11. Lætare iuuenis in adoleſcentia tua. pag. 435. n.85.& p.563.n.67
12. Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt enim omnis homo.pag.160.n.79.& p.540. num.4

Ex Cantico Canticorum.

Cap.1. Oſculetur me oſculo oris ſui. pag. 26. num.88.pag.89.num.293. & pag.458. numero 293
Oleum effuſum nomen tuum.pag.226.numero 12
Exultabimus & lætabimur in te. pagin. 50. num.178
Trahe me poſt te, curremus. pag. 147.numero 45
Introduxit me rex in cellaria ſua. pag. 210. num.62
Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, quià decolorauit me ſol, &c. p.184. num.136.& p.192.n.14
Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui.p.326.n.258
Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur, pag.496.n.15.& p.72.n.240
Indica mihi vbi paſcas, &c. ne vagari incipiam iuxta tabernacula paſtorum. p.214.n.73.& p.107.n.344.& p.199.n.165
Ne vagari incipiam.p.238.n.38
Murenulas aureas faciemus tibi argento vermiculatas.p.150.n.54
Equitatui meo aſſimilaui te in curribus Pharaonis.p.88.n.89
Ecce tu pulchra es.p.232.n.27
Cum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea, &c.p.153.n.63
Lectulus noſter floridus. p.14.n.43. & p.112. n.351
2. Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis p.345.n.41
Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.p.71.n.237. & p.239.n.36. & p.266. num.34
En iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles, en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum. p.159.n.77.& p.489.n.49
Dilectus meus mihi, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ p.216.n.78
Dilectus meus mihi, & ego illi. pag. 192. num.15
Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.p.429.n.44
Ecce iſte venit ſaliens in montibus tranſiliens colles. Reuertere, reuertere dilecte mi, ſimilis eſto capreæ, &c. pag.102. n.326
Surgam, & circuibo ciuitatem. pagin. 193. num.16
Flores apparuerunt in terra noſtra. pag. 625. num.7
3. Egredimini filiæ Ieruſalem, & videte regem Salomonem in die deſponſationis ſuæ. p.255.n.29
Egredimini filiæ Sion & videte, &c. quo coronauit eum mater ſua, &c. pag.452. numero 51
Aſcenſus eius purpureus.p.14.n.44
En lectulum Salomonis ſexaginta fortes, &c. pag.92.num.298.& p.78 n.256
Tenui eum nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. pag.16. n.88. & p.161. num.81
Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum, myrrha, &c p.123.n.16
Oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet, &c. pagina 228. numero 17
Veni de Libano, ſponſa mea, veni de Libano, coronaberis de capite Amana, &c. de cubilibus leonum, de montibus pardorum. p.469.n.29
Sicut vitta coccinea, labia tua.pag.156.numero 69
Capilli tui ſicut grex caprarum quæ aſcendunt de Galaad p.122.n.12
4. Præter id quod intrinſecus latet. pag. 200. num.33.
5. Ego dilecto meo & ad me conuerſio illius. p.99.n.317
Tulerunt pallium meum. pag. 240. numero 44

Caput eius aurum optimom. pag.417. numero 3

Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum qoæ lacte ſont lotæ.p.424.n.18

Oculi tui columbarum.p.254.n.27

Oculi tui columbarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta aquarum. pag.58. num.202

Labia eius lilia diſtillantia myrrham primam. p.465.o.14

Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris. p.425.n.32

Manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleoi ſuot myrrha probatiſſima. p.94. n.305

Laui pedes meos, qoomodo Inquinabo illos? p.304.n.182

Anima mea liquefacta eſt vt ſponſus locutus eſt.p.60.n.206

Electus ex millibus.p.114.n.361

Comedite amici, & inebriamioi. pag.98.oumero 315

Aperi mihi ſoror mea.p.409.n.99

6. Pulchra es amica mea, ſuauis & decora ſicut Hieruſalem.pag.145.num.41.& p.307. n.191

Quàm pulchra es amica mea, ſuauis & decora.p.189.n.9

Suauis & decora ſicut Ieruſalem. pagin. 359. oum.92

Auerte oculos tuos quia ipſi auolare me fecerunt.p.58.n.202

Dentes eius ſicut grex caprarum, quæ aſcenduot de lauacro, &c.p.424.n.18

Sexaginta ſuot reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentolarum noo eſt nomerus. p.267.o.41

Quæ eſt iſta qoæ progreditur quaſi aorora? p.391.o.55

Neſciui, aoima mea contorbaoit me propter quadrigas Aminadab.pag.282.nom.114.& p.354.n.75

Reuertere, reuertere Sulamitis, reuertere, reuertere vt intueamor te. pag. 282. numero 114

7. Quid videbis in Solamitide, niſi choros caſtrorum.p.92.n.298.p.450.n.44

In porris omnia poma vetera & ooua ſeruaui dilecto meo.p.347.n.52

In portis noſtris omnia poma noua, & vetera ſeruaui tibi. pag.449. num.42. & pag.246. num.2

Dilectus meus mihi, & ad me conoerſio eius. p.144.n.38

Caput tuum ſicut Carmelos.p.364.o.106

Oculi toi quaſi piſcinæ Heſebon quæ ſunt in porta filiæ multitudinis.p.232.n.26.p.320. n.240.p.364.n.206

Coma capitis tui ſicut purpura Regis ioncta canalibus.p.229.n.18.& p.233. n.26.p.320. num.241

Sicut purpura Regis iuocta canalibus. p.381. num.22

Quàm polchri greſſus eios in calceamentis filia principis.p.81.n.265

8. Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, &c. nemo me deſpiciat.pag.238.num.38.p.153.n.60. p.161. num.81

Sub arbore malo excitaui te, ibi corrupta eſt mater tua, &c.pag.86.oom.282.& pag 477. num.50

Reuertere, aſſimilate capreæ, hionulóque ceruorum.p.3.n.8

Soror noſtra paruula, & vbera non habet. p.155.n.66

Fuge dilecte mi, aſſimilate capreæ, &c. pag.459.num.76.& pag.470. n.30.& p.86. n.180

Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, delitiis affluens, innixa ſuper ſponſum.p.135.n.15. p.51.n.183

Fac me audire vocem tuam. pag. 345. numero 41

Iotroduxit me Rex in cellariam ſuam, ordioauit in me charitatem.p.59.n.204

Pone me vt ſignaculum ſoper cor tuum, quia fortis vt mors dilectio.p.398 n 82

Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos, tradidit eam cuſtodibus, &c Vinea mea coram me eſt.pag.194.num.17.& pag.266. num.32

Ex libro Sapientiæ.

*Cap.*1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis.p.390.n.52

2. Venite, coronemus nos roſis, antequam marceſcant.p.409.n 117

3. Qui ſapientiam abiiciunt, filij eorum oequiſſimi.p.585.n.41

16. Io memoriam ſermonum tuorum examinabuntor.p.327.n.262

17. Tranſitu animalium & ſerpentum ſibilatione commoti tremebundi peribunt. p. 360. num.96

Ex Eccleſiaſtico.

*Cap.*2. In igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camioo humiliationis.p.606.o.39

7. Honora Deum ex tota anima tua, & boootifica ſacerdotes eius.p.432.n.6

10. Secundùm iodicem popoli, ira & miniſtri eius.p.195.n.22

11. Breuis in volaoribus eſt apis, & initium dulcoris.p.541.n.4

13. Veſtigium cordis boni, & faciem bonam difficilè & cum labore inuenies. pag.591. oum.60

15. Io medio Eccleſiæ aperuit os eius. pag.357. oum.85

25. In tribus beneplacitum eſt ſpiritui meo, &c. coocordia fratrum, amor proximorum, vir & molier ſibi bene conſentientes. p.165.n.89

30. Mortuus eſt pater eius, & qoaſi non eſt mortuus, ſimilem enim, &c. pag. 253. numero 25

49. Oſſa duodecim prophetarum pullolabunt de loco ſuo qui corroborauerunt Iob, & ſe redemeruot io fide virtutis ſuæ. pag. 540. oum.2

Ex Prophetia Iſaiæ.

*Cap.*1. Viſio Iſaiæ, audi cælum, &c.p.463.n.7

Væ genti peccatrici.populo graui iniquitate, &c. neque fota oleo. Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, &c.p.389.n.50

Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra, *&c.* p.564.n.69

Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemē quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus. p.614.n.67

A planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas. p.36.n.131

Et derelinquetur filia Sion ſicut vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario. p.535.n.42

Kalendas veſtras & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea. p.356.n.83

Iudicate pupillo. p.412.n.128

2. Venite, aſcendamus ad montem Domini, & domum Dei. p.336.n.15

Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini. p.336.n.11

Homo agricola ego ſum; quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea. p.745.n.249

Et repleta eſt terra argento & auro, & repleta eſt idolis. p.12.n.38

De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ieruſalem. p.604.n.28

3. Ruit Ieruſalem, & Iudas concidit; peccatum enim ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt nec abſconderunt. p.304.n.176

Pro cingulo veritatis filiæ Sion cinguntur funiculo, &c. p.399.n.84

Auferet à Hieruſalem validum & forte, & omne robur panis, & omne robur aquæ. p.152.n.58

In domo mea non eſt panis, neque veſtimentum, nolite me conſtituere Principem populi. p.187.n.5

Erit lux Lunæ ſicut lux Solis, & lux Solis erit ſeptemplicitet ſicut lux ſeptem dierum in die qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit. p.376.n.7

Ponam eam deſertam. p.214.n.216

4. Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sionis. p.562.n.60

5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis. p.399.n.84

Iuſtus periit, & non eſt qui recogitet, viri miſericordiæ colliguntur, & non eſt qui intelligat. p.433.n.78

Et non ſunt ei vires. p.412.n.20

Expectaui, vt faceret iudicium & ecce iniquitas; & iuſtitiam, & ecce clamor. p.413. num.132

Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas. p.55.n.192

6. Audiui vocem Domini dicentis, quem mittam, & quis ibit nobis? Ecce ego, mitte me. p.599.n.13

Et erit in oſtenſionem ſicut terebinthus, & ſicut quercus, *&c.* p.389.n.51

Incraſſa cor populi huius. p.415.n.139

8. Paruulus natus eſt nobis, *&c.* Pater futuri ſæculi, Princeps pacis. pag.50. numero 179

Voca nomen eius, accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari. p.117.n.372

9. Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon. p.276.n.84

Conſiliarius. p.603.n.27

Diſperdet Dominus ab Iſraël caput & caudam. p.289.n.137

10. Qui fulgura in pluuiam facit. pagin. 494 num.5

11. Egredietur virgo de radice Ieſſe & flos de radice eius aſcendet. p.72.n.240. & p.46. numero 169

In die illa erit radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſam gentes deprecabuntur. p.53.n.183

Erit ſepulchrum eius glorioſum. pag. 87. numero 283

12. Vrbs frequens plena exultatione. pag. 267. num.42

13. Quaſi damula fugiens, & quaſi ouis, & non erit qui congreget. p.457.n.70.

Vnuſquiſque, *&c.* facies combuſtæ vultus eorum. p.425.n.33

14. Miſerebitur Dominus Iacob. pag 336. numero 11

16. Emitte agnum dominatorem terræ de Petra deſerti, *&c.* p.132.n.4

17. Et erit in die illa, attenuabitur Eccleſia Iacob, *&c.* dicit Dominus Iſraël. pag. 155. num.66

19. Caput & caudam corruentem. pag.289 numero 137

Ecce aſcendit Dominus ſuper nubem leuem. p.102.n.327

20. Onus deſerti maris p.410.n.120

25. Emite & comedite vinum & lac. pag.64. numero 211

27. In illa die vinea meri cantabit ei, Ego Dominus, qui ſeruo eam, repente propinabo ei. p.55.n.192

28. Et nunc miſit me Dominus & ſpiritus eius. p.599.n.13

Ecce mittam Sion in fundamentum lapidem probatum angularem. p.251.n.17

30. Væ filij deſertores, vt faceretis concilium, & non ex me, *&c.* p.433.(non 429.)n.64

Comminuetur ſicut conteritur lagena figuli contritione præualida, & non inuenietur de fragmentis eius teſta, *&c.* p.419.n 8

Qui dicunt videntibus, Nolite videre; aſpicientibus, nolite aſpicere, *&c.* pag.348. numero 54

31. Væ qui deſcendunt in Ægyptum ad auxilium, in equis ſperantes, *&c.* & Dominum non requiſierunt. p.433.n.63.(non 429.)

Sic deſcendet Dominus exercituum, *&c.* ſicut aues volantes, ſic proteget, *&c.* pag 105. numero 45

32. Vocabitur nomen eius Admirabilis. p. 543. num.12

33. Diſſipatæ ſunt viæ, & ceſſauit tranſiens per ſemitam, luxit & elanguit terra. pag. 284. n.120

Ecce videntes clamabunt foris, Angeli pacis amarè flebunt. p.597.n.4

Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter, ipſe ſaluabit nos. p.135.n.13

35. Gloria Libani data eſt ei. p.27.n.93

36. Ecce confidis ſuper baculum arundineum contractum, *&c.* p.51.n.182

Vniuerſæ beſtiæ ſaltus venite ad deuorandum p.355.n.81

37. Deſpexit te, & ſubſannauit te virgo filia Sion. p.337.n.13

38. Ægrotauit rex Ezechias vſque ad mortem. p.537.n.48

39. Fiat tantùm pax in diebus meis. pag. 375. num. 5

Et erit triſtis & mœrens. pag. 342. numero 31

40. Videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri. p. 89. num. 192

41. Et confortauit cum clauis, vt non moueretur. p. 471. n. 33

45. Rorate cæli deſuper, &c. pag. 102. numero 326

In modico dereliqui te. pag. 613. numero 64

47. Deſcende, ſede in puluere. pag. 521. numero 34

Non ſedebo vidua & ignorabo ſterilitatem. p. 265. n. 31

Deſcende, ſede in puluere virgo filia Babylon. p. 237. n. 13

49. Quis genuit mihi illos? Ego ſterilis & non pariens tranſmigrata & captiua, &c. p. 183. n. 136

50. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me. pag. 250. numero 15

51. Attendite ad petram vnde exciſi eſtis, attendite ad Abraham, &c. pag. 251. numero 17

52. Quàm pulchri ſunt pedes euangelizantium pacem ſuper montes. pag. 103. numero 327

53. Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum. pag. 493. numero 104

Poſuit Deus in eo iniquitates omnium noſtrum. p. 422. n. 17

Non erat ei ſpecies neque decor. pag. 115. numero 365

Non eſt ſpecies eius, neque decor, vidimus eum & non erat aſpectus, &c. & quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus. p. 379. num. 18

Dabit impios pro ſepultura ſua, & diuites pro morte ſua. p. 87. n. 284

Si poſuerit animam ſuam, videbit ſemen longæuum. ibid.

55. Ecce teſtem populi mei dedi eum, ducem ac præceptorem, conteſtatorem & exhortatorem. p. 611. n. 52

57. Non in ſempiternum litigabo, neque vſque ad finem iraſcar. pagina 428. numero 39

Iuſtus periit, & non eſt qui recogitet. p. 538. num. 54

58. Clama, ne ceſſes; quaſi tuba, exalta vocem tuam. p. 581. n. 28

60. Qui ſunt iſti qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas, &c. pag. 73. num. 241

63. Quare rubrum eſt veſtimentum meum. p. 56. num. 195

Attende de cælo, & de habitaculo ſancto tuo & gloria tua. p. 454. n. 65. & p. 484. n. 69

Torcular calcaui ſolus, &c. p. 318. n. 231

Ex Prophetia Ieremiæ.

Cap. 1. Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video. pag. 315. numero 220

Non noui loqui quia puer ego ſum. pag. 481. num. 62

2. Manus tuæ erunt ſupra caput tuum. pag. 320. n. 242

Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à ſiti. p. 51. n. 182

Vade & clama in auribus Ieruſalem, dicens, recordatus ſum tui, miſerans adoleſcentiam tuam, &c. p. 318. n. 233

Sanctus Iſraël Domino primitiæ frugum eius. p. 587. n. 49

Si laueris te nitro, & multiplicaueris herbam borith, maculata es iniquitate coram me, dicit Dominus. p. 606. n. 37

3. Vidit præuaricatrix ſoror eius Iudam, ſed abiit & fornicata eſt ipſa. pag. 318. numero 233

Poſtquam conuertiſti me, egi pœnitentiam, & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum. p. 477. n. 51

Frons mulieris meretricis facta eſt tibi. ibid.

Saltem amodò voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ. p. 266. n. 34

Conuertimini filij reuertentes, ait Dominus, &c. & dabo vobis paſtores iuxta cor meum. p. 155. n. 66

4. Aſcendit leo de cubili ſuo, &c. pag. 382. numero 26

5. Aſcendite muros eius, & diſſipate, conſummationem autem nolite facere. pag. 428. num. 41

6. Et tranſibunt domus eorum ad alienos agri, & vxoris pariter. p. 440. n. 85

Omnes iſti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum vniuerſi corrupti ſunt p. 18. n. 62

Defecit ſufflatorium in igne, conſumptum eſt plumbum, &c. p. 18. n. 62

8. Nunquid reſina eſt in Galaad? an medicus non eſt illic p. 121. n. 11. & 12

Congregans congregabo eos. pag. 317. numero 228

9. Vocate lamentatrices, &c. pag. 128. numero 38

12. Congrega eos quaſi gregem ad victimam, &c p. 371. n. 127

Vſquequo lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur. p. 139. (ne legas 149.) n. 25

14. Nunquid ſunt in vanitatibus gentium qui pluant? p. 511. n. 68

16. Ego mittam piſcatores, & venatores, qui venentur vos de omni colle & monte. p. 72. n. 241

17. Maledictus homo qui confidit in homine. p. 433. n. 63. (non 429.)

18. Propterea da filios eorum in famem & deduc eos in manum gladij, fiant vxores eorum abſque liberis, &c. p. 352. n. 69

19. Omnis qui tranſierit ſtupebit, & ſibilabit ſuper vniuerſam plagam eius. p 358. n. 90

20. Maledicta dies in qua natus ſum, &c. p. 304. n. 181

22. Non plangent eam, væ pater, & væ ſoror, non concrepabunt ei, væ domine, & væ inclyte. pag. 128. n....

23. Vos diſperſiſtis gregem meum, & eieciſtis eos, & non viſitaſtis eos. pag. 480. numero 61

Putáſne Deus è vicino ego ſum, & non Deus de longè? p. 37. n. 135

24. Dabo eos in commotionem cunctis regnis terræ. p. 431. n. 54

25. Deſerta

25. Deſerta facta eſt terra à facie columbæ, à facie furoris Domini. pag. 311. numero 207
Et rex Seſach bibet poſt eos. pag. 260. numero 25
Deſerta eſt terra ab ira columbæ à facie furoris Domini. p. 525. n. 52
26. Faciam domui huic, in qua inuocatum eſt nomen meum, &c. ſicut feci in Silo. p. 343. num. 35
Noli ſubtrahere verbum ſi forte audiant & conuertantur. p. 478. n. 54
29. Viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum. p. 540. n. 3
30. Patres noſtri mandocauerunt vuam acerbam & dentes noſtri obſtupuerunt. pag. 482. num. 64
31. Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines, &c. reuertere virgo Iſraël, &c. p. 489. num. 90
Caſtigaſti me, & eruditus ſum quaſi iuuenculus indomitus. p. 313. n. 214
Inebriaui animam meam. pagin. 384. numero 35
Tunc lætabitur virgo in choro. pag. 451. numero 49
44. Nunquid ſacrificium, quod ſacrificaſtis in vrbibus Iudæ? p. 566. n. 76
Et non erit euaſor, vel qui effugiat. pag 371. n. 128
46. Calix aureus Babylon inebrians vniuerſam terram p. 260. n. 25
47. Ecce aquæ aſcendunt ab aquilone. pag. 410. n. 120
48. Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua & requieuit in fæcibus ſuis, &c. p. 182. n. 131.
49. Ego verò diſcooperui Eſau, reuelaui abſcondita eius. p. 437. n. 94
51. Subitò cecidit Babylon, &c. tollite reſinam ad dolorem eius. p. 121. & 122. n. 11. & 12.

Ex Threnis, ſiue Lamentationibus Ieremiæ Prophetæ.

Habes Commentarium abſolutiſſimum, & clariſſimum, ex quo facilè poteris haurire ſi quid deſideres.

Ex Prophetia Baruch.

Cap. 2. Quemadmodum facta ſunt in Ieruſalem ſecundùm quod ſcripta ſunt in lege Moyſis, &c. p. 368. n. 119
3. Poſt hæc in terris viſus eſt & cum hominibus conuerſatus eſt. p. 152. n. 60

Ex Prophetia Ezechielis.

Cap. 1. Fuit manus Domini ſuper eum. pag. 544. num. 14
Et aſpectus rotarum, & opus earum, quaſi viſio maris. p. 469. n. 26
4. Et tu ſume tibi ſartaginem ferream inter te & inter ciuitatem, & pones eam in murum ferreum inter te & ciuitatem. p. 404. num. 99
Ad inſtar fulguris coruſcantis. pag. 465. numero 15
Et complebo furorem meum, & requieſcere faciam indignationem meam in eis, & conſolabor. p. 418. n. 39
9. Omnem autem ſuper quem videritis Thau, ne appropinquetis ei. p. 411. n. 126
Gabr. à Coſta.
11. Propterea hæc dicit Dominus Deus quia longè feci eos, &c. ero eis in ſanctificationem. p. 344. n. 39
Eleuauerunt Cherubim alas ſuas, & rotæ cum eis, &c. & ſtetit ſuper montem qui eſt ad orientem vrbis. p. 433. n. 75
12. Tu verò fili hominis, fac tibi vaſa transmigrationis, & tranſmigrabis per diem, &c. ſicut egreditur migrans. p. 433. n. 78
Quod eſt prouerbium iſtud vobis in terra Iſraël dicentium, in longum differetur dies? p. 362. n. 100
Extendam rete meum ſuper eum. pag. 314. n. 215
13. Quaſi vulpes in deſertis prophetæ tui Iſraël erant, &c. p. 429. num. 44. & pag. 455. num. 62
16. Propterea meretrix audi verbum Domini. p. 318. n. 233
Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius. p. 606. num. 37
Et ornaui te ornamento, & dedi armillas manibus tuis, &c. & coronam decoris in capite tuo. p. 451. n. 50
Tranſiui per te, & vidi te, &c. & facta es mea. p. 236. n. 34
18. Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt, pag. 443. num. 18
21. Aufer cidarim, tolle coronam. pag. 452. numero 52
Idcirco plaude ſuper femur tuum. pag. 358. num. 90
22. Ecce comploſi manus meas ſuper auaritiam tuam. p. 358. n. 90
Prophetæ autem eius liniebant eos abſque temperamento. p. 429. n. 44
26. Eras nuda & confuſione plena, & expandi amictum meum ſuper te, &c. pag. 86. num. 282
Cum aſcendere fecero ſuper te voraginem & operuerint te aquæ multæ. pag. 410. n. 120
27. Negotiatores populorum ſibilauerunt ſuper te. p. 358. n. 90
O Tyre, tu dixiſti, Perfecti decoris ego ſum, &c. p. 359. n. 92
28. Polluiſti ſacrificationem tuam, pag. 344. numero 39
29. In die illa pullulabit cornu Domini Iſraël, & tibi dabo apertum os. pag. 357. numero 85
33. Sanguinem verò eius de manu tua requiram. p. 580. n. 26
34. Et ſuſcitabo eis germen geminatum. p. 46. num. 170
Lac comedebatis, & lana operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. p. 76. n. 252
37. Iuſtus ſi peccauerit, ponam offendiculum coram eo. p. 327. n. 262

Ex Prophetia Danielis.

Cap. 7. Paueant Deum Danielis, &c. pag. 205. num. 46
9. Tibi Domine Deus noſter miſericordia & propitiatio, quia receſſimus à te. pag. 365. num. 107

Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum meum, &c. & finem accipiat peccatum.p.436.n,92
Oraui Dominum Deum meum, & confeſſus diai.p.437 n.93
10. Princeps Perſarum reſtitit mihi. pag. 337. num.15
12. Clauſi ſunt ſignatique ſermones vſque ad præfinitum tempus.p.601.n.19

Ex Prophetia Oſee.

*Cap.*1. Voca nomen eius, Abſque miſericordia. Voca nomen eius, Non populus meus. p.145.n.41
Et congregabuntur filij Inda, &c. quia magnus dies Ieſrahel.p.175.n.114
Et hæc neſciuit, quia ego dedi ei frumentum, &c. Idcirco conuertar & ſumam frumentum meum, &c.p.12.n.39
In illo die conteram arcum Iſraël. pag. 108. n.347.& p.339.n.23
Fornicans fornicabitur terra à Domino. pag. 273.n.68
2. Lactabo eam & loquar ad cor eius. pag. 208. n 53.& p.64.n.212
Ex Ægypto vocaui filium meum. pag.30. numero 109
Et canet tibi iuxta dies iouentutia tuæ, & iuxta dies, &c.p.155.n.68
Propter hoc dixit Dominus: Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, &c.p.485.n.74
Sepiam vias tuas ſpinis, vt vulneratus retro conuertaris.p.317.n.262
Ibo, & reuertar ad virum meum priorem quia tunc melius mihi erat quàm nunc eſt.p.26. n.88.& p.458.n.74
4. Piſces congregabuntur.p.117.n.228
5. Et poſt hæc reuertentur filij Iſraël, & quærent Dominum, &c.p.26.n.88
Sedebunt filij Iſraël ſine rege, ſine ſacerdote, &c.p.342.n 33
Poſt multos dies expectabis me. pag. 270. num.74
Facti ſunt principes Iudæ quaſi aſſumentes terminum: ſuper eos quaſi aquam effundam iram meam.p.329.n.271
8. Nunc autem deuoratus eſt Iſraël & factus eſt in nationibus quaſi vas immundum. p.270. n.53.& p.276.n.85
Deuoratus eſt Iſraël, &c. pag. 405. numero 102
9. Deſiderabile argentum eius vrtica comedet. p.306.n 186
Speculator Ephraim cum Deo meo, propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius.p.466.n.18
10. Dicent montibus, Operite nos; & collibus, Cadite ſuper nos. pag. 604.n.32.
11. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis. pag. 327.n.262.& pag. 557. num.46
12. In vtero ſupplantauit fratrem ſuum & in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo. p.543.n.12
13. Adorantes vitulos.p.52.n.184
Vitulos adorantes.p.167.n.93
14. Quia eius, qui in te eſt, miſereberis pupilli. p.441.n.11
Ibunt rami eius, & erit quaſi oliua gloria eius. p.487.n.81

Ex Prophetia Ioël.

*Cap.*1. Luxit humus, quia deuaſtatum eſt triticum.p.347.n.49
Plange quaſi virgo accincta ſacco.pag. 525. num.30
Si factum eſt iſtud in diebus veſtris? pag.369. num.121
2. Scindite corda veſtra. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. pag.614. numero 69
Præſtabilis ſuper malitia. pag. 519. numero 11
Quis ſcit, ſi conuertatur & viuat? p.525.n.50. & p.589.n.54.& p.395.n.71
Dabo prodigia in cælo. pag. 314. numero 216
3. Ægyptus in deſolationem, & Idumæa in deſertum perditionis.p.434 n.83
Erit fons de domo Domini, & irrigabit torrentem ſpinarum, ſiue vallem ſpinarum. p.320.n.240

Ex Prophetia Amos.

Cap 1. Luxerunt ſpecioſa paſtoris. pag.347. numero 49
3. Leo rugiet, quis non timebit? pag.66.numero 222.
4. Venite ad Bethel, & impiè agite. pag. 435. num.85
5. Vocabunt agricolæ ad luctum, &c. pag.128. num.38
Cecidit, & non adiiciet vt reſurgat virgo Iſraël.p.318.n.232
Væ deſiderantibus diem Domini, ad quid eam vobis? dies Domini iſta, tenebræ & non lux. p.604.n.32
Virgo Iſraël cecidit, non adiiciat, vt reſurgat. p.616.n.74
Odio habuerunt in porta pœnitentem.p.347. num.52
Hoſtes iuſti accipientes munera, & pauperes in porta deprimentes. pag.612. numero 58
Odite malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta iudicium.ibid.
Nolite quærere Bethel, &c. in Berſabe ne tranſieritis, &c.p.218.n.84
Si forte miſereatur Deus exercituum reliquiis Ioſeph.p.478.n.54
6. Væ vobis qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ.p.587.n.47
Tace, & ne recorderis nominis Domini, quia ecce Deus mandauit.p.178.n.123
Qui comeditis agnum de grege, & vitulum de medio armenti.p.626.n.15
8. Hæc oſtendit mihi Dominus Deus, & vncinus pomorum, & dixit, Quid tu vides Amos? & dixi, vncinum pomorum, &c. non adiiciam vltra vt pertranſeam eum. p.294.n.153
Et mittam in terram non famem panis, &c. ſed famem audiendi verbum Domini. pag. 152.n.58
Occidet ſol in meridie, & obtenebrabitur dies, &c.p.273.n.72
Inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, & ſuper omne caput caluitium.p.521. num.39
In die illa deficient virgines pulchræ, & adoleſcentes in ſiti.p.535.n.41

Qui

9. Qui ædificat io cælo aſcenſionem ſuam & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit. p.401.
Et noo euadet ex eis euaſor. pag. 371. oumero 128
Auaritia eorum in capite omnium. pag. 289. n.137

Ex prophetia Abdiæ.

Idumæa operiet te confuſio in æternum. pag. 553. n.37. & 38. & p. 554. n. 39

Ex prophetia Ionæ.

Cap. 1. Dedi ſacerdotibus vt religioſè me colerent. p.578.n.19
Hebræus ego ſum, & Deum cæli timeo, qui fecit mare & aridam.pag 541.n.5.& p.571. num.95
2. Ciuitas coram Domino.p.364.n.206
Si plura deſideres, adi Commentarium.

Ex prophetia Michææ.

Cap. 1. Quod ſcelus Iacob, nónne Samaria? p.207. n. 50. Et quæ exceelſa Iudæ, nónne Ieruſalem? ibid.
In Geth nolite annunciare lacbrymis ne ploretis. p.329.n.271
Et faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum.p.420.n.11
Decaluare & tondete ſuper filios delitiarum tuarum, dilata caluitium tuum ſicut aquila. p.125. n.25
2. In dia illa ſumetur ſnpet vos parabola, & cantabitur canticum cum ſuauitate, dicentium, Depulatione vaſtati ſumus. pag. 431. numero 53
Stillabo tibi in vinum & in ebrietatem.p.436. num.89
3. Audite principes Iacob, & duces domus Iſrael, qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnes, &c. p.76.n.253
5. Percutiet maxillam iudicis Iſrael. pag. 396. n. 73
Et tu Bethlehem terra Iuda, &c. & egreſſus eius à diebus æternitatis eius. pag. 50. n.179
Et to Bethlehem Ephrata paruulus es in mollibus Iuda. p.141.n.31
6. Contende Iudicio aduerſus montes, & audiene colles vocem eius. p.113.n.357
7. Dabis veritatem Iacob, & miſericordiam Abrahæ.p.391.n.56
Ab ea quæ dormit io ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui, &c. & ſocrus aduerſus nurum ſuam.p 167.n.94
Vlt. Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum.p.455.n.61

Ex prophetia Nahum.

Cap. 2. Facies omnium ſicut nigredo ollæ. p. 425. n. 33

Ex prophetia Habacuc.

Cap. 2. Væ qui potum dat amico ſuo mittens fel ſuum, & inebrians eum. p. 589. n.53
Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet. p.604. n.30
3. Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. p.605.n.35

Ex prophetia Sophoniæ.

Cap. 1. Præparauit Dominus hoſtiam, ſanctificauit vocatos ſuos. p.371.n.127
2. Audiui opprobrium Moab, & blaſphemias filiorum Ammon. p.143.n.35
3. Et relinquam in medio tui pauperem & tenuem.p.155.n.66

Ex prophetia Aggæi.

Cap. 1. Seminaſtis multum, & intuliſtis parum, quamobrem dicit Dominus exercituum? quia domus mea deſerta eſt, propter hoc prohibiti ſunt cæli ne darent rorem, & terra continuit germen ſuum. pag. 574. num. 8
Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. p. 573. num. 2
Comediſtis, & non eſtis ſatiati; bibiſtis & non eſtis inebriati. pag. 210. n. 61. & p. 384. n. 35
Super vos prohibiti ſunt cæli ne darent rorem. p. 614. & 615. n.690
2. Adhuc modicum eſt, & ego commouebo cælum & terram, &c. dicit Dominus exercituum. p.601.n.20
Adhuc modicum, & veniet deſideratus, &c. & magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſquam primæ. p.46. n.166. & p. 63. n.187
Interrogate ſacerdotem legem Dei. pag. 580. n. 27

Ex prophetia Zachariæ.

Cap. 1. Quia zelatus ſum Hieruſalem & Sion zelo magno, &c. ipſi verò adiuuerunt in malum. p.147.n.44
Et ſuper ſimilitudinem throni, quaſi ſimilitudo aſpectus hominis, & vidi quaſi ſpeciem electri, &c. p.147.n.46
2. Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio & habitabo in, &c. & ſcies quia Dominus exercituum miſit me ad te. pag. 49. n.178
6. Sume à tranſmigratione argentum, & facies coronas, &c. p.507.n.54
Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum. p 361. n.99
11. Aperi Libane portas tuas, & comedet ignis cedros tuas; vlula abies quia cecidit cedrus. pag. 286. num. 129. & pag. 287. num.130
Et præcidi virgam meam ſecundam, quæ appellatur funiculus, vt diſſoluerem germanitatem inter Iudam & Iſrael. p.544. n.13
13. Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? His plagatus ſum in domo, &c. p.78. n. 257

Ex prophetia Malachiæ.

Cap. 1. Si ego Dominus, vbi timor meus? ſi Pater, vbi honor meus? p.482.n.65
2. Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris.p.55.n.192
3. Ego Dominus & non mutor.p.479.n.55
4. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini, &c. p.458.n.74
Si plura deſideres, habes Commentarium in quo nihil non exquiſitum. p.539

Index Locorum

Ex 2. Machabæorum.

Cap. 14. Gladio ſe periit, eligens nobiliter potiùs mori, quàm ſubditus fieri peccatoribus. *Hoc factum reprobat Auguſt.* p.21. n.75

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Euangelio D. Matthæi.

Cap. 1. ET non cognoſcebat eam donec, *&c.* p.43.n.153

2\. Nazaræus vocabitur. p.41. n.147

Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum. pag.48. n.172

Et tu Bethlehem Iuda nequaquam minima es inter principes Iuda. p.141.n.31

Qui quærebant animam pueri. p.27. n.95

Defuncti ſunt qui quærebant animam pueri. p.490.n.93

In diebus Herodis regis.p.67.n.239

Vox in Rhama audita eſt, ploratus & vlulatus, Rachel plorans filios ſuos. pag. 168. num.97

Et monumenta aperta ſunt, *&c.* & venerunt in ſanctam ciuitatem. ...

3\. Qui poſt me venturus eſt, fortior me eſt, p.602. n.31

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. pag. 478. num.52

4\. Dominum tuum adorabis. pag. 571. n.95.& p.577.n.19

Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus & quadraginta noctibus.p.595.n.8

5\. Vos eſtis lux mundi. pag. 23. n.77. & p. 579. num.24

Quod ſi ſal euanuerit, ad nihilum valet vltra niſi vt mittatur foras,& conculcetur.p.486. num.77

Vos eſtis ſal terræ p.22.n.76

Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt glorificent patrem veſtrum. pag. 573. numum. 2

Ego autem dico vobis, Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio, *&c.* pag. 449. numero 42

Diligite inimicos veſtros vt ſitis filij Patris veſtri qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. p.545. n.22

Cum dixerint omne malum aduerſum vos, gaudete, *&c.* p.396.n.74

Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.p.606. n.39

6\. Sanctificetur nomen tuum. p.558.n.50

Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ. pag. 27. numero 92

Nec Salomon in omni gloria ſua veſtitus eſt ſicut vnus ex iſtis. p.27.n.94

8\. Non ſapis quæ Dei ſunt. p.487. n.81

Non ſum dignus vt intres, *&c.* p.207.n.51

9\. Et timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit talem poteſtatem hominibus. p. 573. num. 2

10\. Qui perdiderit animam ſuam propter me. p.57. n.92

Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. pag. 83. n.271

11\. Confiteor tibi Pater, quia hæc abſcondiſti à ſapientibus,& reuelaſti ea paruulis pa.g74. n.247

Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. p.78. n.256

A diebus Ioannis Baptiſtæ vſque nunc,regnum cælorum vim patitur.p.600 n.17

12\. Si licet Sabbatho curare? p.561.n.59

Generatio praua & adultera ſignum quærit,& ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. p.473.n.38

Signum quærit & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ Prophetæ. p.40. n.141

Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus; ſic erit, *&c.* pag. 495. num. 8

13\. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta p.526.n.55

14\. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos Chriſtus Dominus. p.366.n.110

16\. Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ſolueris, *&c.* p.221. n.93

Facto veſpere dicitis, ſerenum erit, rubicundum eſt enim cælum.p.493.n.104.& p.548. n. 24

17\. Reges terræ à quibus accipiunt tributum? à ſuis filiis an ab alienis?p.48.n.172

19\. Qui amat animam ſuam in hoc mundo,perdet eam.p.490.n.93

Vos qui ſequuti eſtis me in regeneratione. p.34.n.123

Oblati ſunt ei paruuli vt manus eis imponeret & tangeret eos.p.6.n.21

20\. Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus? p.436.n.89

21\. Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinum, *&c.* p.48.n.172

23\. Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi.p.44.n.158. p.544.n.14. & p.181. n. 27

24\. Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. p.490

Orate ne fuga veſtra fiat in hyeme, vel Sabbatho.p.374.n.109

25\. Eiicite in tenebras exteriores.p.478.n.52

Date nobis de oleo veſtro. p.619. n.86

26\. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem; hunc angariauerunt, *&c.* p.176. n.83

Inuenietis hominem amphoram aquæ habentem, & ipſe vobis demonſtrabit.p.242.n.51

Procidit in faciem ſuam orans.p.300.n 33

Non bibam amodò de hoc genimine vitis, donec illud bibam vobiſcum nouum in regno Patris. pag. 59. num. 204. & pag. 390. num. 53

27\. Tranſeuntes autem blaſphemabant. p. 359. n. 93

Prætereuntes blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, canticum eorum factus. p. 384. num.33

Sanguis eius ſuper nos. p.490.n.93.& p.594. num.73

Poſuit in monimento ſuo nouo, quod exciderat in petra, *&c.* p.506.n.51

28\. Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi. p.42.n.153

Ex Euangelio D. Marci.

Cap. 1. Erátque cum beſtiis, & Angeli miniſtrabant ei.p.215.n.77

4\. Com

4. Comminatus eſt vento, & dixit mari, Tace; & ceſſauit. &c. p.363.n.106
8. Non ſapis quæ Dei ſunt p.487.n 81
19. Benedictum quod venit, regnum patris noſtri Dauid. p.48.n.172

Ex Euangelio D. Lucæ.

*Cap.*1. Benedictus Dominus Deus Iſrael. p. 205. n. 46
Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco. Ecce ancilla Domini.p.21.n.73
Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto.p.529.n.12
Et ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum. p.458.n. 74
Et dabit ei Dominus ſedem Dauid patris eius. p.49.n.174
Coram Domino. p.364. n.206
Quia ſic fecit Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium. p.110.n.350
Et tu puer propheta Altiſſimi vocaberis, præibis enim, &c. ad dandam ſcientiam ſalutis, &c. p.600.n.16
Et regnabit in domo Iacob in æternum. pag. 336.n.11
2. Quid eſt quod me quærebatis? neſciebatis, &c. p.91.n.297
Inuenietis infantem pannis inuolutum. pag. 605. n.25.
Pater tuus & ego dolentes quærebamus te p.356.n.85
3. Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream ſuam, &c. p.213.n.71
4. Ipſe tranſiens per medium illorum ibat. p.17. n. 59
5. Exi à me Domine, quia homo peccator ſum. p.578.n.10
7. Simon vides hanc mulierem? intraui in domum tuam, &c. non ceſſauit oſculari pedes meos, p.129 n.39
Mulier quæ erat in ciuitate peccatrix vt cognouit quòd Ieſus accumberet, &c. p 39.n.138
Stans retro ſecus pedes Domini. p.201.n.36.& p.485.n.73
Oſculum mihi non dediſti. p.89.n.193
Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. p.598 n 6
9. Domine te ſequar quocunque ieris. Dixit ei Chriſtus Dominus: Vulpes foueas habent & volucres cæli nidos, &c. p.19.n.66
10. Neminem ſalutaueritis in via. p.142.n.32
Sedebat etiam ſecus pedes Domini, & audiebat verbum eius p 61.n.107
11. Qui habet aures audiendi, audiat. p.61.n.208
Amice commoda mihi tres panes. pag. 182. n.132.& p.485. n.74
Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. p. 96.n 131
Sicut Ionas fuit ſignum Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi huic. pag. 520. n.24.& p.526.n.55
Inquiritur ſanguis prophetarum omnium qui, &c. à ſanguine Abel vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ. p.17. n. 61. & pag. 36.n.99. & pag.369. n.121.& p.490.n.93
12. Ille autem ſeruus, qui cognouit voluntatem Domini ſui, &c. plagis vapulabit multis, &c. pag. 12. num. 39
Ne terreamini ab iis qui occidunt corpus, & poſt hæc, &c. p.119.n.3
14. Si quis venit ad me & non odit patrem ſuum, &c. p.91.n.297
Et factum eſt cum intraret Ieſus, &c. vt manducaret panem. p.69.n.310
15. Iam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum de mercenariis tuis. p. 482. num. 65
Facta eſt fames valida in regione illa, & ille cæpit egere, &c. p.309.n.198
Cum adhuc longe eſſet, vidit eum pater, &c. p 514 n.46
16. Factum eſt autem vt moreretur mendicus, &c. p.119. n.4
17. Regnum Dei intra nos eſt. p. 4. n.10
21. Et capillus capitis veſtri non peribit, &c. p. 119.n.3
22. Caro mea verè eſt cibus, &c. pag. 97. num.314
Accipite & diuidite illum inter vos, amodò non bibam, &c. p.512.n.75
Quod paraſti ante faciem omnium populorum, lumen, &c. p.53.n.187
Pater ſi poſſibile eſt; transfer à me calicem hunc. p.468.n.21. & p.308.n.181
Si percutimus in gladio? pag. 369. n.121. & p.561.n.39
23. Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos. p. 312. n.210
Nos quidem rectè digna factis recipimus, hic autem nihil mali geſſit. p.171.n.103
Inualeſcebant voces eorum. p.619.n.83
24. Nónne hæc oportuit Chriſtum pati, & ita intrare, &c. p. 94. n. 305
Mane nobiſcum Domine quoniam adueſperaſcit. p.142. n.33

Ex Euangelio D. Ioannis.

*Cap.*1. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre. p.27.n.94
Vidit Ieſus Nathanaëlem, &c. Ecce verè Iſraelita in quo dolus non eſt. p.18. n.64
Et ego neſciebam eum. p.142.n.33
Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit. p.603. n.28
Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum p.53.n.187
Gratia pro gratia per Moyſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. p.13.n.40
Tu vocaberis Cephas. p.65. n.216
Medius autem inter vos ſtetit, quem vos neſcitis: ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt. p.602. n 21
2. Poſſum deſtruere templum hoc, & in tribus diebus reædificare illud. p.504.n 43
Soluite templum hoc, & in tribus diebus, &c. p. 40. n 141
3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, &c. p. 243. num.51
Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, &c. p. 85.n.280
Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus autem ſponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi; hoc ergo gaudium meum impletum eſt. p.60. & 61. n. 206
4. Reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in ciuitatem. p.61.n.207

Continuò

Index Locorum

Continuò reliquit hydriam ſuam, & abiit, *&c.* qui dixit mihi omnia quæcunque feci. pag. 519. n.21
Et qui metit, mercedem accipit, *&c.* & vos in labores eorum introiſtis. p.158.n.74
4. Venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. p.567.n.80
6. Ego ſum panis viuus. p.97.n.314
Eum qui venit ad me, non eiiciam foras, quia non veni facere, *&c.* p.189.n.9
7. Qui ſine peccato eſt veſtrum, prior in illam lapidem mittat. p.605.n.33
8. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? p.379.n.18
Tulerunt lapides, *&c.* Ieſus autem abſcondit ſe, *&c.* p.17.n.58
9. Scimus, quia peccatores Deus non exaudit. p.545.n.22
In iudiciū ego in hunc mundū veni. p.610.n.50
10. Et cognoſco oues meas. p.214.n.74
11. Expedit vobis vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat. p. 33. n. 12. & p.473. n.38
Ego credidi, quia tu es Chriſtus Filius Dei viui. p.547.n.22
Domine ſi fuiſſes hîc, frater meus non fuiſſet mortuus. p.403. (non 407.) n.98
Ecce quem amas, infirmatur. p.503. n.38
12. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet. p.610. num.49. & p.473. n.38
Et ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum. p.148.n.46
Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, nullū fructū afferet. p.87.n.284
Quomodo poteſt quiſque intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem. p.474.n.41
Veni foras. p.477.n.49
Pater ſaluifica me ex hac hora. p. 468.n.21
Maria ergo accepit libram vnguenti, *&c.* Sine eam, vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud. p.123.n.16
Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Iſrael. p.48.n.172
13. Quod facis, fac citiùs. p.435.n.85
15. Ego ſum vitis vera & vos palmites. p. 116. n.32. p.55.n.194
Si quis in me non manſerit, mittetur foras, ſicut palmes & areſcet, *&c.* p.478.n.52
Tolle grabatum tuum. p.182.n.133
Poſui vos vt eatis & fructum afferatis, *&c.* p.157.n.73
18. Armatos milites deiecerit. p.605.n.33
19. Portans ſpineam coronam, & veſtimentum purpureum. p.507.n.54
Mulier ecce filius tuus. p.91.n.297
20. Noli me tangere. p.114.n.363
Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer, *&c.* & noli eſſe incredulus. p.156. n.70

Ex Actibus Apoſtolorum.

Cap. 1. Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael. p.561.n.59
3. Aurum & argentum non habeo, quod autem habeo, tibi do, ſurge & ambula. p.574.n.5
4. Conuenerunt in ciuitate iſta aduerſus puerum Ieſum Herodes & Pilatus cum gentibus & populis Iſrael. p.566.n.77
5. Quod rem hanc ponis in corde, non mentitus es hominibus ſed Deo. pag. 620. n. 87
9. Subitò de cælo lux circunfulſit eum. p. 465. n. 15
10. Aperiens autem os ſuum ait, In veritate comperi quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus, *&c.* p.53. n.188
Surge itaque, & deſcende & vade. p.465. n.15
Mitte in Ioppen, & accerſi Simonem, qui cognominatur Petrus, *&c.* p.469.n.29
19. Si Spiritum ſanctum accepiſtis? p.369.n.121
20. Spiritus ſanctus per omnes ciuitates proteſtatur mihi, dicens quoniam vincula, *&c.* & miniſterium verbi quod accepi à Domino. p.91. n.297
Conteſtor vos hodierna die, quòd mundus ſum à ſanguine omnium, *&c.* vniuerſo gregi in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos. p.580.n.26
25. Viri fratres, ego Phariſæus ſum, filius Phariſæi: de ſpe & reſurrectione mortuorum ego iudicor, *&c.* p.17. n.59

Ex Epiſtolis D. Pauli.

Ad Romanos.

Cap. 2. Tu autem ſecundùm impœnitens cor tuum theſaurizas tibi iram in die iræ. pag. 428. n.39
3. Nunquid incredulitas eorum fidem Dei euacuauit. p.391. n.56
5. Commendat Deus charitatem ſuam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, *&c.* p.547.n.22
Spes autem non confundit. p.52.n.184
Dico autem Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circuncisionis. p.610,n.49
8. Quos præſciuit & prædeſtinauit, illos & vocauit. p.548.n.22.p
9. Omnis qui ſperat in eo, non confundetur. p.52. n.184
Quos præſciuit, hos & prædeſtinauit. p.550. num.29
Veritatem dico in Chriſto, non mentior, teſtimonium mihi perhibente, *&c.* gloria & teſtamentum & legiſlatio, *&c.* pag.297. n.160
11. Nolo vos ignorare fratres myſterium hoc, vt non ſitis vobis ipſi ſapientes, quia cæcitas contigit ex parte Iſrael, *&c.* veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob p.26. n.87
13. Non ſine cauſa magiſtratus gladium portat. p.76. n.251

Ex 1. ad Corinthios.

Cap. 1. Nos autem prædicamus Ieſum Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, *&c.* p.156. n.70
3. Et ego fratres non potui vobis loqui quaſi, *&c.* tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam. p.64. n.211.
5. Non omnes quidem dormiemus, ſed omnes immutabimur. p.624.n.7
7. Cui vult, nubat tantùm in Domino. p. 149. n. 50
10. Bibebant autem de ſpirituali, conſequente eos petra, petra autem erat Chriſtus p.243. num.51

Non

Digitized by Google

Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe. p.559.n.52

12. Et quæ putamus membra ignohiliora eſſe eorporis, his honorem abundantiorem eircundamus. p.197.n.32

Miniſtri ſunt, & ego, vt minus ſapiens dico, plus ego in laboribus plurimis, &c. p.78. n.256

13. Si habuero omnem fidem, ehatitatem autem non habuero. p.338.n.19

15. Alia elaritas Solis, & alia claritas Lunæ, & aliarum ſtellarum, &c. p.598.n.8

Ex 2. ad Corinthios.

Cap. 1. Dei Filius qui prædicatus, &c. non fuit in illo, Eſt, & Non; ſed, Eſt, in illo fuit. p.245. num.2

5. Qui dedit nobis miniſterium reconciliationis. p.557.n.72

Pro Chriſto legatione fungimur. ibid.

Ad Galatas.

Cap 2. Chriſto confixus ſum eruci. p.471.n.33

4. Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera; hæc ſunt duo teſtamenta. p.13.n.42

Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. p.559.n.53

6. Per Chriſtum mihi mundus crucifixus, eſt ego mundo. Nemo mihi moleſtus ſit, ego enim ſtigmata Domini noſtri, &c. p. 471. n. 33

Ad Epheſios.

*Cap.*4. Alios autem paſtores & magiſtros. p.581. num. 28

Chriſtus dilexit Eccleſiam & tradidit ſemetipſum pro ea, &c. vt ſit ſancta & immaculata. p.19.n 65

Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. p.20.n.70

5. Fornieatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis. p.302.n 175 (Ne legas in margine *Eccl.* 5. ſed, *Eph.*)

6. Filij obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim iuſtum eſt; honora patrem tuum & matrem tuam, &c. p.6.n.18

Ad Philippenſes.

*Cap.*2. Et habitu inuentos vt homo. p.36.n.195 & p.267.n.38

Ad Coloſſenſes.

*Cap.*1. Et vos eum eſſetis aliquando alieni, &c. p.440.n.7

In ipſo habitat omnis plenitudo corporaliter. p.504.n.43

Ex 2. ad Theſſalonicenſes.

*Cap.*2. Rogamus autem vos per aduentum Domini, vt, &c. quaſi iam inſtet iudicium, quoniam niſi venerit diſſenſio prima, & homo peccati, non veniet. p.623.n.1

3. Denunciamus vobis vt ſubtrahatis nos, &c. quam naturæ ordo exigit. p.600.n.17

Ex 1. ad Timotheum.

*Cap.*1. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, ſecundùm præcedentes in te prophetias p.463.n.8

Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundùm imperium Dei, &c. p.463.n.8

2. Non intortis erinibus. p.229.n.18

Vnus mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus, qui, &c. teſtimonium temporibus ſuis. p.611.n.53

Det miſericordiam Dominus Oneziphori domui, quia ſæpe me refrigerauit, &c. p.164. num.87

Leuantes puras manus ſine ira & diſceptatione. p.366.n.111

3. Omnes qui piè viuere volunt in Chriſto, perſecutionem patientur. p.94.n.305

4. Ego enim iam delibor. p.118.n.1

5. Vidua eligatur, &c. Vidua quæ in delicijs, viuens mortua eſt. p.179 n.124

Qui bene præſunt preſbyteri, duplici honore digni ſunt. p.616.n.74. & p.618. n.82

Vtere modico vino propter ſtomachum. pag. 577.n.16.& 17

Cum enim luxuriatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt. p.280.n.103

6. O Timothee cuſtodi depoſitum. p.580.n.27. p.582.n.31

Vlt. Attende tibi, & doctrinæ, inſta in illis, hoc enim faciens te ipſum ſaluum facies & eos qui te audiunt. p.580.n.26

Ex 2. ad Timotheum.

*Cap.*2. Nemo militans Deo, &c. p.22.n.77 & p. 91. n.297

4. Reddat illi Dominus ſecundùm opera eius. p.331.n.280

Ex 1. ad Titum.

*Cap.*1. Oportere Epiſcopum amplecti ſermonem eum, qui ſecundùm doctrinam eſt, fidelem, vt potens ſit exhortari eos in doctrina ſana, &c. p.581.n.28

Ad Hebraos.

Cap. 2. Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ. p.520.n.25

5. Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis p.563. num.65

10. Quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen. p.56.n.195

Patientia vobis neceſſaria eſt, vt reportetis repromiſſiones. p.241.n.47

Iam non relinquitur peccatis hoſtia, terribilis autem expectatio iudicij, &c. p.22. n.39

Ex Epiſtola Beati Iacobi.

*Cap.*1. Omne datum optimum deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. p.613. n.61

5. Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, elamat, & elamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. p.612. n.56

Ex 1. Beati Petri.

*Cap.*1. Sanctificantes corda veſtra in obedientia charitatis. p.189.n.9

2. Ad quem accedentes lapidem viuum, &c. p.251.n.17

Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium. p.452.n.51

Si enim refugientes coinquinationes mundi &c. facta ſunt poſteriora deteriora prioribus. p. 12.0.40

3. Molierom non ſit extrinſecus capillatura, aut circundatio auri.p.229.n.18

Mulieri tanquam infirmiori vaſculo honor potius exhibendus, quàm contumelia.p.199. n.51

5. Omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum, quia ipſi eſt cura de vobis. p. 192. num.15

Ex 2. Beati Petri.

*Cap.*1. Non enim voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. pag. 356.n.83

Non indoctas fabulas ſequuti notam facimus virtutem Domini noſtri, ſed ſpeculatores facti illios magnitudinis, &c. p.260.n.17

3. Adueniet autem dies Domini ſicut fur, in quo cæli magno impetu tranſient, &c. p. 624.num.2

Ex Apocalypſi.

*Cap.*1. Chriſtus lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & ſacerdotes. p.452.n.51

Suſtinuiſti propter nomen meum. pag. 410. num.125

3. Sed habes pauca nomina in Sardis qui non inquinauerunt veſtimenta ſua. p.410.0.121

Hæc dixit Amen teſtis fidelis. pag. 246. numero 2

6. Et Sol factus eſt niger tanquam ſaccus cilicinus. p. 349. n 56

Dicent impij montibus, Cadite ſuper nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni p.311.n.207

Abſcondite nos à facie ſedentis, & ab ira agni. p.3.n.9

Hi ſunt, &c. & dealbauerunt eas in ſanguine agni. p.57.n.199

Ex tribu Iudæ duodecim millia ſignati. Ex tribu Ruben duodecim millia ſignati. p.29. n. 102

8. Et tertius Angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo ſtella magna ardens, &c. & facta eſt tertia pars aquarum abſinthium. pag. 384. & 385.n.36

9. Quærent homines mortem, & non inuenient, deſiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. p. 421.n.18

11. Hi ſunt duo candelabra in conſpectu Domini ſtantes. p.390.n.52

19. Et ipſe reget eos in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris iræ Domini.p.318. n.231

22. Qui nocet, noceat adhuc; & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.p.435.n.85

COMMEN

COMMENTARII IN CAP. XLIX. GENESIS. DE BENEDICTIONIBVS XII. PATRIARCHARVM.

LITERA TEXTVS.

VOCAVIT autem Iacob filios ſuos, & ait eis: Congregamini, vt annuntiem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis. Congregamini, & audite filij Iacob, audite Iſraël patrem veſtrum. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effuſus es ſicut aqua, non ereſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius. Simeon & Leui fratres: vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſraël. Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? NON AVFERETVR ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi, aſinam ſuam. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Zabulon in littore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sidonem. Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem quòd eſſet bona: & terram quòd optima: & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, factúſque eſt tributis ſeruiens. Dan iudicabit populum ſuum ſicut & alia tribus in Iſraël. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro. SALVTARE tuum expectabo Domine. Gad, accinctus præliabitur ante eum: & ipſe accingetur retrorſum. Aſer, pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Nephthali, ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis. Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens & decorus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum. Sed exaſperauerunt eum, & iurgati ſunt, inuideróntque illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſraël. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus vberum & vuluæ. Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius: donec veniret deſiderium collium æternorum; fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos. Benjamin lupus rapax, manè comedet prædam, & veſperè diuidet ſpolia. Omnes hi in tribubus Iſraël duodecim: hæc locutus eſt eis pater ſuus, benedixitque ſingulis, benedictionibus propriis. Et præcepit eis, dicens: Ego congregor ad

ad populum meum, ſepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici quæ eſt in agro Ephron Hethæi. Contra Mambre in Terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in poſſeſſionem ſepulchri. Ibi ſepelierunt eum, & Saram vxorem eius: ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca coniuge ſua: & ibi Lia condita iacet. Finitíſque mandatis quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum, & obiit: appoſitúſque eſt ad populum ſuum.

TRACTATVS I.

Proœmialis.

1. QVæ in hoc quadrageſimo nono capite continentur, poſtrema ſunt ea verba, quæ moriens dixit Patriarcha Iacob filiis ſuis, poſteríſque omnibus gentis Hebrææ, quos vel ex eo lecto præuidebat imperij Iudaici fundatores, &, quod magis eſt, Dei in carne futuros parentes.

2. *Diſtributio operis.* Eum autem ordinem ſequemur, vt in ſingulis cuiuſque Patriarchæ vaticiniis, ſiue benedictionibus, eas vel virtutes, vel vitia fuſiùs proſequamur, quæ magis ex contextu ſacro in vnoquoque Patriarcha emicuerint. Quoniam verò in ipſo Patriarcha Iacob & animi pacifica tranquillitas, & ſanctorum hominum maximè appetenda mors apparet, hotum ab vtroque rem auſpicabimur, Deo duce. Inde de fatidica ſenectute dicemus; ac tandem de efficacia, ſiue de prærogatiua; quam Deus voluit eſſe in parentum benedictionibus erga poſteros ſitos.

§. I.

De morte iuſtorum.

3. *Inſlorā mors ſpontanea, & quare.* D. Chryſoſt. QVod igitur primum bonum in morte cernitur Sanctorum, ſponte ſcilicet mori, hoc non defuiſſe in morte Iacob oſtendit optimè Chryſoſt. *hom.67. in Gen.* ex illis verbis huius cap. finitíſque mandatis, quibus filios inſtruebat, *collegit pedes ſuos ſuper lectum, & obiit, appoſitúſque eſt ad populum ſuum.* Vide, inquit Chryſoſt. mortem iuſti magno miraculo plenam, ſubleuauit enim pedes in ſuum lectum, quaſi cum voluntate rem aggrederetur. quod & notauit Ambroſ. (D. Ambroſ.) *lib. 2. de Iacob, & vita beata, cap. 9.* Quis tam lætus in flore adoleſcentiæ, quàm iſte in mortis confinio? quod Tragicus (Tragicus.) etiã eleganter dixit. *Vir bonus occurrit libens fato, nec queritur mors.* Primam (*Prima ratio.* Ambroſ. Deut. 34.) huius rei rationem ſumamus ex Ambroſ. *in lib. de Paradiſo,* cùm ponderat ea verba *Deut. 34.* quo in loco S. Scriptura agit de morte Moyſis, *Mortuus eſt Moyſes iubente Domino.* Per Verbum Dei, inquit Ambroſ. mortuus eſt Moyſes, per quod facta ſunt omnia. Verbum per illud mortuus eſt Moyſes; per verbum Dei cœli firmati ſunt: verbum autem non lapſus operis, ſed firmamentum eſt; non ergo tanquam relapſus in terram deprehenditur corporis ſolutione, ſed tanquam verbi cœleſtis operatione donatus, vt quietem magis caro eius acceperit. Videndus propterea eſt Bernard. *in ſerm. 26. ſuper Cant.* cùm deflet mortem Gerardi fratris ſui, qui cantando exceſſit è vita. (Bernard.) *Accitus*, inquit Bernard. *ſum ego ad id miraculum; videre ſcilicet, exultantem in morte hominem, & inſultantem morti. Vbi eſt mors victoria tua?*

4. Pſalm. 115. Nazianz. Videndus eſt Baſil. *in Pſalm. 115.* ad illa verba, *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius.* & Nazianz. *orat. de morte patris ſui, in fine, & orat. in laudem fratris ſui Caſarij*, vbi aliam aſtruit rationem, cur ſcilicet Sancti cum voluptate moriantur. Quare, inquit, viri boni ita vitam ſuam inſtituunt, (*Secunda ratio.*) vt nihil aliud eorum ſit vita, quàm mortis continua meditatio: vnde Socrat. apud Platonem (Socrates.) *in Phadone* dixit, veram ſapientiam eſſe perpetuam mortis meditationem, ſiue cogitationem. in hanc ſententiam videndus eſt Chryſoſt. *hom.66. in Gen.* (Chryſoſt.) Ambroſ. *lib. de bono mortis, cap 8.* (Ambroſ.) Proſper. *lib. ſent. ſent. 50.* (Proſper.) Vnde Auguſt. dixit *in lib. de doctr. Chriſt. cap. 2.* (Auguſt.) *Non poteſt malè mori, qui benè vixit, eſt enim ſenectus portus anteacta vita, non naufragium*; quare accommodatum eſt paradoxum Stoicorum ad hunc locum amplificandum, quòd mors non eſt per ſe malum, aut acerbum, ſed opinio, quam de morte concepimus. hinc Epictetus Stoïcus (Epictetus.) dixit *Enchiridij cap. 5. Turbant homines non res ipſa, ſed qua de rebus habentur opiniones*; & affert exemplum de morte, *etenim ſi ſic eſſet, Socrati acerba fuiſſet mors: Iacob etiam fuiſſet acerba.* mors autem tunc æquiſſimo animo appetitur, cùm ſuis ſe laudibus vita occidens conſolari poteſt; optima namque mortis conſolatio eſt anteactæ vitæ ſinceritas, & cum dignitate ad metam vſque perducta. (*Optima mortis conſolatio anteacta vita ſinceritas, & bene mori, eſt libenter mori.*) Videndus eſt Senec. *lib. 8. epiſtolarum, epiſt. 62.* vbi modum tradit moriendi cum voluptate. Ante ſenectutem, (Seneca.) inquit, euraui, vt bene viuerem, in ſenectute autem, vt bene morerer: bene autem mori eſt libenter mori. Da operam, ne quid vnquam inuitus facias; quidquid neceſſe futurum eſt, repugnanti, non volenti neceſſitas eſt: in volente neceſſitas non eſt, antè ad mortem, quàm ad vitam præparandi ſumus; vixi, quantum ſatis erat, mortem plenus expecto.

Ex quibus efficitur tertia ratio, propter quam 5. viri probi cum voluptate moriantur, parati enim *Tertia ratio.* cùm ſint diuturna mortis contemplatione, non poſſunt inuiti mori, præſentiunt enim, ſiue diuinant, quidquid in morte boni ſit; ſicut proſequitur Cyprianus *ſerm. 4. de mortalitate, & vicina libertate.* (Cyprianus. Ambroſ.) & Ambroſ. *lib. de bono mortis, cap. 2.* cùm ait: *Gauiſus eſt Simeon intelligens ſe moriturum, quaſi neceſſitate quadam teneretur, non voluntate in hac vita.* Vnde eleganter dixit Auguſt. (Auguſt.) iuſtos homines non ſolùm mortem patienter ferre, ſed potiùs ipſam vitam, quia vita illis oneri eſt.

Poſtremam aliam rationem huius rei affert Ioannes 6. Chryſoſt. *hom. 6. ad populum*, vbi cauſas reddit, *Quarta ratio.* cur mortem ſoleamus timere, *non quidem*, inquit Chryſoſt. ille, *quia terribilis eſt, ſed quoniam neque cœleſtis regni amor nos ſuccendit, neque gehenna timor nos occupauit, atque etiam, quia conſcientiam non habemus bonam, & praterea, quia non viuimus in aſperitata Chriſtianis congrua, ſed facilem hanc, & ſolutam, & mollem amamus vitam.* id quod ille oſtendit eleganter ex illo Daniel *in c. 3.* de tribus pueris Dan. 3 in fornace ardenti detentis, de quibus ita ait: *Quos continebat ignis, exoluit, quos non continebat, rapuit; fœnum etſi circuniaceat extrà, celeriter accenditur: ſicut è contra aurum, licèt intus maneat, ſplendeſcit; cum voluptate igitur moriuntur ſancti homines, quia cum labore vixerunt.*

Accedit

Google

7. Accedit ad hanc morientis Iacobi voluptatem mors ipſa, quæ in ſenibus, cum clementi, ac leui pœna, atque ſomni in morem ſubrepens, eos inuadit, qualis planè fuit mors Abrahami, de quo ſacra Scriptura dixit, *deficiens mortuus eſt*; ex Hebræo legi poteſt, *expirauit, & mortuus eſt*, quo eodem verbo vſa eſt Scriptura in morte Iacob, talis plerunque ſolet eſſe in ſenibus mors, quæ à natura ipſa fit, eóque minori cruciatu decedunt ſenes, quàm iuuenes, quia horũ violentior eſt mors; cuius rei rationem reddit Cicero in ſua Senectute, cùm ait; Itaque adoleſcentes mori mihi ſic videntur vt cum aquæ multitudine vis flammæ opprimitur: ſenes autem ſicut ſua ſponte nulla adhibita vi conſumptus ignis extinguitur, & quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſunt, vi auelluntur, ſi matura, & cocta ſunt, decidunt; ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas, qualis planè in Iacob mors fuit, plenus enim diebus expirauit, non vi, ſed maturitate. Omnes igitur rationes habuit moriendi cum voluptate, qualem ſibi optabat mortem Balaam Propheta, quamuis impius eſſet, *Num.* 23. cùm dixit, *Moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouiſſima mea horum ſimilia.* Similem ſibi optabat mortem Auguſtus Cæſar, ſicut de eo refert Suetonius *in Auguſto.*

Somni inſtar mors ſenes occupat.

Cicero: *Quæ violenter rapit adoleſcentes.*

Num. 23. *Mortem iuſtorum Cæſar exoptat.* Suetonius.

8. Non eſt autem mirum, quemadmodum eleganter notauit Greg.Mag. *lib.* 3. *mor. cap.* 16. & Nazianz. *in epiſt. ad Philagrium*, cuius initium eſt, Gratulor tibi mi Philagri, ſi viri ſancti, atque perfecti, præſertimque Martyres in morte lætentur, & exultent poſt aſcenſum Chriſti Domini in cælum, cùm eos ſpectet totius diuinitatis beatiſſimus conſpectus, cùm viri boni, & ſapientes multo ante aduentum Chriſti in carne cum voluptate diſceſſerint à vita; qualis planè fuit Patriarcha Iacob, qui lætus in ſepulchrum deductus eſt, conſolatus ea ſpe, quam de videndo Domino habebat longo deſiderio. Vnde nobis noua oritur ratio moriendi cum voluptate, quos non ſpectat ſinus Abrahæ in inferno, ſed potiùs beatiſſimus Dei conſpectus in cælo; atque ita fieri debere ab omnibus fidelibus, qui in cælo coronari volunt, docet Paulus 2. ad Timoth. *cap.* 4. *Repoſita eſt mihi*, inquit, *corona iuſtitiæ, quam reddet mihi in illa die iuſtus iudex, non ſolùm autem mihi, ſed etiam iis, qui diligunt aduentum eius.* Qua de re videndus eſt Auguſt. *Pſalm.* 118. Prima, inquit, tempora Eccleſiæ ante Virginis partum Sanctos habuerunt, qui deſiderarent Incarnationis eius aduentum, iſta verò tempora, ex quo Chriſtus aſcendit in cælum, ſanctos habent, qui deſiderant manifeſtationem eius ad viuos, & mortuos iudicandos; quod ipſum confirmat D. Proſper. *com. in eund. Pſalm.* ad illa verba, *defecit in ſalutare tuum anima mea*; Sicut, inquit, nunquam defuerunt, qui Chriſti Incarnationis aduentum deſiderarent, ita poſt eius aſcenſum in cælum, non deſunt qui manifeſtationis eius aduentum concupiſcant, imò & hoc eſt totius Eccleſiæ commune votum expreſſum ab Eccleſia ſingulis diebus, cùm inceſſanter poſtulet, Adueniat regnum tuum: hoc enim velle Eccleſiam, vt tandem iudex appareat Chriſtus Dominus, ferè omnes Patres volunt in illis verbis ſignificatum eſſe, quos refert Bellarm. *tom.* 2. *controuerſ. lib. de bonis operibus in particulari, cap.* 6. §. *hanc eſſe expoſitionem.* In quam ſententiam videndus eſt Bernard. *ſerm.* 73. *ſuper Cant.* cùm explicat ea verba ſponſæ, *Reuertere, aſſimilare capreæ, hinnulóque ceruorum*; ſunt

Greg.Mag. Nazianz.

In lege gratiæ iucundiùs & feliciùs moriuntur iuſti.

2. Timot. 4.

Auguſt.

Olim Chriſtum in carne, nunc verum iudicem iuſti deſiderant, & quare. D. Proſper. Pſal. 118.

Bellarm.

Bernard. Cant. 8.

Gabr. à Coſta in c. 49. Gen.

enim hæc verba ſponſæ loquentis cum ſponſo ſuo chariſſimo ſtatim poſt nuptias celebratas diſcedente de terra, & in cœlum aſcendente, atque ipſam ſponſam recenter nuptam quaſi viduam relinquenti; poſtquam enim cum eo efficere non potuit, vt diutius cum ea in terra commoraretur, hoc ſaltem conatur efficere, vt quamprimum redeat; quantum enim de diſceſſu triſtis fuit, tam ſolicita extitit de reditu præſertim ſic affecta, & ſic relicta; itaque diligenti, & indigenti hæc ipſa duplex ratio erat commouendi dilectum, vt quandoquidem perſuadere non poterat, quin abiret, ſaltem promiſſum donum maturaret aduentum; abſentem igitur ſtudioſè requirit, & reuocat abeuntem ſponſum, cùm dixit, *Reuertere, aſſimilare capreæ, hinnulóque ceruorum*, quod ſine figura nunc repetit Eccleſia, cùm dicit, *Adueniat regnum tuum*, quæ verba amantis ſunt, cui nihil ſatis feſtinatur.

Eccleſia ſponſa Chriſti non minus de illius diſceſſu triſtatur, quàm de reditu fit ſollicita.

Quod in oratione Dominica quotidie exprimitur.

Neque verò noſtrum deſiderium retardare poteſt ſeueritas iudicis venientis, cùm ſeueritatem eius temperet humanitas, quod voluiſſe docet Bernardus ſponſam, quando celeritatem aduentus ſponſi, ſimilem voluit eſſe *capreæ, hinnulóque ceruorum*, in quibus non tam agilitas ſignificatur, quàm infirmitas, & lenitas; infirmitas quidem in caprea, infirmitas & lenitas in hinnulo; vult itaque eum etſi cum poteſtate veniat, non tamen in forma iudicis ſeueri, in ea ſcilicet, in qua non modò natus, ſed etiam *paruulus datus non eſt nobis*, vt ex vtroque admoneatur miteſcere, qualis deſiderij ratio fuiſſe videtur ea Dauidis, cuius ille meminit in Pſal. 109. cùm dixit: *Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus Sanctorum*, præſertim ſi literam Hebræam inſpiciamus, quæ ita potius habet: Populus tuus ſpontaneus, ſeu potiùs populus tuus voluntatis, ſeu potiùs promptitudinis, quaſi vellet, Sequentur te omnes ad iudicium venientem cum ſumma voluptate, & promptitudine; verùm ſtatim addidit ipſe Rex Dauid, *Ex vtero ante luciferum genui te*: meminiſſe enim oportet te oriundum eſſe ex meis viſceribus, vt ſanguinis propinquitas temperet iudicantis Dei iram, vel ſaltem paruulæ ætatis ratio, quæ hoc etiam in loco innuitur, præſertim in Hebræo, cum dicitur; Ex vtero ab aurora tibi ros adoleſcentiæ tuæ, non enim apta eſt puerulis adoleſcentia ad iram iudicis vindicantis; quod videtur etiam ſignificaſſe Ioannes *in cap.* 6. *ſuæ reuelationis*, cùm dixit, *Abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni*, quæ non tam timenda, quàm deſideranda eſt, quia quamuis ita dicatur, ira tamen agni eſt; libenter & ſpontaneè hanc expectabat Iacob moriens in extrema ſenectute, quare ſenectus ſecura eſt, & confirmatio anteactæ vitæ, ſicuti dicitur Prouerbiorum 16. *Corona gloriæ ſenectus*, in qua ſcilicet, gloriandum potiùs ſit, quàm timendum, & propterea cum voluptate moritur Iacob.

9.

Bernard.

Pſal. 109. *Nec quòd venturus ſit Iudex deſiderium minuit, ſed accendit, & quare.* Ibidem.

Apocal. 6.

Prou. 16.

§. II.

De tranquillitate animi.

QValis fuerit ea tranquillitas animi, ad quam ſe recepit moriens Iacob & colligens *pedes in lectum ſuum*, deſcribit eleganter Bern. *ſerm.* 2. *in feſto Omnium Sanctorum*, cùm ſtratum componit quieſcenti animæ: Hæc eſt, inquit, animæ ſuauiſſima, & ſaluberrima quies, conſcientia munda, 10.

Bernard.

Beata animæ culcitra conſcientiæ puritas.

quieta, ſecura; ſit ergo beatæ animæ culcitra conſcientiæ ſuæ puritas, ſit capitale tranquillitas, ſit opertorium eius ſecuritas, in hoc ſtrato dormiat, delectetur, requieſcat, ad illud ſe recepit moriens Iacob.

Nazianz.

Videndus eſt hac de re Nazianzen. *oratione 1. apologetica*, cùm oſtendit in tranquillitate animæ poſitam eſſe imaginem diuinitatis, quam tunc fieri docet in nobis, cùm mentes noſtras ab his externis rebus ſeparamus. Nihil mihi, inquit, tam optandum cuiquam eſſe videbatur, quàm occluſis ſenſibus, atque extra carnem mundúmque poſitus, & in ſeipſum collectus, ſed cum ipſo, & cum Deo colloquens, ſuperiorem iis rebus, quæ in aſpectum cadunt, vitam agit, ſpeciéſque puras ſemper

Elias Cret.

circunfert: vt enim inquit Elias Cretenſ. commentatus eundem locum Nazianz. qui in ſpeculo ſolem intuetur, etſi in cœlum ipſum oculos minimè defixos habeat, tamen ſolùm in ſpeculi ſplendore conſpicit; eodem modo nos quoque ſi ad imaginis gratiam, quæ nobis à principio indita eſt, recurramus, id, quod exoptamus, in nobis habebimus, futuri æui bono iam

Luc. 17. Ambroſ.

fruentes, *regnum enim Dei*, vt ait Dominus, *Lucæ 17. intra nos eſt.* Quod ipſum latè dixit Ambroſ. *lib. de Iacob, & vita beata, cap. 9. Intra ſemetipſum ſeſe colligens Iacob, præſentibus ſe rebus ſubtraxerat, & nouiſſimis diebus futura miſcebatur ætati.*

Hic enim dormiens videt futura, & oracula diuina audit.

Videndus eſt idem Ambroſ. *in cap. 1. eiuſdem lib.* cùm dixit, *Cum dormiret Iacob, beatæ vitæ munus acquirebat, videbat enim futurorum myſteria, & diuina audiebat oracula.* In quam ſen-

Auguſt. Cant. 5.

tentiam videndus eſt Auguſt. *tractat. 57. Super Ioannem*, cùm explicat ea verba Cantic. 8. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Ita quieſco, vt audiam, otium meum non impeditur nutriendæ deſidiæ, ſed percipiendæ ſapientiæ, vaco, & video, requieſco à negotiis, & diuinis animus

Philo. Gen. 31.

meus intendit affectibus. Quod Philo notauit in Iacob *in lib. de profugis*, cum explicat locum *Geneſ. 31.* de Laban ſcrutante vniuerſam domum Iacob, quærendo idola ſibi per furtum ablata; ſic enim eo in loco dixit Philo, *Laban quamuis ſcrutatus totam animalem domum meditatoris, non inuenit, vt Moyſes narrat, ſimulacra. plenus enim erat negotiis, non ſomniis, & variis imaginationibus.*

11\. Ambroſ.

Similis prorſus eſt locus apud Ambroſ. *lib. 2. de Iacob, & vita beata, cap. 5. Illud, inquit, myſticum eſt, quòd venit ad eum Laban, hoc eſt, dealbatus, nam & Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis, & cœpit ab eo ſua requirere. Reſpondit*

Gen. 31.

ei Iacob: Cognoſce, ſi quid eſt tuorum apud me, id eſt, nihil tuum habeo; quare ſi quid agnoſcis vitiorum tuorum, & criminum, nihil mecum

Quippe qui diaboli fraudes, doliqne conſortia vitat.

abſtuli fraudum tuarum, dolique conſortia vlla non habeo. Omnia tua tanquam contagium refugi, & quæſiuit Laban, & nihil ſuum reperit. Quam beatus vir, in quo inimicus nihil inuenit, quod ſuum poſſit dicere, in quo diabolus nihil offendit, quod ſuum cognoſceret! impoſſibile videbatur iſtud in homine, ſed typum gerebat eius, qui dixit in Euangelio, *Venit huius mundi Princeps, & in me inuenit nihil*; nihil ibi enim, quidquid eſt diaboli, quod vllam poteſt habere perpetuitatem, atque ſubſtantiam; ipſa autem eſt, qui præfigurabatur in Iacob Dominus Ieſus ſponſus duarum coniugum, id eſt, legis, & gratiæ, qui virginem Rachel antè dilexit, & prædeſtinatam ſibi in coniugium pio amabat affectu; ſed Lia, quæ oculorum cæcitate Synagogam referebat, prior ingreſſa eſt ad Iacob; quare mirum non eſt, ſi Patriarcham audiamus dicentem in mortis confinio ea, quæ pertinebant ad vtriuſque coniugis domum, Eccleſiæ ſcilicet Chriſti, atque Moyſis.

Propterea Iacob in mortis confinio vaticinatur.

§. III.

De ſenectute fatidica.

12\. *Totus ille locus propheticus.*

Certum eſt inter ſanctos Patres, imò & inter Rabbinos Doctores, qui hunc locum interpretati ſunt, totum eum fatidicum & propheticum eſſe. Vnde Targum Hieroſolymitanum ita re-

Targ Hier.

fert hunc locum: Congregamini, & docebo vos finem reconditum, arcana, & abſcondita, & præmium, quod manet iuſtis; pœnam item impiorum, atque felicitatem horti Eden, quænam illa ſit, id eſt, dicam vobis de finibus bonorum, & malorum. Videndus eſt Theodoret. *quæſt. vltima. in*

Theodor. Chryſoſt. Hieron.

Gen. Chryſoſt *q. 67. in Geneſ.* Hieron. *in quæſtionibus Hebraicis.* Scio tamen eundem Hieron. *Michææ cap 4. ibid.* Lyranum, Rabbi Dauid Chymi

Lyran. Rab. Dauid. Rab. Moyſ. Paul. Burg.

ſuper cap. 2. Iſaiæ, & Rabbi Moyſeo Gerundenſ. quem refert Paulus Burgenſ. *in additionib. ad c. 49. Gen.* ſentire ſecundùm vulgatem Hebræorum morem nouiſſimos dies ſignificare tempora nouiſſima Chriſti ſeruatoris: quod quamuis verum ſit, non videtur negandum nouiſſimos dies tum hoc loco, tum etiam alibi ſæpè in Scripturâ ſignificare ſubſequentes dies, non verò ſolos dies Chriſti ſeruatoris, quod patet ex hoc loco, & teſtatur apertiſſimè Ioſephus *lib. 2. antiquit. cap. 8.* Iacob autem

Nouiſſimi dies, hic ſubſequentia tempora ſignificant.

Ioſeph.

cùm decimum & ſeptimum annum ageret in Ægypto, inter manus filiorum finiuit vitam, precatus eis priùs poſteritatem, & abundantiam, & vaticinatus, quid ſingulorum poſteris in parte poſſeſſionis Chananææ eſſet peruenturum, id quod factum eſt aliquando, tempore, hoc eſt, ſubſequentibus diebus poſt eius mortem. Non ergo nouiſſimi dies, ſolos dies Chriſti ſeruatoris ſignificant in Scriptura.

13\. *Dubitatio vtrùm hoc vaticinium pertineat ad ſenectutis prærogatiuam an ad diuinam reuelationem?*

Quod ſupereſt modò, illud eſt, oſtendere ſcilicet, vtrùm hoc vaticinium pertineat ad prærogatiuam ſenectutis, an ad diuinam illuſtrationem potiùs? certum enim eſt, ſicut dixit Plato *in conuiuio*, quòd tunc ſanæ mentis oculus acutè aliquid videre incipit, cùm corporis oculus incipit hebeſcere, ſola enim ſeneſcens repubeſcit mens, & quod cuncta aufert, addit tempus ſenectuti ſcientiam. Similia dixit Nazianz. *orat. 5.* & Hieron. *in procemio 2. lib. com. in Amos*, quales fuerint oculi Iacobi, qui quamuis caligauerant, & nihil poterant videre, videbant tamen futura, qui æſtimabantur non videre præſentia. Meliùs videbat cæcus ſenex, quàm iuuenis Ioſeph, cuius oculi non caligauerant adeò, vt valentem doceret errâſſe, quemadmodum dixit Ambroſ. *lib. 2. de Iacob, & vita beata, cap. 9.* Hæc eſt ratio, cur viri ſapientes propè mortem, nihil niſi plenum ſententiarum grauitate dicere ſoleant, quemadmodum notauit Ioſephus *in lib. 4. antiq.* de Moyſe qui *Deut. 31. & 32.* quando iam morti proximus erat Moyſes, diuiniùs, quàm vnquam locutus eſt. Sic quoque Ioannes Euangeliſta pridie ante mortem in poſtrema cœna introduxit Chriſtum Dominum, quamuis ſemper diuinè loquentem, diuiniùs multò, & dulciùs de charitate diſſerentem in confinio vitæ. Similis eſt locus apud Platonē *in Phedone*, vbi introducit cygnea voce loquentem Socratē in poſtrema ſenectute

Plato. Nazianz. Hieron.

Meliùs enim videt cæcus ſenex, quàm iuuenis aperti oculis.

Ambroſ.

Ioſeph.

Plato.

Et canunt dulciùs, moru cygnorum, in morte ſenes, quàm in vita.

ſenectute ad inſtar eygoorum, qoi dulcius feruntur canere in morte, quàm in rota vita. Paulo aliquid mains dixit Cicero *in 2. de diuinatione*, cùm de moriente ſenectute ageret, *Appropinquante*, inquit, *morte, multo diuinior eſt.* Similia dixit Xenophoo *in ſuo Cyro, lib.* 8. Anima hominis, tunc, ſi vnquam aliàs diuina eſſe videtur, in morte diuina eſt, & tunc ſurura proſpicit. Quibus conſentanea dixit Homer. de Hectore diuinante Achillis mortem. Sic etiam Socrates moriens dixit Athenienſibus, vt conſtat ex apologia Soctatis apud Platonem. *Porrò*, inquit Socrates, *iam in animo habeo aliquid vobis diuinare, cùm ita vobis conſtitutum eſt me condemnare, in illud enim tempus incidi, quo homines maximè ſolent futura prædicere, nempe cùm iam morituri ſunt.*

Cicero. Xenophon. Homerus. Plato.

Quin & futura prauident morti propinquantes, vt putarunt veteres.

Conſtat igitur ex veteribus Philoſophis non ſolùm ſapieotiorem eſſe ſenectutem poſtremam, ſed etiam diuinam, vtpote, quæ futura præuideat. Quibus accedit aothoritas Gregorij Magni *lib.* 4. *Dialogorum*, cùm ait, *Anima quando appropinquas ad mortem, agnoſcit aliqua futura ſubtilitate ſua natura.*

Greg.Mag.

14. D.Thom. Gregorio ſuffragari videtur D.Thom. 2.2.*quæſt.* 172. *art.* 1. *in ſolut. ad* 1. *Anima*, loquit, *quando abſtrahitur à corporali, aptior redditur ad recipiendum influxum ſpiritalium ſubſtantiarum, & ad percipiendos ſubtiles motus, qui ex impreſſionibus naturalium cauſarum in imaginatione humana relinquuntur, à quibus percipiendis anima impeditur, cùm fuerit circa ſenſibilia occupata.* Tamen D.Thom. nihil minùs voluit, quàm aſſerere morientem ſenectutem diuinam eſſe, ſequutus potiùs eſt D.Auguſt. 12. *ſuper Gen. ad litteram*, vbi aſſerit, quòd anima humana ſecundùm quòd abſtrahitur à ſenſibus, apta eſt ad excipiendas vel paruas impreſſiones cœleſtium cauſarum, vel ad audiendas Angelorum reuelationes; neque enim in ſua poteſtate habet futura prædicere; id quod eleganter Cardinalis Caietanus explicat, *non habet anima humana in morte vim præuiſiuam futurorum, ſed habet vim perceptiuam præſentium impreſſionum, vel reuelationum*; expeditior enim tunc eſt anima, quando magis à ſenſibus ſeparata eſt, ad percipiendas Angelorum reuelationes, & ſubtiles motus in ſua imaginatione ex impreſſione cauſarum naturalium, ex quibus motibus in imaginatiua lucentibus mouetur intellectus ad cognoſcenda futura in præſenti ſigno repræſentata, fortaſſis illuſtratione alicuius ſuperioris intelligentiæ, qualis eſt intellectus Angelicus. Negari enim non poteſt, quòd quauis honeſti mores non requirantur ad prophetiam, cùm prophetia vna ſit ex gratiis gratis datis, non ad priuatam perſonam, ſed ad communem vtilitatem, tamen accommodatius inſtrumentum ad excipiendas diuinas reuelationes ſint eæ animæ, quæ magis ſeparatæ ſunt ab ſtrepitu ſenſuum, quales ſunt morientiū animæ. Notauit hoc D.Thom. 2.2.*quæſt.*172.*art.*4. *Ad prophetiam*, inquit, *requiritur maxima mentis eleuatio ad ſpiritalium contemplationem, quæ quidem impeditur per vehementiam paſſionum, & per ordinatam occupationem rerum exteriorum.* Vnde etiam de filiis Prophetarum, legitur 4 *Reg. cap.* 4. quod ſimul habitant cum Eliſeo, quaſi ſolitariam vitam agentes, ne mundanis occupationibus impedirentur à dono prophetiæ, qualem fuiſſe animam morientis Iacob neceſſariò fatendum eſt, quæ non ſolùm ſeparata erat ab ſtrepitu paſſionum, ſed in radice tranquilla, quia plena charitate, gratia, & pace.

August.

Caietan. *Verùm licèt non habeat anima in morte vim præuidendi futura, habet tamen vim perceptiuam reuelationum tunc maximè.*

Quia tunc magis ſeparata eſt ab ſtrepitu ſenſuum. D.Thom.

4. Reg 4. *Mundana enim occupatio impedit donum prophetiæ.*

Si autem audiendus ſit Ariſtoteles, fatidicos non erit hic locus; eas enim ſolas animas aſſerit, ſpiritu prophetico repletas eſſe, quæ vel furore rapiuntur, vel ſaltem in ſomniis loquuntur, id quod proſequitur Cicero *lib.* 2. *de diuinatione*, &, quod magis eſt, ita videtur velle Gulielmus Genebrard. ſi tamen opus illud Genebrardi eſt, præfariuncula ſcilicet, quæ adiuncta eſt operi de vitis Propherarum à Perionio compoſita; quæ tamen præfariuncula de facultate prophetica non indocte agit: non negauit tamen Genebrard. reuelationes eas diuinas eſſe dicendas, quæ fiunt integris ſenſibus, & ſine furore. Nos autem cum D. Thom. eas vocamus prophetias, ad veram enim prophetiam ſatis eſt, ſi ea, quæ procul ſunt, quaſi præſentia videantur, imò verò neceſſarium non eſt, vt vera prophetia fiat cum alienatione à ſenſibus externis: ſatis enim eſt, vt mens Prophetæ illuſtretur intelligibili lumine, aut firmetur intelligibilibus ſpeciebus; quando tamen reuelatio fit per formas imaginarias in phantaſmate, neceſſe eſt fieri alienationem à ſenſibus, vt talis apparitio phantaſmatum non [illegible] ad ea, quæ exteriùs ſunt, hæc tamen alienatio [illegible]dinatiſſima eſt in diuinis Prophetis, neque aliter quam ſomno, & ecſtaſi fieri conſueuit. 15.

Ariſtoteles. Non videtur hic locus propheticus ex Ariſtotele, quia vigilantium, & ſine furore eſt. Cicero. Genebrard. D.Thom.

Sed non eſt neceſſ[illegible] aliena[illegible] à ſenſibus ad prophetiam.

Noſtra autem prophetia hoc in loco de genere earum eſt, quæ fiunt cum illuſtratione diuina, integris tamen ſenſibus, & maxima pace, & tranquillitate in eiſdem exiſtentibus. Moriens igitur Iacob inter filios ſuos, longo ordine, ea, quæ poſteris ſuis euentura erant, prædixit, quod aduertit eleganter Rupert. *lib.* 9. *com. in Geneſ. cap.* 45. cùm ait, *& de filiis Iacob ſecundùm carnem, & de filiis eiuſdem ſecundùm Spiritum vaticinatur*; ſicut eos diſtinguit Paulus *ad Rom.* 4. *&* 9 *& ad Galat.* 1. de Synagoga ſcilicet, & Eccleſia, de filiis Liæ, atque Rachelis. Similia dixit Albinus in benedictionibus Iacob, *Hiſtoria tenenda, allegoria inueſtiganda, hiſtoria de diuiſione terræ Chananaa, allegoria de Chriſto, & Eccleſia.* Eadem habet Auguſt. *in eod. lib. de benedictionibus.* Origenes *homil.* 17. *ſuper cap.* 49. *Geneſ.* Omnia igitur præuidit Iacob cum ſuis poſteris, & poſſeſſionem terræ Sanctæ, & acquiſitionem gloriæ. Quem locum videtur æmulatus Poëta *in 6 Æneidos*, cùm introducit Anchiſem parentem fata Æneadum filio ſuo prædicentem. 16.

Factáque fuit hæc renouatio Iacob integris ſenſibus. Rupertus. Rom.4 & 9. & ad Gal.1. Albinus. Auguſt. Origenes.

Nunc age, Dardaniam prolem quæ deinde ſequatur Virgilius.
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes;
Illuſtres animas, noſtrúmque in nomen ituras,
Expediam dictis, & te tua fata docebo.

Similia etiam habentur in clypeo, quem mater Æneæ dederat, in quo cælata erant omnia, quæ pertinebant ad res Æneadum: ſolent enim parentes ſapientes, ea, quæ ventura ſunt, ſuis poſteris prædicere, ſi tamen ea nouerint; qualis locus eſt ille *Deut.* 32. vbi moriens Moyſes, quæ ventura erant poſteris Hebræorum non ſine fauſta imprecatione prædixit: ſic & noſter Patriarcha moriens, & mores, & triumphos, gloriam, & regnum ſuorum poſterorum fatidico ore enunciauit.

Deut.32. *Inde moriens ſuis poſteris ventura prædixit.*

§. IV.

De prærogatiua parentum in ſuis benedictionibus.

QVoniam vulgares interpretes huius loci voluot vniuerſa quæ hoc cap. 49. continentur, 17.

Digitized by Google

Vulgaris expoſitio eſt, dicta Iacob hic, nō ſolùm prophetias, ſed benedictiones eſſe.

non ſolùm prophetias eſſe ſingulorum Patriarcharum, ſed ſingulorum etiam benedictiones, oportet vt oſtendamus quanta ſit veritas huius rei, incipientes ab efficacia, quæ in paternis benedictionibus reperitur, dicturi deinceps quo ritu, quàve cæremonia fieri conſueuiſſent à veteribus Patribus Hebræorum, atque ab eorum Sacerdotibus: ex quibus tandem colligemus, quid hac in re ſentiendum ſit.

18. Vt igitur cum Paulo rem aggrediamur, aduertendum eſt eum notaſſe *ad Epheſ. in cap. 6.* præceptum de obedientia filiorum in parentes, primum præceptum promiſſionis eſſe, quia hoc ſolum præceptum promiſſionem diuinam adiunctam habet, ſic enim Paulus habet; *Fily obedite parentibus veſtris in Domino, hoc enim iuſtum eſt: honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione, vt bene ſit tibi, & longæuus ſis ſuper terram.* In quam ſententiam dixit Philo *in lib. quòd deterior potiori inſidiari ſoleat: Qui obſequium præſtant parentibus, potius de ſe quàm de parentibus bene merentur.* Similia habet Ambr. *in lib. de benedictionibus Patriarcharum, ſtatim in cap. 1.* Primum omnium diſcimus, quantam parentibus reuerentiã referre debeamus, cùm legimus: Quoniam qui benedicebatur à patre, benedictus erat, & qui maledicebatur, maledictus erat; ideo enim hanc parentibus gratiam donauit Deus, vt filiorum pietas prouocetur; prærogatiua igitur parentum, diſciplina eſt filiorum. Sic enim legitur Eccleſiaſtici cap. 3. *Benedictio patris firmat domos, maledictio matris eradicat fundamenta.*

Epheſ. 6.
Philo.
Ambroſ.
Benedicendi prærogatiuã quare Deus donauit parentibus?
Eccl. 3.

19. Videndus Plato *in dial. 2. de legib* vbi multis exēplis oſtendit, efficaces eſſe parentũ imprecationes, ſiue bonas, ſiue malas: inter quæ exempla illud eſt optimum, cuius meminit etiam Euripides, & grauiores fermè omnes auctores tam Græci, quàm Latini, de OEdipo Thebarum Rege, qui vtrunque filium, quem habebat, deuouit, imprecatus vt alter ab alterius manu occumberet, cuius deuotiones impletas fuiſſe aſſerunt omnes. Similis locus eſt apud Auguſt. *lib. 2. de Ciuit. cap. 8. ad finem*, vbi refert, decem fratres filios omnes vnius, & eiuſdem viduæ propter maternam maledictionem perpetuo omnium membrorum tremore, perpetuò agitatos fuiſſe in exemplum maternæ obedientiæ, ſunt enim efficaces imprecationes & parentum, & ſanctorum etiam hominum, quod de ſanctis hominibus notauit Philo *in lib. de charitate*, cùm aſſerit Moſaïcas imprecationes efficaces eſſe, quod Auguſt. notauit etiam *ſerm. 42.* ad ea verba Matth. *cap. 10. Intrantes autem domum, ſalutate, dicentes. Pax huic domui*; Sanctorum enim preces efficaces ſunt. Quæ fuit ratio, cur Iacob tantopere optauerit benedictionem parentis ſui *Gen. 28.* & luctatus integra nocte cum Angelo ſolam benedictionem poſtulauerit, quia eum Sanctum exiſtimauit, *Gen. 32.*

Plato.
Euripides.
Planè efficaces ſunt in bonum & in malum, parentum imprecationes.
Auguſt.
Eadem eſt prærogatiua in ſanctis hominibus.
Philo.
Auguſt.
Matth. 10.
Geneſ. 28. & 32.

20. Hæc eſt ratio, cur D. Auguſt. paſſim ea verba, quæ in Scriptura, præſertímque apud Prophetas, videntur habere formam infelicis alicuius imprecationis, reducenda eſſe potiùs exiſtimauerit ad vaticinium, quàm ad formam optandi, quã efferri ſolent imprecationes, ſiue bonæ, ſiue malæ, prohibet enim Paul. *ad Rom. 12.* quenquam maledicere, quia eſt hoc contra mutuam charitatem, qua de re videndus eſt Auguſt. *lib. 1. de ſerm. Domini in monte, cap 35. & 42.* vbi tractat eam quæſtionem, Vtrùm liceat, & quatenus liceat malum imprecari, & *ibidem* aſſerit abuſiuas eas nefaſtas imprecationes, quas in ſanctis Prophetis, atque in ſanctis hominibus legimus, potiúſque prophetias, quo ſenſu putat intelligendum eum locum Pſal 68. *Fiat menſa eorum in laqueum*, & illa etiam in Pſal. 108. *Conſtitue ſuper eum peccatorem.* Qualis eſt etiam ſententia Hieronymi Threnor. in c. 1. *Vindemia eos, ſicut vindemiaſti me.* Vnde Theodoret. *quæſt. 6. ſuper 2. Regum*, petit eleganter, quæ fuerit ratio, cur Sanctus Dauid maledixerit montibus Gelboë, & reſpondit vehementis doloris potiùs indicium fuiſſe, quàm maledictionem, quæ cum charitate ſtare non videtur, etiam in rebus inanimatis; ſignificare enim potiùs voluit dolorem, quem conceperat ex morte Ionathæ amici ſui, qui in eo monte occubuerat; ſicut enim, qui aliqua parte corporis ſunt malè affecti, aut parieti, aut lectulo manus allidunt, & interdum caput propter doloris ſtimulos; ita etiam videtur Dauid nimia ardens animi ægritudine malè precatus montibus ipſis, non vt maledictionem oſtenderet, ſed vt conceptum dolorem proderet.

Auguſt.
Vnde quæ in malum ſunt imprecationes in Scriptura, potiùs ad prophetiã reducenda.
Rom. 12.
Auguſt.
Non licet enim mala imprecari.
Pſalm. 68.
Pſalm. 108.
Hieron.
Threnor. 1.
Theodoret.
Aliquando etiam ſignificant doloris vehementiã.

Verùm D. Thom. *2. 2. q. 25. art. 5. & quæſt. 76. art. 1. & quæſt 83. art. 8.* velle videtur licitum eſſe interdum hominibus ſanctis malè imprecari alicui, non tamen ſub ratione mali, ſed ſub ratione boni, præſertim conformantibus ſuas voluntates cum diuina iuſtitia. Verùm quamuis hoc certum ſit, ſi tamen ponatur in praxi, periculoſum erit, præſertim apud vulgares homines, qui non cognoſcunt huiuſcemodi diſtinctionem inter bonum, & malum, quæ fuit ratio, cur Hieronymus, & Auguſt. potiùs aſſerant abſolutè nefas eſſe male imprecari.

D. Thom.
Qua ratione poſſit eſſe licita mali imprecatio?
Hieron.
Auguſt.

Prima igitur cæremonia recepta inter veteres Patres in benedictionibus erat manuum impoſitio, neque enim ſine contactu fieri ſolebant vel à parentibus, vel à viris ſanctis, qui inter cæteros authoritate, ætate & ſacerdotio maiores habebantur: qui ritus colligitur ex *Gen. cap. 48.* in ea benedictione, qua Iacob vtrunque nepotem ſuum ex Ioſepho per manus impoſitionem benedixit, ſicut ex eo loco colligit noſter Oleaſter, indéque facta eſt communis traditio apud Hebræos ea de re. Sic quoque *Gen. 27.* moriens Iſaac impoſuit manum filio ſuo Iacob, precans pro eo Dominum, & tanquam offerens illum Deo, ſicut notauit Ioſephus *lib. 1. Antiquitatum, cap. 48.* qualis eſt ille locus *Num. 27.* cùm manus imponere iuſſit Deus Moyſi ſuper Ioſue, quem præficeret populo ſuo; ſic enim eo in loco habetur, *Tolle Ioſue filium Nun, virum, in quo eſt ſpiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum.* Quæ manus impoſitio non inutilis oſtenditur *Deut. 34.* vbi dicitur, *Ioſue autem filius Nun, repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas*; Vnde ea orta eſt conſuetudo apud vulgares Hebræos temporibus Chriſti, vt ſuos infantes, & pueros ad Chriſtum Dominum afferrent, vt imponeret manus ſuper eos, ſeu vt tangeret eos, propter magnam opinionem, quam conceperant de ſanctitate, & virtute Chriſti Domini, ſicut dicitur Luc. 18. Matth. 19. *Oblati ſunt ei paruuli, vt eis manus imponeret, & tangeret eos*; ſolebant enim Hebræi ſuos paruulos offerre viris ſanctis, vt ab eis tangerentur, & benedicerentur. Similis locus eſt *Matth. 9. Act. 19. & 28.* vbi legitur ad impoſitionem manus Pauli ſuper Epheſios continuò ſpiritum ſanctum deſcendiſſe: Vnde Sacramentum Confirmationis, in quo pleniùs participamus Spiritum ſanctum, apud veteres *manuum impoſitio* vocabatur: nec ſolùm in ſacramento Confirmationis, ſed in aliis quoque Sacramentis

21.
Prima cæremonia benedicentis patris, manuum impoſitio.
Oleaſter.
Vnde habuit initium apud Hebræos.
Gen. 27.
Ioſephus.
Numer. 27.
Deut. 34.
Per quam & ſpiritus ſapientiæ à Moyſe communicatus Ioſue.
Luc. 18.
Matth. 19.
Matth. 9.
Actor. 19. & 28.
Et in lege noua Sacramentum confirmationis, manuum impoſitio vocabatur.

etamentis ea ceremonia vtitur Eccleſia Chriſti imitata Patriarchas, ſiue veterem Synagogam.

22\. *Dubitatur fueritne hæc benedictio Iacob Pontificalis?*

Illud reſtabat hoc in loco inquirendum, vtrùm hæc benedictio Pontificalis tantùm eſſet & Leuitica, & vtrùm certam, & præſcriptam haberet verborum formam, ſub qua fieri conſueuiſſet à Summis Pontificibus, videtur enim hunc ritum benedicendi Leuiticum eſſe, & Pontificalem quemadmodum *ad Hebr.* 7. refert Paul. Melchiſedech Sacerdotem benedixiſſe Abrahamum; imò *Num.* 6. forma benedicendi traditur, qua Sacerdotes Leuitici generis populum benedicebant, ſic enim in eo loco legitur, *Loquere Aaron, & filiis eius, ſic benedicetis filiis Iſrael, & dicetis eis, Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te: oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui; conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem, vocabúntque nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicam eis.* Quæ formula benedicendi maximè obſeruanda eſt, ex ea enim pendet vera intelligentia aliquorum locorum ſacræ Scripturæ, in quibus alluſio eſt ad eam benedictionem, qualis eſt ille locus Pſalm. 66. *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis*, &c. Similis eſt alluſio in eo verſiculo *Pſalm.* 4. vbi in noſtra vulgata ita dicitur, *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine, dediſti lætitiam in corde meo.* Quem locum ex Hebræo ita potiùs vertendum putauit Hieronymus, Eleua ſuper nos lumen vultus tui Domine, id eſt, oſtende faciem tuam, qua tempeſtates omnes ſerenas. quibus verbis alludit ad eum benedecendi ritum *Num.* 6. quo Pontifices ſolebant benedicere populum: quamuis vulgus interterpretum, ac Theologorum eum locum in alium ſenſum torqueat propter ambiguitatem vocis Hebrææ, & tranſlationem L X X. Interpretum, qui paſſiuè eum locum legunt vertentes ita, Potiùs ſignatum ſuper nos lumen vultus tui Domine: ignorantes alluſionem eſſe in illis verbis ad formam benedicendi Pontificalem. Proinde multa philoſophantur ad eum locum Pſalm. de ſyndereſi, ſiue de imagine Dei impreſſa in mentibus hominum ſecundùm quam facilè diſcernunt inter virtutem, & vitium, & naturaliter quædam, quæ legis ſunt faciunt, quem ſenſum inſinuauerat Auguſt. in Com. ad eum locum, cúmque quaſi germanum ſequuti ſunt ferme omnes alij interpretes, qui quamuis nihil periculi habeat, fortaſſis in mentem non venit Dauidi, quando eum Pſalmum componebat; priorem tamen eius intelligentiam vt veram latè probauit Auguſt. Eugub. *in com. ad eum locum*, imò & Genebr. *Pſal.* 66. Rabbi Dauid, Rabbi Salomon, qui ita prorſus eum locum legit, Attolle, attolle, eleua ſuper nos in ſignum, & vexillum, quod à nobis ſuſpiciatur, lucem ſcilicet, vultus tui; quibus habet ſimilia Aben Eſra, imò & Chaldæus paraphraſtes ita legit, Imprecatur igitur ſibi, ſuíſque omnibus Dauid eam fœlicitatem, quam Deus concedere ſolet iis, qui benedictione Pontificali benedicebantur. Similis quoque alluſio eſt in Pſalm. 79. *Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus*, ſicut clariùs patet ex Hebræo textu. Sed vt ad rem redeamus, ad ſolos Pontifices pertinebat ſub ea forma efficaciter benedicere, quemadmodum dicitur Eccleſiaſtici *in cap.* 36. *Secundùm benedictionem Aaron da populo tuo, & dirige in viam iuſtitiæ, & imple illam benedictionem.*

Ad Hebr. 7. — *Numer.* 6. *Cuius forma traditur Num.* 6. — *Pſal.* 66. — *Pſal.* 4. — *Hieron.* — *Ad quem ritum alludit Dauid non ſemel.* — *Auguſt.* — *Eugubin. Genebrard. Rab. Dauid. Rab. Salom.* — *Aben Eſra.* — *Pſal.* 79. — *Sed hac forma benedicendi ad ſolos Pontifices pertinebat.* — *Eccl.* 36.

23\. Quamuis igitur certum ſit, proprium Sacerdotis, ſiue Pontificis munus eſſe benedicere populum, eo Pontificali ritu, qui præſcriptus eſt à Moyſe *Num.* 6. *&* 2. *Paralip.* 30. vbi legimus, ſic populum ſolemniter fuiſſe benedictum; non eſt tamen negandum, illud etiam licitum fuiſſe non Sacerdotibus, & vulgaribus hominibus, id eſt, laicis, non quidem eo ſolemni ritu, ſed priuato: nam *Ioſue* 8. legimus eum populum benedixiſſe, cùm tamen Ioſue Sacerdos non legatur & Dauid 2. *Reg.* 6. imò & hoc in loco Patriarcha benedixit filio ſuo ſingulis benedictionibus, non tamen ſub ea forma præſcripta *Num. cap.* 6. quia nondum data erat forma benedicendi Sacerdotibus, quo pacto intelligendus eſt ille locus Luc. in cap. 2. *Benedixit eis*, id eſt, Mariam & Ioſephum vulgari benedictione, qua maiores, & ſeniores ſolebant benedicere inferiores, benedixit Simeon iuſtus, nec enim Sacerdos ille erat. Qua benedictione Patriarcha benedixerit filios ſuos, nondum diximus, quia in Ruben inferiùs *in tract. de iure primogenituræ* oſtendemus, quam coniunctionem habuerit primogenitura cum Sacerdotio ante legem, ibique oſtendemus veteres Patriarchas pariter fuiſſe Principes ſuæ familiæ, atque etiam Sacerdotes.

Num. 6. *2. Paral.* 30. — *Locus autem non eo ſolemni ritu, ſed priuatè benedicere licebat.* — *Ioſue* 8. *2. Reg.* 6. — *Num.* 6. — *Luc.* 2. — *Vltima reſolutio dubij pendet ex dicendis infrà.*

24\. Libenter igitur concedimus receptum fuiſſe morem benedicendi parentes ſuos poſteros, tamen in hoc 49. cap. potiùs prophetias eſſe, & vaticinia, quam benedictiones. Vnde Theodoret. quæſt. vlt. in Gen. ita habet: Poſtrema verba Patriarchæ, neque ſunt maledictiones, neque benedictiones, ſed prophetiæ: *Congregamini enim*, inquit, *vt annunciem vobis*, quid contingere vobis debeat in extremis diebus. Meminit etiam quædam ab illis admiſſa, non vt filij puniantur ob ſcelera in patrem commiſſa, ſed ſermonem effingens in forma maledictionis, & benedictionis ad communem quorumcunque vtilitatem. Clariùs illud oſtendit Ambroſ. *in lib. de benedict. cap.* 1. *Prophetia magis, quàm benedictio eſt; prophetia enim annuntiatio eſt futurorum, benedictio autem ſanctificationis, & gratiarum votiua collatio.* Quibus habet ſimilia Origenes *homil.* 17. *ſuper cap.* 49. *Gen.* Quæ quidem benedictiones ex eo fortaſſis ſolummodo vocari ſolent benedictiones, quod in fine huius cap. dicitur, *Hæc locutus eſt eis pater eorum, & benedixit illos, vnumquemque ſecundùm benedictionem ſuam benedixit illos.* Non igitur negandum eſt ſingulos benedixiſſe eo ritu, quo benedixit ſuos nepotes, ſicut habetur *in cap.* 49. *Geneſ.* Sed primò, & præcipuè prædixit ea, quæ ventura erant voluentibus annis, componendo eorum mores, vitia reprobando, & virtutes laudando, ſicut volunt grauiores interpretes.

Sed pro nunc magis cenſentur hæc eſſe vaticinia, quàm benedictiones. — *Theodoret.* — *Ambroſius.* — *Origenes.* — *Licèt enim, non ſine fundamento benedictiones dicantur communiter.* — *Præcipuè tamen prædictiones cenſenda.*

§. V.

Breuis expoſitio textus.

Vocauit autem Iacob filios ſuos, & ait eis: Congregamini, vt annuntiem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis. Congregamini, & audite filij Iacob, audite Iſraël patrem veſtrum.

25\. Ex iis, quæ hucuſque diximus, facilis reddita eſt expoſitio huius textus: attentos igitur reddit Patriarcha ſuos poſteros, tum ex crebra repetitione verborum, tum ex maieſtate earum rerum, quas pollicetur ſe dicturum eſſe: conciliat enim maximè attentionem audientium, ſi proponantur dicenda ea, quæ tandem aliquando ventura ſunt,

Ex repetitione verborũ, & prædictione futurorũ attentos reddit poſteros Iacob.

ſunt, qualia pollicetur Patriarcha hoc in loco, futura enim promittit ſe dicturum, quæ, ſcilicet, ſpectant ad poſſeſſionem Terræ ſanctæ, & quæ pertinent ad aduentum Dei in carne. Non autem carere videtur myſterio, quòd hoc in loco vtrunque nomen addiderit Patriarcha, & quo vocatus eſt Iacob, & quo vocatus eſt Iſraël; nam quoniam *Iacob dictus ſupplantator, & quare.* tenuerat plantam pedis fratris ſui Eſau naſcentis de parentis viſceribus, neque apprehenſam dimittere volebat, ab eo facto Iacob, ſiue ſupplantator dictus eſt: Iſraël autem propterea eſt appellatus, non quia Deum videns ſignificet illud nomen, *Nazianz.* quemadmodum voluit Nazianz. *lib. 2. de Theologia*, qua in re lapſi ſunt multi graues interpretes, inter *Philo.* quos eſt Philo *in lib. de Abraham*. *Origenes.* Origenes *hom. 2. in Num. & in prologo in Cantica Cantic.* *Euſebius.* Euſebius *in lib. Hebraicorum nominum*, &, quod magis eſt, *D.Hieron.* D. Hieron. *Oſeæ cap. 12. & lib. 7. in Iſai. & in lib. nominum Hebraicorum*, non ſuam, ſed aliorum ſequutus ſententiam, ſicut plerunque facere ſolet: *Iſraël ſecundùm vulgarem ſenſum, vidēs Deum interpretatur.* qui omnes volunt Iſraël ſignificare animam videntem Deum; quæ tamen vera non eſt etymologia huius nominis, ſicut notauit Ioſephus *lib. 1. antiquit. cap. 18.* imò & L X X. Interpretes, cum quibus expreſſa, & propria ſententia eſt Hieron. in *Ioſeph. L X X. Interpret.* traditionibus Hebraicis in Geneſ. vbi ita habet: Quamuis authoritatis ſint, & eloquentiæ, & ipſorum vmbra nos opprimat, qui Iſraël virum, ſiue mentem videntem Deum tranſtulerunt, nos magis ſacræ Scripturæ, & Angeli, ſiue Dei, qui ipſum Iſraël vocauit, authoritate ducimur, quàm cuiuſlibet eloquentiæ ſecularis: ſignificat igitur Iſraël, *Sed veriùs ſignificat virū fortem & Principem.* virum Principem, ſiue fortem cum Deo, vel viribus potentem reſiſtere Deo. Hæc igitur nominis repetitio, non caſu eſt poſita hoc loco, exiſtimo *Oſee 12.* enim eum ſimilem eſſe illi, qui eſt apud Oſeam *in cap. 12.* vbi ita loquitur diuinum Oraculum, *in vtero ſupplantauit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo, & inualuit ad Angelum, & confortatus eſt.* Quod enim eo in loco voluit diuinum Oraculum, illud etiam hoc in loco voluiſſe Patriarcham exiſtimandum eſt, ſcilicet, *Vtrumque autem nomen repetit Patriarcha, vt ſidem paret dicendorum.* æternum, & perpetuum futurum regnum de ſanguine eius deriuatum, qui Deum inuenit adiutorem ſuum antequam naſceretur, & poſt eius etiam ortum, auxilium etiam diuinum ſenſit, vel contra ipſos Angelos, vt certus eſſet ei nocere non poſſe, nec poſteris ſuis Eſau fratrem, qui Deum toties habuit auxiliatorem; hoc igitur voluit Patriarcha, cùm dixit, *Audite filij Iacob, audite Iſrael patrem veſtrum*, quaſi velit, Non vana vobis annuntio, ſed regnum perpetuum, & ſtabile, regnabit enim Meſſias venturus in domo Iacob patris veſtri, *& regni eius non erit finis.*

TRACTATVS II.

De Ruben, & libidine turpi.

26. DICEMVS in hoc tractatu ea, quæ magis pertinent ad hunc Patriarchã, ſicut polliciti ſumus in principio huius operis: quoniam verò illud vitium in eo maximè apparet, quòd per ſummam incontinentiam, & nefariam libidinem *Summa tractatus, & diſtributio.* polluerit ſtratum paternum, ipſa turpis libido primum locum obtinebit; deinde dicemus de iure primogenituræ, quam primogenitus Ruben perdidit, propter nefarium adulterium in patrem ſuum; tandémque oſtendemus, quòd qui maiorem gratiam acceperunt, maiorem quoque pœnam accipient, propter inſignem ingratitudinem: ex quibus colligetur vera expoſitio huius loei.

§. I.

Quòd Ruben polluit cubile Patris.

NOn eſt igitur dubium, prophanum, ſiue luxorioſum fuiſſe in ipſum cubile paternum 27. Ruben: quemadmodum enim eleganter philoſophatur Origenes *hom. 17. Super cap. 49. in Geneſ.* *Origenes.* Ruben interpretatur filius, qui videtur, id eſt, viſibilis, & carnalis, ipſe de quo dixit Paulus, *homo de terra terrenus*; & alibi, quia non prinò, quod *Ruben filium qui videtur, id eſt, carnalis.* ſpirituale, ſed animale; primò enim omnis homo carnaliter viuit, & ſecundùm carnem mouetur, & priùs eſt carnalis motus in concupiſcentia libidinis, qui cùm primæ iuuentutis tempus obſederit, durum, & temerarium, & laſciuum iuuenem reddit aſcendentem thorum paternum. Hiſtoria habetur *Geneſ. 35.* vbi ita dicitur, *Cùmque habitaret in ea regione, abiit Ruben*, &c. cuius libidinem co- *Geneſ. 35.* hibere non potuit neque patris dignitas, neque ſenis reuerentia; quod enim Lyranus hoc in loco *Lyran.* aſſerit, Rabbinos ſcilicet antiquos aſſeruiſſe, Ruben non maculaſſe thorum paternum, ſed ſtratum tantùm Balæ ancillæ Rachelis, & concubinæ patris Iacob mutaſſe à cubili Liæ, in quo illud poſtea ſtetat Iacob demortua Rachele, quod grauiter tulit Patriarcha Iacob, & in ſuam contumeliam factum exiſtimauit. Qua in re exiſtimo veteres Rabbinos ſequutos fuiſſe graues Authores Græcos, & Latinos, qui rem fœdam, & omnino in- *Cuius fœdā libidinem, ne auditores offenderet,* dignam auditoribus per aliam honeſtiorem ſolcant ſignificare, ne turpitudo rei offendat auditores: quo pacto Homerus *in ſua Odyſſea* deſcribit fœ- *Homerus.* minam caſtam, & mariti amantem in Penelope; verùm poſt reditum Vlyſſis introducit eandem fœminam maritum non agnoſcentem, & eius mores elegenter, & obſcurè detegit, iratum enim facit Vlyſſem contra coniugem, & indignabundum, quòd lectulus ſuus, quē ipſe affabrè fecerat, tranſlatus eſſet, & ſuo motus loco, nihil aliud ſignificate volens, quàm eius coniugem minùs pudicam vitam inſtituiſſe, atque eius thorum violaſſe. Similis eſt locus apud Iuuenalem *in Satyra 5.* ſolent *Iouenal.* enim boni Authores vitia illuſtrium virorum aliqua occulta ſimulare figura; quemadmodum Plu- *Plutarch.* tarch. fecit *in vita Alexandri*, & Gellius *lib. 7. noct. Gellius.* *Atticar. in vita Scipionis Africani.* Simile commentum refert ne orbis dominatores ex adulterio nati viderentur, quem morem ſequuti Rabbini in vita Ruben aſſerunt eum non maculaſſe thorum paternum, ſed mutaſſe; cùm tamen Moyſes nihil *Veteres Rabbini exponūt per thori paterni mutationem.* veritus ſit indignam primogenito tanti viri libidinem hiſtorica libertate deſcribere. Sit igitur certum, id quod palàm, & ſine figmento dixit Scriptura, Ruben ſcilicet maculaſſe thorum paternum in Bala concubina patris, & ancilla Rachelis, quod expreſſit Patriarcha Iacob illis verbis, cùm dixit; *effuſus es ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui.* in quibus verbis metaphora videtur eſſe petita à vi, & impetu aquarum, quando maximè inundant, quarum impetus nullo reſpectu habito, neque ſeruata decoris ratione, ſacra, & prophana Regum, & vulgarium hominum ſecum defert ſine diſcrimino; ſic enim Eugubin. notauit *Eugubin.* ex proprietate verbi Hebræi, quo vſus eſt Patriar- *L X X. Interpret.* cha hoc loco, & L X X. ad impetum, & violentiam

Digitized by Google

Et vulgata vnà cum L X X. per violentiã & impetum aquarum inundantium.
Laertius.
Seneca.

tiam retulerunt: Iniurioſus fuiſti ſicut aqua, aut inſultaſti ſicut aqua; conferunt enim æſtum libidinis cum impetu aquarum. Vnde eleganter dixit Ariſt. philoſophus apud Laërtium *in vitis Philoſophorum*, Inſania potius, quàm voluptate aſficiar. Quod explicauit Seneca *lib. de beata vita*, *cap.* 14. Non impij voluptatem habent, ſed ipſos voluptas habet; aguntur quò velit libido, non quò ipſi velint.

28. Philo. August.
Plinius.
Bernard. de Scalante.
Hieron.

Similis eſt locus apud Philon. *lib.* 2. *legis allegoriarum*; omnino tamen videndus eſt Auguſt. *lib.* 14. *de ciuit. Dei, cap.* 17. 18. & 19. quibus in locis multa dicit, quæ ſeruiunt maximè ad exponendam vim metaphoræ, qua vſus eſt Iacob hoc in loco, cùm quæritur, cur homines non pudeat cæterarum paſſionum, pudeat autem maximè huius, quamuis honeſta ſit. Videndus eſt Plinius *lib.* 36. *naturalis hiſtoriæ, cap.* 5. cùm agit de furore Alcidæ Rhodij. Videndus eſt etiam Bernardinus ab Eſcalante *dialog.* 2. *de re militari, pag.* 13. & deinceps. hic erit verus intellectus horum verborum, ſi L X X. Interpretes ſequamur, & Aug. Eugub. quæ expoſitio maximè conſentanea videtur; verùm quoniam D. Hieron. *in com. ſuper Pſal.* 21. ob ſimilia verba, *ſicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.* vim huius metaphoræ in alium ſenſum refert, cum ait, *Sic voluerunt Iudæi Chriſtum extinguere, quaſi aqua, quæ hauritur, & diſpergitur, & non reuertitur.*

Theodoret.
Niſi magis placeat per effuſionem aquæ, prædixiſſe Iacob, Ruben poſteros paucos futuros.
Hieron.
Gloſſa.
Lyranus.

quod explicat Theodor. *quæſt. vlt. in Geneſ.* Propter ſcelus execrandum, prædixit poſteros Ruben paucos futuros. hoc enim ſignificat, *tanquam aqua effuſus es.* Hoc etiam explicat Hieron. in quæſt. Hebraicis; *Primogenitus natus es, verùm quia peccaſti, & quaſi aqua, quæ vaſculo non tenetur, voluptatis effuſus es impetu, non creſces.* quod Gloſſa Interlinealis ita explicat, *In orbem diſperſus, imminutus, & abbreuiatus es.* Eleganti ſimilitudine id oſtendit Iacob, quemadmodum explicat Lyranus. Oſtendit enim quas vires habeat turpis voluptas ad euertendas domos, & familias vniuerſas. Aqua de vaſe perfectiùs effunditur, quàm alij liquores, quia de oleo effuſo remanet in vaſe pinguedo, de vino odor; ſed effuſa aqua de vaſe citò exſiccatur vas, extinguitur aqua, neque ſui aliquod relinquit veſtigium; vnde meritò Horat. *epiſt.* 18. voluptatem vocat damnoſam, cùm ita habet.

Sicut enim effuſa aqua ſui aliquod in vaſe non linquit veſtigium:
Horatius.

Quem damnoſa Venus, quem præceps alea nudat.

29. Laërtius.
D. Thom.
Ita & non iuſta Venus euertit familias.
Maldonat.
Ideo neceſſarium meretrices & adulteras nominari in genealogia Chriſti Domini.

Similia habet *lib.* 2. *epiſtolar. epiſt* 2. In quam ſententiam videndus eſt Diogenes Laërt. *in lib. de vitis Philoſophorum* 6. vbi ita fertur dixiſſe Diogenem Cynicum, luxurioſos ſcilicet, ſimiles eſſe ficubus, quæ per præcipitia naſcuntur, quarum fructus homo non guſtat, eis autem depaſcuntur corui, & vultures. Videndus eſt D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 154. *art.* 2. vbi ex eo oſtendit luxuriam peccatum mortale eſſe, quia vergit in detrimentum prolis, reddendo incertum parentem filiis, ex quo ſequitur euerſio familiarum: quæ fuit ratio, ſicut eleganter ait Maldonat. cur Matthæus Euangeliſta, in vniuerſa familia Chriſti ſolas quatuor fœminas nominaſſet proprio nomine, quæ inhoneſtæ fuerunt, non alia ratione, quàm quia cæteræ mulieres, & Iudææ fuerant, & pudicæ vxores, atque legitimæ, de quarum prole nulla poterit eſſe dubitatio: non ita de meretricibus, atque adulteris, quarum partus incerti ſunt, ac proinde neceſſarium fuit, vt diuinum oraculum nos certos redderet, earum filios certos habuiſſe parentes, & auos Chriſti; inepta enim eſt vaga Venus ad familiam, & domum firmandam, & prophana omnino ad altare. de qua re videndus eſt Philo in lib. quem fecit de mercede meretricis non recipienda in ſacrario; prophana enim, inquit, ſunt moneta meretricis, quia turpiter acquiſita, inepta ad ſacrarium eſt turpis voluptas. Videndus eſt Lactantius Firmian. *lib.* 1. *de falſa Religione, cap* 20. vbi aſſerit, non auſos fuiſſe Romanos meretricem Deam facere, quæ lactauerat vtrumque geminum, Romulum ſcilicet, & Remum, fundatores Imperij Romani, ſed eius loco lupam feciſſe Deam, exiſtimantes aptiorem eſſe lupam ad diuinitatem, quàm meretricem. Similiter, Athenienſes, leænæ potiùs ſimulacrum inter ſuos Deos poſuerunt, quàm turpis cuiuſdam mulieris, cuius beneficio à tyrannica ſeruitute fuerant liberati. Vtrumque igitur perdidit primogenitus Ruben, propter turpem voluptatem, & bona primogenituræ, & Sacerdotium ei adiunctum.

Philo.
Lactantius.
Ruben perdidit primogenituram & Sacerdotium propter libidinem.

In hanc ſententiam videndus eſt Tertull. *in lib. de pudicit. cap.* 6. vbi congruenter imitatur ea ſupplicia, quibus Deus puniuit pleráſque gentes ante verbi Incarnationem, propter vnam incontinentiam carnis; poſtquam enim aliqua exempla huius rei retulit, addidit hæc verba: Luſerit ante Chriſtum caro, imò perierit antequam à Domino ſuo requiſita eſt, nondum enim erat digna dono ſalutis, nondum apta officio ſanctitatis; adhuc in Adam deputabatur cum ſuo vitio, facilè, quod ſpecioſum viderat, concupiſcens, & ad inferiora reſpiciens: at vbi ſermo Dei deſcendit in carnem, nec nuptiis quidem reſignatam, & ſermo caro factus eſt, nec nuptiis quidem reſignanda, quæ ad lignum non incontinentiæ, ſed tolerantiæ accederet, quæ non dulce aliquid, ſed amarum inde guſtaret, exinde caro quæcunque in Chriſto reliquias ſordes priſtinas ſoluit. Alia iam res eſt, noua emergit, iam non ex ſeminis limo, neque ex concupiſcentiæ fumo, talem decet eſſe carnem, poſtquam à Verbo aſſumpta eſt. Quibus ſimilia conſulit Clemens Alexand. *lib.* 3. *pædag. cap.* 12. agens de turpi voluptate, *Limitem*, inquit, *voluptatis habemus crucem Domini.* 30.

Tertull.
Clem. Alex.

§. II.

De iure primogenituræ Patriarcharum.

31.
Primogeniti nomen myſticum aliquid ſignificat.
Eccl. 3.
Auguſt.
Athanaſ.
Pſal. 88.
Rom. 8.
Ambroſius.
Cyprian.
Philo.
Euſeb. Cæſ.

Conſequens eſt vt videamus, quæ fuerint ea bona, quæ perdiderit Ruben propter incontinentiam, & propter adulterium commiſſum contra paternam reuerentiam, & pietatem. Primo igitur loco aduertendum eſt, primogeniti nomen apud ſacros, & prophanos Authores emphaticum eſſe, atque aliquid arcanum, & myſticum ſignificare: vnde Sapientia ipſa *Eccleſiaſtici* 24. ſe primogenitam profitetur ante omnes creaturas, ſicut aduertit D. Auguſt. *in lib de Fide, & Symbolo, c.* 5. *& in lib. expoſitionis quarundam propoſitionum, ex epiſt. ad Rom.* Athanaſius *in libello de aſſumptione hominis.* Vnde Pſalm. 88. loquens Deus Pater de filio ſuo, ita habet: *Ego primogenitum ponam illum excelſum præ Regibus terræ*; & ad Rom. 8. *Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* ad quem locum videndus eſt Ambroſ. imò & D. Cyprian. *in lib.* 2. *contra Iud. ſtatim in principio*, plura adducens loca, quibus oſtendit, neceſſariò filium Dei vocandum eſſe primogenitum, &, quod magis eſt, Philo *in lib. de agricultura.* quem refert Euſeb. Cæſar. *lib.* 7. *de præparatione Euangelica*, &

Digitized by Google

Dei enim non modò filius, ſed Deus ipſe primogenitus appellatur.

& *lib.*11.*cap.*10. aſſerit, Verbum Dei eſſe primogenitum, quod repetit *in lib. quod deterior potiori inſidiari ſoleat*, nec ſolum filium Dei primogenitum vocauit Orpheus, ſed Deum ſimpliciter primogenitum appellat, exiſtimans aliquid diuinum, & arcanum latere in nomine primogeniti, non ſolùm in bonam, ſed in malam etiam partem, ſicut notauit D. Irenæus *lib.*4.*aduerſus hæreſes*, *cap* 3. & D. Hieron. *in catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum*, & Euſebius Cæſarien. *lib.* 4 *hiſtoriæ Eccleſiaſticæ*, *c.*23. Quibus in locis referunt Polycarpum Ioannis Apoſtoli diſcipulum dixiſſe Marcioni hæretico, quærenti vtrùm à Polycarpo cognoſceretur, *Agnoſco*, inquit, *primogenitum Satanæ*, quem modum loquendi ſequutus Felix Rom. *in epiſt. ad Zenonem Imperatorem*, vbi Petrum Antiochiæ Epiſcopum Hæreſiarcham, primogenitum filium diaboli appellauit.

Orpheus. Irenæus. Hieron. Euſeb. Cæſ. Polycarp. Felix Rom.

Cæterùm & in malã parte arcanum aliquid primogeniti nomen habet.

Significat igitur ad vtranque partem primogeniti nomen aliquid arcanum. Vnde *Exod. c.* 13. ſibi Deus iuſſit conſecrari omnia primogenita, *Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam.* ad quem morem alludere videtur Luc. *in cap.*2. *ſui Euangelij*, cùm dicit, *Sicut Scriptum eſt in lege Domini, quòd omne maſculinum adaperiens vuluam ſanctum Domino vocabitur*, id eſt, omne primogenitum in animantibus erit iuris diuini, eſt enim in illis verbis Hebraïſmus, ad ſignificandum primogenitum, vt patet ex textu Hebræo *Exod.* 33. *&* 34. *Omnis apertio vuluæ, mea eſt*, id eſt, omne primogenitum mihi offeretis: nec ſolùm primogenita animalium, ſed etiam arborum, & frugum ex præcepto legis Deo offerebantur, *Exodi* 22. *&* 25. quod etiam receptum eſt apud Ethnicos homines, vt patet apud Homer. *lib.*14. *Odyſſeæ*, vbi legitur Principem quendam virum primitias ſacrificare Diis ſempiternis.

Exod. 13. Luc. 2. Exod. 33. & 34. Exod. 22. & 25. Homerus.

32\. Similia habentur *lib.*9. *Iliadis*, vbi de ſacra hiſtoria Geneſ. *in cap.* 4. tradit Abel ſacrificaſſe Deo de primogenitis gregis, id eſt, de melioribus. Quæ fuit ratio, ſicut aduertit Suidas, cur Deo placuerint munera Abelis, diſplicuerint autem Cain, quia Cain non primogenita, ſed ſecundogenita offerebat Deo, nam ea, quæ natura priora ſunt, poſterioribus ſunt meliora: Vnde Dionyſ. Halicarnaſſ. *lib.* 1. *antiquit. Rom.* de primogenitis agens, Pretioſiora ſunt natura, inquit, priora poſterioribus; ſicut Homerus *Iliade* 15. Moyſes *Deut.* 33. cùm dixit, *Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius.* quibus verbis Ioſephi & robur, & pulchritudinem ſignificauit, vnde maior amor oritur parentum in ſuos primogenitos, ſicut notauit Chryſoſt. *homil.* 8. *aduerſùs Iudæos*, *& hom.*15. *in Gen.* Aug. *in ſerm. de decem plagis*, cùm ita habet, Nihil eſt in hæredibus charius primogenito, vel quia pluris ſtetit parentibus, vel quia eis coniunctior, vel quia fortior, & pulchrior, vel quia ſacroſanctum nomen patris parentibus priùs dedit, ſicut aduertit Antonius Ludouicus Olyſipon. *lib.*2. *problemat. ſect.* 3. *cap.* 2. quo ſenſu intelligendus eſt ille locus Iob in c. 10. *Opus manuum tuarum opprimes.* quæ verba Hebraïcè ita ſunt legenda, Laborem manuum tuarum opprimes, filij enim labores parentum ſunt. quo ſenſu dictum eſt Geneſ. 6. *Pœnituit Deum feciſſe hominem.* quibus verbis ſignificat S. Scriptura, hominem Dei opus eſſe, non ſolùm affabrè factum, & artificioſum, ſed etiam & laborioſum, & difficilem ad agendum, quippe Deum laborare fecit, quantum in ſe eſt, præſertim poſt Incarnationem. Vnde Malach. dixit, *Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris.* Clariùs id oſtendit *Geneſ. c.* 2. vbi agens Moyſes de productione primi hominis, notauit continuò poſt eius creationem requieuiſſe Deum ab omni opere, *quod patrarat*, quaſi laboraſſet Deus in homine creando, & in producendis omnibus, quæ ſpectabant ad conſeruationem ipſius hominis, vt artifex poſt laborem ſolet quieſcere, eſt enim homo veluti primus partus Dei, nec ſolum principium amoris, ſed etiam doloris, & ſolicitudinis: quod hoc in loco voluiſſe videtur Iacob cùm dixit, *principium doloris mei*, de primogenito ſuo Ruben, nomen enim Hebræum, quo vtitur Moyſes hoc loco vtrumque ſignificat, & dolorẽ, & virtutem, ſiue fortitudinem, vtrunque enim ſolent eſſe parentibus primogeniti, & principium virtutis paternæ, & principium etiam doloris, & ſolicitudinis: vnde Burgenſis ad hunc locum vertit, principium ſolicitudinis meæ, eſt enim vehemens amor ſolicitus. In quam ſententiam dixit Comicus, *Duxi vxorem, quam ibi miſeriam vidi? Nati filij, alia cura.* Eleganter dixit alius, *ſe filios inueniſſe tortores ſui.* Euripides, *carentem filiis infortunio eſſe felicem* dixit. Qua de re videndus eſt Suetonius *in Auguſto*, ſæpiùs ingemiſcentem cùm introduxit Auguſtum, & dicentem, *Vtile ſine nuptiis viuere, & abſque liberis interire.* Principium enim filiorum, principium ſolet eſſe laborum in parentibus, quod patet in Pſalm. 78. *Et percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum.* qui locus ex Hebræo ita verti poteſt, *Primitias virtutis eorum*, eſt enim in illis verbis Iacob, atque in verbis citatis in hoc Pſalmo periphraſis quædam primogeniti filij, qui principium virtutis, & doloris eſt. Videndus eſt locus *Deut.* 21. vbi Moyſes de primogenito ita habet, *Filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitque ei de iis quæ habuerit cuncta duplicia; iſte enim eſt principium fortitudinis eius, ſeu liberorum eius, & huic debentur primogenita.*

Gen. 4. Suidas. Halicarnaſſ. Homerus. Deut. 33. Chryſoſt. Auguſt.

Primogeniti præferuntur cæteris filiis, & quare.

Ant. Ludou. Iob 10. Gen. 6. Malach. 2. Gen. 2.

Primogenitus patri principium doloris, & virtutis.

Burgenſ. Comicus. Euripides. Suetonius. Pſal. 78. Deut. 21.

Cui debebantur ex lege cuncta duplicia.

33\. Ex quibus iam colligimus primogenituram eſſe legatum illud præcipuum, quod pater filio primogenito relinquere ſolet, ſeu ius ad illud percipiendum, eràtque apud veteres Patriarchas duplicata portio hæreditatis inter alios filios minores natu, ſic enim nomen primogenituræ explicat ſæpiùs Hieronymus, atque aliud quod ſatis oſtendit paraphraſis Chaldaica ad hunc locum, cùm dixerat, Tuum erat, vt acciperes tres partes potiores præ fratribus tuis, ſacerdotium, primogenituram, & regnum; ſed quia peccaſti, data eſt primogenitura Ioſeph, regnum Iudæ, ſacerdotium Leui. Propter ſuam igitur incontinentiam perdidit Ruben duplicem portionem hæreditatis paternæ.

Quæ duplex portio primogenitura dicebatur.

Hieron.

Hanc perdidit Ruben propter incontinentiã.

34\. Supereſt vt oſtendamus perdidiſſe etiam ſacerdotium, quod apud veteres Patres ante legem datam Leuiticam coniunctum erat cum primogenitura, omnes enim veteres parentes exiſtimarunt debere ſuis primogenitis & duplicatam portionem in bonis, & ſacerdotium, atque regnum, ex Hieronymi nanque authoritate *in epiſt. ad Euagrium*, recepta eſt ea traditio veterum aſſerentium primogenitos illuſtrium virorum iure primogenituræ vtrunque habere, & hæreditatem paternam, & ſacerdotium, hoc enim priuilegium acquirebatur vel dignitate, vel excellentia ſapientiæ. Similia habet idem Hieron. *in traditionibus Hebraicis in Geneſ.* Iſidor. *in Gen. cap.* 26. Philip. Presbyter, & Beda, *in Iob cap.* 1. quibus in locis Hieron. aſſerit Melchiſedech eſſe primogenitum Sem ex Noë, & inde vſque ad Aaron omnes primogenitos fuiſſe

Sed & ante legem ſtiam illum erat primogenitura ſacerdotium.

Hieron. Iſidor. Philipp. Preſbyt. Beda.

A Melchiſedech enim omnes primogeniti vſque ad Aaron fuere Sacerdotes.

Sacerdotes

Digitized by Google

Sacetdotes, quæ pacto intelligendus eſt Paulus *ad Hebr.* 12. cùm Eſau vocat prophanum, id eſt, laïcum non conſecratum, & indignum, qui ingrediatur ſactarium, quia per ſimoniam vendidit primogenituram, quæ cum ſacerdotio coniuncta erat in primogenitis. Ita Hieron. *in lib. contra Iouinian. & Gen. 49. & in quæſtionibus Hebraicis in Gen. 25.* pto qua re videndus eſt D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 103. *art. 1. ad 3. & 2. 2 quæſt. 87. art. 1.* Receptam autem fuiſſe hanc conſuetudinem apud gentes videtur docete Plutach. *Problem.* 113. *& in vita Numæ Pomp.* Liuius *lib.* 10. *decad.* 1. Suetonius *in Galba.* Pro qua ſententia videndus eſt Paulus *ad Hebr. c. 5.* cùm agit de ſacerdotio Chriſti; ſic enim eo in loco habet, *Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te*; Quemadmodum & in alio loco dicit, *Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech*, id eſt, more primogenitorum, continuò enim poſtquam dixit eum primogenitum eſſe Dei, & iure primogenituræ omnem hæreditatem paternam ſibi debitam eſſe, quia pariter vnigenitus erat, iuxta ea, quæ habentur in eodem Pſalm. 2. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*, addidit ſtatim, *Tu es Sacerdos in æternum*, iuxta ſcilicet veterem Patriarcharum morem, & conſuetudinem, qua ſolebant ſuos primogenitos in ſacerdotes conſecrare.

Hebr. 12. — D. Hieron. — D. Thom. — *Quæ & in gentibus conſuetudo ſeruabatur.* — Plutarch. — Liuius. — Suetonius. — Hebr. 6. — Pſal. 2. — *In Chriſto Domino vnà cum primogenitura ſacerdotium fuit.*

35\. Aduertendum tamen eſt, non fuiſſe liberum cuilibet ſe ipſum conſecrare in ſacerdotem, ſed id fiebat ex electione populi propter excellentiam & virtutem, quæ in primogenitis credebatur futura: vel propter inuiſibilem vnctionem Spiritus ſancti. vnde aduertit optimè Genebrard. *Pſal.* 104. *v.* 16. veteres Patriarchas iam olim fuiſſe vnctos oleo inuiſibili, ad quem ſenſum reducendus eſt Chryſoſt. *hom.* 35. *in Gen.* cùm velle videtur, quemlibet apud veteres ſe potuiſſe conſtituere ſacerdotem: ſicut enim pernicioſum Reipublicæ eſſet, quemlibet de populo magiſtratum ſe conſtituere, ita & pernicioſum eſſet ſe Pontificem, conſecrare, quod optimè notauit Ariſtoteles *lib. 6. Phyſic. cap. 8. & lib. 7. cap. 8.* vbi aſſerit non minùs pertinere ad Rempublicam ſacerdotem, quàm quemcunque alium magiſtratum; non igitur iure proprio, & priuato Pontifices olim creabantur, ſed potiùs iure publico; & Deo vngente vnctione inuiſibili, præſertim primogenitos illuſtriũ familiarũ.

Genebrard. — *Vngebantur autem ſacerdotes ante legem inuiſibili oleo.* — Chryſoſt. — Ariſtot.

36\. Iam verò peculiares veſtes habuiſſe Pontificales veteres primogenitos, & ſtolam accommodatam ad ſacrificium, docet Hieron. *in epiſt. 126. ad Euagrium, & in traditionibus Hebraïcis in Gen.* id, quod ille colligit ex veteri traditione Hebræorum ad eum locum Geneſ. 27. *& veſtibus Eſau valde bonis, quas apud ſe habebat, induit eum*; idem docet Clem. Roman. *lib. 8. conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 3.* D. Thom. 2. 2. *q.* 100. *art. 4. & in epiſt. ad Hebr. cap.* 12. quod repetit Hieron. *lib. quæſt. Hebraic.* in illud Gen. 27. *& veſtibus Eſau valde bonis.* Videndus eſt Auguſt. *lib. 5. contra Iulian. cap. 9. & lib. 2. de peccato originali, cap. 23. & lib. 15. de ciuit. cap.* 26. Ex quibus locis colligitur ex authoritate Auguſt. aliquod Sacramentum fuiſſe apud veteres ante circuncisionem, in remedium ſcilicet originalis peccati, & alios præterea fuiſſe ſacerdotes miniſtros talis Sacramenti, quibus peculiaris ſtola debebatur ad ſacrificium: hos autem fuiſſe primogenitos illuſtrium, docet communis omnium traditio; hæc enim præcipua erat in primogenitura prærogatiua, ſicut aduertit Procopius *in Geneſ. cap.* 25. ne quis miretur ſi tantopere optauerit primogenituram Iacob, quæ coniunctum habebat ſacerdotium: & hæc fuit ratio cur punitum eſſet flagitium primogeniti ſui per depoſitionem ſacerdotij, ſic enim prophanus redditus eſt.

Quin & veſtes Pontificales habebant peculiares. — Hieron. — Geneſ. 27. — Clem. Rom. — D. Thom. — Hieron. — Auguſt. — *Erant etiam & miniſtri Sacramenti, quo collebatur peccatum originale ante legem.* — Procopius.

37\. Ex quibus iam conſtat primogenitum aliquid arcanum ſignificare, cui ſcilicet debeatur omnis charitas paterna; conſtat item, quid ſignificet fortitudo, & principium doloris inter filios: nihil enim aliud eſt quàm paraphraſis primogeniti, eſt enim primogenitus principium virtutis paternæ, atque etiam principium omnis doloris, & ſolicitudinis parentum, in acquirendis iis, quæ pertinent ad primogenitum, iuxta ea, quæ ſuprà diximus, quibus addendum eſt illud ex Philone *in lib. de legatione ad Caium, & in lib. de vita Moyſis.* Debent, inquit, primogeniti eſſe chariſſimi, & honeſtiſſimi apud parentes, quia illis fauſtum nomen patris, ac matris primò dederunt: Vnde prior futurus erat in imperio, & ſacerdotio, qui fuerat prior in donis, niſi peccaſſet Ruben, hoc enim ſignificant ea verba, *prior in donis, maior in imperio*; priora enim pertinent ad duplicatam hæreditatem, poſteriora ad regnum, & ſacerdotium; egreſſuri enim fuiſſent Reges, & Sacerdotes ab vno Ruben, ſed quoniam peccauit, ex Leui Sacerdotes, ex Iuda Reges oriuntur in pœnam prophani Ruben.

Philo. — *Quem honorem perdidit Ruben prophanus, vnà cum primogenitura & imperio.*

§. III.

Qui in maiorem gratiam peccant, grauiùs puniuntur.

38\. POlliciti ſumus in principio huius vaticinij hæc de te nos dicturos eſſe propter occaſionem, quam attulit Iacob numerando priùs omnia beneficia collata in primogenitum ſuum, quam retulerit pœnam, & ſupplicium datum propter adulterium eiuſdem primogeniti commiſſum in proprium thorum paternum; ſic enim dixit Patriarcha, *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio*, vt oſtenderet ingratum contra tot beneficia paterna, iure puniendum eſſe grauiſſima pœna, ſicut eleganter aduertit Bernard. *in ſerm. contra peſſimum vitium ingratitudinis.* Clementiæ videtur eſſe ingratis negare quod poſtulant, ne contingat nobis, vt tanto grauiùs de ingratitudine iudicemur, quanto magis accumulatis beneficiis ingrati probabimur extitiſſe; ergo miſericordiæ res eſt in hac parte ſubtrahere miſericordiam, quemadmodum iræ, & indignationis miſericordiam exhibere; ſic igitur accumulando beneficia collata in primogenitum ſuum, eundem maiori pœna dignum reddidit Patriarcha; quod notaſſe videtur Origen. *hom.* 17 *in cap. 49. Gen.* quòd in initiis laudis ei aliquid videtur aſcribere, dicens, Tu virtus mea, ideo fit, vt grauiùs notetur in crimine, qui cùm virtus patris haberetur, & initium filiorum, neſciret ſeruare reuerentiam Patri, iuxta illud quod dictum eſt à Propheta; *Ego te plantaui vineam fructiferam, totam feracem, quomodo conuerſa eſt in amaritudinem vitis alienæ?* Clariùs hoc dixit Chryſoſt. *hom. 67. in Geneſ.* vbi ita habet: Vide quanta ſapientia iuſti, volens enim accuſationem magis intendere, priùs dicit priuilegia ei à natura conceſſa, & dignitatem, quam tenebat, quòd principium filiorum, & primogenituræ honore clarus eſſet, & poſtea voluntatis

Bernard. — *Relatio referens cumulata beneficia, ingratũ grauiùs redarguit.* — Origenes. — Chryſoſt.

voluntatis peccata, quaſi in ænea columna inſcribit, mooſtrans, quòd nihil proderunt nobis ea, quæ à naruiâ inſunt, niſi & vuluntatis bona opera ſequantur; creſcentibus enim beneficiis, creſcunt potiùs in ingratis ſupplicia, imò verò eadem beueficia in ſupplicia plerunque conuertuntur. quod hoc in loco maximè patet, hæc enim eadem verba, quæ prærogatiuas primogeniti, & dignitatem ſignificabant, in pœnam eiuſdē conuertit Græcus textus ex L X X. Interpretibus: pro eo enim, quod vulgarus Interpres habet, *prior in donis, maior in imperio*, Hieron. ex Græcis, ita potiùs legit, Durus ad ferendum, & durus procacitate, & iniuria. Ruffinus autem habet, Durus in conuerſatione & durus temerarius contumeliam irrogaſti; emendatiſſima Græca editio ita prorſus habet, Durus ad ferendum, & durus peruicax feciſti contumeliam. quæ verba ſi ita legantur, magis amplificant crimen Ruben, quàm dignitatem primogenituræ eius, ita vt quæ naturæ videbantur bona, conuerſa ſint in ſupplicia: ſolet enim plerunque Deus ſuis beneficiis punire ingratos homines. quod argumentum proſequitur optimè Guarrieus Abbas *in ſerm. omnium Sanctorum*, cùm ita habet, Iam nunc vindicat in peccarores diuina iuſtitia res ipſas, quas amat, conuertens in tormenta, & vitia faciens eſſe ſupplicia; pecunia enim, quæ ampliùs iuſtificat iuſtum, & veriùs ditat diſpenſata, vel ſemel data, auarum cruciat ſeruata, prodigum polluit profligata. In quam ſententiam videndus eſt Iſaias *in cap.* 2. vbi diuinum Oraculum conqueritur contra Iudæos, quòd beneficia in ipſos collata à Deo, conuerterint in vitia, ſicut fecerat prophanus Ruben, ita enim in eo loco habetur, *repleta eſt terra argento, & auro, & repleta eſt idolis*; quos enim Deus ditauerat auro, & argento, idololatras inuenit, ex auro ſcilicet, & argento fabricantes idola, & ſimulacra prophana.

Cui & conuertitur in pœnam omnis prærogatiua dignitatis.
Hieron.
Ruffinus.
Guarr. Abb.
Iſaiæ 2.

39. Clarior eſt ille locus apud Oſeam *in cap.* 2. vbi Propheta hoc ipſum argumentum proſequitur ſub his verbis: *& hæc neſciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, quæ fecerunt Baal.* hæc eadem tamen conuerſa eſſe in ſupplicia, docet idem diuinum Oraculum in eodem cap. *Idcirco conuertar, & ſumam frumentum meum in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo, & liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius, & reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius.* Ecce beneficia diuina conuerſa ſunt in vitia, & vitia in ſupplicia eorum, qui contra diuina beneficia peccarunt. Similis expoſtulatio diuina habetur contra Dauidem lib. 2. Reg. cap. 12. *Ego vnxi te in Regem ſuper Iſraël, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & vxores Domini tui in ſinu tuo, dedique tibi domum Iſraël, & Iuda, & ſi parua ſunt iſta, adijciam multo maiora; quare ergo contempſiſti verbum Domini, vt faceres malum in conſpectu eius?* Hæc autem omnia conuerſa eſſe in ſupplicia Dauidis, docet idem locus. *Itaque hæc dicit Dominus: Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo*, &c. In quos obliuioſos homines diuinorum beneficiorum eſt ille locus Deut. 32. *Intelligite hæc, qui obliuiſcimini Dominum, incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & oblitus eſt Domini creatoris ſui.* Qualis fuit Ruben ingratus, & iniurioſus in parentem ſuum contra ius primogenituræ, & dignitatem Sacerdotij, quam ei dederat pater, qui eum fecerat principium filiorum ſuorum, vt non ſit miranda ſupplicij acerbitas, maiori enim pœna dignus eſt, qui in maiorem gratiam peccauit, ſicut docet Chriſtus Dominus Luc. 12. *Ille autem ſeruus, qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit voluntatem eius; plagis vapulabit multis. Omni enim, cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo.* Similis locus eſt apud Paulum ad Hebr. cap. 10. *Iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem expectatio iudicij, irritam quis faciens legem Moyſis ſine vlla miſeratione duobus, vel tribus teſtibus moritur, quanto magis putatis deteriora ſupplicia mereri, qui Filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?* In quibus verbis tacita quædam argumentatio eſt Pauli ex loco à minori ad maius, qua oſtendit iam nullum remedium relictum eſſe ei, qui peccauerit contra Verbum incarnatum, cùm peccantes contra legem Moyſis pœna mortis punirentur ſine remiſſione, grauior autem pœna debetur peccantibus contra maiorem gratiam.

Ibidem.
Et meritò, nam qui beneficia Dei conuertit in vitia, iure ipſa beneficia fiunt ei ſupplicia:
2. Reg. 12.
Ibidem.
Deut. 32.
Et quantò in maiorem gratiam peccauit, tantò maiori pœna dignus eſt.
Luc. 12.
Hebr. 10.

Similis locus eſt in 2. Canon. Petri c. 2. *Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini noſtri, his rurſus implicatis ſuperantur, facta ſunt ei poſteriora deteriora prioribus.* Videndus eſt Auguſt. *lib. de fide, & operibus c.* 25. *& ſerm.* 84. Ioannes Collator *coll.* 5. *cap.* 25. Vnde D. Auguſt. *concione* 2. *ſuper Pſal.* 30. oſtendit peiores multo eſſe malos Chriſtianos ipſis Gentilibus, cæteris tamen paribus, qui peccauerunt in maiorem gratiam: quod etiam aduertit *Pſal.* 98. *& ſerm.* 12. *de verbis Domini, & ſerm.* 112. & D. Thom. *quæſt.* 10. *art.* 10. 2. 2. id quod probauit D. Auguſt. *in citata concione* 2. ex loco Ezechielis *in cap.* 15. quo in loco mali Chriſtiani comparantur à Propheta ſarmentis inutilibus, Pagani autem ligna ſyluatica vocantur extra Eccleſiam poſita, ex quibus opus aliquod adhuc fieri poteſt, eo modo, quo de lignis ſyluaticis à fabro aliquid fieri poteſt, quanuis nodoſum adhuc lignum ſit; de ſarmentis autem præciſis, nihil prorſus fieri poteſt, ignis ſolus ea expectat; tales redditi ſunt peccantes in maiorem gratiam. Similia ſunt ea, quæ habet Chryſoſt. *hom.* 44. *in Matth. cap.* 12. ponderat enim reditum ſpiritus maligni, ad eam animam, quam reliquerat diuina gratia adiuuante; ſi enim contingat eum reuertere ad eam domum, à qua expulſus fuerat, affert ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, quibus vehementiùs, & acerbiùs torquetur anima: quod euenit Iudæis poſt beneficium Incarnationis reiectum; grauiora enim mala paſſi ſunt tempore Titi, & Veſpaſiani, quàm fuerint in Ægypto, & Babylone ante Incarnationem, quia peccauerant in gratiam Incarnationis, ſicut aduertit Chryſoſt. & Theophyl. ad eum locum; quamuis aliter velint Hilarius, Hieronymus, & Beda, ſemper tamen oſtenditur atrociùs puniendos eſſe eos, qui in maiorem gratiam peccarunt. Videndus eſt Paul. 1. *Corinth. cap.* 10. cùm ita habet: *Nolo vos ignorare, quoniam Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & omnes eandem eſcam ſpiritualem biberunt: ſed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo; nam proſtrati ſunt in deſerto. hæc autem omnia in figura contingebant illis, ſcripta ſunt autem in noſtram correptionem*; ſuper quibus verbis videndus eſt Chryſoſt. *homil.* 23. *in* 1. *ad Corinth.* cùm ait, Si in donis eſt exuperatio, eſt euidens, quòd etiam & in ſupplicio, maius enim erit ſupplicium.

40.
2. Pet. 2.
Auguſt.
Collator.
Vnde peiores ſunt mali Chriſtiani ipſis Gentilibus.
D. Thom.
Auguſt.
Chryſoſt.
Quando & Iudæi in Chriſtū peccantes, longè acerbiùs, quàm in Ægypto & Babylone puniuntur.
Chryſoſt.
Theophyl.
Hilarius.
Hieron.
Beda.
1. Cor. 10.
Chryſoſt.

Digitized by Google

plicium, vbi grauius eſt peccatum: propterea Paulus eo in loco aſſeruit vniuerſa beneficia facta Hebræis hominibus in figura facta eſſe, & tamen mortui ſunt in deſerto, nec ingreſſi terram promiſſionis; *hæc*, inquit, *ſcripta ſunt in noſtram correptionem*, vt vel ex eo ſciamus grauiora nos expectate [h] ſupplicia, qui beneficia diuina accepimus, & non in figura; quomodo enim in beneficiis præceſſerunt figuræ, & ſequuta eſt veritas, ita etiam ſequetur in ſuppliciis. Similia habet Euthymius. *ſuper Ioann. cap.* 1. ad illa verba, *Gratiam pro gratia, quia lex per Moyſem data eſt; gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*; ad quem locum ita habet Euthym. Quanto maiori gratia digni habiti ſumus à Chriſto, tanto ad maiorem nos obligauit virtutem, ne tanto beneficio indigni, conuerſantes, dignum tanta gratia ſupplicium ſuſtineamus: Moyſes enim in Exodo, per ſingulas familias agnum colligebat, eundémque ſacrificabat, Chriſtus autem nihil tale ſuis præcepit, ſed potiùs ſacrificium factus eſt, vt ſe ſe pro nobis Patri offerret, figura per Moyſem data eſt, gratia per Chriſtum, vt cum veritate conueniat vita noſtra, ne in malè viuentes creſcentibus beneficiis diuinis, creſcant & ſupplicia, grauiùs enim puniuntur, qui in maiorem gratiam peccant; & hæc fuit ratio cur Iacob priùs enumerauit omnia dona naturæ collata in primogenitum [i] Ruben, vt ex magnitudine beneficiorum, contra quæ peccauerat Ruben, oſtenderet, non fuiſſe nimis ſeueram vindictam paternam.

[h] *Quomodo grauiora ingratos expectēt ſupplicia Chriſtianos.*
Euthym.

[i] *Rectè ergo ex donis naturæ collatis ingrato Rubē paterna in ipſum ſeueritas excuſatur.*

§. IV.

De analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in Ruben primogenito Iacob.

41. D. Auguſt.

[l] *Analogia, idem eſt, atque vtriuſque Teſtamenti conuenientia.*

DIuus Auguſt. *tom.* 3. *in Gen. ad literam imperfecto lib.* Analogiam vocat eam figuram, ſecundùm [l] quam vtriuſque Teſtamenti conuenientia demonſtratur; quod ipſum repetit *lib. de vtilitate credendi. tom.* 6. Analogia eſt, qua vtriuſque Teſtamenti congruentia perſpicitur. Quapropter neceſſarium exiſtimaui ea, quæ Patres veteres hac de re dixerunt, in hunc locum adducere, ne aliquid à nobis videatur prætermiſſum, quod pertineat ad hoc argumentum ampliſſimum, myſticum, & arcanum. Hæc autem congruentia reperitur in pleriſque locis in nouo Teſtamento, qualis eſt illa *apud Matth. in cap.* 2. vbi poſtquam Euangeliſta retulit crudelem infantium cædem factam ab Herode temporibus Chriſti, ſimilem alium caſum afferi apud veteres Hebræos relatum ab Hieremia *in cap.* 31. vt oſtendat congruentiam, & analogiam vtriuſque Teſtamenti, *Tunc*, inquit, *impletum eſt, quod dictum eſt per Hieremiam Prophetam dicentem: Vox in Rama audita eſt, ploratus, & vlulatus: Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt.* Similis locus eſt Exod. 12. *Os non comminuetis ex eo.* quæ verba de agno typico intelligenda ſunt, cuius oſſa frangenda non erant, ſed intacta ſeruanda: quod impletum fuiſſe, aſſerit Ioann. *in cap.* 19. ſui Euangelij, cùm aſſerit non fuiſſe confracta oſſa Chriſti pendentis in cruce, cùm tamen Iudæi fregerint latronum crura; ſic enim oſtenſa eſt congruentia, & analogia vtriuſque Teſtamenti in oſſibus Chriſti Domini integris ſeruatis. Neque mirum eſt, ſi hæc conuenientia cernatur inter vtruoque Teſta-

Matth. 2.
Exod. 12.
Ioann. 19.

mentum, quia neceſſe eſt, vt vmbræ reſpondeant [m] corporibus, quorum vmbræ ſunt, & quamuis in natura diſſimiles ſint, in repræſentando tamen, aliqualē ſimilitudinem, & conuenientiam habent.

[m] *Ea autem neceſſaria eſt, vt vmbra veteris legis reſpondeant corporibus nouæ.*

42. Origenes igitur *homil.* 17. *in cap.* 49. *Gen.* quem ſequitur Ruffinus ad hunc locum, poſitam vult eſſe analogiam huius loci in repudio Hebræorum, qui primogeniti fuerunt, & in [n] electione Gentilium, qui nouiſſimi vocati ſunt ad Eccleſiam, iuxta illud, quod dictum eſt à Chriſto in cap. 13. Luc. *Erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi*; per nouiſſimos autem Gentiles intelligit, per primos autem Hebræos, qui poſtremi facti ſunt, ne quis merito prioris vitæ, & ſuorum maiorum exiſtimet ſe primum ingreſſurum eſſe in regnum cæli: nam qui primogenitus fuerat Ruben, reprobatus eſt. In quam ſententiam videndus eſt Hieron. 27. *cap. in Ezechiel.* vbi aſſerit in typum, & figuram Eccleſiæ Chriſti, magis dilectos fuiſſe poſteriores [o] natu, quàm maiores, quos colligit Hieronym. *Iſai. cap.* 10. Dilexit enim Deus magis Abel, quàm Cain, Iſaac, quàm Iſmaelem, Iacob, quàm Eſau, Phares, quàm Zaram. Electus eſt Ephraim, reprobatus Manaſſes: electus Iudas quartus ordine generationis, in quem benedictio ſeminis Chriſti transferretur: reprobatus [p] Ruben, qui prior natus fuerat inter omnes filios Iacob: inter octo fratres Dauid poſtremus electus eſt in figuram Eccleſiæ colligendæ ex Gentibus, reprobata Synagoga Hebræorum, quæ primogenitus filius Dei vocata eſt. Rationem autem huius rei eam eſſe voluit Origenes, & Ruffinus, quia Ruben prioris populi Iudæorum referebat perſonam, qui & primogenitus eſt, & initium filiorum. Quòd autem durùs fuerit ille populus, & temerarius Scriptura denunciat, dicens, *Omne quod loquitur populus hic, durum eſt*; & alibi, *vos ſemper dura ceruice, & incircuncisi corde*: Deo autem irrogauit iniurias, cùm conuertit ad eum dorſum, & auertit faciem ſuam ab eo; totum autem concubinæ polluit, quem aſcendit, id eſt, legem veteris Teſtamenti, quam ſæpe præuaricando maculauit. Quòd autem in concubinæ [q] perſona lex veteris Teſtamenti ponatur, Paulus docuit, dicens, *Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera; hæc autem ſunt duo Teſtamenta.* in quo Agar, quæ concubina fuit, in veteris Teſtamenti ponitur typo. Vna etiam erat perfecta columba genitricis ſuæ, quæ Virgo caſta Regina ſponſo Regi Eccleſia per Euangelium iungitur Chriſto, id quod ſignificat reprobatio Ruben myſtica, & electio Iudæ. Similem analogiam ſequitur Rupertus Abbas *lib.* 9. *de Trinitate & operibus eius*, imò eandem extendit ad legem Chriſti Seruatoris, in quam conſcendunt, ſicut in torum paternum [r] hæretici eam polluendo; ſicut autem non libera, ſed ancilla fuit, non vxor legitima, ſed concubina ea, quam polluit Ruben per adulterium, ita neque ea anima, quæ legitima ſponſa eſt Chriſti, adulterum recipit, ſed ea, quæ ancilla eſt, & concubina, atque etiam ſerua.

Origen. Ruffinus.

[n] *Figura huius loci de electione gentium, & reiectione ſynagoga.*
Luc. 13.
Hieronym.

[o] *Propter quam magis dilecti fuerint Deo ſemper minores natu, quàm maiores.*

[p] *Propterea & Rubē primogenitus reprobatur, quia prioris populi gerebat figuram.*

Origen. Ruffinus.

[q] *In concubina violata perſona lex item vetus adumbratur.*
ad Galat. 4.

Rupert. Abb.

[r] *Similis analogia de hæreticis ad fideles.*

43. Ambroſ. verò *in lib. de benedictionibus Patriarcharum*, eandem ſequitur analogiam, niſi, quòd per elegantem accommodationem iniuriam factam à Ruben in torum paternum, voluit ſignificari iniuriam illatam [ſ] carni Chriſti, quæ cubile etiam Patris æterni vocatur à ſanctis Patribus: ergo, inquit Ambr. Patriarcha ſibi congruit, & conſtat ſententia, qui videns perſequentibus Hebræis futuram Domini Paſſionem primogenitæ prolis

Ambroſ.

[ſ] *Accommodatur & eleganter iniuria Ruben in cubile Patris, ad eam, quā intulerant Iudæi in carnē Chriſti Domini.*

ptolis audacia, quæ incredula, nec Dei legi ſubdita, & iugum Chriſti dura neſciens portare ceruice, authorem vitæ non ſolùm ſcelere necis, ſed etiam ſacrilegæ inſultationis affecit iniuria, quoniam durus aſcendit popolus cubile patris, & torum polluit ſanctum, id eſt, carnem Domini noſtri Ieſu conditoris noſtri patibulo affigens crucis, in qua, velut in quodam cubili, & in patrio toro Sancti eius ſalutari refectione requieſcunt: pro qua congruentia videndus eſt Gregor. Niſſen. *orat. 4. in Cant. Cantic.* cùm explicat illa verba in cap. 1. *Lectulus noſter floridus*, ſeu vmbroſus, vt ille legit, per quem lectulum, ſiue cubile eam carnem intelligit, in quæ facta eſt vnio [t] hypoſtatica ad Verbum. Vmbroſum autem dixit, quia non palam, & in maieſtate carnem aſſumpſit Verbum, ſed velut per vmbram, id eſt, non palàm; floridum autem dixit, propter fœconditatem futuræ prolis ex ea deſponſatione naſcituræ.

Niſſen. Cant. 1.

[t] *Caro enim Chriſti cubile eſt, in quo facta eſt vnio hypoſtatica.*

44. Clariùs hoc notauit Origenes *ſuper eadem verba Cantic.* 1. cùm ponderat ſponſam vocaſſe lectulum noſtrum, vt communem ſibi cum ſponſo ſignificaret corporis, ſeu carnis naturam; eam igitur carnem polluerunt Hebræi per ſummam iniuriam, ſicut Ruben polluit cubile paternum: hoc ipſum ſignificatum videtur *cap. 3. Cant.* in eo cubili, ſiuè lectulo, vel ferculo, quod ſibi fecit filius Dauidis in die deſponſationis ſuæ, cuius pulchritudinem poſtquam deſcripſit, addidit, *aſcenſus eius purpureus*, ſeu tectum eius purpureum, vel potiùs totus purpura operiebatur, vt pariter ſignificaret artificium, & maieſtatem illius cubilis ad nouam ſponſam facti; & iniuriam, atque violentiam, per quam totum illud cubile ſanguine [u] conſperſum eſt ab Hebræis, vtrunque enim oſtendit tentorium purpureum, quo operiebatur cubile, & carnis pulchritudinem, & iniuriæ atrocitatem. Quod eleganter ex Græcis dixit Olympiodor. *Pulchrum, & ſanum corpus, multo eſt ampliorem dignitatem adeptum vulneribus impletum: nam lanæ quoque tametſi pulchra ſint priuſquam inficiantur rubedine, vbi tamen colorem nacta fuerint purpuream, pulchritudinem, & venuſtatem incredibilem aſſequantur; niſi enim illum ſpoliaſſet, victoris bonam habitudinem minimè cognouiſſemus; niſi corpus eius plagis perforaſſet, qui intus latebant radij, minimè innotuiſſent, dum ſauit Hebræus in cubile paternum, & eius pulchritudinem oſtendit, & ſuam crudelitatem; carnem pulchram reddidit per ſanguinem, & iniuriam atrociorem fecit.*

Origen.

Cantic. 3.

[u] *Quod purpureum dicitur dum ſanguine conſperſum eſt ab Hebræis.*

Olympiod.

45. In quam ſententiam quadrant ſequentia verba Cant. 3. *Egredimini filiæ Hieruſalem, videte Regem veſtrum in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis eius*; priùs enim in cœna myſteria carnis, & ſanguinis ſuis communicauit, vt edentes ſponſi membra, & bibentes eius ſanguinem, nuptialem eius communicationem aſſequerentur, ea tamen die ſpinea coronauit corona ipſam Dei pulchritudinem Chriſtum Dominum perfida Synagoga polluendo per ſacrilegum adulterium [x] ipſum cubile Deitatis carnem Chriſti, ſicut Theodor. & Patres Græci, quos ipſe refert, hunc locum interpretantur; reiecta igitur eſt Synagoga Hebræorum, & electus gentium populus, propter adulterium in carnem Chriſti, & in torum Deitatis ſicut reiectus eſt Ruben [z] primogenitus, & electus Iudas in primogenitum, eo quòd Ruben polluerit ſtratum patris ſui.

Cantic. 3.

[x] *Ipſumque pollutum cubile Deitatis per ſacrilegũ adulterium Synagoga;*

Theodoret.

[z] *Fecit vt reiecta fuerit, ſicut et prophanus Ruben.*

§. V.

Coſmographia totius regionis Palæſtinæ, quam diuidendam vaticinatur Iacob ſuis poſteris.

PErneceſſaria viſa eſt aliqualis cognitio eius regionis, quæ diſtributa & diuiſa eſt in duodecim Patriarchas, ſiuè in duodecim familias, quæ ex duodecim filiis Iacob ingreſtæ ſunt terram promiſſam à Deo; ſic enim clariora fient ea, quæ continentur hoc 49. capite. Chriſtianus igitur Adricomius in ea præfatione, quam fecit ad theatrum Terræ [a] ſanctæ, ſic eam deſcribit: *Terra promiſſionis, quam ſacra Biblia & Ioſephus à Chanaan filio Cham, qui hanc olim cum filiis ſuis habitauerat, terram Chanaan, ſiue Chananeam vocant; Ptolemæus autem, atque alij Coſmographi, Paleſtinam, vulgò Terram ſanctam appellant, regio eſt nobiliſſima Syriæ in [b] vmbilico orbis conſtituta, ab Oriente Syriam, & Arabiam; à Meridie deſertum Pharam, & Ægyptum; ab Occidente mare magnum, ſiue mediterraneum; a Septentrione Libanum montem pro finibus habet. Ea autem diuiditur in [c] tres prouincias, Samariam, Galilæam, & Iudæam, quæ vltima prouincia interdum nomen vniuerſæ Palæſtinæ accommodat, vocatur enim vniuerſa ea regio de nomine huius prouinciæ Iudæa: interdum verò pro tribu Iuda & Benjamin, quæ conſtituunt tertiam partem Palæſtinæ, ſiuè Chananææ; his enim nominibus appellari ſolita eſt ea regio, Chananea, Palæſtina, Iudæa, Terra ſancta; quæ ob ſingularem cæli temperiem, aeris ſalubritatem, omniũmque rerum copiam Dei ore, Exod. 3. lacte & melle ſepiùs fluere dicta eſt, veluti Paradiſus [d] Dei, & figura cæli: proinde meritò Abrahamo Patri fidei noſtræ promiſſa, data etiam hoc in loco in coloniam Patriarcharum, in ſedem Prophetarum, quæ Deum in carne naſcentem exceperit, natum aluerit, quæ eius ſanguine, & lachrymis fuerit irrigata, & quæ anguſtiſſimis quinque vulnerum fontibus fuerit abluta, & ſanctificata, quæ ſemper portauit viuum [e] Chriſtum Dominum, mortuum ſuis viſceribus triduò [f] complexa eſt, quæ reſurgentem eundem reſtituerit hominibus, triumphantem cælo, & Angelis reddiderit.* 46.

Chriſt. Adr.

[a] *Terra promiſſionis ſiue Chanaan.*

Ioſeph.

[b] *In vmbilico orbis ſita eſt.*

[c] *Diuiditur in tres prouincias.*

Exod. 3.

[d] *Veluti Paradiſus Dei, & figura cæli habita fuit.*

[e] *Quæ portauit ſemper Chriſtum viuum.*

[f] *& mortuũ triduò complexa, reſurgentem hominibus, triũphantem cælo reddidit.*

Hæc eadem regio aliter diuidi ſolet, quàm in tres prouincias, in duodecim [g] ſcilicet familias, ſiue tribus, ortas ex duodecim filiis, quos reliquit Iacob ex Lia, & Rachele legitimis vxoribus, atque ex Bala, & Sephora ancillis vtriuſque vxoris Iacob, qua de re videndum eſt 7. *cap. Deut. & Ioſue cap.* 12. *Geneſ. cap.* 15. *Deut. item cap.* . . atque etiam Hieron. in ea epiſt. quæ incipit, *Quæris Dardane*. In hac autem diſtributione Terræ ſanctæ in duodecim Patriarchas, non ſunt numerandi [h] Leui, & Ioſeph, ſed in eorum locum Ephraim, & Manaſſès, filij Ioſeph, nepotes Iacob, quibus annumeratis, numerus duodecim familiarum perfectus redditur. Situs autem tribus Ruben, ſicut dicitur *Num.* 26. pars eſt in regione Moab vltra [i] Iordanem versùs Auſtrum, terra optimis herbis, & paſcendis gregibus accommodata. 47.

***

[g] *Aliter diuiditur Terra ſancta in duodecim familias, ſiue tribus:*

Deut. 7. & Ioſue 12.

Geneſ. 15.

Hieronym.

[h] *Quibus nõ annumerantur Leui & Ioſeph, ſed Ephraim & Manaſſes.*

Num. 26.

[i] *Situs tribus Ruben vltra Iordanem erat in terra Moab.*

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

Explicatio Textus.

Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effuſus es, ſicut aqua, non creſcas, quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtatum eius.

48. CVm alibi ſæpiùs S. Sctiptura non ſeruàuerit ordinem generationis in annumerandis filiis Iacob, omninu ſeruauit verum ordinem hoc in loco; nanque, vt pater *Gen. 29.* ex Iacob genuit primò Ruben, & poſt eum Simeonem, poſt quem genuit Leui, ac tandem quarto loco Iudam, & ceſſauit parere. Primogenitum igitur vocauit ordine generationis Ruben, cuius arcana, myſteria, & prærogatiuas declarant ſequentia verba cùm dixit, *Tu fortitudo mea, & principiũ doloris mei.* Aduertendum autem eſt vocem Hebræam, pro qua vertit vulgatus Interpres, *fortitudo*, referri [l] poſſe, & ad protectionem, quam filij præſtare debent parentibus ſuis, & ad vim generandi, quæ etiam fortitudo dicitur, in prima enim ſignificatione filij vocâtur vires, & robur parentis, quo ſenſu dixit Venus ad Amorem filium ſuum in primo Æneid.

Gen. 29.

[l] *Vox Hebræa, loco fortitudinis poſita, & ad protectionem referri poteſt filij in parentem.*

Virg.

Nate mea vires, mea magna potentia ſolus.

49. Similis locus eſt apud Tobiam *in cap. 5.* cùm coniux Tobiæ de filio ſuo Tobia dixit, *Baculum ſenectutis noſtræ tuliſti, & transmiſiſti à nobis*, in quo ſcilicet domus ſuſtentata ſtabat; fortitudinem igitur dixit ſuam Iacob hoc in loco filium primogenitum, quia filij, & præſertim primogeniti, vires, & robur parentum ſunt. Crediderim tamen potiùs in hoc loco, fortitudinem ſignificare [m] vim generandi, latet enim robur parentum, quandiu filij non generantur, vt ait Ariſt. *lib. 4. Metaphyſ.* tunc enim maximè perfectum dicit eſſe animal, robur, & vires etiam habere, quando ſibi ſimile generate poteſt. Quæ expoſitio magis placet, quia L X X. in ſequenti particula priorem videntur interpretati de vi generandi, quod enim Vulgatus dixit, *principium doloris mei*, vertunt illi, *principium filiorum meorum*; nam vox æqoiuoca eſt, & filios ſignificat, & dolores etiam; nec multum diuerſa eſt vtraque lectio; nam qui principium filiorum parentibus ſunt, eiſdem ſunt principium doloris, & ſolicitudinis, ſicut Aben Eſra dixit *hoc in loco*, principium doloris eſt primogenitus, quia ille incipit dolorem, & curam parentibus afferre; vnde Targum vertit, *principium* [n] *ſolicitudinis*; quibus habet ſimilia Burgenſis ad hunc locum, vt ſit ſenſus; Tu primogenitus meus filius es, cum quo pariter oriuntur curæ, & adoleſcunt; magis enim ſolicitus eſt amor in eos, qoos magis diligit.

Tob. 5.

[m] *Cæterùm magis creditur ſignificare vim generandi.*

Ariſtot.

L X X. Interpret.

Aben Eſra.

[n] *Targum vertit, principium ſolicitudinis.*

Burgenſis.

50. Sequens autem verſiculus, *prior in donis, maior in imperio*, quamuis planus, & facilis videatur in noſtra vulgata editione; ſi tamen conſulatur litera Hebræa, adeò [o] difficilis eſt, vt meritò dixerit Eugubinus, verba eſſe obſcuriſſima, & quæ ad varia torqueri poſſint, ſicut & verba Prophetarum, ideo refert Hebraicã literam, vt liceat cuilibet pro arbitrio ſuo, quem velit ſenſum elicere. Vnde Hieronym. vel Author vulgatæ editionis non putauit nudè, & vt ſe habent verba Hebræa eſſe interpretanda, ſed potiùs per paraphraſim elatiorem, qualis eſt illa, qua vtitur Hieron. *hoc in loco, Gabr. à Coſta in Gen.* cùm dixit, [p] *prior in donis, maior in imperio*; cùm tamen ſi verbum ex verbo vertendum eſſet ex Hebræo, ita potiùs legendus eſſet locus, *exceſſus portandi, & exceſſus roboris*, à qua lectione vehementiùs diſſentiunt L X X. interpretes propter ambiguitatem, æquiuocationem, & obſcuritatem verborum Hebræorum, quibus *hoc in loco* vſus eſt Moyſes; ſic enim habent, *durus ad* [q] *portandum, durus pertinaciter.* Quæ lectio potiùs amplificat crimen [r] Ruben, quam dignitatem, & excellentiam primogenitorum; vnde alij tranſtulerunt, excellentia, dignitas, excellentia fortis. Verùm ſi accuratiùs inſpiciamus verba Hebræa, ſenſus optimus ex illis elicitur.

[o] *Sequens verſiculus in Hebræo difficillimus.*

Eugubin.

Vulg. editio.

Hieronym.

[p] *Quem per paraphraſim vertit vulgatus.*

L X X. Interpret.

[q] *Longè aliter vertunt L X X.*

[r] *amplificantes crimẽ Ruben, potius quàm dignitatem.*

Pro qua re notandum eſt, nomen Hebræum, 51.
quod in hoc loco transferunt *excellentiam*, nomen eſſe *Ieter*, quod ſignificat reſiduum, ſeu ſuperfluum, deriuatum à verbo *Iatar*, quod ſignificat, ſupereſſe, reliquum eſſe, occurrit enim ſæpiùs hoc nomen in S. Scriptura, Ioel. *in cap. 1.* Iſaiæ etiam in cap. 1. *Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus.* Significat etiam hoc nomen, reliquias domus, ſiue familiæ, ſiue honoris, & gloriæ, atque fortitudinis, tunc ſenſus [s] germanus erit; Tu ſupereſſe debueras, perſonam agens parentis tui poſt eius mortem, quia remanere debuerant reliquiæ gloriæ, & fortitudinis paternæ penes primogenitum, quod Hieronym. clariùs dixit, quàm Hebræus, *prior in donis, maior in imperio*: Targum autem, *Par erat, vt acciperes tres partes, primogenituram ſcilicet, ſacerdotium, & regnum; nanque iure Gentium introductum eſt, vt omnis gloria paterna ad primogenitum deferatur.* Id quod eleganter oſtendit Iuſtinus Hiſtoricus *lib. 16. ſuæ hiſtoriæ*, cùm aſſerit Ptolemæum contra ius Gentium minimò ex filiis Regum regnum tradidiſſe. Similia habet *lib. 39.* & Pauſan. *lib. 1. antiquit. Græc.* Quibus in locis dicitur gloriam, & protectionem familiæ ad primogenitos pertinere: Vnde illi hæreditabant gentilitia paterna, & arma paterna, in armis enim gentilitia depicta erant, quæ pariter etiam arma vocabantur ad protectionem gloriæ, quam acceperant à parentibus, qualis eſt ille locus *in 6. Æneid.* de Deiphœbo Troiano,

Ioel. & Iſai. cap. 1.

[s] *Eruitur germanior ſenſus ex Hebræo fonte.*

Hieronym.

Iuſtin. hiſt.

Pauſanias

Nomen & arma locum ſeruant.

Ad quem locum Seuerus ſic habet, Arma ſignificant & arma, & inſignia à vita. Qualis etiam locus eſt ille *in 10. Æneid.*

Virg.

Idem.

——— *Æneia puppis*
Prima tenet, roſtro Phrygios ſubiuncta leones.

Quaſi Æneas, qui reſiduus fuerat ex vniuerſa gente Troiana, geſtare debuiſſet inſignia Troianorum, eadémque armis defendere. Non eſt diſſimilis locus *in 7. Æneid.* de Auentino filio Herculis,

Idem.

——— *Clypeóque inſigne parentum*
Centum angues, centúmque gerit ſerpentibus hydram,

Noſtri etiam maiores natu totius familiæ honorem à parentibus accipiunt, in eis enim tanquam in capite ſtat ſplendor totius familiæ, eiſdem inſignia gentilitia omnino plana deferuntur; minores autem natu aliquid admixtum habent, ex quibus ſatis confirmatus eſt ſenſus à nobis elicitus ex verbis Hebræis, vt velit Iacob reliquias [t] honoris & fortitudinis totius ſuæ familiæ penes primogenitum permanſuras fore, niſi ille turpiter peccaſſet: hoc autem voluit vulgatus interpres, cùm dixit, *prior in donis, maior in imperio*; quaſi velit, Maiora futura erant dona tua, quàm cæterorum

[t] *Nimirum reliquias honoris paterni manſuras fore, niſi ille turpiter peccaſſet, penes Ruben primogenitum.*

ftatrum,te penes imperium, & gloria paterna remanſura erant,niſi peccares.

52. Hactenus numerauit Iacob omnia beneficia collata, & conferenda filio ſuo primogenito,iure primogenituræ: nunc iam incipit oſtendere cauſam, quare amiſerit ordinem generationis inter fratres, & prærogatiuas primogenituræ; *effuſus es*, inquit, *ſicut aqua*. in quibus verbis,ſicut iam ſuprà diximus, duplex latet metaphora, quarum prima petita eſt ab aqua inundante, quæ nullo diſcrimine facto ſacra,& prophana rapit;talis fuit, inquit, impetus [u] turpis in filio primogenito, nullo enim reſpectu habito ad maieſtatem paternam, & ad reuerentiam Senis,per adulterium polluit ſtratum parentis ſui. Quem ſenſum fauere videntur LXX. Interpretes vertentes verba Hebræa in Græca,quę impetum, & violentiam ſignificant, vt ſit ſenſus, Iniurioſus,& violentus fuiſti, ſicut aqua, cùm redundat in fluminibus.Cui expoſitioni ſatis ſuffragatur Eugubinus.

[u] *Per metaphoram effuſio aqua efſrenam libidinem ſignificat.* — L X X. Interpret. — Eugubinus.

53. Alia tamen metaphora magis placet Patribus, ea autem talis eſt. Sicut aqua vbi primùm defluit exſiccatur,ſic Rubē annihilabitur, & extinguetur; ita enim voluit Hieronym. ad ea verba Pſalm. 21. *Effuſus es ſicut aqua*,& *in quæſtion. Hebraïs ad hunc locum*,clariùs rem exponit Aben Eſra,cùm aſſerit, hoc iam in prouerbium abiiſſe, ad ſignificandos homines [x] vanos,& leues, ac defluentes,vt ſit metaphora in his verbis petita à vaſe confracto, quod aquas continere non poteſt: Vnde Rabbi Dauid ad hunc locum *in lib. radicum*, optimè notauit hoc,cùm dixit, *Sicut aqua leuis, quæ defluit, mobilitas, & leuitas fuit imaginationis tibi.* Quod dixit Comicos, *Plenus rimarum ſum, huc, atque illuc perfluo*;ad inſtar,inquam, rimoſi vaſis, quod nihil continere poteſt. Idquod ſignificare voluit Regius Vates,cùm dixit,*Factus ſum, tanquam vas perditum, quia audiui vituperationes multorum*; Hebraicè,*Factus ſum,ſicut vas confractum*, inutile ſcilicet;hoc igitur notare voluit Iacob,cùm dixit, *effuſus es, ſicut aqua*, id eſt, omninò inutilis redditus es.

Hieronym. — Pſalm. 21. — Aben Eſra. — [x] *& vana mentis leuitate defluentem.* — Comicus.

54. Vnde congruenter ſequitur,*non creſcas*. Quod verbum accommodatiùs fortaſſis per futurum vertendum erat, ad oſtendendum vaticinium, id eſt,non excelles,non creſces,non eris hæres paternæ ſubſtantiæ, & paternæ gloriæ:forma tamen prophetiæ verſa potiùs eſt in formam maledictionis ad communem [z] quotuncunque vtilitatem, ſicut notauit Theodoret. *quæſt. 109. ſuper Gen.* & Chryſoſt. *hom. 67. ſuper Gen.* quæ fuit ratio, cur potius dictum ſit,*non creſcas*,in forma ſcilicet maledictionis,id eſt, minor eris in numero inter fratres tuos, nec aliquid egregium efficies, quod etiam voluit Moyſes *Deut. 33.* cùm de Ruben ita dixit, *Viuat Ruben, & non moriatur, ſit paruus in numero*,quod ita euenit, præſertim ſi Ruben conferatur cum Iuda.

[z] *Ad communem vtilitatem forma prophetiæ verſa eſt in maledictionem hic.* — Theodor. — Chryſoſt. — Deut. 33.

55. Tandem oſtendit Iacob, quòd fuerit tamen peculiare crimen,quod contra parentem ſuum commiſit Ruben,cùm dixit, *aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius*. Hiſtoria habetur Gen 35. Hunc tamen locum aliter vertunt aliqui ex Hebræo; *Quia aſcendiſti cubile patris tui*,ſtratus meus [a] exciſus fuit;perpetuò enim Patriarcha abſtinuit à Bala poſt eius adulteriū, ſeu ſeparatus eſt quoad thorum à Bala,hoc enim eſt, lectulum paternum exciſum fuiſſe:quo pacto *lib. 2. Reg. cap. 20.* ſeparationem fecit Rex Dauid quoad thorum à concubinis,quas polluerat filius eius Abſalon 2. *Reg. 16.*

Gen. 35. — [a] *Stratus paternus dicitur exciſus à Ruben, & quare.* — 2. Reg. 20. — 2. Reg. 16.

Verùm alij ex Hebræo ita legunt: quia aſcendiſti cubile patris tui,tunc polluiſti ſtratum meum; aſcendit ipſum, ſcilicet, ſtratum patris, vt ſit in his verbis vehemens,& acerba acclamatio rei enarratæ,& probatæ,quæ Epiphonema vocatur,ſic enim per admirationem & acclamationem maximè amplificatur crimen Ruben.

Satis tamen exiſtimauit vulgatus interpres amplificatum fuiſſe ſcelus, dicendo; *aſcendiſti cubile patris tui,& maculaſti ſtratum eius*, ſic enim ſignificauit pollutum eſſe thorum patris,ſeparationem factam eſſe ab eo,& denique conciſum eſſe, horribile enim vitium eſt, vtpote contra naturalem [b] rationem,adulterium in coniugem patris, ſicut notauit D.Thom. *lect. 1. ſuper cap. 5. 1. ad Corinth.* Propter naturalem enim reuerentiam paternam, filij arcentur à coniugio nouercarum, dictum eſt enim Gen. 2. *erunt duo in carne vna*,vnde *Leuit.* 18. præcipitur,*turpitudinem patris tui non diſcooperies, turpitudo enim patris tui eſt*,hoc eſt, non accedas ad nouercam tuam, ne fortè polluas carnem parentis tui, vniuntur enim inter ſeſe in vna carne maritus,& eius vxor, quod Paul. 1. *ad Corinth.* 5. tanquam horrendum notauit: *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes,ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat.* Hæc pertinebant ad vaticinium Ruben primogenitum Iacob ex Lia. 56.

[b] *Horribile vitium vtpote contra naturalem rationem.* — D.Thom. — Gen. 2. — 1. Corint. 5.

TRACTATVS III.

Simeon, & Leui: ſiue *de vnione malorum.*

EX iis,quæ habentur *in cap. Gen.* 29. conſtat Simeonem ſecundo loco natum eſſe ex Lia, & ex eadē tertio loco Leui: Ex iis autem,quæ habentur *Gen.* 34. ea hiſtoria adducenda [c] eſt, cuius meminit Iacob in hoc vaticinio Simeonis & Leui, oppreſſerat enim Sichem filius Hemor Princeps Sichimitarum Dinam filiam Iacob ex Lia, quod ſtuprum ægrè tulerunt omnes filij Iacob, præſertimque Simeon & Leui;compoſita tamen eſt amicitia inter eos ea cōditione, vt Sichem Dinam acciperet in vxorem, ſi tamen priùs circunciderentur omnes Sichimitæ: circuncisis autem omnibus maſculis,tertia die circunciſionis,quando maiores ſolent eſſe dolores vulnerum, Simeon & Leui per dolum contra pactum in eos irruerunt, & omnes occiderunt vſque ad Principem:quod factum improbat Iacob in hoc vaticinio, aſſerens ſe non fuiſſe participem illius coniurationis,aut concilij. Primus igitur locus, qui amplificabitur, erit de vnione [d] malorum:ſecūdus de dolo,& fraude quæ non decet hominem nobilem: tertius de ira, ſine furore:quarto tandem loco dicemus, ſæpe ſupplicia hominum in præmia à Deo conuerſa fuiſſe. 57.

Gen. 29. — Gen. 34. — [c] *Præmittitur hiſtoria ad intelligētiam huius vaticinij neceſſaria.* — [d] *Diſtributio Tractatus in quatuor partes.*

§. I.

De vnione malorum in malum.

58. PVlchrè igitur aduertit ad hunc locum Lyran. hos duos vocatos fuiſſe fratres [e] in hoc loco, non propter naturæ coniunctionem, ſed propter malitiæ vnionem, magis enim vnire ſolet malitia, quàm natura, quod videtur ſignificaſſe Iob *in cap.* 41. ex mente Gregorij Magni *lib. 34. moral. cap.* 2. cùm

Lyran. — [e] *Simeon & Leui dicuntur fratres cum non ſint, propter malitiæ conformitatem.* — Iob. 41. — Greg. Mag.

Digitized by Google

cùm dixit, *membra carnium eius cohærentia ſibi*, agens de Leuiathan, ſiue de dæmone, cuius carnes aſſerit eſſe reprobos omnes, membra verò carnium impios vnitos, inter quos [f] maior eſt vnio, quam inter fratres: nanque fratres inter ſe ſeparantur, cùm membra carnibus realiter vniuntur. id quod magis amplificat Eugubin. cùm ait, Particulæ, ſiue membra, quæ in aliis animantibus ſunt ſeparata ad inuicem, in eo vnita ſunt, connexa, & cohærentia. Videndus eſt Hieronym. *in eodem cap.* 41. explicans ea verba, *corpus illius, quaſi ſcuta fuſilia compactum ſquamis ſe prementibus. Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas.* Ad quæ verba, ita habet Hieronym. Corpus diaboli omnes conſortes eius intelligendi ſunt, quos tanta confœſſione, atque conſpiratione Deus dicit illi coniunctos, vt indiſſociabili connexione [g] ſint eidem copulati: quòd autem ſcutis fuſilibus comparentur, ideo eſt, vt ſignificetur pertinax repugnantia contra Deum, ita vt mutuò ſe premant, quaſi ſquamis, neque locum reſpirãdi relinquant, à qua vnione, nec Deus euadere potuit, niſi vel omnipotentia, [h] vel ſaltem arte, iuxta ea, quæ dixit Ioan. in c. 8. *Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum, Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit à templo*, ſignificans à malis vnitis, Deũ arte euaſiſſe incolumem.

[f] Maior eſt enim vnio inter impios, quàm inter fratres. Eugubin.

Hieronym. Iob 41.

[g] Quippe qui diabolo indiſſociabili connexione copulantur. Ioan. 8.

[h] A qua neque Deus niſi vel arte, vel ſua omnipotentia euadit.

59\. Similis eſt locus apud Luc. *cap.* 4. Cùm enim impij coniuratione facta deiicere tentarent Chriſtum Dominum de monte, ſic Lucas habet: *Ipſe autem tranſiens per medium illorum ibat*, id eſt, inuiſibiliter, ſicut ait Euſebius *lib. 9. demonſtrat. c.* 4. Chryſoſt. *concion. 1. de Lazaro*, Origen. *hom. 19. in Luc.* vſus eſt enim Chriſtus Dominus ſua omnipotentia, vt viuus euaderet ab impiis vnitis: ac tandem mortuus eſt poſtquam impij concilium [i] collegerunt, ſicut dicitur Ioan. 11. *Collegerunt ergo Principes, ſeu Pontifices, atque Phariſæi concilium.* Tanta enim ſolet eſſe vnitas inter eos, vt nec Deo euadendi locum relinquant, niſi vel arte diuina, vel omnipotentia ſua vtatur. Hac de re videndus eſt Gregor. *lib. 34. moral. cap.* 3. vbi adducit eum locum Pauli *Actor. in cap.* 23 quando Paulus euadere non potuit, niſi cum vnio malorum in duas partes [l] ſciſſa eſt; deductus enim fuerat Paulus in iudicium, & de capite accuſatus: ſciens autem Paulus, quia vna pars eſſet Sadducæorum, & altera Phariſæorum, exclamauit in concilio: *Viri fratres: Ego Phariſæus ſum, filius Phariſæi: de ſpe, & reſurrectione mortuorum ego iudicor. & cùm hæc dixiſſet facta eſt diuiſio inter Phariſæos & Sadducæos, & ſoluta eſt multitudo, & ſic Paulus viuus euaſit.* In duas partes, inquit Gregor. tumultuantium turba diuiditur, & Paulo via ereptionis aperitur, quia quem turba tumultuantium vnita conſtrinxerat, diuiſa laxabat; eripiuntur ergo iuſti, quando diuiduntur iniuſti. Sicut enim pernicioſum eſt, ſi vnitas deſit bonis, ita pernicioſius eſt, ſi non deſit malis: reproborum quippe vnitas, bonorum vitam tanto duriùs præpedit, quanto ei ſe per collectionem [m] durior opponit: electorum vota ad perfectum perueniunt, dum reproborum agmina per diſcordiam confunduntur. Quod in maris rubri diuiſione aſſimilatum eſt, dum enim in duas partes vnda diuiditur, ab electo populo ad terram promiſſionis tenditur, quia dum malorum vnitas ſcinditur, bonæ mentes ad hoc, quod appetunt, perducuntur: vnde meritò Regius vates *Pſalm. 54.* dixit: *Præcipita Domine, & diuide linguas eorum*, quod non dixiſſet, ſi non eſſet pernicioſa vnitas malorum ſanctis hominibus.

Luc. 4.

Euſebius. Chryſoſt. Origen.

[i] Et tandem moritur poſtquam concilium inierũt. Ioan. 11.

Greg Mag. Actor. 23.

[l] Neque vlla ſpes euadendi de manibus impiorũ, niſi diuiſio inter ipſos fiat.

[m] Vnitas enim malorum duriùs ſe per collectionem bonis opponit.

Pſalm. 54.

Gabr. à Coſta in Gen.

Magis autem videtur amplificare hanc vnionem Philo *in lib. de confuſione linguarum*, vbi aſſerit malos, non ſolùm re coniunctos eſſe inter ſe, ſed conceptionibus animorum, atque verbis, non enim diſſentiunt [n] animo, vel verbo; ſic enim ille habet de illis, qui ædificauerunt turrim in campo Sennaar, de quibus S. Scriptura dixit, *Erat autem terra labij vnius, & ſermonum eorundem.* Ecce, inquit, genus vnum, & labium vnum omnium, ac ſi diceret, Ecce vna familia, & cognatio, nemine mutante ſententiam, quemadmodum & muſicæ periti conſonant; nam vt horum vocis inſtrumenta interdum inconcinna ſunt, & diſſona, vt nihil inter eos conueniat, niſi quòd pariter diſcrepent; idem & in febribus vſu venit. Nam & quotidiani, & tertiani, & quartani, vt Medicorum filij vocant, circuitus ſtatas horas habent nocturnas, diurnáſque, & eundem ſemper ſeruant ordinem, vt febricitantem perdant vnitæ, & ordinatæ. Rectè autem notauit D. Auguſt. *Pſalm. 36. concion.* 2. huiuſcemodi homines nullo modo [o] amore copulatos eſſe, ſed potius malitia; non enim, inquit Auguſt. iuſtus tantùm iniuſto oneri eſt, ſed & duo iniuſti vix ſe patiuntur, & quando ſe videntur diligere, conſcientiam ſibi debent, & non amicitiam: tunc autem ſecum concordant [p], quando in perniciem iuſti conſpirant, non quia ſe amant, ſed quia eum, qui amandus erat, oderunt, eos copulat non amor, ſed malitia. 60.

Philo.

[n] Cùm nec animo nec verbo diſſentiant in malum.

[o] Quippe qui non amore, ſed malitia copulantur. Auguſt.

[p] Dum per ſummam concordiam in perniciem iuſti conſpirãt.

Plus aliquid colligitur ex *Luc. cap.* 11. ad hoc argumentum amplificandum, videtur enim Chriſtus Dominus velle in eo loco, malitiam non ſolùm copulare præſentes, & exiſtentes, ſed eos etiam, qui nondum ſunt, atque eos etiam, qui iam deſierunt eſſe, vt ex omnibus vnum quaſi corpus vnitum efficiat; ſic enim eo in loco dixit Chriſtus Dominus: *Inquiretur ſanguis omnium Prophetarum, qui effuſus eſt à conſtitutione mundi à generatione iſta, à ſanguine Abel vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ.* Quæ verba oſtendunt, impios omnes vnum quaſi corpus efficere, ita vt qui nondum fuerunt, cum præcedentibus cohæreant, & exiſtentes [q] cum non exiſtentibus, & propterea Chriſtus Dominus ait, requirendum eſſe ſanguinem Prophetarum effuſum ab origine mundi à Iudæis incredulis, qui viuebant temporibus Chriſti, quia præſentes vnum corpus componebant cum illis, qui multo antè interemerant ſanctos Martyres; *Quomodo enim*, inquit Auguſt. *lib. 2. contra aduerſarium legis cap. 5.* & Hieron. *Matth.* 23. *veniet ſanguis occiſorum ſuper iſtos, & inquiretur à generatione iſta, quæ nunc extat, effuſus ſanguis iuſtorum eo tempore, quo nondum illi viuere poterant, neque nati eſſent? Quia*, inquit, *vnum genus, vna conſperſio, vna maſſa eſt impiorum imitatione connexorum.* Similia habet Bernard. *ſerm. 5. de aſſumptione*: vnde Paulus dixit, & ita eſt, nos omnes in Adamo peccaſſe, quia malitia præſentes fecerat, & vniuit ad peccandum, quos natura nondum produxerat; quæ fuit ratio, cur *Exod.* 17. vindictam ſumpſerit Deus de [r] Amalechitis hoſtibus populi ſui in poſterioribus generationibus, poſt quadringentos ferme annos, non alia ratione, quàm quia mali vniti, vnum quaſi corpus efficiunt. Has & ſimiles hyperboles afferre ſolent ſancti Patres ad oſtendendam ſummam vnionem, qua coniunguntur, & copulantur impij inter ſeſe, vt mirum non ſit ſi fratres hoc in loco vocauerit Iacob duos filios ſuos, magis propter malitiæ coniunctionem, quàm propter ſanguinis copulam, quia magis 61.

Luc. 11.

[q] Ea denique eſt connexio malorum in malum, vt exiſtentes cũ non exiſtentibus copulentur.

Auguſt. Hieron.

Bernard.

Exod. 17.

[r] Propterea poſt tot ſecula Amalechitæ puniuntur.

Digitized by Google

vnire ſolet malitia impios, quàm natura.

62\. Si quis autem quærat quales [f] partus producere ſoleat hæc vnio, & copulatio, legat Hierem. in cap. 6. cuius verba obſcura talia ſunt: *Omnes iſti Principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs, & ferrum vniuerſi, corrupti ſunt.* quem locum eleganter ita explicat Briaian. de vnione malorum, *Sicut*, inquit, *ſi æs, vel chalybem ferro commiſceas, ſic enim alter alteri coniungitur, vt ex ea vnione gladius, vel alia inſtrumenta bellica oriantur, quibus orbis vniuerſus euertitur; Sic*, inquit Hieron. *ex mutua malorum vnione, nihil niſi pernicioſum [t] hominibus erumpere poteſt.* In quo argumento perſiſtit Hieremias *in eodem cap.* ſub alia tamen metaphora, petita ſcilicet ab aurifice conflante, & expurgante argentum; *Defecit*, inquit, *ſufflatorium in igne, conſumptum eſt plumbum, fruſtrà conflauit conflator, malitia enim eorum non ſunt conſumpta, argentum reprobum vocate eos.* quæ omnia ideo fiunt, vt argentum in fornace purum reddatur à ſcoria; cùm autem totum argentum ſit ſcoria, nihil ex tanto labore colliget conflator: ſic qui velit ſeparare malitiam ab illis, qui malitia vniuntur, ſuas omnes operas perdet, quia in eis nihil, niſi malitia reperitur.

[f] Vnionis malorum partus qui ſint?
Hierem. 6.
Brixian.

[t] Nulli, niſi hominum peraucta.

Hierem. 6.

63\. Saluberrimo autem [u] conſilio vſus eſt hoc in loco Iacob in puniendis duobus filiis ſuis, quos in malitia fratres vocauit, huiuſcemodi enim pœna eis impoſita eſt: *Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael.* quo ſupplicio vſus fuerat olim Deus, aduerſùs eos, qui turrim ædificauerant, *deſcendit enim Deus de cælo, & confudit linguas eorum, & diuiſit eos*, inquit S. Scriptura, *ex eo loco in vniuerſas terras, & ceſſarunt ædificare.* hæc autem voluit ſignificare Iacob cùm dixit, *diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael*, id eſt, eneruabo eorum vires, diuidendo illorum vnionem; alterum ab altero ſeparabo: in quam ſententiam videndus eſt locus ex *Pſalm.* 16. cùm Dauid oppreſſus ab impiis dixit: *Domine à paucis de terra diuide eos, de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.* quæ ſententia, ſeu poſtulatio Dauidis auxilium imprecatur à Deo aduerſùs malos vnitos in ſuam perniciem, ſic enim priùs dixerat: *Inimici mei animam meam circundederunt, proiicientes me, nunc circundederunt me.* obſeruant greſſus meos, & veſtigia mea notant, vt percludant omnem euadendi viam, machinantur enim Dauidi interitum: *Tu* autem *Domine à paucis*, id eſt, à potentibus ſæculi *diuide eos*, neque ſubſtantiam habeant huius ſæculi, impij enim, niſi firmentur potentium præſidio, & opibus ſuis, valde debiles [x] ſunt, & imbecilles, quod impij fremunt in Pſal. 18. *Ecce loquentur in ore ſuo, gladius in labiis eorum, quoniam quis audiuit?* Chaldaicè ita legendus eſt locus; Labiis ſuis dicunt: Præualebimus, quoniam, quis ille, qui audiat, & puniat? namque mali vniti, & præſidio, atque opibus confiſi [z] nihil relinquunt intactum, & propterea Iacob ſapienti vſus conſilio duos filios ſuos ſine potentia, & ſubſtantia reliquit, & ſeparatos eſſe voluit ad inuicem, ne præſidio, & ſubſtantia conſimilia ſcelera aggrederentur.

[u] Saluberrimum conſiliū in puniendo coniunctione malorum diuiſio eorundem.

Pſalm. 16.

[x] Per ſe enim mali valde debiles ſunt & imbecilles.
Pſalm. 18.

[z] Econtra verò vniti nil relinquūt intactum.

§. II.

Quòd hominem ingenuum non deceat fraus, & dolus.

64\. Contra fas, & fœdera amicitiæ conſtituta inter Sichimitas, & Hebræos, Simeon, & Leui, coniurati per ſummam fraudem, & dolum, occiderunt omnes Sichimitas; idque prætextu Religionis eo tempore, quo laborauerant doloribus vulnerum ex circumciſione: quod facinus, tanquam doloſum abominatur [a] Iacob, dicens, *In concilio eorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non ſit gloria mea*; deteſtor doloſum concilium, & totum conuentus doloſos, neque enim poteſt ſtare gloria, & honor hominis ingenui cum huiuſmodi fraudibus. In quam ſententiam videndus eſt locus apud Ioann. *in cap.* 1. vbi ita habetur: *Vidit Ieſus Nathanaëlem venientem ad ſe, & dixit de eo: Ecce verè Iſraelita, in quo non eſt dolus.* quibus verbis candorem, & ſinceritatem animi ſignificauit, in qua vera nobilitas poſita eſt, ad imitationem illius magni Patriarchæ Iacob, qui olim Iſraël dictus eſt, & qui per excellentiam *Gen.* 25. vocatus eſt [b] ſimplex, vt exponit Auguſt. *Pſ.* 44. erat Iacob ſine dolo de gente Iſraëlitica, vnde doloſi, & mendaces viri Iſraëlitæ non ſunt. & *Pſal.* 75. *Summa*, inquit, *hac laus fuit, qua Chriſtus Dominus Nathanaëlem laudauit, nam fraudulenti mores ſunt animi illiberalis, & abiecti, ſimulantis, tenebris facinus commiſſum obtegentis.* Similia habet Philo *in lib. quod omnis probus ſit liber. Omnes*, inquit, *vafri, & ambiguæ fidei homines, vulgò nominantur illiberales, & parum ingenui.* Vnde eſt illud,

[a] Abominatur Iacob fraudes filiorum.

Ioann. 1.

Gen. 25.
[b] Quippe qui per excellentiam vocatus eſt ſimplex.
Auguſt.

Philo.

Erectum ſeruile caput vidiſſe nefas eſt:
Semper & obliqua colla retorta gerit.

Quod enim tortum eſt, degeneres mores arguit, erectus habitus apertos, & minimè fucatos, quando dicta cum factis conueniunt, vt ſit mirandum id quod Sigiſmundus, ſiue Federicus Imperator diait, Neſcit regnare, qui neſcit diſſimulare; & Tiberius, quem refert Tacitus *lib.* 4. *annalium*, nullam magis virtutem diligebat, quàm diſſimulationem: cùm tamen Cicero *lib.* 2. *offic.* ex omni vita clamet, Simulatio, [c] diſſimulatióque tollenda eſt. Per ſummam iniuriam eum locum interpretatur Iuſtus Lipſius, de priuata fateor; de publica valde nego, volens à priuatis hominibus omnino tollendam eſſe ſimulationem, à publicis nullo modo. quaſi deceat Principes [d] homines eſſe duplices, priuatos non deceat; cùm tamen Cicero *in orat. pro Plancio*, ſimulationem ita definiat, Simulatio eſt, quæ frontem aperit, cor tegit: ſicut igitur non decet hominem nobilem verbis mentiri, ſic nec fronte, niſi quiſpiam velit leuius eſſe fronte mentiri, quàm verbis: de qua re videndus eſt D. Thom. 2. 2. *q.* 3. *art.* 1. vbi aſſerit, ſimplicitatem oppoſitam eſſe mendacio, & hypocriſi; ſicut enim verbis, ſic & factis mentiuntur homines: illud tamen notauit D. Thom. non teneri quenquam reuelare ea quæ occulta habet in corde, [e] teneri tamen nullis ſignis aliud ſignificare, ſic enim fraudulentus redditur.

Tacitus.

[c] Simulatio ex omni vita tollenda.
Cicero.
Iuſt. Lipſ.

[d] Neq; enim Principē virum, aut priuatum decet ſimulatio.
Cicero.

D. Thom.

[e] Reuelare non tenemur occulta, ſed neque licet aliud ſignum oſtendere.

Similia habet D. Bern. *ſerm.* 82. *ſuper Cantic.* Quia, inquit, naturæ ingenuitatem Eua morum probitate, defenſare neglexit; iuſto Dei iudicio factum eſt, non quidem vt libertate propria nudaretur, ſed tamen ſuperinduerentur, ſicut diploide, confuſione ſua. & bene, ſicut diploide, id eſt, veſte veluti duplicata, quod de ſimplicitate dictum eſt: an non diplois, vbi non innata, ſed affixa, & quaſi acu [f] peccati aſſuta ſimplicitate fraus? inde homines tanquam vulpes, duplicitatis, & fraudis foueas habent, & quia pares vulpibus ſe fecerunt, *partes vulpium erunt*, ita vt ſapienter optauerit ille, quem refert Paulus Manut. *in paroemiis*, vt feneſtra quædã, ſiue oſtiolũ hominis pectori adderetur quo perſpici 65

Bernard.

[f] Duplicitas hominū aſſuta acu peccati.

Manutius.

perſpici poſſet, quod in corde lateret, quod illi ſpicuoſum cur, & multis receſſibus ſinuoſum factum ſit. Vnde Paulus *ad Epheſ. in cap.* 4. aſſerit, omnia [g] dediſſe Chriſtum Dominum, vt ſponſam ſuam ſimplicem redderet, nec enim decebat eam, quam accepturus erat in ſponſam, vel ignobilem eſſe, vel non ſimplicem, ſic enim habet Paulus: *Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea, vt eam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in Verbo vitæ, vt exhiberet ipſe ſibi Eccleſiam non habentem rugam, neque maculam, vt ſit ſancta, & immaculata*; coniungit enim rugam cum macula, quia doloſi omnes duplices ſunt, ac proinde, qui ſibi duplicitatem coniungit, maculam quoque ſibi addit, quod contra nobilitatem eſt. Vſque adeò tam propria nobilitatis hæc virtus eſt, vt notauerit Auguſt. *tract.* 7. *ſuper Ioan.* ea laude neque Petrum, neque Philippum, neque Andream fuiſſe ornatus in ſua vocatione, neque enim eos vocauit veros Iſraëlitas, ſed ſolùm Nathanaëlem; quamuis enim neminem deceat fraus, & dolus, omnino non decet hominem [h] nobilem, cuius propria eſt ſynceritas animi, ac proinde Nathanaëlem ſine dolo dixit, cæteros non dixit fraudem igitur deteſtatur omnino totius Iſraëliticæ nobilitatis caput Iacob, cùm dixit, *& in cœtu eorum non ſit gloria mea*, periclitabatur enim honor, ſplendor ſanguinis Iacob in fraudulento concilio filiorum ſuorum. Similis deteſtatio eſt Regis ſapientis *Prouerb.* 13. cùm ita habet, *Viam prauam, & os bilingue deteſtor*; eſt enim [i] ſeruile vitium, & quod non deceat neque Regem, neque hominem liberum.

Epheſ. 4.

[g] *Quid autem non facit Chriſtus vt ſimplicem redderet?*

Auguſt.

[h] *Si quem alium non deceat fraus, maximè nobilem.*

Prouerb. 13.

[i] *Eſt enim ſeruile vitiũ fraudulẽtia.*

66. Eſt autem meritò fugiendum [l] concilium doloſum, quia, ſicut eleganter Plutarch. dixit. *in lib. de malignitate*; Sicut venti per anguſtias occultè ſpirantes moleſtiores ſunt apertis, ſic malignitas, quæ leuior eſt, magis attingit & lædit. quare extremæ iniuſtitiæ dicebat eſſe Plato, videri iuſtum, cùm iuſtus non ſis; ſummæ enim [m] malignitatis eſt ſimulando facilitatem, & ſimplicitatem iniquiſſimum ſe præbere: in quam ſententiam dictum eſt, Eccleſiaſt. *in cap.* 2. fugiendum eſſe à doloſis, quia ingrediuntur terram duabus viis; hac enim via ſe tibi offerunt obuiam, & comitem viæ præbent, illa diſcedunt longiùs, & penitus aduerſantur, non aliter, quàm duo homines, quorum alter à capite viæ deſcendit, alter verò à fine eiuſdem aſcendit, in vna tamen, & eadem via: ſic doloſus, cùm duplex ſit in vno, & eodem negotio, accedit, & recedit à te, vt appareat externa facie amicus, interna hoſtis acerbiſſimus; fugiendus igitur talis erit, in quo neque vita, neque honor & gloria tuta eſt: quod velle videtur Chriſtus Dominus *Luc. cap.* 9. ſicut eleganter aduertit D. Ambroſ. cùm dixit ad quendam, qui ſuum obſequium ei offerebat, *Domine, ſequar te, quocunque ieris*; dixit ei Chriſtus Dominus, *Vulpes [n] foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet: ait autem ad alterum, ſequere me*; non videtur conuenire rationi, vt ſimplicem, fidelémque iſtum arbitremur, qui Domini dignatione reſpuitur, cùm indefeſſi famulatus obſequiũ ſpondidiſſet; ſed Dominus non obſequiorum ſpeciem, ſed puritatem quærit affectus: denique alij dixit, *Sequere me.* diſpar ſermo; iſte cogitur, ille remouetur, quia procul à prudentibus inconſiderata coniunctio, & incauta ſimplicitas: Vnde & illi dicitur, *Vulpes foueas habent*; neque obſequium eius admittitur, cuius non probatur officium; circunſpectum enim fidei debet eſſe hoſpitium, ne, dum infidelibus noſtræ domus interna reſeramus, in alienæ perfidiæ calles improuida credulitate labamur: fallax quippe animal eſt vulpis, & inſidiis ſemper intentum, nihil tutum, nihil otioſum, nihil patitur eſſe ſecurum: vnde meritò [o] Patriarcha hoc in loco fugiendum dixit ſibi eſſe concilium ſuorum filiorum fraudulentum, non ſolùm quia ignominioſum, & contra veram nobilitatem, ſed etiam, quia periculoſum, in eo enim periclitatur & vita, & gloria.

[l] *Deuitandũ concilium doloſum.*

Plutarch.

[m] *Magis enim lædit malignitas, quàm extrema iniuſtitia, & quare.*

Eccleſiaſt. 2.

Ambroſ.

[n] *Vitauit & illud Chriſtus Dominus tãquam vulpis conſortium.*

Luc. 9.

[o] *Timuit & ab illo ſibi Iacob & in filiis.*

§. III.

Pertinacia eſt, & non ira, ea quæ tempore potiùs creſcit, quàm minuatur.

Non caſu, ſed valde attentè, tranſtulit vulgatus Interpres hoc in loco verba Hebræa in hanc ſententiam: *Maledictus furor eorum, quia pertinax.* nec enim damnare voluit Iacob paſſionem iræ, quæ hominibus innata eſt, ſed in ira [p] pertinaciam, ſiue permanentiam; ſicut notauit Chryſoſt. *homil.* 16. *in Matthæum & homil.* 5. *in Euang. Ioan. & hom.* 6. *de laudibus Pauli*, quo in loco ita habet: *Quaſi enim gladio aciem, ita menti noſtræ piæ acumen impoſuit Deus, vel natura, vt ea vtamur, quando oportet: nanque ſi pia non eſſet, neque doctrina perficit, neque iudicia ſtant, neque crimina compeſcuntur; qui enim cum cauſa non iraſcitur, peccat; patientia enim irrationabilis vitia ſeminat, negligentiam nutrit, & non ſolùm malos, ſed etiam bonos inuitat ad malum.* quare errant Stoici, cùm aſſerunt, non cadere huiuſmodi paſſionem in virũ ſapientem. quæ ſententia videtur placuiſſe Senecæ Philoſopho *lib.* 2. *de Ira ad Neronem, & lib.* 7. *epiſtolarum, epiſt.* 88. eſt enim ira paſſio appetitus ſenſitiui, à qua vis iraſcibilis nominatur; eſt autem appetitus vindictæ [q] ex ſua natura, non malus, poteſt enim ira vindictam & bene, & malè appetere; ſi enim aliquis iraſcitur ſecundùm rationem, laudabiliter iraſcitur. Vnde Gregor. *lib.* 5. *moral.* curandũ eſſe dixit, ne ira, quæ vt inſtrumentum virtutis aſſumitur, menti dominetur, & ne quaſi domina præeat, ſed quaſi ancilla ad obſequium parata, à rationis tergo nonquam diſcedat. Quamuis autem hic affectus in ipſa executione actus iudicium rationis [r] aliqualiter impediat, non tamen rectitudinem rationis tollit: Vnde Gregor. dixit, *Ira per zelum turbat rationis oculum, ſed ira per vitium excæcat: non eſt autem contra rationem virtutis, vt intermittatur deliberatio rationis in executione eius, quod eſt à ratione deliberatum, quia & ars impediretur à ſuo actu, ſi dum deberet agere, deliberaret de agendis*; ſicut docet D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 158. *art.* 1. *ad* 2. 67.

[p] *Pertinaciã damnando, non ira.*

Chryſoſt.

Seneca.

[q] *Hæc enim appetitus vindictæ eſt natura ſua, non malus.*

Greg. Magn.

[r] *Quamuis enim iudiciũ rationis aliqualiter impediat, non tamen tollit.*

D. Thom.

68. Eſt autem optimum remedium ad [s] iram dilatiõ, ſiue mora, ſicut eleganter docuit Seneca in lib. 3. de ira, ad Neronem cap. 12. *Maximum*, inquit, *remedium iræ dilatio, vt primus eius feruor relanguescat, & caligo, quæ premit mentem, aut recidat, aut minus denſa ſit; quædam ex iis, quæ te præcipitem ferebant, hora, non tantùm dies molliet; quædam ex toto euaneſcent, quidquid voles, quale ſit, ſcire, tempori trade.* Vnde eleganter Tragicus dixit *in Agamemnone*:

Quod ratio nequit, ſæpè ſanauit mora:
Proinde quidquid eſt, da ſpatium, & tempus tibi.

Nun potuit impetrare Plato à ſe tempus, cùm ſeruo

[s] *Cui remedium ſalutare dilatio.*

Seneca.

Tragicus.

Plato.

ſuo iraſceretur, ſed ponere illum ſtatim tunicam, & præbere ſcapulam verberibus iuſſit, ſua manu ipſe percuſſurus, poſtquam intellexit iraſci ſe, ſicut ſuſtulerat manum, ſuſpenſam detinuit, & ſtabat percuſſuro ſimilis: interrogatus deinde ab amico, quid ageret? *Exigo*, inquit, *pœnas* [t] *ab homine iracundo*, velut ſtupens geſtum illum deformem, oblitus iam ſerui, quia alium, quem potiùs caſtigaret, inuenerat; itaque abſtulit ſibi in ſuos poteſtatem, ſeruum autem cædendum tradidit amico, inquiens, *Iraſcor, plus faciam, quam oportet: non ſit iſte ſeruus in eius poteſtate, qui in ſua non eſt; nihil tibi liceat, dum iraſceris.*

[t] *Exigot à ſe iracundus pœnas ſuſpendas iram.*

69\. Plutarch. Similiter feciſſe legitur Archytas, quem refert Plutarch. *in lib. de ſera Numinis vindicta*, cùm enim ruri domeſticorum ſuorum negligentiam, atque ignauiam deprehendiſſet, inde cum aſperiori affectu ſe ferre erga illos intelligeret, nullo maiori eos affecit incommodo, ſed tantiſper abiens, *Valete*, inquit, *quoniam iraſcor vobis, tempus concedens iracundiæ.* Videndus eſt Plutarch. *in lib. de ſera Numinis vindicta*, vbi oſtendit propterea Deum tardè & lentè impios punire, vt noſtram in iracundia celeritatem [u] cohiberet. *Quapropter*, inquit, *ſi tardè, & lentè Deum flagitioſos corripere videmus, non ideo accidit, quoniam ob præproperam animaduerſionis celeritatem erroris, vel pœnitentiæ crimen vereatur, ſed vt à nobis feritatem, ac vindictæ impetum auferat, doceátque, non iratos, aut cùm furor æſtuat, & feruet, rationémque altiùs ſaltando ſuperat, veluti cum ſitim, aut famem exſaturare conamur, inimicos, qui nos affecerunt iniuria, vlciſci, ſed illius imitatos manſuetudinem, atque cunctationem deliberare, & hora conſultrice nos vindicare, neque protinus impetum ſera & inutilis ſequatur pœnitentia, non enim cùm paſſiones vindictæ proximæ ſunt, ſed cùm admodum remotæ, honeſtum, & rectum diſcerni poteſt.* Id quod Regius Vates voluit, cùm dixit in

[u] *Deus tardè punit vt noſtra ira cohibeat celeritatem.*

Pſal. 4. Pſalm. 4. *Iraſcimini, & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini.* non continuò vindicta adhibenda eſt iræ, ſed tempus, & conſideratio intermedia ponenda eſt; propterea, inquit, in veſtro lectulo, de ira [x] cõſiderate, quando animus magis quietus eſt, & magis ſeparatus à negotiis, eſt enim tempus facilis Deus, ſeu tempus moleſtiis omnibus medetur, dies enim, vt eleganter dixit Poëta, adimit omnem ægritudinem. hoc remedio vſus fuerat idem Patriarcha Iacob in ſedanda ira inter fratres, & fortaſſis inter Simeonem, & Leui contra Ioſeph: ſicut eleganter

[x] *De ira in lectuli quiete conſiderãdum eſt.*

Philo. notauit Philo in lib. de Ioſeph, *poſt reuelata*, inquit, *ſomnia Ioſeph, quibus videre ſibi videbatur venientem ſolem ad ipſum adorandum, & lunam cum duodecim ſtellis: Iacob pater filios ablegauit ad paſcua, & Ioſephum domi ſeruauit ad tempus, ſciens quod affectuum animæ, ac morborum tempus dicatur medicus.*

70\. Auguſt. Quoniam verò, ſicut eleganter dixit Auguſt. in Regula. cap. 37. *ira creſcit in odium*, & Cicero lib. 4. Tuſc. quæſt. *odium eſt ira* [a] *inueterata*, propterea filios reprehendit Patriarcha: quoniam in ira durauerint vſque ad furorem, ſiue pertinaciam, vel indignationem, quemadmodum fieri ſolet in iratis hominibus, ſicut docet Gregor. Niſſen. *lib 4. c. 16.* Damaſc. *lib. 2. fidei orthodox. cap. 16.* Etenim primus motus eſt ira: ſecundus odium ſiue acerbitas, quòd diuturnior ſit, tandémque, ſi vlteriùs progrediatur ad vindictam, furor vocatur, ſiue indignatio, quam neque tempus, neque ratio curare potuerunt: vnde cauendum dixit Auguſt. *epiſt.*

[a] *Ira inueterata fit odiũ.* Cicero. Nyſſenus. Damaſc. Auguſt.

148 ne ira in odium conuertatur, ſurripit odium, dum nulli iraſcenti, ira ſua videtur iniuſta, ira enim inueteraſcens ira fit odium, dum quaſi iuſti doloris admixta dulcedo diutiùs eam in [a] vaſe detinet, donec totum areſcat, vaſque corrumpit; quapropter multo meliùs, nec iuſtè cuiquam iraſcimur, quam velut iuſte iraſcendo in alicuius odium, occulta iræ facilitate dilabimur. Similis eſt locus apud Auguſt. epiſt. 87. *Maiorem operam date concordandis vobis, quam redarguendis, quia ſicut acetum* [b] *corrumpit vas, ſi diutius ibi fuerit; ſic ira cor rumpit cor, ſi in alium diem durauerit.* Quam ſententiam collegit Proſper. ex Auguſt. *lib. ſentent. ſent. 320.* Sic nulli iraſcenti ira ſua videtur iniuſta, vnde ab omni indignatione citò redeundum eſt ad manſuetudinis dignitatem. Nam pertinax motus iræ in odium tranſit: id quod velle videtur Paulus *ad Epheſ. 4.* cùm affert locum ex Pſalm. 4. *Iraſcimini, & nolite peccare*; & hoc etiam addidit: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Quem locum affert Theodoret. *in hiſtoria ſanctorum Patrum, cap. 4.* vbi ita ait: *Diuinus Apoſtolus conſiderans naturæ humanæ imbecillitatem, eam, quam fert, legem naturæ metitur*, dicens, *iraſcimini & nolite peccare, Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Nam cùm Paulus ſciat iræ motum non eſſe in noſtro arbitrio, noluit ea decernere, quæ fieri non poterant, ſed naturæ, & iræ tempeſtatibus menſuram præfinit diem, iubens rationi, vt ea compeſcat, & tanquam fræno comprimat, neque patiatur, vt vltra progrediatur: pro qua re vidẽdus eſt Ioſeph. *in lib. de imperio rationis, ſiue de Machabæis*, vbi ſic eleganter habet; *Ratio non poteſt obtinere, ne deſideretur aliquid, ſed tamen poteſt cogere, vt quod deſideratum fuerit, pendentis rationis conſilio vincatur: obtinere enim ratio non poteſt, ne iraſcaris* [c], *ſed poteſt cogere, vt nullum ſcelus iratus admittas; hoc enim pertinacia eſt, ſiue furor pertinax, & indignatio perſeuerans vſque ad vindictam, quam neque ratio, neque tempus curare poteſt.* Hanc autem in filiis ſuis reprehendit [d] Patriarcha, dicens, *Maledictus furor eorum, quia pertinax*; poſt celebrata enim fœdera amicitiæ, & poſt tertium, vel quartum diem à ſcelere commiſſo, pertinaciter irati auſi ſunt tantum nefas, & vindictam inæqualem omnino ſceleri.

[a] *Dum diutius quàm par eſt, in vaſe detinetur.*

Auguſt.

[b] *Corrumpit enim vas ſicut acetum, diutius habitum.*

Proſperus.

Ad Epheſ.

Theodoret.

Ioſephus.

[c] *Ergo quia non poſſumus non iraſci, pertinacia omnino fugienda.*

[d] *Quam vehementer reprehendit in filiis Patriarcha.*

Verùm contra ea, [e] quæ hucuſque diximus, locus eſt in lib. Iudith, qui liber abſque dubio canonicus eſt, & inter libros ſacros relatus à Nicæna ſynodo, ſicut dixit Hieron. *in prologo ſuper eundem librum*, & nouiſſimè à Concil. Trident. *ſeſſ. 4. de libris Canonicis.* In cap. igitur 9. ſic ait, & habetur hæc oratio Iudith viduæ Deum orantis: *Domine Deus Patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum, qui violatores extiterunt, in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur virginis in confuſionem, & dediſti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem, & omnem prædam in diuiſionem ſeruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum.* Quibus verbis videtur vidua [f] approbaſſe facinus Simeonis, & Leui, quod Patriarcha hoc in loco omnino deteſtatur. 71.

[e] *Obiectio in contrarium.* Hieron. Conc. Nyſſ. & Trid.

Iudith 9.

[f] *Videtur enim horum facinus approbari in libro Iudith.*

Quem locum vidit Nicolaus de Lyra *in comm. ſuper cap. 9. Iudith*, atque eum ita ſoluit, aſſerendo illud facinus dupliciter conſiderari poſſe, primò aduertendo ad zelum, quo accenſi, aggreſſi ſunt Simeon & Leui illud facinus: zelus autem fuit odium ſtupri ſororis, quod honeſtum erat, & voluntas vindicandi tantum nefas, quæ quidem iuſtiſſima fuit, ne ſtuprum inultum maneret. Id quod videtur approbaſſe vidua in ſua oratione. 72.

Poteſt

Lyran.

[g] *Solutio Lyra eſt, quòd laudetur eorum zelum, non verò modus vindictæ.*

Digitized by Google

[g] *Solutio Lyra eſt, quaſi laudetur eorum zelus, non verò modus vindictæ.*

Poteſt etiam conſiderari [g] modus, quo ea vindicta facta eſt, poſt fidem ſcilicet datam, & conſtituta amicitiæ fœdera, quem modum non approbauit vidua in ſua oratione, quia manifeſtam iniuſtitiam continebat.

[h] *Sed nõ probatur.*

73. Sed non videtur accommodata [h] hæc reſponſio, præſertim cùm Iudith vniuerſum opus laudauerit, neque modum reprehenderit, imò videtur approbare, cùm aſſerit in præmium illius facinoris datas fuiſſe mulieres Sichimitarum, & filias etiam, imò & vniuerſa eorum bona Hebræis; quapropter exiſtimo affectum pudicum, & amorem honeſtatis oſtendiſſe viduam in hac oratione, dum ſolum defenſorem honeſtatis [i] laudat, nullam aliam circunſtantiam in opere conſiderans, præter ſolam pudicitiæ defenſionem; quia, ſicut Hieron. dicit in epiſt. ad Saluin. de ſeruanda viduitate, *Tenera*, inquit, *res eſt, fama pudicitiæ, & quaſi flos pulcherrimus citò ad leuem marceſcit auram, leuique flatu corrumpitur, maximè vbi & ætas conſentit ad vitium, & maritalis deeſt authoritas, cuius vmbra tutamen vxoris eſt*: tenera igitur & imbecillis cùm ſit in vidua pudicitia, defenſorem ſuum, atque patronum ſuſcipit, & admiratur; quod cùm in Simeone inuenerit vidua illa, mirum non eſt, ſi factum approbauerit, nihil aliud in eo conſiderando præter ſolam vltionem læſæ pudicitiæ, præſertim cùm Simeon author eſſet illius tribus, vel gentis, ex qua orta creditur Iudith. Qualis pudicitiæ affectus videtur eſſe in illis verbis virginis matris Luc. in cap. 1. *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* poſtquam enim vniuerſam Angeli legationem audiuit, & omnia, quæ in ea continebantur, ſolicita de pudore, modum inquirit, quo eum conſeruare poſſet, atque vbi cognouit opera Spiritus ſancti concipiendum eſſe Verbum in ſuis viſceribus, continuò conſenſum præbuit, dicens, *Ecce ancilla Domini.* non aliter, quàm ſi aliqua matrona pudica factũ Lucretię Romanæ audiuiſſet, quæ quoniam per vim oppreſſa fuerat à filio Tarquinij Regis, rem detulit ad Collatinum maritum, & ſeipſam interemit. Si qua, inquam, matrona pudica hanc hiſtoriam audiuiſſet, & approbaſſet, propter ſolum honeſtatis amorem, cùm tamen D. Auguſt. maius crimen exiſtimauerit occidiſſe Lucretiam innocentem, quàm ſi nocentem, & adulteram occidiſſet; *ſi non eſt*, inquit, *illa impudicitia, qua inuita comprimitur, non eſt hæc iuſtitia, qua caſta punitur*: hoc fecit Lucretia illa, illa ſic prædicata, Lucretiam innocentem, iuſtam, vi oppreſſam Lucretia interemit.

[i] *Reſponſio authoris, quid laudauerit vidua defenſorem honeſtatis, cæteras omittens circunſtantias.*

Hieron.

Luc. 1.

D. Auguſt.

74. Similis locus eſt *in lib. 2.* [l] *Machab. cap.* 14. de Razia nobili Iudæo, cuius domum cùm aggrederetur Nicanor Princeps exercitus Demetrij, & iam penè apprehenderetur, *gladio ſe petiit, eligens nobiliter mori potiùs, quàm ſubditus fieri peccatoribus, & contra natales ſuos indignis iniuriis agi; ſed cùm per feſtinationem non certo ictu plagam dediſſet, ad murum accurrens præcipitauit ſe viriliter, & cùm adhuc ſpiraret, animo accenſus ſurrexit, & ſtans ſupra petram quandam exanguis effectus, iam complexus inteſtina vtriſque manibus proiecit ſuper turbas, inuocans Dominatorem vitæ, atque ſpiritus, vt hæc illi iterum redderet, atque ita defunctus eſt.* quam hiſtoriam, ſi quis fortis audiuiſſet, approbaſſet omnino, nihil aliud in ea conſiderando, præſertim cùm ſacra Scriptura teſtetur eum nobiliter, & viriliter egiſſe; quod tamen factum reprobat omnino Auguſt. 61. vbi ſic habet, *Solent in literis Gentilium iſta laudari, in his autem Machabæorum libris, quantus homo fuerit ipſe laudatus, factum tamen cum narratum eſt,* [m] *non laudatum, & mirandum potiùs, quàm imitandum. Ita vt mirum non ſit, ſi pudica fœmina factum Simeonis approbauerit in defenſionem pudoris, præſertim cùm ipſa oriunda credatur ex tribu Simeonis.* Quare non poteſt obſtare eius oratio, quominùs verum ſit vaticinium Patriarchę, cùm de filiis ſuis furore agitatis in Sichimitas, dixit, *Maledictus furor eorum, quia pertinax.*

[l] *Similis locus ex lib. 2. Machab. exponitur, & aptatur iam dictis.*

2. Mach. 14.

Auguſt.

[m] *Laudatur igitur homo qui facinus perpetrauit, ſed factum ipſum non probatur.*

§. IV.

Solet plérunque diuina prouidentia in melius conuertere hominum ſupplicia.

HOc illud erat, quod polliciti ſumus in principio huius vaticinij, dicendum eſſe tandem quarto loco, ſcilicet interdum conuertere Deum ſua ſupplicia in gloriam, & honorem. Cui argumento occaſionem præbuit ea diſperſio, quam prædixit Iacob futuram, Simeonis, & Leui per vniuerſam [n] Palęſtinam, propter crudelitatem cõmiſſam in Sichem, eos enim voluit Patriarcha eſſe diuiſos, & ſine poſſeſſione in tota ea regione; hoc tamen ſupplicium in gloriam conuertendum prædixit diuinum Oraculum, teſte Moyſe *Deut.* 18. vbi de Leuitis ita dicitur: *non habebunt ſacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui de ea tribu ſunt, partem, & hæreditatem cum reliquo populo Iſrael, quia ſacrificia Domini, & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de poſſeſſione fratrum ſuorum, Dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum.* latiùs hoc explicauit Ioſeph. *lib. 5. antiquit. cap. 1. Moyſes,* inquit, *poſteaquam Leuiticam tribum conſecrauit diuino cultui, & immunem reddidit à militia, ne fortè in parandis ad vitam neceſſariis, negligentiùs ſacra tractarent, mandauit vt poſt acquiſitam Chananæam armis, & Dei fauore, ex oppidis eius 48. bona & pulchra diſtribuerentur eis, & decimas annuos fructus à toto populo exegit Leuitis conferendas, atque hi fuerunt ſolemnes reditus Leuiticæ gentis.* Similia dixit Theodoret. *quæſt. 44. in Deut.* propterea nullam ei dedit hæreditatem, nec per legem conceſſit, vt ei poſſeſſionem habere liceret, ſed cauit, vt ab omni populo primitiæ, & decimæ ei præſtarentur, vt accuratiùs perficerent ordinationem ſanctificationis. Quod velle voluiſſe videtur Ioann. *in ſua reuelat cap.* 1. cùm dicitur de Chriſto Domino, quem Ioan. vidit inter ſeptem candelabra aurea, indutum veſte talari, ſeu Pontificali, ſicut decebat eum, qui ſummus Pontifex eſt totius Eccleſiæ, & eius caput, cuius dextera ſeptem ſtellas habebat: has autem ſtellas eſſe ſeptem Pontifices, ſiue ſacerdotes ſeptem ciuitatum, de quibus Ioan. *eo in loco* agit, negari non poteſt, præſertim ſi legamus cap. 2. eiuſdem reuelationis: in dextera autem Chriſti dicuntur eſſe hæ ſeptem ſtellæ, vel vt prouidentiam Dei peculiarem in ſacros homines oſtenderet Deus, quorum protectio vel in manu eius dextera poſita eſt, vel quod magis exiſtimo, vt ſignificaretur ſacerdotem, ſiue Pontificem Dei, nullo motu, neque terræ, neque totius orbis, neque etiam ipſius cæli, ſed ſolius manus, eiuſdémq; dexteræ moueri. In quam ſententiam videndus eſt Baſilius, *ſermon.* 1. *exercitamentorum pietatis*, cùm explicat illa verba Ioan. in cap. 12. *Si quis mihi miniſtrauerit, me ſequatur, & vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus. Vbi eſt Chriſtus Rex? in cælo videlicet, eò te curſum facere miles conuenit, obliuiſcere omnis* 75

in

[n] *Simeon & Leui diſperſi ſunt per vniuerſam Palæſtinam in pœnam crudelitatis in Sichem.*

Deut. 18.

Ioſephus.

Theodoret.

Apocalyp. 1.

Baſilius.

Ioan. 12.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

in terra quietis, nullus miles domum conſtruit, neque agrorum poſſeſſiones aſſumit, neque mercimoniis variis ad acquirendas pecunias implicatur; nemo militans vita negotiis ſe immiſcet. Eſt autem ſumma ſimilitudo inter militiam ſæcularem, & Eccleſiaſticam: vnde Paulus 2. ad Timoth. 2. dixit, *Nemo militans Deo immiſceat ſe negotiis ſæcularibus;* liberi enim debent eſſe ſacerdotes à negotiis huius ſæculi, vt meliùs poſſint diuina miniſtrare. Quod etiam reperiri in ſacerdotibus Leuiticis oſtendit Moyſes *Num.* 8. vbi enim vulgata editio habet, *Hæc eſt lex Leuitarum, à vigintiquinque annis & ſuprà ingredientur, vt miniſtrent in tabernaculo fœderis;* veritas Hæbræa ad eum locum ità prorſus habet, *Ingredientur vt militiam exerceant in tabernaculo fœderis,* ac proinde ſine hæreditate, vel poſſeſſione relinquebantur in terra Palæſtina filij Leui, quibus hæreditas factus eſt ipſe Deus, vt expeditiores eſſent ad ſacra munera obeunda. pro qua re videndus eſt Cyprian. *lib.* 1. *epiſt. epiſt.* 9. vbi iuſſit, ne ſacrificaretur pro defuncto quodam, qui tetium temporalium procuratorem reliquerat ſacerdotem, & cauſam reddit, quia non eſt dignus, vt pro eo ſacrificetur, qui ſacerdotem Dei ab altari ſubtraxit. Patet igitur pœnam eorum, hoc eſt, Leuitarum, [o] qui propter furorem pertinacem relicti ſunt ſine poſſeſſione in terra Palæſtinâ, conuerſam eſſe in honorem, & gloriam; eorum enim eſt factus Deus hæreditas.

2. Timot. 2.
Num. 8.
Cyprian.
[o] *Sed pœna Leuitarum conuerſa eſt in gloriã eorum.*

76\. Magis hoc explicabitur, & ad oculum videbitur in ipſa diſperſione eorum facta per vniuerſam Palæſtinam; ſicut enim legimus de Solone Salamino, qui ſuos cineres poſt mortem ſeminare fecit per vniuerſam Salaminam, inquiens, *Ego hanc Prouinciam colo ſparſus per omnem Aiacis vrbem ſtrenui*, quia ſcilicet moribus, & legibus optimis eam vrbem ornauerat Solon, ſiue prouinciam, per eam ſparſus eſſe voluit. Similiter & de Leuitis factum eſt, quorum non cineres diſperſi ſunt per totam Palæſtinã, ſed ipſi ad inſtar [p] ſalis. Quam Metaphoram videtur explicaſſe Procop. *cap.* 18. *Gen.* ad illa verba, *Quòd ſi ibi inuenti fuerint decem.* exiſtimat enim paucos viros ſanctos diſperſos per prouinciam aliquam, eam præſeruare poſſe à corruptione morum; ſic enim eo in loco ait, *Pauca ſalis mica multam conſeruant à putredine carnem.* Similia habet Origen. *lib.* 8. *contra Celſum, & Cyprian. epiſt.* 4. vbi agit de rigore, & acrimonia Epiſcopi, & Ambr. *Pſal.* 118. *ſerm.* 12. Gregor. *hom.* 17. *in Euangelium.* Clariùs hoc dixit Adricomius in theatro Terræ ſanctæ in tribu Leui. §. 4. *Sacerdotes,* inquit, *Leuitici generis, eas vrbes incolebant quæ in aliis tribubus in montibus ſitæ erant, quo commodiùs tum ſanctiſſimæ vitæ genere, ſiue exemplo, tum ſalutari diſciplina populum vniuerſum à ſæcularibus tenebris liberarent, & cultu pietatis condirent, atque ita omnes aut ſanctos, aut minùs malos redderent;* quaſi conceſſa fuit Leuitis ea prærogatiua, quæ Apoſtolis conceſſa eſt à Chriſto Domino *Matth.* 5. cùm [q] eos ſal terræ vocauit. Ex quo eodem loco conſtat Leuitas etiam factos fuiſſe ciuitatem ſupra montem poſitam, vt ex ipſo loco edito conſtaret, eos poſitos fuiſſe in exemplum omnibus Palæſtinis; aliquid enim affert dignitatis hominibus publicis loci dignitas, ſicut aduertit Tacitus *lib.* 3. *annalium.* Vnde, non deſerit vnquam cæli medium Phœbus iter, radiis tamen omnia luſtrat. Accommodatus namque eſt locus editus ad alios illuminandos, ſicut aduertit Areopagita Eccleſiaſt. Hierarch. c. 3. p. 3. & lib. de cæleſt. Hierarch. c. 13. *Vt ſole fulgente, & radiante primæ ſubſtantiæ, id eſt, tenuiores, & limpidiores, influente luce replentur, etſi luces in ſubſtantias alias transfundunt: ita diuinis in rebus fieri oportet, vt Pontifices & Sacerdotes, quia ſunt Deo ſimiliores, & coniunctiores, ſacram doctrinam veluti lucem quandam ipſi primum percipiant, deinde verò aliis tradant & communicent; hoc enim ſignificat editus locus, cui ſimilantur ſacerdotes. Verùm quia ſicut nobiliſſimus eſt ſupremus locus, ſic etiam hoc miſerrimum habet in ſe quòd nihil occultum eſſe patiatur.* Id quòd eleganti ſimilitudine explicat Chryſoſt. lib. 3. de Sacerdot. *Quemadmodum,* inquit, *in lucidis corporibus, & ſplendidis faciliùs animaduertimus, & notamus quodlibet vitium etiam leue, vt patet in lapidibus pretioſis, ita & in iis, quos Deus poſuit in edito loco imitandos à cæteris.* Pro quare videndus eſt Bernard. *lib.* 2. *de conſiderat. ad Eugenium.* Vbi ita habet: *Arguar fortaſſis, quòd non ſatis primis explicatis partibus in ſecundas, neſcio quomodo ſtylus excurrerit, deſcribere inchoans, qualem te oporteat eſſe, cùm nec dum qualis ſis expreſſiſſem, credo erubeſcens, in ſummo poſitum apice videre hominem nudum, feſtinauit induere inſignibus ſuis abſque illis, nempe eo deformior, quo illuſtrior appares. Nunquid poteſt abſcondi ciuitatis ſupra montem poſita deſolatio, aut latere fumus lucerna extincta ſuper candelabrum? ſimia in tecto Rex fatuus in ſolio ſedens, monſtruoſa res, gradus ſummus, & animus infimus, ſedes prima, & vita ima.* Similia habet Gregor. Nazianz. orat. in laudem Baſil. *Qui vel vita probitate ſolùm, vel ſolùm doctrina præſtant, atque ab altera deſeruntur, hi mihi nihil à luſcis differre videntur, qui in magna claritate, in maiori ſunt deformitate, ſiue alios inſpiciant, ſiue ab aliis inſpiciantur.* Similia habet idem Nanz. *orat. in mulieres ambitiosè ſe ornantes: Illud quoque velim, ne ignores, rugam vnam tibi turpiorem, quàm maxima vulnera iis, qui in mundo viuunt.* cuius rationem reddit in orat. apolog. 1. *quia in exemplum poſiti ſunt viri ſacerdotes cæteris omnibus imitandum, neque enim vel indelebilem tincturam pannus, vel fœtidum, & ſuauem odorem res admota ita facile contrahunt, vel exitialis quidem vapor in aërem diffunditur, atque per aërem animantia occupat, quàm ſubditi antiſtitis improbitate impleri ſolent, & quidem multo faciliùs, quàm virtute.* Hæc eſt ratio, quare in editis montibus diſperſi habitauerint Leuitæ, ante oculos omnium poſiti in exemplum, neque enim poteſt abſcondi ciuitas ſupra montem poſita.

[p] *Dum ipſi ad inſtar ſalis diſperſi ſũt per Palæſtinam.*
Procopius. Gen. 18.
Origen. & Cyprian.
Ambroſius.
Gregor.
Adricom.
Matth. 5.
[q] *Quaſi conceſſa illis prærogatiua Apoſtolorum, vt eſſent ſal terræ.*
Corn. Tacit.
Areopagita.
Chryſoſt.
Bernard.
Nazianz.
Idem.

Nec etiam hominibus Leuiticis defuit ea prærogatiua, cuius meminit Chriſtus Dominus *Matt.* 5. cùm dixit, *Vos eſtis lux [r] mundi,* etenim de eiſdem dixit Moyſes Deut. 33. *Perfectio tua, & doctrina tua à viro ſancto tuo.* Quem locum ex Hebræo ita verterunt L X X. *Date Leui fulgores eius, & veritatem eius viro ſancto.* quibus verbis videtur Procop. notaſſe, alluſionem eſſe ad rationale, ſiue pectorale ſummi ſacerdotis, in quo iuſſit legiſlator, vt ſcriberetur, *Doctrina, & veritas,* ſeu *lux & plenitudo,* vel, *manifeſtatio veritatis,* ſicut legit Origen *hom.* 8. *ſuper* 6. *cap. Leuit.* & latè D. Hieron. *in epiſt. ad Fabiolam, de veſte ſacerdotali.* Philo *in lib.* 3. *de vita Moyſis.* Clariùs inter omnes ea dè re dixit Theodoret. *quæſt.* 44. *in Deut.* Date Leui manifeſtos ipſi, & veritatem illius viro Sancto; *humero,* inquit, *ſacerdotis imponebatur rationale, quod continebat manifeſtationem, & veritatem.* nam per illud multa declarabantur, debet enim vita Pontificis lux eſſe totius gregis ſui. 77.

[r] *Sicuti & quòd eſſent lux mundi.*
Matth. 5.
Deut. 33.
L X X. Interp.
Origen.
Hieron.
Philo.
Theodoret.

Ex

78. Ex quibus iam ſit Leuitarum ſupplicium conuerſum eſſe in gloriam,& honorem; fit enim plerunque, vt diuina prouidentia conuertat in melius hominum ſupplicia. Quod in eodem Iacob
Ambr. notauit D. Ambr. *lib.2.de Iacob & vita beata. c.1.* cùm rediens ex Meſopotamia, munera obtulit fratri ſuo Eſau, vt oſtenderet, Deo prouidente, ſibi peregrinanti non defuiſſe munera, quæ poſſet offerre fratri occurrenti in via. In quam ſententiam
Chryſoſt. Rom.8. videndus eſt Chryſoſt. *hom. 15. ſuper epiſt. ad Rom.* explicans ea verba, *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, ad Rom. 8. Auxilio ſunt illis, quos Deus diligit, ea etiam, quæ nocumentum [f] afferre videntur, ſicut eis, qui Deum non amant, nocent ea, quæ auxilium aliis afferre ſolent: Iudæi etenim propter ſigna, quæ Christus faciebat, eum extinguere conabantur; latro verò in crucem ſublatus, clauis affixus, conuitiis affectus, mala infinita tulerat, hic non ſolùm nocumentum nullum accepit, ſed lucrum maiorem in modum tulit, ex ſupplicio enim æternam gloriam reportauit.

[f] *Sicut autem mala quibuſdam Deo auxiliante vertuntur in bonum, ita è contra aliis remedia ſunt venena.*

79. August. Similia habet Auguſt. tract.26. ſuper Ioan. *Paulus*, inquit, *habuit Angelum Satanæ, qui eum colaphizaret, nunquam tamen peccauit: at Iudas ſacro*
Cyril. Alex. *pane peccauit*. Videndus eſt Cyril. Alex. *lib. in Ioan. cap.5.* vbi hoc argumentum lariſſimè proſequitur. In quam ſententiam mihi neceſſariò videtur ex-
Pſal.110. plicandus ille locus Pſalm.110. *Magna opera Domini: exquiſita in omnes voluntates eius.* quo in loco videtur author illius Pſalmi conferre noſtra opera cum operibus diuinis, atque ex ea collatione, illud colligitur, vniuerſa noſtra opera, anguſta eſſe exilia, atque ad vnum ſolum finem determinata; cùm tamen opera diuina, non ad vnum aliquem finem addicta ſint, ſed latè pateant ad pleroſque fines, ita vt ad ſingulos eorum videantur appoſita, & accommodata ſolùm. quod Hieron. eleganter ex-
Hieron. preſſit, cùm ex Hebræo ita vertit hunc locum, *Magna opera Domini, exquirenda in omnes voluntates eorum*, quaſi velit ille locus, quamuis nonnunquam opera Dei conuenire nõ videantur cum finibus, quos homines intendunt; ſi tamen ea diligentiùs exquiramus, inueniemus nihil accommodatius inueniri poſſe ad id, quod volumus: ſicut patet in ea diſperſione, quæ facta eſt de Leuitis per vniuerſam Palæſtinam. Similis eſt locus apud
Malach.1. Malach. *in cap.1.* vbi poſtquam diuinum oraculum dixit de Hebræis: *Non eſt mihi voluntas in vobis.* Non accipiam munera de manu veſtra in hac veſtra ciuitate Hieruſalem, ex quo opere nihil fauſtum ſperare potuit, continuò addidit diuinum oraculum: *In omni loco offertur nomini meo oblatio munda*, id eſt, ſacrificium incruentum Verbi incarnati, atque ita in quo loco non fuerant ampliùs occidendi vituli, pollicetur immolandum eſſe purum,& ſanctum ſacrificium corporis,& ſanguinis Christi, conuerſo diuino ſupplicio in tantum beneficium.

80. Oſeæ 1. Similia habet Oſeas *in cap.* 1. poſtquam enim dixit Deus, *Vos non populus meus, & ego non ero veſter Deus*, addidit etiam diuinum oraculum, *& erit numerus filiorum Iſraël. quaſi arena maris, quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur; & erit in loco, vbi dicetur eis, Non populus meus vos, dicetur eis, filij Dei viuentis*; ſic conuertente diuina prouidentia ſupplicium in honorem, diligentibus enim Deum
Pſalm.1. omnia cooperantur in bonum. Materia eſt pſalmi primi. cùm de iis, quos Deus diligit, dicitur, *& folium eius non defluet, & omnia quæcunque faciet, proſperabuntur*; eſt enim virtuti fortuna comes, de quibus dixit Comicus: *Sunt quibus dormientibus* Comicus.
Dij omnia conficiunt; & Liuius lib. 7. *in ſinum illis* Tit. Liuius.
victoria de cælo deuolat, quos Poëta Theognides Theognid.
Græcus eleganter depingit.

Multis mens laua eſt, ſed eiſdem numina dextra;
Queis malè quod cœptum eſt, vertit & in melius.

Ex quibus iam patet, ſæpe diuinam prouidentiam in melius conuertere hominum ſupplicia, quemadmodum vidimus in Leui, qui vagus, & profugus relictus à patre diſperſus per vniuerſam Palæſtinam, & ſine poſſeſſione hæres factus eſt ipſius Dei, lux & exemplum totius Palæſtinæ, quales Christus Dominus fecit ſuos Apoſtolos, lux & ſal, atque exemplum totius orbis.

Simeon autem relictus eſt ſine funiculo, vel ſine poſſeſſione, vt patet *Ioſue cap.19. & 1. Paralip. c.4.* Ioſue 19.
ſed pro hæreditate ſua accepit de tribu Iudæ ter- 1. Paralip. 4.
ram cis Iordanem auſtralem, deſerto, & mari magno finitimam.

§. V.

Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in duobus filiis Iacob, Simeone, & Leui.

SIcut in primo vaticinio Ruben aliqua attuli- 81.
mus ex Patribus, quæ pertinebant ad cõgruentiam vtriuſque legis, ſic etiam & in his duobus fratribus, non inelegans inuenitur allegoria, ſiue analogia apud eoſdem Patres: namque Tertullian. Tertullian.
lib. aduerſus Iudæos, & lib. 3. contra Marcionem: Hieronym.
Hieron. *in quæſt. Hebraic.* Rupertus Abb. *lib. 9. de* Rupert. Abb.
Trinitate & operibus eius, cap.27. Ambr. *in benedict.* Ambr.
Patriarch. Origen. *hom. 17. in cap.49. Gen.* ita habet: Origen.
Hæc verba Iacob, quibus in Simeone & Leui fulminat, contra Scribas, Phariſæos, & ſacerdotes dicta ſunt, quorum præcipuè conſilio Christus Dominus morti traditus eſt, volunt enim omnes non ſolùm congruentiam eſſe inter mortem Sichem, & [r] *mortem Christi, ſed etiam mortem Sichem figuram fuiſſe, & typum Christi ſeruatoris*; ita enim inter ſe conueniunt vtrunque factum, vt potius in eo poſita videatur prophetia, quàm analogia, ſiue congruentia. Conueniunt vtriuſque ſceleris authores: ſiue autem fuerit legendum, *ſubneruauit vitulus*, ſiue *murus effoſſus*, vtrunque conuenit maximè cum morte Christi ſeruatoris, ſicut inferiùs examinabimus latiùs: pœna autem, quæ pro ſcelere impoſita eſt, vna & eadem videtur in vtroque facto; ſicut enim Leuitæ, & ex tribu Simeonis diſperſi ſunt per vniuerſam Palæſtinam propter mortem Sichem; ſic etiam, propter mortem Christi, per vniuerſum orbem diſperſi vagantur Hebræi ad hunc vſque diem.

[r] *Mors Sichem typum geſſit mortis Christi.*

Vt igitur incipiamus ab authoribus ſceleris, ſo- 82.
lemnis eſt ea traditio inter Hebræos, cuius meminit Lyranus ad hunc locum, non eſt pauper Lyran.
ſcriba, nec pædagogus, niſi de tribu Simeonis, hi enim victus comparandi gratia cæteras tribus peruagabant, docendo & erudiendo pueros; cui traditioni fauet Targum Hyeroſ. cuius hæc eſt ſententia: *Dixit Pater noſter Iacob, Non conuenit vt hæc caſtra ſint ſimul, alioquin nullus populus, nullumque regnum poterit conſiſtere coram eis; diuidam ergo tribum Simeonis, vt ſint ſcribæ, & doctores legis in ſynagoga Iacob; tribum verò Leui diſtribuam, vt præſint concionibus, vel contentionibus inter filios Iacob.* Ex quibus conſtat ex Leui Pontifices ortus fuiſſe

Digitized by Google

[u] Iuxta traditionem Hebræorũ, ſcribæ omnes ex Simeonis tribu. Pōtifices verò ex Leui. Math.20. Ambr.

fuiſſe; [u] ex Simeone verò ſcribas, ſiue doctores legis: hos autem fuiſſe authores mortis Chriſti teſtatur *Math.cap.*20. cùm ita habet: *Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum, & ſcribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus, ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum.* Vnde Ambr. eleganter dixit ad hunc locum. *Quia prævidit Iacob flagitium, perhorreſcit concilij contagium, dicens: In concilio [x] eorum non veniat anima mea*, quare ſi de authoribus vtriuſque ſceleris ſermo eſſet, conueniunt maximè inter ſeſe.

[x] Quorum conſilio mors Chriſti procurata.

83\. Tertullian.

Tertullian. igitur *in lib. contra Iudæos*, atque etiam *lib.* 3. *contra Marcionem*, in re etiam ſumma oſtendit conuenientiam; ſequutus enim ſeptuaginta Interpretes, qui verbum Hebræum, *Sor*, vertunt, vitulũ, ſiue *taurum*, ita habet: *De Scribis, [z] & Phariſæis propheta Iacob* Gen. 49. *cùm de Simeone & Leui loquitur.* ex illis enim deducitur ſenſus illorum verborum, *Simeon, & Leui perfecerunt iniquitatem ex ſua ſecta*, quia ſcilicet Chriſtum ſunt perſequuti; In indignatione enim ſua interſecerunt homines, id eſt, Prophetas, in concupiſcentia ſua ſubneruauerunt *taurum*, id eſt, *Chriſtum*, quem poſt necem Prophetarum interſecerunt, & neruos eius ſuffigendo clauis deſæuierunt. Probat autem Tertul. hanc ſuam ſententiam, quia poſt mortem hominum, id eſt, Prophetarum, addita eſt per amplificationem carnificina bonis, ſiue vituli, quæ amplificatio vana eſſet, niſi per *taurum* ſignificatus eſſet *Chriſtus Dominus*, quem Hebræi in cruce interemerunt; conſuetum enim erat apud Hebræos vitulos ſacrificare: quoties autem taurus immolatur in ſancta Scriptura, ſiue vitulus, Chriſtus [a] Dominus figuratur, ſicut aduertit Auguſt. *lib.* 18. *contra Fauſtum Manichæum.* Vnde Origen. *hom.* 17. *in cap.* 49. *Gen.* hanc allegoriam ſequitur, & probat ex ea parabola Lucæ *in cap.* 15. de filio prodigo, & frugi, vbi eſt ea querela, quam filius ſenior habuit ad Patrem: *Ego ſemper tecum fui, & mandatum tuum nunquam præterivi, & nunquam dediſti mihi hædum, vt cum amicis meis manducarem: cùm autem venit filius tuus hic iunior, qui dilapidauit omnem ſubſtantiam ſuam, occidiſti ei vitulum ſaginatum*; exiſtimat enim Origen. hanc querelam eſſe Iudaici populi, quòd in remedium iunioris filij, occidendum tradiderit filium ſuum; putat enim, iuniorem filium ſignificare Gentiles, ſicut velle videtur D. Auguſt. *lib.* 2. *qq. euangelicar. quæſt.* 33. *& in Pſalm.* 138. & Proſper. *ibidem*, cùm explicat ea verba Pſalm. *intellexiſti cogitationes meas de longè.* Hier. *in epiſt. ad Damaſ.* Bernard. *in ſerm. de diuerſis affectionibus animæ*: volunt enim eam parabolam intelligendam eſſe de vtroque populo, querelámque eſſe Hebræorum, quòd occiſus ſit vitulus ille ſaginatus in remedium Gentium; quare non aberrarunt Tertullian. & Orig. [b] imò neque Ambr. qui eam lectionem ſequuntur, exiſtimantes taurum ſuberuatum eſſe Chriſtum Dominum crucifixum, & mortuum.

[z] De quibus hic prophetatur, ſecũdum Tertullianũ. Gen. 49.

Idem.

[a] Vitulus enim immolatus in Scriptura ſignificat Chriſtum Dominum. Auguſt. Origen. Luc. 15.

Auguſt. Proſper. Pſalm. 138. Hieron. Bernard.

[b] Suffragantur Origenes & Ambr. Tertullian. Origen. Ambr.

84\. Accommodatior tamen eſt ea lectio, quam ſequitur vulgatus Interpres hoc loco, vertit enim vocem Hebræam æquiuocam, non taurum, ſed potiùs *murum.* quam Lectionem approbauit Aben Eſra, præſertim cùm verbum, *hakar*, quo vtitur hoc in loco Moyſes, ſignificet potiùs euellere, & eradicare, & perforare. quæ lectio non quadrat cum tauro, cùm maximè tamen conueniat muro: vnde venuſtior oritur allegoria, vt per murum [c] perfoſſum ſignificatus ſit Chriſtus Dominus, cuius corpus clauis, & lancea perforatum eſt in Cruce: vnde Rupert. *loco citato*, ita oſtendit allegoriam huius loci, ſiue analogiam. In furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum; Chriſtum enim Dominum occiderunt, & murum templi, quod eſt corpus eius, clauis, & lancea perforarunt: at ille vir Propheta potens in opere & ſermone, ſicut de corpore ſuo prophetauerat, dicens, *ſoluite templum hoc, & in triduo reædificabo illud*, ſic fecit, iuxta ea, quæ dicta ſunt à Chriſto Domino *Ioan. in cap.* 2. quo in loco Chriſtus Dominus prædixit diruendum eſſe, & diſſoluendum murum eius templi, *in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Sic enim etiam voluit Auguſt. intelligere eum locum Pauli *ad Coloſſ.* 2. ſicut videre eſt *in epiſt.* 57. *&* 59. Eum igitur murum perforarunt, ſub quo latebant omnes theſauri, & omnis plenitudo diuinitatis; id quod prædictum fuerat à Dauide; *foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia oſſa mea.* Pro qua ſententia videndus eſt elegantiſſimus locus apud Guarricum Abbatem *ſerm.* 4. *in Dominica Palmar.* cùm explicat ea verba, *Benedictus qui venit in nomine Domini*, vbi ſic ait: Benedictus qui, vt nidificare poſſet in foraminibus petræ, pedes, & manus, & latus ſibi perforari tulit, & ſe mihi totum aperuit, vt ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, pone ibi latibulum in Crucifixo, etenim quæ foramina crudeliter ab hominibus aperta ſunt, miſericorditer à Deo aperta relicta ſunt. Vnde eleganter dixit Leo Papa *ſerm.* 4. *de paſſione*, Paſſio Chriſti ſalutis noſtræ continet Sacramentum, & de inſtrumento, quod iniquitas iudæorum parauit ad pœnam, prudentia Redemptoris gradum nobis fecit ad gloriam. quibus habet ſimilia Auguſt. *epiſt.* 49. *quæſt.* 1. *ad finem*, vbi adducit pulcherrimum exemplum, quo oſtendit, Miſericordia Dei factum, vt in glorioſo corpore relicta ſint vulnera aperta, Quemadmodum, inquit, ſi quis fortis dux ea vulnera, quæ pro patria pugnando aperta relicta eſſe voluerit, quamuis Medicum inuenerit, qui & ſanare potuerit, & claudere, ita vt neque veſtigia eorum remanerent; noluit tamen cicatrices omnino tolli, vt cicatrices præmium depoſcant pro vulneribus. Vnde Cyprian. dixit *orat. de Baptiſmo Chriſti*, Sacrificium quod in Cruce obtulit, ſic in beneplacito Dei conſtat acceptabile, & perpetua virtute conſiſtit, vt non minus hodie in conſpectu Patris oblatio illa ſit efficax, quàm ea die, qua de ſaucio latere ſanguis, & aqua exiuit, & ſemper reſeruatæ in corpore plagæ ſalutis humanæ ſunt, vt exigant pretium, & obedientiæ donatiuum requirant. Qua de re videndus eſt Auguſt. *Pſalm.* 74. *& lib. contra Secundinum Manichæum cap.* 25. *& ſerm.* 138. 147. 158. Chryſoſt. *tom.* 3. *hom. de Cruce & Latrone.* Tertul. *lib. de Reſurrectione carn.*

Aben Eſra.

[c] Venuſtior allegoria, ex vulgata. Murus enim perfoſſus corpus Chriſti clauibus & lancea perforatum, clariùs explicat. Rupert.

Ioan. 2.

Auguſt. Coloſſen. 2.

Guarric. Abb.

Leo Papa.

Auguſt.

Cyprian.

Auguſt. Chryſoſt. Tertullian.

Ex quibus omnibus colligitur per ſummam crudelitatem [d] apertum fuiſſe murum totius diuinitatis, per ſummam tamen miſericordiam apertas fuiſſe ſciſſuras eius muri in propugnaculum, & ſubſidium noſtrum, pertinebat enim ad reſtaurationem murorum Sion, id eſt, veræ Eccleſiæ, vt murus ille corrueret, & de ruina eius repararetur Eccleſia. quod videtur optaſſe Regius vates in Pſalm. 50. cum dixit: *Benignè fac Domine in voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hieruſalem.* quæ verba de temporibus Chriſti eſſe intelligenda, vel etiam ipſi Rabbini fatentur, vt patet ex Rabbi Dauid Chimi, euerterat enim primus homo muros ſanctæ Ciuitatis, oportebat & cadere ſecundum 85.

[d] Sed dum per ſummam crudelitatem perforatus eſt murus totius diuinitatis in corpore Chriſti, factæ ſunt ſciſſuræ miſericordia. Pſalm. 50.

Rabb. Dauid.

Digitized by Google

Rupert.

ſecundum murum, de cuius ruina ſurgeret Eccleſia, quod optimè dixit Rupertus *lib. 2. in Ioan. & lib. 6. diuinorum officiorum*. Longè, *inquit*, rationabilius fuit, vt lancea militis latus aperiretur, quam eius crura frangerentur, decentius tanto artifici, valdéque acceſſit ad pulchritudinem eius operis, vt illud ſibi mortuo de latere ſubducerent, vnde naſceretur Eccleſia, qui dormienti Adæ coſtam eduxit, vnde formaretur Eua. Proſequitur rem

Nazianz.

D. Nazian. orat. aduersùs mulieres ſe ornantes; De latere ſecundi Adam, producta eſt Eua, id eſt, Eccleſia, vt lateris ipſius, à quo reparata eſt perpetuò recordaretur. Ex quibus iam fit, dirutum fuiſſe murum, id eſt, corpus Chriſti Seruatoris, de cuius ruina exiuit Eccleſia, vt ſumma ſit congruentia inter perforatum murum à Simeone, & Leui, & inter apertum Chriſti Domini corpus clauis, & lancea a ſcribis, & ſacerdotibus poſteris Leui & Simeonis. Reliquum eſt, vt oſtendamus in pœna vtriuſque ſceleris ſummam eſſe analogiam, [e] ita vt potiùs videatur prophetia, quàm pura congruentia, qua prædicitur diuiſio Iudæorum per vniuerſum orbem per mortem Chriſti in diuiſione Simeonis, & Leui per vniuerſam Palæſtinam, quod pulchrè notarunt Theodoret. *hoc in loco*, Origenes *in citata hom.* Ambr. *in lib. de benedictionibus Patriarcharum*, Rupertus Abbas *in loco citato*. Neque enim dubium eſt diuina prouidentia diuiſos eſſe per orbem [f] occiſores Chriſti, ſicut videtur prædictum *in Pſalm.* 58. quemadmodum voluerunt omnes Patres ad ea verba, *Oſtende mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei, diſperge eos in virtute tua.*

[e] Eſt etiam ſumma congruentia in pœna Simeonis & Leui, ac filiorum eorundem.
Theodoret.
Origen.
Ambr.
Rupert. Abb.
[f] Diuiſi etenim ſunt per vniuerſum orbem occiſores Chriſti.
Pſalm. 58.

86.

Theodor.
Paul. Burg.
1. Reg. 19.

Pro quo loco aduertendum eſt cum Theodoret. *Pſalm.* 58. & cum Paulo Burgen Hebræo conuerſo, materiam illius Pſalmi haberi *in 1. lib. Reg. c.* 19. quando Michol filia Saulis, & coniux Dauidis pro Dauide emiſſo per feneſtram, ſuppoſuit in lectulo quaſi ægrotantem coniugem ſtatuam, in qua nemini dubium eſt figuram adfuiſſe reſurrectionis Chriſti ſeruatoris. Eleuatus igitur Spiritu prophetico Regius vates, ſuam reliquit hiſtoriam, & cœpit ea vaticinari, quæ pertinebant ad legem Chriſti, inter quæ illud oſtendit, Chriſtum Dominum potiùs voluiſſe viuos conſeruari per vniuerſum orbem diſperſus Hebræos, quam ſubitò conſumptos eſſe. In quam ſententiam videndus eſt

August.

Auguſt. *Pſalm.* 58 vbi inter cætera ita habet: Certè victa eſt à Romanis, & deleta ciuitas eorum, non admittuntur ad ſuam ciuitatem Iudæi, & tamen Iudæi ſunt. Nam omnes iſtæ prouinciæ à Romanis ſubiugatæ ſunt, omnes autem gentes à Romano imperio ſubiectæ, Romanæ factæ ſunt, & omnes Romanæ dicuntur; Iudæi tamen manent cum ſigno, nec ſic victi ſunt, vt à victoribus abſorberentur; non ſine cauſa Cain ille eſt, qui cùm fratrem ſuum occidiſſet, poſuit in eo Deus ſignum, ne quis eum occideret. hoc ſignum, quod habent Iudæi, tenent omnino reliquias legis ſuæ, circumciduntur enim, & Sabbatha obſeruant. Iudæi ergo ſunt, & non ſunt occiſi [g] quia neceſſarij ſunt credentibus, vt demonſtret nobis in inimicis noſtris Deus miſericordiam ſuam, diſperſi ſunt teſtes iniquitatis ſuæ, & veritatis noſtræ, ipſi habent codices, in quibus prophetatus eſt Chriſtus, & nos tenemus Chriſtum, vt ſi fortè aliquando aliquis Chriſtianus dubitauerit, cùm ei dixerimus prophetias de Chriſto, quarum euidentiam obſtupeſcit, & admirans putauerit à nobis eſſe conſcriptas, de codicibus Iudæorum probemus, quia hoc totum antè prædictum eſt; videris quemadmodum de inimicis noſtris alios confundimus inimicos. Vidit hanc difficultatem Seneca Philoſophus, ſicut refert Auguſt. *lib. 6. de ciuitate c.* 11. & admiratus eſt, nec tamen cognouit diuinam prouidentiam ea in re, ſicut notauit *eo in loco* D. Auguſt. Similia habet idem Auguſt. *lib.* 18. *de ciuitate cap.* 46. & *Pſalm* 40. *verſ. me autem propter innocentiam ſuſcepiſti*, Modò, inquit, impletum eſt, *maior ſeruiet minori*, nobis enim ſeruiunt Iudæi tanquam capſarij noſtri, ſtudentibus enim [h] nobis libros portant, ne Gentiles putent eas nos fabricaſſe prædictiones, quæ ſunt in ſacra Scriptura de Chriſto. Quod idem dixit Burgenſ. *ſuper Pſalm.* 58. *additione vnica* §. *vbi oſtendit*; Sunt enim, inquit, Hebræi bibliothecæ noſtri, & baiuli codicum noſtrorum, à quibus tanto fiducialius in originalibus ſacræ Scripturæ accipitur teſtimonium, quanto nobis auidiùs aduerſantur. Similia habet Auguſt. *Pſalm.* 56. & *lib.* 14. *de ciuit. cap.* 4. Hieron. *Iſai.* 16. Theodoret. *orat.* 10. *de prouidentia*. Clem. Alex. *lib. 1. ſtromat.* Euzeb. Cæſar. *lib. 9. de præparat. euangelica*. Congruunt igitur inter ſe in pœna, occiſores [i] Sichem, & occiſores Chriſti; illi diſperſi per Palæſtinam, hi per vniuerſum orbem in perpetuum exemplum diuinæ iuſtitiæ viui conſeruati; magis enim nos mouent ea, quæ videmus, quàm ea, quæ audimus.

[g] Non ſunt autem occiſi omnes, quia neceſſarij.

Senec.
Auguſt.
Idem.
Pſalm 40.
[h] Vt ſtudentibus nobis libros portent veteris Teſtamenti.
Burgens.
Auguſt.
Hieronym.
Theodoret.
Clem. Alex.
Euzeb. Cæſ.
[i] Sunt igitur diſperſi per Palæſtinam fuere occiſores Sichem, ita & occiſores Chriſti per orbem.

87.

Ambr.
[l] Altera de Chriſto & Eccleſia.

Verùm ne aliquid omiſſum ſit in re adeò graui, placuit & eam adducere analogiã, quam colligit ex hoc loco Ambr. *in lib. de benedict. Patriarch.* de Chriſto, ſcilicet, [l] & Eccleſia Chriſti. Exiſtimauit enim occiſionem viri referendam eſſe ad mortem Chriſti, quæ peracta eſt odio Iudæorum: tauri autem ſubneruationem referendam ad Eccleſiam, quam ſemper perſequuti ſunt, ſubneruauerunt enim taurum illum *cornua producentem, & & vngulas*, hic eſt enim taurus, quo Eccleſia figuratur in Luna [m] tunc plena, cùm veluti cornibus nixa tantinis, ſpatium totius orbis includit; quòd enim Luna propter ſua cornua tauro aſſimiletur, aduerterunt veteres omnes, cùm Dianam, ſiue Lunam cornutam fecerunt; quòd verò Luna ſymbolum ſit Eccleſiæ, docet Pierius Valer. *lib.* 44. vel quia ſicut Luna luce mutuata à Sole lucet, ſic Eccleſia ſolis radiis Chriſti illuſtratur: vel quià, ſicut dixit Eucherius, quemadmodum Luna de nocte lucet, ita quoque Eccleſia in hac tenebroſa vita lucet. Hinc ortum creditur illud ſymbolum Henrici II. Galliarum Regis, ſicut refert Hieron. Rocelius *in ſuis ſymbolis*, cuius hoc erat corpus, Luna ſemiplena, addita hac ſententia, *Donec totum impleat orbem.* quibus verbis polliceri videbatur Princeps ille, tamdiu ſe defenſorum eſſe Eccleſiam, quamdiu illa fuerit in terra; erit autem, quouſque tota illuſtrata fuerit à ſole, & de militia huius ſæculi tranſlata ad lucem triumphi in cælum; per taurum igitur ſubneruatum Eccleſiam intelligit Ambr. quam perpetuò Iudæi perſequentur, donec totum impleat orbem, tunc enim vocabuntur, & in ea recipientur. Quod maximè congruum eſt propter tribum Leui, ex qua oriundus fuit Chriſtus Dominus ſecundùm carnem; ex ea enim tribu ſunt Leui & Nathan Sacerdotes, quos S. Luc. in Euang. inter maiores Domini compotauit. Cùm igitur hoc in loco dicitur, *diuidam eos in Iacob*, oſtenditur dirimendos eſſe propter gentium [n] congregationem, vt qui non erant, introirent, & *ſic omnis Iſrael ſaluus fieret*; tunc autem poſt gentium ingreſſum vocabuntur Iudæi diſperſi

[m] Taurus enim ſignificat Eccleſiam dum veluti Luna cornibus fulget.
Pier. Valer.
Eucherius.
Rocelius.
[n] Diuidendi autem prædicuntur Hebræi, propter gentium congregationem.

Rom. 11. quod aduertit Paulus ad Rom. 11. cùm ita habet:
*Nolo vos ignorare fratres myſterium hoc, vt non ſi-
tis vobis ipſis ſapientes, quia cæcitas contigit ex par-
te Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic
omnis Iſrael ſaluus fieret, ſicut ſcriptum eſt: Veniet
ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob*,
id eſt, fiet, vt ex Eccleſia oriatur, qui reducat ad
eandem Eccleſiam diſperſos Hebræos; ad quem
Ibidem. locum ita eleganter argumentatur Paulus; *ſi reie-
ctio eorum, reconciliatio mundi eſt, quæ erit aſſumptio,
niſi vita ex mortuis? Si delictum eorum diuitia ſunt
mundi, & diminutio eorum diuitia gentium, quanto
magis plenitudo eorum?* ad quæ verba Pauli adden-
Chryſoſt. da ſunt ea, quæ habet Chryſoſt. hom. 19. ſuper
epiſtolam ad Rom. *Si Iudæis iratus, tanta largitus
eſt gentibus, quando illis reconciliatus fuerit aliquan-
do, quid non largietur?*

88. Ex quibus duo colliguntur; alterum eſt, hoſtes
[o] *Donec in fine mundi reconcilietur ad fidem Christi.* Eccleſiæ perpetuò futuros Hebræos; alterum eoſ-
dem reconciliandos [o] eſſe in fine ſæculi, & reuo-
candos ad Eccleſiam, idque precibus eiuſdem Ec-
cleſiæ Chriſti. Quòd autem vocandi ſint in ex-
Rab. Salom. tremis diebus, videtur probare Rabbi Salom. ex
Cantic. 1. illis verbis Cant. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui*.
quaſi ſit oratio Eccleſiæ veteris, ſeu potiùs gentis
Hebrææ diſperſæ, & poſt longum exilium reuer-
tentis ad ſponſum ſuum, cuius peculium fuerat.
Oſeæ 2. Similis locus eſt Oſeæ *in cap.* 2. vbi introducitur
Synagoga Hebræorum ſub imagine mulieris
adulteræ; *Ibo, & reuertar ad virum meum priorem,
quia tunc melius mihi erat, quàm nunc eſt*. Similis
Hierem 7. locus eſt Hierem. 7. vulgo dicitur: *Si dimiſerit vir
vxorem ſuam, & recedens ab eo duxerit virum alte-
rum, nunquid reuertetur ad eum vltrà? Numquid
non polluta, & contaminata erit mulier illa? tu au-
tem fornicata es cum amatoribus multis, tamen re-
uertere ad me, dicit Dominus*. Clarior eſt ille locus
Oſeæ 3. *Oſeæ* 3. vbi Propheta prædicit miſerum ſtatum,
quem nunc Hebræi habent ſine Rege, ſine Prin-
cipe, ſine ſacrificio, ſine idolis, ſine Deo, & tunc ſe-
quitur apud Prophetam, *& poſt hæc reuertentur
filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, &
Dauid Regem ſuum in nouiſſimo dierum*. quem lo-
Chald. Para. cum Paraphraſis Chaldaica ita explicat; *& obe-
dient tempore ſaltem extremo Meſſiæ filio Dauid
Regi ſuo*. hanc autem vocationem futuram eſſe
Bernard. precibus Eccleſiæ, docet Bernard. *ſerm.* 79. in ea
Cantic. 3. verba *Cant.* 3. vbi ſponſa ita dixit; *tenui eum, nec
dimittam, donec introducam illum in domum matris
meæ, & in cubiculum genitricis meæ*. Magna Eccle-
[p] *Quod beneficium precibus Eccleſiæ conſequitur.* ſiæ [p] charitas, quæ nec æmulæ Synagogæ ſuas di-
litias inuidet, quid benignius, quàm vt quem dili-
git anima ſua, ipſum communicare parata ſit ini-
micæ? Nec mirum, quia ſalus ex Iudæis, & ad lo-
cum, vnde exierat reuertitur Saluator, vt reliquiæ
Iſraël ſaluæ fiant, in domum igitur matris meæ
introducam eum vnde ille exierat. Magna amoris
potentia, Saluator indignabundus exierat de do-
mo, & de hæreditate ſua, & nunc ad huius gratiam
mitigatus inflectitur, ita vt redeat non modò ſal-
uator, ſed etiam ſponſus, *Benedicta tu à Domino
filia*, quæ & indignationem compeſcis, & hæredi-
tatem reſtituis; ſed memento, quia qui has conci-
liat amicitias ſponſa eſt; quomodo ergo ſponſum,
& hunc ſponſum alteri cedit, ne dicam, cupit? non
eſt ita, cupit illum quidem matri filia bona, non
tamen vt cedat illi, ſed vt communicet: ſufficit
vnus duabus, niſi quòd iam non ſint duæ, ſed vna
in ipſo; ipſe eſt enim pax noſtra, qui facit vtran-
que vnam. Nec mirum ſi Eccleſia pro ſuis hoſti-
bus ita poſtulet, cùm hæc dignitas [q] beneficij loco [q] *Quæ hanc dignitatem beneficij loco à Chriſto accepit, vt alienos reconciliet ipſi.*
ei relicta ſit à Chriſto, quemadmodum notauit
Paulus 2. ad Corinth. 5. *Qui dedit nobis miniſte-
rium reconciliationis, quoniam quidem Deus erat in
Chriſto, reconcilians ſibi mundum, non reputans illis
delicta ipſorum, & poſuit in nobis verbum reconci-
liationis*. quemadmodum aduertit Chryſoſt. hom. 2. Corint. 5.
11. ſuper eum locum, *Munus reconciliandi datum* Chryſoſt.
*eſt Verbo incarnato, & quoniam Chriſtus venerat
redimendæ iniuriæ cauſa, & occiſus eſt ab iis, quos
venerat reconciliare cum Deo, diſcedens hoc officium
Eccleſiæ reliquit*.

Quòd autem ea reconciliatio Iudæorum futu-
ra ſit in extremo tempore, apertiſſimè docuit 89.
Malachias Propheta in cap. 4. *Ecce ego mittam ad* Malach. 4.
*vos Eliam Prophetam antequam veniat dies Domi-
ni magnus, & conuertet cor patrum ad filios, & filio-
rum ad patres*. Pro qua re videndus eſt Hieron. Hieronym.
Pſalm. 20. verſ. *in reliquiis tuis præparabis vultum* Pſalm. 20.
eorum. Auguſt. 20. *de ciuitate cap.* 29. *& lib.* 2. *de* Auguſt.
peccato originali cap. 23. *lib.* 9. *de Gen. ad literam
cap.* 6. Gregorius *hom.* 12. *in Ezech.* in quam ſen- Gregor.
tentiam eſt locus Eccleſiaſtic. cap. 48. *qui receptus* Eccleſ. 48.
*eſt in turbine ignis in curru equorum igneorum,
qui inſcriptus eſt in iudiciis temporum lenire ira-
cundiam Domini, conciliare cor patris ad filium,
& reſtituere tribus Iacob*. quod Chriſtus Dominus
ſignificauit *Matth.* 17. cùm dixit, *Elias veniet, &* Matth. 17.
reſtituet omnia. Eſt igitur pulchra analogia, ea,
quam ſequitur Ambroſ. *ad hunc locum*, cùm ſigni- Ambroſius.
ficatam eſſe voluit Eccleſiam perſequuturam à Iu-
dæis per taurum ſubneruatum, propter quod diſ-
perſi ſunt per orbem, reuocandi tandem ad extre-
mum tempus in Eccleſiam precibus, & orationi-
bus eiuſdem Eccleſiæ.

§. VI.

Expoſitio Literæ.

Simeonis & Leui fratres, vaſa iniquitatis bellantia. In concilio eorum non veniat anima mea, & in cætu illorum non ſit gloria mea; quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum, &c.

PAulatim explicanda ſunt ſingula verba huius 90.
prophetiæ, & vaticinij, quia in illis adhuc re-
ſtat peculiaris difficultas, quamuis multa dixeri-
mus huc vſque, quæ pertinebant ad eorum expli-
cationem. Satis igitur accommodatè notauimus
in tractatu de vnione malorum, hos duos inter
cæteros filios Iacob fuiſſe vocatos fratres, non ſo-
lùm propter naturæ ſocietatem, ſed propter ma-
litiæ coniunctionem: magis enim vnire ſolet ma-
litia, quàm natura.

Verba autem quæ ſequuntur, maiorem habent 91.
difficultatem, ea autem ſunt, *vaſa* [r] *iniquitatis bel-* [r] *Vaſa iniquitatis bellantia.*
lantia. nanque Eugubin. putat ita potiùs verten-
dum eſſe locum, *vaſa violentiæ habitationis ipſo-* Eugubinus.
rum, vnde paraphraſis Chaldaica ita legit, *Simeon* Chald. Par.
*& Leui viri fortes in terra habitationis ſuæ operan-
tur fortitudinem*; vidit Hieron. æquiuocationem,
quæ latebat in voce Hebræa, pro qua Paraphraſis
Chald. vertit, *habitationis ſuæ*, ſicut patet *Ezech.*
16. vbi eadem vox poſita eſt, quam Hieron. tran- Hieron.
ſtulit, *radix tua*, ſiue, *generatio tua*, & *cap.* 21. eiuſ-
dem vatis, eãdem vocem tranſtulit, *natiuitatis tuæ*,
& tamen

Rab. Dauid. Rab. Salom.

& tamen hoc in loco, *bellantia*, vertit, ſiue *belliceſi*, cui ſuffragantur Rabbi Dauid, aſſerens poſſe verti gladium, & Rabbi Salom. ac proinde accommodatior eſt maximè ea lectio Hieron. quæ hodierna die vulgara iam eſt, proinde talis eſt ſenſus huius loci. Simeon & Leui vbicunque fuerint, [f] inſtrumenta ſunt bellica, id eſt, artifices totius diſcordiæ, & iniquitatis, mali enim ſunt, & bellicoſi.

[f] *i. vbicunque fuerint, inſtrumenta omnis malitiæ ſemper exiſtent.*

92. [t] *Qualiter accipiantur anima, & gloria, hic.* [u] *Anima in Scriptura pro vita ſumitur frequenter.* Matth. 2. & 6. & 10. Ariſtot. Ambr.

Maior alia difficultas eſt in ſequentibus verbis, cùm dicitur, *in concilio eorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non ſit gloria mea.* vbi duplex illa vox, *anima*, [t] & *gloria*, difficilem reddunt intellectum non ſolùm huius loci, ſed etiam aliorum ſacræ Scripturæ. namque *anima* in Scriptura ſacra, vitam [u] ſignificat, vt patet Matth. 2. *qui quærebant animam pueri*; & cap 6. *ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ*; & cap. 10. *qui perdiderit animam ſuam propter me.* Ratio huius rei ea eſt, quam docuit Ariſtot. *lib. 2. de anima cap. 2.* quia anima eſt principium viuendi, quo viuimus, ſentimus, & intelligimus; vnde Ambroſ. *in lib. de bono mortis*, rectè colligit *animam* dici, & eſſe *vitam*: vnde orta eſt ea forma loquendi frequentiſſima in ſancta Scriptura, *Anima mea in manibus meis ſemper*; quæ phraſis Hebræa eſt, quam Chaldaica paraphraſis ita plerunque explicat, *Anima mea periclitatur, non aliter, quam ſi in ſuperficie extima manus meæ poſita eſſet*: ea autem quæ in manibus feruntur, periculis expoſita ſunt. Senſus igitur huius phraſis talis eſt, *Vita mea periclitatur*; quo modo loquendi vtitur Iob *in cap. 13.* & *Iudic. cap. 12.* ita dicitur de Iephthe, *Poſui animam meam in manibus meis, tranſiuique ad filios Ammon.* id eſt, aggreſſus ſum Ammonitas cum maximo diſcrimine vitæ meæ; ſic quoque intelligendus eſt ille locus ex Pſal. 118. *Anima mea in manibus meis ſemper, & legem tuam non ſum oblitus.* quem locum Hieron. ita explicat in epiſt. ad Suniam, *quotidie periclitor, & quaſi in manibus meis ſanguinem meum porto.* quibus verbis per hyperbolem oſtendit magnitudinem periculi, cùm iam non vita periclitetur, ſed mortem ipſam quam per ſanguinem ſignificatam eſſe voluit Hieron. in manibus portet: idque ne qua particula legis cadat à memoria.

Iob 3. Iudic. 12. Pſalm. 118. Hieronym.

Quæ expoſitio vera eſt, quamuis D. Auguſt. fateatur, ſe prorſus non intelligere hunc loquendi modum ſacræ Scripturæ. Exiſtimat enim Auguſt. potiùs eum locum legendum eſſe, *anima mea in manibus tuis ſemper*, quo pacto legunt aliqui codices Græci; vera tamen lectio eſt ea, quam ſequitur Hieron. nec enim ille locus agit de prouidentia Dei, ſecundùm quam animæ, & vitæ iuſtorum in manu Dei ſunt; ſed potiùs de periculis, quibus expoſiti ſunt veri obſeruatores legis diuinæ. Hieron. ſuffragatur Eugubin. Sequentes igitur hunc loquendi modum Hebræorum, talis eſt ſenſus huius loci: Non ſit [x] mea vita argumentum & materia de qua deliberent Simeon, & Leui, in eorum enim concilio, vel vita parentis periclitatur.

Auguſt. Eugubin.

[x] *Senſus huius literæ.*

93. [z] *Gloria animā ſignificat.* Pſalm. 56. Pſalm. 29. Iob 5.

Sic ſimiliter gloria animam ſignificat. Nam ſacra Scriptura ſæpiùs animam [z] hominis gloriam appellat, hoc eſt, ſpeciem, ſiue pulchritudinem hominis, eſt enim animæ perpetuum epithetum gloria, vt patet in Pſalm. 56. *Exurge gloria mea*, & Pſalm. 29. & Iob. *in cap. 5.* vbi enim Vulgatus Interpres habet, *& viſitans habitaculum tuum non peccabis*, Hebraicè ita legi poteſt, *& viſitans ſpeciem tuam*, ſiue *pulchritudinem tuam*, *& gloriam tuam*, id eſt, animam tuam, *non peccabis.* Ratio autem huius locutionis ea eſt, quia anima cùm corpus

Gabr. à Coſta in Gen.

orbatum eſt, non ſuperat viles alias creaturas: eſt igitur corpori gloria, [a] decus, & ornamentum ipſa anima, per quam ſuperat cæteras omnes creaturas, ſicut eleganter colligit Rabbi Dauid Chimi, qui loquendi modus vſitatus eſt inter bonos authores ſacros, & prophanos, qualis eſt ille locus apud Poëtam,

[a] *Quia anima corporis eſt gloria.* Rab. Chimi.

Frigidus & ſyluis Aquilo decuſſit honorem, — Virg.

Quia depopulatus eſt frondes, & flores, qui ornamentum ſunt ſyluarum. Sic ſimiliter 1. *Æneid.*

—— *& lætos oculis afflarat honores.* — Idem.

Qualis eſt ea locutio apud Iſai. in cap. 35. *gloria Libani data eſt ei, & decor Carmeli*; quaſi ſit ſenſus: Tunc poterit certare cum Libano in pulchritudine, ſiue gloria, & cum monte Carmelo in vbertate; ſuperabit enim montes omnes Eccleſia pulchritudine, & vbertate. quem loquendi modum videtur ſequutus hoc in loco Patriarcha, cùm [b] dixit, *in cœtu illorum non ſit gloria*, id eſt, anima mea; eſt enim per ſynecdochen dictum, ſecundùm quam figuram pars accipitur pro toto; non reperiar, neque repertus ſum in cœtu, ſiue cõcilio eorũ.

Iſaiæ 35. [b] *Senſus literæ.*

94. [c] *Simplicior ſenſus ſi verba ſimpliciter ſumantur.* Hieron. Auguſt. Rab. Moyſ. Matth 6. Eſther 1. Ioan. 1. Chryſoſt.

Fortaſſis tamen ſimplicior, & verior erit ſenſus, ſi verba [c] ſimpliciter accipiantur in ſua vulgari ſignificatione; ſed adhuc *gloria* æquiuocationem habet, quemadmodum notauit Hieron. *ad Galat. in cap. 5.* Auguſt. *tract. 11. in Euangel. Ioan.* & Rabbi Moyſes *in ſuis æquiuocis*, ſignificat enim gloria, claritatem, magnificentiam, ſplendorem, & maieſtatem. Quo ſenſu intelligendus eſt ille locus Matth 6. *Dico autem vobis, quod neque Salomon in omni gloria ſua veſtitus eſt, ſicut vnus ex iſtis*, id eſt, in omni maieſtate ſua, ſiue ornatu regio, quo Salomon vtebatur; ſic vſurpatur nomen gloriæ Eſther 1. cùm legitur, Regem Aſſuerum paraſſe conuiuium, *vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui*, id eſt, magnificentiam regiam. quo ſenſu videtur intelligendus ille locus Ioan. in cap. 1. *vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre.* id eſt, vidimus maieſtatem eius planè diuinam, qua vtebatur in docendo, & operandis miraculis; ſic enim authores Græci eum locum legunt: vnde Chryſoſt. notauit etiam in paſſione eam maieſtatem viſam eſſe: qua de re videndus eſt Hieron. *ad Epheſ. in cap. 3.* cùm exponit illud Pauli, *Vt innoteſcat multiplex ſapientia Dei.* non crediderim tamen in hac ſignificatione vſurpatum fuiſſe hoc loco nomen *gloria*, nec enim ſtare videtur cum modeſtia Iacob. Propterea crediderim potiùs gloriam hoc in loco ſignificare frequentem de aliquo famam [d] cum laude, quemadmodum eam definit Quintilian. & Senec. *lib. 13. epiſt.* Cicero *lib. 2. de inuent.* quem ſequitur Auguſt. *tract. 100. & 105. in Ioan. & lib. 83. quæſtionum, q. 31.* Ariſtot. *lib. 1. Rhetor. ad Theod.* vbi ita ait: *gloria eſt, cùm quis probus à cunctis exiſtimatur, aut id habere putatur, quod omnes, vel plures, vel probi, vel prudentes expetunt.* In hac igitur ſignificatione loquitur Patriarcha *hoc in loco*, ſicut patet ex circunſtantia eiuſdem loci, & ſuffragatur paraphraſis Chaldaica, quæ ſic habet: *In ſecretis eorum non fuit anima mea, & cum congregarentur ipſi, vt irent, non deſcendi de gloria mea.* id eſt, neque me conſuluerunt, quando de perdendis Sichimitis concilium inierunt, clam & me ignorante facinus deliberarunt, & perfecerunt; dixit autem Iacob, *Non deſcendi de gloria mea.* id eſt, nihil perdidi de nominis mei exiſtimatione, quia qui dolosè agit, de virtutis opinione deſcendit, ſicut latè diximus *in eo tractatu*, quem fecimus, Quòd non deceat hominem nobilem fraus & dolus.

[d] *Gloria hic pro bona opinione conuenientius ſumitur.* Quintilian. Senec. Cicero. Auguſt. Ariſtot.

95. Philo.
Si quis autem quærat, cur ita curauerit Iacob
bonum nomen, & famam, legat Philonem *in lib.*
de tranſmigratione Abrahæ, exponens ea verba,
magnum faciam nomen tuum. Sicut enim, inquit
Philo, bonum, atque honeſtum eſſe, ita & videri
prodeſt. Eſt quidem veritas opinione melior,
vtrumque tamen ſua bona fortuna ſequitur; multi
enim, nec fucati cultores virtutis, capti eius natiua
pulchritudine, neglectis vulgi rumuſculis petiti
ſunt inſidiis pro malis habiti, cùm reuera probi
fuerint. cæterùm exiſtimatio [e] tunc demum pro-
deſt, quando ex re naſcitur, ſicut experimur in cor-
poribus; nam etſi homines ægrotum bene valere,
aut ſanum ægrotare crederent, ſola opinio, neque
morbum, neque ſanitatem efficeret; verùm cui
Deus vtrunque conceſſit, vt bonus, atque honeſtus
ſit, & videatur, hic verè beatus eſt, & verè vir
magni nominis; nec enim negligenda bona fama,
eſt enim res in omni vita vtiliſſima. Nihil igitur
mirum eſt, ſi tantopere curauerit optimam exiſti-
mationem Iacob, videbat enim eo modo ſucceſ-
ſum optimum habere poſſe eam gentem, cuius
ille author erat, vel potius, quia, ſicut eleganter
Plato. notauit Plato *in epiſt. 2. ad Dionyſium Tyrannum*,
vbi velle videtur eum, qui nullam curam habet de
bono nomine, neque aliquam ſpem habere de fu-
tura reſurrectione, [f] ſunt enim eius hæc verba:
Verùm moderatiſſimi quique omnia faciunt, vt apud
poſteros bene audiant, ex quo ego coniecturam acci-
pio, eſſe mortis aliquem ſenſum eorum, qui hæc agunt;
optimæ enim animæ diuinant hæc ita ſe habere, peſſi-
mæ verò hoc negant, præſtantiores autem ſunt viro-
rum diuinorum, quàm eorum, qui tales non ſunt. quæ
ratio fuit cur Iacob moriens ita curauerit bonam
æſtimationem de ſe relinquere apud poſteros ſuos,
quia ſciebat, & ſperabat futuram reſurrectionem,
quam qui non ſperat, non curat gloriam, & ho-
norem nominis ſui. id quod colligitur etiam ex
Gen. 4. *4. cap. Gen.* vbi pro illis verbis Cain ad fratrem
ſuum Abel, *egrediamur foras*, quæ in Hebræo non
habentur, ſicut aduertit Hieron. & grauiores in-
terpretes eius loci, ita habet paraphraſis Chaldai-
Xiſt. Senenſ. ca, quam refert Xiſtus Senenſ. *in Bibliotheca ſacra*
Paul. Burg. *tom. 2. adnotat. 66. ſuper cap. 4. Gen.* & Paulus Burg.
Chald. Par. *addit. 4. ſuper 4. cap. Gen. Dixit Cain ad Abel fra-*
trem ſuum, Non eſt iuſtitia, neque iudex, neque ſæ-
culum aliud, neque præmia recipient iuſti, neque pœ-
nas luent improbi, ac tunc interfecit eum. Quare
meritò Iacob moriens deteſtatur facinus ſuorum
filiorum, vt famam & nomen ſuum liberet ab eo
dedecore, dicens, *In concilio eorum non veniat ani-*
ma mea, & in cœtu eorum non ſit gloria mea. id eſt,
non fui conſcius eius ſceleris, [g] curo enim bonum
nomen, quia fidem habeo, & ſpem de futura Re-
ſurrectione, qui enim eam ſperat, non contemnit
ſuam famam, & nomen.

Hactenus execratus eſt Iacob facinus ſuorum
filiorum, nunc iam incipit oſtendere, quod tandem
illud fuerit, cùm ait, *quia in furore ſuo occiderunt*
96. *virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum.* de
quibus verbis duplex eſt opinio [h] inter Hebræos,
quemadmodum referunt graues Authores: alij
enim exiſtimant referendam eſſe hanc ſententiam
ad iniuriam illatam Ioſeph, quem fratres occide-
runt propter inuidiam, quantum in illis fuit: vo-
catus autem eſt hoc in loco, *vir*, ſiue *taurus*, ſicut
Deut. 33. eum vocauit Moyſes *Deut. 33.* cùm ei benedixit,
dicens, *Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius:*
fuiſſe autem Authores huius ſceleris Simeon, &
Leui inductione probant, quæ tota poſita eſt in
coniectura, in primis, quia Ruben non fuit author
illius concilij, omnia enim fecit vt Ioſephum red-
Gen. 37. deret liberum parenti ſuo, ſicut patet *Gen. 37.* ne-
que etiam Iudas, qui quarto loco natus erat, ille
enim ne Ioſeph moreretur in ciſterna, fratribus
perſuaſit, vt eum potiùs venderent Iſmaëlitis, di-
cens, *Caro noſtra, & ſanguis noſter eſt.* Neque etiam
potuerunt eſſe authores illius iniuriæ quatuor fi-
lij ancillarum Dan, Nephthali, Gad, & Aſer, deſ-
pecti enim erant, & quia filij ancillarum non po-
tuerunt habere tantam authoritatem, vt inter cæ-
teros fratres authores eſſent alicuius facinoris, &
quia Ioſeph eis fauebat, ſicut dicitur in ſacra
Scriptura, *Ioſeph erat cum filiis Balæ, & Zelphæ.*
Similiter neque Iſachar, & Zabulon, cùm eſſent
inter cæteros filios minores natu, ac proinde au-
thores non potuerunt eſſe [i] illius iniuriæ: conſe-
quens igitur eſt, vt Simeon ſecundo loco natos, &
Leui tertio loco natus concitauerint odium cæte-
rorum fratrum in Ioſeph, & fuerint authores to-
tius illius negotij.

Hæc tamen ſententia ſola nititur coniectura, 97.
[l] in quam eſt hoc argumentum etiam, quia credi-
bile non eſt prudentem Patremfamilias, qualis
planè fuit Iacob, morientem voluiſſe diſcordes
relinquere filios ſuos, & diſſidentes à Ioſeph, pe-
nes quem in Ægypto eorum ſalus poſita erat pro-
pter eius authoritatem, & potentiam: reliquiſſet
autem eos diſcordes ſi Ioſepho in memoriam re-
uocaſſet iniuriam à Fratribus illatam, præſertim
cùm conſtet ex ſacra Scriptura *in cap. 50. Gen.* ex Gen. 50.
pace & concordia Ioſephi cum fratribus pendere
eorum remedium & ſalutem, & propterea tale
concilium inierant mortuo Iacob, *quo mortuo*, in-
quit Scriptura, *timentes fratres eius, & mutuò lo-*
quentes, ne fortè Ioſeph memor ſit iniuriæ, quam paſ-
ſus eſt, & reddat nobis omne malum, quod fecimus,
mandauerunt ei, dicentes: Pater tuus præcepit nobis
antequam moreretur, vt tibi verbis illius diceremus:
Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum, at-
que peccati, malitiæque, quam exercuerunt in te.
Credibile igitur non eſt morientem Iacob illud
ſcelus in memoriam reuocaſſe Ioſepho, quod per-
nicioſum viderunt filij eius, poſt eius mortem.

Alij ex Hebræis diuidunt hanc ſententiam in 98.
duo crimina, [m] alterum de morte Sichem; alte-
rum verò de iniuria illata Ioſepho. quorum præ-
cipuum fundamentum poſitum eſt in authoritate
paraphraſis Chaldaicæ, quæ talis eſt: *In ira ſua oc-*
ciderunt Principes, & in voluntate ſua vendiderunt
Ioſeph, qui aſſimilatus eſt boui. Ex quibus conſtat,
vtriuſque ſceleris hîc factam fuiſſe mentionem, &
mortis Sichem, & iniuriæ Ioſeph. Verùm & hæc
etiam expoſitio nullo poteſt placere modo, pro-
pter illud fundamentum, quo impugnauimus ſu-
periorem expoſitionem, & præterea, quia vim
[n] infert ſacræ literæ, quia per *murum* hoc in loco
vertit *taurum*. nam quamuis vox Hebræa, *Schor*,
interdum *bouem* ſignificet, hoc in loco neceſſariò Chald. Par.
ſignificat *murum*; ſicut eleganter colligit Aben Aben Eſra.
Eſra, quem refert Eugubin. ad hunc locum. neque Eugubin.
enim quadrat taurus cum verbo *hakar*, quod Rab. Dauid.
ſignificat eradicare, ſiue perfodere, quod maximè Rab. Abrah.
conuenit muro, quemadmodum aduertit Rabbi Hieronym.
Dauid *in lib radicum*, & Rabbi Abraham, quos
ſequutus eſt D. Hieron.

Nec verò authoritas Chaldaicæ paraphraſis 99.
tanta eſt, vt propter eam aberrandum ſit à via
communi Patrum: pro quo aduertendum eſt cum Bellarmin.
Bellarmino *tom. 1. controuerſ. lib. 2. de verbo Dei,*
cap. 3.

[e] *Ea autem tunc ſolùm magni facienda, quando ex re naſcitur.*

[f] *Quam qui negligit, malè de Reſurrectione ſentit.*

[g] *Huius autem vt ſpem aſtruat Iacob, omnem à ſe facinoris filiorum amouet ſuſpicionem.*

[h] *Duplex opinio Rabbinorum circa ſcelus horum.*

[i] *Prior exiſtimat hæc verba referri ad Ioſephi venditionem.*

[l] *Sed reijcitur efficaciter.*

[m] *Poſterior ſententia Rabbinorum, partim de iniuria Ioſephi, partim verò de morte Sichem, locum intelligit.*

[n] *Verùm hæc expoſitio vim infert ſacræ literæ.*

cap. 3. Vbi ille habet ita, *Tranſtulit, vt fertur, Pentateuchum Rabbi Aquila, qui Chaldaicè Onchellus vocatur: ea autem tranſlatio paraphraſis Chaldaica vocatur, ſiue Targum, quæ nobis vtiliſſima eſt, quia magnæ authoritatis apud Hebræos, vt ex ea eos conuincamus, alioquin ſuos habet errores, quorum aliquos refert Bellarmin.* loco citato, *inter quos potuit eſſe hæc expoſitio poſita in ſola coniectura.*

100. Certum igitur ſit,[o] crimen, quod hoc in loco exectatur Iacob, non eſſe iniuriam Ioſephi, ſed potiùs mortem Sichem, & euerſionem eius vrbis, quam contra fas, & fidem datam fecerunt Simeon & Leui, à quo ſcelere ſe liberum eſſe oſtendit Iacob moriens, quia non decebat authorem gentis Hebrææ ſimili ſcelere maculari, & admonitos etiã eſſe voluit ſuos omnes poſteros, ne deinceps contra fœdera conſtituta agerẽt: propterea ſequẽtibus verbis exectatur illud crimen dicẽs, *Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura.* Ad cuius ſententiæ maiorem explicationem conſulendus eſt ille tractatus, quem fecimus de ira, ſiue pertinacia, ex quo colligemus, quòd quanuis ira interdum inſtrumentum ſit virtutis, pertinacia tamen, furor, & indignatio, non ſunt ſine grauiſſimo peccato, ſicut colligitur ex hoc loco, & latiſſimè docet D. Thom. 2.2. *q.* 158. *per totam.*

[o] Reſolutio dubij eſt, quòd de morte Sichem, & euerſione eius vrbis hic ad literam ſermo ſit.

D. Thom.

101. Poſtrema autem verba, *diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael,* pœnam impoſitam ſignificant duobus fratribus propter ſcelus commiſſum, vaticinatur enim Iacob poſteros Simeonis, & Leui diſpergendos fore per vniuerſam Palæſtinam, ſicut nos latè diximus *in tractatu de Analogia vtriuſque Teſtamenti*; & hæc habuimus dicenda in vaticinio vtriuſque fratris, Simeonis ſcilicet, & Leui.

TRACTATVS præambulus IV.

De Iuda, ſiue de vera allegoria.

PARS PRIMA.

De expoſitione literali.

102. AGgredimur vaticinium Iudæ, quem ſibi quartum filium genuit Iacob ex Lia coniuge ſua, quod vaticinium primum fuiſſet, ſi Iacob ordinem accuratæ perfectionis ſequutus eſſet, ſicuti Ioann. Euang. *in ſua reuelatione cap.* 7. cum primum vidit inter Sanctos electos, cùm dixit, *ex tribu Iuda duodecim millia ſignati*, & poſteà addidit, *ex tribu Ruben duodecim millia ſignati.* Verùm quoniam Iacob ordinem potius generationis, quàm perfectionis[p] in hac ſua prophetia ſequutus eſt, priùs de Ruben dixit, qui primogenitus fuit inter cæteros fratres; deinde de Simeone, & Leui, ac tandem quarto loco de Iuda, qui veluti ſubiectũ[q] eſt attributionis totius vaticinij, pollicetur enim poſteris ſuis excellentiam, & reuerentiam inter fratres, pollicetur fortitudinem, & nobilitatem ſanguinis: deinde prædicit imperium Iudæorum futurum penes eam tribum, &, quod magis eſt, ex tribu Iudæ oriundum eſſe Meſſiam Dominum, ac tandem vaticinatur ſummam rerum abundantiam in ea tribu futuram, quibos rebus componitur optimum, & bene conſtitutum imperium.

Apocal. 7.

[p] Iudas generatione quartus, ſed perfectione primus.

[q] Subiectum eſt totius vaticinij præſentis.

Gabr. à Coſta in Gen.

§. I.

De præſtantia allegoriæ & neceſſitate.

103. QVoniam verò hic locus totus propheticus eſt, plenus metaphoris, & allegoriis, quo clariora fiant ea, quæ in eo continentur, neceſſarium putauimus præuium vniuerſæ[r] prophetiæ facere tractatum de vera allegoria; ex quo pendet magna pars eorum, quæ in toto hoc vaticinio dicemus: deinde de ſingulis ferme particulis ſingulos tractatus faciemus, habent enim ſingulæ particulares difficultates, ex quibus, Deo adiuuante, coaleſcet verus intellectus huius prophetiæ, quæ & nobiliſſima eſt, & perdifficilis; quanuis enim certum ſit defectionem Iudaici ſceptri, ſiuè regni Hebræorum de domo Iudæ, ſignum poſitum fuiſſe hoc loco aduentus Dei in carne, quandiu enim domus Iudæ ſtetit, & imperium Hebræorum penes eius poſteros fuit, tandiu Deus ſuum aduentum in carne diſtulit; adhuc tamen perdifficile eſt non ſolùm inter Hebræos, quibus reſragatur omnino hic locus, ſed etiam inter authores ſacros[ſ] oſtendere, quo pacto euentus huius prophetiæ cum ipſa veritate cohæreat.

[r] Tractatum hic præuium eſt ad vniuerſum de Iuda vaticinium.

[ſ] Quæ non modo apud Hebræos, ſed & inter Catholicos perdifficilis eſt.

104. Nec plura hac in re præfati, obſeruandus eſt ille locus Rabbi Moyſis in lib. 1. Moré. *Scito,* inquit, *quòd clauis vniuerſorum,[t] quæ Prophetæ dixerunt, eſt intelligere parabolas, metaphoras, & ſimilitudines, atque ænigmata,* quod ſignificatum eſſe videtur *Prouerb.* 25. Vbi enim noſtra vulgata habet, *mala aurea in lectulis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo*; ſic veritas Hebræa habet, *Poma aurea in cancellaturis argenteis verbum dictũ ſecundùm ambas facies ſuas*; cuius ſententiæ talis eſt ſenſus: Sicut pomum aureum concluſum in retiaculis argenteis, ita continetur allegoricus, & myſticus ſenſus in ſenſu literali, & externo ſacræ Scripturæ; ſi quis enim includeret pomum aureum mirabili artificio factum in retiaculis argenteis eodem opere elaboratis, qui opus illud de longè aſpiceret, totum illud argenteum exiſtimaſſet, verùm manu ductus artificio exteriori rimabitur tandem incluſum aurum. Sic prorſus eſt in ſacra Scriptura, externus enim apparatus eius oculos noſtros ita detinet, vt tandem inueniamus ſub ea latentem ſenſum diuinum, ſiuè myſticum; hoc etiam oſtendit Philo, quem refert Euſebius Cæſarienſ. *lib.* 2. *ſua hiſtoriæ, cap.* 17. Sic enim habet Philo, in lib. de vita Theoretica: *Omnis lex videtur animali ſimilis, quòd[u] corpus quidem habeat, ipſam literam, animam verò occultam, & ſpiritualem in litera ſignificationem.* quod idem refert Nazianz. *in epiſt. ad Nemeſium*, vbi aſſerit, *ſacram Scripturam non diſſimilem eſſe Verbo incarnato; ſicut enim Deus in carne vtrunque habet, & carnem quidem oculis noſtris obiectam, & latentem in carne diuinitatem inuiſibilem; ſic & ſacra Scriptura habet ſenſum externum oculis peruium, & internum, ſiuè myſticum, neque ſenſibus obiectum*; vtrunque oſtendit Paulus[x] 1. *ad Corinth.* 10. vbi ait, omnia Hebræis eueniſſe in figura, atque ita vniuerſam eam hiſtoriam, quæ agit de exitu Iſraël de Ægypto, præter externam veritatem, occultam habere figuram. Similis locus eſt *ad Galat.* 4. vbi de Abraham dicitur, quòd duos filios habuerit, *verùm per allegoriam,* inquit Paulus, *duo Teſtamenta ſignificantur.* ſic quoque *Ioann.* 3. dicitur, *ſicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari*

Rabb. Moyſ.

[t] Clauis omnis propheticæ, ex intelligentia parabolæ, metaphoræ, & ſimilitudinis conficitur.

Prouerb. 25.

Philo.

[u] Litera corpori, ſpiritualis verò ſignificatio animæ comparatur in Scriptura ſacra.

Nazianz.

[x] Vtroque ſenſu, & ſacri Authores vſi ſunt non ſemel in nouo Teſtamento.

1. Cor. 10.

Gal. 4.

Ioann. 3.

Matth. 12. Driedon.

oportet filium hominis. Similis quoque eſt locus *Matth.* 12. de Iona Propheta, quam veritatem ita concludit Ioan. Driedon. *in lib.* 2. *de dogmatibus Eccleſiaſt. cap.* 2. *Si enim*, inquit, *ſacra Scriptura duplicem ſenſum non haberet, ridicula planè fuiſſent ſacrificia vetera, & veteres cæremoniæ, & indignæ, quæ in præcepto conſtituerentur à Deo, niſi diuinum aliquid, & grande in ſe includerent myſterium, quale planè eſt ſacrificium Crucis.*

105\. Eſt autem proprium ſolius ſacræ Scripturæ, in quo aliis omnibus præſtat ſcientiis, vt eodem ſermone, quo narrat geſtum, [a] prodat myſterium, ſicut aduertit Gregor. *lib.* 21. *moral. cap.* 1. cui ſuffragatur Aug. *epiſt.* 49. *q.* 6. Clariùs, D. Thom. 1. *p. q.* 1. *art.* 10. *& quodlib.* 7. *art.* 8. Quamuis enim apud aliquas gentes res ſignificare ſoleant alias res, ſicut apud Ægyptos, ſola ſacra Scriptura ſua hiſtoria res futuras ſignificare potuit, cuius ratio ea eſt, quia author hiſtoriæ ſacræ Scripturæ Deus [a] eſt, cuius infinita eſt ſapientia, & propterea potuit per ea, quæ vel præterita, vel præſentia erant longo pòſt tempore futuras res certiſſimè ſignificare, & adumbrare, ſicut per hiſtoriam filiorum Iſraël factum eſt, & per ſacrificium Iſaac, in quo ſignificatum eſt ſacrificium futurum Crucis temporibus Chriſti Domini, quod nulla alia hiſtoria efficere [b] potuit, ex eo, quòd cuiuſcunque hiſtoriæ author non poteſt cognoſcere ea quæ futura ſunt, vt ea in præteritis, vel præſentibus ſuæ hiſtoriæ adumbret.

[a] *Proprium enim eſt ſacræ Scripturæ vt vt eode ſermone narret geſtum, & prodat Myſterium.*
Gregor. August. D. Thom.
[a] *Quia Author illius Deus eſt, qui præteritis, ſeu præſentibus rebus, futura prænunciare poteſt.*
[b] *Quod cæteri authores præſtare nequeunt.*

106\. Ex quibus duo colliguntur, alterum eſt ſacram Scripturam duplicem ſenſum habere, externum alterum, [c] & alterum internum, quod quidem pluſquam certum eſt, præſertim cùm veteres Rabbini ſacra Scriptura in vtroque ſenſu vſi ſint, imò & Chriſtus Dominus, & ſacri Authores noui Teſtamenti, vt patet ex iis, quæ ſuprà diximus: neque hoc eſt inuentum noſtrorum Patrum noui Teſtamenti, ſicut quidam aſſeruerunt, conſtat enim Dauidem, & cæteros Prophetas ſenſum myſticum agnouiſſe [d] in ſacra Scriptura, quo pacto *in Pſalm.* 109. agnoſcit in Sacerdote Melchiſedech Sacerdotem Chriſtum Dominum, cùm dixit, *Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech,* &c.

[c] *Hinc duplex ſenſus eſt, externus, & alter internus.*
[d] *Myſticum, ſeu internum agnouerunt veteres Prophetæ.*
Pſal. 109.

107\. Pſal. 38. Similis locus eſt in *Pſalm.* 38. in quo cognoſcit in exilio apud Ægyptum adumbratum eſſe exiliũ, quo peregrinamur à cælo; cùm enim iam ille eſſet in patrio ſolo, gemens ait, *Aduena ego ſum, & peregrinus, ſicut omnes patres mei.* Sic quoque Pſ. 71. cùm dixit, *deſcendet ſicut pluuia in vellus*, oſtendit in vellere Gedeonis adumbratum fuiſſe deſcenſum Verbi in vterum Virginis; non ſunt igitur meræ accommodationes, atque applicationes, quas etiam ex ſcripturis prophanis facere poſſumus, ſed potiùs figura & vmbra eſt Teſtamentum, ſub quo latet aliud ſignificatum longè diuerſum ab eo, quod voces ſignificant, ſicut eleganter inter cæteros colligit Driedonius *loco citato pag.* 48. per totam.

Pſalm. 71.
Driedon.

108\. Secundò colligitur ex iis, quæ diximus, ſenſum internum plerunque, & præſertim in veteri Teſtamento, nobiliorem eſſe, & diuiniorem, [e] quamuis par certitudo vtriuſque ſenſus ſit; quoniam verò ſenſus internus verſatur circa nobiliorem materiam, diuinior, & nobilior eſt, externa enim hiſtoria habet ſacrificia vetera, & veteres cæremonias; ſenſus autem internus ipſum Deum. Neque verò contra hoc eſſe poteſt ea doctrina, quæ eſt apud Hieron. *Matth.* 13. in parabola de fermento, quod abſcondit mulier, poſtquam enim ex ea parabola confirmauit myſterium Trinitatis, addidit, *Pius quidem ſenſus, ſed nunquam parabolæ, & dubia ænigmatum intelligentia poteſt ad authoritatem dogmatum proficere.* Vnde Dionyſ. dixit *in epiſt. ad Polycarp. Myſtica Theologia non arguit.* videndus eſt Aug. *epiſt.* 48. vbi aſſerit, *impudentiſſimum eſſe per aliquid in allegoria poſitum quidquam pro ſe interpretari.* Similia habet Hieron. *ad Paulin.* ex quibus omnibus fit, [f] argumenta ducta ex ſenſu myſtico non eſſe efficacia, id quod prouenit, non ex ignobilitate ſenſus myſtici; propterea enim argumenta non petuntur ex ſenſu myſtico, quia propter eius nobilitatem, & diuinitatem ſeparatus eſt à noſtris ſenſibus, neque conſtare poteſt, quis ſit verus ſenſus myſticus intentus ab Spiritu ſancto, quoties enim conſtiterit, argumentum ab eo ductum efficax erit, ſicut eleganter notauit Michaël de Medina *lib.* 6. *de recta in Deum fide, cap.* 25. Senſus autem externus obuius eſt ſenſibus, vtpote qui reſultat ex vulgari ſignificatione vocum, ac proinde facilè conſtat, quis ſit verus ſenſus literalis, & ex eo efficacia proinde petuntur argumenta plerunque. Quòd ſi aliquando non ita conſtat de ſenſu externo alicuius loci, ex eo etiam non conficitur argumentum efficax, ſicut docuit Paulus Burgenſ. *in prologo ſuarum additionum, §. circa* 5. Ex quibus iam colligimus, quòd quantuis diuinior ſit ſenſus myſticus, quàm ſenſus literalis, ex myſtico non confirmantur noſtra dogmata, non quòd diuinus non ſit, ſed quoniam nobis non conſtat, qualis ſit ſenſus diuinus myſticus intentus ab Spiritu ſancto.

[e] *Qui quidē in veteri Teſtamento plerunque diuinior & nobilior exiſtit, quàm externus, & quare.*
Hieron.
Dionyſ.
Auguſt.
[f] *Obiectionē in contrariū ex D. Hieronymo, ſit ſatis.*
Medina.
Burgenſis.

Quòd verò ſacri Euangeliſtæ, atque alij Authores ſacri vtantur aliquando Scriptura in ſenſu myſtico ad confirmandas [g] res fidei, non eſt aliquod incommodum, ſicut Paulus fecit ad Hebræos *in cap.* 1. ex eo loco 2. *Reg. in cap.* 7. & ex 1. Paralip. *in cap.* 22. vbi de Salomone Rege ad literam dicitur, *Ipſe erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem*; ex eo enim probat diuinitatem Chriſti Seruatoris; ſicut etiam Matth. *in cap.* 2. *ſui Euangelij*, ex eo loco Oſeæ 2. *ex Ægypto vocaui filium meum.* qui locus ad literam agit de populo Iſraël liberato à ſeruitute Ægypti, probat Mathæus reditum Chriſti ſeruatoris ab Ægypto, qui reditus figuratus fuerat in loco Oſeæ. Similia ſunt alia loca paſſim apud ſacros Euangeliſtas, quibus in ſenſu myſtico vtuntur ad probandas res noſtræ fidei. Dicendum enim in primis eſt ea argumenta efficacia eſſe apud ipſos, qui pleni [h] Spiritu ſancto cognoſcebant optimè, quinam eſſent veri ſenſus interni intenti ab Spiritu ſancto, nobis autem per accidens non probabant: vel etiam dicendum eſt inter cætera efficacia argumenta allata etiam fuiſſe topica, ſiue probabilia, quod plerunque fit in Scriptura; vel, quod magis puto, dicendum eſt, Euangeliſtas noluiſſe probare, ſed reuelare, & aperire ea, quæ latebant abſcondita in veteri Teſtamento ad noſtram doctrinam, ſicut feciſſe legitur Chriſtus Dominus *Luc.* 24. duobus diſcipulis, quos comites habuit in Emaus: *Erat enim incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipſo erant*; abſit tamen vt aſſeramus accommodationes eſſe, & non prophetias; quamuis enim Scripturarum applicationes, & accommodationes vtiles plerunque fiant in ſacris concionibus, tamen aſſerendum nullo modo eſt, huiuſmodi loca, & ſimilia allata fuiſſe ab Euangeliſtis per puram accõmodationem, 109.

[g] *Vtuntur enim ſacri Authores ſenſu myſtico ad confirmandas res fidei.*
Hebr. 1. Matth. 2.
[h] *Quippe qui per Spiritum certi erant de ſenſu myſtico.*
Luc. 24.

Si

110. Si quis autem quærat, cur diuina prouidentia voluerit abſcondere myſteria ſacratiſſima, & omnino neceſſaria ad noſtram ſalutem in tot figuris, cùm tamen ea, quæ neceſſaria ſunt ad hanc vitam, quam viuimus, fecerit communia, & palàm poſuerit; eius rei facilis ſolutio eſſet, ſi audiendus foret impius Lutherus in præfatione aſſertionis articulorum à Leone X. damnatorum, cuius hæc ſunt verba: *Scriptura ipſa per ſe facillima, apertiſſima, certiſſima, ſui ipſius interpres, omnium omnia probans, iudicans, & illuminans.* Verùm hæc ſententia, quamuis dicit Scripturam ex ſe facillimam eſſe, eſt[l] contra communem ſententiam Patrum, quos refert Rupert. Bellarmin. *tom. 1. controuerſ. lib. 3. de verbo Dei interpretando, cap. 1.* Quare nihil curando de ſententia huius hæretici, tres, vel quatuor rationes habuit diuina prouidentia inter alias, cur difficilem, & obſcuram nobis dederit Scripturam.

[k] *Dubitatur cur neceſſaria ad ſalutem abſcondità continantur in ſacra pagina.* Lutherus.

[l] *Damnatur ſtultum Lutheri dictum.* Bellarm.

111. Prima eſt maieſtas rerum,[m] de quibus in ea agit, ex ipſa enim maieſtate rei oritur plerumque in ſcientiis difficultas intelligendi, agit autem Scriptura de ſummis rebus, vtpote de Deo vno in eſſentia, trino in perſonis, de vnione naturæ humanæ ad Verbum, de æterna prædeſtinatione, de gratia, & ſacramentis, quæ ex ſua natura nimis ſeparata ſunt a ſenſibus noſtris, ac proinde difficillima, & obſcuriſſima.

[m] *Prima conueniētia myſtica locutionum, deducitur ex maieſtate rerum, quæ dicuntur.*

112. Secunda autem ratio eſt, quam aſſignat Areopagit. *lib. 1. de cæleſti Hierarch.* quia hic modus accommodatus erat [n] ad homines corporeos docendos, ſunt enim eius hæc verba: Neque aliter fas erat infirmitati noſtræ lucere diuinum radium, niſi ſacrorum varietate velaminum opertum, & de iis, quæ nobis familiaria ſunt prouidentia paterna naturæ mortalium ſeſe accommodanti: qua de re videndus eſt Auguſt. *in lib. de ritibus Eccleſiæ*, & Hieron. *de celebratione Paſchæ. Omnia*, inquit, *figurata nobis inſinuant, quia aliquid per allegoriam intimatum plus monet, plus delectat, quàm ſi verbis propriis dicatur apertiſſimè; credo, quod ipſe animi motus, quandiu adhuc rebus terrenis occupatur, pigrius inflammatur: ſi verò feratur ad ſimilitudines corporales, & inde feratur ad ſpiritualia, quæ illis ſimilitudinibus figurantur, ipſo quaſi tranſitu vegetatur, & tanquam in facula ignis agitatus accenditur.* Denique hic modus accommodatus eſt ad eum intelligendi modum, quem noſter intellectus habet, quandiu immerſus eſt corpori. Ex qua ſecunda ratione tertia colligitur, quia magis [o] acuitur humanum ingenium, ſicut proſequitur Aug. *11. de ciuitate Dei cap. 19. & 2. de doctrina Chriſtiana cap. 6.* Hieron. *ad Euſtoch. de virginitate, & cap. 10. Iſai.* Greg. *hom. 10. in Ezech.*

Dionyſ.

[n] *Secunda, quia hic modus accommodatior ut nobis poſſet lucere diuinus radius.* Hieronym. Auguſt.

[o] *Tertia, quia ſic magis accenditur humanum ingenium.* Auguſt. Hieron. Gregor.

113. Quarta tandem ratio eſt, quam aſſignat Philo *in lib. de Monarch.* quia non omnia danda ſunt omnibus. quibus habet ſimilia Auguſt *lib. 4. de doctrina Chriſtiana, cap. 8. & lib. 83. quæſt. q. 68.* cùm exponit ea verba Apocalypſ. 10. *ſigna, quæ audita ſunt, ſeptem tonitrua.* Ex quibus locis habetur, propterea ſcripturam obſcuram fuiſſe; ne vileſceret [p] inter prophanos homines vetitas, & ab ea arcerentur etiam; quem docendi modum ſequutos etiam fuiſſe veteres Philoſophos, docet Clemens Alexand. *lib. 5. ſtromat.* & Ariſtot. *de ſacratiori parte diuinæ ſapientiæ*, ſi tamen is liber Ariſtotelis eſt. Vnde Babylonij, & Ægyptij figuris & integumentis arcana naturæ abſconderunt; Orpheus & Muſæus fabulis ea deformarunt; Pythagorici, & Platonici ænigmatibus, Heraclitus dictionis obſcuritate, vnde tenebricoſus dictus eſt à veteribus. Quam viam feliciter ſequutus eſt Ariſtoteles. Videndus eſt Auguſt. *ſerm. 11. de verbis Domini*, & Greg. Magn. *hom. 6. in Ezech. Magna*, inquit, *vtilitatis eſt, ipſa obſcuritas eloquiorum Dei, quia exercet ſenſum, vt fatigatione delectetur, & exercitatus capiat, quod capere non poſſet otioſus; & præterea quia vileſceret, ſi in cunctis eſſet aperta doctrina.* ex quibus habemus rationes aliquas ex Patribus, propter quas diuina prouidentia voluerit abſcondere in ſcriptura myſteria noſtræ ſalutis.

Philo. Auguſt. Apocal. 10.

[p] *Quarta, ne ſi omnino ſimplex ſermo & ſenſus foret, vileſceret apud vulgares.* Clem. Alex. Ariſtot.

Auguſt. Gregor.

§. II.

De ſenſu literali.

114. Conſequens iam eſt, vt oſtendamus, quibus modis poſſimus cognoſcere ea, quæ latent in Scriptura: duplex enim via relicta nobis eſt [q] ad eius intelligentiam, altera quæ ducit ad ſuperficiem externam literæ; altera verò, quæ introducit ad latentes ſignificationes, quarum prima *ſenſus literalis* appellatur, ſiue hiſtoricus: ſecunda verò *ſenſus myſticus, allegoricus*, ſiue *ſpiritualis*; ille ſenſus [r] habetur per voces, hic autem per res ſignificatas: incipiendo verò a ſenſu literali, ille videtur eſſe, qui reſultat ex vocibus, quibus aliqua hiſtoria componitur, & narratur, iuxta illud Gregorij, *Scriptura dum narrat geſtum, prodit myſterium.* Non videtur autem redigendus ſenſus literalis ad eum, qui reſultat ex ſola hiſtoria, neque enim omnis ſenſus [ſ] literalis hiſtoricus eſt, quamuis omnis hiſtoricus literalis ſit, nanque Scriptura præter hiſtoriam, habet etiam prophetiam, & libros doctrinales; ex quibus fit ſenſum literalem eſſe eum, qui reſultat ex vocibus Scripturæ, ſiue in hiſtoria ea verba ſint,[t] ſiue in prophetia, ſiue in libris doctrinalibus. Aduertit autem optimè Paulus Burg. aliquid vlteriùs addendum eſſe ad verum ſenſum literalem, ſcilicet, intentum eſſe ab authore Scripturæ per eas voces: etenim cùm in Scriptura voces interdum in ſua propria ſignificatione accipiantur, interdum autem in tranſlatitia, & metaphorica, ille ſenſus verè literalis erit, qui intentus fuit ab Spiritu ſancto per voces externas in ſua propria, [u] vel tranſlatitia ſignificatione, ſicut in hac prophetia Iacob appellauit Iudam *catulum leonis*; non poteſt autem intentus ſenſus ab Spiritu ſancto eſſe is, qui colligitur ex vocibus in ſua propria ſignificatione, ſic enim verè, & propriè Iudas catulus eſſet; ſed ſenſus literalis eſſet is, quem Spiritus ſanctus intendit per voces in metaphorica, ſiue tranſlatitia ſignificatione, atque ita fortes appellauit Scriptura poſteros Iudæ, non autem leones.

[q] *Duplex via ad intelligendas Scripturas, ſenſus externus, & internus.*

[r] *Ille habetur per voces, hic per res ſignificatas.* Gregor.

[ſ] *Non tamen omnis ſenſus literalis eſt hiſtoricus?*

[t] *Sed vel in hiſtoria, vel in prophetia, vel in doctrina, dummodo ſit intentus per voces* Burgenſ.

[u] *In ſua propria, vel in aliena ſignificatione.*

115. Pro qua re aduertendum eſt, ſemper neceſſarium eſſe ad literalem ſenſum quantumcunque ab Spiritu ſancto intentum, vt reſultet ex [x] prima ſignificatione vocum: ea autem duplex eſt, altera propria, altera metaphorica, ſiue tranſlatitia; quibus ſignificationibus eadem vox duas res ſignificare poteſt æquè proximè, ita vt non vna per aliam, ſicut fieri ſolet in nominibus æquiuocis; vox enim abſtrahendo à propria, & tranſlatitia ſignificatione pro proximo ſignificato habet & proprium, & metaphoricum, ac proinde quando metaphoricè ſumitur, proximè ſignificat metaphoricum ſenſum. id quod patet ad ſenſum, quando enim audimus, *Ego ſum vitis vera, & vos palmites*; non formamus conceptum, quòd Deus vera vitis ſit, & nos palmites, ſed eam coniunctionem

[x] *Semper tamen reſultare debet ex prima vocum ſignificatione.*

potiùs intelligimus, quæ eſt inter Chtiſtum, & electos ſanctos. qui modus loquendi frequentiſſimus eſt, non ſolùm inter ſapientes, ſed etiam inter ruſticos homines, eſt enim figuta ſetmonis, ſiue vocis à ſua propria ſignificatione cum virtute mutatio. Ex quibus iam fit ſenſum literalem eſſe eum, [a] qui habetur per voces in ſua communi, vel metaphorica ſignificatione, dummodo tamen intendatur ab Spititu ſancto: is autem duplex eſt, alter *ſimplex*, quando verba ſignificant in ſua propria ſignificatione; alter verò *figuratus*, quando in metaphorica ſignificatione intenduntur ab Spititu ſancto. Quod autem D. Auguſt. dixit *in lib. de vtilitate credendi*, hiſtoricum ſenſum, [a] ſiue literalem eſſe etiam ethologicum, atque etiam analogicum, eo in loco Auguſt. non tres conſtituit ſpecies ſenſus literalis, ſed eundem ſenſum literalem, quando reddit rationem, [b] vocat etbologicum, hoc enim eſt Etbologia. exemplum eſt *Matth.* 19. Quando autem ſenſus literalis oſtendit congruentiam inter vtrunque Teſtamentum, analogicus eſt, hoc eoim ſignificat Analogia. [c] exemplum huius rei eſt *Matth.* 2. Sunt igitur modi ſenſus literalis, non autem ſpecies. Illud interim omittendum non eſt, metaphoricum ſenſum tot habere ſpecies, ſiue modos, quot ſunt figuræ, ſiue tropi, quemadmodum tefert Auguſt. 3. *de doctrina Chriſtiana cap.* 29.

[a] Definitio ſenſus literalis.
Auguſt.
[a] Occurritur obiectioni, D. Auguſt.
[b] Ethologia quid ſit.
Matth. 19.
[c] Item quid ſenſus analogicus.
Matth. 2.
Auguſt.

116. Eſt autem illud omnino aduertendum, nunquam tecurrendum eſſe ad metaphoricam, ſiue figuratam locutionem, niſi quando ſimplex loquendi modus aliquid contioet, [d] quod abſurdum ſit; ſicut continet ille Ioannis locus in cap. 15. *Ego ſum vitis vera, & vos palmites*; vel cùm aliquod membrum corporeum ttibuimus Deo, tunc enim ad metaphoram recurrendum eſt neceſſariò. Doctrina eſt Hieronymi *ad Pamachium*. Auguſt. *in 3. de doctrina Chriſtiana, cap.* 5. & 15. quem ſequitur ſanctus Pagninus *lib.* 1. *Iſagoge ad Scripturam, cap.* 19. & 20. Quo pacto intelligendus eſt ille locus Gregorij *lib.* 4. *Moral.* & Origeo. *lib.* 4. *Periarchon. cap.* 2. vbi ait, Quando deficit litera, ad myſterium eſt tecurrendum. id eſt, quandocunque ſenſus literalis ſimplex, [e] verus eſſe nequit, tunc tecurrendum eſt ad ſenſum literalem metaphoricum, qui myſterium vocatur, non quòd de facto ſpiritualis ſit, & myſticus, ſed quoniam ſimplex non eſt, quanuis literalis ſit; ſolent enim etiam prophani authores, quamcunque vocis inverſionem allegoriam vocare, ex eo, quia voces non ſumantur in ſua propria ſignificatione, ſed metaphoricè. qua de te latius dicemus inferiùs, cùm ſermo erit de vera allegotia, quo ſenſu loquuntur etiam Patres, vt Hieron. *in cap.* 11. *Iſaiæ*, cùm exponit eum locum, *habitabit lupus cum agno.* huius loci ſenſum dicit eſſe ſpiritualem. Similiter Ambr. *lib.* 5. *in Luc.* Origen. *lib* 4. *Periarchon. cap.* 2. Aug. *epiſt.* 48. & 15. *de Trinitate cap.* 9. Caſſian. *collatione* 8. *cap.* 3. Greg. *cap.* 5. *in* 4. *moral.* quibus in locis ſenſum metaphoricum vocant allegoricum, ſiue myſticum, non quòd de facto literalis [f] non ſit, ſed quoniam literalis metaphoricus eſt ad ponendam diſtinctionem inter ſimplicem, & metaphoricum: literalem ſenſum metaphoricum vocant allegoricum, & ſpiritualem latè, & impropriè.

[d] Regula omnino ſeruanda, circa metaphoricum ſenſum.
Ioann. 15.
Hieronym.
Auguſt.
Pagnin.
Gregor.
Origen.
[e] Nimirum tunc recurrendum eſſe ad myſterium, quando literalis ſimplex deficit.
Hieron.
Iſai. 11.
Ambr.
Origen.
Auguſt.
Caſſian.
Gregor.
[f] Diſcrimen inter ſenſum ſimplicem & metaphoricū literalem.

117. Ex quibus illud tanquam certum colligendum eſt, nullum locum eſſe in Scriptura [g], qui literalem ſenſum aliquem non babeat, vel metaphoricum, vel proprium. cuius rei ea eſt ratio, quia voces, quibus vtitur Scriptura, ſignificatiuæ ſunt vel in propria ſignificatione, vel in metaphorica, ac proinde ex illis aliquod ſignificatum colligitur, qui ſenſus literalis appellatur, vt patet ex iis, quæ ſuprà diximus deſcribentes verum ſenſum literalem: vnde oon eſt recipienda ea regula, quam tradit Paulus Burgenſ. [h] *in prologo additionum*, ex qua colligitur pleraque loca eſſe in Scriptura, quæ nullum ſenſum literalem habeant, ſed omnino myſticum; in quam ſententiam immeritò adducit Hieronym. *in epiſt. ad Nepot. de vita clericorum*, quo in loco Hieronym. noluit aſſerere eam hiſtoriam, quæ habetur *lib.* 3. *Regum. cap.* 1. de virgine illa Abiſai, quæ electa eſt ad calefaciendum ſenem Dauidem, non ita fuiſſe à parte rei. quis eoim ferat eam hiſtoriam veram non eſſe, quam narrat Scriptura? Quod igitur Hieronym. voluit, illud eſt, finalem ſenſum eius loci intentum præcipue eſſe ab Spiritu ſancto, non tamen negat eandem hiſtoriam intendiſſe Spiritum ſanctum ad aliquid ſignificandum. Neque maiorem honeſtatem habet ea parabola, de qua Oſeæ *in cap.* 1. vbi præcipitur vito Prophetæ, vt in coniugem accipiat meretricem, & tamen ſenſus literalis illius loci, illud ſignificat: qualis etiam eſt ea forma loquendi, qua vtuntut Prophetæ ad ſignificandam frequentem, & omnino pudendam idololatriam Iudæorum, *ſub omni ligno frondoſo proſternaberis meretrix*, artificioſè nanque Spiritus ſanctus ſub illa loquendi forma myſterium occultauit, vt facilè quiſpiam intelligeret, non eſſe ſiſtendum in ſuperficie externa, & in ſenſu literali, ſed vlteriùs neceſſariò progrediendum eſſe ad aliquem ſenſum occultum, & per ſe intentum ſub ea litera ſignificatum.

[g] Nullus locus in Scriptura ſenſu literali caret ſimplici, aut metaphorico.
[h] Reiicitur Burgenſis, habens aliquem eſſe locum omnino myſticum.
Burgenſ.
Hieron.
3. Reg. 1.
Oſeæ 1.

118. Ex tota hac doctrina illud perneceſſarium corollarium infertur, pleroſque eſſe errores apud expoſitores [i] ſacræ Scripturę, quia ea, quæ metaphoricè expooenda ſunt, in prima, & propria ſignificatione exponunt; & ea, quæ in propria ſignificatione exponenda erant, metaphoricè expoount: vnde lapſus eſt Origen. vt refert Hieronym. *in epiſt. ad Pamach.* Epiphan. *in Anc. & in Epiſt. ad Ioannem Hieroſol. Epiſcopum*, dum locum Gen. de paradiſo terreſtri totum per metaphoram intelligit, & non in ſua prima ſignificatione, atque ita hiſtoriæ veritatem abſtulit; per tunicas etiam pelliceas Adæ, & Euæ corpora humana intellexit, quaſi ante peccatum ſine corpore vixerint in paradiſo: per fluuios autem intelligit cæleſtes Spiritus. Sic errarunt Zuingliani, dum locum illum Matth. 26. *hoc eſt corpus meum*, [l] qui ſimpliciter, & in propria ſignificatione exponendus erat, per metonymiam exponunt. Rurſus errarunt plerique etiam dum ea verba *Ioannis* 20. in ſua reuelatione de ſancta Hieruſalem, & de mille annis, quibus regnaturi ſunt Sancti cum Chriſto, interpretati ſunt io propria ſignificatione, cùm totus ille locus metaphoricus ſit, & per tranſlationem interpretandus. Aduertit hoc Hieronym. *in præfatione lib.* 18. *in Iſaiam, & in cap.* 36. *Ezech.* Auguſt. *lib.* 20. *de ciuitate cap.* 7. Quo errore lapſi ſunt Papias, Ioſtinus, Irenæus, Tertullianus, & Lactant.

[i] Vnde error expoſitorum ſacra pagina, per inſcitiam tranſmutantium huius modi ſenſus, omnino cauendus.
Origen.
Hieron.
Epiphan.
[l] Ex quo Zuinglij error circa Euchariſtiam euincitur.
Matth. 16.
Apocal. 20.
Hieron.
Auguſt.
Papias.
Iuſtin.
Irenæus.
Tertullian.
Lactant.

119. Inter cæteras autem figuras, quibus frequentiſſimè vtitur Scriptura, atque alij graues, & vulgares authores, [m] parabola vtiliſſima eſt, exprimit enim accommodatè id, quod maximè intendit: in qua tamen figura eſt peculiaris difficultas, quod ſit eius ſignificatum, ſitne eius ſenſus metaphoricus, an proprius? *Parabola* igitur, ſicut eam definit Quintilianus, & in ſui confirmationem adducit Ciceronem, nihil aliud eſt, [n] quàm *collatio*, ſiue *comparatio*

[m] Parabola vtiliſſima inter figuras Biblia.
[n] Quid ea ſit, & quotuplex.
Quintilian.
Ciceron.

comparatio diſſimilium omnino rerum : hæc autem ſimilitudo, quam parabola inducit, aliquando eſt expreſſa, vt quando regnum cælorum comparatur *grano ſinapis*, vel *decem virginibus*; aliquando autem ea ſimilitudo virtute ineſt in parabola, & non exprimitur, qualis eſt ea parabola continua, qua vtitur Salomon *in Canticis Cantic.* occaſione enim eius coniugij, quod celebratum eſt inter ipſum, & filiam Regis Pharaonis, librum inſcripſit de diuino amore, cui titulum fecit, *Cantica canticorum*, & in ſuo coniugio, tanquam in parabola, ſiuè ſimilitudine corporea, caſtum, ſiuè diuinum amorem expreſſit: habent enim hæ ſimilitudines corporales magnam vim ad explicanda ſpiritualia, ſicut factum eſt in principio mundi in matrimonio, quod celebratum eſt inter Euam, & Adamum; illud enim ſtatim voluit Deus eſſe parabolam vnionis, ſiue amoris Dei ad Eccleſiam,

Epheſ. 5.

quemadmodum notauit Paulus *ad Epheſ.* 5. cùm agens de matrimonio Euæ, dixit, *Sacramentum hoc magnum eſt : ego autem dico in Chriſto & Eccleſia*, ſicut aduertit Auguſt. *de Geneſ. ad literam cap.* 3. *& de Geneſ. contra Manichæos*, latiùs *de bono coniugali, cap.* 7. Proſper. *lib. de promiſſionibus.* 1. *p. cap.* 1. Epiphan. *hæreſ.* 78. Quomodocunque autem parabola accipiatur, ſemper [o] inducit ſimilitudinem vel expreſſam, vel impreſſam, ſicut aduertit Auguſt. Pſ. 68. *Factus ſum illis in parabolam.* id eſt, factus ſimilitudo totius aduerſitatis, & mali, ſicut etiam idem Auguſt. aduertit *in Pſ.* 77.

D. Auguſt. Proſperus. Epiphan. Auguſt. Pſalm. 68.

[o] *Semper parabola inducit ſimilitudinem expreſſam, vel impreſſam.*

120. Hoc igitur ſuppoſito, in parabolis ſenſus literalis erit ille, [p] quem voces faciunt in ſua prima, & propria ſignificatione, ſicut fieri ſolet in quacunque alia ſimilitudine; atque ita in parabola de grano ſinapis, in qua fit comparatio inter granum ſinapis, & regnum cæleſte, vt ſimilitudinis veritas appareat, neceſſe eſt, vt voces accipiantur in in ſua propria ſignificatione: ſic etiam parabolæ interpretandæ ſunt, in quibus non reperitur expreſſa ſimilitudo, & accommodatio, ineſt enim in illis abſcondita. Ad quem ſenſum reducendæ ſunt figuræ, ſiuè viſiones [q] Prophetarum, ſunt enim vel ſimilitudines, vel ſaltem parabolæ continentes ſimilitudines, qualis eſt ille locus apud Ieremiam *in cap.* 1. cùm diuinum oraculum ita dixit: *Quid tu vides? virgam vigilantem ego video.* Oſtendebat autem ramum florentem ex amygdalo, quæ arbor inter cæteras primò floret. In qua ſimilitudine, ſiuè parabola ſignificare voluit Deus properare ſupplicium diuinum, ſicut inter cæteras arbores videtur prima conſurgere amygdalus, vt floreat; in ea igitur ſenſus literalis erit ille, quem faciunt voces in ſua prima ſignificatione: ſic de matrimonio Oſeæ, ſiue parabola ſit earum rerum, quæ non euenerunt, poruerunt tamen euenire, vt eſt illa de decem virginibus; ſiuè de illis, quæ euenerunt, vt eſt illa de grano ſinapis; ſiuè de illis, quæ impoſſibilia ſunt, qualis eſt illa *Iudicum* 9. in omnibus enim illis ſenſus literalis eſt ille, quem intendit Spiritus ſanctus per voces in ſua propria, & prima ſignificatione.

[p] *Quis ſenſus literalis in parabolis.*

[q] *Idem obſeruandum in viſionibus Prophetarū.* Ierem. 1.

Iudic. 9.

§. III.

Detúrne duplex ſenſus literalis in eodem loco.

121. VT autem abſoluamus hanc primam partem, quæ de ſenſu literali eſt, antequam accedamus ad ſecundam partem, in qua dicendum eſt de ſenſu ſpirituali myſtico, ſiue allegorico, ſoluenda eſt ea difficultas, quæ grauis eſt inter Patres; vtrùm ſcilicet idem locus Scripturæ poſſit habere duos ſenſus literales independentes inter ſeſe; quòd enim poſſit plures ſubordinatos, quorum alter ſit literalis, & alter myſticus, nullum dubium eſt: tota autem difficultas [r] eſt de locis, in quibus voces æquè proximè ſignificare poſſunt vnum, vel alterum ſenſum, vnam, atque alteram rem diuerſam, qualis eſt ille locus Iſai. 53. *Generationem eius quis enarrabit?* qui locus tam poteſt ſignificare literaliter ineffabilem generationem æternam Chriſti, quàm ineffabilem etiam incarnationem, & generationem Chriſti temporalem. Sic ſimiliter ille locus Pſalm. 2. *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* quæ verba & generationem æternam ſignificare poſſunt, & ſunt etiam ſignificatiua natiuitatis Chriſti, atque eius reſurrectionis. Grauiter igitur, & eleganter Driedonius ita dixit in hac difficultate *lib.* 2. *de Eccleſiaſticis Scripturis, & dogmatibus cap.* 2. ſecundùm doctrinas Patrum, & præſertim Auguſt. [s] 12. *confeſ. Spiritus ſanctus ad culmen authoritatis diuinum ſermonem componens, ita plerunque diuinum ſermonem aptauit, vt intelligentes, plures veras accipere poſſent ſententias, maluitque Scripturam ſic pro noſtra vtilitate eſſe pluribus ſenſibus fœcundam, quàm eiuſdem Scripturæ ſic aptare ſermonem, vt vnam ſolam ſententiam verba reſonarent, cæteráſque veras ſententias excluderet.* quod totidem ferè verbis dixit Auguſt. *lib.* 12. *confeſſ.* incipiens à cap. 26. vſque ad cap. 31. in quo ſuam ſententiam concludens hac de re, ita dixit: *Ego certè, quod intrepidus de corde meo pronuncio, ſi ad culmen authoritatis ſcriberem, ſic mallem ſcribere, vt quod verè quiſque de his rebus capere poſſet, mea verba reſonarent, neque ſermonem aptaſſem ad vnam ſolam veram ſententiam ſignificandam. hoc autem quis credat, conceſſum non fuiſſe authoribus Scripturæ?* Similia habet D. Aug. *lib.* 11. *de Ciuit. cap.* 19. *& lib.* 3. *de doctrina Chriſtiana, cap.* 27. Hoc fundamentum Auguſtini latiùs proſequitur D. Thom. [t] 1. *p. q.* 1. *a.* 10. cùm ita inquit, *Quia verò ſenſus literalis eſt, quem author intendit, author autem Scripturæ eſt Deus, qui omnia ſimul ſuo intellectu comprehendit, non eſt inconueniens, vt dicit Auguſt.* 12. *confeſſ. ſi etiam ſecundùm literalem ſenſum in vna litera Scripturæ, plures ſint ſenſus literales.* Iuuat hanc ſententiam ex recentioribus quidam hoc probabili argumento: nanque *Ioann.* 11. Caiphas dixit, *Expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat.* in quibus verbis duplex latet ſententia: altera cùm voces accommodantur conceptibus Caiphæ: altera verò, quæ intenditur ab Spiritu ſancto: ſicut igitur vna, & eadem vox potuit duo ſignificare, propter diuerſas intentiones, ſic etiam alia loca Scripturæ ex intentione diuina, quæ multiplex eſt, poſſunt plura ad literam ſignificare. Videndus eſt D. Thom. *quodlib.* 7. *a.* 16. *& de potentia Dei. q.* 4. *art.* 1. Quæ [u] ſententia omnino probabilis videtur, ne aliquid ampliùs dicam, quia illi videntur ſuffragari omnes ferme Patres, quamuis non expreſſè.

[r] *Difficultas proponitur, & pars affirmatiua ſuadetur.* Iſai. 53.

Pſalm. 2.

Driedon.

Auguſt. [s] *Quam probat D. Aug.*

Auguſt.

D. Thom. [t] *& ſequitur S. Thom.*

Ioan. 11.

D. Thom. [u] *Omninóque indicatur probabilis.*

122. Diximus in reſolutione huius difficultatis *num. præcedenti*, omnino probabile eſſe eundem locum Scripturæ plures habere ſenſus literales, ne quid ampliùs diceremus, propterea quòd Paulus hoc videtur voluiſſe expreſsè duobus in locis; neque enim alia loca citabimus, [x] præter eum locum, quem affert Paulus *Pſalm.* 2. is enim videtur rem ſatis

[x] *Fortè non tantùm probabilis, ſed omnino certa eſt, quippe quâ D. Paulus vſurpauit in duobus locis.*

ſatis confirmate, & ex eo eruontur pleraque documenta perneceſſaria ad Scripturam explicandam, quod maximè intendimus. Paulus igitur ad Hebræos in cap. 1. ex illis verbis Pſalm. 2. *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te.* ex eo loco confirmat generationem æternam [a] Filij Dei; *cui enim, aliquando*, inquit Paulus, *Angelorum dixit Deus, Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Quanuis enim ſæpiùs in Scriptura, Angeli, & viri ſancti, filij Dei dicantur, nunquam tamen, quemadmodum aduertit Chryſoſt. & Theophyl. geniti dicuntur à Deo, quia eos produxit, vel creauit Deus, vel de præiacente materia; cùm tamen ſolum ſuum filium genuerit ex vtero, ſiue de ſubſtantia ſua, quod voluit Propheta cùm dixit *Filius meus es tu*; & ad declarandam generationem æternam, ſecundùm quam Chriſtus Dominus differt à creaturis, addidit, *Ego hodie genui te.* quem ſenſum inſinuant ferme omnes grauiores Rabbini, ſicut latè docet Burgenſ. *1. p. ſcrutinij. d. 9. c. 9. 10. & 11. Hodie*, enim [a] æternitatem ſignificat, quia, quemadmodum eleganter notauit Plato, *ratio temporis præſentis ſimplicior eſt, permanentior, & magis eſſentiam rei oſtendit*; ac proinde aduerbia temporis præſentis accommodatiora ſunt ad ſignificandam æternitatem, quod etiam aduertit D. Thom. *in com. ſuper epiſt. ad Hebræos cap. 1.* quia illud, quod fit, & nondum eſt, incompletum per conſequens eſt; quod autem factum eſt, completum eſt, & perfectum, ideo non dixit, *genero te*, ſed *genui te*, quia perfectus filius iam eſt; ſed tamen ne putaretur [b] generatio eius tota in præteritione poſita, & per conſequens in deſitione, addidit, *hodie genui te*, vt ſenſus ſit, perfectus es, ô fili; & tamen generatio tua æterna eſt, & ſemper à me generatis: ſicut lumen in aëre perfectum eſt, & tamen ſemper procedit à ſole. ex quibus luce clariùs patet eum locum Pſalm. 2. de æterna Chriſti generatione agere ad literam de mente Pauli ad Hebræos 1.

Hebr. 1.
[a] *Primus eſt de generatione æterna.*
Chryſoſt. Theophyl.
Burgenſ.
[a] *Aduerbiũ de præſenti æternitatem ſignificat, & quare.*
Plato.
D. Thom.
[b] *Per aduerbium de præſenti & verbum de præterito appoſitiſſimè declaratur generatio æterna.*

123. Rurſus idem locus de reſurrectione [c] exponitur à Paulo prædicante in ſynagoga Antiochena, *Actorum cap. 13.* vbi ita ait Paul. *& nos vobis annunciamus eam, quæ ad Patres noſtros repromiſſio facta eſt, quoniam Deus hanc adimpleuit filiis veſtris, reſuſcitans Ieſum*; ſicut in Pſal. 2. *Scriptum eſt, filius meus es tu, ego hodie genui te*; vbi apertè Paulus illud *hodie* refert ad diem reſurrectionis, eſt enim reſurrectio quædam generatio, propter vnionem quæ fit ex anima ſeparata cum corpore; vel potiùs regeneratio dicenda eſt, proptereà quòd in ea iterum vniuntur ea, quæ ſeparata fuerant; ſic enim *Matth. 19.* reſurrectio mortuorum regeneratio vocatur, cùm dicitur, *vos qui ſecuti eſtis me in regeneratione*, &c. dicitur autem ea die [d] genitus Chriſtus Dominus, quia tunc maximè Patrem referebat, immortalis, impaſſibilis, glorioſus, quod Chaldæus Paraphraſtes ita notauit, *Sicut es filius Patri, tu quoque talis, perinde ac ſi te hodie genuiſſem.* Similia habet Auguſt. ex Ambroſ. *lib. 2. contra Iulianum*, Hilarius *ſuper Pſalm. 2.* & *ibidem* Ambr. cùm ait, *hodie, quando redemiſti mundum, quando ad cæli regnum vocaſti, quando impleſti voluntatem meum, probaſti meum te eſſe filium.* Similia habet Fulgent. *in lib. reſponſionum contra Arrianos, reſponſ. 3.* vbi ſic ait, *hunc generationem, quam* Pſalm. 2. *inſinuat, ad Incarnationem pertinere liber Actorum Paulo in ſynagoga loquente teſtatur: attendat ergo, quæ à mortuis natura ſurrexit, & facilè intelliget ſecundum quid Chriſtus hodie genitus terminos terræ poſſidendos acceperit.* Ex quibus patet hunc locum etiam ad literam ſignificare reſurrectionem Chriſti Seruatoris, quanuis non defuerint etiam Patres plerique, qui exiſtimauerint eundem locum ſignificare ad literam natalem diem [e] Chriſti Seruatoris ſecundùm carnem, ſic enim eum locum interpretatur OEcumenius Actorum *ibidem*, Theophyl. Baſilius *in Pſalm. 2. in eodem loco*, D. Auguſt. imò, vt refert Eugubin. *Pſalm. 2.* de eodem loco talis eſt expoſitio Rabbinorum vetuſtiſſima, *cùm autem Meſſias venerit, dicet Deus æternus, ſe velle eum generare nouo gignendi modo, proptereà dixit, Ego die genui te*; quibus verbis nouam Chriſti generationem ex Virgine inculcarunt Rabbini in eo loco Pſalm. fuiſſe demonſtratam.

[c] *Secunda expoſitio literalis D. Pauli ad eundem locum eſt de reſurrectione Chriſti Domini.*
Actor. 13.
Matth. 19.
[d] *Chriſtus in die reſurrectionis dicitur genitus, & quare.*
Auguſt.
Hilarius.
Ambr.
Fulgent.
[e] *Poteſt & idē locus ad literam natalem Chriſti ſignificare.*
OEcumen.
Theophyl.
Baſilius.
Auguſt.
Eugubin.

Vnum verò eſt, quod videtur totam hanc doctrinam euertere, [f] quam de duobus, vel pluribus ſenſibus literalibus eiuſdem loci tradidimus, ea enim non comprobatur ex eo loco Pſalmi, cùm generatio æterna, & reſurrectio Chriſti lateant ſub Dauide, tanquam ſub figura Chriſti, quam agit Dauid in eo Pſalmo: Senſus autem, qui ſub figura latet, literalis non eſt, cùm voces primò, & & proximè ſignificent ipſam figuram, & non figuratum. 124.

[f] *Obiectio contra prædictam doctrinam.*

Hæc autem difficultas vnam germanam habet expoſitionem, ex qua colligitur optimum documentum ad explicandam Scripturam: illud autem petitum eſt ex Paulo Burgenſ. *in additionib. addit. 4. ſuper 49. caput Geneſ.* illud autem tale eſt, [g] Nulla res poteſt eſſe figura alterius in eo, quod ipſi figuræ conuenire non poteſt, neceſſe eſt enim, vt quæ conueniunt figurato, primò conueniant figuræ: vnde ea verba Geneſ. 49. *ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem aſinam ſuam, lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.* quæ verba cùm conuenire non poſſint Iudæ, qui figura Chriſti Seruatoris eſt, literaliter & non allegoricè de Chriſto Domino ſunt interpretanda; ſic generatio æterna, de qua agit *Pſalm. 2.* atque reſurrectio Chriſti, cùm nullo modo conueniant Dauidi, literaliter de Chriſto intelligendæ ſunt; nec enim ſub Dauide latent, tanquam ſub figura, qua ratione multa inueniuntur *in Pſalm. 44. & in Pſalm. 71. & in Pſalm. 109.* quæ cùm nullo modo conueniant Dauidi, neque alicui figuræ, in ſenſu literali, & proprio, de Chriſto ſunt interpretanda. 125.

Burgenſ.
[g] *Notanda ſolutio pro intelligentia Scripturarũ.*
Gen. 49.
Pſalm. 44. 71. & 109.

Si quis iterum obiiciat [h] eos duos ſenſus, quos collegimus literales ex *Pſalm. 2.* literales eſſe non poſſe, quia cùm in eo Pſalmo hiſtoria potius de Dauide ſit, quàm de Chriſto Domino, ſumma perturbatio erit, & confuſio, ſi rebus ſuis admiſceat Dauid res Chriſti Domini ad literam: pro qua dubitatione [i] documentum perneceſſarium colligitur in Scriptura explicanda, illud autem eſt, interdum Prophetas ſuis rebus permiſcere res Chriſti, quod documentum habetur ex D. Hieronymo *Iſai. 16. & 21. Hierem. 8. Nahum cap. 2.* quibus in locis aſſeueranter docet D. Hieron. interdum diuinos Prophetas & de rebus ſuis, & de rebus Chriſti agere, quod aſſeruit etiam Origen. *ſuper epiſt. ad Rom. cap. 2.* Auguſt. *Pſal. 44.* Gregor. Magn. *lib. 5. moral. cap. 9. & hom. 8. in Ezech.* vnde veteres Rabbini dicere ſolebant, *in Prophetis* [l] *non eſſe prius, & poſterius*, neque ſemper ſeruare ordinem hiſtoriæ, aut temporum, aut rerum, quas prædicere inſtituerunt: vnde eadem prophetia plures poteſt habere ſenſus literales, ſicut vna, 126.

[h] *Altera obiectio.*
[i] *Pro ſolutione documentum perneceſſarium.*
Hieronym.
Origen.
Auguſt.
Greg. Mag.
[l] *Neque ſemper Prophetæ ſeruãt ordinem temporum, aut rerum.*

&

Digitized by Google

& eadem tabula, in qua imago aliqua depicta eſt, plures haber colores, quamuis tabula vna ſit, & imago vna. quod ad viuum patet in hac prophetia Iacob, quam præ manibus habemus, etenim cùm ſola vna ſit prophetia de Iuda filio Iacob, in ea plura pertinent ad Chriſtum ad literam, plura ad Dauidem Regem, non multa ad ipſum Iudam; ſic quoque in eo loco Pſalmi 2. ſenſus literales collecti de æterna Chriſti generatione, atque etiam de eius reſurrectione literales ſunt, quamuis hiſtoria eius Pſalmi de Dauide videatur tota. Artificioſè plerumque ſolent Prophetæ incipientes hiſtoriam de rebus ſuis eam deriuare in res Chriſti, ſicut feciſſe creditur Dauid *in Pſalm.* 2. teſte vel D. Paulo.

127.
m Quod maximè dignitatem, & fæcunditatem Scripturæ manifeſtat.

Neque ex hoc aliqua ſequitur ambiguitas, & confuſio in Scriptura, ſed eius potiùs dignitas, [m] & fæcunditas oſtenditur, cùm dicitur vnam, & eandem ſententiam plures habere ſenſus literales, ille enim magis proprius erit ſenſus eius loci, quẽ magis conſtiterit intendiſſe Prophetam, & qui magis colligitur ex ſerie hiſtoriæ, atque ex circumſtantia rerum. Neque enim adhuc certum eſt, vtrùm omnes [n] ſenſus, quos Spiritus ſanctus intendit, communicauerit Scriptoribus ſacris, etenim ea de re dubitat Auguſt. 3. *de doctrina Chriſtiana, cap.* 27. vbi duo aſſerit, alterum eſt, cum formidine [o] partis oppoſitæ aſſerendum eſſe omnes ſenſus literales alicuius loci communicaſſe Spiritum ſanctum Scriptoribus ſacris: alterum verò eſt, ſine aliqua formidine aſſerendum omnino Spiritum ſanctum authorem principalem, Scripturæ ante vidiſſe eos omnes ſenſus, imò vt nobis occurrerent, ſua prouidentia feciſſe. his conſentanea habet D. Thom. 2. 1. *quæſt.* 173. *art.* 4. vbi docet in prophetia mentem prophetæ moueri à Deo, vt inſtrumentum deficiens, apprehendit enim Propheta, loquitur, & operatur, & quodlibet horum trium contigit eſſe cum aliquo cognitionis defectu, ac proinde non eſt neceſſarium, [p] vt Propheta cognoſcat omnes ſenſus, quos Spiritus ſanctus per eam literam intendit, licèt ſemper cognoſcat eum, quem Spiritus ſanctus vult, vt ab eo publicetur, & prædicetur. Clariùs hoc notauit Caietan. *ibidem*, cùm dixit, non eſſe neceſſarium, vt Propheta circa ſibi reuelata cognoſcat omnia, quæ Spiritus ſanctus intendit, quia eſt inſtrumentum [q] deficiens. id quod patet in prophetia Ionæ, qui non cognouit conditionem latentem in ſua prophetia, *adhuc quadraginta die, & Niniue ſubuertetur*, in qua latebat ea conditio, niſi pænitentiam egerint.

n Dubitatur an Prophetæ communicentur omnes ſẽſus quos intendit Spiritus ſanctus.
o Affirmat cum formidine Sanctus Auguſtinus.
Auguſt.
D. Thom.
p At neceſſarium non eſt hoc cõcedere.
Caietan.
q Quia Propheta eſt inſtrumentum deficiens.

§. IV.

Hæc eſt altera pars huius tractatus, in qua iam agitur de Allegoria preſsè ſumpta.

128. Dicturi de vera Allegoria, quæ perneceſſaria eſt ad hanc prophetiam Iudæ, quam præ manibus habemus, latiùs priùs diximus de ſenſu literali, tum quia eius cognitio omnino vtilis eſt ad explicandam Scripturam, tum quia cognitio Allegoriæ pendet à cognitione vera ſenſus literalis, cùm [a] ſenſus literalis nos manu ducat ad intelligendam latentem Allegoriam, id quod obſeruauit Rabbi Moyſes *lib.* 1. *Moré*, vbi aſſeruit veteres Hebræos ſolitos fuiſſe vocare ſenſum literalem exemplum, hoc eſt, ſignum, ſiue imaginem, per quam inquirimus abſconditum ſenſum, imò & eundem ſenſum literalem lucernam vocant, quæ minimo quadrante emitur; Allegoriam autem, ſiue allegoricum ſenſum [b], margaritæ aſſimilant, quæ in obſcuris ædibus latet, neque inuenitur, niſi adiuuante lucerna, & exemplo, quod eius referat ſimilitudinem: vnde bene idem Rabbi Moyſes ſenſum literalem vocauit *clauem intelligentiæ*. Dixit in hanc ſententiam grauiter Irenæus *lib.* 4. *aduerſus hæreſes cap* 34. prophetias Hebræis videri vanas fabulas, quia non habent expoſitionem omnium rerum pertinentium ad aduentum Chriſti; Chriſtianis autem cùm legitur prophetia, theſaurus abſconditus eſt in agro, cruce Chriſti vallatus; eſt enim Chriſti crux limes, [c] ſiue terminus, quo cognoſcuntur ea, quæ pertinent ad Chriſtum, neceſſe eſt enim, vt ipſe Chriſtus illuminet ſuperficiem externam Scripturæ, vt eo lumine tandem introſpiciamus Allegoriam. quod etiam dixit eleganter Lactant. cùm Scripturam aſſimilauit teſtamento, vbi voluntas teſtatoris clauſa eſt, reſeratur autem per mortem teſtatoris; ſic enim factum eſt de mortuo Chriſto Domino. tunc enim aperta eſt [d] arcana, & vltima eius voluntas, quæ latebat in figuris, & inuolucris veteris Teſtamenti, ſicut feciſſe legitur Chriſtus Dominus poſt ſuam reſurrectionem diſcipulis euntibus in Emaus, *erat enim illis aperiens omnia, quæ de ipſo loquebantur, tum in lege, tum in Prophetis*. ex quibus habemus condocere ſenſum literalem ad inueniendam veram Allegoriam.

a Senſus literalis eſt manuducens ad Allegoriã.
Rab. Moyſ.
b Idcirquè lucernæ comparatur, Allegoria verò margaritæ.
Idem.
Irenæus.
c Crux Chriſti limes, ſiue terminus, quo cognoſcuntur myſteria de ipſo.
Lactant.
d Mortuo enim Chriſto aperta eſt arcana eius voluntas, quæ latebat.

129. Vulgaris igitur eſt, ea acceptio Allegoriæ, [e] quæ latiſſimè patet, cùm Allegoria dicitur quælibet vocis inuerſio, quæ aliud verbis, aliud ſenſu oſtendit, vnde alieniloquium dicta eſt, quemadmodum eam definit Quintilianus *lib.* 8. *orat. inſtit.* cuius rei eſt exemplum apud Poëtam in *Ecloga*.

Clauſite iam riuos pueri, ſat prata biberunt.

Cùm enim vellet ſignificare, ceſſandum eſſe à cantu, id ſignificauit per ceſſationem ab irrigando agro. [f] Similis Allegoria eſt apud Horat. *lib.* 1. *ſerm. ode* 14. vbi agens de bello ciuili, quo perturbata erat vniuerſa reſpublica Romana, illud ſignificauit per allegoriam nauis variis tempeſtatibus agitatæ,

O nauis, inquit, *referent in mare te noui*
Fluctus. ô quid agis? fortiter occupa
Portum.

Vbi *portus* allegoricè pacem ſignificat, *nauis* imperium Romanum, & *noui fluctus* ſignificant ciuiles ſeditiones. hic autem modus Allegoriæ frequentiſſimus eſt apud ſacros Authores non modò, ſed etiam apud prophanos eruditiores, imò & in communi vſu [g] apud ruſticos etiam: inuertuntur enim voces à ſua [h] prima ſignificatione ad alias, vel propter penuriam vocum, vel propter maiorem decentiam, vel propter maiorem ſignificationem; habent enim plerumque verba tranſlata vim ad aliquid ſignificantius dicendum; ſic enim inter ruſticos vites gemmare dicuntur, ſegetes laborare, agros ſitire, quam Allegoriam vocat D. Auguſt. *lib.* 15. *de Trinitate, cap.* 9. *& de vera religione, c.* 50. Allegoriam [i] vocis, ſiue ſermonis, ad quam reducendi ſunt Patres, quando metaphoricas, & figuratas locutiones Scripturæ vocant allegoricas, loquuntur enim de Allegoria ſermonis, ſiue de Allegoria latè ſumpta, quæ poſita eſt in figurata translatione vocum.

e Vulgaris acceptio Allegoriæ.
Quintilian.
Virg.
f Vſitata à Poëtis.
Horat.
g Imò & apud ruſticos.
h Cùm ſcilicet inuertuntur voces à ſua prima ſignificatione.
Idem.
i Quam vocat S. Aug. Allegoriam vocis.

130. Alia pars Allegoriæ dicitur ab Auguſt. *Allegoria facti*, [l] quæ allegoria eſt preſsè, & propriè: pro cuius cognitione notanda eſt doctrina D. Auguſt. *lib.* 1.

l Altera dicitur ab eodem, Allegoria facti, & eſt propria.

de

de doctr. Chriſtiana, cap. 1. cùm docet, omnem doctrinam, vel eſſe rerum, vel ſignorum; *ſed res*, inquit ille, *per ſigna dicuntur*, id eſt, per voces ſignificatiuas, res enim non adhibentur ad ſignificandum, ſicuti eſt lignum, lapis, pecus; ſed, inquit ille, *Non illud lignum, quod Moyſes proiecit in aquas, vt eas dulces redderet; neque ille lapis, quem capiti ſuppoſuit Iacob; neque pecus illud, quod Abraham immolauit pro filio Iſaac, res enim illæ omnes ſignificant res alias longè diuiniores*; vnde ſuperiùs diximus, proprium eſſe in ſacra Scriptura, vt res [m] ſignificent alias res: ſenſus igitur, qui occultatus latet, non ſub vocibus, ſed potiùs ſub rebus in Scriptura, ſenſus allegoricus vocatur, ſiue Allegoria facti. Colligitur hæc Allegoria ex Paulo ad Gal. *in cap.* 4. poſtquam enim notauit duos filios Abrahami figuram eſſe duorum Teſtamentorum, addidit, *hæc per Allegoriam dicta ſunt.* quæ Allegoria facti potius eſt, quàm ſermonis. quam iterum D. Auguſt. *Ænigma* vocat, quia omnis Allegoria obſcura, & difficilis, quæ in rerum ſimilitudine poſita eſt, *Ænigma* appellatur. vnde iam colligitur, quòd omnis res, quæ ab Spiritu ſancto proponitur ad aliam rem ſignificandam, Ænigma[n] dicitur, ſiue figura, quale eſt ſacrificium Abrahami propoſitum in ſymbolum, & figuram ſacrificij, quod peractum eſt in cruce à Chriſto Domino. qualis eſt ille ſerpens æneus de cruce ſuſpenſus, de quo agitur *in lib. Num.* Neque hæc allegoriæ vſurpatio aliena eſt à prophanis authoribus: nanque Quintilian. *lib. 6. inſtit. orat. cap.* 8. obſcuram allegoriam, Ænigma vocat, quæ ſcilicet non eſt poſita in metaphorica, & figurata verborum ſignificatione, ſed potius in rerum ſimilitudine. Huius rei ea eſt ratio, quia quando Allegoria obſcura eſt, conceptum [o] formamus de rebus ſignificatis in ſua prima, & propria ſignificatione: deinde conferre ſolemus ſimilitudinem, quæ in his rebus reperitur cum aliis rebus, quas volumus, & intelligimus ſignificatas eſſe per res, quas voces primò ſignificant. id quod reperitur & in prophana, & in ſacra Allegoria, ſi tamen ſermo ſit de Allegoria preſsè ſumpta, quæ Ænigma vocatur; huius rei voluit eſſe exemplum D. Epiphan. *hæreſ.* 78. in hac prophetia Iudæ, cùm dicitur *catulus leonis Iuda*; *Leoni*, inquit, *Chriſtus aſſimilatur, non propter naturam, ſed propter Ænigma, eo quòd regium animal inter omnia animantia violentiſſimum, & inter omnia etiam animantia gratioſiſſimum.*

[m] Dum ſcilicet, res in Scriptura ſignificat alias res longè diuiniores. — Galat. 4. — Auguſt.

[n] Taliſque ſignificatio ænigma dicitur, ſeu figura. — Quintilian.

[o] Modus ſecundum quē hæc poſſimus percipi. — Epiphan.

131\. Ex his iam colligitur vera deſcriptio Allegoriæ preſsè ſumptæ, ſiue ſenſus myſtici, vel allegorici, [p] vt ſit illa, quam nec voces ſignificant in ſua propria ſignificatione, neque in trāſlatitia, ſiue metaphorica; ſed quæ latet ſub rebus ſignificatis per voces, ſignificant enim in Scriptura res alias res, ſicut oſtendit Paul. 1. *Corinth.* 10. vbi aſſerit *omnia accidiſſe Iudæis in figura*, ita vt exitus Iſraël de Ægypto, alium exitum à peccato, ſiue à ſeruitute Dæmonis ſignificet. Quam definitionem collectam ex Patribus clariùs poſuit D. Thom. 1. *p. q.* 1. *art.* 10. vbi ait: *Senſus* [q] *ſpiritualis, ſiue allegoricus eſt ille, quem ſignificant res, quæ ſignificata fuerant primò per voces*; res enim iterum ſignificant alias res in Scriptura: eſt autem pernecesſarium, [r] vt ea ſignificatio rerum intenta ſit ab Spiritu ſancto, res enim ſignificata, & intenta ab Spiritu ſancto, rationem habet Ænigmatis, ſiue figuræ, vnde ſola illa eſt appellanda figura, quam intendit Spiritus ſanctus ſignificare; atque ſi quæ alia ſimilitudo reperitur in Scriptura, ea non eſt appellanda figura: figura igitur erit ſerpens ſuſpenſus, agnus occiſus, & ſimilia; quam Allegoriam videtur D. Aug. vocaſſe Allegoriam ſacramenti, *lib. de vera Religione, cap.* 50. ſunt enim pleraque in Scriptura tam ſimilia inter ſeſe, vt potius videātur figuræ, [ſ] quàm puræ ſimilitudines, qualis eſt ille locus 3. *Reg. cap.* 22. vbi de impiiſſimo Rege Achaz ita dicitur, *Rex Iſrael mutauit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum.* quem locum propter ſimilitudinem, quam habet veſtis mutata Regis Iſrael, cum veſte, quam induit Deus noſtræ carnis pugnaturus in mundo cum dæmone, volunt aliqui figuram eſſe Verbi incarnati, cùm tamen pura ſimilitudo ſit; neque enim per veſtes mutatas Regis Iſrael ſignificare voluit Spiritus ſanctus Verbi incarnationem, vt conſtat ex circumſtantia perſonæ Regiæ, & ex ſerie illius hiſtoriæ. Similis eſt locus *Iſai. cap.* 1. vbi diuinum oraculum de ſcelerato populo ita dixit, *à planta pedis vſque ad verticem capitis, non eſt in eo ſanitas.* quem locum volunt eſſe figuram Chriſti flagellati; quis tamen credat idololatram populum flagellatum propter ſuam perfidiam figuram eſſe Chriſti Domini intentam ab Spiritu ſancto? cùm vt plurimum ſit pura quædam [t] ſimilitudo; alioquin ſi quæcunque ſimilitudo ſufficeret ad veram rationem figuræ, dicendum eſſet eum locum, qui eſt apud Plutarch. *in vita Themiſtoclis* figuram eſſe noſtri ſacrificij, in quo nobis Deum iratum placamus per filium ſuum; Themiſtocles enim fugiens ciuilem iram Græcorum ad Moloſſorum Regem, quem antea irriſerat, ſe contulit, & vt eius opem certam haberet, paruulum quendam Regis filium arripuit, & in Sacrarium, quod ſumma religione à Moloſſis colebatur, cum puero ſe contulit, quod ſacrificium maximum, & nunquam repudiatum Moloſſi arbitrabātur, atque ita opem, & fauorem inuenit in Principe placato, quem irriſum timebat: cùm autem ſumma ſimilitudo ſit inter hoc factum Themiſtoclis, & noſtrum ſacrificium, quo Deum placamus; figura tamen factum illud non eſt noſtri ſacrificij. Non negamus igitur accommodatas eſſe ſimilitudines deductas ex Scriptura ad perſuadendum in ſacris concionibus, ſi tamen ſimilitudines exiſtimentur, & non figuræ; figura enim, ſiue ænigma, ſiue allegoria ſacra eſt ea ſola, [u] quæ colligitur ex rebus, intenta tamen ab Spiritu ſancto, id quod ſimilitudines puræ non habent.

[p] Vera deſcriptio Allegoriæ preſsè ſumptæ. — 1. Cor. 10. — D. Thom.

[q] Clarior definitio S. Thomæ.

[r] Sed pernecesſarium eſt ad Allegoriā vt ſignificatio rerum intenta ſit ab Spiritu ſancto.

Auguſt.

[ſ] Quid inter ſimilitudinē puram, & figuram. — 3. Reg. 22. — Iſai. 1.

[t] Non omnis ſimilitudo figura eſt. — Plutarch.

[u] Figura enim ea ſola eſt, quæ intenta fuit ab Spiritu ſancto, quod ſimilitudo non obtinet.

Tandem pro complemento totius huius doctrinæ adducenda eſt celebris diuiſio inter Patres, & Doctores Theologos, qua diuiditur Allegoria in Allegoriam, [x] Tropologiam, & Anagogiam; diuiſum, eſt Allegoria prout ſignificat rem, quæ ex alia re colligitur, & in ea latet, vnde ſiue Tropologia ſit, ſiue Anagogia, Allegoria vocatur, tempore, quia lateant in aliis rebus: vnde Baſil. *hom.* 9. *in Exaemer.* omnes ſpecies Allegoriæ, Allegoriam vocat, & D. Auguſt. *in lib. de vtilitate credendi cap.* 3. Atque ita duplex eſt ſenſus totius Scripturæ, alius literalis, alius allegoricus; diuerſas autem materias quoniam Allegoria habet, quas ſignificat pro diuerſitate rerum, diuerſa etiam nomina habet: vnde quando Allegoria eſt figura veteris Teſtamenti inducta ad ſignificandum aliquid in nouo Teſtamento, pertinēs vel ad Chriſtum, vel ad Eccleſiam, Allegoria [y] ſimpliciter vocatur, qualis eſt locus apud Paulum *ad Galat.* 4. cùm verò facta veteris Teſtamenti accommodantur ad ſignificandum aliquid pertinens ad præſentes mores Eccleſiæ, [z] Tropologia vocatur, qualis eſt locus Deut. 25. 132.

[x] Allegoria adhuc duplex, tropologica, & anagogica. — Baſil. — Auguſt.

[y] Allegoria ſimpliciter quid.

[z] Quid Tropologia. — Galat. 4.

non

non alligabis os boui trituranti. Si verò factum veteris Teſtamenti ſignificet aliquid [a] pertinens ad futuram gloriam, Anagogia vocatur, qualis eſt locus Pſalm. 94. *Quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam.* Quem locum Paulus *ad Hebr.* 4. de vita æterna intelligit; interdum autem hæc nomina confunduntur apud Patres, ita quòd Tropologia, Allegoria vocetur, & vice verſa ſicut patet apud Hieronym. *ad Eudibiam, q.* 12. *Amos in c.*4. *& Ezechiam cap.*6.

[a] *Quid Anagogia.* — Pſalm. 94. — Hebr. 4. — Hieron.

TRACTATVS V.

De catulo Iudæ, ſiue, *de leone myſtico.*

Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui.

Catulus leonis Iuda: ad prædam, fili mi, aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt leo & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum?

133. ABſoluto tractatu de vera allegoria, quem præuium eſſe voluimus vaticinio Iudæ, quoniam illud omne allegoricum, & figuratum eſt; conſequens iam erat, vt ad ſingulas particulas huius prophetiæ accederemus, ex quibus vera cognitio totius prophetiæ dependet: ſic igitur Patriarcha Iacob ſuum de Iuda vaticinium orditur, *Iuda te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti, vt leo, & quaſi leæna: quis ſuſcitabit eum?* quæ quamuis de Iuda ſint dicta, Iudæ tamen conuenire [a] non videntur, niſi fortè ſufficiat, vt hæc de Iuda dicantur, ille locus 1. *Paralip. cap.* 5. vbi dicitur, *Iudas erat fortiſſimus inter fratres ſuos, de ſtirpe eius Principes germinati ſunt.* Certum autem eſt leonem fortitudinis eſſe ſymbolum, quemadmodum aduertit Clem. Alexand. *lib.* 5. *Strom.* & latiſſimè Pierius Valerian. *lib.*1. *de Symb.* Eſt ergo hic totus locus metaphoricus, [b] per leonem enim ſignificatur vir fortis, atque etiam ſignificantur aliæ regiæ virtutes: dubium tamen eſt, [c] vtrùm hæc metaphorica locutio primò ſignificet Regem Meſſiam oriundum ex hac tribu Iudæ, an verò priùs ſignificet Dauidem Regem ex eadem tribu, vel potiùs Iudam totius familiæ caput, & in Iuda, ſiuè in Dauide ſit Allegoria obſcura, ſiuè ænigma de Meſſia Rege.

[a] *Quæ de Iuda dicuntur Iudæ non quadrãt, ad literam.* — 1. Paralip. 5. — Clem. Alex. — Pier. Valer. — [b] *Quare metaphoricè accipienda ſūt.* — [c] *Dubium tamen eſt de ſubiectis attribuenda erunt.*

§. I.

De virtutibus regijs in leone adumbratis.

134. NOs verò exiſtimamus antequam ad cætera accedamus in prima parte huius prophetiæ [d] in leone adumbratas eſſe regias virtutes, quibus imperium in cæteros homines debetur, & regia maieſtas, quam ſuis poſteris pollicetur Iacob [e] in ſecunda parte huius prophetiæ, dicens: *Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de fœmore eius.*

Gabr. à Coſta in Gen.

[d] *Prima pars huius vaticinij regias virtutes adumbrat.* — [e] *Secunda verò ſceptrũ & imperium pollicetur.*

Tres ergo virtutes in Principe requiruntur: prima, excellentia inter cæteros homines, propter aliquam egregiam virtutem: ſecunda eſt, nobilitas generis: tertia verò, fortitudo, ſiuè robur, ad populos in pace defendendos. quas omnes virtutes oſtendit Iacob cùm dixit, *Catulus leonis Iuda*; in leone enim [f] omnis regia virtus ſignificata eſt. Vnde Tertull. aduertit, *in lib. de anima, cap.* 46. id quod priùs notauerat Plutarch. *in vita Alexand. non longè à principio.* vbi refert Philippum Alexandri Regis patrem, in viſceribus Olympiadis vxoris ſuæ per ſomnium vidiſſe expreſſam leonis effigiem, quod ſomnium delatum eſt ad coniectores, & interpretatum Olympiadem geſtare in vtero infantem, eundémque parituram animoſum, regium, & natura leonis præditum: id quod etiã vidiſſe videtur Iacob in vtero Virginis, cùm dixit, *Catulus leonis Iuda*, quemadmodum interpretatur eum locum Epiphan. *lib.*2. *tom.*1. *hæreſ.*78. quo in loco Virginem Matrem parituram leonem, ſiuè infantem diuinum, leænam appellauit, *Dominus*, inquit, *leoni aſſimilatur, non ſecundum naturam, ſed propter ænigma.* profectò etiam genitricem ipſius leænam dixerim; vnde enim gignitur omnino leo, ſi non ex leæna? leæna igitur eius mater vocatur, cui non contigit etiam ſecundus partus. Ex quibus videmus leonem [g] ſymbolum regiæ maieſtatis eſſe, vnde *lib.* 3. *Regum cap.*7. in ærea tabula templi effigies expreſſa leonis erat, vt ingreſſus Summus Pontifex ad ſacrificandum in memoriam reduceret orandum eſſe in ſacrificio pro aduentu Regis Meſſiæ, qui in leone adumbratur: vt pulchrè notauit Paulus Burgenſ. *in ſcrutinio Scripturæ d.* 8. *cap.*13. Quibus addit vexillum regium tribus Iudæ, leonem depictum habuiſſe, quò alludere videtur Ioann. *in ſua reuelat. cap.*5. cùm dixit, *vicit leo de tribu Iuda.* ex quibus colligitur in leone Iudæ adumbratas fuiſſe, & incluſas regias virtutes.

[f] *Virtutes regiæ tres, quæ omnes in leone.* — Plutarch. — Tertullian. — Epiphan. — [g] *Leo enim ſymbolũ regiæ maieſtatis exiſtit.* — 3. Reg. 7. — Burgenſis. — Apocal. 5.

Reliquum iam eſt, vt ſingulas percurramus, conducunt enim maximè ad verum Regem oſtendẽdum, qualem pollicetur Patriarcha futurũ Meſſiam, ſiue alium Regem ex ſua familia oriundum; ergo cùm catulum leonis appellauit, non ſolùm eum nobilem appellauit, & in virtute excellentem, [h] ſed etiam aſſeruit nobilitatem generis, ſiuè ſanguinis habuiſſe, qualem Regi Meſſiæ optabat Dauid *in Pſalm.* 71. cùm dixit, *Deus iudicium tuum Regi da, & iuſtitiam tuam filio Regis*, idem enim eſt filius Regis, *& catulus leonis.* conducit nanque nobilitas auorum maximè ad populos in pace regendos, & cum reuerentia, quemadmodum deducit D. Thom. *lect.* 2. *ſuper cap.* 1. *ad Hebr. ex cap. Prouerb. vltimo*, vbi dicitur de magiſtratu optimo, *nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum Senatoribus terræ: eſt enim*, inquit D. Thom. *neceſſaria in Principe nobilitas ne contemnatur.* quod idem repetit D. Thom. *ſuper Iſai. cap.* 1. ad ea verba, *Omne caput languidum.* Imò & hoc videtur inſinuaſſe oraculum diuinum apud Hierem. *cap.* 23. vbi dicitur, *Putas-ne Deus è vicino ego ſum, dixit Dominus, & non Deus de longè?* quibus verbis diuinum oraculum in ſui reuerentiam inculcat antiquitatem in Deitate: quæ eſt ratio, cur, ſicut aduertit Theodor. *q.*23. *in lib.* 1. *Regum*, poſtquam Saul ab agro & bobus vocatus fuit ad regiam dignitatem, dixerit Scriptura, *immutauit ei Deus cor nouum*, [i] erat enim homo ruſticus, qui tantùm nouerat terram colere, oportebat ei regios ſpiritus dare. Videndus eſt Chryſoſt. *hom.* 10. *ſuper Gen.*

[h] *Prima duæ virtutes regiæ, excellentia virtutis, & generis nobilitas in leone.* — Pſal. 71. — D. Thom. — Prouerb. vlt. — Iſai. 1. — Hierem. 23. — Theodoret. — 1. Reg. 10. — [i] *Ad regiam dignitatem adeò pernecesſaria, vt quem Deus de agro vocauit ad regnum, nouo & regio corde habuerit donare.*

cùm ponderat ea verba, *ad imaginem, & ſimilitu-*
dinem ſuam fecit eum, ideo ille imaginis nomine
vſus eſt, quia ſub ſe creaturas omnes habiturus
eſſet, vt ſi non natura Deum referret, ſaltem in
imagine, & ſimilitudine, Imperatorem Deum ad-
Curtius. umbraret. Videndus eſt Curtius *lib. 4. pag. 2.* vbi
refert duos iuuenes nobiles, oblatum Sidoniæ re-
gnum reſpuiſſe, quia regia de ſtirpe orti non eſſent,
illud aſſerentes, non eſſe de more ſuæ gentis, vt
in alios regnarent, qui regia ſtirpe orti non eſſent.
Iuſt. Lipſ. Similia habet Iuſtus Lipſius *in ſua politic. lib. 2. cap. 4. Creandi*, inquit, *Principes duplex eſt modus,*
electionis, & ſucceſſionis. Hanc appello, cùm genti-
lis is honos eſt, & Princeps de Principe naſcitur. Il-
lam, cùm ſpreto natalium iure ſuffragiis deſignatur.
Electio antiquior; ſucceſſio tamen receptior, & affe-
ctu aliquo melior, quia minori diſcrimine Principes
[l] Propterea minori cum diſcrimine Principes ſucceſſione, quàm electione ſumuntur. [l] *ſumuntur, quàm quæruntur*; quemadmodum ele-
ganter dixit Tacitus lib 2. ſuæ hiſtoriæ. *Probata*
enim virtus maiorum, in poſterorum ſucceſſione in-
uenitur plerunque; maior enim eſt nobilitas innata,
quàm quæſita, ſicut dixit Chryſoſt. *hom. 89.* vnde
Tacit. idem Chryſoſt. *hom. 3. in cap. 1. Matth.* eleganter
Chryſoſt. quærit, quæ ſit ratio cur magis ille ſplendeat, qui
parentibus etiam à virtute alienis ortus, ipſe tamé
fuerit vir probus. Cuius rei rationem reddit Iſo-
Iſocrat. crat. Græcus in epiſt. quadam, *quia quidquid boni*
mortalibus præter ſpectationem, & conſuetudinem
offertur, id omnibus in rebus longè gratius eſt, quàm
ea, quæ vſitata, & legitima ratione contingunt; inde
eſt, quòd virtutem in plebeio homine admiremur,
& non in Principe. Propterea accommodatiores
ſunt ad imperium, ij, qui ex nobilibus parentibus
[m] Quid ſit vera nobilitas. orti ſunt, nobilitas verò nihil eſt, [m] quàm proba-
Philo. ta virtus, quemadmodum eleganter dixit Philo *in*
lib. de nobilitate, vbi aſſerit, *eos nobiles non eſſe, qui*
illuſtres ſuorum maiorum virtutes non imitantur, pa-
rum enim prodeſt cæco nato, ſuorum maiorum perſpi-
cacitas, ſi tamen ea hæreditaria non ſit, gentilitas
enim non ſolùm ſanguine æſtimatur apud veritatem
iudicem, ſed factis, ſtudiiſque ſimilibus. Quibus il-
le dixit ſimilia *in lib. de Abraham pag. 307.* vbi ſic
Idem. habet: *In tantum autem Scriptura facit hunc virtu-*
tis amatorem, vt in ſtemmate eius, non more aliorum
auos, proauos, maioréſq; eius recenſeat, ſiue paternos,
ſiue maternos, ſed virtutes quaſdam, clamitans, nul-
lam aliam familiam, cognationem, & patriam eſſe
ſapientis præter virtutes, & earum actiones. Hæ ſunt,
inquit, *generationes Noe: Noë homo iuſtus, perfectus*
in generatione ſua placuit Deo. Elegantiùs multò
Idem. Philo. *in lib. de execrationibus*, vbi ita habet: *Ad-*
monitum ſit genus humanum, quàm libenter Deus
amplectatur virtutem, vel ignobilium, quia qui ra-
dices nihil moratur, ſed ſolas ſtirpes, ſuſcipit mutatas
in frugem meliorem. Quamuis igitur nobilitas ſan-
guinis pernecesſaria ſit ad principatum, de ea ſem-
per agendum eſt, quæ vel virtus vera eſt, vel cum
virtute coniuncta, quæcunque enim alia nobilitas,
[n] Nobilitas quæ ſine virtute eſt, corruptio potiùs nobilitatis dicenda. corruptio potius eſt nobilitatis, [n] quàm nobilitas.
Vnde Hilarius can. 1. ſuper Matth. *Nobilitas*, in-
quit, *ſine dignitas originis in operum conſiſtit exem-*
plis, & proſapiæ gloria fidei imitatione retinetur.
Videndus denique eſt Ariſtoteles *5. Polit. 10.* cum
Hilarius. Ariſtot. dicit, *Rex conſtituitur ex idoneis, & aptis ob emi-*
nentiam virtutis, aut actionum, quæ à virtute ſint.
Leonis igitur ingenuitatem, ſeu nobilitatem ſuum
catulum habuiſſe videtur Patriarcha oſtendere,
cùm dixit, *ad prædam fili mi aſcendiſti.* Quod vt
meliùs intelligatur, aduertendum eſt cum Plinio
Plinius. *in lib. 8. naturalis hiſtoriæ. cap. 16.* leonis præci-
puam ingenuitatem eſſe, [o] cùm colla, & armos [o] Leonis ingenuitas vnde dignoſcatur.
veſtiunt iubæ, id enim ætate contigit à leone con-
ceptis. Alij verò hoc inſigni carent, quales ſunt
catuli pardorum, & propterea dixit, *catulus leonis*.
Hanc autem nobilitatem exercuiſſe docet, cùm
dixit, *ad prædam aſcendiſti*; fugiunt enim catuli
plerunque ſuos parentes, vt ſoli ſine [p] alterius [p] Catuli leonum ſoli vadunt ad prædam.
ope prædas agant. quod notaſſe videtur regius Va-
tes in Pſalm. 103. *Catuli leonum rugientes, vt ra-*
piant, & quærant à Deo eſcam ſibi. In quam ſen- Pſalm. 103.
tentiam tradit Pollux, catulos leonum adeò nihil Pollux.
timere inſidias, & ſuis viribus confidere, vt ſoli
ſine parentibus venatum prodeant. Vnde Horat. Horat.
dixit *lib. 4. Carm. ode 4.* de catulo leonis,

Qualémve lætis capræa paſcuis
Intenta, fuluæ matris ab vbere
Iam lacte depulſum leonem,
Dente nouo peritura, vidit.

Ex quibus iam conſtat ingenuitatem neceſſa- 136.
tiam ad imperium in catulo leonis adumbratam
fuiſſe. Vnde Pierius *lib. 1. de ſymbolis*, ait leonis ca- Pier. Valer.
put [q] ſymbolum eſſe Imperij, eſt enim illud, & [q] Leonis caput ſymbolū imperii, quia fortiſſimum & vigilantiſſimum.
fortiſſimum, & vigilantiſſimum; vnde Alexander
ſuum caput induere ſolebat ſpolio leonis, ſignifi-
cans ſe pariter fortiſſimum, & vigilantiſſimum
Imperatorem eſſe; ex omnibus enim animantibus
ſolus leo non dormit: vnde Arrianus de Alexan- Arrian.
dro dixit lib 8. *Alexander plus vigilare ſolet, quàm*
vos, vt ipſi quietos ſomnos capere poſſitis. Quod Theo- Theodoret.
doret. aduertit *Cant. cap. 3.* ad illa verba ſponſæ: Cantic. 3.
In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima
mea, & quæſiui illum, & non inueni. quod ſignifi-
care fortaſſis voluit hoc in loco Patriarcha, cùm
dixit, *requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna;*
quis ſuſcitabit eum? vt ſit vterque locus ſimillimus,
& ille ſponſæ, & hic Iacob ſiue leonis; neque
enim ſponſa vnquam [r] ſuum ſponſum quieſcen- [r] Inſomnis leo, inſomnis & Chriſtus ſponſus in cuſtodiam noſtram.
tem in lectulo inuenire potuit, quamuis eum per
ſingulas noctes in lectulo quæſiuiſſet; neque enim
dormitat, aut dormitare ſolet, is, *qui cuſtodit Iſrael*,
ſicut dicitur *in Pſalm. 20.* vnde apud Zachariam *in*
c. 3. dicitur, eum lapidem ſeptē oculos habentem, Pſal. 20.
ſic enim effingere ſolet Scriptura vigilantiſſimum
Principem, qua de re videndus eſt Plato *dialog. 7.* Plato.
de legib. & dialog. 3. de Rep. ſic quoque hoc in lo-
co verum Regem accubantem leonem appellauit,
quem nemo tamen vnquam dormientem inuenit.

Niſi magis placeat in his verbis, *requieſcens ac-* 137.
cubuiſti, vt leo, &c. ſignificatam eſſe virtutem [ſ] al- [ſ] Tertia virtus leonis robur eſt.
teram, quæ omnino requiritur in Principe: ea
autem eſt robur, ſiue potentia Imperij; duo enim
ſunt, quibus omnis Reſpublica ſeruatur, in hoſtes
fortitudo, in ſuos concordia; quemadmodum
eleganter dixit Polyb. *in lib. 6.* Vnde Cicero *in* Polyb.
orat. pro Murena, auſus eſt dicere, *Dicendum eſt,* Cicero.
quod cenſeo; virtus militaris præſtat cæteris omnibus,
etenim patria, libertas, ciues, atque adeò ipſi Reges
latent in tutela, ac præſidio bellicæ virtutis, ex qua
maieſtas, [t] *ſiue authoritas Principis oritur, quæ &* [t] Ex quo maieſtas & auctoritas Principis oritur.
admiratione, & metu comparatur optimi Principis.
Id quod eleganti periphraſi expreſſit Patriarcha
hoc in loco, quæ conſueta eſt apud Hebræos ad ſi-
gnificandum optimum Principem, & omnino ti-
mendum, quemadmodum aduertit Philo *lib. 1. de* Philo.
vita Moyſis, imò & Balam propheta *Num. 24.* Num. 24.
de exercitu Hebræorum optimè conſtituto, ita di-
xit, *accubans dormiuit vt leo, & quaſi leæna, quam*
ſuſcitare nemo audebit. Philo autem ita exprimit
eam phraſim, *dormiet cubans vt leo, vel leonis catu-* Philo.
lus ſecurus, neminem ipſe timens, & alios territans,

inſuper

inſnper,infelix quiſquis eum excitauerit. Quam vir-
Curtius. tutem Curtius vocauit, *maieſtatem impery, & ſalutis tutelam*; neque enim quiſquam audebit Principem, quem reueretur vt optimum, perturbare, vel aperta vi, vel occulta fraude, aut dolo; & hæc pertinebant ad explicandam [u] externam metaphoram leonis, qua ſignificatum voloit eſſe Iacob Regem Meſſiam per allegoriam, ſicut ſtatim dicemus.

[u] Huc vſque de externa metaphora leonis.

§. II.

Ad literam, *hæc metaphora Chriſtum Dominum figurat, & diuinam maieſtatem inclinem ad miſericordiam primò oſtendit.*

138. PErfectom Principem, atque omnibus numeris abſulutum adumbraſſe Patriarcham io leone, ſeu potius in catulo leonis, oullum dubium eſt, totus enim ſermo de leone,[a] ad literam intelligendus eſt, non de leone, ſed de optimo Principe, quem nomen leo ſignificat io ſoa figurata, & metaphotica ſignificatione, quæ ſignificatio literalis eſt, vtpote importata proximè per vocem leonis, quaouis non ſit ſimplex ſignificatio literalis, ſed literalis metaphorica, quemadmodum latè diximus *in tractatn de vera Allegoria.* Certum etiam videtur hunc eſſe primum locum, [b] in quo diuina maieſtas inclinata repetiatur, neque enim legerim alium locum ante hunc, in quo requieſcens dicatur accubuiſſe Deus; qui ſtatus accommodatiſſimus eſt ad clementiam, & commiſerationem, qualem inter cæteros ſibi elegit ad veniam obtinendam ea *mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix; vt cognouit quòd Ieſus accumberet in domo Phariſæi, attulit alabaſtrum vnguenti*, ſicut dicitur *Luc. c. 7.* ioclinem enim ad miſerendum ſupernam didicit maieſtatem, ſicut eleganter dixit Chryſolog. ſerm. 93. *cum enim ſtantem inuenerat, inuenerat eundem ſedentem, ſed neque ſtans, neque ſedens inclinatus erat ad miſericordiam; vt cognouit, quòd recumberet, intellexit, in eo ſtatu accommodatum eſſe ad miſeriam ſnam ſnbleuandam.* qualis loeus eſt ille *Cant.* 1. ſicut aduertit Theodoret. vbi ſponſa, cùm primùm ſponſum ſuum reclinatum vidit, dixit, *dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.* Sic quoqoe inclinatus adulteram abſoluit à crimine, ſic inclinatus hoc in loco, mundum ſaluabit, ſicut inclinatus peccatricem iuſtificauit. Hic igitur primus eſt locus in quo Deus inclinatus repetitur, cùm dicitur, *requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leana, quis ſuſcitabit eum?*

[a] In quo ad literam optimus Princeps effingitur metaphoricè.

[b] Primus iſtè hic locus eſt, in quo diuina maieſtas inuenitur acclinis.

Luc. 7.

Chryſol.

Theodoret. Cantic. 1.

139. Hoc autem mihi primum eſt argumentum, vt exiſtimem ad literam hoc in loco, non de Dauide, neque de quoois alio Rege ex familia Iudæ oriundo,[c] ſed de Rege Meſſia ad literam agere Patriarcham. In quam ſententiam videntur conneoire fermè omnes Patres, qui attentiùs hunc locum conſiderauerunt, inter quos primos Origen. *hom.* 17. *in cap.* 49. ita habet in his verſiculis, *catulus leonis Iuda. Iam non concludimur, ſed excludimur penè, nam catulum leonis ſi ponamus Iudam dici poſſe pro virtute bellandi, quomodo exponitur, quod de germine eius dicitur aſcendiſſe? ſed multo conuenientius huic loco aptabitur myſtica expoſitio, in qua catulus leonis, non ſolùm tropicus, ſed etiam phyſicus deſignatur. nam Philoſophus aſſerit, quòd catulus leonis natus cùm fuerit, tribus diebus, & tribus noctibus dormiat, deinde patris gemitu, vel rugitu tremefactus locus cubilis, excitatur dormiens catulus perpetuò vigilaturus; iſte catulus aſcendit ex germine, ex virgine enim natus eſt velut virgultum, ſine ramus, ſine ſemine, manifeſtiſſimè recubuiſſe, & dormiuiſſe dictum eſt de paſſione mortis eius, qui ſicut leo ſurrexit, & ſicut leana, quia eius accubitus, ſine mors oppreſſio fuit, ſine triumphus dæmonis; omnem enim prædam, quam dæmon inuaſerat deiecto homine, hic leo reparauerat.* Pro quo loco Origenis aduertendum eſt, ipſum omnino excluſum fuiſſe ab eo ordine, quem propoſuerat ſeqoendum in principio huius capitis 49. dixerat enim ſe priùs acturom de ſingulis benedictionibus, deinde de rebus figuratis ſub illis benedictionibus, eſt enim benedictio veluti hiſtoria quædam, io qua aliquid myſticum, & figuratum latet: verùm vbi ad Iudæ vaticinium ventum eſt, conclodimur enim, ſiue omoino excludimur ab eo ordine, quem propoſueramus ſequendum, quia in hac benedictione literalis ſenſus non eſt ipſa benedictio Iudæ, ſed omnia, quæ in ea dicuntur, ad ſolum [d] Regem Meſſiam pertioeot; oſtendit autem hoc duobus fundamentis.

[c] Vnde ad literam potius de Meſſia, quàm de quouis alio Rege ex Iuda familia, locum intelligendum putat author.

Origen.

Gabr. à Coſta in Gen.

[d] Altera ratio conuenientia ex virgine.

140. Primum eſt, ea verba, *ex germine fili mi aſcendiſti*, ſic enim legunt [e] L X X. Interpretes, id quod vulgatus dixit, *ad prædam fili mi aſcendiſti*, quam lectionem ſequontur omnes Græci Patres, & ex Latinis Ambroſ. & aliquando Hieronym. quanuis eam lectionem admitetur Eugubin. de qua latiùs dicemus inferiùs, ad ea verba, *non auferetur ſceptum de Iuda.* Cùm igitur dicitur hoc in loco, *ex germine fili mi aſcendiſti*, illud de Chriſto Domino dicitor ſioe de Rege Meſſia, quod conuenire non poteſt alicui alteri Regi oriundo ex tribu Iudæ, ac proinde prophetia eſt ad literam de Chriſto Domino hic locus, & noo figura. Secoudum fundamentum eſt conuenientia, quæ cernitur inter accubitum leoois tribus diebus dormientis, [f] & tribus noctibus, & accubitum Chriſti Seruatoris, qui tribus diebus, & tribos noctibus fuit in ſepulchro, & vterque rugito paterno excitatus eſt à ſomno, tam leo, quàm Chriſtus Dominus.

L X X. Interp. Ambr. Hieron.

[e] Fundatur que primo in verſione. Eugubin.

[f] Secundò aſtruitur ex proportione accubantis leonis, ad Chriſtum in ſepulchro.

141. Nos verò neceſſariò exiſtimamus præmittendũ eſſe ad veram intelligentiam Patrum circa hanc prophetiam, non eſſe negandum in ea promiſſum fuiſſe regnum Iudæ,[g] ſiue familiæ ſuæ, quod tranſlatum fuerat à Ruben primogenito ad Iudam qoarto loco natum, ius enim primogenitutæ apud cos Patres contine bat regnum, & imperium, quod ſic à parentibus in filios transferri ſolebat, quemadmodum videre eſt *Gen.* 27. vbi Iſaac ſic benedixit Iacob, quem exiſtimabat eſſe Eſau primogenitum, *eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.* & poſtea dixit ad Eſau, *Dominum tuum illum conſtitui, & omnes fratres tuos illi ſubiugaui.* quod ipſum hoc in loco Iacob fecit, cùm dixit, *Iuda te laudabunt fratres tui, adorabunt te filij patris tui.* qoibus verbis ſignificauit, iam non eſſe regiam tribum Ruben, perdiderat enim imperium,[h] & ius primogenitutæ propter ſuam incontinentiam, tranſlatámque fecit regiam dignitatem ad tribum Iudæ, quæ propterea *regia* dicta eſt, & leonis ſigno notabatur; vnde catulus leoois dicitur Meſſias hoc in loco, quia oriundus erat ex regia tribu Iudæ. Ex quibus iam patet, quæ ſit ſententia Theodoreti, de ſenſu huius prophetiæ, tum *Cantic.* 1. tum etiam *quæſt.* 109. *ſuper Geneſim*: ſic enim habet Theodoret. q. citata ſuper Geneſim. *Nihil horum ipſi Iudæ conuenit, [i] ſed familiæ Iudæ, regia enim erat hæc tribus; ex ea enim primus regna-*

[g] Id tamen neceſſariò dandum eſt, eſſe hic promiſſionem de regno Iudæ.

Gen. 27.

Theodoret.

[h] Tranſlatũ enim imperiũ cum primogenitura, fuit ad Iudam, propter incontinentiã Ruben.

[i] Quod non ipſi Iudæ, ſed poſteris eius contigit.

nit Dauid, & eius poſteri: quod autem in hac prophetia egregium eſt, completum eſt in Chriſto Domino; [l] *quemadmodum enim leo dormiens terribilis eſt, ſic mors Domini formidabilis fuit & morti, & diabolo; hac autem clauſula*, quis ſuſcitabit eum? *ineffabilem eius* [m] *potentiam declarat, ipſe enim ſe ſuſcitauit ſecundum ſuam prophetiam* Ioan. 2. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus ſuſcitabo illud.* Similia habet eleganter D. Aug. lib. 16. de Ciuit. cap. 41. *Eleganter*, inquit, *Iacob declarauit propria virtute, & non aliena ſurrexiſſe Chriſtum Dominum à morte, dicens: Quis ſuſcitabit eum? nullus enim propria virtute ſurrexit niſi Chriſtus Dominus.* Vnde Chryſoſt. *hom. 1. in cap. 13. ad Roman.* ad illa verba, *declaratus es filius Dei in virtute multa*, ex reſurrectione Chriſti eius diuinitatem probauit, primus enim hic ſolus ſeipſum excitauit, quod ſignum Chriſtus Dominus oſtendit efficax eſſe ad ſuam diuinitatem oſtendendam *Ioan. 2.* cùm dixit, *Soluite templum hoc.* & Ioan 8. *cùm exaltaueritis me à terra, cognoſcetis, quòd ego ſim.* & Matth. 21. *Signum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ.* Cùm ergo reſurrectio propria virtute nulli conueniat, niſi Chriſto, conſequens eſt, vt dicamus ex ea regula, quam præmiſimus *in tract. de allegoria preſſè ſumpta*, hunc locum prophetice, & ad literam agere de Chriſto [n] Domino, & non in figura. Similia habet D. Ambroſ. in lib. de Ioſeph, *quod vtique*, inquit ille, *ſoli conuenit Chriſto, Adorabunt te filij Patris tui catulus leonis Iuda, & ipſe erit expectatio Gentium; hoc illi ſoli repoſitum eſt, vt adoraretur à fratribus, expectaretur à gentibus, lauaret in vino ſtolam ſuam*; quibus habet etiam ſimilia *in lib. de benedictionib.* Suffragatur Gregor. Magn. *in 4. Pſalm. pœnitentiali*, ad illa verba, *Vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.* videndus Hieron. *lib. 1. aduersùs Iouinianum.* Ex quibus omnibus conſtat primam partem huius prophetiæ metaphoricam eſſe, & translatitia ſignificatione, in leone, ad literam fuiſſe ſignificatum Regem Meſſiam, leonis catulum appellatum, quia ortus de tribu regia Iudæ.

[l] Principaliter autem in Chriſto impleta ſunt quæ [m] *in hac prophetia excellunt.*
Ioan. 2. August. Chryſoſt. Ioan. 2. & 8. Matth. 21.
[n] Agit namque hic locus prophetice ad literam de Chriſto Domino, & non in figura.
Ambroſ. Greg. Magn. Hieron.

142. Scio D. Chryſoſt. *hom. 67. in Geneſ.* [o] noluiſſe hanc primam partem prophetiæ myſticam eſſe, quod magis explicarunt Rabbini, vt patet ex Paulo Burgenſ. *addit. 4. ſuper cap. 49. Geneſ.* aſſerunt enim de Dauide ſermonem eſſe hoc in loco ad literam, qui & catulus leonis fuit, quandiu vnctus non fuit in Regem, vt patet 1. *Reg.* 18. & 2. *Reg.* 5. & poſtquam vnctus fuit Rex, ſicut leo debellauit omnes aduerſarios gentis Iſraëliticæ, ita vt nullus auderet Regum, eum quieſcentem perturbare. cui expoſitioni non multum repugnamus, præſertim cùm ipſi fateantur Dauidem Regem in eo facto, ænigma, ſiue figuram fuiſſe Regis Meſſiæ; cætera exponemus in litera.

Chryſoſt. *[o] Occurritur obiectioni ex D. Ioanne Chryſoſtomo.* Burgenſ. 1. Reg. 18. 2. Reg. 5.

TRACTATVS VI.

§. Vnicus.

De ſceptro, ſiue de poteſtate regia.

Non auferetur ſceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt.

143. HÆc eſt ſecunda pars huius vaticinij, [a] in qua omnis difficultas poſita eſt. In ea oſtenditur feliciſſimum tempus, quod diuina prouidentia præfinierat, & elegerat ſua diuina, & æterna miſericordia, vt Emanuel, ſiue Deus in carne inter nos videretur, & conuerſaretur; pro cuius aduentu, ſicut notauit Burgenſ. *in ſcrutinio 1. p. d. 8. cap. 13.* iam olim ſummus Sacerdos ingreſſus Sancta Sanctorum primò orabat pro incolumitate ſancti regni Iudæ, & pro aduentu Regis Meſſiæ, iuxta illud vaticinium, *Non auferetur ſceptrum de Iuda nec dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt.* quò ſpectabant orationes vniuerſæ, atque deſideria ſanctorum Patrum, fuit enim fulcrum gentis Hebrææ, & præcipuè tribus Iudæ Meſſias Dominus, [b] quandiu non venit; in eo enim inclinata ſtabat ea arbor, quæ ex Iacob per Iudam in patulos ramos expanſa eſt, quoaduſque pullulauit virgula de trunco Ieſſe: vbi enim ea orta eſt, continuò ſecuris ad radicem arboris mota eſt, quemadmodum prædixit Baptiſta *Matth. in cap. 3.* quod prædixerat Iſai. *in cap. 6.* ſui vaticinij, poſtquam enim numerauit omnes calamitates populi Hebraici, & mala quamplurima, continuò addidit, *& adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in oſtenſionem ſicut terebinthus, & ſicut quercus, quæ expandit ramos ſuos: ſemen ſanctum erit id, quod ſteterit in ea.* Vatablus, & Brixianus ita vertunt, *ſicut vlmus & quercus, cùm fulcrum eis ſubmittitur, ſemen ſanctum fulcrum eius.* id eſt, quandiu non venerit Rex Meſſias, ſtabit arbor Iacob, eam enim inclinatam ſubſtentabit Rex Meſſias. Hoc igitur tempus, quo venturus erat Deus in carne, vaticinatur Iacob hoc in loco, cuius ſignum dicit eſſe defectioné regni, ſiue ſceptri Iudæ. 144.

[a] Secunda pars huius prophetiæ demonſtrat feliciſſimũ tempus aduentus Dei in carne. Paul. Burg.
[b] Meſſias quandiu non venit, fulcrũ erat gentis Hebrææ.
Matth. 3. Iſai. 6. Vatabl. Brixian.

Pro quo aduertendum eſt, tres promiſſiones [c] factas fuiſſe in Geneſ. de aduentu Meſſiæ, ſeu Dei in carne. Prima facta eſt *in cap. 3. Geneſ.* cùm Deus dixit ad ſerpentem, *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, inter ſemen tuum, & ſemen illius, ipſum conteret caput tuum*; ſic enim legendus eſt ille locus ex Hebræo, vbi promittitur aduentus Dei ad debellandam [d] potentiam Dæmonis, & ad eius vires euertendas. Quoniam verò ſatis non erat debellatum fuiſſe Dæmonem, niſi pariter vulnera ab eo facta in nobis curarentur, *Geneſ. 22.* facta eſt ſecunda promiſſio, in qua pollicetur Deus venturum ſe in remedium [e] hominum; ſic enim Abrahamo dictum eſt, *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.* Deſiderabatur tandem promiſſio illius temporis beatiſſimi, quo Deus venturus erat, ea autem facta eſt hoc in loco, cùm dicitur, *Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt.* Sublata igitur cùm ſit regia poteſtas à domo, ſiue familia Iudæ, quod tempus [f] præfinitum erat à Deo ad ſuum aduentum, non eſt cur ampliùs expectetur Rex Meſſias.

[c] Tres promiſſiones leguntur in Geneſi de aduentu Meſſiæ. Gen. 3.
[d] Prima ſpondet debellandã eſſe Dæmonis potentiam per Chriſtum. Gen. 22.
[e] Secũda addit inſuper remediũ per benedictioné.
[f] Tertia denique præfinit tempus deſiderium Patrum.

145. Oportet autem, antequam prophetiam componamus cum rei euentu, oſtendere, hoc in loco ſermonem eſſe de regia poteſtate ablata de Iuda, nomine ſceptri ſignificata: ſcio enim deliros quoſdam Rabbinos voluiſſe vocem Hebræam [g] *ſebeth*, pro qua vulgatus Interpres tranſtulit *ſceptrum*, hoc loco nullo modo ſignificare regiam poteſtatem, ſed crudelem aliquam, & tyrannicam poteſtatem, quæ perpetuò verberauerit gentem Hebræam, *donec veniat, qui mittendus eſt*: quæ ſignificatio non eſt aliena ab Scriptura, etenim *in Pſ. 2.* dicitur de virga crudelitatis, *reges eos in virga ferrea*; & Iſai. 10. *Aſſur virga furoris mei.* Imò & Paul. 1. ad Corinth. 4. *Vultis in virga veniam ad vos?* Agnoſcimus enim has omnes ſignificationes virgæ: verùm ſententiam Rabbinorum omnino improbamus

[g] Error Rabbinorum corripitur circa vocem Hebræam ſchebeth, ſiue ſceptrum. Pſalm. 2. Iſai. 10. 1. Cor. 4.

improbamus tanquam ineptam, & omnino alienam à circunſtantia huius loci, in quo Iacob fauſta,& felicia imprecatur poſteris Iudæ, inter quæ quis dicat, perpetuum etiam ſupplicium prædixiſſe?

146. Fateor igitur æquiuocam eſſe vocem Hebræam *Schebeth*,& ſignificare virgulam, & baculum, & arundinem,& regnum, ſiue imperiom, vel potiùs ſceptrum regium: hic autem iuxta circunſtaotiam [h] loci ſceptrum ſignificat,ſiue regiam dignitatem, quemadmodum aduertit Rabbi Dauid;eſt enim ea virgula hoc in loco, quam Princeps ſua manu geſtare ſolet; vnde L X X. clariùs verterunt hunc locum, *non deficiet, non ceſſabit Princeps ex Iuda.* Pierius Valeriao.*lib.41.de ſymbolis*,ſceptrum dicit eſſe ſymbolum imperij,ſicut patet ex *cap. 49. Gen.* vbi prædicitur oon auferendum eſſe de manu Iudæ ſceptrum,ſiue virgam,hoc eſt,noo eſſe ceſſaturum imperium,qooad vſque veniat,qui mittendus eſt,iuxta illud Pſalm.41.*Virga æquitatis virga regni tui.* Io hanc ſententiam [i] Targum, & Rabbi Salom.ioterpretantur locum Num.24.*Conſurget virga de Iſrael*; dominabitur Chriſtus de Iſrael, ſic enim legit Targum,ſeu potiùs,*ſurget Rex, qui dominetur ex Iſrael*, videtur enim illud regium inſigne petitum à paſtoribus,qui baculo, ſiue virgula ſuos greges agunt; nam officium paſtoris muneri regio ſimillimum eſt,ſicut docet Plato *dialog. 16. de legib.& lib.qui Manos inſcribitur.* Philo in lib. de Agricultura,*Tanta*, ioquit,*cura, tanta honeſtas, & vtilitas eſt in paſtoris munere, vt Poetæ ſoleant Reges appellare populorum paſtores*;& *lib. 1. de vita Moyſis*, docet, paſtoralem artem eſſe præludium ad regiam dignitatem, vnde Moyſes priùs paſtor, deinde imperator populi fuit, tranſlata virgula paſtorali in ſceptrum imperiale. Solebaot autem Babylonici,ſicut refert Herodot. in apice virgulæ regiæ mirabili artificio inſerere vel pomum, [l] vel lilium, vel ſaltem roſam, ita vt nefas eſſet ſceptrum geſtari à Rege ſine hoc ornamento, quo ſignificabatur vel amor Principis io ſuos, vel morum ſuauitas, qua omnes in ſuam beneuolentiam alliciebat. Quod fortaſſis ſignificauit Iſaias cùm dixit,*egredietur virga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendet*; alludere enim videtur ad hunc [m] morem Babyloniæ,vnde Abraham ortus eſt,qui principium fuit & pater gentis Hebrææ, quaſi regia dignitas,& ſceptrum Iudæorum tandiu ſteterit, quandiu flos, ſiue lilium polcherrimum, ſic enim ſponſus appellatur *Cantic.* 2. in eius apice, ſiue cacumine ioſertum fuit. Sic eoim Sibylla apud Lactant.*lib.4.in cap.* 13. Meſſiam ſeruatorem [n] appellauit,cùm ait,*florebit flos ille pulcherrimus.*

[h] Quamuis enim ea ſit æquiuoca, hic neceſſariò ſceptrum ſignificat ex circūſtantiis loci.
Rab. Dauid.
L X X. Interpret.
Piet. Valer.
[i] Conſonant alia loca, & verſiones.
Pſalm 41.
Targum.
Rab. Salom.
Num. 24.
Plato.
Philo.
[l] Sceptrum regium apud Babylonios florē, ſeu pomū in ſummitate habebat, & quare.
Herodot.
[m] Ad quem morem forſaſſe alludit Iſaias.
Lactant.
[n] Quaſi flos in ſceptro Iudæ fuerit Meſſias.

147. Quibus habet ſimilia Ambr. lib. 3. ſuper Luc. *tandiu enim regnarunt Reges, quos Chriſtus Dominus habuit parentes, quandiu de eorum radice, ſiue trunco pullulauit flos pulcherrimus Chriſtus Dominus* Huic noſtræ conicctūræ faoent Hebræi,[o] quos refert,& ſequitur Hieron.*in com.ſuper Iſai.cap.*11. vbi ſic habet: *Virgam & florem Iudæi ipſum Chriſtum interpretantur, quia in virga regnantis potentia,in flore pulchritudo oſtenditur*; quem florem videtur ſubodoraſſe Patriarcha Iſaac, in ſua prima radice Iacob, cùm ante paternam beoedictionem Iacobum filium ſuum exoſculatus dixit, *Ecce odor filij mei,ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* io quam ſententiam videndus eſt Plinius *lib.16.natur. hiſtor.* cùm ait, *Arborum flos eſt pleni veris indicium,& anni renaſcentis: flos gaudium eſt arborum.* Id quod vel in illa prima plantula ſua olfaciebat Iſaac, flos enim de eius radice initiom fuit pleni veris, & indicium reoaſcentis hominis, quia quandiu flos fuit in virga, ſiue radice Hebræorum, taudiu durauit Hebræorum [p] imperium: vbi flos ab ea virgula ſeparatus eſt, ſeparatum quoque fuit imperium, quia nefas erat apud Chaldæos ſceptrum geſtare ſine flore, vel ſine lilio. Ea autem virgula, cui flos de oouo inſertus fuit,fuit crux Chriſti Domioi, [q] ſymbolum eius imperij in Eccleſia ſua,in coius cacumioe ioſertus eſt flos, hoc enim ſignificat Nazarenus, quod nomen ſcriptum eſt in apice crucis, intumuit enim in florem Verbum æternum apud Nazareth,vnde oriundum erat:vode iuxta Prophetas, *Nazaræus vocatur*, ſicut dixit Matth.*cap.* 2. & in fructum conuerſus eſt ille flos apud Bethlehem vrbem,quæ *domus panis*, ſiue *horreum* appellatur. Separatus igitur, & ſepoſitus in horreum in ſceptro imperij ſui ſcriptus eſt flos Nazarenus, vt io Eccleſia Chriſti regia dignitas eſſet,noo in ſynagoga, à cuius ſceptro iam ſeparatus erat. Tranſlato itaque ornamento [r] à virgula Iudæ, io virgam Crucis, *regnauit à ligno Deus*, & ceſſauit Iudæorum imperiom. Hanc autem virgam Eccleſia vocat *vexillum Regis*,& iterum,*Arbor decora, & fulgida,ornata Regis purpura.* Vode aliqui ex Græcis, quos refert Auguſt. Eugub.*in comment. ſuper Pſalmum* 109.ea verba Pſalmi,*virgam virtutis tuæ*, &c. aſſeruot virgam lignum virtutis,ſiue crucem poſſe ſignificare:ſic igitur in virga,paſtoralis Principum moderatio,ſiue regia dignitas adumbrata eſt, qoæ de more Babylonico ioſertam gerebat roſam, ſiue florem. Id quod probabili conectura dicimus voluiſſe Prophetā Iſaiam ſub illis verbis,*Egredietur virga de radcie Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet*: quandiu enim io trunco Iudæ pullulauit flos pulcherrimus, tandiu ſceptrum Iudæorum fuit apud eos; vbi verò ſeparatus eſt à patenribus ſuis recedeote roſa à virgula Iudæ, receſſit & imperium [ſ] Hebræorum à domo Iudæ.

Plinius.
[o] Roboratur coniectura ex Rabbinis.
Ambr.
Hieron.
[p] Tandiu enim durauit ſceptrum Iudæ, quandiu hunc florem inſertum geſtauit.
[q] Qui flos ſeparatus à ſceptro,inſertus eſt cruci, in ſymbolum imperij in Eccleſia.
Matth. 2.
[r] Tranſlatō enim ornamento à virgula Iudæ.in virgam Crucis,regnauit à ligno Deus.
Eugubin.
Pſalm. 109.
[ſ] Defecitque imperium à Domo Iudæ.

148. Scio aliam eſſe deriuationem regij ſceptri,ſicut videre eſt apud Iuſtin. *lib. 4.ſuæ hiſtor.* vbi aſſerit vetuſtiſſimos Reges,[t] haſtas, pro diademate, ſiue ſceptro habuiſſe; vox enim Græca, quæ haſtam ſignificat,non diſſimilis eſt à voce Latina *ſceptrum*, vnde Deorū ſimulachra haſtas habere ſolebant. Id quod videtur cōfirmari in Saule Rege,qui primus fuit Rex Iſraelitarum, cui Scriptura perpetuò attribuit haſtam, quaſi regiæ dignitatis ſymbolum,ſit cuſtodia, ſiue protectio[u] populi, id quod fieri ſolet per haſtam, quæ ioſtrumentum bellicum eſt:vode in Pſalm.46.pro eo, quod in noſtra vulgata habetur, *quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt*,in Hebræo ita habetur, *ſcuta terræ vehementer eleuata ſunt*: ſunt enim Principes, veluti clypei,& ſcuta, quibus populus protegitur, & defenditur;ſicut eoim ſcutum corpus, ſic Princeps regnum defendit. Vtcunque tamen ſit, ſiue ſceptrum deriuatum ſit à paſtorali virgula, ſiue à bellica haſta, *Schebeth*, hoc in loco ſignificat regiam dignitatem, ſiue ſceptrum,quod ſymbolum eſt imperij, ſiue regoi.

Iuſtin.
[t] Apud alias gētes haſtam pro ſceptro,reges geſtabant.
[u] Quia ſi regia dignitatis ſymbolum protectio eſſet populi.
Pſalm. 46.

* * *

Gabr. à Coſta in Gen.

TRACTATVS VII.

De vi, quam habet particula, donec, *hoc in loco*; ſiue *de præfinito tempore, quo venit Rex Meßias.*

149. HActenus vidimus in ſignum venturi Dei in carne poſitam eſſe defectiouem ſceptri, ſiuè regiæ dignitatis à domo, & familia Iudæ; tunc enim Meſſiam venturum prædixerat moriens Iacob, cùm ceſſatent Reges ex Iuda. Propiùs igitur iam accedentes ad difficultatem huius prophetiæ, incipimus oſtendere, quaodo tandem defecerint Reges Iudæ.

§. I.

Notanda pro reſolutione.

150. PRo qoa re illud aduertendum eſt, vltimum ex Iudæis Regem fuiſſe Antigonum [a] Aſſamonæum, qoi fauore Parthorum eiecto Hircano Iudæorum principatum inuaſerat. Hunc bello ſuperatum, ſicut tradit Ioſephus *lib.15. antiquit.c.1.* & Dionyſ. *lib.49. Romana hiſtoria*, Antonius cruci alligatum, & fuſtibus cæſum expirare fecit. Antigono igitur io crucem acto, imperium extinctum eſt Hebtæorum, ſuperetátque illud ſolum, ſicut aduertit Cardinalis Baronius *tom.1.annal.in apparatu cap.6.* vt is mitteretur ex antiquorum prædictionibus, qui cælitus delapſus in Iſtaël regnaret, gentes tegeret, & tegnum Hebtæotum, quod, acto io crucem Antigono, fuetat extinctum, per crucem, quam ſubiret, teſtitueret, & amplioribus ſpatiis propagatet, atque ita Iudæorum reguum in cruce expirauit, & in cruce itetum, longè, latéque per vniuerſum Orbem diffuſum eſt. Hoc autem Antigono mortuo, regnare cæpit Herodes Aſcalonita, [b] ſioe Idumæus, Gentilis homo, poſtea proſelytus Hebræorum, qui tegnum trauſmiſit ad Archelaum, atque indè ad Herodem Antipam. Regnante igitur Herode Idumæo natus eſt Chriſtus [c] Dominos, quod notaſſe videtur Matth. *in 2. cap. ſui Euangelij*, cùm agens de tempore, quo natus eſt Meſſias Dominus, ait, *Cùm natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iuda in diebus Herodis Regis.* uotando enim circuoſtantiam regni Herodis Idumæi, ſiue Gentilis hominis, oſtendit impletam fuiſſe [d] prophetiam Iacob in cap.49. Geneſis, *Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt.* ſicut eleganter aduertit Chtyſoſt. *Matth. 2.* & Theophyl. *ad eundem locum*; huic enim Herodi ptimo populus Romanus, & Cæſares Regis Iuda titulum dederunt, teſte Ioſepho *lib.14.antiquit.cap.18.* Egeſipp. *lib.1.cap.3.* & Eoſebio *in lib.3.cap.3.*

[a] *Vltimus Rex ex Iudæis Antigonus,* Ioſephus. Dionyſ.

Baronius.

[b] *Quo mortuo regnare cæpit Herodes Idumæus,*

[c] *Eo regnãte natus eſt Chriſtus:* Matth.2.

[d] *Vt adimpleretur prophetia Iacob hic.* Geneſ.49. Chryſoſt. Theophyl. Ioſephus. Egeſipp. Euſeb.

Verùm quoniam apud Hieremiam ceſſarunt
151. Reges Iudæ, & ſceptrum regium, ſiue regia poteſtas defecit, difficilis redditus [e] eſt hic locus; eo enim tempore potius venire debuit Rex Meſſias, quàm regnante Herode alienigena, cùm prophetia Iacob aſſerat eum venturum, non regnante Rege alienigena, ſed potiùs deficiente à domo Iudæ ſceptro regio: cùm autem defecerit regia poteſtas in Iechonia, conſequens erat, vt ex vi huius oraculi eo tempore veniret Chriſtus Dominus, non autem regnante Herode; ſic enim Hieremias dixit cap.22. *Scribe virum iſtum ſterilem, virum, qui in diebus ſuis non proſperabitur; neque enim erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltrà in Iuda.* Hinc orta eſt vniuerſa difficultas huius loci, nec enim conſtat apud Patres, vtrùm particula, *donec*, referenda ſit ad tempora Iechoniæ, an ad tempora Herodis regis, præſertim cùm ea particula ex ſua natura ambigua ſit. Ierem. 22.

[e] *Præcipua in contrarium difficultas ex Ieremia proponitur prophetia.*

Pro quo notandum eſt, particulam *donec*, [f] par- 152.
ticulam *quouſque*, & particulam *dum*, atque etiam ſimiles alias interdum ſignificare tempus determinatum excludendo futurum; interdum verò ſignificare temporis continuationem, perpetuitatem, & æternitatem, quam vim etiam habet particula Hebræa, pro qua vulgatus Interpres tranſtulit *donec*. Notauit hoc ſæpiùs Hieronymus, præſertim *Pſalm. 83. & 92.* latiùs Auguſt. Eugub. *ſuper Pſalm. 109.* ad ea verba, *donec ponam inimicos tuos ſcabellum*, &c. frequentiſſimum enim eſt in Scriptura & apud prophanos authores, vt ſimilibus particulis ſignificent temporis continuationem, ſiue æternitatem. id quod noſtri Poëtæ dicere ſolent, vt patet ex illo,

[f] *Notanda pro ſolutione, ſignificatio particulæ donec, & ſimilium, quando tẽpus determinatum, modò perpetuum ſignificant.* Hieronym. Eugubin.

In freta dum fluuij current. Virg.

& aliud,

Donec erunt ignes, arcúſque cupidinis arma,
Dum matutinos prædicit Lucifer ortus.

Ex qua animaduerſione intelliguntur pleraque 153.
loca difficilia in Scriptura, ſicut notauit Hieron. *aduerſus Heluidium*, & Chryſoſt. *Matth. 1.* quo pacto aſſerunt intelligendum eſſe locum apud Matth. *in cap. 1.* cùm dicitur de Ioſeph ſponſo Virginis, *& non cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum*; vbi particula, *donec*, temporis continuationem dicit poſt partum, & non excluſionem, id eſt, nunquam eam cognouit. quo pacto eſt etiam intelligendus ille locus 2.*Reg. c.6.* vbi agitur de Michol filia Saulis, *Michol filia Saulis non eſt natus filius vſque in diem mortis.* quibus in locis particula, *donec*, illud ſignificat expreſsè, quod dubium habere poterat: ſupponit autem quod certum, atque ita inducit continuationem temporis, ſiue exclusionem futuri. Doctrina eſt petita ex Genebrard. *Pſalm.70.* ad illa verba, *Vſque in ſenectam, & ſenium Deus ne derelinquas me*; & ex Bernard. *ſerm.79. ſuper Cantic.* non longè à principio. Vnde aduertunt aliqui particulam hanc eſſe emphaticam, & habentem interdum [g] expreſſam emphaſim, vt quando dicitur *etiam donec*, interdum verò non habere emphaſim expreſſam, quo pacto intelligendus eſt ille locus ex *Pſal.109. Sede à dextris meis, donec ponam*, &c. Vbi particula impreſſam emphaſim habet, tunc ſenſus erit, *Sede à dextris meis*, etiam quando ſubiecti tibi non ſunt hoſtes tui, nam poſt eorum ſubiectionem nullum dubium eſt. Similis eſt ille locus ex Pſal. 122. *Oculi noſtri ſemper ad Dominum, donec miſereatur noſtri*; & ille apud Matth. cap. 28. *Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi*, id eſt, etiam vſque ad conſummationem ſeculi, quando ſcilicet propter res aduerſas Eccleſiæ, potuiſſet quiſpiam exiſtimare Dominum præſentem non adeſſe Eccleſiæ ſuæ, tunc præſens aderat, ita vt iam nullum ſit dubium ſedatis perturbationibus Dominum præſentem nobiſcum eſſe. Cùm igitur particula, *donec*, ambigua ſit, ex vi eius non videtur colligi poſſe certum tempus, quo Dominus venit

Hieronym. Chryſoſt. Matth. 1. 2. Reg. 6. Genebr. Pſalm.70. Bernard.

[g] *Eadẽ quoque particula, quãdoque expreſsã continet emphaſim, quandoque verò minimè.* Pſalm.109. Pſalm.122. Matth.28.

venit in mundum: etenim iuxta ea, quæ dicta ſunt, talis poteſt eſſe ſenſus huius loci, Sceptrum de domo Iudæ non auferetur, neque etiam quando venerit Rex Meſſias; ſignificat enim *donec* temporis continuationem. Verùm ex circunſtantia huius loci certum eſt eam determinatè ſignificare tempus aduentus Chriſti Seruatoris non ampliùs venturi in mundum niſi ad iudicium. Sed reſtat adhuc in ea hæc difficultas, quòd cùm ſceptrum Hebræorum defecerit in vltimo Rege ex Iuda, cur deficiente vltimo Rege non venerit Rex Meſſias, atque ita cur potiùs *donec* oſtendat tempus determinatum aduentus Chriſti fuiſſe imperium Herodis Idumæi.

§. II.

Prima ſententia in hac re Patrum.

154\. VT ſoluāt hanc difficultatē ex Patribus aliqui, [h] ita diſtribuunt imperium, & gubernationē Hebræorum. Vniuerſa poteſtas regia in quatuor modos gubernandi diuiſa eſt. Primus fuit penes Duces ab egreſſu de Ægypto, vſque ad ingreſſum Terræ promiſſionis: Duces autem fuerunt Moyſes & Ioſue, penes quos ſumma poteſtas erat in Hebræos. Secundus modus erat apud Iudices, qui ſoli gubernabant Rempublicam ab Othoniele, vſque ad Samuël. Tertius autem modus regnandi fuit apud Reges, quorum primus fuit Saul, poſtremus de domo Iudæ Sedecias: extinctis Regibus poſt reditum à captiuitate Babylonica vſque ad tempus Herodis per quingentos & viginti annos iudiciaria poteſtas ſola fuit penes ſacerdotes, [i] ſiue tribum Leuiticam, vel potiùs fuit in Aſſamonæis, ſiue Machabæis oriundis ex tribu Leui; vbi verò extincti ſunt omnes iudices, ceſſauit vniuerſa iudiciaria poteſtas, & tunc venit Chriſtus Dominus; de ea enim ceſſatione ex Iuda putant grauiſſimi Patres locutum fuiſſe Iacob, quando dixit, *Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec Dux de femore eius.* In cuius rei confirmationem notanda eſt ea traditio Rabbinorum, quam ex Ioſepho refert Galatinus *lib. 4. contra Iudæos, cap. 6.* Ea autem traditio talis eſt, Herodem ex Patre Antipatro, ſiue Aſcalonita, vel Idumæo, matre Craſpida Arabica genitum, atque ita paterno genere Idumæum, materno Arabem à Romanis regnum Iudæorum accepiſſe; deinde Hircanum Summum Pontificem per dolum occidiſſe, eo quòd diceret, regnum ſibi deberi; occidiſſe etiam Antigonum eius filium, qui Patri in Pontificatu ſucceſſerat, imò verò omnes ex regia ſtirpe [l] Dauidis, propter illud Deut. 17 *De medio fratrum tuorum pones ſuper te Regem*; cremari etiam fecit libros omnes, & annales Hebræorum, in quibus ſcripta erat Genealogia totius ſtirpis regiæ Dauidis, ne ipſe, aut filij eius alieni à regno cenſerentur: Scribas [m] quoque, & diuinæ legis Doctores ſimili ſcelere interfeciſſe, eadem traditio refert, vt omnem à Iudæis recuperandi regni ſpem auferret; quare tunc propriè, & verè regni ſceptrum ablatum fuit à Iuda, cùm nemo de regio genere remanſiſſe crederetur, & pariter ſublata vniuerſa iudiciaria dignitate. Quæ eſt ratio, cur eo tempore exiſtimati fuerint Meſſiæ, inter quos fuit ipſe Herodes, vnde orta eſt ea ſecta, quæ *Herodianorum* vocatur, id eſt, eorum Iudæorum, qui Herodem exiſtimarunt [n] fuiſſe Regem Meſſiam; imò & alij Veſpaſianum Imperatorem eum fuiſſe dicebant, quem Iudæi ſperabant venturum; ea enim, quæ opportuno tempore veniunt, vel ſaltem in eo, quo res ventura ſperabatur, facilè creduntur ea eſſe, quæ ſperamus, quamuis nullo modo ſint propter temporis circunſtantiam; ita enim in confeſſo erat apud Hebræos ex Prophetarum prædictionibus eo tempore ceſſaſſe ſceptrum Iudæ, vt propter temporis opportunitatem Herodem, vel Veſpaſianum exiſtimarent Meſſiam, imò & mulier Samaritana, propter vulgarem ea de re [o] opinionem, eum ſperabat venturum eo tempore. Ex quibus iam fit particulam, *donec*, ſignificare in hac ſententia determinatum tempus veniendi, excludendo futurum fuiſſe Imperium Herodis, tunc enim ceſſauit regia poteſtas in Pontificibus. Neque enim audiendi ſunt, qui exiſtimant eam particulam potiùs ſignificare captiuitatem [p] Babylonicam, & tempus mortis Regis Sedeciæ, qui vltimus fuit Regum ex Iuda, neque ampliùs ex ea familia aliquis Rex regnauit; coguntur enim hi authores aſſerere Nabuchodonoſor eſſe eum, qui mittendus erat, conſtat enim ex Scriptura *Hierem. 26. & 27. & Ezech. 26.* Nabuchodonoſor miſſum eſſe à Deo ad punienda peccata Hebræorum; verùm quàm abſurdum ſit de eo locutum fuiſſe hoc in loco Iacob, patebit inferiùs ex bonis, quæ conſequuntur aduentum Meſſiæ Regis, quæ conuenire non poſſunt Nabuchodonoſor Regi, de quibus dicemus latiſſimè.

155\. Sed quoniam dixerat Patriarcha mittendum eſſe Regem Meſſiam, cùm deficeret ſceptrum de domo Iudæ, non eſt exhauſta difficultas dicendo ablatum fuiſſe ſceptrum à Pontificibus, quippe cùm Pontifices non ex familia Iudæ, [q] ſed ex familia Leui orti eſſent. Propterea ſunt qui velint, duraſſe ſceptrum regium in familia Iudæ, quæ nondum omnino extincta erat; quamuis enim Pontifices imperium tumtemporis haberent, orti erant materno genere ex tribu Iudæ, [r] ac proinde ratione materni ſanguinis durabat adhuc regium ſceptrum penes tribum Iudæ. Quamuis enim *Numer. 36.* cautum eſſet, ne quiſpiam ex vna tribu vxorem duceret ex alia, ne bona dotalia, ſiue hæreditates confunderentur; liberum tamen erat matrimonia contrahere inter ſe promiſcuè ex tribu Leui, & ex tribu Iudæ, propter earum [ſ] nobilitatem, & ſanctitatem. Conſtat hoc ex pluribus locis Scripturæ, *Exod.* enim 6. Aaron de tribu Leui Summus Sacerdos vxorem duxit de tribu Iudæ filiam Aminadab, qui Princeps fuit in familia Iudæ: ſic quoque Ioiadæ Pontifici ex familia Leui, 2. *Paralip. cap. 22.* data eſt in coniugem Ioſabeth filia Ioram Regis Iudæ. Vnde Philo *in lib. de Monarch.* Epiphan. *hæreſ. 78.* Auguſt. *lib. quæſtionum in Iudic. quæſt. 47.* aſſerunt libera fuiſſe matrimonia inter vtramque tribum, quamuis lex citata oppoſitum decerneret, intelligenda potiùs in aliis tribubus, quàm in tribu Leui, & in tribu Iudæ, propter peculiares vtriuſque tribus prærogatiuas.

156\. Mihi tamen magis placet in hac re ſententia Ioſephi *lib. 1. contra Apionem, & lib. 20. antiquit. cap. 8.* vbi aſſerit legem Numerorum de matrimoniis communem fuiſſe omnibus tribubus, in illa tamen diſpenſare potuiſſe Summum Pontificem, [t] apud quem, inquam, ea poteſtas erat, ſicut nunc in gradibus prohibitis diſpenſare ſolet Summus Pontifex, quod fortaſſis voluerunt Patres citati. Si quis autem petat. Vnde igitur conſtabit Ponti-

[h] *Primus modus ſoluendi propoſitam difficultatem ex Patribus.*

[i] *Duraſſe nimirum iudiciariā poteſtatem in tribu Iuda vſque ad Chriſtum penes Pontifices;*

Galatin.

[l] *Cuius circa aduentū Herodes alienigena occidit omnes de ſtirpe regia Dauidis, & Pōtifices.*

Deut. 17.

[m] *Tradunt etiam Rabbini, cremaſſe ipſum annales Hebræorū, necnon & legū Doctores.*

[n] *Propterea multi eo tempore exiſtimati ſunt Meſſiæ, inter quos & ipſe fuit Herodes, & Veſpaſianus Imperator.*

[o] *Vulgaris enim tunc erat opinio de aduentu Meſſiæ.*

[p] *Vnde nequaquam intelligenda eſt particula donec de captiuitate Babylonica.*

[q] *Obiectio contra hunc modum ſoluendi, quòd Pontifices nō erant ex tribu Iuda.*

[r] *Reſpondetur eos quidē paterno genere ex Leui, materno autem, ex Iuda ortos.*

Num. 36.

[ſ] *Contrahebant enim hæ duæ tribus inter ſe matrimonia, propter earū nobilitatem.*

Exod. 6.

2\. Paral. 22.

Philo.

Epiphan.

Auguſt.

Ioſeph.

[t] *Vel quia Pontifices diſpenſabant in lege non contrahendi cum altera tribu.*

fices illius temporis, qui gubernabant rempublicam Hebræorum ortos eſſe materno genere ex tribu Iudæ: Id colligit Cardinalis Baronius *tom. 1. annal. in apparatu cap. 4* ex ſententia [a] communi Rabbinorum, id quod colligitur ex *c. 1. cap. Euangely S. Lucæ.* vbi accuratè deſcribens genus Virginis matris, eam conſanguineam oſtendit ſacerdotum, ſiue non alienam eſſe ſanguine à tribu Leui.

[a] Communis antè eſt ſententia Rabbinorum, Pontifices per matres ex Iuda eſſe.

§. III.

Rabbinorum ſecunda ſententia, ſeu modus ſoluendi.

157. QVoniam verò certum eſt particulam, *donec*, de qua erat controuerſia, ſignificare tempus determinatum; quo venturus erat Rex Meſſias, illud autem erat regnum Herodis Idumæi, tunc enim cum veniſſe fides credit, & Euangelia ſacra teſtantur; laborant Patres, vt prophetiam Iacob componant cum eo tempore, quo venit Chriſtus Dominus, neque ſatis exiſtimarunt [a] ad veritatem huius prophetiæ aſſerere conſeruatum fuiſſe ſceptrum in domo Iudæ per Pontifices, materno tamen genere, hoc enim potius eſt regnaſſe Leui, quam Iudam, vſque ad aduentũ Chriſti; propterea aſſerunt conſtituendum eſſe ſenatum, ſiue collegium [b] Senedrim, hoc eſt, ſeniorum, qui omnes orti erant de tribu Iudæ, & de familia Dauidis, durauitque hoc collegium vſque ad tempora Herodis, penes quod ſumma poteſtas erat in rempublicam Hebræorum: verùm hæc ſententia vt vera ſit, neceſſe eſt priùs oſtendat [c] tria vera eſſe. Primum eſt collegium ſeniorum, ſiue ſenedrim, in quo erat regia poteſtas, fundamentum habuiſſe in Scriptura. Secundum eſt, hoc collegium, ſiue ſenatum compoſitum fuiſſe ex ſenibus, ſiue ſapientibus de tribu, ſiue familia Iudæ. Tertium tandem eſt, hunc ſenatum duraſſe vſque ad tempora Herodis, & eo tempore defeciſſe.

[a] Sed non ſatis probatur hac ſolutio nliis Patribus & quare.

[b] Vnde in ſenatu Senedrim hoc ſeniorum exponunt.

[c] Qua ſententia tria habet neceſſariò probanda vt ſit vera.

158. Quòd ergo fundamentum habeat hoc collegium [d] in Scriptura, nouiſſimè inter cæteros dixit Cæſar Baron. *tom. 1. annal. in apparat. cap. 2.* quod ille colligit ex Num. *in cap. 11.* vbi Deus Moyſi præcepit, vt ſeptuaginta viros deligeret, quos ſenes, & magiſtros populi eſſe noſſet; hoc ſeniorum collegium, iunctis duobus aliis, qui numerum ſeptuaginta duorum efficiebant, ſemper perſeuerauit in republica Iudaica: erat autem horum hominum ſuprema [e] authoritas, vt qui de lege cognoſcerent, de Prophera, ac ſimul de Rege iudicarent. Hoc ipſum repetit idem Baronius *tom. 1. anno 3. Chriſti, cap. 11.* cùm formam Hebraicæ reipublicæ deſcribit, & tres ordines iudiciorum aſſignat, quorum tertius & ſupremus erat ille, qui collegium ſeniorum vocabatur magnum; in quo grauiſſimæ agebantur cauſæ, illæ nimirum quæ ad ſummam rempublicam pertinebant, vt de tribu, de lege, de Rege, de Propheta, ac de ſummo ſacerdote. Hæc curia tantummodo erat [f] Hieroſolymis, cæteræ autem ſparſæ per cæteras alias tribus. hæc Baronius, nec maius aliud fundamentum affert ſuæ ſententiæ. Quapropter fuſiùs eandem ſententiam proſequitur Paulus Burgen. *in ſcrutinio p. 1. d. 3. cap. 2.* ſecutus authorem pugionis *2. part. cap. 4. & 5.* ſicut conſtat ex eodem Paulo *in additionib. ad cap. 49 Gen.* quibus in locis Burgenſis aſſerit collegium illud indubitatum fuiſſe apud dictos Hebræos, ac duraſſe vſque ad tempora Herodis, quod probat ex illo *Deut. 17.* vbi dicitur, *ſi difficile, & ambiguum apud te iudicium perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, ſurge, & aſcende locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, & facies quæcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & ſequeris ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram*; nec enim licebat prouocare, [g] ſeu appellare ab hoc ſenatu ad alium, cùm hic ſupremus eſſet, à cæteris autem appellabatur ad hunc: erat autem hic ſenatus Hieroſolymis, vbi Reges, & Duces erant: demortuis autem Regibus, & Ducibus iuriſdictio deuoluta [h] erat ad ſenatum ſeniorum, ſicut fieri ſolet mortuo Epiſcopo, tunc enim iuriſdictio ipſo iure deuoluitur ad Capitulum ſede vacante, quæ iuriſdictio durauit vſque ad quadrageſimum annum [i] ante ſecundam euerſionem templi, quo tempore Rex Herodes occidit omnes ſeniores, ſiue magiſtros illius collegij, quemadmodum habetur *in lib. Sanedrim Hieroſolymitano, in cap. de iudiciis pecuniarum*: atque ita eo tempore defecit ſceptrum Iudæ, quod tempus concurrit, & conuenit cum eo tempore, quo Chriſtus Dominus paſſus eſt; mortuus eſt enim anno quadrageſimo ſecundo ante ſecundam templi euerſionem, quando Herodes alienigena regnabat extincto iam ſenatu Seniorum. qua de re videndus eſt Ioſephus *lib. 15 antiquit. cap. 1. & lib. 14. cap. 17.* Ampliùs hanc ſententiam confirmat Petrus Galatin. *lib. 4. contra Iudæos cap. 5.* ex Thalmud, & ex antiquiſſimis Rabbinis. Inſuper celebris eſt ille locus in expoſitione magna ſuper Gen. præſertim *cap. 49.* vbi ita legitur: *non recedet*, ſeu *non auferetur ſceptrum de Iuda*, id eſt, *camera*, ſiue *conſiſtorium dolatum*, ſic enim vocabant ſenatum Senedrim, ſiue locum, in quem confluebant Patres, [l] ad agendum de rebus pertinentibus ad reipublicæ ſtatum: in quam ſententiam explicant ea verba Pſalm. 77. *& repulit tabernaculum Ioſeph, & tribum Ephraim non elegit, ſed elegit tribum Iuda montem Sion, quem dilexit.* Et præterea, *diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob*, quod etiam voluiſſe videtur Chriſtus Dominus, cùm *Matth. 23.* dixit, *ſuper cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ, & Phariſæi*, vbi notandum eſt verbum præteriti temporis, quo ſignificauit Chriſtus Dominus, [m] iã non ſedere ſeniores, neque iudicare, extincta enim eſt eorum poteſtas, quod ipſi palàm teſtati ſunt apud Præſidem Pilatum, dicentes, *nobis non licet interficere quenquam*, cùm tamen ſtante ſenatu ſeniorum liberum ei eſſet occidere nocentes.

[d] Primum fundamentum ſtabilitur huiuſmodi collegium in Scriptura ſacra.
Baron.
Num. 11.

[e] Cuius ſuprema authoritas erat, ac de lege, de Propheta, & Rege iudicaũ.

[f] Secundum ſedem habens tantummodo Hieroſolymis, comprobatur in tribu Iuda.
Burgenſ.

Deut. 17.

[g] A quo non licebat prouocare, nec appellare cùm ſupremum eſſet.

[h] Penes quod & poteſtas omnis tempore interregni.

[i] Tertium, durauit antẽ hæc iuriſdictio vſque ad annum quadrageſimum, ante ſecundũ excidium, quo tempore ab Herode ſublata omnino eſt.

Ioſephus.
Galatin.

[l] Conſonant huic modo dicendi Rabbini antiquiores.
Pſalm. 77.

Matth. 23.

[m] Quem & ſignificat Euangelium.

§. IV.

Tertia ſententia cuiuſdam recentioris.

SI tamen hæc omnia accuratiùs inſpiciantur, inueniemus, duraſſe quidem, & perpetuum fuiſſe eum ſenatum Garid, ſiue conſiſtorium Hieroſolymitanum vſque ad tempora Herodis Regis, non tamen habebimus illud collegium conſtitutum fuiſſe ex 72. viris oriundis ex tribu Iudæ, quod omnino neceſſarium erat, vt conueniret rei euẽtus cũ vaticinio Iacob, oportebat enim regiam poteſtatem eſſe in familia Iudæ, vſque ad tempora Chriſti Domini, quod apertè non colligitur ex hac ſententia: vnde ex recentioribus quidam exiſtimauit, [n] hanc prophetiam eſſe referendam non ad ſanguinem Iudæ, & eius genus, ſed potiùs ad eius tribum, ſiue funiculum, vel ſortem terræ, quæ ei 159.

[n] Tertius modus ſoluendi, hanc prophetiam refert, non ad ſanguinem Iuda ſed ad ſortem terra.

in

in diſtributione Palæſtinæ obtigit, quaſi durauerit regia poteſtas in terra Iudæ, non verò in ſorte alicuius alterius tribus, ſicut dicimus coronam Hiſpaniæ permanere adhuc apud Hiſpanos, etiam poſtquam Ioana Catholicorum Regum filia matrimonio iuncta eſt Philippo primo Maximiliani Imperatoris filio ex ſanguine Auſtriaco, non tamen dicimus defeciſſe ſceptrum ab Hiſpania; ſic quoque durauit ſceptrum Poloniæ, cùm tamen Henricus Valeſius genere Gallus Rex Poloniæ ſit creatus, vel etiam Stephanus Tranſyluaniæ Princeps, quamuis demortuo Fernando tranſlatum ſit regnum Hiſpaniæ ad Philippum Auſtriacum, & demortuo Sigiſmundo vltimo Poloniæ Rege, tranſlatum etiam ſit regnum ad Henricum Valeſium Gallum, ſiue ad Stephanum Tranſyluanum; non tamen propterea dicitur defeciſſe ſceptrum Hiſpaniæ, vel Poloniæ, perſtat enim adhuc corona Hiſpaniæ apud Hiſpanos, & Poloniæ apud Polacos, non alia ratione, quàm quia ſedes Regia in Hiſpania eſt, & in Polonia, & poteſtas ſit in Hiſpanos, atque etiam in Polacos, quos moderatur ſuprema poteſtas, quamuis in alieno ſanguine, & genere conſtituta: ad cuius ſimilitudinem videtur dicendum duraſſe vſque ad tempora Chriſti ſceptrum in Iuda, quia regia [a] corona Iudæorum vſque ad tempora Herodis in tribu Iudæ fuit, id eſt, Hieroſolymis, quæ ciuitas à temporibus Dauidis pertinuit ſemper ad ſortem Iudæ; & prætcrea, quia maior pars eorum, quos regebat hæc poteſtas, erat de tribu Iudæ, ſicut eleganter aduertit Ioſephus lib. 11. *antiquit.* vbi ait, *poſt transmigrationem Babylonia ſolam tribum Iuda, permixtam tamen tribum Benjamin reuerſam fuiſſe*: vnde ab eo tempore vniuerſa Palæſtina, ſeu Chananæa Iudæa vocata eſt, ac proinde corona regni in tribu Iudæ fuit ſemper conſeruata in ea ſorte, quamuis in alieno ſanguine, à ſanguine Iudæ.

[a] Quo ſenſu perſpicuum ſit duraſſe ſceptrum in Iuda vſque ad tempora Chriſti, quãuis in alieno ſanguine.
Ioſephus.

160. Hæc autem ſententia hoc vnum fundamentum habet, quia ferme omnes ſancti Patres [p] in hac grauiſſima controuerſia nihil prorſus dixerunt, exiſtimantes ſatis eſſe ad veritatem huius vaticinij, ſi conſeruatum fuiſſet regnum vſque ad tempora Chriſti in ſanguine Iacob, quamuis non in Iuda. Videndus eſt Iuſtinus Martyr. *in dialog. contra Tryphonem Iudæum*, vbi ſic habet, *Iacob Patriarcha duos Chriſti aduentus prædixit, & in primo fore ipſum paſſibilem, poſt quem neque Prophetam vllum vos habituros, neque Regem, qui ſit veſtri ſanguinis.* quæ poſtrema verba omnino notanda ſunt, quia nihil aliud Iuſtinus requirit ad conſeruationem imperij Iudæorum vſque ad tempora Chriſti, niſi ſanguinem Hebræum, quamuis non ſit ex ſtirpe Iudæ. videndus eſt Euſeb. Cæſarienſ. 1. *lib. hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 6. & Athanaſius *in lib. de Incarnat. Verbi.* Chryſoſt. hom. 67. in Gen *Manifeſtè*, inquit, *declaratur his verbis tempus, quo venturus erat Meſſias, tandiu enim, ait Iacob, durabunt Iudaica, & Principes Iudæorum, quoadusque ille veniat.* Similia habet D. Auguſt. *lib.* 18. *de ciuit. cap.* 45. Rupert. *lib.* 3. *de victoria Verbi cap.* 9. *& lib.* 9. *in Gen. cap.* 29. Theodoret. *quæſt. vltim. in Gen.* quamuis non videatur legiſſe Theodoretum, ſic enim Theodor. habet: *Cum ſaluator naſceretur, Reges ex alia tribu imperabant, vt æternus Rex declararetur.*

[p] Quod fundamentum habeat hæc ſententia in patribus.
Iuſtin. Mart.
Euſeb. Cæſ.
Athanaſ.
Chryſoſt.
Auguſt.
Rupert.
Theodoret.

161. Hæc igitur ſententia mihi omnino diſplicet, [q] eſt enim contra eam hæc obiectio, Ius primogenituræ tranſlatum eſt à Ruben in Iudam, propter impudicitiam Ruben, & turpitudinem eius commiſſam in torum paternum: ſi autem hoc in loco prædicitur futuram eſſe regiam dignitatem in omnibus tribus vſque ad tempora Chriſti; fit conſequens, neque vllam prærogatiuam Iudæ fuiſſe in tranſlatione primogenituræ, neque Ruben propter ſuum ſcelus aliqua pœna affectum; & prætcrea, quia Herodes regnauit etiam in terra Iudæ: ergo ſi ad conſeruandam coronam Iudæ ſatis fuit regnaſſe in terra Iudæ, nondum temporibus Chriſti ablata eſt regia poteſtas à Iuda, ſicuti neque regnante Stephano in Polonia, quamuis alieno à ſanguine Polaco, defecit regia corona, ſiue regium ſceptrum; neque verò Patres citati oppoſitum voluerunt, vt patebit ex dicendis.

[q] Sed ea omnino reprobatur.

§. V.

Reſolutio difficultatis.

Dvplex igitur eſt modus reſpondendi ad hanc difficultatem de ſucceſſione regiæ poteſtatis à temporibus Sedechiæ, vſque ad tempora Chriſti. 162.
In alio videntur conuenire patres [a] omnes, aſſerentes conſeruatam fuiſſe regiam dignitatem in Pontificibus, qui materno genere oriundi erant ex Iuda, hoc enim ſatis exiſtimarunt ad veritatem prophetiæ. In alio ſoluendi modo conueniunt Rabbini ferme omnes, quos refert Paulus Burg. *in ſcrutinio* 1. *part. diſt.* 3. *cap.* 2. Galatin. *lib.* 4. *contra Iudæos, à cap.* 4. Doctiſſimus Petrus Bruttus Epiſc. Cathatenſ. *in lib. de victoria contra Iudæos.* Eugob. *ſuper cap.* 49. *Gen.* aſſerentes omnes ex traditione Rabbinorum conſeruatam fuiſſe regiam poteſtatem in collegio ſeniorum, quod extinctum eſt ſub Herode Rege temporibus Chriſti ſeruatoris.

[a] Duæ priores ſententiæ approbantur.
Burgenſ.
Galatin.
Petr. Brut.
Eugubinus.

Quod verò attinet ad primum ſoluendi modum, [b] videndus eſt Epiphan. *lib.* 1. *contra hæreſ. hæreſi Herodianorum, pag.* 13. multo clariùs idem Epiphan. *hæreſ.* 29 *contra Nazaræos*, vbi ſic habet: *vſque ad Chriſtum durauit thronus Dauid, non deficientibus Principibus ex Iuda, donec venit, cui reſtabant, quæ reſeruabantur ipſi, deſierunt enim in Chriſti aduentu Principes per ſucceſſionem ex Iuda, qui vſque ad Chriſtum præſiderunt, intercidit enim ordo, & ceſſauit, quando natus eſt in Bethlehem ad illud vſque tempus conſeruata dignitate regia in Pontificibus.* Similia habet D. Auguſt lib. 16. de ciuit. cap. 41. *Ipſe igitur eſt*, inquit Aug. *in quo repoſita erant promiſſa Iuda, quæ donec venirent, nunquam Principes*, id eſt, *Reges Iſrael ab illa ſtirpe defuerunt*, quod clarius eſt videndo, quàm exponendo: nec aliud Auguſt. *lib.* 18. *de ciuitate, cap.* 45. vbi ſolùm oſtendit conſeruatos fuiſſe Principes ex Iuda, vſque ad tempora Chriſti in materno ſanguine, quamuis non in paterno. Ita intelligendus eſt Hieronym. ſi quando oppoſitum velle videatur, ſicut apertè colligitur ex eodem *in cap.* 1. *Sophon. Prophetæ.* hoc etiam voluit *cap.* 21. *Ezech.* ad illa verba, *tu autem prophane, impie Iſrael. Pariter*, inquit, *poſt Sedechiam vſque ad Chriſtum Dominum Reges ſacerdotes fuerunt, ſicut Hircanus Pontifex diadema capiti ſuo impoſuit fruſtra, & hoc ſibi voluit vindicare cùm regnum illud poſt Sedechiam ſoli illi deberetur, cui repoſitum erat, & qui fuit expectatio gentium.* Similia habet idem Hieron. *Daniel.* 9. clariſſimè Origen. *hom.* 17. *in Gen.* qua de re videndus eſt Procopius *Gen.* 49. Ex quibus Patribus colligitur conſeruatam fuiſſe poteſtatem gubernandi vſque ad tempora Herodis in Pontificibus, qui materno ex genere oriundi erant ex Iuda,

163.
[b] Prima roboratur ex Patribus.
Epiphan.
Auguſt.
Hieronym.
Ezech. 21.
Hieronym.
Origen.
Procop.

atque

atque ita ex ſententia Patrum componitur hæc prophetia cum rerum euentu.

164. Verùm non diſplicet omnino modus ſoluendi Rabbinorum, [c] præſertim, quia iuuant plerunque arma collecta ex hoſtibus contra ipſos hoſtes. Pro qua ſententia placet ea doctrina, quam tradit Epiſcopus Catharenſ. *in victoria contra Iudaos, cap.* 4. vbi notauit, hæc verba Iacob, *non auferetur ſceptrum de Iuda, neque dux de femore eius*, non eſſe intelligenda de magiſtratu regio, vel de poteſtate regia, ſed de quacunque alia poteſtate, qua homines regi, vel gubernari: poſſunt quod teſtatur paraphraſis Chaldaica, dicens ad hunc locum, *non auferetur habens poteſtatem, neque ſcriba de filiis filiorum eius vſque in ſaeculum, donec veniat Meſſias.* vbi aduertendum eſt, non dixiſſe, *non auferetur regia poteſtas*, ſed abſolutè, *non habens poteſtatem.* Quamuis igitur mortuo Sedecia Rege ablata ſit poteſtas regia à Iuda, vt patet 4.*Reg.cap.* 25. non tamen ablata eſt poteſtas regnandi, vel gubernandi populum ab eadem tribu, manſit enim adhuc in ea tribu duplex poteſtas, alia temporalis & alia ſpiritualis: vtranque inſinuauit Chaldaica paraphraſis ad illa verba, *non auferetur habens poteſtatem de domo Iuda*, hæc enim temporalis erat: cùm autem dixit, *neque ſcriba de filiis filiorum eius*, poteſtatem ſpiritualem ſignificauit reſidentem in ſeptuaginta duobus ſenioribus.

[c] *Secunda item ſententia Rabbinorum confirmatur.*

Petr. Brut.

Par. Chald.

4. Reg. 25.

165. Potuiſſe autem hoc collegium componi ex ſenioribus [d] de familia Iudæ, comprobat ea efficax coniectura, quia cùm illud collegium eſſet in ciuitate regia Dauidis, hoc eſt, Hieroſolymis, & in ea parte Palæſtinæ, quæ ad tribum Iudæ pertinebat, cùm etiam maior pars eorum, qui reuerſi ſunt de captiuitate Babylonica, fuerint de tribu Iudæ, fit conſequens ſenatum illum conſtitutum eſſe ex ſenioribus de ſemine Iudæ. In quam ſententiam videndus eſt Philo *in lib. de temporibus*, ſi tamen is liber Philonis eſt, anno 31. tyrannici imperij Herodis [e] qui Senedrim de domo Dauid deleuit, Ananclum quendã proſelytum, atque Senedrim ex proſelytis ſuffecit, tunc & Salomenem ſororem ſuam, & virum eius de tribu Iuda, imò & proprium filium ſuum, quem ex vxore ex eadem tribu conceperat. Vnde Macrobius eleganter *lib.* 2. *Saturnaliorum cap.* 4. de huiuſmodi infanticidio dixiſſe refert Auguſtum, cùm audiſſet inter pueros, quos in Syria Rex Herodes in bimatu iuſſit occidi, filium quoque ſuum interemiſſe, *melius enim eſt Herodis porcum eſſe, quàm filium.* In hanc ſententiam videndus eſt Euſebius *in Chronicis*, quem refert Baronius *tom.* 1. *annalium, anno* 1. *Chriſti*, vbi grauiſſimus author Euſebius idem refert, quod dixerat Philo *in lib. de temporibus.* Imò verò Paulus Burgenſ. *in Scrutinio p.* 1. *d.* 3. *cap.* 2. hanc fuiſſe docet cauſam, cur Herodes innocentes in Bethlehem atque iuxta fines Bethlehem occideret à bimatu, paulatim enim cœperat extinguere totam familiam [f] Dauid de tribu Iudæ, vt extinctis ſenioribus in infantibus nullæ ſupereſſent reliquiæ ſanguinis Iudæ, in quibus conſeruaretur poteſtas gubernatiua: extincto igitur Summo Pontifice, & ſenioribus, defecit ſceptrum Iudæ; vtraque enim poteſtas ab Herode extincta eſt. Eſt optimus locus in hanc ſententiam petitus ex Ioſepho *lib* 14. *antiquit. cap.* 19. vbi Sameas Hebræus vir alioquin iuſtus hoc prædixerat, cùm adhuc integra ſtaret poteſtas regia in Hircano, & poteſtas iudiciaria in ſeptuaginta duobus ſenioribus; accuſatus enim ad eum ſenatum Herodes, in quo præerat Hircanus, *Scitote*, inquit, *potentem eſſe Deum, & quòd iſte, quem nunc in Hircani gratiam legibus eripitis, & vos alioquin, & Regem ipſum puniet.* Nec vanus fuit vates, nam Herodes regnum adeptus, omnes illos Iudices, & Regem quoque ſuſtulit. Similis coniectura eſt apud Baronium *tom.* 1. *annal. anno* 31. vbi manifeſtè diſtinguit vtranque hanc poteſtatem, & hanc fuiſſe docet cauſam, cur Chriſtus Dominus *Ioann.* 18. iam vinctus delatus fuerit primùm in domum Annæ, deinde in domum Caiphæ, cùm tamen Caiphas eſſet Pontifex anni illius; exiſtimabat enim Annã [g] fuiſſe præſidem illius collegij, ad quod pertinebat de Prophetis iudicare, deinde delatum fuiſſe ad Caipham, ſine cuius conſenſu ſententia ferenda non erat, cùm eſſet Pontifex anni illius: vnde in actis Apoſtolorum, cùm de lege, & religione iudicium eſſet, priùs nominatus eſt Annas, deinde Caiphas, poſtea Ioannes, & Alexander, atque etiam cæteri: ex quibus fit apud Hebræos eo tempore duplicẽ fuiſſe poteſtatem, alteram reſidentem in Summo Pontifice, alteram verò in ſenioribus iudicibus, quarum vtraque extincta eſt temporibus Herodis, & vtraque in ſanguine Iudæ erat, de qua non eſt dubium, quod locutus fuerat Iacob in ſua prophetia, ſic enim conuenit rei euentus cum vaticinio.

[d] *Monſtratúrque concilium Senedrim fuiſſe compoſitum ex ſenioribus Iuda.*

Philo.

[e] *Quod vtique deleuit Herodes.*

Macrob.

Baron.

Burgens.

[f] *Cupiens extinguere totam familiam Dauid.*

Ioſeph.

Baron.

Ioan. 18.

[g] *Annas ſocer Caipha exiſtimatur huic concilio præfuiſſe.*

166. Conueniunt hæc cum ea prophetia, [h] quæ habetur *Daniel. in cap.* 19. quo in loco Gabriel Angelus Danieli prophetæ oſtendit certum, & determinatum tempus, quo Deus in carne venturus erat: illud autem tempus non differt ab eo, de quo Patriarcha dixit, *donec veniat, qui mittendus eſt*, ſicut accuratiſſimè oſtendunt omnes, qui diligenter ſupputarunt hebdomadas Danielis, & qui commentantur eum locum Danielis; cùm enim Gabriel dixit, *Scito ergo, & animaduerte ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem hebdomadæ ſeptem, & hebdomadæ ſexaginta duæ, & rurſus ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum, & poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt, & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo.* Fallitur autem Ioſephus hoc in loco cùm exiſtimat ducem venturum eſſe eum, de quo Iacob dixerat, *donec veniat, qui mittendus eſt*, hoc enim eſſe non poteſt, quia priùs occiſus eſt Chriſtus à Iudæis, & in pœnam huius ſceleris Titus Romanus Imperator ſolo æquauit vrbem cum Sanctuario. Cohæret cum hoc eodem tempore prophetia [i] Aggæi in cap. 2. *Adhuc modicum, & veniet deſideratus cunctis gentibus, & replebo domum iſtam gloria, dixit Dominus, & magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ, plusquam primæ.* quibus verbis longè glorioſius & auguſtius dicitur futurum eſſe templum ſecundum, quàm primum, cùm tamen ſi conſulatur Ioſephus *lib.* 11. *antiquit. cap.* 4. illuſtrius multo fuerit primum templum, quàm ſecundum; ſic enim ille habet: *Cúmque Sacerdotes, & Leuitæ, & ſeniores prouinciarum veteris recordarentur templum ingenti magnificentia conditum, & nouum viderent præ inopia non ita conſtructum, arbitrati quanta facilitate minores extiterint, triſtes, ac dolores tenere non valentes, in lachrymas proruperunt.* vnde fit gloriam illius templi poſitam eſſe, non in operis magnificentia, ſed in ingreſſu Dei in carne in eam domum, cùm tamen ingreſſus Deus non fuerit in primum templum; quare negandum non eſt conuenientiam habere prophetiam Aggæi, cum hac prophetia Iacob ſic intellecta.

[h] *Conuenit hæc ſecunda ſententia & cum prophetia Danielis in cap.* 49.

Aggæi 2.

[i] *Conſonat & cum prophetia Aggæi in cap.* 2.

Ioſeph.

167. Ex quibus iam fit, particulam, *donec*, [l] hoc in loco

[l] *Concluditur vera ſignificatio particulæ donec.*

loco emphaticam non eſſe, neque excluſiuam temporis futuri, ſed potiùs oſtendere determinatum tempus excludendo omne futurum, quo Deus in carne venit paſſibili, nunquam ampliùs ſic venturus: illud autem fuit, quando deficiente vtraque poteſtate gubernatiua Herodes alienigena ſceptrû arripuit, quod ſede vacante demortuis omnibus Regibus de ſemine Dauidis reſidebat in ſenioribus, & Pontificibus; quandiu enim per vim ablatum non fuit ab Herode, in domo Iudæ manebat, quod notaſſe videtur D. Hieronym. cùm inter alios verbum Hebræum, quod *deficere*, ſiue *putreſcere* ſignificat, potiùs tranſtulit, *non auferetur*, per vim ſcilicet: quod eleganter Epiſcopus Catharenſis dixit, *non arripietur donec veniat, qui mittendus eſt*; quare vanæ ſunt Iudæorum ſpes,[m] quas de venturo Meſſia conceperunt, cùm iandem iam venerit iuxta præfinitum tempus in hac prophetia Iacob.

Hieron.

Petr. Bret.

[m] *Nec non & vanam omnino eſſe ſpem, quam modò retinet Iudæi de Meſſia venturo.*

TRACTATVS VIII.

Explicatur locus Hierem. in c. 22. & Lucæ in cap. 1. qui aduerſari videntur iis, quæ dicta ſunt in præcedenti tractatu.

§. I.

Proponuntur duæ difficultates in contrarium.

168. EX iis, quæ dicta ſunt in præcedenti tractatu, hæc ſuboritur grauiſſima difficultas, ſi enim extincta eſt familia regia[a] à temporibus Iechoniæ Regis, ſicut prædictum eſt à Hierem. cap. 22. *Scribe virum iſtum ſterilem, virum, qui in diebus ſuis non proſperabitur; neque enim erit de ſemine eius vir, qui ſedeat ſuper ſolium Dauid, & poteſtatem habeat vltrà in Iudam*; quomodo ex hac familia[b] naſci potuit Rex Meſſias, qui per excellentiam dictus eſt Rex, & qui regnaturus erat in ſolio Dauidis patris ſui, & in domo Iacob, iuxta promiſſionem factam ab Angelo Virgini Mariæ, antequam conciperet in vtero; ſic enim Angelus dixiſſe fertur Luc. cap. 1. *Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum: hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus ſedem Dauid patris eius; & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Duo igitur nobis inquirenda ſunt hoc in loco, alterum eſt, quo pacto extinctâ familiâ regiâ Dauidis ex ea naſci potuerit Rex Meſſias? alterum eſt quo pacto ſederit Rex[c] Meſſias in ſolio Dauidis, & regnauerit in domo Iacob?

[a] *Prima difficultas eſt, quomodo, ſi familia regia Iuda extincta credatur in Iechonia,* Hierem. 22.

[b] *ex eadem naſci potuit Rex Meſſias.*

Luc. 1.

[c] *Altera eſt de regno Meſſia in ſolio Dauid.*

§. II.

Prima difficultas agitatur & ſoluitur.

169. PRo prima igitur difficultate aduertendum eſt cum Rabbinis ferme omnibus, præſertimque cum Rabbi Dauid *in lib. radic.* quem refert, & ſequitur Pagninus *in theſauro*, vocem ſcilicet Hebræam *gazab*,[d] qua vtitur Iſaias *in cap.* 11. cùm dixit, *Egredietur virga de radice Ieſſe*; ſignificare lignum exciſum, ſiue ſemiſectum, cuius radices adhuc in terra manent, ſiue truncum, ſiue partem arboris, quæ truncatis ramis ſuperſtat adhuc quam vocem alij vertunt *radicem*, ſicut D. Hieron. alij verò *ſemen*, ſicut Rabbi Abraham: ſicut igitur arbor truncatis ramis ſuis, ſic & familia regia Dauidis obtruncata[e] eſt in captiuitate Babylonica, tunc enim ab ea regnum præciſum fuit, ſicut nos late diximus *in præcedenti tractatu*; id quod proſequitur eleganter Ador Epiſcopus *in Breuiario Chronicorum pag.* 60. *&* 61. vbi ait, *Reuerſis de captiuitate Iudæis, non Reges, ſed Pontifices præfuerunt vſque ad Ariſtobulum, qui cum dignitate Pontificis regale ſibi vſurpauit vocabulum*, legendus eſt etiam hac de re Achilles Graſſarus *de Regibus Hieroſolymitanis, pag.* 4. *&* 41. cùm diſſerit de Iechonia Rege; & Genebrard. *lib.* 1. *Chronolog. pag.* 146. *& ſequentib, & pag.* 193. vbi oſtendit regnum Iudæorum in Iechonia defeciſſe. quod idem proſequitur Didacus Aſtunica *ſuper Zachariam cap.* 9. Vnde Amos in cap. vlt. *In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit*; & Iſaiæ *cap.* 9. ita dicitur, *ſuper ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia à modo vſque in ſempiternum.*

Rab. Dauid. Pagnin. Iſai. 11.

[d] *Notanda eſt ſignificatio vocis Hebrææ* gazah *Iſaia cap.* 11.

Hieronym. Rab. Abrah.

[e] *Quæ monſtrat detruncatam fuiſſe familiam regiam Iuda, in captiuitate Babylonica.*

Adon.

Graſſar. Genebr.

Aſtunicâ.

Amos vlt.

Iſai. 9.

Vti igitur ad rem redeamus, meritò L X X. Interpretes, quos ſequutus eſt Hieronym. vocem Hebræam ambiguam apud Iſaiam *in cap.* 11. verterunt *radicem*,[f] ad ſignificandum modum, quo potuerit ex trunco arido & iam ſecto familiæ Dauidis, potuerit, inquam, pullulare germen benedictum Rex Meſſias; quanuis enim præciſæ arbores ſuos non poſſint expandere ramos, poſſunt tamen plantulas quaſdam, ſiue virgulta producere: quo pacto etiam, & arbor regia Dauidis in Iechonia Rege præciſa, quanuis iam non eſſet ſolita producere viros regios, & triumphales, potuit tamen ſicut cæteræ arbores abſciſæ germinare plantulam diuinam regiam[g] Meſſiam; ſuppullulant enim interdum ex arboribus aridis virgulta quædam noua, vnde factum eſt, vt L X X. Interpretes contra ipſam literam Hebræam in hoc vaticinio Iacob, ea verba, quæ vulgatus Interpres tranſtulit, *ad prædam fili mi aſcendiſti*, ita potiùs vertant L X X.[h] *ex germine fili mi aſcendiſti*, vt oſtenderet non de ramoſa arbore Regum ortum fuiſſe Regem Meſſiam, ſed potiùs de germine quodam pullulante ex arbore abſciſa Regum, vnde peculiare nomen Meſſiæ eſt germen, ſiue virgulta, vt colligitur ex Hieremia *in cap.* 23. vbi de Meſſia Rege dixit, *ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit Rex, & ſapiens erit.* quo in loco, vt obiter dicam, ex omnibus poſteris Dauid, ſolus Rex Meſſias regias virtutes Dauidis, quaſi hæreditarias accepit; etenim Rex Dauid 1. Regum cap. 28. *ſapiens* dicitur *in omnibus viis ſuis.* & in lib. 2. Regum cap. 8. *Iudicium, & iuſtitiam feciſſe.* quas eaſdem virtutes Hierem. dixit, futuras in Rege Meſſia, quem[i] *germen Dauid* appellauit. videndus eſt Ezechiel. *in cap.* 34. vbi docet excitandam fuiſſe plantulam diuinam, ſic enim Chriſtum appellauit, *& ſuſcitabo*, inquit, *eis germen nominatum*, quod Hebraicè ita habetur, *ſuſcitabo eis plantulam in nomen*, id eſt, quæ eis pariet gloriam, & famam. Huius doctrinæ author fuit Procopius *in commem. ſuper Iſai. cap.* 11. ad quem locum ita ille eleganter habet: *Vbi* radicem *habemus, magno conſenſu*, truncum[l] *reliquos vertiſſe inuenies*; erat enim tribus illa, ſiue familia, vnde Chriſtus Dominus ortus eſt, non minùs,

170. L X X. Interpret. Hieron.

[f] *L X X. pro virga appoſitè verterunt radicem, in eodem loco.*

[g] *Quaſi ex arbore regia Dauidis præciſa, plantula Meſſia ſuppullulauerit.*

L X X. Interpret.

[h] *Quo videtur ſpectaſſe verſio eorundem ex germine, in præſenti vaticinio.*

Ierem. 23.

1. Reg. 28.

2. Reg. 8.

[i] Germen *enim* Dauid *appellatur Meſſias.*

Ezech. 34.

Procopius.

[l] *Vbi verò nos radicem legimus, alij truncum dixerunt.*

minùs, quàm truncus aliquis ramorum honore ſpoliatus, *cùm iam*, inquit, *à Babylonica expugnatione in familia Dauidis Regum ceſſaret ſucceſſio, pullulauit tamen de trunco abſciſſo virga, ſiue germen benedictum Meſſias Dominus.* Neque hoc mirum videri debet; irrigatus enim truncus [m] cæleſtibus imbribus ſolet virgulas producere, quemadmodum proſequitur Iob *in cap.* 14. cùm de trunco arido ita dixit, *ſi ſenuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quaſi cùm primum plantatum eſt.* Ergo ſi vel ſolùm ad odorem aquæ exciſus truncus in comam pulcherrimam prorupetit, quid mirum, ſi truncus ille, qui omnium gratiarum imbrem excepit, germinet plantulam diuinam, aridus quis eſſet? bibula enim fuit ea arbor totius diuinitatis, quemadmodum eleganter Chryſolog. dixit de Virgine matre figurata in vellere Gedeonis, ac proinde non eſt mirum, ſi de trunco, [n] ſine arbore abſciſſa, quæ vniuerſam Deitatem exceperat, germen regium Dauidis pullularit, ſicut fieri ſolet in aridis arboribus, atque ita in Metaphora arboris abſciſſæ explicatur eleganter modus, [o] quo poruerit ex Iechonia ſterili Rex Meſſias generari, & manet etiam explicatus locus Iſaiæ *in cap.* 11.

[m] *Quod ſi truncus irrigatus virgulas producit,* Iob 14.

Chryſolog.

[n] *non eſt mirum ſi de trunco ſine de Iechonia ſterili,*

[o] *prodierit Rex Meſſias, iuxta vaticinium Iſaiæ omnino conſonum ſermoni.*

§. III.

Secunda difficultas de regno Chriſti temporali exponitur.

171. EX quibus conſequens erat eum hominem Chriſtum Seruatorem natum de ſemine Dauidis hæreditario iure habuiſſe thronum Dauidis, & regnaſſe in domo Iacob, ei enim repoſitum erat regnum Iudæ, quod ceciderat in Rege Iechonia. quæ ſententia ex dictis tam apertè colligitur, vt non videatur indigere alia probatione; reddita tamen nobis dubia eſt, [p] quia non multos eius inuenimus patronos, tum quia Hierem. prædixerat 22. *cap.* neminem vnquam poſtea regnaturum in ſolio Dauidis de genere Iechoniæ, de quo cùm ortus ſit Dominus per Salathielem, fiebat conſequens eum Regem non fuiſſe temporalem Iudæ: tum etiam, quia non conſtat ex Scriptura Chriſtum Dominum propinquiorem eſſe Dauidi Regi in ſanguine inter cæteros Dauidis poſteros, vt iure propinquitatis ei deberetur ſceptrum Dauidis, præſertim cùm illud ius ei non conueniret niſi ratione matris, qua viuente non potuit Chriſtus Dominus Rex temporalis eſſe Iudæ, illa enim ius regnandi habebat.

[p] *Pars negatiua ſuadetur primò.*

Secundò.

172. Vnus tamen Armachanus *lib.* 4. *quæſtionum Armenorum cap.* 15. *&* 16. oppoſitum [q] palàm aſſerit, ſcilicet Chriſtum fuiſſe Regem temporalem Iudæ iure hæreditario, neque enim exiſtimare potuit eadem ratione Chriſtum Dominum fuiſſe Regem Iudæ, qua fuit totius orbis; cùm tamen accuratè oſtendatur in Euangelio eius genus deductum per Reges à Dauide vſque ad Virginem. Fauent pleraque loca Scripturæ, quorum ſenſus extorquetur per vim, ſi in oppoſitam ſententiam adducantur. ſit primus ille apud Matth. *in cap.* 2. vbi Magi ab Arabia venientes Deo ita inſpirante dicebant, *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum?* Similis locus eſt Matth. *in cap.* 21. vbi teſtimonio prophetico confirmatur eum Regem Iudæorum fuiſſe, cùm dicitur; *Ecce Rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum ſuum filium ſubiugalem.* Similis eſt locus *Matth.* 27. cùm enim interrogaretur, an Rex Iudæorum eſſet, & per irriſionem Rex ſalutaretur à militibus Romanis, nunquam illud negauit, ſed potiùs tacendo conceſſit ſe Regem Iudæorum eſſe, imò cùm Rex acclamaretur *Ioan.* 12. à toto populo, *Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Iſrael*, nunquam clamantibus obſtitit. Clariùs hoc videtur ſignificaſſe Marcus 19. *cap.* ſui Euangelij, cùm ait, *Multitudo clamantium dicebat: Benedictum, quod venit, Regnum patris noſtri Dauid.* Quem locum ita interpretantur grauiores: *Benedictum Regnum filij Patris noſtri Dauidis.* Omnino videtur hoc confirmaſſe locus apud Matth. *cap.* 17. vbi in quæſtione propoſita de tributo, quod nomine Cæſaris exigebatur, ita poſtulauit Chriſtus Dominus: *Reges terræ à quibus accipiunt tributum à filiis ſuis, an ab alienis?* & reſpondente Petro *ab alienis*, ſubiungit Chriſtus Dominus, *ergo liberi ſunt filij*, ſupplendum eſt, *Regum.* Quibus verbis apertè ſatis ſignificauit Chriſtus Dominus ſe Principem eſſe iure hæreditario, quæ fuit cauſa, cur voluerit Chriſtus Dominus, vt in ea cruce, in qua paſſus eſt, titulus ſcriberetur, *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*, quod non ſine numine feciſſe Pilatum teſtis eſt Auguſt. *Pſalm.* 58. *& lib. de conſenſu Euangeliſtarum cap.* 3. & alibi ſæpe.

[q] *Affirmatiua tamen eligitur vt probabilis, & confirmatur.*

Matth. 2. & 21. & 27.

Ioan. 12.

Marc. 19.

Matth. 17.

Auguſt.

173. Quòd ſi aliquando cùm Rex creari vellet, aufugit, ſicut narrat Ioan. *in cap.* 6. id duabus de cauſis feciſſe credendum eſt. Prima, vt [r] oſtenderet ſe non eſſe de genere eorum Regum, qui populi fauore Reges fiunt, cùm iure hæreditario Rex eſſet. Alia ratio eſt, quam aſſignauit Gregor. Magn. *lib* 30. *Moral. cap.* 15. etenim notauit ille pulcherrime, quòd cùm Iudæi molirentur mortem Christo Domino, palàm & ſponte ſua ſe obtulit, dicens, *quem quæritis?* cùm enim Regem eum creare vellent, aufugit, vt oſtenderet, & ſe mori ſponte velle, & Regem fieri nolle, atque etiam, vt oſtenderet, ſe appetere ea, quæ nos fugimus, fugere verò ea, quæ nos appetimus; ſic mortem appetiit, regnum fugit. Neque hoc valde mirum eſt, ſi præſertim legatur Liuius *lib.* 7. *decad.* 3. Si enim Africanus Scipio, cùm eum circumfuſa multitudo Hiſpanorum, atque aliorum hominum Regem magno conſenſu ſalutare vellet, ſilentio per præconem facto, ſibi maximum nomen Imperatoris eſſe dixit, quo ſe milites ſui appellaſſent; regium verò nomen alibi magnum eſſe, Romæ intolerabile: nihilominus regalem animum in ſe eſſe dixit ad contemnendos huiuſmodi honores, ſiquidem ipſi rectè iudicaſſent. Quid igitur mirum eſt, ſi renuente Scipione regium nomen ſibi oblatum, reſpuat Chriſtus Dominus non ſolùm oblatam regiam poteſtatem, ſed etiam hæreditariam iure ſanguinis non exerceat? commendat enim hoc maximè ſuam charitatem in nos, & magnanimitatem amplificat vehementer: hoc autem, quia accommodatius erat ad noſtram ſalutem fecit, neque enim conueniebat eum huiuſmodi viuendi ratione, quæ poſita erat in contemptu rerum omnium huius ſæculi, faſtus regius. Noluit igitur regnare, [ſ] vt accommodatiùs doceret.

[r] *Occurritur cuidam obiectioni deſumptæ ex reiectione Regni, facta à Chriſto Domino.*

Gregor.

Liuius.

[ſ] *Certè noluit ſic regnare, vt accommodatiùs doceret.*

174. Conſequens eſt, vt oſtendamus, non eſſe valde firmum fundamentum, quo vtuntur authores [t] oppoſitæ ſententiæ: illud autem eſt, nobis non conſtare de propinquitate ſanguinis Chriſti inter cæteros poſteros Dauidis cum ipſo Dauide Rege: vnde eſto propinquior eſſet Chriſtus Dominus Dauidi,

[t] *Satisfit argumentis partis negatiuæ.*

Dauidi,ius regni non habuit viuente matre,in qua maiori propinquitate cum Dauide hoc ius reſidebát;neque verò hoc multum vrget, quia ius regni non ſpectabatur penes propinquitatem ſanguinis,

[u] *Ad primũ ſolutio prior, in qua cætera argumentationes diluũtur.*

ſed potius penes depoſitionem, [u] quæ facta eſt à Deo per Hierem. *in cap.* 22. in Iechonia Rege, & in poſteris ſuis, quos Deus depoſuit de Regno vſque ad Meſſiam Dominum excluſiuè,ac proinde diuinum oraculum ſterilem vocauit Iechoniam, non quòd poſteros non haberet, genuit enim Salathielem,ſed quòd poſteros Reges non habiturus eſſet. id quod eleganti metaphora ſua explicatunt Rabbini,aſſerentes, ex arida arbore Regum in Iechonia pullulaſſe germen regium Meſſiam Regem. Ad quam ſententiam videtur neceſſariò re-

Hieronym. ducendus D.Hieronym. *in com.ſuper Hierem.c.* 22. vbi inter alias rationes, quibus conciliat locum Hieremiæ, cum loco Lucæ *in cap.* 1. præcipua eſt

[x] *Secunda ſolutio.*

ea, [x] quia Hieremias locutus eſt de puro homine deſcendente de ſemine Iechoniæ: Lucas autem dixit, de eius ſemine regnaturum in ſolio Dauidis hominem pariter, & Deum Chriſtum Dominum, quaſi propter hanc ſummam,& maximam prærogatiuam potuerit fieri hæc exceptio in depoſitione à Regno in poſteris ipſius Iechoniæ. Similia

Ezech. 21. habet idem Hieronym. *Ezech.* 21. ad illa verba, *tu autem prophane,impie dux Iſrael.* nec diſſimilia

Ambroſius. Luc. 1. dixit Ambroſ. *lib. 3. com. in Luc. cap.* 1. Ex quibus iam colligitur verus intellectus ad locum apud Luc. *in cap.* 1. cùm de Chriſto Domino dixit Angelus, *& dabit ei Dominus ſedem Dauid patris eius*,

[z] *Conciliatur locus Lucæ in cap. 1. ad locũ Hieremiæ in cap. 22.*

vt ſit ſenſus, [z] Regia corona Dauidis,quæ ceciderat à temporibus Regis Iechoniæ,iterum erigetur, & collocabitur in capite Regis Meſſiæ, qui iure hæreditario Rex erit in ſolio Dauidis, & poſtmodum temporale regnum transferet in ſpirituale, quod perpetuum,ſeu potius æternum erit.

175\. [a] *Vltima obiectio de exercitio Regni Chriſti diſſoluitur affirmatiuè.*

Si quis autem obiiciat, [a] Chriſtus Dominus nunquam temporalem regiam poteſtatem exercuit; ergo Rex non fuit. Quidquid ſit de antecedente, de quo vehementer dubitamus, propter caſum mulieris adulteræ adductæ ad Chriſtum Dominum,quam ipſe videtur abſoluiſſe, non alia, quàm regia poteſtate,cùm dixit, *nec ego te condemno.* Conſequentia omnino falſa eſt, eſt enim gratiſſima poſſeſſio ſola aliquarum rerum etiam ſine earum exercitio, ſicut patet in Beatis, in quibus fortitudo eſt in cælis ad nullos alios profutura vſus, præter quam ad ſolam poſſeſſionem, ſicut

Anſelm. eleganter dixit Anſelm. *in lib. de ſimilitudinibus*, ac proinde pulchrior videtur Chriſtus Rex Iudæorum cum ſola poſſeſſione Regni ſine exercitio, quàm ſi neque poſſeſſionem, neque vſum regium habuiſſet, quo pacto regnare non ſolent Reges huius ſæculi.

176\. [b] *Iudicium de oppoſita ſententia quorundam.* Bellarm. D.Thom.

Verùm quia oppoſita ſententia [b] probabilior exiſtimatur à quibuſdam, vt videre eſt apud Bellarminum *tom. 5. controuerſ. de Romano Pontificatu, cap.* 4. & apud D.Thom. 3. *part. quæſt.* 31. *art.* 2. *in ſolutione ad* 3. Aduertendum eſt totum eum locum apud Luc. *in cap.* 1. vbi de Regno Chriſti agitur, metaphoricum eſſe, figuratum, & allegoricum, iuxta quem ſenſum fideles omnes vocantur filij Abrahæ, Abraham enim pater eſt credentium:

Rom. 2. & 9. vnde Paulus ad Rom. *in cap.* 2. *& in cap.* 9. diſtinguit inter ſpirituales Iſraelitas, & carnales Iſraelitas; quando igitur promittitur Regnum Chriſto Domino, locutio eſt de Regno metaphorico, id eſt, de ſpirituali, tranſtulit enim Deus regimen Dauidicum temporale, in regimen [c] ſpirituale,

[c] *Secundùm quam de Regno Chriſti ſpirituali explicantur propoſita difficultates.*

& æternum totius Eccleſiæ. quo pacto intelligendus eſt locus apud Luc. in cap. 1. *Dabit ei Dominus ſedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum*; ita voluit D. Epiphanius apertiſſimè

Luc. 1. Epiphan. Hieronym. Ambr. Auguſt.

lib. 2. contra hæreſes hæreſ. 29. Hieron. *in locis citatis*; adduci etiam poteſt pro hac ſententia & Ambroſ. *ſuper Luc. lib. 3. cap.* 1. Auguſt. *in lib. ad Horoſium cap. 7. & tract.* 115. *in Ioan. & lib.* 17. *de ciuit. cap.* 7. *& 22. de ciuit. cap.* 1. Qui tamen Patres, ſi rectè legantur, ſuffragantur etiam ſententiæ, quam nos probabilem exiſtimauimus.

TRACTATVS IX.

De eo,qui mittendus erat, ſiue, *de Meßia Domino.*

INter nomina ſacra Meſſiæ ſeruatoris, vnum 177. idémque ſacratiſſimum eſt illud, quo eum hic appellauit Patriarcha, cùm dixit, *donec veniat, qui mittendus eſt*; etenim poſtquam diximus, Meſſiam vocatum fuiſſe in Scriptura *germen* propter eius humanitatem,& ſanguinem, quem acceperat per Virginem matrem à Dauide Rege, conſequens erat, vt oſtenderemus eundem etiam eſſe Deum, & hominem, dicturi poſtea Meſſiam eſſe obiectum totius ſpei.

Pro maiori igitur declaratione huius nominis 178.

D. Thom. [a] *Miſſio quotuplex ex D. Thoma.*

notanda eſt ea doctrina, quam colligunt Doctores Theologi ex D.Thom. 1 *part. quæſt.* 43. *art.* 2. cùm agit de miſſione diuinarum perſonarum. Miſſio namque tripliciter [a] conſiderari poteſt, vel enim miſſio eſt per imperium, quo pacto Reges ſuos Duces mittere ſolent, & domini ſeruos; vel eſt per conſilium, quo pacto ſapientiores inſcios homines mittunt; vel denique per naturalem productionem, quo pacto arbores mittere dicuntur ſuos flores, & ſuas radices ex eadem ſubſtantia arborum. Vnde Areopag. perſonas productas *flores diuinitatis* appellauit: hoc autem poſteriori modo Areopag.

[b] *Filij Dei miſſio æterna quid.*

ſolùm potuit filius æternus Patris Dei [b] mitti, perpetuò enim generatur à Patre, & perpetuò à Patre mittitur, non ſecundùm imperium, ſed ſecundùm originem: quamuis autẽ ex parte termini ad quem, miſſio filij etiam ſit æterna, eſt enim filius productus; poteſt tamen ratione alicuius modi, temporalis eſſe, ſcilicet, ratione gratiæ vnionis, ſecundùm quam expectabatur ab Hebræis venturus in tempore certo, & determinato, iuxta ea, quæ Patriarcha dixit hoc in loco, *donec veniat, qui mittendus eſt.* quibus verbis & inculcatur proceſſio filij æterna à Patre Deo, ſecundùm quam mitti potuit, & tem-

[c] *Quid item miſſio temporalis eiuſdẽ.*

poralis eiuſdem [c] in humanitate apparitio, atque ita Deus & homo oſtenditur Meſſias Dominus in hac miſſione. Oſtendit hoc elegantiſſimè Zachar. *in cap.* 2 ſuæ prophetiæ, vbi Angelus introducitur cum funiculo dimenſurus vniuerſam ciuitatem Hieruſalem, tum quoad longitudinem, tum etiam quoad latitudinem, qui renunciauit Angelo, qui aſſiſtebat Zachariæ Prophetæ, vt Prophetæ diceret, ſine muris habitandã eſſe neceſſariò Hieruſalem, neq; enim aliter capax erat Hieruſalẽ eius, qui mittendus erat, iuxta ea, quæ ſequuntur in eodem Propheta, vbi ita introducit eum loquentem,

Zachar. 2. *Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus, & applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui,*

[d] *De qua expreſsè in Prophetis.* Rab. Ionath.

[d] *& ſcies quia Dominus exercituum miſit me ad te.* quem locum Rabbi Ionathas in paraphraſi Chaldaica ita interpretatur: *Gaude & lætare Eccleſia Sion, quia ego reuelabor, & ponam diuinitatem meã in medio tui, & ſcies, quia Deus exercituum miſit me ad prophetandum tibi.* Ex quo loco habemus filium Dei in carne miſſum à Patre Deo mittente, pro qua re videnda eſt etiam ea gloſſa, quam affert liber, qui inſcribitur, *Victoria aduerſus Iudæos, 2. p. cap. 4.* cùm explicat locum illum Cantic. in cap. 1. *exultabimus, & lætabimur in te.* quem locum ſimilem exiſtimauit illi, qui habetur in Pſalm. 91. *Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea*, quæ de aduentu Seruatoris dicta ſunt; *Neſciebant homines*, inquit gloſſa, *in quo illis lætandum eſſet, vtrum in certo aliquo die, an in Deo benedicto, donec venit Salomon, & dixit, Exultabimus, & lætabimur in te*, id eſt, *in Deo ſancto & benedicto, & in ſaluatione tua*; non aliter, quàm ſi matronæ alicui nobiliſſimæ, cuius Rex maritus eius cum filiis, & generis iuit vltra mare; ſi enim renunciatum fuerit ei, Venerunt filij tui; reſpondere optimè poteſt, Lætentur potiùs nurus meæ; & ſi dicatur, Venerunt generi tui; reſpondere poterit, Lætentur filiæ meæ; quando verò ei dictum fuerit, Venit vir tuus Rex; tunc dicet, Hæc eſt plena, & perfecta lætitia: ſic futurum erat, ait gloſſa, vt eſſent Prophetæ venientes, & dicentes, ac promittentes multa ad ciuitatem ſanctam Hieruſalem, in quibus plenam lætitiam non inuenit Synagoga; cùm verò ei dictum fuerit: *Ecce Rex tuus venit tibi, iuſtus, & ſaluator*; tunc ipſa dicet, *Gaudens gaudebo, & exultabit anima mea in Deo meo*, ſicut dixit Iſai. *in cap. 61.*

Cant. 1. Pſalm. 91. Iſai. 61.

179. Ex quibus duo colligitur miſſum eſſe Regem Meſſiam à Deo, & eundem vtranque habere naturam, & diuinam, & humanam, ſecundùm quas miſſus eſt ab æterno, & in tempore quando apparuit nobis humanitas Saluatoris noſtri. Similis eſt locus apud Michæam in cap. 5. *& tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſraël, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis.* quem locum Rabbi Salomon de Meſſia intelligit, in quo oſtenditur vtraque miſſio, & ea, quæ ſecundùm humanitatem eſt, & ea, quæ ſecundùm natiuitatem. In eãdem ſententiam Rabbi Moyſes Ægyptius in ſuo directorio, & ſcribens etiam ad quoſdam Rabbinos de dignitate, & excellentia Regis Meſſiæ, exiſtimauit intelligendum eſſe locum Iſai. in cap. 8. *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius, Admirabilis, Conſiliarius, Deus, fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis. Quæ omnia*, inquit Rabbinus, [f] *cùm ſuis epithetis conueniunt Regi Meſſiæ.* quam ſentẽtiam ſequutus Aben Eſra à Synagoga eiectus eſt, quoniam auſus ſit dicere, Regem Meſſiam futurum Deum, qua de re videndus eſt Epiſcopus Catharenſ. *in lib. de victoria contra Iudæos, cap. 2.* & Burgenſ. *in ſcrutinio. p. 1. d. 10. cap. 2.* vbi plures Rabbinos referunt, aſſerentes diuinitatem in Meſſia Rege, vt mittam ſanctos Patres, quos latè refert Bellarmin. *tom. 1. controuerſ. lib. 1. de Chriſto à cap. 4. & deinceps.*

[e] *Conſequitur ex dictis, diuinam & humanã eſſe naturam in Chriſto Domino neceſſario conſitendum.* Mich. 5. Rab. Salom. Rab. Moyſ. Iſai. 8.

[f] *Quam veritatem plures ex Rabbinis de Meſſia crediderunt.* Aben Eſra. Petr. Brut. Burgenſ. Bellarm.

180. Ex quibus iam infertur optimè tranſtuliſſe hunc locum D. Hieronym. cùm vertit, [g] *donec veniat, qui mittendus eſt.* Vnde probabilis eſt ea coniectura, qua vtitur Eugubin. *in com. ad eum locum*, qui exiſtimat Hebræam literam corruptam fuiſſe à veteribus Rabbinis poſt tempora Hieronymi; in hac enim voce, pro qua Hieronym. tranſtulit, *qui mittendus eſt*, tot, támque varia ab Hebræis, & Latinis ſimul & Græcis proferuntur, vt omnem penè mentem confundant, ita vt nulla editio cum altera [h] conſentiat, quod factum eſt ab ipſis Rabbinis, ne manifeſto loco conuincerentur: putat igitur Eugubin. nomen *Sciloh* deriuatum eſſe à verbo Hebræo, quod *mittere* ſignificat, in quâ ſignificatione legebatur tempore Hieronymi, atque ita corrupta eſt vox ab Hebræis: vtcunque tamen ſit, nos ſequimur vulgatam editionem, ſecundùm quam Meſſias vocatur *ille, qui mittendus erat*, cui lectioni ſuffragatur Chaldaica paraphraſis, & Rabbini, qui anteceſſerunt D. Hieronymum.

[g] *Comprobatur optima tranſlatio vulgata, D. Hieronymi.* Hieron. Eugubinus.

[h] *Poſt enim tempora creditur vitiata à Iudæis Hebræa litera.* Cald. parap.

181. Vana igitur eſt eorum expoſitio, qui volunt *Sciloh* [i] ſignificare nomen loci, in quo aliquando fuit arca Domini, vt habetur *in 1. Reg. cap. 10.* quaſi verò locus intelligendus de Saule Rege, qui Rex vnctus eſt in Silo, iuxta quam ſententiam talis eſt ſenſus huius loci, non ceſſabit ſceptrum de domo Iudæ, niſi quando Saul de tribu Benjamin vnctus fuerit Rex in Silo. Quæ ſententia planè falſa eſt, nondum enim ſceptrum Regium inceperat in familia Iudæ, ſed demortuo Saule, primus Rex ex Iuda factus eſt Dauid. Neque verò audiendi ſunt, qui hunc locum [l] intelligunt de Hieroboam filio Nabal de tribu Ephraim, quem Regem ſecutæ ſunt decem Tribus, quæ defecerunt à Iuda, relicto Roboam filio Salomonis, ſicut conſtat ex *lib. 3. Reg. cap. 12.* fatemur enim Hieroboam Regem Iſrael fuiſſe, diuiſúmque eſſe regnum in duas partes, regnaſſe tamen eo tempore in Iuda, & Benjamin Roboam in ciuitate Hieroſolomytana regia, in qua templum Dei erat, & arca fœderis, imò & oleum ſanctum, quo iungebantur, ſiue creabantur Reges; ac proinde Regius thronus remanſit in Iuda, ſiue in familia Dauidis per Roboam, ſicut colligitur apertè ex *lib. 2. Paralip. c. 10.* & ex *lib. 3. Reg. cap. 12. & cap. 15.* imò *in 2. Paralip. cap. 13.* numerantur poſteri Roboam, qui regnarunt poſt patrem ſuum in domo Iudæ. Quòd ſi LXX. Interpretes [m] inueniuntur legiſſe hunc locum, *quod illi*, ſiue, *cui repoſitum eſt*, propterea illud feciſſe videntur, vt oſtenderent à temporibus Iechoniæ regiam coronam Iudæ, & tiaram pontificalem iure depoſitionis fuiſſe conſeruatam in ſenioribus populi, quoad vſque venerit ille, qui mittendus erat, cui repoſita erat corona regia, & tiara pontificalis.

[i] *Conuincitur falſitatis quorundam expoſitio locũ Sauli accommodantium.* 1. Reg. 10.

[l] *Conuincuntur & alij illum applicãtes Hieroboã.* 3. Reg. 12.

LXX. Interpr. [m] *Aptatur denique veritati verſio hoc in loco.*

TRACTATVS X.

De ſpe, ſiue, de eo, qui expectatio gentium vocatus eſt.

§. I.

Non eſſet homini ſpes de Deo, niſi Deus fieret homo.

182. HOc eſt alterum nomen Regis Meſſiæ, quod eius diuinitatem oſtendit apertiſſimè, vocatur enim *expectatio gentium*, [a] & iam non ſolùm Hebræorum, ſed vniuerſi orbis, quod nomen diuinum neceſſariò eſt, ſicut eleganter colligit Auguſt. *lib. 2. contra epiſtolam Parmeniani, c. 4.* cùm ait, *ſpes in ſolo Deo tuta, ſecuráque eſt.* pro qua re

[a] *Expectatio gentium nomẽ diuinum eſt.* Auguſt.

D.Thom. te videndus eſt neceſſariò D.Thom. 2. 2. *queſt.* 17. *art.* 4. vbi notauit in ſpe, duplicem reſpectum reperiri, alterum ad bonum, quod obtinendum ſperamus: alterum ad auxilium, per quod illud bonum obtinetur. Bonum igitur obtinendum, finis rationem habet, medium autem cauſalitatem cauſæ efficientis: ſicut igitur bonum diuiditur in medium, atque vltimum; ſic quoque auxilium vel eſt à prima cauſa, vel à ſecunda. Quemadmodum autem ſpes firma non eſt [b] niſi in Deo, qui vltimus finis, & vltimum bonum eſt; ſic non licet ſperare illud bonum, niſi per medium, quod ſit ab ipſo Deo, vnde ſpei obiectum Deus eſt, & medium ad Deum obtinendum non niſi à Deo eſt, quod prædixit Patriarcha hoc in loco, quando dixit, *ipſe erit expectatio gentium*; tum quia terminus totius ſpei erat, tum quia remedium ab illo ſolo homine ſperari potuit; quodcunque enim aliud auxilium ad [c] inſtar eſt baculi arundinei, quemadmodum eleganter dixit Iſaias in cap. 36. *Ecce confidis ſuper baculum arundineũ confractum, cui ſi innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam*, qua de re dixit etiam Hieremias in cap. 2. *Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à ſiti*, agens de Hebræis, qui auxilium ab alio, quàm à Deo quærentes, non diſſimiles ſunt illis, qui auxilium quærendo in rebus aduerſis lacerantur, & rumpuntur; ſicut videre eſt in prodigo, qui dum voluptatem quæreret extremam, nudus, & fame penè periens repertus eſt: in quam ſententiam videndus eſt locus *in Pſalm.* 145. vbi regius vates agens de remedio à ſolo Deo ſperando, ita dixit, *Nolite confidere in Principibus, neque in filiis hominum*; & cauſam reddit, cur ab illis non ſit ſperandum remedium noſtrum, *in quibus*, inquit, *non eſt ſalus*. Quis autem ab eo quæret ſalutem, qui ſalutem non habet? id quod eleganter probat hac ratione, *Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eſt; ſpes eius in Domino Deo ipſius, qui fecit cælum, & terram.* Quibus verbis oſtendit in ſolo Deo ſperandum eſſe, propter ſuam potentiam, & veritatem. pro qua re videndus eſt D. Auguſtin. *eo in loco*, & Caſſiodor. *in com. in eundem Pſalmum*, vbi aduertunt ſperandum eſſe in ſolo Deo Iacob, quia Iacob aliquando Deum amplexus, Iſrael factus eſt, id eſt, fortis cum ipſo Deo, quod videre eſt in oue deperdita, quæ humeris deportata paſtoris, tandem depoſita eſt in grege, à quo aberrauerat; in quo mihi videtur poſita ſimilitudo quædam alicuius, qui excidit ab alto aliquo loco, in quem iterum reponi non poteſt, niſi ab eo, qui longitudine poſſit pertingere eum locum à quo alius excidit: vnde ouis repoſita eſt in humeris paſtoris, vt tandem ad eum reduceretur, à quo exciderat: Deum autem nullus alius pertingere poterat, niſi is, qui Deo æqualis eſt.

[b] Spes enim firma nõ niſi in ſolo Deo innititur.

[c] Omne aliud auxiliũ quod à Deo nõ eſt, ad inſtar baculi arundinei confringetur.

Iſai. 36.

Hierem. 2.

Pſalm. 145.

Auguſt.

Caſſiodor.

183. Videndus eſt hac de re Philo *in lib. de Abraham*, cùm oſtendit cur Deus nomen habere voluerit: *Deus*, inquit, *non opus habet nomine, attamen humano generi ſuum nomen largitus eſt, vt habentes refugium ad preces ab ſpe bona* [d] *non excluderentur; propterea dictus eſt Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob: ſi autem ad confirmandas ſpes hominum ſatis ſupérque fuit nomen Dei hominibus, quid non ſperemus, cùm iam Deus non ſolùm nomen noſtrum habeat, ſed potiùs* [e] *carnem?* & propterea eleganter dixit Bernard. *ſerm.* 51. *ſuper Cantic.* ea verba ſponſæ, cùm ad dormiendum accubuit, *læua eius in capite meo, & dextera illius amplexabitur me*, de incarnatione Verbi æterni intelligenda eſſe, tunc enim ſecura dormit Eccleſia, cùm inter læuam, & dexteram Sponſi accubuit, media enim ſpes, molli ſuppoſito charitatis ſtrato, ſuauiſſime requieſcit. Similiter intelligendus eſt ille locus Cantic. *in c.* 8. vbi admirantur Angeli, ſic enim Patres interpretantur eum locum. Admirantur, inquiunt, aſcenſus ſponſæ ab humili, & abiecto loco ad ſublimitatem vſque Deitatis, *Quæ eſt iſta*, inquiunt, *quæ aſcendit de deſerto delitiis affluens, innixa ſuper ſponſum?* Rationem igitur illius ſublimitatis, nullam aliam eſſe aſſerunt, quàm quia Eccleſia innititur ſponſo ſuo Verbo incarnato, non verò baculo arundineo: vnde optimè Iacob dixit, *ipſe erit expectatio gentium*, tum quia terminus eſt totius beatitudinis, cùm Deus ſit; tum etiam, quia ex parte cauſæ, non ſolùm à prima cauſa eſt illud remedium, ſiue auxilium, ſed etiam ipſe Deus noſtrum factus eſt remedium, propterea & homo redimens Deus fuit, & ſanguis, qui effuſus in pretium redemptionis, Deus erat; quia placet omnino ea verſio, quam hoc in loco ſequuntur aliqui, ita enim potius vertunt vocem Hebræam, pro qua vulgatus interpres dixit, *ipſe erit expectatio gentium*, legunt alij, *ipſe erit oſculatio populorum*. quibus verbis ſignificatur perfecta reconciliatio, [f] quæ perfecta eſſe nequit, niſi per Deum fiat, ſicut aduertunt omnes Doctores Theologi *in 3. ſententiar.* cùm diſputant de vera & rigoroſa ſatisfactione Chriſti ſeruatoris.

Philo.

[d] Deus homini largitus eſt nomen ſuum, vt poſſet in eo ſpem habere.

[e] Quid autem non ſperemus, poſtquam & carnem ſuſcepit noſtram?

Bernard.

Cantic. 8.

[f] Factus eſt igitur Deus homo non ſolùm expectatio, ſed & reconciliatio noſtra.

184. In quam ſententiam adducendus eſt neceſſariò locus ex *Pſalm.* 2. eſt enim ibi idem prorſus argumentum, pro eo enim, quod vulgatus interpres dixit, *Apprehendite diſciplinam*, ad veritatem Hebræam, quæ ita prorſus habet, *oſculamini filium*, vertit D. Hieronym in Pſalmis ad veritatem Hebræam, vel potiùs *oſculamini purè*, ſicut ipſe refert *in com. ſuper eundem Pſalmum*, & vtramque lectionem libenter amplectitur *in Apologia contra Ruffinum*, ſequutus ea in re textum Hebræum, & grauiores doctores Hebræos; quibus verbis ſignificata eſt perfecta reconciliatio noſtra per Chriſtum, eſt enim deoſculatio [g] noſtra ſignum reconciliationis, quemadmodum pulchrè deducit ea expoſitio Pſalmorum facta à ſapientibus Hebræis, quæ *Midraſtheelim* appellatur, quam refert & ſequitur Auguſt. Eugubin. in comm. ſuper hunc locum, *Eſt*, inquit, *in his verbis, Regis veluti ſententia, qui exarſit ad vlciſcendos ciues ſceleratos, hi profecti ad filium Regis ſupplices ab eo petierunt, vt patris Regis iram mitigaret; obtinuit Princeps, vt eis parceretur: venerunt ciues gratias acturi Regi; is remittit eos ad filium. Nam in gratiam eius, inquit, vobis parco, propterea oſculamini filium Principem, per quem iracundia mea in vos ſedata eſt. Oſculamini, amplectimini, prehendite genua Principis, per quem vobis reconciliatio facta eſt.* In quam ſententiam notauit Pierius Valerian. apud nos, & in Eccleſia Catholica, in ſignum reconciliationis noſtros Pontifices manum [h] oſculandam præbere, dixit eleganter in hanc eandem ſententiam Ammianus *lib.* 1. *rerum geſtarum*, quendam confugientem ad Iulianum Imperatorem metu mortis poſtulaſſe, vt ei dexteram deoſculandam præberet in ſignum reconciliationis; quod omnino negauit Iulianus, dicens, *quid igitur amicis ſeruabitur, ſi tu dexteram attigeris meam?* eſt enim manus dextera ſymbolum remedij, ſiue reconciliationis, quæ tunc perfecta eſt, cùm à Deo fit, quorum vtrunque ſignificant hæc verba, *ipſe erit oſculatio populorum*. nanque

Pſalm. 2.

Hieronym.

[g] Dum deoſculatio noſtra factus eſt.

Eugubin.

Petr. Valer.

[h] Signum reconciliationis eſt manũ Pontificis deoſculari, & quare.

Ammian.

oſculum, ſiue oſculatio latriæ honor eſt, ſiue reuerentia ſoli Deo debita; quemadmodum proſequitur eleganter D. Hieron. *Ezech. cap. 8. Iob in cap. 31. Oſea in cap. 13. & in Apologia contra Ruffinum*, deoſculari enim manum diuinus [i] honor, & reuerentia erat, ea enim, quæ nimis honoramus, per tranſlationem dicimus oſculari, quæ eſt ratio, ſicut aduertit D. Chryſoſt. *hom. 30. ſuper 2. ad Corinth.* cur nos intrantes templa ſacra, ſacras imagines exoſculemur: vnde eſt illud Iob, *Si vidi ſolem, cum fulgeret, & lunam incedentem clarè, & lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo.* id eſt, nunquam lunæ, & ſolis pulchritudine deceptus ſum, vt eos Deos exiſtimatem, neque in ſignum religioſæ reuerentiæ exoſculatus ſum manum meam. Similis locus eſt 3. *Regum cap. 19. & Oſeæ cap. 13.* quo in loco pro eo, quod vulgatus dixit, *adorantes vitulos*, Hebraicè habetur, *oſculantes vitulos.* quare ex iis colligitur optimè Meſſiam fuiſſe vocatum [l] oſculationem populorum, ſiue expectationem Gentium; quia per eum fuit perfecta reconciliatio, quæ non niſi per Deum eſſe poteſt: vnde Paulus eleganter dixit ad Rom. 9. *Omnis, qui ſperat in eo, non confunditur*, conſueto loquendi modo apud Hebræos; ſolent enim Hebræi eos confuſos, ſiue pudefactus appellare, qui non conſequuntur id, quod maximè ſperabant, iuxta illod, quod eſt in Pſalm. 21. *In te ſperauerunt, & non ſunt* [m] *confuſi*, id eſt, non ſunt fraodati, ſiue fruſtrati ſua ſpe: qoo Hebraiſmo vſus eſt etiam Paulus ad Rom. 5. *ſpes autem non confundit*, id eſt, non poteſt quempiam fallere, qood ex eo maximè eſt, quia medium eſt ipſe Deus, qui potentiam, veritatem, & miſericordiam habens, fallere neminem poteſt; & propterea mulier ea Sunamitis, de qua *lib. 4. Reg. cap. 4.* nullum alind auxilium voluit in morte filij, niſi ſolius Dei; propterea enim Bern. exiſtimauit *ſerm. 2. ſuper Cantic.* eam fuiſſe figuram naturæ humanæ deperditæ in Adamo; quando enim puer Prophetæ Eliſæi miſſus eſt ad excitandum puerum eius filium, miſit Propheta puerum, tulit baculum, & nec dum vox, neque verò vita reſtituta eſt puero, quia & baculus arundineus erat, & puer erat, qui miſſus eſt, & non Dominus; propterea confuſa eſt vidua, quia puer excitatus non eſt, Non ſurgo, inquit, non ſuſcitor, non excutior de puluere, non reſpiro in ſpem, ſi non Propheta deſcendat, & oſculetur me oſculo oris ſui, ſolum enim remedium perfectum à Deo ſperari potuit, qui omnipotens cùm eſſet, factus eſt homo in noſtrum remedium, & reconciliationem: vnde meritò Patriarcha eum appellauit, *expectatio gentium*, ſiue *oſculatio populorum.*

Hieronym.

[i] *De oſculare manũ honor diuinus.*

Iob. 31.

3. Reg. 19. Oſeæ 13.

[l] *Vnde rectè Meſſias dictus eſt oſculatio populorum, ſiue expectatio.*

Rom. 9.

Pſalm. 21.

[m] *In quo ſperantes non ſunt confuſi.*

Rom. 5.

4. Reg. 4.

Bernard.

185. Congruit cum iis ea doctrina, quæ tradita eſt à Chryſoſtomo *hom. 20. in Geneſ.* quam acceperat à Philone *in lib. quòd deterior potiori inſidiari ſoleat, & in lib. de Abraham*, & Theodoret. *quæſt. 47. ſuper Geneſim*, cùm qoærit, quæ ſit ratio, cur filij Seth vocati ſint filij Dei? Eam autem foiſſe dicit rationem, quia ſpes reddit homines opus Dei, [n] ſiue filios Dei, in ſpe enim poſita eſt vera ratio hominis, & per ſpem diſtinguuntur homines à cæteris animantibus: Vnde rectè Philo vocauit ſpem ianitricem virtutom omnium, ad regias enim virtutes accedere nemo poteſt, niſi per ſpem, & niſi priùs demeruerit ſpem, virtutes alias non habebit, prima enim ſpes occurrit pænitenti homini, eundémque deducit ad alias virtutes. Hæc eſt ratio, quare tranſlatus dicatur Enoch, etenim per ſpem ita mutatus eſt, vt non inuentus ſit de tranſlato.

Chryſoſt.

Ioſephus.

Theodoret.

[n] *Spes enim reddit homines filios Dei.*

Repetenda ſunt in hanc ſententiam verba Philonis *in lib. quòd deterior potiori inſidiari ſoleat*, iuuant enim maximè ad oſtendendam veram hominis rationem in ſpe poſitam eſſe. Sic enim habet: *Seth Genuit Enoch, quod interpretatur ſpes, hic primus ſperauit inuocare nomen Domini Dei; quid enim magis eſſe poteſt proprium hominis, quàm ſpes, & expectatio poſſeſſionis bonorum accipiendorum à ſolo munificentiſſimo Deo?* Quod genus ſolum, ſi vera fateri volumus, proprium hominum eſt, tanquam ij, qui [o] non ſperant in Deum, extra naturam rationalem ſiot; vnde cùm Moyſes dixiſſet de Seth ortum fuiſſe Enoch, diſertè intulit: Hic eſt liber generationis hominum. Similia dixit idem Philo *in lib. de Abraham*, pro qua re videndus eſt Elias Cretenſis *ſuper oratione 19. Nazianz.* cùm Nazianz. vocauit Baſilium Magnum, virum deſideriorum ſpiritus. Quo pacto etiam Scriptura vocauit Danielem Prophetam: *Sic enim*, inquit Elias Cretenſis, *Scriptura ſolet vocare viros altè prouectos*; ſicut etiam aduertit Bernard. *ſerm. 6. de Aſcenſione Domini*, cùm Eliſæo petenti, vt in eo fieret ſpiritos duplex Eliæ, id eſt multiplex ſpiritus ille; reſpondit Elias, *Si videris, quando tollar à te, fiet quod petiſti*; duplicauit enim ſpiritum abeuntis viſio, cùm euidenter raptus in cœlum, vniuerſa pariter Eliſæi deſideria ſecum tulit, duplicauit ſpiritum abeuntis viſio, & intellectui ſpirituali, ſpiritualis quoque iunctus eſt affectus: ſic etenim ſignificatum eſſe voluit Feuardent. *in com. ad 4. Geneſ. cap.* cùm aduertit propterea Enoch fuiſſe principium generationis hominum, quia primus cæpit ſperare in Deo, cùm per mortem Abelis, in qua ſignificata eſt mors Chriſti, & per natiuitatem Seth, in qua ſignificata eſt reſurrectio Chriſti Seruatoris, ſperauerit in Deum reparatorem vitæ humanæ. Iure igitor ſolus qui ſperat in Deo homo appellatur, quia quodcunque aliud remedium vanom, & inefficax eſt.

Philo.

[o] *Eſtque adeò propriũ hominum, vt extra naturã ſint ij, qui nõ ſperant.*

Cretenſ.

Bernard.

Feuardenſ.

§. II.

De vocatione Gentium ad fidem per Chriſtum.

VErùm ne aliquid deſideretur in his verbis cùm Iacob dixit, *Ipſe erit expectatio Gentium*, 186.
notandum eſt, in illis ſignificatam fuiſſe amplitudinem Eccleſiæ, [p] quæ diffuſa eſt per vniuerſum Orbem, vnde Catholica appellatur Græco nomine, quod ſignificat, ſecundùm totum, vel per totum diffuſa Orbem, ſicut proſequitur Aug. *lib. 2. contra epiſt. Petiliani, cap. 38. & lib. de vtilitate credendi cap. 7. & epiſt. 81. 166. & 171.* cùm diſputat aduersùs Donatiſtas; iuuant enim ad hanc ſententiam ipſa verba Iacob, cùm dixit, *Ipſe erit expectatio gentium*, ſeu *oſculatio populorum.* nanque de more Palæſtinorum, atque aliorum populorum, quando Reges inaugurabantur, in ſignum regiæ obedientiæ præſtandæ populis porrigebant manum oſculandam, ſicut videre eſt apud Plutarch. *in vita Catonis Vticenſis.* Quod impletum fuiſſe temporibus [q] Chriſti Domini apertè videtur docere Ioſephus *lib. 7. antiquit. c. 12.* quod maximè ad bellum eos excitauerat, reſponſum erat ambiguum in ſacris libris inuentum, quod eo tempore [r] quidem eſſet ex eorum finibus Orbis terræ habiturũ imperium, id enim illi quidem, quaſi proprium acceperunt, multiſque ſapientes interpretatione decepti

[p] *Significatur etiam in his verbis amplitudo Eccleſiæ per Orbẽ diffuſæ.*

Auguſt.

Plutarch.

[q] *Quæ per Chriſtũ Dominum facta eſt.*

[r] *Iudæi rebellarunt ſeducti hoc vaticinio, ſiue alio ſimili.*

decepti ſunt: hoc autem planè reſponſo Veſpaſiani deſignabatur imperium, qui apud Iudæam creatus eſt Imperator, ſed enim homines fatum vitare non poſſunt, etſi præuiderint. Similia habet Suetonius

Tranquil. Tranquil. in vita Veſpaſiani, cap. 4 *Vbi*, inquit, *percrebuerat oriente toto, vetus, & cõſtans opinio*,[f] *eſſe in fatis, vt eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur, id de Imperatore Romano prædictum eſſe, euentu poſtea patuit, Iudæi ad ſe trahentes rebellarunt.* Quæ quidem neceſſariò intelligenda eſſe de Meſſia ſeruatore, circunſtantia temporis [t] ſatis oſtendit, eo enim tempore cœpit regnare in vniuerſo orbe, mittens poſt ſuam Reſurrectionem ſanctos Apoſtolos, vt docerent, & baptizarent omnes gentes: illud autem oraculum non aliud fuiſſe videtur, quàm hoc, *ipſe erit expectatio gentium*, ſiue *oſculatio populorum*, ſiue *aggregatio nationum*.

Euſeb. Cæſ. Non ignoro tamen Euſeb. Cæſarien. exiſtimaſſe *lib. 3. Eccleſiaſt. hiſtoria, cap* 8. deſumptum eſſe hoc oraculum ex *Pſalm.* 2. vbi dicitur, *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* vbi promittitur Chriſto Domino imperium [u] totius orbis propter ſuam paſſionem; quod quidem veriſſimum eſt, ſed eadem promiſſio priùs facta fuerat à Iacob hoc in loco, atque etiam tempus oſtenſum, quando adimplenda erat, ſcilicet, cùm ſceptrum Iudæ perueniſſet ad alienigenas, quod planè tempus conuenit cum eo, de quo Ioſephus; & Tranquil agunt.

[f] *Id quod Gentiles & de Veſpaſiani imperio crediderunt.*

[t] *Manifeſtat autem circũſtantia temporis neceſſariò fore intelligendum de Eccleſia Chriſti.*

[u] *Cui imperium orbis propter ſuam paſſionẽ promiſſum erat non ſemel in Scriptura, ſed hic primo.*

187. Si quis autem quærat, quo pacto fieri poſſit, vt is, quem orbis non cognoſcebat, eſſet ſpes, & deſiderium totius orbis, cùm cognitio, ſiue fides præcedat ſpem, ſiue deſiderium, præſertim cùm eo tempore de Meſſia ſeruatore nulla eſſet fides, aut cognitio apud Gentes? Pro hac dubitatione notandum eſt, ea [x] nos maximè deſiderare ipſo naturæ pondere, quibus maximè indigemus, iuxta ea, quæ

Ariſtot. tradidit Ariſtoteles 8. *Ethic. cap.* 1. cùm docet terram imbrem amare, cùm maximè ſicca eſt, & cælum venerandum plenum imbribus amare cadere

Oſeæ 2. in ſinus terræ. qualis locus eſt apud Oſæam *in c.* 2. cùm diuinum oraculum ita dixit: *Exaudiam cælos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum*; non quòd cælum, aut tellos, vel frumentum clament, ſed quoniam ipſo pondere naturæ videantur poſtulare, & expectare pluuias, quibus maximè indigent; ſic quoque hoc in loco Meſſias vo-

Aggæi 2. catur *expectatio omnium populorum*, & Aggæi c. 2. *deſideratus cunctis gentibus*, quia Meſſias ſeruator ſummum, & maximum [z] erat remedium, quo orbis indigebat omnino, non ſola Iudæa: vnde *Iſai.*

Iſai. 11. *cap.* 11. de eodem dicitur, *In die illa erit radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur.*

LXX. Interpr. Septuaginta ita vertunt, *qui conſurget, vt ſit Princeps gentium, ipſum gentes ſperabunt, & erit requies eius honor*, id eſt, mors eius glorioſa. Clariùs

Vatabl. dixit hoc Vatablus, *tunc quoque vſu veniet, vt radicem Ieſſe, quæ ſtat in ſignum populorum, gentes quoque requirant*: quod impletum eſſe in Chriſto

Ioan. 3. Domino docetur *in cap. Ioan.* 3. vbi dicitur, quòd ſicut Moyſes in ſignum ſalutis exaltauit ſerpen-

Num. 21. tem in deſerto, *Num.* 21. ſic exaltari oportebat filium hominis in cruce, *vt omnis, qui credit in eo, non pereat.* vbi aduertit D. Auguſt. *omnis* nomen

Auguſt. eſſe vniuerſale, quod diſtribuit pro vniuerſo orbe,

Ioan. 12. & nõ pro ſolis Iudæis; & *Ioan.* 12. dicitur, *& ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.*

Chryſoſt. Ponderauit autem D. Ioan. Chryſoſt. *hom. 66. ad populum, omnia*, plus eſſe, quàm *omnis*, ſignificauit enim Chriſtus Dominus vniuerſum orbem attra-

[x] *Quo pacto ſperare poſſent gentes in quem non cognouerant.*

[z] *Quia Meſſias Seruator ſummum bonum & maximum erat remedium totius orbis.*

Gabr. à Coſta in Gen.

hendum fore ad ipſum crucifixum. quo ſenſu

Luc. 2. dixit Simeon *Luc. cap.* 2. de ſalutari Dei, ſiue de Chriſto, *quod paraſti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael*; poſuiſti hunc Saluatorem, ſiue hanc ſalutem non ſolùm Iudæis, ſed omnium ſæculorum, & gentium, vt in eo è cælo miſſo, mortales homines oculos ſuos, & ſpes ſuas defigant expectantes ab eo ſalutem; cùm enim ſit communis Saluator, tam proprium eius eſt omnes ſaluare, quàm lucis illuminare, [a] & ſolis lucere omnibus ſine diſcrimine.

[a] *Cuius tam proprium eſt ſaluare, quàm lucis illuminare.*

188. Eſt præterea ille locus *Iſai.* 54. in hanc ſenten-

Iſai. 54. tiam, cùm de amplitudine Eccleſiæ ita dixit: *Lætare ſterilis, quæ non paris, dilata locum tentorij tui, & pedes tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida, ad dexteram, & ad læuam penetrabis, ſemen tuum gentes hæreditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit,*

Auguſt. quem locum eleganter ediſſerit Auguſt. in hanc ſententiam *Pſalm.* 58 *& lib. de vnitate Eccleſiæ, c.* 7.

Cæſarienſ. Euſeb. Cæſar. *lib.* 3. *demonſtrationis cap.* 2. Similia

Pſalm. 71. habentur in Pſalm. 71. *& dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum, coram illo procident Æthiopes, & inimici eius terram lingent*, hoc eſt in ſignum reuerentiæ terram ipſam deoſculabuntur remotiſſimi homines à Iudæa, ipſe enim eſt oſculatio populorum, quæ neceſſariò de Meſſia ſeruatore intelligenda ſunt, cuius regnum diffuſum eſt per vniuerſum orbem, & non concluſum in ſola Palæſtina, quod Paul. no-

Rom. 3. tauit *ad Rom. in cap.* 3. cùm dixit, *An Iudæorum Deus tantùm eſt, nónne & gentium?* ad quem locum

Chryſoſt. videndus eſt Chryſoſt. *hom. 7. ſuper epiſt. ad Rom.* cùm ait, *iniuriam magiſtratui facit, qui eum ſingularium hominum magiſtratum facit, & non omnium, fuiſſétque obruendus fluctibus Ionas, qui Deum non omnium gentium, ſed Iudæorum tantùm eſſe voluit.*

Plutarch. vnde Plutarch. eleganter dixit *in lib. de pietate erga fratres*, fuiſſe quendam Græcum Ageſilaum à populo mulctatum, quòd muneribus publicos magiſtratus recenter creatos ſibi peculiares redderet, ſic etiam non decet Deum vnius populi Deum eſſe, ſed omnium gentium. quod Petrus confirma-

Actor. 10. uit *Actorum* 10. cùm dixit: *Aperiens autem os ſuum, ait, In veritate comperi, quoniam non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.* Hoc autem dixerat Petrus propter eam viſionem, quam viderat, cum vas plenum omnibus animantibus è cælo emiſſum eſt, atque ei dictum, *occide, & manduca.* quo prodigio ei ſignificatum eſt, Cornelium centurionem hominem gentilem baptizandum eſſe, etenim per Chriſtum nihil iam immundum eſt, ſicut ipſe Petrus ſignificauit, cùm dixit, *vos ſcitis, quomodo abominatum ſit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam; ſed mihi oſtendit Deus, neminem immundum dicere*, quia iam venerat expe-

Matth. 28. ctatio gentium; & propterea *Matt.* 28. dixit Chriſtus Dominus, *Euntes docete omnes gentes, bapti-*

Iſai. 66. *ſantes eos*, &c. quod prædixerat Iſai. cap. 66. *& ponam in eis ſignum, & mittam ex eis, qui ſaluati fuerint, ad gentes* [c] *in mare, in Africam, & Lydiam tenentem ſagittam, in Italiam, & Græciam ad inſulas longè, ad eos, qui non audierunt de me, & adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus.* quæ cùm iam impleta ſint, ſit conſequens Chriſtum Dominum eſſe terminum totius ſpei, remedium eſſe ſolum vnum, & efficax ad conſequendum vltimum, & ſupremum bonum: deinde eſſe aggregationem

[b] *Neque enim Deus tantùm Iudæorum eſt.*

[c] *Apertiſſima prædictio de vocatione gentium ad fidẽ Chriſti.*

omnium populorum, id eſt, Regem totius Eccleſiæ aggregatæ ea omnibus Gentibus, ſicut prædixerat Iacob moriens, cùm dixit, *ipſe erit expectatio Gentium.*

TRACTATVS XI.

De vbertate ſortis Iudæ, ſiue, *De vinea Domini?*

§. I.

Proponuntur duæ expoſitiones litterales de abundantia Terræ ſanctæ.

189. IN principio huius vaticinij, cùm Iacob cæpit feliciter imprecari filio ſuo Iudæ, inter alia, quæ diximus pertinere ad ſui felicitatem, fuit illud vltimum, ſcilicet, in terra Iudæ ſummam futuram rerum omnium abundantiam, quod maximè confert ad felicitatem Imperij: eam autem abundantiam ſignificatam eſſe voluit Iacob, non auro, & argento, [a] ſed ſolùm terræ fructibus, atque pecoribus. Nec mirum hoc eſt, ſicut aduertit Origen. *ſuper primum caput Iob,* ſi potentiã Regis deſcribens ad eas diuitias confugiat, quas terra ſola profert, non verò ad aurum, & argentum, quia homines primo illo ſæculo, viuo adhuc mundo, & conſtituto in primo quaſi iuuentutis flore, viuas diuitias, & florentes, atque creſcentes amabant, videlicet viua [b] pecora, & ea, quæ humus florida proferre ſolet: at verò iam nunc ſeneſcente, & propè demortuo mundo in mortuis diuitiis, atque ſepultis, auro [c] videlicet, & argento in ipſis terræ viſceribus ſepulto poſitus eſt hominum amor contra ipſam naturam, ſicut notauit Ariſtoteles *lib. 1. Ethic. cap. 5.* cùm pecunias vocat *deſiderium violentum, & præter naturam;* etenim non gratia ſui pecunia, ſed alterius cauſa deſideratur; cùm tamen *lib. 1. Politic. cap. 5. & 6.* illas vocauerit veras, & naturales diuitias, quas terra profert, & quæ vitæ inſeruiunt.

[a] *Felicitas & abundantia terra non in auro, ſed terra frugibus,* Origen.

[b] *Quæ ſunt viuæ diuitiæ.*

[c] *Econtra verò aurum & argentum demortua & ſepulta.* Ariſtot.

190. Hanc autem abundantiam ita ſignificauit Patriarch. *ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi, aſinam ſuam, lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum: pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.* Solent autem hæc verba duobus modis explicari relata ſemper ad abundantiam, & copiam rerum, quæ fuit in ſorte, ſicut aduertit Adricom. *in theatro Terræ ſanctæ,* in tabula Iudæ, cùm de Bethlehem agit, quæ ciuitas eſt caput totius Tribus, ſiue ſortis Iudæ, præſtat rerum omnium abundantia Bethlehem, præſertímque copia vini, quod comparandum non eſt cum eo, quod ex aliis Palæſtinæ locis affertur. Primus igitur modus exponendi hæc verba, ſimplex eſt, [d] neque aliquam inuoluit metaphoram, quamuis non careat hyperbole. Tanta, inquit Patriarcha, erit in vitibus vbertas, vt ex quauis vite, & quod magis eſt, ex quouis palmite poſſit quiuis integrum onus perficere, neque hoc mirum eſt, præſertim cùm conſtet de magnitudine illius botri, quem duo viri deportarunt ab ea regione ad Moyſen, *Num. 12.* amplificatúrque magis hæc abundantia vini, cùm dicitur tantam eam futuram, vt vel veſtes lauari poſſint in vino, & rubeſcant oculi perpetuò à vino, & albicantes perpetuò habeant dentes præ copia lactis.

Adricom.

[d] *Prima expoſitio ſimpliciter vbertatem ſortis Iudæ hic deſcriptam intelligit.*

Num. 12.

Secundus autem modus exponendi hæc verba, totus metaphoricus [e] eſt; Metaphora tamen ſignificat abundantiam rerum. Quem modum ſequitur Onkelus, & Rabbi Salomon; is autem modus talis eſt, quem apertè habet paraphraſis Chaldaica, *Circundabit Iſraël ciuitatem ſuam, populus ædificabit templum ſuum, erúntque iuſti in circuitu eius, & factores legis iuxta doctrinam eius, purpura eius erit veſtimentum eius, operimentum eius ſericum cocci non tinctum, variíſque coloribus. Rubicundi erunt montes eius in vineis, ſtillabunt torcularia eius vinum, albicabunt campi eius frumento, & gregibus;* ita vt per oculos montes ſignificentur vineis conſiti, per dentes autem albos, camporum planities, & pecoribus, & meſſibus albæ. 191.

[e] *Secunda expoſitio per metaphoram locum intelligit de templo & factoribus legis.* Onkel. Rab. Salom. Chald. Para.

§. II.

Præfertur expoſitio de vinea Domini.

VErùm hæc expoſitio non tam accommodata videtur, quam literalem & veram exiſtimauit Paulus Burgenſ. *addit. 4. ſuper cap. 49. Geneſ.* elegantiſſimè Origen. *hom. 17. in Geneſ.* & ferme cæteri Patres, qui exiſtimant neceſſariò hæc verba referenda eſſe ad vineam Domini, quæ ſanguine [f] Chriſti Seruatoris creuit: non eſt autem nouum Dei Eccleſiam vineam appellari in vtroque Teſtamento frequenter. Cuius nominis ratio indaganda eſt, quia confert maximè ad literalem ſenſum huius loci, quem ſequuntur Patres. Eſt igitur ſatis in vite adumbrata rerum omnium indigentia, & vis illa ferme nulla, quæ in homine reperitur ad aliquid agendum, quod rectum, & honeſtum ſit. id quod pulchrè declarauit Plinius 7. naturalis hiſt. in prologo, *Hominis,* inquit, *cauſa videtur cuncta alia genuiſſe natura, magna & ſæua mercede contra tanta ſua munera, vt non ſit ſatis exiſtimare, parens ne melior homini, an triſtior nouerca fuerit;* fallitur tamen in eo, quòd exiſtimauerit artificis naturæ vitium eſſe, & non potiùs operis, id, quod in homine miſerum reperitur: vnde elegantiùs Moyſes proſecutus hoc ipſum argumentum cap 2. Geneſ. *Requieuit,* inquit, *Deus ab vniuerſo opere, quod patrarat.* Quibus verbis eleganti metaphora oſtendit deſumpta ab artifice, cuius in tenui labor fuit, ex nihilo enim aliquid magnum feciſſe, non poteſt non laborioſum fuiſſe artifici. Cuncta igitur creata ſunt, & producta propter miſerum hominem, ita vt ſi quid pulchrum in eo reperiatur, induſtriæ potiùs artificis tribuendum ſit, quàm hominis virtuti. id quod in vite ſignificatum fuiſſe pulchrè dixit Cicero, in altero ex libris de finibus. *In Vite,* inquit ille, *parua vis eſt, vt quàm optimè ſe habere poſſit, niſi excolatur, ita vt vbertas, ſi qua in vitibus reperitur, in agricolæ potius induſtriam referenda ſit, quàm in earum virtutem.* id quod multis proſequitur Columella *lib. 4. cap. 5.* imò & Poëta *in 2. Georgic.* hac de re ita dixit: 192.

Burgenſ. Origen.

[f] *Ex ſententia Patrum referẽda ſunt hæc neceſſariò ad vineã qua ſanguine Chriſti creuit, ſiue Eccleſiam.*

Plinius.

Gen. 2.

Cicero.

[g] *Vitis inſtimitatis humana figura, & quare.*

Columell.

Eſt etiam ille labor curandis vitibus alter,
Cui nunquam ex hauſti ſatis eſt.
—redit agricolis labor actus in orbem,
Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus.

Virg.

Quibus oſtendit vinearum fructum labori potius agricolæ deberi, quàm earum virtuti, quod idem in homine reperiri eleganter dixit Iob cap. 10. *Nunquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris, & opprimas me opus manuum tuarum?* præſertim ſi teatus

Iob 10.

textus Hebræus conſulatur, qui ad hunc locum ita potiùs habet, *& apprimat me labor manuum tuarum*, ita vt in vili materia nihil reperiatur, niſi Dei labor. Senſus igitur horum verborum Iob talis eſt. Ne patiaris Domine, hominem aberrare, in quo nihil reperitur, quod bonum ſit, niſi tuum artificium, ne fortè errandi calumnia in authorem potiùs operis, quàm in opus ipſum redundet. quibus verbis oſtendit Iob, nihil in homine reperiri perfectum; quod Dei induſtria factum non ſit. Eleganti ſimilitudine illud etiam oſtendit Bonauentura *in 1. ſententiar. diſt. 37.* cùm ait, *Prouidentiam Dei in homine ad inſtar eſſe ſigilli, cuius imago in liquido luto impreſſa, tandiu durat, quandiu ſigillum non recedit à luto.* In quam ſententiam eſt ille locus optimus *Geneſ. 6.* quo oſtenditur non ſolùm laboraſſe Deum in homine producendo, ſed etiam in eodem conſeruando; imò verò cum requieſcere dictus eſt Deus ab opere creationis humanæ, metaphoricè labor ponitur in Deo, cùm Deus laborare non poſſit; verùm in reparando homine, ſiuè in reparanda vinea, non ſolùm laborauit propriè, ſed ſanguis eius effuſus eſt, ſed mortuus eſt in cruce, hoc enim ſignificant ea verba Geneſ. *Pœnituit Deum feciſſe hominem*, maximè ſi conſulatur Hebraicus textus, ſiue paraphraſis, quæ ad eum locum ita potiùs habet, *pœnituit Deum propter verbum ſuum*: viderat enim Deus, Verbum in carne moriturum, propter hominem demortuum, quod Malach. ſignificauit *cap. 2.* cùm dixit, *laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris*; qui diſcurſus optimè oſtendit miſeram vineæ naturam, quæ non aliter fructum agricolæ reddere potuit, quàm ſanguine [h] ipſius agricolæ, ita vt vinum eius, vinum non ſit, ſed ſanguis; hoc enim voluit ſignificare Iacob, cùm dixit, *lauabit in vino ſtolam ſuam.* quod Iſai. ſignificauit *in c. 27.* ſuæ propheriæ, cùm ait, *in die illa vinea meri cantabit ei, Ego Dominus qui ſeruo eam, repentè propinabo ei.* quod Hebraicè ita potiùs legitur, *Canite alternis vinea Hemer, Ego Dominus cuſtodio eam die, ac nocte. Hemer* autem, vinea ruboris eſt, ſeu potiùs vinea [l] ſanguinis; ſic enim Iſaias Eccleſiam Chriſti vocauit, continuò, ſiue per momenta irriganda, ſumpta metaphora à ſterili terra, in qua non conualeſcunt plantulæ, niſi in eas perpetuò aqua deriuetur, vt ſit ſenſus huius loci Iſaiæ, qui maximè facit ad amplificandam Eccleſiam Chriſti, Ea vinea, de qua dixit Iſaias in cap. 5. *Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruſcas*, tandem vinum dedit; vinum tamen ſanguinis. Bene igitur oſtenditur vtrunque in vite, ad quam Iudas alligauit aſinam ſuam, & plantulæ inopia, & agricolæ extremus labor in vinea curanda, quo effectum eſt, vt ea, quæ ſterilis erat, fructus redderet vberrimos.

Bonauent. — Gen. 6. — Malach. 2. — [h] *vinea non aliter reddit fructũ quàm ſanguine agricolæ.* — Iſai. 27. — [l] *Eccleſia vinea ſanguinis.* — Iſai. 5.

193. Cùm igitur nulla, vel ferè parua vis ſit in vite, & humi perpetuò repat, duplex cura [l] adhibenda eſt agricolæ, vt quàm optimè ſe habere poſſit vinea, & quòd à terra eleuetur, & quòd generoſus aliquis palmes ei inſeratur, ſic enim & vim habebit, neque ab ipſa terra opprimetur, ſunt enim eius naturæ quædam plantulæ, vt cùm perpetuò humi iaceant, ſi tamen eaſdem maioribus arboribus alligaueris, cum illis pariter creſcant. quod de hedera eleganter dixit Plutarch. *humilis enim cùm ſit, ſi magnis adhæreſcat turribus, eaſdem creſcendo ſuperat, & ſuis ramis exornat*, qualis eſt ea admiratio Angelorum, ſic enim intelligit ea verba Cantic. 8. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto*, &c. ſic, inquam, ea intelligit Ambroſ. *Pſal. 118. ſerm. 14. ſerm. 19. & ſerm. 22.* mirantur enim virtutes cælorum; id eſt, Angeli videntes, de deſerto ſcopuloſo talem ſurrexiſſe plantulam, quæ non ſolùm magnitudine videtur [m] æquaſſe ſponſum, cui innititur, ſed quodammodo ſuperaſſe creſcendo; cùm tamen non ſuperauerit. quod eleganter Ambroſ. notauit in lib. de Iſaac & anima cap. 8. *Perfectiores*, inquit, *animæ non ſolùm cum Chriſto creſcunt, ſed ſuper ipſum Chriſtum recumbunt*; ſicut Ioann. ſupra pectus recubuit, ita vt mirum non ſit, ſi tantum creuerit noſtra vitis, vt ſuo cacumine ſupremum occupauerit cælum, cùm Sponſo Chriſto Domino adhæreſcat. quod idem notaſſe videtur Cardinalis Caietan. 3. *de indulgentiis*, philoſophatur enim optimè ex dependentia naturæ humanæ cum Verbo diuino ad corpus Eccleſiæ, ſeu potiùs ad ſuſtentaculum vineæ Domini; ſicut enim humana natura dependet à Verbo, & cum eo creſcit ad ſupremam vſque diuinitatem; ſic vinea noſtra, ſiue Eccleſia Chriſti adhæreſcit Chriſto Domino, tanquam ſuppoſito [n] myſtico, ad quem copulata tantùm creſcit, ſeu potiùs (quod de arboribus dicitur & præcipuè de vitibus) cui maritata vinea creſcit ad ſupremum vſque cælum.

[l] *Duplex viti adhibenda cura, vt fructum faciat.* — Plutarch. — Cantic. 8. — Ambroſ. — [m] *Hæc ſic extollit Chriſtus, vt ipſi æquaſſe, ſed etiam ſuperaſſe videatur ipſa.* — Caietan. — [n] *Adhærens ipſi tanquam ſuppoſito myſtico.*

194. Maius tamen aliquid ſperandum eſt ab eadem vinea, propter palmitẽ generoſum ei inſertum, ſic enim ita creuit, vt ſi inter diuinas perſonas eſſet aliqua diuerſitas, ſecundum obumbraſſet locum inter Patrem, & Spiritum ſanctum: verùm cùm inter eas nulla detur locorum varietas, propter ſummam æqualitatem, ſupremum diuinitatis [o] locum occupauit: eſt enim hæc differentia inter eas plantas, quæ ex ſuo ſemine oriuntur, atque alias, quibus inſeruntur nobiliſſimi ſurculi. quod notauit Poëta *in lib. 2. Georgic.* cùm dixit,

Iam quæ ſeminibus iactis ſe ſuſtulit arbos,
Tarda venit, ſeris factura nepotibus vmbram.
Pomáque degenerant ſuccos oblita priores,
Et turpes auibus prædam fert vua racemos.

Verùm ſi generoſus palmes ſterili trunco inſeratur,

—Non longum tempus, & ingens
Exiit in cælum ramis felicibus arbor,
Miratúrque nouas frondes, & non ſua poma.

Quod notaſſe videtur in hoc loco Iacob, cùm dixit, *& ad palmitem ô fili mi, aſinam ſuam*; non eſt enim dubium per aſinam, & pullum eius ſignificatum fuiſſe genus hominum, cui inſertus eſt palmes optimus, ſiue diuinus, hoc enim ſignificat vox Hebræa *ſorche*, [p] quemadmodum aduertit D. Hieronym. & Rabbi Salomon aſſerentes, eam vocem ſignificare palmitem optimum, ſiue diuinum, ſeu ramum deſumptum ab arbore nobiliſſima, inſertúmque in alio trunco, qualia eſt filius Dei, palmes diuinus, de diuina Parentis vite deriuatus, & in noſtra natura inſertus; vnde abundantia vineæ, ſiue Eccleſiæ orta fuit. Hoc ipſum proſequitur argumentum eleganter D. Bernard. *lib. de paſſione Domini.* ſtatim in 1. *cap.* cùm explicat ea verba Ioannis 15. *Ego ſum vitis vera. Videamus*, Inquit Bernard. *quaſdam proprietates vitis terreſtris, & primò quidem, quòd plantari ſolet vitis in terra, non ſeminari, tranſlata de ſua vite. quod ad conceptionem* [q] IESV *mihi pertinere videtur, vitis enim primè nata de vite, eſt Deus genitus de Deo, filius de Patre; ſed vt maiorem faceret fructum, plantatus eſt in terra præciſus, alligatus, alligantur enim vites, ne ſi iaceant in terra, aut minuantur, aut corrumpantur fructus earum. Vide quàm bene conueniat*

[o] *Propter quem etiam diuinitatis locum occupauit.* — Virg. — [p] *Vox Hebræa ſorche palmitẽ ſignificat.* — Hieron. — Rab. Salom. — Bernard. — Ioann. 15. — [q] *Plantatio vitis conceptionis Chriſti conueniens ſimilitudo.*

huic ligationi, quòd vitis ad palum ligatur; quid enim per palum aliud, quàm ipſa columna, cui Dominus Ieſus fuit alligatus, accipitur? ita vt iam mirum non ſit, ſi cùm vinum, & eadem vitis ſit, roſas, violas, lilia, flores omnes, & fructus optimos proferat, cùm iam vitis non ſit, ſed potiùs Deus. quemadmodum latè proſequitur Bernard. *toto eo opere de paſſione Domini.* Ex quibus iam patet, vnde factum ſit, vt ex ſterili trunco, qualis planè fuit natura hominis per Adamum, tam ferax creuerit arbor, nec enim alia ratio eſt, quàm quia Iudas, ſiue Meſſias Dominus palmiti optimo *alligauit aſinam ſuam*, id eſt, quoniam Verbum æternum vnitum eſt naturæ hominum, hinc enim vniuerſa vis, & virtus in vite orta eſt.

§. III.

Eiuſdem vineæ, ſeu Eccleſiæ vberrimi fructus monſtrantur.

195. CONſequens autem eſt, vt oſtendamus in eadem vinea fructus abondantiam, quam ſignificatam eſſe voluit Iacob in illis verbis, *lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.* vocauit enim ſanguinem Chriſti ſeruatoris vinum, vel ſanguinem vuæ, quia ipſe vitis appellatur, vitis autem, ſiue vuæ ſanguis, vinum eſt. Primò igitur certum eſt, ſtolam, ſiue pallium, hoc in loco ſanguine rubricatam corpus,[r] & animam Chriſti ſignificare, ſub quibus tanquam ſub pallio, & ſtola, vniuerſa diuinitas concluſa latet; eſt enim frequentiſſimum in Scriptura, veſtimentum animæ noſtræ vocare corpus noſtrum, atque etiam corpus Chriſti appellare indumentum diuinitatis: ſic enim interpretatur D. Cyprianus *lib. 2. epiſt. 2. epiſt. 3.* ea verba Iſai. in cap. 63. *quare ergo rubrum eſt veſtimentum tuum?* quo modo intelligendus eſt ille locus ad Philip. 2. *& habitu inuentus vt homo*, vbi habitus ſignificat veſtimentum humanitatis, ſub quo latet diuinitas, ſicut docet Auguſtinus *lib. 83. quæſtionum, quæſt. 73.* hinc ad Hebræos *cap. 10.* Paulus, carnem, & animam Chriſti, vocat velamen, *quam*, inquit, *initiauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen*, id eſt, per carnem ſuam: ſic autem hunc locum intelligunt omnes ferme Patres, vt ſtola lota in ſanguine ſit caro[f] Chriſti ſanguine aſperſa in cruce, quod eleganter Paulus Vvidnerus Iudæus conuerſus notauit *in lib. de locis fidei, pag. 174.* ex veteri Hebræorum traditione ſuper hunc locum, *lauabit in vino ſtolam ſuam*; ſic enim habet ea traditio, *quando venerit Rex Meſſias, indutus erit purpura pulchra viſu, quæ in colore ſimilis erit vino, & indumentum Regis Meſſiæ erit rubrum, ſicut ſanguis.* Similia habet Bernard. *in lib. de ſermone Domini*, cùm ait, *lauabit in vino ſtolam ſuam*; non ſolùm cum chlamyde coccinea circumdederunt eum, ſed potiùs quando ſui ſanguinis purpura corpus purpurauit, purpura enim, non plus, quàm bis tingitur; ipſe verò purpuram corporis ſui, non ſolùm bis, ſed etiam tertiò ſanguinem torrente præſtrinxit, rubricatus[t] enim fuit in ſudore, in flagellatione, in crucifixione: ex quibus patet, hæc verba intelligenda eſſe de ſanguine, quo lota eſt caro Chriſti in cruce, ſiue in paſſione: ſic enim hunc locum intelligit Ambroſ. *in lib. de Ioſeph.* Tertul. *lib. 4. contra Marcionem, & lib. de Trinitate, cap. 16. Ibidem* Pamelius *annotat.* 83. Cyprianus *in lib. de ſymbolo.* Certum igitur eſt, hoc etiam voluiſſe Patriarcham, cùm dixit, *lauabit in vino ſtolam ſuam*; neque enim credibile eſt, omiſſam fuiſſe à prophetica mente ſummam, & maximam lotionem ſanguinis Chriſti, quæ tempore paſſionis in eius ſanctiſſima carne facta eſt.

[r] *Stola hic ſanguine conſperſa, corpus & animam Chriſti figurat, diuinitatis velamina.*
Cyprian.
Iſai. 63.
Philip. 2.
Auguſt.
Hebræor. 10.

[f] *Vel ſtola ſanguine rubricata eſt caro Chriſti in cruce ſanguine aſperſa.*
Vvidnerus.
Bernard.

[t] *Rubricata enim fuit ſãguine pluries, quàm purpura bis tincta.*
Ambr.
Tertullian.
Pamel.
Cyprian.

196. Verùm quoniam hæc vitis abundantia, propter nos potius, quàm propter ipſam vitem nobis data eſt, placuit Patribus per ſtolam, & pallium, vineam ipſam, ſeu potiùs Eccleſiam[u] intelligere, in quam redundauit fluuius ſanguinis Chriſti, ſicut eleganter notauit Rupertus Abbas *lib. 9. in Gen. c. 33.* adducens locum ex Pſalmo 132. *ſicut vnguentum cadens ſuper barbam Aaron, & ſuper oram veſtimenti eius*; tanta enim fuit copia pretioſi vnguenti, quo caput ſummi ſacerdotis vnctum eſt, vt ad extremas vſque oras veſtimenti defluxerit, ſicque magis videtur effuſum ad vngendas veſtes ſacerdotis, quàm ad vngendum caput eius, quod in Chriſto factum eſt, cuius ſanguis effuſus potiùs eſt ad abluendas ſordes ſtolæ ſuæ, hoc eſt,[x] Eccleſiæ, quàm carnis ſuæ, cùm ea nec leuem maculam habere potuerit; ſtolam autem vocandam eſſe Eccleſiam, non eſt dubium inter Patres, ſicut commentatur Ambroſ. *in lib. de benedict. Patriarcharum, & ſuper Pſalm. 118. ſerm. 22.* vbi Eccleſiam vocat ſtolam, ſiue pallium, quod ab humeris Chriſti dependet. In quam ſententiam adducit locum ex *c. 15. Luc.* vbi bonus paſtor deperditam ouem ſuis humeris impoſuit, pallium enim à noſtris humeris dependet in ornamentum; ab humeris Chriſti, Eccleſia in remedium. quod voluit Iſai. *in cap. 9.* cùm dixit, vaticinando de rebus Chriſti, *factus eſt principatus eius ſuper humerum eius*, hoc eſt, Eccleſia, quæ regnum Chriſti eſt, tanquam pallium ab eius[z] humeris dependet.

[u] *Sumitur etiam à Patribus ſtola pro Eccleſia hic.*
Rupert.

[x] *Potius enim ſanguis Chriſti effuſus eſt ad abluendas ſordes Eccleſiæ.*
Ambr.
Luc. 15.
Iſai. 9.

[z] *Quippe quæ ab humeris Saluatoris tamquã pallium pendet.*

197. Celebris eſt ea hiſtoria in hanc ſententiam, quã refert Baronius *tom. 3. annal. anno Chriſti* 310. vbi de Petro Alexandrino Epiſcopo ſanctiſſimo Martyre refert, eidem viſum apparuiſſe Chriſtum Dominum ſeruatorem in ætate penè puerili in veſte ſciſſa, qui tamen partibus dirutæ veſtis pectus arctiſſimè operiebat, atq; hæc addidiſſe fertur,[a] *Arrius meam veſtem*, hoc eſt, Eccleſiam, *diſrumpit.* In eandem ſententiam videndus eſt Aug. *tract. 118. ſuper Ioannem*, quem ſequuntur ferme cæteri Patres, cùm explicat ea verba Ioannis cap. 19. *erat autem tunica inconſutilis, deſuper contexta per totum; dixerunt ergo ad inuicem: Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa, cuius ſit. Quamuis*, inquit, *in quatuor orbis partes diſperſæ ſint veſtes Chriſti, tamen vnica eius tunica,*[b] id eſt, Eccleſia, *non eſt diuiſa in orbe.* Ex quibus patet non eſſe alienum ab Scriptura, & à ſanctis Patribus, vt per ſtolam, & pallium ſignificent Eccleſiam Chriſti, ita enim habet Ambr. præterquam quòd *in loco citato* in peculiari tractatu de benedictionibus Patriarcharum, *in ſanguine*, inquit, *vuæ lauabit pallium ſuum*, id eſt, Eccleſiam, cui ſuffragatur D. Auguſt. *lib. 12. contra Fauſtum cap. 42. & lib. de eſſentia diuinitatis, tom. 6.* iuxta prophetiam Iſaiæ in cap. 52. *Iſte aſperget gentes multas.* quam prophetiam videtur interpretatus Ioannes in ſua reuelatione cap. 1. *Qui dilexit nos, & lauit nos in ſanguine ſuo*: non eſt enim dubium vniuerſam Eccleſiam tanquam ſtolam lotam, & dealbatam fuiſſe in ſanguine Agni.

Baron.

[a] *In quam rem apta figura.*
Auguſt.
Ioan. 19.

[b] *Tunica inconſutilis Eccleſia ſignificat indiuiſo vnionem.*
Ambr.
Auguſt.
Apocalyp. 1.

198. Maius aliquid volunt Patres latere in verbis, *& in ſanguine vuæ lauabit pallium ſuum*, id quod deducunt ex æquiuocatione vocis Hebrææ, pro qua vulgatus Latinus retulit, *pallium*, vox enim Hebræa ſignificat *amictum*,[c] de cuius ſignificatione eſt etiam bona dubitatio inter Latinos authores; quidam

[c] *Vox Hebræa, pro qua pallium vertit vulgatus, ſignificat amictum.*

quidam enim exiſtimant, *amictum*, veſtis genus eſſe, quæ ſuperimponitur cæteris aliis veſtibus. Sunt alij, qui accipiunt amictum, pro veſte magis interna, ita vt *ſtola* indumentum ſit quodcunque, quo operimur, *amictus* [d] autem interior veſtis, in qua ſignificatione eam vocem accepit Clemens Alexand. *lib. 1. pædag. cap. 6.* ad myſterium, quod latebat, inculcandum, quemadmodum eum intelligit Gentianus, eius interpres, in com. ad eundem locum; *qui lauat*, inquit, *in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ indumentum ſuum, in Spiritu ſancto ſe dicit ornaturum corpus Verbi, in huius enim ſanguinis vino à Christo lauatur Eccleſia, quando in Baptiſmo lauamur, in ſanguine autem vuæ, quomodo amictum ſuum lauit, videndum eſt: amictus propinquior quadam, vel ſecretior corporis veſtis eſſe videtur* [e] *quàm ſtola: Hi ergo, qui prius per lauacrum loti, ſtola eius fuerunt effecti, poſteaquam ad ſacramentum ſanguinis vuæ peruenerint, amictus eius eſſe dicuntur, lauatur enim etiam anima in vuæ ſanguine, & iungens ſe Deo per lauacrum corporis, & ſanguinis Christi, non ſolum amictus eius, verùm etiam vnus iam cum ipſo ſpiritus fiet.* Quam expoſitionem accepit Gentianus ex Origen. hom. 17. ſuper Geneſim. *Neque enim*, inquit, *ſatis habuit dicere, ſtolam*, id eſt, *Eccleſiam lotam fuiſſe in ſanguine Christi, ſed per Sacramentum corporis* [f] *& ſanguinis factam ſibi fuiſſe Eccleſiam interiorem veſtem, qualis amictus eſt, quo maiorem vnionem oſtenderet inter Christum, & Eccleſiam.* Id quod proſequitur D. Hilarius *lib. 8. de Trinitate*, cùm probauit Patrem, & filium eſſe vnum, non ſolùm vnitate voluntatum, ſed potiùs vnitate vnius, & eiuſdem realis naturæ, ex ea vnitate, quæ per Sacramentum corporis Christi fit, quæ non eſt per ſolam vnionem voluntatis, ſed per realem ſumptionem carnis Christi, iuxta illud Euangelij, *vt ſint vnum ſicut & nos vnum ſumus*, ſumma enim vnitas eſt inter Eccleſiam, [g] & Chriſtum, cùm in Sacramento accipitur. In hanc ſententiam videndus eſt D. Ambroſ. *in ſerm. 9. de ſancta Agnete*; cùm enim tam proxima morti, corpus Domini accepiſſet, *Nunc*, inquit, *corpus Domini mei, corpori meo aſſociatum eſt, & ſanguis illius ornauit genas meas*, alludens ad eam vnionem, quæ in Sacramento Matrimonij fieri ſolet, quaſi iam vnum corpus redditum eſſet, ex ſponſa ſcilicet, id eſt, Eccleſia, & ex ſponſo in Sacramento realiter vnito: elegantiſſima eſt ea ſimilitudo, qua vtitur Cyrillus Alexand. *lib. 10. in Ioan. cap. 13.* ad hanc vnionem oſtendendam. *Neque enim*, inquit, *in Sacramento Euchariſtiæ habitudine ſola, quæ per charitatem intelligitur, Christus in nobis eſt, verùm etiam participatione* [h] *naturali. nam quemadmodum ſi quis igne liquefactam ceram, liquefacta cera ita miſcuerit, vt vnum quid ex vtraque factum videatur, ſic communicatione Corporis, & Sanguinis Christi; ipſe enim in nobis eſt, & nos in illo, non poterat enim aliter corruptibilis hæc natura corporis, ad incorruptibilem traduci, niſi naturalis vita corpus ei coniungeretur.* Qua eadem ſimilitudine vtitur idem Cyrillus Alexand. *lib. 4. ſuper Ioann. 17.* ad ſignificandum interiorem veſtem Chriſti Domini factam fuiſſe Eccleſiam ſuam per ſanguinem in Sacramento acceptum: ex quibus iam fit ſtolam, & pallium eſſe Eccleſiam, quam non patitur à ſe vlla vi ſeparari, iuxta ea, quæ eleganter dixit Auguſt. *Pſalm. 68.* ſuper illis verbis, *dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto*, vbi ponderat Aug. nuſquam in Euangelio ſacro, in eſcam datum fuiſſe fel Chriſto Domino, ſed potiùs in potu, *Sed hoc* inquit, *referendum neceſſariò eſt ad potum quem acceperat in cruce poſt ſuaues epulas, quas in cæna celebrauerat, quando corpus ſuum dedit in cibum; quoniam verò hic cibus in vnitatem Eccleſiæ cum ipſo datus fuerat, ſic enim Chriſto Domino vnitur Eccleſia, fel datum eſt ſuper hunc cibum, quia hæretici ſeparant Eccleſiam à Christo, præſertim cùm in Sacramento accipitur, panis enim vnus, & corpus vnum multi ſumus per hanc ſacram communionem.*

[d] Amictus autem interior veſtis eſt. Clem. Alex.

Gentian.

[e] In quo differt ab ſtola, quæ exterior putatur indumentum.

Origen.

[f] Vt ſit ſenſus factam fuiſſe Eccleſiam interiorem veſtem Christo, per ſumptionem corporis & ſanguinis. Hilarius.

[g] Summa enim vnitas eſt inter Eccleſiam & Christũ dum in Sacramento accipitur. Ambr.

Cyril. Alex.

[h] Eſt enim tunc Chriſtus in nobis participatione naturali.

Idem.

Auguſt. Pſalm. 68.

§. IV.

De lotione Eccleſiæ in ſanguine Chriſti.

SI quis autem quærat, quo pacto in ſanguine lota ſit ſtola Chriſti, ſiue Eccleſia, [i] cùm ſanguis 199.
vim potius habeat maculandi, quàm abluendi, & dealbãdi, vtruoque enim feciſſe ſanguinem Chriſti Domini docet locus Ioann. in reuel. cap. 7. *Hi ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbauerunt eas in ſanguine Agni*, nihil enim prohibet animã ſanguine ablui, & dealbari, quamuis hoc videatur contra naturam [l] ſanguinis, ſanguis enim potius ruborem introducit, quàm albedinem: pro qua re videndus eſt Iuſtinus Martyr *in dialog. cum Tryphone, pag. 4.* vbi oſtendit præſtantiam, & differentiam ſanguinis Chriſti, à ſanguine aliorum hominum; ſanguis enim Chriſti diuinus [m] eſt, ac proinde non eſt mirum, ſi virtutem habeat abluendi, & dealbandi, cuius aliam perfectionem refert D. Bernard. *in ſerm. ad milites templi, cap. 10.* cùm ait, *lauit nos Christi ſanguis, non quidem, vt aqua diluens, ſed retinens ſordes, ſed vt ſolis radius exſiccans, & retinens puritatem.* Hanc autem abluendi vim in ſanguine agnouiſſe veteres omnes [n] videntur teſtari vniuerſa ſacrificia, quæ in peccatorum expiationem fiebant, nullum enim ſine ſanguine offerebatur ſacrificium, vnde & Empedocl. animam ſanguinem eſſe exiſtimauit, quia animæ remedium à ſolo ſanguine dependet, pro qua re videndus eſt Philo *in lib. de victimis, pag. 191.* vbi ait, *ſanguis autem circum altare funditur, quia circulus figura eſt perfectiſſima, ne huius libationis exors ſit aliqua pars animæ, nam animam quodammodo libare videmur ſanguine*; Vnde tanta religio erat inter Hebræos in ſanguine, vt continuò terra cooperirent, ſi quis ſanguis in terram diffueret, vel etiam ex animantibus, quæ in venatione vulnerabantur, tantam enim vim, & diuinitatem in ſanguine eſſe exiſtimabant. id quod aduertit D. Auguſt. *lib. 3. ſuper Leuit. cap. 57.* quod de ſanguine illo diuino intelligendum; in quo ſolo reſidet vis [o] abluendi, & dealbandi vniuerſam ſtolam Chriſti, id eſt, Eccleſiam, atque infinitas alias, ſi eas diuina potentia producere potuiſſet, plus enim Deus poteſt in ſanguine lauando, quàm in potentia creando; neque enim potentia diuina infinitas Eccleſias creare poteſt, quas tamen poteſt mondare Sanguis diuinus, ſi eas potuiſſet creare potentia diuina. Ex quibus omnibus iam patet, quanta ſit abundantia vineæ, & vnde orta ſit eius virtus; quidquid enim in ea virtutis inuenitur, illud totum referendum eſt in vitem, cuius nos palmites ſumus.

[i] Qua rati[one] ſanguis lauare po[tuit] & dealbar[e] Eccleſiam? Apocal. 7.

[l] Hoc enim videtur co[n]tra naturã ſanguinis. Iuſt. Marty[r].

[m] Sed ha[nc] virtutẽ ha[buit] ſanguis Chriſti à [di]uinitate. Bernard.

[n] Quam abluẽdi vi[m] & veteres ſuis ſacrific[iis] agneuerun[t]. Empedocl.

Philo.

Auguſt.

[o] Sed ea q[uæ] in ſanguin[e] Chriſti vi[r]tus abluen[di] reſidet infin[i]ta eſt, & an[]plius quàm ſit omnipo[]tentia ad creandum.

TRACTATVS

TRACTATVS XII.

De eo, quod dictum eſt à Iacob, *Pulchriores ſunt oculi eius vino.* Siue, *de diuina ebrietate.*

200. HÆc ſunt poſtrema verba morientis Iacob, de filio ſuo Iuda vaticinantis, ſiue de Meſſia Seruatore, *Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores*; quæ nos in duas partes diuidimus, in altera dicemus de oculis Iudæ, & in altera de dentibus eius, ſequuti ſemper eam expoſitionem, quæ nobis magis placuit inter eas, quæ de hac re circunferuntur; exiſtimauimus enim ad literam hunc locum agere de Chriſto [a] Domino, quamuis locus totus metaphoricus ſit, ſicut diximus in tractatu de vera Allegoria, hoc enim non tollit verum, & literalem ſenſum ex verbis metaphoricis in ſua ſecundaria ſignificatione.

[a] *Perpetua authoris ſententia eſt hoc toto in vaticinio agi de Chriſto ad literam, metaphoricè tamen.*

§. I.

De pulchritudine externa Chriſti Domini.

201. COmmendata igitur videtur in his verbis pulchritudo optimi Principis, qua populi amor conciliatur, & maieſtas, ſiue authoritas regia conſeruatur; poſtquam enim Iacob dixit de nobilitate Regis Meſſiæ, de prudentia in moderando imperio, de abundantia rerum omnium, quibus maximè Imperium ſtabilitur, ad calcem huius prophetiæ addidit, & formam eius dignam eſſe imperio, vtpote, quæ maieſtatem, [b] & amorem conciliet; faciunt enim aliquæ corporis dotes ad authoritatem, & maieſtatem regiam, ſicut eleganter dixit Cornel. Tacit. lib. 15. annalium: *Faciunt ad maieſtatem quædam à natura, vt ſi quis corpore magnus, verbis magnificus ſit.* quod ipſum notauit Ariſtoteles 5. *Politic. cap.* 11. Conciliare enim enim amorem populi, pulchritudinem, & maieſtatem Principis certum eſt, iuxta vetus prouerbium, quod refert Plato in Lyſide, *quod pulchrum eſt, amicum eſt.* quam ſententiam Maximus Tyrius Philoſophus proſequitur ſerm. 12. *Pulchrum,* inquit, *ſuapte natura pretioſum eſt, vt quod etiam amabile ſit, pulchrum eſſe oporteret*; vnde eſt ea elegantiſſima definitio pulchritudinis apud Mars. Fæcinum *orat. 5. in conuiuium Platonis*, vbi pulchritudinem ita definit, ſeu deſcribit, *Eſt* [c] *gratia quædam viuax, & ſpiritualis Dei radio illuſtrante, Angelo primùm ſufuſa, inde hominum animis, corporúmque figuris, & vocibus, quæ per rationem, viſum, auditum, animos noſtros mouet, atque delectat, delectando rapit, rapiendo ardenti inflammat amore.* quæ fuit ratio cur duos eos primos Reges, quos ad populum gubernandum Iſraël elegit, eoſdem pulcherrimos elegerit, ſicut conſtat *ex lib. 1. Regum cap.* 10. vbi de Saule Rege ita dicitur, *Videtis, quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo.* Quod idem de Dauide Rege dictum eſt 1. *Reg.* 17. qui ſecundus Rex Iſraël electus eſt à Deo, *erat autem Dauid adoleſcens, rufus, & pulcher aſpectu.* Id quod in animantibus fieri conſueuit, ſicut de apibus notauit Plato *in lib. de Regno.* Senec. *in lib. de clemen. ad Neron.* Plinius *lib. 11. naturalis hiſtoriæ, cap.* 16 Baſilius Magnus *hom. 8. in exaemer. Ibidem* Ambr. *cap.* 21. Hæc igitur duo notare voluit Patriarcha in Meſſia Seruatore cùm dixit, *Pulchriores oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores*, per pulchros enim oculos ſignificare voluit formæ [d] dignitatem, per dentes autem loquendi gratiam; *dentes enim*, ſicut Ariſtoteles dixit lib. 3. de partibus anim. cap. 2. & lib. 2. de generat. animal. cap. 4. *potiſſimùm loquendi gratia hominibus dati ſunt in ornamentum potiùs naturæ, quàm in adminiculum eius.* Quorum vtrunque commendat in Meſſia Seruatore Dauid Pſalm. 44. *Speciosus*, inquit, *forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis*; ſicut aduertit ad eum locum Auguſt. Eugub. cùm ait: *Prior pulchritudo totius maieſtatis, totius regiæ forma eſt, qua ſpecioſus dicitur præ filiis hominum.* Secunda quæ maxima eſt, tribuitur ori, cùm dicitur, *diffuſa eſt gratia in labiis tuis.*

Tacit. — Ariſtot. — Plato. — Max. Tyr. — Mars. Fæc. — 1. Reg. 10. — & 17. — Plato. — Senec. — Plinius. — Baſilius. — Ambr. — Ariſtot. — Pſalm. 44. — Eugubin.

[b] *Forma digna imperio maieſtatem & amorem conciliat.*

[c] *Pulchritudinis definitio.*

[d] *Pulchritudo oculorum formæ dignitatem, dentes verò loquendi gratiam demonſtrant.*

Reliquum iam eſt, vt ab oculis incipiamus; habet enim hæc corporis pars magnum momentũ ad pulchritudinem in vtranque partem; etenim turpibus oculis, nulla quamuis honeſta [e] facies placere poteſt: pulchri autem, & micantes oculi per ſe ſufficiunt ad commendandam formam, ab eis enim in vniuerſam hominis faciem diffunditur diuina ea, & viuax gratia, quæ pulchritudo appellatur, ſicut Ariſtot. dixit lib. 9. Ethic. cap. 12. *Per oculos,* inquit, *maximè eſt, atque oritur amor.* vnde Plotinus Philoſophus Platonicus *Ennead. 3. lib. 5.* ab aſpectu amorem dixit vocatum eſſe Heroëm: vnde Theocritus, cùm amplificare vellet Helenæ pulchritudinem, ſolos eius oculos laudauit, *Quàm formoſa*, inquit, *Helena, cuius de lumine vtroque ſpirant omnia deſideria inter amores.* & hanc fuiſſe docet cauſam Xenoph. *in lib. de dictis, & factis Socratis*, cur Poëtæ finxerint amoris Deum, ſiue filium Deæ amorum Cupidinem ſagittarium, [f] id eſt, cum pharetra, & ſagittis, quòd formoſi etiam è longinquo loco intuentium oculos, quaſi quibuſdam ſuorum oculorum radiis vulnerẽt, id quod Muſæus notauit, cùm de Hero, & Leandro dixit, *In oculorum radiis creſcebat fax amoris*; illud inſinuauit ſponſus in oculis ſuæ ſponſæ maximè ineſſe, cùm de illis Cantic. 6. ita habet: *auerte oculos tuos, quia ipſi me auolare fecerunt*; deflecte, ô ſponſa, tantiſper à me oculos tuos pulcherrimos, ne ex aduerſo defixis oculis me contuearis de more amantium, ſic enim vim, ſiue tyrannidem dulcem amoris patior. Quæ fuit ratio, cur Rex Achimelech *Geneſ. cap.* 20. Saræ coniugi Abrahami dixerit: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit in velamen oculorum ad omnes, qui tecum ſunt, & quocunque perrexeris, memento te eſſe deprehenſam.* Ampliſſimis muneribus cumulauit Abraham Achimelech, inſuper & mille argenteos ad coëmendum pallium, ſiue velamen oculorum Saræ dedit, hoc adiecto mandato, quòd in poſterum meminiſſet, vt oculos tegeret, neque curioſiùs omnia oculis perluſtraret, quibus vim amoris accendere poſſit; ſic enim eum locum interpretantur Gillermus Hamer. *in comm. ſuper cap. 20. Gen.* Neque hanc pulchritudinem tacuit in ſuo Sponſo ſponſa, inter enim omnia, quæ in eo maximè laudauit, oculos pulcherrimos laudauit, cùm dixit, *Oculi tui columbarum, quæ lacte ſunt lota, & reſident iuxta fluenta aquarum.* Ad quem locum notauit quidam ex recentioribus, hanc ſimilitudinem

202. (margin)

Ariſtot. — Plotinus. — Theocrit. — Xenoph. — Muſæus. — Cantic. 6. — Gen. 20. — Hamer. — Cantic. 5.

[e] *Turpes oculi honeſtam faciem deturpant, ſicut è contra pulchri ſufficiunt ad venuſtatem.*

[f] *Quare amor ſagittarius depingitur à veteribus.*

nem poſitam eſſe inter oculos ſponſi, & oculos columbarum, quæ pulcherrimæ ſunt: eas autem dixit pulcherrimas, quæ & albæ ſunt, & in Palæſtina oriuntur, quarum decus tum maximè enitet ab oculis earum, cùm in puro flumine lauantur; quod enim de oculis ſponſi dixerat ſponſa, quibus capta eſt, hoc de eiſdem prædixerat Iacob, cùm dixit, *pulchriores ſunt oculi eius vino.*

203. Cum iis, quæ hucuſque diximus de oculis Chriſti, conueniunt ea, quæ de eiſdem circunferuntur à Patribus. Pro qua re videndus eſt Nicephor. *lib.* 1. *Eccleſ. hiſtor. cap* 4. Vbi ex veteruio authoritate, effigiem Chriſti Seruatoris ad viuum exprimit, [g] aſſeritque eum fuiſſe *vultu viuido, dulci, egregio, non rotundo, neque acuto, ex cuius tamen ſufflaueſcentibus oculis mira prominebat gratia, & per omnia ſuæ Genitrici ſimilis erat.* Quam eandem depingit Niceph. *lib.* 2. *Eccleſ. hiſtor. cap.* 23. & Cedrenus in compendio ex Epiph. *Oculis acribus ſufflauas, & tanquam coloris olea pupillas habentibus erat Virgo Mater.* videndus eſt Hieronym. ploribus in locis, præſertim *in epiſt. ad Principiam Virginem*, vbi oſtendit aliquid diuinum in oculis Chriſti Domini fuiſſe, quod latè in ea epiſtola proſequitur. Similiter & Matth. *cap.* 9. exponens ea verba Chriſti Domini ad ipſum dicta, *Sequere me*, vbi Porphyr. impius, vel leuitatis accuſat Matthæum, vel vanitatis Euangeliſtas ſacros, aſſerentes, relictis omnibus, vel ad vnam ſolam vocem Chriſti Domini ſequutos fuiſſe Chriſtum Dominum, *Certè*, inquit Hieronym. *fulgor ipſe, & maieſtas* [h] *diuinitatis occulta, quæ etiam in humana facie relucebat ex primo ad ſe videntes trahere poterat*; ſi enim in magnete lapide, & in ſuccinis hæc eſſe vis dicitur, vt annulos, & feſtucas ſibi copulet; quanto magis Dominus creaturarum poterat ad ſe trahere, quos vocauerat? Clariùs ea de re loquitur Hieron. *cap.* 21. *Matth.* cùm agit de eiectis à templo, qui erant vendentes, & ementes; *Mihi*, inquit Hieron. *inter omnia ſigna quæ fecit, hoc videtur admirabilius eſſe, quòd vnus homo, & illo tempore contemptibilis, vtpote, quem cruci affixerunt tanquam humilem, Scribis & Phariſæis contra ſe ſæuientibus, & videntibus ſua lucra deſtrui, potuerit ad vnius flagelli verbera tantam eiicere multitudinem, menſaſque ſubuertere, & cathedras confringere, atque alia facere, quæ infinitus non feciſſet exercitus; ſed mirum non eſt, igneum enim quoddam,* [i] *atque ſidereum radiabat in eius oculis, & diuinitatis maieſtas lucebat in facie.* Ex quibus iam ſatis manifeſtum eſt vim, & efficaciam fuiſſe in oculis Chriſti ad inflammandos hominum animos, hæc enim eſt prærogatiua oculorum.

Nicephor.

[g] *Chriſti Domini effigies ad viuũ exprimitur & Virginis matris.*

Cedren.

Hieron.

Matth. 9.

Porphyr.

[h] *Fulgor Diuinitatis in humana Chriſti facie relucebat,*

Hieronym.

[i] *Et igneum quoddam & ſidereum radiabat in eius oculis,*

§. II.

Quàm aptè per vinum, Chriſti decor & maieſtas externa deſcribatur.

204. SVpereſt tamen inquirere, cur tam humili, & planè ruſtica, vt videtur, ſimilitudine vſus fuerit Patriarcha ad ſignificandam maieſtatem, quæ in externa facie Chriſti elucebat, ſimiles enim dixit oculos Meſſiæ, vel ſaltem *pulchriores vino* [l] probatiſſimo: non eſt autem ea figura loquendi ruſtica, & humilis, ſed ſatis vſitata inter bonos authores ſacros, & prophanos, imò & in Scriptura pleronque occurrit, eſt enim vinum ſymbolum totius voluptatis, & lætitiæ, ſicut aduertit Pierius Valeriano. *lib.* 53. *in ſymbolo de vite.* Plura loca refert in hanc ſententiam collecta ex Platone Gellius *lib.* 15. *cap.* 2. qua de re videndus eſt Ambroſ. *Pſalm.* 118. *ſerm.* 1. *& lib de Iſaac, & anima. lib.* 3. *exaëmer. cap.* 10. qui oſtendit vinum ſignificare omnes voluptates animi, & corporis. Ex qua loquendi forma intelliguntur pleraque Scripturæ loca, præſertimque in Cantic. vbi vbera ſponſæ vino præferuntur, & ſponſa introducta eſt in cellam vinariam, cùm de ſeipſa fatetur, *introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem.* Ad quem locum videndus eſt Bernard. *ſerm.* 49. *ſuper Cant.* vbi exiſtimat hoc in loco neceſſariò aliquid ſupplendum eſſe, *Poſtquam*, inquit, *dulce admodum colloquium habuit cum ſponſo, illo iam abeunte, regreditur ad adoleſcentulas aſpectu ipſius ſponſi ita inflammata, vt ebria ſimilis appareret, & quaſi ſtupentibus cæteris adoleſcentulis, & quærentibus cauſam tantæ nouitatis, reſpondet ſponſa, id mirandum non eſſe, ſi vino æſtuaret ea, quæ in cellam vinariam introducta eſt, æſtuabat autem amore potius, quàm vino.* Illud enim ſignificare voluit, cùm dixit, *ordinauit in me charitatem*, ſeu, vt Hebraicè legitur, *vexillum charitatis ſuper me*, hoc eſt, agor à charitate, non à me ipſa. Non eſt autem dubium cellam vinariam ſignificare domum totius [m] voluptatis, & lætitiæ, ſicut docuerunt Origen. *hom.* 3. *in Cant. Ibid.* Gregorius Niſſen. *orat.* 4. & Theodor. prouerbiali enim ſermone eo tempore circunferebatur, *vinum lætificat cor hominis*, ſicut conſtat ex *Pſalm.* 103. & ex eo *Iudic.* 9. in parabola, in qua introducitur vitis locuta recuſando imperium in cæteras arbores, *quia*, inquit, *non poſſum deſerere vinũ meum, quod lætificat Deum, & homines*; lætificare autem dicitur vinum Deum, quia in ſacrificiis Deo offerebatur, tanquam res Deo grata. Vnde Poëta lib. 1. Æneid. vocat vinũ, *munera lætitiámque Dei*, & in eod. lib. *Adſit lætitiæ Bacchus dator.* Ex quibus fit accommodatam eſſe metaphoram ad ſignificandam ſupremam, & efficacem [n] voluptatem amoris, ſiue charitatis. Quo ſenſu intelligendus eſt Philo *lib.* 2. *legis alleg.* exponens allegoricè oblationem Melchiſedech *Geneſ.* 16. factam Abrahamo reuerteriti de prælio. *Cæterùm*, inquit, *Melchiſedech, pro aqua vinum detulit ad potandum, & confirmandas animas, vt eas ſcilicet, occuparet diuina charitate, quæ eſt omnis ebrietate magis ſobria.* Quod nos aliquando diximus, figuram fuiſſe ſanguinis Chriſti in Sacramento accepti, hæc enim vnica voluptas, & ſumma nobis reddita eſt, pro omnibus, quas noſter appetitus vagus appetere ſolebat. In eandem ſententiam, ſeu ex eadem metaphora pendet locus ille obſcurus, *non bibam à modo de hoc genimine vitis, donec illud bibam vobiſcum nouum in regno Patris*; videtur enim ad morem diſcedentis locutus fuiſſe Chriſtus Dominus; quaſi velit: Voluptas hæc vobiſcum bibendi, ſeu vobiſcum comedendi, non erit ampliùs, quoadvſque perfecta fuerit in cælo; neque enim exiſtimandum eſt in cælo nobis porrigendum eſſe vinum aliquod, ſed inebriabimur [o] ab vbertate illius pulchritudinis, quæ in Deo videbitur: conſuetum autem eſt in Scriptura eam per vinum ſignificari, ſiue per epulas, de qua re videndus eſt Origen. *Matth.* 26. Nazian. *in orat.* 2. *in ſanctum Paſcha.* Beda *ſuper Matth* 26. Non eſt autem ruſtica, & humilis ea comparatio, qua Patriarcha vtitur in laudem oculorum Iudæ, ſiue Meſſiæ Seruatoris, cùm dixit, *pulchriores ſunt oculi eius vino*; metaphora petita ab ipſa natura rei. Sicut enim vinum ſolet homines lætificare, & eoſdem

[l] *Qui vino appoſitè comparantur.*

Pier. Valer.

Gellius.

Ambroſ.

Cantic. 8

Bernard.

[m] *Quippe vinum totius voluptatis & lætitiæ ſymbolum.*

Origen.

Niſſen.

Theodoret.

Pſalm. 103.

Iudic. 9.

Virg.

[n] *Supremam amoris efficaciam in ore Chriſti Domini præſigurat.*

Philo.

[o] *Quandoquidem & vinum ſupernæ Patriæ delicias præfert.*

Origen.

Nazianz.

Beda.

eoſdem deiicere de mente,& ſenſu; ſic planè charitas diuina, ſiue oculi Chriſti ſeruatoris reddere ſolent humana corda.

205. Reſtat hoc vnicum oſtendere, ſcilicet, charitatem, ſiue amorem introducere plerunque ebrietatem in illis animabus, quas occupat, & [p] ecſtaſim facere. Pro qua re videndus eſt D. Thomas 1. 2. q. 28. *art.* 3. & 2. 2. *quaſt.* 175. *art.* 2. *in ſolut. ad* 1. vbi docet amorem diuinũ ſolere ecſtaſim facere, quia facit, vt appetitus tendat in res amaras: dupliciter autem appetitus fertur in eas, præſertim ſi appetitus rationalis ſit, vel enim fertur relinquendo motum appetitus ſenſitiui, vel tandem fertur deferendo ſecum omnes actiones corporis, & animæ, vna ſola relicta dilectione; hoc autem pacto extra ſe ponitur exiens à ſe in rem amatam: vnde eſt ea ſententia apud Marſil. Fæcin. dicentem, *amorem eſſe ardorem corporis demortui* [q] *in alieno corpore viuentem.* Dixit in hanc ſententiam Plutarch. Antonium ſic fuiſſe raptum amore Cleopatræ Reginæ Ægyptiorum, *quaſi in ea viueret ſimul, & moreretur.* quod Paul. ſignificauit, cùm dixit, *viuo ego, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.* Hinc orta eſt ſancta ebrietas, ſiue ecſtaſis, quam in animabus ſanctis facere ſolet vis diuinæ charitatis, ſicut eleganter colligit Dionyſ. in lib. de diuinis nominibus cap. 4. *Vis amatoria, amatores ſui iuris eſſe non patitur, ſed in ea, quæ amat, penitus transfert.* quibus habet ſimilia *in lib. de tumul.* Philo. *Sine diuina gratia*, inquit ille, *non poſſibile animam, vel deſerere mortalia, vel immortalibus ſemper adhærere.* Cæterùm quæcunque anima impleta fuerit gratia, gaudet cóſeſtim, & ridet, exultátque: bacchatur [r] enim ita, vt vulgo ebria videatur inſanire rapta extra ſe, ſolet enim correptorum numine anima concitari, veluti quodam œſtro: quæ res multos inſipientes decipit, qui ſobrios vino madere putarunt; idem proſequitur Auguſt. *Pſalm.* 22. exponens illa verba, *& poculum tuum inebrians, quàm præclarum eſt.* Similia habet *Pſalm.* 35. ſuper illis verbis, *inebriabuntur ab vbertate domus tua. Cùm accepta*, inquit, *fuerit illa ineffabilis lætitia, perit quodammodo humana mens, & fit diuina, & inebriatur ab vbertate domus Dei*; hoc iam calice inebriati erant Martyres, quando ad paſſionem euntes ſuos non cognoſcebant; quid enim tam ebrium, quàm non cognoſcere vxorem flentem, non patrem, non filium, non parentes? nolite mirari, ebrij enim erant; *talis autem ebrietas*, ſicut docet idem Aug. lib. 3. de Agon. chriſtiano cap. 9. *non euertit mentem,* [ſ] *ſed rapit ſenſum, & obliuionem præſtat omnium terrenorum*; ſicut enim eleganter dixit Plotinus Ennead. 4. cap. 33. *animus verè philoſophus, obliuioſus eſt, non ex debilitate memoriæ, ſed ex attentione circa diuina.* quod in oculis Chriſti fieri docet hic locus, & proſequitur regius Vates *in Pſalm.* 44. vbi loquens cum ſponſa de pulchritudine ſponſi, ita habet: *Audi filia, & vide, & obliuiſcere populum tuum, & domum Patris tui*; quaſi velit, continuò capta pulchritudine ſponſi, Obliuiſceris rerum omnium, earum præcipuè, quas maximè amabas, quales ſunt parentes, & patria, ſolet enim charitas obliuionem introducere earum etiam rerum, quas diligimus: vnde eleganter Origen. dixit, *ſi videris Meſſiam, intelliges, quod dicimus, eius ſcilicet oculos inebriare, quia pulchriores ſunt vino probatiſſimo,* id eſt, maiorem [t] vim, & efficaciam habent ad lætitiam introducendam, & ad mouendam caſtam, & ſanctam ebrietatem, quàm ipſum vinum habeat ad prophanam.

[p] *Vini & charitatis amplior ſimilitudo, quia vinum & amor ecſtaſi ſi faciunt.* D. Thom.

Fæcinus. [q] *Amor enim eſt ardor demortui in alieno corpore viuens.* Plutarch.

Dionyſ.

Philo.

[r] *Præſertim verò diuino amore correpta anima ita bacchatur, vt vulgo ebria videatur.* Auguſt. Pſalm. 35.

[ſ] *Talis autem ebrietas non euertit mentem, ſed obliuionem præſtat terrenorum.* Plotinus. Pſalm. 44.

Origen.

[t] *Potentior quo multò eſt ipſa vini dulcedine.*

TRACTATVS XIII.

De verbis illis, *& dentes eius lacte candidiores*, ſiue, *De gratia loquendi Chriſti, vel de doctrina.*

§. I.

Sermo Chriſti ad mouendum efficaciſſimus.

SIcut in præcedenti loco præfati ſumus, hæc 206.
ſunt poſtrema verba Iacob de Iuda, ſiue de Meſſia, in quibus videtur commendare eius gratiam in loquendo, hæc enim per dentes ſignificatur, quos natura nobis dediſſe videtur, etiam propter [a] ſermonis gratiam, ſicut collegimus ex variis locis apud Ariſtotel. quod Cicero dixit lib. 5. Tuſc. *Conferunt*, inquit, *ad corporis dignitatem canciduli dentes, venuſti oculi, color ſuauis*; hæc enim pars corporis humani, non ſolùm vitæ humanæ adminiculum eſt, ſed etiam ornamentum: ad ornamentum autem pulchritudinis pertinet loquendi gratia, [b] quæ per dentes ſignificatur. Eundem laudationis tenorem ſequuta eſt ſponſa *in Cantic. cap.* 5. poſtquam enim ſuis coloribus depinxit pulchritudinem ſponſi, cuius amore ardebat, poſtremam laudationem petendam eſſe voluit à gratia fandi, cùm dixit, *Guttur illius ſuauiſſimum, totus deſiderabilis eſt, talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Hieruſalem. Guttur* enim inſtrumentum vocis eſt; quando ſuauiſſimum eum dixit, indicare voluit gratiam, & leporem ſermonis. Vnde Hieronym. *in lib. contra Iouin.* aliter, & eleganter eundem locum vertit ex Hebræo, *guttur eius dulcedines, totus eſt concupiſcentia.* Eundem laudationis modum ſeruauit regius Vates *in Pſal.* 44. cùm dixit, *diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum*, præſertim ſi ſequamur expoſitionem huius loci, quam affert Genebr. in comm ad eundem locum, *Tam inſignem*, inquit, *Chriſtus habuit linguæ facultatem, tamque efficacem labiorum gratiam, vt per eam à Patre ira* [c] *inflammato benedictionem æternam extorſerit, ac paucis annis mundum ad eius cognitionem contrariis cultibus imbutum, & in cunctis peccatis educatum traduxerit*; Imò & ſponſa *Cantic.* 5. dulcedine ſermonis excuſat, quòd præter vrbanitatem, & morem amantium non aperuerit fores pulſanti ſponſo, cùm ait, *Anima mea liquefacta eſt, vt ſponſus locutus eſt*; quod autem Vulgatus Interpres retulit, *anima mea liquefacta eſt*, ſi verbum ex verbo ex Hebræo vertendum eſſet, ita potius transferendus eſſet locus, *Anima mea egreſſa eſt ad verbum eius*; percontantibus enim cæteris adoleſcentulis virginibus, quæ fuerit ratio, cur non aperuerit pulcherrimo ſponſo ſuo frigida ſub nocte pulſanti, non aliam rationem reddidit, quàm quòd facta ſit exanimis, & penè extra ſeipſam, ad ſuauem ſponſi vocem. Quam vnam fuiſſe etiam rationem docet Baptiſta *in cap.* 3. *Ioannis*, cur poſtquam functus fuit officio ſuo, oſtendendi ſcilicet Verbum in carne, ſteterit attonito ſimilis, neque in baptiſmo, neque in alio officio occupatus, ſed in ſolo audiendo ſponſo loquente amatoriè cum ſua ſponſa; ſic enim habet: *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus*

[a] *Dentes propter ſermonis gratiam dati ſunt nobis.* Ariſtot. Cicero.

[b] *Vnde ſignificant loquendi gratiam.* Cantic. 5.

Hieron.

Pſal. 44.

Genebr.

[c] *Quæ in Chriſto Domino tanta fuit, vt ab irato Patre æternam extorſerit benedictionem hominibus.* Cant. 5.

Ioan. 3.

amicus autem ſponſi, qui ſtat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi; hoc ergo gaudium [d] *meum impletum eſt.* Quibus verbis, vt commentatur Ioannes Chryſoſt. *hom.* 28. *ſuper Ioan.* quem ſequuntur Euthym. & Theophyl. oſtendit Ioannes, ſe iam functum eſſe ſuo officio, ſoláque dulcedine ſponſi loquentis detineri ad morem cuiuſdam ſtatuæ, cuius oon eſt aliud munus, quàm ſtare.

[d] *In huius auditione totum Baptiſtæ munus & gaudium impletum eſt.*

Chryſoſt. Euthym. Theophyl.

207\. Nec mirum eſt, ſi hæc vis cernarur in labiia Chriſti, cùm eam cognoſcant in vno Socrate veteres Philoſophi, ſic enim Plato ſignificauit gratiam, maieſtatem, & authoritatem loquentis Socratis, ita enim introducit Mœnonem dicentem, & ignorantiam ſuam confitentem, *Nunquid ò Socrates, vt mihi tu videris, me præſtigiis, veneficiis, & incantationibus perturbas, adeò vt ambiguitatis ſim plenus? ac mihi omnino videris quam ſimillimus illi piſci marino, qui torpedo dicitur; ille ſiquidem hominem propinquantem, tangentémve ſtupidum reddit; tu quoque nunc me ſtupefacis, reuera enim, & animum ſimul, & os ſtupidum habeo, hæſitóque, nec quid tibi reſpondeam inuenio.* Si igitur authoritas Socratis hoc efficere poteſt, quid mirum eſt ſi authoritas Chriſti & diuina loquendi gratia illud etiam effecerit? præſertim cùm *Luc. cap.* 24. indignationis gratia dixerint diſcipuli eum crucifixum eſſe à Iudæis, *qui fuit vir propheta, potens in opere, & ſermone coram Deo, & omni populo*, id eſt, miraculis, & doctrina clarus. Quam vim loquendi expertos ſe eſſe fatentur iidem diſcipuli euntes in Emaus inferiùs *in eodem* 24. *cap. Luc.* dicentes, *Nonne cor noſtrum ardens erat in via cùm loqueretur nobis?*

Plato.

Luc. 24.

[e] *Potentiam Verbi in Chriſto fatetur & dubitantes diſcipuli.*

Quam eaodem vim experta eſt mulier Samaritana *Ioan. cap.*4. quæ ex colloquio cum Chriſto Domino, de prophana facta eſt Euangeliſta, *reliquit ergo hydriam ſuam mulier, & abiit in ciuitatem*; Quid enim vltra diceret, aut faceret, poſtquam Chriſtum Dominnm audiuit, niſi hydriam dimittere, & hydriam, quæ ei vſui fuerat, iam non vſui, ſed oneri; continuò enim vel neceſſaria reliquit ad vitam, quæ tantum profecerat dulcedine capta [f] ſermonis. Similia ſunt ea, quæ D. Petrus dixit Chriſto Domino, cùm quærit, *Nunquid & vos vultis abire?* Cui Petrus reſpondit tanquam os omnium, *Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes*, id eſt, inflammantia ad vitam æternam, erat enim quaſi fauus mellis in ore Chriſti Domini, quemadmodum in ore leonis Sanſonis, vt notauit D. Proſper. *in lib. de promiſſionibus p.*2.*cap.*21. quibus habet ſimilia Procopius *Deut.*23. ſub illis verbis, *vt ſugeret mel de petra*, faui melliti ſermones probi. Sermo autem ille, quem ſponſus cum ſponſa habet, fauum diſtillat, nam & Dominus noſter dulcis, & amabilis, & guttur eius dulcedo, qua dulcedine capta Maria ſoror Lazari Luc. in cap. 10. *ſedebat etiam ſecus pedes Domini, & audiebat verbum eius*; vbi notanda eſt particula *etiam*, quæ emphaſim neceſſariò videtur habere, quaſi vellet Euangeliſta. Cùm perturbata eſſet tota domus, cùm ſumma eſſet occupatio omnium domeſticorum in recipiendo tanto hoſpite, ita vt Martha ſororem accuſaſſet apud Chriſtum Dominum, & cùm iam hora prandij eſſet, tam oblita erat Maria [g] rerum omnium, etiam earum, quæ pertinent ad vitam ſuſtentandam, vt ſola intenta eſſet ſermonibus Chriſti, nec ſolùm intenta, ſed etiam ſederet ad pedes Chriſti Domini, quod ſignum ſummæ obliuionis erat. Hinc intelligitur ille locus obſcurus apud Bernard. ſerm. 28. ſuper Cantic. *Auditus inuenit, quod non viſus, & oculum ſpecies fefellit: auri veritas ſe infundit, deformem enim hominem, & vulneribus, atque ſanguine ſqualentem cum oculis videret Centurio homo Gentilis, Deum non agnouit, verùm cum auribus excepiſſet*, [h] *quia ſic clamans expiraſſet, dixit: verè hic homo filius Dei erat*: ex ſola voce Chriſti percepit, quod oculis non exceperat, imò & hoc etiam teſtantur illi, qui *Ioann. cap.*7. miſſi à Pontificibus & Sacerdotibus ad comprehendendum Chriſtum Dominum, qui non ſolùm eum non comprehenderunt, [i] ſed reuerſi ſunt, dicentes, *Nunquam ſic homo locutus eſt*, capti ſermonibus Chriſti Seruatoris, tanta enim vis, & gratia inhærebat in labiis eius!

Ioan.4.

[f] *Eius dulcedine capitur Samaritana.*

Proſperus. Procop.

Luc. 10.

[g] *Ob eandem rerum omniũ obliuiſcitur Magdalena.*

Gabr. à Coſta in Gen.

Bernard.

[h] *Potentior multo ad fidẽ vox Chriſti, quàm aſpectus.*

Ioan.7.

[i] *& ad inimicorum impetus retardandos efficaciſſima.*

§. II.

Cur in tanta verbi potentia Chriſtus omnes non permouerit ad ſui ſequelam?

SI quis autem obiiciat, cur, cùm tanta gratia fuerit in Chriſto Domino, non tamen deliniuerit omnium aures, qui eum [l] audierunt? Is pro 208.
reſponſione huius obiectionis videat Philonem *in lib. Quis ſit hæres rerum diuinarum*, vbi multa inueniet, quibus ſatisfaciet obiectioni; oſtendit ergo propterea homines noo audire, quæ ſancta, & honeſta ſunt, quia prauis cogitationibus obturatas habent aures, inter quæ ſunt hæc præcipua verba Philonis; *ſunt igitur, qui audire debent potiùs, quàm loqui; ad quos dicitur: Tace, & audi.* cauendum maximè eſt, na exiſtimemus nihil magnum latere in hac ſententia, non enim linguæ ſilentium poſtulat, & auditum aurium, ſed vtrunque ab animo exigit. Nam multi aures in auditorium, non mentem afferunt, ipſi foris interim vagantur, & multa de multis apud ſeipſos agitant, ad cognatos, alienáſve, aut etiam ad ipſos pertinentia, quæ præſtaret ad tempus miſſa facere, dum enim hæc cogitationi obſtrepunt, fieri non poteſt, vt exaudiatur, qui loquitur. Nam eius vox non ad homines fertur, ſed ad inanimatas ſtatuas, quæ aures habent, [m] cùm auditu careant: quòd ſi mens quieta ab omnibus internis, externiſque motibus dignetur ſe præbere intentam, poterit audire, quæ dicuntur, aliàs verò non poterit. Similia habet D. Hieronym. *ſuper Ioel in cap.* 2. vbi aſſerit, ponendam eſſe omnino differentiam inter audire, & habere aures; ſunt enim quidam, qui auribus percipiant ea quæ diuina ſunt, cùm tamen ea non audiant propter ſtrepitum, & perturbationem rerum externarum, quæ in mente agitantur. Quam differentiam videtur aſſignaſſe Chriſtus Dominus *Matth. cap.* 13. *& Luc. cap.* 11. cùm dixit, *Qui habet aures audiendi, audiat*, diſcriminans inter habere aures, & habere aures audiendi. Vnde optima eſt ea ſententia apud Plutarch. in lib. de audienda Poëtica, *Quo magis, inquit, auditus rationi, & humanis cogitationibus, atque conſiliis videtur eſſe coniunctus, eo maiori nocumento lædit, & corrumpit homines, qui clauſtris illum cohibere neglexerint.* Aurea ſunt, quæ idem Plutarch.

[l] *Qui fruſtrà ab nullo vnquam audiretur.*

Philo.

[m] *Qui aures haberet audiẽdi & non oppletas ſordibus.*

Hieronym.

Matth.13. Luc.11.

Plutarch.

tarcb. in eandem ſententiam habet in lib. de officio auditoris, *Theophraſtus*, inquit ille, *aiebat, ex omnibus aliis ſenſibus ad affectus commouendos magis videri* [n] *idoneum auditum, etenim videndi virtute, guſtandi, & tangendi nemo obſtupeſit, quatitur, & à ſe quodammodo redditur alienus, ad eum modum, quo ab ſtridore, ſtrepitu, & vehementi quocunque ſonitu animum per aures in ipſis penetralibus corripiente, quanquam rationabili* [o] *hominis parti, hic ſenſus magis coniunctus eſſe appareat, quàm affectibus; ſiquidem ad contaminandam malitia animam per varia diuerticula, & membra corporis nouimus patere aditum, cùm tamen ad bonam frugem, atque ad virtutem perducendi homines vnica* [p] *relicta ſit via, nempe aurium imbuendarum, modò pura, & caſta ſint, & ab omni turpitudine protinus ab incunabulis ſeruentur.* Vnde quidam Philoſophos non malè præcepit pueris, vt aures armari, ac moniti magis, quàm Athlethæ curarent, quòd plagæ his poſſint aures offendere, cùm tamen incautæ iuuentuti longè maiori periculo morum peruerſitas animo poſſit irrepere. Videndus eſt Bern. *ſerm.* 28. *ſuper Cantic.* cùm docet hanc fuiſſe rationem, cur Petrus potiùs auriculam [q] abſciderit ſeruo Hebræo, quàm aliam corporis partem, *vt viam*, inquit, *faceret veritati*; etenim cùm clamaſſet Chriſtus Dominus adeò validè, vt eum audiens conuerſus ſit homo Gentilis, loco & religione ſeparatus à Chriſto Domino, quemadmodum notaſſe videtur Marc. in cap. 15. *Videns autem Centurio, qui ex aduerſo ſtabat, quia ſic clamans expiraſſet, ait, Verè hic homo filius Dei erat.* Quanuis enim ex altera parte, è regione, ſcilicet, crucis, ſtetiſſet Centurio, ad eum tamen peruenire potuit vox Chriſti clamantis; cùm tamen non perueniret ad eos, qui prope eandem crucem ſtabant. Quanuis enim Centurio ille incircuncisus eſſet, non tamen auribus, qui ad vnam expirantis vocem ſub tot infirmitatis indiciis Dominum maieſtatis agnouit, & vnde irrepſit morbus, inde remedium intrat, & per eadem ſequitur veſtigia vita mortem, tenebras lux, venenum ſerpentis, antidotum veritatis, auris prima mortis ianua, [r] prima aperiatur & vitæ, auditus quo tulit, reparatet viſum, &c. quæ proſequitur io eandem ſententiam eleganter Bernard. vnde *ſerm.* 41. *in Cantic.* hanc vnam fuiſſe rationem docet, cur ſponſus dixerit ſponſæ, *Murenulas aureas faciemus tibi argento vermiculatas*, quæ ſunt aurium ornamenta, quia fides ex auditu, & quandiu per fidem ambulatur, & non per ſpem, danda eſt potius opera inſtruendo auditui, quàm viſui exercendo. Ex quibus omnibus colligitur ratio, cur non audierint ij, qui pariter cum Chriſto viuebant, cùm tamen ſumma eius fuiſſet loquendi gratia, non eſſe vocis defectum, ſed noſtrarum aurium impedimentum, quod opponimus loquenti Chriſto; quemadmodum notaſſe videtur regius Vates *in Pſalm.* 57. cùm dixit, *furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis,* [s] *ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.* Vtque magis hic locus appareat, & ſimilitudo magis innoteſcat, qua Spiritus ſanctus vſus eſt ad ſignificandam rationem, cur non audierint vocem loquentis Chriſti, fuiſſe peccatum eorum, qui audire debuerunt: videndus eſt Plin. *lib.* 28. *naturalis hiſt. cap.* 5. vbi aduertit veneficos

[n] *Auditum ex omnibus ſenſibus ad affectus mouendos magis idoneum.*

[o] *Quippe rationabili parti propinquior.*

[p] *Vnica ad bonam frugē relicta via eſt.*

Bernard.

[q] *Cur Petrus abſcidit auriculam ſerui Hebræi.*

Marc. 15.

[r] *Auris prima mortis ianua, prima & vitæ.*

Bernard.

Pſalm. 57.

[s] *Niſi ſerpētina malitia obturetur.*

Plinius.

incantatores, quos Marſos appellant, carminibus, & dulcedine vocis ſolitos eſſe euocare ſerpentes è ſuis latebris; vnde eſt illud apud Poëtam Ecl. 8.

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Virg.

Verùm de aſpide hoc etiam remedium fertur inuenisse, ne carminibus venefici capiatur, defoſſa enim altera aure in terra, alteram verò obturantes cauda, ſurdæ redduntur aſpides. ad quem locum videndus eſt Auguſt. vbi oſtendit ad inſtar aſpidum Hebræos obturantes aures ſuas noluiſſe audire vocem incantantis ſapienter, id eſt, noluiſſe audire Chriſtum loquentem. in cuius confirmationem adducitur ille locus optimus ex Actis Apoſt. *cap.* 7. etenim vel ſolo nomine Chriſti Seruatoris audito, quod medicamentum erat medicantis, ſiue incantantis Chriſti Domini, continuò obturarunt aures ſuas; ſic enim habet ille locus Actor. vbi Chriſti Domini nomen audierunt, *exclamantes voce magna continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum;* quare iuſta eſt ea poſtulatio Dauid in Pſalm. 94. *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra; ſicut in irritatione ſecundùm diem tentationis in deſerto.* Ad quem locum D. Hieron. noluit illud, *hodie*, referendum eſſe ad tempus gratiæ, vt ſit tacita io illis verbis comparatio inter tempora Prophetarum, & tempora, quibus viuebat Chriſtus Dominus, ſenſúſque erit, ſi quando vocem Dei per Prophetas clamantem non audiuiſtis, non eſt cur hodie loquente Chriſto Domino, cuius eſt ſumma gratia loquendi, obturetis veſtras aures. Videndum eſt etiam cap. 10. Ioan. vbi Chriſtus Dominus oſtendit ad ſanctam [t] prædeſtinationem, & vocationem pertinere, quòd audiendi impedimenta tollantur ab auribus ouium, tunc enim in vnum ouile congregabuntur, cùm eas audire faciat bonus paſtor; ſic enim habet locus Ioann. *& alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor.* Quanuis autem liberum hominis arbitrium, ſicut docet D. Auguſt. *in lib. de gratia, & libero arbitrio*, ad vocem loquentis ſponſi non acquieſcat, non eſt negandum eundem Deum poſſe eius tollere duritiem, ſicut promiſſum eſt per Ezech. in cap. 11. *Auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum.* illud autem tunc demum fiet, quando ſancta, & efficaci ſua vocatione Deus noſtras aures fecerit aures [x] audiendi, id quod ad ſanctam pertinet prædeſtinationem.

Auguſt.

Actor. 7.

Pſal. 94.

[t] *Ad ſanctā prædeſtinationem ſpectat quòd audiendi collātur impedimenta ab auribus ouium Chriſti.*

Auguſt.

[u] *auferendo nanque duritiem cordis,*

Ezech. 11.

[x] *Deus aures nobis præſtat audiendi.*

§. III.

Sermo Chriſti Domini ſimplex, ac ſine vllo artis lenocinio.

PLus aliquid videtur ineſſe io metaphora, qua 209.
Patriarcha ſignificauit gratiam loquendi futuram io Meſſia Seruatore, cùm dixit, *dentes eius lacte candidiores.* modum enim dicendi inculcare videtur color lacteus, [x] qui veritatis, & ſimplicitatis ſymbolum eſt, ſicut notauit Clem. Alex. *lib.* 1. *pædag. cap.* 10. Cùm igitur dentes lacte candidiores vocauit, loquendi vim oſtendit, ſimplicem, veram, & ſine aliquo fuco, ſeu artificio, eſt enim receptum illud Pindari dictum, qui elegantiam carminum per lac melle permixtum ſignificatam

[x] *Lactis candor in dentibus, ſimpliciſſima veritatis ſymbolum eſt.*

Clem. Alex.

gnificatam eſſe voluit, lac enim ab ipſa natura fluit, mel autem non niſi magno artificio conficitur, vtrunque autem in carminibus occurrere debet, vt eorum appareat elegantia, non ita ſimplici, [a] & candida oratione. vnde eleganter Diogenes Cinicus irridens Platonem, & eius orationem ad fallendum aptam, eam mellitam vocabat, cùm tamen inter præcepta loquendi meminerit Quintilian. *in prolog. orat. inſtit.* artem, ſiue artificium [b] occultandum eſſe in oratione, nanque interdum nudæ illæ artes franguntur, quidquid eſt in oratione generoſius, & omnem ſuccum ingenij bibunt, & oſſa detegunt, quæ vt eſſe, & aſtringi ſuis neruis debent, ſic corpore aperienda ſunt. Similia habet lib. 4. cap. 2 *Nihil videatur fictum, nihil ſolicitum, omnia potius à cauſa, quàm* [c] *ab oratore facta credantur; ſed hoc pati non poſſumus, & perire artem putamus, ſi non appareat, cùm deſinat ars eſſe, ſi appareat.* Dixit eleganter in hanc ſententiam Lact. Firm. *lib 4. de falſa ſapient. cap.* 1. loquens de eloquentia Chriſtiana, *Deus*, inquit, *hanc eſſe voluit naturam rei, vt ſimplex, & nuda veritas eſſet luculentior,* [d] *quia ſatis ornata per ſe eſt, ideóque ornamentis extrinſecus additis, fucata corrumpitur; mendacium verò ſpecie placet aliena, quia per ſe corruptum vaneſcit.*

[a] Lac melle permixtum elegantiam non ſimplice demonſtrat.
Diogenes.
Quintilian.
[b] In oratione autem artificium omne occultandum eſt.
[c] Omnia potius à cauſa, quàm ab oratore facta eſſe credãtur. Deſinit enim eſſe ars, ſi appareat.
Lactant.
[d] Eloquentia Chriſtiana qualis.

210. Cyprian. Similia habet Cyprian. *lib.* 1. *epiſt. in epiſt. ad Donatum*, vbi modum præſcribit accommodatum ad diuina inculcanda, *In iudiciis*, inquit, *in concione pro roſtris opulenta facundia volubili ambitione iactetur, cùm de Domino Deo vox eſt, vocis pura ſynceritas non eloquentia viribus nititur ad fidei argumenta, ſed rebus: denique accipe,* [e] *non diſerta, ſed fortia, neque ad audientia popularis illecebram culto ſermone fucata, ſed ad diuinam indulgentiam inculcandam, rudi veritate ſimplicia.* Videndus eſt Auguſt. *lib. 4. de doctrina Chriſtiana, cap.* 14 vbi referens eundem locum Cypriani ita habet: *Auertat Deus ab Eccleſia ſua, quod de ſynagoga Hieremias dixit*, in cap. 5. *pauor, & horrenda facta ſunt ſuper terram, Prophetæ prophetabant iniqua, & ſacerdotes* [f] *plauſum dederunt manibus ſuis, & plebs mea dilexit ſic; & quid facietis in futurum?* ad quæ verba ita addidit eleganter Auguſt. *O eloquentia tanto terribilior, quanto purior, & quanto ſolidior, tanto vehementior.* Aliter Dauid dixit in Pſalm. 34 *In populo graui laudabo te.* Nec illa ſuauitas delectabilis eſt, qua non quidem iniqua dicuntur, ſed exigua, & fragilia bona ſpumeo verborum ambitu ornantur, quali nec magna, & ſtabilia bona decenter, & grauiter ornarentur. Qualem dicendi modum requirit Seneca in viro Philoſopho, cùm *in epiſt.* 57. ita habet; *Minus tibi accuratas à me epiſtolas mitti quereris; quis enim accuratè loquitur,* [g] *niſi qui vult putidè loqui? talis ſermo meus eſſet, ſi vnà ſederemus, aut ambularemus, illaboratus, facilíſque, qui nihil habeat accerſitum, neque fictum: ſi fieri poſſet, ſententiam oſtendere, quam loqui velim, non quidem ieiuna, & arida volo, quæ de magnis rebus dicemur; neque enim Philoſophia ingenio renunciat, multum tamen operis impendi verbis non oportet.* quam ſententiam proſequitur Auguſt. *lib.* 4. *de doctrina Chriſtiana, cap.* 28. poſtquam enim apud Paulum, & Prophetas oſtendit pleraque loca eſſe, in quibus vis dicendi maximè eluceat, cùm tamen authores ſancti placere potiùs curent rebus, quàm vocibus, nec enim Doctor verbis ſeruit, [h] ſed verba Doctori, vt Paulus ait 1. Corinth. 1. *non in ſapientia verbi, ne euacuetur crux Chriſti,*

[e] Ad fidei argumenta non diſerta, ſed fortia.
Auguſt.
Hierem. 5.
[f] Fucus Iudaica cecitatis.
Pſalm. 34.
Seneca.
[g] Qui accuratè loquitur, putidè loquitur.
Auguſt.
[h] Doctori verba ſeruiunt, non Doctor verbis.
1. Cor 1. & 20.

& cap. 20. eiuſdem, de grandi loquendi genere, ita habetur, *Fertur impetu ſuo oratio, & elocutionis pulchritudinem, ſi occurrit, vi rerum rapit, non cura decoris aſſumit.* Quibus verbis oſtendit Auguſt. veram doctrinam, decorem orationis non excludere, non tamen curare, nocent enim plerunque flumina [l] verborum ſine gutta mentis, quemadmodum veteri prouerbio Græco inculcatum eſt. qua de re videndus eſt Hieron. *Ezech. cap.* 33. *ad finem*, & Chryſoſt. *tom.* 3. *hom.* 38. cùm ait, *Hoc Eccleſias ſubuertit, quoniam nec vos ſermonem audire quæritis compunctiuum, ſed potius qui delectare ſermo valeat per bonam compoſitionem, tanquam citharædos audientes, nos ſtulte, & ærumnosè* [l] *facientes veſtras ſequimur complacentias, & concupiſcentias, cùm eas deberemus excidere.* Similia habet *lib.* 5. *de ſacerdotio, in princip.* Videndus eſt etiam Auguſt. *lib.* 4. *de doctrina Chriſtiana, c.* 24. quo in loco Auguſt. refert orationem, quam habuit apud Cæſaream Mauritaniæ pro componenda perturbatione ciuili grauiſſima: ſic enim habet, *Non tamen me egiſſe aliquid putaui, cùm eos audirem acclamantes, ſed cùm flentes viderem, quippe acclamationibus ſe doceri, fletu autem lachrymis indicabant, grande enim dicendi genus lachrymas* [m] *exprimere.* Eſt optimus in hanc ſententiam ille locus Bernard. *ſerm.* 59. *ſuper Cantic.* cùm explicat ea verba, *Vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Qui locus agit de tempore gratiæ, ſiue de doctrina ſacra Euangelica, quam per turturis vocem ſignificauit ſponſa. *Illius*, inquit, *Doctoris libenter audio vocem, qui non ſibi plauſum, ſed mihi planctum mouet. Verè turturem exhibes, ſi gemere doceas, & ſi perſuadere vis, gemendo id magis, quàm declamando ſtudeas oportebit*, & cætera, quæ in eandem ſententiam eleganter habet Bernard. *in eodem loco.* Ex quibus iam fit, doctrinam ſacram propterea albedini aſſimilari, [n] ſiue lacti, quia ſimplex, pura, & vera eſſe debet, ſine fuco, ſine artificio, in qua magis eluceat veritas, quàm ars. quod ſignificaſſe videtur Philo, cùm dixit in eleganti allegoria, quæ habetur *in lo. allegor.* vbi eleganter comparat verbum Dei, ſeu doctrinam Catholicam mannâ: [o] *ideo enim*, inquit, *album eſt manna, non enim aliquid fulgentius eſt, aut radiantius Dei ſermone;* huic autem ſermoni quidpiam peculiare accidit, nam quando animam ad ſe aduocat, gelu excitat in omnibus rebus terrenis, corporeis, ac ſenſibilibus, ideo dicitur, *cadebat manna in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram*, ſicut refertur *in lib. Exod. cap.* 16. Sermo enim diuinus lacteus, & ſine aliquo artificio reddere ſolet animas liberas ab omnibus paſſionibus corporis, non quòd de facto ornatum non habeat catholica doctrina, [p] ſed quòd non curet ornatum: rerum maieſtatem ſequuta, lactea dicitur, quemadmodum ſignificaſſe videtur Iacob cùm dixit, *dentes eius lacte candidiores*, quòd ex ore ſponſi lacte purior caderet oratio ſponte ſua, & ſine artificio.

[l] Plerunque flumina verborum currunt ſine gutta mentis.
Hieron.
Chryſoſt.
[l] Propterea infructuoſus eſt ſermo concionatoris.
Auguſt.
[m] Grãde dicendi genus nõ plauſum, ſed lachrymas exprimit.
Bernard.
[n] Quare lacti aſſimiletur doctrina ſacra.
Philo.
[o] Eadem & mannâ comparatur.
[p] Eadem ornatum quidẽ habet, ſed nõ curat illum.

§. IV.

Chriſtianæ & ſacræ eloquentiæ partes.

Qvoniam verò celebris eſt ea diuiſio doctrinæ ſacræ inter Patres; diuiditur enim ab eis catholica doctrina in eam, [q] quæ ſolida, & per modũ cibi datur perfectis hominibus; & in eam, quæ liquida dicitur, & lactis inſtar potanda da- 211.

[q] Doctrina catholica duplex.

tur incipientibus. Quæ diuiſio petita eſt ex Paulo 1. *ad Corinth.* 3. cùm habet, *& ego, fratres, non potui vobis loqui, quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus: tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam.* Quod eleganter proſequitur Areopag. *in lib epiſt. epiſt.* 9. quæ eſt ad Titum: Hanc autem diuiſionem ſignificatam eſſe volunt Patres in ea metaphora, qua Patriarcha oculos ſponſi vino [r] aſſimilauit, & in hac altera metaphora, in qua dentes Meſſiæ ſimiles eſſe voluit albiſſimo lacti, per vinum enim maiorem doctrinam ſignificauit, quæ ecſtaſim, ſiue ebrietatem diuinam introducere ſolet: per lac autem, doctrinam paruolis accommodatam inſinnauit; vtranque oſtendere videtur Iſai. *in cap.* 25. loquens de doctrina Euangelica, *Emite*, inquit, *& comedite vinum, & lac.* Quem locum eleganter proſequitur Procop. in haoc ſententiam Iſai. cap. 55. *Abſque vlla commutatione*, inquit, *vinum, & lac emite*; vini enim, & lactis nomine myſtica ſignificatur regeneratio, qui enim aqua & Spiritu ſancto regeneratur verbi rationalis lacte, tanquam recenter natus, infans nutritur. hoc etiam proſequitur Tertul. *in lib. de corona militis.*

1. Cor. 3. — Areopag. — [r] *Altera nempe fortior, vino, altera pro infirmis, lacti ſimila.* — Iſai. 25. — Procop. — Tertullian.

212. Hac ſuppoſita diuiſione, videtur hoc in loco Patriarcha agere de lactea doctrina, [s] quæ magis quadrat cum nuper initiatis, ſiue baptizatis hominibus, ſicut pulchrè aduertit D. Auguſt. *lib.* 10. *de ciuitate Dei, cap* 24. exponens hæc verba Iacob, *Dentes eius lacte candidiores. Lacte*, inquit, *quod potant apud Apoſtolum paruuli nondum idonei ſolido cibo.* Verba ſunt nutrientia recenter baptizatos, iuxta prophetiam Oſeæ *in cap.* 2. vbi loquens diuinū oraculum de temporibus Chriſti, pollicetur Deum lactaturum eſſe Eccleſiam, ad inſtar matris indulgentiſſimæ ſtatim lactea doctrina, tanquam lacteo cibo, *Lactabo eam*, inquit oraculum, *& loquar ad cor eius.* certum eſt enim, lac infantium cibum eſſe, ſicut docet Ariſt. *lib.* 7. *Polit. cap.* 17. Lactis quidem natura corporibus omnium animantium; præſertim verò hominum, & maximè infantium, accommodata eſt: vinum non item, valde enim noxium eſt infantibus. Vnde admonuit idem Ariſtot. *in lib. de ſomno, & vigilia*, ne vinum conferatur pueris, nec etiam nutricibus: lac autem maximè. nanque lac, ſicut docuit Gregor. Niſſen. orat. 10. in Cant. Cantic. *primum humanæ naturæ nutrimentum eſt, purum, ſimplex, infantibus reipſa conueniens, fraudis expers, & ab omni prauitate repurgatum.* Qualis eſt ea prima doctrina, quæ recenter baptizatis conuenit, & propterea lactea appellatur, quod voluiſſe videtur Patriarcha, cùm dixit, *Dentes eius lacte candidiores.*

[s] *De lactea doctrina hic agitur.* — Auguſt. — Oſeæ 2. — Ariſtot. — Nyſſenus.

213. Verùm non videtur ſolam hanc partem doctrinæ ſacræ, ſignificatam eſſe hoc loco nomine lactis, nec enim credibile eſt, ſolam eam partem doctrinæ ſacræ laudatam eſſe, quæ paruulis accommodata eſt, ſed omnem [t] omnino doctrinam lacteam fuiſſe appellatam, quemadmodum eleganter argumentatur Clemens Alex. *lib.* 1. *pædag. cap.* 6. contra quoſdam exiſtimantes nos paruulos lacte nutritos appellatos eſſe à Paulo, quia primis diſciplinis imbuimur; cùm tamen is, qui Deum nouit, perfectus ſit; qui autem baptizatus eſt, Deum nouit; conſequens igitur fit eum perfectiſſimum eſſe. hoc autem magis probat ex loco Matth. *in cap.* 3. vbi de baptizato Chriſto Domino hoc extat oraculum: *Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*, quaſi tunc placuerit maximè, quia tunc perfectiſſimus apparuit. Cùm igitur verbum, cùm perfectum eſſet, lauatur in flumine, ſiue baptizatur, *oportebat*, inquiunt, *impleri humanam profeſſionem; ita hoc habet in nobis, baptizati illuminamur, illuminati in filios adoptamur, adoptati perficimur, perfecti immortales reddimur.* Non ſunt igitur imperfecti ij, qui recenter baptizati ſunt, neque lactea doctrina eis conuenit, tanquam tenetulis infantibus tantùm, imò verò lac cibus eſt perfectorum [u] hominum, vt conſtat ex eodem *in cap.* 3. cùm dicitur, *Inducam vos in terram bonam, lacte, & melle fluentem.* Vbi videmus non ſolummodo genitis infantibus lac datum eſſe in potum, verùm etiam grandioribus promiſſum poſt innumeros labores, eſt enim figura neceſſariæ peregrinationis à terra in cælum ea peregrinatio, quę facta eſt à filiis Iſrael ab Ægypto in Palæſtinam, cuius itineris, & omnium laborum promiſſa eſt terra lacte, & melle fluens, tanquam terminus; imò & ipſum lac eſt ipſum *α* & *ω*, principium incipientibus, & terminus perfectiſſimis. id quod diuinaſſe videtur Homerus *Iliad. lib.* 12. vbi per allegoriam non ſolùm viros iuſtos, ſed etiam iuſtiſſimos appellauit lacte veſcentes. quaſi verò per lac ſignificata ſit ſumma, [x] & perfecta doctrina, quæ perfectis, & imperfectis etiam hominibus conueniat, qualem decebat eam eſſe, qua nos inſtitueret Rex Meſſias. Cum hac doctrina conuenit id, quod docuit Greg. Niſſen. *hom.* 9. *in Cantic.* vbi per duo vbera ſponſi ſignificatos eſſe voluit duos fontes doctrinæ ſacræ, quos Deus aperuit in Eccleſia ſua, de quorum vtroque lactea doctrina emanat, ſicut ab vberibus lac. quam diſtinctionem fecit etiam Clem. Alex. *loco cit.* diſcriminat enim inter lac, & lac perfectiſſimum. *Ita ergo*, inquit, *perfectum eſt alimentum lac perfectum, & ad finem, qui nunquam eſt ceſſaturus, deducit.* Ex quibus fit lacteam doctrinam vtranque comprehendere doctrinam, & eam, quæ perfectiſſima eſt, perfectiſſimis etiam hominibus debita, & eam, quæ non ita ſublimis eſt, paruulis, ſcilicet, infantulis accommodata, id eſt, recenter baptizatis, & vtranque Patriarcha videtur ſignificaſſe per dentes Iudæ lacte albicantes, decebat enim ab ore Meſſiæ cadere doctrinam omnibus accommodatam: ſi quis autem voluerit ſolutionem Pauli 1. *ad Corinth. cap.* 3. legat Clem. *in loco citato*, & *ibidem* Gentianum eius interpretem. Hæc autem erant, quæ in genere videbantur dicenda de Iuda, in qua prophetia nihil prorſus diximus de Analogia vtriuſque Teſtamenti, cùm omnia, quæ in ea reperiuntur, ad Chriſtum Dominum pertineát abſque vlla figura. Conſequens iam eſt, vt ad ſacram literam accedamus, in qua examinabimus peculiares difficultates, quæ in ea reperiuntur.

[t] *Sub qua omnis doctrina videtur comprehenſa, quaſi omnis ſit lactea, quæ fidei eſt.* — Clem. Alex. — Matth. 3. — [u] *Lac enim perfectorum cibus eſt.* — Homerus. — [x] *Vnde per lac ſignificatur aptè perfecta doctrina.* — Nyſſenus. — Clem. Alex. — Gentian.

TRACTATVS XIV.

Expoſitio literæ.

214. VNiuerſum hoc vaticinium videtur neceſſariò diuidendum in quinque [a] principaliores partes, quarum prima poſita eſt in laudibus Iudæ, & in confeſſione ſuorum, aſſerentium eum accommodatum eſſe ad imperium, propter victorias de hoſtibus reportatas, cùm dicitur: *Iuda,*

[a] *Totum hoc vaticinium quinque partibus adæquatè comprehenditur.*

Iuda, te laudabant fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. In ſecunda parte eius commendatur nobilitas, robur, & prudentia in rebus agendis, quæ omnia per leonem ſignificata ſunt: incipit autem hæc pars vaticinij ab illis verbis, *Catulus leonis Iuda*, &c. In tertia parte commendatur imperij perpetuitas, & æternitas, ſub illis verbis, *non auferetur ſceptrum de Iuda, nec Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt.* Quarta pars pollicetur rerum omnium abundantiam, quæ pertinet ad imperij ſtabilitatem, cùm dicitur, *lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.* In quinto tandem loco oſtenditur non defuiſſe Iudæ eas dotes corporis, quæ conferunt ad dignitatem regiam. id quod videtur prædixiſſe ſub illis verbis, *pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.* Pulchrè aduertit ad hunc locum Theodoret. (Theodoret.) Iudam in hoc vaticinio multis laudibus commendatum eſſe à patre, quarum ad ipſum Iudam nullæ pertinent, ſed ad tribum, vnde Reges oriuntur, ſeu potiùs ad Meſſiam Seruatorem.

§. I.

De laudibus & veneratione ſuorum erga Iudam, ſeu potius Chriſtum.

215. INcipit igitur prima pars huius vaticinij à nominis notatione,[b] ſicut aduertit Philo *in lib. de plantatione Noë*, cùm de Iuda dicitur, *Iuda, te laudabunt fratres tui*, ſeu potiùs. Iuda tu, hoc eſt, merito, tu laudatio, ſeu confeſſio, appellatus es, nanque *te laudabunt fratres tui.* Quod vt meliùs intelligamus, repetendus eſt in memoriam ille locus *Geneſ. cap. 29.* vbi poſtquam Lia concepit, & peperit quartum filium ſuum Iudam, ita dixit, *modo confitebor Domino, & ab hoc vocauit eum Iudam*, a verbo Hebræo *iadah*, quod ſignificat *confiteri*, ſeu *gratias agere*; vnde Ieudah, ſiue Iudas,[c] *confeſſio*, ſeu *gratiarum actio*, appellatur, & inde Hebræi vocati ſunt *Iudæi*, ſiue *confitentes*, quemadmodum aduertit latè Pagninus in theſauro ad radicem *Iadah*, quare *confitentes*, ſiue *laudantes* appellantur. Vnde fallitur Cornel. Tacit. *lib. 21. annal.* dum Hebræos[d] exiſtimat Cretenſes eſſe, dictóſque Iudæus, propter errorem literæ, cùm Idæi vocandi eſſent à monte Ida, qui eſt in Creta; reuera enim à Iuda potius quàm à monte Ida vocati ſunt.

[b] Prima pars à nominis etymologia. Philo. Gen. 29. *[c] Iudas confeſſio, ſiue gratiarum actio.* Pagnin. Tacit. *[d] Error Taciti circa nomen Iudæorum.*

216. Semper autem apud veteres in ſumma obſeruatione fuit nominum[e] impoſitio, quemadmodum aduertit Ioan. Chryſoſt. *hom. 24. in Geneſ. & hom. 2. in Geneſ.* vbi ait, *iam olim illi priſci viri tales appellationes filiis imponebant, quibus facilè admonerentur officij ſui, nunc autem fortuitò id fit.* latè hac de re agit Plato *in Crat. & in lib. de ſapient.* vbi ait, *pueris pulchra nomina imponenda ſunt.* Similia habet Plutarch. *in vita Coriolan.* & Alexand. ab Alexandro *lib. 1. cap. 1.* Origen. *hom. 25 in Num & hom. 23. in Ioſue* Hieron. *Pſal. 82.* Hæc autem nominum impoſitio duobus[f] modis fieri ſolebat. Primo, in memoriam alicuius virtutis, quæ in maioribus reperta erat. Secundo, propter egregium aliquod factum, quod præuidit in eo, cui nomen imponitur, ille, ad quem pertinet talis nominis impoſitio. Ad quod genus pertinet illud nomen, quod impoſitum eſt

[e] Sūmè apud veteres obſeruata nominu impoſitio. Chryſoſt. Plato. Plutarch. Al. ab Alex. Hieron. *[f] Duplex ratio imponendi nominis.*

Gabr. à Coſta in Gen.

Ioannis in cap. 1. *Tu vocaberis Cephas*, quod nomen ei impoſitum eſt à Chriſto Domino propter illud factum *Matth. 16.* cùm vniuerſa Eccleſia fundata eſt ſuper hanc Petram; ſic enim dictum eſt, *Tu es Petrus*, ſiue Cephas, *& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*; vtroque autem modo hoc nomen conuenit Iudæ,[g] & quia confeſſio facta eſt, ſiue laudatio à parente ſua Lia, quando primò natus eſt, & quia propter res præclarè geſtas inter cæteras tribus, huic debebatur omnis laus, & honor, vtpote, quæ prima ingreſſa eſt mare rubrum cunctantibus cæteris, & trepidantibus, vnde *in Pſ. 113* propterea de hac tribu dicitur, *facta eſt Iudæa ſanctificatio eius*; tum etiam, quia ſicut conſtat ex principio libri Iudicum, Iudas primus accedit contra aduerſarios, vnde meruit laudem, & honorem præ cæteris tribubus.

Ioan. 1. Matth. 16. *[g] Vtrumque in Iuda nomine reperitur conuenientia.* Pſalm. 113.

Erit autem magis accommodata hæc expoſitio, ſi ſequamur doctrinam D. Thomæ *2. 2. q. 130. art. 1. ad 3.* vbi conſtituit differentiam inter honorem,[h] & laudem, quia *honor teſtimonium eſt alicuius excellentiæ, & bonitatis, quæ abſolutè conſideratur.* Quæ doctrina petita eſt ex Ariſtotele *1. Ethic. 12.* vbi aſſerit, *laudem eſſe teſtimonium alicuius excellentiæ in ordine ad aliud*, quia *laudabile*, inquit, *ex eo laudari videtur, quia eſt affectum aliqua qualitate, & aliquo modo ſe ſe habet ad aliquid*; vnde viros probos laudamus propter virtutem, quia eos idoneos eſſe videmus ad aliquid agendum. Item viros fortes laudamus, quos accommodatos eſſe videmus ad rem bellicam ſtrenuè gerendam, Deum autem non laudamus ſed potiùs honoramus.[i] Quod ſi aliquādo Deum laudamus, illud eſt propter defectum noſtri intellectus diuinas excellentias non capientis in ſe, ſed per ordinem ad ſuos effectus, & ad nos; quemadmodum eleganter notauit Buridan. *in com. ſuper Ethic. Ariſtot. ad locum citatum.* Cùm igitur Patriarcha dixit, *te laudabant fratres tui*, reſpectiuam laudem oſtendit in Iuda, id eſt, tuam fortitudinem agnoſcent, accommodatam ad hoſtes fugandos, & eos debellandos; ſicut colligitur ex ſequenti verſiculo, vbi dicitur, *manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum.* Quaſi inde petenda ſit laus Iudæ, quòd hoſtes ſuos fugauerit, eoſdémque deiecerit; ſic planè habet Paraphraſis Chaldaica ad eum locum: *Manus tua præualebunt hoſtibus tuis, diſſipabuntur inimici tui, & erunt vertentes verticem coram te, & prænenient te petituri pacem tuam.* vnde non diſplicet ſignificatas eſſe per laudes eas voces, quæ in creatione Regum fieri ſolebant apud Hebræos, ſcilicet,[l] *Viuat Rex*, ſicut conſtat 1. *Regum cap. 1.* vbi ſæpiùs repetitæ ſunt hæ voces propter Reges creatos ex tribu Iudæ, cui debebantur regiæ acclamationes propter bellicam virtutem.

217\. D. Thom. *[h] Diſcrimen inter honorē & laudem.* Ariſtot. *[i] Deo non laus, ſed potius honor debetur.* Buridan. Para. Chald. *[l] In appellatione Iuda acclamationes Regum præſignata.* 2. Reg. 1.

Non minùs æquiuoca eſt ea vox, quæ ſequitur cùm dicitur, *adorabunt te filij patris tui*, adoratio enim pertinet[m] ad primogenitum, cui primogenituræ iure debetur regia poteſtas: regia autem poteſtas adoranda, & veneranda eſt. Sic etenim voluit ſignificare Patriarcha primogenituram tranſlatam eſſe à Ruben primogenito in Iudam quarto loco natum; ſicut eandem primogenituram tranſlatam ab Eſau in Iacob dixit eiſdem verbis Iſaac, Gen. 27. *Eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.* 218.

[m] Adoratio primogenito debita. Gen. 27.

Scio tamen ſanctos Patres hanc adorationem 219.

voluiſſe referendam eſſe hoc in loco ad Meſſiam [n] ſeruatorem, inter quos eſt D. Ambr. *in lib. de Ioſeph.* D. Proſper lib. 1. de promiſſ. p. 1. cap. 25. *Hæc*, inquit, *adoratio figurata fuit in Ioſeph, quæ hoc in loco de Iuda dicitur, & referenda eſt ad Chriſtum Dominum*, iuxta illud, quod dictum eſt Pſal. 94. *Venite, adoremus*, &c. quod proſequitur Orig. hom. 17. ſuper Gen. *Tunc eam*, inquit, *adorabant. qui ſermo durius refertur ad Iudã, niſi dicamus eum adoraſſe ſuos contribales, quaſi Regem, hæc enim adoratio potius referatur ad Meſſiam, qui à fratribus ſuis*, id eſt, *ab hominibus adorandus erat.* quæ ſententia magis placebit, ſi ſequamur Fulgentium *in epiſt. ad Donatum, cap.* 4. & Aug. *lib. de vera, & falſa Religione, cap.* 55. Hieronym. *epiſt.* 57. *ad Ripar.* aſſerentes adorationem ſoli Deo deberi.

[n] *Sed hic ſerme eſt de adoratione Chriſti ſecũdum Patrum ſententiam.* Ambr. Proſper. Pſalm. 94. Origen.

[o] *Qui à fratribus ſuis, id eſt, hominibus adorandus erat.* Fulgent. Auguſt. Hieronym.

220. Pro hac tamen ſententia illud aduertendum eſt hoc reuerentiæ genus neceſſariò extendendum eſſe ad homines etiam iuxta ea, quæ docet D. Auguſt *lib. contra ſermonem Arrianorum, c.* 23. vbi aſſerit, *adorationem deberi* [p] *illis, qui in dignitate conſtituti ſunt*, & *in lib.* 10 *de ciuit. Dei, cap.* 4. dicit, *homines poſſe adorari, ſi eis multum addideris.* In quam ſententiam videndus eſt Damaſc. *orat.* 1. *de imaginibus*, vbi dicit, *adorationem eſſe ſubmiſſionis, & honoris notam externam*: eſt autem externa nota multiplex, fit enim vel per incuruationem, vel per genuflexionem, vel per alia ſimilia ſigna honoris, qui ſecundùm diuerſos [q] dignitatis gradus debentur iis, qui in dignitate conſtituti ſunt; ac proinde ex vi huius reuerentiæ non colligimus eum Deum eſſe, cui ea fit, niſi addatur omnimoda [r] ſubmiſſio, quæ ſoli Deo debetur. Cùm igitur hoc loco Patriarcha dixit, *adorabunt te filij patris tui*, ſeu potiùs, vt in Hebræo, *incuruabantur ante te filij patris tui.* Hoc genus adorationis, ſi nudè ſumatur, probat ſatis Meſſiam futurum eſſe Regem, vel tribum Iudam plures habituram Reges, niſi addatur omnimoda ſubmiſſio, cum qua adoratio externa ſoli Deo debetur; proindéque hic locus & ad Reges ex ea gente, & ad Meſſiam etiam Deum extendi poteſt.

Auguſt. [p] *Veruntamẽ quia debetur adoratio & hominibus in dignitate conſtitutis.* Damaſc.

[q] *Diuerſo ſecundum dignitatis gradus.*

[r] *Addenda eſt omnimoda ſummiſſio vt colligatur diuinitas Meſſiæ.*

§. II.

De robore Iudæ, & prudentia.

221. HÆc eſt ſecunda pars huius vaticinij, quæ his verbis continetur, *Catulus leonis Iuda:* [s] *ad prædam, fili mi, aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum?* Ad intelligendam hanc partem ſacri textus in memoriam reuocanda ſunt ea, quæ latè diximus *in tractatu de catulo leonis*, ſiue *de leone myſtico*, ibi enim egimus de vero ſenſu huius loci: ſupereſt tamen explicatio terminorum, illud ſemper aduertentes, totum hunc locum metaphoricum eſſe, ſiue de Iuda intelligatur, ſiue de Meſſia Rege, neuter enim catulus leonis propriè eſt, ſed metaphoricè.

[s] *Secunda pars vaticinij, de metaphora leonis Iuda, & imperio illius.*

222. Nomen igitur Hebræum, pro quo vulgatus Interpres tranſtulit *catulum*, [t] pauorem ſignificat, ſeu potiùs catulum leonis, quandiu à matre nutritur: proprium eſt enim huius animantis pauorem incutere cæteris omnibus, iuxta illud Amos 3. *Leo rugiet, quis non timebit?* Non eſt autem perpetuum in Scriptura, vt hæc vox ſignificet catulum leonis ſolùm in ſua prima ætate, ſed potiùs iam adoleſcentem, [u] in qua ætate & robuſtiores ſunt, & audaciores. Quo ſenſu intelligendus eſt locus Prouerb. 28. *Iuſtus ſicut leo confidit*, in Hebræo eſt, ſicut *catulus leonis*, quia in ea ætate dentes habent acutiores, & duriores. Quod notauit Iob *in cap.* 4. cùm dixit, *& dentes catulorum leonum contriti ſunt*; emphaſim enim habent dentes *catulorum leonum.* In quam ſententiam videndus eſt Plutarch. in lib. de induſtria animalium, *Graues*, inquit, *annis leones à iunioribus ducuntur in venatum, verùm vbi in curſu defecerunt, ſedem, & euentum præſtolantur, iuuenes interea rem agant.* Nam vt ſucceſſit clamore in vituli mugitus formam contemperato, ſignum dant, & vocant ſenes; illi ſtatim vt ſenſerunt, accurrunt, & in communi, præda fruuntur. Quod videtur voluiſſe Patriarcha cùm dixit, *ad prædam fili mi aſcendiſti*, ſeu potius vt eſt in Hebræo, *è præda veniſti, ſicut catuli leonum* [x] *venire ſolent in vtilitatem ſuorum parentum.* Nec eſt cur Eugubinus reprehendat Hieronymum hoc in loco vertentem, *de captiuitate veniſti*, captiuitas enim, & præda in venatione ſynonyma ſunt: quod autem vult alienum omnino eſſe à textu Hebræo, quod Septuaginta dixerunt, *ex germine fili mi aſcendiſti*, non videtur legiſſe radicem Hebræam, quæ æquiuoca eſt, vt aduertit Pagninus, & prædam ſignificat, & germen ipſum. Cùm ergo Septuaginta ita vertunt, ſignificant non degeneraſſe hunc catulum leonis à leone parente ſuo: regius igitur catulus eſt, in quo omnes regiæ proprietates reperiuntur, ſicut latè diximus *in tractatu de catulo leonis.* hic autem eſt Rex Meſſias, ſiue Leo de tribu Iuda

[t] *Verbũ Hebræum, loco cuius transfertur* Catulus, *pauorem ſignificat.* Amos 3.

[u] *Aliquando & pro leone adoleſcente ſumitur.*

Prouerb. 28.

Iob 4.

Plutarch.

[x] *Qua ætate prædam agere ſolet vt parentibus ſuccurrat.* Eugub.

Pagnin.

223. Quæ autem ſequuntur, *requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna*, prouerbiali ſermone recepta eſſe videntur apud Hebræos, ad ſignificandam omnino timendam alicuius [y] vim, ſicut videre eſt apud Philonem *in lib.* 1. *de vita Moyſis*, vbi oſtendit ſub his verbis ſignificatum fuiſſe exercitum timendum, quemadmodum & Balaam Propheta *Num.* 24. dixit de exercitu Iſraëlitico, *accubans dormiuit vt leo, & quaſi leæna, quam ſuſcitare nullus audebit.* Leæna autem hoc in loco addita eſt, quia hæc ferociſſima eſt, præſertim poſt partum ſuorum catulorum, quemadmodum notauit Poëta 3. *Georg.* cùm dixit:

Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sæuior errauit campis.

Poſtquam autem leones præda potiti ſunt, ſuper ſua crura incuruantur, neque eſt ex animantibus aliquod, quod vel excitare audeat iacentes, vel prouocare accubantes, eſt enim leo eius naturæ, vt etiamſi ferum nihil moliatur, intuentes tamen terreat, in oculis tanta maieſtas eſt, vt in eis omnis eorum vis poſita eſſe videatur, ſicut notauit Plinius *lib.* 8. *natural. hiſtor. cap.* 16. quæ omnia per [a] metaphoram dicta ſunt de Meſſia ſeruatore, ſeu potiùs de eius morte, is enim, vt accubuit, ſalus orbi fuit, & inferno terror, ſicut nos latiſſimè proſequuti ſumus *in tract. citato.*

[y] *Cuius timenda vis, eleganti prouerbio exprimitur.* Philo. Num. 24.

Virgil.

Plinius. [a] *Et per metaphorã adumbrãda Chriſti morientis potentia innuitur.*

§. III.

De continuatione principatus Iudæ vſq; ad tempora Chriſti Domini.

224. SEquitur iam tertia pars [b] huius vaticinij, quæ hac ſententia continetur, *Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.*

[b] *Tertia pars de duratione imperij Iudæ vſque ad tempora Meſſiæ.*

gentium. Qui locus perdifficilis eſt, latent enim in ſingulis eius verbis pluriοæ [c] æquiuocationes, & difficultates non faciles, & in primis *ſceptrum* vox æquiuoca eſt, & ſymbolum regni, de qua nos peculiarem tractatum fecimus. ita vt iam dubium non ſit per ſceptrum ſignificatam eſſe regiam poteſtatem: quod autem additum eſt *de Iuda*, de familia, ſiue tribu intelligendum eſt, noo autem de ea parte Palæſtinæ, quæ Iudæa dicta eſt, ſicut nos aduertimus *in citato tractatu*.

[c] *In ſingulis tertiæ partis vocibus plurima latent æquiuocationes.*

225. Tota difficultas, quæ reſtat explicanda, ſita eſt in ſequentibus verbis, *nec dux de femore eius*; non enim ſatis compertum eſt, quid nomine *ducis* [d] ſignificare voluerit Patriarcha, quid item hoc in loco ſignificet *femur*. Igitur Paulus Burgenſ. *in ſcrutinio Scripturæ*, 1 *p.d.*3.*c.*2.*& addit.* 3.*ſuper cap* 49. *Gen.* exiſtimat oomine *ducis* intelligendũ eſſe principatum [e] optimatũ, id eſt, *ſeniorum*, ad quos vniuerſa regia poteſtas deuoluebatur vacante rege in Iudæa. quaſi verò duplex poteſtas ablata ſit à Iudæis temporibus Herodis regis alienigenæ, à quo occiſa eſt omnis familia Dauid, ad quam pertinebat regia dignitas: demortui etiam ſunt omnes ſeniores, qui concilium faciebant, penes quod reſidebat poteſtas iudiciaria.

[d] *Quid nomine ducis, quidve femoris, ſignificetur.*
Burgenſ.
[e] *Ex ſententia Burgenſ. Dux, principatum optimatum ſignificat.*

226. Eugubin. Accommodatior tamen videtur ſententia Eugubini, exiſtimantis vnam, & eandem poteſtatem ablatam eſſe temporibus Herodis, quam Patriarcha ſignificauit per hæc duo mẽbra, per *ſceptrum*, ſcilicet, & per *ducem*, hoc eſt, per *legiſlatorem*, [f] quemadmodum colligitur ex voce Hebræa *Mecoche*, quæ *legiſlatorẽ* ſignificat, ſiue *ſcribam*; coaleſcit enim regia poteſtas ex ſceptro, & ex virtute legũ ferendarum. Quæ expoſitio confirmatur ex *Pſ.* 59. vbi enim noſter vulgatus Interpres habet, *Iuda Rex meus*, hæc eadẽ vox reperitur, pro qua hoc in loco habemus, *dux*, vt idem ſit *dux*, & *rex*, quod aduertit Paraphraſis Chaldaica ad eum locum Pſalmi citati, cùm habet, *Iuda mihi Regem ſuppeditabit*; eſt enim repetitio hoc in loco eiuſdem rei, quæ frequentiſſimè euenire ſolet in Scriptura. Confirmatur vlteriùs ex *cap.* 33. *Iſai.* cùm dicitur, *Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus Rex noſter*, quæ ſynonyma ſunt regiæ poteſtatis.

[f] *Accommodatius tamẽ per ſceptrum & ducem, Regem & legiſlatorem intelligo.*
Pſalm. 59.
Chald. Par.
Iſai. 33.

227. In quam ſententiam libentiùs inclinaui, propter [g] ſequentia verba, quæ habent, *de femore eius*, ſicut D. Hieron. honeſtatis gratia tranſtulit; quanuis enim aliqui exiſtiment id quod eſt in Hebræo, ſcilicet, *de interpedibus eius*, aduerbialiter intelligendum eſſe, id eſt, de ſua gente, de ſua familia, de ſua domo; Hieronymus tamen vbique tranſtulit, *de femore eius*, eſt enim *femur* generationis ſignum. Quæ fuit ratio, cur Abraham iurare voluerit per femur ſuum, cùm ſeruum mitteret ad ſponſandum Iſaac, ſicut dicitur *Geneſ.* 24. femur enim, ſicut ait Ambroſ. *Pſ.* 118. *ſerm.* 17. fæcunditatem, ſiue poſteritatem [h] ſignificat, quod eleganter notauit Elias Hebræus *in lib. cui titulus, Thesbi*; videndus eſt Hieronym. *in epiſt. ad Principiam, & lib.* 1. *contra Iouinian. & in epiſt. ad Euſtoch. de cuſtodienda virginitate*, Auguſt. *lib. de bono coniugali, cap.* 19. Eadem locutione vtuntur prophani authores, ad ſignificandos naturales filios; vt enim Euripides diceret in Bacchide, Dionyſium filium naturalem eſſe Iouis, de femore Iouis eum ortum eſſe dixit: qua etiam locutione vtuntur Hebræi hoc in loco, cùm dicunt, *nec dux de interpedibus eius*, quod Hieronym. honeſtatis gratia retulit, *neque dux de femore eius*, id eſt, perpetuò regia poteſtas erit ex ſemine Iudæ, & in poſteris [i] eius conſeruabitur, quoad vſque veniat Rex Meſſias, hoc enim ſignum eſt eius aduentus, defectio ſceptri in domo Iudæ.

[g] *Quam ſententiam iam prætulit auctor, & quare.*
Gen. 24.
Ambroſ.
[h] *Femur fæcunditatẽ ſiue poſteritatẽ ſignificat.*
Hieronym.
Auguſt.
Euripid.
[i] *Quæ durauit in ſemine regio Iudæ vſque ad Meſſiæ aduentum.*

Quæ eſt ratio cur particula *donec* hoc in loco ſignificet determinatum tempus: illud autem erat, quando primò cœpit regnare Herodes alienigena, ſicut latiùs diximus in eo tractatu de vi, & efficacia huius particulæ. Si quis autem obiiciat, [l] hanc partem huius vaticinij duplicem prophetiam continere, alteram quæ agit de tempore certo, quo venturus erat Deus in carne; illud autem tempus fuit, ſicut euentu comprobatũ eſt, quando Herodes homo gentilis regnare cœpit: hæc autem prophetiæ pars abſoluta fuit, libera ſcilicet ab omni conditione, quæ propterea vocatur prophetia [m] prædeſtinationis. Pars altera eſt huius vaticinij, in qua Deus pollicetur in poſteris Iudæ futuram eſſe regiam poteſtatem vſque ad aduentum Dei in carne, quæ pars prophetiæ conditionalis [n] videtur, ac proinde non eſt prophetia prædeſtinationis de regia ſucceſſione in familia Iudæ vſque ad tempora Chriſti, habet enim conditionem hanc, niſi propter eorum demerita hæc prærogatiua ablata fuerit de tribu Iudæ. Quæ conditio, quanuis expreſſa non ſit, in ea tamen prophetia [o] latere potuit, & colligitur ex ipſo rei euentu, ceſſauit enim imperium Hebræorum in diebus Iechoniæ Regis, qualis eſt ea prophetia apud Iſai. *cap.* 38. cùm dictum eſt ad Ezechiam Regem ægrotum, *Diſpone domui tuæ, quia morieris, & non viues.* quæ prophetia, quanuis abſoluta videatur, latentem tamen inuoluebat conditionem, vt patet ex ipſa hiſtoria. 228.

[l] *Notanda doctrina pro ſoluendis difficultatibus in contrarium.*
[m] *Prophetia prædeſtinationis quæ?*
[n] *Item prophetia conditionalis quid?*
[o] *Si latet conditio in hac prophetia, ſenſus eſt facilis.*
Iſai. 38.

Quæ ſententia facilis erat, & magis quadrare videtur cum ipſa prophetia, & rerum ſucceſſu; verùm neceſſariò fatendum eſt quoad ambas ſui partes hanc prophetiam [p] fuiſſe abſolutam, duraſſeque imperium Hebræorum in poſteris Iudæ vſque ad tempora Chriſti, & Verbum veniſſe in carne, quando defecit ſceptrum à domo Iudæ, hæc enim defectio abſolutè poſita eſt in ſignum aduentus Dei, ac proinde conſeruatum eſt imperium, vel in Regibus de familia Iudæ, vel in ſenioribus de eadem gente vſque dum venit Deus. Quæ ſententia omninò tenenda eſt, propter authoritatem omnium Patrum, qui commentantur vel hunc locum Geneſ. vel illum alium apud Matth. *in cap.* 2. cùm de natiuitate Chriſti dixit, *in diebus Herodis Regis*, inter quos Anſelm. ita habet, *Quamuis Matthæus natiuitatem Chriſti prætermittat, tamen aduentum Magorum relaturus, eam breuiter tangit, notans locum, tempus, & tribum: tempus*, inquit, *conuenit, quia Rex alienigena factus erat Iſrael, vt impleretur prophetia, quæ dixit, Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt.* Similia habet Ambroſ. *ſuper Luc.* Chryſoſt. *ſuper Matth.* Theophyl. & Euthym. *ibidem.* [q] Neque eſt aliquis ex Patribus, quem ego viderim, qui aſſerat hanc partem prophetiæ conditionatam eſſe, quæ eſt ſententia communis [r] Rabbinorum, ſicut videre eſt apud Paul. Burgenſ. 1. *p. ſcrut. d.* 3. *cap.* 2. *pag.* 136. *colum.* 2. vbi refert Herodem Regem occidiſſe omnes poſteros Dauid, ne qua ſpes regni eſſet in eis: occidiſſe etiam omnes ſeniores, in quibus reſidebat poteſtas regia, ac pro- 229.

[p] *Veruntamẽ certũ eſſe abſolutam omnino certum.*
Matth. 2.
Anſelm.
Ambr.
Chryſoſt.
Theophyl.
Euthym.
[q] *Hæc eſt ſententia omniũ Patrum.*
Paul. Burg.
[r] *& communis Rabbinorum.*

Galatin.

inde tunc ablatum eſt ſceptrum de domo Iudæ; ſicut etiam habetur *in lib. Senedrim Hieroſolymitano*: videndus eſt etiam Galatinus *lib. 4. contra Iudæos, cap. 6.* Ex quibus iam fit duplicem partem huius prophetiæ abſolutam eſſe, nullámque habere conditionem, & eam, quæ aſſerit futuram eſſe regiam dignitatem in tribu Iudæ vſque ad tẽpora Chriſti, & eã etiã quæ aſſerit in defectione ſcepti Iudæ venturum eſſe Regem Meſſiam, ſicut de facto venit in diebus Herodis Regis.

230. Sequitur verbum planè propheticum, cùm dicitur, *donec veniat*, Rex enim Meſſias, *veniens* [f] vocatur à prophetis frequentiſſimè, ſicut notauit Hippolit. Pontifex Romanus *ſuper cap. 13. Daniel.* cùm explicat hiſtoriam Suſannæ, qualis eſt ille locus Cantic. *in cap. 4.* cùm verbo prophetico ſponſa dixit, *Veniet dilectus meus in hortum ſuum.* quo eodem prophetico verbo reſpondit ſponſus Cant. c. 5. *veni in hortum meum*, ſicut eleganter notauit inſignis Ludouic. à Soto. *Cant. cap. 5.* Maior difficultas eſt in ſequenti voce; [e] quod enim Hieronym. tranſtulit, *donec veniat, qui mittendus eſt*, Hebraicè eſt, *Xilloh*, in qua voce, tot tãque varia dicuntur ab Hebræis, Latinis & Græcis, vt mentem potiùs auferant, quàm expoſitionem adducant: vnde plerique Interpretes eandem vocem Hebræam reliquerunt, neque eam Latinam fecerunt, ſicut videre eſt apud Vatabl. Pagnin. & alios. Hieronym. igitur, qui omnino ſequendus eſt hoc in loco, vertit, *qui mittendus eſt*; cuius rei cauſam docet Eugubin. fuiſſe integritatem textus Hebræi temporibus Hieronymi; exiſtimat enim Eugobin. Hebræos corrupiſſe [u] participium *miſſus*, deriuatum à verbo, *Zelahe*, quod ſignificat mittere, vt occaſio relinqueretur ſuis ineptiis: noluerunt enim relinqui textum apertum, quo conuinceretur eorum error; hoc enim eſt perpetuum nomen Meſſiæ ſeruatoris, ſcilicet, miſſum eſſe, ſiue ſecundùm internam miſſionem, qua ab æterno à Patre procedit, ſiue ſecundùm externam miſſionem, qua in tempore viſus eſt in carne filius Dei. Verùm Rabbi Dauid. *in lib. Radic.* exiſtimat nomen *Xilloh*, primitiuum eſſe, cui fauet noſter Oleaſter Luſitan. & plerique alij ex veteribus, noménque Hebræum, ſcilicet, cum pronomine poſſeſſiuo addito, vt ſenſus ſit, *donec veniat filius eius*; ita vertit Rabbi Salom. Galat. & Rabbi Abraham, Hieronym. autem [x] tranſtulit, *qui mittendus eſt*, ad oſtendendum proprium nomen filij Dei, qui ſecundùm vtranque generationem *miſſus* dicitur, ſicut latiùs expoſuimus in peculiari tractatu, quem fecimus de hac voce.

[f] *Verbum, veniat, propheticum eſt, vnde Meſſias à Prophetis, veniẽs dicitur.*
Hipolit.
Cantic. 4. & 5.
Soto Maior.
[e] *Longè difficiliora quæ ſequuntur in Hebræo.*
Vatabl.
Pagnin.
Hieronym.
Eugubin.
[u] *Propterea quòd vitiatus eſt locus ab Hebræis, poſt tempora Vulgati, ne conuincerentur ex eo manifeſtè.*
Rab. Dauid.
Oleaſter.
Galatin.
Rab. Salom.
Rab. Abrah.
Hieron.
[x] *Vulgatus tranſtulit cõgruenter ad proprietatem filij Dei, qui ſecundùm vtranque generationẽ dicitur miſſus.*

231. Septuaginta Interpretes exiſtimant non eſſe vnam vocem, ſed duas, quarum ſenſus hic eſt, *donec veniat cui ei*, ſeu, *cui repoſitum eſt regnum*, ſeu *cui conſeruatum eſt*; depoſitum enim erat regnum Chriſti in familia Iudæ, quoad vſque ipſe veniret. Quam lectionem ſequuntur Græci, [z] & ex Latinis aliqui, ſicut videre eſt apud Auguſt. *de ciuit. 17. cap. 41. & lib. 12. contra Fauſtum, c. 42.* Quocunque tamen modo vox interpretetur, Meſſiam tamen ſignificat, ſicut Paraphraſis Chaldaica docet, cuius ſumma eſt authoritas, ipſa enim ſic habet, *donec veniat Meſſias, cuius eſt regnum.* Quam Paraphraſim ſequuntur ferme omnes Rabbini, quos citat Burgenſ. *in ſcrutin. p. 1. diſt. 3. cap. 2. pag. 133.* Mihi verò non diſplicet id, [a] quod in hoc loco dixit Brixianus, *ſignificat*, inquit, *Xilloh, multa*, quæ omnia coniunctim voluit Propheta tribui Meſſiæ ſeruatori, vt ex tam multis ſolus intelligeretur Meſſias, neque enim aliùs intelligi poteſt, cui tot prærogatiuæ conueniant. Quod autem additur, *ipſe erit expectatio gentium*, ſatis à nobis explicatum eſt in tractatu de ſpe, quem propter hanc vocem fecimus.

[z] *Verſionem LXX. paulo aliam ſequuntur Græci, & aliqui ex Latinis.*
Auguſt.
Par. Chald.
Burgenſis.
[a] *Brixiani notula non deſpicitur.*

§. IV.

De ſtabili regno Iudæ propter terræ vbertatem.

232. SEquitur tandem quarta pars huius prophetiæ, in qua poſtquam Propheta egit de viribus illuſtribus huius familiæ, commendat eius ſortem ab abundantia rerum: conducit enim ad fælicitatem humanam rerum abondantia; hæc autem pars his verbis continetur; *ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi, aſinam ſuam, lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.* Quæ ſententia obſcuris verbis deſcribitur, eſtque in ea perpetua metaphora, adiuncta elegantiſſima hyperbole, qua ſententia pulchrior redditur.

233. Videtur autem vulgatus Interpres pro vite *vineam* poſuiſſe ad fugiendum [b] vitium Battologiæ, quæ figura, eſt repetitio eiuſdem vocis importuna, qualis eſſet repetitio hoc in loco, ſi pro vinea *vitem* dixiſſet; alioquin enim vox Hebræa vitem ſignificat, ſicut patet *Geneſ. 40. videbam coram me vitem*, & *Pſalm. 127. vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.* Altera autem vox, pro qua in vulgata editione eſt *vitis*, ſignificat generoſam vitem, & optimam, quemadmodum aduertit Hieron. *Iſai. cap. 5.* atque alij plerique. Senſus igitur huius loci talis eſt: Tanta [c] erit abundantia vini, vt ad quamuis vitem alligaueris aſinum tuum, licet ipſa optima, & generoſa ſit, poſſis integrum perficere opus; eſſe autem vinearum abundantiam in ſorte Iudæ, conſtat ex eo loco *Iſai. 24.* vbi loquens Propheta de excidio Hieroſolymitano, & prædicens ſummam futuram rerum inopiam, ita habet; *luxit vindemia, infirmata eſt vitis.* Similia habet *cap. 36.* Frequenter repetitur idem modus loquẽdi apud Hierem. *in Trenis.* Pro qua re videndus eſt Adricomius. *in tabula Iudæ*, vbi de Bethlehem aſſerit, quæ caput eſt ſortis Iudæ, rebus omnibus abundaſſe, præſertimque copia vini, quod comparandum non eſt cum eo, quod ex aliis Paleſtinæ Partibus affertur. Pro allegoria tamen aſini, & pulli eius, videndus eſt Pierius Valerian. *lib. 12.* & Origen. *hom. 17 ſuper Geneſ.* Hieron. *in quæſtion. Hebraicis*, & *ſuper Matth. cap. 26.* præter ea, quæ diximus *in tract. de vbertate ſortis Iudæ*, [d] ſiue de vinea Domini; in vtraque enim ſumma abundantia eſt, in illa vini, in hac ſanguinis Chriſti ſeruatoris. Quod autem additum eſt *lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum*, pertinet ad eandem metaphoram, & hyperbolem, redundabit vinum, ita vt & ipſa veſtimenta in vino lauari poſſint. Quod autem dixit, *ſanguinem vuæ*, vinum ſignificare voluit. Cum enim apud Palæſtinos homines vinum rubrum generoſum ſit, illud autem referat ſanguinis colorem, ſanguinem vuæ vinum dixerunt: quo loquendi modo vſus eſt Moyſes Deut. 32. *& ſanguinem vuæ biberet meraciſſimum*, id eſt, vinum coloris ſanguinei. Similia habentur *Iſai. 27.* Videndus eſt

[b] *Pro vite vineam trãſtulit Vulgatus, ne repetitionem faceret.*
Gen. 40.
Pſalm. 127.
Hieron.
[c] *Senſus & enarratio totius loci literalis.*
Iſai. 24.
Adricom.
Piet. Valer.
Origen.
Hieron.
[d] *Allegoria eiuſdem loci.*
Deut. 32.
Iſai. 27.

Plinius.

eſt Plinius. *lib.14. natural.hiſt. cap.5.* vbi vinum vocat *ſanguinem terræ.* Vſitatus igitur loquendi modus eſt tum in ſacra Scriptura, tuio apud prophanos Authores, quo vuæ ſanguis vinum vocatur, niſi potiùs ad myſteriom hoc referendum ſit, cum vinum, ſeu potiùs ſanguis expreſſus ſit de botro, ſiue vite, quæ Chriſtus Dominus eſt, quemadmodum latè diximus io Tractatu de vinea Domini.

§. V.

Eandem vbertatem materialem proſequitur Patriarcha, ſeu potius myſticam.

234. EXtrema eſt hæc pars huins vaticinij, cum dicitur, *pulchriores oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores*; quæ verba potuiſſent pertinere ad quartam partem antecedentem, & ſignificare eandem abundantiam vini, atque lactis: tune enim [e] ſenſus eſſet, præ copia vini rubeſcent perpetuò oculi eius gentis, & albicabunt dentes à perpetuo eſu lactis; vel ſicut Onhell. voluit, *rubi erunt montes eius à vineis, & valles albicabunt à ſegetibus, & gregibus*: Verùm cum hæc verba formam habeant comparatinam, viſum nobis eſt illis potiùs ſignificatam eſſe [f] authoritatem, & maieſtatem Regis Meſſiæ, quæ in corporis dignitate, & in loqueodi maieſtate poſits eſt, quæ per oculos, & dentes ſignificantnr, ſicut latè diximus in tractatu de oculis ſponſi, & in tractatu de eiuſdem ſponſi dentibus. Hactenus de Iuda.

[e] *Prior ſenſus vltima partis.* Onhel.

[f] *Poſterior præfertur.*

TRACTATVS XV.

Zabulon, ſiue, *De moribus maritimis.*

235. HÆc eſt quarta prophetia [a] morientis Iacob de filio ſuo Zabulon, quem ſexto loco genuit ex Lia, cùm tamen ſit decimus ordine generationis inter filios Iacob, ſicut conſtat *Geneſ.* 30. de quo oihil maios vaticinatur, quàm eum fore accolam maris, ſeu habitaturum eſſe locs maritima, cùm ait: *Zabulon in littore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sidoniam.* Verùm Moyſes *Deut.* 33. de hac eadem re ei gratulatur, quaſi magnum ſit hoc vaticinium parentis ſui, *Lætare*, inquit, *Zabulon in exitu tuo.* quem locum Procopius ita intelligit, *Lætari debet Zabulon, quòd terra, marique fruiturus ſit*: verùm ego exiſtimo plus aliquid in his verbis latere.

[a] *Quarta prophetia morientis Iacob.*

Gen. 30. Deut. 33. Procopius.

§. I.

Quantum noceat aut proſit habitationis locus bonis moribus.

236. VT igitur appareat, ſi quid occultum eſt io his verbis, notandum eſt cum Platone *in lib. 5. de legibus ad finem*, magnam eſſe locorum [b] differentiam ad ferendos meliores, & peiores homines, cùm alij varietate ventorum, & turbine difficiles, & proterui euadant, alij propter aquas, alij propter cibos, qui ex terra non ſolùm corporibus commodi, aut incommodi oriuntur, verùm etiam ipſis animis. Vnde eſt optima ea ſententia apud Plutarch. *in apophtheg.* Cum enim Perſæ vellent montuoſam regionem, cum alia plana & molli commutari, noluit Rex eorum, inquiens, *ſtirpium ſemina, & hominum mores [c] locis aſſimilari, è quibus oriuntur.* Quæ fuit ratio, cur Paulus *in epiſt. ad Titum, cap. 1.* ex ſententia Epimenidis poëtæ congeſſerit mores Cretenſium hominum eſſe deterrimos: *Cretenſes*, inquit Epimenides, *ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri*, quod Paulus etiam aduertit *ad Galat. 3.* cum dixit, *O inſenſati Galatæ.* vbi Hieronym. aduertit natiuæ ſtoliditatis Paulum accuſaſſe Galatas, quaſi vitium telluris eſſet. Hinc eſt illud apud Ioan. in cap. 1. *à Nazareth poteſt eſſe aliquid boni?* quaſi vellet ex ea regione oihil oriri poſſe quod bonum ſit; erat autem Nazareth in terra Zabulon. Ex quibus fit cooducere ad mores optimos, regionis optimam conditionem: quæ fuit ratio, cur cum Plato decem libros ſcripſerit de optima Republica, eiuſdem nunquam dederit ſitum in terra, quia eos mores, quos effingebat, non terram ſed cælum edere poſſe exiſtimauit, ſicut eleganter notauit Marſilius Fæcinus *in argumento lib. 4. de legibus eiuſdem Platonis.* Vnde in principio *lib. 4. de legibus*, vrbem ædificaodam eſſe dicit Plato, nec maritimam, nec admodùm [d] ſeparatam à mari, quod ex Platone accepit Ariſtoteles *lib. 7. Polit. cap. 6.* vbi quærit vtrùm maris nauigatio vrbibus proſit, an potiùs noceat? Communio enim maris, vtrùm ſit vtilis ciuitatibus, vel damnoſa? permultæ ſunt diſceptationes; nam & frequentare aduenas quoſdam alienis legibus educatos inutile putant ad rectam ciuitatis diſciplinam, & turbam popularem multiplicari ex vſu maris, tranſmutantibus, & recipientibus negotiorum multitudinem, contrarium eſſe dicunt rectæ ciuium inſtitutioni. Quem locum ediſſerit eleganter D. Thom. *lect. 4. ſuper lib. 7. Politic.* vbi inter alia docet opportunum locum vrbis eſſe non admodum coniunctum mari, neque tamen omnino remotum à mari; alterum [e] enim moribus nocet, alterum verò vtilitati ciuium; nam ciuitas mari finitima varios mores accipit ſingulis diebus, & diſſimiles viuendi rationes, quibus neqoe leges ſtare poſſunt, neque probi mores conſeruantur. Si verò ſit admodum remota à mari, priuabitur illis vtilitatibus, quæ per mare conuehuntur. Vnde Ariſtoteles eodem loco ex ſententia Platonis *in dialog. 4. de legibus*, maritimam noluit eſſe vrbem, ſed ad minimum remotam [f] à mari per decem millia paſſuum, quem locum tranſtulit Strabo *lib. 7. ſuæ geograph. pag.* 603. qualem ſitum habuiſſe docet ſanctam Ciuitatem Hieroſolymitanam, Euſeb. Cæſar. *lib. 12. de præparat. Euang. cap. 27.* ſunt enim mores maritimi inconſtantes, & perniciuſi ciuitatibus; hinc enim ortum eſt prouerbium, *mores maritimi*, cuius author eſt Plautus *in ciſtellaria.* vbi deſcribere volens amantium ingenium, [g] eorum dixit eſſe mores maritimos: cum enim ferantur impotentibus cupiditatibus, tamen ſibi non conſtant, quale eſt ingenium hominum maritimorum: quæritur enim apud Poëtam adoleſcens, de amoris inconſtantia, *mihi*, inquit, *omnia ingenia ſunt, quod lubet, non lubet iam, ita me amor lapſum animi ludificat, fugat, agit, appetit,*

[b] *Locorum differentia etiam ad morum diuerſitatem facit.*

Plutarch. [c] *Aſſimilantur ſemina & mores locis in quibus gignuntur.* Tit. 1. Epimenid. Gal. 3 Ioann. 1. Fucinus. Plato. [d] *Vrbs cōmoda nec maritima, nec à mari multùm remota.* Ariſtot. D. Thom. [e] *Alterum enim moribus nocet, alterū vtilitati ciuium.* Ariſtot. Plato. [f] *Quæ diſtātia à mari ſit vtilior!* Strabo. Euſeb. Cæſ. Plautus. [g] *Amantiū ingenium quale.*

petit, raptat, retinet, iactat, largitur, quod dat, non dat, diludit, modo, quod ſuaſit, deſuadet, quod deſuadet, id oſtentat, maritimis moribus mecum experitur. Quemadmodum autem mare [h] nunquam conquieſcit, & ſubinde mutat faciem, ita ferunt homines maritimos, non nihil ex maris ingenio referre. Vnde Strabo *lib. 8. ſua Geograph.* retinendum eſſe exiſtimauit illud prouerbium, *non eſt cuiuſuis adire Corinthum*, non ad difficiles aditus illius inſulæ, ſed potiùs ad luxum, & prauos mores illius vrbis, quæ cum maritima eſſet, pernicioſos habebat mores propter negotiorum frequentiam, & terræ vbertatem, atque pulchritudinem, quæ duæ ſolent moribus nocere, ſicut proſequitur Senec. *lib. 7. epiſt. epiſt.* 52. vbi docet maritimas villas fugiendas eſſe, *non quòd*, inquit, *vlli loco odium indicendum ſit, ſed quemadmodum aliqua veſtis ſapienti, ac probo viro magis conuenit, quam alia, nec vllum colorem ille odit, ſed aliquem putat parum aptum eſſe frugalitatem profeſſo; ſic regio eſt, quam ſapiens vir, aut ad ſapientiam tendens declinat, tanquam alienam bonis moribus; nec enim tantùm corpori*, [i] *ſed potius moribus ſalubrem locum eligere debemus.* Proſequitur hanc ſententiam Ioſeph. *lib. 3. de Bello. cap. 3.* vbi aſſerit, quod quamuis Galilæa, in qua prouincia ſita erat ſors Zabulon, fertiliſſima, amœniſſima, & maritima eſſet, parum tamen celebrem fuiſſe laude Prophetarum, aut illuſtrium virorum; nemo enim ferè magni nominis ex ea ortus agnoſcebatur. Vnde contemptibilis habebatur, ſicut patet Ioan. 7. Alij autem dicebant, *Nunquid à Galilæa venit Chriſtus?* quia & negotioſa erat, & amœna, quæ duæ res plurimum poſſunt ad mores euertendos. Sicut igitur Iacob hoc in loco ſortem filij ſui Zabulon vaticinatus eſt, futuram fertilem, diuitem, maritimam, & negotioſam, talis enim erat ea regio, quam ſortitus eſt Zabulon: ſic etiam [l] eam moribus perditam eſſe inſinuauit, tales enim ſunt mores maritimi; id quod videtur ſignificaſſe Matth, *in cap.* 4. vbi accommodat locum Iſai. *in cap.* 9. ad primam Euangelij publicationem factam in terra Zabulon: ſic enim habet Iſai. *Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephtalim, & nouiſſimò aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilææ gentium.* In quo loco tres conditiones reperiuntur potiſſimè, quæ nocere ſolent bonis moribus. Prima eſt pulchritudo loci, qualis Galilæa erat inter cæteras Palæſtinæ regiones. Secunda cum dicitur *via maris.* Tertia tandem cum additur, *Galilææ gentium*, in qua ſcilicet habitabant permixti cum Hebræis multi ex finitimis gentibus, vel quoniam eam regionem occupauerant Tyrij; eam enim dono dederat Rex Salomon [m] Hyram Regi Tyriorum, quòd materiam in fabricam templi ei ſubminiſtraſſet, ſicut dicitur *lib. 3. Reg. cap. 9.* & notauit Ioſeph. *lib. 7. antiquit. cap. 3. & lib. contra Apionem grammaticum*, inter quos pietas Hebræorum tuta eſſe non poterat. quæ fuit ratio, cur eos appellauerit *habitantes*, ſeu *ſedentes in tenebris*, ſeu *vmbra mortis.* Videtur igitur Matth. in memoriam reuocare primam, & ſecundam captiuitatem illius gentis, vt conferat diuinam miſericordiam cum diuina iuſtitia, quaſi vellet, ſicut iam olim, vt cõſtat ex lib. 4. *Reg. c.* 15. tribus Zabulon, & tribus Nephtalim propter earum ſcelera captiuæ deductæ ſunt ab Aſſyriis, quæ pœna leuis fuit tantis earum ſceleribus; verùm quia poſtea in ſua nequitia perſeuerarunt, vt conſtat ex *lib. 4. Reg. c.* 17. omnes decem tribus pariter in ſeruitutem redactæ ſunt ab Aſſyriis; creſcentibus enim ſceleribus, creuit diuina iuſtitia, quæ primò viſitauit terram Zabulon, quia ea iniquior erat: ſic quoque diuina miſericordia [n] primò refulſit in ea regione, non quia melior erat, ſed quia deterior; magis enim apparet vis diuinæ miſericordiæ inter eos, qui iniquiores ſunt, quemadmodum proſequitur optimè Chryſoſt. *hom. 14. ſuper Matth.* Auguſt. *ſerm. 10. & 9. de verbis Domini*, cùm explicat illud ſecundæ ad Timoth. 1. *Chriſtus Ieſus venit hunc in mundum peccatores ſaluos facere. Quemadmodum*, inquit, *Medici, quando veniunt ad aliquam regionem, in qua ignoti ſunt, ſi opinionem in arte volunt comparare, eligunt maximè ægrotos, vt oſtendant peritiam artis: ſic Chriſtus Dominus, qui ignotus venerat in mundum, eam prouinciam elegit primò curandam, quæ magis diuina miſericordia indigebat: apparet enim magis miſericordia diuina inter maiora crimina.* Propheria igitur eſt in illis verbis de temporibus Chriſti, in qua dicitur primam Euangelij lucem apparituram ex tribu Zabulon, vt inde inciperet miſericordia, vnde cœperat iuſtitia. Etenim ſicut eleganter ait Bernard. epiſt. 12. *Iuſtitia quærit meritum, miſericordia miſeriam; vera namque miſericordia non iudicat, ſed afficit: neque enim ratio iudicare poteſt, vbi affectio trahit; ac proinde ſicut iuſtitia demeritum quærebat ad iudicandum, ſic miſericordia miſeriam ad liberandum, ac inde incœpit miſericordia, vnde iuſtitia.* In hac igitur prophetia ad literam voluit Iacob ſortem ſui filij Zabulonis futuram opportunam nauigationibus, & commerciis, verùm eandem non probos mores habituram: nos autem exiſtimamus, maiùs aliquid in ea prophetia latere, ac proinde eius myſterium inquirimus, quod vt magis appareat, ſit ſequens tractatus hic.

[h] *Mores item maritimi inconſtantia ſymbolum.* Strabo.

Seneca.

[i] *Non corporis tantùm ſalubris habitatio, ſed moribus perquirenda.* Ioſephus.

[l] *Sors Zabulon quantum vita huic, tãtum moribus incommoda.* Matth. 4. Iſai. 9.

[m] *Ea eſt terra quam dederat Salomõ Hyram Regi Tyriorum.* 3 Reg. 9. Ioſephus.

4. Reg. 15.

Ibid. 17.

[n] *In qua primò refulſit diuina miſericordia per Chriſtum, & quare.* Chryſoſt. Auguſt.

Bernard.

TRACTATVS XVI.

Nec loco, nec ſyderibus tribuenda eſt malitia, ſed nobis.

QVoniam ex iis, quæ diximus de ſorte Zabulonis, potuiſſet quiſquam exiſtimare, 237.
malitiam humanam in locum referendam eſſe, opportunus viſus eſt hic tractatus Primo igitur locu videndus eſt Plutarch. *in vita Demoſth.* ſtatim in principio: *Sunt*, inquit, *qui velint deberi primum illuſtri patria natum eſſe, quiſquis felix vir futurus ſit; Ego verò ad veram felicitatem, quæ magna ex parte conſtat ex probis moribus, quàm obſcura & ignobili patria*, [a] *quàm deformi puſillaque matre, genitus ſit, parum referre puto.* Nam cæteras quidem artes, quæcunque difficiliores ſunt, & ad gloriam quandam aſpirant, vt veriſimile ſit in obſcuris locis velut languere; virtus certè, quemadmodum planta generoſa, fortiſque & ſuo robore nixa, vbilibet radices agit; itaque ſi quidquam vel prudentia, vel vſu vitæ, ab eo, quod rectum eſt deficiamus, imputare non patriæ tenuitati, ſed nobis ipſis decet; namque ſicut notauit Gregor. Magnus *hom. 9. ſuper Ezech.* cum exponit ea verba Iob. in cap. 30. *frater fui draconum, & ſocius ſcorpionum, non nocet terra moribus, etenim inter malos homines, iuſtiſſimus Iob fuit, creſcit enim roſa plerunque cum ſpinis, quæ pungit.*

Plutarch.

[a] *Ad veram felicitatem parum refert obſcuritas patriæ.*

Gregor. Iob 30.

quod

quod notaſſe videtur Rex Salomon *in ſponſa, c.* 2. cum dixit, *ſicut lilium* [b] *inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* ad quem locum videndus eſt Bernard. *ſerm.* 48. *ſuper Cantic. Quod ſi,* inquit, *lilium eſt, videat quam vigilem & ſollicitam eſſe oporteat ſuper ſui cuſtodia, ſepta vndique ſpinis, hinc inde aculeos intendentibus; neque enim vel leuiſſimam ſuſtinet vllatenus punctionem floris teneritudo, ſed mox, vt modicè premitur perforatur.* Similia habet Auguſt. lib. 3. contra literas Petiliani. cap. 8. *Non legitur vua de ſpinis, quia nunquam de ſpinarum radicibus oritur cibus, ſed cum ſe ſpinaceis ſepibus palmes vitis implicuit, non ideo fructus, qui illic pendet, horretur, ſed ſpina cauetur, vua decerpitur.* Non igitur in tellurem referenda eſt malitia, quæcunque enim patria, & bonos, & malos ciues edere poteſt. Vude Bernard. *ſerm. de ligno, fano, & ſtipula,* eleganter dixit; *Nuſquam eſt ſecuritas, neque in cælo, neque in paradiſo, multo minùs in mundo: in cælo cecidit Angelus, ſub præſentia diuinitatis: Adam in paradiſo de loco voluptatis: Iudas in mundo de ſchola Saluatoris.* Ne quis ſibi de loeo blandiatue: quanois enim eeligioſa loca plurimum poſſint ad fidem, & pietatem conſeruandam, ex eiſdem tamen ruina timenda eſt, cum videamus interdum ex ſacto loco eecidiſſe aliquos, & ex vili, & impio, pleroſque natos eſſe optimos: nónne in principio Orbis cum impio Cain, viuebat innocens Abel? inter gigautes iuſtiſſimus Noë? In medio Caldæorum Abraham ſanctiſſimus? Nequis ſuam nequitiam in patriam referat, naſcuntur inter malos ſancti homiues; diuina igitoe Prouidentia effectum eſt, vt in Galilæa, & in tribu Zabulonis, quæ regio perditis [d] moribus erat, arcanum inuumuerit Verbum. Etenim quanuis Verbum æternum in carne, hoc eſt, Chtiſtus Dominus io Bethlehem natus ſit, in Nazareth conceptus eſt, qoæ *flos* interpretatut. Eſt autem ea ciuitas in tribu Zabulonis ſuper montem ædificata, quem ad iuſtar coronæ ambit; hîc Beata Maria flos Virginum nata eſt, hîc Chriſtus Dominus noſter Saluator, vt flos campi conceptus eſt in flore virtutum: nec mirum ſi inter tot ſpinas, tantus apparuerit flos; quia ſicut bibulum vellus Gedeonis totum imbrem cæleſtem excipere potoit, interim manente vicina area ſicca, & arida: ſie quoqoe non minùs uon capax cæleſtis imbris Virgo Mater, quàm Gedeonis vellus potuit non modò pluuias cæleſtes, ſed ipſum Deum in carne exeipere, commendat enim magis virtutem loci [e] impietas, nam quidquid mortalibus præter expectationem, & conſuetudinem offertur, id omnibus in rebus longè gratius eſt, ſicur elegauter dixit Iſoctat. *in quadam epiſt.* quibus habet ſimilia Chryſoſt. *hom.* 3. *in cap.* 1. *Matth. Magis ille refulget, qui à parentibus eſt alienis à virtute.* Similia habet Philo *in lib. de nobilit.* & in hanc ſententiam mihi quadrare videtur ille locus apud Plutarch. cum docer elegantiores hortulanos, ſiue olitores, non niſi inter herbas aſperi odoris plantare roſam, alióſque flores ſuauiter olentes, vt ſi quid in floribus ſuauibus acris odoris ſit, in aſperas tandem plantas deriuetur, quo ſuauior maneat flos. Hæc igitur fuit ratio, cur in [f] Nazareth orta ſit Mater, & in eadem parentes eius, ac tandem Deus in carne conceptus, vt ſi qua macula in carne Virginis futura eſſet, ea potiùs deriuaretur in vicinos, & impios Galilæos, ſic enim ſuauior, & pulchtior redditus eſt flos Nazareth.

[b] *Oritur enim & lilium inter ſpinas.* Cant. 2. Bernard.

Auguſt.

Bernard.

[c] *Si neque in cælo, neque in paradiſo, ſecuritas, multo minùs in mundo.*

[d] *At in perditiſſima moribus regione Verbum diuinum conceptum eſt.*

[e] *Commēdat virtutem loci impietas.* Iſocrat. Chryſoſt.

Philo.

Plutarch.

[f] *Cur in Nazareth orta ſit Mater Chriſti.*

238\. Quare non eſt, cur nobis obiieiant in contumeliam, Chtiſtum Dominum Galilæum eſſe, ſiue Nazaræum, nóſque omnes Galilæos eſſe, ſeu Nazaræos; ſic enim Chriſtum Dominum appellabant, & diſcipulos eius pletique, quemadmodum teſtatur Hieronym. *ad magnum Oratorem:* Chryſoſt. *tom.* 5. *orat. contra Gentes:* Nazianz. *orationibus infamatricibus contra Iulianum.* Aug. Nicephor. *lib.* 10. *cap.* 20. Vnde enim videtur Chtiſtus Dominus [g] Nazaræus, inde probatur verus Meſſias. Pro qua re videndus eſt Baronius *tom.* 1. *annal. anno* 34. *cap.* 17. vbi aſſerit de titulo Crucis, *Nos omnes fideles Nazaræos vocatos fuiſſe, cum tamen Chriſtus de Nazareth Nazaræus dictus ſit.* Similia habet Hieronym. *ſuper Iſai. c.* 49. Vnde mihi viſa eſt optima coniectura Ioan. Maldon. *Matth. in cap.* 2. cum explicar illa verba: *& veniens habitauit in ciuitate, qua vocatur Nazareth, vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas, quoniam Nazaræus vocabitur.* Quod ille voluit dictum à Prophetis, vt contumelia nominis *Nazareth*, verteretue in confirmationem veri Meſſiæ, ex Nazareth enim ortus eſt verus Nazaræus, & ea terra, quæ nihil dare boni potuit, ſicut dicebat Natanaël *Ioann. cap.* 1. & quæ nullius Prophetæ [h] gloria ornata erat, dedit in carne, & matrem eius, qua nihil maius eſt ſub Deo, & parentes matris ſanctiſſimos, atque proceres Eccleſiæ Petrum, Andream, Philippum, Ioannem, & Iacobum, atque alios pleroſque, vt iam videamus non in locum referendam eſſe malitiam, cum de impia ſorte Zabulonis tot flores emicuerint, ſicut de ſpina roſa.

Hieronym. Chryſoſt. Nazianz. Auguſt. Nicephor.

[g] *Inde Chriſtus Dominus probatur Meſſias, vnde irridetur vt Nazaræus.*

Baronius. Hieron. Maldonat. Matth. 2.

Ioan. 1.

[h] *Quā nullā prophetā adiderat ſors Zabulon omne bonū protulit tempore Meſſiæ.*

TRACTATVS XVII.

Analogia vtriuſque Teſtamenti, reperta in Zabulone.

239\. Conſequens eſt, vt aliquid dieamus de congruentia intet noſtram Eccleſiam, & ſortem Zabulonis: plus enim [a] aliquid voluiſſe videtue Patriarcha, cum de filio ſuo dixit: *habitabit in littore maris, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sidoniam*; quàm eum opportunitatem habiturum ad negotia vltro, citróque exercenda per mare, præſertim cum Moyſes *Deut.* 33. eundem filium lætum eſſe iubeat propter exitus ſuos. in quibus verbis plus aliquid later, vnde Gloſſa interlinealis ad eum locum Deuter. ita habet. *Exitum refert ad Apoſtolos per orbem euangelizantes euangelium Chriſti.* Quod etiam notaſſe videtue Chryſoſt. imò, & Ambroſ. *in lib. de Benedictionibus Patriarch. cap.* 5. fore dixit hanc ſortem maritimam, vt credentibus refugium, & periclitantibus demonſtret fidei portum contra omnes terminos ſæculi, ſolidata ſpectat naufragium Iudæorum, & proceilas hæreticorum ſacroſancta Tribus Zabulonis prope mare fundata.

[a] *Plus latet in hac litera myſterijquàm verba ſonāt.*

Deut. 33.

Gloſſa.

Chryſoſt. Ambroſius.

***

§. I.

§. I.

De Verbi æterni exitu in terram Nazareth.

240. MEa eſt cooiectora, qoæ noo lꝭuibus nititor fondamentis, *exitum* hoc in loco ſignificare Vetbi ætetni incarnatiooem, ex hac enim regione exiit in florem iocarnatum Verbum æternum; credibile enim non [b] eſt latuiſſe Patriarcham, è Nazareth ſumendam eſſe carnem, qua Deus bomo fieret; qood ſi boc vidit, mious ctedibile eſt vaticinatum fuiſſe de exltu maritimo, atque de negotiatione fælici eius gentis, nihil tamen dixiſſe de exitu Dei in carne, præſertim cum videamus Micbæam prophetam, *cap.* 5. importunè, & noo ex citconſtantia loci egiſſe de exitu Dei in carne apud Berhlehem; ſic enim ille habet: *Nunc vaſtaberis filia latronis, obſidionem poſuerunt ſuper nos, in virga percutient maxillam Iudicis Iſrael*, tunc addidit: *Et tu Bethlehē Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui regat populum meum Iſrael.* Excidium Hietoſolymitanum relinquit, vt & de faoſto, & fælici exitu Dci in carne, hoc eſt, de natali Domini in Bethlehem Iuda loqueretur. Putandum igitur non eſt inter fauſta, & fælicia, quæ Iacob de ſorte Zabulonis prædicebat, omiſſum fuiſſe exitum Dei in caroe ab ea regione, ſi non vobis forte maius videtur ſepoſitum fuiſſe granum in horteo, quàm exiuiſſe in flotem. Com igitur in Bethlebem quaſi in horteo excoſſum ſit graoum (ibi enim natum eſt Vetbom æternum io carne) & in Nazareth exiuerit [c] idem Verbum in florem incarnatum, credibile non eſt hoc non vidiſſe Pattiarcham Iacob in ſorte filij ſui inter fælicia quæ de ea prædicebat, cum illud viderit Michæas inter infælicia, qoæ vaticinabatur de Hieruſalem, quamuis vtilios mulro ſit granum, [d] pulchrior & iucundior eſt flos. Vnde elegantet Origen. *Cantic.* 1. florum faſciculum appellauit myſterium Incatoationis, cum ait ſponſa: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi.* ĩnquam ſententiam videndus eſt Bernard. *ſerm.* x. *de Annunciat.* cum ait: *Vel ex eo maximè nobis lætandum eſſe in Verbi incarnatione, quia de noſtra carne ea facta eſt, iuxta illud Iſai. cap.* 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, de radice, dixit, exiuiſſe, non* [e] *autem de virga; ne quiſpiam exiſtimaſſet inſertam carnem vel de nouo creatam talem ac tantum fecſſe florem, qualis eſt Verbum in carne, ſed de noſtra carne, & de noſtra radice orta eſt.* Quare cum opportunom prædixit Patriatcha futurum locum huius ſortis, quam Prophetiam Moyſes explicauit *Deut.* 33. de opportunitate exitus, fit conſequens *exitum* hoc loco non ſolùm ſignificare negotiationem maritimam, ſed etiam exitum Dei in carne ab hac parte orbis, præſertim cum Moyſes *exod.* 12. agens de celebritate Paſchatis, vbi ei occurterit martius menſis, feſtum reliquit, & io laudes martij effuſus eſt. *Hic menſis*, inquit, *erit vobis principium menſium, & principium annorum*; ab hoc menſe incipient menſes, & anni, à quo Verbum etiam in carne incepit: ergo mirum non eſt, ſi cum Patriarcha vidit terram in qua Verbū incarnandom erat, de exitu Dei in carne ſit locutus, præſertim, *cùm Sol*, ſicut eleganter notauit Auguſt. *ab ea parte cœli lætabundus ſuam* [f] *primam reuolutionem fecerit, qua reſpondebat illi gleba, ex qua Adam creandus erat, de cuius carne voluentibus annis Verbum æternum carnem accepit.* Hæc eſt prima coogrueutia huius loci,

[b] *Credibile eſt vidiſſe Patriarcham hic Verbi incarnationem in Nazareth fore peragendam.*

Michææ. 5.

[c] *In Nazareth namque exiuit Verbū in florem.*

[d] *Vtilius ſit granum, ſed iucūdior flos.*

Origen. Cantic. 1.

Bernard.

[e] *Exiuit verò flos Verbi de radice noſtra carnis in terra Zabulon.*

Exod. 12.

Auguſt.

[f] *Sol in ortu ſuo reſpondet gleba ex qua Adā formatus eſt.*

§. II.

De expeditione Apoſtolorum per orbem è terra Zabulon.

SEcunda autem congruentia huius loci poſita eſt inter opportonitatem ad exitus maritimos, & fælicem exitum, ſiue proceſſum Eccleſiæ ab ea parte orbis; ſcitum eſt enim inter Patres eam nauiculam cuius meminit Luc. *cap.* 8. quæ à fluctibus ſæpius oppreſſa fuit, nunquam tandem obruta, Eccleſiam ſigoificare, quæ io mari Galilææ primò cæpit, [g] quemadmodum Commētatur Auguſt. *Pſalm.* 92. Proſper. *lib.* 1. *de vita contemplatiua, cap.* 16. Chryſoſt. *tom.* 5. *hom. de expulſione ſua.* Ab hac igitur tribu ſoluit nauicula Petri, quæ & ducem habuit Nazaræum, & primos moderatores Galilæos; nam Petrus, Aodreas, & Philippus de Bethſaida orti ſunt prope mare Galilææ: eſt autem Bethſaida *domus piſcatorum*; ſic enim vocantur viri apoſtolici, de quibus prædixerat Hieremias, *in cap.* 16. *Ego mittam piſcatores, & venatores, qui venentur vos de omni colle & monte.* in quibus verbis locutio eſt metaphorica ad ſignificandos viros apoſtolicos, qui de mari huius mundi congtegabuot in piſcinam Eccleſiæ fideles. Sic enim oos vocat Tertullian. *in lib. de Baptiſm. cap.* 1. *Feræ, viperæ, & aſpides, atque ipſi reguli Serpentes arida, & inaquoſa ſectantur, ſed nos piſciculi ſecundùm noſtrum Ieſum Chriſtum, in aqua naſcimur, nec aliter, quàm in aqua permanendo, ſalui ſumus.* Quem locum eroditè expooit Iacobus Pamel. *annot.* 9. *ſuper lib. de Baptiſmo Tertul.* vbi ita habet: *Piſcis eſt Chriſtus Dominus, qui per inuocationem in baptiſmate fontalibus aquis inſeritur, vt quæ aqua fuerat, à piſce, piſcina vocitetur.* Appellator autem Chriſtus Dominus Græco nomine *piſcis*, quod continet turba ſanctorum nominum, quæ Chriſto Domino conueniunt, ſcilicet Ieſus Chriſtus, Dei filius, ſaluator noſter, quemadmodum colligit D. Auguſt. ex carminibus Erithreæ Sybillæ de Chriſto Domino, *lib.* 18. *de ciuitate, cap.* 23. Tertul. *loco ſuprà citato*, & Proſper. *lib. de promiſſ. p.* x. *cap.* 39. vbi addidit piſcem illum captum à Tobia iuniore, qui & cæcum illuminauit, & Dæmonem fugauit, Chriſtum Dominum ſignificare. Ab hac igitur [h] ſorte piſcatores orti ſunt, qui de mari in piſcinam reducant piſces. Vode elegaoter notauit Auguſt. *Pſalm.* 67. ea verba Dauidis, *Principes Iudæ duces eorum, Principes Zabulon, Principes Nephthalim*; quaſi vellet Rex Dauid ex ea parte oriundos eſſe præceptores fidei, ſpei, & charitatis; oamque fidem ſignificat *Iudas*, fortitudinis habitationem *Zabulon*, quod ad ſpem pertinet, dilatationem *Nephthalim*, quod de charitate propriè dicitur. Cum igitur in hac tribu conceptus ſit Chriſtus Domious, & nati Doctores primi Eccleſiæ, & ex eadem ſoluerit nauicula Petri, fit conſequens, ſummam congruentiam eſſe inter Eccleſiam nouam, & ſortem Zabulonis: ſicut enim Zabulon ad littora maris magni habitat, ſic vniuerſa Eccleſia Chriſti ad littora maris magni habitat, vt & naufragos recipiat, & ad alios ſuos piſcatores mittat, 241.

Luc. 8.

[g] *Nauicula Eccleſiæ in mari Galilææ primò cæpit ſub figura, & veritate.*

Auguſt. Proſper. Chryſoſt.

Hierem. 16.

Tertullian.

Pamelius.

Auguſt.

Tertullian.

Proſper.

[h] *Ab ea enim ſorte piſcatores orbis terrarum orti ſunt.*

Pſalm. 67. Auguſt.

[i] *Summa cōgruētia inter Eccleſiam nouam & terram Zabulon.*

Iſai. 60.

mitiat, tanquam veros Zabulonitas, de qnibus elegantet dixit Iſai. *in cap.* 60. *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas? me enim inſulæ expectant, & naues maris in principio, vt addncant filios tuos de longè:* ſoluunt enim de littore Zabulonis, hoc eſt, Eccleſiæ viti religioſi, & [l] apoſtolici pet vniuerſum mare ad quærendos gentiles homines de remotis, & extremis partibus orbis, non minore velocitate, quàm rapiuntur nubes à ventis, vel quàm feruntur columbæ prope cellulas ſuas, cum columbæ in ore deferunt cibum pullis ſuis, & nubes rorem, quibus fæcunda redditur terra. Sic feruntur apoſtolici viri deferentes ſacra eloquia de littore Zabulonis, ſiue de Eccleſia exeuntes.

[l] *Soluunt enim de littore Zabulonis viri Apoſtolici per vniuerſum mare.*

§. III.

In Zabulone primò cum hominibus habitauit Deus in carne.

242. TErtia congruentia petita eſt ex notatione nominis Zabulonis, ſignificat enim, *cohabitare,* [m] iuxta id, quod dixit Lia *Geneſ.* 30. cum Zabulonem peperit, *mecum erit maritus meus, eo quòd genuerim ei ſex filios*; idcirco vocauit nomen eius *Zabulon,* ſic etenim vocatur Eccleſia, quemadmodum notauit Ambroſ. *tom.* 2. *in lib. de Incarnationis Dominicæ ſacramento,* cum exponit ea verba Cantic. 8. *Apprehendam te, & ducam in domnm matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ; ibi me docebis.* Ex quibus verbis videmus Eccleſiam appellari *habitationem* [n] *ſponſi.* Pro qua re notandum eſt ceremoniam ſolemnem in deſponſatione receptam fuiſſe inter veteres, vt ſponſa reciperetur in cubiculum matris ſuæ pariter cum ſuo ſponſo, iuxta illud, quod dictum eſt Ruth. *cap.* 1. Quando dixit ad nurus ſuas: *Ite in domum matris veſtræ,* erat enim domus materna ſponſæ thalamus ſponſalitius, vel etiam recipiebantur in domum matris ſponſæ. Quo pacto *Gen.* 24. Iſaac Rebeccam ſponſam ſuam introduxit in cubiculum genitricis ſuæ. Vnde elegantiſſimè Niſſenus. *in orat.* 6. *in Cantic.* exiſtimauit ea verba ſponſæ, *quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ? apprehendam te, & deducam in domnm matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, ibi me docebis.* In quibus verbis exiſtimat Niſſenus, vota & deſideria ſponſæ explicata eſſe, quibus deſiderabat ſponſum ſuum: deſcribitur enim in his verbis apparatus nuptialis, & inter alia oſtenditur, domum matris ſponſæ, in qua recipiendus erat ſponſus de veteri more Hebræorum, Eccleſiam eſſe; ſicut elegantiſſimè etiam notauit Hieronym. *epiſt.* 531. *ad Ruphin. tom.* 3. *Domus enim matris ſponſæ cohabitatio erat ſponſorum*: Zabulon autem cohabitatio dicitur. Quo etiam ſenſu Cantic. *cap.* 1. Eccleſia dicitur, accubitus ſponſi, *cum eſſet Rex in accubitu ſuo*; ſic enim oſtenditur immanentia Dei in ſancta Eccleſia, iuxta illud Leuit. *in cap.* 26. *Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abiiciet vos anima mea, ambulabo inter vos, & ero Deus veſter.* In quam ſententiam dixit eleganter Richard. de S. Victore *in lib. de Emmanuele cap.* 1. non aliud voluiſſe Iſaiam cum dixit, *cap.* 7. *& vocabitur nomen eius Emmanuel,* quàm id, quod dixit Ioan. *cap.* 1. *& habitabit* [o] *in nobis.* Quibus addenda ſunt ea, quæ dixit Athanaſ. *orat.* 3. *contra Arrian.* ſcilicet hæc verba Ioannis, *& habitabit in nobis,* cauſam Incarnationis oſtendere: quaſi verò ideo Verbum caro factum ſit, vt habitaret in nobis. Videndus eſt Euzeb. Cæſar. *lib.* 7. *demonſtr. Euangel. cap.* 2. vbi diſputans aduerſus Hebræos oſtendit rationem, quare tot mala patiantur, non aliam eſſe, quàm quia Emmanuel ex Virgine natus nobiſcum habitat, & non cum illis; id eſt, quia ſunt extra Eccleſiam, quæ Zabulon, ſiue habitatio [p] Emmanuelis appellatur; eſſe autem Eccleſiam cohabitationem fidelium notiſſimum eſt, cum Eccleſia ſit cætus hominum eiuſdem fidei communione, & profeſſione eorundem Sacramentorum colligatus ſub regimine vnius Vicarij Chriſti; hæc autem fundata prope littora maris magni Zabulon appellatur.

[m] *Zabulon ſignificat cohabitare.* Gen. 30. Ambroſ. Cantic. 8.

[n] *Eccleſia habitatio ſponſi, & quare.* Ruth. 1. Geneſ. 24. Niſſen. Hieronym. Cantic. 1. Leuit. 26. Richard. de S. Victor. Iſai. 7. Ioann. 1.

[o] Emmanuel, *idem,* quod habitabit in nobis. Athanaſ. Cæſarienſ.

[p] *Vnde Zabulon habitatio Emmanuelis appellatur.*

§. IV.

Naſcentis Eccleſiæ Oriens Zabulon.

QVartam congruentiam addidit Ambroſ. *in citato lib. de Benedictionib. Patriarch.* deſumptam ex eo euentu, qui accidit in hac tribu, quemadmodum vaticinatus eſt Iſai. de eadem cum dixit, *populus, qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam.* Vnde hanc ſortem vocauit *liberationem à nocturnis* [q] *tenebris,* quod eſt alterum nomen Eccleſiæ; vocatur enim Eccleſia *Luna,* non quando decreſcit, ſed quando plenis cornibus toto orbe lucido, mundo oſtenditur; ſic enim liberat nos à nocturnis tenebris; in quibus ambulamus, donec ad diem clarum perueniamus. Pro qua congruentia videndus eſt Hieron. Amos *cap.* 4. cum ait. *Luna Solis illuſtratur radiis ab ea parte, quæ ei vicina eſt, ſic & Eccleſia veri Solis ſplendore decoratur*; Luna dicitur præſertim, quia in hac ſorte Zabulonis, primò [r] vicinum habuit Solem. 243.

Ambr.

[q] *Zabulon liberatio à nocturnis tenebris,*

Hieronym.

[r] *Quæ primò vicinum habuit Solem.*

§. V.

Breuis expoſitio literæ.

HÆc prophetia Zabulonis his verbis concluditur; *Zabulon habitabit in littore maris, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sidoniam:* In qua prophetia ſi literam inſpiciamus, deſcribitur [s] ſitus huius ſortis. Ea enim poſita eſt citra Iordanem in fertili Galilææ regione, quæ longitudine tendit à Lacu Geneſareth, vſque ad littus maris magni, quod eſt iuxta montem Carmelum, latitudine verò à monte Tabor, vſque Septentrionem, occupat quinque [t] milliaria, vt videre eſt Ioſue *cap.* 19. *Deuter.* 33. apud Ioſeph. *lib.* 5. *antiquit. cap.* 3. clariùs in tabula Adricomij de hac tribu. 244.

[s] *Secundùm literam hic deſcribitur ſitus ſortis Zabulon,*

[t] *Quæ quinque milliaribus continebatur.*

Ioſue 19. Deuter. 33. Ioſeph. Adricom.

Aduertendum tamen eſt vocem Hebræam, pro qua vulgatus retulit, *littus, & ſtationem nauium,* vnam & eandem eſſe hoc in loco, [u] æquiuocam tamen ſicut aduertit Rabbi Dauid. *in lib. radic.* quæ ſignificat littora, ſignificat etiam ſinus maritimos, in quibus, & conteguntur naues à tempeſtatibus, & reficiuntur; ac proinde ſenſus huius loci talis eſt, maritimas habebit vrbes, & ſinus, quibus excipiat, & protegat claſſes maritimas, quibus poſſit commercia exercere. 245.

[u] *Æquiuocatio Hebrææ vocis exponitur.*

Rab. Dauid.

Quod autem dixit, *pertingens vſque ad Sidoniam,* in Hebræo eſt, *latus eius ſuper Sidoniam.* 246.

ex quo loco apparet; quàm antiqua ſit vrbs Sidonia,[x] cuius etiam meminit Poëta in 1. Æneid. & Homer. *lib.* 3. *Odyſſ.* quam deſcribit eleganter Strabo *lib.* 16. *ſuæ geographiæ*, ea autẽ ſita eſt prope mare Phœniciæ, quam Iuſtinus, ſiue Trogus Pompeius *lib.* 18. ſuæ hiſtoriæ, putat dictã fuiſſe *Sidon* à piſce;[z] ſic enim apud Phœnices piſces appellãtur, vt nomine Sidoniæ vniuerſa gentilitas intelligatur. Quod autem Andreas Maſius hoc in loco dixit, Sidonem non pertinere ad hanc tribum, ſed potius cum his hominibus commercia exercere, nullum firmum habet fundamentum, proinde magis placet oppoſita ſententia, quam ſequitur Guilherm. Hamer. *in coment. ſuper hoc caput.* inquiens, Tyrum & Sidonem pertinere ad ſortem Zabulonis, quæ tamen nunquam fuit expugnata[a] ab eis, ſed perſeuerat adhuc vtraque ciuitas nobiliſſima poſſeſſa à Chananæis. Vnde patet ſolutio ad eam quæſtionem, quam quiſpiam mouere poterat, cur ſcilicet Patriarcha dixerit priùs de ſexto filio ſuo, quàm de quinto; ordine enim generationis priùs occurrebat Iſſachar, quem quinto loco genuit Lia. Solutio eſt, quia ſors Zabulonis in finibus regni Iudæorum eſt. A termino igitur incepit[b] Patriarcha, qui erat in littore maris magni vſque ad Sidoniam, dicturus poſtea de filiis, quorum ſors mediterranea fuit.

Virgil. Homer. Strabo. Trog. Pomp.

[x] *Antiquitas Sidonia quãta ſit.*

[z] *Qua à piſce ſic dicta eſt, & vniuerſam ſignificat gentilitatem.*

Maſius. Hamer.

[a] *Cum pertineret autem ad ſortẽ Zabulon, nunquam tamen expugnata eſt.*

[b] *Cur Patriarcha prius de ſexto filio Zabulon, quã de quinto Iſſachar dixerit.*

TRACTATVS XVIII.

Iſſachar, ſiue, de miſera agricultura.

§. I.

Fuerint ne in Iſſachar ſapientes.

247. HÆc eſt quinta prophetia Iacob morientis de filio Iſſachar, quem ſibi peperit Lia quinto loco, vt patet *Geneſ.* 30. nihil autem magis videtur continere prophetia huius Patriarchæ, quàm eum futurum agricolam,[c] & per miſeros agricolarum ſudores, & tributa, quæ Principibus viris ſoluuntur, quietem, & pacem ſequuturum eſſe. Scio tamen ſapientes Rabbinos, quibus omnino ſuffragatur Paulus Burgenſ. *addit.* 5 *ſuper hoc cap.* quorum ſententiam refert D. Hieronym. in quæſtionibus Hebraicis, nec diſſentit D. Ambroſ. exiſtimaſſe ex hac familia viros fuiſſe ſapientes, & contemplatiuos, iuxta id, quod dixit Moyſes *Deut.* 33. *lætare Iſſachar in tabernaculis tuis, populos vocabunt ad montem, ibi immolabunt victimas iuſtitiæ.* Quæ verba videntur ſignificare homines huius familiæ deditos eſſe cõtemplationi,[d] & cognitioni ſacrarum literarum. Neque contra aliquid valet illud, eo, ſcilicet, appellatos eſſe nomine, quod ſtare non poteſt cum ſapientia; nanque vulgus hominum ſolet hanc de ſapientia exiſtimationem habere, quod notauit Ariſtot. 6. *Ethicorum,* vbi docet Pythagoram, ſimileſq; alios philoſophos[e] ignorantes habitos fuiſſe. Vnde Socrates totius Phyloſophiæ parens dementiæ accuſatus, & damnatus eſt, ſimiliter & Homerus, qui naturalis Theologiæ author dicitur. Eadem reperiuntur dicta de Platone, & Ariſtotele apud Diogenem Laërtium, in eorum vitis. Huius rei rationem dedit

Gen. 30.

[c] *Secundùm literam Iſſachar tantùm agricultura promittitur.*

Burgenſ. Hieron. Ambr. Deut. 33.

[d] *Sed ex ſententia Rabbinorum contemplatio & literarum cognitio in eo fuit.*

Ariſtot.

[e] *Neque obſtat appellatio ignorãtia, quia vulgo ſic ſapientes dicti ſunt ſemper.*

Seneca: in *lib. de tranquillit.* in fine:[f] *nullum magnum ingenium,* inquit ille, *ſine mixtura dementiæ; neque enim poteſt grande aliquid, & ſupra cæteros loqui, niſi mota mens, quæ vulgaria, & ſolita contempſit, & inſtinctu ſacro ſurrexit excelſior, tunc demum aliquid cecinit grandius ore mortali, non poteſt ſublime quidquam, & in arduo poſitum contingere, quandiu apud ſe eſt, decedat oportet à ſolito, & efferatur, & mordeat frænos, atque Rectorem ſuum rapiat, eóque ferat, quò per ſe timuiſſet.* Non eſt igitur ſtultitia ſapientia, ſed omnimoda ſtoliditas eorum, qui malè de ſapientia ſentiunt. Vnde melius iudicium eſt apud inferos[g] de ſancta Sapientia, quàm apud nos, melius enim iudicat de ſapientibus hominibus damnata voluntas, quam prauè affecta, iuxta illud Sapient. 5. *dicentes, turbabuntur timore horribili, nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, ecce quomodo computati ſunt:* quo ſenſu intelligendus eſt locus ille Matth. 11. *Confiteor tibi Pater, quia hæc abſcondiſti à ſapientibus, & reuelaſti ea paruulis.* ad quem locum Chryſoſt. hom. 11. & quædam gloſſula interlinealis ita habet, *cum opponere debuiſſet ſapientes inſipientibus,*[h] *paruulis eos oppoſuit, vt tumorem damnaret, & non acumen, nec enim hebetes dixit, & ſtultos eos, per quos ſalus communicanda nobis erat, ſed paruulos, & humiles, non enim,* vt eleganter dixit Philo. in lib. de ſacrificio Abel, *ſtultus ſapientis redemptio eſſe poteſt, ſed vicè verſa, omnis ſapiens ſtulti redemptio*[i] *eſt.* Quare mirum non eſt, ſi eos, quos ſapientes vocauit Iacob hoc in loco, eoſdem de vulgi opinione, nomine minùs apto appellitauerit. Quo ſenſu Rupert. abbas in *Comment. ſuper librum Iudicum*, exiſtimat intelligenda eſſe ea verba Iudicum in cap. 15. *in maxilla aſini, & in mandibula pulli*[l] *aſinarum deleui eos;* myſticè de viris apoſtolicis per quos ſuperauit Chriſtus Dominus vniuerſum orbem: nihilominus tamen ex circunſtantia loci Iacob de filio ſuo nihil aliud prædixit, quàm miſerum hominis ſtatum, in quem excidit per peccatum. Illa autem verba Deut. 33. *populos vocabunt ad montem,* non intelligenda ſunt de ſapientibus hominibus ex hac familia, ſed potiùs de curſoribus vocantibus vniuerſam plebem ad templum, quemadmodum probabiliter[m] aduertit Matth. Thoringin. Saxoniæ Prouincialis miniſter *in replica aduerſus additionem quatam Burgenſ. ſuper caput* 49.

Socrates. Homerus. Plato. Ariſtot. Senec.

[f] *& quare.*

[g] *Et melius eſt apud inferos de ſapientia iudicium, quàm apud nos.*

Sapient. 5. Matth. 11. Chryſoſt.

[h] *Quare viros Euangelicos Chriſtus paruulos appellarit?*

Philo.

[i] *Cum non niſi ſapiens ſtulti Redemptio ſit.*

Rupert.

[l] *Chriſtus myſticè in mandibula aſini ſuperauit orbem.*

Iudic. 15. Deut. 33.

[m] *Expoſitio probabilis ad partem loci* Thoringin.

§. II.

De fælici agricultura.

MEritò igitur agricultura diuiditur à Patribus in fælicem[n] & miſeram; eſt enim voluptatis cauſa homo agricola conſtitutus, ſicut dicitur Geneſ. 3. *Tulit ergo Deus hominem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum.* Super quibus verbis videndus eſt Auguſt. *lib.* 8. *de Gen. ad literam, cap.* 12. vbi admonet, *ne putemus graue aliquod opus homini impoſitum, ſed contra voluptuoſum, & amœnitatis plenum, quod tantum abeſt, vt hominis fælicitatem minuat, vt etiam triſtitiam, & ſenectutem ſubleuet, & conſoletur.* Vnde Rabbi Moyſes *lib.* 3. *More. cap.* 30. refert, quoſdam dixiſſe Adamum[o] fuiſſe agricolam, & libros reliquiſſe de agricultura. Videndus tamen eſt Chryſoſt. *hom.* 15. *ſuper epiſtol. ad Corinth.* vbi aſſerit, agriculturam imperij 248.

[n] *Agricultura alia fælix, alia miſera.*

Gen. 3. Auguſt. Rab. Moyſ.

[o] *Adam Agricola.*

Chryſoſt.

P. ſpecimen

[p] *Agricultura imperij ſpecimen.*

ſpecimen præ ſe ferre; eſt enim plantarum veluti quidam præfectus agricola, quippe qui per vim eas amputet, cohibeat, partimque augeat, & excolat, non aliter, quàm optimi Principes flagitioſos homines ſuppliciis afficiunt. Quibus habet ſimilia Philo *in lib. de agricultura*; non longè à principio. Vnde pulchrè dixit Xenoph. *in lib. de Cyriped. nihil tam regale videri, quàm ſtudium agri colendi.* Proſequitur huc argumentum Plinius *lib. 18. natur. hiſt. cap. 2.* cum petit, quænam fuerit cauſa, cur tanta eſſet vbertas terræ antiquis temporibus. [q] *Ipſarum*, inquit, *imperatorum tunc manibus colebantur agri, vt fas eſt credere, gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore, ſiue illi eadem cura ſemina tractarent, qua bella, & eadem diligentia arua diſponerent, qua caſtra, ſiuè honeſtis manibus omnia honeſtiùs proueniant, quoniam & curioſiùs fiunt.* Vnde elegantiſſimè Pierius Valerian. *lib. 48. de ſymbolis in titulo de aratro* dixit, *Tanta fuit olim agriculturæ reuerentia, tantúſque honor illi ſemper habitus, vt veteres regia ſceptra in aratri formam effigiarent, quo ipſi quoque Sacerdotes, perinde ac Reges vtebantur; talis fuit agricultura, quandiu homo ſuam dignitatem conſeruauit.* Verùm poſtquam honorem non cognouit, *comparatus eſt iumentis inſipientibus*, ſimiliſque ſequuta eſt agricultura, de qua Iacob dixit, *Iſſachar aſinus fortis.*

Philo. Xenoph. Plinius.

[q] *Cur terra olim fertilis?*

Pier. Valer.

[r] *Regia olim ſceptra in formam aratri effigiata fuere.*

§. III.

De miſera poſt peccatum agricolendi neceſſitate.

249. [s] *Miſera agricultura vnde incapit.* Zach. 13.

PRo qua miſera agricultura [s] illud aduertendum eſt, quod Zachar. dixit *in cap. 13. Nec operiantur pallio ſaccino, vt mentiantur, ſed dicet, non ſum Propheta, homo agricola ego ſum, quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea.* Quibus verbis ſignificare voluit Zacharias, ſaccum, ſiue cilicium temporibus Chriſti non habitum eſſe prophetalem, ſed pænitentem; ſolebant enim olim Prophetæ indui ſacco, & cilicio, quando pænitentiam vaticinabantur, ſicut conſtat ex eo loco Iſai. *in cap. 20.* vbi prophetæ præcipitur, vt deponat ſaccum de lumbis ſuis; temporibus autem Chriſti induentur religioſi homines ſacco, non tanquam ſancti, & prophetæ, ſed ad inſtar Adami, qui in pænam ſui ſceleris, pellitus eiectus eſt à paradiſo ad agros colendos in ſudore; hoc enim ſignificant ea verba, *homo agricola* [t] *ego ſum, quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea*, vel vt vertunt L X X. Interpretes, *quia homo genuit me*, id eſt, habitum [u] pænitentis geſto, quia filius Adami ſum. Conueniunt hæc cum iis, quæ habentur *in cap. 3. Geneſ.* vbi, poſtquam Adamus peccauit, talis ſententia contra eum data eſt: *Quia comediſti ex ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo; in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Quem locum æmulatus eſt Plinius *lib. 18. natur. hiſt. cap. 2.* cum rationem reddens ſterilitatis terræ, ita habet; *ſtat nunc hæc eadem munera, quæ triumphalibus manibus agebantur, vincti pedes, damnatæ manus, inſcripti vultus exercent, non tamen ſurda tellure, quæ parens appellatur, colleque dicitur & ipſa, honore talibus cultoribus abſumpto, vt non inuita ea, &*

Iſai. 2.

[t] *Poſt Adami peccatū homo agricola, idē quod panitēs.* L X X. Interpr.

[u] *Habitus enim agricultura panitentia eſt.* Gen. 30.

Plinius.

Gabr. à Coſta in Gen.

indignè ferente, credatur id fieri. Denique quod olim abundè terra ſponte ſua [x] dabat, poſt peccatum non niſi in ſudore, iuxta illud, quod eſt apud eundem Plinium *in lib. 18. natur. hiſt. cap. 6. Opera*, inquit, *ille, non impenſa cultura conſtat.* Quod etiam notauit Poëta 1. Georgic.

[x] *Quod olim terra ſponte dabat, poſt lapſum in ſudore colligimus.*

—Pater ipſe colendi
Non facilem eſſe viam voluit, primúſque per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda.

Virg.

In hanc igitur miſeram agriculturam poſt peccatum incidimus, quam laborioſam eſſe ſignificauit Patriarcha, cum dixit, *ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum*; humeris enim imponuntur grauiora onera. A qua ſententia [z] nemo excluditur, iuxta id Pſalm. 9. *Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos, vt ſciant gentes, quoniam homines ſint*; damnati enim cùm ſimus omnes ad miſeram agriculturam, vt in ſudore comparemus panem noſtrum, ſunt qui poſt hanc ſententiam vitam [a] agant in delitiis; quare oportet vt à ſententia alicuius ſupremi iudicis cogantur latam pænam pati ij, qui voluptuoſè viuunt; naſcimur enim omnes addicti laboribus, ſicut Iob dicit, in cap. 5. *homo naſcitur ad laborem, ſicut auis ad volandum.* In quem locum eleganter notauit Origenes omnem hominem ad laborandum natum eſſe, *& cum hæc*, inquit ille, *ſit conditio hominis, tu qui homo es, & naturam humanam accepiſti, quo pacto volare vis? præſertim cum pennas non habeas ad volandum? diſce potiùs fortiter ferre quod accepiſti*, id eſt, *mala, quæ tibi ex peccato acciderunt*; à quibus nemo liber eſt, ſicut ponderauit Auguſt. *lib. 2. de Geneſ. contra Manich. c. 20.* vbi quærit, Vtrùm diuites euadant eam ſententiam, quæ contra Adamum lata eſt Geneſ. 3. *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Quo in loco Auguſt. abſolutè aſſerit neminem euadere [b] hanc ſententiam, & maledictionem Dei, nec etiam diuites homines. Quod argumentum proſequitur Cyprian. *epiſt. 2. ad Donat.* cum ait, *Sed & quos diuites opinaris, hos etiam inter diuitias ſuas trepidos cogitationis incerta ſollicitudo diſcruciat, ne prædo vaſtet, ne percurſor infeſtet, ne inimica cuiuſque locupletioris inuidia calumnioſis litibus inquietet, non cibus ſecuro, ſomnúſue contingit, ſuſpirat ille in thoro, & in conuiuio, bibat licet gemma.* Quod eleganter Tragicus Senec. dixit, *ſollicito bibunt auro ſuperbi, quàm iuuat nuda manu captare fontem*: Quod argumentum etiam dilatauit Iuuenal. *Satyra. 14.* Vnde ſæpiùs Seneca in ſuis operibus repetit eam ſententiam, quæ eſt Epicurij, quia de voluptuoſi hominis ore emanauit, [c] *Lætares eſt paupertas*: Quibus addidit Cyprian. *O deteſtabilis cæcitas mentium, & cupiditatis inſana profunda caligo, cum exonerare ſe poſſit, & leuare ponderibus, pergit magis fortunis augentibus incubare, pergit pœnalibus cumulis pertinaciter adhærere.* Quod ſatis pulchrè ſignificauit Patriarcha hoc in loco, cum dicit Iſſachar ſuppoſuiſſe humerum ad portandum, & factum fuiſſe tributorum ſeruum. Quibus verbis quemadmodum notauit D. Thom. *in apoſtilla aurea ſuper Geneſim*, ſi tamen opus D. Thom. eſt, ſignificauit Iacob temporalium bonorum copiam feciſſe Iſſachar ſeruum, [d] & ſeruum laborioſum: Nam tribus iſta dicitur ſeruitura hominibus, & tributis propter copiam ſuæ fertilitatis; vidit enim terram, quòd eſſet optima, ſiuè fertilis, ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, & factus eſt tributis

[z] *Lata in omnes poſt peccatū ſententia laboris.* Pſalm. 9.

[a] *Et ſunt qui poſt hanc ſententiam vitam agant in delitiis.* Iob 5.

Origen. Auguſt.

[b] *Cùm nec diuites eam poſſint euadere?* Cyprian.

Tragic. Iuuenal. Cyprian.

[c] *Quis imò ſi quis eam minus ſentit pauper eſt.*

D. Thom.

[d] *Namque temporalium copia laborioſiſſimam inducit ſeruitutem.*

[e] *Vnde in Iſſachar miſeria hominum poſt peccatum exprimitur.*

ſeruiens : creſcentibus enim boois temporalibus, creſcunt pariter diuiribus onera. Hac igitur prophetia Patriarcha in vno filio ſuo [e] Iſſachar hominum miſeriam ſigoificauit poſt peccatum.

TRACTATVS XIX.

De verbis Iacob, *& factus eſt tributis ſeruiens*, ſiue, *De miſera ſeruitute tributorum.*

§. I.

Peccati fructus eſt tributorum ſeruitus.

250. NOn ſatis erat miſeris agticolis eorum laborioſa conditio viuendi, ſed ſudoribus agricultutæ adduntur tributa, aſpera vox io vulgi autibus, tes inanimis. Quod eleganter expreſſit Patriarcha hoc io loco: poſtquam enim dixit, filium ſuum ſuppoſuiſſe humeros ad laborãdum, ſtatim addidit, *factus eſt tributis ſeruiens*, quaſi in præmium laborum, inuenta [f] ſit ſeruitus reddendorom tributorum. Quem locum ita potiùs vettunt Septuaginta, *& factus eſt vir agricola*, quaſi vnum nomen agricolæ vtranqoe miſeriam ſignificet, & ſudorem, & tributum. Hæc autem ſeconda miſetia hominom de peccato Adami originem traxit etiam, ſicut pulchrè dixit Nazianz. *oratione 9. ad Iulianum*, qui loquens de peccato Adami intet cætera ita habet : *Hinc indigentia nata eſt, & ex indigentia cupiditas plus habendi, ex cupiditate, bella, ex bellis porrò tributa quibus in diuina condemnatione nihil grauius eſt, & acerbius.* Illud tamen admonet eo in loco Nazianx. oe mulctam hanc à Deo factam propter peccatum Adami augeamus, mutuam enim erga nos benignitatem Deus à nobis expoſcit, cum nos miniſtros fecerit ſuæ in nos ſententiæ; qui eidem obnoxij [g] ſumus. Videndus eſt Nicetas *in com. ad eandem epiſt. Nazianz.* cum ponderat ea verba Naziaoz. *ne diuitias cum lachrymis miſceamus alienis*, à quibus tanquam à rubigine, aut à tinea conſumenrut, aut, vt Scripturæ verbo vtar, *euomentur*. Qui locus petitus eſt ex Iob. *cap.* 20. *Diuitias*, inquit, *quas congregauit, euomet.* In quibus verbis, vt eleganter aduertit Nic. eſt pulchra meraphora petita à te medica; ſicut enim ille, qui noxium aliquem cibum patiter cum vili miſcuit, ſolet vtrunque euomete; ſic qui diuitias eum lachrymis coniunctas comparaut, ſolent vtraſque perdere, & iuſtè acquiſitas, & iniuſtè comparatas : prouocant enim ad vomitum [h] lachrymæ miſerorum, à quibus tributa accipiuntut. Vnde Chriſtus Dominus, vt ſeruituti noſttæ ſolatium afferret, non vero ſuo, ſed Petri nomine didragmum pendit, vt duram tributorum ſeruitutem conſolatetur, quemadmodum dixit Naziaoz. loco citato.

[f] *Quaſi in præmium laborum inuẽta eſt ſeruitus tributorũ.* LXX. Interpr.

Nazianz.

[g] *ab his qui non remittere ſcuntur ſe eidem obnoxios eſſe ſententiæ ſeruiendi.* Nicetas. Iob 20.

[h] *Vnde quas ſic congerunt diuitias, euomere ad gemitum miſerorum coguntur.*

251. Illud tamen ſemper notandum eſt, iute à populo Principes tributa [i] expoſcete, neque enim ſicut Paulus dixit ad *Rom.* 13. *ſine cauſa magiſtratus gladium portant*, armatus enim cum ſit, ad pacem in Republica conſtituendam, oportet etiam vt ſtipendiatius ſit eiuſdem Reipublicæ; *ideo enim*, inquit Paulus, *eis tributa præſtatis, quia miniſtri Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes.* In quem locum videndus eſt Chryſoſt. *hom.* 23. *Quod*, inquit, *magiſtratus tibi benefaciat, tu ipſe teſtaris, mercedem illi perſoluens.* Quibus habet ſimilia D.Thom. *lect.* 1. *ſuper cap.* 13. *ad Rom.* neque enim quies gentium ſioe armis, neque atma ſine ſtipendiis, neque ſtipeodia ſine tributis haberi poſſuot; ſunt enim tributa fructus, [l] quibus Reſpublica ſuſtinetur, otnamenta pacis, & ſubſidia belli. quemadmodum dixit Tacitus *lib* 4. *ſua hiſt.* Iure igitur à populo exigunt Principes tributa.

Rom. 13. *Non damnãtur cauſæ iuſta tributa.*

Chryſoſt.

D.Thom.

[l] *Sunt enim fructus, quibus reſpublica ſuſtentatur.* Tacitus.

§. II.

De peccatis Principum in tributorum impoſitione.

DVpliciter tamen peccant Principes [m] in imponendis tributis. Primò ſi non vtilitatem publicam eutent, ſed ſuam peculiarem; de quibus dictum eſt ab Ezech. *cap.* 34. *Lac comedebatis, & lana operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis*; cùm tamen tributa ea rati one ſoluanrur à populo, vt à principe paſcatur. Opotter igitur, ſciat populus Principem cuſtodem, & diſpenſatotem [n] eſſe, vt communium bonorum, non vt ſuorum, ſicut dixit Ariſtot. 5. *Politic. cap.* 11. Vnde Alex. ille Romanus tarò cuiqoam argentum, & autum diuiſit, niſi militi, nefas eſſe dicens, vt diſpenſator publicus in delectationes ſuas, ſuorumve conuerteret id, quod Prouinciales dediſſent; cùm ſint alij, qui diuitiarum, & pecuniæ fructum nullum alium exiſtimeut eſſe, quàm profuſionem, quos Crates tectè olim aſſiuoilauit ficubus, quæ io altis, & præruptis locis naſcuntur, è quibus homo fructum non accipit, corui tamen, & milui, id eſt, ſcorta, & adulatores, quemadmodum ioterpretatut Stobæus *ſerm.* 15. 252.

[m] *Peccata Principum in tributis imponẽdis duo.* Ezech. 34.

[n] *Primum, ſi ea non diſpenſent iuſtè in publicam vtilitatem.* Ariſtot.

Crates.

Stobæus.

Peccant ſecundò Principes imponentes tributa ſupra [o] vires populi, iuxta illud, quod eſt apud Michæam, *cap.* 3. *Audite Principes Iacob*, & *Duces domus Iſrael, qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnes eorum deſuper oſſibus eorum.* In quibus verbis ineſt pulchra metaphota deſumpta à paſtoribus, qui oon contenti lacte, & lana ouium, pelles earum etiam detrahunt, & carnes deuorant, quos Hom. *Iliad. lib.* 1. populiuoros Principes appellauit, in quos eſt illud eleganter dictum à Tyberio Cæſare, *Boni paſtoris eſt tondere gregem, non deglutire*; meliùs multo Alexander de ſimilibus Priocipibus, quem refert Plutarch. *odi hortulanum, qui ab radice olera exſcindit.* Quod explicauit Ciceto *lib.* 4. *epiſtol. ad Atticum. epiſt.* 11. *Et ego odi principem, qui pennas* [p] *ita incidit, vt nequeant renaſci.* Videndus eſt elegantiſſimus locus apud Philonem *in lib. de magiſtratu*, quo in loco hoc proſequitur argumentum, & inter cætera ita habet: *frugifera terra nimis graui onere ne prematur, nam Domino ex agro, ſiue Regi ex ciuitate ſatis eſt vnum vectigal quotannis exigere; plura autem tributa velle capere, eſt inſignis cuiuſdam auaritiæ, quæ leges naturæ penitus proſtrata iacent.* Propterea cotandum eſt maximè, vt aperta ſit cauſa, cur noua imponantut tributa, nec vlla melior, quàm ſi neceſſitas oſtendatur; 253.

[o] *Secundum peccatum eſt dura ſupra vires populi exactio.* Michææ 3.

Homer.

Plutarch.

Cicero.

[p] *quæ pennæ ita inciduntur, vt non poſſint renaſci.* Philo.

datur : qnanuis nunquam defuerunt, qui fronte graui, & triſti ſupercilio vtilitatibus fiſci contumacitet adeſſent, ſicut dixit Plinius Iunior. *in paneg. orat. Nec exqnirendi ſunt noui ſinus, & varia predandi vocabula, centeſimas, quadrageſimas, quinquageſimas, & alia ex actionibus illicitis nomina, quæ Principes inuenerunt,* ſicut notauit Tacit. *lib.4 annal. & lib.13. Indignum enim omnino Principe eſt ex omni occaſione lucrum odorare, & ſuper ſingula populi bona, ſingula imponere tributa.*

Plin. Iun.

Tacit.

254. Nec minùs dura hæc ſeruitus tributorum iouenietur, ſi crudelis eorum exactio conſideretur; eos enim miniſtros præficiunt plerunque Principes his muneribus, quorum ingenium nactum eſt omnem hominem decoriate,[a] ſicque ærarium publicum fit ſpoliarium ciuium, & cruentarum prædarum receptaculum; cum tamen omni commiſeratione digni ſint illi, quorum bona tributis diſſoluuntur, & liqueſiunt: hoc enim eleganter ſignificat vox Hebræa, pro qua vulgatus Interpres retolit *tributum*, ſignificat enim *diſſolutionem*, vel *liquefactionem bonorum.* Quod ponderauit Nazianz. *orat. 9. citata ad Iulian. Cum,* inqoit, *nunc Chriſtus tibi naſcitur, & Deus eſt, & homo efficitur, & cum hominibus conuerſatur: quid autem ſibi vult hac oratio? Sanè niſi me ſententia fallit, eos quibus huiuſmodi munera commiſſa ſunt, admonet, Deum ſemper maximis rerum adminiſtrationibus non deeſſe, & quidem, vt ſcriptores tributorum pudore quodam afficiat, & commoneat, carnem*[b] *aſſumpſit.* Alludit autem Nazianz. ad eum locum, qui eſt in Euangelio Luc. cap.2. *Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Aſcendit autem Ioſeph à Galilæa, vt profiteretur cum Maria ſibi vxore prægnante*, id eſt, vt deſcriberentur tributi nomine, eo enim tempore naſci voluit Deus in carne, quo populus, quo vniuerſus orbis, profeſſus eſt ſeruire populo Romano, deſcriptores eius tributorum Deus in carne pudore affecit, qui præſente Deo crudeliter exigebant tributa. Eoſdem etiam ad commiſerationem prouocauit: quem enim non vehementer commoueat crudelis exactio, & ſanguinaria tributorum in eam carnem, quam Deus aſſumpſit? Curandum igitur maximè eſt, ne violenta ſit tributorum exactio.

[a] *Ac prædatitia exactorum vini decoriantur homines,*

Nazianz.

[b] *Quos vt afficeret pudore Chriſtus, natus eſt in mundo.* Luc.2.

TRACTATVS XX.

De verbis illis, *Vidit requiem quòd eſſet bona*: ſiue, *De parta laboribus quiete.*

255. TOTVS hic locus moralis eſt, & oſtendit non aliter nos poſſe tranquillitatẽ inuenire, quàm per labores: attentè enim conſiderandus eſt diſcurſus Iſſachar, etenim talis eſt: *vidit requiem quòd eſſet bona,* tunc addidit, quaſi neceſſariam conſequentiam laborandum[c] eſſe, *Suppoſuit,* inquit, *humerum ſuum ad portandum, & factus eſt tributis ſeruiens* vir agricola, nec enim aliter haberi poteſt tranquilla vita, niſi per labores, quam non in vrbibus inueniri, ſed potiùs in agro docet hic locus. In quam ſententiam quærit eleganter Auguſtin. *lib.4. de ciuit. cap.14.* cur Romani templum Deæ quietis extra vrbem

[c] *Cui placuit trãquilla vita, neceſſariò addendus eſt labor.*

Auguſt.

ædificauerint, neque vnquam illud curauerint in vrbem recipere? Fortaſſis quia in agro, & inter labores agricolarum, faciliùs inuenitur quies, quàm inter tumultus vrbanos. Vnde eum fæliciſſimum inter omnes homines iudicarunt veteres, quemadmodum refert Plinius *lib.7. natural. hiſt. cap.46.* qui in anguſtiſſimo[b] Arcadiæ angulo paruum, ſed annuis victibus largè ſufficiens prædium colebat, nunquam ex eo egreſſus, atque vt de vitæ genere manifeſtum eſt minima cupidine, minimum in vita mali expertus. Quod argumentum eleganter proſequitur Cicero. in lib. de officiis, cum inquit, *Multi autem ſunt, qui eam, quam dico tranquillitatem expetentes à negotiis publicis ſe remouerint, & ad otium perfugerint, in iis & nobiliſſimi Philoſophi, & homines quidam ſeueri, & graues, nec populi, nec Principum mores ferre potuerunt, vixerunt nonnulli in agris delectati re familiari, non negotiis publicis, non tumultibus ciuium, non bellis ſe immiſcentes, ſed priuatam agentes vitam.* Quod voluit Hieron. Roſel. *lib. 3. de de ſymbolis in ſigno, de pino.* vbi pinum arborem deſcribit in ſyluis vndique impetitam à ventis, cuius querimonia eſt, vt conſtat ex eleganti Epigrammate Græco:

[b] *Quis fæliciſſimus inter homines apud veteres?*

Cicero.

Roſelius.

Si in natali ſolo vix conſiſtere poſſum,
Quod faciam in pelago?

Quod ſignificat vix in agro quenquam habere poſſe tranquillam vitam, quanto magis in vrbibus? rectè igitur inter ſuos terminos accubans potuit Iſſachar requiem inuenire, de quo Moyſes dixit, *lætare Iſſachar in tabernaculis tuis,* habitare enim in tabernaculis ſignificat priuatam vitam agere, ſeparatam à negotiis, & curis publicis. Quo ſenſu de Iacob dictum eſt Geneſ.25. *Iacob autem vir ſimplex habitans in tabernaculis.* videndus eſt Nazianz. *orat.* 28. Bernard. *epiſt.* 42. Seneca *epiſt* 69. Tragic. etiam Senec. *in Hippol. act.2.* Accommodatum ergo locum ad tranquillam vitam[c] elegit Iſſachar inter ſuos terminos, in agro, & in tabernaculis ſuis, *vox enim exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum*, ſicut dicitur in Pſalmo.

Gen. 25.

Nazianz. Bernard. Seneca.

[c] *Accommodatiſſima ad tranquillitatem habitatio in tabernaculis.*

Quòd autem cohæreant inter ſe ſe labor,[d] & quies, oſtendit ipſe Patriarcha, cum videns requiem quòd eſſet bona, *ſuppoſuit humerum ſuum ad laborandum.* In quam ſententiam mihi conuenire videtur ille locus, qui eſt apud Plinium *lib. 36. natur. hiſt. cap.9.* vbi tradit, *Ceranniam,* ſic enim vocant nobiliſſimam gemmam, ſiue vnionem ſpecioſiſſimam inter cæteras, non alibi inueniri, quàm in loco à fulmine tacto. Similiter neque tranquilla vita inuenitur, niſi in eo qui à laboribus tanquam à fulmine tactus eſt. Hoc eleganter ſignificauit Liuius, eum dixit, *lib. 5. Decad.1. Labor, & voluptas*[e] *diſſimillima natura cum ſint, ſocietate quadam naturali copulantur.* Proſequitur hoc argumentum Philo latiſſimè *in lib. de ſacrificio Abelis*, vbi inter alia ita habet: *Labor medius inter mentem, & bonum, quod mens deſiderat, illud vna ex parte, hanc ex altera trahens ad ſe, vtraque manu amicitiam, concordiámque conciliat, atque ita bona perfecta efficit. Opta tibi bonum quodlibet, inuenies eius poſſeſſionem labore parari, confirmarique: mortali enim nemini aſſequi bona ſine labore datum eſt, ſunt enim pulchra ſuapte*[f] *natura difficilia, & quæ niſi labore compararentur,* quemadmodum dixit Plato *in Hippia maiori, & in Cratylo circa principium.* Vnde eleganter Tertul. notauit priùs Chriſtum Domi-

256.

[d] *Labor & quies inuicẽ ſociantur.*

Plinius.

Liuius.

[e] *Nec ſine labore vnquam voluptas.*

Philo.

[f] *Labore enim comparantur pulchra.*

Plato.

Tertullian.

Plutarch.

nom potaſſe fel in cruce, quàm mel in littore. In hanc ſententiam videndus eſt Plutarch. *in lib. de auditione*, vbi docet, nobis non imitandas eſſe mulierculas, quæ ſerta contexunt, ſed apes; illæ enim florida, & odoratè ſectantes folia conſerunt, atque contexunt opus iucundum illud quidem, ſed in diem duntaxat, duraturum, atque infrugiferum; hæ ſæpenumero peruolitantes prata violarum, roſarumque copia conſita, in thymum aſperrimum deferuntur, eique aſſident, mel flauum meditantes, perceptoque vtili ſucco ad ſuum reuolant opus. Videndus eſt Auguſt. *concione 2. ſuper Pſalm. 36. verſu. A Domino greſſus hominis dirigentur*, vbi latè proſequitur hoc argumentū. Videndus eſt idem Auguſtin. *Super Pſalm.* 148. *& Pſalm.* 145. *Euntes ibant, & flebant.* Inter cæteros videndus eſt Chryſoſt. *tom. 5. epiſt. 7. ad Olympiam. Dicam aliquid*, inquit Chryſoſt. *quod opinionem multorum videatur excedere, non tamen veritatem, & ſi quis bonum operatus fuerit, magnificum, vel virile, non autem cum labore, & periculo*, [g] *non multam recipiet mercedem; vnuſquiſque enim ſuam mercedem accipiet, non ſecundùm magnitudinem facti, ſed prout fuerit qualitas paſſionis, eſt enim menſura gloria, quantitas laboris.* Propterea Paul. 2. *Corinth.* 31. non quòd magnum aliquid feciſſet gloriatur ſolùm, ſed quod aduerſa tolerasſet. Sic enim Chryſoſt. explicat ea verba Pauli, *Miniſtri ſunt, & ego, vt minus ſapiens dico, plus ego, in laboribus plurimis, in plagis, in carceribus ſupra modum*; texens enim comparationem, in qua cæteros excederet, non dixit, tantis, ac tantis prædicaui, ſed dimittens omnia ſua præclara facinora, mala, quæ tolerauerat, enumerat, dicens, *In laboribus plurimis, in plagis ſupra modum*, & cæteros labores, quos latè proſequitur eo in loco Paulus, longam paſſionum ſeriem texens in gloriæ occaſiones. Quo ſenſu intelligendus eſt ille locus Cantic. *cap. 3. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi*; non eſt autem obſcurum lectulum pacifici, hoc eſt, Salomonis, ſymbolum eſſe tranquillitatis, & pacis, ad quem peruenire nequeunt effæminati, & imbelles, ſed fortiſſimi, & violenti, iuxta id, quod dictum eſt à Chriſto Domino, Matth. *c.* 11. *regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*: quales erant illi, qui circuibant lectulum pacifici, fortiſſimi ex Iſrael, *Omnes tenentes gladios, omnes ad bella doctiſſimi*, ſicut cōmentatur D. Ambr. *lib. 1. de Cain & Abel, c.* 4. Niſſen. *orat. 6. in Cant.* Coniungenda ſunt ea, quæ habet Philo *lib. 1. legis allegoriarum, pag.* 48. cum ait, *Prudens cum exercente prudentiam, duo pretioſi lapides ſunt, & forte hi ſunt Iudas,*[h] *& Iſſachar: alter enim diuina prudentia cultorem ſignificat, alter exercet ſe in virtute, honeſtiſque actionibus; ſuppoſuit enim ſuos humeros Iſſachar ad laborandum, & factus eſt vir agricola, cuius merces eſt, vt ait Moyſes, anima ſeminibus, plantiſque conſita, hoc eſt non labor inutilis, ſed coronatus à Deo*, hoc eſt, mercedem accipiens. Vnde in rationali deſcriptus erat Iſſachar in ſecundo ordine, ſicut notauit Moyſes *Exod.* 28. non in tabernaculo, ſed potius in ſapphito: laboranti enim talis color conuenit, quia pallent, [i] qui ſe exercent præ labore, & præ timore, ne forte ad optatum finem non perueniant. Dixerim potius in ſapphito ſcriptum eſſe Iſſachar, hoc eſt in cælo; talis eſt enim color illius lapidis, tales etiam ſunt, qui humeros ſuos ſuppoſuerunt ad laborandum propter requiem. Quare optimus fuit diſcurſus Iſſachar, cui enim placuit tranquilla vita, neceſſariò addendus fuit labor.

August. Pſal. 36.

Chryſoſt.

[g] *Adeo vt magnificum quid ſine labore mercede vacuetur.*

Chryſoſt. 1. Cor. 12.

Cantic. 3.

Matth. 11.

Ambr. Niſſenus. Philo.

[h] *Quid nominibus Iuda & Iſſachar ſignificetur.*

Exod. 28.

[i] *Laborantis color pallidus, & quare?*

TRACTATVS XXI.

Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in Iſſachar.

SVam etiam habet congruentiam Iſſachar in nouo Teſtamento: hæc autem poſita eſt inter Chriſtum Dominum, & ipſum Iſſachar: refert enim Iſſachar [a] Chriſtum Dominum, quemadmodum notauit D. Ambr. *in lib. de benedict. Patriarch. cap. 6.* factus eſt enim Chriſtus Dominus vir agricola, miſeram referens agricolarum conditionem. Cum enim ipſe filius agricolæ fieret, etenim de ſe ipſo dixit apud Ioannem, *Pater meus agricola erat*, ſecundùm diuinitatem fælicem & beatam exercuit agriculturam, quam etiam exercere potuit ſecundùm puram eius humanitatem; ſuppoſuit tamen humerum ſuum incumbens [b] aratro, iuxta illud Iſai. *Cuius imperium ſuper humerum eius, impoſuit enim Deus ſuper eum iniquitates omnium noſtrûm, verè languores noſtros ipſe tulit, & labores noſtros ipſe portauit*, quemadmodum de eo dixit *in cap.* 53. & proſequitur D. Petrus, *in ſua prima Canon. cap. 2. Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui iuſtitia viuamus.* In quibus verbis Iſai. videtur eſſe manifeſta alluſio ad illum hircum emiſſarium, de quo dicitur Leuit. *cap.* 16. *offerat hircum viuentem, & poſita vtraque manu ſuper caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael, & vniuerſa delicta, & peccata eorum, quæ imprecans ſuper caput eius emittet illum per hominem paratum, in deſertum. Cùmque portauerit hircus omnes iniquitates eorū*, &c. Ex quibus locis videmus Chriſtum Dominum ſuppoſuiſſe humerum ſuum ad portanda onera omnium peccatorum noſtrorum; vnde eleganter Theodor. interpretatur, & legit ea verba Zachar. *in c.* 13. *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? & dicit: His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me.* Quem locum ita potiùs legit Theodoret. *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio ſcapularum tuarum?* Non eſt autem obſcurum ſcapulas partes eſſe humerorum, quos ponderi ſuppoſuit [c] peccatorum noſtrorum Chriſtus Dominus, vnde liuorem, vel vulnera contraxit; de eo enim intelligendus videtur locus Zachar. citatus: nec refragatur vulgatus Interpres, cum habet: *Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuū tuarum?* & dicet: *His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me.* Certum eſt enim, manus ſymbolum eſſe operationum, per eas enim frequentiùs operationes haſce externas exercemus. Vnde in quibus frequentior eſt operatio, aſperiores ſunt manus, & propterea videmus in agricolis, in quibus aſſiduus eſt labor, & importunus, aſperas manus, & interdum vulneratas, & ſanguine fluentes. Non eſt autem alienum à circunſtantia huius loci, ſi dicamus plagatas, ſiue vulneratas oſtendere Chriſtum Dominum manus ſuas, de more eorum, qui labore manuum ſuarum, id eſt, in ſanguine, & ſudore comparare ſolent victum ſuum, cum Deus impoſuerit ſuper eum iniquitates omnium noſtrum,

257.

[a] *Iſſachar refert Chriſtū Dominum, & in quo?*

Ambr.

[b] *Chriſtus incumbens aratro.*

Iſai. 53.

1. Petr. 2.

Zachar. 13.

Theodoret.

[c] *Chriſtus ſuppoſuit humerum peccatorum noſtrorum ponderibus.*

Digitized by Google

noſtrum, id eſt, pænas noſtrorum peccatorum. Vnde Gloſſa quædam interlineatis eleganter oſtendit cauſam vulnerum in manibus, [d] fuiſſe pænam pro peccato latam, quam ipſe pertulit, cum ille oſtenderit ſe natum ad hoc, vt in ſudore comedat panem ſuum, mirum non eſt, ſi manus habeat vulneratas, ſicut euenire ſolet iis, qui ſuis manibus victum quærunt, hanc enim pænam pertulit pro fratribus ſuis. Rectè igitur conuenit inter Chriſtum, & Iſſachar, quòd ſicut Iſſachar ſuppoſuit humerum ſuum ad laborandum propter requiem, ita & Chriſtus Dominus, cum hac tamen differentia, quòd Iſſachar [e] ſuppoſuit humerum ſuum in pænam peccati; Chriſtus autem Dominus in remedium eiuſdem. Plures alias congruentias affert Ambroſ. loco citato, quæ in eo videndæ ſunt, ne longiores ſimus.

[d] Vulnera in manibus Chriſti ſolutio fuit pæna, impoſita peccato.

[e] Analogia inter Iſſachar & Chriſtum vnà cum differentia vtriuſque.

TRACTATVS XXII.

Expoſitio literæ.

§. I.

Prima literæ ſententia explanatur.

258. HIs verbis continetur prophetia huius Patriarchæ, *Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos, vidit requiem quòd eſſet bona, & terram, quòd optima, & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, & factus eſt tributis ſeruiens.* Ad quem locum omnino admiratur Auguſt. Eugub. diuerſitatem lectionis LXX. Interpretum, ita enim habent: *Iſſachar concupiuit pulchrum*, pro eo quod vulgatus dixit, *Iſſachar aſinus fortis.* Lectionem LXX. Interpretum inuenietis apud pleroſque Patres. Ratio autem huius diuerſitatis fuit [b] maxima ſimilitudo duarum literarum Hebræarum, quæ alibi ſæpius variandi occaſionem præbuerunt ſacris Interpretibus; intereſt enim multum inter eas, cum tamen earum ſumma ſit ſimilitudo. Vera igitur lectio eſt, *Iſſachar aſinus fortis*, ſiue, *oſſis*, vel, *oſſeus*, id eſt, potens ad portanda onera; ſignificat enim hoc animal indefeſſum laborem, eſt enim totius humanæ commoditatis aſſiduus, & infatigabilis miniſter, cum nullum ſit onus, quod detrectet, aut quod non obſequiosè ſuſcipiat, vnde ſymbolum eſt [c] ſeruitutis, quemadmodum eleganter dixit Pierius Valerian. ſenſus igitur [d] horum verborum eſt, Iſſachar ſeruus erit, vitam laborioſam aget ſeruiens alienis commoditatibus, colendo terram, & eius fructum portando in mare, ſicut fieri ſolet ab illis, qui finitimas mari vrbes accolunt.

Eugubin.
LXX. Interpret.

[a] Diuerſitas lectionis LXX. à Vulgata.

[b] Vnde ſit orta.

[c] Symbolum ſeruitutis.
Pier. Valer.

[d] Germanus literæ ſenſus quoad primã ſententiam.

§. II.

Secunda pars literæ exponitur.

259. QVod autem ſequitur, *accubans inter terminos*, varias habet lectiones; nam nomen Hebræum, quo vſus eſt Patriarcha cum dixit, *inter terminos*, [e] eſt illud ipſum, quod eſt in Pſ. 67. pro qua vulgata editio habet, *inter medios cleros.* Reliquit ergo vulgatus Interpres nomen Græcum, quod ſignificat ſortem, ſiue partem, cum Hebraica vox ſignificet potiùs labia; labia autem variè accipiuntur ab Interpretibus, interdum enim limites appellantur, interdum termini, tantáque eſt huius vocis diuerſitas, vt meritò dixerit Genebrard. *locus eſt hic, de quo, tanquam de cruce, pendent omnia ingenia propter vocis Hebrææ æquiuocationem*, præſertim quia vulgatus Interpres in Pſalm. 67. vocem Hebræam non eſt interpretatus, ſed Græcam reliquit, vnde orta eſt diuerſitas expoſitionum ad illum verſiculum Pſalmi, *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, poſteriora dorſi eius in pallore auri.* Qui locus agit neceſſariò vel de ſanctis Martyribus, vel ſaltem de iis, qui humilem, & abiectam vitam viuunt propter Chriſtum: ſenſus enim talis eſt, Si ſordidi, & viles videamini, quales ſunt chytropodes fuliginoſæ, albiores vos reddat Deus, & candidiores ipſis columbis pulcherrimis: vel ſaltem, ſi in extrema preſſura ſitis, ita vt iam de vita veſtra, atque rebus omnibus ſors vltima iaciatur, ſicut fieri ſolet in bello de miſeris captiuis, victores pulchri euadetis, quales euadunt pulcherrimæ columbæ, ſignificat enim vox, & extremitatem, ſiue extrema remi, vel ſortem: hæc autem omnia ſignificant poſtremam [g] afflictionem, à qua liberandi promittuntur ſancti homines in eo Pſalmo.

[e] Nomẽ Hebraũ pro quo vulgatus poſuit terminos, variè exponitur.
Pſalm 67.

Genebr.

[f] Propter æquiuocationem vocis Hebrææ.

[g] Omnia tamen contendunt vt ſignificent extremam afflictionem.

260. Liberauit nos D. Hieron. ab ea æquiuocatione, quæ relicta eſt in voce Græca, & quod maximè optauerat Genebrard. in loco citato, eam vocem interpretatus eſt, dicens, *accubans inter terminos.* Verùm non parua adhuc difficultas eſt in voce [h] ſic interpretata, dubium enim eſt, vtrùm terminus ſignificet limites duarũ tribuũ, inter quas iacebat tribus Iſſachar; quaſi verò imbellem eum increpauerit, cum tamen habitaret inter limites duarum tribuum: oportet enim huiuſmodi homines bellicoſos eſſe, ſicut de Ruben dicitur *in lib. Iudic. cap. 5.* qui habitans inter duos terminos, non tamen venit ad bellum: ſic enim eo in loco dicitur: *Quare habitas inter duos terminos, vt audias ſibilos gregum?* Quaſi Ruben, ſiue ea gens delectaretur audiendo balatum gregum, cum tamen eam bellicoſam oporteret eſſe. Hoc autem videtur notaſſe Patriarcha, cum dixit, *accubans inter terminos.* Quæ tamen expoſitio [i] nobis non placet, ſi de Iſſachar ſit ſermo, quanuis de Ruben veriſſima ſit; habitabat enim Iſſachar inter fratres, ac proinde non oportebat eũ bellicoſum eſſe. Nec etiã placet id, quod vulgariter dicitur, *inter terminos* eum accubaſſe, quia inter duas alias ſortes, eius poſſeſſio erat, hoc enim peculiare non fuit huius tribus, ſed etiam aliarum. Probabilior ea eſt expoſitio, [l] quæ aſſerit dictum eſſe Iſſachar accubaſſe inter duos terminos, quia eius ſors ex altera parte claudebatur littoribus maris Galilææ, ex altera terminabatur littore maris mediterranei, quæ propter ſuam magnitudinem, & nobilitatem, duo termini vocari potuerunt illius gentis, præſertim cum alienum non ſit à proprietate vocis Hebrææ, vt labia dicantur margines fluuiorum, ſiue littora maris, quemadmodum eleganter notauit Ludouicus Cælius Rodigin. *lib. 2. lect. antiq. cap. 31.*

Hieron.

[h] Difficultas ex vulgata lectione proueniens.

Iudic. 5.

[i] Prima ſolutio reiicitur.

[l] Probabilior altera iudicatur.

Rodigin.

261. Verùm ex circunſtantiis loci apparet *habitare inter terminos*, nihil aliud eſſe, [m] quam priuatam, & tranquillam vitam eligere, ſeparatam à negotiis publicis, & alienis, contentam re familiari; qualem vitam illi agunt, qui accubant inter ſuos terminos, neque ab eis egrediuntur. Cum enim

[m] Autoris ſententia & expoſitio propria.

alius eius filius maritimas habitaſſet vrbes, & negotiationibus deditus eſſet, hunc alium dixit alienum fuiſſe à commercio rerum. Quod videtur notaſſe Moyſes, cum *Deut.* 33. dixit, *lætare Iſſachar in tabernaculis tuis*; habitare enim in tabernaculis ſecundùm phraſim Scripturæ, nihil aliud eſt, quàm priuatam vitam agere, & alienam à negotiis publicis, hoc eſt, minimè negotioſam, iuxta illud quod de Iacob dictum eſt. *Geneſ.* 24. *Iacob autem vir ſimplex habitans in tabernaculis.* Quo forte loquendi modo vſus eſt Moyſes in benedictione filiorum Noë *Gen.* 9. de quibus dixit, *Dilatet Dominus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem*, quaſi vellet, inquietum futurum Iapheth, & omnes eius poſteros, quietum autem, & tranquillum Sem, & eius genus. Non negauerim tamen alias expoſitiones habere apud Patres hunc locum Geneſ. Secundùm igitur phraſim Scripturæ, *accubare inter terminos*, nihil aliud eſt,[a] quàm tranquillam vitam agere, contentam ſuis terminis.

Deut. 33.
Gen. 24.
Gen. 9.
[a] *Quid ſit in phraſi Scripturæ accubare inter terminos.*

§. III.

Tertia & vltima pars literæ diſſeritur.

262. QVod autem ſequitur, *vidit requiem, quòd eſſet bona, & terrã, quòd eſſet optima*, &c. hunc habet ſenſum, quaſi ſit expoſitio præcedentis[o] ſententiæ, elegit ſibi vitam agricolarum liberam ab ſtrepitu publico, & à tumultu bellico; placuit enim ei magis terram cum labore, & ſudore colere, atque etiam tributa ſoluere, & onera deportare, quàm publicis aliis perturbationibus ſeruire; ad hoc autem vitæ genus libentiùs acceſſit propter terræ vbertatem; notauit optimè Adricom. in tabula Iſſachar, fertiliſſimam fuiſſe hanc regionem, *cuius*, inquit, *gleba optima eſt, fertilis ſupra*[p] *modum in frumento, vino, & oleo, atque adeo rebus omnibus affluit, ita, vt qui eam aliquando ſuis oculis viderunt, affirment, ſe vnquam nihil perfectius conſpexiſſe, in quod ſcilicet, natura ſua omnia contulit; in hac enim regione eſt magnus campus*[q] *Magueddo, & Eſdrelon, & planities magna Galilææ; eſt præterea fundata ad radices montis Thabor, & montis Hermon, & præterea ad radices montis Gelboe, ex quibus omnibus defluit humor conficiens integrum torrentem Siſon, qui diuiſus in duos riuulos, & defluens in oppoſitas partes totius huius ſortis, irriguos, & fertiles reddit vniuerſos campos eius.* Quem ſitum[r] ad fertilem agrum maximè optabat Cato, *lib.* 1. *de re ruſtica, cap.* 1. *Tuus ager, ſi poteſt, ſub radicibus montis ſit, in meridiem ſpectet cæli partem, vbi aquarium fiet, & oppidum validũ, aut mare, aut amnis, qua naues ambulent.* Similia habet Marcus Varro, *lib.* 1. *de re ruſtica, cap.* 7. & *cap.* 9. vbi quærit quibus modis dicatur terra bona: ſuffragator Columel. *lib.* 1. *de re ruſtica, cap.* 2. Optimus locus eſt apud Plinium, *lib.* 18. *natur. hiſtor. cap.* 5. vbi ex præcepto Platonis, ita habet: *Agrum paraturus ante omnia intueri debet aquarum vim, & vicinum mare; alterum enim vberem reddit agrum, alterum quæſtuoſum.* Quæ omnia, quis non videt reperiri in hac ſorte, vt, quæ fluminibus[ſ] alluatur, & vicinum habeat ex vtraque parte mare? vt meritò dixerit Patriarcha vidiſſe ſuum filium terram bonam eſſe.

[o] *Hæc pars præcedentis declaratiua eſt.*
Adricom.
[p] *Sors Iſſachar fertiliſſima.*
[q] *Ex ſitu illius monſtratur.*
[r] *Quippe in iſta veterum placita commodiſſimus erat;*
Cato.
Varro.
Columell.
Plinius.
[ſ] *Cum fluminibus allueretur, & vicinum haberet ex vtroque termino mare.*

263. Quod autem ſequitur, *ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum*, nihil prorſus difficultatis habet. Conſtat enim eam partem in animantibus conſtituiſſe naturam roboſtam, & fortem ad portanda onera: quæ verò habet ſequens ſententia, *factus eſt tributis ſeruiens*, vera lectio eſt, non autem ea, quæ eſt LXX. Interpretum. Ita enim illi potiùs legunt, *factus eſt vir agricola*; niſi forte nomine agricolæ, vtranque miſeriam ſignificare voluerint, quaſi qui agricolam dixerit, vtrunque dixerit, &[t] laborantem hominem, & tributis liquefactum; hoc enim ſignificat vox Hebræa, pro qua vulgatus vertit *tributum*, ſcilicet, *liquefactionem*, vel *diſſolutionem*, cum eleganti analogia ad ea, quæ liqueſiunt, & diſſoluuntur: ſic enim diſſoluitur, & liqueſit ſubſtantia agricolarum in tributa. Hæc de Iſſachar.

LXX. Interpret.
[t] *Agricola & laborantem hominẽ dicit, & tributis liquefactum.*

TRACTATVS XXIII.

De Dan, ſiue, *De nobilitate materna.*

§. I.

Quantum obſit ignobilitas matris ingenuæ proli?

INter filios Iacob Dan ordine generationis quinto loco natus eſt; nec refragantur ea, quæ diximus in Iſſachar, quem quintum eſſe filium fecimus eiuſdem Iacob, cum hac tamen differentia, quòd Iſſachar ex Lia quinto loco[a] natus eſt, Dan autem inter omnes filios quintus fuit ex Bala ſerua, ſiue ancilla Rachelis, ſic enim habetur *Geneſ.* 29. vbi poſtquam Lia peperit Iudam, ſtatim in *cap.* 30. ita habetur, *deditque illi Balam in coniugium, quæ ingreſſo ad ſe viro, concepit, & peperit filium, dixitque Rachel: Iudicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam dans mihi filium. & idcirco appellauit eius nomen Dan.* Quæ familia, ſiue tribus inter cæteras ignobilior fuit, fortaſſis quia de ancilla, ſiue de ſerua natus eſt author illius gentis. Hæc eſt ratio, cur peculiarem tractatum fecerimus de nobilitate materna Hebræorum. 264.

[a] *Dan quinto inter omnes loco filius Iacob ex Bala ſerua.*
Gen. 29.

Videndus igitur neceſſariò eſt locus Iudic. *in c.* 9. vbi Scriptura ponderauit Abimelech filium Gedeonis matrem habuiſſe concubinam, vt oſtenderetur inter filios Gedeonis hunc fuiſſe deterrimum,[b] vt ſatis probatur ex ea parabola de arboribus ad regnum vocatis eodem libro Iudic. vbi cum cæteræ arbores fructuoſæ ſignificarent cæteras familias Iacob, rhamnus impium Abimelech ſignificauit, qui nihil aliud efficere potuit, quàm vulnerare, & cremare vniuerſam gentem, hoc enim rhamni officium eſt. Quæ eſt ratio cur Ioſephus[c] Hebræus ſæpius, & præſertim *lib.* 1. *antiquit.* quoties ſermo occurrit de Bala, & Zelpha in ſua hiſtoria ancillis Rachelis & Liæ, nullo modo vult eas fuiſſe ancillas, & ſeruas, ne videatur concedere aliquam è duodecim familiis Hebræorum ortam fuiſſe ex ſerua matre; adeo enim ſeruitutis nomen odioſum erat apud veteres. Id quod proſequitur Philo in libro, *quod omnis probus ſit liber*, cùm notauit Argonautas inter nauales ſocios non recepiſſe, niſi liberum, ingenuorum contentos miniſteriis, libertati non officientibus; omnes enim vafri, & ambiguæ fidei homines, vulgo nominantur illiberales, & parum ingenui. 265.

Iudic. 9.
[b] *Deterrimus inter filios olim qui ex ſerua matre ortus erat.*
Ioſephus.
[c] *Ioſephus Zelpham & Balam omnino vult eſſe liberas.*
Philo.

[d] *Nihil enim integrum & ſanum in animo ſeruili.*
Plato.
Homer.
Theognid.

Ingenui. Vnde Plato dixit, *nihil integrum, neque ſanum habet animus ſeruilis, neque illi credendum eſt*, cum Homerus dixit in Odyſſea:

Dimidio mentis depriuat Iupiter illos
Seruiles quoſcunque viros ſors ceperit vnquam.

Theognidis Poëtæ eſt hæc eadem ſententia:

Neque enim è ſcilla, roſa naſcitur, neque hyacinthus,
Neque vnquam è ſerua liber filius.

Cantic. 7.

Non enim placet nobis id, quod aliqui aduertunt in Cant. *cap.* 7. cum de ſponſa Salomonis dicitur, *Quàm pulchri greſſus eius in calceamentis filia Principis.* Vbi Rex Salomon commendans nobilitatem ſuæ ſponſæ à ſolo parente Principe eam deriuauit. Vnde Theod. *lib.* 2. aduertit Ægyptios à ſolo parente nobilitatem petere: quamuis enim vera nobilitas ciuilis à patre potiùs quàm à matre accipiatur, ſi tamen cum nobilitate [e] materna coniungatur, fit clarior & ſplendidior, iuxta illud, quod eleganter dixit Helena Troiana apud Theodectem, quemadmodum refert Ariſtot. *lib.* 1. *Politic. cap.* 4. *Cuius parens vterque magnus prodiit ex ſtirpe Diuûm, num quis ancillam vocet?* Similia habet Plato *lib. de legib.* 6. & Ariſtotel. *lib.* 1. *Rhetoric. cap.* 5. vbi aſſerit legitimam nobilitatem eſſe aut à viris, aut à mulieribus procreationem.

[e] *Vnde non à ſolo patre, ſed à matre etiam vera nobilitas.*
Ariſtot.
Plato.

§. II.

Fuerint ne liberæ Bala & Zelpha.

266. CErtum igitur cùm ſit hoc, dubitatio eſſe poteſt, Vtrùm ancillæ, & famulæ vocandæ ſint illæ, quæ in coniuges acceptæ fuerunt, quales ſunt Bala, & Zelpha, quas interdum Scriptura [f] vocat ancillas, ſiue famulas Liæ, & Rachelis; interdum verò vxores Iacob. Qua de re videndus eſt Robert. Bellarm. *tom.* 2. *controuerſ. lib.* 1. *de matrim. cap.* 10. vbi latè dicit, de vxoribus Patriarcharum, & Chryſoſt. *hom.* 20. *ad Epheſ.* præcipuéque D. Tom. 1. *p. q.* 92. *art.* 3. [g] vbi ex procreatione mulieris colligit eius æqualitatem, & conſortium cum marito, nec enim ex capite formata eſt Adami, neque verò ex pedibus, ſed ex latere, vt neque dominaretur viro, neque ſubiiceretur inſtar ancillæ eidem, ſed collateralis eſſet, & ſocia in dignitate, & familia, proindéque non videtur aſſerendum haſce mulieres ancillas fuiſſe, ſed potiùs coniuges.

[f] *Ratio dubitandi.*
Bellarmin.
Chryſoſt.
D. Thom.
[g] *Fundamentum pro parte affirmante.*

267. Eſt tamen hoc aduertendum, tam apud Hebræos, quàm apud veteres [h] Gentiles duo fuiſſe genera vxorum, quædam quæ accipiebantur non ſolùm ad procreandos liberos, ſed etiam ad ſocietatem omnium bonorum, & totius domus gubernationem, quarum filij hæredes erant, & ipſæ matresfamilias vocabantur: quædam autem accipiebantur ad ſolos filios procreandos non in domus gubernationem, nec in matresfamilias, has autem vocabant [i] concubinas, ſiuè ancillas, quarum filij hæredes non erant bonorum paternorum. Conſtat hoc ex 25. *cap. Geneſ.* vbi dicitur, *dedit Abraham cuncta, quæ poſſederat Iſaac, filiis autem concubinarum largitus eſt munera*; id eſt, hæredem conſtituit filium Iſaac ex Sara vera, & legitima vxore eius, hæredem, inquam, omnium ſuorum bonorum, quemadmodum clariùs conſtat ex 24. Geneſ. vbi ſeruus Abrahami dixit, *& peperit Sara vxor Domini mei filium Domino meo in ſenectute ſua, deditque illi omnia, quæ habuerat.* videndus eſt Gellius *lib.* 18. *cap.* 6. imò & ex recentioribus quidam notauit de his duobus generibus vxorum locutum fuiſſe Senecam Tragicum *in* [l] *Hippolito actu* 2. Etenim cum depetiiſſet Phædra amore Hippoliti, eámque vocaſſet matrem, reſpondit illa, *matris ſuperbum eſt nomen, me vel ſororem Hippolite voca, vel famulam voca, ſed famulam potiùs*; legitimæ enim vxores apud veteres, ſiue primariæ ſorores vocabantur, ex eo, quia prima matrimonia celebrata ſunt inter fratres; neque enim placet id, quod Iuſtus Lypſ. dixit *lib.* 3. *variarum lectionum, cap.* 1. *Sorores, & fratres inter amantes de prophano amore intelligendos eſſe, non verò de legitimo, & coniugali*; famulæ autem vocabantur ſecundariæ vxores. Quod aduertit eleganter textus Græcus ad ea verba Geneſ. 25. *filiis autem concubinarum largitus eſt munera*, Græcè habetur, *filiis pallacarum.* Eſt autem inter pallacas, [m] & meretrices hoc diſcrimen, quòd meretrices accipiunt voluptatis cauſa, pallacas autem habent ob quotidianam curam earum rerum, quæ ad corpus, & domum conducunt, vxores autem legitimas ad æquale conſortium, & gubernationem totius familiæ. Ex quibus iam colligitur [n] vxores ſecundi ordinis dominas non eſſe, neque matresfamilias, ſed potiùs ſeruas, & ancillas, & concubinas; quare quamuis Bala ſecundi ordinis coniux fuerit Iacob, ſerua fuit, & ancilla Rachelis; ac proinde ſi nobilitas materna conducit ad nobilitatem ciuilem, deteriores, & viliores fuerunt tribus ortæ de ancillis, quàm fuerint familiæ ortæ ex Lia, & Rachele vxoribus primi ordinis Iacob. Eſt autem Dan ortus de Bala, ac proinde inter cæteras tribus deterior.

[h] *Nota tamē pro ſolutione de duobus generibus vxorum apud veteres Patres.*
[i] *Quarū alia matresfamilias, alia concubina dicebantur & ſerua, & quare*
Gen. 25.
& 24.
Gellius.
[l] *Agnouit & hoc diſcrimē Tragicus.*
Iuſt. Lypſ.
Gen. 25.
[m] *Pallacarū & meretricū diſcrimen.*
[n] *Reſolutio dubij negans eas fuiſſe liberas.*

TRACTATVS XXIV.

De ænigmate, ſiue, *De vero ſignificatu vaticinij Dan.*

IN tractatu de vera allegoria meminimus ænigmatis, diximúſque ænigma, obſcuram eſſe allegoriam. Si quis autem aduertat ad formam huius vaticinij, videbit apertè illud eſſe allegoricum, & propter ſui obſcuritatem ænigmaticum. Sic enim de filio ſuo dixit Iacob: *fiat Dan coluber in via, cerastes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò.* Sic enim hanc prophetiam vocat Philo *lib. de agricult.* 1. cum ait: *Quod autem ſub hoc ænigmate latet, tale quiddam eſt.* Tres igitur potiores ſignificationes videtur habere hoc ænigma. Prima eſt tota moralis, in qua ſcilicet ſignificatur dandam eſſe operam, ne mens & ratio hominis ab appetitu inordinato tanquam ab effreni equo trahatur. Secunda verò ſignificatio pertinet ad defenſionē populi Iſraël à Philiſthæis per Sanſonem oriundum ex hac tribu, quam ſequuntur plerique Patres, & quæ magis ad literam videtur. Tertia tandem ſignificatio pertinet ad ſtatum Eccleſiæ in poſtremo tempore orbis, quaſi ex hac familia oriundus ſit filius perditionis Antichriſtus. Nos autem eum ordinem tenebimus, vt incipiamus ab hac poſtrema ſignificatione, deinde gradum faciemus ad ſecundam, tandémque moralem examinabimus. 268.

Philo.

§. I.

§. I.

Sit ne oriundus Antichriſtus ex Dan?

269. INualuit igitur ea ſententia inter Patres, [a] Antichriſtum oriundum eſſe ea familia Dan, quam ſequuntur omnes fermè expoſitores in Apocalyp. *cap.* 7. ſicut refert Robertus Bellarm. *tom.* 1. *controuerſ. lib.* 3. *de Rom. Pontif. cap.* 12. Ita enim voluit Aretas, Andreas Cæſar. Richard. Anſelm. & Rupert. imò & D. Iræneus. *lib.* 5. *aduerſ. hæreſ.* Hypolitus Martyr. *in oratione de conſummat. ſæculi.* Ambr. *in lib. de Benedict. Patriarch. cap.* 7. Auguſt. *Pſalm.* 22. *in Ioſue.* Proſper. *de promiſſ. p.* 4. Gregor. *lib.* 31. *moral.* & tandem Theodoret. *quæſt. vltima in Geneſ.* quorum præcipuum fundamentum [b] eſt, quia cum Ioann. in ſua reuelatione omnes tribus Iacob benedixerit, de ſingulis dicens, duodecim millia ſignatos habituras, tanquam odioſam amiſit tribum Dan, ex qua credebatur naſciturus Antichriſtus.

[a] *Sententia Patrum affirmat.* Apocal. 7. Bellarm. Aretas. Andr. Cæſ. Richard. Anſelm. Rupert. Iræneus. Hypolit. M. Ambroſius. Auguſt. Proſper. Gregor. Theodoret.

[b] *Eorum præcipuum fundamentum.*

270. Reducenda igitur ſunt in memoriam [c] pro hac ſententia ea, quæ fusè diximus in ſecunda prophetia de Simeone, & Leui, in tractatu, *quòd fraus, & dolus hominem nobilem non deceat*, ibi enim aduertimus veram nobilitatem carere dolo. Sunt enim fraudulenti mores animi illiberalis, & abiecti, ſimulationis facinus tenebris obtegentis, quemadmodum dixit Philo. *in lib. de magiſtratu*, quæ ſatis conueniunt cum tribu Dan orta ex ancilla, de qua inſuper aduertit Diuus Damaſc. *lib.* 4. *cap.* 28. de fornicaria naſciturum Antichriſtum, non ex legitimo matrimonio, ſed ex impudica Hebræa, ſiue meretrice de tribu Dan, vt mirum non ſit eum doloſum futurum, qui de ſerua matre natus eſt.

[c] *Notatio pro ſolutione, ex tractatu* 35. 1.

Philo.

Damaſc.

271. Oportet igitur, vt oſtendamus, in quo poſita ſit vis huius metaphoræ, cum Iacob dixit, *fiat Dan coluber in via, & ceraſtes in ſemitas*: eſt enim locus metaphoricus, & ad literam potiùs ſignificat Sanſonem, vel Antichriſtum, [d] quàm colubrum; ſignificat autem coluber Antichriſtum, quia accommodatum inſtrumentum eſt ad dolos, & fraudes, quemadmodum aduertit D. Aug. *lib.* 11. *de Geneſ. ad literam, cap.* 3. cum docet dæmonem non fuiſſe permiſſum alio inſtrumento vti, quàm ſerpentis ore in tentatione primi parentis. Cum enim mens diaboli eo tenderet, vt ſeduceret, faciliùs putauit ſe conſequuturum quod quærebat, ſi inſidias tegeret, quàm ſi aperiret: tegeret autem, ſi columbam, aut ouem aſſumeret, quæ ſunt animalia naturâ ſimplicia, & innocentia. Sed voluit Deus, vt ſi diabolus tentare vellet, id non fieret niſi per ſerpentem, vt ſicut diabolo permittebat [e] tentare, ita hominem admoneret ea ipſa forma. Voluit autem Chriſtus Dominus tentari potiùs ab homine ſolitario, in quo maximè latere poterant inſidiæ, quis enim ſperaſſet fraudem, & dolum ab homine, ſpecie, & forma iuſto, conditione eremi cultore? [f] liberam igitur reliquit poteſtatem dæmoni ſuæ ipſius tentationis, non autem hominis. In libro tamen 14. *de ciuitate Dei cap.* 11. aſſerit D. Auguſt. elegiſſe dæmonem ad fallendum inter cætera animalia lubricum animal, & tortuoſis anfractibus mobile, congruum ſuo operi. quibus habet ſimilia Tertul. cum de ſerpente ita dixit: *Abſcondat itaque ſerpens quantum poteſt, totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat, altè habitet, in cæca detrudatur, per anfractus ſeriem ſuam inuoluat, tortuosè procedat, nec ſemel totus lucifuga beſtia.* Ex quibus conſtat accommodatum [g] ad fallendum inſtrumentum fuiſſe ſemper ſerpentem, tum propter formam, & progreſſum non rectum, tum etiam propter innatam aſtutiam, ſiue prudentiam, ita vt de hoc animali dixerit Chriſtus Dominus Matth. 10. *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes*; habet enim hoc animal tantam aſtutiam, vt prudentiam humanam præ ſe ferre videatur, ſicut latè proſequitur Hugo de S. Victore, *lib.* 3. *de beſtiarum proprietatibus*, & Plinius *lib.* 8. *naturalis hiſtoriæ cap.* 28. Vbi vnum, vel alterum indicium [h] affert eius aſtutiæ in cauenda ſcilicet ſenili pelle, & in reparando viſum in ſenectute, quæ non niſi ab animali prudentiſſimo remedia inueniri potuerunt, & præterea, quia nulla alia vtilitate quæſita per fraudem mordere ſoleat, niſi, vt noceat ſolùm. Quare meritò dixit Patriarcha, *fiat Dan coluber in via*, quod quadrat cum [i] Antichriſto, ſiue malo eo dæmone, qui inſidias parat in via, ſolùm vt mordeat.

[d] *Coluber hic ad literam ſignificat Sanſonẽ, vel Antichriſtũ, & quare?* Auguſt.

[e] *Cur diabolus non in alia quàm ſerpentis figura tentauit Heuam:*

[f] *Chriſtum autem in figura ſolitarij.* Auguſt. Tertullian.

[g] *Serpens ad fallẽdum inſtrumentum accomodatiſſimum.* Matth. 10.

Plinius.

Hugo. [h] *Aſtutia ſerpentis indicia.*

[i] *Vnde appoſitè figurat Antichriſtũ.*

272. De ceraſte verò videndus eſt Plinius *lib.* 8. *cap.* 23. *In ceraſtis*, inquit, [l] *corpore, corniculа quædam eminere ſæpe quadrigemina, quorum motu reliquo corpore occultato ſollicitant ad ſe aues, geminum caput*, id eſt, *ad caput & caudam, tanquam parum non eſſet, vno ore fundi venenum; iaculum etiam è longinquo vibrant, nec pedibus tantùm pauendas ſerpentes, ſed miſſili etiam volare tormento, vulgatum eſt.* Vnde D. Hieron. pro ceraſte baſiliſcum [m] vertit, qui vel de remotiſſimo loco ſolo aſpectu nocere ſolet. Videndus eſt Solin. *lib.* 30. & Elian. *lib.* 1. *de hiſtor. animal. cap.* 59. His igitur ſic ſuppoſitis exiſtimat Gregor. Magn. *lib.* 30. *moral. cap.* 18. ſignificatum huius vaticinij eſſe Antichriſtum, [n] qui coluber, & ceraſtes appellatur, ceraſta enim Græcè cornua ſignificant: ſerpens namque hic cornutus eſſe perhibetur, quia contra fidelium vitam cum morſu peſtiferæ prædicationis armatur etiam cornibus poteſtatis; quis autem neſciat ſemitam anguſtiorem eſſe, quàm viam? *Fit ergo Dan coluber in via*, quia in præſentis viæ latitudine eos ambulare prouocat, quibus quaſi parcendo blanditur, ſed in via mordet eos, quibus libertatem tribuit, & erroris ſui veneno conſumit. Fit ceraſtes in ſemita, quia quos fideles reperit, & ſe à præceptis cæleſtibus anguſta itinera conſtringentes, non ſolùm nequitiæ callidæ perſuaſionis veneno impetit, ſed etiam terrore poteſtatis premit, & in perſecutionis languore poſt beneficia fictæ dulcedinis exercet cornua poteſtatis. Quo in loco, per equum hunc mundum [o] inſinuat, qui per elationem ſuam in curſu labentium temporum ſpumat, & quia Antichriſtus extrema mundi apprehendere nititur, ceraſtes iſte, equi vngulas mordere perhibetur, quia vngulas equi mordere, eſt extrema ſæculi feriendo contingere; aſcenſor autem equi eſt, qui in dignitatibus mundi extollitur, & quia Iudæa erroris ſui laqueis capta pro Chriſto Antichriſtum expectat, bene Iacob eodem in loco repente in electorum [p] voce conuerſus eſt dicens, *ſalutare tuum expectabo Domine*, id eſt, non ſicut infideles Hebræi antichriſtum expectabo, ſed ipſum Chriſtum, per quem erit redemptio. Similia ſunt ea, quæ habet Theodoret. *quæſt.* 109. *ſuper Gen. Ego*, inquit, *exiſtimo Patriarcham afflatum diuino* [q] *ſpiritu vaticinatum eſſe ea, quæ ſpectant ad Saluatorem noſtrum, & eadem prophetia locutum*

[l] *Ceraſtia quid?*

[m] *Idem cum baſiliſco putatur.* Hieron. Solin. Elian. Gegor.

[n] *Antichriſtum quoque ſignificat, & in quibus?*

[o] *Quare equus hic mundum inſinuet?*

[p] *Vox electorum in perſequutione Antichriſti.* Theodoret.

[q] *Eodem ſpiritu quo Patriarcha vidit in Iuda Chriſtum, & in Dan præcognouit Antichriſtum.*

locutum eſſe, quæ pertinent ad Antichriſtum: ſicut enim de tribu Iuda vidit naſciturum eum, qui ſaluaturus erat orbem, ita de tribu Dan vidit oriundum eſſe, qui perditurus erat mundum, & propterea quòd omnibus modis conabitur prædari decepies in exitum, aſſimilat ipſum ſerpenti cuidam iuxta ſemitam latenti, & per inſidias tranſeuntes interficienti. Exiſtimat autem corpus hoc in loco ſignificatum eſſe per equum, per aſcenſorem vero animam [r] *cadentem per inſidias, & dolum mordentis colubri.* Similia ſunt, quæ habet Ambroſ. *ſuper Pſal. 40. verſu. Magnificauit ſuper me ſupplantationem, & in lib. de benedictionib. Patriarch. cap. 7.* quem modum exponendi hanc prophetiam ſequuntur alij Patres.

[r] *Alij per equum intelligunt corpus, per aſcenſorē vero animā.* Ambr.

273\. In hanc verò ſententiam adducit D. Irenæus *lib. 5. de temporibus Antichriſti cap. 3.* authoritatem Hierem. [f] *in cap. 8. A Dan auditus eſt fremitus equorum eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota eſt omnis terra.* Ex quo loco apparet ex tribu Dan venturum eſſe Antichriſtum, hoc enim ſignificare videtur Hierem. in eo loco. Quidquid verò ſit de legitimo ſenſu huius prophetiæ Iacob, quem ſequuntur aliqui Patres, & de quo nos dicemus inferiùs in ſecunda ſignificatione huius vaticinij: locus Hierem. nullo modo agit de Antichriſto, [t] niſi fortè allegoricè; ex allegoria autem non aſſumitur efficax argumentum, ſed ad literam potiùs oſtendit ex ea parte, quæ ad Septentrionem erat terræ promiſſionis, ingreſſurum eſſe Palæſtinam Nabuchodonozor cum vniuerſo exercitu. Pro maiori autem intelligentia huius loci aduertendum eſt, *Dan* [u] apud locum citatum Hierem. nec eſſe nomen alicuius familiæ, nec alicuius hominis, ſed potiùs nomen vrbis; quæ in finibus regni ſita erat ad aquilonem, cui reſpondebat ex alia parte ad auſtrum in finibus etiam regni ciuitas Berſabee; vnde ortum eſt prouerbium apud Hebræos, *à Dan vſque ad Berſabee*, ad ſignificandam totam eam regionem. Quo pacto intelligendus eſt ille locus 1. *Reg. cap. 3. Cognouit vniuerſus Iſrael à Dan, vſque ad Berſabee, quòd fidelis Samuel Propheta eſſet Domini.* Item 2. *Reg. cap. 24.* dixit Dauid ad Ioab: *Vade, numera populum à Dan, vſque ad Berſabee*, quemadmodum eum locum intelligit D. Hieron. *ſuper Hierem. cap.* 8. Ex quibus fit eiuſdem loci hiſtoricum ſenſum eſſe de aduentu Chaldæorum, non autem de Antichriſto, [x] niſi allegoricè. Fatendum igitur eſt non ſine probabilitate Patres aliquos dixiſſe prophetiam hanc Dan intelligendam eſſe ad literam [z] de Antichriſto; longè tamen probabilius dixerunt [a] eum oriundum eſſe ex Dan, quamuis de eo ad literam non ſit locutus Patriarcha hoc in loco, potiùs enim fælicia imprecatur filio ſuo; & ne quiſpiam exiſtimaſſet humilem, & abiectam eſſe eam familiam ortam ſcilicet de ſerua, ſiue ancilla Rachelis, eius etiam triumphos, & victorias deſcribit.

Irænens. Hierem. 8.

[f] *Cōfirmatur ſententia Patrum ex c. 8. Hieremia.*

[t] *Locus tamē ad literā non de Antichriſto, ſed de Nabuchodonozor & Chaldais agit.*

[u] *Etenim Dan apud Hieremiam non familiā, ſed vrbem ſignificat.*

1\. Reg. 3.

2\. Reg. 24.

[x] *Reſolutio quæſtionis.*

[z] *Sermo hic ad literā de Antichriſto probatur:*

[a] *Sed probabilius oppoſitum, & quare.*

§. II.

Secundum in hac prophetia ſignificatum Sanſon.

274\. Secunda igitur ſignificatio huius ænigmatis, ad quam vniuerſa prophetia dirigitur, eſt fortiſſimus ille vir Sanſon, quo nihil maius fuit in ea gente [b] neque fortius; ille enim iudicauit populum Iſraël, & eundem longo tempore liberauit à Philiſthæis; hoc enim ad literam velle videtur Patriarcha [c] in hac prophetia. Cui ſententiæ ſuffragatur Chaldaica Paraphraſis, cuius hæc ſunt verba: *De tribu Dan eligetur, & conſurget vir; in diebus eius redimetur populus eius, & in annis eius requieſcent ſimul tribus Iſraël: huius terror irruet ſuper populos, & cades eius preualebit* [d] *in Philiſtheis; tanquam ſerpens & coluber quieſcet in via, tanquam aſpis inſidiabitur in ſemita, interficiet robuſtos in caſtris Philiſthæorum, equites cum peditibus, eneruabit equos eorum, & quadrigas, deiiciet aſcenſores eorum retrorſum, redemptionem tuam expectabo Domine.* videndus eſt lib. Iudic. *in c.* 13. vbi dicitur: *Erat autem quidam vir de Saraa, & ſtirpe Dan, nomine Manue, habēs vxorem ſterilem, cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam: ſterilis es, & abſque liberis, ſed concipies, & paries filium.* & ſtatim inferiùs dicitur, *peperit itaque filium, & vocauit nomen eius Sanſon, creuitque puer, & benedixit ei Dominus, & cœpit ſpiritus Domini eſſe cum eo in caſtris Dan inter Saraa, & Aſthaol.* Sanſon autem ſicut eius nomen interpretatur Ioſeph *lib. 5. antiq. cap. 10.* robuſtum [e] ſignificat; tantum enim fuit robur huius hominis, vt meritò fuerit exiſtimatus [f] Hercules, de quo mira fabulantur veteres. Ita enim refert D. Auguſt. *lib. 18. de Ciuitate cap. 19. Hebræorum Iudex fuit Sanſon, qui cum mirabiliter fortis eſſet, putatus eſt Hercules*; imò Euſeb. Cæſarienſ. in Chronicis velle videtur hunc verum fuiſſe Herculem, non fabuloſum, cum aſſerit ſynchronos fuiſſe, ſiue coætaneos. *Coluber* igitur dicitur [g] *in via*, ſiue *ceraſtes in ſemita*, quia eo iudicante populo, ita Philiſthæi fugiebant vias Hebræorum, ac ſi in eis ſcirent eſſe venenoſas beſtias, quæ homines aggrediuntur, & occidunt; vi enim, & inſidiis pariter oppugnabat vniuerſos Philiſthæos: decet enim optimum ducem interdum vi, interdum fraudibus hoſtem euertere. Quamuis enim, ſicut optimè notauit Lipſius *in ſua polit. lib. 5. cap. 17. candida, & ſimplices natura damnauerint inſidias, dicentes, vir nemo mentis altæ clanculum velit occidere hoſtem*, ſicut eſt apud Euripidem; tamen Auguſt. definit in quæſtionib. ſuper Ioſue q. 10. *cum iuſtum bellum ſuſcipitur, vt apertè pugnet quis, aut ex inſidiis, nihil ad iuſtitiam intereſt.* Vnde eſt illud apud Homer. *in Odi. lib. 3. hoſtes conſice, ſiue dolo, ſiue ſtricto cominùs enſe.* Sanſon igitur quaſi coluber in via, & ceraſtes in ſemita aſtutè pariter; [h] & potenter hoſtes populi Dei ſine Theſeo ſuperauit, vt eſt in prouerbio. Cætera quæ pertinent ex hac prophetia ad Sanſonem, dicemus latiùs in expoſitione literæ, ibi enim accommodatiùs occurrent.

[b] *Sanſone nihil maius in familia Dan.*

[c] *De quo ad literam videtur intelligendus hic locus.*

Para. Chald.

[d] *Suffragatur paraphraſis Chaldaica.*

Iudic. 13.

Ioſeph.

[e] *Sanſon robuſtum ſignificat.*

[f] *Meritò exiſtimatus Hercules.*

Auguſt.

Euſeb. Cæſ.

[g] *Cur coluber dictus ſit, & ceraſtes.*

Iuſt. Lipſ.

Auguſt.

Homer.

[h] *Quippe aſtutia & potentia hoſtes ſuperauit.*

§. III.

Ad mores, dominante rationis imperio profligantur praua appetitiones.

Tertia verò ſignificatio huius prophetiæ tota moralis eſt pertinens ad rationis imperium, 275.
quo inſurgentes inordinatas appetitiones euertit, ſicut inter alios pulchrè proſequitur Philo *lib. de agricult.* & Ioſephus Hebræus *in lib. de Imperio rationis, ſiue de ſanctis Martyribus Machabæis:*

Philo. Ioſephus.

[i] *Dan iudicium interpretatur.*

bais. Dan igitur, [i] iudicium interpretatur, & hæc eſt ratio, cur vis animæ, quæ ſcrutatur, examinat, diſcernit, & quodammodo iudicat ſingula agenda, draconi aſſimiletur, non illi, qui Euam decepit, ſed illi potiùs, quem Moyſes ex ære fabricauit, quem intuentes quotquot vulnerati erant morſibus venenatorum ſerpentum, interituri alioquin, mortem vitaſſe feruntur. Portentoſa iſta quidem videntur. Draco humana [l] verba proferens, dolis, & fraude mulierem decepit, ſerpens ex ære fundatus ſolo aſpectu ſalutem attulit: hæc eſt tamen differentia inter vtrunque, quia ille ſerpens mulieris inſidiator à ſenſu ortus eſt, & ex carne genitus *voluptas* appellatur, qui perpetuò repit pronus ad ſola terrena bona, in quouis ſenſu ſtabulatur, conſiliarius hominis eſt rationi contrarius: Moyſaicus verò ſerpens fortitudinem, ſiue affectionem voluptati contrariam ſignificat, quapropter ex ſolidiori materia, ſcilicet ex ære fabricatus introducitur. Quiſquis autem fortitudinem hanc habuerit, quamuis morſus ſit à ſerpente venenoſo, id eſt, à voluptate, eum viuere neceſſe eſt, intentat enim prior ille Euæ ſerpens, ſiue turpis voluptas animæ noſtræ mortem, ſed fortitudo ſanitatem, & incolumitatem præſtat; eſt enim temperantia præſentiſſimum remedium intemperantiæ, & ſic de cæteris. Quare cum Iacob imprecatur, vt fiat Dan coluber in via, [m] non eum ſerpentem fieri imprecatur ſimilem illi, qui Euam decepit, ſed illi potiùs, quem Moyſes erexit in Eremo in remedium contra morſus ſerpentum. Neque alibi, quàm in via eum poſuit, quia quidquid voluptas parit, non ſinit animam per latam, & regiam viam tendere, ſed ducit eam & trahit in barathrum, & voragines, donec eam præcipitem agat: ſoli autem, qui à fortitudine, temperantia, cæteriſque virtutibus ſe diuelli non patiuntur, declinant, & deuitant omnia lubrica. Solus igitur ſerpens æneus, ſiue vir fortis adhæret viæ rectæ, cum voluptas, ſiuè alius ſerpens nos trahat in deuia.

[l] *Draco loquens humana verba decepit, ex ære factus ſanat aſpectu.*

[m] *Propterea Dan non colubro Euæ, ſed æneo ſimilis prædicitur.*

276. Mordere autem vngulas equi, per quas ſignificantur [n] affectus ſiue paſſiones, vel potiùs appetitus, nihil aliud eſt, quàm voluptatem euertere, vt cadat ille, qui à voluptate ferebatur: eſſe enim [o] equum voluptatis ſymbolum, eleganter colligitur ex loco *Deuter.* 17. vbi agens Moyſes de Principe creando, ita dixit: *non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non ſit frater tuus, cúmque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Ægyptum equitatus numero ſublenatus.* vbi ita Philo: *Legiſlator inter præcepta docet, ne princeps eligatur equorum altor, parum idoneus ratus ad principatum. Quiſquis voluptates, & concupiſcentias, & amores impotentes inſaniens, tanquam effrænis equus ſua paſſione agitur.* Significant enim equi effrænes hominum appetitiones. Quem locum refert Pierius *lib.* 4. *de ſymbolis. Pro immoderato,* inquit, *& rationis experte impetu equum poni apud legiſlatorem Moyſem, ex eo manifeſtum eſt, quòd noluit Principem deſignari equorum educatorem*, id eſt, *voluptatibus deditum: Vnde in Scriptura dicitur, fallax equus ad ſalutem*, id eſt, *voluptas non eſt accommodatum remedium ad cælum obtinendum.* & illud aliud ex Pſalm. *Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus*; tales enim ſunt appetitus nullam rationem ſequentes. Vnde eſt illud Prouerb. *Secede equinus à pedibus procul:*

[n] *Vngulæ equi paſſiones ſignificant:*

[o] *Equus verò voluptatem.*

Deut. 17.

Philo.

Pier. Valer.

vnde fortaſſis ductum eſt illud aliud prouerbium, *equitandi peritus, ne cantet*, [p] ſicut colligitur ex Gregorio Nazianz. *in epiſt. ad Eudoxum Rethorem:* cum inquit, *qui artem equitandi diſcit, non vult poeſis, vt cantet, ne illud ſimul eueniat, vt equitando aberret, & cantando.* Fortaſſis autem hoc voluit ſignificare illud prouerbium, cauendum nempe eſſe, ne qui trahitur ab appetitu aliquo, ſicut ab equo, dulcedinem addat Muſicam; periculoſum enim eſt ab appetitu, ſeu voluptate, atque ab eius dulcedine capi, ſicut capiuntur ij, qui Muſicæ dulcedinem audiunt. Faciunt autem maximè ad hanc allegoriam ea, quæ ſequuntur, *vt cadat aſcenſor eius retro*; ſic enim cadere, potiùs eſt ſurgere, [q] quàm cadere: nanque qui à malis cadit bonis innixus, potius dicendus eſt ſurgere, quàm cadere; retro autem cadit non in faciem, quia relinqui à vitiis, affectionibúſque ſemper vtile fuit: quanto enim aliquis longior eſt à perturbationibus, tanto ſanior redditur; iam autem, qui retrò cadit, à voluptate [r] relinquitur: cum enim voluptas, quia cæpit, eat, qui retro cecidit, iam poſt eam relinquitur.

[p] *Prouerbiũ Græcum ad rem præſentem.*

Nazianz.

[q] *Cadere à vitiis, eſt ſurgere.*

[r] *Qui retro cadit à voluptate relinquitur.*

Vt igitur iam colligamus totam allegoriam huius ænigmatis, talis eſt ſenſus, [ſ] vt nemo noſtrum patiatur mentem vectari ab aliquo affectu, vel vitio: ſicut enim eleganter dixit Plato, quem refert Eugubin. *Pſalm.* 44. *Homo non diſſimilis eſt currus duorum equorum: à duobus enim equis vehitur, furore ſcilicet, & cupiditate; deſuper neceſſe eſt, regat habenas ipſa ratio; ſi quando autem cogatur aliquis aliquem aſcendere affectum, det operam, vt quàm primùm, vel deſiliat, vel deſcendat, tales enim lapſus inclytam victoriam afferunt.* Ideo quidam ex veteribus prouocatus ad conuiciandi certamen, *in hoc*, inquit, *deſcendero, in quo victor* [t] *ſit victo deterior.* Ad quem locum amplificandum videndus eſt Chryſoſtomus *hom.* 29. *ſuper primam ad Corinth.* vbi eleganter comparat ſeruientem Ioſephi, cum eiuſdem impudica Domina. Videndus item Philo *in lib. de confuſione linguarum*, cum ait, *Anima noſtra tripartita eſt, pars eius mens, ſiue ratio, pars ira, pars concupiſcentia, ſingula ſuis morbis laborant, atque etiam interdum communibus inter ſe ſe ægritudinibus languent; tunc autem tanquam in naui nautis, vectoribus, gubernatoribus per dementiam in eius perniciem coniurantibus, etiam qui perdunt, vnà pereunt; grauiſſimum enim malorum eſt, & pene ſolum inſanabile omnium animæ partium* [u] *ad peccandum conſenſus, cum tanquam in publica peſtilentia, nihil ſanum reliquum ſit, quod ægrotos mederi poſſit, & medici vnà cum vulgo laborant, eadem, qua cæteri lue corrupti.* Elegantior multo eſt alia [x] allegoria, qua vtitur idem Philo ad eundem locum amplificandum: *Quando*, inquit, *cataractæ cæli effuſa ſunt in pluuias, id eſt, quando ratio ſuperior in hominis perniciem coniurauit, & quando de terra, hoc eſt, de corpore reſoluti ſunt omnes fontes, ſiue appetitiones inordinatæ, diluuium vniuerſale fiet, miſerè copulata ratione cum appetitibus; nec aliud ſupereſt remedium quàm Moyſaici ſerpentis morſus, hoc eſt, virtutis.* 277.

[ſ] *Senſus allegorici compago.*

Eugubin.

[t] *In certamine victor victo ſit victor deterior.*

Chryſoſt.

Philo.

[u] *Inſanabile malum conſenſus virium animæ ad peccandum.*

Idem.

[x] *Elegantior alia allegoria.*

⁂

TRACTATVS

TRACTATVS XXIV.

Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in Dan filio Iacob.

278. NOn eſt negandum ſummam congrueotiam fuiſſe inter Dan, & Chriſtum Dominum, ſeu potius inter Sanſooem,[a] & Chriſtum Dominum; de eo enim hic ſolùm loquitur Patriarcha. Cùm enim nihil maius in ea familia vidiſſet, quàm Sanſonem, de eo ſolo Patriarcha inſtituit ſuam prophetiam. Nobis fauet Ioſeph. *lib. 5. antiquitatum cap.* 10. cùm de Sanſone ita dixit: *natus eſt egregia animi, & corporis indole præditus promiſſo capillicio, victuſque ſobrietate, diuinum, neſcio quid, præ ſe ferebat.* Vnde poſtrema[b] verba huius vaticinij eò ſpectant, vt oſtendant ſimillimum fuiſſe Sanſonem vero Meſſiæ, ſicut Rupertus aduertit *lib. 9. de Trinit cap.* 32. poſt D. Hieron. *in quæſt. Hebraic. vident*, inquit Hieron. *quòd tam fortis Nazaræus propter meretricem mortuus ſit, ſicut dicitur Iudic. 16. & ſua morte multos occiderit inimicos; ſed quia mortuus eſt, & non reſurrexit, & rurſus Iſrael captiuus ductus eſt, alium mundi ſaluatorem præſtolandum eſſe vaticinatus eſt Iacob, cum dixit: ſalutare tuum expectabo Domine.* Suffragatur Targum Hieroſol. vbi hæc ſententia Iacob ita exprimitur: *Dixit Pater noſter Iacob: Non expecto redemptionem Gedeonis, quæ eſt ſalus temporalis, neque redemptionem Sanſonis, quæ eſt ſalus tranſitoria; ſed expecto redemptionem Meſſiæ filij Dauid, qui venturus eſt, vt adducat ſibi filios Iſrael, cuius redemptionem expectat, & deſiderat anima mea*; non quòd Patriarcha exiſtimauerit Sanſonem futurum eſſe Meſſiam, ſed propter eius excellentias oſtendit eum referre[c] Meſſiam: ſolent enim ij, qui amant, nihil pulchrum, & egregium in aliquo videre, quod non exiſtiment ad eos, quos amant, pertinere, præcipuéque cùm de amore diuino eſt ſermo. Vnde orta eſt ea phraſis conſueta in Scriptura, vt quidquid excellit in vnaquaque re, diuinum dicatur, ſiue Dei, vnde Cedri Dei altiſſimi, Cedri vocantur; ſic quoque mons Dei; quod elegantiſſimè docuit Maximus Tyrius Platonicus *ſerm.* 38. dum ait, *cum deſiderium nos habeat diuinæ naturæ intelligendæ, ita eſt humanæ mentis imbecillitas, vt quæcunque hominibus pulchra videantur, ab ipſius Dei natura, nuncupemus diuina: ſequentes amantium illum affectum, quo eorum, quos amant ſimulachrum, ſolet iucundiſſimum præbere ſpectaculum:* id eſt, ſi quid pulchrum, illud exiſtimant ſimilitudinem referre eorum, quæ amant. Mirum igitur non eſt, ſi cum tot egregias virtutes, præuiderit Iacob in Sanſone, eundem exiſtimauerit ſimillimum[d] Meſſiæ ſeruatori; longè tamen diuerſum eundem ſignificauit, cum dixit, *ſalutare tuum expectabo Domine*, id eſt, quamuis ille ſatis, ſuperque referat Chriſtum, ego tamen, nec eum Chriſtum eſſe exiſtimo, neque mundi remedium, ab alio enim expecto ſalutem, quàm à Sanſone.

[a] Summa congruentia inter Dan ſiue Sanſonem & Chriſtum Dominum.
Ioſephus.
[b] Eo verò maximè oſtenditur in vltimis verbis huius vaticinij.
Rupert.
Hieronym.
Targ. Hier.
[c] Referri omnino videtur Sanſon verum Meſſiam.
Max. Tyrius
[d] Propterea illi ſimillimus exiſtimatur à Patriarcha Iacob.

* * *

§. I.

Sanſon Nazaræus à natiuitate ſicut & Chriſtus Dominus.

INter alias pleraſque congruentias, quas proſequitur inter Chriſtũ, & Sanſonem D. Proſp. 279.
lib. de promiſſionibus diuinis p. 2. à cap. 11. vſque ad 13. nos eas adducemus, quæ magis conueniunt cum præſenti prophetia. Eſt igitur illa prima,[e] quia Angelus, qui eius prædixit natiuitatem, hæc etiam dixiſſe parenti ſuo fertur, *ferrum non aſcendet ſuper caput eius, vinum & ciceram non bibet, quoniam Nazaræus erit puer à die natiuitatis, vſque in finem mortis*; Nazaræus autem virtutem ſonat[f] in capite, Sanſon enim plenus virtute ex coma capitis ſui, cuius omnis actio in figuram Chriſtum Dominum reſonat, cuius gratia, gratia capitis eſt, quæ in nos deriuatur; ad dignitatem Redemptoris, & Sanctificatoris pertinet gratia capitis, quæ eſt principium totius meriti noſtri, ſiue illa ſit gratia vnionis, ſiue gratia habitualis, ſupponens vnionem hypoſtaticam, ſiue potius vtrunque; inde tanquam a principio, ſiue à fonte, vniuerſa actio meritoria totius Eccleſiæ dimanat, ſicut latè docet D. Thomas, vt alios omittam 3. *p. q.* 8. *art.* 4. videndus eſt Cyrill. hac de re *ſuper Iſai. cap* 33. *ver. Sanctus Dominus*, & Philo *in lib. de migratione Abrahæ: ſi quid anima noſtra ex ſeipſa parturit, abortiuum eſt, & immaturum gignitur, è diuerſo integrum, & abſolutum gignitur, quidquid in eam diuinitùs implent.* Videndus eſt Auguſt. *Pſalm. 44. verſ. ſpecioſus forma præ filiis hominum*; vbi docet omnia nobis dediſſe Chriſtum Dominum, *propterea illi gratias agere licet; referre non licet.* Vnde Dauid dixit, *quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? calicem ſalutaris accipiam*, remanſit in gratiarum actione, in relatione defecit. Hæc igitur eſt ratio, quare in gratia capitis aſſimilatus, ſeu adumbratus fuerit Chriſtus Dominus Sanſoni, cuius vniuerſa virtus, à qua pendebat ſalus populi, de capite deriuabatur.

Proſper.
[e] Prima congruentia inter Sãſonem, & Chriſtum Dominum.
[f] Nazaræus ſonat virtutem in capite.
D. Thom.
Cyrill.
Philo.
Auguſt. Pſalm. 44.
Pſalm. 115.

§. II.

Figura Chriſti in cruce ſuſpenſi, Dan coluber in via.

SEcunda verò congruentia, quæ magis con- 280.
gruit cum hac prophetia, poſita eſt in eo, quòd ſicut Dan coluber fuit in via contra Philiſthæos, ſic quoque Chriſtus Dominus contra dæmones[g] ſuſpenſus eſt de cruce, & poſitus in via ad effugandos ſerpentes, ſiue dæmones. Nota enim eſt ea hiſtoria, quæ habetur *Num. cap.* 21. Etenim cum Hebræi in deſerto à ſerpentibus vulnerati interirent, diuino mandante oraculo de cruce ſuſpenſus eſt æneus ſerpens; in quem intuentes vulnerati, & dæmones fugabant, & ſanabantur à vulneribus. Quem locum Chriſtus Dominus viuæ vocis oraculo de ſeipſo interpretatus eſt Io. c. 3. *ſicut enim Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam*: Figuram enim dixit ſuæ paſſionis ſuſpenſum de cruce ſerpẽtem, ita vt quemadmodum Dan, ſiue Sanſon poſitus in via coluber,

[g] Chriſtus Dominus cõtra dæmones ſuſpenſus in cruce.
Num. 21.
Ioan. 3.

Philiſtæos fugabat, ſic ſuſpenſus de cruce Chri-
ſtus Dæmones. Quod enim maximè optauerat
Gantic. 8. ſpooſa, *Cant. cap.* 8. illud erat, vt per aduentum
ſui ſponſi ſerpentes fugerent, à quibus mortaliter,
ſeu lethaliter mordebatur, ſicut interpretatur ea
Theodoret. verba Caotic. Theodoret. *fuge dilecte mi, aſſimil-
lare capreæ, hinnuloque ceruorum*; eſt enim hoc ani-
mal præſentiſſimum remedium contra ſerpentes,
cum oihil tam odioſum ſit ſerpentibus, quàm
ceruus. Hæc autem fuit ratio Incarnationis, fuga
h Ad fugandos enim dæmones carnē aſſumpſit. ſerpentom, [h] ſiue Dæmonum ab Eccleſia, inter
qoam, & ipſum ſerpentem iam inde à principio
orbis graues ortæ ſunt inimicitiæ, teſtaote diui-
Gen. 3. no oraculo *Gen.* 3. *Ponam inimicitias inter te, &
mulierem; ipſa conteret caput tuum, & tu inſidia-
beris calcaneo eius.* Ab eo igitur tempore, ſemper
Eccleſia habuit ſerpentem odio, ſiue dæmonem,
ac proinde eum Chriſtus velut ceruus fugauit
per ſuum aduentum, velut coluber de cruce ſuſ-
Iuſt. Mart. penſus, ſicut proſeqoitor eleganter Iuſtinus Mart.
in Dialog. cum Tryphone. Magis autem placuit
Deo, vt ſerpens ſerpentes in fugam conuerteret,
Cyril. Alex. vel quoniam, ſicut pulchrè notauit Cyril. Alex.
in com. ſup. cap. 3. *Ioan.* in ſerpente æoeo pulchriùs
i Quare potiùs in ſerpente æneo figuratur. Chriſtus quàm in ceruo? figuratur, & adumbratur eius paſſio, [i] quàm io
ceruo, tanquam enim in tabula quadam in eo
ſuſpenſo de cruce ſerpente, totum myſterium
Incarnationis, ſiue paſſionis exprimitur, per quod
dæmon ſuperatus eſt: nanque ſicut aduertit D.
Auguſt. Auguſt. *ſerm.* 14 quanuis Chriſtus Domious ſi-
Rom. 8. militudinem habuerit carnis peccati, teſte Paul.
ad Rom. 8. venenum tamen peccati habere non
potuit; ſicut oeque ſerpens æneus venenum ha-
buit, quanuis ſimilitudinem habuerit ſerpentis
venenoſi: ac proinde vtrunque factum eſt in ſer-
l Quaſi duplex ratio elegātiſſima. pente ſuſpenſo, & oſtenſum eſt remedium [l] con-
tra ſerpentes, & figuratum eſt eum ſerpentem
veneno caruiſſe. Proſequitur hoc argumentum
D. Auguſt. *lib. contra Adimant. cap.* 25. *& lib.* 1. *de
peccatorum meritis* 32. *& lib.* 50. *hom. hom.* 35.

281. Vel etiam, quia melius [m] per ſerpentem dilu-
m Tertia non minus vera. debat ſerpentem, ſicut notauit D. Proſper. *loco
Proſper. citato de diuinis promiſſionib.* In quam ſenteotiam
adducit Pſalm. 103. io eo verſu, *Draco iſte, quem
formaſti ad illudendum ei*; ſic enim locum intelli-
git, ita diluditur ſerpens diabolus. Sic quoque
Athanaſ. eundem locum iotelligit D. Athanaſ. *in lib. de
Hieron. paſſione.* Nec refragatur D. Hieron. *in Pſalm. ad
veritatem Hebraicam*, ſic enim eum locum vertit.
Leuiathan iſtum plaſmaſti, vt illuderes ei. Conſen-
tit Chaldaica paraphraſis, imò potiùs inter Rab-
Rab. Clyaſ. binos Rabbi Clyaſer in Pyrche. Quis autem non
videat magnam illoſtooem eſſe, ſi per ſerpentem
demortuum, viuus, & vaſtiſſimos ſerpens ſope-
retur: illuditur enim ſic ſerpente ſerpens, fugatur
dracone draco, pellitur colubro coluber. Quæ
fuit ratio, cur malus dæmon curauerit maximè,
ne Chriſtus Dominus de cruce ſuſpenderetur, ti-
mebat enim ab eo Dracone ſuſpenſo ſuum exi-
tium, quemadmodum eleganter proſequitur
Athanaſ. Athanaſ. *in lib. de paſſione, & cruce Domini.* & D.
Ignat. Mart. Ignat. Martyr, *in epiſt. ad Polycarpum. Cùm paran-
da eſſet crux*, inquit D. Igoat. *diabolus tumultua-
batur, pœnitentiam immiſit proditori, & laqueum
illi monſtrauit, & ſuſpendium, quo ſtrangularetur;
edocuit & mulierculam turbans eandem in ſomniis,
vt à crucifigendo ceſſarent, inducere moliebatur, qui
priùs omnem lapidem mouerat, vt eadem crux pa-
raretur, non quòd pœnitudine duceretur ob tantum
malum, hac enim parte minus ſceleratus fuiſſet, ſed
ſentiebat* [n] *ſuam ipſius perniciem in crucifixo.* Vnde *n Suam ipſius perniciem diabolus in crucifixo Domino præſentiebat.*
Eccleſia io exaltatione Crucis canit: *Ecce Crucem
Domini, fugite partes aduerſæ*, quod proprium
Crucis eſt, fugare ſcilicet ſerpentes ſiue dæmo-
nes. Proſequitor eleganter Athanaſ. in vita B.
Antonij abbatis; vnde eleganter dixit Tertul. de Tertullian.
Cruce *in apolog. cap.* 16. *Crux inteſtinum eſt tro-
phæorum.* Quod etiam latè docet Card. Bar. *tom.* 1. Baronius.
annal. cap. 93. *anno* 34. *Chriſti.* Videndus eſt Ruf- Ruffinus.
finus *lib.* 2. *ſuæ hiſt. cap.* 29 & Socrates hiſtori- Socrat.
cus *lib.* 5. *cap.* 17. Sozomenus. Niceph. & Suidas, Sozomen. Nicephor.
omnes aſſerentes ſalutare ſemper fuiſſe ſignum Suidas.
Crucis. Vnde apud Ezech. Signo Crucis notati
ſuot quicunque ab ira diuina ſunt liberati. Sum-
ma igitur congruentia eſt inter Chriſtum Do-
minum, & Dan: ſicut enim Dan factus eſt in via
coluber ad fugandos Philiſtæos, ſic ſuſpenſus de
cruce ſerpens, ſerpentes in fugam conuertit, ſiue
dæmones, & eorum vulnera ſanauit.

§. III.

Occumbit Sanſon amore captus meretri-cis, & Chriſtus deperiit fœdatam in Adamo naturam, cuius ob amorem vitam profudit.

TErtia congroentia eſt, quia ſicut Sanſon 282.
amore cuiuſdam meretricis captus occu-
buit, ſic quoque Chriſtus Dominus; etenim vt
pulchram Eccleſiam redderet, fœdam amauit, &
vt integram faceret, corruptam dilexit. Quem lo-
cum ſatis dilatauit diuinum oraculū apud Ezech. Ezech. 26.
cap. 26. cum de principio amoris erga ſponſam,
ſiue Eccleſiam ita loquitur: *Eras nuda, & confu-
ſione plena, & expandi amictum meum ſuper te, &
operui ignominiam tuam, & iuraui tibi, & feci pa-
ctum tecum, ait Dominus, & facta es mihi in ſpon-
ſam, & ornaui te ornamento, & dedi armillas in
manibus, & torquem circa collum tuum, & coronam
decoris in capite tuo, & decora facta es vehementer
nimis*, & cætera, quibus diuinū oraculum oſtendit
fœdam, & ignominia plenam inueoiſſe Eccle-
ſiam, quam ſibi reddidit [o] pulchertimam ſpon- *o Fœdam Chriſtus amauit eccleſiam, vt redderet pulcherrimam.*
ſam. Simili metaphora vtitur Chryſoſt. *hom.* 1.
in epiſt ad Epheſ. ad hunc locum amplificandum,
quod etiam videtur inſinuare ille locus obſcurus
Cantic. *in cap.* 8. vbi dicitur: *Sub arbore malo ex-* Chryſoſt.
citaui te, ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt Cantic. 8.
genitrix tua, vt ſit in his verbis ſuauis quædam
recordatio ſponſæ in memoriā reducentis ſponſi
priocipium ſui amoris, locum, & occaſionem
amandi; tunc enim eius amore deperiit, [p] quando *Cùm primùm violata eſt, adamatur à Chriſto.*
ipſa violata eſt peccaodo; loquitur eoim ſponſa
in perſooa naturæ humanæ, confitendo primum
originale peccatum, ſimul & vaticinando aduen-
tum Dei in carne, & mortem in Cruce. Quaſi
velit: Ego in cauſa fui tuæ incarnationis, & oc-
ciſionis in Cruce, quando contra præceptum ve-
titum pomum deguſtaui, hæc fuit cauſa amoris,
[q] hæc ratio veniendi. Videndus eſt Proſper *lib.* *q Transgreſſio enim præcepti fuit cauſa veniendi.*
citato de promiſſionibus p. 2. vbi enumerat omnia
ea, quæ Sanſon paſſus eſt propter meretricem, Proſper.
quæ omnia etiam confert cum iis, quæ paſ-
ſus eſt Chriſtus Dominus propter
eam meretricem fœdam, quam
pulchram reddidit.

* * *

§. IV. *Moritur*

§. IV.

Moritur Sanſon proprio tectus triumpho in figuram gloriæ ſepulchri Chriſti.

283 QVarta tandem congruentia in eo poſita eſt, quòd eius ſepulchtum fuit glorioſum, quemadmodum de ſepulchto Chriſti vaticinatus eſt Iſai. *cap.* 11. dicens, *& erit ſepulchrum eius glorioſum*; ſic enim de motte Sanſonis habetur in lib. *Indic. cap.* 14. *Apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteram earum dextera, alteram læua tenens, ait: moriatur anima mea cum Phyliſthiim, concuſſiſque fortiter columnis cecidit domus ſuper omnes Principes, & ceteram multitudinem, que ibi erat, multóque plures interfecit moriens, quam antè viuus occiderat.* Quem locum eleganter amplificauit D. Ambr. *epiſt.* 24. *Producitur de carcere Sanſon, ac ſtatuitur in populi conſpectu, grauibus in eum inſultabant conuicius, circumagebant ludibriis, quo durius, & vltra ipſam captiuitatis ſpeciem viro ingenua virtutis conſcio tolerabatur, nam viuere, & mori natura functio, ludibrio eſſe probro ducitur; cupiens igitur tantam contumeliam, vel viſione ſolari, vel morte in reliquum prauertere, ſimulato quod infirmitate corporis ſuſtinere ſe nequiret, popoſcit puero,* &c. In morte ſe ipſum vicit, & inſuperabilem geſſit animum, vt pro nihilo haberet vitæ finem omnibus formidoloſum, non captiuum exitum, ſed triumphalem inuenit, & eius ſepultura potentior, [f] quàm potentia fuit, non telis, ſed cadaueribus hoſtium preſſus, humatus eſt, proprio tectus triumpho. Similiter de Chriſto Domino, iuxta id, quod prædictum fuerat ab Iſai. *& erit ſepulchrum eius glorioſum*, ſeu, *& erit requies eius gloria*, ſiue honor; de ſepulchro enim ſpoliauit auernum, mundum reconciliauit, animas beatificauit, atque ita in vno, & eodem ſepulchro [f] Chriſti, & potentia infinita, & virtus atque gloriæ maieſtas oſtenſa eſt. Quæ omnia facilè colliguntur ex Scriptura, nanque Num. *in cap.* 24. loquens propheta Balam de potentia Chriſti ſeruatoris in ſepulchro: *egredietur*, inquit, *homo de ſeminibus eius, & dominabitur gentibus multis, & accubans vt leo, & ſicut catulus leonis, quis excitabit eum?* Quod ipſū in Chriſto Domino vidit Iacob hoc ipſo cap. 49. cum de Iuda in figura Chriſti dixit; *requieſcens accubuit vt leo, & vt leæna, quis ſuſcitabit eum?* Proſequitur hoc argumentum Chryſoſt. *hom.* 4. *in diuerſa loca Matth.* cum ait; *Dominus dum mori dignatus eſt, non vna domo, ſed toto mundo concuſſo* [t] *diabolum cum ſuis Angelis extinxit.* Similia habet D. Aug. *tract.* 7. *ſuper Ioan. Magnum eſt hoc ſpectaculum, videre ſcilicet per totum orbem terrarum leonem victum ſanguine Agni, & deducta de dentibus leonis membra Chriſti, atque adiuncta eius corpori.*

Iſai. 11. Iudic. 14. Ambr.

[f] *Sepultura Sanſonis potentia & gloria.*

[f] *Chriſti virtus infinita in morte oſtenſa eſt & gloria.*

Num. 24. Chryſoſt.

[t] *Toto enim mundo concuſſo diabolū cum ſuis profligauit.*

Auguſt.

284. Quòd autem reconciliauerit orbem de ſepulchro ſatis clarè oſtendit ille locus apud Iſai. 53. *cap. Dabit impios pro ſepultura ſua, & diuites pro morte ſua.* Quem locum ita intelligit Hieron. *Dabit ſepulturem ſuam pro impiis hominibus, & mortem ſuam pro Regibus, & Principibus terræ, reconciliauit* [u] *enim Deo Patri Chriſtus Dominus de ſepulchro omnes impios etiam Principes & Reges.* Quod aliis verbis oſtendit idem Iſai. *eodem c.* 53. *Si poſuerit animam ſuam, videbit ſemen longæuum.* Quod etiam prædixit Dauid *in Pſalm.* 140. *ſingulariter ſum ego, donec tranſeam*; quod Chriſtus Dominus explicauit Ioan. 12. cum dixit; *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, nullum fructum afferet,* &c. Vt ſit verius de Chriſto Domino dictum, plures viuificaſſe mortuum, quàm viuum, cùm Sanſon plures occiderit moriens, quàm viuens; ac proinde Chriſti ſeruatoris ſepulchrum, ſeminarium [x] fuit viuorum, Sanſonis ſepulchrum mortuorum. Pro quare videndus eſt D. Auguſt. *in ſerm. de tempore. ſerm.* 133. *tom.* 10. Vbi quærit, cur ſepultus ſit Chriſtus Dominus in alieno ſepulchro, [z] nec proprium habuerit: *vt quid, inquit ille, propria ſepultura, qui in ſe propriam non habebat mortem? Vt quid illi ſepulchrum in terris, cuius ſedes manebat in cælis? Sepulchrum autem mortis eſt habitaculum; nec enim opus habebat ſemper viuens habitaculo mortuorum: rectè autem hanc vitam nos in noſtro ſepulchro condidimus, vt viuificet mortem noſtram, & cum ipſo reſurgamus.* Denique ſepulchrum Chriſti factum eſt potius ſeminarium reſurgentium inimicorum, quàm tumulus morientium hoſtium. Quod notaſſe videtur Paul. *ad Gal.* 5. cum ait, *conſepulti enim ſumus cum Chriſto per baptiſmum in morte propter reſurrectionem, vt quemadmodum Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.*

Iſai. 53. Hieron.

[u] *Reconciliās Deo peccatores.*

Iſai. ibidem. Pſalm. 140. Ioan. 12.

[x] *Sepulchrū Chriſti vitæ ſeminarium.*

[z] *Quare non proprium ſed alienum fuit.*

Galat. 5.

285 Quod verò de ſepulchro animas [a] beatificauerit, eleganter oſtendit ille locus apud Lucam, cum moriens Chriſtus Dominus, latroni dixit: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Sicut enim aduertit D. Auguſt. *epiſt.* 57. *& lib.* 12. *de Gen. ad literam, cap.* 34. Athanaſ. *in epiſt. ad Epictetum.* Iuſtinus *quæſt.* 76. *ad Orthodoxos.* Prudentius *in hymno*, quem fecit de exequiis defunctorum, in limbo Patrum primò oſtenſa eſt gloria Dei, inter quos iam erat anima latronis, ſicut notarunt citati Patres, ac proinde de ſepulchro deſcendit gloria animarum. Vnde non immeritò D. Auguſt. confert ſepulchrum Chriſti cum viſceribus Virginis Matris: ſicut enim Dominus de Matris vulua viuus exiuit, ita de ſepultura Ioſeph, viuus ſurrexit, niſi quòd glorioſior eſt iſta, [b] quàm illa natiuitas; illa enim corpus mortale genuit, hæc reddidit immortale; poſt illam natiuitatem ad inferos deſcenditur, poſt hanc remeatur ad cælos; religioſior eſt planè iſta, quàm illa natiuitas; illa totius mundi Dominum in vtero nouem menſibus clauſum tenuit, hæc autem tantum triduo tumuli gremio cuſtodiuit; illa cunctorum ſpem tardiùs protulit, hæc hominum omnium ſalutem citiùs ſuſcitauit. Mirum igitur non eſt, ſi tumulus, qui ſuperauit in aliquibus ſacratiſſima Matris viſcera, Sanſonis omnino vicerit ſepulchrum a ſuo enim tumulatus ſepulchro Sanſon pariter ſecum ſepeliuit omnes ſuos hoſtes, cùm tamen Chriſtus Dominus pariter ſecum excitauerit ſuos, mortuos accepit, viuos reddidit. Eſt igitur glorioſum Chriſti ſepulchrum, ſicut de eo prædixerat Iſai. longè magis, quàm tumulus Sanſonis, quamuis ille triumphalis fuerit.

[a] *Sepulchrum Chriſti beatificans animas.*

Auguſt. Athanaſ. Iuſtin. Prudent. Auguſt.

[b] *Glorioſior natiuitas Chriſti de ſepulchro, quàm de vtero Virginis matris.*

TRACTATVS XXVI.

Expoſitio literæ.

286 HÆc ſunt, quæ de filio ſuo Dan, quem ſibi genuit Iacob ex Bala ancilla Rachelis, vaticinatus eſt, *Dan iudicabit populum, ſicut alia*

tribus in Iſraël, fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò. Salutare tuum expectabo Domine.

§. I.

De ſignificatione nominis Dan.

287. PRima pars huius prophetiæ poſita eſt in notatione nominis cum dixit, *Dan iudicabit populum*; delectatur enim Patriarcha huiuſmodi nominum notationibus, ſicut in cæteris filiis vidimus, de quibus huc vſque egimus. Quapropter nobis non placet id, quod hoc in loco dixit Rabbi Salomon; [a] exiſtimat enim *iudicare* nihil aliud eſſe, quàm *vlciſci*, in qua ſignificatione accipitur verbum iudicandi *Deuter*. 32. cum dicitur, *Dominus iudicabit populum.* Exiſtimat igitur Rabbinus, ſenſum huius loci talem eſſe, Filius meus Dan vlciſcetur populũ de Philiſthæis. Verùm ex circunſtantia loci apparet *iudicare* in hac prophetia, potius ſignificare ſententiam ferre, ſiue ius [b] dicere. Sicut enim Rachel *Gen*. 30. filio ſuo Dan nomen impoſuit, quia Dominus ius pro ea dixerit, ita Patriarcha hoc in loco perſiſtens in eadem alluſione nominis, dixit meritò, eum iudicium vocatum fuiſſe, cùm ipſe iudicaturus ſit Iſraël, quemadmodum, & multæ aliæ tribus iudicabunt, ſignificat enim *iudicare*, gubernare: cum enim præcipua virtus ſit in Rege, ſiue in moderatore populorum iuſtitia, idem eſt *iudicare populum, & populum regere*, quemadmodum videtur notaſſe Regius Vates *in Pſalm*. 2. cùm per apoſtrophen ad malos Principes ait: *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram*, id eſt, qui moderatores eſtis orbis. Similis locus eſt apud Heſiodum in lib. cui titulũ fecit, *opera, & dies*, vbi ſic ait: *vos igitur, qui iura datis, conuertite mentes ad tales hominum pœnas*; vbi Reges, ſiue moderatores orbis iudices appellauit, ſeu iura dantes. Vnde è recentioribus quidam eleganter dixit, *Virtutes omnes in Principe debere eſſe, ſicut ſidera in cælo, quorum duo genera ſunt; quædam vt minuta, quædam vt magna; inter magna luminaria habeo iuſtitiam, & clementiam, è quibus illam veluti Solem facio, quo in omne corpus impiorum elucat, tenebræ in his, tempeſtates, & nimbi per Solem appellantur, hoc eſt per iuſtitiam*: vnde Auguſt. dixit 4. *de Ciuitate, remota iuſtitia, quid ſunt regna, niſi magna latrocinia?* Cum igitur dicitur, *iudicabit populum, ſicut alia tribus*, nihil aliud voluit ſignificare Patriarcha, quàm Sanſonem gubernaturum populum, ſi quæ alia tribus eum gubernauerit, quanuis familia Dan orta ſit ex ancilla; apud enim veteres idem erat *iudicare populum*, [c] *& gubernare populum*, & eoſdem moderatores habebant, quos iudices vocabant.

Rab. Salom. [a] *Reiicitur expoſitio Rabbi Salomonis.* Deut. 32. [b] *Iudicare hic idem atque ius dicere.* Pſal. 2. Heſiodus. Auguſt. [c] *Seu gubernare populũ.*

§. II.

De magnitudine & fortitudine Sanſonis.

288. INſecunda parte huius vaticinij, oſtẽditur qualis fuit quantúſque fuerit Sanſon eo tempore, quo iudicauit populum; hoc enim ſignificant ea verba: *fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi*; fuit enim terror pariter Philiſthæis, & exitium, aſtutè pugnando, & fortiter; placet enim potiùs hæc verba in bonam partem intelligere de Sanſone, quàm in malã de Antichriſto ad literam, ita vt per colubrum, & ceraſtem vtraque vis in bono Principe oſtendatur, aſtutia ſcilicet, [d] & fortitudo in bello. Aduertunt autem optimè Rabbi Salomon, Rabbi Abraham, & Rabbi Dauid, diuerſis vocibus Hebræis eandem rem ſignificatam fuiſſe hoc loco, idem enim exiſtimant eſſe ſerpentem, & ceraſtem facta repetitione eiuſdem rei, quæ frequentiſſima eſt in Scriptura ad augendum ſignificatum; plus enim eſt mordere vngulas equi, quàm in via ſedere, vt ſit ſenſus, non modò ſedendo, vt ſerpens in via, terror erit Philiſthæis, ſed mordendo vngulas equi erit exitium.

[d] *Aſtutia & fortitudo in bello quanti.* Rab. Salom. Rab. Abrah. Rab. Dauid.

Maior difficultas eſt huius loci in illis verbis, 299.
mordens vngulas equi. Pro cuius explicatione notandus eſt locus optimus apud Ariſtotel. *lib*. 4. *Polit. cap*. 13. qui aduertit apud barbaros homines potiorem, & fortiorem eſſe exercitum [e] equeſtrem, quàm pedeſtrem, cum tamen fortior multo ſit exercitus pedeſtris: verùm cum apud eos nec ordo, neque diſciplina fuerit, vniuerſum robur poſitum erat in equitatu. Cui ſuffragatur Polyb *lib*. 3. Quanuis oppoſitum aſſerat Vegetius *lib*. 2. *de re militari*, & Cornel. Tacit. *in lib. de moribus Germanorum*. Cùm igitur apud veteres barbaros nulla fuerit diſciplina militaris, eorum robur equeſtre erat. Quo pacto eſt intelligendus ille locus Cantic. 1. cum Rex Salomon ad ſignificandam vim amoris, qua à ſua ſponſa expugnabatur, dixit: *Equitatui meo aſſimilaui te in curribus Pharaonis*; quaſi velit, non minus fortis eſt tuus amor ad expugnandum, quàm equitatus meus, & currus, in quibus poſitus eſt neruus belli, & robur mei Imperij. De Salomone enim dicitur *lib*. 3. *Reg. cap*. 4. *& habebat Rex Salomon quadraginta millia præſepia equorum curruum, & duodecim millia equeſtrium*, hoc enim exercitu firmabat ſuum Imperium. Similis eſt locus Exod. *in cap*. 15. in Cantico Moyſis, vbi ad ſignificandum fuiſſe oppreſſum in mari rubro vniuerſum robur Ægyptiorum, dixit, *Equum, & aſcenſorem deiecit in mare*. Quod autem apud Philiſthæos [f] robur Imperij poſitum eſſet in equitatu, docet locus 1. *Reg. in cap*. 13. *& Philiſthiim congregati ſunt ad præliandum contra Iſrael, triginta millia curruum, & ſex millia equitum*. His ſuppoſitis ſenſus huius loci talis eſſe poteſt, [g] mordebit Sanſon vngulas equi, quia euertet omnem equitatum Philiſthinorum, in quo ſtat, & conſeruatur eorum Imperium, metaphora ſumpta à ſerpente mordente pedem extremum equi, atque ita deiiciente equum, & equitem pariter. Suffragatur huic expoſitioni paraphraſis Chaldaica ad hunc locum, quæ ita habet: *Præualebit in Philiſthæis tanquam ſerpens, & coluber quieſcens in via, tanquam aſpis inſidiabitur, in ſemita interficiet robuſtos, in caſtris Philiſthinorum equites cum peditibus eneruabit, equos, & quadrigas, ac eadem proiiciet retrò aſcenſores earum*. Nequis autem diceret nunquam ex Scriptura conſtitiſſe Sanſonem pugnaſſe cum Philiſthæis equitibus, adducitur locus obſcurus ex lib. Iudicum cap. 15. ex quo videtur conſtare Sanſonem euertiſſe exercitum equeſtrem Philiſthinorum, eo enim loco ita dicitur; *Percuſſitque eos ingenti plaga, ita vt ſtupentes ſuram femori imponerent*. Quem locum veteres Hebræi ita [i] exponunt,

Ariſtot. [e] *Apud barbaros potior equitatus.* Polyb. Veget. Tacit. Cantic. 1. 3. Reg. 4. Exod. 15. [f] *in quo & omne robur Philiſthiim* 1. Reg. 13. [g] *Senſus loci proprius & planus.* Par. Chald. [h] *Concinit Chaldaica paraphraſis.* Iudic. 6. [i] *Nec diſſentiunt veteres Hebræi.*

nunt, *Eneruabit pariter equitem, & peditem.* Cujus expoſitionis illud eſt fundamentum, quia ſicuti pedites tibiis nituntur in bello, ita equites eruribus, ac proinde robur eorum eneruabit Sanſon, tum pedeſtre, tum etiam equeſtre; mordere enim vngulas equi, hoc ſignificat.

290. Brixian. Lyran. [l] *Profundior expoſitio.* Iudic. 16.

Verùm magis placet Iſidor. Brixian. & Nicol. de Lyra. *in comment. ſuper hunc locum.* Exiſtimant [l] enim hanc partem prophetiæ obſcuram eſſe, & metaphoricam omnino, neque aliud ſignificare, quàm illud præclarum facinus, cuius meminit Scriptura *in lib. Iudic. cap.* 16. quando concuſſis columnis per Sanſonem cecidit vniuerſa domus, & pariter oppreſſit omnes eos, quos continebat; metaphora ſumpta à ſerpente, qui mordens extremam partem equi, in qua tamen nitebatur equus, deiecit equum, & equitem pariter, quanuis equitem non tetigerit. Sic pariter Sanſon validè commotis columnis, quibus nitebatur vniuerſum ædificium, domum deiecit, & pariter cum ea oppreſſit omnes eos, quos continebat. Quæ metaphora quadrat cum circunſtantia rei, & cum obſcuritate ænigmatis, ac proinde hæc videtur vera [m] & germana expoſitio.

[m] *Verior & germanior.*

§. III.

Deſideria Patriarchæ Iacob erga Chriſtum naſciturum.

291. [n] *Lectio Græcorum Patrũ diuerſa.* Theodoret. Chryſoſt. Ambr. [o] *Propter verſionem LXX.* Eugub. Chald. par. Text. Hebr.

TErtia pars huius vaticinij his verbis continetur: *Salutare tuum expectabo Domine.* Quem locum aliter legunt plerique ex Patribus Græcis [n] inter quos eſt Theodoret. *q.* 109. *ſuper Geneſ.* Chryſoſt. *hom.* 67. *in Geneſ.* imò & Ambr. ex Latinis *in lib de Benedict. Patriarch.* ſic enim legunt: *Cadet eques, ſalutem expectans à Domino*, ita vt hæc verba referantur ad equitem cadentem, & non ad Patriarcham loquentem, cuius varietatis in lectione, fuit in cauſa [o] interpretatio L X X. qui ita prorſus legunt, quos Eugub. vehementer reprehendit *in comment. ſuper hũc locum*, cui ſuffragatur Chaldaica Paraphraſis, quæ eandem lectionem ſequitur cum noſtra vulgata editione. Omnino fauet textus Hebræus, ſi inſpiciatur, noſtræ lectioni, habet enim, *Salutem expectaui à Domino.*

292. [p] *Quæ reiicitur.* [q] *Nomen ſalutare æquiuocum.* Pſalm. 21. Pſalm. 132. 2. Paral. 2. [r] *Prior ſenſus literæ.*

Reiecta igitur [p] lectione L X X. Interpretum, vulgatam lectionem omninò amplectimur, de qua, vt verus ſenſus eruatur, notandum eſt, nomen, *Salutare*, [q] quo hoc in loco vtitur Patriarcha, æquiuocum valde eſſe, & in ſua prima ſignificatione illud ſignificare, ſcilicet, *Salutem, remedium, opem, & beneficium.* Quo pacto exponendus eſt ille locus in Pſalm. 21. *Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo*, id eſt, glorioſus eſt Rex in ope, & auxilio tuo. Similis locus eſt in Pſ. 132. *Sacerdotes tuos induam ſalutari*, id eſt, cumulabo beneficiis. Ad hunc ſenſum eſt etiam intelligendus locus Annæ. 2. *Paral. cap.* 2. cum in gratiarum actione pro fæcunditate ſua dixit: *Lætata ſum in ſalutari tuo*, id eſt, opprobrium ſterilitatis meæ euacuatum eſt tua ope, tuo remedio, tuo beneficio. Sumpto igitur ſalutari in hac ſignificatione, [r] ſunt qui velint hanc orationem abruptam eſſe, neque aliquo nexu cohærentem cum præcedentibus, & in ea eſſe affectum dolentis Iacob, & ſperantis auxilium à ſolo Deo in morbo graui: feſſus enim longo ſermone, nec minùs longa ſenectute, atque iam tandem ingrauescente ægritudine, in eo, inquit, ſtatu ſum, ô Domine, vt à te ſolum remedium, & ſalutem ſperare poſſim. Quæ expoſitio quadrat vehementer cum eo ſtatu, in quo erat Patriarcha: ſimiles enim orationes habere ſolent homines, & ſimilia deſideria, cum ad illud vitæ periculum perueniunt. Non quadrat tamen hæc expoſitio cum hoc loco, qui totus propheticus eſt, & in quo paulo maiora canebat Patriarcha, nec videtur miſcuiſſe diuina humanis.

Gabr. à Coſta in Gen.

Secunda verò ſignificatio huius vocis, *Salutare*, ex qua pendet vera expoſitio eiuſdem, eſt ea, quam latè proſequitur D. Auguſt. *lib.* 22. *de Ciuitate cap.* 19. cum ex variis Scripturæ locis, ait *Salutare* per excellentiam ſignificaſſe Meſſiam Seruatorem. Similia habet *epiſt.* 120. *ad Honoratum, & lib. de verbis Apoſt. ſerm.* 3. & *q.* 98. *ſuper Exod.* Baſilius *Pſalm.* 61. quo pacto apud Lucam *cap.* 3. citauit Ioan. Baptiſta locum Iſai. *cap.* 40. vbi Iſai. ita habet: *Videbit omnis caro pariter, quòd os Domini locutum eſt.* Quem locum longè aliter tranſtulit Luc. cum dixit: *Videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri*, ſequutus ea in re verſionem LXX. Interpretum; idem tamen prorſus eſt, *quod os Domini locutum eſt*, id eſt, intuebitur conſtantem, & veracem eſſe in ſuis promiſſis Deum, cum Meſſiam dederit promiſſum, vel potiùs, videbit Meſſiam, qui ad inſtar verbi procedit de ore, ſiue de ſubſtantia paterna, à quo pendet ſalus, & remedium, quod Lucas vno verbo ſignificauit, cum dixit, *Videbit omnis caro ſalutare Dei.* Ex quibus patet, *ſalutare*, per excellentiam ſignificare tum hoc loco, tum alibi ſæpe, Chriſtum ſeruatorem. Qua ſuppoſita ſignificatione duplex poteſt eſſe expoſitio huius loci; altera, quæ pendet ex collatione cum Antichriſto, vt ſit ſenſus, verum Meſſiam exiſtimabunt venturi homines Antichriſtum, Iacob autem, non ita; ſperauit enim venturum Meſſiam de domo Iuda. Quæ expoſitio nobis [t] non placet, quia nullo modo exiſtimamus hunc locum ad literam exponendum eſſe de Antichriſto. 293.

August. [s] Salutare *per excellentiam ſignificat Chriſtum Dominum.* Baſilius. Luc. 3. Iſai. 40. [t] *Secunda expoſitio reiicitur.*

Sit igitur tertia & vera expoſitio, [u] in qua tacita ineſt comparatio inter Sanſonem, & Chriſtum ſeruatorem. Cum enim virtutem Sanſonis vidiſſet Patriarcha, inflammatus eſt deſiderio videndi Chriſtum Dominum, qualis eſt ille locus Cantic. 1. cùm ſponſa ſui deſiderij vehementiam oſtendit, dicens: *Oſculetur me oſculo oris ſui*; iam enim neque Angelos videre volo, neque viſiones intueri, neque pulcherrimas promiſſiones audire, ſponſi ſolius præſentiam aueo: quibus verbis ſignificantur deſideria vehementiſſima, quibus ardebant ſancti Patres videndi Deum in carne, quod & in his ſponſæ verbis ſatis oſtenditur, & in illis cum Patriarcha dixit: *ſalutare tuum expectabo Domine*, quemadmodum ſtatim oſtendemus. Quod igitur vulgatus Interpres dixit, *oſculetur me oſculo oris ſui*, Hebraicè ita potiùs habetur, *oſculetur me oſculis oris ſui*, quemadmodum legit etiam D. Ambroſ. Pſalm. 118. & lib. de Iſaac, & anima, cap. 3. *Non vnum*, inquit, *oſculum quærit, ſed plura oſcula, vt deſiderium* [x] *ſuum poſſit explere*; quæ enim diligit, non eſt contenta vnius oſculi parcitate, ſeu auaritia, ſed plura exigit, plura vendicat, & ita ſe ampliùs dilecto commendare conſueuit; qualis affectus in muliere peccatrice cernitur *Luc.* 7. quæ perpetuis oſculis detinebat pedes Chriſti Domini, quod in ea notauit Chriſtus Dominus, cum dixit, *Oſculum mihi non dediſti,*

293. [u] *Tertia expoſitio, ex cõparatione Sanſonis ad Chriſtum.* Cant. 1. Ambr. [x] *Vis amoris multiplicat deſideria ſacri oſculi.* Luc. 7.

ſti,hæc autem, ex quo intrauit , non ceſſauit oſculari pedes meos , ita vt continuitas oſculandi amoris vehementiam ſignificaret , quod prophanè dixit Propert. *lib.5.elegiarũ*,eleganter tamen,& ad vim amoris exprimendam ſatis accõmodatè, cum ait:

Propert.

Omnia ſi dederis oſcula , pauca dabis.

294. In quam ſententiam videndus eſt Bernard. *ſerm. 2. ſuper Cantic.* cum ait : *Ardorem deſiderij Patrum ſuſpirantium Chriſti in carne præſentiam frequentiſſimè cogitans* [a] *compungor , & confundor in memetipſo,& nunc vix contineo lachrymas , ita vt pudeat torporis, & teporis miſerabilium temporum horum ; cui nanque noſtrum tantum ingerat gaudium gratiæ exhibitio , quantum veteribus Patribus accendebat deſiderium promiſſio?* in eandem ſententiam videndus eſt Auguſt. *Pſalm. 118. concione* 20. cum explicat illud Pſalmi , *Defecit in ſalutare tuum anima mea : Commune*, inquit , *hoc fuiſſe videtur Patrum deſiderium, laborabant enim deſiderio omnes Patres,videndi ſalutare Dei.* Quibus habet ſimilia idem Auguſt. *in lib. de verbis Apoſtol.ſerm.3*,elegantiùs tamen D. Ambr. *ſuper Pſalmum 118. verſu : Defecit in ſalutare tuum anima mea*:vbi inter alia ita habet : *Si autem abſentia ſit dilecti , eo ipſo , quod abſentem deſiderat, patitur qui concupit defectionem animæ ſuæ,itàque quanto longius eſt id , quod deſiderat , tanto magis deficit , qui deſiderat ; illud ergo , deficere , eſt in id , vnumquemque totis ſtudiis migrare , quod diligit , illud cogitat , illi adhæret , illud perſonat, quod receperit diligendum , in illud quadam animi defectione transfunditur : ſed quo magis laſſatur affectus , eo amplius amor creſcit , & quò diutius abeſt , quod deſideratur , eo expectantis deſideria maiora ſunt, & quadam vi amoris igneſcunt , caro deficit,ſed cupiditas alitur*,& cætera , quæ in eandem ſententiam proſequitur Ambroſ. quibus oſtendit,extenſionem , quæ in anima fit per deſideria [a] abſentis amoris , qualia planè fuerunt in Patribus,quandiu Deus in carne non venit , ſicut in verbis amantis ſponſæ vidimus , cum dixit, *oſculetur me oſculo oris ſui* , quod ipſum elegantiùs etiam oſtendit Iacob in his verbis , cum dixit:*Salutare tuum expectabo Domine*, quæ verba amantis hominis ſunt,& conferentis ſuum amorem,ſiue amatum cum Sanſone , atque aſſerentis nihil ſibi omnino placere , quamuis pulcherrimum ſit , quandiu ſuum non viderit amorem, hoc eſt,Deum in carne, de eo loquitur,de eo cogitat,illi adhæret,ſicut fieri ſolet à vero amatore; quemadmodum eleganter notauit Poëta in 4. *Æne.* cum Didonem introducit amore inflammatam alloquentem abſentem Æneam :

Bernard.

[a] *Ardor deſiderij ſanctorũ Patrum,confundebat D. Bernardum.*

Pſalm.118. Auguſt.

Ambr.

[a] *Deſideria extendunt animam ad rem abſentem.*

Virgilius.

Sola domo mæret vacua , ſtratiſque relictis
Incubat , illum abſens abſentem auditque videtque.

Solet enim amor præſentia facere ea , quæ loco diſiunctiſſima ſunt;qualis affectus cernitur in his verbis Iacob ; ſic enim alloquitur Chriſtum Dominum,quaſi præſentem intueretur, cùm tamen non ſolùm loco ſeparati eſſent , ſed etiam tempore:[b] poſt longum enim tempus natus eſt Chriſtus Dominus defuncto iam Patriarcha. Eleganter hoc notauit noſter Oleaſter in verbo Hebræo,pro quo retulit vulgatus interpres,*expectabo* ; exiſtimat enim ille ſignificare extenſionem, quaſi deſideria amantis Iacob extenderint deſiderando eius cor , vſque ad fælicisſima Chriſti ſeruatoris tempora , vt ſit in his verbis ea metaphora,qua vtitur D. Auguſt. tract. 4. ſuper *epiſt. primum Canonicum D. Ioannis. Sicut enim* , inquit Auguſt. *qui ſinum implere vult,quem anguſtum eſſe videt ad excipienda ea,quæ ex alio dantur , neceſſe eſt eum extendere ſinum,& capaciorem reddere ad excipienda ea,quæ dantur;ſic Deus differendo ſuum aduentum,extendit Patrum deſideria , deſiderando extendit corda,extendendo reddit capaciora, atque adeo longiora,ita vt accedere poſſint vſque ad ipſum Chriſtum.* Quæ omnia eleganter ſignificauit Patriarcha,cum dixit : *Salutare tuum expectabo Domine*,ſiue vt eſt in Hebræo, *extendi* [c] *me ad tuum vſque ſalutare*,ita vt te quaſi præſentem alloquar, quem tamen tempus longè à me ſeparauerat.

[b] *Quin & ad rem multò poſt futuram.* Oleaſter.

Auguſt.

[c] *Senſus loci propriſſimus ex Hebræo fonte.*

TRACTATVS XXVII.

Gad , ſiue , *De vero milite , ſeu de officio præſtando.*

HÆc eſt ſeptima prophetia,in qua Patriarcha Iacob de filio ſuo Gad , ita eſt vaticinatus. *Gad accinctus præliabitur ante eũ,& ipſe accingetur retrorſum.* Si igitur attentè conſiderentur ea,quæ huc vſque [a] dixit Patriarcha de ſuis poſteris , inueniemus eam Politiam conſtituere voluiſſe,ſeu potius Rempublicam , vel Imperium ordinare;prius enim à paterno regno excluſit ſceleratum filium Ruben,quamuis iure primogenituræ regnaturus videretur;deinde diſperſit per vniuerſum imperium duos filios ſeditioſos,ne coniuncta malitia noceret ; punitis igitur ſceleratis filiis , Regem conſtituit filium Iudam; addidit negotiatores , qui vltro , citroque commercia èxercendo opulentiſſimum eius redderent imperium ; adhibuit prætereà agricolas in Iſſachar , à quibus populus aleretur ; tandem in Dan ducem conſtituit exercitus, & in Gad militem armauit : hoc enim ſignificare videntur ea verba. *Gad accinctus præliabitur ante eum* , id eſt, tanquam miles expeditus procedet ante populum,quando ingredietur Chananæam , quod explicaſſe videtur Paraphraſis Chaldaica apertiſſimè,ita enim habet ad hunc locum , *de domo Gad caſtra armata erunt , quando tranſibunt Iordanem ante fratres ſuos.* 295.

[a] *Ordo eorum quæ hucuſque dicta ſunt.*

§. I.

Neque militiam, neque officium præſtabit qui non reliquerit omnia.

PRo maiori autem cognitione huius locutio- 296.
nis,quæ frequentiſſima eſt in Scriptura , aduertendum eſt,aliquem ſe accingere,ſiue præcingere,nihil aliud eſſe,[b] quàm alacrẽ,& expeditum eſſe ad aliquid obeundum. Vnde D. Aug. *Pſalm.* 95.dixit,*Cinctio in Scriptura opera ſignificat;tunc enim ſe vnuſquiſque accingit , cum operaturus eſt*: metaphora ſumpta ab orientalibus hominibus Palæſtinis,& Aphricanis,qui longis,& diffluentibus veſtibus vtebantur , quas colligare , & præcingere neceſſe erat,cum opus inſtabat, ad quem morem alludere videtur Poëta 8.*Æne.* cum dixit:

[b] *Accingi in Scriptura quid.* Auguſt.

——diſcinctos Mulciber Aphros.

Virgilius.

Qua etiam ratione dixit Plautus , in Pænulo ridens : *Quæ eſt illa anus ?* cum Aphrum hominem vidiſſet,

Plautus.

vidiſſet, longa veſte indutum. Extant huius rei exempla 1. *Reg.* 18. & 2. *Reg. cap* 4. & 9. & *Ioan in cap.* 13. lauaturus Chriſtus Dominus pedes diſcipulorum, de more orientalium hominum indutus, *præcinxit ſe.* Qua etiam metaphora vtitur Chriſtus Dominus in Euangelio cum dixit: *Sint lumbi veſtri præcincti*; & Petrus in ſua Canon. cap. 1. *Propterea quod*, inquit, *ſuccincti lumbos mentis veſtræ*, & Paulus ad Epheſ. 6. *Eſtote ergo ſuccincti lumbos veſtros.* Qua metaphora vtitur Scriptura ad ſignificandam diligentiam, & alacritatem in officio præſtando. Vnde apud bonos authores etiam prophanos, *diſcinctus*, in malam partem accipitur, pro mollibus, [c] & diffluentibus moribus, vnde ortum eſt prouerbium, *Diſcincta veſtis, Diſcinctus animus.* Hac igitur metaphora vſus eſt Patriarcha hoc in loco ad ſignificandum expeditum militem fuiſſe Gad in ingreſſu Terræ ſanctæ trans Iordanem. Cui expoſitioni fauet omnino D. Hieronym. quamuis aduerſus videatur, cùm ita potiùs legit hunc locum; ita enim habet: *Gad latrunculus latrocinabitur ante eum, & ipſe latrocinabitur plantam.* Pro qua re videndus eſt D. Hieron. *Oſeæ in cap.* 7. vbi docet, vocem Hebræam, vnde deriuatum eſt nomen *Gad*, militem ſignificare expeditum, ſiue latrunculum, qui celeriter latrocinatur, & præda capta recedit, ſicut habetur in lib. 4. Regum, cap. 24. *Immiſitque eis Dominus latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syriæ*, &c. Illi autem ſunt latrunculi, teſte Suida, qui bello [d] excellunt, & zona eximia à cæteris differunt, ſicut enim ſcribit Varro *in lib. 6. de lingua Latina*, veteres, milites vocabant latrones. Quod Plautus dixit in milite, *Videtur tempus eſſe, vt eamus ad forum, vt in tabulis mihi, quos conſignaui heri, latronibus dinumerem ſtipendium.* Hoc igitur voluit Hieronym. & vulgatus interpres, transferendo vel accinctum, vel latrunculum, *Gad* militem fuiſſe expeditum, atque armatum.

1 Reg. 18. 2. Reg. 4. & 9. Ioann. 13. 1. Petr. 1. Epheſ. 6.

[c] *Diſcinctus, pro diffluentibus moribus accipitur.*

Hieron. 4. Reg. 24. Suidas.

[d] *Latrunculi ſunt qui bello excellũt milites.*

Varro. Plautus.

297. Melius autem apparebit veritas huius loci, & alacritas, ſiue præparatio [e] *Gad*, atque tandem omnium eorum, qui rectè officium peragere debent, ſi recolamus ea, quæ habentur *Num. c.* 32. vbi dicitur: *Filij autem Ruben, & Gad, habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita ſubſtantia. Cúmque vidiſſent Iaſer, & Galaad aptas animalibus alendis terras, venerunt ad Moyſen, & Eleazarum Sacerdotem, & Principes multitudinis, atque dixerunt: Terra, quam percuſſit Dominus in conſpectu filiorum Iſrael, regionis vberrimæ eſt ad paſtum animalium, & nos ſerui tui habemus iumenta plurima, precamúrque, vt des eam nobis famulis tuis in poſſeſſionem.* Quam poſtulationem ægrè tulit Moyſes, nec enim decebat filios Gad, & Ruben tranquillam vitam agere, occupantes terram vberrimam ante Iordanem, cùm adhuc cæteri filij Iſrael non eſſent ingreſſi terram promiſſam. Cui Gad, & Ruben reſponderunt: *Caulas ouium fabricabimus, ſtabula iumentorum, paruuliſque noſtris vrbes munitas, nos autem armati, & accincti pergemus ad prælium ante filios Iſrael, donec introducamus eos ad loca ſua.* Quod vehementer Moyſi placuit, & ita re comprobatum eſt, ſicut conſtat Ioſue in *cap.* 1. quo in loco Dux fortiſſimus Ioſue ante ingreſſum in Chananæam memores eſſe voluit Gaditas eius pacti, quod conſtitutum fuerat inter eos, & Moyſen de relinquendis poſſeſſionibus, & pugnando ante filios Iſrael in ingreſſu Terræ ſanctæ, ſicut de facto pugnarunt, quemadmodum dicitur Ioſue *cap.* 3. vbi ita habetur: *filij quoque Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſes armati præcedebant fratres ſuos filios Iſrael, ſicut eis præceperat Moyſes.* Ex quibus iam conſtat, quæ fuerit ratio, cur hoc in loco Patriarcha appellauerit *Gaditas accinctos*, ſiue *expeditos*, [f] id eſt, relinquentes omnia, vt officium præſtarent alacriores, quales D. Paul. 2. *ad Tim.* 2. milites ſæculares voluit eſſe, cum dixit: *nemo militans implicat ſe negotijs ſæcularibus*, ſic enim habetur in textu Græco, vt inde viam faceret ad expeditos reddendos milites ſpirituales. Pro qua re videndus eſt Theodoret. *quæſt.* 14. *ſuper Exod.* Vbi notauit, propterea Angelum Dei obuiam factum Moyſi, ei comminatum fuiſſe [g] mortem, quia miſſus ad liberandos ſuos gentiles, coniugem habere voluit ſociam ſui itineris, quod ſatis colligitur ex hiſtoria Exod. à cap. 4. & deinceps. Quam eandem formam militibus dediſſe videtur Chriſtus Dominus Luc. *cap.* 14. cum dixit: [h] *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem ſuam, vxorem, & filios, fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* hæc enim omnia relinquenda ſunt, ſi obſtaculum ſint ad pietatem. Qua de re videndus eſt Auguſt. *lib. de fide contra Manich. cap.* 22 & 25. & *epiſt.* 38. Chryſoſt. *hom* 36. *in Matth.* Ambr. *Pſal.* 118. *ſerm.* 15. Vnde Chriſtus Dominus *Luc.* 2. dixit: *Quid eſt, quòd me quærebatis, neſciebatis quia in iis, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Quæ reſponſio omnino ſimilis eſt illi apud Ioan. *c.* 19. cùm moriens de cruce Matri dixit, *Mulier ecce filius tuus*: dum enim officium facit, matrem [i] non agnoſcit, vt oſtendat, ſe non ita affixum fuiſſe conſanguineis, ſicut nos, *qui ex voluntate carnis, & ex voluntate viri nati ſumus.* Quæ loca, quamuis prima facie dura videantur, ſi tamen accuratiùs expendantur, magnam præ ſe ferunt libertatem, & conſtantiam, & magnum documentum; docent enim carnales parentes, & cognatos negligendos eſſe propter Deum, & officium præſtandum. Id quod in Samuele notauit Gregor. Magn. *lib. 6. in lib. Regum. cap.* 3. exponens dictum illud Samuelis ad Iſai patrem Dauidis, *mittite, & adducite eum; neque enim diſcumbemus, antequam ille veniat.* Cùm enim feſſus eſſet de via Samuel, cum famelicus etiam, neque cibum ſumere voluit, neque verò tantiſper diſcumbere, quoaduſque vngendo Dauidem officium perficeret. Quod ipſum velle videtur D. Paul. *Actor. in cap.* 20. cum enim certus eſſet de laboribus, & vinculis, quæ imminebant ſuper eum in via, quemadmodum ille dixit, *Spiritus ſanctus per omnes ciuitates proteſtatur mihi dicens, quoniam vincula, & tribulationes me manent, ſed nihil horum vereor, nec facio animam meam precioſiorem, quàm me, dummodo conſummem curſum meum, & miniſterium verbi, quod accepi à Domino*; non ceſſauit Paulus etiam inſtante [l] morte, donec officium perfecit. Ex quibus iam colligitur, neque militem perfectum aliquem eſſe poſſe; neque verò officium præſtare, quando non reliquerit omnia, hoc enim ſignificare voluit Patriarcha cum dixit de Gad, qui relicta familia, & omnibus bonis ante fratres ſuos procedebat, *Gad accinctus præliabitur ante eum.*

[e] *Alacritas filiorum Gad.*

Num. 32.

Ioſue 1. Ioſue 3.

[f] *Gaditæ accincti quiæ expediti relictis omnibus.*

2. Tim. 2. Theodoret.

[g] *Quare Angelus voluit occidere Moyſem.*

Exod. 4. Luc. 14.

[h] *Forma veri militis Chriſti.*

Auguſt. Chryſoſt. Ambr. Luc. 2. Ioan. 19.

[i] *Quare Chriſtus matrem non dixit, ſed mulierem, in cruce pendẽs.*

Gregor. 1. Reg 3. Actor. 20.

[l] *Nec inſtãte morte ab officio recedẽdum.*

298. Si autem hæc neceſſaria ſunt in bello externo, plura neceſſaria erunt in bello interno, & ſpirituali, [m] quod & periculoſius eſt, & frequentius, iuxta teſtimonium Iob c. 7. *Militia eſt vita*

[m] *Spiritualis militia periculoſior.*

Iob. 7.

LXX. Interpret.

hominis ſuper terram, ſeu potiùs vt vertunt LXX. *tentatio eſt vita hominis.* Nec diſſimilis eſt hic locus, quem præ manibus habemus; ſic enim eum legunt LXX. *tentatione tentabit ipſum*, pro, *accinctus prælιabitur.* Quam lectionem ſequutos

Ambroſ.

eſt Ambroſ. *in lib. de Benedict. Patriarch.* Cuius militiæ, ſiue tentationis difficultatem, & periculum

Plato.

expreſſit eleganter Plato in conuiuio, cum dixit: *In hac vita, nullam eſſe concordiam, hæc enim* [n] *ex rebus diſcrepantibus, quandiu inter ſe diſcrepant, fieri nequit.* In quam ſententiam dixit

[n] *& quare?*

Plutarch.

Plutarch. *in lib. de vita Alexanddri, hominis vitam eſſe ipſa morte fortiorem.* Vnde Paulus *ad Epheſ.* 6. ſumpta metaphora à re bellica, ita dixit: *De cætero confortamini in Domino, induite armaturam Dei, eſtote ſuccincti lumbos veſtros.* & 1. ad Theſſal. cap. 3. *In hoc poſiti ſumus, hoc eſt opus noſtrum, & vita, vt ſemper tentemur.* Hæc autem pugna inter nos eſt, quemadmodum erudité docet Chryſoſt. *hom. 3. in 1. ad Theſſal.* & proſequitur Plato *in lib. de legib. in principio*, vt eleganter notauit inſignis Dominus Fr. Ludouic. de Soto Maior. *in comment. ſuper Cantic. cap. 4.* hanc fuiſſe rationem, cur, cum totus liber Cantic. amatorius ſit, & amoribus plenus; amor autem optima pace gaudeat, iuxta illud Propertij,

[o] *Vita hominis morte fortior.*

Epheſ. 6.

1. Theſſal. 3.

Chryſoſt.

Plato.

Soto Maior.

Proper.

Pacis amor Deus eſt, pacem veneramur amantes:

tamen frequenter Salomon in hoc libro vtitur ſimilitudinibus petitis à re bellica, [p] qualis eſt illa, *ſicut turris Dauid collum tuum, fundata cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Similis locus eſt Cantic 3. cùm de lectulo Salomonis dixit: *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi.* Magis hunc locum amplificat locus Cantic. 6. Vbi cùm tantiſper diuertiſſet ſponſa voluptatis gratia ad hortulum pomorum, & florum, ne quiſpiam exiſtimaſſet ſponſam à voluptate ſeparari poſſe, oſtendit tutiſſimam eam eſſe inter omnes voluptates, quia armata eſt, cum ait: *quid videbis in Sunamitide niſi choros caſtrorum?* proinde ſæpiùs vocatur, *terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Sic enim decet eſſe eam animam, quæ perpetuò cum carne bella gerit. Plura igitur in difficillima militia ſpirituali requiruntur, plura relinquenda ſunt, vt quiſquam accinctus procedat in bellum; nec enim ſatis eſt, ſi quis relinquat omnia bona ſua, & parentes, niſi pariter, & ſeipſum [q] relinquat; perniciosum enim eſt onus ipſi homini homo ipſe. Vnde Chriſtus Dominus *Luc. 9.* dixit agens de militia ſpirituali: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam.* Qui locus docet negandum omnino eſſe voluntatem propriam illis, qui Chriſtum ducem in bello ſpirituali ſequuntur; nec enim aptus eſt ad crucem tollendam, qui ſeipſum prius [r] non relinquit. Videndus eſt hac de re Senec. *lib. 18. epiſt. epiſt.* 1. nanque quærenti cuidam Socratem, quòd nihil ſibi proficerent peregrinationes, *non immeritò*, reſpondit, *hoc tibi euenit, tecum enim peregrinabaris; ô quàm bene cum quibuſdam ageretur, ſi ab ſeipſis aberrarent!* Videndus eſt Auguſt. *lib. 2. de bono perſeuer. cap. 8.* Caſſianus *coll. 18. cap. 5.* & Dionyſ. Areop. *de Eccleſiaſtic. Hierarch.* cum veros milites ſpirituales, hoc eſt, Monachos, ita vocatos eſſe dixit, *quia rebus diuiſibilibus relictis, Monadi, id eſt, Diuinitati ſoli placere contendunt.* Ex quibus iam patet, non ſolùm accinctum militem eſſe

[p] *Quare ſimilitudines bellicæ in amoris cantico.*

Cant. 3.

& 6.

[q] *Oportet ſeipſum homo relinquat in bello animæ.*

Luc. 9.

[r] *Ineptus ad crucem tollendam qui ſe non relinquit.*

Senec.

Auguſt.

Caſſian.

Areopag.

debere temporalem, qualis hic introducitur Gad relictis omnibus bonis ante ſuos pugnans, ſed ad officium præſtandum, & ad militiam ſpiritualem oportet nos accinctos eſſe, relinquendo non ſolùm bona omnia, ſed etiam & noſmetipſos, ne nobis in pugnando, impedimento ſimus.

TRACTATVS XXVIII.

Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in Gad.

§. I.

Præcinxit Diuinitatem Verbum in carne aſſumpta.

PRIMA igitur conuenientia inter Gad, & 269.
Chriſtum Dominum fuiſſet ea, [a] cuius meminit Moyſes *Deut.* 33. cum dixit de Gad, *Benedictus Gad in latitudine, quaſi leo requieuit, cepitque brachium, & verticem.* Quæ verba ſpectare videntur ad ſepulchrum Chriſti ſeruatoris, de quo diximus & in prophetia Iudæ, & in prophetia etiam Dan. Quapropter ſit potiùs hæc prima conuenientia, quæ deducitur ex Auguſt. *Pſalm.* 91. cum explicat ea verba; *Dominus regnauit, decorem induit: induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Pro qua re notandus eſt modus loquendi frequentiſſimus in Scriptura, quo *induere* [b] ſignificat plenè, & copioſè poſſidere aliquã rem. Vnde *Dominus regnauit, decorem induit: induit Dominus fortitudinẽ,* nihil aliud eſt, quàm Dominus regnat, præditus copioſa gloria, maieſtate, & potentia, ſicut Rabbi Moyſes intelligit eum locum Pſalm. 78. *Etenim benedictiones dabit legiſlator*; Hebraicè ita habetur, *induet benedictiones,* hoc eſt, abundabit benedictionibus. qualis locus eſt in Pſalm. 103. *amictus lumine ſicut veſtimento.* Sic quoque intelligendus eſt locus ex Pſalm. 108. *induantur qui detrahunt mihi pudorem.* Hoc igitur ſuppoſito iam apparet congruentia inter Gad, & Chriſtum Dominum, quæ in eo poſita eſt, quòd vterque accinctus fuit; præcinxit enim Chriſtus Dominus, & colligauit radios ſuæ fortitudinis, & potentiæ, atque gloriæ, humilitate noſtra; ſicut qui oblongas, & diffluentes veſtes colligere ſolet, vt expeditus ſit ad opus: multo enim magis interdum [c] maieſtas ad opus nocet, quàm diffluentes veſtes. Similis locus eſt apud Auguſt. *in Pſalm.* 44. cum explicat ea verba, *accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſimè. Quid eſt*, inquit Auguſt. *cinctio gladij circa femur, niſi humanitate, & carne occultaſſe diuinitatem? non enim aliter Chriſtus Dominus debellaſſet orbem terrarum, niſi accinctus veniret in carne,* [d] *gladius fortitudinis.* Similiter illud oſtendit D. Aug. *Pſal.* 44. vbi ponderat in femore Abrahami [e] latuiſſe Diuinitatem, vt patet ex eo iuramento à ſeruo Abrahami facto ſuper femur eius. Eſt etiam elegantiſſima ea ſimilitudo, qua vtitur D. Auguſt. ſerm. 38. de Verbis Domini ſuper Ioan. & conc. 1. ſuper Pſalm. 30. *Sicut enim mater*, inquit Auguſt. *quia videt infantulum ſuum inualidum eſſe ad grandiores eſculas, quas appoſitas habet, eas incarnat, & conficit lac de ipſa*

[a] *Prima conuenientia inter Gad & Chriſtum.*

Deut. 33.

Auguſt. Pſalm. 92.

[b] *Induere quid in Scriptura.*

Rab. Moyſ.

Pſalm. 78.

Pſalm. 103.

Pſalm. 108.

[c] *Maiori impedimẽto maieſtas quàm veſtes laxæ.*

Auguſt. Pſalm. 44.

[d] *Diuinitas in carne gladius in vagina.*

[e] *Eadem latuit in femore Abrahami.*

D. Auguſt.

ipſa carne accommodatam ad infantuli fragilitatem, & imbecillitatem: ſic Verbum caro factum eſt, vt lacte paruuli [f] *nutriremur, quia ad cibum eramus infantes. Verum hoc intereſt, quia quando cibam mater incarnatum facit lac, cibus in lac conuertitur; incommutabiliter autem manens Verbam, carnem aſſumpſit, vt eſſet quodammodo contectam; colligauit enim radios ſua diuinitatis ſub carne noſtra: ſic enim populus Iſrael ferre non potuit faciem Moyſis loquentis cum Deo in monte, ſicut dicitur exod. 34: oportebat enim ſuam velare faciem, quoties à Deo egrediebatur, cum populo loqueretur, quanuis potuiſſet faciem ipſius Dei intueri, niſi eadem colligata apparuiſſet.*

[f] *Verbum caro factum vt lacte nutriret nos.*

300. Hoc ipſum videtur Paulus notaſſe *ad Philip. in cap. 2.* cum de Verbo incarnato dixit, [g] *qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſam exinaniuit formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Pro quo loco intelligendo videndus eſt Nazianz. *orat. 5. ad Theol* Baſilius Magnus. *lib. 2. aduerſus Eunom.* Nyſſen. *lib. de ſermone in monte* Hieron. *in 1. cap. ad Tit.* Hilarius *Pſalm. 138. & lib. 8. de Trinit.* Auguſt. *lib. 2. contra Maximinum cap. 5.* Ambr. *epiſt. 47. & lib. 2. de fide cap 4.* omnes aduertentes, *in forma Dei eſſe*, nihil eſſe aliud, quàm natura Deum. Hoc igitur ſuppoſito videretur fortaſſis alicui in his verbis latere tacitam ſimilitudinem petitam à latronibus, qui ea, quæ per furtum rapuerunt, ſub pallio occultant. Quæ profectò ſimilitudo in his verbis non latet, quanuis ad eam ſit in illis aliqua alluſio. Quanuis enim, inquit Paulus, diuinitas ſub habitu carnis lateat, tamen eam non habet per furtum raptam; vnde particula, [h] *Sed*, hoc in loco aduerſatiua non eſt, ſicut impiè voluerunt miniſtri Tranſyluani, & malè docuit Eraſmus, & ante eum Maximus apud Auguſt. *lib. 2. cap. 5.* eſt enim particula, *Sed*, correctiua potiùs, ſicut aduertunt Græci Patres, Theodoret. Theophylact. Oecumen. omnes ſecuti Chryſoſt. *in cõment. ſuper eundem locum*, vt ſit ſenſus: cum Chriſtus natura Deus eſſet, adeo non putauit rapinam æquare ſe Deo, vt potius non dubitauerit diſſimulare ſuam diuinitatem, & deponere quodammodo inſignia huius æqualitatis, quia certus erat, non poſſe ſe eam amittere, cum natura Deus eſſet. Eſt pulchra ea ſimilitudo, qua vtuntur Patres ad hoc ſignificandum: qui enim cognouit ſe verum, & legitimum Regem eſſe, ille facilè depouit [i] purpuram, & cætera regni ornamenta, atque accipit veſtem plebeam; nec enim timet Regnum amittere per ſolam veſtis mutationem; Tyrannus autem, qui abſtulit, ſeu rapuit regiam [l] poteſtatem, non audet ſine purpura, & ſceptro comparere, ne regnum quod furto abſtulit, deponat pariter cum veſte. Videndus eſt Bernard. *in lib. ſententiarum*, vbi tractat eum locum Eccleſiaſtes cap. 7. *noli nimium eſſe iuſtus.*

[g] *Exponitur locus Pauli eleganter & bellè.* Philip. 2.
Nazianz. Baſilius. Nyſſenus. Hieronym. Hilarius. Auguſt. Ambr.
[h] *Particula, Sed, correctiua, non aduerſatiua in eo.* Eraſmus. Maximus. Theodoret. Theophyl. OEcumen. Chryſoſt.
[i] *Facilè deponit purpuram verus Rex.*
[l] *Non ſic Tyrannus.*
Bernard.

301. Ex quibus iam patet, in quo poſita ſit ſimilitudo inter accinctum Gad, & Chriſtum Dominum, [m] qui diuinam maieſtatem, & gloriam in carne mortali colligauit, ne ſuperna maieſtas operi Redemptionis impedimento eſſet. Quod eleganter expreſſit D. Ioan. Chryſoſt. hom. 2. ſup. Matth. *In bello*, inquit, *ſæpius Rex purpura, & diademate depoſito, militis habitu induitur, ne cognitus hoſtes in ſe conuertat*; qualis eſt locus 3. Reg. c. 22. cum de Achaz dicitur, *Rex Iſrael mutauit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum; non tamen ea mente Verbum æternum diuinam virtutem occultauit; ſed potius è contra, ne agnitus in fugam conuerteret omnes hoſtes ſuos, & ne antequam* [n] *manum conſeruiſſet, deterreret; ſaluare enim, non terrere ſtaduit, propterea accinctus venit, & deſcendit in bellum religando, & præcingendo gloriam, maieſtatem, & fortitudinem diuinitatis.*

[m] *Aſſimilatio Gad ad Chriſtum.*
Chryſoſt.
[n] *Altera ratio ob quã Verbum diſſimulauit diuinitatem, ex Chryſoſt.*

§. II.

Primò ſe exhibuit videnda lex Chriſti, deinde Hebræorum, denique ex vtroque populo vnus fiet.

302. SEcunda conuenientia [o] in eo poſita eſt, quòd Gad cum terra promiſſa filiis Iſrael coniunxit eam, quæ erat trans Iordanem, datam gentibus, potiùs quàm promiſſam Hebræis, ſicut patet *Deut. 11. & 31. & Ioſue cap. 1.* Ex quibus locis colligitur promiſſam terram Hebræis fuiſſe vniuerſam Chananæam, quæ ex altera parte Iordanis eſt; Gad autem occupaſſe alteram partem oppoſitam, quæ ad gentes potiùs, quàm ad Hebræos pertinebat; priùs tamen Gad occupauit eam partem, quæ quidem formam Reipublicæ habuit, nunquam tamen vera Reſpublica fuit, quoadvſque populo in pace conſtituto apud Chananæos, ex vtraque parte tam pertinente ad gentiles, quàm pertinente ad Hebræos, vnus tandem populus communis conſtitutus eſt; priùs tamen fuit ea forma Reipublicæ ex altera parte Iordanis; deinde ex vtraque vnus populus factus. Conuenientia igitur inter Gad & Eccleſiam noſtram in duobus poſita eſt. Primum eſt, quòd prius ſe exhibuit videnda lex Chriſti, deinde lex Hebræorum tota ſe explicuit. Secundum eſt, quòd poſtea ex vtroque populo tandem vna conſtituta eſt Eccleſia Chriſti.

[o] *Secunda conuenientia inter Gad & Chriſtum.*

303. Quod igitur attinet ad primum, negari non poteſt, priorem fuiſſe Eccleſiam Chriſti ſaltem in ſignificatione, [p] quàm fuerit Synagoga, ſicut priùs Gad occupauit terram gentilibus debitam, quàm populus occupauerit ſibi promiſſam. Colligitur hoc ex Ioan. Chryſoſt. *hom. 3. ſuper Matt.* in ortu Zaram & Pharez de Thamar, *Vt intelligas*, inquit Chryſoſt. *poſteriorem populum in Zara adumbratum præluxiſſe prioris ortus, aduerte paruulum Zaram prætentam manum prius ſpectandam dediſſe, quam retraxit rurſus, mox fratre toto in lucem edito, apparuit ipſe quoque totus, quod ipſum in vtroque contingit populo,* [q] *nam Republica illa Eccleſiaſtica iam tunc temporibus Abrahæ emicante, interea verò temporis ſe contrahente, Iudæorum populus venit, & legalis Reſpublica, ac tandem ex vtraque vna facta eſt Eccleſia Chriſti.* Similia habet D. Epiphan. cum aſſerit Eccleſiam Catholicam vetuſtiſſimam fuiſſe, & omnium primam, vtpote quæ ab Adam incæperit, *Adam*, inquit, *primus parens formatus eſt, non circuncisus,* [r] *ſed in carne præputium habens non erat Idololatra, & nouit Patrem Deum, & Filium, & Spiritum ſanctam: quid igitur erat, neque circuncisionem habens, ſed Chriſtianiſmi formam oſtendens?* Similia habet Chryſoſt. *hom. 8. ſuper epiſt. ad Rom.* illis verbis, *credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam* & illis etiam verbis, *ſignum accepit, & ſignaculum iuſtitiæ fidei, vbi vides Patrem credentium ante circuncisionem* [s] *credidiſſe.* Non eſt

[p] *Eccleſia Chriſti prior in ſignificatione, quàm Synagoga.*
Chryſoſt.
[q] *Vtriuſque figura in partu Thamar.*
Epiphan.
[r] *Adam non circumciſus & fidelis.*
Chryſoſt.
[s] *Ante circumciſionem lex gratiæ, in Abrahamo.*

eſt igitur dubium priùs apparuiſſe legem gratiæ, quàm lex ſcripta fuerit promulgata.

304. Fuiſſe autem ex vtroque populo copulatam Eccleſiam Chriſti, ſatis apertè docet Paulus ad Epheſ.2. *Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit*[t] *vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluit.* Videndus eſt Hieron. *ſuprà 1. cap. Ionæ verſ. vt fugeret in Tharſis*, & Amos in cap. 9. *Quod ſi Eccleſia Chriſti nunc dicitur domus Iacob, non eſt ex eo, quòd conſtituta ſit ex gentibus Hebræis, ſed*[u] *quia præcipua pars ex Hebræis fuit. Vnde Paul. eleganter vocauit Eccleſiam arborem oliuæ, cui inſertus eſt oleaſter Gentium.* Quadrat igitur optimè cum Gad Eccleſia Chriſti.

Epheſ. 2.
[t] *Chriſtus fecit vtraque vnum.*
Hieronym.
[u] *Quare Eccleſia Chriſti dicatur domus Iacob.*

§. III.

Gad pro aliis pugnans Chriſtum præfigurat.

305. TErtia conuenientia[x] in eo poſita eſt, quòd quemadmodum Gad, ſuis conſtitutis rebus, & in ſua poſſeſſione poſitis, nulla maiori vtilitate ſua armatus ingreſſus eſt terram promiſſionis pugnando, quoadvſque ſuos fratres introduceret in terram promiſſam, ſic quoque Chriſtus Dominus *portans omnia verbo virtutis ſuæ*, natura Deus, & natura Beatus ante omnes crucem portando pugnat, quoadvſque miſeros homines introduceret in promiſſam gloriam, nulla ſua, ſed noſtra vtilitate inde quæſita; hæc enim conditio veri amoris eſt alienas vtilitates proprias facere, quemadmodum eleganter proſequitur Bernard. ſerm. 64. ſuper Cantic. *Non putat*, inquit, *aliena lucra*[z] *noſtra, qui ſe nobis tam dignanter aſſociauit, dum iubet capi vulpes ſub ea forma, capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, Cantic. 2. quaſi pronomen* nobis *aliquid emolumenti, gloriæ, vtilitatis, & honoris ſponſo afferret; afferebat autem, quia verus amor, amantium vtilitates, ſuas reputat.* In quam ſententiam videtur eſſe ille locus Chriſti Domini *Luc. cap. 24.* cum poſt ſuam reſurrectionem duobus diſcipulis dixit, *Nónne hæc oportuit Chriſtum pati, & ſic intrare in gloriam ſuam?* Cùm enim *oportere* dixit, indicauit neceſſarium remedium eſſe ſuam paſſionem; cùm verò addidit, *in gloriam ſuam*, nobis, non ſibi neceſſariam eſſe indicauit ſuam paſſionem ad ingreſſum gloriæ, proinde meritò admonuit D. Paul. 2. *ad Tim.* 3. vt omnes carnem noſtram mortificaremus, cum ait, *omnes qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patientur.* Nec enim decet, pugiles Chriſti vitiis diſſolui,[a] cum Chriſtus Dominus ſit crucifixus, quemadmodum eleganter dixit Chryſoſt. ſuper eundem locum. Similiter dixit Auguſt. Pſalm. 54. *Non vis pati perſecutionem, non vis ſic viuere in Chriſto.* Videndus eſt idem Auguſt. *Pſalm. 33. & lib. de patientia, cap.* 50. vnde idem D. Auguſt. *lib. 2. de peccatorum meritis, & remiſſionib. cap.* 11. exiſtimat intelligenda ea verba Iob in hanc ſententiam, quæ habentur *in cap.* 4. vbi poſtquam Iob longum diſcurſum audiuit Dei de prouidentia ipſius, ita ſtatim addidit: *Audi, & ego loquar, interrogabo te, & reſponde mihi, auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, idcirco ipſummet reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere: credibile eſt*, inquit Auguſt. *ei inſpiratum fuiſſe venturum Chriſtum Dominum ad paſſionem, vt intelligeret quàm æquo animo tolerare debuiſſet omnia, quæ paſſus eſt, propterea, inquit, me ipſum reprehendo. & labores omnes, quos iam videbar ad exitum perduxiſſe, libenter incipiam iterum in fauilla, & cinere; neque enim decet inermem*[b] *militem eſſe, quandiu armatus dux pendet de Cruce.* Quod etiam voluiſſe videtur Olympiod. cum oſtendit inter labores, quos paſſus eſt Iob, clariùs cognouiſſe myſterium Incarnationis, & Paſſionis Chriſti; vnde elegantiſſimè Gregor. Niſſen. intelligit ea verba Cantic. 5. *Manus meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima.* Aduertendum tamen maximè eſt, quod vulgatus dixit, *probatiſſimam myrrham*,[c] Hebraicè ſignificare, *myrrham tranſcendentem*, vt ſit in illis verbis talis ſenſus, per allegoriam tamen, quandiu ſponſa recordationem non habuit Paſſionis Chriſti, tandiu decubuit in lectulo: verùm vbi ad eam peruenit, ſuauiſſimus odor paſſionis, continuò exurrexit, & vel pedibus nuda, ſola, & multa iam nocte ſequuta eſt ſponſum crucifixum. Similia ſunt ea, quæ inueniuntur apud Hieronym. *epiſt. 140. ad Principiam virginem. tom.* 3. cum explicat ea verba Pſalm. 44. *Myrrha & gutta*, quibus adiunguntur ſtatim ea alia, *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circumamicta varietate*, id eſt, *vbi primùm odorata eſt paſſionem tuam, continuò armata*[d] *proceſſit in bellum, ſequuta & imitata ſuum ducem, ſponſa ad inſtar exercitus alacris, & expediti ſequentis Imperatorem Caſtrorum, & eundem referentis habitu, & armis, vt ſit in his verbis Dauidis alluſio ad exercitum expeditum & armatum, in quo alacres viſuntur milites veſtitu varij, amore & armis vniti; talis enim ponè ſequitur Eccleſia ſuum ducem habitus varietate diuerſa, armis tamen eiſdem armata. Sicut enim Gad accinctus vadit ante exercitum, & poſt eum ſequitur populus ſimiliter accinctus; ſic quoque ante nos omnes exercitum ducit Chriſtus Dominus accinctus Cruce ſua, quam ponè ſequitur vniuerſa religioſa Eccleſia obedientiâ, paupertate, pudicitiâque angelica armata, accincta, ſiue expedita, ſicut de Gad dicitur, Accinctus præliabitur ante eum, & ipſe accingetur retrorſum.*

Bernard.
[z] *Non putauit Deus aliena, lucra noſtra.*
Luc. 24.
2 Tim. 3.
[a] *Sub crucifixo Domino pudet eſſe diſcinctum.*
Chryſoſt.
Auguſt.
Iob 4.
[b] *Ne ſit miles inermis ſub duce armato.*
Olympiod.
Niſſen.
Cantic. 5.
[c] *Myrrha probatiſſima quæ?*
Hieronym.
Pſalm. 44.
[d] *Odor paſſionis Chriſti armauit ſponſam.*
[x] *Tertia conuenientia.*

306. Dolet autem meritò D. Bernard. *ſerm. 21. ſuper Cantic.* quòd non deſint plurimi in Eccleſia,[e] qui introduci velint in terram promiſſionis, cum tamen inermes armatum ſequantur ducem. Sic enim eleganter habet: *Quam pauci, ô Domine Ieſu poſt te ire volunt, cum tamen ad te peruenire, nemo ſit, qui nolit; volunt enim omnes te frui, at non imitari, hoc ſentientibus cunctis, quia delectationes in dextera tua vſque ad finem conregnare cupiunt, ſed non compati.* Ex quorum numero erat ille, qui libro Num. 23. dicebat, *moriatur anima mea morte iuſtorum*; optabat ſibi extrema iuſtorum,[f] ſed non ita principia; non curant plurimi quærere, quem tamen deſiderant inuenire, cupientes conſequi, ſed non & ſequi; rectiùs exercitus eiſdem fermè armis ſequitur ſuum ducem ante populum pugnantem accinctum, & armatum, quemadmodum hoc in loco de filio ſuo dixit Patriarcha, déque vniuerſo populo ſequente filium, *Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipſe accingetur retrorſum.*

[e] *Sed, ô quàm paucos obarmat Chriſti paſſio!*
Num. 23.
[f] *Multi enim optant iuſtorũ finem, ſed non principia.*

TRACTATVS

TRACTATVS XXIX.

Expoſitio literæ.

307. CONſequens iam eſt, vt ad ipſam prophetiam accedamus, quam his paocis verbis complexus eſt Patriarcha: *Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipſe accingetur retrorſum.* Nec enim plura dixit de hoc filio ſuo, quem genuit ex Zelpha ancilla Liæ, qui ordine generationis inter omnes filios eius ſeptimo loco natus eſt, ſicut patet ex Scriptura *Geneſ.* 30. vbi dicitur: *Sentiens Lia, quod parere deſiſſet, Zelpham ancillam ſuam marito tradidit, qua poſt conceptum edente filium, dixit: Fœliciter, ideirco vocauit nomen eius Gad.* Pendet autem tota difficultas huius loci ex impoſitione huius nominis *Gad*; nanque in hac prophetia, ſicut in cæteris aliis huius capitis alluſio [a] eſt ad nomen, quod in primo ortu vnicuique Patriarcharum impoſitum eſt: eſt autẽ ſatis aliena alluſio huius prophetiæ ad illud nomen, quod Lia impoſuit filio ſuo Gad; nanque cum *fœliciter* dixit, eum videtur ominaſſe *fœlicitatem*; hîc autem Patriarcha eum vocat exercitum militarẽ expeditum, quod prouenit ex æquiuocatione nominis, quod valde ambiguum eſt etiam apud Authores Hebræos, nam *Gad* in ſua radice [b] videtur ſignificare bonum ſydus, ſicut aduertit Rabbi Dauid, imò & Rabbi Moyſes, & Rabbi Abraham, exiſtimant ſignificare Iouis ſydus, quod fauſtum, & fœlix aſtrum eſt, à quo ſcilicet omnia bona proueniunt, quaſi verò Lia vocauerit filium ſuum Gad, aſtrum Iouis, propterea *fœliciter* dixit, quaſi natus ille eſſet ſub benigno ſydere. Quo pacto intelligendus eſt ille locus Iſai. *Qui ponitis fortunæ menſam*; vbi eadem vox repetitur ad ſignificandum eos ſacrificaſſe ſyderibus cæleſtibus, à quibus exiſtimabant ſibi prouenire omnia bona, vnde eundem locum *Geneſ.* 30. vbi noſtra vulgata editio habet, *fœliciter*, Rabbi Dauid ita vertit, *venit turma*: quaſi ſit ſenſus. Natus eſt mihi filius, qui augeat [c] exercitum, ſiue turmam militarem; eo enim nato habuit Lia eam multitudinem filiorum, quæ integrum exercitum conficere poſſet. Ex quibus iam patet vocem *Gad*, vtrunque ſignificare *fortunam*, ſiue *bonum ſydus*, & præterea ſignificare *exercitum*, ſiue *turmam militarem*; in hac autem ſecunda ſignificatione accepit Patriarcha hoc nomen *Gad*, atque ita alluſio eſt in iis, quæ de eo vaticinatus eſt ad ſuam primam impoſitionem, cùm dixit, *Gad accinctus præliabitur.* Vnde Vatablus eleganter eſt interpretatus eandem vocem *Gad*, quaſi ea exercitum ſignificaret, cum dixit, *Cuneus latronum*, [d] eſt enim Gad cuneus, ſiue acies; adiunxit autem vulgatus expeditam aciem, cum dixit, *accinctus præliabitur.*

Gen. 30.

[a] *Hæc prophetia, ſicut & cætera, ad nomina Patriarcharum alludit.*

[b] *Gad in radice, bonum ſydus.*

Rab. Dauid. Rabb. Moyſ. Rab. Abrab.

Rab. Dauid.

[c] *Siue, Lia mater in Gad, exercitũ auſpicatur.*

[d] *Gad etiam cuneus latronum dicitur.*

308. Quamuis autem ſtandum ſit in hac lectione, adhuc diuerſa eſt ſignificatio huius prophetiæ. Sunt enim, qui ita potiùs legant, [e] *Gad exercitus ſuperabit eum, & ipſe Gad ſuperabit*, ſcilicet, exercitum; quaſi voluerit Patriarcha ſuperandum aliquando eſſe Gad ab aliquo exercitu, ipſum tamen Gad ſuperaturum eundem exercitum. Verùm hæc ſignificatio huius prophetiæ non conuenit [f] cum vulgata editione: quod enim velle videtur Patriarcha, illud eſt, ante vniuerſum exercitum primam aciem habiturum eſſe Gad, poſtremam autem vniuerſum populum; hoc enim videtur ſignificare, *ipſe verò accingetur retrorſum*, iuxta eam formam exercitus, quam deſcribit Ioſeph. *lib.* 5. *antiquit. cap.* 1. Quod magis conuenit cum ea promiſſione, quam Gad fecerat Moyſi *Num.* 11. Accepta enim terra ante Iordanem, fortiter dimicauit Gad, quoadvſque quietum redderet populum, quemadmodum aduertit Philo. *lib.* 1. *de vita Moyſ.* extremis propè verbis eius libri, cum ita habet: *hac promiſſione audita, plem alacritate domeſticos cum pecoribus reliquerunt, ipſis armis ſumptis expeditionem ſuſceperunt cum ſociis, non recuſaturi vel totum bellum, vel maiorem eius partem propriis viribus conficere. Nã qui deuincti ſunt muneribus, promptiſſimè vacant* [g] *operam non conferendo, ſed referendo gratiam debitam.* Hæc igitur fuit ratio, cur in prima acie pugnauerint. Quod ſignificauit Patriarcha cum dixit, *accinctus præliabitur ante eum.* Quod verò ſequitur, *& ipſe accingetur retrorſum*, ſignificat poſtremam aciem fuiſſe totius populi, quaſi verò poſt primam aciem Gad, ſequeretur ſecunda ex vniuerſo populo.

[e] *Alia expoſitio.*

[f] *Sed reiicitur, ex poſtrema parte prophetia.*

Ioſephus.

Num. 11.

Philo.

[g] *Qui promptiſſimã nauent operam*

309. Mihi verò vehementer placet [h] hanc poſtremam partem huius prophetiæ pertinere potiùs ad eam expeditionem, quam Hebræi præpararunt aduersùs redeuntes Gaditas in patriam ſuam propter ædificatum altare ex altera parte Iordanis, quod in teſtimonium vnius, & eiuſdem religionis vtriuſque gentis ædificatum erat, ſicut habetur *Ioſue cap.* 22. Quam eandem hiſtoriam refert Ioſeph. 5. *antiquit. cap.* 4. à qua expeditione ceſſatum eſt, vbi Phinees cognouit, non diuiſionem religionis, ſed potiùs teſtimonium coniunctionis vtriuſque gentis, quam diuidebat Iordanis, fuiſſe illud altare. Hactenus de Gad.

[h] *Autoris propriar ſenſus.*

Ioſue 22.
Ioſephus.

TRACTATVS XXX.

Aſer, ſiue, De vera ſignificatione panis in Scriptura.

310. OPportunè nobis obtulit Aſer filius Iacob ex Zelpha ancilla Liæ, ſicut dicitur *Geneſ.* 30. diuitias ſuæ ſortis, cum de eodem dicitur, *Aſer pinguis panis*; ſic enim fiet, vt phraſim Hebræam interpretemur, propter cuius ignorantiam non ſine nota errant plerique multa philoſophantes, quoties occurrit *panis* nomen in Scriptura. Vt igitur omittamus vſualem eius ſignificationẽ, ſecundùm quam panẽ vſualem, & communem ſignificat, habet etiam [a] alias plerasque ſignificationes, ſicut aduertit D. Auguſtinus *lib.* 50. *hom. homil.* 42. id quod ille probat ex loco *Gen.* 43. vbi dicitur Ioſephum inuitaſſe fratres ſuos ad manducandum panem, ſic enim eo in loco habetur: *Ponite panes ſeorſum Ioſeph, & ſeorſum fratribus.* Similis locus eſt Hierem. 41. *Cum venit Iſmaël filius Nathaniæ de ſemine regali, & optimates Regis, & decem viri cum eo ad Godoliam in Maſphat, & comederunt ibi panes ſimul in Maſphat.* Et 2. *Reg. cap.* 9. cum Rex Dauid dixiſſe legitur ad Miphiboſet filium Ionathæ nepotem Saülis, *Ne timeas, quia faciens faciam in te miſericordiam propter Ionatham patrem tuum, & reſtituam tibi omnes agros patris tui, & tu comedes*

Gen. 30.

[a] *Panis multiplex acceptio in Scriptura ſacra.*

Auguſt.

Geneſ. 43.

Ierem. 41.

2. Reg 9.

panem

panem in menſa mea ſemper. Quo ſenſu intelligendus eſt ille locus *Luc.cap.*14. cum dicitur, & *factum eſt, cum intraret Ieſus in domum cuiuſdam Principis Phariſæorum Sabbatho, vt manducaret panem*; nec enim credibile eſt Principem inuitaſſe Chriſtum Dominum ad purum panem comedendum, ſed potiùs apparaſſe lautum conuiuium, quale decebat Principem hominem inuitaotem Chriſtum Dominum ad ptaodium. Ex quibus locis omnibus colligitur, panem non vſualem panem tantùm ſignificare, ſed potiùs quencunque cibum, imò & cibum [b] lautiſſimum.

Luc. 14.

[b] Signiſicat & lautiſſimũ conuiuium.

311. Tertia verò ſignificatio panis, quæ etiam eſt frequeotiſſima in Scriptura, eſt, cum panis accipitur pro ſancta mediocritate,[c] ſecundùm quam ſignificationem panis vocatur omne id, quod oeceſſarium eſt ad vitam communem alendam. In qua ſignificatiooe intelligendus eſt locus Salomonis *Prouerb.*30. quando Rex ſapiens poſtulabat à Deo, neque diuitias, neque verò paupertatem, ſed medium vitæ genus, *mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, ſed tantùm victus meo tribue neceſſaria, ne forte ſatiatus eliciar ad negandum, & dicam, quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Domini.* Qui locus ſic Hebraicè legeodus eſt, *paupertatem, & diuitias ne dederis mihi, nutri me pane demenſi mei.* Eſt autem *demenſum*, quaſi [d] menſtrua pottio cibi, quæ ſingulis menſibus dabatur ſeruis, ſicut colligitor ex Tetent. *in Formion.* Incettum tamen eſt, vtrùm à menſe, an à metiendo deriuatum ſit nomeo *demenſum*; illud tamen eſt cettiſſimom ſignificare cibum menſuratum, quemadmodum eleganter dixit Budæus *in lib de aſſe*; ac proinde cùm Salomon poſtulabat panem demenſi ſoi, mediocritatem poſtulabat, quæ & ad viuendum ſufficit, & ad Rempublicam adminiſtrandam omnino optima eſt, ſicut notauit Ariſtot. 4. *Polit.* cum ait: *In omnibus autem ciuitatibus partes ſunt tres; nam alij diuitiis excellunt, alij paupertate nimia deprimuntur, alij ſunt inter hos medij. Cum igitur confeſſi ſimus mediocritatem, & medium eſſe optimum, quod bonorum fortunæ mediocris poſſeſſio eſt optima omnium, exiſtimanda eſt.* In eandem ſententiam intelligendum eſt votum Iacob, quod vouit *Geneſ.*28. quando profectus in Meſopotamiam dixit, *ſi fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit me in via hac, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtitum ad induendum, erit mihi Dominus in Deum.* Quo loco panis ſignificat ea, quæ neceſſaria ſunt [e] ad cibum humanum, quibus addidit veſtitum, vt ſanctam mediocritatem poſtularet, quæ in cibo, & veſtitu neceſſatio, poſita eſt, quod ipſum optauit Iuuenalis Poëta *Satyra* 14. cum dixit:

[c] Nec non & mediocritatẽ ſanctam,

Prouerb. 30.

[d] Dimenſum menſtrua portio panis.

Tetent.

Budæus.

Ariſtot.

Gen. 28.

[e] Signiſicat & neceſſaria ad vitam.

> *Menſura tamen, quæ ſufficiat cenſus ſi quis*
> *me conſulat, edam.*
> *Inquantum ſitis, atque fames, & frigora poſcunt.*

Iuuenal.

312. In hanc eandem ſententiam videtur intelligenda ea poſtolatio, quæ eſt *Matth.*6. & *Luc.*11. cum in oratione Dominica petimus, *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*; quemadmodum eum locum interpretatur Tertullian. *in lib. de ieiunio.* Chryſoſt. *hom. 42. in Ioan. & hom. 20. in Matth.* Imperfectus etiam Chryſoſt. *in Matth. hom.* 14. Nicell. *in lib. de oratione.* Auguſt. *lib. 1. locutionum in Gen. cap. 39. & epiſt. 121. ad Protram. cap.* 12. Theodoret. *ſuper cap. 4. epiſtola ad Philip.* Qui omnes exiſtimant *panem*, hoc in loco, *quotidianum*, [f] ſignificare ea, qoæ neceſſaria ſuot ad vitam; neque in oppoſitum eſſe poteſt, quod Græca litera habet vocem, quæ non ſignificat *quotidianum*, ſeu potiùs, vt aliqui volunt, *ſuperſubſtantialem*, qoemadmodum velle videtur D. Hieron. quæ fuit tatio, cur aliqui Patres exiſtimauerint hunc locum, nullo modo agere de pane cotporali, ſed tantùm de ſacratiſſimo Euchariſtiæ ſacramento; ſic enim voluit Hieron. *Matth. cap. 6. & ad Titum cap.* 2. Athanaſ. *in lib. de Incarnat.* Ambr. *lib. 5. de Sacramentis cap.* 14. Cyrill. *catech. 5. myſtagogica.* Chryſolog. *in ferm. de orat. Dominica.* Qui omnes volunt per *panem quotidianum* ſignificari *panem ſuperſubſtantialem.* Verùm quoniam vox, *quotidianum*, potius ſignificat panem pertinentem, & accommodatum ad noſtram ſubſtantiam alendam, ſicut ex Græcis notarunt Baſilius in quæſtionibus breuioribus *quæſt.* 252. Niſſen. *orat. 4. de orat. Dominica.* Chryſoſt. Theophyl. & Euthymius *in cõmem. ſuper Matth. cap.* 6. Voluerunt Cyprian. & Auguſt. *in lib. 2. de ſermone Domini in monte cap. 12. & lib. de verbis Domini ſerm.* 28. & alij quos refert Robert. Bellarm. *tom. 3. controuerſ. lib. 1. de bonis operibus in particulari cap.* 6. vtrunque complexum eſſe in oratione Domioica, cum dicitur, *panem noſtrum quotidianum*, & panem ſcilicet corporalem neceſſarium ad alendam hanc vitam, qoam viuimus, & panem [h] Euchariſticum, quo anima nutritur; vtrunque tamen ſit, nobis ſatis eſt, panem eo in loco ſignificare nutrimentum oeceſſarium ad vitam.

Matth. 6.
Luc. 11.

Tertullian.
Chryſoſt.
Imperfect.
Nicellus.
Auguſt.
Theodoret.

[f] Qualiter accipitur in oratione Dominica.

Hieron.

Athanaſ.
Ambroſ.
Cyrillus.
Chryſolog.

[g] Quamuis & de pane Euchariſtico, alijs magis placeat.

Baſilius.
Niſſenus.
Chryſoſt.
Theophyl.
Euthym.
Cyprian.
Auguſt.
Bellarm.

[h] Vtrumque petimus & indigemus.

313. Verùm noſter Pattiarcha omnem ambigoitatem ſuſtulit, quæ videbatur latere in voce,[i] *panis*, ſed addidit, *pinguis*, ad ſignificandam abundantiam ciborum; nec ſolùm dixit *panis*, imò potiùs rem amplificauit com dixit, *& præbebit delitias Regibus*, atque ita laudat eam ſortem, non ſolùm à multitudine, verùm etiam à bonitate nutrimenti; tales enim cibos proferebat, qui vel ipſis regibus poſſent eſſe io delitiis quod Moyſes ſignificauit *Deut.* 33. cum dixit de Aſer, *tingens in oleo pedem ſuum.* Qua de re dicemus in expoſitione literæ, cum eam infrà explicauerimus.

[i] Qualiter panis in hac litera.

Deut. 33.

TRACTATVS XXXI.

Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in Aſer.

§. I.

De Euchariſtico pane, prima conuenientia ad Aſer.

Qvemadmodum hîc Pattiatcha nobis obtulit diuidendum panem, ſic quoque nobis 314
dedit occaſionem opportunam, vt aliqua diceremus de Sacroſancto Euchariſtiæ ſacramento, cum hoc vaticinium Aſer, figuram,[a] & vmbram referat illius ſacrameoti, & quòd panis ſit, & quòd *pinguis* appelletur, & tandem quoniam præbeat delitias Regibus: in his enim tribus rebus poſita eſt congruentia inter vtrunque, quod aduertit Rupertus Abb. *49. cap. Geneſ.* & Ambr. *in lib. de Benedict. Patriarch. cap.* 9. Quod enim de Aſer dicitur, *Aſer pinguis panis*, de ſe ipſo illud ipſum dixit Chriſtus Dominus *Ioan. 6. Ego ſum panis viuus.* Vt igitur rem ordiamur ab *Aſer*, qui *diues* [b] interpretatur, quantus eſt in diuitiis, qoi paupertate ſua omnes diuites fecit, ſed pauper propter nos, diues cum Patre, pauper ille, vt nos

[a] Hoc vaticinium figuram refert Euchariſtici panis.

Rupert.
Ambroſius.

Ioann. 6.

[b] Aſer diues interpretatur.

ab

2. Corint. 5. ab inopia vindicaret, ſicut Apoſt. docet 2. *Cor.* 8. Cuius inopia ditat, ſanat fimbria, fames ſatiat, mors viuificat, ſepultura reſuſcitat, qui dites eſt, theſaurus huius pinguis panis. Quod igitur panis dicendus ſit Chriſtus Dominus, ſicut de Aſer dixit Patriarcha, *Aſer pinguis panis*, ſatis patet
Ioan. 6. *Ioan. in c.* 6. vbi Chriſtus Dominus ſemel, atque iterum de ſe ipſo dixit, *Ego ſum panis viuus*; & nequis exiſtimaret panem purum eſſe, add dit, *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.* Imò & apparatum [c] conuiuium ſuam cat-
[c] Caro Chriſti apparatū conuiuium. Tertullian. Luc. 22.
nem vocauit Chriſtus Dominus, ſicut eleganter deducit Tertullian. *lib.* 4. *contra Marcion. ex Luc. in cap.* 22. cum Chriſtus Dominus dixit, *deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum*, profeſſus ſe concupiſcentia concupiuiſſe comedere Paſcha cum diſcipulis ſuis, quoniam indignum erat, vt aliquid alienum à ſe ipſo ita vehementer concupiſceret Deus, acceptum panem corpus ſuum fecit, quod videtur prædixiſſe Dauid *in*
Pſalm. 71. *Pſalm.* 71. quemadmodum veteres Hebræi notarunt in expoſitione Eccleſiaſtes. Quod enim vulgata editio habet in eo pſalmo, *& erit firmamentum in terra, ſuperextolletur ſuper libanum fructus eius*; Hebraicè ita legunt Hebræi, *& erit placenta frumenti, ſiue fruſtum panis*, vt referatur hic locus ad Regem Meſſiam, quaſi Rex Meſſias ſuis futurus eſt ad inſtar panis. Pro cuius loci
Genebr. expoſitione videndus eſt Genebrard. vt omittam alios; ibi enim vult hunc panem referendum eſſe ad panem Euchariſtiæ, quo aluntur fideles cor-
[d] Nec non & firmamentū panis. Iſai. 3. Leuit. 26.
poribus Chriſti; vocatur autem [d] *firmamentum panis*, quod ſolidum cibum ſignificat, vt patet *Iſai* 3. *Leuit.* 26. vbi baculus panis appellatur: ſicut enim ſenectus baculo ſuſtentatur, ſic vita hominum pane, ſiue nutrimento. Quod egregiè conuenit cum carne Chriſti ſeruatoris, ea enim eſt tobur ſpirituale hominum, imò & ad ſuſtentandam hanc vitam etiam accommodata eſt,
Nazianz. ſicut notauit D. Nazianz. *orat.* 19. quam fecit in obitu parentis ſui; cùm enim iam ſenex eſſet, & penè decrepitus, ſola ſancta liturgia nutriebatur,
[e] Quippe nutrit animam & corpus. D. Thom.
[e] & robur accipiebat etiam corporale. Quæ fuit ratio, ſicut aduertit D. Thom. 3. *part. quæſt.* 74. *art.* 1. cur in pane, & vino fuerit inſtitutum hoc ſacramentum; *quia ſcilicet per modum cibi applicandum eſt viaticum, quo alimur*, & præterea, *quia in ſignum vnionis, & amicitiæ inſtitutum eſt*, & ex pluribus vnum conſtitutum eſt corpus, ſicut ex pluribus granis frumenti vnus panis, quemadmo-
Cyprian. Auguſt.
dum dixit Cyprian. *epiſt.* 63. Auguſt. *tract.* 26. *in Ioan.* decebat autem carnem, & ſanguinem Chri-
[f] Cur ſub iſtis ſpeciebus caro & ſanguis Chriſti.
ſti ſub illis ſpeciebus [f] poni, ne ſanguis in ſacrificio pacis, & vnionis appareret. Pro qua te videndus eſt locus apud Plutarch. *in lib. quæſt Ro-*
Plutarch. *manarum*, cum quærit, *cur in cæteris ſacrificiis mactarentur animalia, at verò cum Termino ſacrificabatur, non ita?* quia Numa Pompilius Rex, iuſtus, ciuilis, ac Philoſophus cum termino agros diſtingueret, *Terminum* nuncupauit inſpectorem,
[g] Cuſtodi pacis ſine ſanguine ſacrificium.
atque cuſtodem [g] amicitiæ, & pacis, ac proinde exiſtimauit ſanguinis purum, nullaque inquinatum cæde ſacrificium ei offerendum eſſe. Hoc potius videtur factum in ſacrificio altaris, quod terminus eſt omnium ſacrificiorum, pacem componens inter nos, & Deum; quamuis enim in ſanguine, peractum fuiſſet, non decuit in ſpecie ſanguinis exhiberi ſacrificium, ſacrificium, inquam, concordiæ, & amicitiæ, propterea ſub ſpecie cibi
Clem. Alex. exhibitum eſt, quia ſicut eleganter dixit Clem.

' *Gabr. à Coſta in Gen.*

Alex. lib. 1. pædagog. cap. 6. *aluiſſe inter homines ſemper, & ſæpe, aſſert plura amoris incitamenta, quam procreaſſe filios.* Vtrumque fecit Deus, neq̃uam ſignificatio amoris eius amori deeſſet. Quamuis autem permagni fuerit creaſſe homines, eoſdem ſua carne aluiſſe, [h] longè maius eſt, ita vt eleganter hac de re ſit dictum ab Euſeb.
[h] Plus amoris in praſtita alimonia, quàm in ſiliorum procreatione. Emiſſenus.
Emiſſ. *qui author eſt operis, ipſe teſtis eſt veritatis, quis enim crederet carnem Dei eſſe cibum hominum, niſi ipſe Deus diceret, Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus?* Aduertendum tamen eſt *panem*, hoc in loco, metaphoricè accipiendum eſſe, nec enim res oblata, panis eſt, ſed potiùs Deus in carne ſub ſpeciebus panis, & vini latens, quod Damaſc. notauit *lib.* 4. *fidei orthod. cap.* 14. cum ait, *panem communionis, non eſſe ſimpliciter panem, ſed panem diuinitati vnitum*; id quod cautè legendum eſt, neque enim voluit
Damaſc. D. Damaſc. ſubſtantiam panis in ſacramento altaris vnitam eſſe hypoſtaticè Verbo diuino, ad eum modum, quo natura humana Chriſti vnita eſt verbo; hæc enim ſententia aliquorum hæreticorum eſt: quod autem voluit Damaſcen. illud eſt, deſinente ſubſtantia panis ex vi ſacramenti ſub eiſdem ſpeciebus latere panem diuinum, [i] ſiue Diuinitati vnitum; ſic enim vocat carnem Chriſti in ſacramento altaris exiſtentem.
[i] Caro Chriſti, panis diuinitati vnitus.

§. II.

De pinguedine Euchariſtiæ ſacræ, ſecunda conuenientia.

QVòd autem hic panis pinguis ſit, clariùs illud eſt, quam oſtendi à nobis poſſit; illud 315.
tamen deducimus cum Hieronym. *in epiſt.* 64. *ad* Hieronym.
Damaſ. vbi D. Hieron. exponens locum apud
Lucam *in cap.* 15. cum prodigi pater redeunti Luc. 15.
filio dixit; *Adducite vitulum ſaginatū, & occidite, & manducemus, & epulemur; vitulus enim*, inquit Hieron. *ſaginatus*, [l] *qui ad pœnitentis immolatur ſaluté, ipſe Saluator eſt, cuius quotidie carne veſcimur.*
[l] Vitulus ſaginatus caro Chriſti in ſacramento.
Verùm meliùs pinguedinem huius ſacramenti intelligemus, ſi videamus ea, quæ habet
Guillem. Alem. *lib.* 2. *de ſacrificio cap.* 11. vbi aſſe- Guill. Alem.
rit, eſſe res quaſdam, quæ per modum ſimilitudinis deriuantur, & accipiunt eſſe, dependenterque ab aliis; cum tamen non minùs veræ exiſtant in illo genere, quàm ea, ad quæ referuntur. Illuſtriſſimum exemplum eſt huius rei in Filio Dei, [m] qui per modum ſimilitudinis eſſe, & appellationem accepit: quidquid enim eſt, imago eſt, & figura, & character Dei; quæ tamen appellatio, & natura Dei non minùs propriè illi conuenit, quàm ipſi Deo Patri, à quo exiſtit. Sic exiſtentia Chriſti ſacramentalis dependet à propria natiua exiſtentia ad quam comparata exiſtit per modum figuræ, & ſimilitudinis; eſt enim corpus Chriſti Euchariſticum ſacramentū [n] corporis Chriſti in propria forma, illiuſque in eadem prorſus ſingulari natura admirabilis character, atque exemplar; atque ita mactatio, ſiue immolatio in Euchariſtia, tota eſt quidquid eſt figura commemoratiua, imago & repræſentatio occiſionis in cruce, ab eaque deriuatur, nomen accipit, & rationem: ſed nihilominus tam verè eſt ſacrificium, ſeu immolatio, [o] quàm fuit in cruce; neque enim minus exemplum habere voluit, nec potuit infinita Dei charitas, & infinita Dei potentia in hoc
[m] Myſterium Euchariſtiæ Theologicè & profundiſſimè declaratur ad exemplar filiationis æternæ.
[n] Corpus Chriſti Euchariſticum, figura exemplar in propria forma, character & exemplar.
[o] Idem ſacrificium & immolatio qua fuit in cruce.

I cibo

cibo nobis dando, quàm productionem filij per æternam Patris generationem. Si igitur pingue ſacrificium crucis fuit, ſi latus Chriſti apertum, ſi caro crucifixa vim, & virtutem infinitam habuit viuificandi, pinguis [p] quoque eſt panis Euchariſtiæ, in quo caro Chriſti exhibetur, & ſanguis ab eius carne effuſus cum eadem infinita viuificandi virtute. Scio Cleopatræ conuiuium pretioſum fuiſſe, vel ex eo ſolùm, quia pretioſum vnionē in cibum Antonio præbuit, in qua nulla maior pinguedo erat, quàm pretium, & vana hominum exiſtimatio, neque enim ad alendum, conducebat pretioſæ gemmæ dignitas; non ita de pane Chriſti, & de eius pinguedine, in quo tam infinita eſt dignitas, quàm virtus alendi: veriùs prætetea pinguis panis dicendus eſt, quàm de filio ſuo dixit Patriarcha, *Aſer pinguis panis.* Id quod elegantiſſimè oſtendit D. Gregor. Niſſ. vaticinatum fuiſſe ab ſponſo *cap. 5. Cantic.* cum dixit: *Comedite amici, & inebriamini chariſſimi;* voluit enim Niſſen. ſponſum eo in loco prædixiſſe id, quod factum eſt apud Matth. *cap. 26.* & apud *Luc. 22.* cum Chriſtus Dominus dixit, *accipite, & manducate; hoc eſt corpus meum;* verbum autem *inebriamini* referendum eſt ad pinguedinem huius panis: nanque *inebriamini* ſecundùm phraſim Scripturæ ſignificat pinguedinem, [q] abundantiam, ſufficientiam, & copiam cibi in lautiſſimo conuiuio: quemadmodum eam phraſim expoſuit D. Hieron. *Hierem. 31.* illis verbis, *inebriaui animam meam laſſam.* Similia habet Auguſt. *lib. 1. quæſt. in Geneſ. q. 144.* nec mirum eſt, ſi tanta vis, & pinguedo in hoc pane poſita ſit, qui caro, & ſanguis Chriſti eſt, cum vel in ſola eius vmbra, & figura virtus fuerit ſufficiens ad perfectè nutriendum hominem in hac vita corporea, quam viuit; perfectam enim virtutem [r] habuit manna ad cibandum, & potandum hominem, ita vt nihil opus habuerint Hebræi aquæ in deſerto, ſicut refert traditio Hebræorum apud Authorem faſciculi myrrhæ; in manna enim erat panis, & aqua, quin etiam iuxta Patrum ſententiam, quam refert Genebrard. *Pſalm. 95. verſ. 10.* fundebat enim manna riuos aquarum ad aquanda pecora populi dum incaleſcente liqueſaceret duabus horis ante meridiem; vnde aquas irritationis, ſiue tentationis [ſ] vocauit Diuinus vates, aquas, quas Hebræi poſtulabant: cùm enim aquam in manna habuiſſent ad irritandum potiùs, & tentandum, quàm ad bibendum eam poſtulabant, ſicut patet *Exod. 17. & Num. 20.*

[p] Pinguedo Euchariſtiæ quæ & qualis.

Niſſen.

Cantic. 5.

Matth. 27.
Luc. 22.

[q] Inebriari ſecundùm phraſim Scripturæ ſignificat omnem abundantiã.
Hieron.
Hierem. 31.
Auguſt.

[r] Manna ad cibum & potum ſufficiebat.

Genebr.

[ſ] Aqua contradictionis cur ſic dictæ

Exod. 17.
Num. 20.

316. Si quis autem obiiciat, hanc virtutem, quam neceſſariò fatemur in pane Euchariſtiæ reficientem, & impinguantem eos, qui eo cibo aluntur; ſi quis, inquam, obiiciat contra eam nos huiuſmodi pinguedinem [t] non experiri in illis, qui frequenter communicant, legat Caietan. *3. part. q. 79. art. 1.* cum quærit cum D. Thoma in eo loco, quo tempore fiat augmentatio charitatis in ſacra manducatione Euchariſtiæ; neque enim ei placet, quod colligitur ex D. Thoma, *eadem q. a. vlt.* nutritionem habitualem, ſcilicet, non pendere ex manducatione ſpirituali actuali, id eſt, ex aduertentia actuali, & dilectione actuali, cuius oppoſitum docuerat D. Thom. *in 4. ſent. diſt. 12. q. 2. a. 1.* augmentum, ſcilicet, gratiæ impediri ex impedimento actualis conuerſionis animæ ad Deum, atque ita ſentiebat idem eſſe tempus ſumptionis Sacramenti, & augmenti gratiæ. Putat ergo Caietan. hunc poſteriorem dicendi modum eſſe veriorem [a] propter miſeram, ſiue dolendam experientiam quotidianam eorum, qui ſingulis diebus hoc pinguiſſimo pane vtuntur, cùm tamen eorum progreſſus nec externos videamus, nec internos ipſi experiantur: credibile enim non eſt augmentum gratiæ quotidianum otioſum eſſe, cum amor diuinus deſidia non laboret. Ratio igitur, quare huiuſmodi progreſſus non ſentiamus, illa videtur eſſe, quia per actualem diſtractionem animæ, augmentum gratiæ non recipimus, quod panis Euchariſtiæ offerebat; huiuſmodi autem homines non diſſimiles ſunt illis bobus, [b] quas aliquando in ſomnio vidit Rex Pharao, quarum ſeptem macilentæ erant, ſeptem verò pingues, cum tamen in eodem pingui prato, & de eodem flumine Nilo potaſſent: malitia igitur fuit earum, quæ tanto cibo non pingueſcebant, & non defectus in virtute prati. Videndus etiam eſt in hanc ſententiam Genebrard. *Pſalm. 21.* cum explicat ea verba Pſalm. *Edent pauperes, & ſaturabuntur, & laudabunt Dominum; qui requirunt eum, viuent corda eorum in ſeculum ſeculi.* Quem locum ille intelligit de Euchariſtiæ Sacramento, in quo vis reperitur ſaturandi famelicos, [c] & recreandi triſtes, hoc enim ſignificat, *viuere corda* in Scriptura, id eſt, exhilarari, & à mœroribus conualeſcere, qualis eſt ille locus Geneſ. 44. & *vixit ſpiritus Iacob;* è contrà de Nabal dicitur, *mortuum eſt cor eius.* Vnde vita pro fælicitate accipitur in Scriptura, quemadmodum dixit Rex Salomon, *vultus Regis vita,* id eſt, lætitia. Vim igitur impinguandi habet hic panis, quem propterea ſolum panem viuum appellauit Chriſtus Dominus *Ioan. 6.* cum dixit, *Ego ſum panis viuus.*

[t] Quare de pinguedine Euchariſtiæ non ſemper impinguamur?
Caietan.
D. Thom.
[u] Nutrimentum habituale continuũ, ex D. Thom.

Caietan.
[a] Niſi impediatur ex diſtractione ad terrena.

[b] Qui ſine profectu communicãt, vaccis aſſimilantur Ægypti.

Genebr.
Pſalm. 21.

[c] Vis ſaturandi & recreandi in Euchariſtia.
Gen. 44.

Ioan. 6.

§. III.

De ſuauitate Euchariſtiæ, tertia conuenientia.

317. TErtiò tandem poſitam dicebam eſſe conuenientiam inter panem Aſer, & panem Chriſti Seruatoris in eo, quod de pane Aſer dixerat Patriarcha, & *præbebit delitias Regibus,* ſeu *dabit voluptates Regibus.* In hoc autem duo conſideranda ſunt, & quòd delitias præbeat ille panis, & quòd eaſdem præbeat non hominibus ſolùm de plebe, ſed etiam Regibus. Quòd igitur primum reperiatur in pane Euchariſtiæ, ex eo potiſſimùm oſtenditur, quia appetentibus Hebræis ab exitu eorum de Ægypto vſque ad ingreſſum in terram Sanctam nouos cibos in remedium huius appetētiæ, quæ neque cibo è cælo delapſo, neque aqua ex viuo lapide diuino miraculo ſaliēte ſatiari potuit, exhibendus igitur aliquando erat panis, qui famem pateret, & faſtidium noſtrum expelleret; hæc enim fuit ratio inſtituendi Sacramenti Euchariſtiæ, ſicut patet *Ioan. 6.* quibus enim manna è cælo delapſum ſatietatem attulerat, & qui recordatione vilioris cibi in Ægypto tenebantur, dandus erat cibus, qui & famem pelleret, [d] & ſatietatem tolleret, deſiderio generante ſatietatē, & ſatietate pariente deſiderium, quemadmodum eleganter dixit Bernard. *in lib. de paſſ.* Nec enim minus remedium neceſſarium erat ad eas animas, quæ cupiditatibus agebantur. Vnde Clemens Alex. *lib. 3. de pædagog. cap. 12.* in remedium

[d] Euchariſtia pellit famem & tollit ſatietatē & quare?
Bernard.

Clem. Alex.

[e] *Crucifixus Deus in remedium noſtri appetitus.*
Nazianz.
[f] *Appetitionibus Adami ſingulis ſinguli cruciatus Chriſti in cruce reſpondent.*
Elias Cret.

dium noſtri appetitus [e] crucifixum, dixit, fuiſſe Deum, cum Chriſti crucem vocat terminum totius voluptatis, & cupiditatis. Id quod proſequitur Gregor. Nazianz. *orat. 1. apolog.* cum ait, *ſingulis appetitionibus Adam*, [f] *ſingulos reſpondere cruciatus Chriſti in cruce.* Hæc igitur eſt ratio, cur in remedium noſtræ appetentiæ hic cibus dandus erat, qui voluptates omnes ſedare poſſet, longè meliores generando in noſtris animabus: hoc autem in ſolo Deo reperitur, in quo ſicut eleganter dixit Elias Cretenſ. *Vniuerſa cupiditas pedem ponit; datus igitur cibus eſt, qui cibus eſt, ne anima tota ad voluptates corporis conuerteretur.* Sicut enim eleganter dixit Auguſt. Pſalm. 62. *Omnis qui ſibi vult aliquid præſtare, in ardore eſt deſiderium,* [g] *ſitis eſt anima; qualis autem fertur ille, quem vehemens ſitis excruciat, & agit in fontes, & flumina propinqua; talis igitur ab appetitu quicunque in ardore eſt deſiderij:* meritóque proinde dixit Genebrard. *in comment. ſuper Pſalm.* 105. in quo pſalmo expreſſit Regius Vates hanc noſtram inordinatam appetentiam, cum dixit, *concupierunt concupiſcentiam in deſerto, & dedit eis petitiones ipſorum, & miſit ſaturitatem in animas eorum. Animas,* inquit Genebrard. *dixit, vt deſideria ſignificaret; ea enim anima, in qua cupiditas aliqua reſidet,* [h] *magis cupiditas eſt, quàm anima.* Et hæc eſt ratio, quare ſponſa dixerit 5. *cap. Cant. Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius,* quod ſæpiùs ipſa ſponſa repetit, vt ſignificaret vniuerſas ſuas cupiditates vnicum ſponſum eſſe, ac proinde ad eum aſſerit conuertiſſe vniuerſam ſuam cupiditatem, neque quidquam ex rebus creatis voluiſſe præter Deum, in quo vniuerſas ſuas delitias ſitas exiſtimabat; & addidit, *& ad me conuerſio eius.* id eſt, nihil minus in eo inueni, quàm optaueram; conuerſus enim videtur meus ſponſus in ea, quæ deſiderauerat mea cupiditas, ne aliquid aliud extra ipſum appeterem; atque ita, qui inuiſibilis natura erat, factus eſt viſibilis; qui incorporeus, redditus eſt corporeus; qui impatibilis, factus eſt paribilis; denique qui ſpiritus erat, factus eſt caro, nec ſolùm caro factus eſt, ſed cibus mihi datus: ſic enim ſedatus eſt ille ardor deſiderij, & nunquam ſatiata voluptas, quæ quos cibos modò obtinuerat, ſtatim faſtidiebat. Caro igitur facta eſt cibus, quæ ita reficeret famem, [i] vt nouum deſiderium inueheret, nullum generando faſtidium ex abundantia. Hinc igitur oritur ea voluptas, ſiue delitiæ, quæ de hoc pane prædicantur; cum Iacob dixit vaticinando, *præbebit delitias Regibus,* de qua re videndus eſt Philo *lib. 2. legis allegoriarum,* cum loquitur de ſacrificio Melchiſedech pro Abrahamo oblato in pane, & vino: quanuis enim myſterium non agnouerit, rem videtur declaraſſe, *offerat,* inquit, *Melchiſedech anima alimenta plena lætitia, gaudijque, panem, & vinum offerat, pro aqua vinum mutet, & potet, vt confirmentur animæ, & occupentur diuina ebrietate.* Quibus verbis inſinuat non ſolùm delitias veras afferre hunc panem, [l] ſed falſas etiam mutaſſe in veras; hoc enim voluit cum dixit, vinum additum eſſe pro aqua in diuinam ebrietatem, id eſt, in alienationem, & transformationem falſarum deliciarum in veras delitias. Proſequitur hoc argumentum idem Philo *in lib. de congreſſu quærendæ eruditionis gratia,* vbi notauit ea verba, quæ reperiuntur in lib. *Geneſ.* poſt oblatum ſacrificium panis & vini, atque datum Abrahamo

August.
[g] *Perelegans cupiditatis expreſſio.*
Genebrard. Pſalm. 105.
[h] *Anima cupida, magis cupiditas eſt quàm anima*
Cantic. 5.
[i] *Ita reficit Euchariſtia, vt nouum excitet deſiderium,*
Philo.
[l] *& falſas delitias in veras commutet,*
Idem.

Gabr. à Coſta in Gen.

dicitur, *Dedit ei decimas ex omnibus.* quod Philo ita explicat, *Dedit Abraham Melchiſedech decimas omnium, de ſenſibus bene ſentire, de verbis benedicere, de mente bene cogitare; ſic enim totus* [m] *homo ſacer redditus eſt.* Similia ſunt, quæ habet idem Philo *in eodem lib.* cum ponderat locum Exod. *cap.* 16. cum dicitur de manna quod accipiebat vnuſquiſque de populo in menſura quædam, quæ *Gomor* appellabatur. Verùm quando diuini illius alimenti, monimentum in vrna aurea conſeruatum eſt, explicauit Moyſes, qualis eſſet ea menſura, qua menſurabatur victum cuiuſcunque diei ipſis Hebræis; ponderat enim Philo id, quod Moyſes dixit in eodem cap. *Gomor autem decima pars ephi, id eſt, decima pars trium menſurarum, in nobis enim ipſis tres menſuræ videntur eſſe, ſenſus, ratio, mens; ſenſibilia ſenſu, verba oratione, intelligibilia mente metimur:* de his enim ſingulis tribus menſuris, primitiæ ſunt offerendæ, quaſi quædam ſacræ decimæ, vt ſermones, vt ſenſus, vt intellectus inculpabiliter ſanéque ſe habeant iuxta Deum; tunc enim vera voluptas, & [n] veræ delitiæ in anima reperiuntur, quando in nobis ceſſarunt debiles carnis voluptates. Quod etiam aduertit Philo *in lib. de Cherubin,* loquens de natiuitate Iſaac, qui *riſus,* ſiue *gaudium* interpretatur: *Tunc,* inquit, *natus eſt Iſaac, cum ceſſarunt muliebria, id eſt, cum turpes voluptates deſierunt:* vera enim voluptas non eſt ſine Deo, quemadmodum eleganter dixit Plato *in Philebo,* vbi ait, *homines ſanctos, & iuſtos cum Deo* [o] *veris voluptatibus frui;* è contra de impijs dicendum eſt. Quod ipſum voluiſſe videtur Regius vates, cum in *Pſalm.* 50. dixit, poſt eas, quas habuit cum Berſabe voluptates, *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me,* id eſt, quemadmodum notarunt Hebræi, *gaudium ſanctorum huic animo redde:* nam exteras voluptates, quas expertus ſum, deprehendi falſas eſſe, & non veras. Videndus eſt Seneca *in lib. de conſolatione ad Polybium,* cum damnat delitias huius ſæculi, dicendo eas veras delitias non eſſe, *quarum memoria longior,* [p] *& fidelior eſt, quàm præſentia;* è contra de voluptate, quæ cum Deo eſt, ſicut optimè proſequitur Philo, in ea allegoria, quæ habetur lib. 1. allegoriarum. *Paradiſus,* inquit, *certè figuratè dicitur virtus, locus autem proprius paradiſi Edem, id eſt, delitia; virtuti enim conueniunt pax, voluptas, gaudium, in quibus ſunt veræ delitiæ, quin & ad Orientem eſt huius paradiſi plantatio, nam neque occidit, neque extinguitur,* [q] *ſed perpetuò lux eius oritur,* &c. quæ proſequitur in eandem ſententiam; licet enim interdum perturbentur voluntates in ſanctis, hæc conditio, & natura eſt huius ſtatus, & non veræ voluptatis, quæ ex virtute perpetuò oritur. Nec enim placet omnino id, quod Cicero dixit *lib. 2. de finibus, & lib. 5. Tuſculan. quæſt.* vbi aſſerit, interdum voluptatem, quæ eſt in virtute, interrumpi, neque propterea dicendos eſſe ſanctos viros in delitiis non eſſe; ſicut quæſtuoſa mercatura, & fructuoſa aratio dicitur, non quòd altera omni damno, & altera omni tempeſtate careat, ſed quia multo maiori ex parte in vtraque fælicitas ſit, præſertim cum delitiæ, quas ſancti habent, viuentes ſint, atque cum æternis [r] coniungantur: quod præſertim cernitur in eo cibo, in quo Deus in carne communicatur, & manet in animabus ſanctis; veriùs igitur hic panis præbebit delitias, quàm panis ortus in ſorte Aſer, de

[m] *Quæ in conſecratione totius hominis conſiſtat.*
Exod. 16.
[n] *Vera delitia in homine quando.*
Philo.
Plato.
[o] *Iuſti cum Deo delitiantur.*
Pſal. 50.
Seneca.
[p] *Delitiarũ ſæculi memoria longior quàm præſentia.*
Philo.
[q] *E contra verò veri gaudij lux perpetua,*
Cicero.
[r] *Quippe quæ iungitur æternis.*

I 2 quo

quo Patriarchæ dixit, *& præbebit delitias.*

318. Vnum hoc reſtabat in vniuerſa hac conuenientia, vt ſcilicet, oſtenderemus ſuauitatem huius panis, qui non plebeis hominibus, ſed etiam ipſis Regibus in delitiis ſit; eſſe autem omnes fideles Reges, quis non videat, cum ipſa Sponſa, ſiue Eccleſia, Regina dicatur propter Spoſum regium, & præterea cum ipſi conſtent ſanguine maximè Regio, qualis nobis communicatur pariter cum carne Regis Chriſti in Sacramento altaris, & in nobis perpetuò manet? Reges igitur ſunt fideles omnes, [f] vtpote regio Chriſti Domini ſanguine ſati, & eodem ſanguine regio educati. Qua de re videndus eſt D. Ambr. *in lib. de Cain, & Abel*, vbi de hoc conuiuio ita dixit: *ne verearis, ne in conuiuio Eccleſiæ, aut grati odores, aut dulces cibi, aut diuerſi potus, aut nobiles conuiuæ tibi deſint, aut decentes miniſtri: hæc enim omnia in eo conuiuio reperiuntur. Quid enim Chriſto nobilius, qui in conuiuio Eccleſiæ miniſtrat, & miniſtrabit? Iſtius conuiuæ recumbentis te annecte lateri, ac te Deo coniunge, ne faſtidias menſam, quam Deus elegit.* In quo loco Ambroſij omnia reperiuntur, quæ latè diximus de pane Aſer, qui non ſolùm ſuſtentare poteſt homines, ſed eoſdem cum ſumma voluptate, & delitiis alere; nec ſolùm alere poteſt plebeios homines, ſed etiam Principes, quales decet eſſe conuiuas in menſa Chriſti.

[f] *Reges omnes fideles, & quare.* Ambr.

TRACTATVS XXXII.

Expoſitio literæ.

319. Ctaua hæc eſt prophetia Iacob, de octauo [a] eius filio Aſer, quem genuit ex Zelpha ancilla Liæ, ſicut dicitur Geneſ. 30. *Peperitque Zelpha alterum, dixitque Lia: Hoc pro Beatitudine mea: Beatam quippe me dicent omnes mulieres, propterea appellauit eum Aſer.* Sors huius hominis fuit [b] citra Iordanem ad mare magnum à Sidone vſque ad Carmelum, gleba terræ fertiliſſima, ferax olei, & vini, & optimi tritici, vnde Iacob de ea dixit, *Aſer pinguis panis eius, & præbebit delitias Regibus*, vel vt eſt in Hebræo, *de Aſer pinguis panis*; neque multum differt vulgata editio à veritate Hebræa, dum legit *Aſer pinguis panis*: ſicut enim aduertit Rabbi Abraham illud, *de*, in lingua ſancta, multoties reperitur. alluſio igitur eſt in hac prophetia ad nomen Aſer, qui beatum, ſiue fælicem, ſeu rectè incedentem ſignificat; quales olim vocabantur bene fortunati, [c] qui magnas habebant delitias, quem modum loquendi veterum emendauit Menander in carmine, cum dixit:

Diues ab omnibus, Beatus à nemine dicor.

Id quod eleganter aduertit Eugubin. *in com. ad* 1. *Pſal. ſtatim in principio.* De ſententia igitur vulgi videtur Patriarcha appellaſſe hoc loco filium ſuum beatum, ſiue fortunatum; hoc enim Aſer ſignificat propter diuitias agri, ſicut & Lia in eius ortu beata voluit nominari propter copiam filiorum.

[a] *Octauus filius Iacob Aſer.* Gen. 30.
[b] *Situs ſortis Aſer citra Iordanem.*
Rab. Abrah.
[c] *Bene fortunati vulgo diuites.*
Menand.
Eugubin.

320. Duas igitur præcipuas ſignificationes videtur habere pinguedo hoc [d] in loco. Altera, quæ referatur ad ſolum oleum, cuius maxima copia fuit in hac ſorte, ſicut colligitur ex *cap. 33. Deut.* vbi Moyſis de hac eadem ſorte ita dixit: *Aſer tingens in oleo pedem ſuum.* Quæ locutio per hyperbolem, ſignificat tantam ſore olei copiam in ea ſorte, vt vel pedes in oleo lauari poſſint, ſicut diximus de ſorte Iudæ, *lauabit in vino ſtolam ſuam.* Quo modo loquendi vſus eſt *in c.* Iob 29. quando inquit: *lauabam pedes meos butyro.* Sic igitur noſter Oleaſter Luſitanus exiſtimat pinguem panem ſignificare panem pariter cum oleo, quarum ferax rerum erat ea ſors.

[d] *Pinguedo hoc loco dupliciter accipitur.* Deuter. 33.
Iob 29.

Vniuerſalior videtur ſenſus huius loci, vtpote, qui ſe extendat nõ ad ſolum panem, & oleum, 321.
ſed potiùs [e] ad omnia alimenta, quæ plurima, & optima ex hac ſorte Aſer habebantur. Vnum enim è præcipuis ſignificatis, quæ nomen panis ſignificat in Scriptura, eſt omne alimentum; ſi autem pani addatur pinguedo, ſignificat copiam ciborum, ſiue alimentorum, quemadmodum latiùs diximus in 1. tractatu huius prophetiæ, magis autem apparebit hic ſenſus ſi cum Rabbi Dauid annotauerimus nomen *pinguis*, in Hebræa lingua referendum potiùs ad terram, quàm ad panem, vt ſit oratio hæc eclyptica, in qua ſcilicet, aliquid neceſſariò ſupplendum ſit. Illud autem erit ad hunc modum, Pinguis terra eſt terra Aſer, & propterea pingues fructus ſunt Aſer; ſolet enim pingue ſolum vberrimos fructus agricolæ reddere, eritque proinde in his verbis laudatio ruſticis hominibus accommodata, & agricolarum optima gloriatio; ſolent enim diuites agricolæ iactare ſe omnia ad vitam neceſſaria de ſuis agris colligere, qualis eſt ea gloriatio *Cantic. cap.* 5. cum ſponſus ruſticam hominis, ſiue agricolæ perſonam agens de ſuis rebus ita gloriatur, *comedi fauum meum cum melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo; comedite amici, & bibite, inebriamini chariſſimi*; præſertim ſi ſequentes LXX. Interpretes pro fauo panem vertamus; hoc enim etiam ſignificat vox æquiuoca Hebræa, ſicut aduertit Rabbi Salomon. quibus verbis ſponſus de more agricolarum diuitias agri iactat, quas non ſolùm dixit eſſe vberes, ſed etiam ad voluptatem accommodatas, qualis eſt ille locus apud Poëtam in ſuo Alexi.

[e] *Vniuerſaliter hic omnis importatur abundantia ſortis Aſer.*
Rab. Dauid.
Cantic. 5.
[l] *Agricolæ gloria.*
Rab. Salom.
Virg.

Deſpectus tibi ſum, nec qui ſim quæris Alexi,
Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abũdans,
Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

Similiter igitur videtur Iacob de more paſtorali, atque agricolarum dixiſſe de filio ſuo Aſer, cuius ſortem vaticinatur futuram vberem, vtpote quæ redderet vberrimos fructus in hominum alimenta, & delitias; hoc enim ſignificant ea poſtrema verba, *& præbebit delitias Regibus*, ſeu *regias*, id eſt, dabit delicatiſſimos cibos, qui etiam Regibus poſſint eſſe in delitiis, qualis eſt locus Threnorum in *cap. 4. qui veſcebantur voluptuosè*, id eſt, delicatiſſimis vtebantur cibis, quos ſcilicet in delitiis ſolent habere Principes.

TRACTATVS XXXIII.

De Nephthalim, ſiue, *de vera eius ſignificatione.*

§. I

De inſigni victoria Barac.

Æc eſt nona prophetia, in qua Iacob de filio ſuo obſcutè ita dixit, *Nephthalim ceruus emiſſus,* 322.

emiſſus,& dans eloquia pulchritudinis; quæ verba ex Hebræo varias habent lectiones Ambr. enim ita legit, *Nephthalim viuis remiſſa, porrigens in germine decorem*. Hieronym, ex Hebræis, *Nephthalim ager irriguus*: LXX. *Nephthalim virgultum reſolutum dans in germine pulchritudinem*. Secundùm igitur lectionem vulgatam, quæ maximè conuenit cum Hebraico textu, ſicut aduertit Eugub. ad hunc locum, prima ſignificatio [a] videtur eſſe petenda ex lib. Iudicum *cap.* 4.& 5. vbi Debora, quæ populum iudicauit, elegit Barac de tribu Nephthalim, quem præfecit militiæ contra Iabin Regem Chananæorum, & Sizaram eius Ducem, vt pariter cum decem millibus de tribu Nephthalim, Chananæos euerteret, atque fugaret. Ratio autem cur Ducem Barac Nephthalitam ceruum [b] appellauerit, eſt, quia ea celeritate, qua ceruus cæteras animantes ſuperat currendo, tanta videtur Barac celeritate ſuperaſſe Chananæos; ſicut enim de Cæſare dicitur, *Veni, vidi, vici*, ſic quoque de Barac refert hiſtoria ſacra in lib. Iudicum, vt ſit in his verbis tacita quædam comparatio inter celeritatem Barac in vincendo, & velocitatem ceruorum in currendo. Quod autem additur, *dans eloquia pulchritudinis*, referendum [c] erit ad illud Epinicium, id eſt, ad eam laudationem factam in gratiarum actione pro victoria comparata à Barac, dedit enim materiam, & argumentum ad illud Epinicium victoria Barac.

Ambr. — Hieronym. — LXX. Interpr. — Eugubinus. — [a] *Prima ſignificatio huius loci prophetica.* — Iudic. 4. & 5. — [b] *Cur Barac ceruus emiſſus dicatur.* — [c] *Qualiter Barac dederit eloquia pulchritudinis.*

323. Fortaſſis ſtando in hac ſignificatione accommodatior erit ſimilitudo inter ceruum & Barac, qua vtitur hoc in loco Iacob, ſi priùs annotauerimus ea, quæ Plinius habet de ceruis *lib.* 8. *naturalis hiſtoriæ cap.* 32. Ælian. *lib.* 2. *de hiſtor. animal. cap.* 9. Cerui enim ſuos partus editos exercent curſu, & fugam meditari docent, ad prærupta ducunt, ſaltumque demonſtrant: quod in Barac videtur eſſe notatum, de eo enim dicitur in Cantico Iudic. *cap.* 5. *Duces Iſſachar fuere cum Debora, & Barac veſtigia ſunt ſequuti, qui quaſi in præceps, & barathrum ſe diſcrimini dedit.* Vbi videmus eandem naturam habuiſſe hunc ducem in bello, quam habent cerui in fuga. Niſi magis placeat alluſionem eſſe in his verbis ad eam vim, quam cerui habent contra ſerpentes; eſt enim eis natiua quædam vis indita, qua latentes ſerpentes è latebris extrahant, ſicut notauit Lucretius in carmine cum dixit.

[d] *Secunda inter Barac & ceruum ſimilitudo.* — Plinius. — Ælian. — [e] *Tertia eiuſdem ad ceruũ analogia.* — Lucret.

Naribus alipedes, vt cerui, ſæpe putantur
Ducere de latebris ſerpentia ſæcla ferarum.

Id quod præter Authores citatos notauit Pierius *lib.* 7. *de ſymbolis, titulo de ceruis*, vbi addit, quòd cum tanta vis ſit aduerſus ſerpentes in ceruis, ſi tamen primo aſpectu viperam videant, fugam arripiunt, quorum vtrunque cernitur [f] in Barac; etenim propter innatum robur Chananæos, quaſi ex latebris extraxit, cùm tamen eorum certamen videatur deuitaſſe quando primò dux creatus eſt contra Chananæos. Vtcunque tamen intelligatur ea ſimilitudo inter Barac, & ceruum, ferme omnes Hebræi volunt ſignificatum huius vaticinij eſſe eam hiſtoriam Barac. Quam ſententiam ſequuntur [g] Iſidor. Franc. Varab. Lyranus atque alij plerique.

Pierius. — [f] *Quarta proprietas cerui quæ fuit in Barac.* — [g] *Huius expoſitionis Autores non cõtemnendi.* — Iſidor. — Vatabl. — Lyran.

***

§. II.

De citiſſima vbertate ſortis Nephthali.

324. SEcunda verò expoſitio eſt, ſimilitudinem eſſe inter ſortem Nephthalim, [h] & ceruum, in qua poſita eſt difficultas huius prophetiæ, in eo eſſe, quòd quemadmodum cerui velocitate ſuperant cæteras animantes, ſic quoque terra Nephthalim priùs, & velociùs, quàm cæteræ partes Palæſtinæ, maturos fructus edere ſoleat. Quæ eſt ratio, cur doctiſſimi viri exiſtimauerint manipulum ſpicarum, cuius meminit Moyſes *Leuit. cap.* 23. qui in primitias Deo offerebatur pro ſegetibus, collectum ſemper fuiſſe in tribu Nephthalim, [i] quia ea pars citiùs, & velociùs maturas ſegetes dabat: traditionem dixit eſſe Lyran. Rabbinorum *Leuit.* 23. vbi ita habet; *Dicitur quòd manipulus primitiarum erat ex ſorte Nephthalim, in qua magis feſtinabant ad maturitatem fructus, & propterea de ea ſorte offerebantur primitiæ tam celeriter; in ea enim priùs mattureſcunt ſegetes, quàm in cæteris ſortibus.* Atque ita intelligendus eſt Theodoret. *quæſt.* 32. *ſuper Leuit.* cùm ait, *nouis frugibus priùs ſedere vetat Moyſes, quàm manipulos offerant, quia Palæſtinus ager calidior cum ſit cæteris omnibus, præcoces fructus ſubmittit.* Id quod inter cæteros Palæſtinos in agro Nephthalim fieri conſueuit, atque ita deſcribit hoc in loco Iacob verni temporis principium, quod omnium temporum viuaciſſimum eſt, & fœcundiſſimum, cum humidum, calidumque natura ſit, quemadmodum dixit Theophraſt. *de cauſis plantarum lib.* 1. *cap.* 14. quæ natura telluris magis cernebatur in ſorte Nephthalim, quàm in cæteris aliis. Id quod voluerunt Hebræi, cùm hanc prophetiam ita potiùs legant; *Nephthalim ager irriguus habens aquas calidas*, quemadmodum refert D. Hieronym. Stando igitur in hac ſignificatione, ea verba, quæ ſequuntur (*dans eloquia pulchritudinis*) referenda videntur ad hymnos, ſiue carmina ſacra, [m] quæ ſacerdotes in templo canebant in gratiarum actionem pro nouis frugibus; niſi magis placeat primos, & præcoces flores iam vernantis ſortis Nephthalim materiam, & occaſionem hominibus eſſe eoſdem laudandi propter eorum celerem pulchritudinem, vehementer enim delectant homines primi flores.

[h] *Secunda expoſitio literalis.* — Leuit. 23. — [i] *Manipuli primitiarum ſemper ex Nephthali.* — Lyran. — Theodoret. — [l] *Quippe ager illius præcoces cæteris fructus edebat.* — Theophraſt. — Hieron. — [m] *Qui ſacerdotibus materia hymnorum ſacrorũ.*

325. Niſi magis placet etiam in his verbis eſſe elegantem proſopopœiam. [n] Eſt autem proſopopœia ea figura, per quam voces, & actiones humanas tribuimus rebus inanimatis, vt cum ridere prata dicimus. Secundùm igitur hanc proſopopœiam, quam videtur in his verbis agnoſcere D. Thom. in poſtillis aureis ſuper Geneſ. ſi tamen opus D. Thomæ eſt, verni temporis deſcriptio eſt elegantiſſima, & meo iudicio elegantior quàm [o] in prophana eruditione inueniatur; licet enim eleganter dictum ſit à Columella *lib.* 10. *de cultu hortorum*, de principio verni temporis,

[n] *Proſopopœia forte ineſt huic ſententiæ.* — D. Thom. — [o] *Secundùm quam elegãtius deſcribitur vernum tẽpus, quàm apud prophanos.* — Columell.

Pingit & in varios cæleſtia ſydera flores.

Id eſt, tellus principio verni temporis ſyderibus potiùs, quàm floribus campum depingit, quod etiam Poëta dixit in Eglog 9.

Virgilius.

——————*Huc ades, ò Galathæa,*
Hic ver purpureum, varios hic flumina circum
Fundit humus flores.

Elegantiùs dixit Iacob de ſorte Nephthalim, vbi vernum tempus videtur depingere, *dans eloquia pulchritudinis*; quaſi de ore loquentis ſortis

Nephthalim cadant roſæ, violæ, & lilia, ſintque verba flores, ſicuti ſponſa de ſuo ſponſo dixit aliquando, *labia eius lilia ſtillantia myrrham primam.* Neque enim pulchrius quid dici poſſe videtur de primo veruo tempore, quàm tellurem [p] pro verbis flores dare. Neque mirum hoc eſt, cum grauiſſimi ſint authores, qui aſſerant omnem ſolidam eloquentiam, figuráſque loquendi, atque delitias ab Hebræorum fontibus profluxiſſe. Quæ omnia in ſacris authoribus reperiuntur, ſi rectè, & diligenter ad pleraque loca ſacra attendamus, quemadmodum notauit D. Auguſt. *lib. 4. doctrina Chriſtiana cap. 7.* & Ambroſ. *epiſt. 63.* Hieron. *in apolog. aduersùs Ruphinum.* Lactant. *lib. 6. cap. 21.* Ex quibus iam colligitur nihil aliud ad literam voluiſſe Iacob hoc in loco, quàm fructus [q], atque flores terræ Nephthalim eſſe primos in Palæſtina. id quod ille explicauit per comparationem ad ceruos, ſignificans tanta celeritate eam ſortem fructus edere, quanta ceruus ſuperat omnes animantes.

Cantic.

[p] *Dum dicitur telluri floribus eloqui.*

Auguſt. Ambr. Lactant. Hieronym.

[q] *Expoſitio de fertilitate eius ſortis Nephthali literalis eſt.*

§. III.

De allegoria huius prophetiæ ad Chriſtum.

326. QVanuis autem non diſpliceat prima ſignificatio [r] huius prophetiæ, quæ eſt deſumpta ex mente Hebræorum, aſſerentium in ea ſignificatum fuiſſe ad literam Barac de tribu Nephthalim, qui celerrimè Chananæos aperto Marte ſuperauit; tamen multò magis placet illud voluiſſe hoc in loco Iacob, ſcilicet, fertilem eſſe ſortem Nephthalim, neque ſolùm fertilem, ſed etiam primos, & præcoces fructus edere ſolitam quorum vtrunque conuenit cum re ſignificata per hanc prophetiam; figuram enim exiſtimamus eſſe in his verbis aduentus [ſ] Dei in carne, & eius prædicationis, ſequuti Rupertum Abbatem in comment. ſuper hunc locum; pro qua repetendus eſt ille locus ex Matth. cap. 4. cum de principio prædicationis Euangelicæ ita dixit: *Relicta ciuitate Nazareth, venit, & habitauit Capharnaum in finibus Zabulon, & Nephthalim, vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſai. Terra Zabulon, terra Nephthalim via maris trans Iordanem Galilææ gentiũ, populus qui ambulat in tenebris vidit lucem magnam.* Exinde cœpit IESVS prædicare, & dicere, *pœnitentiã agite, appropinquabit enim regnũ Cælorum,* ita vt & celeritas veniendi, [t] & vbertas in prædicatione reſpondeat ſorti Nephthalim, in qua & celeres ſunt fructus maturi, & vberrimi, atque pulcherrimi. Atque ita ad literam locus intelligendus eſt de ſorte Nepthalim vberrima, figuratè tamen, & per allegoriam oſtendit celeritatem, qua venit Deus in carne, atque etiam oſtendit primos fructus Euangelij in hac ſorte [u] apparuiſſe, in qua primò cæpit Chriſtus Dominus prædicare; conſueta autem eſt in Scriptura ea ſimilitudo, qua hoc in loco vtitur Iacob ad ſignificandam celeritatem veniendi Dei, cum dixit, *Nephthalim ceruus emiſſus,* ſic enim habetur *Cantic. cap. 2.* quando ſponſa paſſa eſt animi deliquium propter vehementiſſimum deſiderium abſentis ſponſi: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles;* & ſtatim inferiùs in eodem capite, *Reuertere, Reuertere, ſimilis eſto, dilecte mi, capreæ, hymnulóque ceruorum ſuper montes Bethel.*

[r] *Poſita expoſitiones litera probantur, ſed præfertur ſecũda.*

[ſ] *Vtraque figurat aduẽtum Dei in carne,*

Rupert. Matth. 4.

[t] *Celerẽ & vberem,*

[u] *Primóſque in ea ſorte fructum edentem.*

Cantic. 2.

quibus verbis velocitatem poſtulabat Eccleſia in aduentu Dei, quæ nullam maiorem volebat ea, qua fugere ſolent cerui, & eandem pollicetur hoc in loco Iacob cum dixit, *Nephthalim ceruus emiſſus,* ſiue ſi magis [x] placet, *Nephthalim ager irriguus calidas habens aquas.* vtraque enim ſimilitudo conducit ad ſignificandam celeritatem aduentus, & eius pulchritudinem. Qua ſimilitudine vſus eſt Iſai. *cap. 45.* ad ſignificandum noſtrûm omnium votum, atque deſiderium circa aduentum Dei in carne, cum dixit, *rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum; aperiatur terra, & germinet ſaluatorem;* celeritatem enim aduentus per rorem cadentem ſignificauit, pulchritudinem verò per terram apertam, quæ grauida ab æthereo imbre, & flores profert, & citiſſimè maturos fructus, qualis regio Nephthalim eſt, in qua primò prædicatum eſt Euangelium Dei.

[x] *Confirmatur allegoria iuxta duplicem expoſitionẽ literæ.*

Iſai. 55.

327. Satis autẽ oſtenditur celeritas, qua Deus venit ex eo ſtatu, in quo [z] mundus erat; deſiderãti enim nihil ſatis properat, quanuis maximè properet, quemadmodum aduertit D. Aug. *Pſ. 41.* ſuper illis verbis, *quando veniã, & apparebo ante faciem Dei, quod ſitio venire, & apparere, ſitio in peregrinatione, ſitio in curſu, ſatiabor in aduentu, & quod citius eſt Deo, tardum eſt deſiderio.* id quod repetit *epiſt. 80.* cum ait, *quod tempore acceleratur, deſiderio tardum videtur,* vbi repetit Auguſt. locum Pſalmi citati, *quando veniam, & apparebo, dicendo,* inquit Auguſt. *quando veniam, moras ſe perpeti, moleſtè ferebat; qualibet enim hora deſideranti longiſſima eſt;* cùm tamen in deſiderio conſtituta eſſet ſponſa, ſiuè mundus vniuerſus, celeriùs ei properauit ſponſus, quàm [a] ſperare potuerit, quod ſignificauit per celeritatem cerui. Aureus eſt locus in hanc ſententiam apud Guarricum Abbatem, cum in ſermone de prodigo dixit, ponderans ea verba, *accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum: Tardius,* inquit, *videbatur patri filio veniam dediſſe, quàm illi accepiſſe; ſic feſtinabat abſoluere reum à tormento conſcientiæ ſuæ, quaſi plus cruciaret miſericordem compaſſio miſeri,* [b] *quàm ipſum miſerum paſſio ſui; neſcit enim tarda molimina ſancta charitas.* Id quod videtur ſignificaſſe Salomon *Sapient. 7.* cum de ſancta Sapientia dixit, *omnibus mobilibus mobilior eſt.* Qui locus ſi non ſit intelligendus figuratè, de celeritate, & mobilitate, qua Sapientia in carne nos viſitauit, intelligendus eſt Quod voluit ſignificare Iacob, cum dixit, *Nephthalim ceruus emiſſus;* in hoc enim animali voluit ſignificare, & oſtendere cum quanta velocitate Deus venerit in carne. Pro qua re videndus eſt Nazianz. *orat. 5. apolog.* in qua notauit Scripturam ſacram ad indicandam ſummam celeritatem Dei in ſubueniendo miſeris, eam volatum potiùs inuocaſſe, quàm celeritatem, iuxta id, quod eſt *in Pſalm. 17.* vbi dicitur de Deo, *Qui aſcendit ſuper Cherubin, & volauit;* [c] *volauit ſuper pennas ventorum.* Similis locus eſt apud Iſai. *cap. 19.* cum ait, *Ecce aſcendit Dominus ſuper nubem leuem,* quæ non ab alio duce regitur, quàm à vento ipſo: ſic volat diuina charitas non ab alio duce, quàm ab ipſo amore. Quæ fuit ratio, cur prophani Authores amorem nudum effinxerint, & alatum, vt non curreret, ſed volaret. Similis igitur hæc figura eſt in his verbis, *Nephthalim ceruus emiſſus,* eſt enim Dei velocitas in veniendo primò oſtenſa in ſorte Nephthalim; [d] in Galilæa enim primò cæpit prædicare Chriſtus Dominus, vt ſit in

[z] *Celeritas aduentus Chriſti monſtratur.*

Pſalm. 41. Auguſt.

[a] *Maior citiũ fuit quàm potuerat ſperari.*

Guarric.

[b] *Plus namq; cruciabat Deum compaſſio, quàm nos paſſio.*

Sapient. 7.

Nazianz.

Pſalm 17.

[c] *& ideo nõ cucurrit ſed volauit ad ſubueniendũ.*

Iſai. 19.

[d] *Huius autẽ volatus Dei in carne prima manifeſtatio in Nephthali.*

Digitized by Google

in his verbis oſtenſa ea velocitas, qua Deus in carne venit, & apparuit prædicando in Galilæa, vel ſaltem ſit oſtenſum primum vernantis temporis principium totius Eccleſiæ, quod primum cæpit florere, & videri in ſorte Nephthalim eritque alluſio in his verbis ad celeritatem, qua terra Nephthalim inter alias prima flores, & fructus edebat, vt ſit aduentus Chriſti Domini in ſorte Nephthalim, quaſi velociſſimum vernantis temporis principium. Qua loquendi forma vſus eſt Cyrillus Alexand. cùm longè aliter, quàm ſit in vulgata lectione, interpretatur ea verba Iſai. *in cap.52.* vbi admiratus celeritatem prædicationis Euangelicæ per Chriſtum dixit Iſai. *Quàm pulchri ſunt pedes euangelizantium pacem ſuper montes :* ita enim potius locum legit Cyril. *Ego qui loquor vobiſcum, ſicut ver ſuper montes,* id eſt, ad inſtar ſum vernantis temporis, id eſt, flores reddendo [e] primos pollicentes optimos fructus; ſic enim Themiſtius eleganter flores appellauit, cum dixit, *iucundiſſimam floris ſpeciem, fructuum prænuntiam eſſe,* quemadmodum refert Pierios *titulo de amygdala.* neque alienum eſt à doctrina Sacra, Euangelium flores appellari, ſicut enim notauit D. Remigius *ad Rom.1. ad Galat.* 1. Euſeb. Cæſar. *lib. de præparat. Euang. cap.1. Euangelium bonus nuncius dicitur, quo peccatores vocantur ad iuſtitiam per Chriſtum.* Vnde Paul. *ad Hebr.7.* Euangelium vocat *meliorem ſpem,* quibus habet ſimilia ad Hebr. *cap.*8. Hic autem flos, ſiue bonus nuntius [f] primò germinauit in terra Nephthalim, iuxta illud Matth.4. *Pænitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum,* quod in ſorte Nephthalim primò dictum eſt.

Iſaias.
Cyril. Alex.
[e] *Vbi flores Euangelij primò apparuerunt :*
Themiſt.
Pier. Valer.
Remig.
Cæſarienſ.
Hebr. 7. & 8.
[f] *Idem enim flos qui & bonus nuntius.*
Matth. 4.

§. IV.

Altera allegoria ex vernantibus Martyrum coronis.

318. NEc minùs pulchra eſt allegoria, quæ deducitur ex verſione LXX. Interpretum, [g] quam ſequitur D. Ambr. hoc in loco, & D. Hier. *in quæſtionibus Hebraicis ſuper Geneſ.* ſic enim legit D. Ambr. *Nephthalim vitis remiſſa colligens in germine decorem,* vt ſit in his verbis alia quædam verni temporis deſcriptio deſumpta ex amputatione arborum, quæ in ea ſorte priùs fieri ſolebat, quàm in cæteris; nanque quemadmodum aduertit Columel. *lib. 4. de re ruſtica, cap. 9.* & Theophraſt. *de cauſis plantarum lib. 3. cap. 9. & cap.* 18. vbi aprica ſunt loca ſtatim in autumno amputantur vites, & arbores, ita, vt in talibus locis plantas videamus ſtatim in principio verni temporis gemmantes, & pampinis indutas; quod de hac ſorte peculiariter dixit Ambroſ. eleganter oſtendens pulchritudinem huius ſortis poſitam eſſe, non in virgultis, ſed in primis germinibus, hoc eſt, in gemmis plantarum, & in pampinis; quando in principio vernantis temporis erumpunt; in quo figurata fortaſſis fuit, ſicut voluit Ambroſ. *Sanctorum Martyrum* [h] *propter euangelium prima, & pulcherrima amputatio, vnde pulcherrimi quoque flores eruperunt.* Sicut enim eleganter notauit D. Leo *in ſerm.* 1. *de natali Apoſtolorum Petri, & Pauli, ſeges ſancta Euangelij tantùm fructificat demeſſa, quantum ſeminata.* In quam ſententiam dixit eleganter Nazianz. *orat.* 28. *eſt apud Poetas arbor, qua cum caditur, viret, & aduerſus ferrum certat; at ſi de re noua, nouo modo loquendum eſt, qua morte viuit, & occiſione pullulat, atque cum abſumitur, creſcit, qualis eſt virtus viri Philoſophi, floret enim inter cruciatus, & vita moleſtiar, virtutis ſegetem exiſtimat.* Putat autem Elias Cretenſ. hanc arborem eam eſſe, cuius meminit Horat. in Carmine, cum dixit :

[g] *Secundùm lectionem LXX. Allegoria poſterior.*
Ambr.
Hieronym.
Columell.
Theophraſt.
Ambr.
[h] *Figuratur nanque hic prima & pulcherrima Martyrum amputatio.*
Leo.
Nazianz.

Duris vt ilex, tonſa bipennibus
Nigris feracis frondis in Algido
Per damna, per cædes ab ipſo
Ducit opes, animúmque ferro. Horat.

Quod eleganter notauit etiam Chryſoſt. hom.4. ad populum : *Sicut,* inquit, *in arboribus, ſi quis fructum cum foliis auferas, & ramos omnes amputet, radice manente, tota cum maiori etiam ornatu arbor reſurgit.* Non minùs eleganter D.Cyprian. *in lib. de laude Martyrij, ſic quoties vitis ferro abſcinditur, creſcentibus pampinis melius vua veſtitur, nam & in augmentum futuri temporis cedit* [i] *quidquid iniuria ſua proficit.* Hoc ipſum velle videntur LXX. cumprimùm verni temporis principium deſcribunt, cuius pulchritudinem oſtendunt poſitam eſſe in amputatione virgultorum, ſeu potiùs in germine, atque in pampinis de reſectis arboribus pullulantibus, qualis pulchritudo cernitur in ſanctis Martyribus, qui propter Euangelium reſecti ſunt; quod voluit ſignificare Iacob, cum dixit, *Nephthalim virgultum reſolutum dans in germine pulchritudinem.*

Chryſoſt.
Cyprian.
[i] *Dum in augmentum futuri cedit quidquid iniuria ſua proficit.*
LXX. Interpr.

§. V.

Explicatio literæ.

SI ordo generationis ſpectetur, Nephthali de quo decimo loco vaticinatus eſt Iacob, ſextus [l] eius filius fuit natus de Bala ancilla Rachelis, ſicut dicitur Geneſ. 30. *Bala concipiens peperit alterum, pro quo ait Rachel : comparauit me Dominus cum ſorore mea, & inualui, vocauitque eum, Nephthali.* Quæ vox ſi elegantiores Hebræos conſulamus, contentionem, ſiue controuerſiam ſignificat quemadmodum aduertit Paul. Burg. *addit. 1. ſuper 30. cap. Geneſ.* vnde fit conſequens nullam alluſionem eſſe in hac prophetia ad nomen [m] impoſitum Nephthali ſicut fuerat in cæteris : quæ enim alluſio eſt inter controuerſiam, & contentionem, quod Nephthalim ſignificat, & id quod de eodem Nephthalim prædixit Iacob, cum dixit, *Nephthali ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis.* Quæ verba, ſicut diximus, ſignificant temporaneos eſſe fructus huius ſortis, vnde ratio laudationis deſumpta eſt apud Sacerdotes Leuiticos, qui propter primum manipulum oblatum, laudes componebant. 329.

[l] *Nephthali ſextus filius Iacob ex Bala ancilla.*
Gen. 30.
Burgenſ.
[m] *Nulla huius propheti[æ] ad nomen Nephthali alluſio.*

Illud etiam hoc in loco aduertendum eſt, quod notauit Aug. Eugub. *in comm. ſuper hunc locum,* diuerſitatem [n] ſcilicet, lectionis, quæ circumfertur de hoc vaticinio, ortum habuiſſe ex defectu punctorum Hebræorum, id eſt vocalium literarum inter Hebræos, quæ quoniam nullæ erant eo tempore quo LXX. Interpretes tranſtulerunt Scripturam ex Hebræo in linguam Græcam, fieri potuit ea diuerſitas : ablatis enim vocalibus à textu Hebræo, obſcurior, & magis ambigua manet litera Hebræa; quare mirum non eſt, ſi tanta diuerſitas in ea reperiatur. 330.

Eugub.
[n] *Ratio diuerſitatis in lectione huius loci.*

Dubia tamen mihi ſatis eſt ea lectio, [o] quam ſequuntur aliqui eruditiores Hebræorum, ſicut notauit D.Hieron. & poſt eum Vatabl. & noſter 331.

[o] *Dubia lectio quorundam Rabbinorum.*

Oleaſter.

Luſitanus Oleaſter;ſic enim legunt hanc ſententiam, *Nephthali cerua pulcherrima,qua propter ſui pulchritudinem dono datur, & qua facundè & ornatè loquatur*; nec enim dandus eſt locus illi fabulæ, quæ de Luſitanorum Duce Sertorio circunfertur,Scriptura nanque ſacra, quæ ſuprema veritas eſt, fabulas non admittit; pro ea tamen videndus eſt Plutarch. *in vita Sertorij*, & Valer. Max.*lib.1.cap.3.*& Plinius *lib.8.naturalis hiſtoria cap.32.ſunt*,inquit,*aliquando candido colore cerui, qualem referunt fuiſſe quinti Sertorij ceruam, quam eſſe fatidicam Hiſpania gentibus perſuaſit*; non igitur hæc eſt cerua, cuius meminit hoc in loco Iacob, hoc enim commentum eſt de cerua, & non vaticinium.

Plutarch. Valer.Max. Plinius.

332. Pro plena igitur cognitione huius lectionis, [p] quæ non eſt admodum diuerſa à vulgata, adducendus eſt titulus obſcurus *Pſalm.* 21. ex cognitione eius pendet clarior cognitio huius vaticinij;quod enim vulgata lectio habet, *in finem pro ſuſceptione matutina pſalmus Dauidis*,in Hebræo ita verti poteſt, *vincenti ſuper ceruam aurora pſalmus Dauidis.* Omiſſis igitur aliis expoſitionibus titulus hic propheticus eſt, & referendus neceſſariò ad Meſſiam ſeruatorem in eo veluti crepuſculo matutino, quo à tempore ſuæ paſſionis, vſque ad tempus admirabilis eius aſcenſionis [q] euangelium publicauit in Galilæa;appellatur autem illud tempus cerua matutina, quia cerua animal manſuetum eſt, nitidum, & mundum, atque omnino amabile. Quo ſenſu intelligendus eſt ille locus *Prouerb.5.*cum de ſponſa formoſa, & ſuo ſponſo chara, dicitur, *cerua chariſſima*,nos autem tempus illud vocamus *auroram*,Poëtæ, *reſiduum tempus.* Cerua igitur in Scriptura vocatur ea pars temporis tum propter ſui pulchritudinem, & deſiderium, tum etiam propter celeritatem,qua denunciat diem; aduertunt hoc Lyranus *in com.ſuper Pſalm.21.*& Burg. *addit. 1.ad eund. Pſalm.* aſſerentes vtrunque locum ſimillimum eſſe, & Nephthalim ceruum vocatum hoc in loco,quia celerrimè, vel nouos fructus maturos oſtendit,vel denunciat [r] eloquia pulchritudinis, (quale eſt Euangelium ſacrum) in ea parte orbis primò reuelata.

[p] *Sed innuatur eleganter & eruditè.*

Pſalm. 21.

[q] *Tempus à die Reſurrectionis vſque ad aſcenſionem,cerua matutina.*

Prouerb. 5.

Lyran. Burgenſ.

[r] *Totius vaticinij cöcinna declaratio.*

TRACTATVS XXXIV.

Decimum vaticinium.

§. I.

De amore Iacob erga filium Ioſeph.

333. ARgumentum huius decimæ prophetiæ, & eiuſdem ſubiectum & materia, eſt pulcherrimus filius Iacob ex pulcherrima Rachele, Ioſeph ſcilicet,& amore parentis, & virtutum ornamentis inter cæteros filios,quos habuit Iacob, maior,quamuis generationis ordine, partus fuerit vndecimus ex Iacob, primus autem ex Rachele,quem Hebræi,ſicut notauit Philo *in lib.de Ioſeph*,vitæ mundum appellant, Græci autem *Dei appoſitionem*,ſiue *magnum Dei incrementum*, Patres tam veteris, quam noui teſtamenti, *characterem*, ſiue *figuram Chriſti ſeruatoris*, aptiſſimo nomine vocauerunt. In hunc optimum filium, cum in toto vitæ curſu, vehementer exarſerit parentis amor, in morte vehementiùs proditus eſt, in qua fuſiùs, & chariùs dixit de hoc filio, quam de cæteris, nec enim nouit amor amorem celare, neque modum tenere in amando. Cùm igitur non poſſet viuendo amoris ſignificationem continuare Iacob, moriens, vaticinando continuauit, cum dixit, *filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens,decorus aſpectu*, vtranque amoris rationẽ inſinuans,& pulchritudinẽ, & virtutem.

Philo.

[a] *Ioſephi honorifica appellationes.*

Sed quærit vehementer D. Ambroſ. *in lib. de* 334.
Ioſeph. cap. 12. Vtrùm æquum fuerit, maiorem amoris ſignificationem oſtendiſſe morientem Iacob erga Ioſephum,quàm erga cæteros fratres, cum hæc amoris prælatio inter æquales, ſoleat eſſe inuidiæ ſeminarium; id quod ſæpius expertus fuerat Iacob amore huius eiuſdem Ioſeph. Sunt autem hæc verba Ambroſij, *Amare filios* [b] *dulce, impenſius amare pradulce: ſed frequenter amor patrius,niſi moderationem teneat, nocet liberis: ſi autem nimia indulgentia dilectum reſoluat, aut pralatio vnius, cateros ab affectu germanitatis auertit; plus autem acquiritur filio, cui fratrum amor acquiritur; hac praclara munificentia Patrum, hac ditior hareditas, iungat liberos aqualis gratia,*[c] *quos iunxit aqualis natura, lucrum pietas neſcit pecunia, in quo pietatis diſpendium eſt.* Mirandum igitur eſt, ſi ſapientiſſimus pater Iacob moriens voluerit relinquere inter duodecim filios,quos genuit,odiorum magnum ſeminarium, præſertim cum de Cyro optimo Perſarum Rege memoriæ proditum reliquerit Xenoph. *in lib.8. de Cyropadia* eundem alloquutum ſic morientem fuiſſe duos filios quos genuit: *Ego quidem nunc ambos vos ex aquo amo ô filij*: ſuſpecta enim eſt quælibet amoris ſignificatio inter eos, quos natura æquales fecit.

[b] *Amor parentum nimius nocet filiis.*

[c] *Ditior hareditas aqualis gratia inter liberos.*

Xenophon.

Tres igitur cauſas maioris amoris in hunc fi- 335.
lium afferre ſolent ſancti Patres, quarum prima eſt,quia filius [d] ſenectutis erat, quæ quidem deſumpta eſt ex Scriptura in lib.Geneſ.vbi dicitur; *Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eo quòd in ſenectute genuiſſet eum*; ſerò enim natos impenſiùs amant parentes, vel, quia diu deſideratos,vel,quia nullam prolem ſperant poſtea natura iam effœta, quippe quæ extremum attigerit terminum, quemadmodum dixit Philo *in lib. de Abraham*,& notauit Homer.*lib.* 20.*Iliadis*, cum dixit Priamum Regem nouiſſimum filiorum Polydorum clariſſimum habuiſſe, quia nouiſſimus erat. Quod ſignificare voluit Poëta 8. *Æneid.* cum de Pallante Euandri Regis filio dixit:

[d] *Filius ſenectutis plus diligitur à parentibus, & quare?* Geneſ.

Dum te,chare puer,mea ſera, & ſola voluptas
Complexu teneo.

Dum ſeram voluptatem dixit, filium ſenectutis dixit.

Secunda ratio huius maioris amoris petita eſt 336.
ex incremento virtutis [e] reperto in Ioſeph, ſicut optimè notauit D. Ambroſ.*in lib.de Ioſeph.cap.2.* cum ita habet:*ſed nec libertatem auferre poſſumus parentibus, ne eos plus diligant, quos plus credunt mereri,nec filiis reſecare debemus ſtudium plus placendi parentibus*; ſi enim, ſicut eleganter argumentatur Philo lib.de Ioſeph,*Rex Ægypti Pharao vel ex ſolo primo aſpectu non ſolùm Ioſephum amauit, ſed eundem totius regni ſui Principem creauit,videns enim hominem, ſtatim eundem ingenuum,& bene natum iudicauit,elucent enim in ipſa facie nota non omnibus tam conſpicua,ſed ſolis perſpicaces mentis oculos habentibus*; quid mirum, ſi pater

[e] *Prafertur & iuſtè in amore patris melior filius.* Ambr.

Philo.

[f] *Ioſeph optimus fratrũ ſuorum.*

pater, eundem Ioſephum,[f] quem genuerat, quem educauerat, & cuius incrementa virtutum ſatis perſpecta fuerant, plus amauerit hunc, quàm cæteros alios filios? eſt enim maioris amoris ratio, maior in virtute progreſſus.

[g] *Denique & ille meritò plus amatur à Patre, qui diuinum aliquid præſignrat.*

Ambr.

Chryſoſt.

337. Tertia verò huius amoris cauſa fuit, ſignificatio eiuſdem Ioſeph, ſecundùm quam [g] Christum Dominum referebat, quemadmodum latè notauit D. Ambroſ. *in lib. de Benedict. Patriarch.* vbi inter cætera ita habet: *Denique & Iacob illum plus amabat, in quo maiora inſignia virtutum preuidebat, vt non tam filium pater prætuliſſe videatur, quàm propheta myſterium.* Videndus eſt Chryſoſt. *hom. 61. ſuper Geneſ.* vbi omnes has tres amoris rationes affert, inquiens, *magis amabiles ſunt pueri, qui in ipſa ſenectute generantur, maioremque patrum beneuolentiam conſequuntur, ſed hoc non erat ſolum quod patrem illi conciliabat, & præferri eum aliis faciebat, ſed ſuperna etiam quædam gratia fuit, quæ iuuenem amabilem reddebat,* &c. quæ proſequitur Chryſoſt. vnde eleganter D. Proſper. dixit in *lib. de promiſſionib. p. 1. cap. 25. Ioſeph, & Beniamin germani ex patre Iacob, & ex matre Rachele, quorum actio* [h] *omnis Chriſtum ſonat, & Eccleſiam, dictum eſt enim, Iacob diligebat Ioſeph, dixit & Deus Pater de Filio ſuo* Matth. cap. 3. *Hic eſt filius meus dilectus, tam enim iuſta fuit hæc dilectio Iacobi, vt referat eam dilectionẽ, qua Pater æternus Filium diligit;* proſequiturque Proſper. omnia ea, in quibus Ioſeph figura fuit Chriſti, quæ ratio fuit maioris amoris. Videndus eſt Tertull. *in lib. 3. Carm. contra Marcion.* ita de Ioſeph dixit:

Proſper.

[h] *Ioſeph omnis actio Chriſtum ſonat.*

Tertullian.

Tam propria Chriſti, tam lucida lucis imago
Omnibus eſt manifeſta, quibus ſunt lumina menti,
Vt ſpeculo vultus firmam ſpem cerneret poſſint.

Tertullian.

Auguſt.

Philo.

338 Similia habet idem Tertul. *lib. 3. contra Marcion. cap. 18. & lib. contra Iudæos c. 10.* & Auguſt. *ſerm. 86. de tempore.* Ego autem ſic ex Philone argumentor in cõfirmationem huius tertiæ rationis; notauit enim Philo, *in lib. de opificio hominis,* cum dixit, *rationem imaginis ad Deum in eo poſitam eſſe, quòd ipſe Deus fuerit Archetypus hominis, non ita cæterarum rerum, ſed ad modum, quo artifices faciendorum ſunt idolum, Deus autem gubernans fuit ipſum idolum hominis;* quaſi velit idolum cæterarum creaturarum fuiſſe quidem Deum, ſed tamen quodammodo emortuum ad inſtar eius imaginis, & idoli, quod habent artifices rerum faciendarum, quod mortuum quidem eſt; non ita in Deo imago hominis, hæc enim viua Dei moderantis, & gubernantis orbem, effigies eſt. quam imaginem expreſſam velut viuam quandam ſtatuam homo affert, propter quam à cæteris creaturis colitur, & veneratur, ſiue cæleſtes ſint, ſiue terreſtres Huic autem imagini addidit Ioſeph imitationem quandam [i] Dei redimentis, & patientis, & quod magis eſt, idolum fuit Deus hominis, eiuſque primus Archetypus; Ioſeph autem idolum fuit Dei incarnati patientis, & redimentis hominem, nanque Ioſephum videtur Deus imitatus in noſtra redemptione, nos autem Deum in noſtra creatione. Hæc igitur videtur maior amoris ratio, propter quam prætulit Iacob in amore cæteris omnibus ſuis filiis vnicum Ioſephum; hoc autem potiùs eſt Chriſtum [l] diligere, quàm filium; motus enim amoris potiùs fertur in rem imaginatam, quàm in imaginem.

[i] *Ioſeph ſupra communem creatoris imitationem, imitatus eſt Redẽptorem.*

[l] *Iacob diligens Ioſeph Chriſtum diligebat.*

In hanc eandem confirmationem videnda eſt elegantiſſima hom. Ioan. Chryſoſt. tom. 1. de Anna, & educatione Samuelis, *Anna,* inquit, *Samuelem infantem conſpiciebat, non tantùm vt infantem, ſed vt rem Deo conſecratam, atque ita matri geminus amoris ſtimulus inſitus eſt, alter à natura, alter à gratia, & fortaſſis magis propter gratiam:* nam ſi qui phialas, & pocula aurea Deo dedicaturi ſunt, poſteaquam ea iam conſpecta acceperint, dumque reſeruauerint, nequaquam ea, quaſi prophana vaſa intuentur, ſed tantùm Deo ſacra, nec audent ea temerare, neque citra cauſam attingere; ſic Anna antequam puerum conſecraſſet, quid mirum ſi Iacob ſuum Ioſephum, non ſolùm plus dilexerit, ſed etiam inter cæteros eum magis veneratus ſit? Nec enim res conſecranda Deo erat, ſed iam imago [m] ſacra redimentis, & patientis Chriſti: ex filiis enim Iacob, Iudam elegit Deus: de quo carnem acciperet in carne, Ioſephum autem de quo imaginem in paſſione. Hæc præfati ſumus, ne quiſpiam exiſtimaret paſſum fuiſſe Iacob aliquid humanum præferendo Ioſephum cæteris in amore. Reliquum eſt, vt ad difficiliores particulas huius vaticinij de more cæterorum accedamus. 339. Chryſoſt.

[m] *Cum videret in filio ſacram redemptu nos Dei imaginẽ.*

TRACTATVS XXXV.

Filius accreſcens Ioſeph, ſiue, de Inuidia.

340. Aggreditur Iacob prophetiam filij ſui chariſſimi, & à nominis impoſitione prima, & à cauſa inuidentiæ fraternæ; vtrunque enim ſignificant hæc prima verba, Ioſeph autem dictus eſt à Rachele *Geneſ.* 30. quando primum eum peperit, ſic enim habetur eo in loco, *quæ concepit, & peperit filium, & dixit: Abſtulit Deus opprobrium meum, & vocauit nomen eius Ioſeph, dicens: Addat mihi Dominus filium alterum.* Vnde Ioſeph *additio,* ſiue [a] *incrementum* appellatur. Hinc orta eſt vniuerſa ratio inuidentiæ, ſemper enim inuidia fælicitatem, ſiue incrementum ſequitur; quoties enim nobis occurrit fælix Ioſephi recordatio, toties fraterna inuidia occurrit: ſicut enim eum fælicitas ſequuta eſt, ſic & inuidia; quemadmodum enim virtutis fortuna comes dicitur, ſic & inuidentia; inſequitur enim fælicitatem inuidia, ſicut vmbra corpus. Vnde eleganter dixit Philo in lib. de Ioſeph, *Inuidia magnarum fortunarum aduerſatrix perpetua, domum Iacob fortunatiſſimam continuò perturbauit.* Et in *lib. de agricult.* dixit eleganter, *in virtute, ſi non datur tenere faſtigium,* [b] *vel in medio ſatis vtilitatis capitur, & ſunt qui hanc poſſeſſionem potiorem exiſtiment, inuidiæ excelſa petenti minùs obnoxiam.* Videndus eſt Theodoret. & D. Auguſt. exponentes illud Pſalm. 104. *conuertit cor eorum, vt odirent populum eius.* Quem locum affert Card. Bellarm. *tom. 3. controuerſ. lib. 2. cap. 13.* eſtque doctrina deſumpta ex D. Thoma *ſupra epiſt. ad Rom. cap. 9.* & fuerat olim D. Baſilij, *in orat. Quòd Deus non ſit author malorum;* ſecundùm autem eam doctrinam ſtatuitur, potuiſſe Deum poſitiuè conuertere corda Ægyptiorum in odium Hebræorum, non tamen phyſicè, ſed occaſionaliter, hoc eſt, dum beneficia magna conferebat in Hebræos, Ægyptiorum corda mouebat in odium, & inuidiam Hebræorum;

Gen. 30.

[a] *Ioſeph additio ſiue incrementum inuidiæ fomes.*

Philo.

[b] *Media ab inuidia tutiora.*

Theodoret.

Auguſt.

Bellarm.

D. Thom.

Baſilius.

Hebræorum; nihil enim tam mouet inuidorum
corda, quàm eorum quos inuident, bona. Quo
Pſalm.104. pacto intelligendus eſt locus citatus Pſalmi, *Con-
uertit cor eorum, vt odirent populum eius*, occaſio
odij fuit beneficium Hebræorum. Videndus eſt
Auguſt. D. Auguſt. *Pſalm.29.* cum congruenter dixit in
hanc ſententiam, *tormenta animi non ſentit, qui*
[c] *Qui autem proficit illico preſſuram ſentit,* *non proficit, putat enim, quia pax eſt; incipiat* [c]
*proficere, tunc videbit in qua preſſura ſit, quia cum
creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparue-
runt & zizaniæ.* Hæc igitur ratio inuidiæ fuit
inter fratres, quam vt ſignificaret Iacob, nomi-
nis impoſitionem filij ſui attulit aſſerendo eum
incrementum appellari, inſequitur enim incre-
menta inuidia. Neque aliena eſt verſio aliorum
qui ita potiùs vertunt, *ramus accreſcens*, ſeu *ra-
mus fructificans*, ſeu *planta conſita ſecus decurſus
aquarum filius Ioſeph*; hæc enim omnia tranſla-
tiones quædam ſunt ad ſignificandum incremen-
[d] *Sicut Ioſepho cōtigit.* tum [d] Ioſephi, tum in virtute, tum etiam in
principatu, quod obiectum fuit inuidentiæ fra-
ternæ. Hæc igitur prima verba huius vaticinij
oſtendunt cauſam odij fraterni, ſequentia verò
demonſtrant cauſam iniuriæ illatæ in Ioſephum
ab adultera Ægyptia, quarum prima fuit incre-
mentum virtutis, ſecunda pulchritudinis.

TRACTATVS XXXVI.

De verbis illis, *Decorus aſpectu*, ſiue, *De pulchritudine interdum pernicioſa.*

341. QVOD litera Hebræa habet *ſuper fontem,
vel ad oculum*, idem prorſus ſignifi-
cat vox Hebræa æquiuoca, fontem, ſiue
oculum, quaſi ſit ſenſus, *filius accreſcens Ioſeph
iuxta fontem, vel ad oculum*, metaphora ſumpta
vel ab arboribus, quæ prope flumina pulchriùs
creſcunt, vel à pulchritudine, quæ ad oculum
quodammodo excreſcit, præſertim cum eadem
vox Hebræa ſignificet etiam colorem, & extimam
ſuperficiem, ex quibus reſultat [a] pulchritudo,
[a] *Pulchritudo quid.* quæ apta figura membrorum eſt cum coloris
Cicero. quadam ſuauitate, ſicut eam definit Cicero *in*
Plotinus. *Tuſculanis quæſtionib.* & Plotinus, Platonicus
Philoſophus *Æn.1.lib.1.cap.2.de pulchro.* Vnde
Hieronym. fortaſſis D. Hieronym. inuenit eam lectionem,
quæ vulgaris nunc eſt. *& decorus aſpectu*, vel ſal-
tē voluit phraſim Hebræam ita exponere, quaſi
in illis verbis Hebræis ſit tranſlatio elegantiſſi-
ma petita ab arbore conſita prope fontem ad
[b] *Phraſis Hebræa exponitur.* pulchritudinem noſtram, vt ſit ſenſus, [b] non mi-
nùs decorus eſt Ioſephus, quàm ea pulcherrima
planta, quæ in patulos, & virides ramos diffun-
ditur propter vicinum humorem.

§. I.

Appetitur Ioſeph iaculis impudicitiæ.

342. NOn eſt autem negandum externam pulchri-
tudinem plerunque eſſe interioris pulchri-
Ambr. tudinis vmbram, ſicut dixit Ambroſ. lib. 2. de vir-
ginibus. *Species*, inquit, *corporis, ſimulachrum
eſt mentis, figuráque probitatis*; nanque natura
ipſa magnis mentibus domicilia corporum di-
gna metata eſt; ita ex vultu hominis, decoréque
membrorum intelligitur quantus illuc intrauerit
cæleſtis ſpiritus habitator. Verùm hoc *naturæ
priuilegium*, vt illud vocauit Plato, interdum Plato.
[e] pernicioſum eſt illis, quibus conceſſum eſt. [e] *Pulchritudo naturæ priuilegium interdū perniciosum.*
Vnde eleganter Socrates quem refert Diogenes
Laertius *in vita Ariſtotelis*, pulchritudinem vo-
cauit, *breui tempore tyrannidem*, Theophraſtus
autem *tacitam deceptionem*, Theocritus *eburneum* Diogenes.
detrimentum, ita vt ex ſententia Philoſophorum Theophraſt.
coniuraſſe videatur pulchritudo in perniciem Theocrit.
eorum, quibus eadem conceſſa eſt. Vnde Iuue- Iuuenal.
nal. *in Satyr.* 10. dixit: —*filius autem*

Corporis egregij, miſeros, trepidóſque parentes
Semper habet.

Eſt in hanc ſententiam optimus locus apud Ter- Tertul.
tullian. *in lib. de cultu fæm. cap. 2. ad finem*, vbi
inter cætera ita habet: *nam etſi accuſandus decor
non eſt, vt fælicitas corporis, vt diuinæ plaſticæ ac-
ceſſio, vt animæ aliqua veſtis vrbana, timenda ta-
men eſt pulchritudo, vel propter iniuriam, & vio-
lentiam ſpectatorum, quam etiam pater fidei Abra-
ham in vxoris ſuæ ſpecie pertimuit.* Similia dixit
Tragicus Senec. *in Hypol. choro 2.*

Raris forma viris (ſæcula proſpice) Tragic.
Impunita fuit.

Proſequitur hoc etiam argumentum Tacit. *lib. 2.*
ſuæ hiſt. cum agit de Caij Silij pulchritudine, cu- 343. Tacitus.
ius amore deperiit Meſſalina Claudij Cæſaris
coniux, de quo dixit Satyricus:

——*optimus hic, & formoſiſſimus idem* Iuuenal.
Gentis patritiæ rapitur miſer, extinguendus
Meſſalinæ oculis.

& paulo inferiùs,

Præbenda eſt gladio pulchra hæc & candida
ceruix.

Extat in hanc ſententiam nobiliſſimum Epi-
gramma Fauſtinæ pulcherrimæ, quam eius con-
iux nullo alio crimine, quàm propter diuinita-
tem pulchritudinis, interemit, nec enim exiſti-
mauit cum tanta pulchritudine ſtare poſſe pudi-
citiam:

Immitis ſecuit ferro mihi colla maritus,
Dum propero niuei ſoluere vincla pedis.

Vnde eleganter dixit Gregor. Nazianz. *orat.* 18. Nazianz.
apolog. afferens locum ex *Pſalm.* 44. vbi Regius Pſalm. 44.
vates de externa pulchritudine Meſſiæ Seruato-
ris, ita dixit: *Speciosus forma præ filiis hominum,
diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit
te Deus in æternum*; *Neque*, inquit Greg. Nazian.
*ſpatium concedit Regius vates, id quod externum
eſt, aſpiciendi, nimirum ſpectatorem ad internum*
hominem conuertens ſtatim, periculoſus [d] *nanque* [d] *Quàm periculosè ſiſtitur oculus externæ pulchritudo.*
eſt aſpectus pulchritudinis externæ. Quæ fuit ra-
tio, cur maximè laudauerit Valer. Max. Spuri-
nam nobiliſſimum pariter, & pulcherrimum
adoleſcentem, qui cum intelligeret, quàm peri- Valer. Max.
culoſa eſſet eximia corporis pulchritudo, exem-
plum dedit longè pulcherrimum, & omnium ſæ-
culorum memoria digniſſimum; cum enim pul-
cherrima corporis ſpecie illuſtrium fæminarum
ſollicitaret oculos, oris decorem [e] vulneribus [e] *Inſigne pudicitiæ documentum.*
confudit, deformitatémque ſanctitatis ſuæ fidem
quàm formam irritamentum libidinis eſſe ma-
luit; neque defuiſſet Ioſepho tale dehoneſtandæ
formæ ludibrium, ſi non diuina Prouidentia
fratrum ſuorum inſidiis defunctum maiori diſ-
crimini obiicere ſtatuiſſet, vt vel ſic animi ſui
præſtantiam declararet, magnúmque exemplum
continentiæ præberet, qui neque captus quidem

capi

[f] Ioſeph libidinis & inuidiæ victor. Ambr.

capi potuit, & eſſet non minùs libidinis, [f] quam Inuidiæ fraternæ victor. Quod proſequitur Ambroſ. *lib. de Ioſeph, cap. 5.* vbi inter cætera ſic ait: *Cum eſſet Ioſeph ſpecioſus facie, & decorus aſpectu valde, venuſtatem ſui vultus ad lineam non deriuauit iniuriam, ſed ad ſuam ſeruauit gratiam, hoc ſe pulchriorem ratus, ſi non diſpendio caſtitatis, ſed cultu pudoris ſpecioſior probaretur, illum eſſe verum decorem, qui non alienos oculos caperet, nec fragiles mentes vulneraret, ſed iudicia acquireret vniuerſorum, fraude nulli futurus, laudi ſibi, iam ſi qua petulantibus oculis aſpexit, illius crimen ſolius eſt, qui malè vidit, non huius, qui malè ſe nollet videre, neque in eo, quod viſus eſt, culpa eſt.* Ex quibus iam colligitur alienam omnino fuiſſe Ioſephi pulchritudinem à turpi libidine. Quamuis autem vel ſic pernicioſa fuiſſe videatur, eam tamen commodauit Iacob, quia [g] occaſio fuit triumphi, ſicut & augmentum eius, occaſio fuit inuidiæ fraternæ, vtriuſque enim meminit victoriæ Iacob hoc in loco, cum dixit: *filius accreſcens Ioſeph, & decorus aſpectu, filiæ diſcurrerunt ſuper murum,* &c. ita vt in primis his verbis occaſio certaminis oſtendatur; in ſequentibus verò, incipiendo ab illis *filiæ diſcurrerunt ſuper murum*, oſtenſum eſt ipſum certamen, tum contra libidinem, tum etiam contra inuidiam.

[g] Cui pulchritudo non ruina, ſed triumphi occaſio.

344. Quod vt meliùs intelligatur, conſulendus eſt hoc in loco Rupertus Abbas, vbi oſtendit ex eo loquendi modo, quo vſus eſt Iacob hoc in loco, ſignificaſſe impudicam [h] eam Ægyptiam, quæ libidine exarſit in pulchritudinem Ioſephi; poſito enim plurali pro ſingulari ad amplificandam rem de more Hebræorum, cuius incontinentia denotatur, cum dicitur, *filiæ diſcurrerunt*, talis enim deſcribitur impudica mulier *Prouerb. 7.* quæ domi ſe nequeat continere, *vagi ſunt greſſus eius, garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis:* quod inter Ægyptias maximum vitium erat, ſicut notauit Plutarch. *in præceptis connubialibus*, vbi refert mulieres Ægyptias non eſſe ſolitas vti calceamentis, ne foris prodirent. Imò apud omnes Orientales, præſertímque apud Palæſtinas fœminas vagus diſcurſus nota [i] impudicitiæ fuit: quo pacto intelligendus eſt ille locus Cantic. 1. *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes, ne vagari incipiam iuxta tabernacula paſtorum.* Verbum autem Hebræum ita ſonat, *ne habear, tanquam capite obuoluta*, id eſt, *meretrix*; hic enim apud Palæſtinos erat habitus meretricius, ſicut conſtat *Geneſ. 38.* quando Iudas inuenit Thamar in biuio capite obuolutam. Idem igitur eſt *vaga mulier*, & *impudica mulier*; imò & honeſtiſſimam fœminam effingebant veteres, vt fecit Phidias ſtatuarius, quem refert Pauſanias *lib. 6.* Plutarch. *in connubialib.* & *in lib. de Iſide & Oziride*, Stobæus *ſerm. 72.* inſidentem ſuper teſtudinem, id eſt, tardigradam; [l] talem enim dicebant eſſe honeſtam fœminam. ad quod alludere videtur Tibullus *lib. 3. elargiar. eleg. 3.* cum dixit:

Rupert.

[h] De impudica Ægyptia domina Ioſephi hic ſecundum Rupertum.

Prouerb. 7.

Plutarch.

[i] Diſcurſus etiam mulieris ſignum impudicitiæ.

Cantic. 1.

Gen. 38.

Pauſan. Plutarch. Stobæus.

[l] Sicut è contra tardus egreſſus pudicitiæ ſymbolum.

Tibullus.

Et faueas conchâ Cyprea vecta tuâ.

Id quod etiam voluerunt omnes ferme Poëtæ cùm in concha introducunt venerem honeſtam deductam, ſiue deuectam, id eſt, gradientem ſuper teſtudinem; talis enim habitus eſt honeſtæ mulieris. Vnde eſt ille modus loquendi apud Chaldæos, quo impudicas mulieres ſignificabant, eas vocantes, *foras exeuntes*. Videndus eſt Nazianz. *in ſuo admonitorio ad mulieres*, cū ita habet; *non multum extra veſtibulum mitte pedem, neque ad delectationem popularem, & immodeſtam turbam; hæc enim pudorem auſert etiam prudentibus, oculos verò oculis miſcet.* Similia habet Tertull. *in lib. de cultu fœminarum*, cùm ait, *vobis autem nulla procedendi cauſa non tetrica.* Videndus eſt Hieron. *ad Euſtoch.* cuius hæc verba ſunt: *rarus ſit egreſſus tuus in publicum, martyres tibi quærantur in cubiculo, nunquam cauſa deerit procedendi, ſi ſemper, quando neceſſe eſt, proceſſura ſis; rarò enim pudicitia, & fama fœminarum tuta eſt in publico, ſeu in foro.* Eleganter igitur Iacob modeſtè volens inculcare impudicitiam Ægyptiæ mulieris, quæ oculos coniecit in pulcherrimum filium Ioſephum, dixit, *filiæ diſcurrerunt per murum*, hoc eſt vaga, & impudica Ægyptia turpi libidine te aſpexit; idem enim in fœminis eſt per murum diſcurrere, ſeu in foro videri, & impudicas eſſe. Vnde non ineptè L X X. Interpretes, quos ſequitur D. Ambroſ. *in lib. de Benedict. cap. 11.* quod vulgatus Interpres dixit, *ſuper murum*, vertunt illi, *ad me conuertere ô fili*; quaſi vellet, aſpiciente te impudica muliere, tua periclitatur pulchritudo, quare ad me ô pulcherrime fili tuam faciem conuerte potius quàm ad illam, ne pereas. Sic igitur hunc locum interpretantur Rupertus Abbas, & Brixian. quorum expoſitionem libenter amplector. Si quis autem hunc locum voluerit dilatare, videat Ambroſ. *lib. 2. com. in Luc.* ſuper illis verbis, *& ingreſſus Angelus ad eam.* Similia habet idem D. Ambr. *in lib. 3. de virginibus*, vbi dicit, *Sed ea, quæ ſponſum Chriſti requirit, non debet eſſe vulgaris, non debet eſſe in foro, non in plateis, voce querula, greſſu lubrica, facilis auditu, vilis aſpectu.* Videndus eſt idem Ambroſ. *epiſt. 64.* vbi notauit, Angelum Virginem domi inueniſſe. Videndus eſt Chryſoſt. *hom. 10. in 1. ad Timoth. & homil. 60. in Ioann.*

Naziānz.

Tertul.

Hieronym.

LXX. Interpr. Ambr.

Rupert. Brixian.

Ambr.

Chryſoſt.

Hæc autem expoſitio mihi magis placet pro- 345.
pter particulam, *ſed*, aduerſatiuam, [n] qua vſus eſt hoc in loco vulgatus Interpres, cum dixit, *ſed exaſperarunt eum*; quo verbo Hebræo, ita potiùs dicendum fuerat, *ſed amaricauerunt eum*, ſeu *amaritudine affecerunt eum*, quem videbantur diligere, talis enim eſt amor meretricius, ſiue prophanus, ſæuit enim infœlix amor, & modus hic amoris potiùs crudelitatis eſt, quàm charitatis; quamuis enim prima fronte dulcis videatur, amarus tamen eſt. Vnde Pierius Valer. refert eleganter *lib. 25. ſymbolorum, Fauum mellis de cuius ſummo pendebat amariſſima herba abſynthiū; ſignificare impudicum amorem*, quod Sapiens dixit in Prouerb. 5. *fauus diſtillans labia meretricis, nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthium, & acuta quaſi gladius biceps.* Quibus verbis Sapiens videtur oſtēdere amorem prophanum non ſolùm lædere eos, quos amat, ſeu amatos, verùm etiam amantes: quod aduertit ipſe Auguſt. in hoc ipſo argumento *tom. 10. ſerm. 83.* *Amabat illum, an potius ſe? Ego puto, quia nec illum, nec ſe; ſi illum amabat, quare volebat perdere? ſi ſe amabat, quare volebat perire?* Verùm talis eſt pernicioſus amor; ipſis enim amantibus, & amatis etiam nocere ſolet, ſicut eleganter proſequitur Tragicus in Hyppolito, atque etiam in Medea: Vnde iam conſtat particulam illam, *ſed*, aduerſatiuam [o] ſatis oſtendere vim amoris prophani; quis enim putaret mulieres accurrentes ſuper murum ad contemplandam pulchritudi

[n] Particula ſed aduerſatiua ſi ſumitur hic iuuat prædictā expoſitionem.

Pier. Valer.

Auguſt.

Tragic.

[o] Indicant periculū fuiſſe Ioſeph ex amore Ægyptiæ.

pulchritudinem Ioſeph, eaſdem Ioſephum pene perdidiſſe, niſi repugnaret diuina prouidentia? ſed talis eſt prophanus amor, dulcis in principio, amarus in fine.

§. II.

Appetitur Ioſeph inuidiæ morſibus, & ſagittis.

346. IN altera parte huius verſiculi introducit iam armatam inuidiam [p] fraternam, cum dixit, *& iurgati ſunt, inuideruntque illi habentes iacula;* nanque arcus, & ſagittæ apud Ægyptios apparatus bellici ſignum eſt, inuidia nanque pugnat ad- aduerſus domeſtica decora, mauultque liuidus innumera perpeti mala, quàm videre proximum in pretio habitum, etiamſi gloriæ pars ad eum peruentura ſit, quemadmodum proſequitur Chryſoſt. *ſerm. 4. de Lazaro* ex Luc. *cap.* 16. Eſt autem conſuetum in Scriptura, inuidiam, cum in verba exit, cum arcu, & ſagittis introducere, ſicut notauit Hieronymus in quæſtionib. Hebraicis ſuper Geneſ. *ô fili mi Ioſeph, qui tam pulcher es, vt te tota de muris proſpectet turba Ægypti, inuiderunt tibi, & te ad iracundiam prouocauerunt fratres tui habentes liuoris ſagittas, & zelo iaculis vulnerati, ſagittarij enim ſunt inuidentes, & qui acerba loquuntur;* ſicut patet in *Pſalm.* 63. vbi contra inuidos, ita dicitur: *Exacuerunt vt gladium linguas ſuas, intenderunt arcum rem amaram, vt* [q] *ſagittent in occultis immaculatum.* Qui locus ad literam ex Hebræo, ſic transferendus eſt, *tetenderunt ſagittam ſuam verbum amarum.* Similia habentur in Pſalm. 56. *filij hominum dentes eorum, arma, & ſagittæ.* Quem locum transferens Genebrard. ita exponit, *homines habent verba dentata, & ſagittantia.* Proſequitur hoc argumentum D. Bernard. *in ſerm. de triplici cuſtodia, manus, linguæ, & cordis,* vbi oſtendit multo ſæuiorem eſſe linguam, quàm clauos, [r] qui Chriſti Domini viuentis pedes, & manus aperuerunt, quàm lanceam, quæ dormientis Chriſti Domini latus in Cruce vulnerauit; tunc addit, *leuis res ſermo; tenera, mollis, & exigua caro lingua hominis, quis ſapiens magnipendat? leuis quidem res ſermo, quia leuiter volat, ſed grauiter vulnerat; leuiter tranſit, ſed grauiter vrit; leuiter penetrat animum, ſed non leuiter exit; facilè volat, & propterea facilè violat charitatem.* Mihi autem videtur hoc in loco acerbitatem inuidiæ fraternæ in Ioſeph amplificaſſe Iacob, non ex geſtis crudelibus, ſed ex verbis inuidioſis; magis enim nocet inuidia verbo, quàm re. Vtcunque igitur hic locus intelligatur, ſiue de ſola inuidia fraterna, ſiue de libidine, ſiue de vtroque, in eo tamen continetur triumphus Ioſeph.

[p] *Inuidia ſemper armata.*

Chryſoſt.

Hieron.

Pſalm. 63.

[q] *Inuidorum iacula ſunt verba.*

Pſalm. 56.

Genebrard.

Bernard.

[r] *Quandoque ſæuiora clauis Chriſtum figentibus.*

TRACTATVS XXXVII.

De illis verbis, *ſedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius;* ſiue, *De conſtantia ſanctorum.*

347. DIxit Iacob breuiter in præcedenti ſententia, certamen inter Ioſephum, & inuidiam fraternam, atque etiam inter libidinem, & eius pudicitiam; conſequens erat, vt in his verbis victoriale carmen caneret, ſicut in triumphis fieri conſueuit; materia autem, & argumentum huius laudationis [a] in duobus poſita eſt, commendat enim filij fortitudinem, & eandem acceptam refert in Deum authorem, qualis eſt ille locus apud Dauidem *in Pſalm.* 17. in quo Regius vates canit laudationem pro parta victoria, & inter cætera ita habet: *Qui docet manus meas ad prælium, & poſuiſti, vt arcum æreum brachia mea;* commendat enim ſuam fortitudinem, verùm eãdem in Deum refert. Figurata igitur locutione loquitur [b] de conſtantia Ioſeph, petita metaphora à re bellica, ab arcu ſcilicet, & ſagittis, in quibus apud veteres, & præſertim apud Palæſtinos poſitum erat robur belli, iuxta illud, quod eſt apud Oſeam c. 1. *In illa die conteram arcum Iſrael in valle Ieſrael,* id eſt, comminuam omnes vires Iſrael, quas in arcu, & ſagittis poſitas habebat, qualis eſt locus in Pſal. 75. *Confregit potentias, arcuum, ſcutum, &c.* Quem locum Auguſt. ita interpretatur, *confregit fortitudines arcuum.* Vnde in *lib. 2. Reg. cap.* 1. occiſo Saule in bello, & Ionatha, præcipit Dauid, vt docerent filios Iuda arcum, id eſt, rem militarem. Hac igitur metaphora vſus eſt Iacob hoc in loco, cum dixit, *ſedit in forti arcus eius,* id eſt, quamuis vehementer impetitus ſit, & à fraterna inuidia, & à libidine, nunquam tamen eius virtus eſt debilitata.

[a] *Argumentum laudationis Ioſeph.*

Pſalm. 17.

[b] *Figurate pater conſtantiam Ioſeph per bellū.*

Oſeæ 1.

Pſalm. 75.
Auguſt.
2. Reg. 1.

Vt autem meliùs poſſimus hunc locum dila- 348.
tare, videndus eſt Lipſius *in lib. de conſtantia,* præſertimque *in cap.* 3. vbi inter cætera ita habet: *In ſcutis Regum aliquorum ita legitur, nec ſpe, Nec metu,* ſcilicet, *mouemur,* quod de ſolo Deo dici poteſt, atque etiam de [c] viro forti. Vt enim fluuij quidam per media maria tranſire dicuntur, & ſuam ſeruare vndam, ſic vir fortis per tumultus. Elegans eſt in hoc ipſum argumentum ea ſimilitudo, qua vtitur Philo in lib. de Ioſeph, *in concha morem adhærens mihi, etiamſi conterar à copia, non ægrè feram.* Similia habet D. Ioan. Chryſoſt. *hom. 2. ad populum,* cum ait, Sanctorum virorum conſtantiam à nemine lædi poſſe, ac ſi corpus adamantinum haberent; non enim à manu tela torquente, ſed à corporibus patientibus vulnera fiunt; ſic non à petulantium inſania, ſed à patientium imbecillitate, iniuriæ, & contumeliæ graues fiunt. Proſequitur hoc argumentum idem Chryſoſt. hom. 8. ſuper Ioan. *Sapiens enim, ſiue conſtans vir,* quemadmodum de eo pulchrè dixit Seneca epiſt. 60. *plenus gaudio, hilaris, & placidus, inconcuſſus, cum Diis ex pari* [d] *viuit; talis eſt enim animus ſapientis, qualis mundi ſtatus ſuper Lunam; ſemper enim illic ſerenum eſt.* Plus aliquid dixit idem Seneca de conſtantia in aduerſis rebus, breui lib. de Prouidentia, *ferte,* inquit, *fortiter, hoc eſt, quod ô Deum, antecedatis, ille extra patientiã malorum,* [e] *vos ſupra.* Temperauit hanc ſententiam D. Hieron. *in Com. ſuper Amos cap.* 7. cum aſſerit, vniuerſam hanc conſtantiam à diuina protectione pendere, & explicat eum locum Amos, *Ecce Dominus ſtabat ſuper murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij.* Quem locum ita potiùs legunt LXX. *Ecce vir ſtabat ſuper murum adamantinum, & in manu eius adamas; hic, qui ſtabat ſuper murum adamantinum, id eſt, ſuper ſanctos, & Apoſtolos ſuos, quibus donauit, vt adamantes vocarentur, & eſſent, qui à nullo ſuperari poſſent, Dominus eſt. Hinc orta eſt ea fiducia*

Lypſius.

[c] *Vir fortis ſicut Deus immobilis.*

Philo.

Chryſoſt.

Seneca.

[d] *Cum quo ex pari viuit ſortiendo.*

[e] *Vel forte ſupra ex Seneca.*

Idem.
Hieron.

LXX.
Interpr.

cti Pauli,quando dixit : Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti, tribulatio, an anguſtia? &c. certus ſum,inquit ille,quia neque mors, neque vita, neque Angeli,neque Principatus,neque creatura aliqua, poterit nos ſeparare à charitate, quæ eſt in Chriſto. Etenim ille,qui ſedet [f] *ſuper murum adamantinum, adamantem quoque tenet in manu ſua, qui niſi detineatur manu ſua, & eius valletur auxilio, omnem perdidit fortitudinem,dicente Domino Matth. 16.nemo poteſt rapere de manu Patris mei.* Quibus verbis ſatis eleganter oſtendit.D. Hieronym.vniuerſum robur ſanctorum virorum eſſe in diuina [g] protectione: Quod proſequitur idem Hieron. *in quæſt. ſuper Geneſ.* cum de Ioſepho ita habet: *Verum tu arcum tuum, & arma pugnandi poſuiſti in Deo, qui fortis eſt propugnator, & vincula tua, quibus te fratres ligauerunt,ab ipſo ſoluta ſunt, & diſrupta.* Expreſſit hanc Dei protectionem in ſanctos ſponſa, cum in eo animi deliquio, quod paſſa eſt,dixit, *læua eius ſub capite &c.* qui ſtatus militantis hominis eſt,cuius ſiniſtra manus ſcuto protegitur,[h] dextera verò gladio,ſiue haſta armata. Quibus verbis ſignificauit in laboribus, & periculis animam ſanctam habere Deum protegentem, atque eũdem offendentem hoſtes ipſius. De hoc argumento totus eſt Pſalm. 90. qui incipit, *Qui habitat in adiutorio Altiſſimi,*inter cætera ita dicit, *Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno.* Hæc eadem ſententia eſt Pſalm. 4.cum Regius vates inter tumultuantis populi labores,dixit, *In pace, in id ipſum dormiam & requieſcam, quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me,*id eſt, vnus Deus ſufficit contra omnes aduerſarios; eo igitur ſolo protegente,& defendente,iacebit Dauid, dormiet, & ſimiliter requieſcet: quod notaſſe videtur malus dæmon Iob *in cap.* 1.cum dixit,*Nonne tu vallaſti eum?*vbi particula,*tu,*emphatica eſt, quaſi vellet, quis lædere poterit Iob, quem tu defendis, & vallas ad inſtar cuiuſdem muri? iuxta illud Zachariæ in cap.2.*Ego ero ei murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius.* In hanc ſententiam videndus eſt D.Ambr.*lib.2.de Iacob,& vita beata,* cum explicat illud Gen. 32. *Caſtra Dei ſunt hæc;* ſic enim locutus eſt Iacob de Angelis, quos vidit bene fauentes, atque cuſtodientes: ſolent enim Angeli cæleſtes perfectis, & ſanctis[l] hominibus adeſſe in præſidia, quorum auxilium, vt à nobis conſpiceretur, optabat maximè Guarric. Abbas in ſerm.2.de D. Bened. *Aperi oculos, ô Domine, pueri tui, vt videat, quia plures nobiſcum ſunt, quàm cum aduerſariis; ſi quidem Dominus virtutum nobiſcum, & cum eo omnis virtus, & militia cæli,imo fauor omnis creaturæ ſeruientis nutui, & arbitrio creatoris ſui,poterit inuidus ille ſæuire, ſed hoc erit ſeruire; poterit vrere, tundere, deſecare, ſed hoc erit coronas, fabricare.* Quibus verbis, vt videtis, fortitudinem, & conſtantiam ſanctorum virorum refert in Deum protectorem; ad hoc amplificandum argumentum Sapiens, *in cap.*10.*Sapientiæ,*ita dixit, *Sapientia venditum Ioſeph non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit eum,deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum ſed à peccatoribus liberauit eum, donec afferret illi ſceptrum Regni,& potentiam aduerſus eos, qui eum reprimebant.* Non eſt autem hoc nouum in Deo,inter labores[m] ſcilicet reperiri cum ſanctis hominibus oppreſſis, *cum ipſo enim ſum in tribulatione,*dixit diuinum oraculum apud Dauid.*in Pſalm.* 90. Quo pacto intelligendus eſt ille locus *in lib 2 Regum c.7.* cùm dicitur, *quam redemiſti tibi gentem, & domum eius,* Hebraicè,*& Deum eius;*ſicut enim eleganter aduertit Vatablus,cum populo captiuo,captiuus Deus erat,cum populo eodem[n] redempto, redemptus quoque Deus eſt. Celebris eſt locus in hanc ſententiam Daniel.*in cap.* 3. vbi plus forraſſis vidit Nabuchodonoſor, quàm viderit Daniel propheta;nanque Daniel vidit deſcendentem Angelum pariter cum tribus pueris in fornacem ignis, Rex autem Nabuchodonoſor vidit in ipſa fornace ardente ipſum Deum inter eoſdem pueros:ſic enim habet eo in loco Daniel: *Tunc Nabuchodonoſor dixit optimatibus, Nonne tres viros miſimus compeditos?*qui reſpondentes dixerunt, *verè Rex, & reſpondit Rex,& ait; Ecce ego video quatuor viros ſolutos ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt,& ſpecies quarti ſimilis Filio Dei;* vt iam non ſit dubium inter noſtros labores, nos ſocium, & comitem habere Deum. Quæ eſt ratio,cur eleganter ſoluat Philo *in lib.de Ioſeph,* eam quæſtionem,cur oblitus fuerit Ioſephi pincerna?Solutionem adhibet elegantiſſimam, cùm aſſerit,non decere Ioſephum liberari à pincerna, quin potiùs à Deo, quem comitem habebat in vinculis,*per manum enim potentis Iacob,*id eſt,Dei, *ſoluta ſunt vincula brachiorum eius, ſiue manuum eius,* ſicut dixit hoc in loco Iacob. Solus igitur ille,nec ſpe,nec metu mouetur,qui in Deo poſuit adiutorium ſuum, qualis eſt fiducia ſanctorum, qualis conſtantia Ioſephi, de quo dicitur, *ſedit in forti arcus eius.* Vnde meritò eſt ea apoſtrophes Ioan.Chryſoſt.*hom.*1. *de Ioſeph. tom.* 1. vbi eleganter ſic alloquitur innocentiam patientis Ioſephi: *Cur ſanctum,* inquit,*perſequeris? Ioſeph enim innocentia reus eſt, non culpa; caſtitate, non adulterio,offendit;cuſtodit pudoris, non violati hoſtis eſt;vim paſſus eſt, non fecit; iniuriam accepit, non irrogauit;peccauit,quia peccare noluit,non quia peccauit,quin imò pœnam meruit,quia peccare pertinuit;gaude innocentia,& exulta;gaude, quia vbique illæſa es, vbique ſecura;ſi tereris, proficis; ſi humilieris,erigeris;ſi pugnas,vincis;ſi occideris, coronaris; in ſeruitute libera es, in periculo tuta, in cuſtodia læta,tibi omnis reatus addicitur, tibi omnis militia ſubiugatur.* Talis, tantuſque fuit Ioſeph, cuius arcus in Deo,ſiue fortitudo poſita eſt.

[f] *Quam ſententiam temperat D.Hieronymus,elegantiſſimè,* Matth.16. Hieron.

[g] *Referree fortitudinem ſanctorum ad protectionem Dei,*

[h] *Quia ſcuti & gladium pro ſanctis,*

Pſalm.90.

Pſalm.4.

Iob.1.

[l] *Imò & murus igneus per circuitũ.* Zachar.2.

Ambr. Gen.32.

[l] *Angeli veluti milites cuſtodiunt ſanctos.* Guarricus.

Sapient.10.

[m] *Quin & ipſe Deus in medio laborantium inuenitur.* Pſalm.90.

2.Reg 7.

Vatabl.

[n] *Dicitur & cum captiuis captiuus, & cum redemptis redemptus.* Dan.3.

Philo.

[o] *Cur non decuit liberari Ioſephum à pincerna Pharaonis?*

Chryſoſt.

[p] *Apoſtrophes elegantiſſima de Ioſephi vinculis.*

TRACTATVS XXXVIII.

De verbis illis,*Omnipotens benedicet tibi benedictionibus vberum,& vuluæ:* ſiue,*De fœcunditate prolis,vel de obſequio filiorum in parentes.*

QVamuis ſicuti præfati ſumus, quando pri- 349.
mò cœpimus interpretari hoc 49. caput, in peculiari tractatu de efficacia paternæ benedictionis,multis oſtenderimus, hæc, quæ Iacob de ſingulis ſuis filiis dixit, vaticinia potiùs eſſe, quàm paternas benedictiones, negare non poſſumus hoc Ioſephi vaticinium perpetuam, & maximam benedictionem parentis Iacob in filium Ioſeph. Qua in re,neque fallitur Iacob typo, ne-

Ambroſ.
a Iacob benedicens Ioſeph exarſit & in Chriſtum.

qoe amore, cuius oppoſitum dixerat de eodem Iacob, Ambroſ. *in lib. de Ioſeph*, exarſit enim moriens Iacob & in filium Ioſephum, & [a] in Chriſtum, quem referebat repræſentando ipſe Ioſeph; quapropter omnes benedictiones, & prærogatiuas ſuorum, tum maiorum, tum etiam poſterorum in vnum Ioſephum coniecit; ea enim mente videtur Iacob, ea, quæ pulchra erant, dixiſſe de filiis ſingulis ſuis, vt eadem in vnum Ioſephum coniiceret, ſicut colligitur ex benedictione Ioſephi, de quo ita dixit Iacob, *Deus Patris tui erit adiutor tuus, & Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus vberum, & vuluæ, benedictiones Patris tui confortatæ ſunt benedictionibus Patrum eius, donec veniret deſiderium collium æternorum; fiant in capite Ioſeph & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos.* Quæ verba plena ſunt fauſtis imprecationibus, & myſteriis implendis in filio Ioſeph. Quem locum videtur æmulatus Poëta *in 6. Æn.* cum dicturus de Auguſto, & Iulio Cæſare longam digreſſionem fecit de illuſtribus Romanis Heroibus, vt illis præferret Auguſtum, & Iulium cum ait:

Virg.

Huc geminas nunc flecte acies, hanc aſpice gentem
Romanóſque tuos, hic Cæſar, & omnis Iüli
Progenies, magnum cæli ventura ſub axem,
Hic vir, hic eſt tibi, quem promitti ſæpius audis,
Auguſtus Cæſar, diuum genus, aurea condet
Sæcula.

& cætera, quæ proſequitur in eandem ſententiam.

350. Duos igitur præcipuos ſenſus habent hæc verba, [b] *benedictionibus vberum, & vuluæ.* Primus pollicetur fæcunditatem filiorum, quæ ſignificatur per vbera, & vuluam. Secundus autem videtur oſtendere mercedem obſequij, quod exhibent filij parentibus ſuis, propter quod digni ſunt omnibus benedictionibus paternis. Vt igitur à primo ſenſu ordiamur, notandum eſt generationem humanam à duobus principiis, quaſi à duobus fontibus dimanare, à vulua, [c] ſcilicet generante, & ab vberibus ſuſtentantibus prolem genitam; vnde pulchrè notauit Clemens Alex. *lib. 1. Pædag. cap. 6.* ex omnibus membris animalium maximè conſenſum habere vbera cum vulua; ſic enim natura pares vtrunque copulauit, vt oſtenderet, nec ſine generatione poſſe eſſe nutritionẽ, neque verò neceſſariam eſſe nutritionem deficiente generatione, prouida natura ordinante, vt quos partus è vuluâ produxit, eoſdem vberibus ſuſtentaret. Quod voluit diuinum Oraculum Oſeæ *in cap. 9.* cum dixit; *Da eis, Domine, vuluam ſine liberis, & vbera arentia*, id eſt, ſteriles redde, & ſine liberis; quos duos viuendi fontes exſiccari ſibi optauit Iob *in cap. 3.* cum dixit, *Quare non in vulua mortuus ſum? egreſſus ex vtero non ſtatim perij? quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus?* In vtroque igitur viuendi principio pollicetur fælicitatem filio ſuo, cum dixit, *benedictionibus vberum, & vuluæ*, id eſt, fæliciter tibi imprecor [d] fæcunditatem filiorum; eſt enim pars maxima fælicitatis humanæ, fæcunditas, ſicut notauit Ariſtot. 1. *Rethor. cap. 5.* Quod proſequitur Plato *Dialog. 4. de legibus*, cum ait, *Genus hominum hoc modo in ſempiternum perdurat, filiorum filios relinquendo.* Quod ſibi etiam optauit Abraham *Geneſ. 15.* vbi legitur, eum Deo dixiſſe, *Domine Deus quid dabis mihi? Ego ſine liberis vadam, & ecce vernaculus meus, hæres meus erit?* Sicut eleganter colligit Philo *in lib. quis ſit hæres rerum diuinarum?* Quo in loco ita habet Philo: *longæuitatem optat Abraham, nec ſenio, nec morti obnoxiam, quod certò ſciret, ſterilem animam odio eſſe Deo rerum omnium authori.* Erat enim apud veteres Hebræos magnum opprobrium filios non genuiſſe. Quo pacto intelligendus eſt ille locus *Geneſ. 30.* quando Rachel poſt partum Ioſephi dixit, *abſtulit Deus opprobrium meum*; & Eliſabeth Baptiſtæ mater *Luc. cap. 1.* poſt conceptum etiam Baptiſtam, ſic dixit: *Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium inter homines.* Ad quem locum videndus eſt Ambroſ. cum ita habet; *Pudor enim eſt fæminis, nuptiarum præmia non habere, quibus hæc eſt nubendi cauſa.* Cum igitur diuina promiſſio ſit de fæcunditate prolis, ea, quæ ſterilis erat, aliena videbatur à diuina promiſſione, & à populo Dei; hoc autem non ſine grauiſſimo [e] peccato fieri conſueuit, ſicut patet *Geneſ. 20.* vbi dicitur, *concluſerat Dominus omnem vuluam domus Abimelech propter Saram vxorem Abrahami.* Videndus eſt Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 4.* vbi oſtendit graui cenſura actum eſſe cum illis, qui filios non genuerunt in Republica, cuius hæc ſunt verba: *Camillus, & Poſthumius cenſores, æra pænæ nomine, eos, qui ad ſenectutem cælibes peruenerant, in ærarium deferre iuſſerunt, quos in hunc modum increpauerunt: natura vobis, quemadmodum naſcendi, ita & gignendi legem ſcribit, parentéſque vos alendo nepotum nutriendorum debito, ſi quis eſt pudor, alligauerunt.* Quo pacto hæc verba intelligenda ſunt, *benedictionibus vberum, & vuluæ*; imprecatur enim poſteritatem ſuam in filio Ioſepho, quæ non, niſi pro graui aliquo ſcelere, apud eos homines rumpebatur. Illud tamen aduertendum eſt, ea verba, quæ habentur Deut. cap. 7. *Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus, tam in hominibus, quàm in gregibus tuis*; & ea, quæ habentur Exod. 23. *non erit infæcunda, nec ſterilis in terra tua*; quibus dixit ſimilia Iſai. cap. 56. *Maledictus ſterilis, qui non facit ſemen in Iſraël*; hæc inquam, omnia verba nullum ſonare præceptum [f] de fæcunditate, ſed potiùs oſtendere opprobrium infæcunditatis: quemadmodum enim ſi terra parens aſſiduis imbribus irrigata, atque labore agricolæ culta, nihil tamen producat, execrabilis eſt; ſic quoque hæc eadem execratio à parente in filios deriuatur ſteriles, præſertim quandiu genus hominum non eſt amplificatum, nec Meſſias de ſemine Hebræorum ortus.

b Duplex ſenſus huius literæ.

c Duo fontes prolis humanæ, vulua & vbera.
Clem. Alex.

Iob 3.

d Qua ſimul imprecatur Iacob filio ſuo, vt ſummum bonum vitæ.
Ariſtot.
Plato.

Gen. 15.

Philo.

Gen. 30.

Luc. 1.

Ambr.

e Quod nunquam ſine graui peccato denegatum eſt apud veteres.
Val. Max.

Deut. 7.

Exod. 23.

Iſai. 56.

f Non erat tamen præceptum vllum fæcunditatis in lege veteri ſed execratio, & quare.

Nunc autem poſt genitum Meſſiam, & orbem amplificatum, tempus eſt illud, de quo loquitur 351.
Paulus 1. ad Cor. 7. *Dico autem non nuptis, & viduis, bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint.* Cuius rei rationem reddidit idem Paul. *in eod. cap.* vbi ita habet: *Hoc itaque dico, fratres, quia tempus breue eſt; reliquum eſt, vt qui habent vxores, tanquam non habentes.* In quam ſententiam videndus eſt Hieron. *in epiſt. ad Euſtoch. de cuſtodienda virginit.* vbi conſtituit differentiam inter tempora Chriſti, & tempora legis veteris, *Alia*, inquit, *fuit in lege veteri fælicitas, ibi enim dicitur, Beatus qui habet ſemen in Sion, & domeſticos in Hieruſalem, & maledicta ſterilis, quæ non pariebat: & filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ; nunc autem dicitur ſanctis* [h] *Virginibus: Ne te arbitreris aridum lignum, habes locum pro filiis, & filiabus*

1. Cor. 7.

Hieron.

h E contra laudabilis Virginitas in lege noua.

filiabus in cæleſtibus ſempiternum. vbi ponderat Hieronym. verbum Pauli, quo vtitur, *exiſtimo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem. Quæ eſt,* inquit, *neceſſitas iſta, quæ aufert gaudia nuptiarum?* reſpondétque ex verbis Pauli, *tempus breuiatum* [h] *eſt, ſtatim enim, vt filius Dei ingreſſus eſt ſuper terram, nouam ſibi familiam inſtituit, vt qui ab Angelis adorabatur in cælo, haberet Angelos & in terra.* Quibus habet ſimilia D. Auguſt. in lib. 1. de nuptiis, & concupiſcentia; *Hæc propagatio,* inquit, *filiorum, quæ in ſanctis Patribus propter generandum, & conſeruandum populum Dei, in quo prophetiam Chriſti præcedere oportuit, officioſiſſima fuit, nunc iam non habet illam neceſſitatem; quippe iam ex omnibus gentibus ſpiritualiter gignendorum vndique carnaliter nati fuerint copia filiorum; & Apoſtolus dicit, fratres tempus breue eſt.* Suffragatur Tertull. *in lib. de exhortatione & caſtitate,* vbi inter cætera ſic habet: *Sanè licebit, ſi qui adhuc typi alicuius futuri Sacramenti ſuperſint, pluribus vxoribus vti, aut ſi etiam nunc locus eſt illius vocis, Creſcite, & multiplicamini, id eſt, ſi nondum alia vox ſuperuenit, tempus in collecto eſt.* Ex quibus verbis apparet temporibus Chriſti præcipuè eſſe fælicitatem [l] ſacram ſectari pudicitiam, cùm tamen ante eius aduentum fælicitas fuerit fæcunditori prolis. Quod notaſſe videtur ſponſa Cantic. *cap.* 1. quemadmodum per allegoriam eum locum intelligunt Agatrius *ſuper Cantic.* & vetus Hebræorum gloſſula, quam refert Rabbi Salomon ad eum locum; exiſtimant enim de ſe ipſa dixiſſe Synagogam veterem, *lectulus noſter floridus,* gratulatur enim ſibi, & gloriatur Synagoga [l] de multitudine filiorum, metaphora ſumpta ab arboribus, quæ cum fructus producunt, germinant, & floreſcũt; idcóque lectulus nuptialis, cum fæcũdus eſt, dicitur floridus. Quòd igitur vetus Synagoga habuit, hoc imprecatur Iacob filio ſuo Ioſepho, cum dixit, *benedictionibus vberum, & vuluæ,* id eſt, magna [m] ſit fæcunditas tui tori.

h *Imò & neceſſaria propter temporis breuitatem,*

August.

Tertul.

l *Et præcipua fælicitas huius temporis.*

Agatrius.

Cantic. 1.

l *Fælicitas Synagogæ in multitudine filiorum.*

m *Hanc Iacob filio imprecatur.*

352\. Confirmare videtur hanc expoſitionem Paulus Burgenſ. *addit. 9. ſuper cap. 49. Geneſ.* ex verbis illis eiuſdem benedictionis, cum dicitur: *Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius.* Quæ verba neceſſariò inuoluunt comparationem, ſicut colligitur ex textu Hebr. qui ita potiùs habet: *Benedictiones meæ prænaluerunt,* ſeu *fortes ſacta ſunt ſuper benedictiones patrum meorum.* Cui lectioni ſuffragatur Chaldaica Paraphraſis. Dubium tamen eſt, in quo poſitum ſit hoc incrementum, [n] & maior exceſſus in benedictione Iacob. Burgenſis igitur exiſtimat in eo, quod Iſaac benedixit Iacob ſub his verbis: Geneſ. 27. *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini, & olei;* quibus in verbis nihil aliud pollicetur quàm diuitias terræ nulla facta mentione naſcituræ prolis, [o] cum tamen ipſe Iacob benedicens Ioſephum addiderit, *benedictionibus vberum, & vuluæ,* id eſt, ſit fælix, & fæcunda tua poſteritas. Verùm non videtur legiſſe Burgenſ. *cap.* 28. *Geneſ.* vbi Iſaac talibus imprecationibus dimiſit filium ſuum Iacob in Meſopotamiam, *Deus creſcere te faciat, atque multiplicet, vt ſis in turbas populorum, & det tibi benedictiones Abrahæ, & ſemini tuo poſt te;* quibus verbis fæcunditatem prolis et imprecatur.

Burgenſis.

Text. Hebr.

n *Dubiũ in quo ſit poſitũ maius incrementum benedictionis Iacob?*

Gen. 27.

o *Solutio Burgenſis.*

Gen. 28.

353\. Quare mihi potiùs placet [p] exceſſum benedictionis Iacobi poſitum fuiſſe in maiori beneficentia, atque maiori reuelatione ei facta in Luza, quando vidit ſcalam, quo in loco ita dixit Iacob; *non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli;* quaſi reſeratum, & apertum fuerit ei cælum in eo loco. quod ſignum eſt in Scriptura grandis beneficentiæ diuinæ, & reuelationis alicuius magni arcani, ſicut ſæpiùs docuit D. Hieron. præſertímque *Ioelis cap.* 2. Aug. *lib.* 10. *de Ciuit. cap.* 24. Rabbi Moyſes *lib.* 2. *aquinoc. cap.* 30. Vnde Moyſ. *Deut.* 28. ita imprecatur cultoribus legis: *Aperiat tibi Deus theſaurum bonum cælum, vt det tibi benedictionem.* Eſt optimus locus *Apocal.* 4. ad hanc ſententiam confirmandam, cum dicitur, *Et ecce oſtium apertum* [q] *in cælo,* quod pertinet ad magnam reuelationem factam Ioanni, ſicut notauit Franciſcus Ribero *in comment. ad eund. locum,* & colligitur ex eodem loco cùm dicitur; *Aſcende huc, & oſtendam tibi, quæ oportet fieri poſt hæc:* ſignificant enim hæc verba apertum fuiſſe cælum, & admiſſum Ioannem ad eximiam quandam reuelationem. Vnde Luc. *in Actis cap.* 10. de Petro dixit, *Vidi cælum apertum, & deſcendit vas quoddam de cælo;* quibus verbis reuelatum eſt D. Petro vtranque Eccleſiam coniunctam eſſe per Chriſtum, Hebræorum ſcilicet & Gentium. Similiter Stephanus *vidit cælos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei;* quibus verbis ſignificatur protectio Chriſti in ſanctos martyres. Similis eſt locus Matth. *in cap* 3. cum de Baptiſmo Chriſti Saluatoris in Iordane dicitur, apertos fuiſſe cælos, & vocem eam exauditam, *hic eſt filius,* &c. Neque tamen putandum eſt incorruptibiles cælos fuiſſe diſruptos, ſed potiùs magnum illud arcanum fuiſſe reuelatum, ſcilicet, eum hominem, qui de more cæterorum hominum peccatorum, baptizabatur in Iordane, eſſe verum, & naturalem filium Dei, hoc enim eſt cælos apertos fuiſſe, id eſt, reuelatum fuiſſe illud arcanum diuinum. Qui modus loquendi non eſt alienus à prophanis authoribus, etenim cum Poëta *in* 10. *Æneid.* introducit Iouem reuelantem cæteris cælitibus arcanum illud, quod eos latebat de Italia poſſidenda à profugis Troianis, per cæli apertionem illud expreſſit cum dixit:

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Quare cum Iacob dixerit ſibi apertum fuiſſe cælum in Luza, videtur ſignificare maiores fuiſſe [r] reuelationes ſuas de Deo incarnando, quàm fuerint omnes reuelationes ſuorum patrum. Neque hoc mirum eſt, peculiariùs enim videtur Deus dilexiſſe Iacob, [ſ] quàm ſuos maiores; etenim cum adhuc in vulua eſſet, nec aliquid meriti habuiſſet, eum dilexit, imò & cum minor natu eſſet, maiori natu eum prætulit, fecítque eum caput totius Gentis Hebrææ contra iura primogenitorũ. Vnde iam patet, nullum eſſe inconueniens, ſi dicamus maiores fuiſſe reuelationes Iacob, quàm ſuorum parentum, ſenſúſque talis erit; Benedictiones omnes parentum meorum, hæ omnes tibi eueniant: quæ quidem per tranſennam dicta ſunt, vt explicaremus ea verba, *Benedictionibus vberum, & vuluæ;* quibus ſignificauit Iacob ſe fælicem, [t] & fæcundam imprecari poſteritatẽ filio ſuo Ioſepho.

p *Autoris reſolutio potior.*

Hieron.

August.

Rab. Moyſ.

Deut. 28.

Apocalyp. 4.

q *Cum dicitur cælũ aperiri in Scriptura, magna reuelatio declaratur.*

Fr. Ribero.

Actor. 10.

Matth. 3.

Virgilius.

r *Maior benedictio Iacob ratione maioris reuelationis de Myſterio Incarnationis.*

ſ *Deus enim ſingulariter dilexit Iacob.*

t *Finit prior expoſitio litera.*

354\. Placuit hæc ſententia, quam retulimus huc vſque; cohærent enim benedictiones cum benedictionibus. Poſtquam enim ei imprecatus eſt fælicem influxum cæleſtem, & fæcundam tellurem, hoc eſt, fertilia omnia è terra naſcentia, hoc enim videntur ſignificare illa verba, *benedictio-*

Gabr. à Coſta in Gen.

nibus cæli deſuper , & benedictionibus abyſſi iacentis deorſum , ſicut ſtatim inferiùs examinabimus; cuoſequens erat , vt fælicem fæunditatem imprecaretur filiorum,quæ eo tempore ſumma , & maxima fælicitas erat. Verùm [u] Theodoret. *q. vltima ſupra Geneſ.* Chryſoſt.*hom. 77. in Geneſ.* Ambroſ.*cap. 11. de Benedictionib. Patriarch.*aliter exiſtimant hæc verba eſſe intelligenda , benedictionibus enim vberum & vuluæ volunt ſignificatam fuiſſe prærogatiuam parentum io obſequentes filios ; ſic enim habet Theodoret. *hanc prouidentiam conſequutus es , recipiens mercedem obſequij tui erga parentes ; hoc enim ſignificant ea verba,benedictionibus vberum,& vuluæ,id eſt , Patris & matris tuæ , ſtudioſus enim erat Ioſeph ſenetutis paterna ; notum eſt autem eos qui parentibus obſequium* [x] *præſtant,potiùs de ſe , quàm de parentibus bene mereri,*ſicut dixit Philo *in lib. quod deterior potiori inſidiari ſoleat*, id quod proſequitor Ambroſ.in lib.de Benedictionib. Patriarch. ſtatim in cap.1.*hanc,*inquit , *parentibus gratiam donanit Deus,vt filiorum pietas prouocaretur.* Prærogatiua igitur parentum , diſciplina eſt filiorum. Videndus eſt Auguſtin.lib.1. de ſerm.Domini in monte cap. 3. *Honoret pius filius patrem propter gratiam, ingratus propter timorem; etſi enim pauper pater eſt,& non habet diuitias , quas relinquat liberis,habet tamen vltima benedictionis hereditatem, quas ſanctificationis opes heredibus largiatur.* Vnde Paulus *ad Epheſ.in cap.*6.dixit , *filij obedite parentibus veſtris in Domino , hoc enim iuſtum eſt, honora patrem tuum , & matrem tuam , quod eſt mandatum primum* [z] *in promiſſione* , id eſt , quod præceptum inter præcepta Decalogi annexam habet à Deo promiſſionem;alludit enim Paul.ad illud Exod. 2. *Honora patrem tuum , & matrem tuam, vt longæuus ſis ſuper terram.* Cætera quæ pertinent ad hanc ſententiam,videnda ſunt in eo tractatu , quem fecimus in principio huius capitis,de prærogatioa parentum in filios , vbi latiùs diximus de hoc argumento. Ex ſeotentia igitur horum patrum , per beoedictiones vberum , & vuluæ indicauit Iacob,omnia bona,quæ filio ſuo imprecabator,eſſe benedictiones debitas ei , qui parentes ſuos veneratur.

[u] *Altera expoſitio Theodoreti, de obſequio filiorũ Ioſeph.* Theodoret. Chryſoſt. Ambr. Theodoret.

[x] *Qui parentibus obſequuntur , de ſe potiùs bene merentur.* Philo. Ambroſ.

Auguſt.

Epheſ.6.

[z] *Mandatum honorandi parentes primum in promiſſione.* Exod.2.

355. Ex hac igitur benedictione pendent omnia, quæ fælieiter dixit de filio,quaſi vellet,fauſta, & fælicia ſint omnia filio meo Ioſepho , qoalia ſolent eſſe eis , qui parentibus ſuis obſequuntur. Vnde iam ſequitur expoſitio ad ea priora verba, *benedictionibus cæli deſuper,& abyſſis iacentis deorſum* ; pendent enim illa priora , ſicut vidiſtis,ab his poſterioribus,*benedictionibus ſcilicet vberum, & vulua* , eorum tamen duplex eſt ſenſus. Primum [a] breuiter inſinuauit Ambroſ. hoc in loco cum dixit,*benedictionis prærogatiua Ioſepho defertur à ſummitate cæli vſque ad extremum terra*, id eſt ab altiori parte orbis vſque ad profuodiorem. Quæ periphraſis eſt vniuerſi orbis, ſeu omnium creaturarum , quæ in orbe continentur; quaſi vellet,faueant Ioſepho meo vniuerſæ creaturæ. Atque ita nomine *abyſſi iacentis deorſum* inferior pars orbis intelligitur,qualis locutio eſt in Pſalm.70. *De abyſſis terra reduxiſti me* , id eſt, ab extrema miſeria , quam tranſlatitiè per abyſſum,ſiue per extremam orbis partem ſignificauit. Sed magis placet formam [b] hanc benedicendi eſſe ſolitam io Scriptura non diſſimilem illi, qua Iſaac benedixis Iacobum *Gen.* 27. cùm dixit: *Det tibi Deus de rore cæli , & de pinguedine terra,* *abundantiam frumenti,vini,& olei.* Omnis copia cætum rerum,quæ inferiùs producuntur à duobus principiis pendent , à cælo clementer influente, & à terra benignè fouente , quod voluit Poëta, quem refert Auguſt.*lib.4.de ciuitate*,cum dixit.

[a] *Senſus circa hanc literam prior.* Ambroſius.

Pſalm.70.

[b] *Poſterior, ſed melior expoſitio.* Gen.27.

Auguſt.

Tunc pater omnipotens facundis imbribus æther
Coniugis in gremium latè deſcendet.

Virgilius.

Id eſt,ex complexu cæli,& terræ generantur omnia,quæ videmus in terra,quod Plinius dixit *lib. 2.naturalis hiſtoriæ. A cælo* , inquit , *deſcendunt omnia rerum ſemina.* Quod argumentum proſequitur *Pſalm.* 146. *Qui operit cælum nubibus , & parat terræ pluuiam.* Iſai.*in cap.*55.*Deſcendit imber,& nix de cælo,& illuc vltra non reuertitur , ſed inebriat terram,& infundit eam.* Vnde quoties in Scriptura Deus minatur populo famem,daturum ſe dicit cælum ferreum,& terram æneam. Nomine igitur *cæli deſuper*,intelligootur cæleſtes , & clementes aëris,& cæli influentiæ , quibos tellus fæcunda redditur.

Plinius. Pſalm.146. Iſai.55.

Maior autem difficultas eſt in ſequentibus verbis;neque enim clarè conſtat , quid voluerit ſignificare Iacob hoc in loco,cum dixit , *benedictionibus abyſſi.* Quamuis enim abyſſus magnam & impenetrabilem aquæ multitodinem ſignificet,ſicut inter alios notauit Baſil. *in Exaëmeron.* hoc in loco potiùs videtur ſignificare benignam, & fæcundam terram,quæ fontibus,& fluminibus irrigua eſt ; alluſio enim videtur in his verbis ad aquas primordiales orbis , quas Deus recepit in ſpecubus,& cauernis terræ, vnde tandem deriuantur fontes , & flumina , quod voluit Dauid *Pſalm.*32.cum dixit,*congregans ſicut in vtre aquas maris,& ponens in theſauris abyſſi*,id eſt,io reconditis terræ partibus abyſſum aquarum concloſit, vnde diſpenſantur fontes,& flumina. Quo ſenſu intelligendus eſt locus *Gen.* 7. *Rupti ſunt omnes fontes abyſſi magna*,vnde Homer.dixit *lib.6.Illiad.* 356.

[c] *Poſtrema huius ſententia verba declarantur.* Baſilius.

Pſalm.32. Gen.7. Homer.

Oceanum rerum patrem,Tethinque parentem.

Et Orpheus dixit *rerum originem*;appellant enim oceanum terram pariter cum aqua , quam vocauit Moyſes *abyſſum* , ex qua creduotur omoia producta. Quod igitur vult hoc in loco Iacob, illud eſt,deriueotur fontes, & flumina de abyſſo recondita in cauernis terræ,quę irriguos reddant tuos agros & fæcundos faciaot : vnde LXX. pro abyſſo reddiderunt hoc loeo, *benedicat tibi Deus benedictionibus terra habentis omnia.* Quam lectionem ſequitur Ambroſ.vt ſit ſenſus. [d] Sit tibi copia omnium rerum,quæ à terra naſcuntur,quæ cæli clementia,& terræ fæcunditate , ſiue irrigatione producuntur;hæc enim benedictio eſt eorum,qui parentibus ſuis obſequuntur.

Orpheus. LXX. Interp. Ambr.

[d] *Colligitur totius ſententia plenus ſenſus.*

TRACTATVS XXXIX.

De vera ſignificatione horum verborum , *donec veniret deſiderium collium æternorum.*

OMnia,quæ huc vſque dixit Iacob de filio ſuo Ioſepho,pendeot ab hac extrema parte huius vaticioij ; in ea enim eſt concluſio totius benedictionis. Qui igitur maximè filium ſuum amabat , cum finem optandi omnia 357.

bona

bona inuenire nollet, æternum fecit deſiderium, qualis ſolet eſſe affectus in vehementer amantibus; cum enim plura velint, plura deſiderant eis, quos amant. Vox igitur Hebræa,[a] & deſiderium ſignificat, atque etiam terminum; hoc autem in loco deſiderium videtur ſignificare ſine termino. Talis igitur eſt ſenſus horum verborum, ſi terminum potiùs legamus, quàm deſiderium, Benedictiones meæ durabunt quoad vſque veniat terminus montium æternorum, id eſt, perpetuò, quemadmodum locum intelligit Rabbi Kimim, cui ſuffragatur noſter Oleaſter,[b] neque aliter intelligere poteſt hunc locum, quemadmodum ipſe fatetur.

[a] *Vox Hebræa deſiderium ſignificat & terminum.*

Rab. Kimim. Oleaſter.

[b] *Oleaſtri expoſitio omnino non probatur.*

356\. Verùm quoniam vulgatus interpres potiùs tranſtulit *deſiderium*, tenemur locum explicare iuxta eam lectionem, ſicut præcipit ſacrum Conc. Tridentinum. Notandum igitur eſt in Hebræo eſſe particulam (*donec*) quæ emphatica plerunque eſt, excludés potiùs terminum, quàm conſtituens illis rebus, quibus præfigitur, ſicut latè docuimus in vaticinio Iudæ in tractatu de efficacia particulæ, *donec*. Neque etiam in Hebræo reperitur verbum *veneris*, ſed potiùs ita legenda erit hæc ſententia,[c] *quandiu deſiderium collium æternorum*; vnde non ineptè quidam hæc verba interpretantur de ſorte Ioſeph, quæ pulcherrimis, & fæcundis in montibus poſita eſt, irriguis fontibus, & fluminibus, vnde maximè deſiderabiles ſunt, ſeu perpetuum deſiderium ſunt, quibus fauet eadem benedictio[d] *Deut. 33. De benedictione Domini, Terra eius de pomis cæli, & rore, atque abyſſo ſubiacente, de pomis fructuum ſolis, ac luna, de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum.* Quibus in verbis fælicem, & beatam appellant ſortem Ioſephi propter cæli clementiam, terræ fæcunditatem, menſium, & annorum temperiem, ac denique propter ſolis, & lunæ fauorem; terra autem huiuſmodi, deſiderium eſt, ſeu deſiderabilis ſecundùm phraſim Hebræam, quod videtur ſignificare Iacob, cum dixit, *donec veniret deſiderium collium æternorum*, id eſt, quandiu deſiderabiles fuerint tui montes, erunt autem perpetuò deſiderabiles, quia pulcherrimi, & fæcundiſſimi ſunt propter cæli clementiam, & terræ fæcunditatem. Appoſuit autem vulgatus interpres verbum, *veniendi*, cum dixit, *donec veniret*, quia florere,[e] ſiue creſcere ſignificat iuxta ſubiectam materiam, quemadmodum colligitur ex Poëta 1. *Georgic* cum de ſegetibus ita loquitur:

Hic ſegetes, illic veniunt felicius vna.

Senſus igitur talis eſt, maiores erunt benedictiones tuæ, quàm fuerint benedictiones patrum eorum; durent, & perſeuerent, quandiu tui montes, & colles fuerint deſiderabiles, erunt autem perpetuò. Quæ expoſitio mihi omnino placuit.

[c] *Senſus quē colligit autor.*

[d] *Qui & roboratur ex benedictione Moyſi.*

Deut. 33.

[e] Venire *idē, quod creſcere & florere.*

Virgilius.

[f] *Tertia expoſitio Theodoreti.*

357\. Verùm Theodoret.[f] *quaeſt. vltima ſuper Gen.* Chryſoſt. *hom. 77. ſuper Gen.* exiſtimant hæc verba referenda eſſe ad fælicitatem, & regiam dignitatem, quam propter eximiam prouidentiam ſibi optauerunt cæteri Principes orbis. Cui expoſitioni fauet Chaldaica Paraphraſis, *Benedictiones tuas optauerunt Principes, quia à ſæculo fuerunt, ſeu, egregiam gubernandi rationem ſibi ſemper optabunt Principes mundi*, vt ſit in his verbis alluſio ad optimum gubernandi modum Ioſeph, qui à Græcis vocatus eſt modus viuendi, ſiue vir ciuilis. Vocari autem Principes in Scriptura[g] nomine montium, & collium, vſitatum eſt, ſicut patet Mich. *in cap. 6. contende iudicio aduerſus montes, & audient colles vocem tuam; per montes* enim Reges intelligit, per *colles* autem cæteros Principes minores, iuxta id, quod dictum eſt Pſalm. 71. *Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam*; petita metaphora ab aſpectu montium, qui de longè videntur; tales enim ſunt Principes omnibus conſpicui, in edito & excelſo loco dignitatis poſiti. Ineſt igitur in his verbis tacita comparatio inter Ioſephum, & cæteros alios Principes; alios enim *colles* vocat, ſi conferantur cum Ioſepho, qui ad inſtar cuiuſdam *montis* ſublimioris eſt.

Theodoret. Chryſoſt.

Cald. Par.

[g] *Nomine montium & collium intelligendi Principes.*

Mich. 6.

Pſalm 71.

[h] *Vt ſit comparatio inter Ioſephum & cæteros eius principes.*

358\. Cui non placebit id, quod hoc in loco voluerunt Ambroſ. Rupertus Abbas, & Brixian. *in comment. ſuper Gen.* volunt enim in his verbis eſſe digreſſionem[i] à fælicitate Ioſephi ad fælicitatem, & deſiderium Meſſiæ ſeruatoris, qualis digreſſio fuit in vaticinio Iudæ de regno eiuſdem Iudæ ad regnum Meſſiæ; *praualuit enim*, ſicut dixit Ambroſ. *deſiderium Chriſti ſeruatoris ſuper omnes montes, & deſideria collium æternorum ſuper omnes illos ſublimis meriti viros Patriarchas, & Prophetas, & Apoſtolos, imò etiam vltra Solem, & Lunam, & Archangelos tanquam cæli lumen eminuit Meſſias.* Rupertus conuenientia dixit, *deſiderabilis expectatio omnium ſanctorum Meſſias.* Id quod figuratum videtur eſſe in Salomone *lib. 3. Reg. cap. 10.* cum dicitur, *vniuerſa terra deſiderabat vultum Salomonis.* Vnde Aggæus c. 2. de Meſſia dixit, & *veniet deſideratus cunctis gentibus*, ſeu potius, vt eſt in Hebræo, *veniet deſiderium gentium omnium*; eſt enim vnum de nominibus Meſſiæ, *deſiderium*,[l] ſicut expreſſit ſponſa *in Cantic. cap. 5.* cum enumeratis omnibus pulchritudinis prærogatiuis, addidit tandem, *totus deſiderabilis*, ſeu *totus eſt deſiderium*; hoc enim nomen maximè commendat diuinam pulchritudinem Chriſti, qui ita eſt deſiderium noſtrum, vt nunquam ſatietatem afferat, quod in deſiderio eſt optimū,[m] & in amore pulcherrimum, ſicut notauit Plato *Dialog. 6. de legibus*, cum inquit, *ſi quod in amoribus deſiderium eſt, amores omnes quaſi glutino connectit, & vincit.* quibus habet ſimilia Nazianz. *orat. aduerſus mulieres ambitioſè ſe ornantes.* Proſequitur idem argumentum Hugo de S. Victore *Cantic. in cap. 5.* cum ait, *eſuriem habet dilecti ſuauitas, non ſatietatem; refectionem, non plenitudinem*, Nam ſapientia dixit, *qui edunt me, adhuc eſurient; qui bibunt, adhuc ſitient.* Vnde Bernard. dixit eleganter de deſiderio Dei, *nūquid conſummatio gaudij, deſiderij eſt conſumptio? oleum magis eſt, nam ipſum flamma, ſic eſt*; quod fortaſſis voluit D. Paul. 1. *Corinth. cap. vltimo*, cum dixit, *ſi quis non amat Dominum Ieſum, anathema ſit.* Quibus in verbis commendat in Chriſto Domino Paulus pulchritudinem omnino expertem, & alienam à faſtidio, & ſatietate, præſertim ſi addamus ea verba, quæ Chaldaica paraphraſis poſuit, quæ eadem reliquit vulgatus interpres; ea autem ſunt, *amaratha*, id eſt, *iam venit*, amabilis enim eſt, & deſiderabilis Meſſias Dominus ante ſuum aduentum,[n] ſed magis amabilis, & deſiderabilis poſt ſuum aduentum; diuina enim pulchritudo tunc maximè deſideratur, quando maximè poſſidetur. De Chriſto igitur locus intelligendus eſt ſecundùm mentem Ambroſij, & aliorum, quem deſiderarunt colles æterni, id eſt, ſanctiſſimi Patres, & antiquiſſimi, hoc enim nomen, *æternum*, plerunque ſignificat, qui etiam obiectum eſt totius noſtri deſiderij, eritque in æternum.

Ambr. Rupert. Brixian.

[i] *Digreſſionē putant ibi eſſe ad Meſſiæ deſiderium Patres aliqui.*

Ambr.

Rupert.

3. Reg. 10. Aggæus.

[l] *Cuius proprium nomen eſt, deſideriū.*

Cantic. 5.

Plato.

[m] *Optimum in deſiderio, quod in amore pulcherrimum.*

Nazianz. Hugo de S. Victor.

Bernard.

1. Cor. vlt.

[n] *Si Chriſtus amabilis ante aduentum ſuum quo magis poſt aduentum in carne?*

361. Tandem colligit vniuerſa ea bona, quæ dixerat, & eadem congerit in ipſum Ioſephum, vtens fatali & conſueta deprecandi formula, [o] cum dixit; *fiant in capite Ioſephi, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos*; hæc enim forma deprecandi vulgaris eſt, ſicut conſtat ex illo Poëtæ:

[o] *Vltima concluſio totius propheſia.*

Virgilius.

Dy capiti ipſius, generique reſeruent.

Plato.

Eſt enim caput pars hominis præcipua, in qua totus homo poſitus eſt, ſicut dixit Plato in Tim. *Eſt enim*, inquit, *caput membrum corporis diuiniſſimum, reliquorum membrorum princeps, cui totum corpus connexum Dy ſubeſſe, & parere. iuſſerunt; excogitauerunt enim motuum omnium, quotquot eſſe poſſunt, compos id fore, vnde meritò quæcunque imprecatio bona, vel mala, ſuper caput fieri conſueuit*, id eſt, *ſupra totum hominem.* Fiant igitur, ſeu eueniant Ioſepho meo, ea omnia bona, quæ parentes mei mihi imprecati ſunt, & longè alia maiora; eandémque imprecationem repetit, cum dixit, *in vertice Nazaræi mei*; Nazaræum autem vocauit Ioſephum, id eſt, electum, [p] ſiue ſeparatum à pluribus; hoc enim ſignificat vox Hebræa, quaſi inter omnes fratres propter eximias virtutes ſit eligendus, qualis eſt ille locus *cap. 5. Cantic.* cum ſponſa enumeratis virtutibus ſponſi ſui, propter quas omnino diligendus erat, dixit, *electus ex millibus*, hoc eſt, *Omnes excedit.* Similis locutio eſt in Pſalm. 44. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis*, ſeu, *elegit te Deus inter fratres tuos einſdem naturæ*; verbũ enim vngendi, [q] in Scriptura ſignificat eligere: ſic enim eligebantur, ſiue creabãtur per vnctionem ſcilicet; quemadmodum rectè notauit Rabbi Dauid ſuper eum locum. Nazaræus igitur hoc in loco *ſeparatum*, ſiue *electum*, vel potiùs *excellentem*, ſignificat Ioſephum, atque ita Iacob ſignificauit non immeritò, ſed iure imprecatum fuiſſe tot bona excellenti filio Ioſepho.

[p] Nazaræus Hebraicè idẽ quod electus ſeu ſegregatus.

Cantic. 5.

Pſal. 44.

[q] *Idem ſignificat verbũ vngendi.*

Rab. Dauid.

TRACTATVS XL.

Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in Ioſeph.

362. SICVTI præfati ſumus in principio huius benedictionis, Ioſephus expreſſa quædam imago eſt Chriſti patientis, quam videtur Deus propoſuiſſe imitandam [a] Chriſto Seruatori. Hoc autem argumentum ſequuntur omnes fermè Patres; fuit enim Ioſephus miſſus ad recreandos fratres, & ab eis occiſus eſt, vel potiùs miſſus in ciſternam, deinde ab eiſdem venditus, poſtea orbis factus remedium & lapis, ſiue firmamentum Iſraëlis; ſic quoque Chriſto Domino euenit. Quod inter cæteros docet eleganter Proſper. *in lib. de promiſ.* Nos igitur non repetemus ea, quæ Patres dixere, ſed tantùm breuiter præſtringemus eas congruentias, quæ ex hac litera colliguntur.

[a] *Ioſeph imago à Deo propoſita videtur Chriſto imitanda.*

Proſperus.

* * *

§. I.

Ioſeph accreſcens primò Chriſti figurat incrementum.

PRima igitur congruentia ſit petita à nominis etymologia; Ioſephus enim *adiectus*, ſiue *appoſitus*, vel potiùs *incrementum* appellatur. Aduertendum igitur eſt, conſuetum eſſe in Scriptura appellari Chriſtum Dominum *germen*, ſiue *ramum orientem*, hoc eſt, *incrementum arboris*; ſic enim loquitur Zacharias *in cap.* 6. & Hieremias cap. 23. *Suſcitabo Dauid germen iuſtum.* Pro qua re videndus eſt Chryſoſt. *hom.* 1. *de præparatione aduentus Domini*, vbi aduertit ſecundum vtranque naturam Chriſtum Dominum [b] incrementum, ſiue germen appellari; hoc etiam notauit Areopag. *in cap.* 2. *de diuinis nominibus*, cum vocat Filium & Spiritum ſanctum *germina*, ſiue *flores diuinæ naturæ.* Secundùm igitur diuinam naturam magnum patris incrementum eſt noſter Ioſephus Chriſtus Dominus, [c] quem Pater eandem naturam communicando numero, æqualem ſibi germinauit. Quod proſequitur eleganter D. Auguſt. *Pſalm.* 58. cum explicat ea verba Chriſti Domini *Ioan.* 20. ad Mariam Magdalenam dicta: *Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum; noli, quod vides, hoc ſolum me credere, neque hic remaneat aſpectus tuus, vbi tactus tuus; humilis enim tibi videor, nondum aſcendi ad Patrem meum; tunc enim aſcendit, quando nobis innoteſcit æqualis, egreſſio enim eius à ſummo cælo, & occurſus eius vſque ad ſummum eius, ſicut dicitur* Pſ. 18. *Summum non dicitur niſi de æqualibus; cum enim aliqua inæqualia comparamus, & aliquid breue ad aliquid magnum applicamus, vt videamus quantum ad quantum ſit, ſi inæquale inuenerimus, ita ſolemus dicere, non occurrit; ſi autem æquale ſit, occurrit; ego occurſus eius vſque ad ſummum cælum, quia æqualis eſt Patri, talem ſe volebat innoteſcere fidelibus ſuis, qui dixit, noli me tangere, nodum enim aſcendi ad Patrem meum; hoc idem voluit, cum diceret, exurge in occurſum mihi, & vide, innoteſce, quod tibi æqualis ſim, & fac videre hoc ipſum, quandiu mihi Philippus dicet, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis; quandiu ego dicam, tanto tempore vobiſcum ſum, & Patrem non noviſtis; Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum; exurge in occurſum mihi, & vide, fac me videri, fac te videri, fac hominibus notam æqualitatem noſtram.* Verè igitur noſter Ioſephus *adiectus*, ſiue *appoſitus*, vel potiùs *magnum Patris incrementum* appellatur, & eſt; in eadem enim ſubſtantia numerica diuina cum reali diſtinctione perſonarum generanti Patri æqualis appoſitus eſt. 363.

Zach. 6.

Hierem. 23.

[b] *Chriſtus Dominus germen ſiue incremẽtum.*

Areopag.

[c] *Magnum Patris incremẽtum filius Dei ſecũdum diuinitatem.*

Auguſt.

Ioan. 20.

Pſalm. 18.

Si non placet hæc congruentia prima, ſit ſecunda poſita in humanitate aſſumpta; ſatis enim notum eſt *incrementum Dei* appellari Chriſtum Dominum [d] ſecundùm carnem aſſumptam. Quo pacto D. Paul. *ad Hebr. cap.* 1 videtur intelligere eum locum Pſalm. 2. *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*, cum dixerit, *quem conſtituit hæredem vniuerſalem*, quod de carne Chriſti dictum eſſe notauit Theodoret *Qui enim ſecundùm diuinam naturam poſſeſſor eſt omnium rerum, ſecundùm humanam naturam hæres earundem factus eſt, quarum ei tradita eſt poſſeſſio merito paſſionis ſuæ, quod* 364.

[d] *Niſi mauis dicere Chriſtum incrementum ſecundum carnem aſſumptam.*

Pſalm. 2.

Hebræor. 1.

Theodoret.

vaticinatus

Digitized by Google

Iſai.53.

vaticinatus eſt Iſai. in cap.53. cum dixit, ideo diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidam ſpolia, eo quod tradidit in mortem animam ſuam. Proinde merito D.Bapriſta, *Ioan.cap.3.* Chriſtum Dominum vocauit *incrementum*, cum dixit, *illum oportet creſcere, me autem minui*; neque enim negandum eſt, Chriſtum Dominum authoritate, opinione,& amore paulatim creuiſſe inter homines; hoc autem incrementum poſitum erat in externa demonſtratione; interna enim virtus & gratia incrementa accipere non poterant;id enim,quod perfectiſſimum eſt, acceſſum habere non poteſt in perfectione,quemadmodum notauit eleganter D.Nazianz. *in orat.funebri D.Baſily.* Quibus habet ſimilia D. Auguſt. *tract.14. in Ioan.*& Bern. *ſerm. 2. ſuper* Miſſus eſt. *Quod*, inquit, *de Sapientia, & gratia dictum eſt, non ſecundùm quod erat, ſed ſecundùm quod apparebat intelligendum eſt*,quæ conueniunt maximè cum litera [f] Hebræa ad hunc locum; ſic enim Hebraicè legitur,*filius accreſcens Ioſeph ad oculum*; ea enim, quæ paulatim creſcunt, ad oculum creſcere dicuntur ſecundùm vulgatem noſtrum loquendi modum.

Ioan.3.

[e] *Qualiter Chriſtus Dominus accreuit.*

Nazianz. Auguſt. Bernard.

[f] *Conuenientia litera Hebrææ ad Chriſti incrementum.*

§. II.

Ioſeph in pulchritudine ad viuum exprimit Chriſtum.

365. TErtia congruentia in pulchritudine poſita eſt, cum de Ioſepho dicitur, *decorus aſpectu.* Oſtendit autem diuinam pulchritudinem, quæ ſumma eſt, ſicut latè dicit Plotinus *Æn. 1. lib.de pulchro, & lib.7. de ſummo bono cap. 34. & 35.* ea pulchritudo, quæ in carne [g] Chriſti poſita eſt, quod notauit Ioan.Euangeliſta *in cap. 1. ſuæ reuelationis*, cum de Chriſto dixit, *& facies eius ſicut Sol lucet in virtute ſua.* Ad quem locum ſicut eléganter argumentatur Richard. de ſancto Victore, *apparet ergo quàm immenſa ſit illa ebrietas, ſi tam mirabilis ſimilitudo ſuſcepta, & glorificata natura.* Videndus eſt Origenes hac de re *Cantic.1.* ſuper illis verbis, *faſciculus myrrhe dilectus meus mihi.* Videndus item eſt Aug. *Pſ 44.* cum explicat eum locum, *Speciouſus forma præ filiis hominum*,quem conciliat cum illo alio Iſai.53. *Non erat ei ſpecies, neque decor; hoc autem*, inquit Auguſt. *magis amplificat pulchritudinem Chriſti Seruatoris, etenim non habebat ſpeciem Iudæis impiis pendens de Cruce; fidelibus autem pulcherrimus apparet & cum paſſus occurrit, & cum incarnatus oſtenditur.* Similia habet Auguſt. *Pſal.127. Quomodo*, inquit, *non habebat decorem, quem tot Virgines amant confixum? ita vt maritos in terris nolint; tot Martyres? ita vt omnia cruciamenta illius cauſa ſubeant ſponſo; Iudæi eum ſædarunt, ne amarent, verùm inter dedecora Iudæorum* [h] *apparet pulchritudo crucifixi.* Quod quadrat maximè cum iis,quæ Iacob dixit de Ioſepho, etenim decorus aſpectu erat Ioſeph, ita vt ad muros concurrerent omnes mulieres, vt eius contemplarentur pulchritudinem, ſed *exaſperarunt eum*, ſeu potiùs *amaricauerunt eum*, vt eſt in litera Hebræa, ipſæ quæ eius admiratæ ſunt pulchritudinem, quod in Chriſto ad viuum expreſſum eſt.

Plotin.

[g] *Pulchritudo carnis in Chriſto diuinitate oſtendit.*

Apocal 1. Richard.de S. Victor.

Origen.

Auguſt.

Pſalm.44 Iſai. 53.

[h] *Eluxit autem maximè inter dedecora Iudæorum, ſicut Ioſeph inter aduerſa.*

§. III.

Mirabilis figura crucifixi [i] *Ioſeph in carcere.*

366. QVarta tandem congruentia eſt apud Proſperum *in lib. de promiſſionibus part.1. cap. 28.* Ea autem poſita eſt in eo,quòd inde paſtor egreſſus eſt, paſtor Iſraël, id eſt, in carcerem miſſus, tota carceris cuſtodia Ioſepho tradita eſt, vt cui cælum, ac luna, & in manipulis terra, inferna quoque carceris ſubderentur, in quo illud eſt omnino mirabile, quod cum Ioſepho duo ſerui Pharaonis in carceram coniecti ſunt, vt trium crucifixorum numerus repleretur, è quibus noſter Ioſephus vnum puniret per debitum ſupplicium, alterum per indebitam gratiam liberaret; poſt duos autem dierum annos, incipiente tertio, egreſſus Ioſephus de carcere in remedium orbis, & in firmamẽtum Gentis Iſraëliticæ, & noſter Ioſephus Chriſtus Dominus die tertio à mortuis reſurgens paſtor egreſſus eſt à morte, paſtor Orbis,& firmamentum ſuæ Eccleſiæ. Cæteras congruentias omittimus propter temporis anguſtias; litera autem huius vaticinij patet ex ſingulis eius tractatibus.

Proſper.

[i] *Ioſeph cum duobus ſeruis numerum explet trium crucifixorum typicè.*

TRACTATVS XLI.

De verbis illis, *Benjamin lupus rapax, manè comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia.* ſiue, *De D.Paulo.*

§. I.

De ſignificatione nominis Benjamin.

367. PERVENIMVS tandem ad vndecimum vaticinium, quod eſt de Benjamin, qui eſt duodecimus filius ex pulcherrima Rachele, & vltimus ordine generationis quem moriens genuit Rachel, & ideo Hebræo nomine eum vocauit *Bennoni*, quod filium doloris [a] mei ſignificat, ſicut dicitur Geneſ. 35. *egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij ſui Bennoni*, id eſt, *filium doloris mei*, Pater autem appellauit *filium dexteræ*; ita vt mater videatur oſtendere laborioſum progreſſum vitæ hominis in hac nominis impoſitione, pater autem fælicem exitum [b] laborioſæ vitæ polliceri, cum *filium doloris, filium fælicitatis*, ſiue *dexteræ appellauit*: conſequitur enim maximos labores ſumma fælicitas, ſicut eleganter notauit Chryſoſt. *homil. 6. ad populum*, cum amplificat eum locum, *diues hic nihil grauæ recipit, propterea illic torquetur.* Vnde pueri Daniel. cap. 3. quos continebat ignis exoluit, quos non continebat rapuit. Videndus eſt Auguſt. *conc. 2. ſuper Pſal. 36. verſ. à Domino greſſus hominis.* Videndus eſt idem Auguſt. *lib.4. confeſſ. cap.5.* vbi quærit, cur lachrymæ leuent dolorem. Vnde igitur ſuauis fructus de amaritudine vitæ carpitur, gemere, flere, ſuſpirare, & conqueri? an hoc tibi dulcè eſt quia ſperamus....... & quia ſperamus remedium

[a] *Impoſitio matris ex dolore ſumpta periculi extremi.*

Gen.35.

[b] *Pater autẽ ab exitu fælicitatem auſpicatur in eodem.*

Chryſoſt.

Dan. 3.

Auguſt. Pſalm.36.

 medium

medium in laboribus; quemadmodum enim poſt vehementes imbres puriſſimus aër eſſe ſolet; ſic poſt lachrymas, & dolores admirabilis animi ſequitur tranquillitas, quod voluiſſe videtur Iacob cum nomen *doloris* filio ſuo Benjamino, in nomen [e] fælicitatis conuerteret, cum eum *filium dexteræ* appellauit; non quòd in ea fuerit opinione, in qua olim fuere veteres Romani, exiſtimantes eos filios, qui parentibus enecatis naſcebantur, fæliciſſimos eſſe, ſiue filios dexteræ, ſic enim natus eſt Scipio Africanus, ſic primus Cæſarum diſrupto matris vtero natus eſt, qua de cauſa [d] *Cæſones* appellati ſunt, inde Cæſaris nomen deductum eſt. Simili modo natus eſt Marius, qui Carthaginem cum exercitu intrauit; non ea fuit cauſa huius impoſitionis ſanctiſſimo viro Iacobo, ſed vt oſtenderet poſt labores tranquillitatem venire, vel potius vt chariſſimæ vxoris deſiderium leuaret, nomen doloris in nomen fælicitatis commutauit.

[c] *Beniamin. nomen fælicitatis.*

[d] *Cæſones putabantur fælices apud Ethnicos.*

[e] *Senſus ad literam Auctoris.*

368. Crediderim tamen moralem eſſe hunc [f] locum, in quo Iacob voluit miſeram viuendi conditionem exprimere, quæ tota doloribus repleta eſt; etenim qui de primogenito ſuo dixerat, *Ruben principium doloris mei*, de vltimo etiam genito dictum eſt, *Benjamin filius doloris mei*; quaſi vniuerſa vita hominum à dolore principium accipiat, & in dolore finem & terminum inueniat, ſicut eleganter dixit Plato in Axiaco, ſiue de morte, *Primum ortum infans plorat, & à dolore vitam auſpicatur; miſer enim ingreditur homo, neque ſine labore paratam accipit; miſerè viuit, miſerè moritur, infælix ingreſſus, infælix progreſſus, infælix exitus, cum lachrymis naſcitur, cum ſanguine viuit, cum fletu exit.* Quod argumentum proſequitur Bernard. *in ſerm. quarta feriæ hebdomadæ pænoſæ: Primam vocem plorationis edimus, vtpote vallem plorationis ingreſſi, ita vt nobis illud optimè aptari poſſit, quod Iob dixit, homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletus miſeriis multis, ita vt in breui vita redundet multa miſeria.* Hunc igitur miſerum vitæ progreſſum, principium, & terminum inſinuat hic locus, cum in fatali progreſſu filiorum Iacob, primus fuerit principium doloris, vltimus non ſine dolore natus. Hæc libuit præfari in limine huius vaticinij, ad mentem tamen eius accedimus.

[f] *Eiuſdem moralis commentarium de miſeria vitæ ab initio vſque ad finem.*

Plato.

Bernard.

§. II.

Prima fælicitas Benjamin quòd in eo fuit Templum.

369. PRima igitur, & quæ mihi videtur vera expoſitio [g] huius loci in eo poſita eſt, vt oſtendat Iacob fæliciſſimum fuiſſe filium ſuum Benjamin, quia in eius ſorte ſacroſanctum templum Hieroſolymitanum ædificatum eſt; ad ſortem enim Benjamin pertinet ſancta ciuitas Hieruſalem, ſicut patet Ioſue *in cap.* 18. Fauet huic expoſitioni Chaldaica paraphraſis, quæ ad hunc locum ita habet: *Benjamin in terra eius quieſcet præſentia diuinitatis, & in poſſeſſione [h] eius ædificabitur ſanctuarium; manè & veſperè offerent ſacerdotes oblationes, & in tempore veſpertino diuidet reſiduam portionem ſuarum de reliquiis, quæ ſanctificata ſunt.* Nobis fauet D. Hieronym. *in traditionibus Hebraicis*; refert enim hæc verba referenda eſſe ad ſacrificos, ſiue ad ſacerdotes, qui ea alacritate [i] parati erant ad immolandas hoſtias in templo, qua ſolent eſſe voracitate lupi ad deuorandas oues. Apertiùs hoc inſinuat Rupertus abbas ſuper hunc locum, de mente tamen veterum Hebræorum aſſerentium hoc in loco deſcriptum fuiſſe ſitum altaris, in quo hoſtiæ immolabantur, illud enim erat in ſorte Benjamin, ad cuius baſim effundebatur ſanguis hoſtiarum, ita vt eſſet ea pars Palæſtinæ veluti quidam lupus [l] rapax, qui perpetuo ſanguine occiſorum madet; ſic enim oſtenditur religio Hebræorum, qui nunquam ceſſabant ab immolandis hoſtiis Deo in templo.

[g] *Prima expoſitio litera,*

Ioſue 18.

Chald. Par.

[h] *Quam inuenit Paraphraſis Chaldaica.*

Hieron.

[i] *Alacritas veterum ſacerdotum ad immolādum* Rupert.

[l] *Templum & altare velut lupus rapax.*

Illud tamen aduertendum omninò eſt hunc locum ænigmaticum eſſe, & obſcuram metaphoram continere, ſecundùm quam ſolent ea, quæ frequentiùs in aliqua orbis parte eueniunt, vel fæliciùs aguntur, pro eadem regione accipi; ſicut palma pro Iudæa accipitur, quia multa ſit ea arbor in ea parte orbis; vnde in nummis Cæſaris Veſpaſiani, qui Iudæam expugnauit, palma expreſſa erat ad ſignificandam Iudæã bello captam eſſe ab eodem Imperatore. Sic pro Aphrica [n] elephantem ſolent deſcribere ænigmatici. Cum igitur hic locus ænigmaticus ſit figurata locutione, id quod fæliciſſimum erat in ſorte Benjamin, templum ſcilicet habere, & hoſtias offerre Deo, in eodem ſignificauit Iacob, cum dixit, *Benjamin lupus rapax, manè comedet prædam & veſpere diuidet ſpolia*, id eſt, ſacerdotes alacriter hoſtias mactabunt Deo, præſertim matutino tempore, quarum reliquias de more Leuitico veſpertino tempore diuident inter ſe; in laude enim maxima ſemper fuit Benjamino in ſua ſorte habuiſſe templum Domini, quod de eodem dixit Moyſes Deuter. 33. *Benjamin*, ait, *amantiſſimus Domini, habitabit confidenter in eo, quaſi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requieſcet.* Hæc autem expoſitio nobis omnino placet, [o] præſertim cum locus propheticus ſit, & totus ænigmaticus, in quo, ſicuti notauimus, ea quæ frequentiùs, vel fæliciùs eueniunt in aliqua regione pro eadem accipiuntur; fuit autem fæliciſſimum Benjamino, & egregium diuini amoris iudicium in ſuis humeris, & in ſuo complexu templum habuiſſe, vel potiùs Deum. In quo ſumma congruentia eſt inter ſortem Benjamin, & carnem Chriſti ſeruatoris: ſicut enim Deus ſiue eius templum fuit in ſorte Benjamin, in vmbra tamen, & figura; ſic requieuit Spiritus Domini in carne Chriſti, & habitauit in eadem omnis plenitudo diuinitatis non in figura, ſed potiùs corporaliter & realiter, quemadmodum dixit Paulus, & notauit eleganter Auguſt. qua de re nos fuſiùs diximus ſuperiùs. 370.

[m] *Ænigma hic obſcurum dum templi ſacrificia pro ſorte Benjamin ſumuntur.*

[n] *Sic pro Aphrica Elephas,*

Deut. 33.

[o] *Eſt tamen expoſitio omnino præferenda.*

Auguſt.

§. III.

Secunda fælicitas quòd Benjamin Duces habuit ſtrenuiſſimos.

QVamuis autem hæc expoſitio placuerit vehementer, non diſplicet ea, [p] quam affert Vatablus ad hunc locum, atque Theodoretus, & Chryſoſt. *hom. 67. ſuper Geneſ.* Aſſerunt enim hi Patres locum eſſe intelligendum de belligero Benjamino, quaſi de Iuda fuerit Rex, de Ioſepho autem, ſiue de eius fratre Benjamino, belligeri orti fuerint duces; eſſe autem ex hac ſorte fortes, 371.

[p] *Secunda expoſitio Theodoreti etiam probatur.*

Vatabl.

Theodoret.

Chryſoſt.

ies,& feroces viros conſtat ſæpins ex Scriptura,
Iudic 20. præſertimque *Iudic.in cap.*20.vbi ſtrenuè pugna-
q Strenuitas Beniamitarum. uit vna ſola tribus q Benjamini contra vniuerſas
vndecim familias Iſraël:inde primus Rex populi
creatus eſt Saul,inde Ieroboam,qui decem tribus
occupauit,inde doces, & moderatores. Eſt igitur
Hebraiſmus in illis verbis ad ſignificanduio im-
pigrè, & fæliciter omnia ducis præclari munera
facturos viros de tribu Benjamin. Pro quo ad-
r Lupus ferox ſtrenuus miles. uertendum eſt lupum ferocem, r ſiue ſtrenuum,
militem ſignificare;vnde cùm Poëta vellet oſten-
dere Martios, ſiue bellicoſos futuros eos duos
pueros Romani imperij authores Romulum, &
Remum, eoſdem introducit educatos à lupa fe-
roci, cùm 8.Æn.dixit:

Fecerat & viridi,fætam Mauortis in antro
Virgilius. *Procubuiſſe lupam, geminos hinc vbera circum*
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impauides.

Plautus. Quo modo loquendi vſus eſt Plantus cum dixit,
Quaſi lupus ab armis valeo;& Græci viros fortes,
& ſtrenuos in bello *lupos* appellarunt,petita me-
taphora ab ingenio luporum,quibus etiam ſum-
ma ferocitas eſt, & ingenium aptum ad inſidias
parandas, quorum vtrunque in bello maximè
neceſſarium eſt; vnde in Scriptura frequens eſt
ea metaphora præſertim de victoribus, qualis
Deut.32. eſt locus Deut.32.*Gladius meus deuorabit carnes.*

372. Quod autem dixit,*manè comedet prædam, &*
veſpere diuidet ſpolia,Hebraica phraſis eſt, ſignifi-
cans breui temporis ſpatio peragere munus Im-
ſ Munus Ducis ſtrenui. peratoris, quod ſ eſt ſuperare hoſtes, & eorum
diuidere ſpolia; hoc autem breuiſſimo tempore
fieri,eſt Ducis ſtrenui. Vtitur hoc loquendi mo-
Iob 4. & 14. do Scriptura Iob. in cap. 4. *De manè vſque ad*
veſperam ſuccindetur,& cap.14.*de mane vſque ad*
veſperum finies me: hoc eſt, breuiſſima eſt mea
vita. Totius huius ſententiæ talis eſt ſenſus,
t In ſecundo ſenſu tota ſententia explanatur. t ferox & bellicoſus Benjamin ad inſtar cuiuſ-
dam lupi breui temporis ſpatio, vnius ſcilicet
diei duratione hoſtes ſuos ſuperabit, & eorum
diuidet ſpolia, quod optimi Ducis ſolius eſt.
Congruunt hæc cum iis,quæ de Chriſto Domi-
Iſai.8. Procop. no dixit Iſai.in cap. 8 *Voca nomen eius, accelera,*
ſpolia detrahe,feſtina prædari. Quem locum Pro-
copius, & alij de celeritate Chriſti Domini in
vincendo intelligunt, breuiſſimo tamen tempo-
ris ſpatio ſuæ mortis,ſuperauit orbem, ſpoliauit
Auernum.

§. IV.

Vltima fælicitas quod filium habuit Paulum Apoſtolum.

373. Chryſoſt. CONiectarunt Patres locum hunc intelligen-
dum eſſe de diuino Paulo, quem Chryſoſt.
*hom.*22.*ad populum, Terreſtrem Angelum, & ho-*
minem cœleſtem, Chriſtum in ſe loquentem haben-
tem, & ſpiritus ſancti receptaculum appellauit;
qua de re videndus eſt idem Chryſoſt. *hom.* 13.
ſuper 1.*ad Corinth.*August.*concion.*2.*in* 2 *p. Pſal.* August. Hieron.
36.Hieron. *Amos cap.*5. Tanta autem congruen-
tia eſt inter ea, quæ de Benjamino dicuntur in
hoc loco, & D. Paulum, vt non dubitent Patres
aſſerere prophetiam u potiùs eſſe in his verbis *u Secundùm Patres locus hic propheticus erga D. Paul.*
D.Pauli,quàm conuenientiam; quæ ſumma laus
eſt Pauli, cùm in ea Prophetia, in qua de ſolo
Chriſto Domino dictum eſt à Iacob, non fuerit
omiſſus Paulus,ille Rex appellatus, hic armiger;
ille expectatio gentium, hic vocator; qui enim
manè,ſicut dicitur *Actorum cap.*9. quoſcunque Actor.9.
inuenire poterat huius viæ viros, ac mulieres,
vinctos ad Principes perducebat;*veſpere*,hoc eſt,
vſque ad finem vitæ diuiſit ſpolia, ſcilicet ſacræ
euangelicæ prædicationis eloquia; ſic enim
Theodoret.locum intelligit, ſic Gregor. *lib.* 18. Theodoret. Gregor.
*moralium cap.*11.ſic Tertull.*lib.*5.*contra Marcio-* Tertullian.
*nem cap.*1.August.*ſerm.*14. *de ſanctis. Atque ita,* August.
qui lupus, ſiue Saulus fuit manè, veſpere factus eſt
Paulus, ſiue paſtor; ſicut enim Rachel cum pareret
Beniamin,vocauit nomen eius,filium doloris;ſic quo-
que doloris filius fuit Paulus Eccleſiæ, x vel potiùs *x Paulus doloris Eccleſiæ filius vel potius interitus Synagoga.*
interitus fuit Synagoga parentis eius; ex parte enim
Pauli ſepulta eſt Synagoga. Quibus addenda ſunt
ea,quæ habet Proſperus *in lib.* 1. *de promiſſionib.* Proſper.
enim ait,*Ioſeph dedit munera Benjamino, maiora*
dedit Chriſtus Dominus Paulo; ille enim de ſe aſſe-
rit,plus omnibus laboraui,non ego,ſed gratia Dei in
me;calicem Ioſephi in ſacculo Benjamin ſuo inuenit,
calicem paſſionis Chriſti in corpore ſuo inueniſſe ſe
fatetur Paulus,cum dixit, Ego enim ſtigmata Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti porto in corpore meo; ſi ha-
bitauit Deus in terra Benjamin, vas electum eſt
Paulus ad portandum ipſum Deum per vniuerſum
orbem. Quibus addit Ambroſ.*in lib de Ioſeph.c.*8. Ambr.
Sine Benjamino z Patriarchæ primò perrexerunt *z Analogia Beniamin ad D.Paulum.*
in Ægyptum,ſine Paulo Apoſtoli;vterque non pri-
mus aduenit, ſed accerſitus à primis,vberem
meſſem priorum ſuo fecit aduentu. Ha-
ctenus de filiis Iacob,quos ſin-
gulis benedictionibus be-
nedicens, tandem
interiit pater
Iacob.
†

Finis Benedictionum Iacob.

DE SEPVLTVRA DEFVNCTI PATRIARCHÆ IACOB.

1\. AD inferias, id eſt ad ſacra funeralia defuncti Iacob nos vocat priocipium huius anni, vt qui anno elapſo facta duodecim Patriatcharum, id eſt, ea, quæ diuina Prouidentia, vel ita diſponente, vel ita permittente, ventura erant filiis Iacob latiùs enarrauimus, iam nunc funus, ſiue ſacra funeralia, quibus filij Iacob patri ſuo iuſta fecere, dicamus etiam. Omiſſa omnino morte eius, ad iuſta accedimus; de morte nanque fuſiùs diximus ſtatim in ipſo limioe totius huius operis, vbi de morte piorum hominum inſtitutus eſt ſermo, quorum fælix ſolet eſſe obitus, quemadmodum nos colligimus ex habitu morientis Iacob, ſicut pulchrè notauit Chryſoſt. *homil.* 67. *ſuper Geneſ.* cum ponderat ea verba Geneſ. 49. *Finitiſque mandatis, quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum, & obiit, & appoſitus eſt ad populum ſuum. Vide,* inquit Chryſoſt. *mortem iuſti magno* [a] *miraculo plenam; ſubleuauit enim pedes in ſuum lectulum, quaſi cum voluntate rem aggrederetur, qualiter interiit etiam Moyſes Deut.* 34. *Etenim loquens cum Deo expirauit, hoc enim ſignificant ea verba: mortuus eſt Moyſes ſeruus Domini iubente Domino in terra Moab,* id eſt, cum iam aſpiceret terram promiſſam, nec tamen poſſideret, cuius deſiderio moleſta potuiſſet eſſe eius mors. Quod autem in medio diuinorum beneficiorum, ſiue fauorum expirauerit, ſignificant ea verba, *iubente Domino,* quæ in Hebræo, ita potiùs leguntur, *mortuus eſt Moyſes ab ore Domini,* inter loquendum cum Deo. Quod enim optauerat ſponſa in vita *Cantic. in cap.* 1. cum dixit: *Oſculetur me oſculo oris ſui,* illud amiſit Moyſes in morte, & tamen lætus obiit. Quibus addenda ſunt ea, quæ habet Ambroſ. *in lib. de Abel,* vbi egregiè notauit, mortuum fuiſſe Moyſem per Verbum Dei, per quod omnia facta ſunt; vt ſignificaretur non lapſus operis, ſed donatio [b] quietis. Similia de Paulo notauit Aug. *ſer.* 45. & Areopag. *in lib de Eccleſ. Hierarch. cap.* 7. ad illa verba 2. *ad Timoth. cap.* 4. *Ego enim iam delibor,* id eſt, cum gaudio recedo. Videndus eſt Seneca *epiſt.* 55. cùm de Sanctorum obitu ita habet: *Illum lauda, & imitare, quem non piget mori cum iuuet viuere; quæ enim virtus eſt, cùm eiiciaris, exire? & ideo nunquam eiicitur ſapiens, quia eiici eſt inde expelli, vnde inuitus recedas, nihil inuitus agit ſapiens, neceſſitatem effugit, quia vult, quod ipſa coactura eſt.* Sic igitur lubens Iacob occurrit fato, quando maximè viuere iuuabat, ſuis ſuorúmque rebus compoſitis; ſic enim honeſtè mortuus eſt, cum maximè iuuaret vita, hæc enim [c] multo honeſtior eſt mors, quàm ea, quam Plutarchus honeſtiſſimam vocauit in vita Pelopidæ cum dixit, tunc verò honeſta eſt mors quando melior, & honeſtior eſt mori, quàm viuere: nos verò eam honeſtiſſimam exiſtimamus mortem, quæ accidit, quando maximè viuere iuuabat, qualis planè fuit mors Iacob.

Chryſoſt. Gen. 49.

[a] *Mors iuſti miraculo plena.*

Cant. 1.

Ambr.

[b] *Mors donatio quietis.*

Aug. Areopag. 2. Tim. 4. Seneca.

[c] *Honeſta tunc mors cùm maximè iuuat viuere.* Plutarch.

Nos verò de eius ſepultura tantummodò dicemus, & rem omnē diuidemus in quatuor Tractatus collectos ex verbis illis, qoibus Moyſes caput hoc 49. cōcluſit, & ex aliquibus, quę ſunt in principio ſtatim ſequentis cap. 50. Sic enim Moyſes abſoluit 49. caput: *Præcepit filiis ſuis dicens: Ego congregor ad populum meum: ſepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici, quæ eſt in agro Ephron Hethæi in Mambre in terra Chanaan.* Primus igitur [d] Tractatus erit de ionata hominum cura ſuorum corporum ſepeliendorum. Secundus erit de loco ad ſepulturam accommodato. Tertius de vnctionibus, atque aliis cæremoniis, quibus corpora humantur. Quartus tandem Tractatus erit de exequiis, ſiue lachrymis defunctis debitis. 2.

[d] *Ordo dicendorum.*

TRACTATVS I.

De illis verbis Iacob, *Sepelite me cum patribus meis,* ſiue, *De cura ſepulchri.*

§. I.

Si deſint funeri neceſſaria, non magni faciendum.

INiurius igitur videtur in diuinam Prouidentiam Iacob, cum tam ſollicita cura de cadauere 3.

cadauere ſuo ſepeliendo mandauerit Ioſepho, cæteriſque filiis ſuis, ſicut eleganter notauit D. Auguſt. *quæſt.161. de Geneſ.* Vbicunque enim poſita fuerint ſanctorum corpora, vel vbicunque diſperſa, ea præſentia proſpectat Deus, ita vt neque capillus excidere poſſit eorum, Deo ita diſponente, ſicut *Luc.21.* dixit Chriſtus Dominus; *& capillus capitis veſtri non peribit, quia omnes numerati ſunt*, ſicut dixit Chriſtus Dominus apud Luc. *cap.12.* Quod argumentum proſequitur D. Auguſt. *lib.1. de Ciuit. cap. 12. & lib. de cura pro mortuis, cap. 3. & 4.* ex illis verbis apud Luc. 12. *Ne terreamini ab iis, qui occidunt corpus, & poſt hoc non habent amplius quid faciant*; abſurdum enim eſt, ſi quis non timeat viuum corpus morti exponere, mortuum autem timeat, ne inſepultum maneat: multa enim corpora terra non texit, ſed nullum eorum quiſquam à cælo, & terra ſeparauit. Si quis autem obiiciat eam querimoniam, quæ eſt in Pſalm. 78. *Poſuerunt morticinia ſeruorum tuorum eſcam volatilibus cæli; carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ; ſanguinem eorum, ſicut aquam effuderunt in circuitu Hieruſalem, & non erat, qui ſepeliret. Sed hæc*, inquit Auguſt. *dicta ſunt ad amplificandam crudelitatem eorum, qui fecerunt*, [f] *& non eorum, qui paſſi ſunt.* Similem locum affert Auguſt. ex Lucan. *lib.7. de Bello Pharſalico.* irridente Cæſarem, qui noluit ſepelire eos, qui in bello illo occubuerunt; ſic enim alloquitur Cæſarem:

Nil agis hac ira, tabes ne cadauera ſoluat,
Aut rogus, haud refert; placido natura receptat
Cuncta ſinu.

& paulò inferiùs.

Libera fortunæ mors eſt, capit omnia tellus
Quæ genuit, cælo tegitur, qui non habet vrnam.

Similem locum inuenietis in declamatione apud Senec. vbi dicitur: *Omnibus natura dedit ſepulturam, naufragorum idem fluctus, qui expulit, ſuffixorum corpora crucibus in ſepulturam ſuam defluunt, eos qui viui comburuntur, pœna funerat.* Imò & ipſe Poëta, 6. Æn. pœnas defiuiuit in ſepultis animabus cum dixit,

Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Tranſnare, priuſquàm ſedibus oſſa quierunt.

idem Poëta dixit:

Facilis iactura ſepulchri
Sepelit enim *natura relictos.*

Videndus eſt hac de re Plato *in Phædone*, ſiue *in lib. de anima.* Vbi introducit Socratem loquentem de contemptu ſepulchri ad hunc modum: *Corpus meum ita ſepelies, vt tibi viſum fuerit*; quibus habet ſimilia D. Auguſt. 9. *confeſſ. cap. 11.* cum refert ea verba, quæ moriens dixit eius mater filiis ſuis; *Ponite hoc corpus vbiuis, nihil vos conturbet, illud vos rogo, vt ad Domini altare memineritis mei.* Quod repetit, & laudat D. Auguſt. *eod. lib. cap. 13. Nam vbiuis* [g] *terra in terram, & puluis in puluerem reſoluitur*, quemadmodum notauit Rupertus Abbas *lib. 9. de Trinit.* & Cicero *lib.1. Tuſcul. quæſtion.* ex Theodoro Cyrenæo, cui cum Lyſimacus tyrannus crucem minitaretur, his verbis reſpondit vir fortis: *Terribilis ſit hæc purpuratis tuis, mea nihil intereſt, humine, an ſublimis putreſcam?* nec minùs ſimilia ſunt ea, quæ de ſepultura Diogenis Cynici retulit Laërtius in vita eiuſdem Diogenis; is enim cum moriens rogaretur à ſuis, vbinam ponendum foret eius cadauer poſt mortem? *Vbiuis, reſpondit.* Amicis autem obiicientibus laniationem auium, & beſtiarum, *Apponite*, reſpondit, *mihi baculum, quo aues, & canes abigam. Atqui nihil ſenties*, inquiunt illi; *ſi nihil ſentiam, quid mihi oberit laniatio?* Quibus verbis ſatis philoſophicè inculcauit contemptum ſepulturæ. Attentè tamen legendus eſt Plinius *lib.7. natur. hiſt. cap.55.* dum enim de contemptu ſepulturæ loquitur, introducit errorem de mortalitate animæ, *Omnibus*, inquit, *à ſuprema die, eadémque ante primam, nec magis à morte vllus ſenſus erit aut corporis,* [h] *aut animæ, quàm ante natalem; eadem enim vanitas in futurum ſe propagat, dementia enim eſt iterari vitam morte.*

4. Nos autem non ea mente introducimus contemptum ſepulchri, imò propterea curandam maximè eſſe dicemus ſepulturam poſt mortem; eſt enim ea teſtis reſurrectionis noſtræ; vnde veteres ſepulchrum *cœmiterium* appellarunt, id eſt, *dormitorium*, [i] voce plena pietatis, & fidei; ſic enim fatentur non perpetuò dormire corpora ſepulta, ſed aliquando reſurrectura; & diuinam omnipotentiam in excitandis mortuis teſtantur. Vnde pulchrè Paraphraſis Hieroſolymitana *Geneſ.20.* dixit, claues ſepulchrorum, non Angelo, neque Archangelo, neque Seraphino, ſed Deo commiſſas eſſe; ſed illud tantùm volumus, non eſſe tantùm inſtar in ſepultura, vt propter eam aliquid magnum non ſit aggrediendum, ſicut argumentatur Auguſt. *lib. de cura pro mortuis. Si*, inquit, *ea, quæ ſuſtentandis viuentibus ſunt neceſſaria, quamuis deſint, non frangunt* [l] *tolerandi virtutem, quanto magis ſi deſint ea, quæ curandis funeribus, condendiſque ſepulchris adhiberi ſolent?* Rem omnem ex exemplo oſtendit Auguſt. *lib.1. de Ciuit. Præclaras*, inquit, *exequias in conſpectu hominum, purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum, ſed multo clariores in conſpectu Dei vlceroſo illi pauperi miniſterium præbuit Angelorum, qui eum non extulerunt in marmoreum tumulum, ſed ſuſtulerunt in ſinum Abrahæ.* Quod notatum reliquit Chriſtus Dominus *Luc. 16.* cum dixit: *factum eſt autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinu Abrahæ, mortuus eſt autem diues, & ſepultus in inferno.* Nec enim profuit pretioſa ſepultura [m] diuiti, nec verò nocuit vilis, vel potiùs nulla vlceroſo pauperi: probabiliter enim credit D. Auguſt. inſepultum relictum fuiſſe ſanctum Lazarum; nec enim credibile eſt ſeruos diuitis eum defunctum voluiſſe ſepelire, quem viuentem in extrema fame ſuſtentare noluerunt, & à cuius vlceribus canes non abegerunt; nihil igitur magnum propter honorem ſepulturæ relinquendum eſt.

§. II.

Non abiicienda ſunt cadauera maximè piorum.

5. VT tamen hanc noſtram omnium curam de cadauere ſepeliendo poſt mortem cognoſcamus, [n] vnde orta ſit, reducenda eſt in memoriam ea doctrina, quæ eſt apud D. Thom. *2.2. q. 32. a. 2. ad 1.* vbi docet ſepulturam eis nihil conferre quantum ad ſenſum, cum cadauera poſt mortem nullum ſenſum habeant; pertinet tamen ad defunctum quid agatur de eius corpore, quantum ad hoc quod viuit in hominum [o] memoriis, cuius honor dehoneſtatur, ſi inſepultus maneat. Vnde

Marginalia:

Auguſt.

[e] *Corpora ſanctorum vbique ſunt ante Deum.*

Luc. 21.

Luc. 12.

Auguſt.

Pſalm. 78.

[f] *Non humanæ cadauera crudelitas eſt viuorũ, magis quàm mortuorum miſeria.*

Lucan.

Virgilius.

Plato.

Auguſt.

[g] *Vbiuis terra in terram ſoluitur.*

Rupert.

Cicero.

Laërt.

Plinius.

[h] *Plinius animam putauit mortalem.*

[i] *At dormitõ non moriũtur ſepulti.*

Auguſt.

[l] *Non frangitur virtus ſi deſint funeri neceſſaria.*

Luc. 16.

[m] *Neq; enim profuit ſepultura diuiti, neque defuit pauperi.*

[n] *Cura ſepulturæ, vnde oriatur.*

D. Thom.

[o] *Vt viuat honorificè defunctus in memoria.*

Vnde Plato *in epiſt.* 2. ad Dionyſium tyrannum, immortalitatem animorum colligit; *Moderatiſſimi enim homines omnia faciunt, vt apud poſteros bene audiant. Ex quo ego conijcio mortuis aliquem ſenſum eorum eſſe, quæ hic aguntur, optimæ enim animæ diuinant ea, peſſimæ hoc negant*, & cætera, quæ proſequitur Plato in hoc ipſo argumento, quibus oſtendit curam ſepulchri, & optimæ memoriæ apud defunctos ſignum eſſe immortalitatis, & reſurrectionis, quod expreſſiùs dixit Marſ. Ficin. *in præfat. ſuper eandem epiſtolam*, diſtinguens inter internum ſplendorem virtutis, & externum, quorum ille iuuat ad gloriam immortalem, hic autem ad poſterorum doctrinam, & ad gaudium eorum, qui de ſuo ſplendore vident proficere multos; vnde orta ſunt [p] epitaphia, quæ in ſepulchris leguntur, ſicut teſtatur Cicero lib. 2. de legib. *veteres*, inquit, *pariter Romani, & Græci cadauera terra, & menſa lapidea operiebant, quæ continebat laudem, & nomen defuncti.* Quod etiam refert Polydor. Virg. *lib. 6. de inuentoribus rerum cap.* 10. Vnde orta eſt ea Hebræorum traditio, quæ eſt apud Lyranum *in com. ſuper cap. 2. libri Iudicum*; traditum eſt enim ab Hebræis in ſepulchro Ioſue effigiatum fuiſſe ſolem in memoriam eius beneficij, quod ſcilicet ſolem conſiſtere fecit, ſicuti & nos etiam diximus in prophetia de Iuda, bellicum eius vexillum imaginem leonis deferre, quod ſi hoc verum eſt, & in ſepulchro Iacob inter alia deſcripta eſt ea pugna, quam cum Angelo habuit, ſeu potiùs cum Deo, nobis fauet D. Hieron. *in epiſt. ad Euſtoch* quæ epitaphium Paulæ dicitur; continet autem hoc epitaphium laudes Paulæ, imò & in fronte ſpeluncæ carmen incidit, cuius hoc erat principium:

Ficinus.

[p] *Vnde orta ſunt Epitaphia in ſepulchris.*

Cicero.

Polydor.

Lyran.

Hieronym.

Aſpicis anguſtum præciſa rupe ſepulchrum.

Simile epitaphium eſt D. Hieron. Nepotiani *in epiſt. ad Liodorum.* Hæc autem ea mente diximus, vt oſtenderemus obſcuram ſepulchri, & gloriæ poſt mortem coniecturam ſumendam eſſe de ſpe [q] reſurrectionis, qualis ſpes neganda non erit in ſanctiſſimo viro Iacob, ſicut argumentatur Paulus ad Hebr. 11. *fide Abraham demoratus eſt in terra promiſſionis aliena in caſulis habitando cum Iſaac & Iacob cohæredibus eiuſdem promiſſionis*; etenim Abraham, qui nihil emit [r] in terra ſancta, ſepulchrum emit, & Iacob, qui nihil viuens habuit in Chananæa, mortuus habuit ſpeluncam, argumentum ſuæ ſpei. Quibus habet ſimilia Rabbi Dauid, cum exponit ea verba Iob in cap. 17 *ſi ſuſtinuero, infernus domus mea eſt*; quaſi vellet nullius alterius rei curam debere eſſe in vita, quam ſepulchrorum, ſicuti Abraham fecit, atque etiam notarunt Diodor. Syculus, & Herod. in Ægyptiis, quorum maior cura erat condendorum ſepulchrorum, quàm extruendarum [s] domuum; eo facto ſignificantes immortalitatem animæ è corporum reſurrectione. Quare mirum non eſt ſi ita curauerit Iacob ſuam ſepulturam; eſt enim hæc communis in hominibus innata cupiditas remanendi honorificè in memoriis hominum; honeſta autem non erit memoria ſi turpiter cadauer tractetur poſt mortem, ac proinde hoc communi appetitu dixit, *ſepelite me cum patribus meis.*

[q] *De ſepulchro ſpes reſurrectionis non obſcura.*
Hebr. 11.

[r] *Abraham qui nihil emit, ſepulchrum emit.*

Rab. Dauid.
Iob 17.

Diodor.
Herodot.
[s] *Maior apud Ægyptios cura ſepulchri quàm domus.*

6. Secunda verò ratio deſumpta eſt ex amore, [t] quo carnem noſtram diligimus, ſicut colligit D. Thom. *loco citato*, ex eo loco Pauli ad *Epheſ.* 5. *nemo carnem ſuum odio habet*; & probat Auguſt. ex eodem fundamento lib. 1. de ciuitate cap. 13. *Non*, inquit, *contemnenda ſunt corpora defuncta, præſertimque ſanctorum hominum, quibus tanquam organis vſus eſt Spiritus ſanctus; ſi enim paterna veſtis, aut annulus, & ſimilia, tanto chariora ſunt poſteris, quanto erga parentes maior exiſtit affectus, nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora, quæ multo familiarius, atque coniunctiùs, quàm quælibet indumenta geſtamus; hoc enim non ad ornamentum, vel adiutorium, quod adhibetur extrinſecùs, ſed ad ipſam naturam hominis pertinet.* Sic de cura pro mortuis docet Auguſt. & ſerm. 14. de verbis Domini. Eſt igitur iuſtiſſima ea cura, quam homines habent ſepeliendi ſua cadauera poſt mortem. Iuſtior autem multo hæc cura fuit [u] in Iacob, vtpote ſepeliendi eam carnem, eamque honeſtiſſimè deponendi, de qua *Verbum caro factum eſt.* Vnde mihi ea coniectura videtur efficax, non ſolùm eum dixiſſe filiis ſuis, *ſepelite me cum patribus meis*, ſed etiam *Gen. c.* 47. adiuraſſe filium Ioſephum poſita manu ſuper femur eius, atque ita mandaſſe de carne ſua ſepelienda; hic enim modus iurandi apud eos patres magnitudinem rei oſtendebat, quaſi vellet Iacob, vt ſanctè tractaretur à filio eius caro, de qua carnem accepturus erat Deus, qualis eſt ille locus *Geneſ.* 24. quando Abraham ſeruum ſuum miſit ad quærendam vxorem filio ſuo Iſaaco; ſic enim dixit; *Pone manum tuam ſuper femur meum, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum*; tacto femore magnitudinem rei oſtendit, inculcans ſeruo ſuo omnem curam adhibendam eſſe in eo matrimonio, ex quo Verbum in carne viſendum erat. Nihil igitur mirum, ſi tantopere eam carnem curauerit ſepelire Iacob; ſi enim Angeli admirati adſcendebant, & deſcendebant, quando Deus in Luza apparuit Iacob ad videndam eam carnem in dormiente Iacobo, de qua naſcendus erat Meſſias, cur non decenter eam ſepelire mandaret idem Iacob?

[t] *Oritur & cura ſepulchri ex amore carnis.*

D. Thom.
Epheſ. 5.
Auguſt.

[u] *Hæc iuſtiſſima cura eſt, maximè verò in Iacob, de quo caro Chriſti.*
Gen. 47.

Gen. 24.

§. III.

Qualiter ſepulturæ traditus Iacob?

SVpereſt, vt videamus, quo tandem genere ſepulturæ voluerit Iacob ſuum corpus ſepeliri; nanque verbum ſepeliendi æquiuocum eſt, vt notauit Plinius *lib. 7. cap.* 54. ſepelire enim, [x] erat quouis modo corpus tegere; humare autem, humo contegere: nanque ſolebant veteres vel igne cremare ſua cadauera, vel terra abſcondere; priorem ſepeliendi modum reprehendit Tertull. in lib. de anima cap. 1. *Propterea*, inquit, *neque ignibus funerandum aiunt parcentes ſuperfluo animæ; alia eſt enim ratio pietatis iſtius, non reliquiis animæ adulatrix, quod & ipſum non vtique homo mereatur pœnali exitu impendi.* Similia habet *lib. de reſurrectione c.* 1. *Magis*, inquit, *rideho vulgus, tum quoque cum ipſos defunctos atrociſſimè* [a] *exurit, quos poſtea guloſiſſimè nutrit, eiſdem ignibus, & promerens, & offendens.* Accommodatior autem ad rei naturam eſt humatio, præſertim cum *Gen.* 3. hæc pœna nobis relicta ſit, *terra es & in terram reuerteris.* Quod pulchrè etiam dixit Euripid. *ſinite modò terra tegi mortuos, & vnde corpus venit, illuc etiam redeat*; ſpiritus quidem in cælum, corpus in terram; tanquam enim pientiſſima mater terra filios ſuos, quos genuit in gremio [b] complectitur, & excipit defunctos. qua proſopopœia vſus 7.

Plinius.
[z] *Quid ſepelire, quid humare.*

Tertullian.

[a] *Veteres atroces in cremandis corporibus.*
Gen. 3.

Euripid.

[b] *Mitiùs agitur cum ſepultis.*

vſus eſt Poëta in Daphnide, vbi introducit Romam vrbem, confoſſum vulneribus Iulij Cæſaris corpus amplexantem.

Virgilius.

Cum complexa ſui corpus miſerabile nati,
Atque Deos, atque aſtra vocat crudelia mater.

Niſſenus.

Theologicam huius rei rationem & cauſam adducit Gregor. Niſſen in *Catech. orat. cap.* 8. *& in orat. funebri Pulcheriæ.* ſepeliendi corpora in terra, quia [c] oportuit vt ad modum vaſis fictilis propter vitium contractum ad terram adigeremur, vt inde poſtea vas in honorem eſſemus. Quapropter hic ſepeliendi modus accommodatus eſt, ſumpta metaphora à figulo, qui vas, quod vitium aliquod contraxit, in lutum adigit, vt poſtea vas componat pulcherrimum, & ſine vitio ex eodem luto. Hinc intelligendus eſt locus apud Ciceronem 2. *de legib.* cum dicit, *locum, in quo buſtum cremabatur, neque religioſum eſſe, neque priuilegia ſepulchralia habere, quandiu gleba terræ ſuper cineres defuncti non proijciebatur:* ſic enim corpus humatum videbatur. Non eſt autem aliena ab humatione ea ſepultura, qua veteres Hebræi ſepeliebãtur in petra, [d] ſcilicet exciſa, quamuis Virgilius Polidor. *loco citato*, voluerit differentiam conſtituendam eſſe inter vulgares noſtras ſepulturas, in quibus contegimur terra, & illas veteres, in quibus lapidibus condebantur homines; illæ enim in cauernis terræ eſſe ſolebant, ſicut aduertit Baron. *tom.* 1. *annal. anno* 134. imò & illud ex euangelio colligitur *Matth.* 12. cum Chriſtus Dominus dixit de corpore ſuo, *ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus;* cum tamen Chriſtus Dominus [e] in petra ſepultus ſit, ſicut Matth. dixit 27. *cap. & poſuit illud Ioſeph in monumento ſuo nouo, quod in petra exciderat;* in corde autem terræ, & in medio terræ idem prorſus eſt; fatetur enim ille locus Matthæi humatum fuiſſe corpus Domini, id eſt, in medio terræ ſepultum, ſicut notarunt Beda, & Euthym. Quamuis non ſit negandum illis verbis etiam ſignificatum fuiſſe deſcenſum Chriſti ad inferos, quem Caluinus impiè negauit. Sic quoque Patriarcha Ioſeph patrem ſuum Iacob ſepeliuit, [f] ſiue humauit; poſuit enim illum in lapidea ſepultura, quæ erat in ſpelunca.

[c] *Ratio theologica cur magis conueniat ſepelire.*

Cicero.

[d] *De ſepulchris lapideis veterum.*

Polidor.

Baronius.

Matth. 12.

[e] *Facit pro Chriſti ſepulchro ad literam.*

Matth. 27.

Beda.

Euthym.

[f] *Cuius ſimile fuit ſepulchrum Iacob.*

TRACTATVS II.

De verbis illis, *in ſpelunca duplici, quæ eſt in agro Ephron,* ſiue, *De loco accommodato ad ſepulturam.*

§. I.

Cur ſepeliri voluerit Iacob in Hebron.

9. NOn ſolùm Iacob ſuis filiis mandauit, vt ſuum cadauer ſepelirent. ſed locum deſignauit, eúmque dixit futurum Hebron, quæ ciuitas vetuſtiſſima fuit, & à veteribus appellata *Cariath-Arbeth*, hoc eſt, *ciuitas quatuor virorum*, eo quod quatuor Patriarchæ, Adam, Abraham, Iſaac, & Iacob ibi habitarunt, & ſepulti ſunt, aſylum fuit fugitiuorum, & ciuitas [a] ſacerdotalis, tota ſacra, & religioſa. Qua de re, vt omittam Gabr. à Coſta in Gen. alios, videndus eſt Adricomius in theatro terræ Sanctæ in tabula Iudæ; in ea igitur ſacra ſpultura ſuum corpus voluit ſepeliri Patriarcha Iacob.

[a] *Dignitas Hebron multa nimis ad literam.*

Adricom.

D. Auguſt. *q.* 161. *ſuper Gen.* vt afferat myſticam rationem huius ſepulturæ, quærit optimè, quid ſibi velit à tanto viro, tam ſollicita corporis commendatio, vt non in Ægypto ſepeliatur, ſed in terra Chanaan iuxta patres ſuos; mirum enim videtur & quaſi abſurdum, nec conueniens tantæ excellentiæ mentis propheticæ, ſi hoc ex hominum conſuetudine metiamur: ſi autem in his omnibus ſacramenta [b] quærantur, maioris admirationis gaudium ipſi, qui inuenerit, orietur: cadaueribus ſiquidem mortuorum, peccata ſignificantur in lege. vnde Eccleſiaſtici 34 dicitur, *qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit illum quid proſit lauatio eius?* Sic enim propter contactum peccati lauantur homines, & mundantur. Quod voluiſſe videtur locus *Pſalm.* 31. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata,* id eſt, ad modum cadauerum ſepulta. Vbi ergo ſepelienda erant cadauera Patriarcharum hoc ſignificantia, niſi in ea terra, vbi ille crucifixus eſt, cuius ſanguine facta eſt remiſſio peccatorum? Vt igitur propinquior eſſet Crucifixo, [c] potiùs in Hebron, quàm in Ægypto voluit ſepeliri Iacob. Iuuat hanc allegoriam locus alius, quem adducit D. Auguſt. *eodem lib. q.* 165. *ex cap. Geneſ.* 48. cum quærit, cur Iacob interruperit eum ſermonem, quem cum Ioſepho habebat de poſteris ſuis, facta hac præpoſtera, vt videtur, recordatione de ſepultura Rachelis matris Ioſephi; ſic enim ex abrupto rem aggreſſus eſt Iacob: *Mihi enim, quãdo veniebam de Meſopotamia mortua eſt Rachel in terra Chanaan in ipſo itinere, eratque vernum tempus, & ingrediebar Ephratam, & ſepeliui eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem.* Mirum enim videtur, quòd Iacob filio ſuo Ioſepho tanquam neſcienti voluerit inculcare locum ſepulchri Rachelis, vbi & quando ipſam ſepeliuerit, cùm tamen ipſe Ioſeph præſens fuerit. Vnde fortaſſis ad rem fuit commemorare locum ſepulchri, fuiſſe Bethlehem, vt ſignificaret Rachelis optimum ſepulchrum eſſe, [d] nec eius transferenda eſſe oſſa ab eo; accommodata enim ſatis eſt ea ſepultura, quæ vel ad naſcentis Dei regionem, vel ſaltem occumbentis poſita eſt. vnde colligitur myſtica & prophetica ratio, atque allegorica, cur Iacob voluerit ſepeliri in Hebrone non longe a Chriſto crucifixo, vnde remedium ſperabat ſuorum peccatorum.

10.

Auguſt.

[b] *Sed Iacob myſterium quæſiuit, non gloriam.*

Eccleſ. 34.

Pſalm 31.

[c] *Nimirum vt propinquior eſſet Crucifixo.*

Auguſt.

[d] *Quare Rachelis non iuſſerit transferri oſſa.*

Vt autem poſſitis locum meliùs dilatare, videndus eſt D. Ambr. *in lib. de Ioſeph cap.* 3. [e] cum ponderat ea verba, quibus Moyſes enarrauit Ioſephi venditionem factam Iſmaelitis mercatoribus Gen. 37 *Et ecce,* inquit, *mercatores veniebant Iſmaelitæ ex Galaad, & cameli eorum pleni erant aromatibus, & reſina, & ſtacte; ibant autem deducere in Ægyptum.* Vnde Ambr. ita ex Græco legit locum Pſalm. 140. *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum, reſina, qua marmora confracta ſolidantur;* eſt enim reſina ſpiritualis, quæ fracturas animæ ſolidat, & diuulſa connectit, & ſoluta conſtringit; hæc enim reſina corroborat, & quædam comminuta animæ membra componit, vt ſine offenſione ſocientur, cuius meminit Hierem *cap.* 8. *nunquid reſina non eſt in Galaad? an medicus non eſt illic?* & cap. 51. *ſubitò cecidit Babylon, & contrita eſt; vlulate ſuper eam, tolli-*

11.

Ambr.

[e] *Extenditur locus eruditè.*

Gen. 37.

Pſalm. 140.

Hierem 8. & 51.

te reſinam ad dolorem eius, ſi forte ſanetur.

12. Quod vt meliùs intelligatur, aduertendum eſt, Galaad [f] Arabiæ montes eſſe iuxta Iordanem in confinibus Palæſtinæ, qui à libano excurtunt pet ſotiem duarum tribuum Manaſſes, & Gad, ſeparantque huiuſmodi montes Chanaan, ſiue Iudæam à cætera Arabia, ſicut habetut *Num.*32. *Ioſue* 13. *Hierem.*22. paſcuoſi ſunt montes, atque odoriferi, id eſt, feraces plantarum, & herbatum atque etiam cuiuſdam reſinæ, ex qua remedium fieri ſolebat ad hominum corpora curanda, quemadmodum colligitur ex locis citatis in §. præcedenti, & optimè docet Theodotet. *Cantic.*4. cum explicat illa verba, *Capilli tui, ſicut Grex caprarum, quæ aſcenduut Galaad.* Super quem locũ neceſſariò vidẽdus inſignis Dominus. Ex quibus iam colligitur oihil aliud intelligi, de mente D. Ambroſij, per mercatores afferẽtes reſinam à Galaad in Ægyptum, quàm vetbi prædicatores deferentes à Iudæa in Eccleſiam Gentium ſanguinem Chriſti. Quandiu igitur ſanguis Chriſti non deferebatur io Ægyptum, voluit Iacob ſuum cotpus ibi ſepeliri, vnde propioquius eſſet ſanguini Chriſti, [g] quando primùm fluere debuit. Si enim arbot conſita ſecus decurſus aquatum, quantuncunque atida ſit, humore tamen ptopinquo irrigua, pullulat, & excteſcit in patulos diffuſa ramos, cur non ſpetaſſet Iacob, atida quanuis eſſent eius oſſa, primo tamen ſanguine Chriſti Domini irrigua pullulatuta? Hæc igitut propbetica tatio eſt, in cuius coufitmationem videodus eſt Ambroſ. *ſuper Pſalm.* 118. *octonario* 16. ſiue *ſerm.* 16. vbi accommodatè ad hunc locum, quem præ manibus babemus, dixit, illa verba Cantic. 4. *Capilli tui ſicut grex caprarum quæ aſcendunt de Galaad*, ſignificare gregem Cbriſti nullibi ſecutum, quàm in Galaad potuiſſe eſſe, boc eſt, ſub vmbta Crucifixi; optioia propterea fuit commendatio Iacob de ſuo cotpote ſepeliendo, nou alibi, quàm in Hebrone.

[f] *De ſitu montis Galaad.*

Num.32. Ioſue 13. Hierem. 22.

Theodor. Cantic.4.

Fr. Ludouic. Soto Maior.

[g] *Voluit & Iacob eſſe profluenti ſanguinis Chriſti, & quare.*

Ambr.

§. II.

Cur non mandauerit Iacob ſuum corpus condi in monte Caluariæ?

13. SI quis autem quætat cur Patriatcha, cum mente prophetica viderit ſepulchrum Cbriſti futurum in Caluariæ monte, non mandauerit Ioſepbo, vt ſuum quoque cadauer in eodem monte deponeret, non longè à ſepultura Chriſti? neminem vidi ex Patribus, qui exiſtimauerit haoc dubitationem eſſe animaduetſione dignam. Nos tamen probabiliter exiſtimamus vrbanitatis gratia illud factum eſſe proptet teuerentiam [h] cadaueris Cbriſti, quod ſolum ſepeliti voluerunt lu eo monte. Sic Regum, & Magnatum, cotpora in abditis, id eſt, ſectetioribus partibus templi reconduntur; cæterum verò vulgus hominum in templo, vel extta templum ſepelitur. Etat enim ſaocta ciuitas Hieruſalem eo tempote ſactarium, vel adytum totius otbis, proptetea Iacob, & parentes eius non in Hieroſolymis, ſed potiùs in Hebrone ſepeliri voluerunt, quæ ciuitas prima, poſt Hietoſolymam etat in orbe, qualem ſepulturam decebat Ptincipes orbis, Abrahamum ſcilicet, Iſaac, & Iacob: [i] & forte etiam Adam. In ea autem diſtantia à ſepulchto Chriſti eſſe voluetuot, in qua facillimè poſſent adeſſe in die reſurtectionis ſepulchto Chtiſti Domini, non longè enim diſtabat à Hieruſalem ciuitas Hebron, ſicut tefert Beda *in lib. de locis ſanctis*; vnde non ſine leui coniectura exiſtimat, de iſtis patribus [l] intelligendum eſſe locum Matth. in cap. 27. *& monumenta aperta ſunt, & multa corpora Sanctorum, quæ dormierant, ſurrexerunt, & venerunt in ſanctam Ciuitatem*; verbum enim, *veniendi*, non videtur intelligendum de illis, qui prope vtbem ſepulti erant, ſed de iis potiùs, qui longiùs fuetaut humati.

[h] *Reueritus fuit Iacob locum ſepulchri Dominici.*

[i] *Quare Patriarcha & Adam ſepulti ſint in Hebron?*

Beda.

Matth.27.

[l] *Qui non leuiter creduntur reſurrexiſſe cum Chriſto.*

§. III.

Duæ aliæ rationes & congruentiæ huius rei.

14. HActenus attulimus myſticam, ſiue ptopheticam cauſam, quam habuit Iacob ſepeliendi potiùs ſuum cadauer in Chananæa, quàm in Ægypto, motalem verò rationem affert Rupertus Abbas *lib.9. de Trinit. cap.*21. eam ſcilicet eſſe, quia terta promiſſionis donum Dei erat; donum autem Dei, qualecunque ſit, ſiue magnum, ſiue paruum, ſiue cæleſte, ſiue terreſtte, pro honore, vel charitate dantis precioſum eſt, & eſſe debet in oculis ſapientis. Si ergo moritutus Iacob, continuò promiſſiones tettæ, quas acceperat, tanta cum gratiarum [m] actione veneratus eſt, vt ſaltem mortuo corpore illam tenere cuperet, quanto magis viui profeſſotes cutare debueruot, vt non iratus Deus donum ſuum ingratis auferret? Sic enim exemplum viuis mortuus Iacob dedit.

Rupert.

[m] *Ad mores, voluit Iacob ſe gratũ Deo exhibere in hoc opere.*

15. Literalem tamen rationem huius rei affert Chtyſoſt. *homil.* 66. *ſuper Geneſ.* cui ſuffragatut Theodotet. *quæſt.* 107. *ſuper Geneſ.* aſſerens, nullam aliam habuiſſe Iacob, ſuum corpus ſepeliendi in Chananæa, quàm vt familiam [n] ſuam conſolatetur, atque doceret Dominum Deum illos omnes traducturum eſſe ab Ægypto in ſuam patriam; patris autem mentem aperuit Ioſeph, qui moriens dixit, *Ecce ego morior, ſed viſitando, viſitabit vos Deus, & reducet vos de terra iſta in terram, de qua Deus iurauit patribus noſtris; afferetis hinc etiam oſſa mea vobiſcum*; ſicut enim pater ſpem exitus ab Ægypto inttoduxit poſtetis ſuis, ſepelieos ſtatim corpus ſuum in Chananæa, ſic eandem introduxit Ioſephus, detinens ſuum corpus, ſeu cadauer apud Ægyptios, vſque in diem exitus ab Ægypto. Congruenter autem mihi videtut notaſſe Ioſephus, hanc diuerſam ſepeliendi tationem intet duas chariſſimas animas Ioſephi ſcilicet, & Iacobi, quorum Iacob io Chananæa, [o] Ioſeph in Ægypto à die ſuæ mortis voluit ſepeliri: *Huius autem*, inquit, *ratio eſt, quia cum Iacob nullis beneficiis obligaſſet Ægyptios viuens, non erat cur mortuus remaneret apud eos in tutelam ſuorum Hebræorum; cum autem Ioſephus optimè meritus eſſet de Ægyptiis, ſua oſſa voluit detineri apud Ægyptios, & inde deportari pariter cum populo: exiſtimauit enim facilem futurum exitum ab Ægypto, ſi eius oſſa, beneficia Ioſephi collata in Ægyptios in memoriam renocaſſent; poteſt enim plurimum apud gratos animos accepti beneficij recordatio.*

Chryſoſt. Theodoret.

[n] *Ad literã, teſtatam reliquit ſuam promiſſioni Dei eſſe adimplendam.*

Ioſeph.

[o] *Cur Ioſeph in Ægypto, cum pater Iacob in Palæſtina ſit conditus?*

***

§. IV.

§. IV.

Quare in auito ſepulchro Iacob ſe iuſſerit ſepeliri?

16. NOn videtur autem myſterio carere, quod in auito ſepulchro ſuorum, ſcilicet, auorū voluerit ſepeliri Iacob, & non alibi; quo facto memoriam mortis [p] inculcauit, quæ remedium efficax eſt ad bene viuendum: qui enim, quotidie recordatur, ſe moriturum, quemadmodū eleganter dixit Hieron. *contemnit præſentia, & ad futura feſtinat*; id quod proſequitur D. Aug. *lib. 6. conf. ſuarum c. 16.* vbi ita de ſe ait ante ſuam ad fidē conuerſionē, *Tibi laus, tibi gloria, fons miſericordiarū, ego fiebam miſerior, & tu propinquior; aderat iam dextera tua, erepturа me de cano, & ablutura, & ignorabam; nec me reuocabat à profundiore voluptatum carnaliū gurgite, niſi metus mortis, & futuri iudicij tui, qui per varias quidem opiniones, nunquam tamen receſſit de pectore meo, & diſputabam cum amicis meis de finibus bonorum, & malorum, Epicurum accepturum fuiſſe palmam in animo meo, niſi ego crediдiſſem poſt mortem reſtare animæ vitam; pauore namque mortis accenduntur tepidi, conſtringuntur remiſſi, [q] excitantur ignaui*, ſicut dixit Cyprian. *in ſerm. de mortalit.* In quam ſententiam videndus eſt Plutarch. *in quæſt. Rom. q. 23.* vbi eleganter quærit, cur quæ ad funera pertinebant, in templo Lybitinæ Veneris venderētur, *eo, inquam, facto monebantur Romani, caducum eſſe, quidquid natum eſt, vna & eadem Dea, & ortibus, & interitibus præſidente*: Imò apud Delphicum templum imaguncula videbatur Veneris ſepulchralis, quaſi nulla maior eſſet differentia inter mortem, & vitam, quàm eſſe poteſt [r] inter idem, & ſeipſum. Videndus eſt Celius Rhodigin. *lib. 6. lect. antiq. cap. 18.* & Sueton. *in Nerone.* in quam ſententiam etiam notauit Theodor. ea verba *Cantic. in cap. 4.* quæ ſunt ſponſi ad ſponſam, quæ eadem habet D. Hieron. *in epiſt. ad Princip. virgin.* & D. Ambr. *lib. de virginib.* ſic enim ſponſus dixit: *Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum, myrrha, & aloë cum omnibus primis vnguentis.* Per *emiſſiones* autem intelligit Theodor. *munera dotalia*, ſeu *munuſcula*, quæ vltro, citróque ſolent ſibi mutuò mittere ſponſi, durante tempore ſponſaliorum. Quibus addenda ſunt ea, quæ habet Nyſſen. in eandem ſententiam, *orat. 9. in Cant.* eo enim loco vult, per myrrham, & aloëm myſticè, & ænigmaticè intelligendam eſſe mortalitatem, atque honorem ſepulturæ, quaſi non minùs grata fuerit ſponſo ſuæ ſepulturæ recordatio, quam eſſe ſolēt [s] munera nuptialia chariſſimis ſponſis; quaſi ſit illis verbis alluſio ad eum locum Ioan. *in cap. 19.* vbi agens de ſepultura Chriſti, ſolùm horū duorū aromatum meminit, quibus Nicodemus vnxit cadauer Chriſti; ſic enim in eo loco dicitur: *Venit autem Nicodemus ferens mixturā myrrhæ, & aloes, quaſi libras centum.* Cui loco addendus eſt ille alius Matth. *in cap. 26.* & Ioan. *in cap. 12.* ſi tamen vnus, & idē locus eſt, vbi dicitur: *Maria ergò accepit librā vnguenti nardi piſtici, pretioſi, & vnxit pedes Ieſu, & extersit pedes eius capillis ſuis, & domus impleta eſt ex odore vnguenti*, fremēte autem Iuda, atq; dicēte, *vt quid perditio hæc? Sine*, inquit Chriſtus Dominus, *eam vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud.* Quo in loco duo notanda ſunt, nec largam, & prodigam fuiſſe effuſionem, quæ mortem in memoriam reuocabat, & eius ſepulturam, neque importunam [t] conuiuio mortis recordationem. Quidquid igitur pretioſum eſt, illud effundendū eſt, ſi eius effuſione comparatur mortis recordatio. Pro qua ſententia notandus eſt locus *Exod. 13.* vbi cùm Hebræi ab Ægypto exirent onuſti auro, & gemmis Ægyptiorum, vnus ſolus Moyſes deportauit tantùm ſecum oſſa Ioſephi demortui; ea enim exiſtimauit multo magis pretioſa eſſe, quàm cætera, quæ alij precioſa exiſtimarunt, quia ſcilicet memoriam introducebant mortis: ſic enim Moyſes eo in loco, ſignificanter dixit, *Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſephi.* Vnde eleganter notauit Ioſephus *lib. 1. antiquit. cap. 13.* noluiſſe Abrahamum gratis accipere agrum ab Ephron, quia in monumentum defunctorum ſuorum erat. Quod autem memoriā mortis inducit, non gratis accipiendum eſt, [u] ſed omni pretio comparandum; quæ fuiſſe videtur ratio cur Iacob noluerit ſepeliri, niſi in agro, quem eius auus Abrahamus in ſepulturam emerat ab Ephron.

[p] *Memoriam mortis inculcauit.*
Hieronym.
Auguſt.

[q] *Memoria mortis quam proſit componendis moribus.*
Cyprian.
Plutarch.

[r] *Inter vitam & mortem quanta ſit identitas.*
Rhodigin.
Sueton.
Theodoret.
Hieronym.
Ambr.

Cant. 4.
Theodor.

Nyſſen.

[s] *Mortis recordatio munere nuptiali gratior.*

Ioan. 19.
Matth. 26.
& Ioan. 12.

[t] *Neque importuna conuiuio.*

Exod. 13.

Ioſeph.

[u] *Quippe quæ non gratis ſed omni pretio comparanda.*

17. Quod vt meliùs intelligatur, aduertendum eſt, veteres, quando vita diuturnior erat, longiùs ab omnium hominum [x] commercio ſeparaſſe memorias ſuorum mortuorum; ſolebant enim ſepulchra ædificare in montibus, & ſolitudinibus, ſicut aduertit optimè Seruius 11. *Æn.* ad ea verba.

——fuit ingens monte ſub alto
Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum.

Quem locum adducit Andr. Tiraq. *lib. de nobilit. cap. 10.* vbi aduertit ſepulchra in montibus conſtituta pyramidibus, & columnis fuiſſe cōſtructa: quo pacto videtur intelligendus ille locus 2. *Paral. cap. 26.* vbi de Oſia Rege leproſo ita legitur: *dormiuitque Oſias cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in agro regalium ſepulchrorum.* Quo pacto intelligendus eſt ille locus Iob in cap. 3. *Tunc enim ſilerem, & requieſcerem cum Regibus, & conſulibus, qui ædificant ſibi ſolitudines.* Cuius rei videtur reddere rationem Plato 12. *de legib.* cum dicit, *Sepulchra ſint in locis nulla parte cultis, vt mortuorum corpora, [z] ſine viuorum detrimento recipiantur.*

[x] *Cur veteres longius ab hominū commercio ſepeliebantur in montibus?*
Virgil.
Tiraquel.

2. Paral. 16.

Iob 13.
Plato.

[z] *Nempe vt mortui ſine detrimento viuorum requieſcerent.*

18. Ad breuiores terminos redacta vita hominum, de montibus, déque deſertis locis ad cōpita viarū deſcenderunt ſepulchra hominum mortuorum, obuia ſcilicet, viatoribus facta, [a] vt admonerent vitæ breuitatem. Vnde orta videtur ea forma Epitaphiorum, quæ in veteribus ſepulchris leguntur, *Siſte viator*: vt ſcilicet audias ſalutaria monita; inde ad proprios agros, & ad prædia deriuata ſunt ſepulchra, ſicut optimè notauit D. Ambr. *lib. 1. de Abraham in cap. 19.* vbi notauit voluiſſe [b] Abraham gratis accipere agrum, ne in alieno prædio memoriam ſuorum mortuorum amitteret. Quod etiam aduertit Cicero *lib. 2. de legib.* cum ait: *In agris, quiſque ſuis, ſepulchra, & loculos, in quibus cineres ſuorum conderent, habuerunt*: inde ad portas vrbium delata ſunt ſepulchra, ſicut meminit D. Chryſoſt. *tom. 3. in ſerm. de fide, & lege naturæ.* Tertul. *in lib. de monitis animæ.* Id quod patet in ſepulchro Chriſti Domini, & in eo loco Lucæ, de adoleſcente filio viduæ: cum enim *appropinquaſſet Chriſtus Dominus portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur.* Imò & inter proprios lares ſepultos fuiſſe olim mortuos refert Herodot. *lib. 1.* Strabo *lib. 15.* Cicer. *lib. 1. Tuſculanarum quæſtionum.*

[a] *Varia deinceps cur ſepulchrorum loca?*

Ambr.
[b] *Cur Abraham emit agrum ſepulchri.*
Cicero.

Chryſoſt.
Tertul.

Herodot.
Strabo.
Ciceron.

19. Tandem intra vrbes, atque intra ſacra templa [c] deducta ſunt ſepulchra mortuorum, ita iubente Lycurgo, ſicut refert Plutarc. *in Lyſandro*; neque enim exiſtimauit corpora mortuorum polluere poſſe viuentes, quorum memoria eoſdem pulcherrimos

[c] *Vltimus ſepeliendi locus.*

Luc. 12.

[d] *Conſuetudo ſepeliendi in templis à tẽpore venit Apoſtolorum.*
Bellarm.
Auguſt.

chetrimos reddit, ſicut videtur notaſſe Chriſtus Dominus *Luc. in c. 12.* cum dixit, *ſint lumbi veſtri præcincti*, &c. Vnde deriuata eſt Eccleſiaſtica conſuetudo ſepeliendi defunctos inter ſacros parietes templorum, quæ conſuetudo ad nos deuenit [d] à temporibus Apoſtolorum, quæuis hæretici aliud velint, quos refert Bellarm. *t. 1. controuerſ. lib. 2. de purgatorio.* Cuius rei rationem reddit D. Aug. *in lib. de cura pro mortuis c. 4. & c. vltimo*, quia quando videmus ſepulchra noſtrorum eſſe in templo alicuius martyris memores illius defuncti, eius animam quaſi Diuo Patrono commendamus, & præterea, quia templa communia ſunt noſtrûm omnium loca, in eiſdem oportuerat eſſe memorias defunctorum. Quæ de re videndus eſt Areopag. *in fine Eccleſiaſtica Hierarchia.* Clemens Rom. *lib. 6. apoſtolicarum conſtitutionum cap. 30.* Hieron. *epiſt. 27.* Greg. *lib. 5. Dialogorum c. 10.* Cum igitur temporibus Iacobi nondum templa fuiſſent ædificata, in ſuo prædio, atque in ciuitate ſacra voluit ſepeliri, qualis erat Hebron; nullibi enim tutius potuiſſet eo tempore eſſe eius ſepulchrum.

Areopag.
Clem. Alex.
Hieron.
Gregor.

[e] *Loco enim in ciuitate ſacra ſepultus eſt Iacob.*

TRACTATVS III.

De verbis illis, *Præcepitq; ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus cõdirent patrem*; ſiue, *de cadaueribus defunctorum curandis.*

20. HActenus diximus ea, quæ ſibi fieri mandauit moriens Iacob, quæ continentur in c. 49. *Gen.* cætera, quæ ſequuntur pietatis officia ſunt Ioſephi, & aliorum filiorum in defunctum parentem, quæ habentur in principio *c. 50. Gen.* Rem nos aggredimur ab ipſis primis verbis, dicturi ſtatim de variis cæremoniis, quibus veteres præſertim Hebræi ſuorum defunctorum cadauera curabant.

§. Vnicus.

De variis cæremoniis veterum in curandis funeribus.

21. PRima igitur cæremonia, qua vſus eſt Ioſeph in mortuum parentem, ea eſt, cuius meminit Moyſes, cum dixit, *quod cernens Ioſeph, ruit ſuper faciem patris, flenſque deoſculatus eſt eum.* Nos in hac cæremonia lachrymas Ioſephi reſeruamus in ſequentem Tractatum, ſolùm ponderantes deoſculandi officium; per oſculum enim parenti exhibitum ſignificatur ille mos ſacroſanctus componendi [a] oculos defunctorum, atque etiam deoſculandi eorum ora, ſicut proſequitur Plinius *lib. 11. natural. hiſtor. c. 37.* ſicut enim vltimi in animalibus naſcuntur oculi, ſic quoque primi moriuntur in eiſdem animalibus, ac proinde primum officium pietatis, hoc eſt, filiorum in defunctos parentes, quod promiſſum fuerat Iacob à diuino oraculo Gen. 46. *Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos tuos.* Quem locum interpretatus Ioſephus *lib. 2. antiquit. c. 4. & c. 8.* dixit nihil aliud eſſe, quàm inter manus Ioſephi, moriturum eſſe Iacob; is autem inter cuius manus pater emoritur, oculos cõponit, & cum lachrymis exoſculatur [b] defunctum, qualis eſt ille locus apud Eurip. in Hecuba, cum de Polydoro dicitur,

[a] *Mos componendi oculos defunctorum vetuſtiſſimus.*
Plinius.

Gen. 46.
Ioſephus.

Vinet, premetque tibi mortua lumina.

[b] *Pariter & oſculandi defunctum.*
Euripid.
Auguſt.

In eandem ſententiam dixit Aug. *lib. 9. confeſſ. c. 11.* de cadauere matris ſuæ, *premebam oculos eius, & confluebat in præcordia mœſtitudo, & transfluebat in lachrymas.* Quibus addenda ſunt ea, quæ Greg. Naz. *in tragœdia*, cuius titulus, *Deus patiens*, dixiſſe refert, Virginem Deiparam complexãtem cadauer filij ſui de cruce ſublatum, inter alia enim ita habet, *ò preſſa noſtris labra labris ſuauiter.* quo verbo ſignificauit, primam cæremoniam [c] debitam defunctis, quam exhibuit filio ſuo mater pariter, & filia. Hoc igitur voluit Moyſes cum dixit, *& oſculatus eſt eum*; ſic enim compoſitis oculis, & poſtremo amoris ſymbolo dato, parentem ſuum tradidit vngendum ſeruis ſuis medicis.

Greg. Naz.

[c] *Ea eſt prima cæremonia parentibus exhibita decedentibus.*

Illud etiam notandum eſt, non deeſſe graues Authores, qui exiſtiment ſeruos medicos hoc in loco ſecundùm proprietatem Hebræam, eos eſſe, qui medendi artem exercebant; quibus fauet Seneca *lib. 3. de officiis.* Plutarch. *in Cæſar.* Sueton. Tranq. *in Nerone*, Cicero *in orat. pro Rege Deiotaro.* qui omnes aſſerunt apud veteres homines medicos fuiſſe [d] ſeruos; non tamen hoc videtur derogare medicinæ, ſunt enim plerunque ſeruorum ingenia liberalia, & apta liberalibus diſciplinis; ſicut in vno Phædone patet, qui cùm conditione ſeruus eſſet, ad eum tamen ſcripſit Plato librum diuinum de immortalitate animæ, ſicut refert Macrob. *in Saturnalib. lib. 1. c. 11.* Gellius *lib. 2. c. 16.* Andreas Tiraquel. *lib. de Trinit. c. 31. n. 514.* Neque etiam noſtris temporibus illud de medicis audiendum eſt, qui facti ſunt domini necis & vitæ, & Imperatoribus imperant, quemadmodum eleganter deplorat Plinius *lib. 34. naturalis hiſtoriæ.* 22.

Seneca.
Plutarch.
Sueton.
Cicero.

[d] *Medici apud veteres ſerui.*

Macrob.
Gellius.
Tiraquel.

Plinius.

Melius igitur Eugub. ſecundùm phraſim Græcam exiſtimauit, medicos hoc in loco eos ſignificari, qui cadauera vngebant, [e] & ſepeliebant, quos Latini vocant *Pollinctores.* quod officium peculiaris dignitas eſt in Eccleſia, quemadmodũ dum notauit D. Ignat. Martyr *in epiſt. 12. ad Antiochenos*, vbi ſalutat laborantes. Quales autem fuerint *laborantes*, docet Epiphan. *in compend.* ſuæ doctrinæ dicens eſſe eos, *qui corpora defunctorum & vngunt, & cooperiunt.* Quo pacto videtur intelligendus locus apud Hieronym. ſuper epiſt. *ad Roman. cap. 16.* cum ait, *ſunt etiam in Orientalibus diaconiſſæ mulieres in ſuo ſexu miniſtrantes*; certum eſt enim apud Hebræos fæminarum cadauera, non niſi fæminas [f] curaſſe, quas *miniſtras* vocabant, ſicut notauit Rabbi Iacob ex Rabbi Moyſe, Ægyptio, *in libro Turim Iogne Dagua. c. 352.* ſunt igitur medici, non qui medendi artem exercent, ſed qui cadauera lauabant, & curabant. 23.

Eugubin.
[e] *Medici hic vnguentarij & ſepulturæ curantes.*
Ignat. M.
Epiphan.
Hieron.

[f] *Quod munus apud Hebræos erat in fæminis.*
Rab Iaco.

Cadauer ita deoſculatum, & compoſitum, atq; traditum medicis, continuò ab eiſdem lauabatur, & quod pollutum erat, mundum reddebatur. Quem morem notauit Plato deriuatum ab Ægyptiis ad Græcos in *Phædro, & in lib. de anima*, cũ introducit Socratem ante venenum potum, dicentem ſibi ad balneum accedendum eſſe; melius enim eſſe videtur, vt quis lotus venenum bibat, & non in mortuo lauando negotium mulieribus exhibeat; quæ conſuetudo etiam apud noſtros homines obſeruata eſt. 24.

[g] *Secunda cæremonia erat ablutio cadaueris.*
Plato.

Poſt ablutionem capitis detonſio [h] ſequebatur, qua cæremonia vſos fuiſſe olim Hebræos conſtat ex cadauere inuento Zachariæ prophetæ, 25.

[h] *Tertia erat detonſio capitis.*

ſicut

Digitized by Google

Sozomen. ſicut refert Sozomenus *lib 9. c. vlt.* ſub Honorio enim Imperatore inuentus eſt Zacharias propheta, qui quãuis plurimis ſæculis ſub terra iacuiſſet, viuus tamen adhuc apparebat, capite raſo, naſo ublongo, barba modicè prominenti; ſolebant enim veteres omniã morituri ornamenta [i] deponere, præſertimque crines, ſicut notaſſe videtur Poëta *in 4. Æneid.* vbi refert hanc fuiſſe cauſam cur Regina Dido, non ita facilè emoreretur, & propterea Iuno dimiſit Irim, vt detonderet eius cæſariem. Ita enim habet:

[i] Vt deponerent ornamenta morituri.

Irim dimiſit Olympo

Virgilius. *Quæ luctantem animã, nexuſq; reſolueret artus,*
Nec dum illi flauum Proſerpina vertice crinem
Abſtulerat, ſtygioque caput damnauerat orco.

Quem locum accepit Poëta ab Euripide *in fabula Alceſti*, ſicut pulchrè notauit Macrob. *in ſaturnalib. lib. 5. c. 19* Quo pacto ille locus intelligendus eſt apud Senec tragicũ *in Hypolito actu vltimo*, vbi introducitur Phædra moritura ita loquẽs: — Macrob.

—— Capitis exuuias cape,
Laceraque frontis accipe abſciſſam comam.

Tragic. Vel quia detonſio capitis apud veteres ſignum [l] triſtitię erat, ſicut apparet Mich. in c. 1. *Decaluare, & tondere ſuper filios deliciarum tuarum; dilata caluitium tuum, ſicut aquila.* Vel quia detonſio capitis in mortuis ſpem [m] reſurrectionis profitebatur, iuxta illud, *renouabitur vt aquila iuuentus tua:* ferunt enim aquilam ætate preſſam veteres omnes deponere plumas, vt nouæ, & pulcherrimæ renaſcantur. Sic mortui ſuos deponebant crines profitentes ſe redituros eſſe ad eam adoleſcẽtiam, & pulchritudinem, quam in Adamo perdidimus. Vnde fortaſſis ortum habuit ea religioſa cæremonia, qua abſcinditur cæſaries religioſis [n] monialibus, quando primò ſacram religionem ingrediuntur, ſicut notauit D. Thom. in *coment. ſuper epiſt. 1 ad Cor. c. 11 lect. 2.* ante eum Hieron. *epiſt. 7. ad Latam. & epiſt. 48.* vel quia moniales ingrediuntur, & aſſumunt pænitentiæ lamentum, vel quia ſæculo moriũtur. Sicut igitur morientes ſuos deponunt capillos, ſicque mundo moriuntur; vel quia ea, quæ ſacrificabantur priùs detundebantur in capite, ſicut notauit Eugub. *Num. in c. 6* In quã ſententiam refert Cyrill. Alex. Theod. etiam *q. 28 ſuper Num.* & Plutarch. *in vita Theſei.* Sueton. *in Nerone.* Hieron. *ad Sabinian.* Athanaſ. *in lib. de Virginib.* Xiſtus Senenſ. *in Bibliotheca ſacra, annot. 144.* Solebant enim veteres ea, quæ ſacrificabantur detonſa capitibus [o] ante altare offerre, ſicut habetur apud Homerum *lib. 3. Iliad.* vbi albas pecudes ſacrificandas introducit, detonſas tamen in capite ab Agamemnone,

[l] Vel in ſignũ mæſtitia. Mich. 1.

[m] Aut in ſpem reſurrectionis.

[n] Optimo cõgruentia de abſciſſa caſarie monialiũ. D. Thom. Hieronym.

Eugubin. Cyril. Alex. Theodoret. Plutarch. Sueton. Hieron. Athanaſ. Xiſt. Senenſ.

[o] Immolando pecudes tondebantur. Homerus.

Hic Rex Atrides cultrum, quem forte gerebat,
Eximit, & media villos de fronte reuellit.

Ambarum pecudum. Similiſque eſt locus apud Poëtam *12. Æneid.* Ex quibus colligitur præuiam factam fuiſſe capitis detonſionem de more Ægyptiorum, Hebræorum, atque aliarum gentiũ.

26. Si quis autem obiiciat Chriſti Domini corpus, ſicut viſendum nobis proponitur in ſancto ſudario ſepultum fuiſſe abſque vlla capitis facta detonſione; Dicendum eſt, quod aduertit Baron. *t. 1. annal. anno 34.* in ſepeliendis cadaueribus damnatorum, nullam fieri capillorum inciſionem, ſed pariter cum defunctis damnatis ſepeliri vniuerſa ea, quæ adhærebant eorũ corporibus, atq; etiam omnia inſtrumenta eiuſdem mortis; neque in ſepulchro communi deponebantur, ſicut habetur in compendio Thalmud, quod *Alpheſi* dicitur. Vnde Chriſtus Dominus ſepultus eſt in ſepulchro, in quo nondum quiſquã fuerat ſepultus, de more ſcilicet Hebræorum, qui non ſolebant corpora damnatorum in communibus ſepulchris deponere. Vnde conicit eleganter Baronius, clauos, & coronam ſpineam de conſuetudine etiam Hebræorum in eodem ſepulchro Chriſti fuiſſe tumulata, crucem autem non longè à ſepulchro Chriſti in terra defoſſam.

[p] Cur hæc cæremonia in Dominico nõ ſeruatur cadauere? Baronius.

Gabr. à Coſta in Gen.

27. Poſt hanc capitis detonſionem, ſequebatur vnctio, [q] quæ ex myrrha, & aliis vnguentis ſuauiter olentibus fieri conſueuerat; ex myrrha quidem, quia virtutẽ habet, & vim conſtringendi, & conſeruandi corpora mortuorum à corruptione, ſicut ex noſtris notauit Nicephor. *lib. 1. Eccleſiaſt. hiſtoriæ c. 32.* accõmodata autem erat ad vnctionem, cum myrrha aliorum vnguentorum mixtura, quia myrrha corruptionem medebatur, alia vnguenta odorem tetrum, qui ex cadaueribus exhalat. Ea autem vnctio fieri conſueuit per [r] quadraginta dies, ſicut hoc in loco dixit Moyſes, qua mortuorum cadauera, quaſi ænea reddebantur, ſicut aduertit D. Aug. *ſerm. 129. de diuerſis c. 22.* Quæ fuit ratio, cur mulieres iam vncto corpore Chriſti Domini properauerint iterum ad monumentum, [ſ] vt vngerent illum, de more ſcilicet Ægyptiorũ, à quibus ad Hebræos deriuata eſt ea conſuetudo, ſicut aduertit Cornel. Tacit. *lib. 21.* quod etiam notauit Iacob. Pilus *in Apolog. n. 554.* vbi notauit hunc vngendi morem ab Ægyptiis per Patriarcham Ioſeph ad Hebræos fuiſſe tranſlatum, inde ad Chriſtianos deriuatum, Chriſto Domino approbante, cum dixit: *Mittens enim hæc vnguentum in corpus meum ad ſepeliendum me fecit.* De quo more videndus eſt Prudent. in ſacro hymno defunctorum, *Candore*, inquit, *nitentia claro prætendere lintea mos eſt, aſperſaque myrrha, ſabbæo medicamine corpus ſeruat.* Videndus Niſſen. *in funere Meletij.* Nazianz. *in epiſt. ad Sophron. epiſt. 18.*

[q] Quarta cæremonia erat vnctio ex aromatibus. Nicephor.

[r] Fiebat autẽ per 40. dies. Auguſt.

[ſ] Ideoque mulieres iterato veniebant cum aromatibus ad monumẽtum Chriſti. Tacitus. Iacob. Pilus.

Prudent. Niſſenus. Nazianz.

28. Sic igitur balſamo & myrrha cadauera delibuta, ſicut mos erat Ægyptiorum, & Hebræorum, [t] linteis obuoluebantur; ſic etenim ligauerunt Chriſtum Dominum in ſyndone, ſic Lazarũ *Ioan. 11.* pedes ligatum inſtitis, & caput ſudario ſepelierunt. Quod cum vidiſſet ſponſa quaſi gratulabunda de officio pietatis, quod exhibuit, ſponſo ſuo dixit, *faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi;* ita enim redolet, tam aptè compoſitum eſt eius corpus, vt potiùs faſciculus myrrhę videatur quàm cadauer obuolutum. Similia ſunt ea, quæ de eodem ſponſo inuoluto balſamo, & ſyndone dixit eadem ſponſa, *dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum;* de accubitu enim in ſepulchro locum ænigmaticè intelligit Orig. *in lib. 4 homil. ſuper Cant.* Quatenus autem liceat cadauera vngere, late docuit D. Thom. *3. p. q. 51. a. 2. ad. 2.* ex D. Aug. *tract. 120. ſuper Ioan. & lib. 3. de doctrina Chriſtiana c. 12.*

[t] Quinta cæremonia, linteo obuoluuntur cadauer. Ioan. 11. Origen. D Thom. Auguſt.

29. Verùm contra hæc videntur eſſe vniuerſa ea, quæ de pompa, & opulentia ſepulchrorum veterum hominum circunferuntur: credibile enim non eſt, Iacobum virum excellentem ea tempeſtate in nuda ſyndone fuiſſe ſepultum, præſertim cùm Origen. *in coment. ſuper Iob. cap. 1.* probabiliter exiſtimet, ea verba Iob, *ſcidit veſtimenta ſua*, referenda neceſſariò eſſe ad morem veterum hominum ſepelientium Principes illius ætatis in aureis, & ſericis veſtibus, quas rumpebant, ne à latronibus acciperentur; quibus fauet Ioan. Chryſoſt. *in orat. Annæ in fine.* Atque ita pater, non in linteis, [x] ſed in ſericis fuiſſe ſepultum Iacob, præſertim cum Ioſeph. *lib 7. antiq. cap. vlt.*

Origen. Iob. 1. Chryſoſt.

[x] At non in ſimplici linteo, ſed in ſericis creditur ſepultus Iacob. Ioſeph.

referat Daoidem Regem ſepultũ fuiſſe com magna auri vi,& in aureis etiam veſtibus. Suffragatur ſepulchrum pueri regij,qui ſub Honorio Imperatore apertum eſt,vbi viſebatur puer cum aurea corona in capite,atque etiam aureis veſtibus; is autem puer creditus eſt filius Regis Ioadis. In quam ſenteotiam D.Hieronym. intelligit locum Hierem. cap.8. *Eiicient oſſa Regum Iuda, & oſſa Principum eius,& oſſa Sacerdotum,& oſſa Prophetarum*;Gloſſa interlinealis dicit, *auaritiam effoſſuram eſſe hæc Regum oſſa.* Notat D. Hieron. inter veteres homines ſuos Principes, atque illuſtres viros non niſi iopretioſis ornamentis ſepeliuiſſe. Quare cum ea tempeſtate magnus fuerit Iacob, & pater viri principis,qualis erat Ioſeph,credibile valde eſt noo in ſyndone,ſed in aureis veſtibus fuiſſe ſepultum.

Hieron. Hierem.8.

30. Verum eſt tamen, quod poſtea temporis cum maximè creuiſſet ambitio ſepeliendi,ſeniorẽ Gamalielem inter Hebręos principem virum edicto publico temperaſſe hanc ambitionem, ſtatuendo nequis alibi,quàm in linteis ſepeliretur,eiſdémque non magni pretij, ſicut accepimus ex Rabbi Iacob loco citato. Sic igitor in lioteis ſepultus eſt Chriſtus [a] Dominus,in aureis ornamentis Iacob, vterque autem ſecoodùm morem, & conſuetodinem eius patriæ, in qua expirauit.

[a] *Chriſtus in linteo iuxta morẽ patriæ.*

TRACTATVS IV.

De verbis illis: *Fleuitque illum Ægyptus ſeptuaginta diebus*; ſiue, *De exequiis.*

31. POſtquam diximus de innata nobis cura ſepeliendi cadauera noſtra poſt mortem, atque de eorum accommodato loco ad ſepulturam, oſtenſóque ritu veterum in vngendis,& curandis cadaueribos; reliquum iam erat, vt ad pompam funebrem accederemus,qua & mortui lugentur, & religioſa cæremonia ad ſepulchra deducuntur. Quoniam verò inter planctum, & veras lachrymas in funeribus,non paruum eſt diſcrimẽ, priùs cadentes lachrymas Ioſephi proſequemur, quas conſultò in hunc locum reſeruauimus,deinde de planctu, ſiue de funere dicemus.

§. I.

Non dedecent viros fortes cadentes moderatè lachrymæ in ſuorum funeribus.

32. NOn eſt igitur negandus affectus doloris à viris ſapientibus,& probis,ſicut neque aliæ paſſiones,quanuis eum negauerint Stoici, exiſtimaotes tranquillam ſapientis animam eſſe ſicut cælum ſerenum, liberam à paſſionibus, quemadmodum refert Senec. *in lib.1.de Clem.ad Neron.* contra quos videndus eſt Aug.*lib.9.de Ciu.c.4.&* 5. Proſp.*lib.3.de vita contempl.cap.*31.Lact.*lib.7. cap.14.& deinceps.* Habemus enim exemplum in Chriſto Domino, cuius anima miſericordia turbata eſt,imò & collachrymaſſe [a] fertur *Ioann.*11. Sic Abraham Saram defleuit, ſic Iacob Ioſephũ, decebat igitur eundem Ioſephum flere parentem ſuum,nec enim virtus eſt,funera ſuorum eiſdem ocolis,quibus ipſos intueri. Proſequitur hoc argumentum Bernard. *ſerm.26. in Cantic.* deflens Gerardi fratris ſui mortẽ,vbi inter alia ita habet: *Auulſa ſunt mihi viſcera mea, & dicitur mihi, neque ſenſeris, ſentio, ſentio vel inuitus, quia nec fortitudo lapidum,fortitudo mea,nec caro mea ænea eſt; nunquid quia ſentio pœnam, reprehendo ſententiam? humanum eſt illud,hoc impium, imo & Chriſtus Dominus Ioan.*11. *miſericordia motus fleuit Lazarum amicum, ille fleuit compatiendo, & ego patiendo non flebo? fuerunt lachrymæ illæ triſtes natura, non indicts diffidentia, imo & ſtatim prodiit ad vocem eius, qui erat ſepultus, nec continuò putes fidei præiudicium dolentis eſſe affectum;ſic nec fletus noſter infidelitatis eſt ſignum, ſed conditionis* [b] *indicium*; & alia quæ proſequitur idem Bern. eleganter in eandem ſeotentiam; quibus ſunt ſimilia ea,quæ dixit Hieroo. *in epiſt. ad Heliodor.* quę eſt epitaphiũ Nepotiani,*Inuito & repugnanti plerunque lachrymæ per genas deſluunt,& inter præcepta virtutum, & reſurrectionis ſpem credulam mentem frangit affectus.* Eundem affectũ oſtendit Hieron. *in epiſt.ad Paul.*de obitu Bleſillæ, *Ploro, non quòd lugenda ſit illa,quæ abiit, ſed quòd nobis impatientius ſit dolendum, qui talem videre deſiuimus.* Similem rationem adducit Aug.vt oſtenderet,cur vehementiùs parentem ſuam defleuerit, quàm par erat, *ſoluitur enim in lachrymas deſiderium* [c] *eorum, quos amiſimus.* Sic enim eleganter Philo *in lib.de migratione Abrahæ*,lachrymas appellauit, *liqueſacta*,ſcilicet,*deſideria*; diſtillantur enim plerunque deſideria noſtra in lachrymas, per quas arguraenta deſiderij qoærimus,dolorem non extendendo,ſed oſtendendo; ſunt etenim lachrymę inſigoia mæroris;decuit igitur optimũ filium mærorẽ paternũ lachrymis prodere:ex quibus habemus æquum eſſe noſtrorũ funera deflere.

Seneca. August. Proſperus. Lactant.

[a] *Fleuit & Chriſtus amici mortem.* Ioan.11.

Bernard.

[b] *Lachrymæ conditionis humanæ ſignum.*

Hieron.

Auguſt.

[c] *Soluitur in lachrymas deſiderium illius qui amittitur.*

Philo.

Semper tamen aduertunt Patres,deflendos eſſe 33.
mortuos adhibita quadam [d] moderatione. Qua in re aliquantulum exceſſiſſe doler Aug. 9. *confeſſ. cap.*12.cum de morte parentis ſuæ ita dixit, *premebam oculos eius, & confluebat in præcordia mea mœſtitudo ingens,& transfluebat in lachrymas;oculi mei violento animi imperio reſorbebant fontem ſuum vſque ad ſiccitatem.* Qualis querela legitur apud Hierem.*Thren.*3. qui inter omnia mala ſua illud quaſi grauiſſimũ deflebat, cum dixit, *oculus meus vindemiauit animã meam*,ſic etenim legit Vatab. id quod vulgata dixit,*oculus meus deprædatus eſt animam meam*, quaſi furtũ animæ fecerit lachrymarum qui lachrymas effuderit in deplorandis malis huius ſæculi. Similia habet Seneca in lib. de conſolat. ad Polyb. *Non vides,inquit,qualem vitam nobis rerum natura promiſerit, quæ primum naſcentium hominum fletum eſſe voluit,hoc principio edimur, huic omnis ſequentium annorum conſentit ordo,ſic vitam agimus, ideóque moderatè id fieri debet à nobis,* [e] *quod ſæpiùs faciendum eſt,reſpicientes quantum à tergo rerum triſtium immineat,ſi non finire lachrymas, ſed certè reſeruare debemus; prius enim nobis lachrymæ deerunt, quàm cauſa dolendi.* Similia dixit Chryſoſt. *hom.*61.*ſuper Ioan. Nunquid ego hoc prohibeo?minimè flere, ſed impudenter lugere veto;ſi hac ratione fleueris, non reſurrectionis diffidentia argueris, nam peregrè proficiſcentes lachrymis proſequimur,non tamen vt mortuos.* videndus eſt idem Chryſoſt. *hom.*41. *in* 1. *Corinth. & hom.*1.*in* 2.*ad Corinth.& hom.*3.*in epiſt.ad Philip. & tom.*5.*hom.*69.*&* 70. Aug.*lib.de verb. Apoſtol. ſerm.*34.*&* 50.Fulgent.*epiſt.*2. *de ſtatu viduali ad Galam.* Id quod etiam dixit Sapiẽs Eccleſiaſt. 38. *Fili mi,in mortuum tuum produc lachrymas,& quaſi dura paſſus incipe plorare;etenim dolorem non ſentire,non eſt* [f] *hominis, non ferre,non eſt viri.* Similis eſt

[d] *Eſt tamen fletus moderamen adhibendum.*

Thren. 3.

Vatabl.

Senec.

[e] *Moderatè enim faciendum, quod ſæpiùs faciendum,*

Chryſoſt.

Auguſt.

Fulgent. Eccleſ.38.

[f] *Etenim*

dolorem non ſentire, nō eſt hominis; non ferre, non eſt viri.

1. Theſſal. 4.

Bernard.

eſt locus apud Paulum 1. ad Theſſal. 4. *Nolo vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.* Quo in loco Paulus non prohibet moderatas lachrymas. Vnde eleganter dixit Bern. *ſerm.* 27. poſtquam ſatis defleuit fratrem ſuum, *incongruum eſt diu flere lætantem, & ſedentis ad epulas lachrymas multas ingerere importunum*; ſed etſi noſtras defleamus ærumnas, nec id quidem oportet nimis, vt non iam amaſſe illum, quàm noſtra quæſiiſſe de illo commoda videamur.

g Excuſatur vehementior Ioſeph planctus,

Cyprian.

34 Si quis autem obiiciat, ſtatum Ioſephi cadẽtis, & clamantis ſuper patrem ſuum, ſtatum eſſe hominis [g] non moderatè dolentis: Dicendum eſt ferme omnes Patres, inter quos præcipuè Cypr. *in ſerm. de mortalitate*, longiores lachrymas permittere Patribus veteris teſtamenti, quam nobis; quia eo tempore nondum cæli porta per ſanguinẽ Chriſti aperta erat, & ad inferos deſcendebant ſanctorum etiam hominum animæ. Quod proſequitur Hieron. *in epitaph. Paulæ, & epitaph. Nepotiani*, vbi ita quærit, *cur Moyſes plangitur in morte, Ieſus autem Naue fletus non legitur?* Cuius nulla alia ratio eſt, quàm quia ſub lege omnes tenebantur peccato, iuxta illud Pauli, *regnauit mors ab Adamo vſque ad Moyſem*, ac proinde ad inferos deſcendentes [h] animas, conſequentes lachrymæ proſequebãtur; in Ieſu autem, id eſt, in Euangelio, per quem paradiſus eſt apertus, mortem gaudia proſequuntur; quare non eſt, cur immoderatè videantur lachrymæ Ioſeph.

Hieron.

h Quia deflebat mortuum adhuc non aperto cælo.

i Altera ratio excuſans

Aug.

l Miraculum in lachrymis.

35. Quibus addendum illud eſt, [i] quod per lachrymas magnus dolor minuitur, atque leuatur, quod inſtar miraculi exiſtimauit Aug. cum in 4. *confeſſ. cap.* 4. dixit, de morte cuiuſdam amici ſui chariſſimi, *ſolus fletus erat dulcis mihi, & ſucceſſerat amico in delitiis animi mei*; tunc addidit in *cap. ſequenti*, *poſſum ne audire abs te, qui veritas es, [l] cur fletus dulcis ſit miſeris? Vnde ſuauis fructus de amaritudine vitæ carpitur, gemere & flere, & ſuſpirare, & conqueri, an hoc ibi dulce eſt, quod ſperamus exaudire te? rectè iſtud in precibus, quia deſiderium perueniendi habent; an ne fletus res amara eſt? præ faſtidio rerum, quibus fruebamur, & tunc cum ab eis abhorremus, delectat.* Suffragatur D. Aug. D. Tho. 1. 2. q. 38. a. 2. vbi in controuerſiam poſuit, *leuarent ne lachrymæ dolorem?* Exiſtimauit enim inſtar miraculi eſſe ſi dolor per [m] ſuos effectus, quales ſunt gemitus, lachrymæ, & querelæ, leuaretur; neque enim aliqua cauſa reperitur, quæ per ſuos effectus decreſcat; huius autem rei duas ille adhibet rationes, quarum altera hæc eſt, quia omnis actio quæ conformis eſt cum eo ſtatu, in quo quiſpiam operatur, delectat; cum igitur gemitus, & lachrymæ conueniant maximè cum homine triſti, delectant; vniuerſa autem delectatio minuit triſtitiam, quod per oppoſitum oſtẽditur euidenter; ſi cui enim conſtituto in mærore riſus fortaſſe ſurrepat, dolet, non aliter, quàm quia diſconueniens eſt ea actio cum eo ſtatu miſero, in quo, qui ridet, erat; conuenientia igitur actionis delectationem affert. Vnde eleganter dixit Euripid. in Troade, *valde ſuaues ſunt fletus afflictis, lachrymæ, lamentationéſque, & Muſa, quæ triſtitias continet.* Secunda verò ratio, qua illud oſtendit D. Thom. eſt, quia omne nociuum, qualis eſt triſtitia, quandiu intra nos eſt, maximè affligit, quia intentio magis augetur circa illud; quãdo verò per lachrymas & gemitus, exteriùs ſpargitur, ipſa quoque intentio ad exteriora ſpargitur, ſicque diminuta intentione, diminuitur dolor: quod voluit Plin. *lib.* 11. *natur. hiſt. cap.* 36. eum dixit: *Quis eſt ille humor in dolore tam fæcundus, & paratus, aut vbi reliquo tempore? Oculi ſeu vaſa quædam viſibilem animæ partem recipiunt, atque tranſmittunt.* Quibus fauet eleganter Bern. *ſerm.* 26. *ſuper Cantic. Nec potui,* inquit, *imperare dolori, qui potui lachrymæ, turbatus ſum, & non ſum locutus: at ſuppreſſus dolor altiùs interius radicauit, eo acerbior factus, quod non eſt exire permiſſus, exeat neceſſe eſt foras, quod intrinſecus patior; exeat ſanè ad oculos filiorũ, qui ſcientes incommodum, planctum humaniùs exiſtiment, dulciùs conſolentur.* leuant igitur lachrymæ dolorem, quia cum Ioſephum irruentem in patrem videmus, & flentem, temperatas fuiſſe exiſtimamus eas lachrymas.

D. Thom.

m Quòd per effectus ſuos dolor minuatur, & quare ex D. Thom.

Euripid.

Plinius.

36. Augetur hæc ratio ex doctrina D. Baſilij in ſuo Periarchon, vbi docet, lachrymas non eſſe continendas, [n] ne forte vitam intetimant, quod oſtendit eleganti quadam ſimilitudine; *Illud*, inquam, *in flamma videre eſt, quæ à proprio fumo ſuffocatur, cum non exit, ſed circa illam voluitur; idem malum in animalis viuifica virtute, hæc enim extinguitur à doloribus, cùm nulla datur expiratio.* Dixit hoc & Bern. loc. cit. *quouſque diſſimulo, & ignem, quem intra me ipſum abſcondo, triſte pectus adurit, interiera depaſcitur, clauſus latiùs ſerpit, ſæuitq; acrius.* qua de re videndus eſt Ariſtot. *in lib. Probl. ſect.* 27. cum quærit. *cur qui dolent, loquantur, [o] & gemant; qui timent, taceant?* Atque reſpondet veros dolores, vel omnes, vel ſaltem plurimos calore iuuari, atque augeri, calorem autem is augei, qui ſuum ſpiritum cohibet; hinc ergo fit, vt diſſoluatur ſpiritus in gemitus, atque lachrymas, vt dolor minuatur. Videndus eſt Elias Creienſ. *in orat.* 11. *Nazianz. pag.* 407. vbi eleganter loquitur de origine lachrymarum, eamque reducit in calorem compreſſum, ac proinde aſſerit neceſſariò ſoluendos eſſe humores [p] in lachrymas, ne ſi omnes à calore accendantur, totus homo ardeat. quo ſenſu eleganter tranſtulit vulgatus interpres ea verba Ioh *in cap.* 10. cum dixit, *dimitte ergo me vt plangam paululùm dolorem meum*, quod Hebraicè habetur, *vt tantiſper refrigeror*, Græcè autem, *vt tantiſper requieſcam.* Solæ enim lachrymæ & refrigerium, & quietem miſeris afferre poſſunt. Cum igitur Ioſephum & clamantem, & collachrymantem videmus, hoc enim ſonat vox Hebræa, pro qua vulgatus tranſtulit, *flens*, exiſtimandum eſt, eum tẽperare voluiſſe [q] dolorem ortum ex morte paterna, dolor nanque per gemitus, & lachrymas minuitur; quod Chriſtus Dominus exprimere voluit, qui cum lachrymis, & clamore valido, expirauit, ſicut aduertit Paul. *ad Hebr.* 5.

Baſilius.

n Si contineantur lachrymæ, vitã interimunt.

Ariſtot.

o Cur qui dolent, loquantur & gemant?

Elias Cret.

p Optima ratio philoſophica cur dolor ſoluendus in lachrymas.

Iob 10.

q Fleuit igitur Ioſeph vt temperaret dolorem,

Hebr. 5.

37. Temperatus etiam dolor videtur in Ioſeph, [r] quia moderatus dolor lachrymas exprimit, immoderatus autẽ ſubducit, cùm mœror ipſe, quaſi ſine mœrore fit; qui enim afflictionem deuorat, ſenſum mœroris tullit. In quam ſententiam dixit eleganter Nyſſen. *in funebr. orat. Plaxillæ Imperatricis*, vbi lachrymandum docet eſſe in eius funere, *quia*, inquit, *lachrymæ ſanguis ſunt eorum vulnerum, [ſ] quæ nobis impreſſa ſunt ex malis noſtrorũ amicorum.* Quandiu autem anima viua eſt, tandiu & vulnera ſentit, & ſanguinem exprimit, petita ſimilitudine à parte aliqua noſtra lethaliter affecta, quæ iam, neque ſentit, neque ſanguinem exprimit, qualis cum fuerit dolor Ioſephi, temperatus erat. Vnde Ambr. ſuper Lucam illis verbis, *Pater, ſi vis, tranſeat calix iſte à me*, ita dixit: *Non habent fortitudinis laudem, qui ſtuporem magis vulnerum tulerint, quàm dolorẽ; licet enim viris ſanctis*

r & quidem moderatè, quia fleuit.

Nyſſenus.

ſ Lachrymæ ſanguis vulnerum ex malis amici.

Ambroſ.

interdum in malis aliquibus conſtitutis affectibus nonnihil indulgere, id eſt, dolere, conqueri, & miſerias ſuas verborum figuris explicare, qualis planè fuit Iob, cuius tamen in dolore nullum fuit peccatum; quod placitum eſt omnium Philoſophorum, ac Theologorum; ſic enim faciunt curſores, clamant, vt velociùs currant, ſic generoſus equus, frænum quidem mordet, & tamen non excutit inſidentem, imò ei obtemperat; clamat Ioſephus, vt moderetur affectum; collachrymatur, vt temperet dolorem defuncti parentis.

§. II.

De planctu in funeribus procurato.

38.* HActenus vidimus Ioſephi veras lachrymas, amoris teſtes, deſiderij plenas, doloris remedium, atque mœroris temperamentum; conſequens iam eſt, vt ad cæteras accedamus, quas plánctus vocamus, ſiue funeralia; poſtquam enim veræ lachrymæ eſſe deſierunt, fucatas inuenit hominum fallax ingenium; cum enim flere pro mortuis ſit veluti quoddam debitum perſoluendum ab iis, qui ſuperſunt, ita vt mortem ſuis numeris abſolutam non exiſtimemus, antequam lachrymas defunctis demus, deſiderantibus veris lachrymis, [t] falſas damus. Hoc debitum perſoluiſſe videtur Chriſtus Dominus Lazaro amico ſuo *Ioan.* 11. cum illum fleuit. Qualis eſt ille locus Terentij in Andria, vt ſignificaret Chryſidem omnino mortuam eſſe, ait enim, *in ignem poſita eſt, fletu.* Similia habet Homerus *lib.* 23. *Iliad.* cum de morte Patrocli ita loquitur:

[t] *In defectu veri luctus fictum mortuis damus.*

Terent.

Homerus.

Aſtantes lachrymas Patrocli in funus amici
Fundite, defunctis tales debentur honores.

39. Quibus habet ſimilia *lib.* 4. *Iliad.* hæc autem conſuetudo inde ortum [u] habuiſſe videtur, vt ſicut hominis vita à lachrymis incipiebat, ſic quoque lachrymis concluderetur, atque ita & breuitas vitæ, & magnitudo lachrymarum oſtenditur, quas nulla vita, quamuis longa, capere poteſt omnes, redundant enim poſt vitam in mortem, non aliter, quàm ſi quis vim maximam humoris pretioſi in anguſtum vas infundere velit, qui neceſſe effunderur, quandiu illum totum capere non poteſt anguſtum vas. Sic effunduntur redundantes lachrymæ vitæ noſtræ in mortem propter earum magnitudinem, quia ratio, quare apud veteres quærerentur fucatæ lachrymæ, eſt, quia veræ deſiderabantur, vnde lamentatrices, quas *præficas* [x] vocarunt, atque tibicines conducebant, qui ſuo cantu ad lachrymas prouocarent. Quem morem docet Ambr. *lib.* 8. *in Lucam* deriuatum fuiſſe à gentibus in Hebræos; id quod conſtat ex eo, quod dixit quidam ex veteribus.

[u] *Huius conſuetudinis origo.*

[x] *Lamentatrices præficæ vocabantur.*

Ambr.

Cantabat mœſtis tibia funeribus.

Quo pacto intelligendus eſt locus Matth. *in c.* 9. quando Chriſtus Dominus expulit tibicines, atque cantatrices, quæ iam deplorabant filiã Principis, tibicines enim vocati [z] erant ad flendam puellam: videndus eſt Ioſephus *lib.* 3. *de Bello. c.* 15. vbi docet magna mercede conductos fuiſſe tibicines ad deplorandum Ioſephũ Ducem Hebræorum. Vnde eleganter notauit Suetonius *in vita Iulij cap.* 82. Iudæos lamentatos fuiſſe ad buſtum Cæſaris; forma autem lamentationis apud eos ea erat, quam refert Hierem. *in cap.* 22. cum de Rege Ioachim de mortuo ita dixit; *Non plangent eum, va pater, & va ſoror,* [a] *non concrepabunt ei, va Domine, & va inclyte,* id eſt, nec planctu publico, neque vero priuato plangent Regem ſuum; ſimilia inuenietis apud Amos *in c.* 5. vbi dicitur, *& vocabunt agricolæ ad luctum, & ad planctum eos, qui ſciunt plangere.* Hierem. 9. *vocate lamentatrices, & veniant, & ad eas, quæ ſapientes ſunt, mittite;* ſolebant enim Hebrææ mulieres, ſparſis crinibus, nudatis pectoribus, voce modulata, omnes ad fletum concitare; ſic enim notauit Chryſoſt. *hom.* 32. *in Matth. c.* 9. ibidem Euthymius; quem tamen morem reprehendit Plato 12. *de legibus*, cum ait: *In lachrymis lachrymas profundere ob mortuum, aut ſecus præcipere, indecorum eſt: illud tamen omnino interdicendum eſt lamentari, & extra domum vociferare, & in progreſſu* [b] *per vias vlulare.* Quem ſibi morem poſtremum aſſetoarũt Hebræi. Quare non eſt cur Liuius reprehendat Ægyptios qui vultu, & veſtibus ſolis ſuos defunctos deflebant, & non lachrymis; quod Hieron. moderatiùs dixit *in epiſt. ad Paul. in obitu Bleſillæ*, cum ait *planctus iſte ſolemnis non longas Ægyptius imperat lachrymas, ſed funeris monſtrat ornatum*; etenim apud Ægyptios non leui ex cauſa lachrymæ effundebantur, quas pretioſas exiſtimarunt: ſicut docuit Pierius *lib.* 28. *de ſymbolis Ægyptiorum*, vbi docet, quòd cum quædam per ſomnium vidiſſet ſe theſaurum inuenturam vnionum, re delata ad coniectores, ſic ſomnium explicatum eſt, inuenturam eam ſcilicet magnam lachrymarum vim; apud Ægyptios enim idẽ prorſus ſunt [d] lachrymæ & vniones. Chryſoſt. vetat eas aſſumi in remedium noſtrorum malorum; neque enim decet pretioſum remedium in vilem morbum adducere, præſertim cùm vim non habeat ad eum morbum curandum, eſt enim in hac ſententia Chryſoſt. petita ſimilitudo à re medica, abſurdum enim eſſet, ſi quis pretioſum remedium adduceret ad illum morbum curandum, ad quem nullam habet virtutem, neque vim; ſic enim eleganter habet Chryſoſt. *tom.* 5. *hom.* 5. *ad populum Antioch. Lugere omitte, luge peccata, vt ipſa deleas; propter hoc enim* [e] *triſtitia facta eſt, non vt in morte, aut in alia quacunque re doleamus*; ſed vt ipſa, ad delenda peccata vtamur, remedia medicinalia propter illos tantùm morbos facta ſunt, quos tollere poſſunt; non propter illos, quos nihil adiuuare poſſunt, lachrymæ nullum alium morbum leuare poſſunt, quàm peccatum; propterea nulli alteri applicandæ ſunt. Videndus eſt Nazianz. *orat.* 3. *contra Iulianum apoſtatam*, vbi lachrymas congruẽter appellauit *diluuium peccatorum, orbis piamentum*; in qua ſententia illud latet, quod longè mirabiliùs lachrymæ peccata extinxerunt, [f] quam diluuium, hoc enim pariter cum peccatis, peccatores oppreſſit, illud autem extincto peccato, peccatorem liberum, & integrum reliquit. Sicut autem Noe ſacrificio expiauit poſt diluuium orbem vniuerſum; ſic quoque & lachrymæ expiare, ſanctumque reddere ſolent peccatorem. Similia habet idem Greg. Nazianz. in funebri oratione Gorgoniæ ſororis ſuæ, quæ numero eſt vndecima. Ad quem locum videndus eſt Elias Cretenſ. cum refert hac de re pulchram ſententiam Ioannis Climachi, dicentis, *lachrymæ niſi diuinitus data eſſent, pauci inuenti eſſent, qui ſalutem conſequerentur, etenim Baptiſmus priſtina vitia extinguit, lachrymæ* [g] *autem ea, quæ ſequuntur, atque illum quidem, cum nos omnes tenera ætate accipiamus, poſtea inficimus, per illas autem illum etiam repurgamus; quare merito Rex Dauid, nihil aliud in vita poſtulabat, quàm lachrymas*, ſicut eleganter notauit Bernard. *ſerm. de fallacia huius ſæculi*, ponderans

[z] *Tibicines ad funera conducebantur.*

Ioſephus.

Suetonius.

Hierem. 22.

[a] *Forma planctus Iudaici.*

Amos. 5.

Hierem. 9.

Chryſoſt.

Euthymius.

Plato.

[b] *Quæ omninò in publico reprehendenda eſt.*

Liuius.

Hieron.

[c] *Ægyptij vultu & veſtibus deflebant mortuos.*

Pier. Valer.

[d] *Apud eos enim in magno pretio lachrymæ.*

Chryſoſt.

[e] *Propter peccatum triſtitia facta eſt.*

Nazianz.

[f] *Faliciùs lachrymæ extinguunt peccata quàm diluuium.*

Nazianz.

Cretenſ.

[g] *Lachrymæ ſecundus baptiſmus.*

Bernard.

Pſalm.142. deranſ ea verba *Pſalm.* 142. cum Regius vates dixit: *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.* Quaſi vellet, quid poteſt ei eſſe in vita iocundum, cuius anima ſine aqua eſt, hoc eſt ſine lachrymis: ſiquidem aquæ inopia non ſolùm aridum, ſed & ſordidum facit, dum non eſt quo lauetis; & humanum cor lachrymas neſciens, non modò durum, ſed & inputum eſſe neceſſe eſt; quare idem Regius vates dicebat in *Pſalm.6.lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo*, ne in me fiat, quod ſcriptum eſt *Matth.* 13. de ſemine, *quod cecidit ſuper terram, & natum aruit, quia non habebat humorem*; vnde optime D. Hieron. *ad Ruſtic.* notaoit ea verba Hierem. *in c. 9. quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum?* & ſequenti ſermone proſequitur Hierem. lachrymas ſe voluiſſe ad ſola peccata deflenda. Notauit hoc Ambr. in lachrymulis Chriſti cum dixit *c.2.* Lucæ, *me illius infantia vagientis abluunt fletus, mea lachrymæ illa delicta lauarunt*; & ponderauit Paulus *ad Hebræos c.5.* non ſine lachrymis expiraſſe Chriſtum Dominum, quaſi non minus efficax remedium eſſet ad peccata delenda lachrymæ,[h] quàm eius mors, & vniuerſus ſanguis effuſus. Vnde ego coniicio, magis approbatas fuiſſe lachrymas pœnitentis Mariæ, quam deſiderantis Mariæ; his enim defleuit Magdalena demortuum Chriſtum, illis autem ſua deplorauit peccata, & tamen magis illæ laudantur, quàm hæ, ſicut patet ex illis verbis, quæ habentur Luc. *c.7* vbi legitur dixiſſe Chriſtum Dominum Simoni; *Simon vides hanc mulierem? intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti; hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis terſit; oſculum pedibus meis non dediſti, hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos*; & mulierem defendit, & lachrymas laudauit, atque ad mille oſcula pedum, plorantem admiſit pœnitentem, qui lachrymas [i] eiuſdem mulieris deſiderantis, nec laudauit, neque præ deſiderio plorantem ad ſui contactum admittere dignatus eſt, ſic enim Aug. *tract.* 121 *ſuper Ioannem*, ea verba & Angelorum & Chriſti ad Mariam plorantem intelligit, *Quid ploras?* Non dignatum autem fuiſſe eius contactum ſatis declarant ea verba Chriſti, *Noli me tangere.* Sint bonis auibus diuiniores lachrymæ deſiderantis, magis tamen probantur à Chriſto pœnitentis, cui, ſcilicet, placet magis noſtri remedium, quàm ſui deſiderium. Non eſt igitur cur Ægyptij reprehendantur non effundentes lachrymas in morte ſuorum defunctorum, illas enim ad maiora reſeruant.

Pſalm.6. — Hieron. — Hierem 9. — Ambr. — Hebræor 5. — [h] *Lachrymæ non minus efficaces quàm ſanguis Chriſti.* — Luc 7. — [i] *Lachrymæ pœnitentis Deo magis placēt quàm deſiderantis.* — Auguſt.

§ III.

De veſte lugubri in funeribus.

40. EX quibus iam colligimus, quòd cùm hoc in loco dixit Moyſes, *fleuitque eum Ægyptus ſeptuaginta diebus*, nóluerit ſignificare, collachrymatos fuiſſe Ægyptios defunctum Iacob, ſed potius feciſſe planctum funebrem, ſiue pompam [l] funeralem, in qua licet nullæ, vel paucæ lachrymæ inueniantur, planctus tamen vocatur illa pompa; qualis dicitur ea cæremonia, quando apud noſtros Luſitanos atratus magiſtratus, atrū quoque vexillum raptans, regium planctum facere dicitur; qualis eſt locus apud Liuium *lib.* 2. *decad.* 1. vbi refert matronas Romanas per integrum annum deploraſſe Brutum vindicem Romanæ pudicitiæ, qui expulerat Tarquinios violatores Lucretiæ. Quo in loco videmus matronas Romanas, non lachrymis, nec enim credibile eſt per annum integrum deploraſſe, ſed habitu lugubri defleſſe ſuum vindicem. Quo pacto intelligendus eſt locus ex Actis apoſtolorum *c.7.* vbi dicitur viros timoratos planctum magnum feciſſe ſuper Stephanum protomartyrem; vbi aduertit eleganter D. Hieron. planctum facere, nihil aliud eſſe, quàm exequias celebrare; ſic enim eum locum actorum intelligit *in epiſt.* 25. quæ eſt ad Paulam de obitu Bleſillæ; imò ex multis locis Scripturæ illud colligit idem Hieron. *in epiſt. ad Ripar. contra Vigilant.* vbi latè oſtendit planctum in Scriptura, potiùs ſignificare funeris [n] ambitionem, quam lachrymas. Videnda ſunt ea, quæ habet in hanc ſententiam Baron. *tom.* 1. *annal. anno.* 34. *cap.* 313. Credibile autem eſt peculiaria verba habuiſſe veteres, & peculiares cæremonias, quibus vterentur in huiuſmodi apparatu funebri, inter quas videtur ſatis vſitata, qua poſtremo ſalutabant defunctos ſuos dicentes, *vale, nos te ſequemur*, ſicut de Pallanta dixiſſe refert Poëta 11. Ænæid. pium Ænæan.

[l] *Pompa funeralis planctus dicitur.* — Liuius. — Actor.7. — [m] *Idem quoque atque exequias celebrare.* — Hieronym. — [n] *Planctus in Scriptura magis ſignificat funeris ambitionem.* — Baronius. — [o] *Verba ſalutantium defunctos.*

——*Salue æternum mihi maxime Palla,*
Æternumque vale. Virgilius.

& de Polydoro:

——— *animamque ſepulchro*
Condimus, & magnum ſuprema voce ciemus.

Peculiares autem veſtes habuiſſe [p] veteres ad huiuſmodi cæremoniam, teſtatur Ioſeph. *lib.4. antiquit. c.8* eas autem fuiſſe nigras docet Theodoret *q.* 28. *ſuper Leuit.* Apuleius innuit in ſua metamorphoſi *lib.*2. ibidem proſequitur latè Beroaldus, & oſtendit Virgil. Polydorus *lib.* 6. *de inuentoribus rerum*, vnde *amiculum nigellum* veſtem lugubrem vocitabant: Priſci autem *anthraſinum*; anthrax enim apud Græcos carbonem ſignificat, vnde veſtis antraxina, veſtis lugubris erat. Miratur autem Beroaldus; quod Plutarch. dixerit in Problematis, apud veteres homines defunctorum vxores [q] albis veſtibus indui ſolitas, qua eadem veſte induebantur propinqui, cum ante Plutarchum mandauerit Plato. 12. *de legib. in ſua Republica*, vt vniuerſa lugubris veſtis alba eſſet; imò & Polydor. *loco citato*, notauit Gallorum Reginas viduas albis veſtibus indui ſolitas eſſe poſt mortem ſuorum maritorum, vnde apud Gallos idem eſt alba, & vidua Regina; exiſtimarunt enim veteres decere maximè, vt qua veſte defunctis ſepeliebantur, eadem & ſuperſtites induerentur. albus autem color ſyncerus eſt, verus, putus, minimeq; inquinatus, & ob id mortuis [r] aptiſſimus, quales oportet eſſe ſuperſtites poſt mortem ſuorum defunctorum. Vnde fortaſſis deductum eſt illud oraculum cuius meminit Diogenes Laërtius in vita Zenonis pſittaci; cum enim viam, & rationem poſtulaſſet, qua euadere poſſet vir optimus, reſponſum accepit, fieri illud poſſe, *ſi mortuis concolor eſſet.*

41. — [p] *Veſtis funebris nigra apud veteres.* — Ioſephus. — Theodoret. — Apuleius. — Beroald. — Polydor. — Plutarch. — [q] *At apud quoſdā alba.* — Plato. — Polydor. — [r] *Et quidem aptiſſimè quia color albus mortuis concolor.* — Laertius.

§. IV.

De exequiis Iacob in Hebron.

SIc igitur per ſeptuaginta dies deploratus Iacob ab Ægyptiis, tandem deportatus eſt in aream Aza comitantibus ſenioribus totius Ægypti, & natu maioribus cum vniuerſa familia Hebræorum, ibique Hebræi per ſeptem dies [s] exequias 42.

[s] *Per 7. dies exequiæ Iacob celebratæ.*

quias celebrarunt Iacobo planctu magno, & vehementi. Vbi illud aduertendum eſt, exequias celebrare, non eſſe aliquid diuerſum à planctu; pro eo enim, quod vulgatus interpres habet hoc 50. *cap. Gen. Celebrantes exequias*, Hebraicè potiùs habetur, *planxerunt eum planctu vehemēti*; ſicut enim exiſtimauit Alexand. ab Alex. lib. 5 cap. 7. *exequiæ dictæ* [t] *ſunt ab inſequendo defuncto*, idque plorādo, *etenim funus præcedit, nos verò ſequimur*, dixit Terentius; vnde exequiæ dicuntur, quemadmodum notauit etiam Donatus; crediderim enim præter ſacrificia pro defunctis exhibita, laudationes peculiares eſſe, atque etiam peculiares [u] cæremonias, ſicut colligitur ex 2. *Paralip. in cap. 16.* vbi dicitur de Aza Rege, eum depoſitum fuiſſe in tumulo editiori, atque thura cremata; illud enim ſignificant ea verba, *combuſſerunt ſuper eum ambitione nimia*, ſicut aduertit Hierem. 34. *cap.* de morte Regis Sedeciæ, *ſed & in pace morieris ſecundùm combuſtiones patrum tuorum*; adolebant enim Hebræi thura defunctis ſuis, præſertimque Regibus, & Principibus, atque addebant, *væ inclyte*, ſicut inuenietis *lib. 2. Paral. cap. 21.* de Ioram Rege. Videndus item eſt Brix. *in comment. ſuper Hierem cap. 34.* & Hieron. ad Paulam de obitu Bleſillæ, vbi aduertit Hebræos ſuas exequias [x] celebraſſe nudis pedibus puluere deturpato capite, atque etiam ſacco incubantes; imò verò docent fœminas Hebræas, ſparſos crines, & nuda corpora vſque ad pectora habuiſſe de more Aſiatico; ſic enim de more celebrare ſolitas eſſe fœminas Aſiaticas colligitur ex eo choro, qui eſt in Troade, vbi Hecuba Regina Troianas mulieres vocat ad exequias Troiæ, hiſce verbis:

Al. ab Alex. [t] *Exequiæ vnde dictæ.* Terent. [u] *Cæremoniæ plures in exequiis.* 2. Paral. 16. Hierem. 34. 2. Paral. 21. Brixian. Hieron. [x] *Habitus mulierum plangentium apud Hebræos.*

—ſolutæ crinem
Per colla fluant tepido Troia
Puluere turpes, paret exertos
Turba lacertos, veſte remiſſa
Vteróque tenus pateant artus.

Tragic.

Imò & ieiunia [z] addebant, ſicut conſtat ex lib. 1. *Paral. cap. 10.* vbi ſepultus eſt Rex Saül, *& per ſeptem dies ieiunauit vniuerſus populus*; tandémque laudes canebantur defuncti, ſicuti patet ex *lib. 2. Regum cap. 3.* cum Rex Dauid Abner deplorauit occiſum inſidiis Ioab; ſic enim eo in loco habetur, *Scindite veſtimenta veſtra, accingimini ſaccis, & plangite ante exequias Abner: & ipſe Rex leuauit vocem ſuam, fleuitque ſuper tumulum Abner, & ait: Nequaquam, vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner, manus tuæ ligatæ non ſunt, pedes tui non ſunt compedibus aggrauati, ſed ſicut cadere ſolent coram filiis iniquitatis, corruiſti, congeminánſque omnis populus, fleuit ſuper eum*; quaſi alternatim eaſdem laudes populus cum Rege ſuo repeteret, alternatim enim celebrabātur [a] laudes defunctorum, ſicut etiam aduertit Plato 12. *de legib.* duos choros conſtitutos ad alternatim repetendas laudes defunctorum, quod videtur voluiſſe Hieron. de dormitione Paulæ, cum ait: *Hebræo, Græco, Latino, Syriacóque ſermone alternatos fuiſſe pſalmos*; de more enim cuiuſque gentis, hymni, recitabantur pro defunctis, ſicut colligitur ex Cicer. etiam *in orat. pro Milone contra Clodium*, vbi ait: *Clodius ſine imaginibus, ſine cantu, ſine ludis, ſine funere, ſine laudationibus combuſtus, eſt abiectus*; poſito enim defuncto in alto loco, hæc omnia fiebant, ſicut aduertit Perſius, cùm ait:

[z] *Ieiunium item fiebat.* 1. Paral. 10. 2. Reg. 13. [a] *Alternatim & canebant laudes defunctorum.* Plato. Hieron. Cicero.

Hic tuba, candelæ, tandémque Beatulus alto
Compoſitus lecto.

Tunc ſacrificia celebrabantur, quæ [b] *nouendialia* appellabantur. Ieiunia etiam fiebant, laudationes adhibebantur, hymni recitabantur, & ſic iuſta perſoluebātur defunctis, & exequiæ celebrabātur. in quo ponenda eſt neceſſariò diſtinctio inter publicum planctum, & exequias, quaſi planctus publicus nihil aliud haberet [c] præter lugubres veſtes, atque alias doloris ſignificationes; exequiæ autem cætera omnia, quæ diximus, habebant, & præterea paucioribus diebus celebrabantur, vtpote ſeptem diebus. Quo pacto intelligendus eſt locus Eccleſ. 22. *luctus mortui ſeptem dies*, cùm tamen Moyſes, & Aaron triginta diebus deplorati ſint; hoc enim de planctu publico, illud de exequiis intelligendum eſt. Sic igitur delatus eſt Iacob ad ſpeluncam duplicem in agro Hebron, quem emerat eius auus in ſepulturam, ibíque depoſitus eſt vſque in diem Reſurrectionis cum Lia vxore ſua, cum Iſaac parente ſuo, & cum auo eius Abrahamo.

[b] *Nouendiale ſacrū apud Ethnicos pro defunctis.* [c] *Diſcrimen inter planctū & exequias.* Eccleſ. 22.

43. Hinc autem deriuatas fuiſſe noſtras exequias colligunt Petrus Canit. *lib. 5. de Maria Deipara. cap. 3.* Baron. *tom. 1. annal. ann. 34. cap. 312.* Bellarmin. *tom. 1. controuerſ. lib. 2. de Purg. cap. 19.* cùm enim deriuatæ ſint [d] à temporibus Iacobi, res nouæ non ſunt, ſicut mēriuntur hæretici. Pro qua re videndus eſt Areopag. diſcipulus Apoſtolor. *in lib. de Eccleſiaſt. Hierarch.* & Clem. Rom. *lib. conſtit. apoſtolic. cap. 30. & lib. 8. cap. 47. vſque ad cap. 50.* Quibus in locis eaſdem ferè cæremonias repetunt, quibus nunc vtimur in exequiis defunctorum, & colligit Pamelius *ſuper epiſt. 3. Cypriani.* Quibus addenda ſunt ea, quæ habet Hieron. *ad Ruſtic. contra Vigilant. & epiſt. 25. ad Paulam.* de exequiis Stephani protomartyris.

Petr. Canit. Baron. Bellarm. [d] *A temporibus Iacob noſtra exequiæ deriuatæ.* Areopag. Clem. Rom. Pamelius. Hieron.

44. Nec verò Synodus Elybertina oppoſitum voluit, cùm vetuit, *ne inquietarentur animæ defunctorum impoſitis cereis ſuper eorum ſepulchra*; neque enim ibi exequias vetuit, ſed ſuperſtitioſas [e] incantationes, quibus euocantur animæ defunctorum, qualis modus loquendi eſt 1. *Reg. cap. 28.* ex perſona Samuelis ſic dicentis: *Quare inquietaſti me, vt ſuſcitarer?* Eadem habet Suetonius *in Tyberio cap. 98.* Plin. *lib. 28. cap. 2.* apud eos enim homines animæ etiam defunctorum inquietabantur accenſis lucernis, & carminibus ſuperſtitioſis, quod fieri nefas eſt.

[e] *Superſtitioſæ tamen incantationes vitandæ.* 1. Reg. 28. Sueton. Plinius.

Sint hæc ſatis de fatis duodecim Patriarcharū, atque de ſepulchro Iacobi parentis eorundem.

COM MEN

COMMENTARIA IN LIBRVM RVTH.

TRACTATVS I.

Seu Præfatio operis.

1\. DE more aliorum Authorum, qui commentantur ſacros libros, præfari opus eſt in principio huius libri, præſertim, cùm neſcio quo fato euenerit, vt diuinus hic liber paucos, aut fermè nullos inuenerit expoſitores, cum tamen pleraque contineat & ſcitu digna, & obſcuritate recondita, & myſterio ſacratiſſima. Præfandum igitur in præſenti eſt, cur hic liber titulo [a] *Ruth* fuerit notatus; Deinde quis fuerit eius Author; Quæ ſit eiuſdem libri authoritas; Ad quam partem ſacræ Scripturæ pertineat; Quæ ſit eius vtilitas, & neceſſitas.

De libri titulo.

2\. QVòd igitur attinet ad primum, nullo modo audiendi ſunt, qui exiſtimarunt propterea hoc titulo fuiſſe librum notatum, quia authorem habuerit ipſam Ruth, quod nullo nititur certo fundamento: ſicut enim Iudith, & Heſter ſuis nominibus titulos dederunt libris, qui de earum hiſtoria conſcripti ſunt, cùm tamen ipſæ eos minimè ſcripſerint; ſic quoque hic liber nomine *Ruth* notatus eſt, cùm tamen credibile nullo modo ſit, eam librum hunc ſcripſiſſe. Vnde D. Athanaſ. in ſynopſi diuinæ Scripturæ cauſam retulit huius rei, *propterea*, ait, *hic liber ita vocatur*, *quia hiſtoriam de Ruth ſolam complectitur*, Id eſt,[a] de eius gente, de nuptiis, de viduitate, conuerſione, fide, exercitiis, de cooptatione eius in populum Hebræum, de Meſſiæ proauis ex eius ſanguine: quibus dixit ſimilia Theodoret. *q. 1. in Ruth*, cum quærit, quæ fuerit ratio huius tituli, & oſtendit tum propter Chriſtum, quia [b] ex ea ortus eſt ſecundùm carnem, tum propter vtilitatem eiuſdem libri; docet [c] enim nos Noëmi graues calamitates, & laudabilem conſtantiam, & fortitudinem, atque nuruum temperantiam, & in ſocrum amorem, præcipuè ipſius Ruth, quæ mulierem [d] ſenio confectam, & paupertate laborantem prætulit parentibus propter animi pietatem, & coniugis memoriam; in cuius rei mercedem facta eſt parens gentium; genuit enim Gentium benedictionem; eſt enim diuina Prouidentia in hoc libro ſcribendo ad inſtar cuiuſdam motus phyſici, qui ex [e] termino ad quem tendit, nomen, & ſpeciem accipit; ſic quoque ex conuerſione, & pietate, imò etiam ex dignitate, ad quam peruenit hæc mulier, titulum, & nomen accipit hoc opus, quod mihi notaſſe videtur Ioſeph. cum *lib. 5. antiquit. cap. 11.* ita dicit: *Hæc neceſſe habui adnotare de Ruth, volens Dei potentiam oſtendere, cui facile eſt etiam vulgares homines ad ampliſſimam dignitatem perducere, ſicut perduxit Dauidem ex mediocribus parentibus.*

D. Athanaſ.

[a] *Cauſa appellationis libri Ruth.*

Theodor.

[b c] *Multa, quæ in Noemi & Ruth ſunt exempla virtutum.*

[d] *Quæ paupertatē cum pietate prætulit Parentibus, facta eſt parens Chriſti.*

[e] *Deus in fine bono totā vitam coronat.*

Ioſeph.

3\. Commendat igitur hic titulus diuinam Prouidentiam, & potentiam, vt qui voluerit ex vulgari, & prophana muliere carnem ſuſcipere; commendat in nos miſericordiam Dei, vt qui etiam voluerit non ex ſolo ſanguine Hebræo, ſed ex ſanguine prophano Gentilium vtrunque populum redimere. Quod vltimum eleganter oſtendit Ambroſ. lib. 3. de fide cap. 5. & lib. 3. In Lucam. *Ruth, quæ inter maiores Chriſti meruit computari, magnum nobis exemplum eſt, quia* [g] *in illa, noſtrûm omnium, qui collecti ſumus ex gentibus, ingrediendi in Eccleſiam Domini figura præceſſit.* Qua [h] forte ratione in cap. 4. huius libri, vbi Spiritus ſanctus texuit hiſtoriam generationis Chriſti per Dauidem tres ſolùm poſuit prophanas mulieres, & gentiles, quas Chriſtus Dominus parentes habuit, & quarum nomina expreſſit Matthæus in libro generationis Ieſu Chriſti. Incipit enim à Phares, quem genuit Iudas ex Thamar Chananæa prophana, & Gentili; deinde refert Salmon, qui ex meretrice Rahab Ierichontina genuit Booz; tandem Booz ex Moabitide Ruth alienigena, & prophana dedit Obed; quo magis conſtaret ex carne Chriſti, Gentiles homines vocandos eſſe ad Eccleſiam. Hæc igitur fuit ratio, cur nullo alio titulo notatus fuerit hic liber, quàm titulo *Ruth*, vt progenies Dauidis certa eſſet ex Ruth, [i] atque ſanguis Chriſti cognitus ex prophanis etiam Gentilibus deriuandus. Quæ fuit ratio, ſicut eleganter ponderauit D. Auguſt. *lib. 22. contra Fauſtum*, cur cùm Moyſes enarraſſet hiſtoriam Ioſephi, in eius medio texuerit & nuptias Iudæ, inceſtum eiuſdem Iudæ, concubitum cum Thamar, cùm tamen nullius alterius filij Iacob nuptias retulerit: fideles enim

[f] *Commēdat diuinam prouidentiam quod ex prophana traxit originem factus homo.*

Ambr.

[g] *Ruth figura Eccleſiæ Gentium.*

[h] *Qua ratione in generatione Chriſti tres tātùm gentiles fœminæ apponantur.*

[i] Ruth *dictus liber, quo fieret notum ex Hebræo, & Gentili ſanguine carnem Chriſti propagandam.*

Aug.

venturi

Digitized by Google

[l] *Inde edocemur parentum iniquitates non obeſſe in filiis diuino beneficentia.* Exod. 12.

venturi ex [l] omnibus gentibus exemplo carnis ipſius diſcere debuerunt parentum ſuorum iniquitates ſibi obeſſe non poſſe, cum ex eadem carne gentili, & Hebræa oriundus eſſet is, qui expectatio gentium dicitur; qua ratione *Exod.* 12. inuitat ſponſus ſponſam ad nuptias, ſiue ad conuiuium, in quo præceptus eſt manducari agnus, & hædus tenellus ex capris, ad ſe ipſum præfigurandum, qui non ſolùm nobis ortus eſt ex Hebræis, ſed ex prophanis quoque gentilibus naſci dignatus eſt.

4. Rup Abbas. Iudic. 28.

Vnde eleganter ſibi, & nobis gratulatur Rupertus Abbas de titulo huius libri, cum in libris de Trinitate explicat cap. Iudicum 28 *Valde*, inquit, *fidelem animum delectat, quòd nomine Ruth, potius quam Booz, aut Noemi in titulo prænotatur,* [m] *non enim parum ſplendoris habuit, quod ſeries generationis Christi in moribus virorum Iſraelitarum, & Iudaicæ tribus penè defecta per fidem alienigenæ reſarcita eſt, ſicut ipſe hiſtoriæ enarrationis ordo continet.* Quod propheta Iſaias reſpiciens, *cap.* 16. dicit: *Emitte agnum dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Petram* [n] appellans Ruth Moabitidem propter propriam fidem; *deſerti*, propter deſertitudinem Moabitidæ gentis. Quæ verè deſerta eſt, & dicitur, quia Dominum habitatorem non habebat, ſicut, & aliæ gentes, de quibus idem Propheta dixit, *Lætabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo*, vnde factum eſt vt Hieronym. dixerit, hanc mulierem prophanam *Ruth* eſſe veram petram deſerti. Et hanc expoſitionem ſentit Iſaias: ſciebat enim diuino ſpiritu afflatus Iſaias, ex Ruth ortum fuiſſe Dauidem, ex Dauide autem Meſſiam ſeruatorem oriundum. Diuino igitur beneficio effectum eſt, vt non alio titulo fuerit hic liber notatus, quam titulo *Ruth*, vt certa redderetur generatio Chriſti ex ea, & firma [o] eſſet ſpes gentilium.

[m] *Myſterium grande, quod fide alienigenæ Iudaica Tribus deſectum reſarcitur in Ruth.* Eſai. 16.
[n] *Petra fidei, deſertum infidelitatem ſignificat.*
Hieron.
[o] *In Ruth gentium firmata eſt ſpes.*

De Autore huius libri, & dignitate.

5. [p] *Varia ſententia de autore huius libri.* Rabbi Moyſ. [q] *Alij Samuelem fuiſſe Autorem volunt.* Xiſtus Sen.

NOn [p] eſt autem parua dubitatio de Autore huius libri; nanque Rabbi Moyſes *in lib. viarum linguæ ſanctæ*, ex ſententia aliorum Hæbræorum voluit [q] Samuelem Autorem fuiſſe huius libri; is enim ſcripſit etiam librum Iudicum, & primum & ſecundum Regum, quibus addit hunc librum Ruth. Quam ſententiam ſequitur Xiſtus Senenſis *in Bibliotheca ſacra lib.* 1. *tom.* 2. & *lib. peculiari de argumentis, autoribus, & temporibus librorum veteris teſtamenti.* De quo tamen illud mihi omnino dubium eſt, cur ſcilicet hiſtoriam Ruth de media hiſtoria Iudicum abſtulerit, atque de eo argumento fecerit peculiarem librum, cùm tamen ea hiſtoria pertineat ad tempora Iephtes, vel Gedeonis, vel Abeſſa Iudicum Iſrael: [r] proinde non videtur Samuel autor huius libri, vel ſaltem non fuit autor libri Iudicum. Vnde ſunt, [s] qui velint, piiſſimum Regem Ezechiam poſt receptam ſanitatem ſparſas nullo ordine hiſtorias Iudicum, & Ruth, atque aliorum Regum collegiſſe, & collectas tradidiſſe Synagogæ, vt eas approbaret. Verùm [t] hæc ſententia nullo nititur fundamento, & præterea oſtendit, quis eam collegerit, non tamen quis eam primò ſcripſerit: propterea in alia ſententia ſunt alij, vt exiſtiment [u] Eſdram diuino Spiritu afflatum reſtituiſſe omnes libros ſacros, inter quos erat liber Ruth, ſicut docet Tertull. *in lib. de habitu muliebri*, vbi aſſerit, omne inſtrumentum Iudaicæ literaturæ per Eſdram inſtauratum fuiſſe. Quod etiam docet Ambr. *lib. de bono mortis*, & *lib.* 2. *in Lucam, & epiſt. ad Herontianum.* Irenæus *lib.* 3. *cap.* 25. atque alij Patres; quod nos [x] non negamus, ſed inquirimus, quis tandem fuerit autor huius libri? Quamuis enim [z] maior pars Patrum in eam inclinet ſententiam, vt exiſtimet Samuelem fuiſſe autorem huius libri; tamen id probabiliter tantùm aſſerunt. Vnde D. Iunilios *in lib. de partibus ſacræ Script.* 1. *cap.* 8. ita ait agens de peculiari hoc libro: *quorundam librorum penitus ignorantur autores, vt Iudicum, & Ruth: ſed Spiritus ſancti gratia ad tantum culmen autoritatis perueniſſe noſcuntur;* ac proinde dubium non eſt, Canonicum eſſe librum, quem recipit Canon Apoſt. 84. & Conc. Laudicenum ſub Liberto 1. Conc. Carthaginenſe, Conc. florentinum, & denique ſacra Synodus Tridentina *ſeſſ.* 4. *de libris Canonicis.*

[r] *Non probatur à Xiſto Senenſi.*
[s] *Alij Ezechiam.*
[t] *Sed reiicitur hæc ſententia.*
[u] *Alij Eſdrã.*
Tertullian.
Ambr.
Irenæus.
[x] *Sed hic reſtituit tantũ.*
[z] *Maior pars Patrum in Samuelem inclinat.*
Iunilius.
[a] *Canon Apoſtolorum Conc. Laod. Carthag. Florent. Trid. Ruth canonicum dicũt.*

6. Gelaſ. Papa.

Si quis autem obiiciat authoritatem Gelaſij Pontificis *d.* 15. *c. Sancta Romana Eccleſia*, vbi ita ait; *multa non leguntur in Eccleſia, quia eorum, qui ſcripſere, nomina penitus ignorantur.* Clariùs Gloſſa capitis, *Canones.* diſt. 16. *Apocrypha vocantur, quæ non habent certum autorem.* In eadem ſententia eſt Origen. *Hom.* 1. *ſuper Cantic.* Hieron. *in epiſt. ad Latam.* Auguſt. 15. *de Ciuitate c.* 25. Ex [b] quibus fit Canonicum non eſſe librum, de cuius autore eſt aliqua dubitatio. Vnde infertur hunc librum Canonicum non eſſe, de cuius autore dubium eſt inter Patres.

Gloſſ. cap. Canones diſt. 16.
Origen. Hieronym. Auguſt.
[b] *Quæ obſtare videntur.*

7. [c] *Sanctſ omnibus* Xiſtus Sen. Franciſcus Feuard.

Notandum [c] tamen eſt ex Xiſto Senenſi *in Bibliotheca ſacra lib.* 1. *ſect.* 1. quod etiam refert Franciſc. Feuard. *in præfat. ad librum Ruth*, Apocryphum duobus modis appellari librum, altero, de cuius autore eſt dubitatio; altero, de cuius doctrina non eſt certitudo. Canonici igitur libri non ſunt, de quorum doctrina eſt dubitatio, non tamen de quorum autore eſt aliqua dubitatio, cum ineffabili tamen certitudine de veritate doctrinæ; quam diſtinctioné inuenerat Hugo de S. Victore *in com. ſuper Iob.* Hinc eſt quod D. Greg. Mag. dixit in præfat. ſuper Iob. *Quis ſcripſerit librum ſacrum, ſuperuacuè quæritur, cum autor libri Spiritus ſanctus fuiſſe credatur.* Eſt igitur liber hic omnino Canonicus, quamuis de eius Autore aliqua ſit dubitatio.

Hugo de S. Victore. Greg Mag.

De loco libri huius inter ſacros.

8. [d] *Liber Ruth appendix libri Iudicum* [e] *Corollariũ quid.*

PErtinet verò hic liber ad hiſtoriam, [d] cùm ſit appendix, ſiue corollarium libri Iudicum. Eſt [e] autem *corollarium*, ne errore vocabuli laboremus, id quod additum eſt ſuper menſuram, & præterquam quod debitum, tanquam auctuarium quoddam à corollis deductum, quod hæ, cum placuerint, Actoribus in ſcæna dari ſolitæ ſint. Quo pacto intelligendus eſt Suetonius in Auguſto. Petita ſunt hæc ex Beroaldo *in ſuo Apuleo*, imò ex Varrone *lib.* 1. quem refert Ludouicus Celius Rhodogin *lib.* 16. *variar. lect. cap.* 58. quæ eadem docet Plinius *lib.* 21. *cap.* 9. Exiſtimo enim propterea corollarium factum fuiſſe hunc librum, ad librum Iudicum; quia præter ordinem hiſtoriæ, illud accidit Iudicibus, quòd ſub eorũ temporibus prophana [f] Ruth corollas texuit Verbo æterno ex ſanguine prophano, qua pulcherrimus redditus eſt; ſicut Hebræa Berſabe feciſſe legitur *Cantic.* 3. filio Salomoni in die deſponſationis ſuæ, quando ſcilicet ex roſis de Hebræo

Suetonius. Beroald. Varro. Celius Rhodig. Plinius.
[f] *Corollas texit Ruth Verbo æterno ex ſue ſanguine prophano.*
Cantic. 3.

Hebræo ſanguine tinctis corollam texuit filio, id eſt, quando de carne Hebræa induit Verbum æternum; hoc enim ſignificant ea verba, *videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua.*

De vtilitate, neceſſitatéque huius libri.

9. ET vt meliùs intelligatur quanta ſit vtilitas [g] huius libri, aduertendum eſt, eum neceſſariò diuidendum eſſe in quatuor principaliores partes. In prima [h] enim agitur de eius conuerſione ad pietatem, & religionem Hebræorum, ad quam Ruth conuerſa eſt ex occaſione famis, quæ coëgit domum Elimelech patrios lares relinquere, & ad Ephrata in Moab confugere, quæ continentur in primo capite. In ſecunda [i] parte agitur de honeſta viuendi ratione huius mulieris, de probis actionibus eius, quibus ſe, & ſocrum ſuam ſuſtentabat: hæc autem continentur in ſecundo capite. In tertia [l] parte agitur de legali ritu deſponſandi viduam relictam cum conſanguineo defuncti mariti, de quibus agit tertium caput. Quarta [m] tandem pars agit de celebri matrimonio contracto inter Booz Bethlehemiticum ciuem, & Ruth Moabitidem: ex quo genitus eſt Obed, ex Obed Ieſſe, ex Ieſſe Dauid Rex, atque tandem voluentibus annis Rex Meſſias, ita vt de Moabitide Ruth illud dici poſſit, *fœlix prole virum.* Hinc iam colligitur vtilitas huius libri; videtur enim eſſe figura [n] in eo Verbi incarnati, atque etiam redemptionis noſtræ ex ſanguine illius hominis, qui propter naturam aſſumptam dignatus eſt fieri noſter conſanguineus, vt de more [o] legali, nos propinquo ſanguine redimeret. Agit præterea hic liber, per allegoriam tamen, de vocatione vtriuſque populi Hebræi, & gentilis ad Eccleſiam Chriſti. Moralis etiam [p] liber eſt, in eo enim agitur de publica politia Hebræorum; id eſt, de regendæ Reipublicæ ratione optima, de dignitate viduitatis, ſiue de eius acerbitate, de nuptiis, ſiue de vero matrimonio, atque de poſteris optimis ex eodem matrimonio genitis. Ad quorum enarrationem iam accedimus, eius præuio imprecato auxilio, qui de carne prophana Ruth natus eſt.

[g] *Vtilitas huius libri, doctrina per ſingulas partes.*
[h] *Prima cõtinet pietatẽ & religionẽ Ruth.*
[i] *Secunda honeſtatem viuendi.*
[l] *Legalis ritus deſponſandi viduã relictam cum mariti conſanguineo.*
[m] *Celebre matrimoniũ Booz & Ruth.*
[n] *Inſignis figura illius hominis qui per carnem aſſumptam factus eſt noſter conſanguineus.*
[o] *Chriſtus de more legali nos proprio ſanguine redemit.*
[p] *Moralis doctrina in hoc libro multa.*

C A P V T I.

Libri Ruth.

IN diebus vnius Iudicis, quando Iudices præerant, facta eſt fames in terra. Abiitque homo de Bethlehem Iuda, vt perigrinaretur in regione Moabitide cum vxore ſua, ac duobus liberis. Ipſe vocabatur Elimelech, & vxor eius Noëmi: & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Bethlehem Iuda. Ingreſſique regionem Moabitidem, morabantur ibi. Et mortuus eſt Elimelech maritus Noëmi, remanſitque ipſa cum filiis. Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarum vna vocabatur Orpha, altera verò Ruth. Manſerúntque ibi decem annis, & ambo mortui ſunt, Mahalon videlicet, & Chelion: remanſitque mulier orbata duobus liberis, ac marito. Et ſurrexit vt in patriam pergeret cum vtraque nuru ſua, de regione Moabitide; audierat enim, quod reſpexiſſet Dominus populum ſuum, & dediſſet eis eſcas. Egreſſa eſt itáque de loco peregrinationis ſuæ, cum vtraque nuru: & iam in via reuertendi poſita in terram Iuda, dixit ad eas: Ite in domum matris veſtræ, faciat vobiſcum Dominus miſericordiam, ſicut feciſtis cum mortuis, & mecum. Det vobis inuenire requiem in domibus virorum, quos ſortituræ eſtis, & oſculata eſt eas. Quæ eleuata voce flere cæperunt, & dicere: Tecum pergemus ad populum tuum. Quibus illa reſpondit: Reuertimini filiæ meæ, cur venitis mecum? num vltra habeo filios in vtero meo, vt viros ex me ſperare poſſitis? Reuertimini filiæ meæ, & abite: iam enim ſenectute confecta ſum, nec apta vinculo coniugali, etiam ſi poſſem hac nocte concipere, & parere filios, ſi eos expectare veliris, donec creſcant, & annos pubertatis impleant, ante eritis vetulæ, quàm nubatis. Nolite quæſo filiæ meæ, quia veſtra anguſtia magis me premit, & egreſſa eſt manus Dei contra me. Eleuata igitur voce, rurſum flere cœperunt: Orpha oſculata eſt ſocrum, & reuerſa eſt: Ruth adhæſit ſocrui ſuæ, cui dixit Noëmi: En reuerſa eſt cognata tua ad populum ſuum, & ad deos ſuos, vade cum ea. Quæ reſpondit: Ne aduerſeris mihi, vt relinquam te, & abeam: quocunque enim perrexeris, pergam, & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus, & Deus tuus, Deus meus. Quæ te terra morientem ſuſceperit, in ea moriar, ibique locum accipiam ſepulturæ. Hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat, ſi non ſola mors me, & te ſeparauerit. Videns ergo Noëmi, quòd obſtinato animo Ruth decreuerit ſecum pergere, aduerſari noluit, nec ad ſuos vltra reditum perſuadere: profectæque ſunt ſimul, & venerunt in Bethlehem. Quibus vrbem ingreſſis, velox apud cunctos fama percrebuit, dicebantque mulieres: Hoc eſt illa Noëmi. Quibus ait: Ne vocetis me *Noëmi* (id eſt, *pulchram*) ſed vocate me *Mara* (id eſt, *amaram*) quia amaritudine valde

repleuit me Omnipotens. Egreſſa ſum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noëmi, quam Dominus humiliauit, & afflixit Omnipotens? Venit ergo Noëmi cum Ruth Moabitide nuru ſua, de terra peregrinationis ſuæ, ac reuerſa eſt in Bethlehem, quando primùm hordea metebantur.

TRACTATVS II.

De verbis illis: *In diebus vnius Iudicis, quando Iudices præerant*; ſiue, *De politia, vel magiſtratibus Hebræorum*.

§. I.

Eloquij diuini maieſtas expenditur.

10. *In diebus.* SEquuri ordinem commentariorum, quem ſequitur ipſa hiſtoria à politia Hebræorum ordiendum eſt. Eſt [q] autem politia publicus Reipublicæ ſtatus, ſiue vita ciuilis, quam in hominum ſocietate degimus, ad mutua commoda, ſiue vſum, ſub regimine alicuius, vel aliquorum. Eſt autem in principio [r] Hebraiſmus conſuetus in Scriptura; ſic enim ex Hebræo legendum erat; *& fuit in diebus Iudicum*, ornatus enim gratia additur, *& fuit*, vel ſaltem, non ſine myſterio, vt opus hoc externum continuatum eſſe ſignificetur cum interna locutione Spiritus ſancti, qua ſcilicet Spiritus ſanctus alloquutus eſt autorem operis. Solet autē vulgatus Interpres illum Hebraiſmum ita efferre, *In diebus vnius Iudicis*, id eſt, quando, ſeu eo tempore, quo Iudices moderabantur rempublicam Hebræorum, qualis locutio eſt. 4. *Reg.* 23. *&* 24. & denique frequenter ea vtuntur Autores ſacri.

[q] *Politia quid?*

[r] *Hebraiſmus vſitatus.*

4.Reg.23. & 24.

11. Eſt autem hic apparatus, quo vtitur Autor ſacer ex annotatione temporis, & regiminis, ſignum [ſ] maieſtatis eius rei, de qua agitur; hoc enim fieri ſolet non, niſi in deſcribenda grauiſſima re, vt iam hinc colligamus magnum aliquod myſterium in hac hiſtoria latere. Sic Lucas Euangeliſta de admirabili ortu Ioannis Baptiſtæ ordirur rem: *Fuit in diebus Herodis regis Sacerdos quidam.* & *in cap.* 2. ſcripturus fæliciſſimum Natalem Chriſti Saluatoris, ita dixit, *& factum eſt in diebus illis, exiit edictum à Cæſare Auguſto*; & ſcripturus principium prædicationis Ioannis *in cap.* 3. dixit, *Anno decimoquinto Imperij Tiberij Cæſaris.* Quanuis autem ex verbis, quibus vtitur Autor ſacer in principio huius libri, certum ſit, quis fuerit politicus ſtatus eius Gentis Hebrææ eo tempore; Iudices enim habebat, ſiue moderatores, Reges enim non habuit niſi à temporibus Saülis; non eſt tamen certum ſub quo Iudice hæc fames euenerit in terra Iudæ. Placuit igitur politiam Hebræorum à primo fonte deriuare, vt ita cognoſcamus, quæ fuerit ratio, cur populus, quando ad debitum augmentum peruenit, non habuerit moderatores, ſed vel Iudices, vel Duces, cum tamen [t] Principatus monarchicus primus, & diuinus ſit, ſicut dixit Ariſtoteles *in Politica*, & Cicero *lib.* 3. *de legib.* Vnde eſt illud quod Homerus lib. 2. Iliad. *Herus vnicus eſto, vnicus Princeps.* Vnum enim Imperij corpus vnius animo regendum eſt, *quia arduum ſemper fuit* [u] *eodem loci potentiam, & concordiam eſſe*, quemadmodum eleganter dixit Cornel. Tacitus *lib.* 4. *annal.* Sic etiam de cæteris magiſtratibus Hebræorum conſtabit; quod valde conducit ad explicandum hunc locum, & ad pleraque alia loca Scripturæ. Tandémque examinabimus, & oſtendemus, ſi illud tamen aſſequi poterimus, quis fuerit ille Iudex, ſub quo fames hæc accidit, & qui excepit viduam Moabitidem in Bethlehem.

[ſ] *Argumentū commendans rei maieſtatē de qua dicitur.*

Luc. 1.

Luc. 2.

Ioann. 3.

[t] *Principatus monarchicus primus, & diuinus.*

Ariſtot.

Cicero.

Homerus.

[u] *Potentia & concordia eodē loci vix morantur.*

Tacitus.

§. II.

Aperitur origo politiæ Hebræorum.

Vnius Iudicis. EVndem igitur ordinē originis habuit politia Hebræorum, quem habuit quæcunque alia politia cuiuſcunque Gentis. Sicut enim pulchrè dixit Philoſophus *lib.* 5. *Polit. cap.* 1. quem ſequutus eſt D Thom. lect. 1. ſuper 1. Polit. [x] *Matrimonium celebratum inter marem & fœminam pariter cum boue aratore, domum conſtituit, in quotidianas neceſſitates congregatam.* Quod Epimenides dixit, *eodem præſepio communicantes, ſiue eadem arca conſtituunt domum, inde creſcentibus poſteris in pagos deriuatur domus, ex pagis conficitur ciuitas, inde gentes, ſiue regna, vel imperia.* Sicut autem cuicunque domui iura dabant ſinguli natis, & vxoribus, ſicut dixit Homerus, & clatiùs Fabius Pictor *in lib. de aureo ſæculo*, cum dixit, Ianum ſingulis colonis, ſingulas virgulas dediſſe ad eos in officio continendos: ſic etiam neceſſarium fuit, vt ſingulis pagis, & ſingulis ciuitatibus aliquis præficeretur, inde Reges, ſicut docet Ariſtoteles. Eundem [z] ferme ordinem tenuit Abraham iunctus matrimonio Saræ, qui pariter cum ſeruis eductus de Vr Chaldæorum ad quercum Mambre, prope Ebron tabernaculum fixit, inde amplificata familia in plures pagos præſertim temporibus nepotis ſui Iacob, quando in duodecim integras familias, & ampliſſimas excreuit ea gens, Reges habebat, ſiue moderatores potiùs primores gentis ſuæ, non tamen Reges, atque Dominos de more noſtrorum Regum, quod aduertit Robert. Bellarm. *tom.* 2. *controuerſ. lib.* 1. *de Rom. Pontif. cap.* 2. Quo pacto videtur intelligendus locus *Geneſ.* 38. quando Iudas mandauit, vt Thamar combureretur, quod fieri non poterat, niſi moderatio eo tempore eſſet in [a] Principibus familiarum, quod Iſaac dixit filio ſuo Iacob *Geneſ.* 27. *Seruiant tibi populi, & adorent te tribus, eſto dominus fratrum tuorum.* Qua ratione & *Geneſ.* 29. ſublatum eſt imperium à Ruben, tranſlatúmque in Iudam, quem Deus conſtituerat in Principem illius gentis; nullus tamen eo tempore Rex, atque Dominus fuit illius gentis Hebrææ, cum tamen principatus inter cæteras regendæ reipublicæ rationes, prior, & diuinior ſit. 12.

Ariſtot.

D. Thom.

[x] *Vnde prima gentium politia.*

Epimenid.

Homer.

Fabius Pict.

Ariſtot.

[z] *Simile initium in Hebræis.*

Bellarmin.

Gen. 38.

[a] *In principibus familiarum erat poteſtas iudiciaria apud Hebræos à principio.*

Gen. 27.

Gen. 29.

Quanuis autem hic modus adminiſtrandæ Reipublicæ monarchicus omnino ſit, quem omnes gentes habuerunt in ſuis primordiis, ſicut pulchrè notauit Iuſtinus hiſtoricus, quem refert, 13.

Iuſtin.

&

Auguſt.

& ſequitor D.Auguſt. 4 *de Ciuit. cap.*6. ſic enim ſuam biſtoriam ordiтur Iuſtinus: *Principio rerum Gentium, nationúmque imperium, penes Reges, quos ad faſtigium buius maieſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio proueheбat.* Tamen in honorem, & laudem Hebræi populi cedebat, quòd Reges nòn habuerit in principio, ſed potius vel Iudices, vel Duces: [b] qui enim eam gentem educauerat, & aluerat Deus, idem eandem gentem regebat. Quo ſenſu mihi videtor intelligendus locus ille *Iſai. cap.* 33. cum ita argumentando dixit, *Dominus iudex noſter, Dominus legiſer noſter, Dominus rex noſter, ipſe ſaluabit nos*; ſi regebat vt Rex, cur non ſaluabit vt Dominus? Si aluit, ſi educauit, quomodo non regnabit: ſic enim licet argumentari ex loco de minori ad maius. Fuiſſe autem Deum nutritiom, & pædagogum gentis Hebrææ, ſatis oſtendunt plura loca Scripturæ, præſertim *Ezechiel.cap.*16. cùm grauiſſimis verbis ita exprobrat diuinum oraculum ingratitudinem eius gentis, *Radix tua de terra Chanaan, frater tuus Amorrhæus erat, & mater tua Cethaa. Et quando nata es, in die ortus tui non eſt præciſus vmbilicus tuus, & in aqua non es lota in ſalutem, nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis. Non pepercit ſuper te oculus meus, vt faceret tibi vnum de his, miſertus tui: ſed proiecta es ſuper faciem terræ in abiectione animæ tuæ, in die, in qua nata es. Tranſiens autem per te, vidi te conculcari in ſanguine tuo, & dixi tibi cum eſſes in ſanguine tuo: Viue, multiplicatam quaſi germen agri dedi te, vſque ad regnum peruenires.* Similis eſt locus *Deut. cap.* 1. cum ita dixit Moyſeo; *Portauit te Dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum in omni via per quam ambulaſti donec venires ad locum iſtum.* Similis querimonia eſt ea, qua vtitur diuinum oraculum Oſeæ cap. 11. *Sicut mane tranſit Rex Iſraël, quia puer Iſraël, & dilexi eum; ex Ægypto vocaui filium meum, & ego quaſi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis, & neſcierunt, quòd curarem eos.*

[b] Magna laus gentis Hebrææ, quòd Deum ab initio Regē habuit, & non homines.
Iſai. 33.
Ezech. 16.
Deut. 1.
Oſeæ 11.

14. Mirum igitur non eſt, ſi Rex fuerit peculiaris illius populi, qui [c] eiuſdem nutritius fuit, & autor. Quæ fuit ratio cur reges non dederit Hebræis, ſed vel duces, vel iudices, [d] vt ipſe regnaret, & leges daret ad inſtar alicuius magiſtratus politici, quod ſatis ſignificat ille locus 1. *Reg. c.*8. cum diuinum oraculum ita dixit Samueli prophetæ: *Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur, non enim te abiecerunt, ſed me, vt regnem ſuper eos:* Similis locus eſt 1. Reg. 12. *Videntes quòd Naas Rex filiorum Ammon veniſſet aduerſus vos, dixiſtis mihi: Nequaquaquam, ſed Rex imperabit nobis, cum Dominus Deus veſter regnaret in vobis.* Quam peculiarem regendi rationem ſignificatam voluit eſſe Deus in pontificali veſtimento, in quo deſcriptus erat vniuerſus orbis eleganti officio, & ad maieſtatem diuinam repræſentandam, quam referebat ſummus Sacerdus pontificalibus ornamentis indutos. In lacinia veſtis, ſiue in eius limbo pendebant ſeptuaginta duo malogranata, [e] quæ ſignificabant regna totius orbis, iuxta diuiſionem linguarum *Geneſ.* 11. quas Hebræi 72. numerant ſecundùm capita familiarum recenſita *Geneſ.* 10. teſte Genebrard. *in Chronographia Hebræor.* §. *Turris Babel ædificatur.* Eſt [f] enim elegantiſſimum regni ſymbolum malogranatum. Regna igitur in eo ſitu erant in veſte pontificali, vt quaſi ad verrendam terram de veſte penderent, cùm tamen re-

[c] Deus nutritius eorum quos regit.
[d] Deus reges non dedit populo, vt ipſe regnaret in eo.
1. Reg. 8.
1. Reg. 12.
[e] 72. malogranata vniuerſitatē gentium demonſtrabant.
Gen. 11.
Gen. 10.
Genebr.
[f] Regni ſymbolum malogranatum.

Gabr. à Coſta in Gen.

gnum Hebræorum vel in rationali ſupra pectus, vel in humeris poſitum eſſet: hoc enim ſignificant duodecim nomina Tribuum, quæ Deus ſcribi iuſſit pretioſis in lapillis, & affigi mandauit in pectore, & humeris, vt vel ex ſitu illius regni in veſte pontificali deſcripti, ſignificarent peculiarem [g] curam Dei in geotem Hebræam meliùs multo, quàm in ea Iunonis ſtatua, cuius meminit Pauſanias *in ſua Corinthia lib* 2. Viſebatur enim apud Corinthios pulcherrima Iunonis ſtatua ex auro, & ebore, miro artificio elaborata, Policleti opus, in cuius altera manu ſceptrum erat regium; in altera verò malum punicum ſymbolum [h] regnorum. Sic enim adumbrate voluit diuinam maieſtatem; ſed neque Dei maieſtatem, neque in homines miſericordiam eo ſymbolo ſatis expreſſit: nanque ad maieſtatem ſignificandam non in manu, ſed in poſtrema parte veſtimenti ponenda fuerant regna terræ, ſicut feciſſe legimus Moyſen in veſte pontificali. [i] Miſericordiam autem Dei in homines non ita adumbrauit, dum in dextra, & non ſuper pectus, eandem poſuit, ſicut Deus ponere mandauit nomina duodecim tribuum in rationali ſupra pectus ad ſignificandam ſuam in eam gentem miſericordiam. Vnde [l] poſtquam ea gens Deum in carne occidit, à pectore, & ab humeris delata eſt vſque ad extremam veſtis laciniam: ſic enim ego intelligo ea verba Ioannis *in ſua reuelat. cap.* 19. cùm de Chriſto Domino dixit, *& habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum: Rex regum, & Dominus dominantium.* Videtur [m] enim eſſe alluſio in illis verbis ad veſtem pontificalem, de cuius limbo pendebant regna terræ, vt ſic ſignificaret Ioannes, iam non in pectore, neque in humeris eſſe eam geotem, ſed in ea parte veſtimenti, quæ terram verrit.

[g] Peculiaris Dei cura erga Gentem Hebræam ex veſte Sacerdotali.
Pauſanias.
[h] Symbolum alterum regnorum.
[i] Sed longè præſtantius in veſte ſummi Sacerdotis.
[l] Decidit gens Iudaica poſt occiſionē Chriſti, à pectore in terrā.
Apocal. 19.
[m] Elegans expoſitio Apocalypſis.

Quoniam verò ex iis, quæ diximus, obuius eſt ille ſcrupulus, quo quiſpiam dubitare poteſt de loco, quem habet Eccleſia ſanguine Chriſti acquiſita, non in veſte Summi Sacerdotis, [n] ſed in veſtimento ſanguine aſperſo eiuſdem Chriſti ſeruatoris, Notandum eſt, longè nobiliorem locum habuiſſe, imò etiam habere, quàm olim habuit Reſpublica Hebræorum. Eius enim nomen ſolum ſcriptum erat in humeris ſummi Sacerdotis, cum tota Eccleſia Chriſti inclinata recumbat, & innitatur ſuper ipſum ſponſum, & ſuper humeros eius: ſicut eleganter docet Theodoret. imò & Ambroſ. *lib. de Iſaac, & anima cap.*8. cum dixit, admiratas fuiſſe virtutes cæleſtes videntes reclinatam ſponſam ſuper humeros ſponſi; ſic enim intelligit vterque autor ea verba Cantic. 8. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens, innixa ſuper ſponſum?* Vnde iouentam paſtor ouem humeris ſuis impoſuit: *Agnoſcis*, inquit Ambroſ. in Pſalm. 118. ſerm. 22. *myſterium; quomodo ouis laſſata reficiatur, quia non poteſt aliter humana conditio laſſa recreari, niſi in Sacramento Dominicæ paſſionis, & Sanguinis Ieſu Chriſti, cuius principatus ſuper humerum eius; in illa enim cruce infirmitates noſtras portauit, & vt Eccleſiam humeris ſuis de terra in cælum deueheret, ſuis humeris crucem portauit, & in ea expirauit; meliùs ouis perdita in humeris Chriſti, quàm Gens Hebræa in humeris Sacerdotis.* Et ne quiſpiam exiſtimaret, omnino admirandum fuiſſe, ſupra pectus Summi Sacerdotis ſcripta eſſe nomina Hebræorum, longè oobiliorem locum inuenit charitas Chriſti Setuatoris, in qoo reponeret 15.

[n] Quantò dignior locus Eccleſiæ in veſte Chriſti quàm ſynagogæ in pontificali, vſque ad finem numeri.
Theodoret.
Ambroſ.
Cantic. 8.
Ambr. ſerm. 22. in Pſ. 118.

Bernard. Guarric. Auguſt.

ſuam Eccleſiam; ſicut enim dixit eleganter Bernard. ſerm.27.de Paſſione: *Cognouit cor tuum, ò dulcis Ieſu, charitatis lancea vulneratum, viam facere charitati.* Elegantiora ſunt ea, quæ Bernardi diſcipulus Guarric. dixit *ſerm 4. de ramis palmar. Vt nidificare poſſem in foraminibus petræ, manus, pedes, & latus perforari ſibi tulit, & ſe mihi totum aperuit, vt ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, & protegar in abſcondito tabernaculi ſui.* Quibus ſunt addenda ea, quæ dixit Auguſt. in man.cap.21.& 22. *Patent mihi viſcera per vulnera, quidquid ex me mihi deeſſe video, vſurpo mihi ex viſceribus Domini mei.* Nobilior igitur hic locus eſt; cum enim & in pectore, & in humeris ſummi ſacerdotis ſcriptus eſſet propheta Moyſes, diuiniorem locum ei pollicitum eſt diuinum oraculum *Deut.*33. quando ei dictum eſt; *Protegam te in foramine petræ, & protogam te dextera mea.* Pollicetur enim locum Eccleſiæ redemptæ per ſanguinem Chriſti, quod quidem opus eſt dexteræ Dei, id eſt, omnipotentiæ ſimul, & miſericordiæ diuinæ.

Deut.33.

16. Vt igitur ad rem redeamus, populus Hebræus recenter natus, & recenter educatus à Deo, non reges alios habuit, ſed Deum in ſui principio, quod D. Thomas ita exprimit. *Populus ille ſub ſpeciali Dei cura regebatur,* iuxta illud quod dicitur Deut.7. *Te elegit Dominus Deus tuus, vt ſis illi populus peculiaris:* & [o] ideo quaſi teneram plantulam, non aliis manibus, quam ſuis tractari voluit; duces propterea, & iudices creauit, qui loco Dei rempublicam adminiſtrarent. Quod apertè colligitur *Iudic.* 8. cum propter rem præclarè geſtam contra Madianitas populus regnum offerret Gedeoni, ſic enim eo in loco legitur, *Dominare noſtri, & filius tuus, & filij filij tui, quia liberaſti nos de manu Madian: quibus ille reſpondit, Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus, ſed dominabitur Dominus:* Cùm tamen ille per quadraginta poſtea annos populum iudicaſſet, ſicut patet ex eodem *cap.* 8. non tamen apud eum erat dominium, & regnum. Iudiciaria igitur poteſtas, vicaria poteſtas erat regni diuini; nunquam enim iudices iudicabant, niſi quando peccante populo ab eo recedebat Rex Deus, & in eius locum ſubſtituebat iudicem, qui eos à calamitatibus, & bellis, quæ ex peccatis orta erant, defenderet. Vnde pulchrè ſacer Author ex notatione politici ſtatus cauſam videtur inſinuare eius famis, cuius meminit hoc in loco cum dixit: [p] *In diebus vnius Iudicis, quando Iudices præerant, facta eſt fames,* id eſt, quando receſſerat Deus à populo regendo, propter eius improbitatem, & loco Dei regentis, fuerat vicarius eius ſubſtitutus, paſſus eſt populus grauiſſimum famis malum.

D. Thom. Deut.7. [o] *Mira dignatio ſummi Dei erga populum illũ.* Iudic.8. [p] *Deſerens Deum populus fame premitur.*

§. III.

Quænam ſit differentia inter Iudices, ac Duces Hebræorum.

17. *Vnius Iudicis.* ADhuc tamen notate, quæ differentia poſita ſit inter duces, atque iudices; primos enim moderatores habuit populus Hebræus duos duces, Moyſen, ſcilicet, & Ioſue; mortuo autem Ioſue creatus eſt primus iudex de familia Iudæ, ſicut dicitur *Iudic. c.*1. Aliqua igitur differentia conſtituenda eſt inter duces, & iudices; & Prima ſit, quia duces creati ſunt, quo tempore populus non eſt introductus in poſſeſſionem terræ ſanctæ; iudices autem, quando iam populus poſſidebat Chananæam. Secunda differentia eſt, quia duces immediatè electi ſunt à Deo, iudices autem non ita videntur electi, ſed immediatè à populo, confirmati tamen aliquo diuino miraculo, ſicut videre eſt in toto libro Iudic. Tertia verò differentia eſt, quia duces vnus poſt alium immediatè creatus eſt, iudices autem non ita, ſed quoties occurrebat vehemens aliqua neceſſitas pugnandi contra finitimos hoſtes ad eum modum, quo dictatores creabantur apud Romanos in infæliciſſimis reipublicæ temporibus, ſicut oſtendit Pomponius Lætus, & Feneſtella *in lib. de magiſtratibus Romanor.* cum hac tamen differentia, quòd dictatores Romani per ſex integros menſes rempublicam adminiſtrabant, nec vlteriùs gubernandi tempus proferebatur; cum tamen iudices à tempore ſuæ creationis, vſque ad eorum obitum iudicauerint; penes quos magiſtratus fuit olim vniuerſa noſtra Hiſpania poſt comites ſubiectos regibus legionenſibus; propter tyrannidem enim regum iudices creauit Hiſpania, ſicut exactis Tarquiniis regibus propter adulteriũ in Lucretiam, res Romana delata eſt ad iudices, ſiue cõſules Romanos.

Iudic 2. Pompon. Lætus. Feneſtella.

18. [q] Si quis autem quærat, cur iudices potiùs fuerint appellati, quam duces, cum tamen propter pugnam creati ſint: Aduertendum eſt, vocem Hebræam, vnde iudices deriuati ſunt, vtrunque ſignificare, & *vindictam*, & *iudicium*, ſicut conſtat ex *lib.* 2. *Reg. c.*18. vbi dicitur: *Iudicauit enim hodie pro te Dominus ab omnibus hoſtibus tuis,* id eſt, vindicauit te Deus hoc prælio: *Quamuis autem,* (ſicut eleganter dixit Polyb. lib.6.) *duo ſunt, quibus omnis reſpublica ſeruatur, in hoſtes fortitudo, & domi concordia:* ſub tutela enim virtutis militaris latet omnis reſpublica, & pax; tamen iuſtitia eſt ea virtus, quæ optimum conſtituit regni moderatorem, proinde ab ea potiùs, quàm à virtute militari optimus magiſtratus denominatur. Vnde eleganter dixit Saluſtius, *Iuſtitia fæmina eſt, quæ altero vbere pacem, altero bellum, lactat.* [r] Ab ea igitur potiùs, quàm à virtute militari optimus magiſtratus nomen accipit. Vnde eleganter Heſiodus, in lib. qui inſcribitur; *opera & dies*, & Plato *in dialog.*12. *de legibus*, eandem dicit, eſſe fæminam virginem, quam ſi quis violauerit, Deum habeat vltorem; eſt enim iuſtitia filia Dei. Quibus ſunt congruentia ea, quæ Philo dixit in lib. de officio Iudic. *Cogitet*, inquit, *ſecum iudex, iudicium, ſcilicet, ipſius Dei eſſe, iudicem autem adminiſtratorem iudicij, atque rerum omnium, quæ in vita cernuntur, longè præſtantiſſimam habere à Deo creditam, non tamen permiſſam eſſe poteſtatem, vt* [ſ] *in iis, quæ ſunt Dei propria, per indulgentiam cuique gratificetur.* Videndus eſt idem Philo. *lib.*2. *de vita Moyſis.* De legiſlatoribus meritò dicitur, quod vulgo dicitur de virtutibus, ſcilicet, *qui vnam habet, habere cæteras.* Non ignoro autem in legiſlatore omnes requiſitas eſſe virtutes integras; ſed quemadmodum in familiis, aliis alij propiùs cognati ſunt, quàm alteri, quamuis in eadem cognatione, ſic quibuſdam, rebus propiùs cohærent certæ virtutes, reliquæ minùs familiares habentur facultati legiſlatoriæ.

[q] *Iudices quare dicti.* 2.Reg 18. Polybius. Saluſtius. [r] *Potius à iuſtitia, quàm à militari virtute magiſtratus nomen accipiat.* Heſiodus. Plato. Philo. [ſ] *In his, quæ ſunt Dei, nulli ſine pondere indulgendum.* Philo.

19. [t] Quatuor hæc ſunt coniunctiſſima, charitas erga proximos, iuſtitia, amor virtutum, & vitiorum odium; nanque *iuſtitia, & æquitas*, ſicut dixit Cicero in Paradoxis, *vincula ciuitatis ſunt.* Quæ

[t] *Quatuor virtutes legiſlatori coniunctiſſimæ.* Cicero.

fuit

Hieronym. fuit ratio, quemadmodum ponderauit eleganter D. Hieron. in vita Pauli primi Eremitæ cur Paulus poſt longos annos, cum tandem in deſerto vidiſſet Antonium Eremitam, nihil aliud ab eo quæſiuerit, quàm, *Colitur ne in terris Deus, & exercetur iuſtitia?* [a] His enim duabus virtutibus vniuerſus orbis continetur, & conſeruatur. Eſt ſimilis ille locus apud Ciceronem *in ſomn. Scipion.*

[a] Iuſtitia & religione orbis ſuſtentatur.

Cicero. cum ita pater alloquitur filium Scipionem minorem, eique pollicetur locum in cælo deſignatum illis, qui optimè rempublicam gubernauerint, *ſed ſic Scipio*, inquit ille, *vt auus hic tuus, vt ego, qui te genui, iuſtitiam cole, & pietatem, hæc enim* [x] *via ad cælum ducit.* Ex quibus iam fit conſequens à iuſtitia tanquam à præcipua virtute nomen accepiſſe iudices: quamuis enim neceſſaria ſit militaris virtus, tamen & hæc à iuſtitia dependet. Quod mihi videtur ſignificaſſe Iſaias vates, cum *in c.* 11. verum, & abſolutum rerum moderatorem in Meſſia oſtendit, *Erit*, inquit, *iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius*; cùm tamen eundem regem Meſſiam ducem oſtendere vellet regius Vates *in Pſal.* 44 ita dixit, *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* [z] De cingulo enim iuſtitiæ pendere voluit virtutem militarem. Hinc eſt ea exprobratio elegantiſſima, quà Medæa vtitur aduerſus Creontem regem, cum ita dixit: *ſi iudicas, cognoſce; ſi regnas, iube.* Exprobrat enim potentiam in moderatore, cum tamen iuſtitia omnino neceſſaria ſit in eo. Talis igitur erat politicus ſtatus reipublicæ Hebræorum, quando hoc malum accidit, in quo ſtatu, non à potentia moderatores appellabantur, ſed à iuſtitia; hoc enim ſignificant ea verba, *In diebus vnius iudicis, quando iudices præerant.*

[x] Pietas, & iuſtitia ad cælum ducit.

Iſai. 11.

Pſalm. 44.

[z] De cingulo iuſtitiæ pendet virtus militaris.

Senec. Trag. act. 2.

20. Eccleſiaſt. 46. Commendauit ſatis hanc politiam Eccleſiaſt. c. 46. poſtquam enim commendauit duos iudices Moyſen, ſcilicet, & Ioſue, ita de iudicibus dixit: *Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor, qui non auerſi ſunt à Domino, vt ſit memoria illorum in benedictione, & oſſa eorum pullulent de loco ſuo, & nomen eorum permaneat in æternum:* quos etiamſi ſatis laudauit D. Paulus ad *Hebr.* 11. cum tamen reges [a] omnes Iſrael à Ieroboam vſque ad vltimum perierint, ſicut aduertit D. Aug. 17. *de ciuit. c.* 25. ex regibus autem Iudæ, tres ſolùm, vel quatuor electi ſunt, cæteri reprobi, & ſe, atque ſuam rempublicam perdiderunt; cum tamen temporibus iudicũ Syria ſit oppreſſa, Moab profligata, Amalech victus, & denique vniuerſa Palæſtina ſubiugata, & in ea publicata diuina lex: tales enim electio antiqua inuenire ſolebat optimos viros, ſicut eleganter dixit Cornel. Tacit. lib. 1. annal. *Optimum enim quenquam electio inuenit*, inquiebat ille; *nam naſci, & generari à principibus fortuitum eſt, nec vltra æſtimatur: eligendi verò iudicium integrum, & ſi eligere velis, conſenſu monſtratur*; qui modus [b] minùs ſeruilis eſt: hunc autem florentem ſtatum importuna ambitio corrumpit deprauando eligendi modum, vnde ſucceſſio orta eſt in principatu in remedium ambitionis. quod breuiter, & eleganter dixit Tacitus *lib. 2. annal.* cum ait, *minori* [c] *diſcrimine ſumi principem, quàm quæri.* Eſt enim natura mortalium auida Imperij, & cunctis affectibus flagrantior dominandi libido, quam repreſſit mox lex gentium, cum gentilem honorem voluit, & principem à principe natum: qua de re videndus eſt Lypſius *in ſua politica lib. 2. c. 4.*

Hebræorum, 11.

[a] Quanto meliores fuerunt regibus antiqui iudices.

Auguſt.

Cornel. Tacit.

[b] Eligendi forma minus ſeruilis.

Tacitus.

[c] Sed periculoſior.

Lypſius.

Gabr. à Coſta in Gen.

§. IV.

Sub quo Iudice contigerit hæc hiſtoria?

Quando Iudices præerant. CONſtat iam de politia Hebræorum, 21.
non tamen conſtat de certo Iudice, ſub quo hæc fames accidit. Ioſephus [d] igitur *lib. 5. antiq. c. 14.* exiſtimat eo tempore Heli ſacerdotem populum iudicaſſe; ſunt enim eius hæc verba: *poſt mortem Sanſon præfuit Iſraelitis ſacerdos Heli, ſub hoc prouinciam eorum apprehendente fame Elimelech quidam de Bethlehem ciuitate tribu Iuda famem ferre non valens vxorem ſuam Noemi, & filios ex ea natos ſumens, migrauit in terram Moabitarum.* Cui ſuffragatur Zonaras *tom. 2. annal.* quem refert Franciſc. Feuard. *in digreſſ. de regib.* Huius autem ſententiæ nullum maius eſt fundamentum, quam [e] quod malum exemplum domus pontificalis ſoleat eſſe publica pernicies, quod Mich. inculcauit *in cap.* 3. Poſtquam enim Sacerdotum, & prophetarum auaritiam oſtendit, atque alia ſcelera, ita dixit; *Propter hoc, cauſa veſtri Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem, quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſyluarum.* Vnde Paulus 1. *ad Timoth.* 3. inter partes optimi pontificis enumerat, quòd filios habeat bene ſubditos, id eſt, familiam ſanctam, & iuſtam; quod ponderauit Hieronym. *ad Iouinian.* cum dixit, ſummum Sacerdotem Heli malè periiſſe, quia malam habuit familiam, ſicut dicitur 1. *Reg.* 2. Proſequitur hoc argumentum Chryſoſt. *lib. 6. de Sacerdotio*, cum refert filios Heli propter paternam dignitatem grauiores pœnas luiſſe. Idem Hieron. ſuper illud ad Eph. 6. *Patres nolite ad iracundiam*, &c. & *lib. 1. dialog. contra Pelagianos* dixit: *Non ſufficit propriam habere pudicitiam, niſi ea, filiorum, miniſtrorum, & comitum pudore decoretur.* Quod expreſſit regius Vates, cum dixit: *Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.* Quod enim Heli iudex, & ſacerdos paſſus ſit ſceleratam eſſe ſuam familiam, in prauum exemplum totius populi effecit, vt populus ſit euerſus, & arca Dei capta, & fames publica facta ſit in terra Iudæ, ſicut etiam veteres tradiderunt *Geneſ.* 5. filios Seth hominis ſanctiſſimi occaſionem dediſſe vniuerſali diluuio; ſic enim intelligunt eum locum, *videntes filij Dei filias hominum.* Ex eo enim ſcelere, quo infecta eſt familia viri iuſti, ortum eſt diluuium, quod orbem oppreſſit; ſic enim locum intelligit Chryſoſt. *hom. 22. in Geneſ.* Auguſt. *lib. 15. de Ciuitat. Dei, cap. 22. & 23.* Hieron. *ſuper Iſai. cap. 6.* Theodoret. *q. 47. in Geneſ.* Procop. *Geneſ. 6.* [f] Grauiores autem autores diligenti facta temporum ſupputatione, non amplectuntur ſententiam hanc Ioſephi; ex ea enim ſequitur longiorem fuiſſe ætatem Ruth, Booz, & Noëmi, quàm tempus illud ferebat. Qua de re videndus eſt Lyranus, Abulenſ. Fonſanus *ſuper Ruth*, niſi velit Deum maioribus ſuis longius viuendi tempus conceſſiſſe.

Ioſeph.

[d] Sub Heli ſacerdote contigiſſe huiuſmodi famem, Ioſephi placitum.

Zonaras. Feuardenſ.

[e] Malum exemplum, domus pontificalis publica pernicies.

Michææ 3.

1. Tim. 3.

Hieron.

Chryſoſt.

Hieron.

Pſal. 100.

Gen. 5.

Chryſoſt. Aug. Hieronym. Theodoret. Procop.

[f] Sententia Ioſephi reiicitur.

Lyran. Abulenſ. Fonſanus.

Paraphraſtes autem Chaldæus cum cæteris Hebræis, exiſtimat iudicem eo tempore fuiſſe Abeſſan, qui & Booz appellatus eſt, ille, ſcilicet, qui Ruth accepit in vxorem. [g] In quam ſententiam inclinant pleríque patres & Græci, & Latini: quæ fuit ratio, cur in principio huius libri Hebraicè ita ſcriptum ſit: *Fuit in diebus iudicum quando iudices iudicabant:* ad inſinuandum ſub 22.

[g] Secunda ſententia ponit hanc hiſtoriam ſub Abeſſan.

Abeſſan non fuiſſe ortam famem,ſed ſub Iephte. Cùm enim Abeſſa per ſeptem annos iudicauerit, & fames graſſata ſit per decem annos; principium habuit ſub temporibus Iephte, qui iudicauit ante Abeſſau, ſicut conſtat *Iudic.* 12. terminum autem habuit iudicante Abeſſa. Coniecturalis eſt hæc ſententia, ac [h] proinde non conſtat certò ſub quo iudice, hoc malum euenerit, cum tamen certum ſit temporibus iudicum eueniſſe, ſicut teſtantur hæc verba: *in diebus vnius iudicis quando iudices præerant.*

[h] *Indicat autor incertum eſſe ſub quo iudice fuerit.*

TRACTATVS III.

De verbis illis, *Facta eſt fames in terra.*

§. I.

Quantum malum ſit fames, & quantum terræ preſſerat?

23. *Facta eſt fames in terra.* Sicut præfati ſumus tractatu primo huius libri, ad hiſtoriam pertinet hic liber, ac proinde totus moralis eſt; ſicut enim hiſtoria teſtis eſt temporum, ſic etiam [i] magiſtra vitæ, proinde plura continet hæc hiſtoria quæ valent plurimum ad componendos mores. Ea enim mente videtur notaſſe Autor huius libri & tempus, & modum gubernationis, & regionem, vt nobis occaſionem daret quærendi cauſam, cur ſcilicet, tempore iudicum, quos optimos viros, & egregios moderatores fuiſſe teſtatur Scriptura, fames grauiſſima euenerit, & vt magis amplificet difficultatem, eam Paraphraſtes Chaldæus aduertit, graſſatam in terra Iſraël, vbi verus Dei cultus, & religio florebat; & res magis amplificatur, cùm videmus de Bethlehem, hoc eſt, de horreo populi Hebræi, atque de regione Ephrata, [l] hoc eſt, frugifera, profectum fuiſſe nobiliſſimum ciuem, & ampliſſimum, cum vniuerſa familia ſua in Moab, quæ omnino prophana regio erat, & & Idololatriæ dicata. Vt igitur iam incipiamus, Hebraiſmus eſt in his verbis, cum dicitur, *Facta eſt fames*, qui frequentiſſimus eſt in ſacra Scriptura; ſignificat autem, *accidit*, *euenit*, ſeu *fuit fames.* Nomen autem, *terra*, hoc in loco, non in tota ſua latitudine accipiendum eſt, ſed pro regione, ſiue regno peculiari. Aduertendum autem eſt, terram promiſſionis fuiſſe iam olim occupatam à Chanaan nepote Noë, & filio Cham, vnde Chanaan dicta eſt, quam tamen Ptolemæus, & alij coſmographi Palæſtinam vocant. Ea autem regio, ſicut præfatur Adricom. *in theatro terræ ſanctæ*, in tres prouincias præcipuas diuiditur, quarum altera vocatur *Samaria*, altera *Galilæa*, tertia tandem *Iudæa*, in qua ſita erat Bethlehem; vulgus hominum terram ſanctam vniuerſas has prouincias appellauit, Paraphraſtes autem Chaldæus, terram Iſraël. Nomine igitur terræ hoc in loco vniuerſa Chananæa intelligitur, ſeu terra ſancta, vel Palæſtina; vniuerſa enim ea regio graui fame laborabat, vt patet ex peregrinatione Elimelech in terrã Moab, & non potiùs in aliquam partem Chananææ.

[i] *Hiſtoria mores inſtituit.*

[l] *Fame premitur terra ſancta, & frugifera, cũ prophana abundaret.*

24. Et vt cauſam infortunij huius inuenire poſſimus, notandum eſt cum Hieron. Amos *in cap.* 8. [m] famem omnium malorum grauiſſimum eſſe malum; *vetus enim* (inquit Hieronym.) *narrat hiſtoria tam Græca, quàm Latina, & omnium gentium barbararum, nihil fame durius eſſe, quæ ſæpe compellit obſeſſos humanis carnibus veſci, & in ſuam ſæuire naturam, ita vt neque parentes ſuis parcant liberis, & maritalis affectus dudum amatæ vxoris membra dilaceret.* Vnde Poëta 6. *Æneid.* malè ſuadam famem appellat, quoniam ſuadet interdum homines humanis veſci carnibus. Inde eſt illud prouerbium Græcum, *fame mori miſerrimum eſt*; cæteri enim dolores tempore mitigantur, creſcit tempore pœna famis. Quem locum amplificat eleganter D. Baſilius *in orat. de fame*; *non ſunt autem audiendi*, ſicut pulchrè proſequitur Philo in lib. de Ioſeph, *qui cauſam huius mali referunt in difficultates temporum, cum ea, non niſi in manu Dei poſita ſit*: Vnde Paraphraſis Hieroſolymitana *ſuper c.* 30. *Gen.* quatuor [n] claues traditas eſſe dixit in manu ſolius Dei, quas non tradidit Deus, neque Angelo, neque Serapho. Prima clauis eſt pluuiæ, ſecunda cibationis, tertia generationis, quarta ſepulchri. Vnde ponderauit eleganter Chryſoſt. *ſ. 1. hom.* 1. *&* 2. *de Helia propheta*, quantum Deus laborauerit, (vt de Deo humano modo loquamur,) vt clauem [o] pluuiæ, quam ſemel Heliæ prophetæ conceſſerat, ab eius manibus auferret, ne remedium hominum de manu hominum penderet; eſt enim proprium Dei pluuiam dare. Vnde Hierem. *in c.* 10. ſuæ propheriæ dixit, *Nunquid ſunt in diis gentium, qui pluant?* [p] quaſi ablata pluuia, ſeu pluendi poteſtate, auferenda quoque ſit diuinitas. Quæ fuit ratio cur veteres, Iouem, vt diuinum redderent, pluuium appellarent, ſicut notauit Arnobius *lib.* 5. & Tert. *lib.* 3. *contra Marc. c.* 5. Vnde Tibul. *eglog.* 7. dixit:

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida, nec pluuio ſupplicat herba Ioui.

Qualis eſt locus *Georg. lib.* 2. cum ita habet.

Tunc Pater omnipotens fœcundis imbribus æther,
Coniugis in gremium lætæ deſcendit.

Ex quibus iam ſatis conſtat pluuium, & diuinum idem eſſe, quod voluit Gedeon. *Iudic. cap.* 6. ſicut notauit D. Auguſt. *lib.* 1. *de mirabilib. ſacræ Scripturæ cap.* 5. cùm docet, propterea poſtulaſſe Gedeonem, vt pluuia de cælo deſcenderet in vellus, interim tamen non madefaciens terram; atque iterum, vt eadem pluuia cadens de cælo, vicinam omnem aream madefaceret, interim ſicco manente vellere; cùm tamen Gedeon Dei auxilium poſtulaſſet contra Madianitas. *Accommodatum*, inquit Auguſt. *ſignum eſt pluuia Dei auxiliantis, eſt enim pluuia Diuinitatis indicium.* Videndus eſt idem Auguſt. *tom.* 3. *lib. de diuinatione dæmonum cap.* 6. cùm docet ſæpius dæmonem falli, dum pollicetur rerum vbertatem, & abundantiam, cùm diſpoſitiones cæleſtes maior alia vis gubernet, & moueat. Cum autem ſuas diſpoſitiones pronunciat, ex improuiſo deſuper aliquid iubetur, quod eius conſilia perturbet; à Deo enim noſtrum remedium immediatè pendet. [q] Non igitur caſu, & temerè hæc fames accidit in terra ſancta, ſed potiùs diuina prouidentia ita factum eſt. Quæ fuerit autem cauſa iſtius mali, inquirendum eſt.

* * *

Hieron. c. 8. Amos.

[m] *Fames omnium malorũ duriſſimum.*

Virg. 6. Æneid.

Baſilius.

Philo.

Paraphraſ. Hyeroſol.

[n] *Quatuor claues non tradidit Deus alteri, famis, pluuiæ, generationis, & mortis.*

Chryſoſt.

[o] *Clauem pluuiæ quãto ſtudio Deus à manu Heliæ ſemel cõceſſam eduxerit.*

Hier. c. 10.

[p] *Diuinitatis ſignum pluẽdi poteſtas, ex S. pagina, & apud veteres.*

Arnobius. Tertullian. Tibullus. Virgilius.

Gedeon. 6. Iudic. Auguſt.

Auguſt.

[q] *Non temere, & caſu fames hæc, ſed ex diuina prouidentia.*

§. II. *Quæ*

§. II.

Quæ fuerit cauſa huius mali.

25. Philo. *Facta eſt fames in terra.* PHilo *in lib. de Ioſeph.* cauſam huius mali exiſtimat fuiſſe ſemper, [r] vel auaritiam, vel impietatem; non enim dubitat ex hominum peccatis ortum habebere mala publica, id quod etiam dicit Iob in cap. 5. *Nihil in terra ſine cauſa fit, & de humo non egreditur dolor*, ſeu, vt Hebraicè legitur, *non quidem prouenit de puluere iniquitas, & de terra non germinabit afflictio*, hoc eſt, ſterilitas terræ non eſt aſcribenda terræ, ſed potius hominũ ſceleribus. Oſtendit hoc diuinum Oraculum *Geneſ.* 3. cum ita maledicendo dixit Adæ. *Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, de quo præcepi tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo.* Chaldaicè, *maledicta terra in tranſgreſſione tua.* Quod eleganter etiam Paraphraſtes Chaldaicus ſignificauit, cum dixit: *Terra propter te ſpinas, & tribulos germinabit tibi.* Videndus eſt locus 1. *Reg. cap.* 12. vbi cum Dominus vehementem tempeſtatem excitaſſet, ita Samuel ad populum locutus eſt: *Nolite timere, vos feciſtis vniuerſum malum hoc; verumtamen nolite recedere à tergo Domini.* Quibus ſunt ſimilia ea, quæ habet Hieron. *ſuper Hierem. cap.* 12. cum explicat ea verba: *Vſquequo lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur? Quòd terra nunc ſterilis eſt*, inquit Hieron. *quòd terra ſiccatur, malitia habitatorum hoc fecit.* Videndus eſt Auguſt. 13. *de Trinit. cap.* 16. & Cyprian. *tract. contra Demetriadem*; omnes enim exiſtimat, peſtes, fames, cauſam habere aliqua publica peccata *Leuit.* 26. cauſa huius rei oſtenditur eſſe violata diuina lex; ſic enim Deus comminatur præuaricatoribus legis Deuter. 28. *Maledictus eris in agro, maledictum horreum tuum, maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ. Mittet ſuper te Deus famem, & eſuriem, & ſit cælum, quod ſuper te eſt, æneum, & terra, quam calcas, ænea.* Vt [ſ] plurimùm tamen cauſa huius mali eſt impietas, ſiue idololatria, ſicut notauit diuinum Oraculum *Oſeæ in cap.* 2. cùm loquitur aduersùs coniugem adulteram, & meretricem, id eſt, contra gentem Hebræam, prophanam, & impiam, *Idcirco conuertar, & ſumam frumentum meum in tempore ſuo, & liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebat ignominiam eius.* Similia ſunt ea, quæ habet Aggæus cap. 1. *Quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinaſtis vnuſquiſque in domum ſuam, propter hoc prohibiti ſunt cæli, ne darent rorem, & terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum, & vocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum*, &c. Ex quibus iam ſit grauiſſimam cauſam habere grauiſſimum hoc malum.

[Margin: Iob. 5. Par. Chald. Gen. 3. Chald. Par. 1 Reg. 12. Hieronym. Hierem. 12. Auguſt. Cyprian. Leuit. 26. Deut. 28. Oſeæ 2. Aggæi 1.]

[r] *Famis cauſa auaritia, vel impietas.*

[ſ] *Frequêtius euenit fames propter impietatem.*

26. Auguſt. Ne quid autem deſit in hoc tractatu, videndus eſt Auguſt. *epiſt.* 138. *ad Clerum, & populum Hipponenſem*, cùm eleganti ſimilitudine oſtendit, quid faciendum ſit graſſante malo famis: *Sicut*, inquit, *ad loca tutiora feſtinantiùs migrant, qui ruinam domus vident concretis parietibus imminere; ſic corda Chriſtiana quantò magis ſentiunt huius mundi ruinam*, [t] *crebreſcentibus tribulationibus propinquare, tantò magis debent bona, quæ in terra recondere diſponebant, in theſaurum cæleſtem impigra celeritate transferre, vt ſi aliquis humanus caſus acciderit, gaudeat qui de loco ruinoſo emigrauit.* Quibus verbis ſatis eleganter Auguſt. oſtendit, tempore famis, quando orbis ruinam minitari videtur, quo [u] pacto bona noſtra transferenda ſint, vt ruinoſum orbem effugiant, in cælum aſſerens transferendum eſſe theſaurum, hoc eſt, communicanda bona pauperibus. Alia via illud oſtendit eleganter faciendum Hieron. *in epiſt. ad Ruſticum de viuendi forma*, cum loquitur de Exuperio ſanctiſſimo Epiſcopo Toloſano, cuius officium hoc erat graſſante fame, ſicut his verbis expreſſit Hieron. *Sanctus Exuperius Toloſæ Epiſcopus viduam Sareptenſem imitatur*, [x] *eſuriens paſcit alios, & ore pallente ieiunus fame torquetur aliena, omnémque ſubſtantiã Chriſti viſceribus erogauit, nihil illo ditius; qui corpus Domini in caniſtro vimineo, ſanguinem portabat in vitro.* Si aduertas ad Hieronymi mentem hoc in loco, inuenies, voluiſſe hunc ſanctum Epiſcopum, non ſolùm ſuum fraudaſſe genium, ſed ſuam naturam, imò & diuina ornamenta in remedium pauperum, vtpote qui ieiunauit, vt alios aleret, & ſacra vaſa vendidit, vt famem pauperum redimeret, meliùs multo, quàm illi, de quibus conqueritur Nazianz. orat. 2. in laudem D. Baſilij; *Nihil*, inquit, *grauius, & acerbius eſt, quàm crudelitas, cupiditáſq; inexplebilis eorum, qui frumentum habent, & obſeruant temporum difficultates*, [z] *famem negotiantur, atque ex eorum calamitate meſſem faciunt.* Si quis autem hunc locum communem voluerit ampliùs dilatare, videat Chryſoſt. *hom.* 39. *ſuper* 1. *ad Corinth.* vbi hac de re pulchrè loquitur, nos enim ad alia properamus.

[t] *Fames orbis ruina.*

[u] *Qualiter tempore famis ruina orbis fugienda.*

[Margin: Hieron. Nazianz. Chryſoſt.]

[x] *Mirabilis pietatis exêplum.*

[z] *Famem negotiantur auari.*

TRACTATVS IV.

De verbis illis: *Abiitque homo ille de Bethlehem Iuda, vt peregrinaretur in terra, ſiue in regione Moabitide:* ſiue, *De amplificanda fame*, vel, *de diuina Prouidentia in Sanctos.*

§. I.

Amplificatur malum iſtud ex nobilitate Elimelech, vbi de vera nobilitate.

Abiitque homo. AGGREDITVR diuinus author amplificationem famis, quæ facta eſt in terra Iuda ex dignitate perſonæ fugientis Elimelech, ex vbertate eius regionis Bethlehem ſcilicet, quæ horreum populi Hebræi dicebatur, à qua, præ fame, fugit nobiliſſimus, & ampliſſimus ciuis cum vniuerſa familia ſua, atque denique ab indignitate eius regionis, Moabitidis, ſcilicet, prophanæ, in qua peregrinandum erat propter famem. Erit autem maior hic tractatus, quàm cæteri; in eo enim ſingula percurremus vſque ad obitum Elimelech. Eſt autem artificioſus hic diſcurſus, & oratoriis floribus ornatus, in quo paulatim creſcit oratio. Vt igitur à principio incipiamus, id eſt, à nobilitate eius hominis, qui abire coactus eſt vi famis in terram Moab; Aduertendum eſt, tribus præcipuè vocibus, Hebræos *hominem* ſignificare. 27.

referat Dauidem Regem ſepultũ fuiſſe com magna auri vi,& io aureis etiam veſtibus. Suffragatur ſepulchrum pueri regij,qui ſub Honorio Imperatore aperium eſt,vbi viſebatur puer cum aurea corona in capite,atque etiam aureis veſtibus; is autem puer creditus eſt filius Regis Ioadis. In quam ſententiam D.Hieronym. iotelligit locum Hierem. cap.8. *Eiicient oſſa Regum Iuda, & oſſa Principum eius,& oſſa Sacerdotum,& oſſa Prophetarum*;Gloſſa interlinealis dicit, *auaritiam effoſſuram eſſe hac Regum oſſa.* Notat D. Hieron. inter veteres homines ſuos Principes, atque illuſtres viros noo niſi io precioſis oroamentis ſepeliuiſſe. Quare cum ea tempeſtate magnus fuerit Iacob, & pater viri principis,qualis erat Ioſeph,credibile valde eſt non in ſyndone,ſed in aureis veſtibus fuiſſe ſepultum.

Hieron. Hierem. 8.

30. Verum eſt tamen, quod poſtea temporis cum maximè ereuiſſet ambitio ſepelieodi,ſeniorẽ Gamalielem inter Hebręos principem virum edicto publico temperaſſe hanc ambitionem, ſtatuendo oequis alibi,quàm io linteis ſepeliretur,eiſdémque oon magni pretij, ſicut accepimus ex Rabbi Iacob loco citato. Sic igitur in linteis ſepultus eſt Chriſtus [a] Domious,io aureis ornamentis Iacob, vterque autem ſecundùm morem, & conſuetudioem eius patriæ, io qua expiraoit.

[a] *Chriſtus in linteo iuxta morẽ patriæ.*

TRACTATVS IV.

De verbis illis: *Fleuitque illum Ægyptus ſeptuaginta diebus*; ſiue, *De exequiis.*

31. POſtquam diximus de innata oobis cura ſepeliendi cadauera ooſtra poſt mortem, atque de eorum accommodato loco ad ſepolturam, oſtenſóque ritu veterum in vogendis,& curandis cadaueribus; reliquum iam erat, vt ad pompam funebrem accederemus,qua & mortoi lugentur, & religioſa cæremonia ad ſepulchra deducuntur. Quoniam verò inrer planctom, & veras lachrymas in funeribus,oon paruum eſt diſcrimẽ, priùs cadeores lachrymas Ioſephi proſequemur, quas conſultò in hunc locum reſeruauimus,deinde de plaoctu, ſiue de fuoere dicemus.

§. I.

Non dedecent viros fortes cadentes moderatè lachrymæ in ſuorum funeribus.

32. NOn eſt igitur negandus affectus doloris à viris ſapientibus,& probis,ſicut oeque aliæ paſſiones,quanuis eum negauerint Stoici, exiſtimantes tranquillam ſapientis animam eſſe ſicut cælum ſerenum, liberam à paſſionibus, quemadmodum refert Senec. *in lib.1.de Clem.ad Neron.* contra quos videndus eſt Aug.*lib.9.de Ciu.c.4.& 5.* Proſp.*lib.3.de vita contempl.cap.31.*Lact.*lib.7. cap.14.& deinceps.* Habemus enim exemplom in Chriſto Domino, cuius anima miſericordia turbata eſt,imò & collacbrymaſſe [a] ferior *Ioann.11.* Sic Abraham Saram defleuit, ſic Iacob Ioſephũ, decebat igitur eundem Ioſephum flere parentem ſuum,nec enim virtus eſt, funera ſuotum eiſdem oculis,quibus ipſos intueri. Proſeqnitur hoc argumentum Bernard. *ſerm.26. in Cantic.* deflens Gerardi fratris ſui mortẽ,vbi ioter alia ita habet: *Auulſa ſunt mihi viſcera mea, & dicitur mihi, neque ſenſeris, ſentio, ſentio vel inuitus, quia nec fortitudo lapidum fortitudo mea,nec caro mea anea eſt; nunquid quia ſentio pœnam, reprehendo ſententiam? humanum eſt illud,hoc impium, imo & Chriſtus Dominus Ioan.11. miſericordia motus fleuit Lazarum amicum, ille fleuit compatiendo, & ego patiendo non flebo? fuerunt lachrymæ illæ triſtes natura, non indices diffidentia, imo & ſtatim prodiit ad vocem eius, qui erat ſepultus, nec continuò putes fidei praiudicium dolentis eſſe affectum;ſit nec fletus noſter infidelitatis eſt ſignum, ſed conditionis* [b] *indicium*; & alia quæ proſequitur idem Bern. eleganter in eandem ſententiam; quibus ſuot ſimilia ea,quæ dixit Hieron. *in epiſt. ad Heliodor.* quę eſt epitaphiũ Nepotiani,*Inuito & repugnanti plerunque lachrymæ per genas defluunt,& inter præcepta virtutum, & reſurrectionis ſpem credulam mentem frangit affectus.* Eundem affectũ oſtendit Hieron. *in epiſt.ad Paul.*de obitu Bleſillæ, *Ploro, non quòd lugenda ſit illa,qua abiit, ſed quòd nobis impatientius ſit dolendum, qui talem videre deſiuimus.* Similem rationem adducit Aug.vt oſteuderet,cur vehementiùs parentem ſuam defleuerit, quàm par erat, *ſoluitur enim in lachrymas deſiderium* [c] *eorum, quos amiſimus.* Sic enim elegauter Philo *in lib.de migratione Abraha*,lachrymas appellauit, *liquefacta*,ſcilicet,*deſideria*; diſtillantur enim plerunque deſideria noſtra io lacbrymas, per quas argumenta deſiderij quætimus,dolorem non extendendo,ſed oſteodendo; ſunt etenim lachrymę ioſignia mæroris;decuit igitur optimũ filium mærorẽ paternũ lacbrymis prodere:ex quibus habemus æquum eſſe noſtrorũ funera deflere.

Hieron. August. Proſperus. Lactant.

[a] *Fleuit & Chriſtus amici mortem.* Ioan.11.

Bernard.

[b] *Lachryma conditionis humanæ ſignum.*

Hieron.

Auguſt.

[c] *Soluitur in lachrymas deſiderium illius qui amittitur.*

Philo.

33. Semper tamen aduertuot Patres,deflendos eſſe mortuos adhibita quadam [d] moderatione.Qua in re aliquantulum exceſſiſſe dolet Aug. 9.*confeſſ. cap.12.*cum de morte parentis ſuæ ita dixit, *premebam oculos eius, & confluebat in præcordia mea mœſtitudo ingens,& transfluebat in lachrymas;oculi mei violento animi imperio reſorbebant fontem ſuum vſque ad ſiccitatem.* Qualis querela legitur apud Hierem.*Thren.3.* qui inter omnia mala ſua illud quaſi grauiſſimũ deflebat, cum dixit, *oculus meus vindemiauit animã meam*,ſic etenim legit Vatab. id quod vulgata dixit,*oculus meus depredatus eſt animam meam*, quaſi furtũ animæ fecerit lachrymarum qui lachrymas effuderit in deplorandis malis huios ſæculi. Similia habet Seneca in lib. de conſolat. ad Polyb. *Non vides*,inquit,*qualem vitam nobis rerum natura promiſerit, quæ primum naſcentium hominum fletum eſſe voluit,hoc principio edimur, huic omnis ſequentium annorum conſentit ordo,ſic vitam agimus, ideóque moderatè id fieri debet à nobis,* [e] *quod ſæpius faciendum eſt,reſpicientes quantum à tergo rerum triſtium immineat,ſi non finire lachrymas, ſed certè reſeruare debemus; prius enim nobis lachrymæ deerunt, quàm cauſa dolendi.* Similia dixit Chryſoſt. *hom.61.ſuper Ioan. Nunquid ego hoc prohibeo?minimè flere, ſed impudenter lugere veto;ſi hac ratione fleueris, non reſurrectionis diffidentia argueris; nam peregrè proficiſcentes lachrymis proſequimur,non tamen vt mortuos.* videndus eſt idem Chryſoſt. *hom. 41. in 1. Corinth. & hom.1.in 2.ad Corinth.& hom.3.in epiſt.ad Philip. & tom.5.hom.69.& 70.* Aug.*lib.de verb. Apoſtol. ſerm.34.& 50.*Fulgent.*epiſt.2. de ſtatu viduali ad Galam.* Id quod etiam dixit Sapiẽs Eccleſiaſt. 38. *Fili mi,in mortuum tuum produc lachrymas,& quaſi dura paſſus incipe plorare;etenim dolorem non ſentire,non eſt* [f] *hominis, non ferre,non eſt viri.* Similis eſt

[d] *Eſt tamen fletus moderamen adhibendum.*

Thren. 3.

Vatabl.

Senec.

[e] *Moderatè enim faciendum, quod ſæpiùs faciendum,*

Chryſoſt.

Auguſt.

Fulgent. Eccleſ.38.

[f] *Etenim*

dolorem non ſentire, nõ eſt hominis; non ferre, non eſt viri.
1. Theſſal.4.
Bernard.

eſt locus apud Paulum 1. ad Theſſal.4. *Nolo vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.* Quo in loco Paulus non prohibet moderatas lachrymas. Vnde eleganter dixit Bern. *ſerm.* 27. poſtquam ſatis defleuit fratrem ſuum, *incongruum eſt diu flere laſantem, & ſedentes ad epulas lachrymas multas ingerere importunum*; ſed etſi noſtras defleamus ærumnas, nec id quidem oportet nimis, vt non tam amaſſe illum, quàm noſtra quæſiſſe de illo commoda videamur.

34 Si quis autem obiiciat, ſtatum Ioſephi cadẽtis, & clamantis ſuper patrem ſuum, ſtatum eſſe hominis[g] non moderatè dolentis: Dicendum eſt ferme omnes Patres, inter quos præcipuè Cypr. *in ſerm. de mortalitate*, longiores lachrymas permittere Patribus veteris teſtamenti, quàm nobis; quia eo tempore nondum cæli porta per ſanguinẽ Chriſti aperta erat, & ad inferos deſcendebant ſanctorum etiam hominum animæ. Quod proſequitur Hieron *in epitaph. Paulæ, & epitaph. Nepotiani*, vbi ita quærit, *cur Moyſes plangitur in morte, Ieſus autem Naue fletus non legitur?* Cuius nulla alia ratio eſt, quàm quia ſub lege omnes tenebantur peccato, iuxta illud Pauli, *regnauit mors ab Adamo vſque ad Moyſem*, ac proinde ad inferos deſcendentes[h] animas, conſequentes lachrymæ proſequebãtur; in Ieſu autem, id eſt, in Euangelio, per quem paradiſus eſt apertus, mortem gaudia proſequuntur; quare non eſt, cur immoderatè videantur lachrymæ Ioſeph.

[g] *Excuſatur vehementior Ioſeph planctus,*
Cyprian.
Hieron.
[h] *Quia deflebat mortuum adhuc non aperto cœlo.*

35. Quibus addendum illud eſt,[k] quod per lachrymas magnus dolor minuitur, atque leuatur, quod inſtar miraculi exiſtimauit Aug. cum in 4. *confeſſ. cap.* 4. dixit, de morte cuiuſdam amici ſui chariſſimi, *ſolus fletus erat dulcis mihi, & ſucceſſerat amico in delitiis animi mei*; tunc addidit *in cap. ſequenti, poſſum ne audire abs te, qui veritas es,*[l] *cur fletus dulcis ſit miſeris? Vnde ſuauis fructus de amaritudine vitæ carpitur, gemere & flere, & ſuſpirare, & conqueri, an hoc ibi dulce eſt, quod ſperamus exaudire te? rectè iſtud in precibus, quia deſiderium perueniendi habent; an ne fletus res amara eſt? præ faſtidio rerum, quibus fruebamur, & tunc cum ab eis abhorremus, delectat.* Suffragatur D. Aug. D. Tho. 1.2.q.38.a.2. vbi in controuerſiam poſuit, *leuarent ne lachrymæ dolorem?* Exiſtimauit enim inſtar miraculi eſſe ſi dolor per[m] ſuos effectus, quales ſunt gemitus, lachrymæ, & querelæ, leuaretur; neque enim aliqua cauſa reperitur, quæ per ſuos effectus decreſcat; huius autem rei duas illic adhibet rationes, quarum altera hæc eſt, quia omnis actio quæ conformis eſt cum eo ſtatu, in quo quiſpiam operatur, delectat; cum igitur gemitus, & lachrymæ conueniant maximè cum homine triſti, delectant; vniuerſa autem delectatio minuit triſtitiam, quod per oppoſitum oſtẽditur euidenter; ſi cui enim conſtituto in mærore riſus forraſſe ſurrepat, dolet, non aliter, quàm quia diſconueniens eſt ea actio cum eo ſtatu miſero, in quo, qui ridet, erat; conuenientia igitur actionis delectationem affert. Vnde eleganter dixit Euripid. in Troade, *valde ſuaues ſunt fletus afflictis, lachrymæ, lamentationeſque, & Muſa, quæ triſtitias continet.* Secunda verò ratio, qua illud oſtendit D. Thom. eſt, quia omne nociuum, qualis eſt triſtitia, quandiu intra nos eſt, maximè affligit, quia intentio magis augetur circa illud; quãdo verò per lachrymas & gemitus, exteriùs ſpargitur, ipſa quoque intentio ad exteriora ſpargitur, ſicque diminuta intentione, diminuitur dolor: quod voluit Plin. *lib.* 11. *natur. hiſt. cap.* 36. cum dixit: *Quis eſt ille humor in dolore tam fæcundus, & paratus, aut vbi reliquo tempore? Oculi, ſeu vaſa quædam viſibilem animæ partem recipiunt, atque tranſmittunt.* Quibus fauet eleganter Bern. *ſerm.* 26. *ſuper Cantic. Nec potui*, inquit, *imperare dolori, qui potui lachrymæ, turbatus ſum, & non ſum locutus: at ſuppreſſus dolor altiùs interius radicauit, eo acerbior factus, quod non eſt exire permiſſus; exeat neceſſe eſt foras, quod intrinſecus patior; exeat ſanè ad oculos filiorũ, qui ſcientes incommodum, planctum humaniùs exiſtiment, dulcius conſolentur.* leuant igitur lachrymæ dolorem, quia cum Ioſephum irruentem in patrem videmus, & flẽtem, temperatas fuiſſe exiſtimamus eas lachrymas.

[k] *Altera ratio excuſans* Aug.
[l] *Miraculum in lachrymis.*
D. Thom.
[m] *Quòd per effectus ſuos dolor minuatur, & quare ex D. Thom.*
Euripid.
Plinius.

Augetur hæc ratio ex doctrina D. Baſilij in ſuo Periarchon, vbi docet, lachrymas non eſſe continendas,[n] ne forte vitam interimant, quod oſtendit eleganti quadam ſimilitudine; *Illud*, inquam, *in flamma videre eſt, quæ à proprio fumo ſuffocatur, cum non exit, ſed circa illam voluitur; idem malum in animalis viuifica virtute, hæc enim extinguitur à doloribus, cùm nulla datur expiratio.* Dixit hoc & Bern. loc. cit. *quouſque diſſimulo, & ignem, quem intra me ipſum abſcondo, triſte pectus adurit, interiora depaſcitur, clauſus latiùs ſerpit, ſæuitq; acriùs.* qua de re videndus eſt Ariſtot. *in lib. Probl. ſect.* 27. cum quærit *cur qui dolent, loquantur,*[o] *& gemant; qui timent, taceant?* Atque reſpondet veros dolores, vel omnes, vel ſaltem plurimos calore iuuari, atque augeri, calorem autem is auget, qui ſuum ſpiritum cohibet; hinc ergo fit, vt diſſoluatur ſpiritus in gemitus, atque lachrymas; vt dolor minuatur. Videndus eſt Elias Cretenſ. *in orat.* 11. *Nazianz. pag.* 407. vbi eleganter loquitur de origine lachrymarum, eamque reducit in calorem compreſſum, ac proinde aſſerit neceſſariò ſoluendos eſſe humores[p] in lachrymas, ne ſi omnes à calore accendantur, totus homo ardeat. quo ſenſu eleganter tranſtulit vulgatus interpres ea verba Iob *in cap.* 10. cum dixit, *dimitte ergo me vt plangam paululùm dolorem meum*, quod Hebraicè habetur, *vt tantiſper refrigerer*, Græcè autem, *vt tantiſper requieſcam.* Solæ enim lachrymæ & refrigerium, & quietem miſeris afferre poſſunt. Cum igitur Ioſephum & clamantem, & collachrymantem videmus, hoc enim ſonat vox Hebræa, pro qua vulgatus tranſtulit, *flens*, exiſtimandum eſt, eum tẽperare voluiſſe[q] dolorem ortum ex morte paterna, dolor nanque per gemitus, & lachrymas minuitur; quod Chriſtus Dominus exprimere voluit, qui cum lachrymis, & clamore valido, expirauit, ſicut aduertit Paul. *ad Hebr.* 5.

36.
Baſilius.
[n] *Si contineantur lachrymæ, vitã interimunt.*
Ariſtot.
[o] *Cur qui dolent, loquantur & gemant?*
Elias Cret.
[p] *Optima ratio philoſophica cur dolor ſoluendus in lachrymas.*
Iob 10.
[q] *Fleuit igitur Ioſeph vt temperaret dolorem,*
Hebr. 5.

Temperatus etiam dolor videtur in Ioſeph,[r] quia moderatus dolor lachrymas exprimit, immoderatus autẽ ſubducit, cùm mœror ipſe, quaſi ſine mœrore ſit; qui enim afflictionem deuorat, ſenſum mœtoris tollit. In quam ſententiam dixit eleganter Nyſſen. *in funebr. orat. Plaxillæ Imperatricis*, vbi lachrymandum docet eſſe in eius funere, *quia*, inquit, *lachrymæ ſanguis ſunt eorum vulnerum,*[s] *quæ nobis impreſſa ſunt ex malis noſtrorũ amicorum.* Quandiu autem anima viua eſt, tandiu & vulnera ſentit, & ſanguinem exprimit, petita ſimilitudine à parte aliqua noſtra lethaliter affecta, quæ iam, neque ſentit, neque ſanguinem exprimit, qualis cum fuerit dolor Ioſephi, temperatus erat. Vnde Ambr. ſuper Lucam illis verbis, *Pater, ſi vis, tranſeat calix iſte à me*, ita dixit: *Non habent fortitudinis laudem, qui ſtuporem magis vulnerum tulerint, quàm dolorẽ; licet enim viris ſanctis*

37.
[r] *& quidem moderatè, quia fleuit.*
Nyſſenus.
[s] *Lachrymæ ſanguis vulnerum ex malis amicorũ.*
Ambroſ.

interdum in malis aliquibus conſtitutis affectibus nonnihil indulgere, id eſt, dolere, conqueri, & miſerias ſuas verborum figoris explicare, qualis planè fuit Iob, cuius tamen in dolore nullum fuit peccatum; qood placitom eſt omnium Philoſophorum, ac Theologorum; ſic enim faciunt curſores, clamant, vt velociùs currant, ſic generoſus equus, frænum quidem mordet, & tamen non excutit inſidentem, imò ei obtemperat; clamat Ioſephus, vt moderetur affectum; collachrymatur, vt temperet dolorem defuncti parentis.

§. II.

De planctu in funeribus procurato.

38.• HActenus vidimus Ioſephi veras lachrymas, amoris teſtes, deſiderij plenas, doloris remedium, atque mœroris temperamentum; conſequens iam eſt, vt ad cæteras accedamus, quas plãctus vocamus, ſiue funeralia; poſtquam enim veræ lachrymæ eſſe deſierunt, fucatas inuenit hominum fallax ingenium; cum enim flere pro mortuis ſit veloti quoddam debitum perſoluendum ab iis, qui ſuperſunt, ita vt mortem ſuis numeris abſolutam non exiſtimemus, antequam lachrymas defunctis demus, deſiderantibus veris lachrymis, [a] falſas damus. Hoc debitum perſoluiſſe videtur Chriſtus Dominus Lazaro amico ſuo *Ioan.* 11. cum illum fleuit. Qualis eſt ille locus Terentij in Andria, vt ſignificaret Chryſidem omnino mortuam eſſe, ait enim, *in ignem poſita eſt fletu.* Similia habet Homerus *lib.* 23. *Iliad.* cum de morte Patrocli ita loquitur:

[a] *In defectũ veri luctus fictum mortuis damus.*
Terent.
Homerus.

Aſtantes lachrymas Patrocli in funus amici
Fundite, defunctis tales debentur honores.

39. Quibus habet ſimilia *lib.* 4. *Iliad.* hæc autem conſuetudo inde ortum [m] habuiſſe videtur, vt ſicut hominis vita à lachrymis incipiebat, ſic quoque lachrymis concluderetur, atque ita & breuitas vitæ, & magnitudo lachrymarum oſtenditur, quas nulla vita, quamuis longa, capere poteſt omnes, redundant enim poſt vitam in mortem, non aliter, quàm ſi quis vim maximam humoris pretioſi in anguſtum vas infundere velit, qui neceſſe effunderetur, quandiu illum totum capere non poteſt anguſtum vas. Sic effunduntur redundantes lachrymæ vitæ noſtræ in mortem propter earum magnitudinem, quia ratio, quare apud veteres quærerentur fucatæ lachrymæ, eſt, quia veræ deſiderabantur, vnde lamentatrices, quas *præficas* [x] vocarunt, atque tibicines conducebant, qui ſuo cantu ad lachrymas prouocarent. Quem morem docet Ambr. *lib.* 8. *in Lucam* deriuatum fuiſſe à gentibus in Hebræos; id quod conſtat ex eo, quod dixit quidam ex veteribus.

[m] *Huius conſuetudinis origo.*
[x] *Lamentatrices præficæ vocabantur.*
Ambr.

Cantabat mœſtis tibia funeribus.

Quo pacto intelligendus eſt locus Matth. *in c.* 9. quando Chriſtus Dominus expulit tibicines, atque cantatrices, quæ iam deplorabant filiã Principis, tibicines enim vocati [z] erant ad flendam puellam: videndus eſt Ioſephus *lib.* 3. *de Bello c.* 15. vbi docet magna mercede conductos fuiſſe tibicines ad deplorandum Ioſephũ Ducem Hebræorum. Vnde eleganter notauit Suetonius *in vita Iulij cap.* 82. Iudæos lamentatos fuiſſe ad buſtum Cæſaris; forma autem lamentationis apud eos ea erat, quam refert Hierem. *in cap.* 22. cum de Rege Ioachim de mortuo ita dixit; *Non plangent eum, væ pater, & væ ſoror,* [a] *non concrepabunt ei, væ Domine, & væ inclyte,* id eſt, nec planctu publico, neque vero priuato plangent Regem ſuum; ſimilia inuenietis apud Amos *in c.* 5. vbi dicitur, *& vocabunt agricolæ ad luctum, & ad planctum eos, qui ſciunt plangere.* Hierem. 9. *vocate lamentatrices, & veniant, & ad eas, quæ ſapientes ſunt, mittite;* ſolebant enim Hebrææ mulieres, ſparſis crinibus, nudatis pectoribus, voce modulata, omnes ad fletum concitare; ſic enim notauit Chryſoſt *hom.* 32. *in Matth. c.* 9. ibidem Euthymius; quem tamen morem reprehendit Plato 12. *de legibus*, cum ait: *In lachrymis lachrymas profundere ob mortuum, aut ſecus præcipere, indecorum eſt: illud tamen omnino interdicendum eſt lamentari, & extra domum vociferare, & in progreſſu* [b] *per vias vlulare.* Quem ſibi morem poſtremum aſſeruarũt Hebræi. Quare non eſt cur Liuius reprehendat Ægyptios, qui vultu, & veſtibus ſolis ſuos defunctos deflebant, & non lachrymis; quod Hieron. moderatiùs dixit *in epiſt. ad Paul. in obitu Bleſillæ*, cum ait *planctus iſte ſolemnis non longas Ægyptiis imperat lachrymas, ſed funeris monſtrat ornatum*; etenim apud Ægyptios non leui ex cauſa lachrymæ effundebantur, quas pretioſas exiſtimarunt: ſicut docuit Pierius *lib.* 28. *de ſymbolis Ægyptiorum*, vbi docet, quòd cum quædam per ſomnium vidiſſet ſe theſaurum inuenturam vnionum, re delata ad coniectores, ſic ſomnium explicatum eſt, inuenturam eam ſcilicet magnam lachrymarum vim; apud Ægyptios enim idẽ prorſus ſunt [d] lachrymæ & vniones. Chryſoſt. vetat eas aſſumi in remedium noſtrorum malorum; neque enim decet pretioſum remedium in vilem morbum adducere, præſertim cùm vim non habeat ad eum morbum curandum; eſt enim in hac ſententia Chryſoſt. petita ſimilitudo à re medica; abſurdum enim eſſet, ſi quis pretioſum remedium adduceret ad illum morbum curandum, ad quem nullam habet virtutem, neque vim; ſic enim eleganter habet Chryſoſt. *tom.* 5. *hom.* 5. *ad populum Antioch. Lugere omitte, luge peccata, vt ipſa deleas; propter hoc enim* [e] *triſtitia facta eſt, non vt in morte, aut in alia quacunque re doleamus*; ſed vt ipſa, ad delenda peccata vtamur, remedia medicinalia propter illos tantùm morbos facta ſunt, quos tollere poſſunt; non propter illos, quos nihil adiuuare poſſunt, lachrymæ nullum alium morbum leuare poſſunt, quàm peccatum; propterea nulli alteri applicandæ ſunt. Videndus eſt Nazianz. *orat.* 3. *contra Iulianum apoſtatam*, vbi lachrymas congruẽter appellauit *diluuium peccatorum, orbis piamentum*; in qua ſententia illud latet, quod longè mirabiliùs lachrymæ peccata extinxerunt, [f] quam diluuium, hoc enim pariter cum peccatis, peccatores oppreſſit, illud autem extincto peccato, peccatorem liberum, & integrum reliquit. Sicut autem Noe ſacrificio expiauit poſt diluuium orbem vniuerſum; ſic quoque & lachrymæ expiare, ſanctumque reddere ſolent peccatorem. Similia habet idem Greg. Nazianz. in funebri oratione Gorgoniæ ſororis ſuæ, quæ numero eſt vndecima. Ad quem locum videndus eſt Elias Cretenſ. cum refert hac de re pulchram ſententiam Ioannis Climachi, dicentis; *lachrymæ niſi diuinitus data eſſent, pauci inuenti eſſent, qui ſalutem conſequerentur, etenim Baptiſmus priſtina vitia extinguit, lachrymæ* [g] *autem ea, quæ ſequuntur, atque illum quidem, cum nos omnes tenera ætate accipiamus; poſtea inficimus, per illas autem illum etiam repurgamus, quare merito Rex Dauid, nihil aliud in vita poſtulabat, quàm lachrymas*, ſicut eleganter notauit Bernard. *ſerm. de fallacia huius ſæculi*, ponderans

[z] *Tibicines ad funera conducebantur.*
Ioſephus.
Suetonius.
Hierem. 22.
[a] *Forma planctus Iudaici.*
Amos. 5.
Hierem. 9.
Chryſoſt.
Euthymius.
Plato.
[b] *Quæ omnino in publico reprehendenda eſt.*
Liuius.
Hieron.
[c] *Ægyptij vultu & veſtibus deflebant mortuos.*
Piet. Valer.
[d] *Apud eos enim in magno pretio lachrymæ.*
Chryſoſt.
[e] *Propter peccatum triſtitia facta eſt.*
Nazianz.
[f] *Feliciùs lachrymæ extinguunt peccata quàm diluuium.*
Nazianz.
Cretenſ.
[g] *Lachrymæ ſecundus baptiſmus.*
Bernard.

Digitized by Google

Pſalm.142.

derans ea verba *Pſalm.* 142. eum Regios vates dixit; *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.* Quaſi vellet, quid poteſt ei eſſe in vita iocundum, cuius anima ſine aqua eſt, hoc eſt ſine lachrymis? ſiquidem aquæ inopia non ſolùm aridum, ſed & ſordidum facit, dum non eſt quo laueris; & humanum cor lachrymas neſciens, non modò durum, ſed & inputum eſſe neceſſe eſt; quare idem Regius vates dicebat in *Pſalm.*6. *lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meum rigabo*, ne in me fiat, quod ſcriptum eſt *Matth.*13. de ſemine, *quod cecidit ſuper terram, & natum aruit, quia non habebat humorem*; vnde optime D. Hieron. *ad Ruſtic.* notauit ea verba Hierem. *in c.* 9. *quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum?* & ſequenti ſermone proſequitur Hierem. lachrymas ſe voluiſſe ad ſola peccata deflenda. Notauit hoc Ambr. in lachrymulis Chriſti cum dixit c.2. Lucæ, *me illius infantia vagientis abluunt fletus, mea lachrymæ illa delicta lauarunt*; & ponderauit Paulus *ad Hebræos c.*5. non ſine lachrymis expiraſſe Chriſtum Dominum, quaſi non minus efficax remedium eſſet ad peccata delenda lachrymæ,[b] quàm eius mors, & vniuerſus ſanguis effuſus. Vnde ego conicio, magis approbatas fuiſſe lachrymas pœnitentis Mariæ, quàm deſiderantis Mariæ; his enim defleuit Magdalena demortuum Chriſtum, illis autem ſua deplorauit peccata, & tamen magis illæ laudantur, quam hæ, ſicut patet ex illis verbis, quæ habentur Luc. c.7. vbi legitur dixiſſe Chriſtum Dominum Simoni; *Simon vides hanc mulierem? intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dediſti; hac autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis terſit; oſculum pedibus meis non dediſti, hac autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos*; & mulierem defendit, & lachrymas laudauit, atque ad mille oſcula pedum, plorantem admiſit pœnitentem, qui lachrymas[i] eiuſdem mulieris deſiderantis, nec laudauit, neque præ deſiderio plorantem ad ſui contactum admittere dignatus eſt, ſic enim Aug. *tract.* 121. *ſuper Ioannem*, ea verba & Angelorum & Chriſti ad Mariam plorantem intelligit, *Quid ploras?* Non dignatum autem fuiſſe eius contactum ſatis declarant ea verba Chriſti, *Noli me tangere.* Sint bonis auibus diuiniores lachrymæ deſiderantis, magis tamen probantur à Chriſto pœnitentis, cui, ſcilicet, placet magis noſtri remedium, quàm ſui deſiderium. Non eſt igitur cur Ægyptij reprehendantur non effundentes lachrymas in morte ſuorum defunctorum, illas enim ad maiora reſeruant.

Pſalm.6.

Hieron.

Hierem 9.

Ambr.

Hebræos 5.

[b] *Lachrymæ non minus efficaces quàm ſanguis Chriſti.*

Luc.7.

[i] *Lachrymæ pœnitentis Deo magis placent quàm deſiderantis.*

Auguſt.

§ III.

De veſte lugubri in funeribus.

40. EX quibus iam colligimus, quòd cùm hoc in loco dixit Moyſes, *fleuitque eum Ægyptus ſeptuaginta diebus*, nôluerit ſignificare, collachrymatos fuiſſe Ægyptios defunctum Iacob, ſed potius feciſſe planctum funebrem, ſiue pompam[l] funeralem, in qua licet nullæ, vel paucæ lachrymæ inueniantur, planctus tamen vocatur illa pompa; qualis dicitur ea cæremonia, quando apud noſtros Luſitanos atratus magiſtratus, atrũ quoque vexillum raptans, regium planctum facere dicitur; qualis eſt locus apud Liuium *lib.* 2. *decad.* 5. vbi refert matronas Romanas per integrum annum deploraſſe Brutum vindicem Romanæ pudicitiæ, qui expulerat Tarquinios violatores Lucretiæ. Quo in loco videmus matronas Romanas, non lachrymis, nec enim credibile eſt per annum integrum deploraſſe, ſed habitu lugubri defleſſe ſuum vindicem. Quo pacto intelligendus eſt locus ex Actis apoſtolorum *c.*7. vbi dicitur viros timoratos planctum magnum feciſſe ſuper Stephanum protomartyrem; vbi aduertit eleganter D. Hieron. planctum facere, nihil aliud eſſe, quàm exequias celebrare; ſic enim eum locum actorum intelligit *in epiſt.* 25. quæ eſt ad Paulam de obitu Bleſillæ; imò ex multis locis Scripturæ illud colligit idem Hieron. *in epiſt. ad Ripar. contra Vigilant.* vbi latè oſtendit planctum in Scriptura, potiùs ſignificare funeris[n] ambitionem, quam lachrymas. Videnda ſunt ea, quæ habet in hanc ſententiam Baron. *tom.*1. *annal. anno.* 34 *cap.* 313. Credibile autem eſt peculiaria verba habuiſſe veteres, & peculiares cæremonias, quibus vterentur in huiuſmodi apparatu funebri, inter quas videtur ſatis vſitata, qua poſtremo ſalutabant defunctos ſuos dicentes, *vale, nos te ſequemur*, ſicut de Pallanta dixiſſe refert Poëta 11. Ænæid. pium Ænæan.

[l] *Pompa funeralis planctus dicitur.*

Liuius.

Actor.7.

[m] *Idem quoque atque exequias celebrare.*

Hieronym.

[n] *Planctus in Scriptura magis ſignificat funeris ambitionem.*

Baronius.

[o] *Verba ſalutantium defunctos.*

——Salue æternum mihi maxime Palla,

Æternumque vale.

Virgilius.

& de Polydoro:

———— animamque ſepulchro

Condimus, & magnum ſuprema voce ciemus.

Peculiares autem veſtes habuiſſe[p] veteres ad 41.
huiuſmodi cæremoniam, teſtatur Ioſeph. *lib.*4. *antiquit. c.*8. eas autem fuiſſe nigras docet Theodoret q. 28 *ſuper Leuit.* Apuleius innuit in ſua metamorphoſi *lib.*2. ibidem proſequitur latè Beroaldus, & oſtendit Virgil. Polydorus *lib.* 6. *de inuentoribus rerum*, vnde *amiculum nigellum* veſtem lugubrem vocitabant: Priſci autem *anthraſinum*; antrax enim apud Græcos carbonem ſignificat, vnde veſtis antraxina, veſtis lugubris erat. Miratur autem Beroaldus; quod Plutarch. dixerit in Problematis, apud veteres homines defunctorum vxores[q] albis veſtibus indui ſolitas, qua eadem veſte induebantur propinqui, cum ante Plutarchum mandauerit Plato. 12. *de legib. in ſua Republica*, vt vniuerſa lugubris veſtis alba eſſet; imò & Polydor. *loco citato*, notauit Gallorum Reginas viduas albis veſtibus indui ſolitas eſſe poſt mortem ſuorum maritorum, vnde apud Gallos idem eſt alba, & vidua Regina; exiſtimarunt enim veteres decere maximè, vt qua veſte defunctis ſepeliebantur, eadem & ſuperſtites induerentur. albus autem color ſyncerus eſt, verus, purus, minimeq; inquinatus, & ob id mortuis[r] aptiſſimus, quales oportet eſſe ſuperſtites poſt mortem ſuorum defunctorum. Vnde fortaſſis deductum eſt illud oraculum cuius meminit Diogenes Laërtius in vita Zenonis pſittaci; eum enim viam, & rationem poſtulaſſet, qua euadere poſſet vir optimus, reſponſum accepit, fieri illud poſſe, *ſi mortuis concolor eſſet.*

[p] *Veſtis funebris nigra apud veteres.*

Ioſephus.

Theodoret.

Apuleius.

Beroald.

Polydor.

Plutarch.

[q] *At apud quoſdã alba.*

Plato.

Polydor.

[r] *Et quidem aptiſſimè quia color albus mortuis concolor.*

Laertius.

§. IV.

De exequiis Iacob in Hebron.

SIc igitur per ſeptuaginta dies deploratus Ia- 42.
cob ab Ægyptiis, tandem deportatus eſt in aream Aza[s] comitantibus ſenioribus totius Ægypti, & natu maioribus cum vniuerſa familia Hebræorum, ibique Hebræi per ſeptem dies[s] exequias

[s] *Per 7. dies exequiæ Iacob celebratæ.*

quias celebrarunt Iacobo planctu magno, & vehementi. Vbi illud aduertendum eſt, exequias celebrare, non eſſe aliquid diuerſum à planctu; pro eo enim, quod vulgatus Interpres habet hoc 50. *cap. Gen. Celebrantes exequias*, Hebraicè potiùs habetur, *planxerunt cum planctu vehemēti*; ſicut enim exiſtimauit Alexand. ab Alex. lib. 5 cap. 7. *exequiæ dictæ* [t] *ſunt ab inſequendo defuncto*, idque plorādo, *etenim funus præcedit, nos verò ſequimur*, dixit Terentius; vnde exequiæ dicuntur, quemadmodum notauit etiam Donatus; crediderim enim præter ſacrificia pro defunctis exhibita, laudationes peculiares eſſe, atque etiam peculiares [u] cæremonias, ſicut colligitur ex 2. *Paralip. in cap.* 16. vbi dicitur de Aza Rege, eum depoſitum fuiſſe in tumulo edirioti, atque thura cremata; illud enim ſignificant ea verba, *combuſſerunt ſuper eum ambitione nimia*, ſicut aduertit Hierem. 34. *cap.* de morte Regis Sedeciæ, *ſed & in pace morieris ſecundùm combuſtiones patrum tuorum*; adolebant enim Hebræi thura defunctis ſuis, præſertímque Regibus, & Principibus, atque addebant, *væ inclyto*, ſicut inuenietis *lib. 2. Paral. cap.* 21. de Ioram Rege. Videndus item eſt Brix. *in comment. ſuper Hierem. cap.* 34. & Hieron. ad Paulam de obitu Bleſillæ, vbi aduertit Hebræos ſuas exequias [x] celebraſſe nudis pedibus, puluere deturpato capite, atque etiam ſacco incubantes; imò verò docent fœminas Hebræas, ſparſos crines, & nuda corpora vſque ad pectora habuiſſe de more Aſiatico; ſic enim de more celebrare ſolitas eſſe fœminas Aſiaticas colligitur ex eo choro, qui eſt in Troade, vbi Hecuba Regina Troianas mulieres vocat ad exequias Troiæ, hiſce verbis:

—ſoluite crinem.
Per colla fluant tepido Troia
Puluere turpes, paret exertos
Turba lacertos, veſte remiſſa
Vteróque tenus pateant artus.

Imò & ieiunia [x] addebant, ſicut conſtat ex lib. 1. *Paral. cap.* 10. vbi ſepultus eſt Rex Saül, *& per ſeptem dies ieiunauit vniuerſus populus*; tandémque laudes canebantur defuncti, ſicuti patet ex *lib.* 2. *Regum cap.* 3. cum Rex Dauid Abner deplorauit occiſum inſidiis Ioab; ſic enim eo in loco habetur, *Scindite veſtimenta veſtra, accingimini ſaccis, & plangite ante exequias Abner: & ipſe Rex leuauit vocem ſuam, fleuitque ſuper tumulum Abner, & ait: Nequaquam, vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner, manus tuæ ligatæ non ſunt, pedes tui non ſunt compedibus aggrauati, ſed ſicut cadere ſolent coram filiis iniquitatis, corruiſti, congeminanſque omnis populus, fleuit ſuper eum*; quaſi alternatim eaſdem laudes populus cum Rege ſuo repeteret, alternatim enim celebrabātur [a] laudes defunctorum, ſicut etiam aduertit Plato 12. *de legib.* duos choros conſtituens ad alternatim repetendas laudes defunctorum, quod videtur voluiſſe Hieron. de dormitione Paulæ, cum ait: *Hebræo, Græco, Latino, Syriacóque ſermone alternatos fuiſſe pſalmos*; de more enim cuiuſque gentis, hymni, recitabantur pro defunctis, ſicut colligitur ex Cicer. etiam *in orat. pro Milone contra Clodium*, vbi ait: *Clodius ſine imaginibus, ſine cantu, ſine ludis, ſine funere, ſine laudationibus combuſtus, eſt abiectus*; poſito enim defuncto in alto loco, hæc omnia fiebant, ſicut aduertit Perſius, cùm ait:

Hîc tuba, candelæ, tandémque Beatulus alto
Compoſitus lecto.

Tunc ſacrificia celebrabantur, quæ [b] *nouendialia* appellabantur. Ieiunia etiam fiebant, laudationes adhibebantur, hymni recitabantur, & ſic iuſta perſoluebātur defunctis, & exequię celebrabātur. in quo ponenda eſt neceſſariò diſtinctio inter publicum planctum, & exequias, quaſi planctus publicus nihil aliud haberet [c] præter lugubres veſtes, atque alias doloris ſignificationes; exequiæ autem cætera omnia, quæ diximus, habebant, & præterea paucioribus diebus celebrabantur, vtpote ſeptem diebus. Quo pacto intelligendus eſt locus Eccleſ. 22. *luctus mortui ſeptem dies*, cùm tamen Moyſes, & Aaron triginta diebus deplorati ſint; hoc enim de planctu publico, illud de exequiis intelligendum eſt. Sic igitur delatus eſt Iacob ad ſpeluncam duplicem in agro Hebron, quem emerat eius auus in ſepulturam, ibíque depoſitus eſt vſque in diem Reſurrectionis cum Lia vxore ſua, cum Iſaac parente ſuo, & cum auo eius Abrahamo.

43. Hinc autem deriuatas fuiſſe noſtras exequias colligunt Petrus Canis. *lib. 5. de Maria Deipara. cap.* 3. Baron. *tom. 1. annal. ann.* 34. *cap.* 312. Bellarmin *tom. 1 controuerſ. lib. 2. de Purg. cap.* 19. cùm enim deriuatæ ſint [d] à temporibus Iacobi, res nonæ non ſunt, ſicut mētiuntur hæretici. Pro qua re videndus eſt Areopag. diſcipulus Apoſtolor. *in lib. de Eccleſiaſt. Hierarch.* & Clem. Rom. *lib. conſtit. apoſtolic. cap.* 30. *& lib.* 8. *cap.* 47. *vſque ad cap.* 50. Quibus in locis eaſdem ferè cæremonias repetunt, quibus nunc vtimur in exequiis defunctorum, & colligit Pamelius *ſuper epiſt.* 3. *Cypriani.* Quibus addenda ſunt ea, quæ habet Hieron. *ad Ruſtic. contra Vigilant. & epiſt.* 25. *ad Paulam.* de exequiis Stephani protomartyris.

44. Nec verò Synodus Elybertina oppoſitum voluit, cùm vetuit, *ne inquietarentur animæ defunctorum impoſitis cereis ſuper eorum ſepulchra*; neque enim ibi exequias vetuit, ſed ſuperſtitioſas [e] incantationes, quibus euocantur animæ defunctorum, qualis modus loquendi eſt 1. *Reg. cap.* 28. ex perſona Samuelis ſic dicentis: *Quare inquietaſti me, vt ſuſcitarer?* Eadem habet Suetonius *in Tyberio cap.* 98. Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. apud eos enim homines animæ etiam defunctorum inquietabantur accenſis lucernis, & carminibus ſuperſtitioſis, quod fieri nefas eſt.

Sint hæc ſatis de fatis duodecim Patriarcharū, atque de ſepulchro Iacobi parentis eorundem.

Al. ab Alex.
[t] *Exequiæ vnde dictæ.*
Terent.
[u] *Cæremoniæ plures in exequiis.*
2. Paral. 16.
Hierem. 34.
2. Paral. 21.
Brixian.
Hieron.
[x] *Habitus mulierum plangentium apud Hebræos.*
Tragic.
[x] *Ieiunium item fiebat.*
1. Paral. 10.
2. Reg. 13.
[a] *Alternatim & canebant laudes defunctorum.*
Plato.
Hieron.
Cicero.
[b] *Nouendiale ſacrū apud Ethnicos pro defunctis.*
[c] *Diſcrimen inter planctū & exequias.*
Eccleſ. 22.
Petr. Canis.
Baron.
Bellarm.
[d] *A temporibus Iacob noſtra exequiæ deriuatæ.*
Areopag.
Clem. Rom.
Pamelius.
Hieron.
[e] *Superſtitioſæ tamen incantationes vitandæ.*
1. Reg. 28.
Sueton.
Plinius.

COM MEN

COMMENTARIA IN LIBRVM RVTH.

TRACTATVS I.

Seu Præfatio operis.

1. DE more aliorum Authorum, qui commentantur ſacros libros, præfari opus eſt in principio huius libri, præſertim, cùm neſcio quo fato euenerit, vt diuinus hic liber paucos, aut ferme nullos inuenerit expoſitores, cum tamen pleraque contineat & ſcitu digna, & obſcuritate recondita, & myſterio ſacratiſſima. Præfandum igitur in præſenti eſt, cur hic liber titulo *Ruth* fuerit notatus; Deinde quis fuerit eius Author; Quæ ſit eiuſdem libri authoritas; Ad quam partem ſacræ Scripturæ pertineat; Quæ ſit eius vtilitas, & neceſſitas.

De libri titulo.

2. QVòd igitur attinet ad primum, nullo modo audiendi ſunt, qui exiſtimarunt propterea hoc titulo fuiſſe librum notatum, quia authorem habuerit ipſam Ruth, quod nullo nititur certo fundamento: ſicut enim Iudith, & Heſter ſuis nominibus titulos dederunt libris, qui de earum hiſtoria conſcripti ſunt, cùm tamen ipſæ eos minimè ſcripſerint; ſic quoque hic liber nomine *Ruth* notatus eſt, cùm tamen credibile nullo modo ſit, eam librum hunc ſcripſiſſe. Vnde

D. Athanaſ. D. Athanaſ. in ſynopſi diuinæ Scripturæ cauſam retulit huius rei, *propterea*, ait, *hic liber ita vocatur, quia hiſtoriam de Ruth ſolam complectitur*,

[a] Cauſa appellationis libri Ruth. id eſt,[a] de eius gente, de nuptiis, de viduitate, conuerſione, fide, exercitiis, de cooptatione eius in populum Hebræum, de Meſſiæ proauis ex eius ſanguine: quibus dixit ſimilia Theodoret. *q. 1.*

Theodor. *in Ruth*, cum quærit, quæ fuerit ratio huius tituli, & oſtendit tum propter Chriſtum, quia [b] ex

[b] [c] Multa, quæ in Noemi & Ruth ſunt exempla virtutum. ea ortus eſt ſecundùm carnem, tum propter vtilitatem eiuſdem libri; docet [c] enim nos Noëmi graues calamitates, & laudabilem conſtantiam, & fortitudinem, atque nororum temperantiam, &

[d] Quæ paupertatē cum in ſocrum amorem, præcipuè ipſius Ruth, quæ mulierem [d] ſenio confectam, & paupertate laborantem prætulit parentibus propter animi

pietate prætulit Parentibus, facta eſt parens Chriſti. pietatem, & coniugis memoriam; in cuius rei mercedem facta eſt parens gentium; genuit enim Gentium benedictionem; eſt enim diuina Prouidentia in hoc libro ſcribendo ad inſtar cuiuſdam motus phyſici, qui ex [e] termino ad quem

[e] Deus in fine bono totā vitam coronat. tendit, nomen, & ſpeciem accipit; ſic quoque ex conuerſione, & pietate, imò etiam ex dignitate, ad quam peruenit hæc mulier, titulum, & nomen accipit hoc opus, quod mihi notaſſe videtur Ioſeph. cum *lib 5. antiquit. cap. 11.* ita dicit: *Hæc neceſſe habui adnotare de Ruth, volens Dei potentiam oſtendere, cui facile eſt etiam vulgares homines ad ampliſſimam dignitatem perducere, ſicut perduxit Dauidem ex mediocribus parentibus.* Ioſeph.

3. Commendat igitur hic titulus diuinam Prouidentiam, & potentiam, vt qui voluerit ex vulgari, & prophana muliere carnem ſuſcipere; commendat in nos miſericordiam Dei, vt qui etiam voluerit non ex ſolo ſanguine Hebræo, ſed ex ſanguine prophano Gentilium vtrunque populum redimere. Quod vltimum eleganter oſtendit Ambroſ. lib. 3. de fide cap. 5. & lib. 3. in Lucam. *Ruth, quæ inter maiores Chriſti meruit computari, magnum nobis exemplum eſt, quia* [g] *in illa, noſtrûm omnium, qui collecti ſumus ex gentibus, ingrediendi in Eccleſiam Domini figura præceſſit.* Qua [h] forte ratione in cap. 4. huius libri, vbi Spiritus ſanctus texuit hiſtoriam generationis Chriſti per Dauidem tres ſolùm poſuit prophanas mulieres, & gentiles, quas Chriſtus Dominus parentes habuit, & quarum nomina expreſſit Matthæus in libro generationis Ieſu Chriſti. Incipit enim à Phares, quem genuit Iudas ex Thamar Chananæa prophana, & Gentili; deinde refert Salmon, qui ex meretrice Rahab Ierichontina genuit Booz; tandem Booz ex Moabitide Ruth alienigena, & prophana dedit Obed; quo magis conſtaret ex carne Chriſti, Gentiles homines vocandos eſſe ad Eccleſiam. Hæc igitur fuit ratio, cur nullo alio titulo notatus fuerit hic liber, quàm titulo *Ruth*, vt progenies Dauidis certa eſſet ex Ruth, [i] atque ſanguis Chriſti cognitus ex prophanis etiam Gentilibus deriuandus. Quæ fuit ratio, ſicut eleganter ponderauit D. Auguſt. *lib. 22. contra Fauſtum*, cur cùm Moyſes enarraſſet hiſtoriam Ioſephi, in eius medio texuerit & nuptias Iudæ, inceſtum eiuſdem Iudæ, concubitum cum Thamar, cùm tamen nullius alterius filij Iacob nuptias retulerit: fideles enim

[f] Commendat diuinam prouidentiam quod ex prophana traxit originem factus homo.

Ambr.

[g] Ruth figura Eccleſiæ Gentium.

[h] Qua ratione in generatione Chriſti tres tātùm gentiles fœminæ apponantur.

[i] Ruth dictus liber, quo fieret notum ex Hebræo, & Gentili ſanguine carnem Chriſti propagandam. Aug.

venturi

[l] Inde edocemur parentum iniquitates non obeſſe in ſiiis diuina beneficentia. Exod. 12.

venturi ex [l] omnibus gentibus exemplo carnis ipſius diſcere debuerunt parentum ſuorum iniquitates ſibi obeſſe non poſſe, cùm ex eadem carne gentili, & Hebræa oriundus eſſet is, qui expectatio gentium dicitur; qua ratione *Exod.* 12. inuitat ſponſus ſponſam ad nuptias, ſiue ad conuiuium, in quo præceptus eſt manducari agnus, & hædus tenellus ex capris, ad ſe ipſum præfigurandum, qui non ſolùm nobis ortus eſt ex Hebræis, ſed ex prophanis quoque gentilibus naſci dignatus eſt.

4. Rup Abbas. Iudic. 18.

[m] Myſterium grande, quod fide alienigenæ Iudaica Tribus defecta reſarcitur in Ruth. Eſai. 16. *[n] Petra fidē, deſertum infidelitatem ſignificat.*

Vnde eleganter ſibi, & nobis gratulatur Rupertus Abbas de titulo huius libri, cùm in libris de Trinitate explicat cap. Iudicum 28 *Valde*, inquit, *fidelem animum delectat, quòd nomine Ruth, potius quam Booz, aut Noemi in titulo prænotatur,* [m] *non enim parum ſplendoris habuit, quod ſeries generationis Chriſti in moribus virorum Iſraelitarum, & Iudaica tribus penè defecta per fidem alienigenæ reſarcita eſt, ſicut ipſe hiſtoriæ enarrationis ordo continet.* Quod propheta Iſaias reſpiciens, *cap.* 16. dicit: *Emitte agnum dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Petram* [n] appellans Ruth Moabitidem propter propriam fidem; *deſerti*, propter deſertitudinem Moabitidæ gentis. Quæ verè deſerta eſt, & dicitur, quia Dominum habitatorem non habebat, ſicut, & aliæ gentes, de quibus idem Propheta dixit, *Lætabitur deſerta & inuia, & exultabit ſolitudo,* vnde factum eſt vt Hieronym. diceret, hanc mulierem prophanam *Ruth* eſſe veram petram deſerti. Et hanc expoſitionem ſenſit Iſaias: ſciebat enim diuino ſpiritu afflatus Iſaias, ex Ruth ortum fuiſſe Dauidem, ex Dauide autem Meſſiam ſeruatorem oriundum. Diuino igitur beneficio effectum eſt, vt non alio titulo fuerit hic liber notatus, quam titulo *Ruth*, vt certa redderetur generatio Chriſti ex ea, & firma [o] eſſet ſpes gentilium.

Hieron.

[o] In Ruth gentium firmata eſt ſpes.

De Autore huius libri, & dignitate.

5. *[p] Varia ſententia de autore huius libri.* Rabbi Moyſ. *[q] Alij Samuelem fuiſſe Autorem volunt.* Xiſtus Sen.

NOn [p] eſt autem parua dubitatio de Autore huius libri; namque Rabbi Moyſes *in lib. verborum lingua ſancta*, ex ſententia aliorum Hæbræorum voluit [q] Samuelem Autorem fuiſſe huius libri; is enim ſcripſit etiam librum Iudicum, & primum & ſecundum Regum, quibus addit hunc librum Ruth. Quam ſententiam ſequitur Xiſtus Senenſis *in Bibliotheca ſacra lib.* 1. *tom.* 2. & *lib. peculiari de argumentis, autoribus, & temporibus librorum veteris teſtamenti.* De quo tamen illud mihi omnino dubium eſt, cur ſcilicet hiſtoriam Ruth de media hiſtoria Iudicum abſtulerit, atque de eo argumento fecerit peculiarem librum, cùm tamen ea hiſtoria pertineat ad tempora Iephtes, vel Gedeonis, vel Abeſſa Iudicum Iſrael: [r] proinde non videtur Samuel autor huius libri, vel ſaltem non fuit autor libri Iudicum. Vnde ſunt, [ſ] qui velint, piiſſimum Regem Ezechiam poſt receptam ſanitatem ſparſas nullo ordine hiſtorias Iudicum, & Ruth, atque aliorum Regum collegiſſe, & collectas tradidiſſe Synagogæ, vt eas approbaret. Verùm [t] hæc ſententia nullo nititur fundamento, & præterea oſtendit, quis eam collegerit, non tamen quis eam primò ſcripſerit: propterea in alia ſententia ſunt alij, vt exiſtiment [u] Eſdram diuino Spiritu afflatum reſtituiſſe omnes libros ſacros, inter quos erat liber Ruth, ſicut docet Tertull. *in lib. de habitu muliebri*, vbi aſſerit, omne inſtrumentum Iudaicæ literaturæ per Eſdram inſtauratum fuiſſe. Quod etiam docet Ambr. *lib. de bono mortis, & lib.* 2. *in Lucam, & epiſt. ad Herontianum.* Irenæus *lib.* 3. *cap.* 25. atque alij Patres; quod nos [x] non negamus, ſed inquirimus, quis tandem fuerit autor huius libri? Quamuis enim [z] maior pars Patrum in eam inclinet ſententiam, vt exiſtimet Samuelem fuiſſe autorem huius libri; tamen id probabiliter tantùm aſſerunt. Vnde D. Iunilius *in lib. de partibus ſacræ Script.* 1. *cap.* 8. ita ait agens de peculiari hoc libro: *quorundam librorum penitus ignorantur autores, vt Iudicum, & Ruth: ſed Spiritus ſancti gratia ad tantum culmen autoritatis perueniſſe noſcuntur*; ac proinde dubium non eſt, Canonicum eſſe librum, quem recipit Canon Apoſt. 84. & Conc. Laodicenum ſub Liberto 1. Conc. Carthaginenſe, Conc. florentinum, & denique ſacra Synodus Tridentina *ſeſſ.* 4. *de libris Canonicis.*

[r] Non probatur à Xiſto Senenſi *[ſ] Alij Ezechiam.* *[t] Sed reiicitur hæc ſententia.* *[u] Alij Eſdrā.* Tertullian.

Ambr. Irenæus. *[x] Sed hic reſtituit tantū.* *[z] Maior pars Patrum in Samuelem inclinat.* Iunilius.

[a] Canon Apoſtolorum Conc. Laod. Carthag. Florent. Trid. Ruth canonicum dicūt.

Si quis autem obiiciat authoritatem Gelaſij Pontificis *d.* 15. *c Sancta Romana Eccleſia*, vbi ita ait; *multa non leguntur in Eccleſia, quia eorum, qui ſcripſere, nomina penitus ignorantur.* Clariùs Gloſſa capitis, *Canones.* diſt. 16. *Apocrypha vocantur, quæ non habent certum autorem.* In eadem ſententia eſt Origen. *Hom.* 1. *ſuper Cantic.* Hieron. *in epiſt. ad Lætam.* Auguſt. 15. *de Ciuitate c.* 25. Ex [b] quibus fit Canonicum non eſſe librum, de cuius autore eſt aliqua dubitatio. Vnde infertur hunc librum Canonicum non eſſe, de cuius autore dubium eſt inter Patres. 6.

Gelaſ. Papa. Gloſſ. cap. Canones diſt. 16. Origen. Hieronym. Auguſt. *[b] Quæ obſtare videntur.*

Notandum [c] tamen eſt ex Xiſto Senenſi *in Bibliotheca ſacra lib.* 1. *ſect.* 1. quod etiam refert Franciſc. Feuard. *in præfat. ad librum Ruth*, Apocryphum duobus modis appellari librum; altero, de cuius autore eſt dubitatio; altero, de cuius doctrina non eſt certitudo. Canonici igitur libri non ſunt, de quorum doctrina eſt dubitatio, non tamen de quorum autore eſt aliqua dubitatio, cum ineſtabili tamen certitudine de veritate doctrinæ; quam diſtinctioné inuenerat Hugo de S. Victore *in com. ſuper Iob.* Hinc eſt quod D. Greg. Mag. dixit in præfat. ſuper Iob. *Quis ſcripſerit librum ſacrum, ſuperuacuè quæritur, cum autor libri Spiritus ſanctus fuiſſe credatur.* Eſt igitur liber hic omnino Canonicus, quamuis de eius Autore aliqua ſit dubitatio. 7.

[c] Satisfit omnibus Xiſtus Sen. Franciſcus Feuard. Hugo de S. Victore. Greg Mag.

De loco libri huius inter ſacros.

PErtinet verò hic liber ad hiſtoriam, [d] cùm ſit appendix, ſiue corollarium libri Iudicum. Eſt [e] autem *corollarium*, ne errore vocabuli laboremus, id quod additum eſt ſuper menſuram, & præterquam quod debitum, tanquam auctuarium quoddam à corollis deductum, quod hæ, cum placuerint, Actoribus in ſcæna dari ſolitæ ſint. Quo pacto intelligendus eſt Suetonius in Augusto. Petita ſunt hæc ex Beroaldo *in ſuo Apuleo*, imò ex Varrone *lib.* 1. quem refert Ludouicus Celius Rhodogin. *lib.* 16. *variar. lect. cap.* 58. quæ eadem docet Plinius *lib.* 21. *cap.* 9. Exiſtimo enim propterea corollarium factum fuiſſe hunc librum, ad librum Iudicum; quia præter ordinem hiſtoriæ, illud accidit Iudicibus, quòd ſub eorū temporibus prophana [f] Ruth corollas texuit Verbo æterno ex ſanguine prophano, quo pulcherrimus redditus eſt; ſicut Hebræa Betſabe feciſſe legitur *Cantic.* 3. filio Salomoni in die deſponſationis ſuæ, quando ſcilicet ex roſis de Hebræo 8.

[d] Liber Ruth appendix libri Iudicum *[e] Corollarium quid.* Suetonius. Beroald. Varro. Celius Rhodig. Plinius. *[f] Corollas texit Ruth Verbo æterno ex ſuo ſanguine prophano.* Cantic. 3.

Hebræo ſanguine tinctis corollam texuit filio, id eſt, quando de carne Hebræa induit Verbum æternum; hoc enim ſignificant ea verba, *videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua.*

De vtilitate, neceſſitatéque huius libri.

9. ET vt meliùs intelligatur quanta ſit vtilitas [g] huius libri, aduertendum eſt, eum neceſſariò diuidendum eſſe in quatuor principaliores partes. In prima [h] enim agitur de eius conuerſione ad pietatem, & religionem Hebræorum, ad quam Ruth conuerſa eſt ex occaſione famis, quæ coëgit domum Elimelech patrios lares relinquere, & ad Ephrata in Moab confugere, quæ continentur in primo capite. In ſecunda [i] parte agitur de honeſta viuendi ratione huius mulieris, de probis actionibus eius, quibus ſe, & ſocrum ſuam ſuſtentabat: hæc autem continentur in ſecundo capite. In tertia [l] parte agitur de legali ritu deſponſandi viduam relictam cum conſanguineo defuncti mariti, de quibus agit tertium caput. Quarta [m] tandem pars agit de celebri matrimonio contracto inter Booz Bethlehemiticum ciuem, & Ruth Moabitidem: ex quo genitus eſt Obed, ex Obed Ieſſe, ex Ieſſe Dauid Rex, atque tandem voluentibus annis Rex Meſſias, ita vt de Moabitide Ruth illud dici poſſit, *felix prole virum.* Hinc iam colligitur vtilitas huius libri; videtur enim eſſe figura [n] in eo Verbi incarnati, atque etiam redemptionis noſtræ ex ſanguine illius hominis, qui propter naturam aſſumptam dignatus eſt fieri noſter conſanguineus, vt de more [o] legali, nos propinquo ſanguine redimeret. Agit præterea hic liber, per allegoriam tamen, de vocatione vtriuſque populi Hebræi, & gentilis ad Eccleſiam Chriſti. Moralis etiam [p] liber eſt, in eo enim agitur de publica politia Hebræorum; id eſt, de regendæ Reipublicæ ratione optima, de dignitate viduitatis, ſiue de eius acerbitate, de nuptiis, ſiue de vero matrimonio, atque de poſteris optimis ex eodem matrimonio genitis. Ad quorum enarrationem iam accedimus, eius præuio imprecato auxilio, qui de carne prophana Ruth natus eſt.

[g] *Vtilitas huius libri, doctrina per ſingulas partes.*

[h] *Prima cõtinet pietatẽ & religionẽ Ruth.*

[i] *Secunda honeſtatem viuendi.*

[l] *Legalis ritus deſponſandi viduã relictam cum mariti conſanguineo.*

[m] *Celebre matrimoniũ Booz & Ruth.*

[n] *Inſignis figura illius hominis qui per carnem aſſumptam factus eſt noſter conſanguineus.*

[o] *Chriſtus de more legali nos proprio ſanguine redemit.*

[p] *Moralis doctrina in hoc libro multa.*

C A P V T I.

Libri Ruth.

IN diebus vnius Iudicis, quando Iudices præerant, facta eſt fames in terra. Abiitque homo de Bethlehem Iuda, vt perigrinaretur in regione Moabitide cum vxore ſua, ac duobus liberis. Ipſe vocabatur Elimelech, & vxor eius Noëmi: & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Bethlehem Iuda. Ingreſſique regionem Moabitidem, morabantur ibi. Et mortuus eſt Elimelech maritus Noëmi, remanſitque ipſa cum filiis. Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarum vna vocabatur Orpha, altera verò Ruth. Manſerúntque ibi decem annis, & ambo mortui ſunt, Mahalon videlicet, & Chelion: remanſitque mulier orbata duobus liberis, ac marito. Et ſurrexit vt in patriam pergeret cum vtraque nuru ſua, de regione Moabitide; audierat enim, quod reſpexiſſet Dominus populum ſuum, & dediſſet eis eſcas. Egreſſa eſt itáque de loco peregrinationis ſuæ, cum vtraque nuru: & iam in via reuertendi poſita in terram Iuda, dixit ad eas: Ite in domum matris veſtræ, faciat vobiſcum Dominus miſericordiam, ſicut feciſtis cum mortuis, & mecum. Det vobis inuenire requiem in domibus virorum, quos ſortituræ eſtis, & oſculata eſt eas. Quæ eleuata voce flere cæperunt, & dicere: Tecum pergemus ad populum tuum. Quibus illa reſpondit: Reuertimini filiæ meæ, cur venitis mecum? num vltra habeo filios in vtero meo, vt viros ex me ſperare poſſitis? Reuertimini filiæ meæ, & abite: iam enim ſenectute confecta ſum, nec apta vinculo coniugali, etiam ſi poſſem hac nocte concipere, & parere filios, ſi eos expectare velitis, donec creſcant, & annos pubertatis impleant, ante eritis vetulæ, quàm nubatis. Nolite quæſo filiæ meæ, quia veſtra anguſtia magis me premit, & egreſſa eſt manus Dei contra me. Eleuata igitur voce, rurſum flere cœperunt: Orpha oſculata eſt ſocrum, & reuerſa eſt: Ruth adhæſit ſocrui ſuæ, cui dixit Noëmi: En reuerſa eſt cognata tua ad populum ſuum, & ad deos ſuos, vade cum ea. Quæ reſpondit: Ne aduerſeris mihi, vt relinquam te, & abeam: quocunque enim perrexeris, pergam, & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus, populus meus, & Deus tuus, Deus meus. Quæ te terra morientem ſuſceperit, in ea moriar, ibique locum accipiam ſepulturæ. Hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat, ſi non ſola mors me, & te ſeparauerit. Videns ergo Noëmi, quòd obſtinato animo Ruth decreuerit ſecum pergere, aduerſari noluit, nec ad ſuos vltra reditum perſuadere: profectæque ſunt ſimul, & venerunt in Bethlehem. Quibus vrbem ingreſſis, velox apud cunctos fama percrebuit, dicebantque mulieres: Hoc eſt illa Noëmi. Quibus ait: Ne vocetis me *Noëmi* (id eſt, *pulchram*) ſed vocate me *Mara* (id eſt, *amaram*) quia amaritudine valde

repleuit me Omnipotens. Egreſſa ſum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noëmi, quam Dominus humiliauit, & afflixit Omnipotens? Venit ergo Noëmi cum Ruth Moabitide nuru ſua, de terra peregrinationis ſuæ, ac reuerſa eſt in Bethlehem, quando primùm hordea metebantur.

TRACTATVS II.

De verbis illis: *In diebus vnius Iudicis, quando Iudices præerant*; ſiue, *De politia, vel magiſtratibus Hebræorum.*

§. I.

Eloquij diuini maieſtas expenditur.

10. *In diebus.* SEquuti ordinem commentariorum, quem ſequitur ipſa hiſtoria à politia Hebræorum ordiendum eſt. Eſt [q] autem politia publicus Reipublicæ ſtatus, ſiue vita ciuilis, quam in hominum ſocietate degimus, ad mutua commoda, ſiue vſum, ſub regimine alicuius, vel aliquorum. Eſt autem in principio [r] Hebraiſmus conſuetus in Scriptura; ſic enim ea Hebræo legendum erat; *& fuit in diebus Iudicum*, ornatus enim gratia additur, *& fuit*, vel ſaltem, non ſine myſterio, vt opus hoc externum continuatom eſſe ſignificetur cum interna locutione Spiritus ſancti, qua ſcilicet Spiritus ſanctus alloquutus eſt autorem operis. Solet autẽ vulgatus Interpres illum Hebraiſmum ita efferre, *In diebus vnius Iudicis*, id eſt, quando, ſeu eo tempore, quo Iudices moderabantur rempublicam Hebræorum, qualis locutio eſt. 4. *Reg.* 23. *&* 24. & denique frequenter ea vtontur Autores ſacri.

[q] *Politia quid?*
[r] *Hebraiſmus vſitatus.*
4. Reg. 23. & 24.

11. Eſt autem hic apparatus, quo vtitur Autor ſacer ex annotatione temporis, & regiminis, ſignum [ſ] maieſtatis eius rei, de qua agitur; hoc enim fieri ſolet non, niſi in deſcribenda grauiſſima re, vt iam hinc colligamus magnum aliquod myſterium in hac hiſtoria latere. Sic Lucas Euangeliſta de admirabili ortu Ioannis Baptiſtæ orditur rem: *Fuit in diebus Herodis regis Sacerdos quidam.* & *in cap.* 2. ſcripturus fæliciſſimum Natalem Chriſti Saluatoris, ita dixit, *& factum eſt in diebus illis, exiit edictum à Cæſare Auguſto*; & ſcripturus principium prædicationis Ioannis *in cap.* 3. dixit, *Anno decimoquinto Imperij Tiberij Cæſaris.* Quamuis autem ea verbis, quibus vtitur Autor ſacer in principio huius libri, certum ſit, quis fuerit politicus ſtatus eius Gentis Hebrææ eo tempore; Iudices enim habebat, ſiue moderatores, Reges enim non habuit niſi à temporibus Saülis; non eſt tamen certum ſub quo Iudice hæc fames euenerit in terra Iudæ. Placuit igitur politiam Hebræorum à primo fonte deriuare, vt ita cognoſcamus, quæ fuerit ratio, cur populus, quando ad debitum augmentum peruenit, non habuerit moderatores, ſed vel Iudices, vel Duces, cum tamen [t] Principatus monarchicus primus, & diuinus ſit, ſicut dicit Ariſtoteles *in Politica*, & Cicero *lib.* 3. *de legib.* Vnde eſt illud quod Homerus lib. 2. Iliad. *Herus vnicus eſto, vnicus Princeps.* Vnum enim Imperij corpus vnius animo regendum eſt, *quia arduum ſemper fuit* [u] *eodem loci potentiam, & concordiam eſſe*, quemadmodum eleganter dixit Cornel. Tacitus *lib.* 4. *annal.* Sic etiam de cæteris magiſtratibus Hebræorum conſtabit; quod valde conducit ad explicandum hunc locum, & ad pleraque alia loca Scripturæ. Tandémque examinabimus, & oſtendemus, ſi illud tamen aſſequi potuerimus, quis fuerit ille Iudex, ſub quo fames hæc accidit, & qui excepit viduam Moabitidem in Bethlehem.

[ſ] *Argumentũ commendans rei maieſtatẽ de qua dicitur.*
Luc. 1.
Luc. 2.
Ioann. 3.
[t] *Principatus monarchicus primus, & diuinus.*
Ariſtot.
Cicero.
Homerus.
[u] *Potentia & concordia eodẽ loci vix morantur.*
Tacitus.

§. II.

Aperitur origo politiæ Hebræorum.

Vnius Iudicis. EVndem igitur ordinẽ originis habuit politia Hebræorum, quem habuit quæcunque alia politia cuiuſcunque Gentis. Sicut enim pulchrè dixit Philoſophus *lib.* 5. *Polit. cap.* 1. quem ſequutus eſt D Thom. lect. 1. ſuper 1. Polit. [x] *Matrimonium celebratum inter marem & fœminam pariter cum boue aratore, domum conſtituit, in quotidianas neceſſitates congregatam.* Quod Epimenides dixit, *eodem præſepio communicantes, ſiue eadem area conſtituunt domum, inde creſcentibus poſteris in pagos deriuatur domus, ex pagis conficitur ciuitas, inde gentes, ſiue regna, vel imperia.* Sicut autem cuicunque domui iura dabant ſinguli natis, & vxoribus, ſicut dixit Homerus, & clariùs Fabius Pictor *in lib. de aureo ſæculo*, cum dixit, Ianum ſingulis colonis, ſingulas virgulas dediſſe ad eos in officio continendos: ſic etiam neceſſarium fuit, vt ſingulis pagis, & ſingulis ciuitatibus aliquis præficeretur, inde Reges, ſicut docet Ariſtoteles. Eundem [y] ferme ordinem tenuit Abraham iunctus matrimonio Saræ, qui pariter cum ſeruis eductus de Vr Chaldæorum ad quercum Mambre, prope Ebron tabernaculum fixit, inde amplificata familia in plures pagos præſertim temporibus nepotis ſui Iacob, quando in duodecim integras familias, & ampliſſimas excreuit ea gens, Reges habebat, ſiue moderatores potiùs primores gentis ſuæ, non tamen Reges, atque Dominos de more noſtrorum Regum, quod aduertit Robert. Bellarm. *tom.* 2. *controuerſ. lib.* 1. *de Rom. Pontif. cap.* 2. Quo pacto videtur intelligendus locus *Geneſ.* 38. quando Iudas mandauit, vt Thamar combureretur, quod fieri non poterat, niſi moderatio eo tempore eſſet in [z] Principibus familiarum, quod Iſaac dixit filio ſuo Iacob *Geneſ.* 27. *Seruiant tibi populi, & adorent te tribus, eſto dominus fratrum tuorum.* Qua ratione & *Geneſ.* 29. ſublatum eſt imperium à Ruben, tranſlatúmque in Iudam, quem Deus conſtituerat in Principem illius gentis; nullus tamen eo tempore Rex, atque Dominus fuit illius gentis Hebrææ, cum tamen principatus inter cæteras regendæ reipublicæ rationes, prior, & diuinior ſit. 12.

Ariſtot.
D. Thom.
[x] *Vnde prima gentium politia.*
Epimenid.
Homer.
Fabius Pict.
Ariſtot.
[y] *Simile initium in Hebræis.*
Bellarmin.
Gen. 38.
[z] *In principibus familiarum erat poteſtas iudiciaria apud Hebræos à principio.*
Gen. 27.
Gen. 29.

Quanuis autem hic modus adminiſtrandæ Reipublicæ monarchicus omnino ſit, quem omnes gentes habuerunt in ſuis primordiis, ſicut pulchrè notauit Iuſtinus hiſtoricus, quem refert, 13.

Iuſtin.

&

Digitized by Google

Auguſt.

& ſequitur D. Auguſt. 4 *de Ciuit. cap.*6. ſic enim ſuam hiſtoriam orditur Iuſtinus: *Principio rerum Gentium, nationúmque imperium, penes Reges, quos ad faſtigium huius maieſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat.* Tamen in honorem, & laudem Hebræi populi cedebat, quòd Reges nòn habuerit in principio, ſed potius vel Iudices, vel Duces: [b] qui enim eam gentem educauerat, & aluerat Deus, idem eandem gentem regebat. Quo ſenſu mihi videtur intelligendus locus ille *Iſai. cap.* 33. cum ita argumentando dixit, *Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter, ipſe ſaluabit nos*; ſi regebat vt Rex, cur non ſaluabit vt Dominus? Si aluit, ſi educauit, quomodo non regnabit? ſic enim licet argumentari ex loco de minori ad maius. Fuiſſe autem Deum nutritium, & pædagogum gentis Hebrææ, ſatis oſtendunt plura loca Scripturæ, præſertim *Ezechiel. cap.* 16. cùm grauiſſimis verbis ita exprobrat diuinum oraculum ingratitudinem eius gentis, *Radix tua de terra Chanaan, frater tuus Amorrhæus erat, & mater tua Cathæa. Et quando nata es, in die ortus tui non eſt præciſus vmbilicus tuus, & in aqua non es lota in ſalutem, nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis. Non pepercit ſuper te oculus meus, vt facerei tibi vnum de his, miſertus tui: ſed proiecta es ſuper faciem terræ in abiectione animæ tuæ, in die, in qua nata es. Tranſiens autem per te, vidi te conculcari in ſanguine tuo, & dixi tibi cùm eſſes in ſanguine tuo: Viue, multiplicatam quaſi germen agri dedi te, vſque ad regnum peruenires.* Similis eſt locus *Deut. cap.* 1. cum ita dixit Moyſes; *Portauit te Dominus Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum in omni via per quam ambulaſti donec venires ad locum iſtum.* Similis querimonia eſt ea, qua vtitur diuinum oraculum Oſeæ cap. 11. *Sicut mane tranſit Rex Iſrael, quia puer Iſrael, & dilexi eum; ex Ægypto vocaui filium meum, & ego quaſi nutritius Ephraim portabam eos in brachiis meis, & neſcierunt, quòd curarem eos.*

[b] *Magna laus gentis Hebrææ, quòd Deum ab initio Regẽ habuit, & non hominem.* Iſai. 33.

Ezech. 16.

Deut. 1.

Oſeæ 11.

14. Mirum igitur non eſt, ſi Rex fuerit peculiaris illius populi, qui [c] eiuſdem nutritius fuit, & autor. Quæ fuit ratio cur reges non dederit Hebræis, ſed vel duces, vel iudices, [d] vt ipſe regnaret, & leges daret ad inſtar alicuius magiſtratus politici, quod ſatis ſignificat ille locus 1. *Reg. c.*8. cum diuinum oraculum ita dixit Samueli prophetæ: *Audi vocem populi in omnibus quæ loquantur, non enim te abiecerunt, ſed me, vt regnem ſuper eos:* Similis locus eſt 1. Reg. 12. *Videntes quòd Naas Rex filiorum Ammon veniſſet aduerſus vos, dixiſtis mihi: Nequaquam, ſed Rex imperabit nobis, cum Dominus Deus veſter regnaret in vobis.* Quam peculiarem regendi rationem ſignificatam voluit eſſe Deus in pontificali veſtimento, in quo deſcriptus erat vniuerſus orbis eleganti officio, & ad maieſtatem diuinam repræſentandam, quam referebat ſummus Sacerdos pontificalibus ornamentis indutus. In lacinia veſtis, ſiue in eius limbo pendebant ſeptuaginta duo malogranata, [e] quæ ſignificabant regna totius orbis, iuxta diuiſionem linguarum *Geneſ.* 11. quas Hebræi 72. numerant ſecundùm capita familiarum recenſita *Geneſ.* 10. teſte Genebrard. *in Chronographia Hebræor. §. Turris Babel ædificatur.* Eſt [f] enim elegantiſſimum regni ſymbolum malogranatum. Regna igitur in eo ſitu erant in veſte pontificali, vt quaſi ad terrendam terram de veſte penderent, cum tamen regnum Hebræorum vel in rationali ſupra pectus, vel in humeris poſitum eſſet: hoc enim ſignificant duodecim nomina Tribuum, quæ Deus ſcribi iuſſit pretioſis in lapillis, & affigi mandauit in pectore, & humeris, vt vel ex ſitu illius regni in veſte pontificali deſcripti, ſignificarent peculiarem [g] curam Dei in gentem Hebræam meliùs multo, quàm in ea Iunonis ſtatua, cuius meminit Pauſanias *in ſua Corinthia lib.* 2: Viſebatur enim apud Corinthios pulcherrima Iunonis ſtatua ex auro, & ebore, miro artificio elaborata, Policleti opus, in cuius altera manu ſceptrum erat regium; in altera verò malum punicum ſymbolum [h] regnorum. Sic enim adumbrare voluit diuinam maieſtatem; ſed neque Dei maieſtatem, neque in homines miſericordiam eo ſymbolo ſatis expreſſit: nanque ad maieſtatem ſignificandam non in manu, ſed in poſtrema parte veſtimenti ponenda fuerant regna terræ, ſicut feciſſe legimus Moyſen in veſte pontificali. [i] Miſericordiam autem Dei in homines non ita adumbrauit, dum in dextra, & non ſuper pectus, eandem poſuit, ſicut Deus ponere mandauit nomina duodecim tribuum in rationali ſupra pectus ad ſignificandam ſuam in eam gentem miſericordiam. Vnde [l] poſtquam ea gens Deum in carne occidit, à pectore, & ab humeris delata eſt vſque ad extremam veſtis laciniam: ſic enim ego intelligo ea verba Ioannis *in ſua reuelat. cap.*19. cum de Chriſto Domino dixit, *& habet in veſtimento, & in femore ſuo ſcriptum: Rex regum, & Dominus dominantium.* Videtur [m] enim eſſe alluſio in illis verbis ad veſtem pontificalem, de cuius limbo pendebant regna terræ, vt ſic ſignificaret Ioannes, iam non in pectore, neque in humeris eſſe eam gentem, ſed in ea parte veſtimenti, quæ terram vertit.

[c] *Deus nutritius eorum quos regit.*

[d] *Deus reges non dedit populo, vt ipſe regnaret in eo.*

1. Reg. 8.

1. Reg. 12.

[e] *72. malogranata vniuerſitatẽ gentium demonſtrabant.*

Gen. 11.

Gen. 10.

Genebr.

[f] *Regni ſymbolum malogranatum.*

Gabr. à Coſta in Gen.

[g] *Peculiaris Dei cura erga Gentem Hebræam ex veſte Sacerdotali.*

Pauſanias.

[h] *Symbolum alterum regnorum.*

[i] *Sed longè præſtantius in veſte ſummi Sacerdotis.*

[l] *Decidit gens Iudaica poſt occiſionẽ Chriſti, à pectore in terrã.*

Apocal. 19.

[m] *Elegans expoſitio Apocalypſis.*

Quoniam verò ex iis, quæ diximus, obuius eſt ille ſcrupulus, quo quiſpiam dubitare poteſt de loco, quem habet Eccleſia ſanguine Chriſti acquiſita, non in veſte Summi Sacerdotis, [n] ſed in veſtimento ſanguine aſperſo eiuſdem Chriſti ſeruatoris, Notandum eſt, longè nobiliorem locum habuiſſe, imò etiam habere, quàm olim habuit Reſpublica Hebræorum. Eius enim nomen ſolum ſcriptum erat in humeris ſummi Sacerdotis, cum tota Eccleſia Chriſti inclinata recumbat, & innitatur ſuper ipſum ſponſum, & ſuper humeros eius: ſicut eleganter docet Theodoret. imò & Ambroſ. *lib. de Iſaac, & anima cap.*8. cum dixit, admiratas fuiſſe virtutes cæleſtes videntes reclinatam ſponſam ſuper humeros ſponſi; ſic enim intelligit vterque autor ea verba Cantic. 8. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto delitiis affluens, innixa ſuper ſponſum?* Vnde inuentam paſtor ouem humeris ſuis impoſuit: *Agnoſcis*, inquit Ambroſ. in Pſalm. 118. ſerm. 22. *myſterium; quomodo ouis laſſata reficiatur, quia non poteſt aliter humana conditio laſſa recreari, niſi in Sacramento Dominicæ paſſionis, & Sanguinis Ieſu Chriſti, cuius principatus ſuper humerum eius; in illa enim cruce infirmitates noſtras portauit, & vt Eccleſiam humeris ſuis de terra in cælum deueheret, ſuis humeris crucem portauit, & in ea expirauit; meliùs ouis perdita in humeris Chriſti, quàm Gens Hebrea in humeris Sacerdotis.* Et ne quiſpiam exiſtimaret, omnino admirandum fuiſſe, ſupra pectus Summi Sacerdotis ſcripta eſſe nomina Hebræorum, longè nobiliorem locum inuenit charitas Chriſti Seruatoris, in quo reponeret 15.

[n] *Quanto dignior locus Eccleſiæ in veſte Chriſti quàm ſynagoga in pontificali, vſque ad finem numeri.*

Theodoret.

Ambroſ.

Cantic. 8.

Ambr. ſerm. 22. in Pſ. 118.

ſuam

ſuam Eccleſiam; ſicut enim dixit eleganter Bernard. ſerm. 17. de Paſſione: *Cognouit cor tuum, ò dulcis Ieſu, charitatis lancea vulneratum, viam facere charitati.* Elegantiora ſunt ea, quæ Bernardi diſcipulus Guarric. dixit *ſerm. 4. de ramis palmar. Vt nidificare poſſem in foraminibus petræ, manus, pedes, & latus perforari ſibi ſiuit, & ſe mihi totum aperuit, vt ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, & protegar in abſcondito tabernaculi ſui.* Quibus ſunt addenda ea, quæ dixit Auguſt. in man. cap. 21. & 22. *Patent mihi viſcera per vulnera, quidquid ex me mihi deeſſe videro, vſurpo mihi ex viſceribus Domini mei.* Nobilior igitur hic locus eſt; cum enim & in pectore, & in humeris ſummi ſacerdotis ſcriptus eſſet propheta Moyſes, diuiniorem locum ei pollicitum eſt diuinum oraculum *Deut. 33.* quando ei dictum eſt; *Protegam te in foramine petræ, & protegam te dextera mea.* Pollicetur enim locum Eccleſiæ redemptæ per ſanguinem Chriſti, quod quidem opus eſt dexteræ Dei, id eſt, omnipotentiæ ſimul, & miſericordiæ diuinæ.

Bernard. Guarric. Auguſt. Deut. 33.

16. Vt igitur ad rem redeamus, populus Hebræus recenter natus, & recenter educatus à Deo, non reges alios habuit, ſed Deum in ſui principio, quod D. Thomas ita exprimit. *Populus ille ſub ſpeciali Dei cura regebatur,* iuxta illud quod dicitur Deut. 7. *Te elegit Dominus Deus tuus, vt ſis illi populus peculiaris:* & [o] ideo quaſi teneram plantulam, non aliis manibus, quam ſuis tractari voluit; duces propterea, & iudices creauit, qui loco Dei rempublicam adminiſtrarent. Quod apertè colligitur *Iudic.* 8. cum propter rem præclarè geſtam contra Madianitas populus regnum offerret Gedeoni, ſic enim eo in loco legitur, *Dominare noſtri, & filius tuus, & filij filij tui, quia liberaſti nos de manu Madian: quibus ille reſpondit, Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus, ſed dominabitur Dominus:* Cùm tamen ille per quadraginta poſtea annos populum iudicaſſet, ſicut patet ex eodem *cap.* 8. non tamen apud eum erat dominium, & regnum. Iudiciaria igitur poteſtas, vicaria poteſtas erat regni diuini; nunquam enim iudices iudicabant, niſi quando peccante populo ab eo recedebat Rex Deus, & in eius locum ſubſtituebat iudicem, qui eos à calamitatibus, & bellis, quæ ex peccatis orta erant, defenderet. Vnde pulchrè ſacer Author ex notatione politici ſtatus cauſam videtur inſinuare eius famis, cuius meminit hoc in loco cum dixit: [p] *In diebus vnius Iudicis, quando Iudices præerant, facta eſt fames,* id eſt, quando receſſerat Deus à populo regendo, propter eius improbitatem, & loco Dei regentis, fuerat vicarius eius ſubſtitutus, paſſus eſt populus grauiſſimum famis malum.

D. Thom. Deut. 7. *[o] Mira dignatio ſummi Dei erga populum illũ.* Iudic. 8. *[p] Deſerens Deum populus fame premitur.*

§. III.

Quænam ſit differentia inter Iudices, ac Duces Hebræorum.

17. *Vnius Iudicis.* ADhuc tamen notate, quæ differentia poſita ſit inter duces, atque Iudices; primos enim moderatores habuit populus Hebræus duos duces, Moyſen, ſcilicet, & Ioſue; mortuo autem Ioſue creatus eſt primus iudex de familia Iudæ, ſicut dicitur *Iudic. c. 1.* Aliqua igitur differentia conſtituenda eſt inter duces, & iudices; & Prima ſit, quia duces creati ſunt, quo tempore populus non eſt introductus in poſſeſſionem terræ ſanctæ; iudices autem, quando iam populus poſſidebat Chananæam. Secunda differentia eſt, quia duces immediatè electi ſunt a Deo, iudices autem non ita videntur electi, ſed immediatè à populo, confirmati tamen aliquo diuino miraculo, ſicut videre eſt in toto libro Iudic. Tertia verò differentia eſt, quia duces vnus poſt alium immediatè creatus eſt, iudices autem non ita, ſed quoties occurrebat vehemens aliqua neceſſitas pugnandi contra finitimos hoſtes ad eum modum, quo dictatores creabantur apud Romanos in infæliciſſimis reipublicæ temporibus, ſicut oſtendit Pomponius Lætus, & Feneſtella *in lib. de magiſtratibus Romanor.* cum hac tamen differentia, quòd dictatores Romani per ſex integros menſes rempublicam adminiſtrabant, nec vlteriùs gubernandi tempus proferebatur; cum tamen iudices à tempore ſuæ creationis, vſque ad eorum obitum iudicauerint; penes quos magiſtratus fuit olim vniuerſa noſtra Hiſpania poſt comites ſubiectos regibus legionenſibus; propter tyrannidem enim regum iudices creauit Hiſpania, ſicut exactis Tarquiniis regibus propter adulteriũ in Lucretiam, res Romana delata eſt ad iudices, ſiue cõſules Romanos.

Iudic. 1. Pompon. Lætus. Feneſtella.

[q] Si quis autem quærat, cur iudices potiùs 18.
fuerint appellati, quam duces, cum tamen propter pugnam creati ſint? Aduertendum eſt, vocem Hebræam, vnde iudices deriuati ſunt, vtrunque ſignificare, & *vindictam,* & *iudicium,* ſicut conſtat ex *lib. 2. Reg. c. 18.* vbi dicitur: *Iudicauit enim hodie pro te Dominus ab omnibus hoſtibus tuis,* id eſt, vindicauit te Deus hoc prælio: *Quamuis autem,* (ſicut eleganter dixit Polyb. lib. 6.) *duo ſint, quibus omnis reſpublica ſeruatur, in hoſtes fortitudo, & domi concordia:* ſub tutela enim virtutis militaris latet omnis reſpublica, & pax; tamen iuſtitia eſt ea virtus, quæ optimum conſtituit regni moderatorem, proinde ab ea potiùs, quàm à virtute militari optimus magiſtratus denominatur. Vnde eleganter dixit Saluſtius, *Iuſtitia fæmina eſt, quæ altero vbere pacem, altero bellum, lactat.* [r] Ab ea igitur potiùs, quàm à virtute militari optimus magiſtratus nomen accipit. Vnde eleganter Heſiodus, in lib. qui inſcribitur; *opera & dies,* & Plato *in dialog. 12. de legibus,* eandem dicit, eſſe fæminam virginem, quam ſi quis violauerit, Deum habeat vltorem; eſt enim iuſtitia filia Dei. Quibus ſunt congruentia ea, quæ Philo dixit in lib. de officio Iudic. *Cogitet,* inquit, *ſecum iudex, iudicium, ſcilicet, ipſius Dei eſſe, iudicem autem adminiſtratorem iudicij, atque rerum omnium, quæ in vita cernuntur, longè præſtantiſſimam habere à Deo creditam, non tamen permiſſam eſſe poteſtatem, vt* [ſ] *in iis, quæ ſunt Dei propria, per indulgentiam cuique gratificetur.* Videndus eſt idem Philo. *lib. 2. de vita Moyſis.* De legiſlatoribus meritò dicitur, quod vulgo dicitur de virtutibus, ſcilicet, *qui vnam habet, habere cæteras.* Non ignoro autem in legiſlatore omnes requiſitas eſſe virtutes integras; ſed quemadmodum in familiis, aliis alij propiùs cognati ſunt, quàm alteri, quamuis in eadem cognatione, ſic quibuſdam, rebus propiùs cohærent certæ virtutes, reliquæ minùs familiares habentur facultati legiſlatoriæ.

[q] Iudices quare dicti. 2. Reg. 18. Polybius. Saluſtius. *[r] Potius à iuſtitia, quàm à militari virtute magiſtratus nomen accipiat.* Heſiodus. Plato. Philo. *[ſ] In his, quæ ſunt Dei, nulli ſine pondere indulgendum.* Philo.

[t] Quatuor hæc ſunt coniunctiſſima, charitas 19.
erga proximos, iuſtitia, amor virtutum, & vitiorum odium; namque *iuſtitia, & æquitas,* ſicut dixit Cicero in Paradoxis, *vincula ciuitatis ſunt.* Quæ

[t] Quatuor virtutes legiſlatori coniunctiſſimæ. Cicero.

fuit

fuit ratio, quemadmodum ponderauit elegantet D.Hieron. in vita Pauli primi Eremitæ cui Paulus poſt longos annos, cum tandem in deſerto vidiſſet Antonium Eremitam, nihil aliud ab eo quæſiuerit, quàm, *Colunt ne in terris Deum, & exercetur iuſtitia?* [u] His enim duabus virtutibus vniuerſus orbis continetur, & conſeruatur. Eſt ſimilis ille locus apud Ciceronem *in ſomn. Scipion.* cum ita pater alloquitur filium Scipionem minorem, eique pollicetur locum in cælo deſignatum illis, qui optimè rempublicam gubernauerint, *ſed ſic Scipio,* inquit ille, *vt auus hic tuus, vt ego, qui te genui, iuſtitiam cole, & pietatem, hæc enim* [x] *via ad cælum ducit.* Ex quibus iam fit conſequens à iuſtitia tanquam à præcipua virtute nomen accepiſſe iudices: quanuis enim neceſſaria ſit militaris virtus, tamen & hæc à iuſtitia dependet. Quod mihi videtur ſignificaſſe Iſaias vates, cum *in c. 11.* verum, & abſolutum rerum moderatorem in Meſſia oſtendit, *Erit,* inquit, *iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius*; cùm tamen eundem regem Meſſiam ducem oſtendere vellet regius Vates *in Pſal. 44* ita dixit, *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime.* [z] De cingulo enim iuſtitiæ pendere voluit virtutem militarem. Hinc eſt ea exprobratio elegantiſſima, quà Medæa vtitur aduerſus Creontem regem, cum ita dixit: *ſi iudicas, cognoſce; ſi regnas, iube.* Exprobrat enim potentiam in moderatore, cum tamen iuſtitia omnino neceſſaria ſit in eo. Talis igitur erat politicus ſtatus reipublicæ Hebræorum, quando hoc malum accidit, in quo ſtatu, non à potentia moderatores appellabantur, ſed à iuſtitia; hoc enim ſignificant ea verba, *In diebus vnius iudicis, quando iudices præerant.*

Hieronym. — [u] *Iuſtitia & religione orbis ſuſtentatur.* — Cicero. — [x] *Pietas, & iuſtitia ad cælum ducit.* — Iſai. 11. — Pſalm. 44. — [z] *De cingulo iuſtitia pendet virtus militaris.* — Senec. Trag. act. 1.

20\. Commendauit ſatis hanc politiam Eccleſiaſt. *c. 46.* poſtquam enim commendauit duos iudices Moyſen, ſcilicet, & Ioſue, ita de iudicibus dixit: *Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor, qui non auerſi ſunt à Domino, vt ſit memoria illorum in benedictione, & oſſa eorum pullulent de loco ſuo, & nomen eorum permaneat in æternum:* quos etiamſi ſatis laudauit D. Paulus ad *Hebr.* 11. cum tamen reges [a] omnes Iſtael à Ieroboam vſque ad vltimum perierint, ſicut aduertit D. Aug. *27. de ciuit. c. 25.* ex regibus autem Iudæ, tres ſolùm, vel quatuor electi ſunt, cæteri reprobi, & ſe, atque ſuam rempublicam perdiderunt; cum tamen temporibus iudicũ Syria ſit oppreſſa, Moab profligata, Amalech victus, & denique vniuerſa Palæſtina ſubiugata, & in ea publicata diuina lex: tales enim electio antiqua inuenire ſolebat optimos viros, ſicut eleganter dixit Cornel. Tacit. lib. 1. annal. *Optimum enim quenquam electio inuenit,* inquiebat ille; *nam naſci, & generari à principibus fortuitum eſt, nec vltra æſtimatur: eligendi verò iudicium integrum, & ſi eligere velis, conſenſu monſtratur;* qui modus [b] minùs ſeruilis eſt: hunc autem florentem ſtatum importuna ambitio corrumpit deprauando eligendi modum, vnde ſucceſſio orta eſt in principatu in remedium ambitionis, quod breuiter, & eleganter dixit Tacitus *lib. 2. annal.* cum ait, *minore* [c] *diſcrimine ſumi principem, quàm quæri.* Eſt enim natura mortalium auida Imperij, & cunctis affectibus flagrantior dominandi libido, quam repreſſit mox lex gentium, cum gentilem honorem voluit, & principem à principe natum: qua de re videndus eſt Lypſius *in ſua politica lib. 2. c. 4.*

Eccleſiaſt. 46. — Hebræorum, 11. — [a] *Quanto meliores fuerunt regibus antiqui iudices.* — Auguſt. — Cornel. Tacit. — [b] *Eligendi forma minus ſeruilis.* — Tacitus. — [c] *Sed periculoſior.* — Lypſius.

§. IV.

Sub quo Iudice contigerit hæc hiſtoria?

Quando Iudices præerant.

Conſtat iam de politia Hebræorum, non tamen conſtat de certo Iudice, ſub quo hæc fames accidit. Ioſephus [d] igitur *lib. 5. antiq. c. 14.* exiſtimat eo tempore Heli ſacerdotem populum iudicaſſe; ſunt enim eius hæc verba: *poſt mortem Sanſon præſul Iſraëlitis ſacerdos Heli, ſub hoc prouinciam eorum apprehendente fame Elimelech quidam de Bethlehem ciuitate tribu Iuda famem ferre non valens vxorem ſuam Noemi, & filios ex ea natos ſumens, migrauit in terram Moabitarum.* Cui ſuffragatur Zonaras *tom. 2. annal.* quem refert Franciſc. Feuard. *in digreſſ. de regib.* Huius autem ſententiæ nullum maius eſt fundamentum, quam [e] quod malum exemplum domus pontificalis ſoleat eſſe publica pernicies, quod Mich. inculcauit *in cap. 3.* Poſtquam enim Sacerdotum, & prophetarum auaritiam oſtendit, atque alia ſcelera, ita dixit; *Propter hoc, cauſa veſtri Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem, quaſi acernus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſyluarum.* Vnde Paulus 1. *ad Timoth.* 3. inter partes optimi pontificis enumerat, quòd filios habeat bene ſubditos, id eſt, familiam ſanctam, & iuſtam; quod ponderauit Hieronym. *ad Iouinian.* cum dixit, ſummum Sacerdotem Heli malè periiſſe, quia malam habuit familiam, ſicut dicitur 1. *Reg.* 2. Proſequitur hoc argumentum Chryſoſt. *lib. 6. de Sacerdotio*, cum refert filios Heli propter paternam dignitatem grauiores pœnas luiſſe. Idem Hieron. ſuper illud ad Eph. 6. *Patres nolite ad iracundiam*, &c. & *lib. 1. dialog. contra Pelagianos* dixit: *Non ſufficit propriam habere pudicitiam, niſi ea, filiorum, miniſtrorum, & comitum pudore decoretur.* Quod expreſſit regius Vates, cum dixit: *Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.* Quod enim Heli iudex, & ſacerdos paſſus ſit ſceleratam eſſe ſuam familiam, in prauum exemplum totius populi effecit, vt populus ſit euerſus, & arca Dei capta, & fames publica facta ſit in terra Iudæ, ſicut etiam veteres tradiderunt *Geneſ.* 5. filios Seth hominis ſanctiſſimi occaſionem dediſſe vniuerſali diluuio; ſic enim intelligunt eum locum, *videntes filij Dei filias hominum.* Ex eo enim ſcelere, quo infecta eſt familia viri iuſti, ortum eſt diluuium, quod orbem oppreſſit; ſic enim locum intelligit Chryſoſt. *hom. 22. in Geneſ.* Auguſt. *lib. 15. de Ciuitat. Dei, cap. 22. & 23.* Hieron. *ſuper Iſai. cap. 6.* Theodoret. *q. 47. in Geneſ.* Procop. *Geneſ. 6.* [f] Grauiores autem autores diligenti facta temporum ſupputatione, non amplectuntur ſententiam hanc Ioſephi; ex ea enim ſequitur longiorem fuiſſe ætatem Ruth, Booz, & Noëmi, quàm tempus illud ferebat. Qua de re videndus eſt Lyranus, Abulenſ. Fontanus *ſuper Ruth*, niſi velit Deum maioribus ſuis longius viuendi tempus conceſſiſſe. 21.

Ioſeph. — [d] *Sub Heli ſacerdote contigiſſe huiuſmodi famem, Ioſephi placitum.* — Zonaras. — Feuardenſ. — [e] *Malum exemplum, domus pontificalis publica pernicies.* — Michææ 3. — 1. Tim. 3. — Hieron. — Chryſoſt. — Hieron. — Pſal. 100. — Gen. 5. — Chryſoſt. — Aug. — Hieronym. — Theodoret. — Procop. — [f] *Sententia Ioſephi reiicitur.* — Lyran. — Abulenſ. — Fontanus.

Paraphraſtes autem Chaldæus cum cæteris Hebræis, exiſtimat iudicem eo tempore fuiſſe Abeſſan, qui & Booz appellatus eſt, ille, ſcilicet, qui Ruth accepit in vxorem. [g] In quam ſententiam inclinant pleтique patres & Græci, & Latini: quæ fuit ratio, cur in principio huius libri Hebraicè ita ſcriptum ſit: *Fuit in diebus iudicum quando iudices iudicabant*: ad inſinuandum ſub 22.

[g] *Secunda ſententia ponit hanc hiſtoriam ſub Abeſſan.*

§. II.

Quæ fuerit cauſa huius mali.

25. *Facta eſt fames in terra.* [Philo.] PHilo *in lib. de Ioſeph.* cauſam huius mali exiſtimat fuiſſe ſemper,[r] [*r Famis cauſa auaritia, vel impietas.*] vel auaritiam, vel impietatem; non enim dubitat ex hominum peccatis ortum habebere mala publica, id quod etiam dicit Iob in [Iob. 5.] cap. 5. *Nihil in terra ſine cauſa fit, & de humo non egreditur dolor*, [Par. Chald.] ſeu, vt Hebraicè legitur, *non quidem prouenit de puluere iniquitas, & de terra non germinabit afflictio*, hoc eſt, ſterilitas terræ non eſt aſcribenda terræ, ſed potius hominũ ſceleribus. Oſtendit hoc diuinum Oraculum [Gen. 3.] *Geneſ.* 3. cum ita maledicendo dixit Adæ. *Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, de quo præcepi tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo.* Chaldaicè, *maledicta terra in tranſgreſſione tua.* Quod eleganter etiam Paraphraſtes [Chald. Par.] Chaldaicus ſignificauit, cum dixit: *Terra propter te ſpinas, & tribulos germinabit tibi.* Videndus eſt [1. Reg. 12.] locus 1. *Reg. cap.* 12. vbi cum Dominus vehementem tempeſtatem excitaſſet, ita Samuel ad populum locutus eſt: *Nolite timere, vos feciſtis vniuerſum malum hoc; verumtamen nolite recedere à tergo Domini.* Quibus ſunt ſimilia ea, quæ habet [Hieronym.] Hieron. *ſuper Hierem. cap.* 12. cum explicat [Hierem. 12.] ea verba: *Vſquequo lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur? Quòd terra nunc ſterilis eſt*, inquit Hieron. *quòd terra ſiccatur, malitia habi-* [Auguſt.] *tatorum hoc fecit.* Videndus eſt Auguſt. 13. *de Trinit. cap.* 16. & [Cyprian.] Cyprian. *tract. contra Demetriadem*; omnes enim exiſtimat, peſtes, fames, cauſam habere aliqua publica peccata [Leuit. 26.] *Leuit.* 26. cauſa huius rei oſtenditur eſſe violata diuina lex; ſic enim Deus comminatur præuaricatoribus legis [Deut. 28.] Deuter. 28. *Maledictus eris in agro, maledictum horreum tuum, maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ. Mittet ſuper te Deus famem, & eſuriem, & ſit cælum, quod ſuper te eſt, æneum, & terra, quam calcas, ænea.* Vt[s] [*s Frequentius euenit fames propter impietatem.*] plurimùm tamen cauſa huius mali eſt impietas, ſiue idololatria, ſicut notauit diuinum Oraculum *Oſeæ in cap.* 2. [Oſeæ 2.] cùm loquitur aduersùs coniugem adulteram, & meretricem, id eſt, contra gentem Hebræam, prophanam, & impiam, *Idcirco conuertar, & ſumam frumentum meum in tempore ſuo, & liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius.* Similia ſunt ea, quæ habet [Aggæi 1.] Aggæus cap. 1. *Quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinaſtis vnuſquiſque in domum ſuam, propter hoc prohibiti ſunt cæli, ne darent rorem, & terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum, & vocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum*, &c. Ex quibus iam fit grauiſſimam cauſam habere grauiſſimum hoc malum.

26. [Auguſt.] Ne quid autem deſit in hoc tractatu, videndus eſt Auguſt. *epiſt.* 138. *ad Clerum, & populum Hipponenſem*, cùm eleganti ſimilitudine oſtendit, quid faciendum ſit graſſante malo famis: *Sicut*, inquit, *ad loca tutiora feſtinantiùs migrant, qui ruinam domus vident contritis parietibus imminere; ſic corda Chriſtiana quanto magis ſentiunt huius mundi ruinam,[t] [*t Fames orbis ruina.*] crebreſcentibus tribulationibus propinquare, tanto magis debent bona, quæ in terra recondere diſponebant, in theſaurum cæleſtem impigra celeritate transferre, vt ſi aliquis humanus caſus acciderit, gaudeat qui de loco ruinoſo emigrauit.* Quibus verbis ſatis eleganter Auguſt. oſtendit, tempore famis, quando orbis ruinam minitari videtur, quo[u] [*u Qualiter tempore famis ruina orbis fugienda.*] pacto bona noſtra transferenda ſint, vt ruinoſum orbem effugiant, in cælum aſſerens transferendum eſſe theſaurum, hoc eſt, communicanda bona pauperibus. Alia via illud oſtendit eleganter faciendum Hieron. *in epiſt. ad Ruſticum de viuendi forma*, cum loquitur de Exuperio ſanctiſſimo Epiſcopo Toloſano, cuius officium hoc erat graſſante fame, ſicut his verbis expreſſit [Hieron.] Hieron. *Sanctus Exuperius Toloſæ Epiſcopus viduam Sareptenſem imitatur,[x] [x Mirabile pietatis exemplum.] eſuriens paſcit alios, & ore pallente ieiunus fame torquetur aliena, omnémque ſubſtantiã Chriſti viſceribus erogauit, nihil illo ditius; qui corpus Domini in caniſtro vimineo, ſanguinem portabat in vitro.* Si aduertas ad Hieronymi mentem hoc in loco, inuenies, voluiſſe hunc ſanctum Epiſcopum, non ſolùm ſuum fraudaſſe genium, ſed ſuam naturam, imò & diuina ornamenta in remedium pauperum, vtpote qui ieiunauit, vt alios aleret, & ſacra vaſa vendidit, vt famem pauperum redimeret, meliùs multo, quàm illi, de quibus conqueritur [Nazianz.] Nazianz. orat. 2. in laudem D. Baſilij; *Nihil*, inquit, *grauius, & acerbius eſt, quàm crudelitas, cupiditáſq; inexplebilis eorum, qui frumentum habent, & obſeruant temporum difficultates,[z] [*z Famem negotiantur auari.*] famem negotiantur, atque ex eorum calamitate meſſem faciant.* Si quis autem hunc locum communem voluerit ampliùs dilatare, videat [Chryſoſt.] Chryſoſt. *hom.* 39. *ſuper* 1. *ad Corinth.* vbi hac de re pulchrè loquitur, nos enim ad alia properamus.

TRACTATVS IV.

De verbis illis: *Abiitque homo ille de Bethlehem Iuda, vt peregrinaretur in terra, ſiue in regione Moabitide:* ſiue, *De amplificanda fame*, vel, *de diuina Prouidentia in Sanctos.*

§. I.

Amplificatur malum iſtud ex nobilitate Elimelech, vbi de vera nobilitate.

Abiitque homo. AGGREDITVR diuinus author amplificationem famis, quæ facta eſt in terra Iuda ex dignitate perſonæ fugientis Elimelech, ex vbertate eius regionis Bethlehem ſcilicet, quæ horreum populi Hebræi dicebatur, à qua, præ fame, fugit nobiliſſimus, & ampliſſimus ciuis cum vniuerſa familia ſua, atque denique ab indignitate eius regionis, Moabitidis, ſcilicet, prophanæ, in qua peregrinandum erat propter famem. Erit autem maior hic tractatus, quàm cæteri; in eo enim ſingula percurremus vſque ad obitum Elimelech. Eſt autem artificioſus hic diſcurſus, & oratoriis floribus ornatus, in quo paulatim creſcit oratio. Vt igitur à principio incipiamus, id eſt, à nobilitate eius hominis, qui abire coactus eſt vi famis in terram Moab; Aduertendum eſt, tribus præcipuè vocibus, Hebræos *hominem* ſignificare. 27.

[a] *Adam nomen appellatiuum, non proprium.*

Prima vox eſt, qua *Adam* appellatur, eſt enim, *Adam*, [a] nomen appellatiuum naturæ humanæ, deriuatum ab ea terra, ſeu, luto, vnde homo factus eſt, & pertinet hoc nomen ad ignobilitatem noſtræ naturæ ſignificandam, quantumcunque enim homines creſcant gloria, & nobilitate, ſemper ex luto ſunt facti. Id quod ſignificauit Tert. *in lib. de carne Chriſti cap 9.* cum ait: *Omnis materia ſine teſtimonio ſuæ originis non eſt, & ſi demutetur in nouam proprietatem, ipſam certè corpus noſtrum, quod de limo terræ figulatam eſt, ad fabulas nationum veritas tranſmiſit, vtrunque originis elementum confitetur, carne terrenam, ſanguine aquariam naturam referens, licet alia ſit facies qualitatis:* quibus verbis voluit ſignificare, quod quantumcunque ſuam nobilitatem euehant homines, [b] ignobilitatis ſuæ ſecum ſemper deferre inſignia, ex terra, & luto humiles, & ignobiles, quod ſignificat vox hebræa *Adam*, qua non eſt vſus hoc in loco ſacer Autor, cum dixit, *& abiit homo.* Alia voce ſignificant Hebræi, qua potiùs miſeria humana ſignificatur, quàm natura, vt idem ſit *homo*, quod *æger, deploratus*, ſiue *miſer*, vt mihi de eo neceſſariò videatur dicendum illud quod Legat. Teutonicos dixiſſe fertur, cum diuinam ferme tabulam vidiſſet, quæ in foro Romano oſtendebatur Paſtoris depicti cum baculo, ſicut refert Plinius *lib. 35. c. 4.* interrogatus enim, quanti eam imaginem æſtimaret, *Nollem*, reſpondit, *eam mihi dari veram, viuamque.* Quod ipſum de homine dicendum omnino eſt, nollem eum verum, viuumque, nam mortuus imago hominis eſt, [c] viuus autem miſeria viua eſt, quod rectè dixit Cicero, quem refert Lactant. *Non naſci longè optimam, ne in hos ſcopulos incideret vita, proximum autem ſi natus ſis, quamprimum mori, & tanquam ex incendio effugere violentiam fortunæ; longior enim vita ſi diutius viuas, non eſt, ſed miſeria.*

Tertullian.

[b] *Homo ſemper ignobilitatis ſuæ defert inſignia.*

Plinius.

[c] *Homo viuus, miſeria viua eſt.* Lactant.

28\. Plinius.

In hanc ſententiam mihi accommodatus viſus eſt ille locus Plinij, cùm refert apud quaſdam nationes in more poſitum fuiſſe, vt ſi quid fortunatum accideret, [d] illud nobiliſſima gemma, & pretioſa notaretur. Ad quem morem alludere videtur Martialis *lib. 11. Epigram.* cum de reditu Iulij Proculi, ſic ait;

[d] *Bona fortuna gemma notabatur alba apud veteres.*

Martial.

Caius hanc lucem, gemma mihi Iulius alba
Signat in votis reditus ecce meis.

Horatius clariùs oſtendit hunc morem à Tracibus peritum fuiſſe, cum ait:

Horat.

Traici ne careat, pulchra dies, nota.

[e] *Non timēdum quòd gemmæ deficiant hoc tēpore.*

Non [e] eſt autem timendum deeſſe poſſe gemmulas pretioſas ad notandos fauſtos, & fælices dies; nec enim, vel vna neceſſaria erit fælicitatis nota in miſera vita: quid enim fauſtum ſperandum eſt à miſero homine, qui quaſi reus iugulatus primum ingreſſum habet in orbem? Quod aduertit eleganter Plutarchus *in lib. de natiua in progeniem ſuam charitate*, cum ait, *Nihil adeo eſt informe, vt homo, ſi vt naſcitur, aſpiciatur, cui vni non dedit natura purum in vitam ingreſſum; ſed ſanguine imbutum, & tabo aſperſum, ad iugulatum potiùs, quàm naſcentem referens, vt mirum non ſit, ſi miſerè viuat hanc vitam, in quam iugulatus ingreditur, & quaſi* [f] *damnatus.* Non igitur gemma indigebit vel vna ad notandam fælicitatem. Cùm verò hoc in loco ſacer Autor dixit, *& abiit homo*, non ea voce vſus eſt, qua miſeram hominis conditionem ſignificat, ſed potiùs ea, qua nobilitatem, & gloriam oſtendit humanam, tum quia hic vir inclytus erat, [g] oriundus, ſcilicet, ex Iuda per Selam primogenitum Iudæ; eſt autem Iudas Princeps in vniuerſa familia Hebræorum. qua de re videndus eſt primus liber Paralip. *c. 4.* tum etiam, quia labore maximè, & induſtria [h] homo ex terra genitus inclytus redditur: quod elegáter obſeruauit Siciliæ Rex Agathocles, qui filius figuli cùm eſſet, Rex iam creatus inter vaſa aurea interſerere ſolebat fictilia, eaque oſtendens adoleſcentibus nobilibus dicere ſolebat, induſtria, & fortitudine ſe hoc conſecutum fuiſſe, vt aurea nunc redderet, quæ finxiſſet lutea. Quod mihi ſignificaſſe videtur Ioſeph in ſuo ſomnio *Geneſ. 37.* cum dixit: *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare*, neque enim vel per ſomnium inclytus videri voluit, niſi labore ea gloria parta eſſet; propterea dixit, *putabam nos ligare manipulos in agro.* Quod appoſitè etiam ſignificauit Iſaias, cum loquens de temporibus Chriſti, atque de gloria, & dignitate, quam habituri erant fideles per Chriſtum, ita dixit *in cap. 9. Lætabuntur in te, ſicut qui lætantur in meſſe.* Sic quoque hoc in loco tunc Elimelech vir inclytus vocatur, cùm iam difficultates ſubeundæ proponuntur; mirabilique concordia [i] Hebraicus textus, atque etiam vulgata editio conueniunt; quem enim Hebræi dixerunt *inclytum virum* hoc in loco, eundem *hominem* reddidit Latinus Interpres, vt homo, *miſerias, & labores*, cui dignitatem oſtenderet labore, & induſtria comparatam.

Plutarch.

[f] *Homo vitā ingreditur quaſi damnatus.*

[g] *Elimelech nobiliſſimus.*

[h] *Homo labore & induſtria nobilitatur.*

Gen. 37.

Iſai. 9.

[i] *Latinus interpres cum Hebraica litera concordat.*

§. II.

Secundò amplificatur famis neceſſitas ex vbertate terræ Bethlehem, & nobilitate.

De Bethlehem. GRadatim igitur amplificat infortunium famis, dum 29.
dixit, *de Bethlehem Iuda.* Eſt autem Bethlem, [l] ſiue Bethlehem *domus panis*, ſiue, *horreum*, ſi Latinè dicas, ſolent enim Hebræi receptacula communia, & publica aliquarum rerum, earundem appellare domos. Iam autem ſatis patet, magnam fuiſſe famem, quæ coegerit ampliſſimum ciuem de regione Ephrata, hoc eſt, frugifera, & maximè de ea vrbe, quæ horreum erat populi Hebræi; hoc enim ſignificat Bethlehem, abire, & patrios lares relinquere. De cuius vbertate videndus Adricomius *in theatro terræ ſanctæ, in tabula Iuda*, cum de ea regione ita dixit: *Terra ſubiecta vrbi Bethlehem eſt, rerum omnium copia abundat, iter verò quod Hieroſolymam euntibus à Bethlehem eſt, vſque adeo ſui amenitate, arboribus, hortis, odoratis herbis tranſeuntes delectat, vt ſi ad tam præclaram naturæ faciem, cæleſtis aliqua digna Chriſtiano meditatio accedat, non iam in terris eſſe ſibi videatur, ſed in paradiſo Chriſti natiuitatem, & incunabula præſentibus oculis contueri; talia namque decebant eſſe prima incunabula naſcentis Dei, floribus omnibus, & frugibus abundantia.* Vnde Hieron. *in traditionib. Hebraicis Gen. 35.* exiſtimat *Ephratam* interpretandam eſſe *frugiferam*, & *Bethlehem domum panis*, [m] propter eum panem, qui de cælo deſcendiſſe dicitur. Videndus eſt idem Hieron. *in lib. de locis Hebraicis.* Quanuis autem Hieron. à Chriſto Domino exiſtimet, qui panis eſt, dictam fuiſſe Bethlehem domum panis; non deſunt,

[l] *Bethlehem, domus panis propter vbertatem.*

Adricom.

Hieron.

[m] *Bethlehem domus panis propter panē de cælo in ea natum.*

Hieronym.

3.Paralip. 2.& 4. Rab. Salom. Hieron. Bened.Peter. Gen.35.48.

ſunt,qui exiſtimāt ab Ephrata patre Bethlehem, de quibus dicitur 1. *Paralip. cap.* 2. & 4. & regionem,& vrbem nomen accepiſſe; quanuis Rabbi Salomon exiſtimet Bethlehem dictam fuiſſe potiùs ab ea vbertate, quæ facta eſt in terra Iſrael per aduentum Ruth. Cui ſuffragatur Hieron. *in quæſt. ſuper lib.* 1. *Regum.* Antiquius autem fuiſſe rectè colligit Benedict.Peter. *ſupra cap* 35. *Geneſ. diſput.* 4. Etenim iam temporibus Moyſis vtrinſque nomen extabat, vt patet ex *Gen.c.* 35. & 48. Dixerim fortaſſis Bethlehem appellatam fuiſſe eo nomine à Iacob,quando venit de Meſopotamia cum tota familia ſua:ad eam enim partem Palæſtinæ ſuas agebat oues,quia ſcilicet, videret frugiferam,& irriguam eſſe eam,vnde turris gregis eadem pars orbis appellatur; in eam enim partem confluebant omnes oues. Fortaſſis & vrbi, & regioni nomen dedit Iacob: nobis fauere videtur Hieron. *in epiſtola ad Marcellam.* Chryſoſtom, *hom.*7.*in Matthæum.* Quidquid autem ſit de prima nominis impoſitione, nobis ſatis eſt ad amplificandum hoc infortunium eam regionem fuiſſe,& fertilem,& vberrimam.

Hieron. Chryſoſt.

30. Notandum tamen eſt appoſitè additum fuiſſe de Bethlehem Iuda, quòd nullo modo eſt legendum Iudææ, quemadmodum aduertit Hieron. *Matth.*2.& *Mich.*5. quanuis Chryſoſt. aliter legat. Eſt enim poſitum Iuda,hoc in loco,vt ſeparetur Bethlehem, quæ erat in tribu Iudæ, ab ea Bethlehem,quæ erat in tribu Zabulon, ſicut dicitur *Ioſue* 19.& *Iudic.*12. Sic etiam pariter amplificauit Author,& vbertatem loci, & nobilitatem viri, vtpote qui oriundus erat ex fertiliſſima pariter, & nobiliſſima ciuitate, quæ erat in tribu Iuda: [n] Conducit enim nobilitas loci plerunque ad noſtram nobilitatem, quod videtur notaſſe idem Author, cum dixit, *Ephratæi de Bethlehem Iuda*,non aliter, quàm ſi diceres, melioribus annis, Luſitani omnes ex vrbe Olyſipone nati. In quam ſententiam videndus eſt pulcher locus apud Lactant. *lib.* 19.cum refert Platonem gratias Deo egiſſe, quòd natus eſſet Athenis,bonarum artium domicilio. Nec nos negare poſſumus, melius nobis eſſe naſci in Bethlehem, vbi cum lacte nutricis fides veri Dei imbibitur, ſeu exſugitur. Hinc eſt illud eleganter dictum ab Euripide,oportere eum,qui beatè vult viuere, patriam habere glorioſam, teſte Plutarcho, in principio vitæ Demoſthenis. Videndus eſt Cicero *lib.*3.*Rethor.*vbi agens de genere deriuatiuo dixit,rerum externarum laudem etiam eſſe, inter quas ponit nobilem patriam; id quod obieciſſe videtur ſponſus in Cantic. *cap.* 8. ſponſæ ſuæ cum eam ruſticam, atque in agro natam dixit. *Sub arbore* [o] *malo ſuſcitaui te,ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.* Vnde Plato *lib.*5.*de legib.*ad finem, *magnam eſſe locorum differentiam*,dixit,*ad ferendos meliores, & peiores homines.* Vnde eſt illud apud Plutarch. *in apophtegmatis*, cum Perſæ vellent montuoſam ſuam regionem cum alia plana permutare, noluit eorum Rex dicens, *ſtirpium ſemina, & hominum mores locis aſſimilari, à quibus oriuntur.* Quod etiam dixit Paulus *ad Titum* 1. ex ſententia Epimenid. Poëtæ, *Cretenſes mendaces,malæ beſtiæ.* Vtraque igitur nobilitate clarus erat Elimelech, & [p] à vita,& à patria.

Ioſue 19. Iudic. 12. [n] *Nobilitas loci facit ad noſtram nobilitatem.* Lactant. Eurip. Plutarch. Cicero. 8.Cantic. [o] *E contra verò ignobilitas officit.* Plato. Plutarch. Paul. ad Tit.1. Epimenid. [p] *Elimelech vita & patria clarus.*

31. Qua de re laudauit Xenophon eleganter Ageſilaum regem; *quum*, inquit, *veluti ipſius genus cæteros ſua patria anteit, ita vrbs ipſa in Græcia in primis floret.* Sic vnà & patria,& genus laudatur. Nec oppoſitum voluit Micheas *in c.* 5. cum de Bethlehem ita vaticinatus eſt: *& tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda.* Quæ verba ad amplitudinem potiùs pertinent Bethlehem,quàm ad eius paruitatem, & exiguitatem;etenim neceſſariò ille locus efferendus eſt per interrogationem, cuius [q] nota cum careant Hebræi, difficillima reddiderunt pleraque loca ſacra Scripturæ,qualis eſt ille Cantic.1.*Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui?* Sic enim clariſſimè diſſoluit ſponſa obiectionem factam contra ſe contractæ nigredinis,quaſi mirum non ſit, ſi eam decolorauerit ſol, quæ & ſuas, & alienas cuſtodiebat vineas; qualis eſt ille locus Iſai.*in cap.* 9. *Multiplicaſti gentem, & non magnificaſti lætitiam?* Quam interrogationem Matth.retulit per negationem, *in cap.* 2. *& tu Bethlehem Iuda nequaquam minima es inter Principes Iuda*,id eſt,inter primarias vrbes prima es. Quod autem Mich. dixit, *Paruulus es*, ſiue, *minor es*, cum de vrbe loqueretur, de more Hebræorum locutus eſt; ſolent enim Hebræi, ea, quæ aliquid virile referunt, maſculino genere efferre,ſicut latiùs inferiùs dicemus. [r] Quoniam verò ferax virorum Bethlehem fuit, *paruulus* dixit potiùs,quàm *paruula*, ex ea enim ortus eſt Chriſtus,ex ea Dauid rex,ex ea Ieſſe pater Dauidis,ex ea Booz, Abeſſan, atque alij proceres Iudæ,inter quos Elimelech.

31. Xenophon. Mich.5. [q] *Interrogatione carent Hebræi.* Cantic. 1. Iſai 9. [r] *Ferax virorum Bethlehem.*

§. III.

Tertiò amplificatur infortunium ex neceſſitate peregrinandi, vbi de peregrinatione multa vtiliter.

Vt peregrinaretur. MAgis amplificatur hoc infortunium, cum dicitur,egreſſum fuiſſe Elimelech, *vt peregrinaretur.* 32.
[ſ] Mirum autem omninò eſt, quantum curauerit diuina Prouidentia, vt Chriſtus Dominus ſuos haberet maiores omnes fermè peregrinos,imò& ipſe in terra peregrina natus eſt, & ſtatim infans propter Herodem regem apud Ægyptios peregrinatus eſt; vnde iuſta eſt ea condolentia, ſiue compaſſio, qua vtitur Ierem. cum de Chriſto Domino loquitur *in cap.*14.ſic enim habet: *Expectatio Iſrael,Saluator eius in tempore tribulationis,* [t] *quare quaſi colonus futurus es in terra,& quaſi viator declinans ad manendum?* ſeu ad pernoctandum. [u] Eſt enim in his verbis quædam ſympathia, ſiue compaſſio. Vnde Bernard. *ſerm.* 46. *ſuper Cantic.*exiſtimat,ex hac condolentia ortum habuiſſe ea verba ſponſæ, cum dixit ſponſo, & peregrinanti, *lectulus noſter floridus*, ex opportunitate enim loci inuitat ad manendum. Si quis autem quærat, quæ fuerit huius rei ratio? duas affert Philo,quarũ prima eſt *in libro de Abraham,* [x] *quantum*(inquit)*cæci cedunt videntibus, tantum præſtant peregrinantes nunquam egreſſis patriam.* Vnde fortaſſis laudauit Vlyſſem ſuum Homerus in Odiſſ.cum dixit.

Qui mores hominum multorum vidit & vrbes.

Aliam affert cauſam idem Philo *in lib de Cherub.* cùm oſtendit nos omnes peregrinos eſſe, & inquilinos huius mundi potiùs quàm indigenas,& ciues,atque alia proſequitur in hanc ſententiam. Sed mihi ea videtur germana ratio, quæ colligitur

[ſ] *Mira Dei prouidentia quòd omnes Chriſti maiores fuerint peregrini.* Iſai 14. [t] *Chriſtus in terra colonus & viator.* [u] *Chriſto Domino in terris degenti condolēdum.* Bernard. Philo. [x] *Quantũ præſtant cæcis videntes, tantum peregrini nunquam à patria egreſſis.* Homer.

Beroald. tor ex Cicerone, quã refert Beroal. *in Apul. lib.* 2. cum habet, *Officiũ peregrini* [a] *nihil aliud eſſe, quam nihil præter ſuum negotium agere*, quales oportet eſſe veros peregrinos, ſiue fideles, [a] nihil, niſi ſuum negotium agentes. Oſtendit hanc peregrini rationem Chriſtus Dominus *in Pſalm.* 39. cum de ipſo ſic vaticinatus eſt Dauid: *in capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam*, id eſt, primum, & præcipuum negotium, quod in mandatis accepi à Patre, illud eſt, moriendi ſcilicet, in remedium hominum. Hoc etiam expreſſit idem Chriſtus Dominus *Luc.* 10. cum mittens Apoſtolos ſuos ad prædicandum, dixit, *Neminem ſalutaueritis in via*, quemadmodum eum locum intelligit Auguſt. *ſerm.* 41. *de Sanctis*, præcipit nos feſtinanter iniuncta agere, tanquam ſi diceret, omnia prætermittite, vt veſtrum officium peragatis, qualis eſt ille locus 4. *Reg. cap.* 4. cum propheta Eliſeus prohibuit ſeruum ſuum, ne obuios in via ſalutaret, ſolùm enim iubebat cum tanta diligentia eum accingi ad opus, vt nullis fabulis in via occuparetur.

[a] Quale officiũ peregrini.
[a] Idem fidelis, ac miniſtri Dei. Vſq; ad finem nomen, & vitæ.
Pſal. 39.
Luc. 10.
Auguſt.
4. Reg. 4.

33\. Hac de re videndus eſt Gregor. Magn. *lib. expoſ. in lib. Regum cap.* 3. exponens illud dictum Samuelis ad Iſai patrem Dauid, qui miſſus eſt à Deo, vt vngeret in regem Iudæ Dauidem; cùm enim non compareret Dauid, & cibus appoſitus eſſet in prandium, noluit propheta Dei comedere, quamuis de via feſſus, & quamuis fame laboraret, niſi priùs vngeret Dauidem, quod eius negotium erat, ſic enim dixit: *Mittite, & adducite eum, neque enim diſcumbemus, priuſquàm ille veniat. Cùm ergo*, inquit Greg. [b] *ſpiritualia inſtant, exteriora deponantur.* Similis locus eſt ille *Geneſ.* 24. quando ſeruus Abraham miſſus ad quærendam ſponſam Iſaaco, & inuitatus ad prandium, imò verò iam appoſitis cibis noluit prandere dicens: *Non comedam donec loquar ſermones meos.* Imò verò, quod magis mirandum eſt, Ioannes Baptiſta Chriſtum in carne non vidit, cuius vehementi deſiderio laborabat per triginta integros annos, cùm tamen non longè ab eo ſeparatus eſſet; vnde ea verba plena deſiderio ſunt, cum Baptiſta dixit, *& ego neſciebam eum*; non, inquam, priùs in carne Chriſtum vidit, quàm ſuum perageret negotium; poſtulabat enim illud, non priùs vidiſſe Deum, quàm teſtatum fuiſſe, Deum veniſſe in carne: [c] ea enim, quæ ſancta ſunt, non priùs peragenda ſunt, quàm ea, quæ nobis mandata ſunt, ſicut notauit eleganter noſter Luſitanus Paiua *in ſerm. de* 2. *Dominica aduentus*, vbi ponderat optimè ea verba Leuit. 3. *Adolebúntque ea ſuper altare in holocauſtum lignis igne ſuppoſito in oblationem ſuauiſſimi odoris Domino:* ita potiùs Hebraicè legendus eſt, *adolebúntque ea ſuper holocauſtum, quod eſt ſuper ignem*, id eſt, poſt holocauſtum, quod quotidie offertur ex præcepto, [d] voluit enim Deus, nec votiuas hoſtias ſacrificandas eſſe, priuſquam offerretur ſacrificium vel veſpertinum, vel matutinum, quod ex officio, vel ex præcepto ſacrificandum erat. Quo pacto exiſtimo intelligendam eſſe eam apparitionem Chriſti *Luc.* 24. quando potiùs in forma peregrini obuius apparuit, quàm in alia quauis, vt eo habitu reſponderet diſcipulis rogantibus, *mane nobiſcum Domine, quoniam adueſperaſcit*, [e] neque enim manet, qui peregrinus eſt; & pariter docuit poſt Chriſtum crucifixum non eſſe manendum in patria, ſed remedium animabus quærendum; hoc enim ſolum eſt negotium peregrinorum, ſiue noſtrum. Ex quibus iam colligitur, quæ fuerit occaſio huius peregrinationis, & quæ fuerit ratio cur Deus ſuos omnes maiores peregrinos habere voluerit; peregrini enim vocantur fideles, quorum negotium præcipuum eſt remedium animarum, & nihil terrenum.

Greg. Mag.
1. Reg. 17.
[b] Cum ſpiritualia inſtãt, deponenda exteriora.
Gen. 24.
Ioan. 1.
[c] Neque quæ ſancta ſunt, facienda priuſquam quæ mandata.
Paiua Luſit.
Leuit. 3.
[d] Nec votiuas vult Deus hoſtias ante præceptas.
Luc. 24.
[e] Non manet, qui peregrinus eſt.

§. IV.

Quartò, nulla maior neceſſitas, quàm quæ cogit ad hoſtem ire turpem, & immiſericordem.

In regionem Moabitidem.

34\. CVm autem dixit, *vt peregrinaretur in regionem Moabitidem*, vim [f] neceſſitatis oſtendit, quæ vel nolentes coegerit ad hoſtem, tanquam ad amicum confugere; vnde Tragicus dixit eleganter:

Fata volentem ducunt, nolentem trahunt.

Similia ſunt ea, quæ dixit Horat. *lib.* 1. *Carminum*,

Anteit ſæua neceſſitas, clauos, trabales, &
Cuneos, manu geſtans ahena.

Vnde pulchrè dixit Valerius *lib.* 7. neceſſitatem abominandam eſſe, cuius amariſſimæ ſunt leges. Quod in hoc euentu ſatis apparet, in quo neceſſitas coegit ampliſſimum virum, ſicuti diximus, remedium quærere ab hoſtibus ſuis. Cùm autem vox Hebræa, pro qua vulgatus Interpres retulit, *regionem Moabitidem*, ambigua ſit, atque agros interdum ſignificet, [g] ſunt qui velint ingreſſum fuiſſe Elimelech agrum, neque acceſſiſſe ad vrbes Moab, in quibus maior eſt peccandi licentia, quod notauit Philo *in lib. de decem oraculis*, vbi petit, [h] *cur Deus dederit legem populo in Eremo*, docétque illud propterea factum fuiſſe, vt ſublatis perturbationibus, hominem Deus aptum inueniret, ſicut medici non nutriunt ægrotos niſi poſt radices morborum exiccatas. Meritò igitur cum ex pernicioſo Oppidanorum commercio ſuos in ſolitudinem adduxiſſet, quo eorum animos à vitiis expurgaret, cibum tandem exhibere cæpit. Hinc eſt, quod Auguſt. notauit *lib.* 4. *de Ciuitate, cap.* 26. nunquam veteres Romanos [i] Deam quietis in vrbibus coluiſſe, ſed in agris. Qua ratione Ionadad filius Recab, *Hierem* 35. ſuis mandauit, vt in tabernaculis more Nomadum habitarent, quo ſinceriùs Deo inſeruirent. Videndus eſt hac de re Tragicus *in Hyppolito, actu* 2. vbi in laudem vitæ agreſtis, & ſolitariæ ita dixit:

Non alia magis eſt libera, & vitio carens
Ritúſque melius, vitáque priſcos colat,
Quam quæ, relictis mœnibus, ſyluas amat.

Videndus eſt hac de re Hieron. *ad Paulinam de inſtitut. Monachor. & ad Ruſtic. de viuendi forma:* hoc tamen in loco non eſt ſermo de vita ſolitaria, ſed vox Hebræa potiùs ſignificat iuxta circumſtantiam loci, regionem, ſiue prouinciam; ſic enim locum interpretantur grauiores Autores, imò & Paraphraſis Chaldaica, quaſi peruenerint in regionem Moabitidem.

[f] Dura neceſſitas ire ad hoſtes cogit.
Tragic.
Horat.
Val. Max.
[g] Fugienda hominum commercia.
Philo.
[h] Quare lex in deſerto data eſt.
Auguſt.
[i] Dea quietis non in vrbe, ſed in agro.
Hierem. 35.
Tragic.
Hieron.

35\. Vt tandem ad rem redeamus, aduertendum eſt Moab Arabiæ eſſe partem dictam à Moab filio Loth, quem pater genuit vino oppreſſus ex altera è duabus filiabus, ex altera Ammon, inde Ammonitæ dicti ſunt: maior autem filia, quia maiorem hauſerat impudentiam à Sodomitis, vnde egreſſa,

[l] *Impudẽtiæ trophaũ erigit filia Loth.* [m] *Sodomitis proprĩu ſuam populare turpitudinem.* Iſai. 3. Hierem. Hieron.

egreſſa, & orta erat, filium ſuum vocauit ex patre, quaſi impudentiæ trophæum[l] erigens, hoc enim ſignificat Moab; fuit autem hoc peculiare vitium Sodomitis, [m] ſua vitia non obtegere, ſed palam vulgare, quod Iſai. ootauit *cap.* 3. cum dixit, *& peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt*, & non celauerunt, cum proprium ſit meretricis impudentiæ, quemadmodum Hierem. dixit cap. 3. *frons meretricis facta eſt tibi.* Qua de re videndus eſt Hieron. *in cap.* 2. *Oſeæ.* Hic igitur fuit author gentis Moabitidis, qui vrbem poſuit in ea prouincia de ſuo oomine *Moab.* Vnde vniuerſa ea regio ab ea vrbe *Moab* dicta eſt; in qua & petra ædificata eſt, vnde credit Hieron. ortum habuiſſe Ruth, quæ aula regia erat regum Arabiæ, vnde *petrea Arabia* dicta eſt ea prouincia poſtea, ſicut meminit Ioſeph. *in lib. de bello Iudaico*, & Plinius *lib.* 6. *cap.* 28. Fertilis eſt ea para orbis bonarum frugum abundantiſſima, in quam tamen, tanquam in ſentinam confluxerunt infælicium aliquot gentium fæces, ſicut notaſſe videtur Iſaiaa *cap.* 15. Inter hos autem nothos filios Loth, & [n] Hebræoa tanquam ioter ignobiles, & generoſoa peſſimè ſemper conueoit, quaa inimicitias hauſit religionis diuerſitas; nam Hebræi perpetuò verum Deum coluerunt, Moabitæ autem, & Ammonitæ perpetuò à vera religione degenerarunt. Quæ fuit ratio cur Balac *Num.* 22. conduxerit Balam prophetam, vt malediceret populum Dei venientem de Ægypto, iouetenatum enim ſemper odium fuit inter Moabitides, & Hebræos. Magíſque amplificatur vis huius oeceſſitatis, quia paulò antea Abot *Iudic. c.* 3. æquo marte pluſquàm decem millia Moabitarum occiderat; hoc enim ſignificat ea hiſtoria vbi dicitur: *Percuſſerunt Iſraelitæ Moabitas in tempore illo circiter decem millia, omnes robuſtos, & fortes.* Quæ occaſio [o] accommodata non erat ad hoſpitio excipiendos eos, quos hoſtes habebat. vode videndus eſt locus *in Pſalm.* 82. in quo Moabitæ coniuraſſe dicuotur aduersùa veterem Eccleſiam Hebræorum cum aliis gentibus; ſic enim eo in loco habetur. *Dixerunt: Venite, & diſperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Iſrael vltra, Moab & Agarem*, &c. *quoniam cogitauerunt vnanimiter aduersùm te, teſtamentum diſpoſuerunt.* Quibus ſunt ſimilia ea, quæ dixit Sophooias in cap. 2. *Audiui opprobrium Moab, & blaſphemias filiorum Ammon*: irridebant enim captiuos Hebræos, qui per eam regionem in Chaldæam tranſibant. [p] Quæ fuit ratio excidij Moabitarum, ſicut latè docet Iſaias *in cap.* 15. & 16. quia ſcilicet, oulla commiſeratio, & condolentia in Hebræorum calamitatibus, eis fuit. Dura igitur eſt ea neceſſitas, quæ coëgit hominem Hebræum ab hoſtibus Moabitis ſine compaſſione, & condoleotia ſperare remedium.

[n] *Inter nothos, & bene genitos ſemper malè conuenit.* Num. 22. Iudic. 3. [o] *Temporis importunitas neceſſitatis vim oſtendit.* Pſalm. 82. Soph. 2. [p] *Moabitæ occiſi quia irridebãt captiuos Hebræos.* Iſai. 15. & 16.

36. Diximua autem de inceſtu fuiſſe natam eam gentem, & in voluptatibus educatam, vt alienam eam oſtenderemus ab omni commiſeratione. Eſt [q] enim proprium eorum, qui voluptuosè viuunt, nulla tangi aliena commiſeratione, ſicut multis proſequitur *Amos cap.* 6. cum dixit: *Væ, qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ; qui dormitis in lectulis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris; qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti; qui canitis ad vocem pſalterij bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur ſuper contritionem Ioſeph.* Qualis eſt ille locua 1. *Reg.* 25. quando Nabal inter medias epulas, regias, errantem Dauidem per deſertos agros, atque fame omnino laborantem, nullo modo excepit; quod ſignificare voluit Chriſtus Dominus *Luc. cap* 16. cum de diuite epulone ita dixit: *Qui induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè; & erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ante ianuam eius vlceribus plenus, cupiens ſaturari de micis, quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat:* Non eſt enim condolentiæ capax, hominum illud genus, quod voluptuosè viuit. Qua de re videndus eſt Chryſoſtom. *concion.* 2. *de Lazaro, & hom.* 18. *ad populum, &* 52. *& homil.* 80. *in Matth.* Vſque adeo potens fuit vis neceſſitatis, vt vir nobilis ſe credere auſus ſit hoſtibus ſuis ſine vlla commiſeratione viuentibus.

[q] *In deliciis educati, alieni ab omni commiſeratione ſunt.* Vſque ad finem numeri. Amos. 6. 1. Reg. 25. Luc. 16. Chryſoſt.

§. V.

Quintò, vis mali apparet, quando totam cum viro domum migrare cogit. In quo vxoris erga virum obedientia, & viri in familiam cura notatur.

Cum vxore ſua, & duobus liberis: SEquitur autem io amplificationem huius inſortunij apud Autorem ſacrum, *vt peregrinaretur in regione Moabitide cum vxore ſua, & duobus liberis*, id eſt, cum vniuerſa familia. Eſt autem hoc miſerrimum, non ſolum peregrinari hominem ampliſſimum, ſed vniuerſam eius domum. [r] Docet autem hic locus aduerſis in rebus coniugem cum familia debere ſequi ſuum caput, atque etiam caput familiæ curare vniuerſa, quæ pertinent ad vxorem, & liberos. Quod eleganter oſtendit Xenophon *in ſuo Oeconom.* cum ita habet: *Meminimus, vt beneuolenti erga nos animo eſſet coniux, quando gauderemus, lætitiæ, triſtitiæ etiam, ſi quid acciderit, conſortem fecimus.* Quod etiam expreſſit Plutarch. *in preceptis connubialib.* cum ait: *Sicut ſpeculum auro, & gemmis ornatum nihil valet, niſi ſimilem exhibeat rebus imaginem; ſic diuitis mulieris nullus eſt vſus, niſi mores, atque etiam motus mariti exprimat.* Quod eleganti ſimilitudine oſtenditur in regina apum; eam enim de alueario recedentem vniuerſa familia ſequitur, quod voluit ſponſa *Cantic. cap.* 1. dum modeſtè pariter, & grauiter oſtendit ſe iam ſponſam eſſe, atque de lege ſponſarum ſibi ſequendum eſſe ſuum ſponſum, quocunque terrarum vadat, cum dixit: *Trahe me poſt te, curremus*, &c. Sic noſtra Noëmi peregrinum ſequitur coniugem. Quo pacto etiam olim Sara ſuum ſequuta eſt Abrahamum, relinquens patrem, & parentes, *Geneſ.* 12. cum dicitur, *Tulitque Sara vxorem ſuam, & Loth filium fratris ſui, vniuersámque ſubſtantiam, quam poſſederat, & animas, quas fecerat in Aram.* Sic in eodem cap. fortunam Abrahami ſecuta deſcendit peregrina in Ægyptum, atque iterum peregrinata eſt generalis cum coniuge ſuo. Magis hoc oſtendit Rachel, & Lia, quæ patriam, & parentem relinquentes, maritum, cum facultatibus, quas à parente acceperat, ſequutæ ſunt. Erant natæ in Meſopotamia, parente nobili, & ampliſſimo, [s] ſed plus valuit maritalis obedientia, quàm paternus amor ab ipſa natura validè ingenitus; maluerunt enim cum Iacob exulare, quàm in patria remanere cum parentibus. 37.

[r] *In aduerſis coniux cum familia ſuum caput ſequatur.* Xenoph. Plutarch. Cantic. 1. Gen. 12. [s] *Vxor ad virum ſicut ſpeculum ſimilitudinem referat.*

Ariſtotel.

rentibus. Videndus hac de re Ariſtot. *lib. œconom. cap.* 7. cum docet non ſolùm proſperis in rebus, & ſecunda fortuna coniugem ſeſe viro debere præſtare vnanimem, ſed etiam in aduerſis, ſi ſit in rebus defectus. Hæc enim [u] vna laus fæminarum eſt, ſequela ſcilicet, miſerorum maritorum, quod eleganter dixit Pompeius de ſua Cornelia victus Pharſalica pugna apud Lucan. *lib.* 8. cum ait,

[u] *Vna laus fæminarum ſequi maritũ miſerum.*

Lucan.

Laudis in obſeſſu, non legibus iura, nec arma
Vnica materia eſt, coniux miſer.

Tiraquel.

[x] *Vxor ſequi debet maritũ, qui ex cauſa aliò proficiſcitur.*

Sequitur enim corpus ſuum caput, quando miſerum coniugem ſequitur vxor. Plura oſtendit Andreas Tiraquel. *in leg.* 1. *connubial. gl.* 1. *part.* 1. *num.* 39. quibus probat, [x] quòd vxor tenetur ſequi maritum, qui ex cauſa aliò proficiſcitur.

[z] *Sicut vxoris eſt ſequi, ita mariti curare familiã.*

Sicut [z] autem ſequendi ſuum caput eſt innata obligatio cuicũque domui, ſic etiam caput ipſum omnino curare debet, quæ pertinent ad domum.

38. Vnde Paul. 1. *ad Timoth. cap.* 5. dixit, *ſi quis ſuorum, & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.* Id quod Hierem. etiam *Thren. cap.* 4. petita ſimilitudine à feris animantibus oſtendit, cum dicit: *Sed & lamia nudauerunt mammam, & lactauerunt catulos ſuos.* Quibus habet ſimilia Stob. *ſerm.* 81. ex ſententia Eurip. Sicut enim dixit Philoſophus lib. 5. Ethic. cap. 6. & lib. 8. cap. 12. *Filius aliquid, & quaſi particula eſt patris, ac proinde ſecum deferat ſuo partem neceſſe eſt; coniux autem cum ſuo marito, vna & eadem res eſt*, ſicut aduertit Bernard. *ſerm.* 83. *in Cantica* cum amplificando amorem coniugalem dixit: *Hic [a] nexus vincit etiam quod natura arctius vinxit vinculum parentum ad filios; propter hoc enim diuinum oraculum dixit: relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ. Vides quàm fit iſte affectus in ſponſis; non ſolùm cæteris affectibus, ſed [b] etiam ſe ipſo potentior*: quod expreſſit Dauid *lib.* 1. *Reg. cap.* 2. quando deplorando mortem Ionathæ dixit: *Doleo ſuper te frater mi Ionatha, decore nimis, & amabilis ſuper amorem mulierum.* Super quem locum videndus eſt Theodoret. *quæſt.* 7. *ſuper lib.* 2. *Regum.* His verbis ſignificatus eſt coniugalis amor, quo duo in vna carne vniuntur; ſic amicorum animas vnit affectio. quam vnionem oſtendit Salomon *in vniuerſo lib. Cantic.* in quo tandem ſponſa ſibi gratulatur *in cap.* 7. quòd indiſſolubili nodo coniuncta ſit ſponſo ſuo cum dixit: *Dilectus meus mihi, & ad me conuerſio eius*; tota propendeo in meum ſponſum, totus ille in me ſolam propenſus eſt, ita vt quocunque alter moueatur, moueatur & alter. Quod etiam ſignificant ea verba Pſalm. 18. *Tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Super quibus verbis videndus eſt Auguſt. *tract.* 1. *in* 2. *Can. Ioan. & præfatione in Pſalm.* 44. quibus in locis oſtendit, illis verbis ſignificatam eſſe verbi incarnationem, qua tanquam ſponſus effectum eſt, vt caro ſibi vniretur, tanquam ſponſus enim procedit, qui perpetuò adhæreſcit vxori ſuæ; *Atque ita*, inquit Auguſt. *corpus, & caro vna & eadem res eſt.* Officium igitur [e] boni coniugis facit Elimelech, atque optimi parentis, eum ſecum detulit pariter, & filios, & coniugem.

1. Timoth. 5.

Hier. Thren. cap. 4.

Stobæus.

Ariſtot.

Bernard.

[a] *Arctius vinculũ maritale, quàm Patrum ad filios.*

Gen. 2.

[b] *Vnio & ipſo potentior amore.*

2. Reg. 1.

Theodoret.

Cantic. 7.

Pſalm. 18.

Auguſt.

[e] *Officium boni coniugis.*

†

§. VI.

Oſtenditur, fuiſſe Elimelech eundem de quo 1. Paralipomenon 4. 22. vbi multa eruditiſſimè.

Ipſe vocabatur Elimelech.

CONſequens eſt, vt ad futuram rei memoriam, horum peregrinorum nomina ſcriberentur in Scriptura, præſertim cùm eorum peregrinatio nobis attulerit de gentibus Ruth Moabitidem in parentem, & auiam Chriſti ſeruatoris; eſt enim, [d] conſuetum in ſcriptura, vt eorum nomina relinquantur ſcripta, quibus Deus vſus eſt ad aliquod opus magnum. Sic Moyſes *Exod.* 35. eorum nomina ſcripſit, quorum opera, & induſtria tabernaculum Dei ædificatum eſt: ſic quoque 1. *Paralip. cap.* 15. eorum nomina ſcripta ſunt, qui arcam Dei in tabernaculum à Dauide factum reduxerunt de domo Obededom: ſic quoque *Luc. cap.* 6. & *Matthæi. c.* 10. eorum nomina, qui Chriſti Eccleſiam fundauerunt, id eſt, Apoſtolorum ad perpetuam memoriam reliquerunt. Atque hac eadem ratione autor huius libri videtur dixiſſe hoc in loco, *Ipſe vocabatur Elimelech, & vxor eius Noemi, & duo filij eius alter Mahalon, alter Chelion, Ephratæi de Bethlehem Iuda.* 39.

[d] *Eorum nomina traduntur in ſacris literis, quibus Deus vſus eſt ad aliquod magnũ opus.*

Exod. 35.

1. Paral. 15.

Luc. 6.

Matth. 10.

Non eſt autem in hoc loco ſermo de vera interpretatione nominis *Elimelech*, de ea enim dicemus in analogia huius peregrinationis inferiùs. Quod igitur hoc in loco dicendum eſt, erit; vtrùm idem ſit ille de quo dicitur 1. *Paralip. c.* 4. cuius hæc ſunt verba: *Filij Sela, filij Iuda: Her pater Lecha, & Laada pater Mareſa, & cognationes domus operantium byſſum in domo iuramenti, & qui ſtare fecit ſolem.* Hieron. igitur *in traditionib. Hebrais ſuper primum Paralipom.* exiſtimat ea verba intelligenda eſſe de Elimelech: *Tradunt*, [e] inquit, *Hebræi, hunc fuiſſe, in cuius tempore ſol ſteterit propter præuaricatores legis, vt tanto miraculo viſo conuerterentur ad Dominum Deum ſuum: quod quia facere noluerunt, ideo fames inualuit, & ille, qui in Tribu Iuda prior videbatur, famis inopia cum vxore, & filiis, non ſolùm patria pulſus eſt, ſed & in peregrinatione mortuus.* Hieron. ſuffragatur Nicolaus de Lyra *ſupra lib.* 1. *Paralip. cap.* 4. quidquid autem ſit de veritate rei, nondũ enim definimus, vtrùm ille fuerit Elimelech, & vtrùm ſtare fecerit ſolem, accommodatum tamen medium erat ad iram diuinam placandam, ne fames irrueret, ſi ſol in ipſo meridie ſtetiſſet; ſolent enim huiuſcemodi prodigia hominum animos à terra [f] in cælum connectere: qua forte ratione dictum eſt *Luc. cap.* 21. & *Matth.* 24. cum de excidio vrbis, & Hieroſolymitano eſſet ſermo, *Erunt ſigna in Sole, & Luna.* Quibus ſunt ſimilia ea, quæ dixit Ioſeph *lib.* 7. *de Bello, cap.* 17. cum docet ante euerſionem Hieroſolymitanam apparuiſſe ſtellam comatam in ſimilitudinem gladij ſuper ciuitatem Hieruſalem, & per annum durauit, & currus, equiteſque armatos quadraginta diebus in aëre debellaſſe, quæ non alia ratione facta ſunt à Deo, [g] quàm vt prodigiis terreret, ne bello euerteret. Videndus eſt Plutarch. *in vita Romuli*, vbi de ſimili infortunio ita dixit: *Sterilitas enim annonæ cum ſumma inopia conſecuta eſt; guttæ præterea ſanguinis è cælo ceciderunt, vt ad noſtras moleſtias ſuperſtitio vehemens hominum mentes occuparet ad expiandam iram Dei.* Similia 40.

1. Paralip. 4.

Hieron.

[e] *Sol ſtetit propter præuaricatores legis tempore Elimelech ſecundùm Hebræos.*

Lyra.

[f] *Eò prodigia eueniunt, vt animos hominum in cælum erigant.*

Luc. 21.

Matth. 24.

Ioſephus.

[g] *Deus prodigiis terret, ne bello euertat.*

Plutarch.

notauit

Tit. Liuiuſ.

notauit Liuius *lib. 3. decad. 2. Cælum viſum eſt ardere plurimo igne, portentaque alia, aut obſeruata oculis, aut vanas exterritis oſtentauerant ſpecies; his* [h] *auertendis terroribus in triduum feriæ indictæ, per quas omnia delubra pacem Deum expoſcentium virorum, mulierúmque turba implebantur.* Videndus eſt hac de re Laurent. Surius Carthuſianus, *in Commentarius rerum in orbe geſtarum pag. 24. anno* 1501. vbi pleraque refert prodigia, quæ tam in cælo, quàm in terra apparuere illis miſerrimis temporibus, ad commutandos ſcilicet, hominum animos ad meliorem ſententiam. Hæc diximus, vt non ſit mirum, ſi ſol viſus ſit ſtare eo tempore, ne fames irrueret. Vt tamen ad rem redeamus, Hieronymo fauet Xiſtus Senenſis *in Bibliotheca ſacra tom. 1. lib. 2. pag.* 242. quamuis vehementer admiretur vulgatam lectionem eo in loco Paralipomenon; tamen eam libenter complectitur, nec reiicit eam traditionem, quam retulit Hieronymus. Oſtendit autem ſemper fuiſſe dubium inter Patres de eo miraculo ſtationis ſolis, atque etiam de illis verbis, quæ poſt hoc miraculum ſequuntur *in 4. cap. 1. Paralip. Hæc autem verba vetera.* Ita habet Senenſis: *dubitant autem Interpretes tum de ipſo opere, tum etiam de re,* id eſt, *de hiſtoria in ipſo contenta*; exiſtimant [i] enim Hebræi, *Verba vetera,* eſſe librum Ruth. De re autem non minor eſt dubitatio, demonſtrat enim ea hiſtoria ſcriptum eſſe in eo libro tempus quorundam Principum ex Iuda, qui regnauerunt in Moab, & hiſtoriam viri cuiuſdam ex eadem tribu, qui annis fermè ducentis poſt Ioſue Ephramitam, qui priùs ſtare fecit ſolem, iterum renouato miraculo curſum detinuit ſolis. Vtrunque traditio retulit, & hiſtoriam ſcriptam eſſe in libro Ruth, & Elimelech ſtare feciſſe ſolem.

[h] Nouerunt & gentiles prodigia expiare placatione Numinis.

Laur. Surius.

Xiſt. Sen.

[i] Hebræi putant verba vetera eſſe librum Ruth.

[l] Elimelech ſtare fecit ſolem, ſecũdum Hebræos.

41\. Pro maiori igitur euidentia huius rei, aduertendum eſt, interdum Scripturę nomina propria, ſiue appellatiua Hebræa interpretata inueniri in vulgata editione, atque etiam apud LXX. [m] quæ eſt cauſa cur aliquoties pleraque loca Scripturæ obſcura reddantur. Vnde notarunt boni Authores, originalia nomina non eſſe vertenda, [n] ſed in eadem origine relinquenda, nulla maiori mutatione in illis facta, quàm quæ neceſſaria eſt in terminatione propter linguæ proprietatem in quam transfertur. Vnde bene Hermolaus Barbar. *annot. in Plinium lib. 4. cap. 5.* reprehendit Vallam, qui promontorium Peloponneſi *Thetin* à Plinio appellatum, ipſe *piſcem* tranſtulit in Tucydide. Sic etiam annotauit Curtius Burgenſ. *lib. 1. Coniectur. iuris cap.* 38. agens de aliquibus nominibus, & cognominibus Romanorum petitis ex lingua Græca. Similia inuenietis apud Antonium Nibric. in ſua quinquagenna, agens de Simone Chananęo, [o] quem Lucas vocauit Simonem Zelotem. Ex quibus iam efficitur, liberum non eſſe nomina propria interpretata relinquere, niſi quando illud fit vel ad maiorem claritatem, vel ſaltẽ in ſignum, & figuram, ſeu potius in myſterium. Quo pacto intelligendus eſt locus Oſeæ *in cap.* 1. cum dicitur, *voca nomen eius, Abſque miſericordia*: ſi enim vulgatus Interpres interpretatus non fuiſſet nomen Hebræum, obſcura reddebantur, quæ ſequuntur apud prophetam cum dixit: *Neque enim addam vltra miſereri domui Iſrael.* Sic quoque in eodem cap. dictum eſt, *Voca nomen eius, Non populus meus*; & addit idem propheta, *quia vos non populus meus.* Claritatis igitur gratia vulgatus Interpres vocem Hebræam eſt interpretatus. Similiter etiam propter aliquod myſterium fiunt huiuſmodi interpretationes, qualis eſt illa Sophoniæ in cap. 2. *Væ qui habitatis funiculum maris*, quod Hebraicè dicendum erat *Cherethim.* Sic quoque intelligendus eſt ille locus *Cantic. cap. 6.* cum ſponſus ſponſam laudans dixit, *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Hieruſalem.* Vocem, *ſuauis*, LXX. interpretati ſunt per vocem, *eudochiam*, quod *beneplacitum* ſignificat, ſeu *beneuolentiam*, quaſi vltra pulchritudinem addiderit, Sponſam placuiſſe Spõſo, cùm tamen vox Hebræa, *Tyrſat*, ſignificet vrbem Palæſtinæ, quæ ſita erat in tribu Iudæ, in qua reges olim Iudæ propter eius pulchritudinem, & amœnitatem in delicias habitabant, ſicut dicitur *lib. 3 Regum c. 14. & 15. & lib. 4. Reg. c. 15.* voluit enim Rex Salomon, ſiue Spiritus ſanctus ſuam Sponſam vel Eccleſiam duobus vrbibus comparare, quarum altera ampliſſima erat, & pulcherrima; altera verò omnino amœna, & omnibus delitiis repleta, vt ſic oſtenderet non ſolùm ſibi videri pulchram ſponſam, ſed etiam ſibi vehementer placere. Quæ fuit ratio cur vulgatus Interpres pulchritudinem, & opulentiam ſponſæ in voce *Hieruſalem* non interpretata adumbrauerit; [p] beneuolentiam autem, & complacentiam Sponſi in Sponſam, vnde nobis oriuntur omnia bona, non paſſus eſt latere in voce Hebræa, ſed eam interpretatus dixit, *ſuauis.* Ex quibus iam colligimus, quod cùm locus Paralipomenon clarior non ſit redditus per interpretationem vocis Hebræę, *qui ſtare fecit ſolem*, imò obſcurior multo factus ſit, [q] fit, inquam, conſequens magnum aliquod myſterium in ea re latere: non definimus nos Elimelech feciſſe ſtare ſolem, ſed probabile [r] valde illud exiſtimamus, propter traditionem Hebræorum illud aſſerentium, quemadmodum refert Hieron. Et quamuis certum non ſit hunc eſſe Elimelech; ſi tamen locus expendatur, qui ſolus figuratus videtur, & myſticus, non alium fuiſſe inueniemus; cui vel in myſteriũ impoſitum eſt nomen, *qui ſtare fecit ſolem*, vel ſaltem quia de facto ita res euenerit; mirum tamen eſt, quòd huius rei nullam fecerit mentionem Author libri Ruth.

[m] Ex nominum Hebræorum interpretatione obſcuratur aliquando vulgata editio.

[n] Nomina propria trãſferenda non ſunt, ſed ad ſummum interpretatione decoranda.

Hermolaus.

Curti. Burg.

[o] Non reprehendit vulgatã, ſed notat myſteriũ, vt infra videre licet ad ſinẽ numeri.

Oſeæ 1.

Gabr. à Coſta in Gen.

Sophon. 2.

Cantic. 6.

Reg. 3. c. 14. & 15. & lib. 4. c. 15.

[p] Non patitur Spiritus ſanctus ſuam erga ſponſam beneuolentiã vel verbo occultare.

[q] Obſcuritas interpretationis myſteriũ cõtinet grãde.

[r] Valde probabile exiſtimat de hoc Elimelech intelligendum locum citatũ Paralip.

§. VII.

Qualiter hi propter auitam perfidiam filiorum Sela perdiderint eſſe maiores Chriſti.

Et vxor eius Noemi, & duo filij eius, Mahalon alter, & alter Chelion.

Oportet autem, vt maior aliqua cognitio nobis ſit illius loci *in Paralip. c. 4.* & vt meliùs cognoſcantur ea, quæ præ manibus habemus de Elimelech, atque de eius filiis aliquid dicere. Placet autem mihi omnino, vt dicamus Elimelech ortũ eſſe de Iuda per Selam [t] vltimo loco natũ Iudæ ex muliere Chananæa, non autẽ per Phares ex Thamar. Tres enim habuit filios Iudas ex Chananæa; Her, qui Thamar accepit in vxorem, & propter ſui iniquitatem ex ea liberos non genuit. Ex eadẽ Chananæa habuit Iudas Ochnã, qui quoniã ſuſcitare noluit ſemen fratris ſui Her ex Thamar, poſteros quoq; non habuit. Tandẽ tertio loco genuit Iudas ex eadem gentili muliere Selam, qui noluit acci- 42.

[s] Pro expoſitione Paral pertinet, & appoſitè, vſque ad finẽ numeri 43.

[t] Elimelech ex Iuda per Selam, & non per Phares.

N pere

pere in coniugē relictam à fratribus Thamar, ſed aliam accepit, ex qua Elimelech. Habentur hæc *in lib Geneſ. cap.* 38. Confirmatur hæc ſententia ex eodem *cap.* 4. *Paralip.* in cuius principio enarratur genus Iudæ per Phares, qui filius fuit Thamar, eóque abſoluto à medio eiuſdem capitis, author eiuſdem libri incipit enarrare genus Iudæ per Selam, inter cuius poſteros [u] enumerat eum, qui ſtare fecit ſolem. Ex quo planè apparet Elimelech non eſſe de genere Phares, quod etiam indicauit author huius libri Ruth *in cap.* 3. cum Booz dixit, *Non abnuo me propinquum eſſe, ſed eſt alius me propinquior*; voluit enim ſignificare ad legem de ſuſcitando ſemine fratris ex relicta priùs teneri illos, qui in eadem linea propinquiores ſunt. Cum autē Booz non ex eadē [x] linea eſſet, ſed ex eodē ſanguine, noluit ſuſcitare ſemen propinqui, niſi prior relictam noluiſſet, qui ex eadem linea mariti defuncti erat, atque ita Iudicis decreto conſtitutum eſt, [z] maiores Meſſiæ Seruatoris propter infidelitatem filiorum Sela transferendos eſſe ad filios Phares. [a] Erat autem auitum ſcelus, ſiue patrium, nolle ſeruare fidem ea iure in familia Sela. Quæ fuit ratio cur de poſteris Sela, ex quibus fuit Elimelech, dictum ſit in cap. 4. Paralip. *& cognationes domus operantiam byſſum in domo Bethſeleel*, ſicut notauit D. Hieron. *in traditionib. Hebraic. in Paralip.* quo byſſo contextæ ſunt cortinæ, quibus operiebatur tabernaculum, ſiue templum Salomonis; illi enim genti relicta eſt figura, res [b] autem tranſlata eſt ad Booz filium Phares; illi velarunt byſſo templum, hic autem texuit mundiſſimum byſſum, quo Verbum in carne velatum eſt, propreréaque vocat homines, quos maiores habere debuerat Chriſtus Dominus, *viros mendacij*, [c] quia eorum fruſtrata eſt ſpes; ſperabant enim ex matrimonio poſteros habituros, quos tamen non habuerunt. Qualis eſt ea locutio apud Iob *in cap.* 7. Sic ergo huiuſmodi *menſes vacuos*, Hebraicè, *menſes mendaces*; vocat enim menſes quibus ægrotauerat Iob, *menſes mendacij*, in quibus ſperabat ſalutem, quam tamen non aſſequebatur. Sic quoque hoc in loco *viros mendacij* appellauit, qui prolem ſperabant ex matrimonio, ſed tamen non inuenerunt. Quod autem additur, *& ſecurus & incedens*, non alios notat viros, etenim particula, [d] *&*, vel non apponenda, vel ſaltem officium non gerit coniunctionis; in qua ſignificatione vſurpatur plerunque in Scriptura ſicut patet Geneſ. 28. *Benedicam tibi, & faciat te creſcere*, id eſt, faciat te creſcere; & cap. 27. *det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, & abundantiam*, id eſt, abundantiam. Sic quoque hoc in loco poſtquam duos filios Elimelech vocauit, *viros mendacij*, eorum addidit interpretationem dicendo, [e] *& ſecurus, & incedens*, hoc eſt, ita appellantur hi homines, ſiue ita interpretandum eſt nomen Mahalon, & Chelion.

[u] *Ex ead. linea & ille qui ſtare fecit ſolem* 1. *Paral.*

[x] *Booz ex eade ſanguine, ſed per Phares.*

[z] *Maiores Meſſiæ propter infidelitatem filiorum Sela tranſlati ſunt ad filios Phares.*

[a] *Auitū erat in familia Sela non ſeruare fidem.* Hieron.

[b] *Propterea illa relicta eſt figura tabernaculi, res autem ad filium Phares tranſlata.*

[c] *Mendaces dicuntur quibus non reſpondit ſpes, ſicut filiis Sela contigit.* Iob 7.

[d] *Particula, &, quandoque non gerit vicem coniūctionis in ſacra pagina.* Gen. 28. & 27.

[e] *Filij Elimelech interpretātur ſecurus, & incedens.*

43\. Nec verò illud, quod in eodem *cap* 4. *Paralip.* dictum eſt: *Qui principes fuerant in Moab*, aduerſatur iis, quæ diximus huc uſque; negandum enim non eſt duos hoſce viros de familia Iudæ eſſe, ac proinde principes, præſertim cum in litera [f] Hebræa ita potiùs habeatur, *qui mariti fuerunt in Moab*, ac proinde apud Moabitas, & principes fuerunt de familia Iudæ, & coniuges acceperunt de genere Moab. Maior autem difficultas eſt in ſequentibus verbis cum dicitur, *Qui reuerſi ſunt in Lachem*, id eſt, in Bethlehem; conſtat enim ex hac hiſtoria, Ruth *in cap.* 1. neutrum è duobus filiis Elimelech reuerſum fuiſſe in Bethlehem, ſed mortuum fuiſſe in Moab; de illis enim propterea dici non potuit, *qui reuerſi ſunt*. Aduertendum tamen eſt, relatiuum, *qui*, non reperiri in textu Hebræo; [g] vnde Hieron. *in traditionib. Hebraic.* ſenſum potiùs ſecutus, quàm literam, dixit, *Quæ reuerſa ſunt de Moab*, vt ſermo ſit de Noemi, & Ruth, quæ poſt decem tandem annos reuerſæ ſunt in Bethlehem: ſicut tamen bene aduertit Franciſcus Lucas *in annot. ad ſacr. Scriptur. ſuper* 1. *Paralip.* 4. verbum reuertendi quo hic vtitur Scriptura, maſculinum potius eſt, quàm fæmineum, ac proinde *reuerſi ſunt*, vertendum eſt, ſi pluraliter inſpiciatur, [h] cum hoc tamen ſtat, quòd locus intelligendus ſit de vtraque fæmina: ſolet enim Scriptura, quando fæmina aliquid virile præfefert, in actionibus eiuſdem accommodare verba maſculini ſexus. Quo pacto hoc in libro Ruth *in cap.* 4. dicitur de Ruth, *faciat Dominus hanc mulierem, vt ſit exemplum virtutis in Ephrata*; in Hebræo verbum *ſit* maſculini generis eſt. Sic quoque 1. *Reg. cap.* 25. cùm Abigail virili animo præſtitiſſet Dauidi id, quod negauerat Nabal eius maritus, dixit enim Abigail, *Suſcipe benedictionem, quam attulit ancilla tua*, verbum *attulit* maſculinum eſt, quod quidem merito ita fit apud Hebræos: ſicut enim pulchrè notauit Plutarch. *in lib de virtutib. mulierū non longè à princip. Eadem eſt virtus viri, & fœminæ.* Vnde idem Plutarch. *in eodem lib.* eleganter notauit, Porſenam Hetruriæ regem Clæliæ virgini propter virile facinus equum dediſſe armatum, quod donum debebatur viro bellatori. Imò & Romani eidem virgini poſuerunt ſtatuam equeſtrem in via ſacra, quaſi non alienum eſſet à muliere virorum ornamentum. Qua ratione hoc in loco Paralip. dicitur de duabus fœminis, *qui reuerſi ſunt in Lachem*, id eſt, *quæ reuerſa ſunt in Bethlehem*, [i] quoniam labente domo Iudæ, & progenitoribus Chriſti Seruatoris propter virorum perfidiam de domo Sela, ipſæ repararunt labentem domum, quod ſanè virile facinus fuit. Ex quibus iam duo colliguntur. Alterum eſt, Elimelech fuiſſe illum, qui ſtare fecit Solem, vel, in myſterium ita appellatus, vel, quoniam res ita euenerit in ſignificationem Chriſti ſeruatoris tamen. Alterum eſt, in domo Sela [l] relictam fuiſſe ſolam, & nudam ſignificationem Incarnationis, ſicut ænigmaticè dicitur *in* 1. *Paral. cap.* 4. in domo autem Phares veram Incarnationem; ita quod Sela ſignificaret, *Phares genuerit*: quod autem dicit, *Ephratæi de Bethlehem Iuda*, voluit ſignificare Ephramitas non eſſe de genere Ephraim, ſed potiùs Ephratæos de regione Ephrata, id eſt, de Bethlehem Iuda. [m] Hic igitur eſt Elimelech, hæc eius vxor, & filij eius, omnes Bethlehemitæ; cuius hiſtoria enarratur in hoc libro Ruth, & myſteriū inculcatur, obſcurè tamen 1. *Paral. c.* 4.

[f] *It obuiam primæ obiectioni ex Hebræo fonte.*

Ruth. 1.

Hieron.

[g] *Secūda obiectioni reſpōdet ex Hier. qui legit, quæ, & non qui.*

Franc. Luc.

[h] *Quamuis vertatur in maſculino, ſemper de fœminis intelligendus eſt locus propter virilem earū virtutem.*

1\. Reg. 25.

Plutarch.

[i] *Quæ labentem domum Iudæ propter virorum perfidiam, ſua fide reparant.*

[l] *Iudæ in domo Sela relicta fuit nuda ſignificatio Incarnationis, res verò ad domum Phares tranſlata.*

[m] *Elimelech cum ſuis de Bethlehem Iuda.*

§. VIII.

Hos ſic Deus peregrinos eſſe fecit, vt hoſpitium, & gratiam inter Barbaros inuenirent.

Ingreſſiq; regionem Moabitidem, morabantur ibi.

44\. INter hæc autem vniuerſa mala non defuit aliquod

aliquod ſolatium miſeris peregrinis ; parauit enim diuina Prouidentia eis hoſpitium inter barbaros hoſtes ; [n] ſolet Deus enim, pios, & iuſtos homines, quanuis puniat, non relinquere omnino, ſicut dicitur Eſdr. lib. 1. cap. 9. *In ſeruitute noſtra non dereliquit nos Deus noſter, & inclinauit ſuper nos miſericordiam coram rege Perſarũ, vt daret nobis vitam, & ſublimaret domum Dei noſtri*, &c. Qualis eſt locus in Pſal. 105. *& dedit eos in miſericordias, in conſpectu omnium, qui ceperunt eos*, id eſt, fecit diuina Prouidentia, vt ſuauiter, & liberaliter captiuos Hebræos tractarent victores eorum hoſtes. Quæ fuit ratio, cur Zachariæ *in cap.* 1. fabri adducti ſint à Deo ad euertenda omnia quatuor mundi imperia, *quia*, inquit Zachar. [o] *zelatus ſum Hieruſalem, & Sion zelo magno, & ira magna ego iraſcar ſuper gentes opulentas, quia ego iratus ſum parum, ipſi verò adiuuerunt in malum*, hoc eſt, ego leuiter punire volui gentem Hebræam, illi verò, hoc eſt, gentiles, adiuuarunt in maiorem pœnam, propterea eorum imperia excidentur. In hanc ſententiam pulchrè notauit Adamantius, peccatoribus [p] omnem creaturam hoſtem eſſe, è contra piis [q] hominibus: ſicut Ægyptiis fluuius, terra, & cælum, iuſto ſeruiunt mare rubrum, cælum, & terra ; tranſit ſicco pede iuſtus, Ægyptius ſubmergitur; in eremo cibus de cęlo miniſtratur, in Iordane arca teſtamẽti dux eſt itineris. Videndus eſt Chryſ. *tom.* 1. *hom.* 9. *in Gen.* vbi oſtendit, quæ ſit cauſa, cur nobis timori ſint beſtiæ, cum non ita eſſent ante peccatum, ſicut deſinduit Iob *in cap.* 5. *& beſtias terræ non formidabis*, ſeu, *& beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi.* Videndus eſt D. Auguſt. *lib.* 1. *contra Iulian, cap.* 2. vbi refert eandem Chryſoſtomi ſententiam, *& tractat.* 18. *in epiſt. Ioan.* cum ita ait, *Agnoſce eum, qui ſupra te eſt, vt agnoſcant te, quæ infra te ſunt ; hac enim ratione ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulabis.* Idem Auguſt. *epiſt.* 99. ita habet in hanc ſententiam: *Venit diluuium, & perdidit omnes, ibi, diluuium & baptiſmum ſignificat, & eluuionem, & inundationem*, ſcilicet, *infidelibus; fidelibus autem baptiſmum, ſicut & Chriſtus Dominus lapis vocatur, lapis autem duo quædam ſignificat, infidelibus offendiculum, fidelibus autem ædificium*, vt iam mirum non ſit, ſi miſeri peregrini de terra Iuda hoſpitium inuenerint apud Moabitas; fideles enim, & religioſi erant ; hoc autem ſignificare voluit Autor ſacer cùm dixit, *& morabantur ibi*, ſiue, *habitarunt inter eos.*

[n] Pios Deus quanuis puniat, non relinquit.
Eſdr. 9.
Pſalm. 105.
Zach. 1.
[o] Ira magna Dei in eos, qui commiſſa ſibi in pios vindicta excedunt modũ.
Adamant.
[p] Peccatoribus omnis creatura inimica.
[q] Econtra verò piis ſeruit vtiliter: vſque ad finẽ numeri.
Chryſoſt.
Iob 5.
Auguſt.
Auguſt.

45. Niſi magis placeat reducendũ hoc eſſe ad occultam vim, & [r] virtutem, quæ erat in carne Chriſti, vel etiam in ſuis maioribus, inter quam, & carnem Moabitarum conuenientia, & occulta quædam ſymbolia erat, qualis occulta vis, & beneuolentia eſt inter lapidem magnetem, & ipſum ferrum, quod non modò attrahit, ſed ferro communicat vim attractiuam, vt ipſe lapis, vt mirum non ſit, ſi lapis, id eſt, caro Chriſti virtutẽ habeat attrahendi alios animos, ſed etiam eandem virtutem communicauit carni, vel etiam adhuc exiſtenti in ſuis maioribus. Notauit hoc Plin. lib. 36. c. 16. *Quid lapidis rigore pigrius?* inquit ille: *Ecce ſenſus, manúſque tribuit illi*, id eſt, ferro. *Quid ferri duritie pugnacius? Sed cedit, & patitur mores, trahitur namque à magnete lapide, domitríxque rerum omnium illa materia, ad inane neſcio quid, currit, atque vt propius venit, aſſiſtit, teneturque, & complexu hæret.* Similia habet Aug. de hac eadem re *lib.* 12. *de ciuit. Dei cap.* 4. Ex quibus iam efficitur, quod quemadmodum in magnete non ſolùm vis eſt attrahendi ferrum, ſed eandem virtutẽ attrahendi communicat ferro ; ſic quoque in magnete diuino, hoc eſt, in homine Deo Chriſto Ieſu, non ſolùm vis eſt attrahendi animas, [ſ] ſed eandem virtutem animabus communicat. Quam vim in ſuo ſponſo cognouit ſponſa *Cant.* 1. cum dixit ; *Trahe me poſt te*, [t] *curremus*, &c. Quibus verbis non ſolùm trahendi virtutem concedit ſponſo, ſed eandem gratiam ſibi communicare poſſe oſtendit, cum dixit, *curremus* : quæ enim attracta fuit à ſponſo, transfuſam in ſe gratiam oſtendit, qua alias ſodales adoleſcentulas attrahere etiam poſſet, ſicut Plato dixit in lib. de furore Poëtico, *Poetæ olim velut à magnete excitati à muſa, alios etiam excitabant* : ſic videmus *Ioan. cap.* 1. Andræam attractum [u] à Chriſto Domino, traxiſſe ad eundem Chriſtum Simonem Petrum ; ſic Philippum traxiſſe Nathanaëlem. Petita ſunt hæc à Greg. Naz. in orat. quam habuit in laudem D. Athanaſ. cum ait : [x] *Athanaſius ad inſtar magnetis diſcordes, & ferreos homines ad Chriſtum traxit*, vt iam non ſit mirum, ſi hæc eadem virtus & gratia à Chriſto Domino communicata reperiatur in ſuis maioribus. Sic Sara, ſic Abraham ſibi conciliarunt hoſtiles animos. Sic quoque Dauid. 1. *Reg. c.* 22 Saulis fugiens inuidiam apud regem Moab benignè pariter, & humaniter exceptus eſt. Sic quoque domus Elimelech, vnde oriundus erat Chriſtus Dominus hoſpitium inuenit in terra Moab. Magis hæc eadem gratia Iacobo cõmunicata cernitur, quando feſſus de via caput reclinauit ſuper lapidẽ, atque Angelos aſcendentes, & deſcendentes vidit ſuper eam carnẽ ex qua generandus erat Chriſtus, [z] deſcendebant attracti à gratia illius carnis, aſcendebant admirati magnitudinẽ illius.

[r] Virtus corporis Chriſti & in ſuis maioribus, veluti ferrum magnes, traxit gratiã Moabitarum ad Elimelech.
Plinius.
Auguſt.
[ſ] Chriſtus nõ ſolùm trahit, ſed vim trahendi communicat.
Cant. 1.
[t] Vtrunque ſenſit ſponſa.
Plato.
[u] Se aſſerunt Apoſtolis,
Nazianz.
[x] & alij ſancti veteris, & noui teſtamenti: vſque ad finem numeri.
1. Reg. 22.
Gen. 28.
[z] Dormiente Iacob ad pedẽ ſcalæ, deſcendebant Angeli attracti à gratia illius carnis, de qua Chriſtus generandus erat.

46. Magis eſt, [a] quod ipſum Verbum æternum ab eadem gratia ſe attractum fatetur, cum *Cant.* 6. dixit, loquens cum ſponſa ſua, ſiue cum anima perfecta, qualis planè eſt Virgo Mater, *Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt*, vel quemadmodum Aben Eſra. *Auerte oculos tuos à me, & in aduerſam partem eos conuerte, quia potentiores ſunt me*, vel, *quia me reddiderunt non potentiorem*, quod vulgatus Interpres amatorio verbo dixit, *quia ipſi me auolare fecerunt* ; tanta in te attrahendi vis eſt, vt vel etiam Verbum æternum de cælo attrahas ad te. Similia ſunt ea, quæ dixit propheta Ezech. *cap.* 1. *ſui vaticinij*, cùm deſcribit prodigioſam eam, & admirabilem viſionem, quæ ſibi per ſomnium obiecta eſt ; inter alia enim ita habet : *& ſuper ſimilitudinem throni, quaſi ſimilitudo aſpectus hominis ; & vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectum ignis intrinſecus per circuitum eius, à lumbis eius, & deſuper, & à lumbis eius, vſque ad deorſum.* Quem locum Paul. Burg. *addit.* 1. *ſuper illud caput*, neceſſariò intelligendũ eſſe docet, de Verbi incarnatione, atque de myſteriis Chriſti, & aduertit hanc hominis ſimilitudinem in throno ſedere ſuper omnem creaturam, vt vel ex ipſo loco oſtenderet Deus [b] virtutem eſſe in Verbo incarnato ſibi vniendi vniuerſa. Quæ fuit ratio cur tota ea ſpecies hominis ad ſimilitudinem electri viſa ſit, nec ſolùm electri, ſed etiam electri igniti : ſuccinum enim, vel electrum inflammatum, ſiue ignitum, virtutẽ habet attrahendi, atque vniendi ad ſe. Vnde mihi optimè videtur notaſſe Nicol. de Lyra ex veteribus Rabbinis vocem Hebræam, *Chaſmal*, pro qua Hieronym. vertit, *quaſi ſpeciem electri*, non electrum eſſe,

[a] Magis eſt quod verbum æternum ab eadem gratia ſe fatetur attractum.
Cantic. 6.
Aben Eſra.
Ezech. 1.
Burgenſ.
[b] In Verbo incarnato virtus eſt vniẽdi ſibi vniuerſa: ad finem vſque numeri.
Lyranus.

ſed aliquid aliud nobilius, quod vittutem habeat attrahendi vnde Hietonym. notanter dixit, non ſpeciem electri, ſed *quaſi ſpeciem electri*, quod enim electrum inflammatum facit, hoc ipſum nobilius facit Verbum io caroe. Expreſſit hoc Ioannes *in cap.* 12. ſiue potius Chriſtus Dominus in ſeipſo cum dixit, *& ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Quem locum pulchertimè dilarauit Leo I. ſerm. 6. de paſſione. *Exaltatum omnia ad ſe traxiſſe Ieſum, non ſolùm noſtra ſubſtantia paſſione, ſed totius mundi commutatione, monſtratum eſt; pendente enim in patibulo Creatore, vniuerſa creatura congemuit, & crucis clauos omnia elementa ſenſerunt; nihil ab illo ſupplicio liberum fuit, hoc in cognitionem ſui & terram traxit, & calum, hoc petras rupit, monumenta aperuit, inferna reſerauit, radios ſolis abſcondit; debebat hoc teſtimonium ſuo mundus Authori,* [c] *vt in occaſu conditoris ſui, vellent omnia finiri: ſed ſapientia Dei ſeruat rebus, atque temporibus ordinem ſuum, noſque in illum potius vocat effectum, vt eorum ſalutem petamus, quorum crimen horremus.* Quibus verbis Leo I ſignificat, & oſtendit, quæ fuerit cauſa, cur omnia indoluerint in paſſione Chriſti; vniuerar enim Deus exaltatus in cruce omnia ſibi propter vim attrahendi, quæ [d] cetnitur in magnete diuino, vel in electro ignito, hoc eſt, in Verbo incarnato crucifixo; tunc enim incaluit electrum ignitum, atque ad ſe traxit omnia, quæ tracta & vnita morientis Chriſti vulnera ſenſerunt, & dolotes eiuſdem Chriſti; quam gratiam attrahendi ad ſe omnia, inſtar magnetis, viderur communicaſſe ſois maioribus, ita vt iam mirum non ſit, ſi tutum hoſpitium inuenerint, ſicut hoc in loco de Elimelech dixit Authot ſacer, *Ingreſſique regionem Moabitidem, morabantur ibi*; hoc eſt, ibi ſedem fixerunt, & domum ad modum eorum, qui indigenæ erant illius regionis, ſic enim eorum conciliauerant animos, & beneuolentiam.

Hieron. — Ioan. 12. — Leo I.

[c] *Voluerunt omnia in morte conditoris ſui, etiã mori.*

[d] *Chriſtus in cruce magnes ſeu electrum ignitum omnia ad ſe trahens.*

§. IX.

Genus ſupplicij eſt in alieno ſolo ſepulturam accipere.

47. *Et mortuus eſt Elimelech maritus Noemi.* TVrbatum tamen eſt hoc ſolatium importuna morte Elimelech; ſic enim dicitur, *& mortuus eſt Elimelech maritus Noemi:* pettinet autem ad infortunium peregrinorum, ſi in peregrina ſepultura condantut, & ſub alieno cælo: [e] videtur enim aliqualem ſpeciem pænæ habere Moyſis mors, & ſepultura, ſicut dicitur Deuter. 34. *Mortuuſque eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab iubente Domino, & ſepeliuit eum in valle terra Moab:* quod enim io Chananæa ſepultus non ſit Moyſes, ſed in tetra petegrina, alicuius ſupplicij ſpeciem refert. Qua de re videndus eſt Plutatch. *in vita Photionis.* Cum enim quidam quæreret, quid feciſſet Photion, cum toties rempublicam adminiſtraſſet? Reſpondit Photion. [f] *non parum quidem, qui vt ciues mei in ſuis tumulis conderentur effeci.* Vnde metirò indoluit Valer. *lib.* 5. *cap.* 3. cum air, *poſt mortem Photionis, nullam Attica regionis, qua oſſibus eius inſereretur, glebulam inuentam eſſe.* Quod nos aliquando in funebri otatione Philippi, de patriæ parente rege Ioanne 3. diximus. Similia habet Plutarch. *in vita Periclis*, quod etiam ſuo Palinuto accidiſſe doluit Ænæas, cum dixit:

Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Eſt enim miſerum io petegtina ſepultura ſepeliri. Non ſatis autem fuit Elimelech *miſerè viuere*, ſed huic miſeriæ addita eſt alia, *miſerè mors.*

[e] *Moyſis mors & ſepultura ſpeciem pœnæ habuit.* — Deut. 14.

Plutarch. — [f] *Vox vere parentis Patria.* — Aaler. Max. — Plutarch.

TRACTATVS V.

De verbis illis, *Remanſitque ipſa cum filiis, qui acceperunt vxores Moabitidas.* ſiue, *De matrimonio contracto inter religione diſpares.*

§. I.

Fuerit ne matrimonium hoc licitum, & validum?

Qui acceperunt vxores Moabitidas. QVo anno mortuus ſit Elimelech, ooo retulit Autbor hoc in loco, ſed ſtatim poſt eius mortem dixit, filios eius io matrimonium accepiſſe mulieres prophanas Moabitidas, cùm tamen io lege cautum eſſet, nequis de Hebræis vxorem acciperet gentilem, & prophanam, ſicut patet *Exod.* 34. de quibus dicitur, *quia* [g] *noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua, quando egreſſi eſtis, non accipietis coniuges de genere eorum, quia etiam conduxerunt contra te Balaam, vt malediceret tibi.* Tertiam rationem addit Theodoret. *quæſt.* 26. *in Deut.* cut non liceret vxores accipere Moabitidas Hebræis? *quia ſcilicet filias ſuas adornantes proſtituerunt Iſraelitis*, Num. 25. *vt eos ad ſacrificandum Idolis allicerent.* Videndus Nehemias *lib.* 1. *cap.* 13. hoc eſt, ſecuodus liber Eſdræ, vbi cum lecta fuiſſet lex *Deut.* 23. & *Num.* 22. de oon contrahendis nuptiis cum alieoigenis, ita dicitur: *In die autem illo lectum eſt in volumine Moyſis audiente populo, & inuentum eſt ſcriptum, quòd non debebant introire Ammonita, & Moabita in Eccleſiam Dei in æternum, eo quod non occurrerint filiis Iſrael cum pane, & aqua, & conduxerint aduerſus eos Balaam ad maledicendum eis, & conuertit Deus noſter maledictionem in benedictionem.* [h] *Factum eſt autem cum audiſſent hæc, ſeparauerunt omnem alienigenam ab Iſrael:* hoc eſt, cootracta [i] matrimooia ìrrita eſſe decreuerunt propter cultus, & religionis diſparitatem, ita mandante lege *Deut.* 23. in qua cautum erat, ne quis Hebræus vxorem acciperet de Moab, ac proinde hæc mattimonia celebrata iotet filios Elimelech, & vxores Moabitidas tata eſſe non videntut: vnde Paraphraſtes Chaldæus oſtendit cootra pietatem eos feciſſe, cùm ait: *Tranſgreſſi autem præceptum diuinum duxerunt extraneas vxores Mohabitidas.* 48.

Exod. 34. — [g] *Lege prohibebatur Hebræis accipere Moabitidas, & quare.* — Theodoret. — Num. 25. — Lib. 2. Eſd. — Deut. 23. — Num. 22.

[h] *Hoc vnum remediũ contra Iudæos in Hiſpania.* — [i] *Inter religione diſpares matrimonia irrita.* — Eſd. 2. c. 13. — Deut. 23.

§. II.

Reſolutio quæſtionis ſuprà poſitæ.

Et ambo mortui ſunt. INnuit autem hic locus matrimonia hæc illicita fuiſſe propter 49.

pter duas prærogatiuas, quas habent ſancta, & legitima matrimonia, quibus illa caruerunt, quia dicitur in hac hiſtoria, *& ambo mortui ſunt*, quaſi [l] eorum præciſa ſit vita in adoleſcentia, nec poſteri relicti in matrimonio. Quarum [m] vtraque prærogatiua eorum eſt, qui piè nubunt, ſemper enim ſolatium matrimonij fuit ſobolem ex eodem matrimonio reliquiſſe, ſicut dixit Eccleſiaſticus in cap. 3. *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, ſimilem enim ſibi reliquit poſt ſe, in vita ſua vidit, & lætatus eſt in illo; in obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec confuſus eſt coràm inimicis; reliquit enim defenſorem, & amicis gratiam reddentem*: hoc autem pietatis ſignum ſemper fuit. Vnde Michol *lib. 2. Regum cap.* 6. & vxores Abimelech *Gen.* 20. propter impietatem ſteriles fuerunt: & *Exod.* 23. legem ſeruantibus, & piè viuentibus hæc promittitur benedictio, *Nec ſterilis, nec infæcunda erit inter vos.* & *Pſalm.* 127. de eiſdem ita dicitur; *vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum.* Dixit hoc Plato in lib. de legib. *Quod ad nuptias pertinet; hæc ſunt eorum ſolatia, quod neceſſe ſit ſemper natura manſura ſeruire: & qui filios filiorum reliquerit, quaſi pro ſe famulos Deo tradidit; generans enim alios, tanquam* [n] *lampada vitam tradens aliis ex aliis colentes ſemper Deũ relinquit.* Ex quibus iam fit matrimonium hoc legitimum non fuiſſe, de quo ſcilicet proles, & ſoboles relicta non eſt, ſicut euenire ſolet. Sic quoque alia prærogatiua defuit his duobus matrimoniis, quæ deeſſe non ſolet legitimis matrimoniis: mortui enim ſunt in limine vitæ, & in ipſa adoleſcentia hi duo Ephratæi, [o] cùm tamen longæuitas vitæ prærogatiua ſit pietatis. Id quod ſatis oſtendit ille locus apud Iob. cap. 5. *Ingredieris in abundantia ſepulchrum, ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo.* id eſt, non morieris ante diem, ſed potiùs iam ſenex: quod ſcriptum reliquit Moyſes de Abraham Gen. 25. *Fuerunt autem dies Abrahæ centum ſeptuaginta quinque anni, & mortuus eſt in ſenectute bona, & plenus dierum.* Videndus eſt Philo *in lib. Quis ſit hæres rerum diuinarum. Diſce,* inquit, *hoc dogma noſtri legiſlatoris, ſoli bono viro bonam ſenectutem, & longinquitatem contingere.* Videndus eſt Hieronym. *lib.* 11. *Com in Iſai. cap.* 28 cùm explicat illa verba, *ſancti implent dies ſuos*, & Auguſt. *Pſalm.* 33. ad illa verba, *quis vult vitam, diligit dies videre bonos?* Similia habet Gregorius 16. *Moral. cap.* 15. cum explicat illa verba, *vixit autem Iob poſt flagella ſua centum quadraginta annis*: vbi oſtendit Gregorius, quòd vita longæua non conſiſtat tantùm in hac præſenti vita, quam viuimus, ſed in prudentia, & pietate: quod proſequitur Seneca in *in lib. de breuitate vitæ*, præſertim *cap.* 8. Quare cum hæc quoque prærogatiua defuerit his duobus matrimoniis, ſignum eſt ea legitima, & ſancta non fuiſſe, vtpote contracta contra legem expreſſam Moyſis.

[l] Qui illicitè nubunt immaturè, & improles decedunt.
[m] E contra verò in legitimo matrimonio.
Eccleſiaſt. 3.
2. Reg. 6.
Exod. 23.
Pſalm. 127.
Plato.
[n] Piorum filij quaſi lampades ante Deũ pro Patribus accenſa.
[o] Pietatis prærogatiua lögæuitas vitæ; vſque ad finẽ rumeti. Iob. c. 5.
Gen. 25.
Philo.
Hieron.
Auguſt.
Gregor.
Seneca.

50\. Cum autem locus hic dogmaticus ſit, in quo grauiter errarunt recentiores hæretici, inter quos eſt Lutherus *in lib. de captiuitate Babylonica*, aſſerens ſemper libera fuiſſe matrimonia inter omnes cuiuſcunque conditionis, & religionis; acriùs tem proſequitur Theodorus Beza *in lib. de repudiis*, vt ſanctum matrimonium de numero ſeptem ſacramentorum tollat. [p] Oportet igitur breuiter hac de re, quid Patres ſenſerint oſtendere: ſemper [q] autem fuit illicitum matrimonium

Lutherus.
Beza.
[p] Redit ad quæſitum.
[q] Semper fuit

Gabr. à Coſta in Gen.

inter diſpares in religione, & cultu: qua de re videndus eſt Auguſt. lib. contra Fauſtum, & lib. 1. de adulter. coniug. cap. 21. *Nec nubat fæmina*, ait ille, *non ſuæ religionis viro, vel, vir nec talem ducat vxorem, id enim iubet Deus, docet Apoſtolus, vtrunque præcipit teſtamentis.* & in eodem lib. c. 25. laudat Cypriani ſententiam, qui *ſermone* 5. *de lapſis* appellat hanc coniunctionem [r] fidelium cum infidelibus *proſtitutionem membrorum Chriſti cum gentibus.* Eſt locus in hanc ſententiam Hieronymi optimus *lib.* 1. *aduerſus Iouinianum* cum ait, *pleræque iunguntur infidelibus; Apoſtoli contemnentes iuſſionem, & templa Chriſti Idolis proſtituunt.* Locus autem Pauli, quem Patres citant in hanc ſententiam, habetur 1. *ad Corint. c.* 7. *cui vult nubat tantùm in Domino*, id eſt, cum fideli homine. Sic Hieron. locum intelligit, Ambr. Theophylact. Theodoret. Anſelm. S. Thom. Tertull. *in lib.* 2. *ad vxorem.* Ex quibus Patribus videtur colligi, non ſolùm illicita, ſed etiam [s] irrita fuiſſe ſemper huiuſmodi matrimonia. In quam ſententiam clamat lex Moyſaica pro ſuo tempore: pro noſtro autem præter Patres Conciliorum [t] Agathenſe, Elibertinum, & Aurelienſe, quamuis in oppoſitum Card. Bellarm. *tom* 2 *controuerſ lib.* 1. *de matr. cap.* 23. velit illicita tantùm eſſe huiuſmodi matrimonia, non tamen irrita, niſi de more inuiolabili Eccleſiæ.

illicitum matrimonium inter religione diſpares.
Auguſt.
Cyprian.
[r] Coniunctio fidelis ad infidelem proſtitutio membrorum Chriſti ex Cypriano.
1\. Cor. 7.
Hieronym.
Ambr.
Theophyl.
Theodoret.
Anſelm.
D Thom.
Tertullian.
[s] Ex patribus videtur matrimonium illud eſſe irritum
[t] Item ex Concilm.
Bellarm.

51\. Ego [u] verò, vt iam meam mentem oſtendam in duobis his matrimoniis contractis inter filios Elimelech, & duas Moabitides, non exiſtimo licitè eas accepiſſe in coniuges; rata [x] tamen, neque irrita puto fuiſſe talia matrimonia. Primum confirmant ea, quæ attulimus ex lege diuina prohibente, non tamen irritante; nec enim tunc temporis extabat lex lata Eſdræ *lib* 2. *cap.* 13. qua ſeparabantur huiuſcemodi matrimonia. Quæ fuit ratio, cur nec ſobolem habuerint, nec longæuam vitam, quia ſcilicet contra religionem non legitimas acceperunt vxores. Secundum autem ex eo oſtendo, quia ſi matrimonia rata non fuiſſent, [y] ex illis non eſſet orta obligatio conſanguineis accipiendi relictas à defunctis maritis conſanguineis; nec enim lex fauet meretricibus: conſtat autem ex conſuetudine actum eſſe, & ex lege contra conſanguineos defunctorum, vt relictas à conſanguineis defunctis in coniuges acciperent, ſicut patet ex hoc lib. Ruth. c. 4. hoc enim ſignificant ea verba: *Aſcendit ergò Booz ad portam:* hoc eſt, vocauit conſanguineos ad publicum tribunal iudicum, vt de eorum ſententia definitum eſſet, quis ex conſanguineis accipere debuiſſet ex lege coniugem relictam.

[u] Sententia Authoris.
[x] Rata fuiſſe, ſed illicita hæc matrimonia.
2\. Eſd. 13.
[y] Ex matrimonio enim irrito non oritur conſanguineus legalis.

§. III.

Infortunium nunquam ſine comite.

52\. *Remanſitque mulier orbata duobus liberis, ac marito.* TAndem ſequuntur extrema verba, quibus hoc infortunium peregrinorum concluditur. Ea autem ſunt, *Remanſitque mulier orbata duobus liberis, ac marito*: id quod huiuſcemodi hebraiſmo effectum, *relictaque fuit vidua illa poſt duos filios, & poſt maritum*; vel, *relicta eſt mulier illa à duobus filiis, & à marito*, deſerta ſcilicet, & deſolata; ſic enim miſeros ſequitur miſera fortuna, vt non ſit vna ſola calamitas, ſed vnã plurimę ſequantur, quod de vidua Virgine Matre

Nazianz. [a] *Vetus iniuria parit nouam.*

dixit Nazianz. *in Tragœdia*, Chriſtus patiens,

Quando [a] *vetus iniuria parere nouam ſolet,*
Et ſubſequuntur lachrymas lachryma altera,
Queis nec modus ſit, nec numerus vllus malo,
Nam ſemper aliud creſcet in pugnam comes.

Tragic. [a] *Finis vnius mali gradus eſt futuri, ex Senec.*

Quod Tragicus dixit:

Finis vnius mali gradus eſt futuri. [a]

Iob 1.

Videndus eſt Nazianz. *orat. in laudem D. Athanaſij*, cum de nuntiis Iob deferentibus eius calamitatem, ponderans ea verba Iob, *adhuc eo loquente venit alter, & dixit, ignis de cœlo cecidit*; ita dicit, *hæc contexuit, vt nec luctibus ipſis, ob afflictionum ſeriem, perpetuámque connexionem locus eſſet.*

2. Reg. 18. [b] *Calamitatis natura eſt, non venire ſolam.*

Videndus eſt locus 2. *Reg. cap.* 18. vbi hanc calamitatem [b] naturam notauit rex Dauid, cùm dixiſſe fertur, currente de prælio milite cuius nuntium expectabat, *Si ſolus eſt, bonus eſt nuntius in ore eius*, quaſi volens nullam calamitatem ſolam eſſe. Quod etiam aduertit Genebr. *in Pſ.* 41.

Pſal. 41.

vbi inter mala quę paſſus fuerat rex Dauid in ſuo exilio, hoc vnum grauiſſimum eſſe dixit, *quòd abyſſus abyſſum inuocat.* Quem locum ita explicat Genebr.

Genebr.

Hæc eſt mearum calamitatum natura, vt nulla de calamitatibus meis ſola ſit, ſed cum altera veluti pelagus ſine fundo ſit, ſimili occurrit: texitur [c] *enim vna calamitas ex alia in infinitam telam, cum tamen nulla felicitas alteram habeat, cui attexatur,* [d] *ſed in ipſo vix prima felicitas abrumpatur.* Quod doluit rex Ezechias *Iſai.* 38. cum dixit, *Præciſa eſt veluti à texente vita mea, cum adhuc ordirer, ſuccidit me.* Hoc igitur eueniſſe videmus miſeræ Noëmi, [e] quæ propter famem peregrinari coacta eſt; famem igitur ſecura eſt peregrinatio, peregrinationem extrema paupertas, paupertatem mors mariti, mortem autem mariti ſequutus eſt vtriuſque ſobolis interitus: ſic famelica peregrina vidua marito, orbata filiis, relicta eſt quaſi deſolata miſera Noëmi; ſic enim ſequitur fortuna miſeros.

[c] *Texitur calamitas vna ex alia in infinitum.*
Iſai. 38.
[d] *Econtra verò felicitas in ipſo abrumpitur texendi principio.*
[e] *Colligit quæ dicta ſunt.*

TRACTATVS VI.

De Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in hac peregrinatione.

§. I.

In litera ſacri textus tanquam in argento ſemper includitur aurum myſticæ ſignificationis.

53. SEd iam tempus eſt, vt paulo maiora canamus, rimantes quid tandem lateat in hac peregrinatione Elimelech. Cum enim vniuerſa Patrum veteris teſtamenti ſcripta, dicta, & geſta, autore Paulo 1. *Corinth.* 10. figuræ, & vmbræ fuerint eorum, quæ nos videmus, non ſolùm vocibus, ſed etiam rebus prophetatum eſt. Auguſt. lib. contra Fauſtum, *non tantùm lingua*, inquit, *ſed etiam vita priſcorum prophetica fuit.* Tertullian. *in lib. de reſurrectione carnis; Vocibus*, [f] inquit, *& rebus prophetatum eſt.* Quare nobis dubium non eſt in hac diuina hiſtoria aliquid diuinius, & pulchrius latere, ad cuius contemplationem iam propiùs accedimus, ſicut polliciti ſumus in principio huius operis. Nequis tamen fallatur errore vocabuli, ſciendum eſt, Analogiam, figuram eſſe, qua oſtenditur conuenientia, & mira congruentia vtriuſque Teſtamenti inter ſe; ſic enim eam vocat D. Auguſt. tom. 3. lib de Geneſ. ad literam, & lib. de vtilitate credendi tom. 6. [g] *Analogia*, inquit, *eſt, qua vtriuſque teſtamenti congruentia perſpicitur.*

1. Cor. 10.
Auguſt.
Tertul.
[f] *Vocibus & rebus in veteri teſtamẽto prophetatum eſt. ex Tertul.*
Auguſt.
[g] *Analogia, id eſt, cōgruentia vtriuſque teſtamenti.*

54. Et; vt magis cognoſcamus aliquid latere diuinum in hac hiſtoria, notandus eſt locus optimus apud Rabb. Moyſ. *lib.* 1. *Morch*, quem referunt. & ſequuntur Paul. Burg. *in ſcrut.* 1. *part.* & Petrus Galatin, *lib.* 1. *de arcan. contra Hebr.* exiſtimat enim vir doctiſſimus inter Hebræos in hanc ſententiam adducendum locum illum *Prouer.* 25. vbi noſtra vulgata editio ita habet, *mala aurea in lectulis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo.* Quem locum ita ille legit ex Hebræis: *Poma aurea in retiaculis argenteis, qui loquitur verbum ſecundum ambas facies ſuas:* quæ lectio oſtendit maieſtatem vtriuſque literæ ſacræ, tam internæ, quàm externæ. Sicut enim pomum aureum incluſum in cancellaturis argenteis, ita continetur diuinus, & allegoricus ſenſus in ſenſu literali, & externo ſacræ Scripturæ; ſi quis enim pomum ex auro puriſſimo miro artificio elaboratum, in retiaculis argenteis concluderet, qui opus illud à longè aſpiceret, purum exiſtimaret argentum: verùm manuductus artificio exteriori, tandem propiùs accedens, ex argenti artificio in aurum introſpiceret; ſic quoque in diuina Scriptura, [h] ex artificioſa litera externa deducimur ad rimandum myſterium abſconditum, quod mihi voluiſſe videtur rex Salomon, *Cantic.* 1. cum dixit, *Murenulas aureas faciemus tibi argento vermiculatas*; etenim mirantur omnes Patres, ſi non potiùs dictum ſit, *murenulas argenteas faciemus tibi vermiculatas auro*; ſolet enim nobilior materia, ornamentum eſſe, pulchritudo, & gratia materiæ ignobiliori; non tamen ſine myſterio ita factum, ac dictum eſt. Quæ verba ſunt amicorum, ſiue ſodalium ſponſi, hoc eſt, Angelorum, & Prophetarum promittentium ſponſæ muneta quædam nuptialia, ſicut fieri ſolet; ea autem erant murenulæ, ſiue catenulæ aureæ cum diſtinctionibus quibuſdam argenteis, quo ad vſque ſponſus eſſet in accubitu ſuo, ſic enim Patres Græci, inter quos eſt Origen. legunt ea verba, *Murenulas aureas faciemus tibi, dum eſſet Rex in accubitu ſuo*; hoc eſt, figuras, atque etiam ſimilitudines tibi dabimus, in quibus concluſum erit puriſſimum aurum; diſtinctiones tamen argenteas miro artificio exteriùs factas habebunt, per quas rimari licebit diuina myſteria, [i] quando ſponſus tuus mortuus non fuerit: poſt accubitum enim eius ſciſſum eſt velum templi à ſummo vſque ad deorſum, & reſeratum eſt aurum diſtinctiones inter argenteas, quod latebat, ſicut appoſitè notauit *Matth. cap.* 27. cum dixit, *Ieſus autem iterum clamans voce magna emiſit ſpiritum; & ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes à ſummo vſque ad deorſum:* quod ipſum notauit *Lucas cap.* 24. cum ait, *Incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis interpretabatur eis Scripturas in omnibus quæ de ipſo erant.* Externa enim hæc facies rerum pulcherrima conducebat ad pulchritudinem ſponſæ, per quam ſcilicet, latentem pulchritudinem intuebantur, quandiu ſponſus per ſuam mortem non reſerabat diuina & occulta myſteria.

Rab. Moyſ.
Paul. Burg.
Galatin.
Prouerb. 25.
[h] *Ex artificio externo ſacræ literæ ad myſterium rimandū aſcendimus.*
Cantic. 1.
Origen.
[i] *Figura, & velamina vſque ad mortē Chriſti, exinde reuelatio & claritas.*
Matth. 27.

Ex

55. Ex quibus iam videmus externas figuras nos manuducere, vt ex eorum pulchritudine diuiniorem pulchritudinem latentem loquiramus. Sic ſuſpenſus de cruce æneus ſerpens in cuius obtutu ſanabantur morientes, cogit vt myſterium crucis intrinſecùs conditum contemplemur. Sic ille apparatus, quo Iſaac deductus eſt à patre Abrahamo portans in humeris ſuis ligna ligatus ſuper altare holocauſti, iam parentis eleuata dextera cum gladio ad ſacrificandam hoſtiam, aries inter ſyluas cornibus detentus, in ſacrificium ſubitò oblatus, cogit vt etiam aliquid ſub eo apparatu externo latere putemus. [l] Sic quoque vt alia pleraque omittam, hiſtoria noſtra de Ruth à libro Iudicum ſeparata, ad cuius argumentum omnino pertinebat, ſicut Autor eiuſdem notauit, cum in principio ſtatim dixit: *In diebus vnius iudicis*: ipſe quoque apparatus rei tam aptè contextus, etſi vera ſunt ea, quæ ſuperiùs diximus, veriſſima autem ea eſſe exiſtimamus, quòd hæc eadem hiſtoria in ænigmate relata ſit 1. *Paralip. cap.* 4. In qua credidimus hunc noſtrum Elimelech eum eſſe, de quo ibi dicitur, *Qui ſtare fecit ſolem*: hic igitur externus apparatus vehementer facit, vt diuina quædam ſub eo latere exiſtimemus.

Num. 21.

[l] *Satis colligitur ex allatis figuris, in præſenti hiſtoria myſterium latere.*

1. Paral. 4.

56. *Si* quis autem obiiciat [m] fieri non poſſe, vt hæc hiſtoria myſtica & ſymbolica ſit, ſub qua ſcilicet lateat aliquod diuinum myſterium, cum non ſine ſcelere eadem geſta ſit. In primis enim Hebræi, quos refert Lyranus ad hunc locum, exiſtimant hunc Elimelech propter inſignem ſuam auaritiam à [n] patria exulem, & extorrem fuiſſe, quòd tempore famis pauperes ferre noluerit importunos, quod proprium ſupplicium eſt auari hominis, quemadmodum pulchrè aduertit D. Ambroſ. in lib. de Nabute, cap. 4. *Auarum*, ſcilicet, [o] *prius ſe mulctare, quàm pauperem à quo auſert bona, à vobis*, inquit Ambroſius, *pœnam exigitis, prius quàm pauperibus erogetis: vos luitis veſtro effectu miſeræ paupertatis ærumnas.* Quod ſi verum eſſet de Elimelech, ſatis in eo cernebatur hoc ſupplicium, coactus enim eſt patriam relinquere, vt pauperes deſereret: [p] nihilominus tamen veriùs exiſtimauerim cum Hieronymo, pium, & [q] probum fuiſſe Elimelech, neque ea de cauſa reliquiſſe Bethlehem.

[m] *Prima obiectio quòd animo homo ſignum non poſſit eſſe myſterij.*
Lyran.
[n] *Elimelech enim ob auaritiã extorris à patria ſecundum Hebræos.*
Ambr.
[o] *Auarus prius ſe mulctat quàm pauperem.*
[p] *Solutio.*
[q] *Sed pium exiſtimo virum cum Hieron.*

57. [r] Si quis autem obiiciat iniquas nuptias vtriuſque filij eius cum prophanis Moabitidibus figuras eſſe non potuiſſe alicuius Sacramenti. [s] Reſpondemus ſæpe ea, quæ in hiſtoria ſcelerata ſunt, in [t] repræſentatione, diuina eſſe, ſicut pulchrè aduertit Richard. de ſancto Victore *lib.* 1. *de eruditione hominis inter cap.* 1. *&* 9. vbi pleraque loca affert in hanc ſententiam. Expreſſit hoc D. Gregor. Magn. *lib.* 3. *moral. cap.* 16. in adulterio Dauidis cum Bethſabee. Placuit autem ſententiam eiuſdem Gregorij afferre, quia pernecesſaria eſt; ſunt autem eius hæc verba. *Plerunque res qualibet per hiſtoriam,* [u] *virtus eſt, per ſignificationem culpa; ſicut aliquando res geſta in facto, cauſa damnationis eſt, in ſcripto autem prophetia virtutis. Quis namque audiens hiſtoriam Dauidis, non deteſtetur, quòd Dauid in ſolario deambulans Bethſabee Vriæ concupiſcit vxorem, quem tamen à prælio reuertentem, iubet domum ire, & pedes lauare? qui protinus reſpondit, Arca Domini ſub pellibus eſt, & ego in domo mea requiſcam? Quem Dauid ad menſam propriam ſuſcepit, eique epiſtolas per quas mori debuit, tradidit. Cuius,* inquit, *Dauid in ſolario ambulans typum tenet, niſi eius de quo ſcriptum eſt, In ſole poſuit tabernaculum ſuum?* [x] *Quod autem Bethſabee ad ſe vocauerit, nihil aliud eſt, quàm legem literæ carnali populo coniunctam ſpirituali ſibi intellectu ſociari. Bethſabee enim puteus ſeptimus dicitur, quia nimirum per cognitionem legis infuſione ſpiritualis gratiæ, perfecta noſtra ſapientia miniſtratur. Vrias* [z] *verò Iudaicum populum ſignificabat, cuius nomen interpretatum eſt, lex mea Dei, Iudaicus enim populus de accepta lege extollitur. Sed huic Vriæ Dauid vxorem abſtulit, ſibique coniunxit, quia videlicet, manu fortis, hoc enim ſignificat Dauid,* [a] *in carne Redemptor noſter apparens, dum de ſe ſpiritualiter loqui legem innotuit; per hoc, quòd iuxta literam tenebatur, hanc à Iudaico populo extraneam demonſtrauit, ſibique coniunxit, Vriam autem domum ire, & pedes lauare præcepit, quia incarnatus Dominus Iudaico populo vt ad conſcientiam redeat, ſordes operum lachrymis tergat: & poſt tantam duritiem præceptorum, fontem Baptiſmatis inueniens ad aquam Apoſtolorum recurrat: Vriam autem ad domum redire nolentem, Dauid ad menſam vocat, quia quamuis Iudaicus populus ad conſcientiam redire contemnat, et tamen Redemptor veniens mandata ſpiritualia prædicat, ſicut Chriſtus Dominus dicit,* Ioann. 5. *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi; de me enim ille ſcripſit: legem igitur populus Iudaicus tenet, quæ eius diuinitatem loquitur, cui idem populus credere dedignatur: Vnde & Vrias ad Ioab cum epiſtolis mittitur, ex quibus occidi debeat, quia idem ipſe Iudaicus populus legem portat, qua conuincente moritur. Si literam aſpicias, quid per factum iſtud Dauide ſceleſtius? quid Vria mundius? ſed per myſterium quid Dauide ſanctius? quid Vria infidelius? quoniam ille per culpam vitæ, prophetiæ ſignificat innocentiam, & iſte vita innocentiæ, prophetiæ exprimit culpam.* Qua de re videndus eſt Ambr. *in Apolog.* 1. *Dauid cap.* 3. & Hieron. *Zachariæ cap.* 3. cum docet Ieſum filium Ioſedech, in eo quod acceperit mulierem Babylonicam, figuram fuiſſe eius vnionis, quæ fuit inter Chriſtum, & Eccleſiam Gentium; [b] nec enim dedignatur diuina maieſtas tam diſſimilibus ſignis interdum adumbrari, ſicut pulchrè docuit Areopag. *in lib. de cæleſt. Hierarch. c.* 2. Hæc diximus, vt iam mirum non ſit, ſi Elimelech quamuis auarus exiſtimetur, Verbi in carne oſtendat diuinitatem, & nuptiæ prophanæ vtriuſque eius filij, vocationem ſacram gentium ad Chriſtum oſtendant; ſolent enim prophana in re, plerúmque diuina eſſe, & ſacra in ſignificatione.

[r] 2. *Obiectio.*
[s] *Solutio.*
[t] *Sæpe ſcelerata opera in repræſentatione, diuina ſunt.*
Richard. de S. Victor.
Greg. Magn.
[u] *Sicut è contra, res per hiſtoriã virtus, in ſignificatione culpa plerunque eſt.*
[x] *Vtrunque elegans allegoria in Dauide & Vriã monſtratur.*
[z] *Vrias, Iudaicus populus.*
[a] *Dauid, Chriſtus.*
Ioan. 5.
Ambr.
[b] *Non dedignatur diuina maieſtas tam diſſimilibus ſignis interdum adumbrari.*
Areopag.

§. II.

Myſterium latens de Chriſti incarnatione, regno Crucis, & morte aperitur.

HIs præmiſſis accedamus iam ad introſpiciendum myſterium huius peregrinationis, in quo inueniemus, & Chriſti diuinitatem, & Apoſtolorum miſſionem ad gentes, & & Eccleſiam à gentilibus hominibus ad Chriſtum vocatam. Nec verò putandum eſt famem decem annorum, de qua agitur in hoc libro ſine myſterio euniſſe; [c] ſignificat enim famem, & penuriam verbi Dei, quæ futura 58.

[c] *Decem annorum fames ſignificat futuram in Iudæis verbi Dei penuriã.*

Eſai. 3. Burgenſ. Amos. 8.

eſt temporibus Chtiſti, cuius meminerunt aliqui Prophetæ, inter quos eſt Eſai. *in cap.* 3. cum dixit, *Auferet à Hieruſalem validum, & forte, & omne robur panis, & omne robur aquæ.* Quem locum Paul. Burgenſ. *addit. vnica ſuper illud cap.* aduertit nullo modo intelligendum eſſe de captiuitate Babylonica, ſed potiùs de hoc tempore, atque etiam de malis, quæ patiuntur Hebtæi à tempore Chtiſti crucifixi: ſunt eoim hæc veiba Iſaiæ conſentanea illis, quæ dixit Amos in cap. 8. *Et mittam in terram, non famem panis, nec ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Domini*, quorum ſe fore participes putant, qui ſacras Scripturas euoluentes in eas diſcendi ſtudio incumbunt, nutrientis alioqui robore veibi, & aqua viuifica deſtitoti. Panem porrò intelligit illum, de quo loqoitur Dauid, *Panem cæli dedit eis*, & aquam de qua loquitur Eſai. cap. 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* Quibus addenda ſunt ad maiotem explicationem, ea quæ dixit Hieron. Amos cap. 8 *Fames* [d] *in die reſurrectionis oppreſſit populum Hebræorum, & iuncta fami ardentiſſima ſitis non habeates panem, qui de cælo deſcendit, & eas aquas, quæ de latere Chriſti manaruat, ablata eſt ab eis lex, & Propheta, & æterno* [e] *conticuerunt ſilentio.* Quibus dixit ſimilia Baſilius Pſalm. 33. *Propter peccatum in Dominum Hebræi eguerunt, eguerant autem, & eſurierunt, quandoquidem occiderunt panem vitæ; venit ſuper eos fames panis, & quoniam pararunt inſidias viuæ aquæ, venit ſuper ipſos ſitis; fames autem non panis ſenſibilis, nec ſitis aquæ, ſed fames audiendi verbum Dei: tenent enim verba*, inqoit Hietonym. *ſed carent vera intelligentia.* Quæ fames adumbrata eſt in hac peregrinatione. [f] Coacti enim ſunt viri Ephratæi de Bethlehem Ioda exeuntes à gentibus petere veram iotelligentiam ſuæ ſcripturæ: de hoc miſero ſtatu videndus eſt Ioſeph. *lib.* 18. *Antiquit. cap.* 5. Ex quo colligitur temporibos Chriſti ſetoatoris hac fame audieodi verbum Dei labotaſſe Hebræos. Latiùs hac de re agit Cæſ. Baroo. *tom.* 2. *annal. in apparat. cap.* 8.

Eſai. 12. Amos 8. Hieronym.

[d] *In die reſurrectionis oppreſſi ſunt fame & ſiti Iudæi.*

[e] *Conticuerunt enim illis æterno ſilentio lex & Propheta.*

Baſilius. Hieron.

[f] *Fames iſta Iudæorum adumbratur dum viri Ephratæi à gentibus petere eleemoſynam coacti ſunt.*

Ioſephus. Cæſ. Bar.

Nec verò alieoum eſt ab hac Allegoria, quòd
59. [g] numerus denarius in ea fame reperius ſit; ſignificat enim ille numerus longiſſimom tempus. Quaouis enim ſæpe io Scriptura oumeros certus ponatur pro iocerto, quemadmodum docet Rabbi Moyſes *lib.* 2. *Perplexorum cap.* 30. quo pacto intelligendus eſt locus Amos *in cap.* 1. *Super tribus ſceleribus, & ſuper quatuor non parcam*; maximè pertinet ad denarium longum, & indefinitum tempus ſignificaorem; eſt enim deoarius numerus perfectiſſimus, ſicut dixit Philo, *in lib. de congreſſ. quærend. eradit. grat.* & *in lib. de Decalogo*, eſt euiio termious, & finis numerandi; poſtquam enim ad denarium ventum eſt, non vlterius proceditut in numero, ſed ab vnitate fit initium, vnde menſura eſt denarius numerus cuiuſcunque perfecti numeri. Hinc fit, vt ea, quæ pulchra & magna ſunt, decumana vocentur. Vnde ad hunc ſenſum iotelligendus eſt locus apud Lucanum *in lib.* 4.

[g] *Numerus denarius ſignificat longiſſimum tempus.*

R. ab. Moyſ. Amos. 1. Philo. Lucan.

Hac fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Inualida cum puppe leuat.

Sic quoque *Apocalypſ.* 2. oumerus denarius pro longo tempore ponitur; ſic etiam intelligendus locus Deut. 22. *Ammonites, & Moabites etiã poſt decimam generationem non intrabunt in Eccleſiam Dei in æternum*; decimam enim generationem poſuit pro perpetuo. Non aliena igitur phraſi à ſacra Scriptura per famem decem annorum intelligimus eam famem, quam [h] patiuntur Hebræi à temporibus Chriſti patientis audieodi veram intelligentiam ſacræ Scripturæ.

Deut. 22.

[h] *Fames decẽ annorum ſignificat famẽ quam patiũtur Iudæi à temporibus Chriſti.*

Cætera [i] autem tam aptè conueniunt Chriſto Domino, vt noo allegoricè videaotur dicta; nanque Elimelech veram Dei Incarnationem ſatis ſignificat, & quia de Bethlehem Ioda ortus eſt, & quia Elimelech [m] *Deum meum regem* ſignificat. Talis eſt noſter Ieſus, Bethlehemita ſcilicet, in Bethlehẽ quippe natus eſt, præterea Deus meus, & Rex. Ego verò inde aggrediar allegoriam, vnde facta eſt prima promiſſio Abrahæ venturi Dei in carne. Ea autem habetur *Geneſ.* 17. cùm
dictum eſt Abrahæ: *Et ſtatuam pactum meum inter me, & te, & inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, vt ſim Deus tuus, & ſeminis tui poſt te.* Aduertit autem optimè D. Auguſt. Deũ, qui neceſſariò [n] Deus erat Abrahæ, ex fœdere, & pacto voluiſſe fieri Deum eiuſdem Abrahæ; hoc autem nihil aliud eſt, quàm voluiſſe Deum, ſuas omnes perfectiones homini communicare dando ſe ipſum in carne, ſic enim peculiari ratione Deus noſter factus eſt: hoc autem prædixerat Noe *Geneſ. cap.* 9. cum de duobus filiis ſuis dixit; *Dilatet Dominus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem.* Quem locum de Incarnatione Domini intelligit Theodoret. q. 58. *ſuper Gen.* ſub eodem tabernaculo habitet Deus cum Sem, id eſt, cum populo Hebræo, qui à Sem originem habet; inde enim peculiariter factum eſt, vt Deus eſſet Deus noſter. Pro qua ſententia amplificanda videndus eſt locus apud Plutarch. *in oratione 1. de fortuna Alexandri* (ſi tamen opus Plutarchi eſt) cùm ponderat Alexandrum poſt deuictos Perſas ſub eodem tentorio aureo centum Perſidas ſponſas cum totidem Macedonibus ſponſis copulaſſe, ipſumque primum Perſicam ſponſam in coniugem accepiſſe, & primum Hymenæum maximas, & remotiſſimas gentes ad communicationem reduxiſſe; ſic enim Aſiam Europæ coniunxit. Sic quoque Deum feciſſe credeodum eſt, tunc eoim noſter Deus factus eſt, cum noſtram naturam ſibi copulauit. Illud etiam addendum eſt ex eadem hiſtoria Alexandri, eum Macedonicum habitum non induiſſe, ſed Perſicum, viliorem, ſed magis accommodatum ad Perſicos animos deuinciendos, iuſtè ſibi parans beneuolentiam; nanque qui feras venantur, pellibus ceruorum ſe amiciunt, & alatis tuniculis vtuntur, qui aucupantur aues, cauentque tauris ſe oſtentare in punicia veſte, aut in alba elephantis, quia his coloribus iſta animalia efferantur, & io rabiem aguntur; ſic in hoc principe admiranda eſt ſapientia, qui leui admodum habitus mutatione Aſiam ſibi demulſerit; & vt corpora armis debellauit, ita veſte animos ſibi deuinxit. Qood de Verbo io carne totidem verbis dixit Ambr. *Corpus ſuſcipiens Ieſus charitatis vinculis ſe alligauit, atque ita peculiari ratione factus eſt noſter Deus.* Oſtendit haoc veritatem eleganter Chryſoſt. in demooſtratione, quòd Chriſtus ſit Deus, cùm pooderat ea verba Baruch io cap. 3. *Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.* Sicut enim optimum ſemper fuit regem habuiſſe iodigenam ex eodem genere, atque ſanguine, quemadmodum proſequitur Philo *in lib. de magiſtratibus*, & Plutarch. *in lib. de natiua charitate in ſuam progeniem.* Sic quoque ampliſſimum fuit Deum habuiſſe indigenam ex eadem carne noſtra

[i] *Proſequitur allegoriam.*

[l] *Elimelech veram Dei Incarnationẽ ſignificat.*

[m] *Significat etiam, Deus meus Rex.*

60.

Gen. 17. Aug.

[n] *Deus, qui neceſſariò erat Deus Abrahæ, voluit ex fœdere eſſe Deus illius.*

Gen. 9. Theodoret. Plutarch.

[o] *Tunc noſter Deus factus eſt, cum noſtram naturã ſibi copulauit.*

Ambr. Chryſoſt. Baruc. 3. Philo. Plutarch.

[p] *Ampliſſimũ eſt, Deũ habere ex eadẽ carne noſtra.*

ſtra, & ſanguine, nec iam accepiſſe Diuinitatem tantùm, ſed Diuinitatem in carne mundo dediſſe; ſi enim ampliſſimum fuit, quemadmodum Valerius dixit adulando, non accepiſſe tantùm externos Deos, ſed Cæſares dediſſe ex ſanguine Romano, longè magis glorioſum eſt id, quod veriſſimè dictum eſt, & figuratum in Elimelech, [q] dediſſe Deum in carne de Bethlehem Iudæ, quod voluit Mich. *in cap. 5.* cum dixit; *Et tu Bethlehem paruulus*, &c. Quibus verbis oſtendit Deum in carne futurum Bethlemiticum ciuem, & ſtatim addidit; *& egreſſus eius à diebus æternitatis*: quibus verbis vtrunque oſtendit, & Deum æternum eſſe, & in tempore naſci. Quod vt melius intelligatur, (eſt enim locus difficilis) notandum eſt ex Hebræo ita legendum eſſe, *egreſſiones eius à diebus æternitatis*, id eſt, à tempore antiquiſſimo, nec enim locus agit de æterna Verbi generatione, ſed potius de mundi creatione, quæ à Verbo facta eſt. Iam autem talis eſt ſenſus Michææ: qui egreſſus [r] à principio orbis cum admiranda fabrica totius mundi, quem creauerat, egreſſus eſt de Bethlehē in carne, qua ratione induit peculiare nomen Dei noſtri. In hanc ſententiam adducendus eſt locus *Leuit.* 26. in quo Deus pollicitus eſt hoc beneficium Moyſi: *Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abiciet vos anima mea: ambulabo inter vos & ero Deus veſter*: quem locum Paul. 2. *ad Corinth.* 6. intelligit de aſſiſtentia Dei in Eccleſia per Incarnationem, *vos enim*, inquit, *eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Deus: quoniam habitabo in illis, & ambulabo inter illos, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.* Quod etiam ita intelligit Ioannes in ſua reuelatione, cap. 21. *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit in nobis; ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit*: Vnde eleganter D. Athanaſ. *ſerm. 3. contra Arrianos* ponderat cauſam, quare Deus Verbum caro factum eſt, fuiſſe; [s] *vt habitaret nobiſcum, fieretque noſter Deus.* qua de re videndus eſt Richard. de Sancto Victore *in lib. de Emanuele*, & Procop. *in Comment. ſuper Iſai. cap. 7.* vbique enim oſtendunt hi Patres ea ratione Deum incarnatum fuiſſe, vt nobiſcum habitaret, Deuſque noſter eſſet. Induit enim Deus pariter cum carne peculiarem quandam rationem diuinitatis noſtræ, quæ ſunt ea vota Sponſæ Cantic. 8. *Quis mihi det te fratrem meum, ſugentem vbera matris meæ?* optabat enim Deum ſibi collactaneum, & ex eadem carne. Meritò igitur quadrat cum nomine Elimelech ipſa Verbi Incarnatio; ſic [t] enim Deus, meus factus eſt Deus, iuxta ea, quæ prædixerat Iſaias *cap. 9. Paruulus datus eſt nobis, & filius natus eſt nobis*: ſi enim nobis datus eſt Deus, iam noſter Deus eſt, ac proinde verè *Elimelech*, hoc eſt *Deus meus.*

Valerius.

[q] *Elimelech dedit Deum in carne ex Bethlehē Iudæ*

Mich. 5.

Hebr. text.

[r] *Appoſitiſſima expoſitio.*

Leuit. 26.

2. Corint. 6.

Apoc. 21.

Athanaſ.

[s] *Verbum caro factum eſt vt habitaret nobiſcum.*

Richard. de S. Victore.

Procopius.

Cantic. 8.

[t] *Elimelech, id eſt, Deus noſter, factus eſt noſter Deus per incarnationem.*

Iſai. 9.

61. Niſi placeat, quod fortaſſis in eandem ſententiam recidit, Deum [u] meum appellari Deum ab vnaquaque anima noſtra poſt myſterium Incarnationis, quia qui ardentiſſimè amant, præ amoris magnitudine, etiam ea, quæ communia ſunt, ſua faciunt propria, ſicut aduertit Nicetas *in comm. ſuper oration. Nazianz. in ſancta lumina*; quod etiam dixit Chryſoſt. lib. 2. de compunctione cordis tom. 3. *Hic eſt*, inquit, *affectus ſerui fidelis, vt beneficia Domini ſui, quæ communiter* [x] *præſtita ſunt omnibus, quaſi ſibi ſoli præſtita eſſe putet.* Hæc autem dicere debet vnaquæque anima redempta per Chriſtum, & vnuſquiſque hominum, cui Chriſtus datus eſt, non volens anguſtare ampliſſima, & per orbem diffuſa Chriſti munera; ſed quaſi qui pro omnibus ſe iudicat obnoxium; & reuera quid intereſt, ſi aliis præſtitit, cum quæ ſibi ſunt præſtita, ita integra ſint, ita perfecta, quaſi nulli alteri fuerint præſtita? Quod in illa parabola de oue perdita ſatis adumbratum eſt, vbi non dicitur, quòd venit quærere multas oues, ſed vnam, non quòd omnes non quæſierit, ſed quia ita ſingulas curat, vt vnam ſolam curare videatur, atque eam deportare in humeris ſuis; ſic enim [z] beneficia diuina omnibus conferuntur, quaſi vni ſoli conferantur. Videndus eſt idem Chryſoſtom. *hom. 9. in Gen.* & *hom. 26. & 34. & hom. 2. in 1. Corinth.* illis verbis, *Gratias ago Deo meo: Ex magna*, inquit, *affectione rapit quod commune eſt, & facit ſibi proprium, vnde ſæpius Propheta, Deus Deus meus, dixerunt.* Ex quibus iam colligitur duabus [a] de cauſis *Elimelech* dicendum eſſe Chriſtum ſeruatorem, hoc eſt, Deum meum; & quia carnem meam accepit, & quia peculiaris obligatio oritur ex operibus noſtræ redemptionis in vnaquaque noſtra anima exiſtimandi, & habendi Deum tanquam ſibi proprium; ſic enim eam animam curauit, ac ſi nullam aliam curaſſet. Vnde mea videtur omnis obligatio redemptionis, quamuis beneficium commune fuerit.

[u] *Altera allegoria: Deus meus per amorē quaſi ſibi ſoli Deus.*

Nicet.

Chryſoſt.

[x] *Seruus fidelis communiter præſtita ſua putat.*

[z] *Et meritò, beneficia enim diuina, ſic omnibus conferuntur, quaſi vni ſoli conferantur.*

Chryſoſt.

[a] *Duabus de cauſis Elimelech typum gerit Chriſti.*

Addidit autem nomen *Elimelech* in ſua ſignificatione [b] regiam dignitatem Chriſto Domino; non ſolùm enim ſignificat Deum meum, ſed Deum meum regem. Satis autem patet nomine Diuinitatis ſupremam etiam monarchiam ſignificatam fuiſſe, repugnat enim Deum eſſe, & regem, ſiue monarcham non eſſe: vnde emphaſim habet regia dignitas adiuncta Diuinitati hoc in loco, quaſi Chriſtus Dominus Deus fuerit, & rex. Exiſtimo autem regem propterea fuiſſe appellatum Chriſtum Dominum, quia peculiari quadam ratione hæreditario iure rex [c] fuit gentis Hebrææ. Quam ſententiam nos libenter amplexi ſumus in benedictionibus Patriarcharum in benedictione Iudæ in tractatu peculiari ſuper illa verba Hierem. c. 22. *ſcribe virum hūc ſterilem.* 62.

[b] *Addit nomen Elimelech dignitatem regiam Chriſto Domino.*

[c] *Chriſtus Dominus hæreditario iure Hebræorum rex.*

Authoris placitū alibi.

Placet tamen pluribus Meſſiam Dominum nullo modo fuiſſe regem iure hæreditario Hebræorum, [d] ſed potiùs fuiſſe regem totius Eccleſiæ iure redemptionis: quamuis autem Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, imò & ipſa Diuinitas rex ſit totius Eccleſiæ, peculiari nomine, & ſibi proprio iure redimendi, Verbum in carne rex eſt totius Eccleſiæ. Id quod promiſſum fuerat Virgini matri ab Angelo, cum dictum eſt; *dabit ei Dominus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum.* Rex enim eo in loco ſpiritualiter intelligendus eſt, & metaphoricè: illud autem regnum habuit iure redemptionis; ſolus enim Filius de tribus diuinis perſonis incarnatus, & paſſus eſt in noſtrum remedium; vnde tunc primùm titulum regium habuit, cùm primùm paſſus eſt. Quod eleganter proſequitur Origenes *lib. duarum hom. in Cantic.* & *lib. 4. hom. in Cantic*: cùm explicat ea verba *Cantic.* 1. *Cùm eſſet rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuum*: per accubitum enim paſſionem Chriſti & ſepulchrum ſignificat. Quaſi vellet: Cùm primùm paſſus eſt ſponſus meus, & ſepultus, tunc primùm ex paſtore factus eſt meus Rex, hoc etiam ſignificauit Balaam propheta *Num.* 24. quando vocatus à rege, vt mala imprecaretur populo Dei, ita maledictionem exorditur: 63.

[d] *Sed plures affirmāt fuiſſe regem Eccleſiæ iure redemptionis.*

Origen.

Cant. 1.

Num. 24.

Egredietur

Ægredietur homo ex ſeminibus eius, & dominabitur gentibus multis; & poſtquam eundem hominem mortuum vidit afflatus prophetico ſpiritu, tonc & regem acclamauit: *Accumbens dormiuit vt leo, & ſicut catulus leonis, quis excitabit eum?* Quod etiam prædiaerat Patriarcha Iacob *Geneſ.* 49. loquens de Iuda: *Catulus leonis Iuda requieſcens accubuiſti vt leo.* Quod idem eſt, ac ſi diceret: Inclinatus es ad mortem, & paſſus es, vt rex eſſes: peculiaris enim ratio regni Chriſti Seruatoris, inter alias duas perſonas diuinas eius paſſio fuit, quæ in accubitu leonis ſignificata eſt: certum eſt enim inter prophanos etiam authores, vt omittam ſacros leonem regium ſymbolum eſſe, & regem ſignificare, ſicut latè docet Florus *in ſuis Hieroglyphicis, cap.* 17. *& ſequentibus*; & Pierius Valerian. *lib. de leone.* His conſentanea ſunt ea, quæ habentur *in Pſ.* 2. tunc enim Pater filio ſuo dixit: *Poſtula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem terminos terræ*, quando aduerſus eum fremuerunt gentes, & inania meditati ſunt Hebræi Chriſtum crucifigentes: quamuis enim ante crucem iure Diuinitatis, rex eſſet totius orbis Chriſtus Dominus, poſt crucem peculiari ratione ſolus inter diuinas perſonas factus eſt rex Eccleſiæ; tunc enim Pater ei tradidit regiam poteſtatem, & hæreditariam hæreditatem. Occaſionem huic ſententiæ præbuit optimus locus apud D. Anſelm. *lib.* 1. *cur Deus homo cap.* 22. cùm ait, *quia ſolus Filius inter diuinas perſonas lapſum naturam ſibi uniens in perſona, & reparans iniuriam Deo factum per hominem, & hominem captiuum redemit, ſolus inter diuinas dicitur Saluator hominis proprio nomine, & non communi, ſolus factus eſt ex peculiari ratione rex Eccleſiæ.* Ex quibus iam concluſum eſt, qua ratione noſter Elimelech, id eſt, Meſſias Seruator, rex appellatus ſit totius Eccleſiæ.

Gen. 49.
Florus.
Pier. Valer.
Pſalm. 2.
Anſelm.

64. Non caret autem [e] allegoria, quòd Elimelech ſepultus ſit; & mortuus in terra Moab, cùm tamen Chriſtus Dominus mortuus ſit, in Ciuitate Hieroſolymitana, ibique ſepultus: tamen adhuc magna eſt conuenientia inter vtramque ſepulturam, & mortem. Quod vt meliùs intelligamus, notandus eſt locus apud Hieronymum *epiſt. ad Epheſios, cap.* 5. & *ſuper Matthæi cap.* 27. cùm explicat, quid tandem ſignificet *Caluariæ nomen*, locus enim Caluariæ dicebatur, quia ibi truncabantur capita ſceleratorum hominum, propterea ibi crucifixus eſt Chriſtus, vt vbi priùs erat area damnatorum, ibi erigerentur vexilla martyrij: & quomodo pro nobis maledictum crucis factus eſt, & flagellatus eſt, & crucifixus eſt; ſic pro omnium ſalute quaſi noxius inter noxios, & prophanos crucifigeretur, & propterea exiit ad moriendum, in eum qui dicitur Caluariæ locum extra portas vrbis *Ioann.* 19. Sicut igitur Elimelech inter prophanos mortuus, [f] & ſepultus eſt, ſic quoque Chriſtus Dominus inter prophanos crucifixus eſt. Iuuat hanc allegoriam locus apud Ambroſ. *in ſerm. de Purificat. ex impreſſione noua Romana*, quo in in loco ita habet Ambroſ. *Mater itaque Chriſti Domini, & propinqui eius Redemptorem noſtrum à Nazareth in Hieruſalem in templum deferunt, quia primitiua in primis diſcipulis Eccleſia à Iudæis repulſa, eiuſdem Redemptoris diſpenſationem ad notitiam gentis perduxit.* Quibus verbis oſtendit in eo progreſſu de Nazareth in Hieruſalem ſignificatum fuiſſe progreſſum Eccleſiæ ab Hebræis ad gentes, vt iam mirum non ſit ſi exitus Chriſti in paſſione vſque ad prophanum Caluariæ locum ſignificatus ſit per mortem Elimelech, qui inter prophanos Moabitas occidit. Putauerim ego adumbratam [g] fuiſſe ſepulturam Chriſti in hoc nomine in terra Moab, vt ſit alluſio ad legem ſepultam Moyſis per mortem Chriſti; Moyſes enim, ſicut dicitur Deut. 34. *Mortuus eſt in terra Moab iubente Domino*, cujus ſepulchri nec leue veſtigium relictum eſt, cum tamen Chriſti ſepulchrum fuerit ſemper glorioſum, vt vel ex hac analogia cognoſcamus, [h] ſepulto Chriſto Domino eius euangelium publicatum fuiſſe inter gentes, cùm tamen apud eaſdem omnino ſepulta ſit lex Moyſaica.

[e] *Mortis & ſepulturæ Elimelech ad Chriſti crucē & ſepulchrū allegoria.*
Hieron.
Ioan. 19.
[f] *Sicut Elimelech inter prophanos mortuus eſt, ſic Chriſtus inter prophanos crucifixus.*
Ambr.
[g] *Adumbratur ſepultura Chriſti nomine Moab, propter ſepultam ibi legem Moyſis cum ipſo Moyſe, legiſlatore.*
Deut. 34.
[h] *Sepulto Chriſto Euāgelium publicatū fuit inter gentes, & lex ſepulta.*

65. In eo autem quòd Elimelech dicitur ſtare feciſſe Solem, vel, quòd ita de facto euenerit, vel potiùs ſicut iam præfati ſumus, quia ita appellatus eſt, [i] allegoriæ datur optimus locus, quemadmodum notauit Adamant. *hom.* 11. *ſuper illud lib. Ioſue.* Cui ſuffragatur D. Hieron. in comm. ſuper Pſ. 66. *Volumus*, inquit Adamant. *ſi poſſumus, oſtendere*, [l] *quòd Chriſtus Dominus protelauerit lucem, & maiorem fecerit diem, vel pro ſalute hominū, vel pro interitu contrariarum virtutum; ex quo enim Saluator aduenit, finis erat ſæculi, ſed retinuit, & repreſſit ille diem conſummationis; nec enim ſolùm fuit remedium peccatorum, ſed moru ſatorum, ſeu potiùs temporum. Videns enim Deus Pater ſalutem gentium per ipſum ſolùm poſſe conſtare, dixit ad eum: Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Dum ergo paterna pollicitatio impletur, vt Eccleſia creſcat, & plenitudo gentium introeat, ac tandem omnis Iſrael ſaluetur, dies producitur, & differtur occaſus, neque vnquam Sol occumbit, ſed ſemper oritur, dum credentium cordibus Sol iuſtitiæ, lumen veritatis infunditur: cùm verò impleta fuerit menſura credentium, & deterior, ac decolor ætas vltima generationis aduenerit, & creſcente iniquitate refrigeſcet charitas multorum, atque in paucis fides inuenietur, tunc abbreuiabuntur dies, idémque nanque Dominus nouit extendere dies cum ſalutis tempus eſt, & abbreuiare in tempore tribulationis.* [m] Stare igitur verus Elimelech fecit Solem in poſtrema iam parte diei, ſiue temporis, donec omnino perficiatur ſacratiſſimus prædeſtinatorum numerus, quod Ioannes videtur notaſſe *in ſua* 1. *Canonica*, cùm aduertendo dixit: *Fratres nouiſſima hora eſt*: quod ſi ea longior eſt, illud in eum referendum eſt qui ſtare fecit ſolem. Quadrant igitur, & conueniunt inter ſeſe Elimelech cum Chriſto Domino in eo, quòd vterque ſtare fecit ſolem.

[i] *Allegoria de eo quod dicitur* 1. *Para.* 4.
Adamant.
Hieron.
[l] *Chriſtus diem protelauit, & lucem in tempora gratiæ extendit.*
[m] *Verus Elimelech Chriſtus, ſolē fecit ſtare extrema iam parte temporum.*
Ioannes.

§. III.

In Noëmi & duobus liberis Eccleſiæ Chriſti primordia myſticè adumbrantur; vbi de Virgine Matre, & de Apoſtolis plura.

Et vxor eius Noëmi, & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion.

66. EST autem in eius vxore figurata [n] Eccleſia, non ex gentibus, ſed ea, quæ prima ex Hebræis collecta eſt, ſicut etiam pulchrè aduertit Ambroſ. *in ſerm. cit. de Purificat.* vbi oſtendit, primam Eccleſiam Chriſti

[n] *Figuratur in vxore Elimelech Eccleſia Chriſti collecta ex Hebræis.*
Ambroſ.

Chriſti collectam fuiſſe ex Hebræis in Virgine ſcilicet Matre; in ſancto Ioſepho, atque etiam in beatiſſimis Apoſtolis. Parua tunc quidem erat Eccleſia numero, ſed virtutibus omnino magna. Vt autem magis appareat hæc analogia, aduertendum eſt, viduam, quæ relicta eſt ex Elimelech Noëmi fuiſſe appellatam: eſt autem, *Noemi*, nomen Hebræum, deriuatum à nomine Hebræo, quod ſignificat pulchreſcere, vnde *Noemi*, quod idem eſt, [o] atque *ſpecioſa mea, ſeu decora mea*, vel *ſuauis ſponſa mea*, ſic Noemi appellabatur; talis autem fuit, & perpetuò erit Eccleſia Chriſti. Fuit autem ſæpiùs in Scriptura ſignificatus hic paruus numerus Eccleſiæ naſcentis, de eo enim videtur locus Hierem. *in cap.* 3. cum dixit, *Conuertimini filij reuertentes, ait Dominus, quia ego vir veſter, & aſſumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion, & dabo vobis paſtores iuxta cor meum.* Quem locum non de reditu à captiuitate Babylonica, ſed de redemptione per Chriſtum intelligendum eſſe docet Burgenſ. *in* 1. *p. ſcrutinij diſt.* 1. *cap.* 1. Expreſſit hoc etiam Soph. *in cap.* 3. cum dixit, *& relinquam in medio tui populum pauperem, & tenuem,* [p] qualis planè fuit ea familia poſt Chriſtum Dominũ crucifixum. In quem ſenſum Thalmudici autores exiſtimant interpretandum eſſe locum Oſeæ *in cap.* 2. vbi dicitur, *& canet tibi iuxta dies iuuentutis tuæ, & iuxta dies aſcenſionis eius de terra Ægypti*: tacita enim in illis verbis eſt comparatio naſcentis Eccleſiæ Chriſti cum exitu Iſraël de Ægypto: ſicut enim ex infinito propè numero Hebræorum exeuntium de Ægypto, ſolus Ioſue, & [q] Caleb ingreſſi ſunt terram Promiſſionis, ita quoque ex infinito numero Hebræorum parua familia collecta eſt in Eccleſiam Chriſti. Quod expreſſum fuiſſe ab Iſaia *cap.* 17. docet Cæſ. Baron. *in apparatu ad tom.* 1. *annal. cap etiam* 17. cùm Iſaias ait, *& erit in die illa, attenuabitur Eccleſia Iacob, & pinguedo carnis eius emarceſcet, & erit ſicut congregans in meſſe, quod reſtiterit, & brachium eius ſpicas leget, & erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaim, & relinquetur in eo, quaſi racemus, & ſicut excuſſio oleæ duarum, vel trium oliuarum in ſummitate rami, ſiue quatuor, aut quinque in cacuminibus eius, fructus eius, dicit Dominus Deus Iſraël.* Qua eleganti ſimilitudine Iſaias oſtendit, qualis, & quàm parua ſit [r] ea collectio, quæ relicta eſt poſt Chriſtum crucifixum in Eccleſia Chriſti ex Hebræis. Mirum igitur non eſt ſi vniuerſa familia Chriſti ex Hebræis collecta adumbrata [s] fuerit in parua, & paupere familia Elimelech, ad quam videntur alludere ſodales ſponſi *Cantic.* 8. cum dixerunt, *Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet*; ſi enim contemplentur prima elementa Eccleſiæ, quando primò orta eſt, quaſi ſoror quædam paruula fuit, & ſoboles, atque ramus ſynagogæ eſſe videbatur, ac proinde ſine vberibus, quia valde puſilla, exigua, & humilis fuit. Quod ſignificauit Chriſtus Dominus *Matth. cap.* 13. cum dixit: *Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo, & minimum quidem eſt omnibus ſeminibus; cum autem creuerit, maius eſt omnibus oleribus.* [t] Exigua igitur quamuis fuerit ea familia, virtute valde magna erat, ſicut eleganter reſpondit ſponſa *in cap.* 8. ad eam obiectionem, quæ fuerat obiecta à ſuis ſodalibus contra eius ſponſalia; *Ego*, inquit, *murus, & vbera mea ſicut turres*; quibus verbis, & robur, & alendi virtutem ſignificauit, quorum vtrumque neceſſarium erat ad ſponſalia.

[o] *Noemi, id eſt, ſpecioſa, ſeu decora.*

Hierem. 3.

Burgenſ.

Soph. 3.

[p] *Familia Chriſti poſt mortem eius pauper & tenuis numero.*

Oſeæ 2.

[q] *Eccleſia veteri egreſſa de Ægypto in Ioſue & Caleb complebatur.*

Iſai. 17.

Cæſ. Baron.

[r] *Talia & naſcentis Eccleſia Chriſti primordia,*

[s] *In familia Elimelech aptè adumbrata.*

Cantic. 8.

Matth. 13.

[t] *Exigua familia Chriſti numero, virtute tamen valde magna.*

Libet autem hoc in loco aliqua dicere de Virgine [u] Matre ex ſolo Bernardo accepta, vt vel ex 67.
ea ſola parte appareat, quanta fuerit ea breuis, & parua familia, cuius ea fuit pars, & magnum incrementum; neque enim exiguitas obijcienda eſt Eccleſiæ naſcenti ex Hebræis, de cuius altera parte ita dixit Bernard. in ſerm. de natiuit. Virg. *Cæleſti rore aream rigaturus Deus, totum vellus prius infudit, vniuerſum enim redempturus pretium omne contulit in Mariam, forte vt excuſaretur Eua per filiam, & querelam viri deinceps aduersùs fœminã ſopiretur: ne dixeris vltra, O Adam, mulier quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno vetito; dic potiùs, mulier, quam dediſti mihi, cibauit fructu benedicto.* Vnde infert Bernard. *in eod. ſerm. Quidquid aliud eſt, quod offerre paras, Mariæ commendare memento, vt eodem alueo ad largitorem gratia, gratia redeat, qui influxit.* Similia habet idem Bernard. *in ſerm. de Beata Maria*, ex verbis Apocalyp. *Maria ſignum apert, vt de plenitudine eius omnes accipiant, captiuus redemptionem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam, Angelus lætitiam, tota Trinitas gloriam, filij perſona carnis humanæ ſubſtantiam, vt non ſit, qui ſe abſcondat à calore eius.* Elegantius idem Bernard. *ſerm.* 3. *de Annunciat. Gratia plenam, ſingularem an generalem? Vtramque ſine dubio, quia plenam, & eo ſingularem, quo generalem, ipſa enim generalem ſingulariter accepiſti; eò, inquam, ſingularem, quo generalem, quia ſola pro omnibus gratiam inueniſti ſingularem; ſic nimirum, ſic olim ros totus in vellere, totus in area, ſed in nulla parte area totus ſicut in vellere fuit: in te ſola Rex ille diues, & prædiues exinanitus eſt, excelſus, humiliatus, & verus denique Deus, & Dei filius incarnatus eſt.* Quibus addenda ſunt eadem, quæ D. Bernard. habet, cum dixit: *Iam te mater miſericordiæ per ipſum ſynceriſſimum tuæ mentis affectum, tuis iacens prouoluta pedibus Luna, id eſt, Eccleſia vniuerſa mediatricem ſibi apud Solem iuſtitiæ conſtitutam deuotis ſupplicationibus interpellat.* Iam igitur exigua non eſt ea familia, cuius ante pedes alterius eius partis, tota prouoluta iacet Eccleſia.

[u] *Profertur de Virgine Matre.*

Bernard.

Illius paruæ familiæ occurrit iam pars alia, 68.
[x] licèt minùs digna Virgine Matre, digniſſima tamen, & quæ omnino amplificat dignitatem, & gloriam illius familiæ. Ea autem pars eſt beatiſſimus Apoſtolorum chorus; quos adumbrauit vterque filius *Elimelech*; eorum enim alter ſignificat, *à principio*, ſiue *de feneſtra*; Chelion verò *conſummationem*; quamuis non deſint qui aſſerant, per duos hos filios ſignificatum fuiſſe etiam [z] Prophetarum chorum, & chorum Apoſtolorum: [a] prædicantibus enim Apoſtolis Chriſtum in carne, & teſtantibus Prophetis in vmbris ſuis eundem, totum negotium incarnationis per vniuerſum publicatum eſſe; atque ita per *feneſtram* intelligendus ſe offert chorus Prophetarum; per *conſummationem* autem chorus Apoſtolorum; notum eſt enim feneſtras Prophetas ſignificare, ſicut pulchrè docuit Gregorius Nyſſenus *orat.* 5. *in Cantic.* feneſtræ ſunt ipſi vates per quos lumen infunditur. Similia habet Ambroſ. in lib. de Iſaac, & anima, cap. 4. *Quæ ſunt iſtæ feneſtræ niſi prophetæ,* [b] *per quos Dominus genus humanum reſpexit, priuſquam in terras ipſe deſcenderet?* Quibus addenda

[x] *Altera pars familiæ Chriſti Apoſtoli, qui reſpondent filiis Elimelech.*

[z] *Per hos duos intelligunt aliqui Prophetas & Apoſtolos.*

[a] *Prædicantibus Apoſtolis, & teſtantibus Prophetis publicata eſt Chriſti incarnatio.*

Nyſſen.

Ambr.

[b] *Prophetæ feneſtræ per quas Deus genus humanũ reſpexit.*

addenda ſunt ea, quæ in hanc ſententiam dixit
Cyrill. Alexand. *lib.* 1. *de aderat. in ſpiritu, & veritate*, vbi ex eo quod feneſtras appellauerit
Scriptura Prophetas, vult metaphorā eſſe quan-
dam petitā à rudibus pictoribus, qui primas vm-
bras in tabella longiùs ab oculis ſeparantes de
feneſtra ſuſpendunt; non ita de Apoſtolis dicen-
dum eſt, quorum perfecta cum iam ſint opera,
propiùs noſtris oculis ſubiiciuntur, vnde *conſum-*
[c] *Apoſtoli conſummatores.* *matores* [c] appellantur. Hoc autem in ſucceſſu ar-
tis tarum eſt, terminum, & conſummationem
Plinius. picturæ addidiſſe, ſicut eleganter dixit Plinius
lib. 35. naturalis hiſtoriæ c. 10.

69\. Verùm nobis magis placet, [d] allegoriam hanc
[d] *Meliùs tota allegoria ad Apoſtolos.* totam pertinere ad primos fundatores Eccleſiæ,
Apoſtolos ſcilicet. Pro cuius intelligentia, no-
Bernard. tandus eſt locus apud Bernard. *ſerm. 56. ſuper Cantic.* cum ait, *Parietem Incarnationem eſſe verbi.*
Origen. Quibus addenda ſunt ea, quæ habet Origen.
hom. 3. in lib. Ioſue, vbi inter cætera ita habet.
Quia ergo & Incarnatio Saluatoris non nobis me-
rum ingeſſit, & integrum lumen Deitatis, idcirca
mihi videtur per feneſtram ſignum ſalutis datum
eſſe, non aliter, quàm in pariete fieri ſolet, in quo
feneſtra aperiuntur ad excipiendam lucem, & in-
teriora domus oſtendenda. Coniungenda ſunt
Nazianz. etiam ea, quæ dixit Nazianz. *orat. 19. in laudem ſui*
parentis, cum feneſtras fontes lucis appellat *à*
principio; igitur per feneſtras Apoſtoli appellan-
[e] *Qui per vulnera Chriſti quaſi per feneſtras latentem diuinitatē orbi reuelarunt.* tur, hoc enim ſignificat nomen *Mahalon*, quia [e]
per vulnera Chriſti quaſi per feneſtras latentem,
& reconditam Diuinitatem ſub carne quaſi in-
tra parietes concluſam orbi reuelarunt. Suffra-
Adamant. gatur Adamant. *hom. 3. in Ioſue*, cùm ponderat ſi-
gnum illud quod datum eſt à duobus Hebræis
exploratoribus Rahab meretrici Hierichonti-
næ, ſignum autem de feneſtra pendebat, eratque
funiculus coccineus: *feneſtra autem*, inquit ille,
domum illuminat, per quam tantum luminis capi-
mus, quantum ſufficiat oculis noſtris; Incarnatio
enim Saluatoris, non nobis integrum aſpectum Dei-
tatis ingeſſit, ſed tanquam per feneſtras; id eſt, per
vulnera ſua fecit nobis lumen Deitatis aſpicere:
Videtur enim in hiſce verbis, ſeu potius in duo-
bus filiis *Elimelech* alluſio eſſe ad duos illos ex-
ploratores: ſicut enim miſſo funiculo coccineo
de feneſtra certa eſt reddita meretrix Hierichon-
tina de ſalute ſua; atque totius domus, ſic quoque
Apoſtoli in terra Moab, hoc eſt, inter gentes, per
ſanguinem de vulneribus cadentem Chriſti ſer-
uatoris certam reddiderunt Eccleſiam de ſua ſa-
[f] *Confirmatur allegoria.* lute. Fundamentum autem [f] habet hæc allegoria
Cantic. 2. in illis verbis *Cantic.* 2. quando ſponſa loquens
de Incarnatione verbi dixit: *En ipſe ſtat poſt pa-*
rietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens
per cancellos: noſtrum enim fuit parietem reſera-
re, atque aperire, vt diuinum myſterium interiùs
latens, oſtenderetur. Sic igitur alluſio eſt ad vul-
nera Chriſti ſanguine manantia; id quod dictum
Ioſue 2. eſt ab exploratoribus Ioſue *in cap.* 2. quando de
feneſtra ſuſpenſus funiculus coccineus certam
reddidit meretricem de ſua ſalute. Vnde non
Rab. Salom. ineptè Rabbi Salomon exiſtimauit ea verba
Cant. 4. *Cantic. cap. 4.* quando ſponſus ſponſam laudans à
pulchritudine labiorum, dixit, *ſicut vitta coccinea*
labia tua, de Eccleſia, déque eius veritate dicta
fuiſſe, per alluſionem tamen ad duos explorato-
res Hierichontinos, vt ſit ſenſus; ſic à labiis tuis,
ô Sponſa pulcherrima, defluit veritas, ſicut de-
fluxerat olim funiculus coccineus de feneſtra in
ſignum veritatis, vt iam mirum non ſit, ſi à prin-
cipio, ſiue de feneſtra retenta eadem alluſione ſi-
gnificet ſanctos Apoſtolos, [g] qui de feneſtra ca- [g] *Apoſtoli feneſtra, qui de feneſtra cadente Chriſti ſanguine certam reddunt Eccleſiam.*
dente ſanguine Chriſti certam reddiderunt
meretricem Eccleſiam; talis enim ea fuit, quando
de gente prophana ea collecta eſt ad gremium
Chriſti. Magis autem amplificatur allegoria, ſi
attendamus funiculum illum eſſe ædificatorium,
quo ſementarij vtuntur ad conſtruendas vrbes,
atque ædificia, qualem pollicetur Deus per Za- Zachar. 1.
chariam *in cap.* 1. vbi dicitur, *Domus mea ædifica-* Threnor. 2.
bitur in Hieruſalem, & perpendiculum extendetur Ezech 40.
in ea. Similia habentur *Threnorum* 2. & *Ezechiel.*
40\. Qua de re videndus eſt Rupertus *in lib. de* Rupert.
Trinit. & operibus eius, cum explicat cap. Ioſue 10.
& 12.

Referendam autem eſſe feneſtram ad [h] vulne- 70.
ra Chriſti, ſatis pulchrè dixit Auguſt. *ſerm.* 10. *de* [h] *Chriſti vulnera feneſtra.*
paſſione, cùm habet, *cuius natiuitas hominem oſten-*
derat, mors [i] *Deum prodidit.* Clariùs *in lib. de be-* [i] *Chriſtus naſcens homo, moriens Deus probetur.*
nedictionibus Patriarcharum cap. 49. cum explicat
illud, *occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffo-*
derunt murum, quod ad vulnus Chriſti referen-
dum eſt, præſertimque lateris, per quod patuit Auguſt.
Diuinitas concluſa ſub carne; ſic etenim Ioannes Gen 49.
ſignificauit *in c. 20.* cum dixit, *Infer digitum tuum* Ioan. 20.
huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, &
mitte in latus, & noli eſſe incredulus; per feneſtram
carnis certum reddidit incredulum Apoſtolum
de Diuinitate; & Lucas *cap.* 14. eadem via certos Luc 24.
fecit diſcipulos cum dixit: *Videte manus meas, &*
pedes meos. Vnde eleganter Philo Carpatius Philo Carp.
Epiſcop. *Cant.* 5. dixit, *tunc manus Thomæ diſtilla-*
uerunt myrrham gentibus, cùm omnium certiſſimè
Thomas Apoſtolus prædicare potuit, quod dubitan-
do palpauerat. Quibus omnino ſimilia ſunt ea,
quæ Bernard. dixit ſerm. 61. ſuper Cantic. *Bona* Bernard.
ſunt foramina, [l] *quæ fidem aſtruant reſurrectionis,* [l] *Loca clauorum Chriſti diuinitatem Thomæ oſtenderunt.*
& Chriſti diuinitatem oſtendunt, vt patet ex ver-
bis Thomæ, *Dominus meus, & Deus meus.* Viden-
dus eſt Rupert. Abbas *lib. 2. & 3. in Ioannem*, & *lib.* Rupert. ab.
6 *diuinorum officiorum*, cum dixit, *longè rationabi-*
lius fuit, vt lancea militis latus eius aperiretur,
quàm vt eius crura frangerentur; valdéque acceſſit
ad pulchritudinem operis, ac decentias tanto ſalutis
artifici, vt illud ſibi mortuo de latere ſubduceretur,
vnde naſceretur Eccleſia, qui dormienti Adæ co-
ſtam eduxit, vnde formaretur Eua Hac enim ſimi-
litudine quid dulcius, quid pulchrius eſſe, in-
quam, potuit? Vnde coniectura mihi eſt euiden-
tiſſima ea ratione sāctos Apoſtolos vocatos fuiſſe
legatos [m] à latere, vt qui de latere Chriſti aper- [m] *Apoſtoli legati à latere, quia de latere Chriſti aperto fundauerunt Eccleſiam.*
to Eccleſiam in gentibus ædificauerint, ad illud
enim miſſi ſunt à Deo. Qua ratione Paulus 1.
ad Corinth. 1. Apoſtolicæ prædicationis dixit hoc
fuiſſe thema, ſiue argumentum: *Nos autem prædi-* 1. Corint. 1.
camus Ieſum Chriſtum crucifixum Iudæis quidem
ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam; ipſis autem
vocatis Iudæis, atque etiam Græcis, Chriſtum Dei
virtutem, & Dei ſapientiam: quaſi per ipſa vulne-
ra hominis in cruce patientis, & morientis vo-
luerit Paulus oſtenſam eſſe diuinam virtutem la-
tentem, atque diuinam etiam ſapientiam. Vt iam
non videatur aliena allegoria, qua vſi ſumus huc
vſque aſſerentes à principio per feneſtram, quæ
eſt interpretatio nominis *Mahalon*, ſanctos Apo-
ſtolos ſignificari, qui per vulnera Chriſti Verbi
in carne diuinitatem orbi ſupplicarunt quaſi de
feneſtris quibuſdam.

Non minorem congruentiam habet cum ſan- 71.
ctis

Digitized by Google

ctis Apoſtolis, *Chelionis* nomen; ſignificat enim *conſummationem*, ſiue *perfectionem*, quarum vtrunque Apoſtolis conuenire oſtendemus ſtatim, illud in primis admonentes, conſummationem, ſiue perfectionem Dei proprium opus eſſe ipſius ° Diuinitatis: ſic enim D. Auguſt. quoties in titulis pſalmorum occurrit *in finem*, de Chriſto interpretatur locum, & ſic eius Diuinitatem oſtendit afferens finem conſummantem, ſiue perficientem ſolius Chriſti opus eſſe. ᵖ In quam ſententiam videndus eſt Bernardus *ſerm 1. de Paſchate*, cum ponderat petitionem illam factam Chriſto Domino de cruce pendenti à Iudæis: *Si rex Iſrael eſt, deſcendat de cruce: imò vero*, inquit Bern. *quia rex Iſrael eſt, titulum regni non deſeret, virgam imperij non deponet. Si Pilatus rogatus no ſcriberet, Rex Iudæorum, ſcitò reſpondit, quod ſcripſi, ſcripſi, Chriſtus Dominus non perficiet, quod incepit*, &c. quæ proſequitur Bernard. quibus elegáter oſtendit ad Deum pertinere rem inchoatam non relinquere, ſed perfectam. ᑫ Hoc autem perficiendi munus completum, & conſummatum fuiſſe per ſanctos Apoſtolos dixit Paulus 2. *ad Corint.* quemadmodum notauit Chryſoſt. *hom. 11. ſuper 2. ad Corinth.* cùm explicat ea verba D. Pauli, *qui dedit nobis miniſterium reconciliationis; Apoſtolorum*, inquit Chryſoſt. *oſtendit Paulus, decus, atque dignitatem, & declarat quantum munus eorum fidei commiſſum ſit: interemptus eſt filius, qui dirimenda iniuriæ cauſa venerat. Filius, inquam, verus, atque vnigenitus; nec ita quidem Pater eos, qui ei necem intulerunt, auerſatus eſt. nec dixit, miſi filium meum legationis cauſa; illi autem de medio eum ſuſtulerunt, atque in crucem egerunt; æquum eſt iam eos pro derelictis habere. Verùm contra omnino fecit, & quia ille, ſcilicet, Chriſtus abſceſſit, nobis hanc prouinciam mandauit.* Qui locus, & diuinam miſericordiam oſtendit, ʳ & Apoſtolorum dignitatem declarat: poſtquam enim dictum eſt, *Deus erat mundum ſibi reconcilians in Chriſto*, additum ſtatim eſt, *& poſuit in nobis verbum reconciliationis; perficiendum enim negotium reconciliationis diſcedens Chriſtus Dominus Apoſtolis reliquit.* Quod ipſum inuenies apud Chryſoſt. hom. 2. ſuper primum cap. ad Romanos, *Apoſtolis*, inquit, *munus*, ˢ *res eſt bonis infinitis exundans, gratiis omnibus maius officium, ac dona omnia complectens.* Quid enim ampliùs diximus, quàm id, ſcilicet, Chriſtum, dum nobiſcum verſaretur, feciſſe; hoc illis commiſiſſe, ac ſic demum à nobis abſceſſiſſe? quod Paulus exclamat 2. *Cor. cap. 5.* dignitatem Apoſtolicam extollens, *Pro Chriſto*, ᵗ inquit Paulus, *legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos*, hoc eſt, vicarij Chriſti facti. Qua de re videndus eſt locus apud Ioannem *in cap. 20.* quoniam diſcedens Chriſtus Dominus de terra Apoſtolis dixit, *ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* In quibus verbis accommodata comparatio eſt inter Chriſtum Dominum, & ſanctos Apoſtolos; ſicut enim ille legatus fuit Patris, ſic Apoſtoli Chriſti Domini legati fuerunt; quemadmodum eum locum intelligit D. Cyprianus *tract. 3. de ſimplicitate Prælatorum.* Quibus addenda ſunt ea, quæ dixit Hieronym. *ſuper epiſtolam ad Galatas*, illis verbis, *aliorum autem Apoſtolorum vidi neminem*; & *ſuper epiſtol. ad Epheſ.* illis verbis, *& ipſe dedit quoſdam Apoſtolos*, & *ad Tit. cap. 1.* Huius ᵘ autem legationis proprium eſſe rem perficere, & complere, ſatis claré oſtendit Paulus *ad Coloſſenſ. 1.* cùm dixit,

ⁿ Chelion, id eſt, conſummatio.
° Conſummatio opus diuinitatis, Auguſt.
ᵖ Et Chriſti proprium, Bernard.
ᑫ Et ſanctis Apoſtolis ſucceſſum. 2. Corint. 5. Chryſoſt.
ʳ Dei miſericordiam & Apoſtolorum dignitatem commendat, quod loco Chriſti interempti legati miſſi ſunt ad homines. Chryſoſt.
ˢ Apoſtolorũ munus omnibus maius.
ᵗ Pro Chriſto vicarij & legati. 2. Corint. 5. Ioan. 20.
Cyprian. Hieron.
ᵘ Huius legationis propriũ rem Chriſti perficere. Coloſſenſ. 1.

Adimpleo ea, quæ deſunt paſſioni Chriſti, in corpore meo, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia; quem locum de ſanctis Apoſtolis intelligit Auguſt. *Pſal. 61.* cum explicat ea verba pſalmi, *tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ. Paſſiones*, inquit, *Chriſti*, ˣ *quandiu in membra non redundarent, non videbantur impleta, ſed poſtquam redundarunt in corpore, ſicut in vaſe fieri ſolet, quod tunc impletum dicitur eſſe, cùm foras effunditur, & redundat liquor.* Eadem habet D. Auguſt. in eo verſiculo eiuſdem Pſalmi, *quouſque irruitis in hominem?* & *in Comment. ſuper Pſalm. 42.* Clariùs autem Ioannes Chryſoſtom *hom 4 ſuper epiſt. ad Coloſſenſ.* oſtendit modum, quo effuſio hæc paſſionis Chriſti complementum, & perfectio potuerit appellari eiuſdē paſſionis, *videtur*, inquit, Chryſoſt, *magnum id, quod Paulus locutus eſt, Adimpleo quæ deſunt, ſed non eſt arrogantia*, ʸ *& inſolentia, abſit, ſed magna in Chriſtum beneuolentia; non enim vult eſſe ſuas, ſed illius paſſiones, eos ipſe volens conciliare. vt ſi quis miſſus ad aliquem, alium roget dicens: Rogo te, pro me ad illum vade; deinde ille dicat, Propter hunc hoc facio, & perinde, vt ſi quiſpiam exercitus, cui obiiſſet dux belli, qui vt eum defenderet, atque protegeret, in bello ſtaret; deinde cum illo exceſſiſſet, eius vices gerens legatus illius vulnera ſuſciperet, donec completum eſſet bellum.* Quod eleganter explicauit Caietan. *in opuſc. de Indulg. tract. 8. quæſt. 3.* cum aduertit maximè Paulum commendaſſe diuinam miſericordiam in eo loco citato *ad Coloſſ. 1.* in quo aſſerit nihil defuiſſe paſſioni Chriſti ad redimendos homines, niſi homines, quibus applicaretur; ᵃ hos autem quærebat Paulus non ſine magno labore, in quibus completa, & perfecta eſſet paſſio Chriſti. Ad ſanctos igitur Apoſtolos pertinet conſummatio, & perfectio ᵇ operis, quos propter hanc prærogatiuam Paulus *ad Rom. 8.* vocat primitias Spiritus ſancti; id quod proſequitur D. Thomas 1. 2. *quæſt. 106. art. 4.* vbi docet, Apoſtolos & tempore priùs, & cæteris abundantiùs primitias Spiritus ſancti accepiſſe. Ex quibus iam colligimus, qualis, quantaque fuerit ea, quæ parta videbatur familia Elimelech, quæ Eccleſiam Chriſti naſcentem ab Hebræis referebat; eius altera pars fuit Virgo Mater; altera verò ſanctiſſimus Apoſtolorum chorus.

73. Suam etiam habet allegoriam, & analogiam cum nouo Teſtamento, quòd Spiritus ſanctus hoc in loco duos homines *Ephratæos* appellauit, nec ſolùm *Ephrathæos*, ſed *de Bethlehem Iuda* ortos eſſe dixit; quadrant enim hæc omnia cum ſanctis Apoſtolis, quos Ephratæos appellauit ᶜ Chriſtus Dominus *Ioann. 15.* cùm dixit, *Poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat*; idem enim eſt fructum ferre, & fructiferum eſſe, Ephratæus autem *frugiferum* ſignificat. In quam ſententiam videndus eſt Auguſtinus *Pſalm. 67.* cùm explicat ea verba Pſalmi, *Principes Iuda duces eorum, Principes Zabulon, Principes Nephthali*; quæ verba exiſtimat de Apoſtolis intelligenda eſſe, qui Principes ſunt Eccleſiæ, peculiariter relicti ex his tribus ᵈ familiis, præſertim cum tria hæc nomina maximè cohæreant cum officio paſtorali, & apoſtolico: Apoſtoli enim Principes fuerunt fidei, ſpei, & charitatis, de quorum ſeminario opima meſſis excreuit. *Iuda* enim confeſſionem ſignificat, *Zabulon* habitaculum fortitudinis, *Nephthalim* dilatationem, ita vt confeſſio ſit in fide;

Auguſt. Pſalm. 61.
ˣ Paſſio Chriſti quandiu in membra non redũdauit, non videbatur impleta.
Pſalm. 61. Chryſoſt.
Chryſoſt.
ʸ Non arrogantia, ſed beneuolentia in ſanctis eſt, quòd paſſiones Chriſti in ſuo corpore adimpleant.
Caietan.
ᵃ Adimplent etiam ſancti paſſiones Chriſti dum quærunt homines quibus eius virtus applicetur.
ᵇ Vtraque conſummatio in Apoſtolis perfecta. Rom 8. D. Thom.
ᶜ Apoſtoli Ephratæi, vel frugiferi. Ioan. 15.
Auguſt. Pſalm. 67.
ᵈ Apoſtoli ex tribus familiis Hebræorũ, & quare.

fortitudo in ſpe, latitudo in charitate. Sed tamen idem Auguſt. eodem loco exiſtimauit Principes Iudæ fuiſſe appellatos Apoſtolos, quia ex hac tribu Reges, & Duces oriebantur Hebræis. Vnde Chriſtus Dominus ſecundùm carnem ortus eſt, qui Rex, & Dominus eſt totius Eccleſiæ. Vnde Apoſtoli pariter ſunt dicti Principes Iudæ. Accõmodatiùs fortaſſe noſter Autor eos appellauit *Ephratæos de Bethlehẽ Iuda*, id eſt, *frugiferos de domo Panis, atque de familia Iuda*, id eſt, fidei, quia [e] meſſores, ſiue agricolæ fuerunt Verbi in carne, ſeu Panis illius diuini, qui ex Iudæ ſanguine, atque ex terra Iudæ ortus eſt; idque congruenti ratione, quia vnaquæque familia ab eo nomen accepit, qui familiæ caput, & autor eſt; neque ſolùm ab eo, ſed à loco vnde is ortus eſt. Vnde Nazaræi vocantur pro contumelia, quamuis ab hæreticis, atque etiam Galilæi; neque enim nos pudet, à Nazareth accepiſſe nomen, in qua vrbe Verbum in carne conceptum eſt: neque etiam pudet Galilæos appellari ab ea prouincia, vnde Chriſtus Dominus carnem accipere dignatus eſt. Vnde congruenter Ephratæi appellantur Apoſtoli de Bethlehem Iudæ, vt & patriam, & authorem ſuæ doctrinæ, vel etiam nomine referant.

Auguſt.

[e] *Apoſtoli Ephrataei, id eſt, meſſores Verbi in carne.*

74. Aduertendum autem maximè eſt, Apoſtolos *meſſores*, & *ſatores* fuiſſe verbi Euangelici, & propterea etiam illis meritò conuenit nomen *frugiferi*, cum hac tamen differentia, quòd prophetæ videntur ſeuiſſe fidem, & animas præparaſſe. Quanta autem differentia ſit inter meſſores, & ſatores, colligitur apertè ex differentia quæ eſt inter ſemen, & fructum, quod Paolus notauit *ad Hebr.* 11. cùm de ſanctis veteris teſtamenti dixit, *Hi omnes teſtimonio fidei probati non receperunt promiſſionem Dei pro nobis aliquid melius prouidente Deo, vt non ſine nobis conſummarentur*, id eſt, *coronarentur*. Clariùs Chriſtus Dominus Ioann. 4. *& qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam, vt, & qui ſeminat, ſimul gaudeat, & qui metit; in hoc enim eſt verbum verum, quia alius eſt, qui ſeminat, & alius eſt, qui metit. Ego miſi vos metere, quod vos non laboraſtis; alij laborarunt, & vos in labores eorum introiſtis.* Atque ita meſſores appellat Chriſtus Dominus Apoſtolos, [f] ſatores autem Prophetas. Verùm non eſt negandum eoſdem Apoſtolos, & meſſores, & ſatores fuiſſe Gentium, ſicut aduertit D. Auguſt. *ſerm.* 42. *de Sanctis*, & S. Irenæus *lib.* 4. *cap.* 41. cum exponit ea verba Pauli 1. *ad Cor.* 15. vbi Paulus aſſerit ſe plus omnibus laboraſſe, quia ſcilicet miſſus eſt ad gentes, in quibus nulla erat fidei diſpoſitio: ac proinde *Ephratæi* dicuntur Apoſtoli, id eſt, *frugiferi*, non ſolùm quia collegerunt, ſed etiam, quia ſeminarunt, ſi vtrunque referas ad Apoſtolos prædicantes Euangelium Dei inter gentes. Siquis autem quærat, quorſum relicta patria frugifera ſe contulerint ad ſterile ſolum Moabiticum? Reſponſio eſt in promptu; ſicut enim agricolæ mutare ſolent tellurem propter eius ſterilitatem, & importunum cælum; ſic Apoſtolos de Palæſtina tranſlatos fuiſſe in terra Moab, [g] quia vniuerſa gens Hebræa propter ſuam maximam perfidiã ſterilis reddita eſt, quod Paulus dixit Actor. 13. *Vobis oportebat primum loqui Verbum Dei, ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes.*

Hebr. 11.

Ioan. 4.

[f] *Apoſtoli meſſores dicitur, & Prophetæ ſatores fidei, ſed vtrunq. munus fuit Apoſtolorum ad Gentes.*

Auguſt.
Irenæus.
1. Cor. 15.

[g] *Propter Hebræorum perfidiã Apoſtoli ad gẽtes abierunt.*

Actor. 13.

75. Quòd autem duo Ephratæi duas acceperunt ſponſas prophanas de regione Moab, ſatis oſtendit prophanæ Gentis vocationem, quæ ſæpiùs in Scriptura per ſponſalia ſignificatur; ſicut enim Chriſtus Dominus ſponſus eſt Eccleſiæ, ſic vnuſquiſque Apoſtolorum peculiarem aliquam prouinciam ſibi in ſponſam elegit. Vnde Concilium Lugdunenſe, non veretur appellare Summum Pontificem Romanum Eccleſiæ totius ſponſum, cùm tamen peculiares Epiſcopi Apoſtolorum ſucceſſores peculiares ſibi ſponſas fecerint, peculiares quoque Eccleſias: quæ deſponſatio ſpiritualis inter gentes, & earum paſtores ſignificata eſt per hæc ſponſalia, [h] quæ celebrata ſunt inter duos filios Elimelech, & duas ſponſas Moabitidas, de quibus latiùs dicemus inferiùs, cum prima alia occurrerit allegoria, & analogia.

[h] *Coniugia filiorum Elimelech, ſponſalia Apoſtolorum in gentibus præſignarunt.*

TRACTATVS VII.

De verbis illis: *Et ſurrexit, vt in patriam pergeret cum vtraque nuru ſua de regione Moabitide; audierat enim, quòd reſpexiſſet Dominus populum ſuum, & dediſſet eis eſcas.* Siue, *De amore patriæ, vel potiùs religionis.*

§. I.

Quid ſignificet Verbum, ſurgere, *&* reſpicere *in præſenti.*

Et ſurrexit, vt in patriam pergeret.

DEFVNCTO Elimelech cum duobus filiis eius in regione Moab, vniuerſa cura familiæ delata eſt ad miſeram Noemi viduam marito, & orbam filiis, ac proinde ipſa ſola cœpit cogitare de reditu in patriam, *audierat enim quòd reſpexiſſet Deus populum ſuum, & dediſſet eis eſcas.* Antequam autem ad cætera accedamus, duplex Hebraiſmus nobis explicandus [i] eſt, repertus in hac ſententia, qui ſæpiùs alibi occurrit in Scriptura; alter eſt, quid ſignificet *ſurrexit*, hoc in loco; alter verò, quid ſignificet *reſpicere*. Quod attinet ad primum, *ſurgere*, ſiue, *exurgere*, [l] in materia ſubiecta, nihil aliud eſt, quàm præparari ad iter ſedulò, atque diligenter, quo pacto neceſſariò eſt intelligendus locus apud Luc. *in cap.* 1. vbi dicitur, *exurgens Maria abiit in Montana cum feſtinatione.* Exurgere enim eo in loco ſignificat præparationem ad iter, non quòd continuò, vbi Verbum conceptum eſt, profecta fuerit Virgo Mater, ſed quòd ſtatim ſe præparauerit ad iter; nec enim credibile eſt, ſtatim primo diluculo Incarnationis profectam fuiſſe Virginem Matrem, ſicut piè voluit D. Bonauent. Oppoſitum enim videtur colligi ex Euangelio cum dicitur, *in diebus illis exurgens Maria*, quaſi ſtatim ſe præparauerit, vt quamprimùm iret. Quo pacto intelligenda ea verba Cantic. 2. *Surge, propera amica mea.* Sic prorſus dicendum eſt de Noemi, quæ vbi primò cognouit iam Deum reſpexiſſe patriã tellurem, 76.

[i] *Hebraiſmus duplex.*

[l] *Surgere idẽ, atque præparari ad iter.*

Luc. 1.

Bonauent.

Cantic. 2.

tellurem, ei largiendo neceſſaria ad victum, continuò ſe præparauit ad reditum in patriam.

§. II.

Quid ſignificet in præſenti verbum, reſpicere?

77. *Audierat enim quòd reſpexiſſet Dominus populum ſuum.* Diuinius aliquid ſignificat verbum, *reſpicere,* quo hoc in loco vſus eſt autor, cùm dixit, *audierat enim quòd reſpexiſſet Dominus populum ſuum, & dediſſet eis eſcas:* vox enim Hebræa ſatis ambigua eſt, [m] ſignificátque, punire, viſitare, reſpicere, & in aduerſis rebus ſolatium afferre; qualis eſt ea locutio apud Terent. in Andr. *Carina, me & te, imprudens, niſi quod Dij reſpiciunt, perdidit,* id eſt niſi fauoris, & beneuolentiæ indicium; quod ſatis oſtendit locus *Gen. cap. 4.* vbi dicitur, *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem non reſpexit.* Reſpicit enim Deus, ſiue quando conſolatur, ſiue quando complacet in aliquo, ſiue quando beneficiis proſequitur, metaphora ſumpta ab iis, qui auertunt oculos ab eis, quos oderunt. Qua de re videndus eſt Chryſoſt. *tom. 5. hom. 34.* cum ait, *Reſpicere idem eſſe, quod porrigere manum, & præbere gratias cum languate.* Clariùs hac de re dixit Auguſt. tom. 9. in comm. ſuper Magnificat, *Reſpectus,* inquit, *Dei tribus* [n] *modis accipi ſolent, ſcilicet, ſecundùm cognitionem, ſecundùm gratiam, ſecundùm iudicium. De primo dixit Apoſtolus, Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius; de ſecundo autem clarum eſt, Deum omnia reſpicere, quia oculi Domini ſuper iuſtos; de tertio in fine dicetur, Neſcio vos. Deum igitur videre per cognitionem, eſt, nihil eorum, quæ ſunt, ignorare: videre per gratiam eſt dona miſericordiæ impendere; videre autem per iudicium, eſt tantùm merita, vel demerita iudicare: Reſpicere igitur,* inquit Auguſt. *per gratiam, plus aliquid eſt, quàm videre per gratiam. Nanque ita reſpicere, eſt priùs abiectos, & derelictos viſitare, atque ea bona, quæ ablata fuerant, reſtituere, & ad eos ſe conuertere per gratiam, à quibus receſſerat.* Quod etiam notauit D. Ambr. *Luc. in cap. 22.* cùm explicat ea verba, *& conuerſus Dominus reſpexit Petrum, & fleuit amarè; Quos Ieſus reſpicit, plorant delictum; negauit Petrus, & non fleuit, quia non reſpexerat Dominus; negauit tertiò & reſpexit Ieſus, & ille amariſſimè fleuit: reſpice Domine, vt ſciamus noſtrum & flere peccatum, & lauare delictum.* Quem locum ex Ambroſ. tranſtulit Auguſt. *in lib. de gratia Chriſti, cap. 45.* latet autem in illis verbis Euangeliſtæ occulta quædã metaphora, & ſimilitudo petita ab ipſo Sole, qui reuerſus ad nos, eos montes, quos receſſus eius in gelu concreuerat, reſoluit in fontes rediens; talis erat anima Petri, talem eam reddidit reuerſus Sol; diſſoluit enim concretum gelu eius [o] pectoris in largos lachrymarum fontes: hoc enim iã dixerat Malach futurũ eſſe in tertia in reditu Dei in carne, *Orietur nobis Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius.* Quod Zacharias pater Baptiſtæ explicauit in Cantico cùm dixit, *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto;* quo verbo vſa eſt ſponſa *Cantic. cap. 2.* cum dixit de aduentu Dei in carne: *En iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles, en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum.* Et addit ad amplificandum beneficium in homines: nec ſolùm ſtat poſt parietem noſtrum, id eſt, non ſolùm ſub noſtra carne latuit, ſed reſpicit per feneſtras, hoc eſt, per vulnera ſua fauet, protegit, & miſeretur. Ex quibus iam patet vis, & virtus eiuſdem verbi, quo Autor ſacer hoc in loco vſus eſt, cum dixerit, *Audierat enim quòd reſpexiſſet Deus populum ſuum,* Quaſi reuerſus ad eos, quos oderat, quæ bona abſtulerat, reddit; ſicut ipſe explicat dicens, *& dediſſet eis eſcas,* [p] *reſpicere* enim *Dei* eſt bona ablata reſtituere.

[m] *Multiplex verbi, reſpicere, ſignificatum.*

Terent.

Gen. 4.

Chryſoſt.

Auguſt.

[n] *Secundùm Auguſt. tria præcipuè ſignificat.*

Auguſt.

Ambr.

[o] *Reſpiciens Deus peccatores reſoluit in lachrymas pænitentiæ.*

Malach.

Luc. 1.

Cantic. 2.

[p] *Reſpicere Dei eſt bona ablata reſtituere.*

§. III.

Deſiderium patriæ, & religionis viduam Noemi ad ſuos redire compulit.

Mirum autem non eſt ſi tantus patriæ amor occupauerit [q] animum miſeræ, & peregrinæ Noemi, cùm idem amor patriæ plurimum etiam valeat apud fælices exules à patria ſua, qualis planè fuerat Iacob in Meſopotamia diues, & tamen ardebat amore patrio. Vnde meritò dixit Cicero lib. 1. officior. *Omnes omnium charitates patria vna complexa eſt.* Quæ eſt ſententia Euripidis, *Patria, vt decet, chariſſima eſt mortalibus, neque exprimere poſſum, quàm chara.* Vnde Diodorus Siculus cum dignitatem cuiuſdam prouinciæ ſcripſiſſet, addidit ſtatim, *Has tamen, qui incolunt oras, tanta vitæ incommoda nolunt effugere,* [r] *ſed vltroneam potiùs diligunt mortem, quàm alio cogantur more viuere, ita patriæ quidam amor natura ſingulis innatus eſt.* Quod etiam dixit Rabbi Moyſes lib. 2. Perplex. cap. 141. *Natura hominis trahitur poſt conſuetudinem Ciuitatis,* quod Homerus de Vlyſſe dixit, *in ſua Odyſſ. lib. 1.* 78.

Qui natalis terræ fumum ſurgentem videre
Mirè cupiebat——

id quod alius Poëta dixit,

Non dubia eſt Itaci prudentia, ſed tamen obſtat
Fumum de patriis poſſe videre focis.

Vnde ortum eſt illud Prouerbium, *fumus patriæ,* pro re optatiſſima; fumus enim patriæ lucalentior eſt, quàm ignis alterius loci. Mirum igitur non eſt, ſi vidua marito, & duobus orbata filiis tam celeriter ſe præparauerit ad reditum, vbi primùm occaſio, & redeundi opportunitas oblata eſt.

Credibile verò valdè eſt religioſam hanc viduam potiùs optaſſe reditum in patriam propter 79.
[s] cultum, & religionem paternam, quàm propter purum amorem patriæ; eſt enim hominibus innatus pariter cum ipſa natura religionis amor. Quod Plato dixit commendans humanam naturam; *Homo,* inquit, *animal eſt diuiniſſimum ſolum ex omnibus animantibus religionis, & ſapientiæ capax.* Vnde ortum eſt illud vehementiſſimum deſiderium Hebræorum exulum apud Babylonios, cuius meminit *Pſal. 136.* nullius enim rei magis eorum animos occupabat recordatio, quàm religionis, & cultus Hieroſolymitani; cùm enim non ſolùm oriundi eſſent ex ciuitate Hieruſalem, ſed ex aliis regionibus Iudææ, ſolius Hieruſalem eos tenebat cogitatio, atque deſiderium, dicentes, *Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus dum recordaremur tui Sion;* quod ſignum eſt pij, & veri hominis: tantum enim tribuit interdum ſacra Scriptura pietati, & religioni, vt per religionem verum hominem

[q] *Peregrinã Noemi ad reditum accendit patriæ amor.*

Cicero.

Euripid.

Diodor. Sic.

[r] *Quitantus eſt vt velint homines potiùs in ea mori, quàm extra viuere.*

Rab. Moyſ.

Homerus.

Virgilius.

[s] *Fumus patriæ res optatiſſima, & alieno igne lucalentior.*

Plato.

Pſal. 136.

[u] *Verus enim homo per religionem definitur.* Eccl. 13. [x] *Homo non eſt, qui Deum non colit.* Chryſoſt. Origen.

[u] definiat: hoc enim videntur ſonare ea verba Eccleſiaſt. in cap. 13. *Deum time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo*, quaſi verus homo non ſit, qui [x] Deum non colit, & mandata eius non obſeruat: quemadmodum pulchrè aduertit Chryſoſt. *hom. 13. in 1. ad Timoth.* aſſerens hanc eſſe veram hominis definitionem. Cui ſententiæ fauet Origen. *in com. ſuper Iob.* cùm explicat ea verba, *Rectus ac timens Deum*; ſic enim legit: *verus enim homo ille ſolus eſt, qui Dei ſimilitudinem prauis moribus non corrumpit*: hoc autem ſignificat locus citatus Eccleſiaſtes ſecundùm luquendi modum conſuetum in Scriptura. Quod enim dixit, *hoc eſt omnis homo*, idem eſt ac ſi diceret, hoc eſt perfectus, & verus homo, *omnis* enim ſecundùm phraſim Scripturæ ſignificat perfectionem. Qua de re videndus eſt Hilarius *Pſal.* 118. & Greg Niſſ. in orat. cui titulum facit, *Quid nomen, profeſſióne chriſtiana ſignificet*, & Euſeb. Cæſar. *lib. 2. de præpar. Euang. cap.* 3. & Philo *in lib. de Abraham*, cùm aſſerit: *nanque homo, qui diuinos typos, ac notas confundit, & corrumpit*, [z] *hic nec hominis quidem nomine dignus eſt ob flagitioſam electionem eundem typum iniuria afficiens, à propheta enim audit: Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis, & ſimilis factus eſt illis.* Videndus eſt Lactant. *lib. 3. cap. 9. & 10. & lib. de ira Dei cap.* 10. cum ait, *ſi quis hominem interroget, cuius rei gratia natus ſit, reſpondebit, ſe Dei colendi gratia natum, qui omnino nos genuit, vt ei ſeruiamus.* Eſt nanque ſummum bonum hominis in Dei religione, nam cætera in cæteris quoque animantibus reperiuntur; vnde inter omnes calamitates Ionæ prophetæ, hæc vna perpetuò eius animum ſubiit recordatio, ſicut patet *Ionæ c.* 2. quaſi plus doluerit, quòd ſanctum templum ampliùs viſurus non eſſet in ciuitate Hieruſalem, quàm quòd amiſſurus [a] eſſet vitam in viſceribus balenæ; ſic enim ille dixit, *abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum, verumtamen rurſus videbo templum ſanctum tuum*, atque in eo oblaturum me eſſe hoſtias de more pacifico ſpero. Talis planè fuit recordatio in miſera Noemi, cum de reditu cogitauit, plus enim optabat videre religioſum cultum patriæ ſuæ, quàm ipſam patriam.

Hilar. Nicen. Euſeb. Cæſ. Philo.

[z] *Neque hominis nomine dignus.*

Pſalm. 48.

Lactant.

Ionæ. 2.

[a] *Sancti facilius patiuntur vita priuari, quàm ſacrorum locorum aſpectu.*

§. IV.

Occaſione petita ex deſiderio Noemi erga patriam, & religionem, peregrinationes ad loca ſancta commendantur.

80. NOtandum autem eſt eo tempore deſignatum fuiſſe certum locum, non in quem neceſſariò conuenirent fideles ad orationem, & preces offerendas Deo, [b] hoc enim omni in loco fieri ſemper liberum fuit; ſed peculiaris locus deſignatus erat eo tempore à Deo, in quem conuenirent ad ſacrificandum hoſtias ſuas, ad publicum cultum exhibendum Deo, in quo maximè eo tempore poſita erat externa religio Hebræorum. Vnde orta eſt ea controuerſia inter Iudæos & Samaritanos de adoratione in monte Garizim, quam ſoluendam propoſuit Domino mulier Samaritana *Ioan.* 4. Qua de re videndus eſt Ioſephus 3. *Antiq. cap.* 12. & *lib.* 11. *antiq. cap.* 7. & 8. Vnde *Deuter.* 12. dicitur, *caue ne offeras holocauſta tua in omni loco, quem videris, ſed in eo, quẽ Dominus elegerit*: aliter enim Idololatræ exiſtimabantur, temporibus autem Noemi electus erat Silo adorationis gratia à Deo, in quo ſuas hoſtias offerret populus; [c] hunc autem locum inuiſere vehementer cupiebat vidua exul: quamuis autem hoc tempore poſt aduentum Chriſti in omni loco offeratur oblatio munda, negandum non eſt, ſicut negant plerique ex hæreticis, religioſum eſſe inuiſere [d] loca peculiaria ſacra, in quibus Deus peculiariter ſuam oſtendit omnipotentiam, quemadmodum aduertit Theodoret. *in lib. de religioſa hiſtoria cap.* 6. vbi refert de religioſo & ſanctiſſimo Monacho, cuius nomen *Simeon*, vel potius, *Simon priſcus*. Is enim, vt de ſeipſo fatebatur, vehementer deſiderabat adorare Deum in monte Sina, in quo Deus apparuit ſeruo ſuo Moyſi, eidemque tabulas legis dedit, non quòd Deum exiſtimaret eſſe aliquo certo loco circumſcriptum, ſed quoniam ij, qui ardenter amant, non ſolùm eos, quos amant, deſiderant, [e] ſed etiam illis loca grata, in quibus præſentes fuerunt, & in quibus familiariter verſantur; quod dixit Cicero *lib. 2. de legib. Neſcio quo pacto locis ipſis, in quibus, eorum, quos diligimus, aut admiramur, adſunt veſtigia, delectamur, me quidem illæ ipſæ Athenæ, non tam operibus magnificis, & exquiſitis antiquorum, quàm recordatione ſummorum virorum delectant.* Similia habet D. Hieronym. *in epiſt. ad Marcel. & in epiſt. ad Paulin.* & *in epiſt. 1. & 2. ad Riparium tom.* 2. cum ait, inuitando ad inuiſenda loca ſacra, *pars fidei eſt* [f] *quaſi recentia natiuitatis, crucis, & paſſionis vidiſſe veſtigia.* Et peculiariter in epiſt. ad Deſider. *Certè*, inquit, *adoraſſe, vbi ſteterunt pedes Domini, pars fidei eſt.* quod etiam dixit Paulin. *in epiſt. ad Seuerum* 11. *non aliter*, ait, *affectus homines ad Hieruſalem rapit, niſi vt loca, in quibus corporaliter præſens fuit Chriſtus, videant, atque contingant.* Videndus eſt Chryſoſt. *lib. contra Gent. tom.* 5. vbi ait, *Deum inter alias, quas infinitas noſtræ ſalutis occaſiones dedit, hanc quoque dediſſe pro ſua benignitate, quia ſcilicet, reliquit apud nos ſanctorum ſuorum reliquias, & maximè ſepulchra; nam poſt ſermonis facultatem*, id eſt, poſt doctrinam fidei, *ipſa ſanctorum ſepulchra, ſecundum* [g] *locum obtinent ad animos promouendos ad virtutes ſanctorum ſequendas.* Vnde idem Chryſoſt. *hom.* 32. *ad Rom.* totus eſt in manifeſtando deſiderium, quo ardebat deoſculandi puluerem, & oſſa Pauli: nec defuit huic ſententiæ Auguſt. præſertim epiſt. 137. vbi docet aliqua loca eſſe, in quibus Deus peculiariter miracula operatur propter memoriam alicuius ſancti. Quibus addenda ſunt ea, quæ de hac re dixit Conc. Cabilonenſe ſub Carolo Magno celebratum, quod docet in *Can.* 45. *eorum denotionem omnibus probari debere, qui pœnitentiæ cauſa ad limina Apoſtolorum, vel, ad alia ſancta loca peregrinantur.* Cui ſuffragatur Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. cum diſputat de culto, & veneratione ſanctarum reliquiarum: omnes enim aduertunt, pium, & religioſum eſſe affectum, quo vniuſcuiuſque fidelis anima ea maximè deſiderat loca inuiſere, in quibus vel leue veſtigium relictum fuerit eius ſancti, quem ardenter amat; quem affectum ſatis expreſſit ſponſa, *Cantic.* 2. cum dixit, *ſub vmbra illius, quem deſideraui, ſedi*, vel ſola inani vmbra ſui ſponſi recreata. Hac de re videndus eſt Bellarm. *tom.* 1. *controuerſ. lib. 2. de cultu ſanctorum cap.* 7. Quæ omnia

[b] *Orare Deũ in omni loco ſemper liberũ fuit.*

Ioan. 4. Ioſephus.

Deut. 12.

[c] *Illicitũ tamen Hebræis extra locum tabernaculo deſignatum hoſtias immolare.*

[d] *Religionis & nunc opus eſt viſitare loca ſacra.* Theodoret.

[e] *Immò & inſigne amoris indicium, delectari locis Deo gratis.* Cicero.

Hieron.

[f] *Pars eſt fidei recentia natiuitatis, crucis & paſſionis Chriſti vidiſſe veſtigia.* Paulin.

Chryſoſt.

[g] *Secundum locum obtinent poſt fidem, ſepulchra ſanctorum ad promouendã virtutem.* Chryſoſt. Aug.

Conc. Cabil.

Conc. Trid.

Cantic. 2.

Bellarm.

omnia ea mente diſimos, vt damnemus impiam hæreſim tecentiorum hæreticotum aſſerentium vanas, & ſuperſtitioſas eſſe peregrinatiooes ad loca ſacra, quibus maximè noſtra in Deum, & ſanctos charitas promouetur, petita occaſione ab eo deſiderio, quo ardebat Noemi inter Moabitas, videndi potiùs cultum teligioſum patrium, quàm patriam ipſam.

[h] *Peregrinationes ad loca ſacra laudantur.*

TRACTATVS VIII.

Egreſſa eſt itaque Noemi de loco peregrinationis ſuæ cum vtraque nuru ſua, & iam in via reuertendi poſita in terram Iuda. Siue, *De tempore, quo maximè ſolet anima hominum Deum quærere, & vitia relinquere.*

§. I.

Quàm ægrè patiantur ab inuicem diuelli amantium animi.

81\. *Egreſſa eſt itaque Noemi de loco peregrinationis ſuæ cum vtraque nuru ſua.* QVÆ aliqoalem difficultatem habere videntur in hac ſententia, de mote priùs eſplicabimus, & poſtea motalem locum amplificabimus. Eſt igitur in ptimis hæc oratio eclytica, hoc eſt defectuoſa pendens es ſequenti ſententia, cùm diſit ad eas, *Ite in domum matris veſtræ.* Credibile autem valde eſt multa per reticentiam omiſſa eſſe, priùs enim vidua videtur conſuluiſſe nuribus, vt in pattia remanerent, nec miſeram ſequerentur, fuiſſe tamen paſſam, vt amoris, & [i] honoris gratia vſque ad certum, & præfinitum locum deducerent ſocrum ſuam abeuntem, ſicut fieri conſucuit ab iis, qui diſcedeutes comitantur, & proſequuntur honoris gratia, quemadmodum nos latè diximus in tertia Canonica Ioannis, quàm vtilis ea fuit deductio, quæ Paulo facta eſt *Actor.* 20. quando Romam profectus eſt, *fletus magnus factus eſt omnium, & procumbentes ſuper collum Pauli oſculabantur eum, dolentes maximè in verbo, quod dixerat, quoniam ampliùs faciem eius non eſſent viſuri, & deducebant eum ad nauem.* Quandiu igitur vidua Noemi intelleſit hoc officium deducendi eam, pietatis & honoris officium eſſe, tandiu paſſa eſt ſe deduci à nuribus ſuis, ad fines fortaſſe vſque regionis illius: verùm vbi cognouit eas comitari voluiſſe abeuntem, prohibuit dicens, *Ite in domum matris veſtræ:* credibile eoim eſt ſicut apparet es ipſo teſtu ſacro, duas eas [l] mulieres propter probos mores, ſanctimoniam & honeſtatem Noëmi, eius deſiderio vehementer captas fuiſſe, ita vt nec diuelli quidem paterentur ab eius ſocietate, & viuendi cooſuetudine; ſic enim fieri plerunque ſolet maximè inter fæminas, quarum tenerrimum eſt ingenium ad huiuſmodi ſeparationes, inclinatáque natura in deſiderium abſentium: [m] vulneratur enim in illis amor vehementer, cum loco ſeparatur is, quem amant. Qualem affectum expreſſit Magdalena *Ioan.* 20. quando primùm vidit in horto à ſepulchro iam reſcitatum Chriſtum Dominum, eum enim complexa detinuit, nec paſſa eſt recedere; exiſtimauit enim, quamprimùm Chriſtum Dominum receſſurum eſſe ad Patrem, atque ita vehementem affectum animi, ſeu potiùs amorem in Chriſtum oſtendit; cuius tamen opinionem de reditu Chriſti correſit Chriſtus Dominus, atque temperauit affectum cum dixit. *Noli me tangere, nondum enim aſcendi ad Patrem meum*, id eſt; non [n] eſt cur ita tenaciter detineas me, quaſi recedentem, cùm tamen nondum abeam ad Patrem meum. Similis muliebris affectus eſpreſſus eſt ab ſponſa duobus in lucis, quorum alter habetur *Cantic.* 3. cum dixit, *tenui eum, nec dimittam, donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ*, id eſt, quibuſdam quaſi vinculis inter amplexus meum ſponſum retinebo, & in interiori parte domus matris meæ, quaſi in carcere concludam, ne abeat. Dulciùs illud ſignificauit eadem ſponſa, cùm *Cantic.* 8. diſit optando, *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ? apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, ibi me docebis:* paruulum vbera ſugentem complexa eſt, & doctorem volebat, ſignificans nullo modo ſe paſſuram eſſe à ſuo ſponſo aliquando diuelli. Nec [o] ſolùm hoc ingenium fæminarum eſt amantium, ſed veri potiùs amoris proprietas, eſt enim, ſicut eleganter amorem definit D. Hierotheus apud apud Areopagitam 4. de diuinis nominib. *Amor, vis quædam vnitiua, quæ ſeparationem nullo modo patitur.* Quod etiam ſignificauit Nazianz. *orat.* 28. cuius hæc ſunt verba, *cum ipſe adeſſem, huius affectum parum admodum ſentiebam; poſtquam autem à vebis ſeiunctus ſum, amorem dulcem tyrannum cognoſcere cæpi*; qualia ſunt verba Auguſtin. 10. *de Trinit.* cum dicit, [p] *Amor tunc ſentitur, cùm eum prodit indigentia:* non eſt enim diſſimilis amor inter præſentes amantes ipſis elementis io ſuis locis præfinitis à oatura, vbi neque leuitate pelluotur, neque grauitate sguntur, ſed quæque in ſuo loco nullis mutationibus agitata, quieta maoent; [q] verùm ſi alterum à ſuo loco ſepares, continuò agitatur, atque mouetur, nec tandem vſquam quieſcit, niſi in ſuo naturali loco conquieſcat: quod ipſum in Chriſto oſtendit eleganter D. Leo I. *ſerm.* 17. *de paſſione* cùm dicit, *in tantam vnitatem Dei, & hominis natura connexuit*, [r] *vt neque ſupplicio potuerit dirimi, neque morte diſiungi, tam impatiens eſt ſeparationis, etiam diuinus amor.* Ex quibos iam patet, mirum non eſſe, ſi vtraque nurus Noemi ægrè tulerit ſeparationem eius viduæ, quam maximè amabat, hoc eſt enim iogenium, vis, & natura veri amoris. Senſus igitur huius ſententiæ talis eſt, Egreſſa à finibus Moab Noemi, & poſita in ipſa via ad reditum duas habuit comites itineris ſui.

†

[i] *Deducere abeuntes amoris & honoris indiciū.*

Actor. 20.

[l] *Duæ nurus Noemi ob morum probitatem ab ipſa diuelli non poterant.*

[m] *Fæminarū ingenium, amore maximè vulnerari abſente amoris obiecto.* Gabr. à Coſta in Gen.

Ioan. 20.

[n] *Elegās expoſitio.*

Cantic. 3.

Cantic. 8.

[o] *Nec ſolùm amantis fæminæ, ſed amoris proprietas ægrè diuelli à re amata.* Hyerotheus. Nazianz.

Auguſt. [p] *Amor enim tunc ſentitur, cùm eum prodit indigētia.*

[q] *Apta ſimilitudo in ſympathia elemētorum.*

D. Leo.

[r] *Sed longè mirabilior vnitas Dei & hominis in Chriſto, quæ neque ſupplicio dirimi potuit, aut morte.*

§. I I.

In reditu Noemi animæ reuertentis ad Deum per pœnitentiam, primus motus expenditur.

82.

[f] *Reditus Noemi ad patriam conuerſionem animæ ad Deum adumbrat.* Ambr.

SEd iam ex hoc loco libeat progreſſum [f] pænitentis animæ ad Deum oſtendere fugientis eam turpitudinem, & prophanos mores, in quibus antea vitam egerat; qualem animæ progreſſum ex hoc loco deducit D. Ambroſ. *lib.3. ſuper Lucam*, cum ait: *Quando Noemi ſe vidit orbam marito, & vtroque filio, cognito quòd Deus viſitaſſet Iſrael, egreſſa eſt de terra prophana, & poſita eſt in via ad patriam, imò potiùs ad ſacroſanctum religionis cultum; agitur enim plerunque anima ad Deum quærendum, cùm ſuam miſeriam intuetur.* Id quòd eleganter dixit Plinius, (vt à prophanis hominibus incipiam) *lib.8. natural. hiſt. cap.16.* vbi ſic habet: *Tunc præcipuus* [t] *votorum locus eſt, cum ſpei nullus eſt.* Qualis etiam locus eſt apud Ionam, tunc enim ad Deum omnino conuerſus eſt, & ad vota religioſa, [u] cùm in viſceribus balenæ in extrema miſeria, & paupertate conſtitutus eſt, non ita cùm herbam habuit viridem, quæ ſuper tugurium in vmbraculum creuit; tunc enim ſoliùs herbæ memor, Dei [x] omnino oblitus eſt. Quibus ſunt ſimilia ea, quæ pulchrè dixit Ioan. Caſſian *collat.6. cap. 3.* cum oſtendit in Lazaro vlceroſo, propinquiorem eſſe Deo miſeriam, quàm fælicitatem hominum, *Infirmitas enim*, inquit, *carnis, quàm ſit interdum commoda* [z] *Lazari illius pauperis vlceroſi beatitudo demonſtrat; cuius cùm nulla alia virtutum merita Euangelium commemoret, pro ſolo hoc, quòd infirmitatem corporis, & egeſtatem patientiſſimè tolerauit, ſinum Abrahæ poſſidere fæliciſſima ſorte promeruit: nihil enim maius de eo legitur, tam ſolet miſeria, & rerum inopia* [a] *Deo homines coniungere.* Pro qua ſententia videndus eſt Nazianz. *orat.17.pag.483.* cùm ponderat illud Pſalm. *Bonum mihi quia humiliaſti me*, (quòd videlicet illa res iuſtificationem, & Dei cognitionem pariat) qui prope homines Petrum imitantur, Saluatoris opem, cùm iam penè mergeretur implorantem; ſic enim ſe ſe magis adiungunt Deo bonorum omnium Autori per dolorem, & afflictionem, quandoquidē ægra anima Deo [b] propinqua eſt, ac penuria ipſa efficit, vt ad Deum, qui largiendi poteſtatem habet, nos conferamus, non aliter quàm cùm quis ſub ardenti ſole, vehementi ſiti excruciatus ad fontem continuò ſe conuertit, & properat, vnde eam reficere poſſit. In quam ſententiam explicandus eſt locus ille Iob cùm *cap. 42.* poſt labores, quos paſſus eſt, ita dixit, *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, & idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere.* Videtur enim his verbis explicaſſe, ante ſuam miſeriam, vel leuem de Deo cognitionem habuiſſe, in ipſa autem miſeria Deum quaſi præſentem ſe videre; [c] hoc enim diuinum habet miſeria, quòd Deum præſentiſſimum nobis reddat. Dixit hoc D. Auguſt. *ſuper Pſal. 50.* Erat enim in infirmitate tribulationis ſuæ Dauid tantùm in Deum intentior, quantò miſerior videbatur. Quæ fuit ratio cur Ioannes Baptiſta, imò & Chriſtus Dominus ita diuina ordinante Prouidentia in hominum fauorem tunc prædicauerit Euangelium pœnitentiæ, [d] cum maximè res hominum deperditæ erant, & cum iam nullum remedium ſperandum eſſet à rebus humanis, vt facilior eſſet conuerſio ad Deum. Quæ fuit ratio cur non venerit Verbum in carne, niſi iam deficiente regno Hebræorum. Oſtenditur igitur optimè reditus animæ pœnitentis in hac muliere, quæ tunc poſita eſt in via redeundi, cùm omni humano auxilio deſtituta eſt. [e] Sic etenim anima fide certa, & ſpe plena, reuerſa eſt ad Deum, quem audierat reſpexiſſe ſuper populum Iſraël, & dediſſe eis eſcas: auditus enim Dei in ea genuerat fidem, ex bonis autem, quæ Deus dederat populo, certiſſimam conceperat ſpem, atque ita fide, & ſpe acta poſita eſt in via redeundi; talis enim ſolet eſſe primus motus pænitentis animæ.

Plinius.

[t] *Tunc votorum locus, cùm ſpei nullus.*

[u] *Extrema miſeria hominis ad Deū vertit animum.*

[x] *Quem vna herbula immemorē Dei facit.*

Io. Caſſian.

[z] *Infirmitas carnis, quam ſit interdum commoda.*

[a] *Coniungit Deo rerum inopia.*

Nazianz.

[b] *Ægra anima Deo propinquior.*

Iob 42.

[c] *Hoc diuinū habet miſeria, quòd Deum præſentiſſimum nobis reddit.*

Auguſt.

[d] *Inde pœnitentiā Chriſtus annunciat, cùm maximè res hominum deperdita.*

[e] *Noemi ad patriam redit maximè fidēs Deo, cùm omni humano auxilio deſtituitur.*

In primo autem progreſſu pœnitentis animæ, hic primus eſt eius gradus, poni in via redeundi ad ſalutem, [f] hoc eſt receſſus à vitiis, quod ex prophanis dixit quidam, *prima virtus eſt vitium fugere*, quemadmodum notauit Cyprian. lib. 1. epiſt. epiſt.3. *Primus gradus*, inquit, *felicitatis eſt, non delinquere*; & Horat. hoc etiam notauit, *Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima, caruiſſe ſtultitia.* Sic regius Vates primum virtutis gradum poſuit receſſum à vitiis, hoc enim ſignificant ea verba Pſal.1. *Beatus vir, qui non abiit in concilio impiorum, & in via peccatorū non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit:* hic enim eſt ordo virtutis. In quam ſententiam, videndus eſt Chryſoſt. *hom.16. ſuper epiſt. ad Epheſ. & hom. 140. in Matth.* & Aug. *lib.2. confeſſ. c.7. & lib. 10. cap.31. & lib. de diligendo Deo, cap.12.* Vbi gratiæ diuinæ deputat, quæcunque non fecit. Similia habet Chryſoſt. *tom.5. orat.2. de prouident.* & Euſeb. *de præpar. Euang. lib,8. cap.3.* Hieron. *lib. 14. in Iſai. cap.40.* cum hac tamen differentia, quòd in virtute non ſatis ſit cæpiſſe, ſi rem ad exitū non perduxeris, quamuis in malis idem ſit cæpiſſe, & rem perfeciſſe, [h] quemadmodum eleganter Philo notauit *in lib. de confuſione linguarum*, cùm ponderat illud quod dictum eſt Geneſ.11. *Deſcendit autem Dominus, vt videret ciuitatem, & turrim, quam ædificauerant filij Adam*; nihilominus enim ac ſi patraſſent facinus, puniendi erant, nec enim deſiſtunt à cogitationibus donec eas opere compleant; cùm è contra fieri ſoleat in probis operibus, in quibus facilè ceſſatur ab opere & hoc eſt quod ait, abſolutam turrim ab eis, quamuis penderent adhuc opera interrupta, dicens, *Deſcendit vt videret ciuitatem*, non quam ædificaturi erant, cùm aliter ſe habeant iuſta opera, ſicut idem Philo alibi ponderauit in lib. de agricultura: *Principium*, inquit, *dimidium eſt totius*, iuxta vetus prouerbium, *& altero dimidio abeſt à fine, quod niſi accedat, etiam incepiſſe res magnas ſæpe obfuit.* In hanc ſententiam videndus eſt Chryſoſt. *homil. 10. in Matth.* cùm ait, petita ſimilitudine à vulnerato homine, non ſatis eſſe in virtute primum poſuiſſe principium, niſi cætera accedant, *Neque*, inquit, [i] *vulnerato homini ſufficit ad ſalutem, tantùm ſpiculum de corpore euellere, ſed etiam remedia adhibere vulneribus; fit enim plerunque vt initia ferè meliora ſint, ſed finis inclinet.* Quod eleganter expreſſit Hieron. *in epiſt. ad Ruſtic.* loquens de Loth; *Neque*, inquit, *Gomorrhæ quondam habitator ſtatim ad meridiem poterat peruenire; in qua Abraham amicus Domini cum Angelis Deum ſuſcepit.* Quem ordinem

83.

[f] *Primus animæ pœnitentis motus ad ſalutem, receſſus à vitiis.*

Cyprian.

Horat.

Pſalm. 1.

Chryſoſt.

Auguſt.

Chryſoſt.

Euſebius.

Hieron.

[g] *Non ſatis eſt in bonis cæpiſſe, ſi rem ad exitū non perduxeris.*

Philo.

[h] *In malis cæpiſſe, eſt rem perficere.*

Gen. 11.

Philo.

Chryſoſt.

[i] *Apta ſimilitudo pro animæ medelā.*

Hieron.

Digitized by Google

nem gradatim progrediendi ſeruate ſponſa dixit Cantic. 1. *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie:* cognouit enim ad accubitum, & tranquillam quietem ſponſi peruenire non poſſe niſi per gradus, [l] recedendo ſcilicet à vitiis, deinde in virtute proficiendo, qualem ordinem deſcribit Baſil. Magn. *in comm. ſuper Pſalm.* 1. vbi ponderat ſcalam Iacob propterea vocatam fuiſſe ſcalam cæli, quia paulatim à terra ſurgebat, donec tandem perueniret in cælum, quod etiam dixit Hieronym. *in epiſtol. ad Furiam*, vbi hoc proſequitur argumentum, hac eadem ſimilitudine Baſilij vſus; & ſimilia habet idem Hieronym. *in epiſt. ad Lucil.* vbi oſtendit hoc ſignificare illud Dauidis: *aduena ego ſum apud te, & peregrinus*, quaſi velit, perpetuò ex vna virtute in aliam traducor, cæpiſſe enim multorum eſt, paucorum autem progreſſum feciſſe, & ad culmen tandem perueniſſe. Hunc igitur ordinem ſecuta eſt anima pœnitens, ſicut ex hoc loco deducimus, primò enim exſurrexit, hanc enim primam habuit cogitationem de reditu ad Deum, deinde egreſſa à prophana vita, poſita eſt in via redeundi; de cæteris autem gradibus cunctis ad Deum animæ per pœnitentiam dicemus in ſequentibus.

[l] *Gradatim in via ſalutis progrediendū.* Baſilius.

Hieron.

[m] *Diligens operator ſalutis animæ ſemper vt aduena ſe gerat ex vna virtute in aliam.*

TRACTATVS IX.

De verbis illis, *Dixit ad eas, Ite in domum matris veſtræ, faciat vobiſcum Dominus miſericordiam, ſicut feciſtis cum mortuis, & mecum; det vobis inuenire requiem in domibus virorum, quos ſortituræ eſtis.*

§. I.

Declaratur veterum conſuetudo de celebrandis nuptiis fœminarum in materna domo.

84. *Ite in domum matris veſtræ.* IN hoc verſu ea ſe ſe offert ceremonia, quæ in ſponſalibus celebrandis obſeruata fuiſſe videtur à veteribus cùm dixit, *Ite in domum matris veſtræ*, vbi patris nulla facta eſt mentio; videtur enim Noemi conſulere nuribus ſuis, vt ſecundas nuptias quærant apud contribules ſuos in patria ſua; hoc enim ſignificare videntur ea verba, *Ite in domum matris veſtræ*, ſolemne enim illud videtur fuiſſe apud antiquos homines, vt ſponſi ſponſalia celebrarent in tabernaculum matris ſponſæ ſuæ, [n] idque merito, quia & mundum muliebrem, & omnia inſtrumenta ſponſalitia à matre ſua ſolet ſponſa accipere, & non niſi in cubiculo materno ſtratum habere. Expreſſit hoc ſponſa *Cant.* 3. cùm dixit, *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ*, hoc eſt, donec in loco præparato de more patrio, in interiori ſcilicet parte domus parentis meæ celebremus optatiſſimum matrimonium, & ſponſus ipſe eandem ſponſam, quam ſibi deſponſauerat in tabernaculo matris, recipere ſolebat in tabernaculum defunctæ [o] matris, ſi forte defuncta erat, ſicut legimus *Geneſ.* 24. vbi Iſaac Patriarcha ſuam recepit ſponſam Rebeccam in cubiculo Saræ matris ſuæ defunctæ, ſicut notauit Procopius *in Comment. in Geneſ.* cùm petit, cur dixerit *in domum matris*, & non potiùs *parentis viri*, recepiſſe Iſaac ſuam Rebeccam, atque ita ſponſalia celebrantur in domo vtriuſque matris tam ſponſi, quàm ſponſæ, quod videtur notaſſe Gellius *in noctib. Atticis lib.* 3. *cap* 4. [p] Huius autem rei ea videtur eſſe ratio, quia filia nullo modo pertinet ad domum parentis ſui, ſicut patet *Iudic.* 12. vbi dicitur Abeſſa qui habuit triginta filios, & totidem filias, quas emittens foras maritis dedit, totidémque nurus accepit ad filios ſuos introducens eas in domum ſuam. Vnde eſt illud eleganter notatum à Labeone, quem Pomponeus P. *in l.* 2. *ff. de origine iuris*, cùm ait, *Soror appellata eſt, quòd quaſi ſeorſim naſcatur, & ſeparetur ab ea domo, in qua nata eſt, tranſlata in aliam familiam; vnde dictum eſt, mulier familiæ ſuæ caput eſt, & finis.* Quæ fuit ratio, cur dixerit Noemi, *Ite in domum matris veſtræ*, nulla memoria facta parentis: niſi magis placeat, propterea in domum matris eas redire feciſſe, quia matres magis diligunt filias, quàm filios propter maiorem ſimilitudinem; eſt enim maior ſimilitudo, maioris amoris ſeminarium, quod dixit Boëtius lib. 1. de Muſica, cap. 1. *Quo maior, ac verior ſtabiliórque ſimilitudo fuerit, & æqualitas, hoc firmior, & arctior eſt amicitia, & beneuolentia.* Vnde, cum maior omnino ſimilitudo ſit inter matrem, & filiam, vt maior etiam ſit amor, neceſſe eſt. Quod notauit Hieronym. epiſt. 41. *Mater,* inquit, *& filia nomina pietatis, officiorum vocabula, vincula naturæ, ſecundáque poſt Deum fœderatio*; vt mirum non non ſit ſi vidua Noemi duas noros, quas viduas relinquebat, in domum amantis matris ſuæ abire fecerit.

[n] *Quia à matre mundum muliebrē, & ſponſalia inſtrumēta habuit ſponſa, in tabernaculo matris viri accipiebat.* Cantic. 3.

[o] *Quam etiā mortuæ erat antiqui in domum matris, virum ſi iam defuncta erat, recipere.* Gen. 24. Procop.

Gellius.

[p] *Eiuſdem conſuetudinis ratio, quia filia nullo modo pertinet ad domum parentis.* Iudic. 12.

Pomponeus.

[q] *Forte propter maiorem dilectionem matris ad filias has Noemi remiſit ad matrem.* Boëtius.

§. II.

Locus moralis.

Non ſatis eſt reliquiſſe prophana niſi dimittas omnia quæ tibi incommodo eſſe poſſunt in via.

HIs conſequens eſt locus moralis amplificandus, nec enim ſatis fuit animam pœnitentem poſitam eſſe in via, & reliquiſſe ea prophana, quibus detinebatur; ſed oportet etiam ſeipſam exuat, ne fortè præ onere in via deficiat. 85.
Quod eleganter notauit Petrus Damian. in ſerm. quodam de D. Benedicto, *Neque*, inquit, *reliquit omnia, qui retinuit vel ſeipſum, imò verò nihil prodeſt ſine ſeipſo omnia reliquiſſe, quandoquidem nullum maius eſt onus homini, quàm ipſe homo; quis enim tyrannus crudelior, quæ ſæuior poteſtas homini, quàm hominis ipſius voluntas?* Exuat igitur neceſſe eſt anima pœnitens [r] ſuam ipſius voluntatem, vt recte in via progredi poſſit. Locus igitur ſatis moralis eſt, cum Noemi dixit, *Ite in domum matris veſtræ*, qui vt meliùs dilatari poſſit, videndus eſt locus optimus apud Philonem, *lib.* 2. *legis allegor.* vbi ponderat id, quod olim

Damian.

[r] *Non relinquit omnia qui vel ſe ipſum non relinquit.*

[ſ] *Exuat oportet pœnitens propriam voluntatem vt poſſit progredi.*

dixerat Ena in ſui defenſionem, *Serpens decepit*: exiſtimat enim per ſerpentem voluptatem eſſe intelligendam, per mulierem autem quaſuis externas, & inordinatas appetitiones, quæ in animam introducunt earum rerum imagines, quas voluptas fucatas Adamo, hoc eſt, rationi repræſentat. Has igitur ſenſationes, quæ animam perturbare [t] ſolent, comites ſui itineris, ſeu reditus habere non vult anima poſita in via redeundi, hoc eſt, verè pœnitens, ſed eaſdem in domum matris ſuæ, non autem parentis ſui abice iubet, id eſt, in domum turpis voluptatis, non autem rationis, vnde pulchrè idem Philo exiſtimat ea verba, quæ noſter vulgatus legit, *mulier quam dediſti mihi*, legenda potiùs eſſe, *mulier quam dediſti mecum*; quaſi vellet externas haſce appetitiones, non ſibi datas eſſe, ſed ſecum natas eſſe, quaſi non dominus earum fuerit, ſed comes. Tales igitur comites redire facit in domum voluptatis, quæ eas [u] genuerat, ne iterum perdant redeuntem animam. Quibus ſunt ſimilia ea, quæ habet idem Philo *in lib. de congreſſu quærend. erudit. gratia*. cum ait, has comites ſemper habere animam, quandiu à Deo relegata exulat; *Nam*, inquit ille, *Deus, iniuſtam, & impiam animam fucatam a ſe ipſo longiſſimè diſſipat in locum voluptatum, concupiſcentiarum, & facinorum.* Poſtquam enim voluptas impia animam noſtram occupauit, potiorem amorem ab ea expulit, ſicut eleganter docet Cicero lib. 2. offic. *Nam & voluptates*, inquit, *illæ blandiſſimæ dominæ ſæpe maiores partes animi à virtute detorquent.* Similia dixit idem Philo, *in lib. quòd merces meretricis non* [x] *eſt pendenda in ſacrario.* Igitur anima quæ recedit à prophana vita, neceſſe eſt vt abire faciat quaſcunque inordinatas appetitiones, quas nomine duarum mulierum ſignificatas eſſe volumus; abire, inquam, eas faciat in domum parentis ſuæ improbæ voluptatis, ne redeuntem, & pœnitentem animam detineant.

[t] *Comites redeunti ad Deum animæ malæ appetitiones continuò dimittendæ.*

[u] *Et ad domum matris, id eſt, voluptatis relegandæ:* Philo.

Cicero.

[x] *Neque enim merces meretricis reponenda eſt in ſacrario.*

86\. Philo. Niſi magis placeat ea allegoria, ſiue ſimilitudo, qua vtitur idem Philo *in lib. de temulentia*, cùm aſſerit, duas filias Lot genitas eſſe à matre, quæ poſtea in ſaxum mutata eſt, quæ non [y] aberrauerit, ſi quis appellet conſuetudinem inimicam veritati ſuopte ingenio, & quoties ab aliquo ducitur, à tergo reſiſtentem, reſpectantemque antiquas ſodales, & in morem inanimæ ſtatuæ remanentem in earum medio; filiarum autem ſenior, vocabatur *conſilium*, iunior [z] autem *aſſenſio*, nam conſilio comes eſt aſſenſio: poſt aſſenſionem autem nemo conſulat vlteriùs. Meos igitur ſedens in ſuo conſiſtorio ſolicitare filias ſolet, & eum blandiori quidem conſilio conſiderat, atque ſerutatur ſingula, cum iuniori verò aſſenſione facilè [b] quibuſuis annuit, vt infeſta pro amicis complectatur, ſi modò voluptatis eſca inuitet vel minima: has igitur duas filias, quas improba voluptas generat, anima poſita in via redeundi, ſeu iam pœnitentia acta redire cogit in domum parentis ſuæ, ne pœnitentem detineant. [c] Hæc eſt prima pars ſeparationis Noemi, quando poſita eſt in via redeundi, regreſſa de Moab, abeundi enim licentiam concedit nuribus ſuis cum dixit, *Ite in domum matris veſtræ.*

[y] *Malæ cupiditates conſuetudinis filiæ in vxore Lot & filiabus figurantur,*

[z] *Quarum ſenior* conſilium, *iunior,* aſſenſio *dicebatur.*

[b] *Has inter, mens facilè cedit, ſi vel minima inuitet voluptatis eſca.*

[c] *Hæc eſt prima pars ſeparationis Noemi à loco prophano redeuntis, quod nuribus licentiã abeũdi dedit.*

* * *

§. III.

Imprecatio Noemi ad nurus, participes eas facit ſuorum laborum.

Faciat Dominus vobiſcum miſericordiam. SEcunda autem pars huius eiuſdem ſeparationis ſequentibus verbis continetur, cum dixit, 87.
Faciat Dominus vobiſcum miſericordiam ſicut feciſtis cum mortuis, & mecum: in quibus fauſta imprecatio continetur, atque etiam gratæ memoriæ ſignificatio. Eſt enim hoc grati animi indicium, vt cum aliter non [d] poſſis, recordatione ſaltem gratias referas. Quod eleganter dixit Seneca lib. 3. de beneficiis cap. 2. *qui meminit ſine impendio, gratus eſt, hoc, quod non operam exigit, non opes, non felicitatem, qui non præſtat, nullum habet, quo lateat, patrocinium.* Sic igitur hæc mulier, & iam in extrema ſenectute, & omnino pauper, & infelix exul, gratitudinis viam inuenit, ſcilicet, acceptorum beneficiorum recordationem. In his autem verbis illud notandum eſt, nomine miſericordiæ intelligendum eſſe quodcunque [e] beneficium in miſeros collatum, ſiue in Noemi, ſiue in duos defunctos filios; qualis eſt ille locus apud Paulum 2. ad Timoth. 1. *det miſericordiam Dominus Onezíphori domui, quia ſæpe me refrigerauit, & catenã meam nõ erubuit, ſed cum Romam veniſſet, ſolicitè me quæſiuit & inuenit:* ſicut enim Primaſius eum locum intelligit, Paulus laudat Oneziphorum rectè fungentem officio ſuo, quia ſcilicet ſæpius neceſſaria ei exhibuit cum extrema inopia laboraret. Eſt autem ea imprecatio debita iis, qui miſeris [f] ſubuenire ſolent, qualis eſt illa ex *Pſalm. 40. Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* Et Matth. 5. dicitur, *Beati miſericordes, quia ipſi miſericordiam conſequentur.* Videndus eſt Chryſoſt. ſuper eum locum Pauli, *occaſione enim eorum verborum, nos admonet, vt conſolemur, & adiuuemus miſeros, vt benedictionem Pauli promereamur, cùm dixit deprecando pro beneficiis acceptis, det miſericordiam dominus*: & Noemi eadem imprecatur cum dixit, *faciat Dominus vobiſcum miſericordiam.* [g] Sumpta enim ſimilitudine à re bellica oſtendit Chryſoſt. efficaciam huius imprecationis: [h] nam vt in bellis apud veteres, qui vaſa cuſtodiebant, æqualem cum militibus prædam accipiebant, quanuis neque manus ſuas cruore fædaſſent, nec arma cepiſſent, imò nec prælium aſpexiſſent; ſic qui miſericordes ſunt, participes coronarum ſunt, & præmiorum, quæ miſeri conſequuti ſunt, miſeriam ſuam fortiter ferendo, quanuis eadem miſericordia non laborauerint. Quod Paulus notauit *ad Philipp. 4.* cum dixit: *verumtamen benefeciſtis communicantes tribulationi meæ.* Non eſt igitur leuis hæc imprecatio Noemi, qua participes facit nurus ſuas ſuorum laborum, atque etiam ſuæ miſeriæ: qua de re nos diximus latiùs in 3. canonica Ioannis.

[d] *Grati animi eſt, ſi aliter non poſſis, recordatione ſaltẽ gratiam referre.* Seneca.

[e] *Nomine miſericordiæ quodcunque beneficium in miſeros collatum venit intelligendũ.* 2. Timoth. 1. Primaſius.

[f] *Ex debito miſericordiã inueniunt miſericordes.* Pſalm. 40. Math. 5. Chryſoſt.

[g] *Bella comparatio.*

[h] *Etenim miſericordes ſine labore participes ſunt coronarũ, quas miſeri fortiter ferendo conſequuntur.*

Philipp. 4.

§. IV.

Miſericordiæ non modò eſt in mortuos cura ſepulturæ, ſed memoria poſt obitum.

Sicut feciſtis cum mortuis, & mecum. ADuertendum autem eſt 88.
miſericordiam hoc loco ſignificare

ſignificare etiam ea beneficia, quæ conferimus defunctis, eos ſepulturæ mandando, neque vnquam [l] eorum obliuiſcendo; qualis eſt ille locus 2. *Reg. cap.* 2. cum rex Dauid miſit legatos ad viros Iabes Galaad, qui ſuo nomine illis gratias agerent & haberent, quoniam feciſſent miſericordiam cum Saule domino ſuo, & cum Ionatha filio eius, eos ſepeliendo poſt prælium. Eſt autem honeſtiſſimæ viduæ iunioris ſumma laus, [l] memoriam non perdidiſſe viri defuncti, quandiu viuit; quod hoc in loco in ſuis nuribus laudat Noemi, quòd proſecutæ fuerint viros ſuos defunctos, in viuorum enim amore, & cultu, ſimulatio, & adulatio locum habere poſſunt, in defunctorum non ita; ideóque præſtantiora iudicantur officia, quæ in hos potiùs exercentur, quàm in illos. Vnde Hieronym. contra Iouinianum, Valeriam nobilem Romanam laudat, quòd Seruio viro ſuo mortuo, nulli nubere voluerit: cúmque rogaretur ſecundum virum accipere, reſpondit, ſe hoc facere non poſſe, quia primus adhuc viuebat: [m] *quandiu enim*, inquit, *vixero, vir meus viuet in corde meo.* Similia refert idem Hieronym. eodem loco de Martia Catonis filia, quæ rogata, quem diem vltimum haberet luctus? ſcite dixit, *quem & vitæ*; plorabat autem defunctum maritum. Hæc autem defunctorum amicorum recordatio rara inter viuos, [n] ſoliuſque Dei propria eſſe videtur, quod ſignificauit Deus, cùm ſe voluit appellare, *Deus Abraham, Deus Iſaac. Deus Iacob*, vt defunctorum amicorum recordationem oſtenderet. Vnde Deus propter defuncti Dauidis memoriam noluit à ſede regia deiicere impium Salomonem. Hoc autem magis oſtenditur in exitu Iſrael de Ægypto; ea enim mente videntur relicta Ioſephi ſancti oſſa [o] apud Ægyptios, vt in egreſſu Hebræorum, propter beneficiorum recordationem Hebræos exire paterentur, quos ductabat feretrum Ioſephi. Sed quæ ſolet eſſe defunctorum amicorum obliuio, aliter omnino fit, eo enim in euentu memorem ſe Deus oſtendit amici defuncti, [p] vbi nulla apud homines erat beneficiorum memoria, atque ita per diem defuncti Ioſephi oſſa, quaſi vmbraculum nubes protegebat, per noctem autem candidiſſima lampas præibat: atque ita vna, & eadem res hominum ingratitudinem in defunctos oſtendit, & in eoſdem Dei memoriam: quando enim Ægyptij, beneficii ſui Ioſephi obliti ſunt, tunc maximè ſe Deus, eiuſdem memorem oſtendit. Rectè igitur Noemi laudauit vtranque nurum ſuam cum dixit, *ſicut feciſtis cum mortuis, & mecum*: memoria enim amicorum defunctorum adeo rara eſt inter homines, vt propria omnino Dei eſſe videatur.

[l] Miſericordia grandis eſt nunquam obliuiſci mortuorum.
2 Reg. 2.
[l] Quod ſummè laudatur in vidua adoleſcente.
Hieron.
[m] Cuius in corde, ſi fuerit nobilis, quandiu vixerit, vir non morietur.
[n] Dei propriũ mortuorum non obliuiſci.
[o] Ioſephi corpus vſque ad egreſſum filiorum Iſrael in Ægypto conſeruatum, vt benigniores redderet Ægyptios in Hebræos.
[p] Sed vbi nulla fuit apud homines defuncti memoria, ibi ſuã Deus inſigni miraculo teſtatur recordationem.

§. V.

Dum pacem, & concordiam in coniugio nuribus imprecatur Noemi, omnia pariter bona illis imprecata eſt.

89. *Det vobis omnibus inuenire requiem in domibus virorum.* Vniuerſalis hæc fuerat imprecatio, quâ omnia bona fuerat imprecata Noemi nuribus ſuis, tunc demum deſcendit ad peculiaria bona imprecanda de more eorum, qui diſcedunt ab aliquo, imprecata autem eſt pro ratione ætatis, conditionis, & ſexus, cum dixit, *det vobis inuenire requiem in domibus virorum, quos ſortituræ eſtis*, hoc eſt, felix, & fauſtum coniugium Deus vobis concedat. Aduertendum autem eſt nomine *requiei*, interdũ ſignificari ceſſationem à labore corporis, [q] ſicut nomine *tranquillitatis*, ſignificatur quies eorum laborum, & perturbationum, quæ animum maximè ſolent defatigare. Colligitur hoc diſcrimen ex Cicerone *in prologo libri, de perfecto oratore*, vbi ita habet: *Qui locus quietis, & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur, in eo maxima moles moleſtiarum, & turbulentiſſimæ tempeſtates extiterunt.* Verùm hoc in loco, *requiei* nomen, pacem, & concordiam ſignificat, [r] atque tranquillitatem internam, & externam, quibus maximè conſtare debet matrimonium, vt felix, & fauſtum ſit, ſicut proſequitur Chryſoſt. hom. 37. in Geneſ. *quando*, inquit, *concordia, & pax, vinculum dilectionis cum muliere, & viro fuerit, ſimul omnia affluunt bona,* [ſ] *& nullis inſidiis expoſiti ſunt, atque inexpugnabili quodam muro circundati ſua, iuxta ſententiam Dei, concordia.* Proinde oro, ne quid illi præferendum exiſtimemus, ſed omnia faciamus, & agamus, vt tranquillitas ſit cohabitantibus; tunc autem, & filij, qui naſcentur, virtutem ſequentur, [t] quos imitabuntur, & ſerui, & vnaquæque domus virtute florebit, eritque multiplex rerum proſperitas; pendent nanque ex concordia inter coniuges omnia bona. Quod Rachel ſignificauit Tobiæ 8. quando Saram filiam ſuam Tobiæ iuniori coniunxit dicens, *Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob vobiſcum ſit; & ipſe coniungat vos, impleatque benedictionem ſuam in vobis.* Videndus eſt Plutarch. *in præceptis connubialib. ſtatim in princip.* vbi ante omnia ipſe muſas, & gratias imprecatur, vt legitimo matrimonio coniunctæ adſint, & bene faueant, ita vt nullam lyram, nullamque cytharam magis ſibi conſonam præſtiterit, quàm [u] quæ ad nuptias, concordiamque coniugalem pertineant, ſignificans inter coniuges omnia concinna, & conuenientia eſſe debere, vt quæ vtriuſque fere voluptas, ab altero ſine pugna, & ſine contentione transfigatur. Vnde qui Iunoni nuptiali ſacrificabant, hi fel cum reliqua victima non offerebant, ſed [x] exemptum apud altare abiiciebant, quo inſtituto legis autor non obſcurè ſignificauit coniugio nunquam [z] debere bilem, iramque intereſſe. Quæ fuit ratio cur Clemens Alexand. *lib. 3. pædag. cap.* 12. cum agit de perfecta viuendi ratione, rem auſpicatus ſit à concordia coniugali, [a] vnde omnia bona pendere dixit, afferens quædam carmina illud ſignificantia quæ videntur eſſe Euripidis, quemadmodum conicit Gentianus Heruetus *in comm. ſuper eum locum.* Eadem repeririuntur apud Stobæum, *in tit. quòd res optima ſit matrimonium.* Id quod etiam dixit ſapiens *Eccleſiaſtici* 25. *In tribus placitum eſt ſpiritui meo quæ ſunt probata coram Deo, & hominibus, concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier* [b] *ſibi bene conſentientes.* Repetit hoc Homer. *odiſ. lib. 6. nihil enim*, inquit, *hoc potius, & melius, quàm cum concordes animis domũ habitant vir, & vxor*, quod ex Homero repetit Ariſt. *lib. 2. œconomic. c.* 3. & Eurip. dixit in ſua Medea, *Quàm maxima exiſtit ſalus cum vxor cũ viro non diſſidet.* Ex quibus iam patet quid voluerit Noemi cũ dixerit, *det vobis inuenire requiem*: imprecata eſt enim nuribus ſuis pacẽ, & concordiã in coniugio, dúmq; pacem, & concordiam imprecatur, omnia pariter bona imprecata eſt, ex illis enim pendent cætera.

[q] Requies, id eſt ceſſatio à labore corporis, tranquillitas quies animi, ſecundùm Ciceron.
Cicero.
[r] Hic pacem & concordiã vtriuſque hominis ſignificat.
Chryſoſt.
[ſ] Quæ cum in viro & muliere fuerint, nullis inſidiis ſunt expoſiti.
[t] Tunc filij virtutẽ imitabuntur & ſerui.
Tob 9.
Plutarch.
[u] Conſona lyra, coniugiũ concors.
[x] In ſacrificio nuptiali fel abiiciebatur.
[z] Vt ſignificaretur, nunquam debere bilem intereſſe matrimonio.
Clem. Alex.
[a] Omnia bona pendent à concordia coniugali.
Gent. Heru.
Stobæus.
Eccl. 25.
[b] Tria placent Spiritui ſancto concordia fratrũ, amor proximorũ, vir & mulier bene conſentiẽtes.
Homer.
Ariſtot.
Euripid.

§ VI.

§. VI.

Solemne erat apud Hebræos, quòd filiæ recenter nuptæ à patria eximerentur poteſtate.

90. *In domibus virorum.* QVod aautem dixit *in domibus virorum*, videtur alludere ad ſolemnem morem Hebræorum, ſecundùm quem filiæ recenter nuptæ à patria poteſtate eximebantur; cùm[c] tamen de lege Romanorum, filia nupta in patria poteſtate perpetuò relicta eſſet, ſicut patet *in l.1.in fin.& in l. ſequenti.ff.de libe. exhib. & l.quoties ff ſoluto matrimonio.* [d] Aliter enim, ſicuti dicebam apud Hebræos fieri conſueuerat, nam filiæ ſtatim, vt nuptæ erant à domibus paternis, & à patria poteſtate ſeparabantur, ſicut patet *Iudic.* 12. vbi Abeſſa filias ſuas, quas matrimonio dederat, foras miſit. Hoc etiam colligitur ex illo *Leuit.* 21. vbi Sacerdotes contaminabantur in mortibus ciuium ſuorum, præter quam quod in conſanguineis, & propinquis, id eſt, ſuper patrem, matrem, filium, & filiam, fratrem quoque, & ſororem virginem, quæ [e] non eſſet nupta viro, quia ſcilicet ea, quæ nupta eſt, iam non pertinet ad eam familiam, neque ad eius patriam [f] poteſtatem. Clariùs hoc habetur *Leuit.*22.vbi dicitur: *Si filia Sacerdotis cuiuſlibet ex populo nupta fuerit, de iis, quæ ſanctificata ſunt, & de primitiis non veſcetur.* Cuius rei rationem reddit Lyranus, quoniam iam non eſt in patria poteſtate. Exprimitur hoc *Num.*30. vbi dicitur, *ſi filia nondum* [g] *nupta aliquid vouiſſet, ex voto obligata eſſe, ſi pater vel conſenſit, vel tacuit; nupta autem obligabitur, viro aut conſentiente, aut diſſimulante:* quod D. Auguſt. de poteſtate viri in vxorem intelligit, *lib.4. quæſtion.ſuper Numer. cap.* 59. & citatur in corpore iuris Canonici, *cap.manifeſtum cap. voluit 33. q.5.* Id quod ante legem Moyſis in ipſa lege naturæ obſeruatum fuiſſe videtur, ſicut colligit D.Ambroſ. *in lib.de Abrah.* ex illo loco *Gen.* 24. cum parentes Rebeccæ de eius nuptiis tractarunt illâ non auditâ, neque eius expectato conſenſu; [h] vbi verò nupta fuit de profectionis die à parentibus conſulitur, quaſi iam egreſſa eſſet à patria poteſtate in viri ſui familiam, & poteſtatem. Ex quibus iam apparet, quid voluerit Autor ſacer cum hoc in loco dixerit, *In domibus virorum, quos ſortitura eſtis.* Significauit enim de more Hebræorum à patria poteſtate ſeparatas eſſe filias nuptas.

[c] *De lege Romanorum filia nupta in patria poteſtate erat.*
[d] *Aliter apud Hebræos.*
Iudic. 12.
Leuit. 21.
[e] *Lex contaminationis in Sacerdote ad filiam nuptā non extendebatur,*
[f] *quia iam non pertinet ad familiam patris, ſed mariti.*
Leuit. 22.
Lyranus.
Num. 30.
[g] *Filia nupta vt obligetur voto, patris conſenſum, vxorata verò viri placitum requirit.*
Auguſt.
Ambroſ.
Gen. 24.
[h] *Filiam deſpondent parentes non expectata illius voluntate, quam tamen ad iter requirūt poſt ſponſalia.*

§. VII.

Moris erat veteris vxorem ſorte ducere.

91. *Quos ſortitura eſtis.* QVod autem vulgatus Interpres dixit, *quos ſortitura eſtis*; vſus eſt verbo ſatis accommodato ad materiam de qua agebatur, ita enim loqui ſolent mulieres cùm de matrimonio agitur. Cùm enim apud veteres pleraque per ſortem acciperentur, quæ fauſta, & [i] quæ felicia eueniebant, vulgato loquendi modo dici conſueuerat, *ſorte eueniſſe*, diuina enim Prouidentia ita diſponente eueniebant; iuxta illud Salomonis: *Sortes mittuntur in vrnam, & à Deo diſponuntur.* Qua de re videndus eſt Pamelius, *in annotat. in lib. de pallio ſuper Tertull. annot* 9. Latiùs Tiraquel. *in lib. de iure primogenitorum, quæſt.*1. Sortiri igitur hoc in loco maritum, nihil aliud eſt, quàm feliciter [l] nubere: quamuis negandum non ſit apud aliquos in more poſitum eſſe per ſortem vxores ducere, quod ſatis oſtenditur vſurpatum aliquando fuiſſe apud Romanos, ſicut oſtenditur ex Plauto in Caſſina, *Chalinus ſeruus, & Olimpio villicus, coniectis in ciſtellam ſortibus ſuper coniugium Caſſinæ ſortiti ſunt, ſorsque Olimpioni contigit.* Id quod Romani à Græcis acceperunt, ſumpta enim hæc eſt fabula à comœdia Græca, cui nomen impoſitum eſt *Clerumini*, hoc eſt, ſortientes. Similis locus eſt apud Suetonium in Tyberio *cap.*35. vbi ipſe Tyberius, quendam quæſtura mouit, quòd vxorem pridie ſortitione ductam, poſtridie repudiaſſet, quod habetur *in l. fæminæ. ff. de fænerator.* & *in l. ſi rogatus §. matrimonij, ff. de manumiſ. vindicta.* Similia habentur apud Apuleium in lib. de transformat. 9. *Peſſimam*, inquit, *& ante cunctas mulieres deterrimam ſortitus eſt coniugem.* Quibus addenda ſunt ea, quæ ibidem habet Beroald. imò, & hic modus loquendi habetur *Eccleſ.* 7. vbi Sapiens ita dixit, *Noli diſcedere à muliere ſenſata, & bona, quam ſortitus es in timore Domini.* Quare non ineptè potuiſſet quiſpiam exiſtimare de veteri modo nubendi locutam fuiſſe Noemi, cum dixit, *quos ſortitura eſtis*, quaſi per ſortem olim matrimonia celebrarentur. Mihi tamen magis placet, [m] ſortiri hoc in loco nihil aliud eſſe, quàm obtinere aliquid ex diuina tamen Prouidentia, & ordinatione; hoc enim ſignificat verbum *ſortiendi*, iuxta illud quod eſt apud Poëtam.

—ſic fata Rex
Sortitur, voluitque vices, ſic vertitur ordo:

Vnde ea bona, quæ ab eo diuino ordine nobis eueniunt, eadem ſortiri, vel ſorte obtinere dicimus. Inter quæ matrimonia numeranda ſunt, quæ non niſi diuina diſponente Prouidentia fieri ſolent; hoc enim ſignificauit Noemi dicens, *Quas ſortitura eſtis.* Si quis autem videre voluerit quatenus ſortes licitæ ſint, videat Hieronym. *Ionæ cap.*1. Tertullian. *in lib. de Pallio*, Baron *tom.*1. *annal.* vbi agit de ſorte, quæ cecidit ſuper Matthiam: Bellarm. *tom.*1. *controuerſ. lib.*1. *de cleric. cap.*5.

[i] *Quæ fauſta, atque felicia ſorte euenire dicuntur.*
Pamel.
[l] *Sortiri virum, id eſt feliciter nubere.*
Plautus
Sueton.
Ius Ciuile.
Apuleius.
Beroald.
Eccleſ. 7.
[m] *Magis placet, ſorte hîc, diuinā Prouidentiam ſignificare.*
Virgilius.
Hieron.
Tertullian.
Baron.
Bellarmin.

§. VIII.

Oſculum ad diſcedentes, extremum amoris, & grati animi ſignum.

Et oſculata eſt eas. EXtremum diſcedentis officium fecit tandem Noemi cum nuribus ſuis eas exoſculata, ſicut hoc in loco Autor ſacer dixit, *& oſculata eſt eas.* Eſt autem aduertendum oſculum amoris [n] ſymbolum eſſe, ſicut notauit Macrobius *lib.1.Saturn.cap.*19 ferme ad finem, quæ fuit ratio, cur Ambroſ. notauit *lib.6.exaemer.cap.*9. Chriſtum Dominum velut prodigij genus in proditore ſuo condēnauiſſe cùm dixit, *Iuda, oſculo filium hominis tradis?* eſt enim vna de præcipuis caſti amoris ſignificationibus, oſculum, quo amantes ſuum declarant animum, quod ſolet in primis à parentibus in filios fieri, quos [o] abeuntes hoc amoris ſigno triſtes relinquunt, vel longo poſt interuallo redu- 92.

[n] *Oſculum amoris ſymbolum.*
Macrobr.
Ambr.
[o] *à parentibus accepiū*

ces

ces in ſuos lares læti recipiunt, non ſolùm in ore, ſed vel in capite, vel in manu, vel in oculis, vel in genis fieri conſueuerat. Qualis eſt ille
Homer.
locus apud Homerum in Odyſſea, cum Penolope Thelemacum puerum redeuntem in hunc mundum eſt oſculata, *Lacrymans iniecit charo filio brachia, oſculabatur eius caput, & duos pulchros*
Euripid.
oculos. Quod etiam apud Euripidem feciſſe legitur Polycæna Matri Hecubæ, cùm vt hoſtia ad tumulum Achillis offerretur, ait:

Quin age, manum da iam mihi dulciſſimam
Dilecta genitrix, ac genam applicem genæ.

[p] *& in publicos mores deriuatum.*
Martial.
Inde factum eſt vt apud Romanos, [p] quotidianæ ſalutationes per oſcula fierent, in quas eſt illud Epigramma Martial. *lib.* 11.

Effugere non eſt Baſſe Baſſiatores
Inſtant, morantur, proſequuntur, occurrunt.

Sueton.
Quem morem ſalutandi per oſcula quotidiana publico edicto prohibuit Tyberius Cæſar, vt refert Suetonius in Tyberio. Non ita frequens erat oſculatio apud Hebræos, ſed vel recedentes, vel venientes oſculabantur. Sic feciſſe legitur Barſe-
2.Reg.19.
lai *lib.* 2. *Reg.* 19. *Diſcedens à Dauide eum exoſculatus eſt*. Sic Eliſæus dixiſſe legitur Heliæ vocanti
3.Reg.19.
3.Reg.19. *Oſculer, oro te, patrem meum, & matrem meam, & ſic ſequar te*. Similia habentur To-
Tob.7.10. & 12.
biæ *cap* .7. 10. & 12. Ad quem morem alluſit
Luc.7.
Chriſtus Dominus *Luc.* 7. cum Phariſæo dixit, *Intraui in domum tuam, & oſculum mihi non dediſti*; hoc eſt, non habuiſti ſignum amoris ſalutantis, & accedentis; *hæc autem ex quo intrauit, non ceſſauit oſculari pedes meos*, modeſtiam pariter, & amorem oſtendens. Qua forte ratione in-
Cantic.1.
telligendus eſt ille locus *Cantic.cap*1. cum ſponſa abſentis ſponſi deſiderium exprimens dixit, *Oſculetur me oſculo oris ſui*, quaſi velit, nihil mihi gratius erit, quàm ea ſigna ab ſponſo accipere, quæ exhiberi ſolent ab iis, qui de longè veniunt. Quod igitur amoris ſignum à parentibus acceptum erat, & inde in publicos mores deriuatum, deoſculandi ſcilicet, in ſignum diſceſſus,
[q] *Hoc exibuit Noemi nuribus ſuis diſcedens.*
& ſeparationis: hoc [q] exhibuit Noemi nuribus ſuis diſcedens, ſicut ſacer autor hoc in loco oſtendit, cum dixit, *& oſculata eſt eas*.

93. Verùm mihi videtur non ſolùm in amoris ſignificationem eas fuiſſe deoſculata, ſed etiam gratum animum ſignificaſſe in eas, à quibus tot beneficia acceperat, quod ſuperiùs confeſſa eſt;
[r] *Gratitudinis etiã officium deoſculatio.*
eſt enim [r] gratitudinis officium, & ſignum deoſculatio iſta, ſicut patet in Ioſepho *lib.* 5. *antiq. cap.* 11. vbi referens hanc hiſtoriam Ruth ita di-
Ioſephus.
xit: *cum ſeruus, ſiue villicus Booz narraſſet de Ruth, quomodo eam reliquiſſet ſpicas colligere, exoſculatus eſt in ea beneuolentiam apud ſocrum, & affectum erga defunctum maritum.* Ad quam ſententiam videtur reducendus ille locus in Pſal. 2.
Pſalm.2.
Apprehendite diſciplinam Quod Hebraicè ita potius legendum eſt, *Oſculamini filium*, quod eſt, gratias agite filio meo, cui accepta referenda ſunt omnia beneficia hominum, ſicut aduertit
Hieron.
D. Hieron. *tom.*3. *in Apolog. contra Ruffinum*. Si-
Iob 31.
militer eſt intelligendus ille alius locus Iob 31. *Si vidi Solem, cum fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam.* Quem locum in
Ezech.8.
hanc ſententiam explicat Hieron. *Ezech. cap.* 8. Si videns cælum illud adoraui in gratiarum actionem, quaſi hæc beneficia à cælo, & ſole accepta ſint. Quod vt meliùs intelligatur, videndus eſt
Plinius.
Plinius *lib.* 28. *natur. hiſt. cap.* 2. cum ait. *Inter*
[ſ] *Adorationis prophana ſignum dexteram deoſculari.*
[ſ] *adorandum dexteram ad oſculum referimus, & totum corpus circumagimus.* Similia habet Apu-
Apuleius.
leius *lib.*4. *de transformat.* Egregiè Tacitus *in lib.*
Tacitus.
16. cum de Nerone ita dixit, *Poſtremò genuflexus cælum illud manu adoratus eſt.* Quem morem noſtri Luſitani, & Hiſpani nunc ſeruant, quem non à noſtris maioribus acceperunt. Similiter
Oſeæ 13.
intelligendus eſt ille locus Oſeæ cap. 13. *Vitulos adorantes*, Hebraicè, *oſculantes*; quos enim Deos agnoſcebant, eiſdem gratias exhibebant propter accepta beneficia. Non alienum igitur eſt à circunſtantia huius loci, ſi dicamus hanc viduam oſculatam fuiſſe duas relictas nurus, & in amoris, atque gratitudinis ſignificationem; ſic enim grati gratum animum oſtendunt per oſcula.

TRACTATVS X.

De verbis illis: *Quæ eleuata voce flere cæperunt, & dicere: Tecum pergemus ad populum tuum*, &c. vſque ad illa, *Vade cum ea*. Siue, *De lachrymis, & ingenio mulierum.*

§. I.

Quàm ſit muliebre ingenium effuſum in lachrymas, & doloſum.

Quæ eleuata voce flere cæperunt.

HACTENVS diſcedentis Noemi officia oſtendimus, iam autem hoc in loco patria officia relictarum nuruum incipit oſtendere Autor ſacer, 94.
quæ officia de more mulierum, & lachrymis, & clamoribus peracta ſunt. Sat autem ſuum affectum oſtenderunt hæ duæ mulieres, cum flentes, & clamantes dixerunt, *Tecum pergemus ad populum tuum*. Quem locum magis amplificat Chal-
Chald.Par.
daica paraphraſis, cùm ita legit hunc locum: *Neque ad populum noſtrum, neque ad Deum noſtrum reuertemur, quin potiùs ad populum tuum tecum ibimus, vt proſelytæ fiamus*: [a] Rarum autem
[a] *Raro inter nurum & ſocrum concordia.*
cùm ſit, inter ſocrum, & nurum concordiam ſeruatam eſſe, & beneuolentiam, fit clarum prudentiſſimam fuiſſe hanc viduam, vt quæ ſibi conciliauerit amorem, & ſummam vnionem cum ſuis nuribus, contra communes leges earum.
Hieron.
Vnde elegantiſſimè D. Hieron. quærit *in comm.*
Michææ.7.
*ſuper Mich.cap.*7. cur propheta dixerit loquens de extrema ætate hominum: *ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui, quia filius contumeliam facit patri, & filia conſurgit aduerſus matrem ſuam, & ſocrus aduerſus nurum ſuam.* Simi-
Luc.12.
lis locus eſt Luc. 12. *Cum tamen*, inquit Hieron. *Terentius dicat, Omnes ſocrus oderunt nurus ſuas*;
Terent.
quod etiam oſtendit Plutarch. *in præceptis connu-*
Plutarch.
galibus, dum innatam ait eſſe diſcordiam inter huiuſcemodi mulieres, quam apud Aphricæ populos ita ſignificatam eſſe dixit, *apud quos in more poſitum erat, vt poſtridie nuptiarum recens ſponſa ad ſocrum mitteret petitum ollam, illa verò negabat, nec ſe habere aiebat, vt nouercalem ſocrus animum*

initio

initio ſtatim ſponſa experta, ſi quid poſt modum contigerit aſperius, non ferret iniquiori animo. Hanc [b] igitur diſcordiam ſua prudentia, & manſuetudine ſuperauit Noemi, effecitque vt ſumma eſſet concordia, quæ quamuis rara ſit, maxima tamen eſſe ſolet, ſicut oſtendunt ea duo loca, quæ ex Michea, & Luca attulimus. Duas autem præcipuas rationes affert Plutarch. quibus conciliari poſſit hæc beneuolentia. Prima eſt, aduertendo, æmulationem in amore occaſionem eſſe odij, & diſcordiæ inter nurum, & ſocrum, cui tamen hac vnica ratione mederi poteſt, [c] ſi coniux peculiarem ſibi beneuolentiam mariti conciliet, non tamen diminuendo eam, qua maritus ſuam diligit parentem. Secunda autem via conciliari poteſt hæc concordia, ſi mulier plus honoris tribuat parentibus mariti ſui, quàm ſuis, & ſi quid moleſtum forte accidat, ſuis illud cælans, ad viri deferat parentes, fidem enim nobis paramus apud eos, quibus nos confidere oſtendimus, & amorem apud eos; quos diligere credimus. Satis autem oſtendit hic locus temperatam fuiſſe beneuolentiam, & maiorem exhibitum honorem parentibus mariti ſui, quàm ſuis, cum hæ duæ mulieres patriam, & parentes relinquere voluerint, vt miſeram viduam ſequerentur.

[b] Quam tamen prudens Noemi beneuolentia comparauit.

Plutarch.

[c] Per quæ cõciliari poſſit amor inter nurum & ſocrum.

95. Expreſſa eſt autem hæc beneuolentia lachrymis, & clamoribus; namque vulneratus amor, [d] per ſeparationem in lachrymas effunditur, quod eleganter dixit Nicenus in funebri oratione Plaxillæ Imperatricis, cum aſſerit, lachrymas eſſe cruorem cadentem de vulneribus animæ, per lachrymas enim argumenta deſiderij quærimus, & dolorem non ſequimur, ſed oſtendimus. Quamuis autem fatendum ſit cum Hieron. *in epiſt. ad Furiam, de vitando ſuſpecto contubernio*, lachrymas eſſe veritatis inſignia, [e] cùm ita habet, *mihi crede, nemo mentiens plorat. Veræ enim lachrymæ ſunt, non tamen de vero excidunt animo*, ſicut notauit Seneca *epiſt.* 10. cùm ait, *excidunt etiam renitentibus nobis lachrymæ, & animam profuſæ leuant, permittimus vtique illas cadere, non imperamus*; quaſi velit imperatas lachrymas de falſo pectore cadere, [f] veras autem ſua ſponte fluere: quam diſtinctionem nobis Lucanus oſtendit *lib.* 9. cum Iulius Cæſar, caput occiſum magni Pompei videns, lachrymatus eſt.

[d] Vulneratus amor per ſeparationem in lachrymas effunditur.

Nicen.

Hieron.

[e] Lachrymæ veritatis inſignia, nemo enim mentiens plorat.

Seneca.

[f] Veræ lachrymæ ſponte cadunt, falſæ verò non niſi imperatæ.

Lucanus.

——— ——— Lachrymas non ſponte cadentes
Effudit, & gemitus expreſſit pectore læto,
Non aliter manifeſta putans abſcondere mentis
Gaudia, quàm lachrymis.

Clarum autem eſt veras, & non falſas eſſe has lachrymas, præſertim, quæ cadebant ab oculis [g] Ruth, quia non ſolùm lachrymata eſt propter diſcedentis deſiderium, ſed etiam miſeram proſequuta eſt, patriam, & parentes relinquens.

[g] Verè Ruth lachrymata eſt.

96. Aduertendum maximè eſt muliebre ingenium ſuapte natura [h] effuſum eſſe in lachrymas, & in clamores; id quod dixit Nazianz. *in tragœdia, Chriſtus patiens*, cùm habet, *nam fœminam natura fecit promptiorem ad lachrymas.* Quod idem dixit Cyrill. Alexand. *muliebre genus lachrymarum amans eſt, & animo ad miſericordiam facili praditum.* Cuius rei rationem reddit Chryſolog. *ſerm.* 79. *de reſurrect.* cum ita habet, *mulier mali cauſa, peccati autor, via mortis, ſepulchri titulus, inferni ianua, lamenti neceſſitas, tota totalis neceſſitas*, & cætera, *ob hoc naſcuntur, lachrymis mancipiantur, maioribus gemitibus addicuntur, & in lamentis tantùm fortes ſunt*, [i] *quantùm viribus inueniuntur infirma, & quantùm imparata ſunt ad labores, tantùm ad lachrymas ſunt parata; hinc eſt quòd lachrymis arma vincunt, regna fletibus inclinant, lamentis totam fortitudinem virorum frangunt. Non eſt ergo mirum, ſi ad lachrymas, ad funus, ad ſepulchrum, ad obſequium Dominici corporis fœminæ Apoſtolis ardentiores videantur, vbi mulier prima currit ad lachrymas, quæ prima currit ad culpam, præcedit ad ſepulchrum, quæ præceſſit ad mortem.* Hinc oſtendit Chryſol. factum eſſe, quòd ingenium muliebre ſit promptum ad lachrymas, [l] & lachrymis potentiſſimum, quemadmodum etiam videre eſt apud Plutarch *in vita Coriolani*, & apud Valerium Max. cum agit de lachrymis matris Coriolani.

[h] Muliebre ingenium effuſum in lachrymas.

Nazianz.

Cyril. Alex.

Chryſolog.

[i] Mulieres quantum viribus infirmæ, tantùm lachrymis fortes.

[l] Muliebre ingenium lachrymis potentiſſimum.

97. Quamuis autem hæc lex ſeruanda ſit in lachrymis, quam præfiniuit Seneca *epiſt.* 64. cùm dixit, [m] *lachrymandum eſſe, non plorandum. Hæc enim lex eſt ſapientis hominis dolentis*: Verùm interdum magna vis lachrymarum ſine ſtrepitu exire nequit ad inſtar aquarum redundantium, quæ non niſi cum impetu voluuntur, & creſcentibus fluminibus intumeſcunt, atque magno fragore in mare rapiuntur, ſicut eleganter dixit Greg. Magn. *lib.* 5. *Moral. cap.* 7. qua ſimilitudine vſus eſt Iob ad ſuas lachrymas ſignificandas cùm dixit in c. 3. *Quaſi inundantes aquæ rugitus mei.* qua ſimilitudine vſus eſt autor ſacer hoc in loco cum dixit, *& eleuata voce flere cœperunt*: addiditque, *eleuata voce*, vt vim maiorem lachrymarum oſtenderet, & præſertim, quia muliebre, ingenium, [n] clamoſum ſuapte natura eſt; quod ſignificauit Plautus *in Pœnulo*, cùm dixit,

Seneca.

[m] Lex in lachrymis, lachrymandum non plorandum.

Greg. Mag.

Iob. 3.

[n] In fæminis clamoſa ſunt ſemper lachrymæ.

Plautus.

Tace, atque parce muliebri ſupellectili, penituſque cano:
Clangoribus adeo fœmineis vlulant.

Et Tacitus lib. 20. de hiſtoria Auguſti, *vlulatus fœminarum eſſe dixit, & vagitus infantium*: vnde Hierem. dixit *in c.* 31. quem locum refert Matth. *in cap.* 2. de Rachele iam defuncta, *vox in Rhama audita eſt, ploratus, & vlulatus, Rachel plorans filios ſuos.* Quibus verbis, vt quidam eleganter dicit, ſignificauit Propheta, vel [o] defunctam mulierem clamare. Vnde meritò Gregor. Nazianz. *orat.* 11. *de obitu ſororis ſuæ Gorgoniæ*, miratur [p] quòd inter fœminas ſtantes cùm ea exceſſerit è vita, nullus ſit auditus clamor; cadentes enim lachrymas ſe vidiſſe teſtatur, mutas tamen; mutas autem appellauit, quemadmodum hoc in loco commentatur Elias Cret. quia ſine clamore fluebant, quod quidem rarum eſt inter fœminas. Mirum igitur non eſt, ſi eleuata voce flere cæperint hæ duæ nurus Noemi, cum mulieres eſſent.

Tacitus.

Hierem. 31.

Matth. 2.

[o] Adeo vt defunctæ mulieris clamor exaudiatur.

Nazianz.

[p] Vnde miraculo ei fuerunt mutæ lachrymæ.

Elias Cret.

§. II.

Diligenter explorandum in fæmina, virtutem ne ſimulet alicuius prætextu voluptatis, vel commodi?

Reuertimini filiæ meæ, cur venitis mecum?

98. VErùm prudentiſſima Noemi altiùs rimari voluit earum amorem, & pietatem circa cultum, & religionem Dei, ne forte cum ad Bethlehem acceſſiſſent pertæſæ relictæ idololatriæ, veram Dei religionem relinquerent, & ad prophanos Deos conuolarent iterum. [q] Eſt enim muliebre ingenium inconſtans, præſertimque in rebus fidei, & religionis, & ſuperſtitionibus maximè deditum. Vnde Stobæus *ſerm.* 20. dixit, *mulieres inſigniter*

[q] Muliebre ingenium inconſtans in rebus fidei, & ſuperſtitionibus deditum.

Stobæus.

ſigniter eſſe ſuperſtitioſas; & Plutarch. *in lib. de tranquillitate animi*, inter muliebris animi ægritudines præcipuas, ſuperſtitionem poſuit. Quibus habet ſimilia Strabo *lib. 1. ſuæ Geographiæ*, & Eziphius *lib. Commentatiorum in Leuit.* docet, quòd quæcunque in ſanctis literis cultui idolorum impendebantur, figuram mulieris inſinuarent; quo pacto vult intelligendam eſſe eam mulierem, quæ ſanguinis fluxum paſſa eſt *Leuit.* 15. & eam de qua agit *Matth. cap.* 5. quæ ad ea ipſa diuturniſſimè ſanguinis fluxum, & in medicos omnem ſubſtantiam ſuam impendit. Videndus eſt D. Hieron. *in lib. ad Theſiphontem*, contra Pelagianos, vbi fusè oſtendit fœminas ſuapte natura procliues eſſe ad aniles ſuperſtitiones, & ad nouas religiones, quarum ingenia cum cognouiſſet hæc fœmina dixit, *reuertimini filiæ meæ, cur venitis mecum?* tentat enim ſagax ſenectus muliebrem animum, quem nouerat natura [r] ſua eſſe virtutum ſimulatricem, iuxta illud quod dici ſolet, *Apertè cum eſt mala mulier,* [ſ] *tunc demum eſt bona.* Quod eleganter expreſſit Terent. *in Trinummo: nota, res mala, optima eſt*: vnde Ariſtophanes Græcus, *mulierem* vocat *morum ſectorum.* Videndus eſt Ambroſ. *ſerm. 46. de pœnitentia D. Petri*, cum vtcunque oſtendit in vna muliere, & doloſam eſſe, & fidei inimicam; ſic enim habet: *Vſitatus ſexus ad decipiendum eſt mulier, fraudis ſuæ vaſculum, in oſtiaria diabolum recognouit, fides enim, non niſi per mulierem oppugnari* [t] *conſueuit.* Similia habet idem Ambr. *epiſt. 70. nihil*, inquit, *muliere eſt perfidioſius.* quod notauit Ioſephus *lib. 5. Antiq. cap.* 7. cum enim Sanſonis coniux reuelaſſet ænigma, quod ei crediderat eius maritus, exclamaſſe fertur Sanſon, [u] *nihil eſt doloſius femina*: Id quod etiam inuenietis *Prouerb. cap.* 5. cum ſapiens dixit, *ne intendatis fallaciæ mulierum.* Cum igitur, vt dicebam, Noemi hoc optimè cognouiſſet, animum muliebrem virtutum ſimulatricem eſſe, [x] indagat in illis cauſam, & rationem, cur ipſam comitari vellet in patriam ſuam, ſit ne commodum aliquod temporale, an ſolius æternæ ſalutis amor. Hæc neceſſariò præmittenda fuerant, ne quiſpiam exiſtimaret ſanctam, & piam mulierem dehortatam fuiſſe nurus ſuas à vera fide, & religione Dei, quam videbantur ſponte ſua ſequi; etenim currentes ad fidem, & religionem, impedire, atque eiſdem ſuadere, vt ad ſuperſtitionem, & idololatriam redeant, impium eſt: non autem hoc conſilio vetuit Noemi earum comitatum in Bethlehem, ſed vt magis exploraret ingenium muliebre ſuperſtitioſum, & latebroſum.

99. Eſt autem accuratè notatum hoc in loco ab Hebræis non temere, ter abeundi facultatem feciſſe Noemi nuribus ſuis eam comitantibus in patriam, ter enim dixit, *reuertimini*, vt religioſa [z] vidua ritum, & patrium morem obſeruaret, quem Hebræi in recipiendis proſelytis in ſua Synagoga obſeruabant: quando enim aliquem primò introducebant in Eccleſiam, [a] ter priùs eundem à ſuis ſacris arcebant, qui, ſi toties eiectus, in eadem tamen permanebat ſententia, tandem quarto loco in fidem, & religionem recipiebant. Quem [b] morem ſeruat nunc etiam Eccleſia Chriſti, ſicut videre eſt in ſacro baptiſmate; neque enim decet quempiam non ſpontaneum in Eccleſiam introducere, cum fides, & religio omnino ſpontanea

Plutarch.
Strabo.
Eziphius.
Leuit. 15.
Matth. 5.
Hieronym.
[r] *Mulieris animum natura ſua virtutem ſimulat.*
[ſ] *Mulier cum mala, tunc demum bona.*
Terent.
Ariſtophan.
Ambr.
[t] *Fides non niſi per mulierem oppugnatur.*
Ambr.
Ioſephus.
[u] *Quæ nihil doloſius.*
Prouerb. 5.
[x] *Hac ſciens Noemi animũ nurunm diligẽter explorat.*
[z] *Ter dixit Noemi nuribus, reuertimini, iuxta morem Hebræorum in recipiendis proſelytis.*
[a] *Quos ter à ſacris arcebãt quartò perſeuerãtes recipiebant ad fidem.*
[b] Eundem

ſit; qua de re videndus eſt Chryſoſtom. homil. 2. in 1. ad Corinth. *Neque enim, inquit, vim affert, & cogit quis ad honores, & coronas, & conuiuia, & dierum feſtorum cætus; nemo, inquam,* ait Chryſoſtom. *vocat inuitos, & trahit* [c] *victos, hoc enim eſt eius, qui facit iniuriam, in gehennam mittere inuitos, ad regnum autem volentes, ac lubentes.* Quibus ſunt ſimilia ea, quæ dixit Tertull. in lib. ad Scapulam: *Non eſt religionis cogere ad religionem, quæ ſponte ſuſcipi debet, non vi, cum hoſtiæ ab animo libenti expoſtulentur.* Similia habet in *Apologet. cap.* 23. & 28. *irreligioſitas eſt adimere libertatem religionis, & interdicere optionem diuinitatis; iniquum enim videtur liberos homines inuitos vrgere ad ſacrificandum: cætera* [d] *enim poteſt homo nolens, credere verò, non niſi volens*, quemadmodum eleganter dixit Auguſtin. *enchirid. cap.* 32. In quam ſententiam videnda eſt ea epiſtola vetuſtiſſimi Philoſophi Calami, quem refert Philo in lib. *quòd omnis probus ſit liber*; ea enim eſt ad Alexandrum de hoc argumento, quam etiam refert, & proſequitur Lypſius *in Apolog.* quam fecit contra quendam impugnantem caput quartum libri quarti de ſua Politica, vbi agit de ſpontanea ſuſceptione religionis. Videndus eſt Lactant. lib. 5. cap. 34. *quis enim mihi imponat*, inquit ille, *neceſſitatem vel credendi, quod nolim, vel, quod velim, non credendi?* quod refert Socrates *in hiſtor. Eccleſ. lib. 3. cap.* 21. dixiſſe olim Themiſtium Philoſophum, *Purpuræ tuæ cultores aliquos facies, non Dei; eſt enim* [e] *fides ſuadenda, non imperanda*: quod enim in fidibus fieri ſolet, hoc in fide fieri oportet, neque enim ſubitò, ſed paulatim ad concentum adducimur fidei: ſic quoque fidem paulatim perſuadere oportet; quem morem ſeruaſſe videtur [f] hæc vidua in reducendis ſuis nuribus ad fidem, & pietatem.

Eſt autem hic locus, vt ego exiſtimo, ſimillimus illi, qui eſt apud Ioannem *in cap.* 6. vbi diſcipuli Chriſti ſcandalum paſſi propter doctrinam de carne Chriſti comedenda, abire cœperunt, tunc duodecim dixit Chriſtus Dominus, *nunquid & vos vultis abire?* non enim [g] ea interrogatio eò pertinet, vt dimittat Apoſtolos, ſed vt retineat ſpontaneos, & voluntarios, quemadmodum eum locum exponit Theophyl. & Chryſoſtom. ſpontanei enim ſunt milites, ſicut docet ille locus ex Pſalm. 109. *Tecum principium in die virtutis tuæ*, qui Hebraicè ita potiùs legitur, [h] *Populus tuus ſpontaneus.* Vnde pulchrè fertur dixiſſe Alexander ſuis militibus, ſicut in eius vita refert Plutarch. *quiſquis abire cupit, excedat*; putans pertinere ad robur, & imperium ſpontaneos habere milites. Quod etiam de Romanis notauit Liuius *lib. 8. Decad. 1.* & Dec. 4. *lib.* 9. cùm dixit, *Ingenium, & morem eſſe populi Romani, charitate potiùs, quàm metu, & vi adiungere ſibi ſocios.* Qualem ſeruauit morem Noemi, cum ſocias itineris habere noluit ad pietatem duas ſuas nurus, niſi ſpontaneas; [i] habet enim infelices exitus coacta pietas, & non ſpontanea religio.

†

ritum ſeruat Eccleſia in baptiſmate.
Chryſoſt.
[c] *Nemo enim trahit inuitos, niſi qui facit iniuriã in gehennam mittens.*
Tertullian.
[d] *Cætera poteſt homo nolens, credere niſi volens.*
Auguſt.
Philo.
Lypſius.
Lactant.
Socrates.
[e] *Fides ſuadenda, non imperanda.*
[f] *Sic ſuggeſſit Noemi in reducendis nuribus ad fidem.*
100.
Ioan. 6.
[g] *Quas dum interogat dereditu ad ſuos, non dimiſit, ſed retinet, ſicut Chriſtus Apoſtolos.*
Pſalm. 109.
[h] *Populus enim Dei ſpontaneus eſſe debet vt milites.*
Plutarch.
Tit. Liuius.
[i] *Habet infelices exitus coacta pietas.*

§. III.

Prouidenter Noemi oſtendit, vanam ex ſe ſecundi matrimonij ſpem, ſi forte hæc nuruum animos ad ſequendam ſocrum inuitare poſſet.

101. *Num vltra habeo filios in vtero meo, vt viros ex me ſperare poſſitis? Reuertimini filiæ meæ, & abite, iam enim ſenectute confecta ſum, nec apta vinculo coniugali. Etiamſi poſſem hac nocte concipere, & parere filios ſi eos expectare velitis, donec creſcant, & annos pubertatis impleant, ante eritis vetulæ, quàm nubatis.*

[l] *Tria commoda temporalia, quæ poſſent ad pietatem inuitere nuruum animos, totidem rationibus diſſoluit.*

Deut. 23.

TRes igitur rationes, quas habere poterant hæ duæ viduæ comitandi ſuam ſocrum, & ſequendi pietatem, [l] totidé reſponſionibus diſſoluit prudentiſſima hæc mulier: earum autem ea prima videbatur, quòd ſperarent ſecundas nuptias ex eodem genere, atque ex eodem ſanguine, iuxta præceptum Hebræorum *Deut.* 23. vbi mandatum eſt in ſolatium viduarum, vt frater acciperet in coniugem relictam à fratre vxorem, vt poſteros ex eo ſanguine haberet; quod inter gentes etiam conſuetum fuiſſe docet hic locus, in quo mulieres Moabitæ ſperare poterant nuptias ſecundas ex conſanguineo aliquo ſuorum maritorum.

Gen. 38.

Quod etiam docet ille locus *Gen.* 38. *de Thamar coniuge Her filij Iudæ*; id quod ante legem factum eſt. Ne igitur ſpe matrimonij pietatem ſequerentur, reſpondit Noemi, [m] *num vltra habeo filios in vtero meo, vt viros à me ſperare poſſitis? iam enim ſenectute confecta ſum, nec apta vinculo coniugali; & ſi poſſem hac nocte concipere, & parere filios, ſi eos expectare velitis donec creſcant, ante eritis vetulæ, quàm nubatis:* diſſuadet enim comitatum à falſa expectatione nuptiarum, dum propoſitum ſuum oſtendit non nubendi ampliùs, quod votum non niſi honeſtiſſimæ viduæ fuit, de quo latiùs dicemus inferiùs, cum de perfecta viduitate erit ſermo: tum etiam ab impoſſibilitate rei, ex parte ſcilicet, ipſius ætatis iam effœtæ, & ineptæ ad partum; imò facta hypotheſi, hoc eſt, ſuppoſitione, rem magis concludit, quia etiam, inquit, ſi concepiſſem, geniti filij huiuſmodi matrimonium expectare non poſſeris, etenim præfiniuit natura terminum generandi, & [n] concipiendi, ſicut refert Ariſtot. *lib.* 5. *de natura animalium, cap.* 14 & Plinius *lib.* 7. *cap. etiam* 14. Albert. Magn. *lib.* 5. *de animalib. tract.* 2. Quæ fuit ratio cur Sara atriſerit, quando ei Angelus denunciaueṛat partum, *Erant enim*, inquit Scriptura, *ambo ſenes, & prouecta ætatis.* Et hæc videtur ratio, cur Euangeliſta refert puduiſſe Eliſabethã Baptiſtæ matrem quòd in ſimili ætate concepiſſet; eſt enim corporis voluptas in iuuenibus, & miſeranda, & arcenda, in [o] ſenibus autem prodigioſa; monet enim ſenem libidinoſum ætas, vt ad ſpeculum vadat, & canos, atque capitis crines aratámque rugis frontem, cadaueríſque ſimilliam faciem contempletur, atque ita alia curet, quæ magis eum ætate ea, & facie conueniant.

[m] *Primã de ſpe matrimonij reiicit, quia liberos non habet, nec habere poteſt.*

[n] *Tempus concipiedi & generandi à natura præfinitum.*

Ariſtot.
Alb. Magn.
Plinius.

[o] *Corporis voluptas in iuuenibus miſerãda, in ſenibus prodigioſa.*

Hieron.

Dixerat hoc primus D. Hieronym. in epiſt. ad Furiam. *Caput incaneſcit; decidunt tanquam ab arbore capilli, dentes cadunt, balbutit lingua fluunt ſaliuæ, tremunt genua, fronte ob ſenium rugis arata, vicina mors in foribus, voluptatibus* [p] *dedita eſſe nequit.* Similia habet idem Hieron. *in epiſtol. ad Nepotianum.* Quærẽda igitur alia ſunt in ea ætate, potiùs quàm voluptates, & quod ratione non faciunt, cogentibus annis fieri oportet. Videndus eſt hac de re Clemens Alex. *lib.* 2. *pædagog. cap.* 10. vbi Sophoclis Philoſophi pulchrum reſponſum refert; cum enim à quodam quæreretur, vteretur ne voluptatibus carnis in ea ætate? *Dy meliora*, inquit, [q] *libenter enim ab iſtis tanquam à furioſo domino aufugi ætatis beneficio.* Quod reſponſum celebre eſt inter veteres, ſicut videre eſt apud Ciceronem *in lib. de ſenectute*, quod repetit Plutarch. *in lib. de cupiditate diuitiarum*, & *in lib. Num ſeni gerenda ſit Reſpublica.* Similia Valer. Maxim. lib. 4. de dictis, & factis veterum, cap. 3. *Num qui frui cupit rebus, à quibus arcetur propter tempus, & ætatem, quomodo ille miſer non eſt?* quemadmodum dixit Stobæus *ſerm.* 113. ex Menandro; vnde petitum eſt vetus prouerbium, ſicut refert Seneca in controuerſiis, *De eo*, inquit, *illud dictum eſt, qui in aliena ætate luxuriare cœpit,* [r] *Nauim in portu mergis:* quamuis D. Hieron. *in apolog.* 2. *aduerſ. Ruffinum & in epiſt. ad Pamachium*, non de termino vitæ, ſed potiùs de principio, illud prouerbium intelligat. Hac de re videndus eſt Plato *lib.* 1. *de Republica in principio*, vbi docet, quòd in ſenectute libidines reſtringantur, & quòd in ea ætate pax ſit, & libertas à rebus turpibus; *Eſt enim hoc præclarum ætatis munus, ſi quidem id à nobis aufert ſenectus, quod eſt etiam in adoleſcentia vitioſum.* [ſ] Honeſtæ igitur pariter, & prudentis mulieris hæc fuit reſponſio, qua & votum honeſtatis commendat in vidua, & naturæ terminum oſtendit in ſene muliere, & ſpes, ſi quas habebant nubendi eius nurus, irritas fecit, ne forte pietatem ſpe voluptatis, ſeu generis conſeruandi, ſequerentur, cùm pietas nobiliſſima virtus propter ſe potiùs, quàm propter voluptatem quærenda ſit. [t] Neque enim voluptas virtutem ducit, ſed ſequitur, ſicut eleganter dixit Seneca lib. de beata vita, cap. 14. *Virtus antecedat, comitetur voluptas, & circa corpus, vt vmbra, verſetur; nam virtutem excellentiſſimam omnium voluptati tradere ancillam, nihil magnum animo ſapientis eſt, prima virtus ſit, hæc ferat ſigna.* Similia habet idem Seneca *eodem lib. cap.* 8. Ideo præceperunt veteres optimam ſequi vitam, [u] non iucundiſſimam; quamuis enim virtus voluptatem habeat comitem, non tamen voluptatem præſtat, vt virtus, ac proinde non propter hanc petitur virtus, non enim hanc præſtat, ſed & hanc, nec huic laborat, ſed labor eius, quamuis aliud petat, hoc quoque aſſequitur; ſicut in agro, quod ſegeti præciſum eſt, aliqui flores naſcuntur, non tamen huic herbulæ, quamuis delectat oculos, tantum operis inſumptum eſt, aliud fuit ſerenti propoſitum, hoc ſuperuenit: ſic voluptas, non eſt [x] merces, neque cauſa virtutis, ſed acceſſio, neque quia delectat, placet, ſed quia placet, delectat. Suadet igitur optimè Noemi ſuas nurus, vt maneant, neque ipſam ſequantur, ne videantur voluptatem potiùs, quàm virtutem ſequi, cum dixit, *Num vltra habeo filios in vtero meo, vt viros à me ſperare poſſitis? iam enim ſenectute confecta ſum.* Hæc eſt prima reſponſio.

[p] *Mala ſenectutis voluptati contraria.*

Clem. Alex.

[q] *Senes à voluptate aufugiunt naturæ beneficio.*

Cicero.
Plutarch.
Val. Max.

Stobæus.

[r] *Vetus prouerbium de ſene luxuriãte, nauim in portu mergis.*

Hieron.
Plato.

[ſ] *Honeſta & prudens reſponſio Noemi diſſuadentis ſpem ſecundi matrimonij nuribus ſuis.*

[t] *Neque enim voluptas virtutem ducit, ſed ſequitur.*
Seneca.

Idem.

[u] *Optima ſequenda vita, non iucundiſſima.*

[x] *Voluptas enim, non merces, nec cauſa virtutis, ſed acceſſio.*

§. IV. *Con*

§. IV.

Condolens amicus dolorem non minuit, ſed auget amico patienti.

102. *Nolite quaſo filia mea hoc facere, quia anguſtia veſtra magis me premit.* SEcunda verò reſpõſio petita ab augmento doloris, quod ex earum infortunio creſcebat miſeræ viduæ, cum dixit, *Nolite quaſo filia mea hoc facere, quia veſtra anguſtia magis me premit*, ſeu, vt habetur in textu Hebræo, *amaritudo mihi eſt magis valde, quàm vobis*, hoc eſt, magis doleo propter vos, quàm propter me; non eſt cur dolorem meum veſtris lachrymis leuetis, [a] vera enim charitas ſolatium non quærit de dolore alterius amici, quanuis in vulgaribus amatoribus aliter fieri videamus: in veris enim amicis, alterius condolentis amici dolor, dolorem non minuit, ſed duplicat, quemadmodum dixit Auguſt. lib. 4. confeſſ. cap. 10. *Si enim è duobus amicis doleat alter, eò quòd videat alterum in dolore poſitum eſſe, id quod ſui cauſa neceſſe eſt, vt ſuum augeat dolorem, propter dolorem quem in amico videt condolenti*; qualem planè philoſophiam in amore introduxit hæc mulier hoc in loco, cum dixit, *quia veſtra anguſtia magis me premit*, creſcit enim lachrymis charitas, non minuitur, præſertimque lachrymis alterius amici. Quem locum proſequitur Chryſoſt. *hom. 1. de laudibus Pauli*, cum charitatem confert Pauli cum charitate Moyſis, [a] & in eo dixit longè maiorem videri Pauli charitatem, quia optabat anathema fieri pro fratribus, volens ſcilicet, vt fratres viuerent, imò Paulo extincto; cùm tamen Moyſes deleri voluerit de libro viuentium pariter cum cæteris Hebræis pereuntibus: atque ita charitas Pauli de morte fratrum ſolatium non quærebat in morte, cùm Moyſes quæreret; vera enim charitas potiùs premitur aliena miſeria, quàm leuatur. Doctrina hæc petita eſt ex D. Auguſtino *in 4. confeſſ.* cum enim impatienter doleret mortem amici ſui, tandem concludit, *ſibi opus eſſe vitam conſeruare*, [b] *ne totus ille periret, quem vehementer amabat*: exiſtimauit enim Auguſt. ad veram amicitiam pertinere, alteram vitæ partem illæſam ſeruare, & integram; cùm autem pars altera noſtræ animæ, ſit alter amicorum, ad verum amorem pertinet, ſaltem eam partem illæſam, & integram ſeruare à mœrore, ne tota anima amantium mœſta reddatur. Vtque magis hic intelligatur locus, videndus eſt Ariſtot. 9. *Ethic. cap. 11.* cum petit cur in miſeria conſtituti ex dolore alterius amici condolentis ſolatium, & remedium quæramus? Quam difficultatem definit, dicens, dolorem grauiſſimum quoddam onus eſſe, taléque videri illis, qui in miſeria poſiti ſunt: quem locum Philoſophi amplificat D. Thomas 1. 2. q. 38. a. 3. *Ab hoc autem amore*, inquit D. Thomas, [c] *qui grauatus eſt, conatur leuari, quod tunc fieri putabit, cum amicus dolens acceſſerit ad eundem ferendum dolorem, id quod in corporeis ponderibus fieri videmus.* Quæ ratio placuit D. Cypriano in *lib. de lapſis*, cum dixit, *Doleo, fratres, doleo vobiſcum, cum ſingulis copulo pectus meum mœroris, & funeris luctuoſa pondera participo*; id quod Paulus dixit: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Eſt [d] enim charitas, alienum dolorem proprio leuare, non autem propriam miſeriam aliena anguſtia conſolari. Quam metaphoram petitam ab onere vidit hæc mulier, cum dixit, *quia veſtra anguſtia magis me premit*, quaſi vellet, Nolite lachrymas addere miſeriæ, non enim veſtris lachrymis dolorem leuatis, ſed augetis: quanuis & aliam rationem videatur inſinuaſſe Philoſophus loco citato, cum dixit, *dolorem amici non leuari alieno dolore*; hoc enim [e] crudelitas eſſet potiùs, quàm charitas, *remedium*, ſcilicet, *quærere doloris ex alieno dolore*: ſed quia is, qui dolet, in aliis condolentibus cognoſcit beneuolentiam, & amorem eorum in ſeipſum, quem lachrymæ, & dolores ſimiles teſtantur. Quia igitur experitur ſe ab aliis amari, cum dolore eorum proditur amor, gaudet, non quòd alios dolentes videat, ſed quòd videat amantes. Eſt enim dolor alterius effectus amoris, & principium lachrymarum eſt [f] amor, ac proinde ſuum amatorem conſolatur non lachrymis, ſed amore. Congruè igitur dixit hoc vidua, *Nolite hoc facere, quia veſtra anguſtia magis me premit*: ingenuè enim fatetur, ſe cognouiſſe optimè earum in ſe beneuolentiam, & amorem, ita vt iam lachrymis, & gemitibus opus non ſit in teſtimonium amoris earum: comprimite igitur lachrymas, quia veſtræ lachrymæ non minuunt meum dolorem, ſed augent potiùs.

[a] Vera charitas ſolatiũ non quærit ex alieno dolore.

Auguſt.

Chryſoſt.

[a] Paulus Moyſem in charitate erga alios longè excelluit.

Auguſt.

[b] Amici item eſt vitam ſuſtēare, amico pereunte, ne totus pereat, quē amabat.

Ariſtot.

D. Thom.

[c] Qui dolorē amico communicat, doloris onere cupit exonerari.

Cyprian.

Paulus.

[d] Non ſic charitas, ſed ſemper, vt participet alterius doloris pondera, prompta eſt.

Ariſtot.

[e] Crudelitas eſt, ex alieno dolore, propriũ facere ſolatium.

[f] Amici dolor ac amorem non ſolatur lachrymis, ſed amore per eas expreſſo.

103. Exiſtimauerim tamen hoc referendum non eſſe ad ſolas lachrymas, & fletus, ſed etiam ad miſeram vitam, & inopem, quam neceſſariò habituræ erant, ſi miſeram viduam ſequerentur in patriam ſuam, in qua nec maritos ſperare poterant, nec vitæ aliquod refugium inuenire, cum viduæ eſſent egentes, exules, & alienigenæ, ac miſeram ſequerentur, & omnino pauperrimam viduam: [g] eſt hoc autem in charitate grauiſſimum vulnus compaſſio in alienis malis, ſi quis ea patiatur propter nos. Qualis eſt ille locus 1. *Reg. cap.* 22. cùm Dauid audiens, Ahimelech ſummum Sacerdotem, ſimul cum octoginta quinque Sacerdotibus in ſui odium interemptos eſſe à militibus Saulis Regis, conuerſus ad filium ſummi Sacerdotis dixit, *Ego ſum reus animarum omnium domus patris tui.* In quam ſententiam videndus eſt Ambroſ. *in ſerm. de ſancto Latrone*, cum interpretatur ea verba Luc. 23. *Nos quidem rectè digna factis recipimus, hic autem nihil mali geſſit. Intellexit*, inquit Ambroſ. *quòd pro alienis peccatis illas plagas ſuſciperet, pro alienis ſceleribus ea vulnera ſuſtineret*; [h] *cognouit quòd illa in corpore Chriſti vulnera non eſſent Chriſti, ſed ſua, atque ideo plus amare cœpit, poſtquam in corpore eius ſua vulnera cognouit.* Ait enim Iſaias in cap. 53. *Quia ipſe infirmitates noſtras portauit, & pro nobis doluit: plus ergo in cruce poſitus liuorem eius cernēs latro diligit Deum: miraris plus in cruce, quòd latro Chriſtum dilexit quàm Iudas in cœna: ille per cibum ſupplantat magiſtrum, latro credidit Dominum per dolorem:* [i] *potentiſſimum enim amoris telum eſt, ſi quis videat alterum propter ſe ipſum duriſſima paſſum:* qua ratione vidua hæc dixit, *veſtra anguſtia magis me premit*, recedite, ne miſeram comitemini, veſtra enim miſeria propter me paſſa, magis me premit.

* * *

[g] Grauiſſimũ in charitate vulnus, compaſſio ſumpta pro nobis.

1. Reg. 22.

Ambr.

Luc 23.

[h] Latro in cruce cognouit, vulnera in corpore Chriſti, ſua eſſe, non Chriſti.

Iſai. 53.

[i] Potentiſſimum amoris telum, ſi quis videat alium pro ſe pati.

§. V.

Vltio diuina in animam peccantem adumbratur.

104. *Egreſſa eſt manus Domini contra me.* TAndem tertiò perſuadet ſuis nuribus, ne inuiſam cælo, & terræ ſequantur exulem, à qua nullum remedium ſperare poſſunt: exiſtimare enim potuiſſent nobilem eam matronam eſſe, vtpote ab excellentibus maioribus ortam, atque proinde in ſua patria, & intra ſuos fines feliciorem futuram: negat hoc ſperandum eſſe Noemi, cum vbique terrarum eam inſequatur diuina Prouidentia, armata quaſi manu, & diſtricto iam gladio, hoc enim ſignificant ea verba eiuſdem, *&* [l] *egreſſa eſt manus Domini contra me*, id eſt, vbique Deus inſequitur miſeram hanc quaſi diſtricto gladio; etenim quæ nobilis olim matrona fueram opibus, & parentibus potens, coniugio etiam nobilitata ampliſſimo, atque duos complexa filios, nunc ignobilis paupercula, orba filiis, & marito vagari cogor per orbem. Ieſt enim in his verbis metaphora ſumpta à forti aliquo, & potentiſſimo duce, qui aduerſùs hoſtem ſuum gladium euaginauerat, & ad extremam vſque internecionem eundem perſequutus, non priùs reliquit, quàm vitam, vt omnia pariter auferat cum vita; eſt enim hic locus irati, & perſequentis hominis, in quo hæc vidua conſtituit Deum, vt perſuadeat nuribus ſuis, [m] ne miſeram ſequantur, quam Deus inſequitur perſequendo. Eſt autem hæc metaphora frequentiſſima in ſcriptura, præſertimque habetur *Iob. in cap* 13. cùm dixit, *manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat*; quaſi enim iam videns Deum vibrantem gladium ſuper caput ſuum dixit, *manum tuam longè fac à me*, cùm egreſſio, ſiue extenſio manus habitus ſit iam ferientis: qualis eſt ille locus Geneſ. 22. *Ne extendas manum tuam ſuper puerum*; ſic enim dixit diuinum Oraculum Abrahamo iam fermè ferienti Iſacum filium ſuum. Similis eſt locus Iſai. cap. 14 *&* [n] *manus eius extenta*: & Pſalm. 105. *& leuauit manum ſuum ſuper eos.* Nec ſolùm hic ſtatus eſt hominis ferientis, ſed etiam deprædantis, & ſpoliãtis omnia, ſicut Hierem. dixit Thren. 1. *Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia ſua*: quod maximè conuenit præſentibus verbis, dum dicit, *Egreſſa eſt manus Domini contra me*, quaſi non ſolùm vitam petat Deus, ſed etiam ſi quid aliud deſiderabile in eius familia relictum erat. Vnde rectè infert non eſſe cur miſeram ſequerentur, in cuius neque etiam patria aliquid deſiderabile inuenire poterunt; ſi quid enim ibi relictum erat, illud egreſſa manus Domini fuerat deprædata. Notandum tamen eſt, non ſolùm manum egreſſam ſignificare diuinam Prouidentiam inſequentem, ſed etiam actu punientem: modeſtè autem hæc mulier oſtendit, quòd perpetuò inſequatur diuina Prouidentia animam ſceleratam, quod Tragicus aliquando dixit,

Sequitur ſuperbos vltor à tergo Deus.

In quam ſententiam videndus eſt Plato 4. *de legibus, & dialog.* 10. & Heſiodus, quem refert Plutarch. *in lib. de ſera numinis vindicta*, cùm ait, *vindictam non admodum remotam eſſe iuſtitia ſectatricem, ſed* [o] *coætaneam, & ex eadem regione, ceſpiteque pullulantem*: quod argumentum proſequitur Plutarch. *in eodem lib.* cùm ait, *malitia coniunctum habet, aſſiduéque ſe ipſum torquentem dolorem*: quemadmodum enim facinoroſus quiſque vltimo affligendus ſupplicio, corpore ſuo propriam fert crucem, ita [p] improbitas ex ſe ipſa ſupplicium ſibi ipſi componit, grauis quædam vitæ carnifex calamitates ingentes, cùmq; turpitudine formidines innumeras, paſſioneſque moleſtiſſimas, atque pœnitentias indeſinentes in ſe continens: ſic enim ordinauit Prouidentia diuina, vt perpetua pœna ſequatur peccatricem. In quam ſententiam videndus eſt ille locus *Geneſ. c. 4.* quando Cain dixit, *Vagus, & profugus ero ſuper terram, & qui viderit me, occidet me*; [q] ſequitur enim quaſi armata manu diuina Prouidentia ſceleratum Cainum, ſicut eleganter ponderauit Procopius *in coment ſuper eum locum*, cùm ponderat ea verba, *Omnis qui viderit me, occidet me*; vbi quærit, quem inuenerit Cain, cum eo tempore ſolus in orbe eſſet Adam, & fratres eius? reſpondet Procopius, *Metus erat virtutum cæleſtium*, [r] *quas nefandi ſceleris vltrices ſauas fore præſagiebat animus*: ſiquidem veriſimile eſt, cæleſtes virtutes à Caino viſas, præſertim cum adhuc recens eſſet illud, quod factum eſt Adamo, quando primò expulſus eſt à paradiſo; ante enim paradiſi portas conſtitutus eſt Cherubinus igneum gladium deferens, vt recentem peccatorem Adamum à paradiſo pelleret. Maior autem videtur pœna Caini, quàm Adami; Adamum enim prohibebat gladius igneus ne ingrederetur, Cainum autem inſequebatur diuina Prouidentia vbique gentium, ſicut etiam velle videtur D. Auguſt. *lib. de Gen.* 11. *c.* 11. Egreſſa igitur manus Domini ſignificat calamitates omnes, quæ peccatricem animam ſequuntur. Qua de re videndus eſt Chryſoſt. *hom.* 14. *in Matth. & homil. 4. ad popul. & homil. 4. de verbis Iſai.* & Philo *in lib. de congreſſ. quærend. erud. gratia*, cùm ponderat ea verba Scripturæ; *quando diuidebat Altiſſimus gentes, & diſperſit filios Adam, terrenos*, ſcilicet, *homines, quos nullius videndi cæleſtis boni cupidos eſſe cognouit, diſperſos, & exules abegit*; [ſ] *nullus enim malus vel domum habet, vel ciuitatem, vel vllum ſocietatis ius, ſed inſtabilis diſpergitur, paſſim vagus, & errabundus, nuſquam valens ſubſiſtere, quia perpetuò eos inſequitur diuina vltrix Prouidentia.* Sic igitur Noemi in ſe ipſa adumbrauit animam peccantem, quam inſequitur diuina Prouidentia, cùm dixit, *& egreſſa eſt manus Domini contra me.*

[l] *Egreſſio manus Domini contra aliquẽ idem atque diuina vltionis perſequutio.*

[m] *Sic Noemi perſuadet nuribus, ne miſeram ſequãtur, quam Dominus inſequitur perſequendo.*
Iob. 13.
Gen. 22.

[n] *Diuina vltio manus extenta.*
Iſai. 14.
Pſalm. 105.
Threnor. 1.
Tragicus.
Plato.
Heſiod.
Plutarch.

[o] *Vindicta iuſtitia coætanea, atque concinna.*
Plutarch.

[p] *Improbitas ſibi ipſi ſupplicium componit.*
Gen. 4.

[q] *Sequitur enim armata manu diuina Prouidentia ſceleratum.*
Procopius.

[r] *Qui vltrices de cælo virtutes, cùm deſuerint in terra præſagit.*
Auguſt.
Chryſoſt.
Philo.

[ſ] *Malus homo, nec domũ habet, nec ciuitatem, nec vllum ſocietatis locum.*

§. VI.

Prophana mens mauult cum voluptate viuere inter prophanos, quàm ſine voluptate apud Deum.

Orpha oſculata eſt ſocrum ſuam, & reuerſa eſt, Ruth verò adhæſit ſocrui ſuæ. EX quibus rationibus effectum eſt, vt repetitis clamoribus, & iteratis lachrymis tandem diſceſſerit Orpha, quæ altera erat de nuribus Noemi; eidem tamen adhæſerit pertinaciter altera nurus, ſcilicet Ruth: quod ſignificauit Author ſacer, cum dixit, *eleuata igitur voce rurſum flere cœperunt, Orpha autem oſculata eſt ſocrum ſuam, ac reuerſa eſt, Ruth verò adhæſit ei.* Oſculum autem dediſſe dixit in ſui diſceſſus ſignum, depoſuit enim, ſiue reliquit apud ſocrum ſuam oſculum beneuolentiæ, & amoris ſignum, quod fieri ſolebat, 105.

vt

vt iam ſuprà diximus, non ſolùm ab accedentibus, ſed etiam à peregrè recedentibus. Cum enim audiuiſſer hæc mulier nullas voluptates eſſe apud Hebræos, hoc eſt, apud veram religionem, prætulit [u] voluptatem pietati, & religioni idololatriam, maluitque cum voluptate viuere inter prophanos, quàm ſine voluptate apud Deum: [x] nec mirum, quòd eam flentem viderimus, ſæpe enim falſa virtus, veras virtutes exuuias inducere videtur, vt fallat, ſicut eleganter dixit Cyprian. *orat. de ieiunio, & tentationibus*, cùm huiuſmodi homines appellat *cadauera virtutis exuuias religionis, ſimulachra ſanctitatis*, quod eleganter dixit Iuuenalis in ſatyra:

[t] Symbolum non modò accedentis, ſed recedentis oſculum.

[u] Orpha voluptatem prætulit religioni.

[x] Quæ falſis lachrymis virtutem ſimulauerat. Cyprian.

Iuuenal.

Fallit enim vitium ſpeciem virtutis, & vmbra,
Cum ſit triſti habitu, vultuque, & veſte ſeuerum.

Diſſimulatam igitur fidem aperuit Noemi, atque inter lachrymas, ac clamores, animum omnino voluptatibus deditum oſtendit in altera de nuribus ſuis; [z] patuitque quàm prudens eius fuerit indagatio, dum non temerè ſequentes comites itineris, & fidei ſuæ habere voluit, ſed omnino animum probauit. Vnde effectum eſt, ſicut Author ſacer hoc in loco dixit, vt Orpha oſculata ſit ſocrum reuerſa in patriam ſuam, Ruth autem ei omnino adhæſerit, neque exemplo conſanguineæ ſuæ, & contribulis amoueri potuerit ab eius ſequela, quantumcunque ei dixerit Noemi: *En reuerſa eſt cognata tua ad populum ſuum, & ad Deos ſuos, vade cum ea:* [a] cum tamen plurimum poſſit apud muliebre ingenium, muliebre quoque exemplum, conſanguineæ præſertim, & affinis, maximè cùm de relinquenda patria agitur, & Diis paternis.

[z] Sed diſſimulatam fidem prudens aperit indagatio Noemi.

[a] Ex malo conſanguineæ exemplo plurimùm perſeuerantia Ruth commendatur.

106. Videtur autem [b] prudens hæc mulier illud obſeruaſſe præceptum, quod ſcriptum erat Deut. 23 *Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo Dei tui, quidquid illud eſt, quod voueris, quia abominatio eſt apud Dominum Deum tuum.* Quem locum in hanc ſententiam eleganter proſequitur Philo in lib. de mercede meretricis non recipienda in ſacrario. *Egregium*, inquit ille, *præceptum eſt in ſacro Codice, non decere meretricis mercedem deferre in ædem Deo ſacram, feminæ formam florentem vendentis, & vitam probatam profeſſæ quæſtus gratia: quod ſi mulieris amatoribus ſuis obſequentis, prophana dicuntur munera, quanto [c] magis ſcortantis animæ, quæ ſe proſtrauit conſtuprandam vinolentia, gula, voluptatum ſtudio, ambitioni, auaritia, aliiſque vitiis innumeris, quorum maculæ, an vnquam elui poſſint, neſcio?* Congruenter igitur Noemi ſuam nurum prophanam, & voluptatibus deditam ab altari, & à ſacratio abegit, hoc eſt, ab Eccleſia.

[b] In auertenda Orpha prudens Noemi præceptũ de non offerẽda mercede proſtibuli, obſeruauit.

Deut. 23.

Philo.

[c] Scortantis animæ, quæ ſint prophana munera.

107. Iam igitur in alterâ duarum mulierum conſequens eſt, vt oſtendamus [d] progreſſum animæ pœnitentis ad Deum reuerſæ. Quem locum dilatauit eleganter Philo *in lib. citato*, cùm ait, *duas quiſque noſtrum vxores [e] habet, eaſque ſibi infenſas, quarum alteram diligimus, quaſi amicam, blandam, & familiarem, quæ voluptas dicitur, alteram odio proſequimur, vt immitem, ac tetricam, & omnibus minimè beneuolam, hæc virtus nominatur, & eſt.* Deſcribit autem voluptatis ornatum accedentis ad animum noſtrum, eidemque blandientis, & comitem itineris ſe præbentis: deinde ſuis coloribus depingit virtutem ipſam accedentem ad animam cum cæteris omnibus virtutibus ſe comitem offerentem eiuſdem viæ, quam libenter amplexatur anima verè pœnitens, reiecta, & expulſa prophana voluptate. Niſi magis placeat ea altera allegoria, quia vtitur idem Philo *in lib. de temulentia*, cùm inquit, *in intellectu duas ſtirpes ortas eſſe ex eodem germine natas, ſcilicet ex eodem intellectu, vitium ſcilicet, & virtutem nunquam fructum ferentes eodem tempore: [f] quoties enim areſcenti alteri folia defluunt, contraria gemmare, viereque incipit, vt credibile ſit, vtranque alterius felicitatem offenſam conturbare ſe.* Vnde congruenter legimus poſt exitum Iacob introitum Eſau Gen. 37. *Et factum eſt quando exiuit Iacob venit Eſau frater eius*; quandiu enim in anima prudentia inhabitat, exterminatur amicus inſipientiæ, & quamprimùm illa migrat, propter quam exulauerat, altera reuertit læta propter diſceſſum inimicæ infenſiſſimæ, quæ eam [g] expulerat: quare anima pœnitens, quam adumbrauit egreſſus Noemi de terra Moab, hoc eſt, de terra prophana, ſeu de vitiorum miſero ſtatu, duas ſimul comites ſui reditus habere noluit, cognoſcebat enim optimè infenſiſſimas eſſe inter ſeſe, neque in eadem anima conſiſtere vnquam potuiſſe: proinde relicta iniquitate, comitem ſui reditus habere voluit ſolam virtutem: ſicque egreſſa de Moab poſita eſt in via ad Bethlehem.

[d] In altera duarum mulierum progreſſus animæ pœnitentis ad Deum reuerſæ monſtratur.

Philo.

[e] Duas habet vxores quiſque noſtrum ſibi inuicem inimicas, voluptatem, & virtutem.

Philo.

[f] Quare alteram ſine altera eſſe neceſſe ſit, ſimul verò nunquam.

Gen. 27.

[g] Propterea anima de terra Moab, ſeu vitiorum egreſſa duas ſimul comites habere noluit.

TRACTATVS XI.

De verbis illis: *Ne aduerſeris mihi, vt relinquam te, & abeam: quocunque enim perrexeris, pergam, & vbi morata fueris, & ego pariter morabor: populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus: quæ te terra morientem ſuſceperit, in ea moriar, ibique locum accipiam ſepulturæ: hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat, ſi non ſola mors, me & te ſeparauerit: videns ergo Noemi, quòd obſtinato animo Ruth decreuiſſet ſecum pergere, aduerſari noluit, nec ad ſuos vltra reditum perſuadere.* Siue, *De ritu Hebræorum in recipiendis proſelytis ad fidem.*

§. I.

Præmium eſt relinquentis patriam & ſuos, perſeueranter adhærere pietati.

Ne aduerſeris mihi, v. relinquam te, & abeam [r]

QVæ tria plurimùm poſſunt ad animum retinendum ne veram pietatem ſequatur, hæc 108.

 [h] eadem

[b] *Tria ſunt, quæ maximè prohibent, ad veram pietatem accedere.*

[b] eadem ſe cootemnere dixit Ruth, propter veram religionem, & fidem Dei, patriam, parentes, atque Deos: iam enim ex hoc loco orditur Autor ſacer conuerſionem huius mulieris de prophana idololatria ad verum Dei cultum, qui tunc temporis apud ſolos Hebræos florebat, de qua conuerſione dicemus in hoc tractatu, dicturi poſtea in peculiari tractatu de analogia huius loci cum nouo teſtamento, de vocatione gentium ad Eccleſiam Chriſti, quæ in hac vocatione Ruth adumbrata eſt. Sic igitur videtur ratiocinata hæc mulier apud ſocrum ſuam quæ eam comitem itineris ſui videbatur habere nolle, cum tamen maximè vellet: Filio tuo chariſſimo coniux olim data ſum, vt cum illo vna, & eadem caro eſſem, me igitur, vt filiam tuam, & partem aliam tuæ carnis maternis viſceribus amplecti debes, atque recondere; nam etiam feræ ſuos partus amant, fouent, & amplexantur, nec verò eos deſtitutos relinquunt; ſi verò dubitas de mea in te beneuolentiæ charitate, tibi omnino adhæreſco, ita vt neque amor patriæ, neque parentum pietas, nec verò religio Deorum me poſſit vnquam à te ſeparare; patriá, parentes, atque Deos propter vnicam Noemi relinquam. Qua comparatione vſus eſt Paulus *ad Rom cap.* 8. ad ſuam charitatem oſtendendam in Deum crucifixum: eſt autem animæ ſequentis Deum, & omnia relinquentis propter eius ſequelam, illud præmium præfinitum optimum, quod deſcripſit regius Vates Pſalm. 44. *Audi filia, & vide, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui*; [i] eſt enim grande præmium parentis obliti; *& concupiſces Rex decorem tuum.* Cætera autem, quæ pertinent ad hanc literam, paulatim inferiùs examinabimus.

Rom. 8.

Pſalm. 44.

[i] *Grãde præmium parentis obliti à Deo cõcupiſci.*

§. II.

De religioſa obſeruatione Sabbathi apud Hebræos.

109. Thalmud. Chald. Par.

Quocunque perrexeris pergam. EX ſerie huius reſponſionis colligunt Thalmudiſtæ, & Paraphtaſis Chaldáica paulatim Noemi inſtituiſſe proſelytam Roth in iis, quæ pertinebant ad fidem, & pietatem Hebræorum recipiendam: ſex enim articulos ante omnia proponebant, quorum primus erat ille: iubemur ſeruare Sabbatha noſtra, ita vt nullum ſeruile opus faciamus; nec verò in ea diò longiùs ſit ſpatium itineris [l] deambulandi, quàm mille paſſuum; id quod in memoriam eiuſdem ſcriptum eſt *in lib. Gen, cap.* 2. quando ſeptimo tandem die requieuit Deus ab opere creationis. Hoc igitur argumento oſtendit difficultatem, quæ in lege Hebræorum obſeruanda maximè erat. Si quis autem petat, Verùm hæc traditio fuerit ſuperſtitioſa, an verò conformis legi Dei? [m] reſpondebimus non eſſe alienam à lege; ſi enim aliena eſſet, eius non meminiſſet Chriſtus Dominus *Matth.* 24. quando agens de excidio Hieroſolymitano, quod futurum erat per Romanos dixit, *Orate ne fuga veſtra fiat in hyeme, vel Sabbatho*; ſunt enim hæc duo tempora minimè accommodata ad fugam, præſertim ſi celeriter ſit fugiendum, vel longiùs, celeritatem enim prohibet importuna, & pluuioſa hyems, longitudinem verò præfinitum ſpatium itineris, quod in Sabbatho percurrere tantùm licitum eſt Hebræis hominibus: ita Auguſt. *lib.* 1. *quæſt. Euangelic. cap.* 34. & Imperfectus Chryſoſt. *ſuper eundem locum Matth.* contra quem locum ita intellectum obiiciunt Chryſoſt. Euthym. & Theophyl. [n] quòd ea obſeruatio ceſſatura eſſet eo tempore, quo Hieroſolyma euerſa eſt à Romanis, publicato iam Euangelio per orbem. Reſpondent tamen iidem Patres Chriſtum Dominum locutum fuiſſe de vulgi conſuetudine, quæ eo tempore extabat. Quod autem nos colligimus ex his, illud eſt, apud Hebræos in Sabbatho fuiſſe præfinitum ſpatium deambulandi, qualis eſt ille locus *Actor.* 1. cum dicitur reuerſos fuiſſe Apoſtolos à monte, vnius Sabbathi itinere: hic igitur eſt primus articulus propoſitus mulieri Moabitidi, cui illa reſpondit: *Quocunque perrexeris, pergam*, nec longius ſpatium faciam, quam tu feceris, & iuxta legis præſcriptum veſtras Sabbathi cæremonias ſanctificabo.

[l] *Non longiùs in Sabbatho deambulandum quàm mille paſſuum ſpatio.*

Gen. 2.

[m] *Quæ traditio à lege non erat aliena.*

Auguſt.

Chryſoſt.

[n] *Ceſſauit omnino hæc traditio euerſa Hieroſolyma per Titũ Veſpaſ.*

§. III.

De lege vitandi conſuetudinem alienigenarum Hebræis propria.

Vbi morata fueris, morabor. SEcundus articulus talis erat; Iubemur, ne quiſpiam de Hebræis cum alienigenis verſetur, [p] ne peregrinis moribus vera fides corrumpatur; ita enim cautum eſt Deut. 7. *Non inibis cum eis fœdus, neque miſereberis earum, neque ſociabis cum eis coniugia*; quod ita notum erat apud Hebræos, vt vel finitima Hebræis mulier Samaritana, cùm tameo plebeia eſſet, dixerit Chriſto Domino Ioan. in cap. 4. *Quomodo tu Iudæus cum ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? non enim coutuntur Iudæi Samaritanis*; quibus verbis receptam hanc traditionem inter Hebræos inculcauit hæc mulier. Si quis autem quærat, quo pacto Chriſtus Dominus contra legis præceptum, & receptam traditionem maiorum poſtulauerit à muliere gentili potum aquæ, quod nefas erat inter Hebræos? videat Cyrill. Alex. *lib.* 2. *ſuper. Ioan. cap.* 80. hanc Hebræorum traditionem fuiſſe ſuperſtitioſam, [q] neque enim Moyſes prohibuit, vel cibum, vel potum accipere à Gentilibus, quando neceſſitas illud poſtulabat. Hic igitur ſecundus articulus propoſitus eſt proſelytæ mulieri, cui illa reſpondit: *Vbi morata fueris, morabor*: quaſi vellet, non alios admittam, ſed eoſdem habebo comites, quos tu habueris. 110.

[p] *Prohibebãtur Hebræi cum alienigenis verſari, ne à peregrinis vera fides corrumpatur.*

Deut. 7.

Ioan. 4.

Cyr. Alex.

[q] *Superſtitioſa fuit huius legis obſeruatio in eo rigore, vt prohiberet cibum neceſſariũ à gentile accipere.*

§. IV.

De onere grandi præceptorum legis.

Populus tuus, populus meus. TErtius articulus eſt, in quo difficultas legis obiicitur; docuit enim [r] ſexcenta tredecim præcepta obſeruari oportere eam, quæ ad fidem, & religionem Hebræorum accederet, [ſ] quorum tercenta ſexaginta quinque, negantia ſunt, id eſt, vitia prohibentia, cætera verò affirmantia, quæ ſcilicet virtutes, & opera honeſta præcipiunt. Cui poſtulato reſpondit illa, *Populus tuus, populus meus*, id eſt, ea omnia, quæ ſeruauerit populus Hebræorum, obſeruabit quoque, & Ruth; amant enim, 111.

[r] *613. præcepta legis veteris.*

[ſ] *Quorum 365. prohibebant vitia, negatiua ideo; cætera verò affirmatiua, ſeu præcipientia virtutes.*

t Deſideranti pietatē nulla onera ſunt grauia.

enim, t & deſideranti pietatem, nulla onera grauia eſſe poſſunt, quamuis grauiſſima eſſe videantur.

§. V.

De religione vnius Dei apud Hebræos, Diis gentium contraria?

112. *Deus tuus, Deus meus.* QVartus tandem articulus ſpectat iam ad religionem, & pietatem vnius Dei: admonuit enim eam, in lege cautum eſſe, u *Non habebis Deos alienos coram me:* deſumpta videtur hæc cæremonia ex eo loco, qui eſt *Gen.* 35. Etenim quando Iacob venit de Meſopotamia, cum vniuerſa familia ſua acceſſurus ad Bethel in Samaria, tunc primùm diligenter indagauit, ne qua forte idola inter ſuos reperirentur, ſic enim eo in loco dixit Moyſes; x *Iacob autem conuocata omni domo ſua dixit, Abiicite deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, & mutate veſtimenta veſtra; ſurgite, & aſcendamus Bethel, vt faciamus ibi altare Domino, qui exaudiuit nos: dederunt ergo ei omnes deos alienos, quos habebant, & inaures, quæ erant in auribus eorum; at ille infodit eos ſubter terebinthum, quæ eſt poſt vrbem Sichen;* quaſi non liceret accedentes ad Bethel deos habere alienos. Ad quem locum ita eleganter dixit Rupertus; *Hoc ordine, & hoc profectu aſcendendum eſt in Bethel*, id eſt, *in domum Dei, quæ eſt Eccleſia*, z *primò abdicare oportet veteres errores, & vnius veri Dei profiteri religionem, & pietatem, quod eſt auferre Deos alienos.* Ad quem articulum ſibi propoſitum Ruth deteſtatata veterem impietatem dixit, *Deus tuus, Deus meus*, neque plures, neque alium Deum colo, quàm vnicum, quem tu colis, & adoras.

u Lege cautum erat ne haberent Hebræi Deos alienos. Gen. 35.

x Id ante legem, diligenter obſeruauit Patriarcha Iacob.

Rupert.

z Oportet accedentem ad Deum priores abdicare errores, deinde vnius Dei profiteri religionem.

§. VI.

De pœnis tranſgreſſoribus legis & religionis debitis.

113. *Quæ te terra morientem ſuſceperit, in ea moriar.* QVintum addidit articulum pertinentem ad pœnas peccatoribus propoſitas, ne forte exiſtimaret apud pios, & religioſos homines impunè ſceleratos peccare poſſe: a ſunt, inquit, apud nos quatuor genera mortis, quibus peccatores puniuntur: prima eſt lapidatio: ſecunda exuſtio: tertia cædes gladij: quarta tandem loco crux: quibus illa reſpondit: quomodocunque morieris, moriar, nec enim recuſo pœnas, quas leges veſtræ ſceleratis hominibus decreuerunt. Videbatur autem neceſſariò b hic articulus proſelytis proponendus, ne forte exiſtimarent liberum eſſe in lege Dei impunè peccare, præſertim c cùm impunitas omnium malorum quaſi ſeminarium ſit, quemadmodum dixit eleganter Bernard. in lib. de conſcient. *Tranquillam*, inquit, *conſcientiam in ſceleratis hominibus nutrit impunitas ſecuritatis, & vanæ gloriæ mater nouerca virtutum, religionis virus, tinea ſanctitatis.* Vnde meritò veteres Hebræi, propoſita lege pœnas pariter proponebant ſuis proſelytis, vt & viam oſtenderent in lege, qua eundum erat, & pœnas pariter, quibus puniendi erant deerrantes à via, ſiue à lege, quod factum eſſe in exitu Iſraël de Ægypto docuit eleganter Clemens Alexandr. *in exhortatoria ad gentes*, vbi oſtendit eandem columnam, d quæ Hebræos ductabat in terram promiſſam, & lucidam eſſe, & igneam; lucida, vt viam oſtenderet; ignea, vt errantes comprimeret. Quod Moyſes videtur dixiſſe *Deut.* 33. cùm Deus quaſi cōuocatis comitiis in mōte Sinai legem publicauit; ſic enim eo in loco habetur, *Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis, & cum eo ſanctorum millia, & in manu eius ignea lex.* Quem locum ille Hebræus, quo vtitur Caietan. in exponendis Scripturis ſacris ex Hebræo textu legit, *à* e *dextris eius ignis, & lex*; neque enim dixit, quòd in manu Dei eſſet lex, & ignis, ſed quòd à dextera eius eſſet lex, & ignis, de more Principum, f quando leges dant, & iura condunt, à miniſtris ſuis lex præhortabatur, & ignis; lex quidem ad docendum, ignis ad puniendum: non patitur autem imperfectus Hebræorum ſtatus per ignem amorem ſignificari, ſed potiùs pœnam. Propoſitus eſt hic articulus mulieri proſelytæ, cui illa reſpondit, *Quæ te terra morientem ſuſceperit, in ea moriar*, id eſt, eaſdem pœnas, atque eadem genera mortis patiar libenter, dummodo à te nullo modo ſeparer.

a Quatuor genera pœnarum apud Hebræos grauiora.

b Neceſſariò proſelytis articulus pœnarum proponendus erat.

c Impunitas prim, omnium malorum ſeminarium. Bernard.

Clem. Alex.

d Columna nubis apud Hebræos ignea & lucida, quare. Deut. 33.

Caietan.

e A dextris Dei lege condēti in Sinai lex & ignis.

f Ideo apud veteres legem condēs, ignem & lege ante ſe portabat.

§. VII.

De ſuperſtitione Hebræorum circa corporum reſurrectionem, & vera fide noſtra in eandem.

Ibique locum ſepulturæ accipiam. SExtus & vltimus articulus hie eſt, qui ſcilicet de reſurrectione corporum videtur agere, quam g ſperare non licebat quempiam, niſi ſolos Hebræos, & eoſdem ſepultos in terra Iudæ, ſicut illi fabulantur; deducunt hanc ſuperſtitionem ex Oſea in cap. 1. cùm ait, *& congregabuntur filij Iuda, & filij Iſraël pariter, & ponent ſibimet caput vnum, quia magnus dies Iezrahel.* Quem locum Rabbini interpretantur de longo exilio, quod Propheta vocat *diem magnum Iezrahel*, hoc eſt, diſſeminationis per orbem, à qua tandem futura erat congregatio vt illi exiſtimant in terra Iudæ, in qua pariter cum eis feliciter, & corporaliter ſibi pollicentur regnaturum eſſe Meſſiam, & propterea h oportere corpora mortuorum ſepelire intra fines Iudæ, vt in die aduentus Meſſiæ præſto adſint venienti. In quam ſententiam congregant plura loca Scripturæ, quæ potiùs pertinent ad diem reſurrectionis vltimæ, quàm ad tempos primi aduentus Regis Meſſiæ: in quam ſententiam volunt eſſe eum locum Ezech. 37. *Ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris, & inducam vos in terram Iſraël.* Cui ſimillimus eſt ille locus *Iſai.* 26. vbi Iſaias deſcripſit canticum illud, quod cantaturi erant ab exilio euerſi, & addit eo in loco, *viuent mortui tui.* Superſtitioſus igitur hie articulus eſt, ſi eam intendat fabulam, quam Hebræi contexerunt de regno Chriſti corporali. 114.

g Superſtitio Hebræorum fuit non licere quempiam reſurrectionē ſperare niſi ſolos Hebræos qui in terra Iudæ ſepulti inuenirentur. Oſeæ 1.

h Rabbinorū commentum, oportere ſepeliri corpora mortuorū intra fines Iudæ, vt ſuo venienti Meſſiæ præſto eſſent. Ezech. 37.

Nos i autem exiſtimamus de fide reſurrectionis hunc articulum eſſe poſt articulum fidei, quo credendus propoſitus eſt vnus Deus, propoſitus pariter eſt articulus alius de ſpe, qui maximè oſtenditur in fide reſurrectionis. Credibile autem eſt pleraque exempla attuliſſe Noëmi ex veteribus 115.

i Sed verius in hoc articulo fides reſurrectionis poſt fidem vnius Dei aſtruitur.

tibus Patribus, quibus confirmauit tandem poſt hanc vitam ſpem aliquam ineſſe mortuis, [l] quibus tanta cura fuit ſuæ ſepulturæ, quæ minimè fuiſſet, niſi eis aliqua ſpes ineſſet poſt mortem: quæ fuit ratio cur cum ſanctis hominibus ſepeliri voluerit, atque etiam in terra ſancta. Vnde Iacob moriens in Ægypto ſuum corpus deferri mandauit ſtatim in Hebron, vbi ſepulta erant corpora ſuorum maiorum: ſic quoque feciſſe legitur Ioſephus. Tobias etiam *in cap.* 4. moriens mandauit filio ſuo: *Cum mortua fuerit mater tua, iuxta me honorificè ſepelies*: qualis eſt ille locus 3. *Reg.* 13. vbi quidam pſeudopropheta moriens ſuis filiis mandauit: *Cum mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro, in quo vir Dei ſepultus eſt, iuxta oſſa eius ponite oſſa mea*; ſperabat [m] enim ex huiuſmodi commixtione in ſepulchro, bene ſecum agendum eſſe, vel temporibus Ioſiæ Regis, quando omnia incendio conflagrarunt; tunc enim relicta ſunt tantùm vtriuſque defuncti oſſa, vel ſaltem in die reſurrectionis; ſic enim in eadem tellure ſepulti videntur profiteri eandem ſpem de futuris bonis. Huc igitur propoſitum eſſe videtur huic mulieri, vnde congruenter illa reſpondit, *ibique locum accipiam ſepulturæ*, id eſt, [n] ſepulta in eadem terra Iudæ, profitebor eandem ſpem, quam profeſſi ſunt illi, qui in eadem terra ſepulti ſunt. Videndus eſt hac de re Feuardentius in comment. ſuper hæc eadem verba, vbi pleraque inuenientur eleganter dicta in hanc ſententiam.

[l] *Propter certam ſpem tanta fuit cura ſepulturæ apud veteres Patriarchas.*
Tobiæ 4.
3. Reg. 13.
[m] *Iuxta ſancti viri oſſa tumulari, ſpem facit melioris reſurrectionis.*
[n] *In eadem tellure ſepulti cū ſanctis videntur profiteri eandem reſurrectionis ſpem.*
Feuardent.

§. VIII.

Moraliter totus hic locus oſtendit, fidem & ſpem neceſſarias eſſe ad ſalutem reuerenti ad Deum animæ.

116. Conſequens eſt vt oſtendamus, quid hic locus contineat, quod ad mores componendos pertineat, præſertim cùm iam experti ſimus dicere miſeram Noemi reuerſam de terra Moab adumbrare animam pœnitentem auerſam iam à peccato, atque ad Deum conuerſam, & [o] oſtendentem hoc in loco nurui ſuæ pœnitenti etiam viam, qua egreſſa eſt à peccato, atque ad Deum conuerſa, [p] eſt enim vnius pœnitentis conuerſio alterius peccatoris doctrina, iuxta illud, quod dixit regius Vates in Pſalm. 50. *Docebo iniquos vias tuas.* [q] Quoniam verò per fidem, & ſpem primò ea conuerſa erat, vtrunque articulum etiam propoſuit nurui ſuæ, & fidei, & ſpei, vtrunque enim neceſſarium erat ad ſalutem, ſicut Paulus dixit ad Hebræos 11. *ſine fide impoſſibile eſt placere Deo; credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & quia inquirentibus ſe, remunerator eſt*: poſtquam enim fidem poſuit neceſſariam ad ſalutem, adhibuit & ſpem, cum Deum remuneratorem dixit. Videndus eſt Clem. Alexand. *lib.* 2. *ſtromat. Fides*, inquit, *eſt prima ad ſalutem inclinatio, poſt quam timor, & ſpes, atque pœnitentia.* Similia dixit Cyrill. Hieroſolym. *catecheſ.* 1. cùm [r] fidem appellat, *oculum, & lampadam ſalutis, & viam ad Deum inueniendum.* Quibus ſunt ſimilia ea, quæ habet Euſeb. Emiſſ. *hom.* 2. *de ſymbolo*, cùm dixit, *fidem lumen eſſe animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis, cui neceſſariò coniungenda eſt ſpes, quæ veluti ſanguis eſt ipſius fidei*; quemadmodum dixit Clem. Alexand. *lib.* 1. *pædag. cap.* 6. *Sanguis fidei eſt ſpes, in qua continetur; cum autem ſpes expirauerit perinde eſt, ac ſi ſanguis effluxerit, vitalis fidei facultas diſſoluitur.* Quod autem Paulus fidei tribuēdum putauit, cum dixit, Enoch tranſlatum eſſe, hoc etiam ſpei munus eſſe, eleganter dixit Philo *in lib. de Abraham*; mutua enim ſocietate coniunguntur vtraque virtus, fides, ſcilicet, atque ſpes, & æterno fœdere ſociantur; ſunt autem hæc verba Philonis in lib. de Abraham; [t] *ſpem in foribus, quaſi genitricem natura collocauit, intus vero cæteras virtutes regias, quas adire licet nemini, qui non prius hanc vnam demeruerit.* Poſt ſpem ſecundum ordinem tenet pœnitentia peccatorum, & correctio, ita vt intelligendum ſit [u] pinet eum locum, quod de fide Paulus dixit, de ſpe intelligit ille, tranſlatus eſt Enoch, ne videret mortem, & non inueniebatur; *De tranſlato*, inquit ille, [x] *immutauerat enim hominem in alium, ſpes, quam habuerat de reſurrectione, ita vt de mutato non inueniretur.* Rectè igitur Noemi, quæ ſymbolum eſt animæ pœnitentis, & reuertentis de terra Moab, viam deriuauit nurui ſuæ reuertenti etiam de terra prophana; via autem, qua ipſa ad pœnitentiam reuerſa eſt, principium habuit fidei, atque etiam ſpei, quas duas virtutes ſequuta eſt pœnitentia comitantibus omnibus virtutibus, quibus comitibus ingreſſa eſt Bethlehem, ſiue domum patris, à qua exulauerat.

[o] *Sua exemplo Noemi viam facit egrediendi de culpa.*
[p] *Vnius enim pœnitentis conuerſio, alterius peccatoris doctrina eſt.*
Pſalm. 50.
[q] *Sic per fidē, & ſpem conuerſa Noemi vtrique nurui propoſuit actum.*
Hebr. 11.
Clem. Alex.
Cyril. Hier.
[r] *Fides oculus, & lampas ad ſalutē inueniēdam.*
Euſeb. Emiſ.
Clem. Alex.
[s] *Spes fidei ſanguis, qui ſi effluxerit, vitalis fidei facultas diſſoluitur.*
Philo.
[t] *Spes in foribus ſalutis prima occurrit.*
[u] *Poſt ſpem ſecundum tenet locū pœnitentia.*
[x] *Enoch trāſlatus, id eſt, per reſurrectionis ſpem in alterum tranſlatus.*

§. IX.

Animi Deo deuoti eſt fidem pro religione ſtabilire, ſub imprecatione malorum omnium.

Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat.

Tandem Ruth conuerſionis ſuæ certitudinem iuramento confirmauit, dicens, *Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, ſi non ſola mors, me & te ſeparauerit*; quaſi vellet, iuro, falleotem deſertricem velit immortalis Deus me ipſam, ſi vnquam à te de loco, vel religione, vel eodem ſepulchro diſiungar, niſi quando mors nos ſeparauerit. [z] Eſt autem hæc forma iurandi conſueta in ſcriptura, ſicut patet 1. *Reg. cap.* 25. atque etiam *lib.* 3. *Reg.* & eſt forma hominum imprecantium ſibi ea mala, quæ neque ipſa nominantur propter eorum malitiam; in quibus verbis videtur ineſſe ea figura, quæ liptote appellatur, contrariaque eſt hyperboli, eſtque forma loquēdi ecliptica, [a] hoc eſt, defectiua, in qua ſcilicet aliquid neceſſariò ſupplendum eſt, qualis eſt ille locus apud Poëtam *in* 1. *Æneid.* cum Neptunus dixiſſe fertur ventis: *Quos ego*: & ille alius de Amyntha in Egloga: 117.

Quid prodeſt, quòd me ipſe animo, non ſpernis Amyntha?
Plus aliquid, ſcilicet, volo.

Qualis eſt etiam locus ille apud Prophetam, *quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam.* Sic ſimiliter hoc in loco, *hæc mihi faciat Deus, & hæc addat*, id eſt, omnia mala mihi imprecor, ſi à te ſeparer, [b] quæ neque dici quidem poſſunt.

* * *

[z] *Hæc forma iuramenti conſueta in Scriptura.*
1. Reg. 25. & lib. 3. Reg.
[a] *Eſt quidem ecliptica, ſeu defectiua.*
Virgilius.
Pſalm. 94.
[b] *Sed quæ plura, quàm dici poſſunt ſignificat.*

§. X.

§. X.

Sicut noui fructus torrentur igne, ſic virtus incipiens probatur ſermone rigido.

118. *Videns autem Noemi, quòd obſtinato animo Ruth decreuiſſet ſecum pergere, aduerſari noluit, neque vltra ad ſuos reditum perſuadere.*

VBi autem Noemi cognouit animum Ruth religiooi, & pietati omnino deuotum eſſe, neque quidquam ſimulatoin habere, ſed iam ſtabilem eſſe, [c] noo auſa eſt eonti cootradicere; boc eoim eius longior quærebat oratio, vt redderet ſtabilem animom, & firmum, quemadmodum aliud voleos dixit Philo in lib. de ſacrificio Abelis, *Sit preterea noua anima maturitas toſta*, id eſt, *tanquam aurum, ſermonum efficacia anima examinata ſit, & probata; ſicut enim viremium ſpicarum fructus torretur, vt deponat mollitiem, eodem mode nouum conatum tendentium ad maturitatem virtutis oportet potenti ſermone torrere, atque ita ſolidum, & durum reddere*; ſic [d] eoim fit, vt nec virtus fluida ſit, ſed ſolida, & irratiunales affectiones labeſaćtentur, qualem inuenies Iacob coquentem, quando maximè deſluebat Eſau. Ad eum igitur ſtatum poſtquam redegit ſua doćtrina prudens Noemi nurum ſuam Ruth, ooluit ampliùs eidem reſiſtere [e] ne ſaueoti, & auxilianti Spiritui ſaocto repugnare videtetut, potiùs quàm tentare proſelytam nouam. Quod autor ſacer his verbis ſignificauit: *Videns ergo Noemi, quòd obſtinato animo Ruth decreuiſſet ſecum pergere, aduerſari noluit, neque vltra ad ſuos reditum perſuadere*: ita vulgatus interpres. Quem locum Hebræi ita legunt: *Videns autem, quòd obdurata eſſet ad eundum ſecum, deſiit loqui ad illam de eadem re*, hoc eſt, nec pluta loeuta eſt de ea materia, comitem accepit itineris nurum ſuam iam confirmatam, & ſtabilitam io rebus fidei.

[c] *Non reſiſtit amplius Noemi, cum videret iã ſtabilem nurus animam ad pietatem.* Philo.

[d] *Ne virtus ſit fluida, potenti ſermone coquatur. Iacob coquens quando maximè deſluit Eſau.*

[e] *Multum reſiſtere animo præ ſe ferenti ſtabilitatem, eſt faventi Deo repugnare.*

Hebr. text.

119. Quanuis autem mibi non diſpliceant ea, quæ huc vſque diximus, verba ſcilicet hæc Ruth, reſponſionem eſſe ad articulos, qui proponi ſolebant proſelytis conuerſis ad fidem, iuxta traditionem Hebræorum; [f] magis tameo crediderim, reſponſionem eiuſdem eſſe ad eam hiſtoriam, quam forte ei narrauerat Noemi de vocatione Abrahami ab Vr Chaldæorom in ſanćtam religiooem Hebræorum, ſicut eleganter pondetat Ambroſ. *lib. de Abraham. cap.* 2. cùm dixit, *ſatis fuerat dixiſſe oraculum diuinum Abrahamo, egredere de terra; in egreſſu enim de terra continetur apertè egreſſus de cognatione ſua, atque de domo patris ſui; ſed ideo, inquit Abraham, ſingula addidit, vt eius affectum probaret, ne forte aut imprudenter cœpiſſe videretur, aut fraus aliqua mandatis cæleſtibus pararetur.* Sic quoque Noemi feciſſe credendum eſt, enarrando vniuerſam hanc hiſtoriam nurui ſuæ; inculcauit enim non ſatis eſſe patriam relinquere, ſed oportere etiam pareotes, imò & domum paternam, ſed etiam Deos libenter relioquere ſecuturam ſocrum ſuam vſque ad mortem.

* * *

[f] *Poſitã reſponſionem Ruth proſelytæ potius ad hiſtoriam Abrahæ egredientis de terra Chaldæorum referendam putat author.*

Ambr.

[g] *Deus, ſingula quæ facienda præcipit, expreſsè præmittit, ne imprudenter ſibi obediatur.*

TRACTATVS XII.

De verbis illis: *Profectaque ſunt ſimul, & venerũt in Bethlehem. Quibus vrbem ingreſſis, velox apud cunctos fama percrebuit, dicebantque mulieres: Hæc eſt illa Noemi. Quibus ait: Ne vocetis me Noemi, (id eſt pulchram) ſed vocate me Mara, (id eſt amaram) quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens. Egreſſa ſum plena, & vacuam reduxit me Dominus, cur ergo vocatis me Noemi, quam Dominus humiliauit, & afflixit Omnipotẽs? Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru ſua de terra perigrinationis ſuæ, ac reuerſa eſt in Bethlehem, quando primùm hordea metebãtur.* Siue, *de vera viduitate.*

IN boc duodecimo Tractatu explicaoda ſunt omnia ea, quæ pertineot ad aduentum, & iogreſſum harum duarum molietum in Bethlebem Iudæ. Quoniam verò in his verbis plura contineotur, quæ ſpectant ad veram, & perſećtam viduitatem, quam exiſtimamos potiorem partem eſſe huius libri: de duabus eoim viduis præcipuè agitur in eo, quarum altera perpetuò miſera [h] fuit, in qua vera viduitas adumbratur, neqoe enim vnquam ad ſecundas conuolauit nuptias, ſed poſt mortem mariti ſui perpetuam ſeruauit pudicitiam; altera verò tandem poſt longos labores felicitatem inuenit, & [i] in ſacramentum, & myſterium ſecundom accepit maritum; proinde in Noemi perfećtam viduam oſtendemus, in Ruth autem coniugium Eccleſiæ, & cum gentibus, & Chriſto. 120.

[h] *In Noemi perpetuò miſerã viduitas vera demonſtratur.*

[i] *In Ruth poſt longos labores felici, coniugium oſtenditur Eccleſiæ ad Chriſtum.*

§. I.

Tempus, & dolor ita pulchritudinem deprædantur, vt in miſerationem, & contemptum veniat.

121. *Dicebantque mulieres: Hæc eſt illa Noemi.*

PAulatim autem antequam ad ſingula accedamus, explicanda ſunt ea, qua pertinent ad literam. Aduertendum igitur eſt, ea verba qua mulieres Bethlehemitiæ dixerunt ad ingreſſum Noemi in Bethlehem, ſcilicet, *Hæc eſt illa Noemi*, [l] duplicem ſenſum efficere poſſe, ſicut aduertit Lyranus ad bunc locum. [m] Vel enim per irriſionẽ

[l] *Duplex horum verborũ ſenſus.*

[m] *Alter per irriſionem.*

effet unius

effeuntur, quaſi ſit ſenſus, Hæc eſt illa, quæ opibus potens egreſſa eſt, tandem miſera reuerſa eſt, ſicut euenire ſolet iis, qui nulla pauperum cómiſeratione mouentur; exiſtimát enim Hebręi egreſſum huius mulieris de Bethlehem pariter cum marito ſuo, & fortunis fuiſſe propter importunitatem pauperum, ſicut nos iam ſuprà diximus, & reiecimus. [n] Secundò hæc verba efferuntur per quandam commiſerationem, & compaſſioné earum, quæ viderát fortunatiſſimam matronam, nunc autem miſerrimam; hoc enim ſignificant ea verba, *Hæc eſt illa Noemi.* Conciliabimus autem vtrunque ſenſum, ſi naturam vulgi priùs attentè conſiderauerimus, quod in varias, & diſſimiles ſententias plerunque ſcinditur, ſicut aduertit Chryſoſt. *hom.* 2. *ſuper Ioan.* cùm ita populum definit: [o] *Populus eſt quidam tumultus perturbationibus plenus. Eſt ſtultitia maiori ex parte conſtans, temere ad inſtar fluctuum in varias ſæpe, & pugnantes ſententias iactatus.* Quod etiam dixit Cicero in orat. pro Muræna: *Inſtabile vulgus, nihil incertius, in quo eſt varietas, & crebra tanquam tempeſtatum, ſic ſententiarum commutatio;* vt iam mirum non ſit, ſi ingredientem hanc mulierem, quidam irriſerint, [p] quidam ſumma commiſeratione affecti ſint, ſicut plerunque fieri ſolet apud vulgus. Mihi tamen magis placet, hæc verba eſſe commiſerantium, atque condolentium.

[n] Alter per compaſſioné.

Chryſoſt.

[o] Aduertenda vulgi natura.

Cicero.

[p] Vterque locum habet.

122. Magis mihi placet poſterior expoſitio, [q] vt ſint ea verba condolentium mulierum; eſt enim muliebre ingenium maximè aptum ad commiſerationem, præſertim [r] cum pulchritudinem, & fœlicitatem præteritam cum præſenti fortuna, & deformitate contulerint. Occurrebat enim in memoriam felicitas, & pulchritudo illius matronæ, deformitatem, & miſeriam referebat eius aduentus, propterea dolentes dicebant, *Hæc eſt illa Noemi*: conferebant enim veterem felicitatem cum præſenti calamitate: ſatis autem ſuam miſeriam inculcauit, cùm neque pulchra, neque ſuauis haberi voluerit, aut nominari; hoc enim ſignificat nomen Hebræum *Noemi*; cùm [s] enim felix mulier ea ſit, quæ pulchra habeatur, ſicut eleganter dixit Horat. *lib.* 4. *Carm ode.* 13. vbi felicem mulierem pro formoſa ponit; rectè hæc mulier formoſa haberi noluit, quia infelix; nanque, vt pulchrè quidam dixit, *tempus, & dolor pulchritudinem deprædantur*: proinde illa corrigit laudantes pulchritudinem dicens, *Nolite me vocare Noemi,* [t] quia ſcilicet pulchra eſſe non poteſt, quæ infelix eſt, & præſertim, quia hæc mulier induit hoc in loco eum affectum, qui in generoſis animabus potentiſſimus eſt ad commouendum [t] ad dolorem, cùm in miſeria conſtitutis ſubiicitur recordatio felicitatis à qua exciderint, quod optimè dixit Boëtius lib. 2. de conſolat. [u] *Infeliciſſimum genus infortunij fuiſſe felicem: lenior enim dolor eſt,* quemadmodum dixit Seneca in lib. de tranquill. *non habere, quàm perdere; tolerabilius eſt non acquirere, quàm amittere; ideóque lætiores videbis, quos nunquam fortuna aſpexit, quàm quos deſeruit; non enim bona non acquirere, ſic graue eſt, quàm acceptis priuari.* Videndus eſt Stobæus *ſerm.* 13. cum ait, *Nihil eſt tam miſerabile, quàm ex beato fieri miſerũ.* Expreſſit hoc potentiſſimus Pompeius apud Lucan. *Deterior eſt fortuna prior.* Materia *Pſ.* 101. quando amplificando regius Vates iram diuinam in ſeipſum dixit, *à facie iræ indignationis tuæ,*

[q] Magis probatur, quòd per compaſſionem hæc dicta ſunt.

[r] Aptius enim ad commiſerationem eſt muliebre ingenium, cum præteritã pulchritudiné in fœmina viderit deformatam.

[s] Vnde cũ felix mulier ſit, quæ formoſa, rectè formoſa dici noluit Noemi, quia infelix.

Horat.

[t] Memoria priſtinæ felicitatis potentiſſima ad cõmouendũ dolorem in generoſo animo.

Boëtius.

[u] Infeliciſſimũ genus infortunij fuiſſe felicem.

Seneca.

Stob.

Lucan.

quia eleuans alliſiſti me; extuliſti me in altum, vt grauiori ruina deiiceres; [x] *magis enim vnde, quàm quò cadas, refert,* ſicut dixit Tragicus. Videndus eſt Plutarch. *lib Problem. Romanor. cap.* 49. Quare meritò hæc mulier dixit, *Nolite me vocare Noemi, vocate me mara potius, egreſſa enim ſum plena, & vacuam me reduxit Omnipotens*: dolet enim recordatione præteritæ felicitatis, dum præſentem miſeriam intuetur, & eandem confert cum fælici ſtatu, quem amiſerat: proinde illis verbis eſt pulchra correctio, qua [z] Noemi corrigit vel pulchram vocantes ſeipſam, vel priſtinam felicitatem referentes. Qualis eſt locus *apud Matth. in cap.* 3. quando Ioan. videns quòd oportebat Chriſtum baptizare, dixit, *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me.* Similis eſt illa locutio Luc. 1. *Vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me?* Videndus eſt Gregorius *in epiſt.* 125. *ad Leandrum*, vbi hæc eadem verba refert, cùm eum aliquando laudaſſet Leander, *Vitam,* inquit, *meam imitabilem cunctis eſſe, illa veſtra epiſtola loquitur, ſed quod non eſt ita vt dicitur, ſit ita, quia dicitur, ne, qui non ſolet, mentiatur, ad hæc autem breuiter cuiuſdam bonæ mulieris verba loquar, nolite me vocare Noemi.* Ex quibus iam efficitur, correctionem habere hæc verba, qua corrigit eas, quæ felicem, & pulchram eam vocabant.

[x] Magis vnde, quàm quò cadas refert.

Tragic.

Plutarch.

[z] Pulchra correctio in verbis Noemi ad mulieres Bethlehemiticas.

Matth. 3.

Luc. 1.

Greg. Magn

Si quis autem quærat, cur hoc in loco reliquerit vulgatus Interpres vocem Hebræam *Mara*, videat Hieron. *in epiſt. ad Marcell. n.* 173. vbi aſſerit Apoſtolos, & ſacros authores, quædã verba reliquiſſe [a] non interpretata peculiari quadam ratione, *vt quoniam prima Eccleſia ex Hebræis fuerat congregata, nihil ad credentium ſcandalum innouaret, ſed ita, vt à principio imbiberant, traderet: poſtquam autem in vniuerſas gentes Euangelij dilatatus eſt ſermo, non potuiſſe ſemel ſuſcepta mutari.* Quibus addenda ſunt ea, quæ habet Auguſt. *lib.* 2. *de doctrina Chriſtiana, cap.* 11. Quo in loco ait, quaſdam voces Hebræas retentas eſſe in vulgata editione, atque etiam in Græcis codicibus, [b] tum propter ſanctiorem authoritatem (quamuis enim interpretari potuiſſent, tamen ſeruata eſt antiquitas,) tum etiam, quia in alia lingua interpretari non tam bene potuiſſent. Similia habet idem Aug. *epiſt.* 178. *& lib.* 2. *de doctr. Chriſt. cap.* 54. *& lib.* 2. *contra Creſconium, cap.* 1. Ambroſ. *lib.* 2. *in Luc. cap.* 2. Videtur autem hoc in loco author ſacer conſulto vtranque vocem Hebræã reliquiſſe non interpretatam, [c] quia hoc in loco agitur de vocatione Gentium, ne fortè à memoria excideret, Eccleſiam Chriſti de Gentibus vocatam ab Hebræis originem, & principium habuiſſe. Quod autem dixit hæc eadem vidua, *quia amaritudine repleuit me Omnipotens*, de more lugentium, & infelicium dixit, [d] ſolent enim, qui ægrè dolent ad amplificandã vim doloris Deum authorem facere eorum, quæ patiuntur: qualis eſt ille locus Iob cap. 1. *Dominus dedit, Dominus abſtulit*; imò & apud prophanos ita fieri conſueuit, quemadmodum dixit Poëta *lib.* 2. *Æneid.*

——ferus omnia Iupiter Argos

Tranſtulit.

Similia ſunt apud Amos in cap. 6. *Tace, & ne recorderis nominis Domini, quia ecce Deus mandauit*, id eſt, hæc mala à Deo ſunt. De more igitur dolentium hæc mulier oſtendit ſuarum calamitatum authorem Deum eſſe.

123.

Hieron.

[a] Quandoque & quare in ſacris literis aliquãdo relinquantur Hebræa verba non interpretata.

Auguſt.

[b] Duplex eiuſdem moris ratio ex Auguſtino.

Auguſt.

Ambr.

[c] Propter myſterium vocationis gentium, quæ ab Hebræis traxit originem, fortè hæc nomina relicta ſunt ſine tranſlatione.

[d] Solent, qui ægrè dolẽt ad amplificandã vim doloris, Deum ſui mali authorem dicere.

Iob 1.

Virgilius.

§. II. *Vidua*

§. II.

Vidua in lachrymis, & luctu perpetuò viuat.

124. *Ne voceτis me Noemi, id eſt, pulchram; vocate me, Mara, id eſt, amaram, quia amaritudine repleuit me omnipotẽs; egreſſa ſum plena, & vacuam reduxit me Dominus.* CONſequens iam eſt vt de perfecta viduitate aliquid dicamus, cùm eam ſatis adumbrauerit hæc molier, dicens, *Ne voceτis me Noemi, id eſt, pulchram, vocate me Mara, id eſt, amaram, quia amaritudine repleuit me Omnipotens; egreſſa ſum plena, & vacuam reduxit me Dominus, cur ergo vocatis me Noemi, quam Dominus humiliauit, & afflixit Omnipotens?* Quibus verbis ſatis expreſſit imaginem veræ viduitatis, [e] cui nihil iam placet eorum, quæ placebant, vt quæ omnes ſuas voluptates priores pariter cum coniuge ſepelierit, & in qua orbitatis magnitudo, occaſio fuit religionis, ſicut pulchrè dixit Hieron. ad Saluioam de viduitate ſeruanda, deinde addit, *Tu verò, quæ in tumulo mariti ſepeliſti omnes voluptates, quæ litam purpuriſſo, & ceruſa faciem ſuper feretrum eius lachrymis deleuiſti, quæ pullam tunicam, nigróſque calceolos, candida veſtis, & aurati ſoccis depoſitione ſumpſiſti, [f] nihil habes neceſſarium, niſi perſeuerare in ieiunio pallor & ſordes gemma tua ſint, plumarum mollities, iuuenilia membra non ſoueant, balnearum calor nouum adoleſcentiæ ſanguinem non incendat.* Audi quid de vidua cantet Poëta:

[e] *Imago vera viduitatis ex Hieronymo.*

Hieron.

[f] *Vidua nihil neceſſarium, niſi perſeuerare in ieiunio, eius pallor & ſordes gemmæ ſint.*

Virgil.

> *Ille meos primus, qui me ſibi iunxit, amores*
> *Abſtulit, ille habeat ſecum, ſeruétque ſepulchro.*

Vnde felicia Samceoerina Ductrix Gatatinę demortuo marito in hanc ſententiam ſibi ſymbolum fecit, [g] turturem poſuit in nudo ceſpite, cuius hæc erat litera, *ille meos*, alludens ad id, quod paulo ante citauimus ex Poëta, *ille meos primus, qui me ſibi iunxit amores*, & arbore ſpoliata frondibus, & floribus, & ane turture ſemper gemebunda veram viduitatem expreſſit. Similia ſunt ea, quæ habet Naxianz. *in præceptis de virginibus*, cùm docet, imaginem eſſe veræ viduitatis turturem anem, [h] quæ defuncto marito nihil aliud agit, quàm gemere, ſic enim habet Naziaox.

[g] *Turtur ſymbolũ viduitatis.*

Nazianz.

[h] *Quia defuncto marito nihil agit, niſi gemere.*

> *Vt ſemel eſt dulci turtur viduata marito,*
> *Extinctum gemit aſſiduè, luctúque requirit,*
> *O verè ſapiens volucris!*

Baſilius. Videndus eſt Baſilius, *orat. de temperant. & incontinent.* vbi docet, viduas viduam turturem imitari oportere. Suffragatur Origenes *in orat. ad viduas.* Hieronym. *in epiſtol. ad Paulinam.* Quæ fuit ratio, eur apud Ægyptios, viduitatis ſymbolum fuerit nigra columba, ſicut proſequitur Chryſoſtom. epiſt. ad viduam iuniorem: *Nunc verò repente omnes, nigra, ac luctus accommodata ſtola amicta, omne ſuum tempus in lachrymis, & querimoniis conſumunt.* Videndus eſt Auguſt. *de bono viduitatis, cap. 19.* cùm docet eam pulchram eſſe viduam, [i] quæ maximè ſenex eſt, cùm ita ait: *Quæ iam certè ſeanis, eſt pulchra vobiſcum, vigorem quippe huius pulchritudinis, dum extendit interior charitas, rugam in eo non facit annoſitas.* Videnda ſunt ea, quæ Chryſoſt. addit. *homil. in viduam iuniorem*, cùm docet, *viduæ nomen non eſſe calamitatis nomen, ſed honoris* [l] *maximi*, id quod probat ex Paulo 1. ad Timoth 5. *Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, & adoleſcentulas viduas deuita*: de Epiſcopis autem præcipiens nullum præfiniuit annorum numerum, non quòd viduitas ſacerdotio maior ſit, ſed quoniam maiorem illæ, quàm ipſi laborem ſuſtinent, præſertim cùm eo maximè tẽpore, vidua mortua eſſe [m] videatur, cùm maximè viuit, iuxta ſententiam eiuſdem Pauli eadem epiſt. ad Timoth. 5. *Vidua quæ in deliciis, viuens mortua eſt*: [n] quæ enim verè vidua eſt, pro mortua ſe gerere debet; aliter enim viuens non viuit vita viduæ, *impoſtura genus eſt aliud agere, & aliud profiteri*, ſicut in hanc ſententiam dixit Ambr. Videndus eſt Cyprian. *lib. 3. ad Quirinum, cap. 7.* vbi legit illum locum Pauli, *quæ enim verè vidua eſt*, ita potiùs, *quæ enim delicata eſt, viuẽs mortua eſt*, eſt enim proprium earum, quæ maritos habent, [o] delicatas appellari, ſicut colligitur ex illo Iſai cap. 47. *Audi hæc delicata, quæ dicis in corde tuo, Non ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem*; eſt enim deliciis oppoſita vera viduitas, vt pulchrè in eandem ſententiam dixit Ambroſ. *Reminiſcamur vbi Suſanna, vbi Anna, vbi Maria reperta ſint; nupta in paradiſo, vidua in templo, Virgo in ſecreto.* Proſequitur in eandem ſententiam Ambroſ. cum oſtendit amaritudinem eſſe propriam viduitatis: *Habet*, inquit, *vidua bona, [p] commendationis ſuæ materiam, vt dum virum luget, fleat ſecum, & in promptu ſiat lachryma redemptrices dum penduntur mortuis, viuentibus profutura; paratus mœſtitudini animi fletus miſericordiam conciliat, laborem minuit, dolorem leuat, ſeruat pudorem, nec iam miſera ſibi videtur, quæ conſolationem in lachrymis habet, in quibus ſunt charitatis ſtipendia, officia pietatis, ac proinde meritò ea, quæ amaritudine repleta eſt, [q] verè vidua eſt.* Vnde noluit hæc appellari Noemi, ſed potiùs Mara, quæ enim amara eſt, veræ viduæ nomen meretur. Videndus eſt Nyſſen. *in opere de virginitate, cap. 7.* cùm ita habet: *Quæ ſunt*, inquit, *viduitatis propria incommoda, [r] quotus quiſquam eſt, qui omnia accuratè enumeret de improuiſo? viduitas, ærumna, ſolitudo; pro luce, in nuptiali cubiculo, caligo, & tenebræ, luctus, lamentabiles ploratus, atque odium in eos, qui dolorem lenire conantur, corporis tabes, cibi abſtinentia, contractio, demiſſióque animi, mortis cupiditas, quæ ſæpe ad ipſam vſque mortem perdurat.* Id quod expreſſit Eliſæus propheta *lib. 3. Reg. cap. 17.* cùm dixit: *Domine Deus, etiam ne viduam, apud quam ego vteunque ſuſtentor, afflixiſti, interficiendo filium eius?* quaſi viduitati non ſufficeret ſua miſeria, orbitatem filij addidiſti. Ex quibus iam infertur plenam eſſe omnibus laboribus viduitatem, [ſ] vacuam autem omnibus voluptatibus. Vnde Hieron. dixit cap. 22. *viduam nolite contriſtari*: hæc autem vidua, vel ſola recordatione antiquæ felicitatis vehementer afficiebatur, propterea dixit, *Nolite me vocare Noemi, vocate me Mara*; quaſi vel ſola recordatione anteactæ felicitatis læderetur, *mærenti enim*, ſicut dixit Cicero, *ſi forte riſus ſubrepat, dolet, quia non conuenit riſus cum miſero ſtatu.*

Origen.

Hieron.

Chryſoſt.

Auguſt.

[i] *Pulchra vidua, quæ maximè ſenex eſt.*

Chryſoſt.

[l] *Vidua nomẽ non eſt calamitatis, ſed honoris maximi.*

1. Tim. 5.

[m] *Vidua, quæ delicatè viuit, mortua eſſe videtur.*

[n] *Verè enim vidua pro mortua ſe gerere debet.*

Ambr.

Cyprian.

[o] *Eſt namque propriũ earũ, quæ maritum habent, delicatas appellari.*

Ambroſ.

[p] *Bonæ viduæ commendatio ſint inges lachrymæ.*

[q] *Quæ enim amaritudine plena eſt, verè vidua eſt, & nomen viduæ meretur.*

Nyſſen.

[r] *Viduitatis incommoda tam multa ſunt ex Nyſſeno.*

3. Reg. 17.

[ſ] *Vt plena ſit viduitas omni malo, & omni voluptate vacua.*

Hierem. 22.

Cicero.

***

§. III. Vt

§. III.

Viduitatis patrocinium ex dignitate Deus ſuſcipit.

125. Philo. [t] *Propterea non dedignatur Deus viduarum ſuſcipere patrocinium, poſthabitis Regibus, & tyrãnis;*

REctè autem quærit Philo in lib. de offerentibus victimas, *cur Deus, cùm tantus, ac talis ſit, non dedignetur eſſe iudex in cauſa [t] pupillorum, & viduarum, & poſthabitis regibus, tyrannis, & magiſtratibus, humilis dignatur hoc priuilegio pupillorum, ac viduarum profiteri tutelam? quia hæ maritis, illi parentibus orbati ſunt, quibus humana ope destitutis, nullum præterea relinquitur auxilium, ideo maxima ſpes ſupereſt in diuino, quia propitium numen non auerſatur huiuſmodi patrocinium; ſolet enim Deus occurrere, quando cætera deficiunt humana remedia;* ſicut eleganter dixit Euſebius, [u] *neceſſe eſt enim adeſſe diuinum, vbi humanum ceſſat auxilium.* Id quod videtur deſumptum ex Philone *in lib. de vita Moyſis*, vbi loquens de exitu filiorum Iſrael de Ægypto ita dixit, *nolite animo cadere, aliud eſt humanum, aliud diuinum auxilium, [x] exitum enim inuenire in rebus dubiis eſt Deo proprium.* Vnde ratio patrocinij diuini in miſeras viduas ex mente Philonis eſt extrema earum miſeria. Aliter tamen, & elegantiùs hanc quæſtionem ſoluit Tertull. *in lib. 1. ad vxorem c.* 8. cùm de viduis loquitur, ita enim habet: *De viduitatum honoribus apud Dominum vno dicto eius per Prophetam expeditum eſt; iuſtè facite vidua, & pupillo, & venite, diſputemus, dicit Dominus. Duo iſta nomina inquantum deſpectui humano, in tantum diuina miſericordia expoſita, ſuſcipit tueri Deus, quanti eſt vidua ipſa, cuius aſſertor ipſe Deus eſt, [z] non tantùm virginibus datum opinor; licèt in illis integritas ſola, & tota ſanctitas de proximo viſura ſit faciem Dei, tamen vidua habet aliquid operoſius, quia facile eſt non appetere quod neſcias, & auerſari, quod deſiderau eris; nunquam glorioſior continentia, quæ ius ſuum ſentit, quæ quidquid viderit, nouit; poterit virgo felicior haberi, [a] at vidua laborioſior; illa, quòd bonum ſemper habuit; iſta, quòd bonum ſibi inuenit; in illa gratia, in iſta virtus coronatur: quædam enim ſunt diuinæ liberalitatis, quædam noſtræ operationis; quæ à Domino indulgentur, ſua gratia gubernantur; quæ ab homine captantur, ſtudio perpetrantur.* Ex quibus verbis conuincitur eum fermè æquaſſe viduitatem virginitati, ſi non in felicitate, ſaltem in gloria, & labore. Ad quem locum videtur alluſiſſe Clem. Alexand. *lib. 3. ſtromat.* cùm dixit: *Sunt qui præferunt viduas virginibus, quod ituinet ad continentiam, vt quæ voluptatem, quam expertæ ſunt, magno, & excelſo animo contempſerint:* [b] dignitatis igitur videtur eſſe, & non ſolius extremæ miſeriæ, quòd Deum patronum, & aſſertorem inuenerint.

Euſeb. [u] *Neceſſe eſt enim adeſſe diuinum, vbi humanum ceſſat auxilium.*

Philo. [x] *Deo nanque proprium in rebus dubiis exitum inuenire.*

Tertullian.

[z] *Quanti eſt vidua, cuius aſſertor Dominus, non tantum datũ Virginibus.*

[a] *Poterit Virgo felicior haberi, at vidua laborioſior.*

Clem. Alex.

[b] *Vnde dignitatis videtur eſſe, non extrema miſeriæ, quòd Deũ inuenerit patronum viduitas.*

§. IV.

Quanti meriti ſit viduæ oratio.

126. [c] *Præceptum viduitatis eſt, rarò in publicum, & religionis tãtùm cauſa procedere.*

QVòd autem de terra prophana egreſſa ſit hæc vidua in terram Bethlehem, iuxta præceptum veræ viduæ [c] feciſſe credendum eſt, quæ ratò in publicum exire velit, & quando ad templum oratura accedit, quod maximè laudauit D. Hieronym. in ſua Marcella, ſicut habetur in epiſt. ad Principiam Virginem de epitaphio Marcellæ: *Rarò procedebat ad publicum Marcella, & maximè nobilium matronarum vitabat domos, ne cogeretur videre quod contempſerat; Martyrum baſilicas ſecretus celebrabat orationibus, vt quæ populorum frequentium declinaret.* Qualis fuit Noemi, quæ vbi primùm filios & maritum perdidit, ad ſacrarium confugit; hoc enim eſt officium proprium veræ viduæ, ſicut Paulus dixit, 1. ad Timoth. 5. *Quæ verè vidua eſt, & deſolata, ſperabit in Dominum, & perſiſtet in oratione nocte, ac die.* Quod Lucas notauit in Anna vidua, *quæ non diſcedebat à templo in ieiuniis, & obſecrationibus ſeruiens nocte, ac die;* quod laudauit Auguſt. *in epiſt. 121. ad Probam viduam*, quæ per epiſtolam ab eo poſtulauerat, vt ſibi orandi Dei modum præſcriberet, cùm ita habet: *Quod autem magis potuit eſſe viduitatis negotium, quàm perſiſtere in oratione nocte, ac die ſecundùm Apoſtoli admonitionem? quamuis enim omnia membra Chriſti orare debeant, [d] ſpecialiter tamen diligentior cura orationum in Scriptura, viduis Chriſti inuenitur commendata: quamuis enim in templo duas Annas orantes inuenimus, vnam vxoratam, alteram viduam, illa filium inuenit, [e] hæc Deum in carne; illa genuit filium, vidua autem, de qua dicitur 3. Reg. cap. 17. mortuum filium excitauit: acceſſit Anna vxorata ad tẽplum, vt filium in ſterilitate inueniret; [f] occurrit Deus in via, vt filium defunctum viduæ, quæ egreſſa eſt de ciuitate Naim.* Luc. 7. *viuum redderet:* quemadmodum eleganter proſequitur D. Chryſolog. *in ſerm. peculiari de eo argumento.* Similiter & hæc noſtra vidua [g] ſi filium non inuenit, inuenit Deum in carne de ſuo ſanguine, atque genere.

Hieron.

1. Timoth. 5.

Luc. 2.

Auguſt.

[d] *Specialiter viduæ in Scriptura ſacra, orationis cura mandatur.*

[e] *Oratio viduæ Deum in carne inuenit.*

3. Reg. 17.

[f] *Alteri occurrit Deus vt filium defunctum reſtituat.*

Luc. 7.

Petr. Chryſ.

[g] *Noſtra quidem Noemi ſi filiũ non inuenit, inuenit Deum ſaniem carne de ſuo genere, & ſãguine.*

§. V.

Viduitatis luctuoſæ robur, & fortitudo.

147. QVamuis autem hæc vidua deſolata dicatur, atque deſtituta liberis, & marito, in eadem tamen robur, & fortitudinem magnam eſſe, ſequentia oſtendent. Latiſſimè enim Patres oſtendunt veram [h] viduitatem magnas vires habere, quod dixit Hieron. in epiſt. ad Furiam; *legimus*, inquit, *Iudith viduam confectam ieiuniis, & habitu lugubri ſordidam, & quæ non lugebat maritum mortuum, ſed ſqualore corporis ſponſi quærebat aduentum, video armatam gladio manum, cruentatam dexteram, recognoſco de mediis hoſtibus Olophernis caput reportatum, vincit viros fœmina, & caſtitas truncat libidinem, habituque repente mutato ad victrices ſordes redit, [i] omnibus ſæculi cultibus mundiores, ne dicam, fortiores;* ſic quoque, inquit Hieronym. *Noemi interpretari poſſumus, conſolatam, marito, & liberis peregrè mortuis, pudicitiam enim reportauit in patriam, & hoc ſuſtentata viatico nurum Moabitidem tenuit;* vt illud Eſaiæ impleretur, *Emitte agnum dominatorem terræ de petra deſerti.* Vult enim Hieronym. [l] potentem fuiſſe Noemi in ſua orbitate extrema ad euocandum de cælo in terram Deum, & ad eandem carnem induendam, iuxta vaticinium Eſaiæ, quod Hieronym. intelligit de Ruth Moabitide videndus eſt hac de re Ambroſ. *in lib. de viduis*, cùm ita expreſsè habet; *ſed nec fortitudo bona viduæ deeſſe conſueuit, hæc enim vera fortitudo eſt, [m] quæ naturæ vſum, ſexus infirmitatem, mentis deuotionem tranſgreditur, qualis in illa fuit, cui nomen Iudith, quæ viros obſidione fractos, percuſſos metu,*

[h] *Vera viduitas magnas vires habet.* Hieron.

[i] *Viduæ ſordes, omnibus ſæculi cultibus mundiores, & fortè fortiores.*

[l] *Potens fuit viduitas ad euocandũ de cælo Deum.*

Ambr.

[m] *Fortitudo viduæ naturæ vſum, ſexus infirmitatem, mentis deuotionem trãſgreditur.*

metu, pauidos fame, ſola potuit à colluuione reuocare, ab hoſte defendere. Extra murum enim proceſſit illo fortior exercitu, quem liberauit, atq; eo præſtantior, quem fugauit; ſed vt diſcas matura viduitatis affectum, ſeriem ipſam proſequere ſcripturarum; à diebus enim viri ſui, quibus ille defunctus eſt, veſtem iucunditatis depoſuit, mœroris aſſumpſit, per omnes dies intenta ieiunio; diuturnis igitur mœroribus, [n] *& quotidianis roborata ieiunijs ſancta Iudith, quæ ſeculi oblectamenta non quærebat, periculi negligens, mortiſque contemptu fortior, vt commentitium inſtrueret colum, veſtem illam iucunditatis, quam viuente viro veſtire ſolebat, ſe induit, quaſi placitura viro, ſi patriam liberaret. Sed virum alium videbat, cui placere quærebat; illum vtique de quo dictum eſt, poſt me venit vir, qui ante me factus eſt; & bene coniugales pugnatura reſumit ornatus,* [o] *quia monimenta coniugij, arma ſunt caſtitatis; neque enim vidua alijs, aut placere poteſt, aut vincere, hac tamen iucunditatis veſtem depoſuit, viduitatis aſſumpſit, nec triumphorum ſuorum amauit ornatus,* [p] *illos exiſtimans eſſe meliores, quibus vitia corporis, quàm quibus arma vincuntur.*

[n] *Diuturnis mœroribus & quotidianis ieiunijs roboratur.*

[o] *Monimenta coniugij arma ſunt caſtitatis.*

[p] *Meliores exiſtimat vidua ornatus, quibus vitia corporis, quàm quibus arma vincũtur.*

128\. De hoc eodem argumento videnda ſunt ea, quę habentur *in lib. Iudic. cap. 4.* cùm agitur de vidua Debbora; quem locũ eleganter explicauit Ambr. in eodem lib. de viduis: *Cum Iudæi,* inquit, *Iudicum regerentur arbitrio, qui virili non poterant vel æquitate regi, vel virtute defendi, Debboram ſibi cooptarunt, cuius regerentur arbitrio: itaque multa millia virorum vna vidua & in pace rexit, & ab hoſte defendit, vidua populos regit, vidua ducit exercitus,* [q] *vidua duces eligit, vidua bella diſponit; mandat triumphos; non ergo natura rea eſt culpa, neque infirmitati obnoxia. ſtrennuos enim, non ſexus ſed virtus facit: de domo propria filium produxit ducem exercitus, vt cognoſcatis, quòd poſſit inſtituere vidua bellatorem, quem quaſi mater erudiit, quaſi iudex præpoſuit, quaſi fortis inſtituit, quaſi prophetes victoria certa tranſmiſit; denique in mulieris manu ſummam fuiſſe victoriam docet Barach filius dicens, niſi tu veneris mecum, non ibo.* Ex quibus iam colligitur in præſentibus verbis: *ne vocetis me Noemi,* emendationem eſſe, atq; correctionem ad ea, quæ mulieres Bethelemiticæ dicebant: quaſi velit Nuemi, quando vobis maximè infelix videor, & deſolata, tunc [r] maximè felix, & fortis ſum; vera enim vidua tunc felix, & fortis eſt, quãdo miſera videtur. Vereor tamen, ne illud etiam hac noſtra tempeſtate de viduis dici poſſit, quod de ſuæ ætatis viduis dixerat Chryſoſt *hom. 26. ſuper 1. ad Corinth* cùm ait: *ſed Eccleſia nunc eſt ſimilis mulieri, quæ à veteri proſperitate excidit, & multis in locis ſymbola antiqua illius felicitatis, & monilium, ſolas oſtendit thecas, & arculas, diuitiis autem eſt priuata; ei nunc eſt ſimilis Eccleſia: neque hoc dico ſolùm propter dona, non enim eſſet graue, ſi ſolum hoc eſſet, ſed etiam propter vitam, & virtutem: nam & viduarum numerus & virginum chorus, tunc magnum ornamentum præbebat Eccleſiæ;* [s] *nunc autem ab iis Eccleſia deſerta eſt, & exinanita, ſolaque manent viduarum ſigna; quamuis enim, & nunc viduæ ſunt, atque virgines, non tamen illud habent ornamentum, quod habere oportet eas, quæ ſe præparauerunt ad hæc certamina: non* [t] *enim ſunt apta arma ad pudicitiam vidualem, & virginalem tuendam deliciæ.*

Indic. 4.
Ambr.

[q] *Vidua bella diſponit, mãdat triũphos. ſtrennuos enim non ſexus, ſed virtus facit.*

[r] *Vidua tunc maximè felix, & fortis, quando maximè infelix, & deſolata.*
Chryſoſt.

[s] *Quare deplorandus præſentis tẽporis ſtatus.*

[t] *Non enim ſunt apta arma, ad tuendam pudicitiam, delicia.*

***

§. VI.

Tempus primæ meſſis hordeaceæ, idem quod Paſchatis apud Hebræos fuit.

Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru ſua de terra peregrinationis ſuæ, ac reuerſa eſt in Bethlehem, quando primùm hordea metebantur.

Tandem exponenda ſunt poſtrema verba huius capitis; ſunt enim quaſi corollaria quædam præcedentis ſententiæ, ac proinde ad hunc etiam tractatum ſpectant: ſic etiam author ſacer huius libri concludens reditum harum duarum viduarum de Moab in Bethlehem dixit: *Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru ſua de terra peregrinationis ſuæ; ac reuerſa eſt in Bethlehem, quando primum hordea metebantur:* [u] pertinent enim hæc verba & ad hiſtoriam, atque etiam ad doctrinam moralem, & denique ad veram allegoriam huius loci. Quòd enim attinent ad hiſtoriam, videntur notare verum tempus, quo peruenerunt in Bethlehem: [x] illud autem fuiſſe videtur tempore Paſchatis in menſe Martio; hoc enim dicit Chaldaica Paraphraſis: *Venerunt in principio diei Paſchatis, quando incipiebant metere manipulos primitiarum, qui erant hordeacei,* hoc eſt in ipſo veris principio: nam ſicut cõſtat ex Leuiticô *cap. 23.* [z] altero die poſt Paſcha offerebatur manipulus primitiarum in templo, Paſcha autem celebrabatur 14. die Martij, ac proinde 16. die Martij [a] videtur ingreſſa vtraque vidua in ſanctam ciuitatem Bethlehem, ſicut colligitur ex circumlocutione, qua vſus eſt hoc in loco author huius libri, ad ſignificandam veram temporis circunſtantiam, quemadmodum apertè docet Paraphraſis Chaldaica. 129.

[u] *Tempus reuerſionis Noemi in Bethlehem ad hiſtoriã & doctrinam moralem ac denique ad allegoriam cõducit.*

[x] *Id autem fuit tempore Paſchatis in menſe martio.*

[z] *Etenim altero die poſt paſcha, primitiarũ manipulus offerebatur in templo.*

[a] *16. die Martij ingreſſa eſt Noemi Bethlehem.*
Leuit. 23.

Si quis autem petat, quo pacto fieri potuerit, vt menſe Martio meterentur hordea, legat Plinium *lib. 17. natural. hiſtor. cap. 8.* vbi aduertit in Hiſpania apud Carthaginem in menſe Aprili colligi ſolere hordea; quod ſi in noſtra Hiſpania fieri conſueuit, [b] iam non erit mirum, ſi in Palæſtina citius aliquantulum demetantur hordea, cùm in ea parte orbis priùs matureſcant ſegetes, quàm in cæteris, quod nos accuratè notauimus *in cap. 49. Geneſ* cùm vaticinium Nephthali interpretaremur: diximus enim in illis verbis, *Nephthalim ceruus emiſſus dans eloquia pulchritudinis,* ineſſe ſimilitudinem quandam. & comparationem inter celeritatem cerui in currendo, & velocitatem illius fortis in germinando, vt ſit ſenſus, quemadmodum ceruus ſuperat omnes animantes in curſu, ita terra Nephthalim [c] ſuperat vniuerſas alias partes orbis in reddendis fructibus; priùs enim in ea matureſcunt, quàm in cæteris. Vnde traditio eſt veterum Hebræorum, quam refert Nicolaus Lyran. *in com. ſuper Leuit. c. 23.* [d] ex ea parte orbis colligi ſolitum eſſe manipulum primitiarum, qui 16. die Martij offerebatur. Videnda ſunt ea, quæ in hanc ſententiam dixit Theodoret. *quæſt. 32. ſuper Leuit.* & noſter Oleaſter. Ex quibus infertur has mulieres ingreſſas fuiſſe in Bethlehem in menſe Martio, quando primùm hordea metebantur: principium autem metendi, erat collectus manipulus primitiarum, qui altero die poſt Paſcha offerebatur in templo, ante quem liberum non erat demetere aliquo modo ſegetes. 130.

[b] *Nõ mirum quòd iam ſic in Palæſtina matureſcant hordea, quæ in Hiſpania menſe Aprili demetuntur.*
Gen. 49.

[c] *Terra enim Nephthalis ſuperat omnes alias orbis partes in maturandis celeriter fructibus.*
Lyranus.

[d] *Ex quo tradunt Hebræi manipulum primitiarum colligi ſolere.*
Theodoret.
Oleaſter.

§. VII.

Moraliter expenditur hic locus : Anima quæ per peccatum à ſe exulabat, tandem in ſe reuerſa, domum ſuam ingreditur.

131\. *Et venerunt in Bethlehem.* RElìquum iam eſt, vt accedamus ad moralem doctrinam contentam in hac litera; ſupereſt enim vt dicamus, animam conuerſam de terra prophana in qua exulauerat, tandem ingreſſam fuiſſe in ſuam patriam, atque domum. Pro hoc autem loco amplificando videnda eſt ea ſententia, quæ eſt apud Hierem. *in cap.* 48. vbi de terra Moab ad literam ita loquitur : *Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua,* [e] *& requieuit in fæcibus ſuis, nec transfuſus eſt de vaſe in vas, & in tranſmigratione non abiit.* Quem locum ita refert Vatabus : *quieſcens Moab in fæcibus ſuis, nec defæcatus de vaſe in vas, & hinc & ſapor eius durat in eo, & odor eius non eſt mutatus.* Rectè igitur anima, quæ in terra Moab, ſiue prophana exulauerat defæcari voluit [f] ſicut vinum defæcatur, vt purius, & nobilius ſit, ne eundem odorem, atque ſaporem, quem de fæcibus, in quibus computruerat, acceperat, retineret diutius: docet autem hic locus, animam peccatricem à propriis ſuis ſedibus, à patria, atque vrbe, imò à ſeipſa exulare, proinde bene conſulit ſuæ ſaluti ea anima, quæ conuerſa perpetuò agit, & cogitat de reditu in Bethlehem. Secundò docet hic locus à memoria pœnitẽtis animæ excidere nonquam debere recordationem anteacti ſceleris, ſicut patet in Noemi, quæ ingreſſa Bethlehem, veteris felicitatis recordationem noluit, peccati voluit, cum dixit, *Ne vocetis me Noemi, vocate me Mara.*

Hierem. 48.

[e] *Peccatoribus proprium in fæcibus ſuis requieſcere.*

Vatabl.

[f] *Non ſic anima pœnitens, ſed trãſfundi, & defæcari ſicut vinum exoptat.*

132\. Quod igitur attinet ad primum in quo oſtenditur peccatricem animam exulare, videndus eſt Philo *in lib. 2. legis allegor. ſtatim in princip.* cùm ponderat illa verba Geneſ. cap. 3. *Abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini : Hinc introducitur dogma,* inquit ille, *quo docemur,* [g] *omnem malum eſſe exulem, & carere domicilio, Scriptura docet, dum de illo hirſuto, & vitiis vario Eſau dixit : Erat autem Eſau, & gnarus venandi, & ruri habitabat : non eſt enim apta malitia morum populatrix, vt virtutes ciuitatem inhabitet, ex qua fugatur; at ille ſapientia plenus Iacob virtutem inhabitat, de quo dicitur,* [h] *Iacob autem vir ſimplex domum habitabat;* & in eodem libro idem Philo eleganter dicit, *malus nullum habet locum, nec in anima ſua in quo conſiſtat :* vnde malus apud Græcos *Atopos* appellatur, hoc eſt, *ſine loco.* Videndus idem Philo *in lib. de congreſſu quærendæ eruditionis gratia,* cùm docet, animam voluptatibus deditam, ſiue peccatricem, nullum habere locum, ſic enim habet; *nullus malus vel domum habet, vel ciuitatem, vel vllum ſocietatis ius, ſed inſtabilis diſpergitur, vagus, & errabundus, nunquam valens ſubſiſtere.* Quod ille confirmat eodem exemplo petito ex Iacob & Eſau. Videndus eſt Bernard. *in ſerm. Rogat.* ſuper illis verbis Luc. 11. *Amice commoda mihi tres panes.* Quem locum ille intelligit de reditu, ſiue conuerſione vnius animæ ad ſeipſam. [i] *Ego,* inquit, *amicum ad me venientem non alium intelligo, quàm me ipſum; nemo quippe charior mihi, nemo germanior eſt;* [l] *ad me ergo de via venit amicus, cùm tranſitoria deſerens ad cor redeo, ſicut ſcriptum eſt* Pſalm. 46. *Redite præuaricatores ad cor; tunc autem verè ſibi quiſque amicus eſt, cum de via redit, quoniam qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. A die itaque conuerſionis meæ de via ad me venit amicus, venit de regione longinqua.* Quærit autem eo in loco eleganter Bernard. cur ſi amicus meus erat, tres ſibi panes accommodari poſtulauerit, cùm vnus vni hoſpiti ſufficeret? *Quia,* [m] inquit, *exulauerat ille cum vniuerſa familia ſua, cum vxore pariter, & mancipio, ac proinde quoniam de via redierat maritus, coniux, & mancipium, tres panes poſtulauerat, quia quiſque noſtrûm vxorem habet, & mancipium, & cuique panis apponendus eſt;* [n] *rationi, quæ maritus dicitur; voluntati, quæ coniux appellatur; carni, quæ mancipium nuncupatur: rationi veritatis panis apponitur; voluntati panis charitatis, carni fortitudinis panis; ea enim anima, quæ per peccatum exulauerat, neque veritatem, neque charitatem, neque fortitudinem habebat, ac proinde tres panes accepit à Deo vero amico, quibus reficeretur.* Quæ fuit ratio cur lex, quæ in cordibus impreſſa fuerat à Deo, foris in chartulis ſcriberetur, quoniam cùm in vnaquaque anima à ſuo corde fugitiua ſit, neceſſe erat, vt vbique terrarum legem ſcriptam inueniret exul anima, quæ fugitiuam reuocaret ad proprias ſedes, quod dixit Auguſt. *Pſal.* 57. vbi ita habet : *Quia homines appetentes quæ foris ſunt, à ſe ipſis exules facti ſunt, data eſt, & conſcripta lex; non quia in cordibus ſcripta non erat,* [o] *ſed quia tu fugitiuus eras cordis tui, ab illo comprehenderis, qui vbique eſt, vt ad te ipſum reuocareris.* Quæ fuit ratio, cur tandem ab exilio redierit hæc anima ad ſuam propriam vrbem, & domum.

Philo.
Gen. 3.

[g] *Omnis malus exulat à ſe ipſe.*

[h] *E contra verò virtute habens domũ inhabitat propriam.*

Philo.

Bernard.
Luc. 11.

[i] *Amicum ad amicum venientem eleganter intelligit Bernard. de reditu eiuſdem ad ſe ipſum per pœnitentiam.*

[l] *Ad ſe redit amicus cùm trãſitoria deſerens ad cor redit.*

Pſalm. 46.

Bernard.

[m] *Qui tres panes poſtulat, eo quod cum vniuerſa familia exulauerat, cum vxore & mancipio.*

[n] *Maritus ratio, vxor volũtas, mãcipium caro, quibus veritas, charitas, & fortitudo panes ſunt.*

Auguſt.

[o] *Lex ſcripta in fronte geſtabatur, vt fugitiuum à corde ſuo animum reuocaret ad ſe.*

§. VIII.

Pœnitens perpetuò anteactam vitam recogitet, etiam poſt ſalutem.

133\. *Ne vocetis me Noemi, vocate me Mara, &c.* NEc ſatis habuit rediiſſe, ſed perpetuò cogitauit de anteacta vita; hoc enim ſignificãt ea verba, *Ne vocetis me Noemi, vocate me Mara :* decet enim animam pœnitentem perpetuò fleuiſſe anteactum peccatum etiam poſt ſalutem, atque ita hæc anima non tam inueniſſe videtur ſalutem, [p] quàm lachrymas, ſicut patet in paralytico *Ioan.* 15. cui dicitur, *tolle grabatum tuum,* cui ſignum ſalutis fuit deportaſſe in domum ſuam lectum in quo computruerat. Sicut enim eleganter dixit Gregor. lib. 26. moral. cap. 22. *Mala noſtra ſentimus,* [q] *atque delemus, quando iam gratiam, & miſericordiam conſequuti ſumus; tunc enim habemus oculos planè illuminatos, ſicut de ſe ipſo dixit Vates regius Pſalm.* 50. *poſtquam iam ſalutem inuenerat; & peccatum meum,* inquit, *contra me eſt ſemper,* id eſt, nunquam à meis oculis recedit anteactum peccatum. Qua de re videndus eſt Chryſoſt. in illud Pauli 2. ad Cor. 11. *Vtinam ſuſtineretis modicum,* & Tertull. *in lib. de Pœnit.* atque author libri de vera, & falſa pœnitent. *cap.* 17. quod opus inter opera Auguſtini refertur. Videndus eſt Auguſt. *lib.* 11. *confeſſ. c.* 1. cùm quærit, cur peccata ſua, quæ Deus nouerat, iterum Deo referat eadem. Latè hac de re diſſeruit Chryſoſt. *hom.* 12. *ad populum*, cùm explicat ea

[p] *Pœnitens anima non tam inueniſſe videtur ſalutem, quàm lachrymas.*

Ioan. 15.
Gregor.

[q] *Eſt enim miſericordiã conſequuti ſua ſentire mala.*

Pſal. 50.

Chryſoſt.
2. Cor. 11.
Tertullian.

Auguſt.

Digitized by Google

2.Tim.1. ea verba Pauli 2. *ad Timoth.* 1. vbi cùm Paulus dixiſſet, *fidelē me exiſtimauit ponens in miniſterio,* intulit ſtatim Paulus, *qui prius blaſphemus fui & peccator.* [t] *Traducatur,* inquit Chryſoſt. *vna ſerui, vt appareat benignitas Dei; etenim ſi veniam peccatorum accipio, eorum tamen non abiicio memoriam.* Adiungenda ſunt ea, quæ eleganter etiam notauit Beda *in lib.*1.*Reg.* cùm ponderat illa verba, *Porro Saul, & viri Iſraël venerunt in vallem Therebinthi; therebinthus,* inquit ille, *arbor eſt, lachrymas, & reſinam præſtantiſſimam manans, qua diſſoluta quæque coniungit, & citò conglutinat. talis autem ea eſt anima, à cuius memoria nunquam excidit vetus peccatum.* Quæ fuit ratio, quemadmodum ponderat Theoduret. *q.*40.*ſuper Gen.* cur Adamus poſt peccatum è regione paradiſi poſitus ſit, [f] vt priſtinam vitam dolore carentem in memoriam reuocans, odio proſequeretur peccatum, tanquam authorem laborioſæ vitæ; quod ipſum eueniſſe videmus huic animæ pœnitenti de qua loquimur, quæ reuerſa de loco peregrinationis ſuæ priſtinam fælicitatem ante oculos habuit, in lachrymas, & dolorem agnoſcens ab ea felicitate excidiſſe propter peccatum, proinde enim iam felix vocari noluit, ſed miſera.

[t] *Traducatur ergo ſemper vita ſerui vt appareat benignitas Domini.*
Beda.
Theodor.
[f] *Ea de cauſa Adamus è regione paradiſi eſt poſitus.*

§. IX.

Hordeaceo cibo nutrienda pœnitentis anima poſt luctum.

134. *Venitque in Bethlehem quando primum hordea metebantur.* QVod autem hoc in loco additum eſt, *Venit in Bethlehem quando primum hordea metebantur,* nōn eſt alienum à præſenti ſententia morali; neque enim ſatis habuit hæc anima ploraſſe peccatum, ſed perpetuò comediſſe hordeum, qui cibus brutorum animantium eſt, qualis planè ſtatus eſt peccatorum. In quam ſententiam videndus eſt Oſeas *cap.*3. vbi diuinum oraculum loquens de deſponſatione cum ſynagoga, etiam poſtquam eam ſibi matrimonio copulauit, in nutrimentum eidem dedit corum hordei, & dimidium corum hordei. [t] Quanvis igitur in regium thalamum vocata ſit, tamen non alio alimento nutritur, quàm hordeaceo, vt vel ex nutrimento cognoſcat, quo in ſtatu fuerit ante gratiam. Eſt optimus locus in hanc ſententiam *Leuit. in cap* 5. vbi pro ſalute mulieris adulteræ, ſiue peccatricis ea oblatio offerri mandabatur: *Adducent eam.* inquit Moyſes, *ad ſacerdotem, & offerent oblationem pro illa decimam partem* [u] *ſati farina hordeacea, non fundent ſuper eam oleum, nec imponent thus, quia ſacrificium Zelotypiæ eſt, & oblatio inueſtigans adulterium;* non enim offerri mandatur ſimila, vel triticea farina, quæ optima, ſed hordeacea, quia ſicut notauit Rabbi Salomon; *hordeum eſt pabulum iumenti,* cui adultera aſſimilatur: quibus addenda ſunt ea, quæ dixit Procopius: *Hoc ſanè,* inquit ille, *arguit peccatorum vitam iumentorum ſimilem,* [x] *in qua ſaporis, aut delectationis nihil ſit, ſed perpetuus iudicii metus, & de corona deſperatio.* Vt iam mirum non ſit, ſi ea anima, quæ de Moab reuerſa eſt, perpetuò doleat, & ingreſſa in domum patris, hoc enim ſignificat Bethlehem, hordeo nutriatur, quaſi ſibi nullum cibum reliquum iam eſſe intelligat, quàm brutorum; ſemper enim poſt peccatum certi eſſe

Oſeæ 3.
[t] *Quanuis in regium thalamum vocata ſit anima pœnitens, hordeaceo cibo paſcatur, vt ex nutrimento recognoſcat ſtatum priſtinum.*
[u] *Ideo in ſacrificio adulteræ farina tantùm hordeacea ſine oleo offerebatur, & ſine thure:*
Rab. Salom.
Procop.
[x] *Etenim peccatorū vita iumētis ſimilis, perpetua iudicij metu, ac deſperatione cruciatur.*

Gabr. à Coſta in Gen.

debemus de peccato, [z] ſemper incerti de ſalute, quod pulchrè dixit D. Hieron. *Ioel. in c.* 2. explicans ea verba, *ſcindite corda veſtra,* hoc eſt, perpetuò dolendum eſt propter peccatum. Cuius rei rationem reddidit ipſe Propheta Ioel, cum dixit, *Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat? Sed quia,* inquit Hieron. *ſcientia Dei profundum noſſe non poſſumus, ſententiam tempero, & opto potiùs,* [a] *quàm præſumo, dicens, quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat?* Igitur meritò ea anima, quæ à peccato conuerſa eſt, perpetuò dolet, & perpetuò anteactam vitam ob oculos proponit, ſicut vel Ethnicus homo Seneca dixit epiſt. 14. *Somnia narrare vigilantis eſt, vitia ſua confiteri ſanitatis indicium.*

[z] *Poſt peccatum ſemper certi de culpa, ſemper incerti de ſalute eſſe debemus.*
Hieron.
[a] *Neque præſumenda venia, ſed optanda.*
Seneca.

TRACTATVS XIII.

De Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in reditu Noemi cum nuru ſua Ruth de terra Moab in terram Bethlehem.

PROSEQVIMVR iam myſterium abſconditum in hac hiſtoria, ſicut enim cæpimus 135.
dicere in Tract. 6. in quo inſtitutus eſt ſermo de ſacramento huius hiſtoriæ, Noemi exiguam familiam, ex Hebræis collectam ad Chriſtum ſignificabat; iam verò in hoc Tractatu oportet oſtendere, quid eius viduitas, & orbitas ſignificet, quid altera de nuribus conuerſa, altera relicta.

§. I.

Viduatio Noemi orbata filiis, & marito figuram gerit Eccleſiæ ex Hebræis collectæ poſt mortem Chriſti.

SIcut igitur Noemi cum ſuo Elimelech, & 136.
duobus filiis Eccleſiam ex Hebræis primò collectam referebat, quemadmodum nos diximus ſupra in tract.6. ſic quoque eadem Noemi, vidua & orbata filiis, eandem Eccleſiam refert iam mortuo Chriſto Domino eius coniuge, atque etiam Apoſtolis ſanctis per ſummam crudelitatem interfectis, quos quaſi filios ex eo matrimonio genuit Noemi; viſa eſt enim Eccleſia quaſi vidua, & deſolata, atque deſerta. [b] Quanuis autem eo tempore, quo Chriſtus Dominus occiſus eſt, deſolata, & orbata viſa ſit Eccleſia, tamen in ea relictum eſt efficax diuini verbi ſemen, vnde quotidie generare poſſet nobiliſſimam ſobolem, quod ipſa demiratur apud Iſai. *cap.* 49. cùm de ipſa dixit; *Quis genuit mihi iſtos? ego ſterilis, & non pariens tranſmigrata, & captiua; iſtos quis enutriuit? ego deſtituta, & ſola, iſti vbi erant?* Notauit autem optimè D. Ambr. *ſerm.*2.*ſuper Pſ.* 118. vtrunque conuenire Eccleſiæ collectæ ex Hebræis, quorum vtrunque reperitur in vna Noemi, & quòd ſit pulchra, & quòd ſit infelix, ſiue nigra: pulchra enim fuit, propter legem, quam a Deo acceperat, & propter Meſſiam quem ex tribu Iuda dederat; infelix, propter incredu-

[b] *Quanuis tempore mortis Chriſti viſa ſit Eccleſia deſolata & vidua,*
Iſai. 49.
[c] *multos tamen genuit ſic deſtituta liberos.*
Ambr.

litatem ſuorum filiorum, qui Chriſtum Dominum Dei filium non receperunt, ſed impiè occiderunt, dolenter enim videtur conſiteri, & lamentari perpetuam infamiæ notam [d] contractam ex morte Chriſti, quem occiderunt Principes ſacerdotum,& primores populi Hebræi: cuius infamiæ videtur meminiſſe Hierem. *in c.* 17. cùm dixit: *Peccatum Iudæ ſcriptum eſt ſtylo ferreo*, quemadmodum eum locum interpretatur Hieronym. *ſuper Ierem. & epiſt. ad Dardanum circa finem tom.* 3. Quod etiam videtur voluiſſe ſponſa Cantic. 1. cùm dixit, *nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, quia decolorauit me ſol, filii matris meæ pugnauerunt contra me*; quo in loco vtrunque fatetur Eccleſia ex Hebræis, & quòd pulchra ſit, & quòd ſit fuſca; pulchra, propter Meſſiam ex ſuo ſanguine ortum; fuſca, propter infamiam mortis Chriſti ſeruatoris, quæ perpetuò durabit in ea gente, quemadmodum eleganter dixit Procopius *ſuper Gen. in cap.* 4. commentatus ea verba Cain, *omnis qui viderit me, occidet me*, exiſtimat enim Cainum occiſorem Abelis figuram fuiſſe gentis Hebrææ, [e] quæ verum Abelem occidit, vnde infamis vagatur per vniuerſum orbem perpetuò; ab ea enim morte vniuerſa Hebræorum infortunia egreſſa ſunt. Quadrat igitur hæc mulier cum Eccleſia Hebræorum, quæ & pulchra appellatur, & amara; vtrunque enim habuit Eccleſia ex Hebræis, ac proinde congruit cum Noemi ille primus ſtatus Eccleſiæ Chriſti collectæ ex Hebræis.

[d] *Perpetuam infamiæ notam Hebræi contraxerunt in morte Chriſti.* — Hierem. 17. — Hieron. — Cantic. 1. — Procopius. Gen. 4.

[e] *Cainus figura gentis Hebrææ, quæ verum Abelem occidit, infamis, & vagus.*

§. II.

In Ruth Eccleſia ex gentibus collecta adumbratur.

137. QVod ergo attinet ad Eccleſiam gentium, quæ in altera vidua prophana, hoc eſt, in Ruth adumbratur, negare non poſſumus, vel ex hac hiſtoria beneficio gentis Hebrææ de gentilitate fuiſſe vocatam; eò enim tendit vniuerſa hæc hiſtoria, vt oſtendat à diuina prouidentia factum eſſe, vt propter famem exularent Hebræi apud Moabitas, atque inde deducerent, & inſtituerent viduam Moabitidem, altera relicta, ſcilicet Orpha; [e] neque enim omnes gentiles ingreſſi ſunt Eccleſiam. Quod notaſſe videtur Ioſephus *lib. 5. antiq. cap.* 11. cùm ita dixit, *hoc neceſſe habui de Ruth narrare, volens oſtendere Dei potentiam, cui facile eſt, etiam vulgares homines ad ampliſſimam dignitatem perducere*: videndus eſt Hieronym. *in lib. de vera circumciſione.* (Si tamen liber ille D. Hieronymi genuinus eſt) cùm ait, *Abrahæ fidem incircumciſa gentis mulier imitatur, quam virilis circumciſio dereliquit, & per aliena veſtigia meritum circumciſionis ingreditur, à quibus maiorum cæca hæreditas deuiauerat. Deos ſuos Moabita contemnit,* [f] *cum tamen Iſrael deſiderat alienos; illa in vnum Deum, ſuorum oblita coniurat, iſte poſt multitudinem formarum Idolorum. Hinc eligitur à Domino, hinc fit Iſraelita mente, non genere; fide, non ſanguine; virtute, non tribu; & cætera*, quæ proſequitur Hieronym. ibidem eleganter. Videndus eſt Theophylact. ſuper Matth. cap. 1. *Cum Moabitis eligitur in auiam Chriſti, ſignificatur* [g] *Eccleſia ex gentibus collecta.* Videndus eſt Ambroſ. Luc. cap. 3. & lib. 3. de fide cap. 5. *Ruth, quæ inter maiores Domini meruit numerari, magnum nobis exemplum eſt, quia in illa noſtrûm animum, qui ex gentibus collecti ſumus, ingrediendi in Eccleſiam Domini figura præceſſit*; quod Theodoret. notauit, *q. 1. in lib. Iudic.* adumbratam [h] fuiſſe in coniuge Sanſonis, quæ gentilis fuit. Sicut autem notatum eſt in lib. Iudic cap. 14. *Patres autem eius neſciebant, quòd res à Domino fieret, nec enim caſu vir fortiſſimus coniugem accepit alienigenam, ſed diuina Prouidentia ita diſpenſante in figuram Eccleſiæ vocatæ de gentibus*; quemadmodum etiam eleganter D. Auguſtin. notauit *in ſerm. 101. tom.* 10. ex illo 3. *Reg.* 17. quando Elias miſſus eſt ad Sarepthanam Sydoniæ, vt à vidua aleretur tempore famis; *Nunquid*, inquit Auguſt. *tunc non erant in Iudæa multæ viduæ, & quæ cauſa fuit, quòd nulla vidua Iudæorum beato Heliæ cibum meruit miniſtrare, ſed ad viduam mittitur alienigenam, vt ab ipſa paſcatur? Vidua* [i] *enim iſta, ad quam propheta mittitur, typum Eccleſiæ gerebat, ſicut & corui illi, qui Heliæ miniſtrauerunt, figuram gerebant gentium. Venit ergo Helias ad viduam, quia Chriſtus venturus erat ad Eccleſiam, quæ exiret, vt colligeret ligna.* Mirum magis eſt, quòd Noemi adduxerit Ruth in Bethlehem, quæ domus panis appellabatur, & erat, & tamen in tanta vbertate, & in patria ipſius Noemi, Ruth paupercula, alienigena, ſua induſtria, & opera ſuſtentauit indigenam Hebræam, [l] vt non ſit obſcurum, iam in tanta ſanctarum ſcripturarum vbertate, quibus Hebræi abundant, verum, & germanum ſenſum accipere à gentilibus conuerſis, vt eorum ſit labor, gentilium autem gloria, & triumphus, quemadmodum etiam eleganter notauit Theodoret. *quæſt. 1. ſuper librum Iudic.* Sanſonem victoria exultantem ſitim teſtinguere non potuiſſe niſi aqua manante de maxilla aſini demortui; quanuis enim illud animal prophanum eſſet viuens, quanuis prophanum mortuum, tamen ſitientem repatauit, quia prophana quanuis fuerit Eccleſia vocata de gentibus, tamen cibum ſola miniſtrauit Hebræis. Videndus eſt Ambr. *in lib. de Viduis*, cùm pondetat Debboram præparaſſe exercitum, eius filium Barach produxiſſe acies, quia tamen Hebræi erant, non triumpharunt, reſeruatus enim erat triumphus Iaeli, quæ gentilis, & alienigena erat in figuram Eccleſiæ vocatæ de gentibus. Sic quoque laborabat Noemi, cum tota familia Hebræa tempore famis, deſponſatio autem, & coniugium non niſi cum alienigena Ruth celebratum eſt, [m] nobis enim reſeruatus eſt triumphus, Iudæis autem incredulis labor. Videndus eſt etiam Origenes *lib. 4. homiliar. in Cantic. hom.* 2. vbi pulchrè docet, hanc vocationem gentilitatis ſignificatam fuiſſe in coniugio, quod celebratum eſt inter Salomonem, & filiam Regis Ægypti alienigenam: ſic quoque hoc ipſum figurauit Regina Auſtri veniens ex ima Æthyopia ad inuiſendum Salomonem Regem, atque ea ſponſa, quam Moyſes *Num.* 12. ex gentibus accepit. Videndus eſt Gregorius Magnus *lib. 30. Moral. c.* 8. ad illa verba, *Quis præparat coruo eſcam?*

[e] *Diuina prouidentia factum eſt, vt Orpha relicta, Ruth ad religionem Hebræorum accederet, in ſignum quòd non omnes gentiles ingrederentur Eccleſiam.* — Ioſephus. — Hieronym.

[f] *Cum Iſrael Deos deſiderat alienos, ſuos Moabita contemnit.* — Theophyl.

[g] *In Moabitide electa in auiã Chriſti ſignatur Eccleſia ex gentibus collecta.* — Ambroſ.

Theodoret.

[h] *Idem myſterium in coniuge Sanſonis gentilis adumbratur.* — Iudic. 14.

Auguſt.

[i] *Vidua iſta in Sarepta Sydonis, ad quam miſſus eſt Hel. typum gerebat Eccleſiæ, & corui gentium figuram.*

[l] *Ruth paupercula & alienigena ſuſtentat in patria Noemi ipſi miniſtrat verum ſcripturarum ſenſum Hebræis à gentibus conuerſis mutuari debere.* — Theodoret. — Ambroſius.

[m] *Nobis, id eſt, gentibus reſeruatus eſt triumphus, Iudæis verò incredulis labor.* — Origen. — Greg. Magn.

§. III.

In Ruth conuerſione ad ritum Hebræorum, modus vocationis gentium ad Chriſtum exprimitur.

SIcut igitur in Ruth de gentibus vocata adumbrata eſt Eccleſia gentium, ſic in eadem modus 138.

dus vocationis eius prædicitur: venerat enim Ruth de Moab relicta patria, parentibus, atque diis, ſicut ipſa ſignificauit illis verbis, *Populus tuus populus meus, Deus tuus Deus meus*; qui modus eius aduentus figurat eum modum,[n] quo Eccleſia de gentibus venit, relicta patria, parentibus, & diis, ſicut *in Pſalm.* 44. dicitur. *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam.* Quem locum Hieronymus *in epiſt. ad Furiam*, de vocata ex gentibus Eccleſia intelligit, cum ait, *grande præmium parentis obliti, concupiſcet Rex decorem tuum, quia audiſti, quia vidiſti, quia inclinaſti aurem tuam, & populi tui, ac domus patris tui, oblita es: idcirco concupiſcet Rex decorem tuum, & dicet tibi, tota pulchra es amica mea.*[o] Qua via vocatus eſt Abraham ad fidem, eadem Ruth venit, Abrahamus enim vocatus eſt Geneſ. 12. cùm ei dictum eſt, *egredere de patria tua, de domo patris tui, & de cognatione tua, & faciam te in gentem magnam*: quid autem ſit ita egredi, vt Abraham egreſſus eſt, & Ruth, docet eleganter Philo *in lib de migratione Abrahæ*, & Baſilius Magn. *in Com. ſuper cap. 1. Iſaiæ*, cùm explicat ea verba Geneſ. *egredere de terra tua*: nec ſolùm vocata eſt Ruth ad fidem, hoc eſt, Eccleſiam, ſed etiam ad regiam dignitatem, quemadmodum ſunt intelligenda ea verba *Cantic.* 4. cùm ſponſus ſponſam alienigenam vocans dicit, *Veni de Libano ſoror mea, ſponſa, veni de Libano, & coronaberis de capite Amana, & de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum*;[p] alienigena quamuis ſis, tibi tamen tributa ſoluent remotiſſimæ gentes, & barbaræ. Quod etiam prædixit Regius vates Pſalm. 44. *& Filij Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur*, id eſt tibi, tanquam Reginæ tributa ſoluent remotiſſimæ gentes, quod ampliſſimè dixit Iſaias in cap. 6. *Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi*; talis tamque ingreſſa eſt ſub typo Ruth vniuerſa gentium Eccleſia, quam Chriſtus Dominus ad ſuam fidem vocare dignatus eſt.

[n] *Sicut Ruth relicta patria, parentibus, & Diis ad ritum Dei antiquum venit, ita & Eccleſia gentiū ad Chriſtum.*
Pſalm. 45.
Hieronym.
[o] *Eadem via, qua vocatus eſt Abraham ad fidem.*
Philo.
Baſilius.
[p] *Eccleſia ex gentibus ad Chriſtum collecta quamuis alienigena tributa ſoluet remotiſſima gentes.*
Pſalm. 44.
Iſai. 6.

Poſtremo autem loco, in circunſtantia temporis, & loci adumbratur,[q] & paſſio Chriſti, & Dei incarnatio. Venit in Bethlehem, quando primùm hordea metebantur, ſeu tempore primitiuorum, vel tempore Paſcharis, quando agnus occidebatur, atque ita locus carnem, tempus paſſionem adumbrauit: in Bethlehem enim ſecundùm carnem natus eſt, in Paſchare crucifixus eſt, quorum vtrunque perpetuò docet Eccleſia animas conuerſas, fidem ſcilicet paſſionis, & fidem Incarnationis: nihil enim profuiſſet incarnari Deum, niſi incarnatus redemiſſet. 139.

[q] *In circunſtantia loci, quo venit Ruth, Incarnatio Chriſti; in tempore verò paſſio præmonſtratur.*

CAPVT II.

Libri Ruth.

ERAT autem viro Elimelech conſanguineus, homo potens, & magnarum opum, nomine Booz. Dixitque Ruth Moabitis ad ſocrum ſuam: ſi iubes, vadam in agrum, & colligam ſpicas, quæ fugerint manus metentium, vbicunque clementis in me patrisfamilias reperero gratiam. Cui illa reſpondit; vade filia mea. Abiit itaque & colligebat ſpicas poſt terga metentium. Accidit autem, vt ager ille haberet dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimelech. Et ecce ipſe veniebat de Bethlehem, dixitque meſſoribus: Dominus vobiſcum. Qui reſponderunt ei, Benedicat tibi Dominus. Dixitque Booz iuueni, qui meſſoribus præerat: Cuius eſt hæc puella? Cui reſpondit: Hæc eſt Moabitis, quæ venit cum Noemi de regione Moabitide, & rogauit vt ſpicas colligeret remanentes, ſequens meſſorum veſtigia, & de mane vſque nunc ſtat in agro, & ne ad momentum quidem domum reuerſa eſt. Et ait Booz ad Ruth. Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco: ſed iungere puellis meis, & vbi meſſuerint, ſequere. Mandaui enim pueris meis, vt nemo moleſtus ſit tibi: ſed etiam ſi ſitieris, vade ad ſarcinulas, & bibe aquas, de quibus & pueri bibunt. Quæ cadens in faciem ſuam, & adorans ſuper terram, dixit ad eum: vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & noſſe me dignareris peregrinam mulierem? Cui ille reſpondit: Nuntiata ſunt mihi omnia, quæ feceris ſocrui tuæ poſt mortem viri tui, & quòd reliqueris parentes tuos, & terram, in qua nata es, & veneris ad populum, quem antea neſciebas. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Iſrael, ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti alas. Quæ ait, Inueni gratiam apud oculos tuos Domine mi, qui conſolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum. Dixitque ad eam Booz: quando hora veſcendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad meſſorum latus, & congeſſit polentam ſibi, comeditque, & ſaturata eſt, & tulit reliquias. Atque inde ſurrexit, vt ſpicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris ſuis, dicens: Etiam ſi vobiſcum metere voluerit, ne prohibeatis eam, & de veſtris quoque manipulis proiicite de induſtria, & remanere permittite, vt abſque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat. Collegit ergo in agro vſque ad veſperam, & quæ collegerat virga cædens, & excutiens, inuenit

[r] *Gabr. à Coſta in Gen.*

hordei, quaſi ephi menſuram, id eſt, tres modios. Quos portans reuerſa eſt in ciuitatem, & oſtendit ſocrui ſuæ: inſuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi ſui, quo ſaturata fuerat. Dixitque ei ſocrus ſua: Vbi hodie collegiſti, & vbi feciſti opus? Sit benedictus, qui miſertus eſt tui. Indicauitque ei apud quem fuiſſet operata, & nomen dixit viri, quod Booz vocaretur. Cui reſpondit Noemi: Benedictus ſit à Domino, quoniam eandem gratiam, quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis. Rurſúmque ait: Propinquus noſter eſt homo. Et Ruth, hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt tandiu meſſoribus eius iungerer, donec omnes ſegetes meterentur. Cui dixit ſocrus: Melius eſt, filia mea, vt cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro quiſpiam reſiſtat tibi. Iuncta eſt itaque puellis Booz, & tandiu cum eis meſſuit, donec hordea, & triticum in horreis conderentur.

TRACTATVS XIV.

De verbis illis: *Erat autem viro Elimelech conſanguineus, homo potens & magnarum opum, nomine Booz*: Siue, *De copulata nobilitate cum diuitiis.*

1. Absolvta prima parte huius hiſtoriæ, quæ pertinebat ad fidem, & cōuerſionem Ruth ad fidem, & religionem Dei, conſequens eſt, vt ſecundam partem aggrediamur, quæ in hoc ſecundo capite continetur; ea autem poſita eſt in enarranda honeſta viuendi ratione Ruth, & probis actionibus, quibus ſe, & ſocrum ſuam ſuſtentauit.

§. I.

Quis fuerit iſte Booz.

2. *Erat autem viro Elimelech conſanguineus, homo, &c. nomine Booz.*

Primus igitur Tractatus erit de nobilitate Booz, quam præmiſi in principio huius capitis, quia & ille futurus erat maritus Ruth, & eadem de eius agris colligebat ſpicas. Tria igitur in hoc eodem viro notantur, quæ perfectiſſimum virum efficiunt: nobilitas maiorum, opulentia bonorum, pietas in Deum, & in proximum: non eſt autem tam facile definire, quis fuerit hic Booz, quamuis certum ſit, eum conſanguineum fuiſſe Elimelech, ac proinde virum principem de familia Iudæ, per Phares tamen deſcendentem. Vtrùm tamen fuerit ille, cuius meminit Matth. *in cap.* 1. cùm dixit, *Salmon autem genuit Booz ex Rahab; Booz autem genuit Obed ex Ruth:* in eadem nanque familia principe, duas ſtatim inuenies alienigenas, nec plures dicam, meretrices. [f] Lyranus igitur exiſtimauit tres fuiſſe homines huius nominis ſibi inuicem ſuccedentes, ne fateri cogeretur, tres maiores, quos Dauid habuit à Salomone, trecentos ſexaginta quatuor annos ætatis conſumpſiſſe; quod quamuis piè cogitauerit Lyranus, [f] nec aliquod efficax fundamentum oſtendit, neque aliquam authoritatem, præſertim cum hoc ipſo libro *cap.* 4. cùm genus Dauid recenſeatur per Phares, ſolius vnius Booz fiat mentio, eiuſdémque oriundi ex Salmone, & Rahab: quod etiam habetur 1. *Paral. in cap.* 11. vnde eandem genealogiam texuit Matth. *in cap.* 1. *ſui Euangelij*, vbi vnius, & eiuſdem Booz meminit ſolius. Videndus eſt Genebrard. [u] *in ſua Chronologia, lib.* 1. vbi Salmonem dixit, fratrem fuiſſe Elimelech: proinde Booz conſanguineus eſt appellatus hoc in loco Elimelech. Si quis autem cognoſcere velit numerum annorum horum trium virorum, qui inter Salmonem, & Dauidem fuerunt, in memoriam neceſſe eſt reducat, [x] ab egreſſu filiorum Iſraël ad primam vſque fabricam templi per Salomonem Regem quadringentos octoginta fluxiſſe annos; à quibus ſi demas ſeptuaginta, quibus vixit Rex Dauid, remanebunt quadringenti, & decem; ſi iterum auferas quadraginta, quibus filij Iſraël in via fuerunt, ſupererunt trecenti, & ſeptuaginta; à quibus ſi iterum demas quatuor annos, quibus regnauit Rex Salomon, antequam templum erexerit, ſuperſunt [z] trecenti ſexaginta, & ſex anni, qui diſtribuendi ſunt per annos ætatis Salmonis, Booz, Obed, & Ieſſe; quod ſi longior periodus vitæ videatur, quàm breuitas humana patiatur, fatendum eſt neceſſariò ita fuiſſe diuina prouidente Sapientia ita in ſuis maioribus, cùm Scriptura clarè illud videatur inſinuare. Ex quibus iam infertur vetuſtiſſimam fuiſſe nobilitatem huius hominis, vt pote qui deſcendat ex Iuda per Phares: poteſt autem plurimum ad veram nobilitatem vetuſtas.

Lyranus.
[f] *Lyranus opinatur tres fuiſſe Booz nomine appellatos ſibi inuicem ſuccedentes.*
[f] *Cuius opinio reiicitur,*

1. Paral. 11.
Matth. 1.
[t] *Vnicus enim tantum fuit Booz.*
Genebr.
[u] *Filius Salmonis, quem Genebr. fratrē dixit Elimelech.*
[x] *Ab egreſſu Iſrael de terra Ægypti 480. anni fluxere.*
[z] *Vt hiſtoria ſacra conſtet, 366 annis diſtribuēdi ſunt per ætates Salmonis, Booz, Obed, & Ieſſe.*

3. Pro maiori autem euidentia huius loci aduertendum eſt duas voces Hebræas, quibus vtitur Autor huius libri hoc in loco, quas tranſtulit vulgatus Interpres, *magnarum opum*, valde æquiuocas eſſe: ſignificabant enim, & fortem, ſiue robuſtum; atque etiam opulentum; qualis eſt ille locus Geneſ. 10. *Ipſe cæpit eſſe potens in terra*, id eſt, ipſe fuit robuſtus; & Pſalm. 24. *Dominus fortis, & potens in prælio.* Sic quoque alia vox, [a] quæ hoc in loco habetur, ſignificat fortem, ſiue diuitem, vel potiùs ſapientem, ſiue induſtrium; quemadmodum ſæpius eandem vocem interpretatur D. Hieronym. qualis eſt ille locus Gen. 47. *Et ſint inter vos viri fortitudinis*, Hieronym. vertit, *viri induſtrij.* Similiter Exod. 18. *viros fortitudinis*, id eſt, fortes, Hieronym. *viros ſapientes* tranſtulit. Similiter dixit Rabbi Dauid *in lib. radic.* Vſus autem eſt autor ſacer hoc in loco æquiuocis vocibus Hebræis, quæ non ſolùm diuitem, & opulentum ſignificarent, ſed etiam fortem, prudentem, & induſtrium, [b] vt non ſolas diuitias oſtenderet in hoc homine, ſed cæteras etiam virtutes, quibus vir princeps conſtituitur, & ornatur.

Gen. 10.
Pſalm. 24.
[a] *Vox Hebræa, cuius loco tranſtulit Interpres vulgatus, magnarum opum, ſignificat fortē, prudentem, & induſtrium.*
Hieron.
Gen. 47.
Exod. 18.
Rab. Dauid.
[b] *Vt oſtenderet, nō ſolùm diuitias, ſed etiam cæteras virtutes in hoc homine.*

§. II. Multa

Google

§. II.

Auitæ diuitiæ nobilitatem commendant

4\. *Et magnarum opum.*

[c] *Opes magnos reddunt habentes ex vulgi opinione.*

1\. Reg. 25. Gen. 26.

IDem autem eſt *& magnarum opum*, atque magnus; ſolent enim diuitiæ, & opes [c] magnos reddere habentes ex vulgi ſalſtem opinione. Sic intelligendus eſt locus 1. *Reg. cap.* 25. vbi dicitur de Nabal Carmelitano: *Poſſeſſio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis*, id eſt, opulentiſſimus. Similiter dicitur de Iſaac Geneſ. 26. *Seuit Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplum, benedixitque ei Dominus, & locupletatus eſt homo, & ibat proficiens, atque ſuccreſcens, donec magnus vehementer effectus eſt*: id eſt, quouſque opulentiſſimus eſt redditus. Quod autor huius libri dixit de Booz, *homo ille magnarum opum*, hoc eſt, opulentiſſimus, non quòd exiſtimauerit veram nobilitatem poſitum eſſe in opibus, ſicut plerique ex veteribus exiſtimarunt, [d] inter quos eſt Euripides ſæpiùs:

[d] *Imò & ſecundùm pleroſque antiquorum.*

Euripid. Quintilian.

Da operam opibus, nam illæ nobilitatem donant.

& alibi:

Nam diuites in omnibus, & illuſtres hominibus.

Vnde Quintilianus, nobiles opes appellauit, quia ſcilicet nobiliores habentes; qualis eſt ille locus apud Horat. *lib.* 2. *ſerm. Satyra* 2. cum dixit:

Horat.

Omnis enim res diuitiis paret, quas qui conſtruxerit,

Ille clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiens, & Rex.

Ex quo loco intelliges ſecundùm vulgi æſtimationem, diuitias non ſolùm nobiles reddere habentes, ſed claros, & principes. Quam ſententiam temperarunt aliqui exiſtimantes non [e] ſolas diuitias, ſed diuitias antiquas nobilitatem dare, quod Hieron. dixit ad Hebdibiam; *Nobilitas mundi nihil aliud eſt, quàm inueteratæ diuitiæ*; ſicut etiam dixit Plutarch. *in lib. aduersùs nobilitatem*, quem refert Stobæus: *quid aliud nobilitatem exiſtimamus, quàm antiquas diuitias?* Suffragatur Ariſtot. 2. *Reth. cap.* 9. Plin. *lib.* 33. *cap.* 2. Vnde pulchrè quidam apud Plutarch. cum Sylla exultaret propter Africanam victoriam dixit; *Quonam modo vir bonus eſſe poteſt*, [f] *qui cum nihil à patre ſibi relictum ſit, tot, ac tanta poſſideat?* Inuenietis locum apud Plutarch. *in vita Syllæ*. Similia dixit Tacitus lib. 17. in vituperium Fabij Valentis: *Is*, inquit, *qui diu ſordidus, repente diues factus eſt, mutationem fortunæ malè reget.* Meliùs tamen hymnum explicauit Philoſoph. 4. *Polit. cap.* 8. cùm nobilitatem dixit, non ſolas diuitias antiquas, & hæreditarias, [g] ſed etiam auitam virtutem; ſic enim ille habet: *Nobilitas eſt vetus opulentia, & virtus.* Quibus ſunt ſimilia ea quæ dixit idem Philoſoph. lib. 5. Polit. c. 1. *Nobiles enim exiſtimamus, quibus adeſt progenitorum virtus, & opulentia*: quod fortaſſis voluit Sapiens *Prouerb.* 13. cùm dixit: *Subſtantia feſtinata minuetur*: exiſtimat enim diuitias repente acquiſitas ſine virtute comparatas eſſe; oportet enim ad veram nobilitatem, & virtutem, & diuitias hæreditarias habuiſſe à maioribus, quod Autor huius libri inculcauit, cum veterem nobilitatem Booz inculcauit dicens, *Erat autem viro Elimelech conſanguineus homo, & magnarum opum*; nobilitatem enim hæreditariam habebat.

[e] *Temperant alij vulgi opinionem, aſſerentes, inueteratas tantùm diuitias, nobilitare poſſe habentes.*

Hieron. Plutarch. Stobæus. Ariſtot. Plinius.

[f] *Diuitiæ nāque repētinæ virum bonū non arguunt.*

Plutarch. Tacitus.

[g] *Bene tamē ſi hæreditariæ ſint, & cum virtute coniunctæ nobilē virū reddunt.*

Prouerb. 13.

5\. Senec.

Si quis autem quærat, quorſum diuitiæ ad nobilitatem requirantur? legat Senecam *in lib. de beata vita, cap.* 22. cùm docet, diuitias oſtendere veram nobilitatem, quæ in [h] animo, tanquam in templo conſtituta eſt. *Quid autem*, inquit, *dubium eſt, quin maior materia ſapienti viro ſit explicandi animum ſuum in diuitiis, quàm in paupertate, cùm in hac vnum genus virtutis ſit non inclinari, neque deprimi? in diuitiis, & temperantia, & liberalitas, & diligentia, & diſpoſitio, & magnificentia campum habent patentem: prodeunt ergo opibus ea, quæ latebat in animo nobilitas, & ipſa opulentia oſtenditur.* Vnde Philo dixit eleganter in lib de nobilit. *aurum, argentum, honores, dignitates, valetudo firma, ſunt in virtutis, tanquam Reginæ miniſteriis.* Vnde Ariſtotel. dixit, lib. 1. Ethic. cap. 8. *felicitatem diuitiis indigere; fieri enim non poteſt, aut non facile ſit*, [i] *vt is præclaras res agat, cui facultates deſunt.* Quibus dixit ſimilia Lactantius Firmanus, *Diuitiæ non poſſunt inſignes facere, niſi quos poſſunt bonis operibus facere clariores.* quod etiam dixit Ariſtot. *lib.* 4. *Politic. cap.* 8. cùm aſſerit, ditiores magis comitari ſolere diſciplinam, & nobilitatem: miniſtras enim, atque comites veræ nobilitatis vult eſſe diuitias; plerunque enim [l] paupertas ſolet eſſe occaſio malorum; quod dixit Iſaias in cap. 3. *In domo mea non eſt panis, neque veſtimentum; nolite me conſtituere Principem populi.* Quæ fuit ratio cur Solon in ſuis legibus, magiſtratus omnes conſtitueret ex nobilibus, & locupletibus, quemadmodum refert Ariſtot. *lib.* 3. *Polit. cap.* 10. & Plutarc. *in vita ipſius Solonis.* Illud tamen ita temperandum eſt, quemadmodum pulchrè temperauit Scipio Æmilianus apud Valer. Max. *lib.* 6. *cap.* 4. Cùm enim in Senatu Seruius Sulpit. Galba, & Aurelius contenderent, vter aduersùs Viriatum in Hiſpaniam mitteretur, Scipio dixit: *Neutrum mihi placet mitti, quia alter nihil habet; alteri nihil ſatis eſt; æquè exiſtimans malam magiſtram eſſe inopiam*, [m] *& auaritiam.* Quæ fuit ratio cur hoc in loco Autor hujus libri laudauerit à diuitiis hunc conſanguineum Elimelech. quia veræ nobilitatis eas indices oſtenſurus erat. Sunt autem illæ nobilitatis indices, de quibus dixit eleganter Seneca lib. citato de beata vita, cap. 23. *Deſine Philoſophis pecuniam interdicere; habebit Philoſophus amplas opes, ſed nulli detractas, neque alieno ſanguine cruentatas, ſine cuiuſque iniuria partas, ſine ſordidis quæſtibus*, [n] *quarum tam bonus exitus ſit, quàm introitus, quibus nemo ingemiſcet, niſi malignus, in quantumvis exaggerat illas: honeſta ſunt, ille fortunæ benignitatem à ſe non ſubmouebit, & patrimonio per honeſta quæſito, neque gloriabitur, neque erubeſcet; habebit vnde glorietur ſi aperta domo, & admiſſa in res ſuas ciuitate poterit dicere; Quod quiſquam agnouerit, tollat.* O magnum virum optimè diuitem, ſi opus ad hanc vocem conſonet, ſi poſt hanc vocem tantum habuerit: ſic ſapiens nullum denarium apud ſe admittet malè intrantem, idem magnas opes, munus fortunæ, fructúmque virtutis non repudiabit, nec excludet. Meritò igitur à diuitiis, magnum dicit hoc in loco author huius libri, Booz, quas [o] ſcilicet optimè comparauit, & miniſtras ſemper habuit virtutis, & nobilitatis.

[h] *Diuitiæ ad nobilitatem faciunt, quatenus ea quæ in animo latebant oſtendunt.*

Philo. Ariſtot.

[i] *Fieri enim non poteſt vt præclarè agat cui facultates deſunt.*

Ariſtot.

[l] *Paupertas nanque malorum eſt occaſio.*

Iſai. 3.

Ariſtot. Plutarch.

Val. Max.

[m] *Æquè mala magiſtra, atque auaritia.*

Seneca.

[n] *Illæ bonæ diuitiæ quarū tā bonus exitus, quàm introitus.*

[o] *Seu quas optimè comparauit poſſeſſor, & miniſtras ſemper habuit virtutis.*

6\. In fine huius Tractatus aduertendum eſt, [p] non minùs ad veram nobilitatem neceſſarias eſſe diuitias, quàm extremam paupertatem; etenim qui magnus ſteterit vir in diuitiis, magnus iacuit in paupertate: eſt tamen hæc differentia inter nobilem diuitem, & nobilem pauperem; quòd nobilis opulentus, feliciter nobilis eſt, nobilis autem

[p] *Non minùs facit ad nobilitatem extrema paupertas, quàm diuitiæ.*

ᵠ Sed Diues feliciter, pauper verò difficiliter nobilis eſt.

Seneca.

ᵠ autem pauper difficiliter nobilis eſt. Quod argumentum proſequitur Seneca *in lib. de Beata vita, cap. 25. & 26.* cùm quærit, cur cùm nobilis non minus in paupertate, quàm in opulentia idem ſit, potiùs tamen velit diuitias, quàm paupertatem? *malo*, inquit, *diuitias mihi in vſum eſſe, quæ exercendæ ſunt tranquillius, quàm eam, cuius experimentum ſanguis, & ſudor eſt: quamuis enim virtus ſine labore non ſit, quædam tamen virtutes fræno indigent, quædam ſtimulis:* quemadmodum enim corpus in procliuo retineri debet, in ardua impelli; ita quædam virtutes in procliuis ſunt, quædam cliuum ſubeunt: an dubium eſt, quòd qui aſcendit, nitatur, obluctetur patientia, fortitudo, perſeuerantia, & quæcunque alia duris oppoſita virtus eſt, & fortunam ſubigit? non eſt etiam manifeſtum per deuexum ire liberalitatem, temperantiam, manſuetudinem; in his continemus animum, ne prolabatur; in illis exhortamur, & incitamus, vt nitatur. Acerrimas ergo paupertati adhibemus virtutes, diuitiis diligentiores, quæ ſuſpenſum gradum ponunt, & pondus ſuum ſuſtinent. Cùm igitur hoc in loco Scriptura, hunc virum Chriſti ſeruatoris dixit, *magnarum opum* fuiſſe, ſiue opulentum, feliciter eundem nobilem oſtendit eſſe, quales oppoſitum eſſe pleroſque in vnaquaque republica, imò & in vnaquaque familia in remedium pauperum.

TRACTATVS XV.

De verbis illis: *Dixitque Ruth Moabitis ad ſocrum ſuam: ſi iubes, vadam in agrum, & colligam ſpicas, quæ fugerint manus metentium, vbicunque clementis in me patrisfamilias reperero gratiã. Cui illa reſpondit: Vade filia mea. Abiit itaque, & colligebat ſpicas poſt terga metentiũ.* Siue, *De obedientia.*

§. I.

Mulieris laus in eo poſita eſt quòd domi ſe contineat.

7. *Si iubes, vadam in agrum.* IAM aggreditur Author huius libri honeſtas actiones huius mulieris, quæ de Moab vocata eſt in fidem Hebræorum: docet autem hic locus honeſtatem pariter eiuſdem mulieris, & legis Moſaicæ charitatem. Et vt ab honeſtate incipiamus, iubebat pudor, & honeſtas viduam iuuenem, ne in agrum exiret, cogebat neceſſitas, vt exiret; ᶠ & honeſtati, & neceſſitati fit ſatis cùm dixit, *ſi iubes, vadam*; cognouerat enim iam non decere viduam Hebræam, imò nec quamlibet fœminam domum egredi, propterea dixit, *ſi iubes, vadam*: eſt enim muliebris omnis laus in eo poſita, quòd domi ſe contineat. Id quod eleganter notauit Lytanus

ᶠ Mulier honeſtati, & neceſſitati ſatisfacit, ſi domo non exeat, niſi iuſſa.

Litan.

in Commentar. ſuper Exod cap 3. & 11. & præcipuè 3. *cap.* ita dicitur. *Poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hoſpite ſua vaſa aurea, & argentea*; & *cap. 11.* ita habetur: *Dices ergo omni plebi, vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua vaſa aurea*, & cætera, *nanque*, inquit Lytanus, ˢ *viri vbique poſſunt amicos habere, mulieres autem non niſi vicinas, vel, hoſpites, ac proinde ab illis ſolùm poſtulanda ſunt vaſa aurea*: qua de re videndus eſt Nazianz. in præceptis Virginum, & in monitorio: *Non multum extra veſtibulum mitte pedem, domus tibi vrbs ſit, & nemora, ne videaris ab aliis*; quod Menand. dixit in præceptis nuptialibus:

Exod. 3. & 11.

ˢ Viri vbique poſſunt amicos habere, mulieres autem non niſi vicinas adeant.

Nazianz.

Menander.

Intus manere mulierem oportet bonam:
Egredientes autem foras, nullius pretij ſunt.

Quod regius vates dixit in Pſalm. 127. *vxor tua in lateribus domus tuæ.* Vnde Paulus 1. *ad Timoth.* 5. non concedit ᵗ mulieribus viduis foras exire. Videndus eſt Ambroſ. *in lib. de Noe, & arca*, & Hieronym. *ad Euſtochium.* Chryſoſt. *in hom. 10. in 1. ad Timoth.* vbi monet matres, vt curent ſollicitè, ne filiæ domum egrediantur: quibus habet ſimilia *hom. 60. in Ioannem* & *lib. 3. de ſacerdotio*; ſuæ igitur honeſtatis curam habens hæc mulier, nec etiam vrgente extrema neceſſitate auſa eſt egredi, niſi de facultate ſocrus ſuæ, cui dixit, *ſi iubes, vadam.*

Pſalm. 127.

1. Timoth. 5.

ᵗ Viduas prohibet Apoſtolus foras exire.

Ambr.

§. II.

Non aliter quærenda ſunt victui neceſſaria, quàm ſecundùm legis Dei præſcripta.

Et colligam ſpicas, vbicunque in me clementis patrisfamilias reperero gratiam. CÆtera quæ ſequuntur, oſtendũt optimè hanc mulierem ſatis edoctam eſſe in lege Moyſi; neque enim aliter ſibi, & ſocrui ſuæ in extrema neceſſitate per ſpeciale priuilegium quæreret remedium, niſi ex lege Moyſis cognouiſſet, ᵘ ſatis ſuperque pauperibus viduis in ea prouiſum fuiſſe à Deo: Quod vt melius intelligamus, videndus eſt Philo *in lib. de charitate*, vbi commendat eximiam Moyſis charitatem in pauperes, tam peregrinos, quàm indigenas ex eo præcepto, quod voluit ſtatuere ad meſſores; vetat enim colligi ſpicas prolapſas ˣ è manipulis, vetat & totam ſegetem demeti, vt agelli pars à falce relinquatur intacta ſimul diuitibus conſulens, vt aſſueſcant ſua communicare liberaliter, non omnia congerendo in penuaria; ſimul & pauperibus ſolatium offerens: quoniam enim pauperes carent propriis poſſeſſionibus, permittit eis ire in agros tribulum, & reliquias tanquam ſuas demetere, atque ita fiant, non frugum tantùm, verùm etiam agrorum quodammodo participes. ita enim habetur Leuit. 19. *Cum meſſueris ſegetes terræ tuæ; non ʸ tondebis vſque ad ſolam ſuperficiem terræ, nec remanentes ſpicas colliges, neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, ſed pauperibus, & peregrinis carpenda dimittes, ego Dominus Deus veſter.* Quem locum ita vertit Vatablus: *Cum meſſem terræ veſtræ meſſueritis, ᶻ nec tam exactè angulum agri tui metendo, deſeces:* Hebraicè, *non finies, vel, non complebis angulum terræ tuæ ad metendum*, id eſt, non meres vſque ad extremum campi tui: qualis eſt

8.

ᵘ Pauperibus & viduis ſatis in lege veteri prouiſum.

Philo.

ˣ Vetabat lex colligi ſpicas prolapſas è manipulis, vt aſſueſcerent diuites ſua communicare.

Leuit. 19.

Vatab.

Digitized by Google

Deut. 24.

ille locus Deut. 24. *Quando meſſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus manipulos reliqueris, non reuerteris, vt tollas eos, ſed aduenam, & pupillum, & viduam auferre patieris, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum.* Videndus eſt hac de re Theodoret. *in quaſt. ſup. Leuit.* cùm ponderat ea verba Leuit. 25. *ſeptimo autem anno ſabbathum erit terræ requietionis Domini, agrum non ſeres, & vineam non putabis. Quæ ſponte gignet humus, non metes, & vuas primitiarum tuarum non colliges quaſi vindemiam, annus enim requietionis terræ eſt, ſed erunt vobis in cibum, tibi, & ſeruo, ancillæ, & mercenario tuo; & aduenæ, qui peregrinatur apud te. Per hanc*, inquit Theodoret. *prohibitionem humanitatis officia docuit; voluit enim, vt* [a] *viduæ, & orphani, atque aduenæ, vna cum ipſis eſſent eorum fructuum participes.* Quoniam igitur cognouerat optimè Ruth legis Moyſaicæ charitatem, iuſtè opinata eſt pat ſe in ſpicilegio remedium inuenire ſibi, & ſocrui ſuæ, & propterea dixit, *ſi iubes, vadam in agrum, & colligam ſpicas, quæ fugerint manus metentium, vbicunque in me clementis, & cætera.* Iam igitur ex hoc euentu Dei dilectio in Ruth manifeſtiſſimè apparet, vtpote [a] quæ in ſpecilegio inuenerit & ampliſſimũ matrimonium, & Regum facta ſit auia, imò & Dei in carne: eximia enim gloria, Dei beneficium potius eſt, quàm noſtrum opus: quis enim diceret pauperculam mulierem colligentem ſpicas relictas in alieno agro factam [b] eſſe dominam eiuſdem agri; imò & in nepote ſuo Meſſia ſeruatore factam fuiſſe dominam totius orbis? quæ enim ei ex caſu accidere videbantur, eorum Deus rationem tenet, ſicut dixit ſapiens Prouerb. 16. *ſortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur:* quod Paulus dixit: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

Theodoret. Leuit. 25.

[a] *Vtque viduæ, orphani, & peregrini vnà cum diuitibus eſſent eorum fructuum participes.*

[a] *Quoniam non aliter quàm ſecundùm Dei legem Ruth victum quæſiuit, in ſpicilegio remediũ ſibi & ſocrui inuenit.*

[b] *Faliaque fuit non modò agri ipſius domina, ſed totius orbis in Meſſia nepote.*

Prouerb. 16.
Paulus.

§ III.

Moraliter. *Iuſti laus eſt præferre obedientiam neceſſitati.*

9. QVoniam verò hic locus moralis eſt, in quo etiam oſtenditur primum officium animæ conuerſæ, quod obedientia deprehenditur eſſe, conſequens eſt, vt de ea aliquid dicamus accommodatè ad hanc ſententiam. Vrgente igitur neceſſitate famis, quæ vehementiſſima eſt, [c] prætulit honeſtiſſima vidua obedientiam neceſſitati, neque aliter remedium quærere voluit fami, quam iubente ſocru ſua, cum dixit: *Si iubes, vadam*, non itura, niſi iuberet. Quem locum notaſſe videtur D. Bernard *in lib. de præcepto, & obedientia*, cùm ponderat ea verba Petri in ſua Canonica 1. *cap.* 1. *ſanctificantes corda veſtra in obedientia charitatis: Pulchrè*, inquit, *Petrus diſtinguit obedientiam charitatis ab illa inerti, & ſeruili obedientia, nec charitati prompta, ſed obnoxia neceſſitati: hæc* [d] *iuſti illius eſt, cui lex poſita nõ eſt.* Videndus eſt idem Bernard. *in ſermone* 1. *de conuerſione Pauli*, cùm ponderat ea verba Pauli iam conuerſi, *Domine, quid me vis facere? ô Verbum breue, ſed plenum, ſed viuum, ſed efficax, ſed dignum omni acceptione! quàm pauci inueniuntur in hac perfecta obedientiæ forma, qui ſuam ita abiiciant voluntatem, vt nec cor proprium habeant, vt non quid ipſi, ſed quid Dominus velit,* [e] *omni hora requirant, dicentes, Domine quid me vis facere?* & illud Samuelis 1. Reg. *Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus:* dolet autem maximè Bernard. quòd plures imitatores habeat cæcus Euangelicus, quàm Paulus conuerſus: de cæco enim dicitur, Marci cap. 10. *Quid tibi vis faciam?* reſpondit cæcus: *Domine vt videam, ſiccine Dominus quærit, vt faciat voluntatem ſerui? Iure cæcus ille quia non conſiderauit, non expauit, non clamauit: abſit hoc Domine, tu magis dic, quid me facere velis? ſic enim decet; ſic omnino dignum eſt, non meam à te, ſed à me tuam quæri, & fieri voluntatem.* [f] *Verùm ita cæcus loquutus eſt, quia nondum in cæco erat conuerſio, adhuc peccator erat: cùm verò hæc mulier, de qua loquimur, iam conuerſa eſſet, non ſuam, ſed alienam quærit voluntatem in opere ſuo, & propterea dixit, ſi iubes, vadam, eſt enim propriam animæ conuerſæ ad Deum, non ſuo ſed alieno regi arbitrio.* [g] Vnde primum ingreſſum eſt peccatum in orbem, quòd Adam, non Dei, ſed ſua voluntate regi voluerit, quemadmodum pulchrè docet Bernard. *in lib. de ordine vitæ:* cùm explicat ea verba Chriſti Domini Ioan. 6. *Eum, qui venit ad me, non eiiciam foras, quia non veni facere voluntatem meam, ſed eius, qui me miſit; quid enim*, inquit Bernard. *ſi eos, qui ad ſe veniſſent, expuliſſet? Quis autem neſciat, quoniam voluntas Filij à Patris voluntate non diſcrepat? ſed quoniam primus homo, quia ſuam voluntatem facere voluit, à paradiſi gaudiis exiuit:* [h] *ſecundus ad redemptionem hominis veniens, dum ſe voluntatem Patris, & non ſuam facere oſtendit, permanere nos intus docuit, quia dum exemplo ſuo, nos obedientia ſabiicit, viam nobis egreſſionis conclaſit, quaſi permanentia in paradiſo poſita ſit in obedientia, ſeu in obſequio alienæ voluntatis.* Similia videnda ſunt apud eundem Bernard. *ſerm.* 3. *de Reſurrectione*, cùm ponderat ea verba Chriſti Domini Marci 10. *Veruntamen non mea, ſed tua voluntas fiat, ô Domine*, inquit Bernard. *voluntas de qua dixiſti, vt non fieret, ſi bona non erat, quomodo tua erat? ſi bona erat, quomodo derelicta eſt? & bona erat, & eius erat, ſed ea, de qua dicebat, fiat voluntas tua, melior erat,* [i] *quia communior erat, non ſolum Patris, ſed etiam Chriſti, oblatus eſt enim, quia ipſe voluit. Diſcant igitur peccatores, non ſuam meram, ſed alienam facere voluntatem:* & cætera, quæ in hanc ſententiam eleganter proſequitur D. Bernard. Videndus eſt Paraphraſtes Chaldæus, ad illa verba Cantic. 6. *Quàm pulchra es amica mea, ſuauis, & decora.* Quæ verba de ſancta obedientia intelligit Paraphraſt. vt tunc maximè pulchra & decora viſa ſit amico Deo, quando maxime obediens viſa eſt; ſic enim legit eum locum, *quàm pulchra es tu dilecta mea in tempore, quo vis facere voluntatem meam; tunc ſuauis, tunc pulchra, tunc decora.*

[c] *Ruth honeſtiſſima obedientiam prætulit neceſſitati.*

Bernard.
1. Petr. 1.

[d] *Hæc eſt obedientia cui lex non eſt poſita,* Bernard.

[e] *Qui omni tempore Domini voluntatem, non propriam requirit.*

1. Reg.
Bernard.

[f] *Cæcus eſt, & non conuerſus ad Dominũ, quod ſuam impleri cupiat voluntatem.*

[g] *Proprium enim eſt animæ conuerſæ ad Deum nõ ſuo, ſed alieno regi arbitrio.*

Bernard.
Ioann. 6.

[h] *Reſtituit Chriſtus, ſuã non faciens voluntatem, quod Adamus perdidit, ſuam adimplendo.*

Bernard.
Marc. 10.

[i] *Voluntatem Patris ſuæ prætulit Chriſtus, quia melior in eo, quòd communior.*

Chald. Par.
Cantic. 6.

§. IV.

Obedientia omnium in ſe virtutum coronas non habens, habet.

GRegorius Niſſenus *orat.* 3. *in Cantic.* ita habet cùm explicat illa verba ſponſi laudantis ſponſam *Cantic.* 1. præſertim propter obedientiam, quæ maximè in eo loco adumbratur, cùm dixit: *Collum tuum ſicut monilia: metaphora*, inquit Niſſenus, *ſumpta eſt ab equo animoſo, & generoſo, cuiuſmodi equus in gyrum, id eſt, in orbem, vel circuli ſeu torquis in figuram, collum flectit,* 10.

Niſſenus.

flectit, pedúmque ſuorum inceſſus accipit, eaque ratione conſequitur, [l] *vt ſine offenſione currat non ad ſaxum vllum allidens.* Laudat igitur collum ſponſæ, quòd torquatum ſit, ſeu circulare, hoc eſt, diſciplinabile, morigerum, & habile, non ad vnam, & alteram virtutem, ſed ad omnes, ſeu potiùs ad omnem virtutum orbem; ſunt enim virtutes inter ſe ſe connexæ, ac proinde ſpecioſum circulum, ſiue torquem pulcherrimum efficiunt, quo decoratur collum pulcherrimum ſponſæ: videtur autem mihi Bernard. *ſerm. 41. in Cantic.* notaſſe illud, quod in obedientia pulcherrimum eſt; eius enim virtutis proprium eſt, ſine monilibus, atque ornamentis vllis, pulcherrimam eſſe: *Solet*, inquit, *collum monilibus ornari, non comparari; ſola tamen obedientia monilibus comparatur,* [m] *& non ornatur; quia quamuis coronas murales, & colles triumphales habere non videatur, habet tamen.* Vnde vulgatus Interpres in collo ſponſæ volens laudare obedientiam, (eſt enim collum ſymbolum obedientiæ, iuxta illud Euangelij, *Tollite iugum meum ſuper vos*) dixit ad eum locum Cantic. 1. *Collum tuum ſicut monilia*, quod Hebraicus textus habet, *Collum tuum pulcherrimum in monilibus*, vel, *cum monilibus.* Quamuis enim obedientia habere non videatur ſacroſanctas Martyrum purpuras, atque alia ornaméta aliarum virtutum, habet tamen, quia ſicut Sapiens dixit Prouerb. 21. *Vir obediens loquitur victorias;* vnaquæque enim virtus loquitur ſuam victoriam, & triumphum, [n] ſola obedientia triumphos, & victorias habet aliarum virtutum. Sicut autem in bello fieri conſueuit, vt non modò in bello, qui pugnarunt ſpolia belli accipiant, ſed etiam illi, qui non cruentarunt quidem gladium, ſed ad ſarcinas commeatum ſeruarunt: ſic quoque & obedientia, quæ commeatum cæterarum virtutum ſeruat, & cuſtodit, conſequitur cuiuſcunque virtutis præmia pugnantis. Dixit hoc expreſsè Chryſoſt. *hom. 47. in Gen.* cum aſſerit, propterea dictum eſſe *Geneſ. 22.* Abrahamo præparato ad ſacrificium filij, *quia feciſti rem hanc, & non pepercisti filio tuo: antequam*, inquit Chryſoſt. *gladium cruentaſſes in ſanguine filij, & filium ſacrificaſſes, iam gladius per obedientiam cruentatus erat, iam filius ſacrificatus erat,* [o] *& propterea cruentam ſine ſanguine loquitur victoriam.* Vnde ſicut idem Chryſoſt. notauit, & D. Thom. epiſt. ad Hebr. cap. 5. lect. 1. & 3. p. q. 47. a. 2. *Per obedientiam Christus Dominus factus eſt ſacerdos cruenti ſacrificij corporis ſui, quod in cruce litatum eſt; nec enim ſanctum illud ſacrificium alium ſacerdotem habere videtur, quàm ipſum Chriſtum Dominum, per ſui obedientiam:* vnde idem Chryſoſt. *hom. 8 ſuper epiſt. ad Hebr.* cùm explicat illa verba Pauli, ſiue potius Dauidis in Pſalm. 39. *Sacrificium, & oblationem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi*, ſeu potiùs, *habile corpus dediſti mihi ad obediendum*, accommodatum ſatis ſacrificium exhibere eum putauit, [p] qui obedientiam præſtitit. Vnde meritò hæc auia Chriſti laudatur ab obedientia, cum dicitur, *ſi iubes, vadam;* ſic enim inculcatur, & caro Chriſti ſeruatoris ex ea muliere per generationem veniens, quæ ab obedientia maximè commendatur à Chriſto Domino, & oſtenditur, per obedientiam reducendum eſſe hominem ad primum, & integrum ſtatum, à quo excidit Adamus per inobedientiam. Sicut enim docuit D. Auguſt. tom. 7. lib. 2 de peccator. meritis, & remiſſ. cap. 22. *Tota felicitas illius ſtatus poſita erat in obedientia,* [q] *qua vnaquaque pars noſtri, alieno non ſuo regebatur arbitrio, caro ab appetitu, appetitus à voluntate, voluntas à ratione, ratio à Deo; denique obedire, & feliciter viuere idem erat; namque felicitas erat obediens, & obedientia felix.* Quare mirum non eſt, ſi obedientia ad crucem adduxerit Deum in carne, & Abrahamum ad ſacrificium filij; quemadmodum dixit Bernard. in peculiari ſermone feriæ quartæ hebdomadæ pœnoſæ, cum dixit, propterea *inclinato capite emiſiſſe ſpiritum*, Chriſtum Dominum factum obedientem vſque ad mortem, [r] quòd ſcilicet longior eſſet obedientia, quàm vita: in eo enim quiſque ſtatu, perpetuò manet, in quo moritur, ac proinde, cum inclinato capite emiſit ſpiritum, perpetuò inclinatus manſit, hoc eſt, obediens, tantum placuit Chriſto ſancta obedientia. Meritò igitur eius auia Ruth, non aliter ad colligendas ſpicas vadit in agrum, niſi præmiſſo actu obedientiæ dicens, *ſi iubes, vadam.*

Si quis autem quærat, in quo poſita ſit obedientia huius mulieris, quam [s] tantopere hucvſque commendauimus, præſertim cùm ea poſita eſſe videatur in quærendo neceſſaria ad victum vrgente extrema neceſſitate, quod obiectum ſatis proportionatum erat eius voluntati, ac proinde non ita laudabilis eius obedientia; [t] diminuit enim de ratione perfectæ obedientiæ, ſi eius obiectum magnam habeat proportionem cum noſtra voluntate: ſi quis, inquam, hoc clariùs intelligere voluerit, legat D. Thomam 2. 2 *q. 104. a. 2. ad* 3. eo enim in loco docet D. Thomas, obedientiam non reddere promptam voluntatem in illud obiectum, quod maximè ſibi proportionatum, & accommodatum eſt; [u] ſed quando illud, quod præcipitur, nullo modo eſt ſecundùm ſe volitum; ſed potiùs eſt ſecundùm ſe conſideratum propriæ voluntati repugnans: talis autem potuit eſſe voluntas Noemi; [x] potuiſſet enim præcipere nurui ſuæ, ne inſtante extrema neceſſitate remedium quæreret in fame, qualis fuit obedientia Ruth, quæ ſcilicet nihil de ſuo habuit, ſed ſemper alieno regebatur arbitrio; quemadmodum dixit Gregorius Magn. *Obedientia, quæ habet aliquid de ſuo, in proſperis eſt, veluti nulla, vel minor; quia voluntas propria non videtur peculiariter tendere ad implendum præceptum, ſed ad aſſequendum proprium volitum.* 11.

[l] *Obedientia circularis id eſt, flectens ſe in orbem virtutum omniū in nullo offendit.*

Bernard.

[m] *Obedientia ſola monilibus comparatur, quia licet coronas non habere videatur, habet.*

Text. Hebr.

Prouerb. 21.

[n] *Vnaquæque virtus ſuam loquitur victoriam, ſed obedientia cæterarum triumphos.*

Chryſoſt.

Gen. 22.

[o] *Vide cruentatam ſine ſāguine, quomodo victoriā loquatur obedientia.*

D. Thom.

Chryſoſt.

Pſalm. 39.

[p] *Satis enim ſacrificiū præſtitit, qui obedientiam exhibuit.*

Auguſt.

[q] *Tandiu felix fuit homo in paradiſo, quādiu vnaquæque pars noſtri, alieno, non ſuo regebatur arbitrio.*

Bernard.

[r] *In Chriſto longior fuit obedientia, quàm vita.*

[s] *Fuerit ne perfecta Ruth obedientia, dubitatio.*

[t] *Diminuit de ratione perfectæ obedientiæ ſi obiectum eius ſit voluntati maximè proportionatum.*

D. Thom.

[u] *Obedientia autem eſt, reddere promptā voluntate in id, quod eſt voluntati repugnans.*

[x] *Solutio. Nimirum quia voluntati repugnans, continuò, quia quod præcipitur.*

Greg. Magn.

§. V.

Adiungenda eſt obedientiæ diligentia.

Abiit itaque, & colligebat ſpicas poſt terga metentium. Accidit autem vt ager ille, &c.

OBediens igitur Ruth egreſſa eſt in agrum, ſicut notauit Author ſacer hoc in loco cùm dixit; *Abiit itaque, & colligebat ſpicas poſt terga metentium*, nec enim ſatis eſt obedire, ſed prompta ſequitur [z] poſt obedientiam ad ſalutem neceſſaria diligentia in operibus: quod dixit Plutarch. *in Laconicis*, cùm docet apud eos in prouerbio eſſe, *admota manu fortunam inuocandam eſſe;* hoc eſt, non ſegniter, neque negligenter ſperandum eſſe auxilium diuinum. Vnde dixit ad hunc locum quidam. [a] *Otioſum nihil differre à reprobo*, ex illo Matth. 20. *Quid ſtatis hic tota die otioſi? ite & vos in vineam meam.* Proinde vbi primùm Ruth eundi facultatem 12.

[z] *Poſt obedientiam ad ſalutem, neceſſaria omnino eſt diligentia.*

[a] *Otioſus nihil differt à reprobo.*

Matth. 20.

tatem habuit, in agrum continuò abiit, & colligebat ſpicas. Videndus eſt D. Paulus 2. *ad Theſſ.* 3. cùm docet, otioſum hominem, [b] non diſſimilem eſſe peſti; *Audiuimus*, inquit, *quoſdam inter vos ambulare inquietè, nihil operantes; iis autem, qui huiuſmodi ſunt, denuntiamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes ſuum panem manducent.* Si enim, ſicut dixit Auguſt. epiſt. 113. *in mellis copia, non fruſtra pennas habet apicula;* [c] *nectit enim hærentem, ſeu necat inertia in ſumma rerum penuria; cur alas, cur manus, cur pedes non habebit pauper?* propterea abiit, & colligebat. Videndus eſt Auguſt. *tom.* 3. *de operibus monachor.* & Hieronym. *in epiſt. ad Ruſticum*, dum docet Ægyptiorum monaſteria hunc tenere morem, vt nullum abſque opere, & labore ſuſcipiant, *non tam propter victus neceſſitatem, quàm propter animæ ſalutem, ne vagentur pernicioſis cogitationibus.* Similia habet Hieronym. *tom.* 1. *in epiſt. ad Heliodor. de vita ſolitaria, & in epiſt. ad Euſtoch.* Videndus eſt Diogenes Laërt. cum de Cynico Laërt. retulit, eum dicere ſolitum, [d] *amorem eſſe vacantium occupationem.* Propterea Pauſanias dixit *lib.* 2. *in ſua Corinthia*, iam olim Phidiam ſtatuarium, ſedentem Venerem effinxiſſe, quia vita ſedentaria, ſiue otioſa, libidinem alere ſoleat. Similia dixit Stobæus *ſerm.* 61. ex Menandro, *Amor eſt affectus animæ otioſæ.* Rectè igitur noſtra Ruth, ne otioſa ſederet, continoò, vt facultatem obtinuit à ſocru ſua, *abiit & colligebat ſpicas poſt terga metentium.*

[b] Otioſus parum diſſimilis peſti.
2. Theſſ. 3.
Auguſt.
[c] Si in rerum copia nō fruſtra pennas habet apicula, quanto magis in penuria.
Hieron.
Laërt.
[d] Amor cupidinis, vacantium occupatio.
Pauſanias.
Stob.

TRACTATVS XVI.

De verbis illis: *Abiit itaque, & colligebat ſpicas poſt terga metentium: accidit autem vt ager ille haberet Dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimelech.* Siue, *De induſtria, quam comitatur optima fortuna.*

§. I.

Solet Deus in auxilium obuius fieri laborantibus.

13. *Abiit itaq; & colligebat ſpicas poſt terga metentium, &c.* LOcus hic in duas partes diuiditur. Prima agit de induſtria, & ſedulitate, qua ſibi, & ſocrui ſuæ quæſiuit ad victum neceſſaria ſancta Ruth. In ſecunda oſtenditur, quæ ſoleat Deus facere iis, quibus cura eſt maximè quærendi, quæ neceſſaria ſibi ſint. Non igitur muliebre ingenium ſecuta hæc vidua deſidioſa fuit: ſicut enim pulchrè notauit Ariſtot. lib. 4. de generat. animal. cap. 6. *Mulieres vitam agunt cellulariam, & otioſam*: vnde D. Gregorius Magn. commentatus ea verba Iob, *Homo naſcitur ad laborem, ſicut auis ad volandum*, quærit, cur Spiritus ſanctus auis potiùs exemplo, quàm alterius animantis nobis ſignificauerit, induſtriã eſſe neceſſariam ad vitam hominum, & laborem: *Vt*, ſcilicet, *ita oſtenderet, quod quemadmodum aues, expanſis alis, crucifixa effugere ſoleat damna, & inſidias;* [e] *ſic quoque laboribus, atque induſtria homines effugiunt mala.* Quæ fuit ratio cur D. Ambroſ. *in lib. de viduis*, loquens de hac ipſa vidua Ruth, per ſummam induſtriam quærenti, & colligenti ſpicas cadentes de manibus meſſorum, dixerit, [f] *neſcit egere optima diſciplina.* Videndus eſt Philo in lib. de ſacrificio Abelis: *Labor*, inquit, *bellum cum voluptate gerit perpetuum, hic omnis virtutis, ac felicitatis initium eſt, & ſine hoc nihil honeſtum inter mortales, inuenies eius poſſeſſionem labore comparari, & confirmari.* Vnde eſt illa Phocylidis Græci de labore, & induſtria aurea ſententia, [g] *labore ſudans, vt de propriis viuas, omnis enim piger viuit furtiuis de manibus.* Videndus eſt Philo *lib.* 1. *de vita Moyſis*, cùm exponit locum Exodi *in cap.* 3. de rubo ardenti: Idem Philo *in lib. de fortitudine*, cùm quærit, cur de lege veteri ad bellum non cogerentur, qui vel vineam, vel fundum de nouo comparauerint, vel domum ædificauerint. Idem etiam Philo *in lib.* quòd omnis probus ſit liber: [h] *qui labori præferunt otium, non ſolùm germinibus officiunt, ſed etiam ipſas exſiccant radices: contra verò, qui otium, vt noxium fugiunt, & ad laborem applicant, velut generoſarum plantarum cultores continua cura præcelſas virtutum ſtirpes educunt in æthera immortales, virentéſque perpetuò, ferentes immortalitatis fructum nunquam interiturum;* vt iam non ſit mirum, ſi vidua hæc exiſtimauerit neceſſarium eſſe laborem, & induſtriam ad probè viuendum.

Ariſtot.
Greg. Magn.
[e] Homo labore & induſtria mala fugit.
Ambr.
[f] Neſcit enim egere optima diſciplina.
Philo.
Phocyld.
[g] Labore ſudans, vt de propriis viuas.
Exod. 3.
Philo.
[h] Qui labori præferunt otium, non ſolùm germina, ſed & radices exſiccant.

Quod verò fortuna virtutem ſequatur, hoc eſt, quod feliciter ſemper actum ſit cum laborantibus, oſtendit optimè [i] vetus illud prouerbium, *cum Minerua manum interim moue.* Monet enim ea parœmia, ne fiducia diuinæ opis induſtriam remittamus; quod prouerbium præcipuè conuenit mulieribus lanificium exercentibus, quarum induſtria nihil prodeſt, niſi diuinum adſit adiutorium, ac proinde deriuatur in cæteros, qui laborantes diuinum auxilium inuenerunt. Similis eſt locus apud Philoſoph. *lib. moral. Eudem.* quem refert Manutius in prouerbiis, *Fortunam vt ars, ita fortuna artem amat:* [l] copulantur inter ſe ſe labor, & fortuna, ſui induſtria, & diuina Prouidentia. In quam ſententiam ille ſcenarius à Suida citatus: *Fac interim aliquid ipſe, deinde Deos voca:* quod argumentum proſequitur Varro lib. de re ruſtica. *Quoniam*, inquit ille, *vt aiunt, Dij facientes adiuuant, priùs inuocabo Deos;* diuinum enim auxilium non ceſſantibus, ſed induſtriis adeſſe ſolet: vnde abiit in prouerbium illud ex Homero: 14.

Hæc partem ipſe tuo perpendes pectore tecum,
Partim aliquis Diuûm tibi ſuggeret.

Quem locum refert, & ſequitur Cicero *lib.* 9. *epiſt. ad Atticum*, quod ſignificant ea verba, *virtuti fortuna comes.* Comitatur enim diuina Prouidentia induſtriam hominum, atque ita, qui pernoctauerant in officio ſuo paſtores cuſtodientes vigilias ſuas, vel de nocte primi viderunt [m] Verbum in carne, vel Angelis de cælo deſcendentibus, vt vigilantibus Verbum in carne oſtenderent; quod magiſtratibus Iſraëliticis non euenit, ruſticis paſtoribus datum eſt. Sic quoque ea, quæ Ioannes *in cap.* 2. neceſſariam quærebat aquam, Meſſiam [n] obuium inuenit,

[i] Vetus prouerbiũ, cum Minerua moue manũ.
Philoſoph.
Manutius.
[l] Copulantur enim inter ſe labor, & fortuna ſui induſtria, cũ diuina prouidentia.
Suidas.
Varro.
Homer.
Cicero.
[m] Vigilantibus Deus primò in carne apparuit.
Ioann. 2.
[n] Et neceſſariam quærens aquam Meſſiam inuenit.

Cant. 1.

nit, quod etiam ſignificare voluit ſponſa *Cantic. cap.* 1. cùm dixit obiicientibus ſibi coloris deformitatem; *nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me ſol*; declinaui ab albedine in nigredinem officij faciendi cauſa; natiuus non eſt hic meus color, ſed potius officij mei fructus. Quem laudandi modum commendat Horat. *Epod. ode* 2. circa mulieres Sabinas, quæ præ officij cura faciem, & externum cultum contemnebant.[o] Hæc igitur quæ propter officium pulchritudinem contemnebat, & perdiderat, ſponſum inuenit Verbum in carne. Sic pariter Ruth peregrina, & vidua, imò & paupercula mulier dum ſpicas colligebat ad victum, & remedium, inueuit & maritum principem, quia ſolet Deus obuius fieri in auxilium laborantibus, & non otioſis. Nec contra hoc eſt parabola *Matth.* 20. quando Paterfamiliàs otioſos inuenit in foro: quanuis enim eo tempore non operarentur, parati tamen erant ad laborem; ea enim mente in forum venerunt, vt ſuas operas locarent, ſicut ſua reſponſione ſignificarunt, dicentes, *Quia nemo nos conduxit.*

[o] Quæ pro officij cura faciem, & externum cultum contemnit, Deum in carne inuenit.

Matth. 20.

§. II.

Non caſu illud eueniſſe, aſſerendum eſt, quod Deo prouidente euenit.

15. *Accidit autem, vt ager ille haberet dominum nomine Booz.*

NE verò aliquis ſcrupulus remaneat in eo quod diximus in principio huius Tractatus, plerunque oppoſitam fortunam conſequi ſolere induſtriam, ne videamor cùm prophanis hominibus[p] fatum, & fortunam introducere, ponderandum eſt verbum, quo Author huius libri hoc in loco vtitur, cùm dixit, *accidit autem*, quod Vatablus tranſtulit, *forte fortuna in agrum venerat Booz*. Pro qua re notandus eſt locus apud Auguſt. *lib.* 5. *de Ciuit. cap.* 1. *& ſequentibus*: quibus habet ſimilia Philoſophus *lib.* 2. *de auditione*, & cæteri Peripatetici: inter quos accedit præcipuè Alex. Aphrodiſæus, vbi aduertit, *fortuito euenire ea, quorum finis non eſt agentis intentione præſtitutus*, vt ſi quis moueat tellurem ſuo aratro, vt tellus pingueſcat, & inter mouendā terram theſaurum inueniat, fortuitus ſucceſſus eſt; ſicut, quando aliquis conſequitur, quod agendo, & operando intendebat, non eſt fortuitus euentus, & præter ſpem; fatendum tamen ſemper eſt, quod licet is, qui operatur, illud non intenderit,[q] quod euenerit, maius agens, cuius nutu, & ordinatione mouentur omnia, illud præparaſſe, & præuidiſſe ex ſua diuina Prouidentia, vnde non caſu illud eueniſſe dicendum eſt, quod Deo prouidente euenit. Cum igitur hoc in loco dicitur, *accidit autem*, commodè ita intelligendum, vt acciderit mulieri, euenerit autem ei in vitam æternam, ita Deo præparante, & ordinante, quanuis ipſa nihil minus cogitaſſet, aut intendiſſet per ſuam actionem: ſic quoque Tobias iuuenis, qui in Ragues profectus erat ad quærendam pecuniam ex chyrographo debitam parenti à Raguele,[r] inuenit Angelum, qui iuuenem duceret, vt remedium cæcitati parentis, & vxori inueniret, & qui peregrinam ſolam pecuniam quærebat, ductante Angelo, remedium inuenit parentis, & vxoris. Videndus eſt Theodoret. *quæſt.* 82. *ſuper Geneſ.* vbi mirè philoſophatur ſuper eam viſionem, quam viderat Iacob *Gen.* 28. cùm enim egreſſus eſſet fines Iudææ fugiens fratrem ſuum Eſau, auxilium quærebat fuga, & Deo prouidente regnum inuenit:[s] diſcubuit enim, & in ſomniis vidit cælum apertum, & de cælo vſque ad imam tellurem ſcalam, per quam aſcendebant, & deſcendebant Angeli, vt facilius, ſcilicet, Deo prouidente poſſent Angeli deſcendere in auxilium hominis dormientis. Videndus eſt in hanc ſententiam Regius vates *Pſalm.* 110. cum loquens de homine eodem argumento dixit: *magna opera Domini, exquiſita in omnes voluntates eius*: quaſi vellet, valde ſunt anguſta noſtra verba, & breuiſſimis finibus circunſcripta, cùm vnumquodque illorum vnum tantùm finem habere poſſit, atque vnum effectum, ita vt ſi alius eueniat, præter noſtram intentionem, & actionem fiat; auguſtiſſima tamen ſunt opera diuina, & accommodatiſſima ad omnes fines; tam apte enim cuilibet conueniunt, vt exquiſita, & electa eſſe videantur ad huiuſmodi finem ab ipſa diuina Prouidentia, ſeu potius, vt eum locum ex Hebræo legit Hieronym. exquiſita, vel exquirenda in omnes voluntates eorum, vt quidquid velint homines, in ſingulis operationibus diuinis inueniant: quaſi Deus eum finem ordinauerit in ſingulis earum, quem quiſque maximè optaſſet; ſicut patet in actione huius mulieris,[t] dum enim ſpicilegium facit, Deum inuenit in conſanguineum, & nepotem: hoc enim proprium non ſolùm prouidentis Dei eſt, ſed etiam amantis, ſicut aduertit Bernard. *ſerm.* 69. *ſuper Cantic.* cum explicat illa verba ſponſæ Cantic. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi, inſolens verbum, & ego illi, nec minus inſolens, Dilectus meus mihi, niſi quod vtroque inſolentius vtrunque ſit: mihi*, inquit, *intendit ſponſus*,[u] *ita ne illa maieſtas cui gubernatio pariter, & adminiſtratio orbis incumbit, & cura ſæculorum ad ſola transfertur negotia amorum, de quibus Apoſtolus dixit, omnia propter electos? & quid dubium, quod gratia, & miſericordia Dei ſit in ſanctos eius, & reſpectus in electos eius? ergo prouidentiam cæteris creaturis non negamus, curam ſponſa ſibi vendicat, ſicut Petrus dixit in ſua Canonica* 1. *cap.* 5. *Omnem ſolicitudinem veſtram proiicientes in eum, quia ipſi eſt cura de vobis.* Aduertendum tamen eſt non dixiſſe D. Petrum, vt ipſi ſit cura de vobis, ſed potius; *quia ipſi eſt cura de vobis*; qui enim[x] præuenit amando, præuenit curando, ordinando, & prouidendo; ac proinde non eſt mirum, ſi ea, quam diligebat Deus, & quam elegerat in'auiam ſuam Deo diſponente, & ordinante dum colligit ſpicas, inuenerit conſanguinitatem Dei: Deo enim ducente venit in agrum Booz, qui filius fuit Salmonis, & frater Elimelech: hic autem Elimelech filium habuit, qui viduam reliquit Ruth in terra Moab, vnde ortus eſt Chriſtus Dominus.

[p] Vitandus error gentilium fatum, & fortunam ponentium.

Vatablus.

Auguſt.

Ariſtot.

[q] Quæ enim reſpectu agentis particularis caſu eueniunt, ex alta prouidentia credenda ſunt euenire.

[r] Quod in Tobia.

Theodoret. Gen. 28.

[s] & in Iacob monſtratur.

Pſalm. 110.

Hieronym.

[t] Maximè verò in Ruth quæ dum ſpicilegium facit, Deum inuenit in conſanguineum & nepotem.

Bernard.

Cantic. 2.

[u] Ita enim illa maieſtas cui adminiſtratio orbis incumbit, ad ſola transfertur negotia amoris.

1. Petr. 5.

[x] Qui enim præuenit amando Deus, præuenit etiā curando & prouidendo.

§. III.

Locus moralis.

Quæ anima per fidem, & charitatem conuerſa eſt, & viuit, & continuò operatur.

Abiit, & colligebat ſpicas &c.

CONſequens iam eſt, vt quemadmodum cæpimus 16.
oſtendere in hac muliere, veram imaginem animæ

ſtæ conuerſæ, & pœnitentis, ita rem vlterius proſequamur. Quæ igitur reuerſa eſt de terra Moab, id eſt, de vita prophana, & quæ venerat in Ephrata, ſiue Bethlehem ad veram pietatem, & religionem Dei, poſtquam illuminata eſt, & veteres depoſuit mores, iam non ſuo, ſed alieno gubernata arbitrio, veram ſequuta obedientiam, quæ prima lex eſt in anima pœnitente, continuò *abiit, & colligebat ſpicas*, hoc eſt, cœpit honeſtè operari,[a] poſt pœnitentiam enim veram, continuò ſequuntur honeſtæ actiones, ſicut dixit Philo *in lib. de Abraham*, vbi docet, *primum hominis virtutem eſſe ſpem ſecundum pœnitentiam, tertiam progreſſum; quæ*, inquit, *perpetuò perfectio ſtat proxima diuinæ potentiæ*, id eſt, *quæ perpetuò rectè operatur, non longè eſt ab ipſa diuinitate. Cæterum progreſſu temporis ad meliora tranſitus, eſt propria dos bene natæ animæ, quæ contemptis puerilibus ſtudiis per ſolidiora, & magis virilia contendit ad tranquillum conſtitutionem; ideo meritò poſt pœnitentiam ſequitur Deo charus virtutis amator, quem Hebræi Noe, Latini quietem, ſiue iuſtum vocarunt.*

[a] *Poſt pœnitentiam veram continuò ſequuntur honeſtæ actiones.*

Philo.

Philo, Gen. 6.

Alludit autem Philo ad eum locum *Gen. in c. 6.* vbi diuinum oraculum dixit ita, *Pœnituit Deum, quòd hominem feciſſet in terra, & præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinſecus, dixit: Delebo hominem, quem creaui à facie terræ, pœnitet enim me feciſſe eos. Noe verò inuenit gratiam coram Deo. Hæ ſunt generationes Noe: Noe vir iuſtus, atque perfectus fuit in generationibus ſuis, coram Deo ambulauit*: quaſi hæc tria[b] inter ſe copulentur, cum pœnitentia, gratia, ſiue charitas, cum charitate honeſtæ actiones. Videndus eſt Areopagita *in Eccleſ. Hierarch. cap.* 1. cum ait, *Primus omnium motus animæ diuinæ eſt dilectio, quatenus dilectio animam primò mouet ad mandata Dei peragenda.* Quod aliis verbis dixit Auguſt. *Pſal. 31. quod credit, hoc fidei eſt, quod operatur, charitatis*, & cætera, quæ proſequitur, oſtendens ad charitatem pertinere honeſtas actiones. Latiſſimè hoc argumentum proſequitor Cyrill. Alex ad illa verba Ioan. *c. 4. Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit*, proindeque Chriſtus gratiam vocauit fontem perpetuò ſalientem in vitam æternam, & quod magis mirum eſt in hanc Philoſophiam incidit Plutarch. *in vita Numæ Pompil.* ſtatim in principio, cum quærit, vtrùm Deus congredi, & commiſceri cum hominibus poſſit, nec alium congreſſum cognoſcit maiorem inter Deum, &[c] hominem, quàm illum, qui per charitatem eſſe poteſt inter vtrunque; cuius hæc ſunt verba. *Charitatem eſſe Deo cum homine, & ex hac amorem illum gigni ad morum, virtutiſque diligentiam, curam, & ſtudium, decorū certè fuerit: neſcit*[d] *enim otioſa eſſe charitas, ſed quæ diligit perpetuò operatur; ſicut enim prophanus amor, vacantium occupatio eſt, ſic diuinus amor, amantium occupatio eſt, perpetuò enim operatur diuina charitas.* Videndus eſt ille locus *Cantic.* 2. vbi ſponſa, quæ tantiſper tepuerat in amore ſponſi, continuò vt incaluit eius charitas, ſurrexit ad opus de lectulo, in quo iacebat; ſic enim in eo loco habetur, *ſurgam, & circuibo ciuitatem*,[e] impatiens eſt enim omnis moræ verus amor. Videndus eſt D. Iacob. *in ſua Canonica cap.* 2. vbi docet, *quòd ſicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, & ita & fides ſine operibus*: quæ enim anima per fidem, & charitatem conuerſa eſt, & viuit, continuò operatur: qualis planè eſt hæc mulier, quæ vbi primùm conuerſa eſt, in Bethlehem *abiit & collegebat ſpicas.*

[b] *Tria inter ſe copulantur pœnitentia, charitas, & honeſta actiones.*

Areopagita.

Auguſt.

Cyril. Alex. Ioan. 4.

Plutarch.

[c] *Non aliter congreditur Deus cū hominibus quàm per amorem: ex Plutarcho.*

[d] *Neſcit charitas eſſe otioſa.*

Cantic. 2.

[e] *Impatiens eſt moræ verus amor.*

Iacobi. 2.

Gabr. à Coſta in Gen.

TRACTATVS XVII.

De verbis illis; *Et ecce Booz veniebat de Bethlehem, dixitque meſſoribus ſuis: Dominus vobiſcum: qui reſponderunt ei, Benedicat tibi Dominus.* Vbi *de optima ratione regenda familia.*

§. I.

Quæ quis ſua induſtria curat, fœcundiora ſunt.

Et ecce Booz veniebat de Bethlehem.

PAVLATIM explicanda ſunt hæc verba, latent 17.
enim in ſingulis eorum multa, tum ad mores communes componendos, tum ad vnumquenque priuatum hominem, & ad ſuam familiam temperandam, & moderandam pertinentia. Prima igitur verba formam illam veterem oſtendunt cuiuſcunque optimi Patrisfamilias; huius autem formulæ viuendi meminerunt Ariſtoteles *in ſua Oeconomia*: Xenophon. *in Oeconom.* Varro *in ſua re ruſtica*; mirum autem quoddam de œconomia ſcripſerunt, cùm de nulla alia re in eo argumento agerent, quam de agricultura, ſiue de re ruſtica, quaſi in ea poſita ſit ſubſtantia totius familiæ: vnde Xenoph. loco citato,[f] agriculturam vocat, *aliarum artium parentem, atque nutricem, quæ bene valente, cætera bene valent, neglecta verò, terra, marique iacent omnia.* quibus ſunt ſimilia ea, quæ dixit Philoſoph. *lib. 7. œconom. cap.* 2. *Poſſeſſionis prima cura eſt ea, quæ ſecundùm naturam; ſecundùm naturam verò prior agricultura: ſecundo loco omnia, quæ ſunt à terra.* Vnde quia ſicut Plin notauit *lib. 18. natural. hiſtoriæ c. 6.* eum ad optimam rationem regendæ familiæ pertineat agricultura, dixerunt maiores. *fertiliſſimum in agro eſſe oculum domini.* Cui ſuffragatur Columel. *lib. 3 de re ruſtica cap.* 21.[g] *Domini præſentis oculus agrum, hortumque fœcundat*, & lib. 4. c. 18. *oculum, & veſtigia domini rem eſſe agro ſaluberrimam*, dixit. Rationem latiùs oſtendit Xenoph. *in ſuo œconom.* cum ait, *vbi rus veni, percontor ſingula quæ facta ſint ordine: rationem quoque ſubduco, ſi res melior, atque aptior quàm antea fuerit, facta ſit; ſub hero*[h] *enim ignaro famulos vel natura bonos, nunquam putauerim bonos eſſe; ſub ſolerti autem, vel ignaros caſtigatos facile poſſe erudiri; attentos igitur operi, qui cupit alios reddere, ipſum in primis circumſpectum, rebúſque inſtantem eſſe oportet, tunc gratiam rectè curati habeo, ſecus verò agentem caſtigo.* Pulchrè nimirum barbarum illū interrogatum à Rege, quonam modo equum, quem optimum nactus fuerat, tam celeriter ſaginaret, reſpondiſſe fertur, *oculus dominicus.* Eadem ratione alia mihi videntur poſſe reddi meliora, quod etiam dixit Ariſtotel. *lib.* 1. *œconom.* rogatum quemdam, quod ſtercus optimum agris eſſet, reſpondiſſe *domini veſtigia*: neque enim ſatis feliciter procedunt, quæ alienis

Ariſt. Xenoph. Varro.

[f] *Agricultura aliarum artiū parens, & nutrix.*

Xenoph.

Ariſtot.

Plinius.

Columella.

[g] *Domini præſentis oculus agrum fœcundat.*

Xenoph.

[h] *Sub hero ignaro, etiam natura boni famuli corrumpuntur.*

Ariſtot.

R manibus

Ludouic. Legionenſ. Cantic.8.

manibus,& oculis adminiſtrantur. In quam ſententiam intelligenda ſunt ea verba *Cantic.*8.ſicut ea interpretatur Lodouic.Legionenſ.cum ſponſa dixit, *Vinea ſuit pacifico in ea, qua habet populos, tradidit eam cuſtodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos.Vinea mea coram me eſt*; nec enim deſidiam ſponſi notare voluit, vtpote qui vineam ſuam alienæ locaret induſtriæ, ſed potiùs inter alias adoleſcentulas, de more earum, quæ recenter nuptæ ſunt, oſtendit ſuum peculiū non tenue, ſed vberrimum eſſe; *Etenim*, inquit illa, *ſponſus meus inter alias vineas, quas habet, quas propter multitudinem ſua induſtria curare non poteſt, vineam habet in ea, qua populos habet, & quamuis ea tradita ſit colonibus, vberrimos tamen fructus reddit; quanto magis mea vinea, quæ in eadem regione eſt, & mea cura, atque induſtria adminiſtrantur, vberrima erit? Quæ enim quiſque ſua induſtria curat, fœcundiora ſunt.* Et hæc fuit ratio, cur ſapientiſſimus hic vir relictis negotiis vrbanis ſæpiùs venerit in ſuum agrum, hoc enim ſignificant ea verba, *Et ecce Booz veniebat de Bethlehem.*

§. II.

Sic temperanda eſt clementia dominorum ad ſeruos, vt nec humanitas contemptum, nec crudelitas odium excitet.

18. *Dixitq; meſſoribus ſuis: Dominus vobiſcum.* NEque ſolùm agros ſuos frequēter inuiſebat, ſed inuiſendo mercenarios ſuos, & ſeruos ſalutabat; poteſt enim plurimùm humana ſalutatio,& compellatio[h] eiuſdem nominis ad amorē,& beneuolentiam conciliandam. Quem locum diligenter tractat Seneca *lib.*1. *epiſt. epiſt.* 47. quæ tota poſita eſt in eo,vt oſtendat, quo pacto vnuſquiſque Paterfamilias, ſeu dominus ſe gerere debeat cum familiaribus ſuis; *Maiores noſtri*, inquit ille, *omnem inuidiam dominis, omnem contumeliam ſeruis detraxerunt*, [i] *dominum Patremfamilias appellantes; ſeruos familiares: quare non eſt, quòd faſtidioſi te deterreant, quominus ſeruis tuis hilarem te præbeas, non ſuperbè ſuperiorem, colant potiùs te, quàm timeant tanquam clientes, tanquam ſalutatores*: [l] *nobis enim ſatis eſſe debuit, quod Deo ſatis eſt, qui colitur, & amatur; non poteſt amor cum timore miſceri*; reprehenditque vehementer illud, quod in prouerbium abiit, *totidem eſſe hoſtes nobis, quot ſeruos*: *Non habemus*, inquit ille, *hoſtes, ſed facimus, familiariter cum ſeruis tuis viuis; hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem tuam decet; ſerui ſunt, imò homines; ſerui ſunt, imò contubernales, imò humiles amici, imò conſerui.* Similia proſequitur *lib.*3.*de beneficiis*, *cap.*22. Videndus eſt Gentian. *in comm. ſuper Clem. Alex. lib.*3.*pædag. cap.*11. & Macrobius *lib.* 1. *Saturn. cap.*11. vbi inter cætera ſic habet: [m] *Si cogitaueris tantundem in vtroſque licere fortunæ: tantum illum videre liberum potes, quantum ille te ſeruum: neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœpit, qua Crœſus, qua Darij mater, ipſe tu modò viue cum ſeruo clementer, comiter quoque, & in ſermonem, illum,*[n] *& nonnunquam in neceſſarium admitte conſilium, vt te colant potiùs ſerui, quàm timeant.* Videndus eſt Philo *in lib.de decem oraculis*, cum quærit, cur

[h] *Compellatio eiuſdem nominis multū vales ad conciliandum amorem.*
Seneca.

[i] *Laudanda humanitas Romanorum in ſeruos.*

[l] *Satis eſſe debet cuique domino, quòd Deo, ſatis eſt, coli ſcilicet, & amari.*

Gentian.
Macobr.

[m] *Sic viuendum cum ſeruo, quaſi ſeruum fieri quoque poſſis.*

[n] *Quandoque ſeruus in cōſilium vocandus.*
Philo.

Deus publicando diuinam legem, quam vniuerſo orbi dederat, ita eam publicauerit, vt non cum omnibus videatur loqui, ſed cum priuato aliquo, & peculiari homine; neque enim dixit, Diligetis Dominum Deum veſtrum, ſed potiùs, *Diliges Dominum Deum tuum, vt ne quiſpiam Imperatorum, vel Regum, vel Dominorum vllum ex eo numero, qui priuatam vitam agunt, deſpiciat,* [o] *cum Deus non dedignetur eundem alloqui.* Mirè in hanc ſententiam dixit Pacetus in panegyrica oratione in laudem Theodoſij Imperatoris; *In ipſis ſtatim Imperij auſpiciis, priuatorum domos adibat, & vrbis angulos, qui nunquam Imperatorum ſolem vidiſſet, pio lumine complebat.* Quod Paulus videtur ſignificaſſe cum dixit, *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei*; humanitatem dum dixit, non carnem ſignificauit, [p] ſed potiùs clementiam,& manſuetudinem, ſecundùm quam nos inuiſit, & ſalutauit: quod Zacharias videtur notaſſe, & amplificaſſe in ſuo Cantico cum dixit, *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto*; petita ſimilitudine à Sole, qui de ſupremo cælo oriens ſingulos inuiſit, & illuſtrat. Videndus eſt Valerius *lib.* 8. cum in duobus Regibus Cyro, & Mytridate, vnum optimum Principem conſtituit, quorum alter, ſcilicet Cyrus, omnium militum ſuorum nomina memoriter tenebat: ille, vt ſine monitore exercitum ſalutaret, & vt eos, quibus imperabat, ſine interprete alloqui poſſet. Quæ fuit ratio, cur humaniſſimus hic pariter,& amantiſſimus Paterfamilias, ſuam ipſe familiam ſalutaret.

[o] *Quis enim cordatus ſeruum auerſabitur quem Deus non dedignatur alloqui?*
Pacetus.
Paulus.

[p] *Deus factus eſt homo, vt nos manſuetudine inuiſeret, & ſalutaret.*

Val. Max.

Verùm [q] temperanda nonnunquam eſt hæc humanitas dominorum, ne nimia clementia inſoleſcat ſeruorum genus, iuxta id, quod docuit Ariſtot. *in ſua œconomic.* cum dixit, nimiam familiaritatem ſeruorum contemptum parere; quod proſequitur Clemens Alexand. *lib.*3.*Pædagog.* & latiùs Chryſoſt. *hom.*38. *in Geneſ.* cum explicat illa verba Geneſ. 16. *Vidit Agar, quòd vterum gereret, & contempta eſt domina coram ea: Ille,* inquit Chryſoſt. *eſt mos ſeruorum, vt cùm* [r] *parum proſperitatis eis aſpirauerit, nequeant inter ſuos limites manere, ſed ſtatim, ſui ordinis obliuiſcantur, & in ingratitudinem propenſi ſint; id quod huic ancillæ accidit, nam vt vidit vteri ſarcinam, neque dominæ admirabilem honeſtatem, neque ſuæ conditionis vilitatem cogitauit.* Temperanda igitur eſt clementia dominorum, ne nimia, ingratitudinem, & contemptum pariat, & ne crudelitas tyrannidem. Vtranque temperaſſe credibile eſt Booz in ſuis ſeruis, ita vt nec humanitas contemptum, nec crudelitas odium excitaret. 19.

[q] *Temperāda tamen ſic humanitas dominorum eſt, ne contemptū pariat.*
Ariſtot.
Clem. Alex.
Chryſoſt.
Gen.16.

[r] *Serui enim leui aſpirante fauore, ſtatim ordinis obliuiſcuntur.*

§. III.

Dominij conditionem temperat, & ſeruos conſolatur, qui ſe pariter ſeruum & conſeruum dicit.

Dominus vobiſcum. QVod verò attinet ad ſalutationem ea forma vſus eſt, quæ familiaris, & frequens erat apud Hebræos, qualis eſt illa, 20.
qua Angelus ſalutauit Gedeonem Iudic.6. *Dominus tecum, vir fortiſſime.* Quam eandem ſeruauit Booz, cum dixit, *Dominus vobiſcum*: [ſ] quæ verba humanitatis pariter,& humilitatis plena ſunt, quemadmodum aduertit D.Athanaſ. *in ſerm.contra*

Iudic. 6.

[ſ] *Salutatio humanitatis, & humilitatis plena.*
Athanaſ.

tra omnes hæreſes. cum quærit. cur non ita dictum fuit, *Deus tecum*, ſed *Dominus tecum*? *Vt oſtenderet Angelus ſe communem Dominum habere cum hominibus, Deus enim Angelorum, & hominum Deus eſt, atque Dominus*; propterea & hic clementiſſimus Paterfamiliâs, dum Dominum appellauit ſalutando ſuos, dominij conditionem temperauit, & ſeruos conſolatus eſt, dum ſe pariter ſeruum, & conſeruum dixit: forma autem hæc ſalutandi, vim non habet imperandi, [t] ſed potiùs imprecandi: nec enim ſimilis eſt illi, quæ facta eſt Virgini ab Angelo, cum ei dictum eſt, *Dominus tecum*; nec enim, vt dicebam, eandem vim habent ea verba cum iis, quæ dicta ſunt ab Angelo, ſunt enim verba enunciatiua, [u] oſtendentia Dei præſentiam eum Virgine eſſe, potiùs quàm imprecantia. Quamuis autem illa verba Boöz imprecantia ſint, efficaciam tamen habent, ſicut docet Philo *in lib. de Charitate*. & Chryſoſt. *hom. ſuper Matth.* 38. & *hom.* 42. Quæ fuit ratio cur Iacob *Geneſ.* 27. tantopere optauerit benedictionem Angelicam.

[t] Habens formam nō imperandi, ſed imprecandi.

[u] Quæ vſus eſt Gabriel ad Virginē, Dei præſentiam oſtendit.

Philo.

Chryſoſt.

21. Illud autem hoc in loco aduertendum, [x] hanc ſalutationem Euangelicam fermè fuiſſe præſertim ſi aduertamus ad paraphraſim Chaldaicam, quæ in hoc loco ita prorſus habet, *dixit meſſoribus ſuis, ſit vobis auxilio Verbum Dei*; ſic enim transfert Paraphraſis Chaldaica illa verba, *Dominus vobiſcum*; ſic enim inculcaſſe videtur ſacroſanctum Myſterium Trinitatis, dum auxiliũ, non aliunde ſperandum, nec habendum dixit, quam à Verbo Dei: Is autem eſt filius Dei. Quo ſenſu ſi mea eſt bona coniectura, dixit Moyſes Geneſ 6. *Pœnituit Deum feciſſe hominem*. Quem locum ſi Hebraicas radices inſpicias, ita vertere poſſumus; *Pœnituit Deum propter verbum ſuum*. Receptum eſt enim inter Hebræos, ſicut refert Paulus Burgenſ. *in ſcrutinio* 1. *p. diſt.* 9. *cap* 4. ex ſententia Rabbinorum, quòd illa, quæ pertinent ad fundamenta fidei, & quæ occulte tradita ſunt in Scriptura, liberum non eſſe prædicare, aut docere, niſi vnum, vel alterum ex nobilioribus, & ſapientioribus, [z] qualis planè erat Boöz, qui inter ſuos Iudex creditur fuiſſe, de nobiliſſima familia Iudæ oriundus; ac proinde mirum non eſt, ſi peculiarem habuerit cognitionem Verbi Domini. Videndus eſt hac de re Rab. Moyſ. *in lib.* 1. *Ductoris tit. de fundamentis legis*, & Burg. *in ſcrut.* 1. *p. diſt.* 10. *cap.* 7. [a] Vnde iam eo tempore vir Euangelicos cognoſcens Verbi in carne myſterium, nihil impetrari poſſe à Deo, dixit, niſi per ipſum Verbum; quæuis enim oratio, ſiue imprecatio, quæ non fit per mediatorem Chriſtum, nihil efficit, nihil impetrat à Deo, imò potiùs vitioſa eſt, ſicut docet Aug. *Pſ.* 118. & Proſper. ſuper eundem pſalmum: Cyrill. Alex. in ea verba Ioannis cap. 16. *In illa die me non rogabitis quidquam*. Vnde Catholica Eccleſia omnes ſuas orationes per Chriſtum fieri profitetur, quod obſeruaſſe videtur hic vir, cum dixit: *ſit vobis auxilio Verbum Dei*.

[x] Forma ſalutationis Boöz fuit Euãgelica ex paraphraſi Chaldaica dum per Verbum Dei bona ſeruis imprecatur.

Gen. 6.

Burgenſis.

[z] Et bene ſic loquitur Boöz, ſecretiora fidei, vt princeps, & ſapientior ad quem ea docere ſpectabat.

Rab. Moyſ.

[a] Intelligens vir Euangelicus iam eo tempore nihil à Deo impetrari poſſe, niſi per ipſum Verbum.

Auguſt.

Proſperus.

Cyr. Alex.

§. IV.

Quamuis ſeruile ingenium ſit maledicum, ſi tamen bene inſtituatur, imitabitur benedicentiam domini ſui.

22. *Reſponderunt ei, benedicat tibi Deus. Gabr. à Coſta in Gen.*

SVpereſt, vt ad reſponſionem ſeruorum accedamus, vt inde videamus moderatam familiam vtrunque habuiſſe, & ea, quæ pertinebant ad honeſtatem, & ad gloriam. Vnaquæque [b] enim optima familia his duobus conſtare debet, ſubſtantia, qua viuat; & honeſtate, ſiue virtute, qua rectè viuat. Reſponderunt igitur Meſſores, *Benedicat tibi Dominus*: qua oratione omnia imprecati ſunt: quamuis enim hæc imprecatio pontificalis non eſſet, formam tamen pontificalem [c] habebat, qualis eſt illa Num. 6. *Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te, oſtendat faciem ſuam tibi, & miſereatur tui*; hæc enim eadem imprecati ſunt ſerui hero ſuo, quæ ſolet ſummus Pontifex imprecari vniuerſo populo. Quo loco illud notandum eſt, in domo liberi, & ſancti hominis nihil non liberum, & ſanctum fuiſſe: eſt enim ingenui hominis proprium benedicere, potiùs quàm detrahere, [d] ſeruile enim ingenium eſt detrahentium, ſiue maledicentium; quorum vtrunque notauit Iſidorus Brixianus *in comment. ſuper cap.* 26. *Deut.* Quibus habet ſimilia ad eundem locum noſter Luſitanus Oleaſter, cum aduertit inter filios Iſrael ſex ex vna parte benedixiſſe non obſeruantibus; qui enim benedicebant, omnes ingenui erant, non de ancillis orti, ſed liberi, de liberis matribus nati; qui verò maledicebant, omnes ex ancillis, non omnino ingenui, & liberi, inter quos tamen numeratus eſt Ruben, non de ſerua, ſed potiùs de domina Lia ortus; [e] quia tamen ſeruum fecit patrem, quem natura liberum dedit, inter ſeruos maledicebat. Qua de re videndus eſt Bernard. *ſerm.* 24. *ſuper Cantic.* cùm ponderat ea verba ſodalium ſponſæ, *Recti diligunt te*; quibus ſignificantur, non eſſe ſiniſtram famam curandam ortam à ſeruis, & non ingenuis: eſt enim ſeruile vitium maledicentium. Vnde ſi Ruben ſeruus non erat natura, ſeruus ſine dubio erat conditione, ac proinde inter ſeruos ad maledicendum eſt numeratus. [f] Notandum tamen eſt in liberi hominis familia, liberos quoque eſſe omnes ſeruos, ſequuntur enim ſerui mores dominorum, quemadmodum dixit Sapiens Eccleſiaſtici 10. *Secundùm iudicem populi, ita & miniſtri eius*. Vnde Menander dixit optimè: *Beatus eſt, qui Beatis ſeruit*; redolent enim mores dominorum in ſeruis. Quod etiam Regina Saba laudauerat in familia Salomonis, *Beati ſerui tui.*; humanum igitur, & beneficum dominum ſecuri ſalutarunt. Quod Chriſtus Dominus videtur notaſſe *Luc.* 16. in parabola Lazari, & diuitis, cum dixit, *& nemo ei dabat*; quibus verbis non ſolùm diuitem accuſauit, ſed etiam vniuerſam eius familiam, quemadmodum Chryſoſtomus aduertit *hom.* 22. *in Act. Apoſt. cap.* 10. ſuper illis verbis, *Erat Cornelius timens Deum cum tota familia ſua*. Similia de ſua familia notauit Regius Vates, cum in *Pſalm.* 110. dixit: *Ambulans in via immaculata, hi mihi miniſtrabant*; [g] & propterea qua dominus ſalutatione eos ſalutauerat; eadem ipſi ſalutarunt dominum; & qua humanitate dominus excepit miſeram viduam, & peregrinam, eadem eam exceperunt & ſerui ante aduentum domini ſui in agrum, imitantur enim ſerui dominorum mores.

***

[b] Optima familia conſtare debet, & ſubſtantia, qua viuat, & virtute, qua rectè viuat.

Num. 6.

[c] Imprecatio ſeruorū Boöz ad ipſum, pōtificalis formā habebat.

[d] Ingenui hominis eſt benedicere, ſicut ſeruilium, detrahere.

Brixian.

Oleaſter.

[e] Inter maledicentes ſeruos annumeratur ortus de libera, quia ſeruum fecit patrem.

Bernard.

[f] In liberi hominis familia hoc eſt, benedictus, benedictres ille, etiā & liberi, & ſerui.

Eccleſ. 10.

Menander.

Luc. 16.

Chryſoſt.

Actor. 10.

[g] Propterea ſalutatē nō modò reſalutarūt, ſed qua humanitate dominus viduam, eadem & ſerui exceperunt.

§. V.

Priùs in optima familia eſt virtus, quàm ſubſtantia eius.

23. *Cuius eſt hæc puella?* CÆtera quæ continentur in hac litera, pertinent ad famam, & honorem familiæ; ſicut enim Seneca dixit optimè, h *Honeſtus rumor alterum eſt patrimonium*, & Ariſtotel. 1. *Rethoric. cap.* 5. inter partes fælicitatis cuiuſconque familiæ bonam famam enumerat; non minus enim conſtat vnaquæque familia ſubſtantia, qoa viuitur, quàm fama, & honeſtate, qua rectè viuitur: vnde optimus i hic Paterfamilias, dum curat ea, quæ pertinent ad ſubſtantiam, pariter etiam de honeſtate curam habuit, cum dixit Iuueni, qui meſſoribus præerat, *Cuius eſt hæc puella?* vtpote voleos ſcire quæ, & qualis eſſet ea, quæ inter ſuos verſaretur. Sicut enim dixit Bernard. *lib.* 4. de conſideratiooe ad Eugenium, *Non oportet, vt vitia domus vltimus ſcias, quapropter alius alia diſpenſet, de diſciplina tu prouide, illud nemini credas.* l Quod ubſeruatum videmus à Tobia ſeniori, ſicut habetur *in lib. Tobiæ cap.* 2 Is enim cum cæcus eſſet, nec oculis videre poſſet vitia domus ſoæ, aures adhibebat, ne qua ſiniſtra fama de ea eſſet; ac propterea cum balantem foite hædum audiuiſſet, quem furte exceperat mulier eius in corollarium mercedis officij ſui (ſolebat enim texere) dixit Tobias: *Videte ne forte furtiuus ſit, reddite eum dominis ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere.* Talis debet eſſe cura optimi Patrisfamilias, qualis planè fuit in hoc optimo viro, qui priùs inquiſiuit, quæ, & qualis eſſet ea puella, quæ inter ſuos verſabatur, quàm quidquam de ſubſtantia agri percootatus fuiſſet: m prior enim in optima familia eſt virtus, quàm ſubſtantia eius.

Seneca. h *Honeſtus rumor alterum eſt patrimonium.* Ariſtot. i *Optimus Paterfamilias dum curat ſubſtantiam, pariter & de honeſtate curam habet.* Bernard. l *Diſciplina domus nulli aly, quàm Patrifamilias crededa.* Tobiæ. 2. m *Priorem locum obtinet in bona familia virtus, quàm eius ſubſtantia.*

24. *Dixitque Booz Iuueni qui meſſoribus præerat.* } Aduertendum tamen eſt pro vltimo complemento huius loci, id quod aduertit Ariſtotel. *lib.* 3. *œconomic. cap.* 3. ſeruorum duplex eſſe genus, aliud *præpoſitorum*; aliud *opificum*. Quæ diſtinctio videtur fuiſſe in hac familia, ſicut conſtat vel ex boc loco, habuit enim ſeruum præſidentem cæteris aliis, qualem babuit & domus Abrahami, ſicut conſtat ex 24. *cap. Gen.* vbi dicitur, *Erat autem Abraham ſenex, dierumque multorum, dixitque ad ſeruum ſuum ſeniorem* n *domus ſuæ, qui præerat omnibus, quæ habebat.* Quali loquendi formola vſus eſt author huius libri, cùm habet, *Dixitque Booz Iuueni, qui meſſoribus præerat.* Nec nos moueat, quod iuuenem eum appellauerit, quem oportebat ſeniorem eſſe in familia; eſt enim io hac locutione o phraſis Hebræa, ſecundùm quam ſerui pueri vocantur, quemadmodom habetur 1. *Reg.* 25. Vbi Rex Dauid ſeruos ſuos pueros appellat. quo loquendi modo vtuntur & ooſtri Luſitani. Vnde Vatablus pro iuuene vertit *puerum*, hoc in loco, vt magis exprimat modum loquendi Hebræorum.

Ariſtot. Gen. 24. n *Præpoſitus ſeruorum ex conſuetudine ſenex erat.* o *Quandis hic iuuenis dicatur ex phraſi Hebræa.* 1. Reg. 25. Vatabl.

***

TRACTATVS XVIII.

De verbis illis: *Dixit Booz ad Ruth: Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, ne recedas ab hoc loco, ſed iungere puellis meis, & vbi meſſuerint, ſequere: mandaui enim pueris meis, vt nemo moleſtus ſit tibi; ſed etiam ſi ſitieris, vade ad ſarcinulas, & bibe aquas, de quibus, & pueri bibunt.* Siue, *De Eleemoſyna.*

PRioribus duobus huius capitis ſecundi tractatibus, honeſtam actionem oſtendimus, qua Ruth ſe, & ſocrum ſuam ſuſtentare conſtituit, in altera parte buius, eius humillitatem oſtendemus, & gratum animum, præcipuéque pietatem, & commiſerationem, qoa clementiſſimus Booz pauperculam viduam excepit, vt ſic magis conſtet, p vtrunque Chriſti auum tam Booz, quàm Rutb miſericordes fuiſſe in pauperes: hæc in ſocrum ſuam, ille in vtranque, vt iam mirum non ſit, ſi ex vtroque auo miſericordi, ſit ipſa orta miſericordia; ex melioribus enim meliora generantur, ex fortibus fortes, ex miſericordibus miſericordes, ſicut dixit Ariſtot. *Polit. cap.* 8. & Plato *in Alcibiade.* Plutarch. *in lib. de educatione liberorum.* 25.

p *Cum vterque Chriſti auus, tam Booz, quàm Ruth miſericordes extiterint, non mirum ſi miſericordia ipſa ex ipſis ſit orta.* Ariſtot. Plato. Plutarch.

Quoniam verò, ſi rectè attendamus ad hanc hiſtoriam io ea, & præcipoè in hoc 2. cap. inueniemus omnes leges, & conditiones eleemoſynæ, ita vt videatur hic liber ea mente ſcriptus ab Spiritu ſancto. Ab hoc loco incipiemus oſtendere leges veræ charitatis, quas deinceps latiùs proſequemur: fuit enim in primis in hoc viro charitas, q humana, liberalis, honeſta, ſecuta, atque acceletata: humanitatem enim oſtendit cùm dixit, *audi filia*; liberalitatem, cùm recedere noluit eandem à ſuis agris; honeſtatem, cùm dixit, *adiungere puellis meis*; ſecuritatem, cùm addidit, *mandaui enim pueris meis, vt nemo moleſtus ſit tibi*; celeritatem denique, cùm poſuit, *etiam ſi ſitieris, vade ad ſarcinulas.* 26.

q *Conditiones bonæ eleemoſynæ in Booz repertæ.*

§. I.

Non ſuauiter modò, ſed etiam reuerenter pauperi eleemoſyna largienda.

Audi filia. VT igitur à prima conditione rem ordiamur, videndus erit Nazianz. *in orat.* 16. quæ eſt de amore pauperum, vbi Nazianz. charitatem virtutem inter cæteras commendat, vt quæ primum locum obtineat, vel teſte Paulo, & Chriſto Domino: *huius autem* r *virtutis præcipuam partem in eo poſitam eſſe comperio,* ioquit Nazianz. *vt pauperes amore, ac beneuolentia complectamur, & eorum, qui nobis cognatione iuncti ſunt, calamitatibus moueamur.* Idemque Gregorius 27.

Nazianz. r *Prima charitatis pars, beneuolentia in pauperes.* Idem.

Gregorius pulcherrimo diſcurſu longiùs petito oſtendit, cùm probat, neceſſariò corpus cuiuſque noſtrum curādum eſſe, [f] quanuis nobis infenſum ſit, quanuis inimicum; tum quia membrum noſtrum eſt, & pars altera noſtri, neceſſaria omnino ad probas, & honeſtas actiones. quanuis non ſine periculo illud fiat: ſunt autem hæc pulcherrima verba Nazianz. in hanc ſententiam: *Corpus vt conſeruum amo, & vt inimicum odi, atque auerſor, vt vinculum fugio, & vt coheres vereor. Si debilitare illud, & conficere ſtudeo, iam non habeo pro ſocio, & opitulatore, quo ad res præclariſſimas vtar: cum tamen nouerim ea lege me creatum eſſe, vt per honeſtas actiones ad Deum aſcendam; ſi verò, vt cum ſocio, & adiutorio mitiùs agam, nulla iam ratio occurrit, qua rebellantis impetum fugiam, hoſtis eſt blandus, & placidus inſidioſus amicus. O miram coniunctionem, & alienationem! quod metuo, amplector; quod amo, pertimeſco; antequam bellum geſſerim, in gratiam redeo; antequam pace fruar, ab eo diſſideo.* Ad quem locum videndus eſt Nicetas Commentator Nazianz. vbi locum explicat obſcurum: intentum autem Nazianzeni eſt ex ea digreſſione humaniùs tractandos eſſe pauperes, [g] quàm proprium corpus; ſi enim corpus infenſum, & inimicum, quia tamen membrum noſtrum eſt, humaniter curandum eſt: quantam humanitatem impendere debemus pauperibus [h] & quia membra noſtra ſunt, & quia non infenſa? Cui ſunt addenda ea, quæ habet Bernard. ſerm. 45. ſuper Cantic. *Ex intimis ſanè humanis affectibus primordia ducit ſui ortus fraterna dilectio, & de inſita homini ad ſeipſum naturali quadam dulcedine, tanquam de humore terreno ſumit proculdubio vegetationem, præter quā ſpirante quadam gratia parturit fructus pietatis, & quod ſibi anima naturaliter appetit,* [i] *natura conſortis*, id eſt, alteri homini, *iure quodam modo humanitatis, vt poterit, & oportuerit, non exiſtimet denegandum, ſed ſponte, & libenter impertiatur propter innatam dulcedinem, quam habet ad fratrem.* Sunt ſimilia quæ Auguſt. dixit tract. 9. ſuper 1. Canonic. Ioannis. *Vbi charitas*, inquit, *eſt, & qui exigit dulcis eſt, & à quo exigitur.* Id quod D. Auguſt. eleganti ſimilitudine explicat petita vel à brutis animantibus; *Vbi non ſpiritualis charitas, ſed carnalis, & naturalis, exigit tamen magno affectu de vberibus matris lac à paruulis, & quanuis ſugens impetum faciat in vbera, melius eſt tamen matri, quàm ſi non exigat, quod charitati debetur. Sæpe videmus vbera vaccarum à grandiuſculis vitulis capite percuti, & propè ipſo impetu leuare matrum corpora, nec eas tamen calce repellere vitulos, ſed ſi deſit filius, qui ſugat mugitum, prouocare ad vbera:* [k] *vbi enim charitas eſt, & qui exigit dulcis eſt, & dulcis is, à quo exigitur.* Quæ fuit ratio cur nomen filiæ appoſuerit hoc in loco, vt ſic magis oſtenderet dulcedinem, & humanitatem ſuam; ſicut enim notauit Hieronym. *in epiſt.* de ſuſpecto contubernio vitando, *parens, & filia nomina pietatis ſunt, officiorum vocabula, vincula* [l] *naturæ, ſecunda poſt Deum confœderatio.* Dum igitur dixit, *filia ne vadas*, humanitatis viſcera reſerauit, & iura naturæ dulciter ſeruauit, quæ docet commiſerationem neceſſariam eſſe, & humanam in fraterna miſeria, ſicut optimè docet ille locus Amos *in cap.* 6. quem omnium elegantiſſimum docet eſſe Aug. *lib. 4 de doctrina chriſtiana, cap.* 7. deſcribit enim Propheta ſuis omnibus floribus diuitem opulentiſſimum, ſine miſericordia tamen: *Væ qui opulenti eſtis in Sion*, tum demum addidit; *& nihil patiebantur ſuper contritionem Ioſeph; quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrantium:* locus autem in Hebræo ita potiùs habet; *& non infirmabantur ſuper infirmitatem Ioſeph*, id eſt, non dolebant, non commiſerabantur in miſeria fratris: quod Paulus expreſſit 2. ad Corinth. 11. *quis infirmatur, & ego non infirmor?* vel, quis dolet, quis laborat, quis neceſſitate premitur, & ego non doleo, non laboro, non premor eadem neceſſitate? [b] eſt enim ſanctæ charitatis lex in fraterno labore laborare; in fraterna miſeria, miſerum eſſe, & in alterius fratris labore, dolere. Quapropter eadem tactus calamitate dixit, *audi filia, ne vadas*: humaniſſima igitur verba addidit, vt miſeria oppreſſam conſolaretur; poſſunt enim plurimum ad ægritudinem ſubleuandam, qualiſcunque ea ſit, humanitatis, & charitatis verba: id quod notauit Chryſoſtom. hom. 36. in Matth. *Si quis*, inquit, *lapide percuſſus, cæteris omnibus relictis ad genua tua ſanguinolentus confugiat, alio ne tu vulnere caput eius percuteres, & vulneri adderes vulnus? Nequaquam profectò, ſed potiùs priori vulneri medelam adhibere omnino contenderes. Cur igitur oppoſitum in pauperem facis? an ignoras, quantum prodeſſe, & quantum obeſſe dura poſſit oratio?* Videndus eſt Nazianz. orat. 16. *quod*, inquit, *mœſto, & coacto animo, defectu ingratum eſt, minimèque præclarum;* [c] *lætandum eſt autem, non lugendum, cum beneficium damus.* Quod argumentum proſequitur Seneca lib. 1. de beneficiis; *multos experimur ingratos, plures facimus; quia graues exprobratores, exactoreſque ſumus, ita gratiam corrumpimus omnem, non tantùm poſtquam dedimus, ſed etiam cùm damus: quis enim noſtrûm contentus fuit, aut leuiter rogari, aut ſemel? Quis nanque cum aliquid à ſe peti ſuſpicatus eſt, frontem non obduxit, vultum auertit, occupationes ſimulauit, longis ſermonibus, & induſtria non inuenientibus exitum?* [d] *Nemo debet, quod non accepit, ſed expreſſit; gratus aduerſus eum quiſquam eſſe non poteſt, qui beneficium aut ſuperbè iniecit, aut iratus impegit, aut fatigatus, vt moleſtia careret, dedit, ſibi enim quiſque debet, quod à nolente accepit.* Non ita clementiſſimus hic Paterfamilias, fecit enim miſericordiam, & humanitatem omnino addidit: videndus erit Chryſoſtom. *homil.* 20. *ſuper 2. ad Corinth.* vbi non ſolam humanitatem dixit adhibendam eſſe pauperi, [e] ſed etiam reuerentiam. Id quod ille explicat eleganti hyperbole, facta comparatione inter vetus altare, & nouum, & legis gratiæ, atque inter pauperem, maioremque reuerentiam per hyperbolem concludit deberi pauperi, [f] quàm vtrique alteri. *Omnis*, inquit, *reuerentia detur ſummo ſacerdoti talari veſte induto; nobilior tamen multo eſt ea ſtola, qua beneficus induitur beneficentia ſcilicet, & miſericordia. Redimitus corona viſebatur ſummus Pontifex olim, nunc autem nobilior corona eſt ea, qua beneficum coronat Deus in miſericordia, & miſerationibus.* Talis eſt ornatus huius clementiſſimi Patrisfamilias, ac proinde omnino reuerendus. Deinde ita aggreditur comparationem inter pauperem, & vtrunque altare: *Hoc*, inquit, *altare*, id eſt, *pauperem non Beſeleel aut vllus alius artifex extruxit, ſed ex materia cæli cælo illuſtriori, id eſt, ex animis ratione præditis, Deus conſtruxit. Maior igitur pauperi, quàm altari veteri debetur reuerentia.* Sed vis huius hyperbolis non in eo ſolùm poſita eſt, ſed in eo, quod oſtendit maiorem reuerentiam

[f] *Quod ſi corpus noſtrum quanuis infenſum, & inimicū curandum eſt,*

Nicetas.

[g] *Quanto humaniùs tractandi ſunt pauperes,*

[h] *Qui membra noſtra ſunt, & non infenſi?*

Bernard.

[i] *Quod enim anima ſibi naturaliter appetit, hoc iure quodam humanitatis alteri largiatur, oportet.*

Auguſt.

[k] *Vbi charitas eſt, & qui exigit dulcis eſt, & dulcis is, à quo exigitur.*

Hieron.

[l] *Parens, & filia nomina pietatis, & ſecunda poſt Deum fœderatio.*

Amos 6.

Auguſt.

Amos 6.

Hebraicè.

2. Corint. 11.

[b] *Eſt ſancta charitatis lex, in fraterno labore laborare.*

Chryſoſt.

Nazianz.

[c] *Lætandum, non lugendū, cum beneficiū damus.*

Senec.

[d] *Nemo debet, quod non accepit, ſed expreſſit.*

Chryſoſt.

[e] *Humanitas non modò adhibenda pauperi, ſed etiam reuerentia.*

[f] *Maior enim reuerētia debetur pauperi quàm veteri & nouo altari: ex Chryſoſt.*

tiam paupeti deberi, quàm altati noſtro, in quo Chriſtus immolatur: *Hoc*, inqoit, *altare, præſenti quoque altari anguſtius eſt magis, quàm timendum; quæſo vos, ne tumultum excitetis, hoc enim, quo nunc vtimur, eximium quoddam, atque admirandum eſt, ob eam victimam, quæ in eo imponitur: illud autem, hoc eſt, hominis miſericordia ſtudioſi, non hoc duntaxat nomine, ſed etiam, quia ex ea quoque victima, quæ in eo componitur, hoc afficit, id eſt, ſanctificat, conſtat admirationem habet; & hoc altare natura quidem lapis eſt, ſanctum autem efficitur, poſtquam Christi corpus accepit,* [g] *illud autem quia Christi corpus eſt: itaque hoc horribilius eſt, quàm illud, ſed tu altare illud in honore habes, quia Christi corpus excipit. Cùm autem quod ipſummet corpus Christi eſt, contumelia afficis, ac pereuntem deſpicis, quo vel pauperem fide præditum cernis, ita exiſtima te altare videre, cum huiuſmodi pauperem conſpicis, non modò eum contumelia non afficies, ſed etiã venerabêre*; qualis planè fuit Booz, reuerenter enim, & humaniter excepit viduam pauperem in ſuis agris colligentem ſpicas.

[g] *Altare enim noſtrum ſanctum eſt, quia Christi corpus accipit, pauper autẽ ipſius Christi corpus eſt.*

§. II.

Beneficium de celeritate, & gratia commendatur.

28. *Audi filia.* QVoniam verò in huiuſmodi officiis non minùs grata eſt celeritas, quàm gratia, ſupereſt vt oſtendamus celeritatem habuiſſe hoc opus, qui iam diximus humanitatem, & gratiam habuiſſe. Quod vt meliùs intelligamus, aduertendum eſt, Hebraicum textum hoc loco per interrogationem legendum eſſe: *Audis ne filia?* [h] Interrogatio autem ad mouendos affectus, & attentionem præſtandam, maximè accommodata eſt: id quod dixerat Quintilian. *lib. 9. inſtit. orator. cap. 2.* vbi docet, duplex eſſe genus interrogationis; alterum quo interrogamus, vt cognoſcamus; alterum verò, quo interrogamus, vt inſtemus; *ardet enim*, inquit ille, *magis oratio per interrogationem elata, & inſtat magis ad opus faciendum.* Qualis planè fuit hæc interrogatio, *Audis ne filia? ne vadas*; inſtat ne recedat à ſuo agro, quaſi præparatum iam ſit officium, quæ lex in beneficiis ſeruanda omnino eſt, nulla [i] adhibenda mora; ſicut proſequitur Seneca lib. 2. de beneficiis, cap. 1. *Expendamus*, inquit, *quo pacto dandum ſit beneficium, libenter, citò, ſine vlla dubitatione:* [l] *ingratum enim beneficium eſt, quod diu inter manus dantis hæſit, quod quis ægrè dimittere viſus eſt, & ſic dare tanquam ſibi ipſi præriperetur, & ſi quid mora interuenit, euitemus, ne deliberaſſe videamur. Proximus eſt autem neganti, qui dubitauit, gratiſſima ſunt beneficia parata, facilè occurrentia: vbi nulla mora fuit, niſi in accipientis verecundia:* [m] *optimum eſt antecedere deſiderium, proximum ſequi, illud melius occupare, antequam rogemur; quia cum homini probo ad rogandum os corruat, & ſuffunditur rubore, qui hoc tormentum remittit, multiplicat munus ſuum; non tulit enim gratis, qui cum rogaſſet accepit. Quemadmodum in ægrotis opportunitas cibi, ſalutaris eſt, & aqua tempeſtiuè data, remedij locum obtinet: ita quamuis leue, & vulgare* [n] *beneficium ſit, ſi præſto fuerit, primámque horam non prodiderit, multum ſibi adiicit; qui enim te ſperare facit, non eſt dubium, quin libenter faciat; omnis enim benignitas properat, ac proprium* [a] *eſt libenter facientis, citò facere.* Hæc eſt ratio, quare Booz incitauerit Ruth ad beneficium accipiendum. Videodus eſt Ambroſ. *lib. 1. de Abrah. c. 5.* cùm loquitur de celeritate, qua Abraham excepit hoſpites, & qua præparauit prandium: qua in re ſequutus eſt Philonem *in lib. de Abrah.* quibus ſunt ſimilia ea, quæ vterque habet *in lib. de ſacrific. Abelis, & Cain*, vbi dicitur; *Beneficium de celeritate, & gratia commendatur.*

[h] *Interrogatio figura ad mouendos animos accommodata.*

Quintilian.

[i] *In beneficiis nulla adhibẽda mora.*

Seneca.

[l] *Ingratum enim beneficiũ eſt, quod inter manus dantis diu hæſit.*

[m] *Optimũ eſt deſiderium proximi antecedere, proximum ſequi, illud melius occupare.*

[a] *Propriũ eſt libenter facientis, citò facere.*

Ambr.

Philo.

§. III.

Eleemoſyna non ad honeſtatem, & voluptatem accipientis facta, iniurioſa eſt.

Adiungere puellis meis. SEquentia autem verba, *adiungere puellis meis*, & ad voluptatem, & ad honeſtatem pertinent; [o] decet enim honeſtam mulierem inter mulieres reperiri, & ad mulieris honeſtæ voluptatem maximè pertinet inter ſimiles conuerſatio. Qua de re videndus eſt Hieron. epiſt. ad Furiam de viduitate, tom. 5. *Iuuenum fuge conſortia, comatulos, atque laſciuos domus tua non habeat.* Cuius rei rationem reddit in epiſtola de vitando ſuſpecto contubernio; *Quis vnquam mortalium iuxta viperam ſecuros ſomnos capit, quæ etſi non percutiat, certè ſollicitat?* [p] *ſecurius autem eſt, perire non poſſe, quàm iuxta periculum non periiſſe.* Videndus eſt Seneca in *Agamemnone.* Quo in loco ad inſtar monſtri reputat fuiſſe repertam virginem inter hominum cætus: *Quo more*, inquit, *cætus publicos petis virgo?* Sunt enim his ſimilia, quæ docet Valerius Max. *lib. 8. cap. 13.* vbi loquens de Caia Afrania promptiſſima muliere ad lites, quæ ad muliebris calumniæ exemplum euaſit; deinde aſſignat tempus, quo illa mortua eſt, vt tale monſtrum, magis quo tempore extinctum ſit, quàm quo ortum, ſit in memoria, quod fortaſſis voluit Lex, *maritus. C. de procuratorib.* in qua cautum eſt, ne fœminæ proſequendæ litis obtentu audeant in contumeliam matronalis pudoris virorum cætibus immiſceri. Vnde & in templo in quo veteres conueniebant orandi gratia, peculiaris ſeparatio erat, atque locus deſignatus mulieribus, [q] pariete diſtinctus à loco virorum, ad quem non idem erat aditus, ſed porticibus, atque portis diſtinguebantur, quemadmodum docet Ioſeph. *lib. de bello, c. 6. & lib. contra Apionem Grammaticum.* Cui ſuffragatur Philo cum de Eſſenis loquitur: imò & Clem. Rom. *lib. 2. conſtitutionum, cap. 67. & ad virginem lapſam*, Ambroſ. hanc [r] eandem diſtinctionem fuiſſe docent in templis primitiuæ Eccleſiæ. Vnde coniicit eleganter Baron. *tom. 1. annal. anno 12. in cap. 2. & 3. & deinceps*, hanc fuiſſe rationem cur puer Ieſus deperditus ſit in templo à parentibus; potuit enim alter eorum exiſtimare, cum altero eſſe, cuius erroris cauſa fuiſſet ea ſeparatio, & diuiſio, quæ honeſtatis cauſa in templo erat inter viros, & mulieres, vt mirum iam non ſit cur in agro, vbi maior ſolet eſſe licentia, [ſ] noluerit hic Paterfamilias vt vidua Ruth iuuenis adhuc inter meſſores, ſed potiùs inter ancillas, colligeret ſpicas, & propterea dixit, *ſed adiungere puellis meis*, ſeu potiùs *adhæreas neceſſe eſt, puellis meis*, ſicut eum locum vertit Vatablus. Videndus denique

29.

[o] *Ad honeſtatem mulieris pertinet inter mulieres reperiri.*

Hieron.

[p] *Securius eſt enim perire non poſſe, quàm iuxta periculũ non periiſſe.*

Tragicus.

Val. Max.

[q] *Inde locus mulieribus ad orationem in templo pariete diſtinctus à viris.*

Ioſephus.

Philo.

Clem. Rom.

Ambr.

[r] *Eadem diſtinctio in templis primitiuæ Eccleſiæ.*

Baron.

[ſ] *Bene ergo prouidit honeſtati viduæ pauperis Booz, ſeparãdo eam à viris.*

Vatablus.

Hieron.

que eſt D.Hieron. *in epiſt.ad Saluian. de viduitate ſeruanda*, vbi honeſtatis vidualis diligentiſſimam curam habens dixit: *Quid facies vidua inter miniſtrorum greges, quos nolo contemnat, vt famulos, ſed vt viros erubeſcat? non ambulet iuxta te calamiſtratus procurator, habeto tecum viduarum, & virginum choros, tui ſexus ſolatia*; quibus verbis, & honeſtatis, & voluptatis pariter rationem habuit, ſicut nos habuiſſe diximus hoc in loco clementem hunc Patremfamilias.

[c] *Sicut & voluptati, dum eandem puellis Adiungit.*

Plato.

30\. Conſequens iam eſt, vt ſecundam partem huius ſententiæ explicemus, [c] ſcilicet voluptatis etiam rationem habuiſſe, cum dixit, *ſed iungere puellis meis*; quod vt melius intelligatur, videndus erit Plato *in Lyſide*, vbi ait, *Simile ſimili neceſſariò ſemper amicum eſt*: & clariùs lib 6. de legib. *Singuli ad ſibi ſimillimum natura feruntur.* & lib 1. de Republica. *Plerique*, inquit, *ſæpe concernimus ferme æquales, antiquum illud ſeruantes prouerbium, ſenes inter ſe aggregantur, & inter ſe iuuenes*; quod etiam dixit Ariſtot. *lib.1.problem. cap.52.* cùm quæritur, *cur cognata cognatis, ſibique ſimilibus gaudeant?* & cap ſequenti quærit, *cur vnumquodque iunctum ſuo cognato, maximè, ſuauiſſiméque conueniat?* & *lib.1.Ethicor. cap.11.* agens de iis, quæ iucunda eſſe ſolent, ita dixit, *quoniam quod ſecundum naturam iucundum eſt, omnia quæ genere inter ſe coniuncta ſunt, ſecundùm naturam coniuncta ſunt, idcirco vtplurimùm, quæ ſimilia, ac genere inter ſe coniuncta, iucunda ſunt, vt homo homini, mulier mulieri, adoleſcens adoleſcenti.* Quam ſententiam proſequitur eleganter Nazianz. in documentis ad virgines, & Ambroſ. *lib.1.offic.* *Videmus*, ait, *maximè pares paribus delectari*, quod Plutarch. inculcauit in eo cœnario, quem affert in lib. cui titulum fecit. Quo pacto adulatorem ab amico diſcernere poſſimus: *Seni ſenilis lingua iucundiſſima: pueróque puer, mulier apta eſt mulieri.* Congruenter igitur, voluptatis etiam honeſtæ rationem habens Booz dixit, *ſed adiungere puellis meis*, iucunda enim voluptas eſt [x] honeſtæ mulieris, ſi honeſtè cum mulieribus conuerſetur.

Ariſtot.

[a] *Quæ ſunt inter ſe coniuncta natura, iucunda ſunt, vt mulier mulieri.*

Nazianz.

Ambr.

Plutarch.

[x] *Maximè verò iucundum honeſtæ mulieri ſi honeſtè cum mulieribus conuerſetur.*

§. IV.

Non benignum tantummodo largitorem, ſed firmum oportet eſſe defenſorem, aſſecuratorémque.

[a] *Non putauit autem Booz ſatis honeſtè, & iucundè Ruth colligere in ſuis agris poſſe, niſi etiam ſecuritatem addidiſſet.*

31\. NEc ſolùm curauit, vt honeſtè, & iucundè pariter in ſuis agris colligeret, [a] ſed ſecuram eam reddidit ab omni contumelia, & iniuria; eſt enim muliebre genus omnino iniuriæ obnoxium. Mandauit itaque, ne quiſpiam ſeruorum ſuorum mulieri hoſpiti infenſus, moleſtus, aut iniurius eſſet, cum dixit, *mandaui enim pueris meis, vt nemo moleſtus ſit tibi.* Hebraicè idem locus ad maiorem ſecuritatem, per interrogationem elatus eſt, *an non præcepi pueris meis, ne te lædant? Certiſſimè præcepi*: vel potiùs ita legendus eſt locus, *ne te tangant*; non ſolùm enim iniuriam propulſauit, ſed vel paruam moleſtiam: pertinet enim ad probum virum, & optimum principem ad ſe confugientes, non ſolùm recipere, ſed etiam eoſdem ab omni iniuria, & moleſtia defendere, quod vehementer notauit Homerus in Iliade, obſeruatum fuiſſe ab Achille. Ille enim, miſerum regem Priamum per medios hoſtes ad ſuum tentorium contendentem, vt corpus filij Hectoris demortui, lachrymis impetraret, miſerum, inquam, regem, & hoſpitio excepit leniter, & curauit maximè, ne quiſpiam de exercitu læderet, ſi enim habet:

Homerus.

Vide ſenex, feſſos dulcis ſopor irriget artus.
Nec magis hic ſtandum eſt.

Virgilius.

Qualis eſt ille locus apud Poëtam 1. *Æneid.* cum Dido dixit miſeris Troianis:

Auxilio tutos dimittam, opibúſque iuuabo.

Gen.19.

Qua ratione & Loth *Geneſ.* 19. hoſpites, quos humaniter exceperat, defendere conatus eſt à petulantibus hominibus; eſt enim hoc officium [a] optimi viri, & miſeros humaniter excipere, & fortiter defendere; propterea dixit hic Paterfamilias, *mandaui pueris meis, vt nemo moleſtus ſit tibi*, Hebraicè autem, vt diximus, potiùs ita legendum eſt, *mandaui pueris meis, vt nemo te tangat*; idem autem eſt, ac *nemo moleſtus ſit tibi*: nihil enim moleſtius eſt honeſtæ fœminæ, nec iniurioſius, [b] quàm quiuis viri contactus, ſicut proſequitur Hieronym. *in epiſt.* de vitando ſuſpecto contubernio: *Dabit tibi adoleſcens quilibet manus, ſuſtentabit lapſam, & preſſis digitis aut tentabit, aut tentabitur: non decet autem ingenuam fœminam huiuſcemodi contactus, offenditur, læditur, iniuria afficitur, ſi qua honeſta mulier ſimilia patiatur*; propterea dixit, *mãdaui ſeruis meis, vt nemo te tangat.* In quam ſententiam videndus eſt Theodoret. *ſuper Cantic.* dum explicat illa verba ſponſæ, *& venter meus intremuit ad tactum eius*: pulſauerat enim forte ſponſus fores ſponſæ, & ipſa ad huiuſcemodi contactum omnino contremuit, quamuis ſponſa honeſtiſſima eſſet, ſponſus quoque honeſtiſſimus, quem vehementer ipſa diligebat; quia tamen prima ſtatim fronte ſpeciem aliquam violentiæ, ſeu licentiæ, vel, potiùs turpitudinis ea res præſeferebat, commota tota tremuit ſponſa; eſt enim quilibet huiuſmodi contactus moleſtus, ſiue iniurioſus pudicitiæ: quod dixit Ambroſ. 1. officior. *Quæuis vel leuis de pudicitia labes moleſta pudicis mulieribus eſt.* Securam igitur reddidit honeſtam mulierem cum dixit, *mandaui pueris meis vt nemo moleſtus ſit tibi*, eandémque tutam ſignificauit eſſe inter ſeruos: conuenientiſſimè autem hoc ita factum eſt, quia mulieri propter ſuam infirmitatem maior honor, [c] atque maior tutela debetur, quemadmodum dixit D.Petrus *in ſua Canonica 1. cap.3.* cùm præcipit, *mulieri tanquam infirmiori vaſculo honorem potiùs exhiberi, quàm contumeliam.* Quem locum explicat eleganter D. Ambroſ. *lib.1.officior.cap.18.* vbi diſſerit de ratione, ac ſimilitudine corporis myſtici ſimul, & phyſici; quod Paulus etiam dixit, 1.Corinth. 12. *& quæ putamus membra ignobiliora eſſe corporis, his honorem abundantiorem circundamus*: petita enim ſimilitudine ab eo honore, & ornamento quo afficimus ignobiliora membra, colligit D.Petrus maiorem honorem exhibendum eſſe mulieri vaſculo infirmiori, & ignobiliori, omninóque ab ea arcendam eſſe omnem iniuriam, & contumeliam. In quam ſententiam videndus eſt Chryſoſt. *hom.18.ſuper 2.ad Corinth.* vbi ait, *quoniam deterioris conditionis fuerat ſexus muliebris*, [d] *propterea mulier, & in Chriſti ortu, & in reſurrectione primam ſentit gratiam.* Ex quibus iam colligitur, probum hunc Patremfamilias miſeram viduam, & excepiſſe humaniter, & acriter eam defendiſſe ab iniuria, rationem habendo eius

[a] *Eſt enim hoc officium optimi viri & miſeros ſuauiter excipere, & fortiter defendere.*

[b] *Nihil autē iniurioſius honeſto fœminæ, quàm quiuis viri contactus.*

Theodoret.

[c] *Cui proinde, vt infirmiori, honor potior, & maior tutela debetur.*

1.Petr 3.

Ambroſ.

1.Cor.12.

Chryſoſt.

[d] *Quam etiā ob cauſam & in ortu, & in Reſurrectione Chriſti primum ſentit gratiam.*

 honoris,

honoris, qui mulieribus debetur propter ſui infirmitatem.

32. Quooiam verò Palæſtina, non ita fontibus abũdat, vel quia ager ille aqua carebat, propterea dixit, *ſed etiam, ſi ſitieris, vade ad ſarcinulas, & bibe aquas, de quibus & pueri bibunt*; ne ſcilicet vel moleſtia eſſet eunti ad fontem, vel iniuria. Si quis autem quærat, quid ſignificet hoc in loco *ſarcinula*? intelligat diminutiuum nomen eſſe à ſarcina. Eſt autem *ſarcina* vtenſilium, & eorum quæ ad commeatum pertinent veluti faſcis, quem quis in itinere comportare poteſt; vnde milites quando caſtra mouent, dicuntur ſarcinas colligere; qua metaphora vſus eſt Varro, *lib. 1. de re ruſtica ſtatim in cap. 5. Annus enim 80. admonet vt ſarcinas colligam, antequam proficiſcar à vita.* Cùm igitur eam mittit ad ſarcinulas, mittit ad locum, in quo erant inſtrumenta, ſeu vaſa, & commeatus neceſſarius ad meſſores.

TRACTATVS XIX.

De verbis illis: *Quæ cadens in faciem ſuam, & adorans, dixit ad eum: Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & noſſe me dignareris peregrinam mulierem?* Siue, *De Adoratione*.

§. I.

Nulla melior pro gratiarum actione mulieris præfatio quàm vultus demiſſio.

33. *Quæ cadens in faciem ſuam & adorans ſuper terram dixit ad eum.* PRIMA hæc eſt reſponſio, quam dedit Ruth clementi Patrifamilias poſt longam eius orationem, nec aliter quàm vultu demiſſo auſa eſt præfari; decet enim maximè mulierem honeſtam & [e] ſilentium, & verecundia, quod notauit Ariſtoteles 1. *Polit. cap. 8.* cùm dixit; *mulierem ornat taciturnitas, ſilentium, & breuiloquentia componunt ornatiſſimè fœminam, & maximè iuuenes.* Quod ſapiens dixit *Eccleſiaſtici* 26. laudans mulierem ſenſatam, & tacitam. Vnde ſponſus *Cantic. cap. 4.* præter alias animi, & corporis dotes, quas in ſua ſponſa laudauerat, laudauit etiam ſilentium, ſiue taciturnitatem. Sic Theodoret. exiſtimauit, dum ea verba, quę in vulgata editione ita legũtur, *præter id, quod intrinſecus latet*, vertit ille, *propter taciturnitatem.* Seruato igitur decore muliebri ante pedes eius proſtrata ſic dixit, *vnde mihi hoc, vt noſſe me dignareris peregrinam mulierem?* [f] Geſtus autem cadentis in faciem ſuam habitus eſt ſimplicis, demiſſi, grati, & ingenui animi, qualis fuit ille habitus corporis hominis leproſi, cuius meminit Lucas in cap. 17. cùm dixit, *vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus eſt, reuerſus eſt cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens.* Qualis etiam corporis habitus eſt ille, cuius meminit Matth. *cap.* 26. cùm de

[e] *Mulierem decet maximè ſilentium, & verecundia.*
Ariſtot.
Eccl. 26.
Cant. 4.
Theodoret.
[f] *Geſtus cadentis in faciem habitus ſimplicis, grati, & ingenui.*
Luc. 17.
Matth. 26.

Chriſto dixit, *procidit in faciem ſuam orans*; qui habitus corporis hominis eſt humiliantis ſe, & omnino venerabundi; quauis enim veneratio interna alios corporis habitus poſtulet, hic tamen præcipuus videtur; ſicut enim notauit Aug. *lib. 2. ad Simplicianum quæſt.* 4. & colligitur *ex c.* 49. *Iſai.* nonnunquam adorantes ſtare conſueuerunt: de venturo enim Meſſia loquens Iſaias, ita dixit, *Reges videbunt, & conſurgent Principes, & adorabunt propter Dominum, quia fidelis eſt.* [g] Nonnunquam etiam adorantes, ſedere ſolent, ſicut colligitur *ex 2. Reg. cap. 7.* vbi dicitur, *Ingreſſus eſt rex Dauid, & ſedit coram Domino, & dixit, quis ego ſum Domine Deus?* Qualis eſt ille ſtatus mulieris peccatricis ſedentis ſecus pedes Domini, poſtulantis enim miſeræ ille ſtatus eſt. Quo pacto & Numa Pompil. ſedens orabat, quemadmodum meminit Plutarch. *in eius vita*, & *in vita Coriolani* dixit, ſediſſe Coriolanum apud Principem Volſiſcorum ad quem fugerat. Vnde Pythagoras, non ſolùm Reges, ſed etiam quoſuis homines adoraturos ſedere fecit. Sed inter omnes adorandi habitus [h] huiuſmodi frequentiſſimus eſt, & maximè accommodatus procidentis in terram, eſt enim ſignum ſupplicis animi, & omnino fatentis nullas in ſe vires habere, ſed vel de eius pedibus ad quem confugit, ſperantis remedium: ſic Iudith adorauit ducem. *Iud.* 10. quoniam verò hic habitus non ſolùm adorantis eſt, ſed petentis, confuſi, & dolentis, (qualis fuit ille Caini, cùm *concidit facies eius præ confuſione*, ſcilicet, ſui ſceleris; & Apoſtolorum, qui ceciderunt in terram præ timore, ſiue admiratione Chriſti transfigurati) vt oſtenderet, nec dolentis, nec admirantis ſolùm, ſed potiùs adorantis eum habitum eſſe, addidit, *quæ cadens in faciem ſuam, & adorans ſuper terram:* ſic enim explicat, qua mente ſuper terram ceciderit, niſi velis Pleonaſmum eſſe in his verbis, quæ figura tunc eſt, quando voces redundant.

Aduertendum enim eſt verbum Hebræum, pro quo vulgarus interpres vertit, *adorans*, antiquum eſſe, & deſignare potiùs, *inclinare ſe.* Vnde Vatablus dixit, *prona ſe inclinat*, & Rabbi Dauid. *in lib. radic.* aduertit, ſignificare inclinationem, & humiliationem. Quoniam verò adoratio per incuruationem, ſiue inclinationem fieri conſueuit, humiliari idem eſt, ac adorare, quanuis nihil minus velimus per eos actus, quàm adorare. Quia tamen per inclinationem adoramus, [i] quanuis mens adorandi non ſit, ſi tamen inclinantes cadimus in terram, adorare dicimur: quo pacto intelligendus eſt ille locus 4. *Reg. cap.* 5. quando Naaman Syrus dixit: *Ingreditur dominus meus in templum, vt adoret, & illo innitente ſuper manum meam, ſi adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, vt ignoſcat mihi Dominus.* Clarum eſt autem Naaman non adoraſſe idolum, ſed quia pronus cadebat in terram, & inclinatus erat ante altare idoli, adorare dicitur corporis habitu: quo pacto Plinius *lib. 7. cap. 1.* dixit, elephantos Regem adoraſſe genua ſubmittendo, cùm tamen adoratio ſi formaliter loquendum ſit, [l] animi potiùs, quàm corporis cæremonia ſit. Definit D. Damaſcen. *orat. 3. de imaginibus cap* 5. cùm ait, *Adoratio, eſt cadentis, & ſubmiſſi, atque humilis animi ſignatoria cæremonia, cuius externus terminus eſt, vel inclinatio corporis, vel proſtratio; cadente enim animo, cadit pariter & corpus venerabundum.* Hæc tamen differentia eſt inter *adorare,*

Aug.
Iſai. 49.
[g] *Alij modi adorandi, ſtantis & ſedentis.*
2. Reg. 7.
Plutarch.
Pythagoras.
[h] *Sed inter omnes præcipuus cadentis in faciem.*
Iudith. 10.
34
Vatab.
Rab. Dauid.
[i] *Quanuis enim animus deſit adorandi, quoties inclinantes cadimus in terram, adorare dicimur.*
4. Reg. 5.
Plinius.
[l] *Adoratio tamen potius animi, quàm corporis cæremonia.*
D. Damaſc.

Auguſt.

rare,& *honorare*, ſicut notauit Auguſt. *lib. contra ſermonem Arrianorum,cap.* 23. quòd honor latiùa paret, quàm *adoratio*, non ſolùm enim Deum adoramua, ſed Principes etiam, atque vulgares homines pro ſua tantùm cuiuſque excellentia, cùm honor ſit teſtimonium excellentiæ, ſiue virtutis; adoramus autem eos, qui in excellenti aliquo gradu conſtituti ſunt, [m] quales ſunt Principes, & magiſtratus; quod enim Patres volunt adorationem ſoli Deo deberi, inter quos eſt Hieronym. *in epiſt.* 53. *ad Riparium*. Auguſt. *de vera, & firma religione cap.* 55. Fulgent. *lib. ad Donatum. cap.* 4. loquuntur de adoratione quæ reſpicit omnimodam excellentiam,& dependentiam, cui debetur omnis quoque reuerentia. [n] Cum autem hoc in loco Ruth adoraſſe dicitur Booz, de adoratione latiori, quæ magiſtratibus debetur, intelligendum eſt, qualis planè ille erat in populo eo tempore.

[m] *Adoramus Principes & magiſtratus.*
Hieron.
Auguſt.
Fulgent.

[n] *Non ea tamen adoratione qua Deum, ſed longè inferiori, qualiter & Ruth adorauit Booz.*

§. II.

Verè modeſti, & humilis animi eſt, verecunda propriæ indignitatis confeſſio.

35. *Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & noſſe me dignareris peregrinam mulierem?*

CÆtera verba quæ ſequũtur, modeſtiam pariter inculcant, & humilitatẽ mulieris; particula enim, *vnde*, admirantis pariter, & recognoſcentis eſt, ſuam humilitatem, fatentis à clementia illius viri ortam eſſe miſeræ cognitionem, amorem, & fauorem. Eſt autem frequentiſſimus ille Hebraiſmus in Scriptura,[o] quo hîc vtitur author huius libri, *inuenire*, ſcilicet, *gratiam in oculis alicuius*, pro, *alicui placere*, ſeu ab eodem gratiam, & fauorem habere: quo pacto Chryſoſt. *hom.* 23. *in Gen.* explicat illa verba Geneſ. 6. *Noe autem inuenit gratiam coram Deo*, id eſt, *placuit Deo*: Sic quoque Eſther *in ſuo lib. cap.* 2. *inuenit gratiam in conſpectu Aſſueri* & cap. 7. *ſi inueni*, inquit, *gratiam in oculis tuis*. Eſt autem hic Hebraiſmus inde petitus,[p] quia in nulla alia animantium parte, præſertimque hominum, quàm in oculis maiora indicia moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odij, amoris, & fauoris viſuntur; vnde rectè dixit Plinius lib. 11. cap. 3. *Profectò in oculis animus inhabitat, ardent oculi, intenduntur, humectantur, conniuent; hinc illa miſericordiæ lachryma, hos cum oſculamur, videmur ipſum animum attingere, hinc fletus, & rigantes ora riui, qui humor in doloresiam facundus eſt, ac paratus, vt dubium ſit, quo in loco reliquo tempore fuerit; animo videmus, animo cernimus, & quod magis eſt, bruta animantes in nobis ad eos, tanquam ad cognata deſideria tendunt.* Sunt ſimilia, quæ in hanc ſententiam dixit Philo *in lib. de Abraham*, quòd nimirum ſenſus omnes cum animo familiaritatem habẽt, verùm hic, id eſt aſpectus,[q] tanquam cognatione proximus, primum locum obtinet; ſicut multa argumenta deprehenditur. Quis neſcit gaudente animo, oculos ſubridere hilariter, ſicut eodem mærente, ipſos quoque ſubmitti, atque langueſcere? quod ſi grauior premat moleſtia, lachrymas etiam expriment, & vt compendio dicam ad effigiem animæ factus eſt viſus, oſtendens eius imaginem expreſſiſſimam, & tanquam in ſpeculo,[r] naturam eius aliàs inuiſibilem repræſentans. Hinc igitur ortus eſt Hebraiſmus, cum pro fauore iniuncto, inuenta dicitur eſſe gratia in oculis alicuius; idem enim eſt, placuiſſe oculis, atque animæ, cum anima [s] ſedem habeat in oculis. Crediderim tamen poſt explicatas phraſes Hebræas, non ob aliam cauſam hanc mulierem cecidiſſe pronam in terram, & non niſi demiſſo vultu profatam fuiſſe, quàm vt ſingularem modeſtiam, & honeſtam verecundiam præ ſe ferret; *nondum enim*, ſicut eleganter notauit Plutarch. *in lib.* de vitioſa verecundia, *mulierum oculos occupauerant meretrices*, [t] *ſed adhuc aurei ſæculi earum oculi retinebant pupillas; poſtea enim creſcentibus ſceleribus frons meretricis facta eſt eis, & noluerunt erubeſcere*; vt dixit Ieremias *in cap.* 3. honeſtatis enim ſignum eſt, & pudoris in fæminis, præſertim adoleſcentibus, vultos demittere cum viros alloquuntur; ſicut enim, eleganter notauit Plinius lib. 11. naturalis hiſtoriæ, cap. 37. *infra oculos, malæ ſunt homini, quas Priſci genas vocarunt, pudoris hæ ſedes, ibi maximè oſtenditur rubor, in meliore enim hominum parte, hoc eſt, in facie,* [u] *natura parens verecundiam ſedem habere voluit. Vnde cum honeſta verecundia ſubit, vultum, in quo ſedet verecundia, demittimus, quod in honeſta fæmina decentiùs fieri conſueuit.* Si enim verum eſt illud, quod Plinius dixit *lib.* 7. *cap.* 17. vbi loquitur de naturali mulierum pudore, ita dicens, *virorum cadauera ſupina fluctuant, mulierum autem prona*, [x] longè decentius eſt, vt honeſta fæmina viuens non niſi prona, & demiſſo vultu loquatur præ verecundia; cùm vel mortuis fæminis, ſit de verecundia cura, ſicut argumentatur Clem. Alexand. *lib.* 2. *ſtromat.* vbi ſcribit, à Tragicis ita notatum eſſe, Policænam, etſi interficeretur, moriendo tamen magnam habuiſſe diligentiam vt honeſta caderet, *Gratia enim ſuper gratiam mulier ſenſata, & pudorata*, ſicut dicitur *Eccleſiaſt.* 27. Decorem igitur verecundum ſeruans hæc mulier, & verecundiam decoram, non aliter acceſſit ad pedes huius hominis, quàm prona in faciem ſuam.

[o] *Inuenire gratiam, eſt idem, atque placere alicui ſecundùm Hebræos.*
Chryſoſt.
Gen. 6.
Eſther. 2. & 7.

[p] *Sumpto Hebraiſmo ab oculis, quia in nulla parte hominis maiora animi indicia viſuntur.*
Plinius.

Philo.

[q] *Viſus enim animo cognatione proximus.*

[r] *Naturam eius inuiſibilem tãquam in ſpeculo repræſentat.*

[s] *Idem ergo eſt placuiſſe oculis, atque animæ, in illis ſedem habenti.*

Plutarch.

[t] *Veteris atque aurei ſæculi fuit, quòd mulieres in oculis retinerent pupillas.*
Ierem. 3.

[u] *In meliori hominum parte, ſcilicet, in genis natura parens ſedem poſuit verecundiæ.*
Plinius.

[x] *Nihil magis decentius in fæmina honeſta, quàm demiſſo vultu loqui, cum & mortua magis prona iaceat propter verecũdiam.*
Clem. Alex.
Eccl. 27.

§. III.

Moraliter: *Animæ conuerſæ ad Deum, ac bene occupatæ fructus verecundia eſt, adeo potens, vt cælo vim inferat.*

SEd iam animam conuerſam, & in optimis 36.
actionibus occupatam proſequamur, cuius veluti fructus eſt verecundia, ſicut Bernard. notauit *ſerm. vltimo ſuper Cantic.* cum verecundiam appellauit virtutum promiſſionem. *Sic enim prona ad pedes Chriſti cadere ſolet, vt quod meritis* [a] *deeſt, verecundia ſuppleat*; qualis eſt ille ſtatus mulieris peccatricis, ſeu potius animæ conuerſæ, cuius meminit Ierem. 31. cum dixit, *Poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum, & conuerſus ſum, & erubui*: qualis fuit habitus mulieris peccatricis, cuius meminit Luc. *in cap.* 7. cùm dixit, *ſtans retro ſecus pedes Domini*: quod notauit Chryſolog. in ſerm. 93. *venit mulier, & venit retro, quia reus animus poſt tergum ſtat ad veniam, quia per culpam nouit ſe vultus fiduciam perdidiſſe.* Quæ fuit ratio cur & hæc mulier, ſiue anima, non niſi prona, & inclinata ante pedes locuta ſit; vel quoniam, ſicut eleganter notauit Philip. Beroald.

Bernard.

[a] *Ad pedes Chriſti, quod meritis deeſt, verecundia ſupplet.*
Ierem. 31.
Luc. 7.
Chryſolog.

Beroald. Ariſtot.

Beroald. *in lib 11. de transform. pag. 762.* id quod deducit ex Ariſtotele, atque Seneca, quod nunquam verecundiores oportet eſſe animos, quàm cum de Deo agitur, ne quid temere, ne quid impudenter, ne quid iuſcienter in rebus religioſis audiamus; vnde fit, vt intremus templa compoſiti, vt ad ſacrificium acceſſuri, vultum ſubmittamus, omni argumento modeſtiam fingentes, vt non ſit mirum, ſi anima conuerſa hoc in loco demiſſa loquatur; decet enim eam modeſtia, & verecundia, præſertim cum ad diuina accedit; niſi illud etiam placeat, quod Bernardus notauit *lib. 5. de conſider.* ante omnem virtutem ſtabile fundamentum humilitatis iaciendum eſſe, ne virtutum aggregatio nutet, nutante fundamẽto, *quia virtutum aggregatio*, inqoit ille, *ſine hoc fundamento ruina eſt*; propterea prona acceſſit; quod etiam Cyprian. dixit, *in orat. de Natiuitat.* cum humilitatem vocat fundamentum totius ſanctitatis: quidquid tamen per habitum hunc voluerit hæc anima ſignificare, illud certum eſt, [a] ſic potentiſſimam redditam eſſe, vtpote quæ cælo ipſi vim inferat, ſicut Bernard. notauit in ſerm. de quatuor modis orandi: *credo ego de talibus dici poſſe, quòd regnum cælorum vim patiatur, & violenti rapiat illud. Vim faciebat regno cælorum publicanus ille, qui dum non auderet oculos ad cælum leuare, ipſum cælum ad ſe potuit inclinare.* Similis eſt alius locus apud eundem Bernardum in eodem ſermone ex Matth. *in cap. 9.* cùm ponderat ea verba, *Ecce mulier, quæ ſanguinis fluxum patiebatur 12. annis, acceſſit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius, dum enim timeret ad Chriſtum accedere, fecit ab eo exire virtutem.* Hæc igitur fuit ratio, cur hæc anima poſt ſui conuerſionem, non niſi in terram prona ſit allocuta, decet enim conuerſam animam verecundia.

Bernard. Cyprian.

[a] *Sic enim eſt potens habitus & verecũda, vt cælo vim inferat.*

Bernard. Matth. 9.

TRACTATVS XX.

De verbis illis: *Nuntiata ſunt mihi omnia, quæ feceris ſocrui tuæ poſt mortem viri tui, & quòd reliqueris parentes tuos, & terram, in qua nata es, & veneris ad populum quem antea neſciebas. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Iſraël, ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti alas.* Siue, *De fama, & gloria, quæ conſequitur virtutem, vel rectè facta.*

§. I.

Virtus bono nomine decorata, ſibi vitam, aliis miſericordiam impertitur.

37. *Nuntiata ſunt mihi omnia.*

CONTINENT hæc verba reſponſionem optimi viri, ad ea, quæ dixerat Ruth, inclinata, pudefacta, & venerabunda. In quibus verbis tria quædam reperiuntur. In primis commendatio charitatis huius mulieris in maritum ſuum defunctum; quæ oſtenſa eſt in amore, quo proſecuta eſt ſocerum ſuam. Deinde oſtenditur pietas in Deum, quæ in eo perfecta eſt, qui patriam, & chariſſimos parentes reliquerit propter vnicam pietatem, ſiue religionem. Poſtremò benè ſperare iubet hanc viduam à Deo Iſrael, ad cuius alas confugerat; vnde ſignificauit, factum eſſe, vt ea, quæ peregrina, & alienigena erat, nota ſibi eſſet, notitiam enim eius fecerant hæ virtutes, charitas ſcilicet mariti, pietas in Deum; quanuis enim profuga, & peregrina errare videatur, virtúſque latebras videatur quærere, ibidem ampliſſimum conſequitur nomen, quod Hieronym. dixit in Epitaph. Paulæ matris, [b] *gloria quaſi vmbra virtutem ſequitur.* In quam ſententiam mihi videtur optimus ille locus apud Poëtam *in 1. Æneid.* vbi introducit Æneam videntem vniuerſam hiſtoriam Troianam deſcriptam ſuo ordine in parietibus templi Carthaginenſis, tunc admiratus Æneas, quòd virtutem proſecuta ſit gloria ad terminos vſque Africæ dixit:

Hieron.

[b] *Quaſi vmbra gloria virtutem ſequitur.*

——quis iam locus inquit Achate,
Quæ regio in terris noſtri non plena laboris?
En Priamus: ſunt hic etiam ſua præmia laudi.

Virgil.

Quem locum Seruius ita interpretatur, [c] *etiam apud Afros habet virtus ſibi congruentia præmia:* quanuis autem, vt pulchrè docet Auguſtin. per ſe ipſa virtus pulcherrima ſit, ſicut ille proſequitur *in Pſalm. 64.* cum quærit vnde pulchritudo virtutis videatur, *Si nulla,* inquit, *eſt pulchritudo iuſtitiæ, vnde amatur? Iuſtus ſenex, quid affert in corpore quod oculos delectet? curua membra, frontem rugatam, caput canis albatum, imbecillitatem vndique querelis plenam, ſed fortaſſe, quia tuos oculos non delectat ſenex decrepitus, aures tuas delectat: quibus verbis? quo cantu? ſi forte adoleſcens bene cantauit, omnia in ætate defecerunt, tamen ſi iuſtus eſt, amatur; non aliter, quàm quia in decrepita ſenectute iuſtitia cernitur* [d] *pulcherrima.* Quibus addenda ſunt ea, quæ habet Seneca, *epiſt. 116.* quæ eſt de pulchritudine virtutis: *quanuis autem virtus per ſe pulcherrima ſit, ſi virtuti addas gloriam, & honorem, pulchrior profectò redditur:* fama autem, & gloria, vt dicebamus, honeſtatem ſequitur, quod Plutarch. ſignificauit *in Laconicis*, cum refert, rogatũ regem Ageſilaum, quo quis ordine famam optimam conſequi poſſet? reſpondiſſe, *ſi loquatur quæ ſunt optima* [e] *& faciat quæ ſunt honeſtiſſima:* ſic enim virtus pulcherrima reddita eſt. Quem locum optimè proſequitur Philo *in lib. de Abraham*, cùm docet, tanquam aliquid magnum pollicitum fuiſſe diuinum oraculum Abrahamo egreſſo de terra ſua, famam, & optimum nomen, cum interpretatur Philo verba illa Geneſ. *Magnum faciam nomen tuum; ſicut enim,* inquit, *bonum ac honeſtum eſſe, prodeſt, ita videri, eſt quidem veritas optimè melior, vtranque tamen ſua bona fortuna ſequitur; multi enim neque fucati cultores capti natiua pulchritudine virtutis, neglectis vulgo ramuſculis petiti inſidiis, pro malis habiti ſunt, cum re vera boni fuerint: cæterùm exiſtimatio tunc demum prodeſt, cum ex re naſcitur, ſicut experimur in corporibus; nam etiamſi homines, ægrotum bene valere, aut ſanum ægrotare credant, ſola opinione neque morbum, neque ſanitatem efficiunt: at cui Deus vtrunque conceſſit,*

Seruius.

[c] *Etiam apud Barbaros.*

Auguſt.

[d] *Virtus odioſum per omnia ſenem, reddit pulcherrimum.*

Seneca. Plutarch.

[e] *Optimam ſi vis famam loquere optima, & fac honeſtiſſima.*

Philo.

ceſſit, vt bonus, atque honeſtus ſit, & videatur, hic [f] *ſare beatus eſt, & verè vir magni nomiais.* Quod etiam dixit D. Auguſt. *in lib. de bono viduitatis*, vbi quærit quid fama, & gloria addat virtuti? & definit famam reddete virtutem vtilem, ſic enim habet: *Si quis petat, Virum deceat bene viuere, quamuis aliis ſcandalum præbeatur interdum? hanc accipiat reſponſionem: quiſquis à criminibus vitam ſuam cuſtodit,* [g] *ſibi bene facit: quiſquis autem etiam famam, & in alios eſt miſericors. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, aliis autem fama noſtra; & quod aliis miniſtramus, miſericorditer in noſtram quoque redundat vtilitatem; alter enim ſi fama deſit, vtilis eſſe non ſolet virtus.* Id quod eo exemplo oſtendi poteſt, quod eſt apud Plinium *lib. 21. cap. 7.* vbi docet, flores, qui ad ripas Nili naſcuntur, quamuis pulcherrimi ſint, odoriferos tamen non eſſe, quia ſcilicet in ea regione nebuloſus, & roſidus eſt aër, deprædatur autem nebula à pulchritudine florum, odorem, atque ita ſibi pulchri ſunt flores, aliis autem non ſunt odoriferi: non ita flos hic de Moab, qui pariter cum pulchritudine virtutis ſuauiſſimos exhalat odores; ſicut conſtat ex verbis huius optimi viri, cum dixit, *Nunciata ſunt mihi omnia*, id eſt, fama tuarum virtutum ad me peruenit.

[f] *Verè enim beatus qui bonus eſt & videtur.* August.

[g] *Talis ſibi vitam cuſtodit, & in alios eſt miſericors.*

Plinius.

§. II.

Famam non generat vulgaris virtus, ſed eximia.

38\. Ariſtot.

Quæ feceris ſocrui tuæ, poſt mortem viri tui. QVoniam verò, ſicut ait Ariſtot. lib. 1. Rethor. *Gloria*, ſiue *fama eſt, cum quis probus à cunctis exiſtimatur, aut id habere putatur, quod omnes, vel plures, vel probi, vel prudentes expetunt*; oſtendit quid tandem illud fuerit, vnde orta ſit hæc fama, ſiue gloria, dicens, *nuntiata ſunt mihi omnia, quæ feceris ſocrui tuæ poſt mortem viri tui*, quaſi virtus, quæ in ea laudata ſit, fuerit eximia [h] charitas in defunctum maritum: in viuorum enim amore ſimulatio, & adulatio locum habere potuit, non ita in defunctorũ; ideóque præſtantiora iudicantur officia, quæ in hos, quàm quæ in illos exercentur. Quæ fuit ratio cur Iacob *Gen. 35.* titulum fecerit Racheli vxori chariſſimæ defunctæ, vt ardentiſſimum ſuum amorem oſtenderet in defunctam vxorem; ſic enim eo in loco dicitur: *Mortua eſt Rachel, & ſepulta in via, quæ ducit Ephrata, erexitque Iacob titulum ſuper ſepulchrum eius*; quaſi [i] titulum erexerit veri, & perfecti amoris, qui poſt mortem maximè cernitur. Sic Moyſes *Gen. 48.* commendauit charitatem Ioſephi, dum docet poſt mortem Iacobi ſui parentis amaſſe, & aluiſſe iniurioſos in ſe fratres. Sic ſimiliter *lib. 2. Reg. cap. 21.* propter defunctum Ionatham, quem amauerat viuentem, miſericordiam fecit Dauid cum Miphiboſeth filio eius, vt veram charitatem oſtenderet. Hoc igitur fuit principium [l] gloriæ, & famæ huius mulieris, ſcilicet, mortui mariti charitas.

[h] *Eximia charitas ea eſt, quæ in defunctum, præſtatur.*

Gen. 35.

[i] *Hæc ſanè titulum erigit veri, & perfecti amoris.* Gen. 48.

2\. Reg. 21.

[l] *Ex hac primam laudem meruit Ruth.*

39\. Secunda [m] autem virtus fuit, pietas in Deum, quam expreſſit, cùm dixit, *& quòd reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populum, quem antea neſciebas.* Quæ laus Abrahamo euenit *Gen. 12.* quando ei dictum eſt à diuino oraculo, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrauero tibi*: propter quem vnum egreſſum D. Ambroſ. nunquam ſatis commendauit Abraham *in lib. 1. de Abrah. cap. 2.* vbi Ambroſ. videtur excedere in laudibus Abrahami, vel propter hanc ſolam ſequelam, qua Deo vocanti acquieuit, & eundem ſequutus eſt: *Magnus*, inquit, *vir Abraham, quem votis ſuis non potuit æquare Philoſophia, itaque cuius modi fuerit in eo deuotio conſideremus; ea enim virtus prima eſt, quæ eſt fundamentum cæterarum, meritoque hanc ab eo exigit Deus dicens, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui; ſatis autem fuerat dixiſſe de terra tua, idem enim erat exire de cognatione, exire de paterna domo: ſed ideo addidit ſingula, vt eius affectum probaret, ne forte, aut imprudenter cœpiſſe videretur, aut fraus aliqua mãdatis cæleſtibus pararetur; tẽtatur ergo vt fortis, incitatur vt fidelis, prouocatur vt iuſtus.* Quã eandem laudationem proſequitur diſcipulus Ambr. Aug. ſerm. 68. *Nouum probationis genus habuit propria, exilia, indicere peregrina, ingerere laborem itineris quieſcenti, imperare penuriam poſſidenti, & tantarum facultatum domino imponere neceſſitatem peregrinandi; libenter tamen fides accepit, quidquid arduum videbatur incredulis; leue enim non eſt cuipiam dimittere propria, & ſectari aliena incerta, dimittere quod ſciat, quærere quod ignorat.* Si igitur hæc ſumma laus fuit Abrahami, mouente tamen, & excitante Deo, [n] maius aliquid videtur concedendum huic viduæ, quæ nec Deo excitante, neque mouente, ſecuta eſt renuentem ſocrum ſuam; ſi Abraham Pater credentium vocatus eſt, ſic & hæc mulier Mater [o] credentium vocanda quoque eſt; non enim minùs nobiles habere debuit primitias Eccleſia gentium vocata in Ruth, quàm habuerat Eccleſia Hebræorum in Abraham parente, & vocata, & excitata, atque à Deo introducta.

[m] *Secundam verò, ſed non poſteriorẽ ex religione promeruit & fide.* Gen. 12.

Ambroſ.

Auguſt.

[n] *Maius nãq; huic viduæ tribuendũ videtur quàm Abrahamo dum ſecuta eſt ſocrum renuentem, & non vocante Deo, ſicut Abrahamum vocauerat.*

[o] *Inde Ruth mater credentium dici poteſt.*

40\. Quod autem diximus hanc mulierem ſecutam fuiſſe ſocrum ſuam, & inde deductã in veram religionem, & pietatem, [p] illud omnino temperandum eſt, dicendúmque Abrahamum palam, & publicè, vel Deo loquente fuiſſe vocatum; hanc autem mulierem interna vocatione, efficaci tamen. Quæ doctrina petita eſt ex D. Auguſt. *in comment. ſuper Pſ. 77.* cùm explicat ea verba, *& recordatus eſt, quia caro ſunt. In humeris*, inquit, *reportata paſtoris, quæ ſe perdere potuit, dum ſponte vagaret, ſe autem inuenire non potuit, ne omnino inueniretur, niſi paſtoris miſericordia quæreret, ſic igitur ad gregem deportata* [q] *eſt.* Addidit autem Auguſt. *ne quiſpiam exiſtimaret, poſſe quempiam diſcedentem ab Eccleſia ad eandem reduci, niſi humeris deportetur paſtoris, nec ille*, inquit, *filius ad hanc omnino non pertinet, qui reuerſus in ſemetipſum dixit: Surgam, & ibo ad Patrem meum*, Luc. cap. 15. *occulta enim inſpiratione, & vocatione etiam ipſe quæſitus eſt, & ſuſcitatus ab illo, qui ſuſcitat omnes venientes ad fidem; nemo enim ad Dei religionem, & fidem non vocatus venit, nemo niſi vocatus accedit: quare quamuis hæc mulier, externè vocata non ſit, internè tamen, & efficaciter vocata eſt.*

[p] *Temperat quæ dixerat de vocatione Ruth, & Abraham.* Auguſt. Pſalm. 77.

[q] *Secundùm Aug. ſententiam, de efficacia gratiæ ſe loqui profitetur.*

Luc. 15.

Si cui autem non ita magnum videatur patriã reliquiſſe, parentes, & chariſſimos conſanguineos, propter ea, quæ incerta, ſeu potiùs cognita non ſunt, videat Philonem *in lib.* quis ſit hæres rerum diuinarum, cùm ponderat illud, *Credidit Abraham Deo: Magnum*, inquit, *eſt, & omni laude dignum credidiſſe Deo, ſine ac dicas, aſſerent,* 41.

Philo.

aſſerens, quis Deo loquenti fidem non habeat? ne temere ſapientem fraudes ſuis laudibus, nam ſi penitus ſcrutari, & non ſolum in ſuperficie velis;
[z] *Quàm difficile ſit credere Deo propter cognationem mentis noſtræ ad terrena.* *comperies, quàm difficile ſit credere ſoli Deo abſque vllo teſtimonio propter cognationem, quam habemus cum rebus mortalibus, quæ nobis perſuadent, vt credamus, & fidamus gloria, principatui, amicis, ſanitatique, & cæteris ſimilibus; has autem perſuaſiones claudere, & diffidere creaturæ per ſe infideliſſimæ, ac ſoli Deo credere, eſt hominis magni, & cæleſtis.* Si autem hoc magnum, & cæleſte viſum eſt in Abrahamo Deo tamen loquente, & fortaſſis per exteram ſpeciem apparente, ſicut videtur docere
Actor. 6. D. Stephanus *Actor. 6.* cum dixit, *Deus gloriæ apparuit Abrahæ Patri noſtro*; quanto maior, & excellentior hæc mulier exiſtimanda eſt, quæ renuente ſocru ſua, & repellente tamen ſecuta eſt renuentem? fieri enim hoc plerunque ſolet à Deo, vt fidei conſtantia magis appareat, ſicut videre eſt
Matth. 15. in muliere Chananæa *Matth. 15.* quæ ſæpe clamans verbis acerbis repulſa eſt, vt magis eius fides nota fieret, non quòd non vocata venerit;
August. ſicut enim eleganter dixit Auguſt. in ſpeculo cap. 33. *Nemo Deum amittit, niſi deceptus; nemo quærit, niſi admonitus*: quibus ſunt ſimilia ea, quæ Bernard. dixit in lib. de diligendo Deo: *Bonus es*, inquit, *Domine animæ quærenti te, quid ergo inuenienti? ſed in hoc eſt mirum, quòd nemo te quærere*
[f] *Præueniens vbique gratia donũ eſt.* [f] *poteſt, niſi qui prius inuenerit; vis igitur inueniri, vt quæraris, non tamen præueniri.* Sic igitur hæc mulier vocata venit, non externa aliqua vocatione, ſed interna intimatione, & occulta ordinatione: ſolet enim Deus nonnunquam occulta vi ea, quæ agenda ſunt intimare, & cor hominis ignarum, & non debito ſtrepito, & tarditate ſermonis, peritum reperire de abſconditis reddere, ſicut pulchrè proſequitur Gregorius Magnus *lib. 28. moral. à cap. 2. vſque ad 7.* vbi fusè agit de diui-
[g] *Maximè elucens in vocatione Ruth.* na locutione: [g] ſic igitur vocata venit hæc mulier, quæ parens fuit Eccleſiæ gentium.

§. III.

Pietati in Deum adeo certa ſunt ſua præmia, vt vaticinium ſit ea non defutura etiam in præſenti ſæculo.

42. *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem accipias à Domino Deo Iſrael.*

CÆtera, quæ ſequuntur cum dixit hic optimus vir: *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem accipias à Domino Deo Iſrael ad quem veniſti, & ſub cuius confugiſti alas*, pertinent ad præmium, quod ſperare iubet pro charitate in maritum, & pietate in Deum: videntur autem ea verba imprecatoria, quibus imprecatur, & æternam felicitatem, & bona etiam huius ſæculi, eſt enim proprium pie-
[u] *Pietatis proprium eſt, & bona huius ſæculi concedere, & alterius.* tatis, & bona [u] huius ſæculi nobis concedere, & alterius, ſicut definit D. Paulus 1. *ad Timoth. 4.*
1. Thym. 4. *Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ*: quemadmodum eum
Ambr. locum intelligit D. Ambr. Hoc igitur ei imprecatur, quod pietas præſtare ſolet. Verùm mihi potior videtur ſenſus, quem inſinuare videtur pa-
Paraphraſ. Chaldaica. raphraſis Chaldaica ad hunc locum dicendo, hæc verba potiùs prophetica eſſe, quàm deprecatoria, ſic enim paraphraſis habet, dixit ille ad Ruth, [x] *per prophetiam ſignatum eſt mihi fore vt* [x] *Vtrunque vaticinari videtur Booz huic Moabitidi.*
prouenirent ex te reges, & prophetæ, propter bonitatem, qua affeciſti ſocrum tuam, quam demortuo marito tuo aluiſti, reliquiſti etiam religionem tuam, populum tuum, patrem & matrem tuam, ſolùmque natale, & tetendiſti, vt proſelyta fieres, atque inter populum, qui tibi notus non erat, habitares, dignum præmium tibi rependat Dominus in hoc ſæculo propter nobile facinus, ſitque confirmata merces tua à Domino Deo Iſrael in venturo ſæculo, vt tibi ſit portio cum Sara, Rebeca, & Lia. Quibus verbis
vaticinari videtur de Ruth, etiam [z] oriundam eſſe Eccleſiam, quamuis ea alienigena, & peregrina eſſet, quemadmodum eadem Eccleſia propagata eſt per quatuor illas celebres matronas, quarum meminit. [z] *Nec non & Eccleſiam ab ea oriundam eſſe.*

Placet autem maximè prophetiam continere hæc verba, vt non imprecatio, ſed promiſſio ſit 43.
ea, quæ pietati facta eſt, cum dicitur, *reddat tibi Dominus pro opere tuo*, ita enim & Paulus fecit
1. *ad Timoth. 4.* ita & Chriſtus Dominus *Matth.* Matth. 19.
19. & *Luc. 18.* nec enim imprecantur felicia viris religioſis relinquentibus omnia huius ſæculi Luc. 18.
propter pietatem, ſed potiùs hæc eadem [a] vaticinatur futura. Neque verò contra hanc prophetiam illud eſt, quod nonnunquam videamus viros ſanctos, quibus dignus non erat mundus, egentes, & extrema inopia laborantes, in quibus non videmus centuplum multiplicata ea, quæ reliquerunt propter Deum, nanque Bernard. in ea [a] *Relinquentibus bona vita huius propter eximiam in Deũ pietatem hæc eadem promittuntur à Deo.*
declamatione, quam fecit ſuper illis verbis Matt. Bernard.
19. *Ecce nos reliquimus omnia*, exiſtimat hanc commutationem factam eſſe cum pace, [b] & gaudio ſpirituali; *Eſt*, inquit ille, *in ſanctis libertas primitiæ, ſpiritus dilatatio charitatis, gloria, conſcientia pax, & gaudium; ſicut enim mercenariis ſolet cibus in opere, merces in fine dari, ſicut militantibus ſtipendia dantur pro neceſſitate laboris, & nouiſſimè donatiuum maius erogatur pro qualitate laboris; ſic viris relinquentibus omnia propter Deum pax datur, & gaudium ſpirituale in vita, gloria autem in morte: ſic igitur compenſatio ſit, & multiplicatio, non enim bonis corporalibus, ſed etiam cum bonis ſpiritualibus altioris ordinis.* In hanc ſententiam [b] *Sed in melius commutata, nempe in pacem. & gaudium ſpiritus.*
Bernardi inclinare videtur Collator. *collat. 14. c.* Collator.
26. quæ quidem ſententia veriſſima eſt: verùm Ioann. Chryſoſt. aliquid addendum eſſe exiſti- Chryſoſt.
mauit *hom. 7. ſuper epiſt. ad Rom.* putat enim pios homines propter relicta bona ſæcularia, [c] longè maiora habituros eiuſdem ordinis bona, *pro his*, inquit, *quæ Petrus reliquit propter Deum, terra illi vniuerſa domos aperuit, & terram, atque mare expandit, atque adeo omnes bona ſua à ſe deuendita ad illius pedes deferebant, neque enim in manus eius conüciebant, vt qui non id ſibi audientiæ aſſumebant, tantum illi honorem, vna cum beneficentia* [c] *Verùm, & eiuſdem ordinis longè maiora tribuuntur relinquentibus ſæcularia.*
tribuebant. Similia docet idem Chryſoſt. *hom. 15.* Chryſoſt.
ſuper 1. ad Corinth. vbi docet veniſſe Paul. *Acto-* Act. 16.
rum 16. ad purpuræ venditricem mulierem, & tanquam ancillam ei appoſuiſſe omnia, dediſſe cuſtodiam carceris, & ei totam domum aperuiſſe: ne quis autem diceret hoc Petro, & Paulo tantùm factum fuiſſe, reſpondit Chryſoſt. *Deus enim non reſpicit perſonas, ſed meritum.* Hæc eadem eſt ſententia Auguſtini *ſuper Pſalm. 143.* vbi Auguſt.
explicat ea verba Matth. *19. habetis*, inquit, *hic diuitias, & gloriam in futuro ſæculo: hoc enim dixerat ſponſa Cantic. 2. Læua eius ſub capite meo &* Cant. 2.
dextera illius amplexabitur me: læua, ſiue *ſiniſtra*

manus

Digitized by Google

manus Dei, infirmitatem ſuſtentat pauperum, ſiue, ſanctorum, dextera eius coronat eorum merita. Vbi Auguſt. per ſiniſtram manum intelligit bona huius ſæculi, quæ non deerunt ſanctis hominibus; per dexteram autem gloriam cæli, atque ita putat ſanctos homines & in vita, & in morte [d] recipere mercedem ſuæ pietatis, quemadmodum hoc in loco vaticinatum eſt.

[d] *In vita enim, & in morte ſancti accipiūt mercedem ſuam.*

44. Mihi autem videtur illud neceſſariò colligendum eſſe ex ſententia Patrum hanc promiſſionem factam piis, & religioſis hominibus ſemper, & vt plurimum implendam eſſe etiam in bonis huius ſæculi, vel, interim dum viuunt, [e] vel poſt eorum mortem, quemadmodum eleganter docet Chryſoſtom. *hom. 65 in matth* & *hom. 11. in primam ad Timoth.* quibus in locis Chryſoſt. ita habet: *pro tuguriolis habent ingentia templa, & baſilicas magnificentiſſimas, in quibus eorum nomina immortaliter celebrantur; quæ omnia propter pietatem reliquerunt;* quod etiam videtur oſtendere D. Hieronym. *in epiſt. ad Pammachium*, in cuius laudem ita dixit, *at nunc omnes Christi Eccleſia Pammachium loquuntur, mirantur orbis pauperem, quem ipſe diuitem neſciebat.* Similia ſunt, quæ habet D. Hieronym. ad Euſtochium, *quæ*, inquit, *vnius vrbis contempſit gloriam, totius orbis opinione celebratur.* Similia ſunt, quæ habet idem Hieron. *Prouerb. 3.* & Proſper. *lib. de promiſſ. 1. p. cap. 22.* qualis planè fuit merces huius mulieris, quæ relinquens patriam, & parentes propter pietatem, maritum inuenit Principem, ſobolem & regiam, & diuinam, de prophana enim facta eſt ſacra, de vidua maritata, de ſterili fæcunda, vt quæ reges genuerit, & prophetas, ac poſtremò facta ſit auia Chriſti, ſeu Dei in carne, & quæ apud Moabitas ignota fortaſſis erat, cum peregrinata eſt propter Deum à patria, celebris facta eſt dum viueret, celebrior poſt ſui mortem, vt de ea verum ſit, qui in hac vita acceperit mercedem, & in alia etiam vita ſolidam, & perfectam.

[e] *Quibus, vt in plurimum adimpletur promiſſio etiā in temporalibus dum viuunt, vel ſaltem poſt mortem.*

Chryſoſt.
Hieron.
Hieron.
Proſper.

[f] *Merces Ruth, quàm magna etiam in hac vita.*

§. IV.

Ad ſe confugientes Deus veluti auis, expanſis alis fouet, & protegit.

45. *Ad quem veniſti, & ſub cuius alas confugiſti.* IN illis etiam verbis, *ad quem veniſti, & ſub cuius alas confugiſti*, ſeu vt ex Hebræo clarius legi poteſt, *qua veniſti, vt ſub eius alis ſperares*, quemadmodum etiam legit Vatablus: metaphora eſt frequentiſſima in Scriptura petita à pullis recenter natis, qui quando impetuntur à maioribus altilibus ad maternas alas confugiunt, vt ſecuri reddantur, & foueantur, qualis eſt ille locus Iſai. 31. *Sic deſcendet Dominus exercituum vt prœlietur ſuper montem Sion, & ſuper collem eius, ſicut aues volantes, ſic proteget Dominus exercituum Hieruſalem,* [g] *protegens, & liberans, tranſiens, & ſaluans* eſt enim ea oratio prophetæ defectiua, in qua neceſſariò aliquid ſupplendum eſt, vt ſententia conſtet, & tunc ſenſus erit, quemadmodum aues impennes pullos ſuos ab aliis auibus protegunt, ita proteget Deus Hieruſalem: alludit enim Propheta ad id, quod dixerat Rex Aſſyrius *in cap. 10. Iſai.* minando, ſe ſcilicet perditurum & nidos cum auibus. Eſt autem in hac metaphora illud elegantiſſimum, quod oſtendit damnum illatum ab hoſtibus, & confugium apud amicos; quaſi

Vatablus.
Iſai. 31.

[g] *Vide quàm multiplex ſit patrocinium Dei erga cō fugientes ad ſe.*

Iſai. 10.

Gabr. à Coſta in Gen.

non aliter Ruth fugerit de Moab, quàm fugere ſolent pulli auium, maiores aues, nec minus [h] refugium inuenerit apud Deum, quam inuenire ſolent pulli cum fugiunt in alis maternis. Similis eſt ille locus in Pſalm. 90. *Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis eius ſperabis.* Eſt enim vna, & eadem metaphora ſub aliis, atque aliis verbis enuntiata, quemadmodum docet Auguſt. Eugubin *in Comment. ad eum locum.* Phraſis [i] autem hæc, *ſperare ſub alis*, qua vtitur ſæpius Scriptura, ſignificat ſecurum eſſe, & firmum, quemadmodum docet Genebrard. *in Comment. ad Pſal. 90* eſt enim ſpes, idem atque ſecuritas. Quo pacto intelligendus eſt locus Pſalm. 4. *quoniam ſingulariter in ſpe conſtituiſti me,* id eſt, me ſecurum, & tutum reddidiſti. Qualis eſt ille locus Iob *in cap. 4. Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua;* pro fortitudine enim in Hebræo eſt ſpes, quæ fiduciam, fortitudinem, & ſecuritatem ſignificat. Dum igitur hoc in loco dicitur hanc mulierem confugiſſe ad Dei alas, [m] ſecuram, & tutam eam fuiſſe ſignificatur.

[h] *Sic bene ſuccurritur periclitanti, cum damnum illatum à ſimilis propulſatur remedio.*

Eugub.

[i] *Idem eſt in Scriptura ſperare ſub alis, atque eſſe ſecurum.*

Genebrard.

[l] *Eſt enim ſpes idem, quod ſecuritas.*

Pſalm. 4.
Iob 4.

[m] *Inde Ruth ſecura, quia ad Dei confugit alas.*

26. Cum autem addit, *ad Deum Iſrael,* [n] periphraſis eſt veri, & viuentis Dei; ſolus enim Deus Iſrael, viuens, & verus Deus eſt, iuxta illud Pſalm. 75. *Notus in Iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius,* quaſi verus Deus ſolummodo apud Hebræos notus eſſet; ſicut Nabuchodonoſor dixit, *paueant Deum Danielis, ipſe enim eſt Deus viuens, & æternus in ſæcula.* quo ſenſu & Zachar. pater Baptiſtæ dixit Luc. in cap. 1. *Benedictus Dominus Deus Iſrael,* volens ſignificare à ſolo Deo Iſrael ſperandum eſſe remedium, qui ſolus verus, & viuens eſt, proptetea hoc in loco ad Deum Iſrael confugit hæc mulier à quo & remedium, & ſecuritatem ſperabat.

[n] Deus Iſrael, *periphraſis eſt veri, & viuentis Dei.*

Pſal 75.
Daniel 7.
Luc. 1.

§ . V.

Moraliter: *Solus ille ad Deum confugit, qui patriam, ſuos, & ſe fugit.*

SEd iam ad animam, quam conuerſam ſequimur, vt reſpondeamus, videtur hic locus oſtendere modum, quo vnaquæque anima, ad Deum conuerſa eundem ſequi debeat poſt pœnitentiam; oportet enim relinquere omnia huius ſæculi, vt ſpes ſuas vniuerſas in vno Deo collocet, qualiter [o] Ruth, relinquens patriam, & parentes, atque omnia, ad diuinas confugit alas; ſic enim bene confugit, qui omnia reliquit, quemadmodum eleganter dixit Philo *in lib. de præmiis, non longè à principio,* vbi de hoc ipſo argumento loquitur: *Nam ſi ex animo decreuit homo*, inquit ille, *affectus, & perturbationibus omnibus ſuperior euadere, contemptis concupiſcentiis, ac voluptatibus, expediat ſe, fugiatque continuato curſu, familiam, patres, cognatos, & amicos pariter: nam conſuetudo habet vim attrahendi, vt timendum ſit, ne captus hæreat incluſus tanta illecebrarum multitudine, quarum imaginatione excitantur ſopita, & rerum turpia ſtudia refricata viuunt, quarum memoriam præſtabat obliuioni tradere,* [p] *ſic enim multis accidit, vt peregrinando ad ſanam mentem redirent.* Sunt ſimilia quæ idem Philo dixit *in lib. de migratione Abraha*, explicans verba Geneſ. 12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua; volens Deus purificare hominis animam, primum offert ei perfectæ ſalutationis occaſiones, migrationem ſcilicet à corpore,* 47.

[o] *Non ponit vtique ſpes ſuas omnes in Deo anima, quæ nō prius reliquerit vniuerſa, ſicut Ruth fecit.*

Philo.

[p] *Sic enim peregrinando multis reddita eſt mens ſanitati.*

Philo.
Gen. 12.

à ſenſibus, & à ratione. Nam terra corpus, cognatio ſenſus, patris domus rationem ſignificat; aliena igitur tuum animum ab his, vt à nullo ex his detentus emergas ſuperior. Clariùs idem Philo *in lib.* Quis ſit hæres rerum diuinarum, *ſi cupis anima hæres bonorum diuinorum fieri, non tantùm terram, hoc eſt, corpus,* [q] *ſenſus, & rationem deſere, ſed te ipſam fuge, rapta extra te ipſam ſicut lymphatici:* quem ordinem ſecutus eſt Hieronym. cuius verba refert Euſebius in lib. de eius vita. *Alumnam meam,* inquit ille, *quaſi cogitationum mearum conſcientiam pertimeſcebam, & mihi metipſi iratus ſolus deſerta petebam.* In quam ſententiam, quemadmodum refert Iuſtus Lypſius *in lib. de conſtantia, cap.* 2. togatus Socrates à quodam, cur ſibi peregrinatio non profuiſſet, eleganter reſpondit, [e] *quia non te deſeruiſti.* eſt in hanc ſententiam ea pulchra ſimilitudo, qua vtitur Poëta *in* 4. *Æneid.* cum introducit Didonem furentem prophano amore, quod neque fuga, neque peregrinatione, neque alia quauis mutatione loci temperare poterat, ſic enim eleganter ait Poëta:

Philo.

[q] *Diuinorum enim bonorũ fiet particeps qui non tantum alia, ſed ſeipſam fugeris.*

Lypſius.

[e] *Qui enim ſe non deſeruit, nihil prodeſt patriam deſerere.*

Poëta.

Vritur infelix Dido, totáque vagatur
Vrbe furens, qualis coniecta cerua ſagitta,
Quam procul incautam nemora inter Creſſia fixit
Paſtor agens telis, liquítque volatile ferrum
Neſcius, illa fuga ſyluas, ſaltúſque peragrat
Dictæos: hæret lateri lethalis arundo.

Ita qui prauis affectibus affecti ſunt, non illos exuunt, [f] ſed transferunt peregrinando. Similis locus eſt apud Auguſt. *in comment. ſuper. Pſ.* 41. cum ita habet, *minaris ei,* inquit Auguſt. *& tu eum ei minaris, quo eum vis mittere, dimitte illum in ſe, vt multum ſæuiat, ſubiecturus es eum beſtiis ſe ipſo peiorem beſtiis, beſtia enim lacerare corpus eius poteſt, interiùs in ſe ipſum ſæuit.* Quod pulchrè dixit Seneca Tragicus *in Medea actu* 2. cum abire facit à ſua anima omnes furias, ipſam ſatis ſibi furiam eſſe dicens. Videndus eſt Auguſtin. *lib.* 2. *de bono perſeuerantiæ, cap.* 8. vbi hoc proſequitur argumentum de contemptu rerum omnium ad Dei ſequelam, ex doctrina D. Ambroſij præceptoris ſui. Ita igitur hæc anima ſecuta eſt Deum relinquens omnes affectiones, imo [t] & ſeipſam: Sicut enim optimè dixit D. Cyprian. orat. de Aſcenſione Chriſti, *Anima cuius eſt Deus, quid ampliùs quærit? ſi ſufficis tu Deo,* [u] *ſufficiat tibi Deus.* non eſt igitur neceſſe, nec affectus, neque ſeipſam deſerere eam animam, quæ ſe ad Deum detulit.

[f] *Non enim exuunt prauas affectiones, ſed trãsferunt.*

Auguſt.

Tragic.

Auguſt.

[t] *Non ſic anima conuerſa qua Deum, vt aſſequatur, ſe & omnia dereliquit.*

[u] *Cui autẽ ut ſufficiat Deus anima, cui & ipſa anima ſola ſufficit?*

TRACTATVS XXI.

De verbis illis: *Quæ ait: Inueni gratiam apud oculos tuos Domine mi, qui conſolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum.* Siue, *De humili gratitudine.*

§. I.

Adeo ſacra eſt gratitudinis lex, quòd opibus deſit, voluntate perficere, vt iuſtitiam ſine operibus commendet, ſacrificium offerat ſine victima, beneficium firmet, conſummet, ac ſine impendio rependat.

Inueni gratiam apud oculos tuos Domine mi. ITA habet noſtra vulgata editio, quãuis alij, [x] per optatiuum eandem ſententiam expreſſerint ad hunc modum: *Illa verò dixit: Impetrem gratiam apud te,* verbum Hebræum, ita verti poteſt, *inueniam gratiam in oculis tuis,* noſtra tamen lectio accommodata eſt: ſic enim fatetur hæc mulier ſe iam inueniſſe gratiam, verbum autem Hebræum, deſiderium, ſiue votum exprimit ſemper placendi; ea enim, quæ maximè volumus perpetuò habere deſideramus, ac timemus, ne perdamus; *eſt enim omnis amor,* quemadmodum dixit Cicero in quadam epiſt. ad Atticum, *ſollicitus.* Vel potiùs per optatiuum dixit, vt ſic magis exprimeret Author huius libri humilitatem, reuerentiã, & modeſtiã huius mulieris, quæ quamuis iam inueniſſet gratiam in oculis huius hominis, indignam ſe putabat quòd inuenerit, quod eſt ſingularis modeſtiæ. Fauorem igitur poſtulabat perpetuum, neque aliam rationem ad eum obtinendum adducebat, [a] quàm ſui ipſius vilitatem; ſicut enim eleganter dixit Bernard. *ſerm.* 5. in dedicatione Eccleſiæ, *excludit miſeria diſſimulatio miſerationem, nec dignatio locum habet, vbi fuerit præſumptio dignitatis, prouocat autem compaſſionem humilis confeſſio ſui.* Quam eandem viam ſecutæ ſunt omnes matronæ, præſertim illæ, quas habuit domus Iacob: ſic Anna Samuelis mater 1. *Reg.* 1. dixit Eli Sacerdoti, *ne reputes ancillam tuam, quaſi vnam de filiabus Belial:* Sic Abigail ad Dauidem accedens dixit, *audi verba ancillæ tuæ,* quæ poſtea vocata eſt ad matrimonium eiuſdem Dauidis defuncto marito. Similem humilitatem expreſſit dicens: *Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei:* & Virgo mater poſtquam legationem accepit futuram ſe matrem Dei in carne, per ſummam modeſtiam, & humilitatem dixit, *Ecce ancilla Domini:* [b] eſt enim humilitas compendium ad conſequendos honores, ſicut pulchrè notauit Chryſoſt. *hom.* 6. *in Matth.* 48.

[x] *Ex Hebræo per optatiuũ exprimitur hæc ſententia.*

Cicero.

[a] *Dum nihil aliud quã ſui ipſius vilitatem ad obtinendum fauorem proferebat.*

1. Reg. 1.

[b] *Sapiẽter ſermo, & vtiliter, eſt enim humilitas compendium ad honores conſequendos.*

Chryſoſt.

Qui conſolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ.

Notandum autem eſt in hoc loco phraſim Hebræam, *locutus es ad cor ancillæ tuæ,* explicationem eſſe illius, quod dixerat, *qui conſolatus es me;* 49.
[c] modum oſtendit conſolandi, cum dixit, *& locutus es ad cor ancillæ tuæ,* id quod ſe feciſſe ſæpiùs dixit Iob *in cap.* 29. cùm ait, *cor viduæ conſolatus ſum,* mærens & amarum cum ſit cor viduarum, quarum conditio miſerrima eſt, indiget maximè conſolatoriis verbis; hoc enim ſignificat loqui ad cor, id eſt, amatoriè, leniter, & conſolando, qualis eſt illa locutio Iſai. in cap. 4. *loquimini ad cor Hieruſalem.* Similis eſt locus Oſeæ in cap. 2. *& loquar ad cor eius.* Elegantiſſimus eſt locus *Geneſ.* 34. vbi legimus in Hebræo, *Sichem locutum fuiſſe ad cor Dinæ,* quam per iniuriam violauerat; quem locum vulgatus Interpres, ita tranſtulit, [d] *triſtem deliniuit blanditiis,* & L X X. ita docuerunt, *locutus eſt ad ipſam ſecundum mentem ipſius virginis:* humaniter igitur hic vir allocutus eſt Ruth, quemadmodum ipſa de ſe ipſa fatetur.

[c] *Modus conſolandi optimus, ad cor mærentis accommodatè loqui.*

Iſai 4.

Oſeæ 2.

Text. Hebr. Gen. 34.

L X X. Interp.

[d] *Ad cor autẽ loqui idẽ eſt, atque blanditiis delinire.*

Honeſtam

50\. Honeſtam igitur gratitudinem conatur hæc mulier perpetuò oſtendere; ſicut enim eleganter dicit Xenoph. in lib. de educatione Cyri, *Ingratitudinis potiſſima comes eſt impudentia*, [e] *cum honeſtum ſit amatoribus gratificare*, quemadmodum dixit Plato *in ſimpoſio*, ſiue *in lib. de amore*; ac proinde hæc mulier non eſt paſſa accepta beneficia ſtare, ſed ea retulit in authorem ſuum; [f] *pereunt enim beneficia quandiu ſtant*, ſicut eleganter proſequitur Bernard. *ſerm. 5. in cap. ieiunij*, explicans ea verba, *Vnge caput tuum. Siquidem*, inquit ille, *fluminis aqua ſtare cæperit, & ipſa putreſcet, & inundatione facta ſuperueniens repellitur; ſic planè ſi gratiarum ceſſet decurſus, vbi recurſus non fuerit, non modò nihil augetur ingrato*, [g] *ſed & quod acceperat, vertitur ei in perniciem.* In quam ſententiam videndus eſt Mich. *in cap. 1.* quo in loco diuinum oraculum oſtendit & Samariam & Iudæam [h] euerſam eſſe propter inſignẽ ingratitudinem, cuius verba obſcura hæc ſunt: *quod ſcelus Iacob, nonne Samaria?* id eſt, ſi peraris quæ fuerit ratio, cur regnum decem tribuum euerſum ſit, quod nomine Iacob appellat, non alia eſt ratio, quàm quia ingrata fuit Samaria, quæ cum facta fuiſſet caput illius gentis, per ſummam ingratitudinem reddita eſt idololatra: deinde addit idem oraculum in eandem ſententiam, *& quæ excelſa Iuda, nonne Hieruſalem?* Euerteretur quoque ciuitas ſancta, quæ cum memor debuerit eſſe tantorum beneficiorum, exemplum facta eſt totius prouinciæ, atque in omnibus montibus, & collibus Idola celebrantur. Videndus eſt Philo *lib. 2. legis allegor.* cum ponderat eam benedictionem, quam dederat Iacob moriens duobus filiis Ioſephi nepotibus ſuis, quorum alter maior natu Manaſſes appellatus eſt: ſecundus verò Ephraim; Iacob tamen dexteram impoſuit ſuper Ephraim, ſiniſtram verò ſuper Manaſſem, quod cum ægrè tuliſſet Ioſeph, reſpondit eius pater, ita fieri oportere, [i] quia minor memoria appellatur, maior autem reminiſcentia, tranſlatus ea obliuione; qui autem obliuionem effugit, reminiſcitur. Rectè igitur Iacob dexteram porrexit Ephraimo, id eſt fertili memoriæ, dignus enim eſt maiorum beneficiorum, qui priorum non eſt oblitus. Proſequitur latiùs idem Philo hoc argumentum in eodem libro, cum quærit, cur dictum ſit *Geneſ. 6.* Noe inueniſſe gratiam coram Deo ante quodcunque eius opus illuſtre, *Inuenire enim gratiam*, inquit ille, *non illud ſolum ſignificatum habet, quod quidam vſurpant, pro placere, & fauorem inuenire, ſed etiam illud, quia iuſtus quærens rerum naturam, in hoc inuenit inuentum optimum, quod gratia Dei, ſint omnia, quæ facta ſunt; ſibi enim Deus creando gratificatus eſt mihi, ſiquidem nihil illi inde acceſſit, ideoque tantum gratia profundere proprium eſt Dei. Quærentibus igitur principium creaturæ, rectè reſpondebit bonitas, & gratia Dei, quam largitus eſt humano generi. Si quis igitur quærat, cur Noe dicatur inueniſſe gratiam coram Deo, antequam quidquid pulchrum efficeret, rectè reſpondebimus, liquere, quòd laudator ſit creationis, & generationis, quia gratus fuit, quaſi nit enim creaturæ principium, & inuenit beneficium diuinum eſſe*, [l] *conſtitit iuſtus in perpetua gratiarum actione.* Quod clariùs oſtendit in vno Melchiſedech, qui cum ſine patre, & ſine matre, imò & ſine genealogia introducatur in Scriptura, inuentus tamen eſt ſacrificium offerens in gratiarum actione; qui enim vniuerſa ſua cognouerat à Deo eſſe, in gratiarum actione inuenitur; id quod elegantiùs oſtendit D. Aug. *in comm. ſuper Pſalm. 44.* cum explicat verſum illum ex *Pſalm. 115.* vbi regius Vates dicit, *Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Hoc illi rependis*, inquit Auguſt. *qui calicem ſalutaris accipis, quis tibi dedit ipſum calicem ſalutaris?* [m] *remanſit in gratiarum actione:* ſic igitur hæc mulier, honeſtate ſeruata, gratitudinem exhibuit, & quod opibus non potuit, voluntate perfecit; quæ [n] lex in gratitudine ſacra eſt, quemadmodum dixit Seneca lib. 4. de beneficiis, cap. 2. *Qui meminit*, inquit, *ſine impendio gratus eſt, hoc quod, non operam exigit, non opes, non felicitatem, qui non præſtat, quo lateat patrocinium*; quaſi quamuis peregrina eſſet, quamuis ſtatu miſera, & fortuna paupercula, tamen beneficiorum memor fuit, quod vnum ad gratitudinem ſufficit: illud etiam fecit hæc mulier hoc in loco, quod refert idem Seneca *lib. 2. de benefic. cap. 3.* vbi ita habet, *qui enim accipit, beneficium conſummauit*, [p] *reddendo gratias ſtatim*; quod explicat eleganti ſimilitudine petita à luſu pilæ, quia non ſatis eſt celeriter excepiſſe, niſi celeriter reddas eandem. Similis locus eſt apud Ambroſ. *in lib. de Noe, & arca, cap. 22.* cum ait, *Grata animi virtus paſſionem dubitationis excludit, neſcit enim gratitudo tempus expectare ad gratias agendas.*

Xenoph.

[e] *Gratitudo honeſta eſt, ſicut ingratitudo impudens.*

Plato.

[f] *Pereunt beneficia, quandiu ſtant in manu recipientis.*

Bernard.

[g] *Ingrato etiam, & quod accepit, vertitur in perniciem.*

Michææ. 1.

[h] *Sic Samaria, & Iudæa propter ingratitudinẽ euerſa ſunt.*

Philo.

[i] *Propterea minor Ephraim, anteſertur maiori Manaſſe, quia ille memoria dicitur, hoc eſt, beneficiorum non oblitus.*

Philo.

Gen. 6.

[l] *Hinc iuſtus Noe deſcribitur, quia in perpetua conſtitit gratiarum actione, nullo eius ad huc claro opere extante.*

Gabr. à Caſta in Gen.

Auguſt.

Pſal. 115.

[m] *Hoc ipſum quod Deo in gratiarum actionem deferimus, nobis remanet.*

[n] *Lex in gratitudine ſacra, vt ſuppleat voluntas, quod operi deeſt.*

Seneca.

[p] *Qui verò ſtatim reddit gratias, beneficium conſummauit.*

Ambr.

§. II.

Propriæ vilitatis confeſſio breue eſt ad honores compendium, quando & humilitate nihil ſublimius.

Quæ non ſum ſimilis vnius puellarũ tuarũ.

51\. ET vt magis commẽdaret beneficantiam illius viri in ſe, humiliter dicit, *quæ non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum*; vt enim docet Chryſoſtom. hom. 38 ad populum, [q] *gradum fecit, & viam, per humilitatem ad gloriam, & honorem; eſt enim humilitas compendium ad eum, ita quod*, inquit ille, *ſi tu quoque magna vis reddere merita tua, ea nec magna eſſe putes, & magna tunc erunt.* Sic & Centurio *Matth. 8.* dicebat, *non ſum dignus vt intres ſub tectum meum*, & propterea dignus factus eſt. Sic Paulus dicens, *non ſum dignus vocari Apoſtolus*, propter hoc omnium primus [r] habitus eſt. Sic Baptiſta dicit, *non ſum dignus ſoluere corrigiã calceamenti*, & ideo amicus quoque fuit ſponſi, & manum, quam eſſe dicit calceamento indignam, hanc ſuper caput ſuum Chriſtus attraxit. Sic Petrus dicebat, *exi à me Domine, quia homo peccator ego ſum*, & idcirco factus eſt Eccleſiæ fundamentum. Sicque ea, quæ dixerat, *non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum*, eiuſdem viri facta eſt coniux, parens Regum, & auia Chriſti.

52\. Niſi fortè magis placeat, quod videtur notaſſe D. Ambroſ. *in cap. 7. Luc.* cùm ait, *nihil excelſius humilitate, quæ* [s] *tanquam ſuperior neſcit extolli*: id quod proſequitur Patriarcha Hieroſolym. *in vita D. Ioannis Damaſc.* eleganti ſimilitudine petita ab arboribus; *vt enim arbores, quo maiorem habent fructuum copiam, eo magis ſuo pondere ad imam vſque tellurem incurueſcunt, ita humilitas vbi plura, tum naturæ, tum artis dona inuenit,*

Chryſoſt.

[q] *Humilitas gradus ad gloriam.*

Matth. 8.

[r] *Etenim qui ſe indignum fatetur, dignitatu meritũ & præmium adipiſcitur.*

Ambr.

[s] *Adeo ſuperior humilitas, vt neſciat extolli.*

Hyeroſol.

inuenit,

[t] *Curuatur enim ſuorum pondere meritorum.*
Auguſt.
Cyril. Alex.

uenis,ibi depreſſius[t] *ad terram ſeſe incuruat*. Onuſta igitur hæc mulier tantorum Regum pondere depreſſa cadens dixit, *quæ non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum*. Qua de re videndus eſt Auguſtinus *ſuper Pſalm*. 109. Cyrill. Alexand. *lib*. 10. *in Ioannem cap* 9. cùm explicat ea verba, *Conſummatum eſt*: Bernard. explicans ea verba Lucæ *in cap*. 2. *hoc vobis ſignum erit, inuenietis Infantem pannis inuolutum*.

§. III.

Moraliter: *proſequitur conuerſionem animæ ad Deum in Ruth adumbratam.*

53. CONſeqoens iam eſt, vt animam, quæ ſuas omnes paſſiones reliquit, & ſecuta eſt Deũ, oſtendamus quo fauore, & qua gratia recepta ſit à Deo; licet enim, vt dicitur Sapient. 8. *Deus attingat a fine vſque ad finem, & diſponat omnia ſuauiter, & fortiter*, maxime ac ſuauitate vtitur efficaci[u] in trahendis ad ſe animabus. Vnde eſt illud Hieremiæ 31. *Reuertere virgo Iſrael ad ciuitates tuas*: & Ieiem. 3. *Tu autem fornicata es cum amatoribus pluribus, tamen reuertere ad me ſaltem modò*, [x] *voca me Pater meus, Dux virginitatis meæ*: & Oſeæ 11. *Ego quaſi nutricius Ephraim portabã eos in brachiis: in funiculis Adam traham in funiculis charitatis*. Dulcior eſt ille locus apud Oſeam, præſertim ſi Hieronymum ſequamur ad eum locum cum *in cap*. 2. ita dixit diuinum oraculum: *lactabo eam, & loquar ad cor eius*, tanquam mater indulgentiſſima ego fouebo[y] eam, & demulcebo eam, loquar ei verba mollia, & amatoria, atque conſolatoria; qualiter hæc anima fatetur hoc in loco cum dixit, *qui conſolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ*. quæ verba ſigna ſunt perfectæ gratiæ, & perfectæ reconciliationis.

Sapient. 8.
[u] *Quàm ſuauiter, & fortiter à Deo attrahatur anima pænitens.*
Hierem. 31.
Hierem 3.
[x] *Quam non modo recepit, vt Pater clementer, & vt vir amatoriè*
Oſeæ. 11.
Oſeæ 2.
[y] *Sed vt mater indulgentiſſima fouet, & blanditiis demulcet.*

TRACTATVS XXII.

De verbis illis: *Dixitque ad eam Booz, quando hora veſcendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto: ſedit itaque ad meſſorum latus, & congeſſit polentam ſibi, comeditque, & ſaturata eſt, & tulit reliquias: Atque inde ſurrexit, vt ſpicas ex more colligeret.* Siue, *De conuiuio ruſticorum.*

§. I.

Veſcebantur veteres Hebræi cum ſeruis ſuis, & acetario in conuiuiis poſito Ægyptiacas continuè memorabantur ærumnas.

QVoniam igitur maior aliqua difficultas in 54.
his verbis cernitur, ſingula examinabimus, vt ex ſingulorum cognitione verus pateat ſenſus huius loci. Eam igitur inuitauit ad prandium, conſuetum nanque fuit apud veteres dominos, pariter cum ſuis ſeruis prandere, maximè tempore meſſis, ad quem morem alludere videtur Poeta, cum de agricolis dixit 1. *Georgic*.

Mutuaque inter ſe læti conuiuia curant.

Quod proſequitur Macrobius *lib*. 1. *Saturnal. cap*. 10. vbi docet ſeruos, & maximè meſſores[a] vocati ſolitos à dominis ſuis, ad prandium tempore meſſis, ſunt eius hæc verba, *& opes*, id eſt, terra, *& Deus ſtatuerunt, vt Patresfamilias frugibus, & fructibus inchoatis paſſim cum ſeruis veſcerentur, cum quibus habent patientiam laboris*. Non ſunt aliena ea, quæ in hanc ſententiam dixit Ariſt. 8. *Ethicorum*, quibus fauet Ioan. Chryſoſt. *homil. ſuper* 1. *ad Coloſſenſ*. ſolebant autem ſerui honeſtatis gratia ad pedes ſuorum dominorum prandere, vt colligitur ex Seneca *lib*. 3. *de beneficiis, cap*. 27 & ex Cicerone, *action*. 3. *in Verrem*. ſæpius Martial. hoc docet *lib*. 3, *epigram. epigramm*. 4. & *lib* 3. *epigram*. 19. & *lib*. 12. *epigram*. [b] 88. vt mirum non ſit, ſi in agro videamus hunc virum principem prandentem cum ruſticis mercenariis, & cum meſſoribus conuiuia celebrare.

Virgilius.
Macrobius.
[a] *Solebant veteres ſeruos ad prandium vocare tempore meſſis, maximè vero meſſores.*
Ariſtot.
Chryſoſt.
[b] *Qui ad pedes dominorũ honeſtatis gratia comedebant.*
Senec.
Cicero.
Martial.

Quando hora veſcendi fuerit, veni huc, & comede panem. } Quod autem dixit, *quando hora veſcendi fuerit, veni huc, & co-* 55.
mede panem, non ſolùm purum panem ſignificauit, ſed potiùs prandium de modo loquendi Hebræorum, qui nomine panis ſolent quaſcunque epulas ſignificare, qualis locus eſt *Gen*. 43. *Ieremiæ* 41. 2. *Reg*. 9. *&* 13. vbi nomine panis, quilibet cibus intelligitur etiam delicatiſſimus. Id quod colligit D. Auguſt. *lib*. 5. *homiliarum, hom*. 42. ex illo loco *Gen*. 42. vbi dicitur Ioſeph inuitaſſe fratres ſuos ad manducandum panem, id eſt, ad conuiuium; clarum enim eſt, virum Principem non inuitaſſe fratres ſuos ad manducandum purum panem, ſed ad lautiſſimum conuiuium. Qualis eſt ille locus apud *Luc*. 14. vbi dicitur, *factum eſt, cum introiſſet Ieſus in domum Phariſæi ſabbatho manducare panem*, cum inuitatus ad prandium, vel conuiuium fuiſſet.

[c] *Nomine panis, prandium apud Hebraeos ſignificabatur.*
Gen. 43.
Ierem. 41.
2 Reg. 9. & 13.
Aug.
Gen. 42.
Luc. 14.

Intinge buccellam tuam in aceto. } Maior aliqua difficultas 56.
eſt in verbis ſequentibus; inter delitias enim prandij, eam refert Author huius libri, *intinge buccellam tuam in aceto*: eſt autem buccella diminutiuum a bucca, eſtque cibi tanta pars, quanta os capere poſſit, neque ſolum cibum largitus eſt hic homo, ſed & condimentum addidit, quo cibum ſumere ſuauius poſſit, vel ſaltem ſalutatiùs;[d] ſolebant enim veteres Palæſtini tempore meſſis propter ſolis ardores aceto vti inter manducandum; quia acetum maximè refrigerat. Sic enim Plinius dixit lib. 23. cap. 2. natural. hiſtor. *Aceto ſumma vis eſt in refrigerando, vnde in balneis, ſi contineatur ore, æſtus arcet; imò & cum aqua bibitur*, qua forte ratione tempore meſſis paratum erat vas aceti, quo condiebant cibum, id quod ſaluberrimum erat ad ſolis ardores. Probat hoc latè Galen. *Lib*. 1. *ſimplic*. à *cap*. 17. & 3. *ſimplic. cap*. 6. & 1. *ſimp. cap*. 19. vbi docet ſitim extinguere acetum, maximè aqua permixtum, quo remedio dicit vſos fuiſſe pleroſque vt refrigerentur, & expertes ſitis permaneant. Hæc videtur fuiſſe prima ratio, cur Booz præceperit mulieri, vt buccellam in aceto intingeret

[d] *Veterũ Palæſtinorum mos erat propter ſolis ardores vti aceto inter veſcendum tempore meſſis.*
Plinius.
Galen.

geret remedium præbens ad æſtus ſolares.

57. Crediderim tamen non eſſe alienum ab hoc loco, ſi nomine aceti intelligamus acetarium, [e] quod ex herbis frigidis fieri conſueuit permixtis aceto, quod remedium eſt contra æſtum, vt notauit Plinius lib. 20. cap. 20. *Portulaca*, inquit, *ſtomachum in acetariis ſumpta corroborat, & refrigerat.* Qua forte ratione veteres Hebræi, vt teſtert Cardinal. Baron. *tom.* 1. *annal. anno* 34. ſuum paſcha celebrare conſueuerunt, obſeruato [f] conuiuandi modo, quo eorum Patres vtebantur in Ægypto, quæ calidiſſima regio eſt; intingebant enim panem in Embemmate, quo repletum erat vaſculum quoddam; illud enim ex intibis, atque aliis frigidis herbis fieri conſueuerat, atque illo priùs intingebat Pater illius domus ſuam buccellam dicens, hic eſt panis ærumnæ, quem Patres veſtri manducauerunt in Ægypto; cuius formam cum mutaſſet Chriſtus Dominus de veteri Hebræorum exremonia, [g] diuinum fecit ſacramentum. Quod autem nos intendimus, illud eſt, apud veteres, æſtus maximè tempore, illud temedium fuiſſe, vt panem tingerent in acetario, & maximè apud ruſticos, & mercenarios homines; ita enim ruſtici homines ſua conuiuia ſolent celebrare nullis maioribus expenſis, vt eleganter deſcribit Poëta in Moreto, vbi docet, Simolum pauperem agricolam alta iam nocte ſibi præparaſſe conuiuium ex oleribus ſui hortuli, tunc addit:

Ergo Palladij guttas ſuſtilat oliui
Exiguique ſuper vires infundit aceti.

Nec diſſimilis eſt locus apud Alexim, cum ita habet:

Peſtilis, & rapido feſſis meſſoribus æſtu
Allia, ſerpyllumque, herbaſque alias contundit olentes.

Vbi aduertit Seruius, *ruſticam mulierem ferueuti ſub æſtu fatigatis meſſoribus diuerſa genera herbarum contundere, pulmentariumque parare ex herbis, quæ æſtum repellant, quibus ſi addas acetum, remedium feciſti præſentiſſimum.* Hæc igitur ratio, cur hoc in loco dixit, *intinge buccellam tuam in aceto*, ſeu potius in acetario ex frigidis herbis, atque aceto præparato.

[e] *Acetarium, quod ex herbis frigidis aceto permixto fit.* Plinius.
Baron.
[f] *Veteris Hebræi paſcha manducabāt memorantes ærumnarum Ægypti.*
[g] *Quanto felicior memoria paſſionis Chriſti in paſchate euangelico.*
Virgil.
Idem.

§. II.

Grandem modeſtiam Ruth, inſignis Booz charitas ſuperat; in vtroque autem parcimonia, & ſobrietas commendatur.

58. *Seditque ad meſſorū latus.* Quod autem ſequitur, *Seditque ad meſſorum latus*, modeſtiæ, ſiue humilitatis grande fuit [h] argumentum; ſeruaſſe enim mihi videtur hæc mulier in omnibus ſuis actionibus leges modeſtiæ, ſiue humilitatis, quas ſemper eſſe ſeruandas dixit Auguſt. *epiſt.* 56. vbi dixit idem ſeruandum eſſe in humilitate, quod Cicero dixerat in elocutione; rogatus enim, quid ſibi videretur neceſſarium in præceptis eloquentiæ obſeruari; elocutionem dixit, & ſecundo loco iterum rogatus, elocutionem reſpondit, & ſic deinceps. Quem ordinem perpetuò ſeruaſſe videtur hæc mulier in ſingulis ſuis actionibus, ſedens, loquens, reſpondens, & interrogata: [i] ſemper enim modeſtiam ſeruauit. Aduertendum autem eſt, modeſtiam non eſſe diſſimilem ab humilitate, *eſt enim humilitas profunda quadam modeſtia*, vt docet Ariſtotel. 4. *Ethicor. cap.* 4. quo ſenſu intelligendus eſt Paulus 2. *ad Corinth.* 10. *Obſecro vos per manſuetudinem, & modeſtiam Chriſti*, per inſignem eius humilitatem. Igitur hæc mulier, cùm ſederit ad latus meſſorum, cùm tamen vocata fuerit à Domino, inſigne modeſtiæ, ſiue humilitatis ſignum præbuit.

[h] *Grandis modeſtia Ruth, quæ inuitata à domino, ſedit ad meſſorum latus.*
Auguſt.
[i] *Modeſtia in omnibus ſeruanda.*
Gabr. à Coſta in Gen.
Ariſtot.
2. Cor. 10.

59. *Et coniecit polentam ſibi.* Cùm hæc tamen modeſtia conuenire non videntur verba ſequentia, [l] cum dicitur, *& coniecit polentam ſibi*, propterea aduertendum eſt ex textu Hebræo, ita potius legendum eſſe, *porrexit ei*, ſubaudiendum eſt, Booz, *primam buccellam intinctam*; accepit enim cibum, quem ei dedit: [m] quæ traditio eſt Hebræorum, quemadmodum refert Lyra ad hunc locum ex Hebræo: igitur ita legendum eſt, dedit ei polentam intinctam, ſcilicet, eodem condimento: pertinebat ad inſignem charitatem huius hominis modeſtam mulierem, & præ verecundia non auſam in menſam manum mittere, ad cibum prouocare; ſic enim Iob. c. 31. in ſui commendationem dixit, *ſi comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea*; in quo ſuam charitatem inculcat, ac quòd nec paruam panis particulam comederit, quam non ſit partitus cum pupillis; magis commendatur charitas hoc in loco viri, qui non [n] ſolùm partem buccellæ viduæ dedit ſed totam dedit, eandemque intinctam, in quo referre videtur figuram Chriſti ſeruatoris, qui non ſolùm panem dedit proditori tempore perditionis, ſed panem intinctum, vt magis moueret perditam animam, vt dicitur Ioannis cap. 13. *Ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero.* Nec mirum videri debet, ſi vulgatus interpres hoc in loco diſſetat ab Hebræa litera: huius autem diuerſitatis ea eſt ratio, quòd vir ille pcius dederit polentam intinctam, [o] rogandoque effecerit eum ea, vt eadem licentia, qua cæteri meſſores vtebantur in prandio, & ipſa vteretur: quod tandem ab ipſa impetrauit: defectiua igitur oratio eſt in qua aliquid ſupplendum neceſſariò, ſcilicet primam buccellam mulieri datam eſſe, poſtea eandem ſibi conieciſſe buccellas; id quod ſignificauit vulgatus, cum dixit, *& coniecit polentam ſibi.*

[l] *Neque obſtat huius mulieris modeſtiæ, quod ſibi polentā coniecerit.*
[m] *Hanc enim à Booz accepiſſe tradunt Hebræi.*
Lyra.
Iob. 31.
[n] *Qui per inſignem charitatem, non partem buccellæ, ſed totā dedit Ruth.*
Ioan. 13.
[o] *Atque vt deinceps ſibi coniiceret rogando effecit.*

60. Non eſt autem ita clarum, quid hoc in loco ſignificet polenta, etenim Vatablus tranſtulit, *far toſtum*, quam eandem lectionem ſecutus eſt Hieronymus, alibi, *Leuit.* ſcilicet 23 *& panem toſtum non comedetis.* Vt plurimùm tamen polenta, quæ *granarum* etiam appellatur; fiebat ex hordeo aqua permixto, vt Rab. Dauid. *in comm. Ruth.* docuit. Eſt autem illis cibus hic accommodatus, qui ſub ardenti ſole colligunt meſſes, vt docet Plinius lib. 22. natural. hiſtor. cap. 25. *Polenta à farina hordei diſtat, eo quòd toſta eſt, capitis doloribus prodeſt cum herba refrigerante permixta.* Videndus eſt idem Plinius *lib.* 1. *cap* 8. eum docet ex hordeo ita ſiccato placentam fieri, & addidit, eum panem ex hordeo antiquis vſitatum, vitam damnaſſe quadrupedumque tradidiſſe infectibus. Ex quibus colligitur, [q] quæ parſimonia fuerit in menſis veterum, in quibus non reperiebantur niſi ea, quæ vel ad famem reparandam neceſſaria erant, vel ad ſalutem.

Vatabl.
Hieron.
Leuit. 23.
[p] *Polenta eſt ex hordeo pāna toſtus.*
Rab. Dauid.
Plinius.
Idem.
[q] *Ex quo veterum parſimonia colligitur.*

61. *Comeditque & ſaturata eſt, & tulit reliquias, atque inde fur-* Quod autem dixit, comediſſe, & ſaturatam eſſe, & reliquias tuliſſe,

 accom

accommodatè intelligendum eſt; neque enim putandum honeſtam mulierem, & ſobriam ad extremam vſque ſatietatem comediſſe, ſed tantùm neceſſaria accepiſſe ad famem reparandam;

Aggæi 1.

quo pacto intelligendus eſt ille locus Aggæi in cap. 1. *Comediſtis, & non eſtis ſatiati, bibiſtis, & non eſtis inebriati*; neque comedendo, neque bibendo potuiſtis, vel famem, vel ſitim ſedare. Sic igitur hoc in loco ſaturata dicitur Ruth, [r] non quòd intemperanter comederit, ſed quòd ei liberaliter ſint appoſita neceſſaria, de quibus illa moderatè quoque accepit; eius autem moderationis ea lex optima eſt, quam præſcripſit Xenoph. *in educat. Cyri lib.* 1. vbi introducit ita loquentem Cyrum, *ante omnia operando, vt* [f] *ne vnquam ſupra quam ſatis ſit, me impleam, hoc enim graue eſt; deinde vt ea, quæ prius ſumpſi, exhauriam labore; ſic enim mihi videtur ipſa ſanitas magis poſſe procurari, & vires accreſcere.* Quem ordinem ſecuta eſt hæc mulier, non enim ſupra quam ſatis eſt, impleta eſt cibo, & quem moderatè acceperat, labore [t] ſtatim exhauſit, continuò enim ſurrexit à prandio ad ſpicas colligendas. Videndus eſt Hieronym. *tom. 2. lib. 2. contra Iouinian.* vbi eandem parcimoniam ſcribit, qua veteres vtebantur in ſuis menſis; quibus habet ſimilia Plutarch. *in lib. de eſu carnis, & in lib. de tuenda ſanitate:* videndus item eſt Clem. Alex. *in ſuo pædagog. cap.* 11. cum explicat eum locum Exod. *Saturati ſurrexerunt ludere, Græcè*, inquit, *quia à ratione alienam cibi plenitudinem,* [u] *ſanè repletionem potiùs dixeris, quàm alimenti, quoniam enim absque ratione ſaturati ſunt, absque ratione ludebant.* Videndus eſt Chryſoſt. *hom.* 3. *in epiſt. ad Roman.* cum explicat ea verba Pauli, *carnis curam ne agatis ad concupiſcentiam.* Quamuis igitur hic vir appoſuerit omnia neceſſaria ad prandium, eis tamen hæc mulier pro ſua ſingulari moderatione vſa eſt, ad reparandam ſcilicet famem, non ad ſatietatem, vt conſtat ex ſequentibus ſtatim verbis, cum dicitur, *comeditque, & ſaturata eſt, & tulit reliquias*, ſiue, reliquias fecit. Pro intelligentia autem huius ſententiæ videndus Apulei. *in ſua transfor. lib.* 9. cum de veterum menſa dixit, *ſub ipſa menſa, quæ reliquias prandij gerebat:* quem locum emphaticum docet eſſe Philipp. Beroald. *in comment. ad Apul.* nefas [x] enim erat apud veteres, vacuas, & ſine reliquiis relinquere menſas poſt prandium, quod aduertit Plutarch. *in quæſt. Romanis*, q. 64. Qua forte ratione, & Chriſtus Dominus colligere iuſſit fragmenta, quæ ſuperauerant; vtrunque enim ſignificabant reliquiæ, quæ ſuperſunt, & appoſita fuiſſe omnia lautè, ita vt aliqua ſupereſſent, & aliquid etiam diuinius, alterum ex parte eius, qui conuiuium præbuit; alterum ex parte conuiuantium; ita enim veteres interpretabantur menſam poſt prandium cum reliquiis relictam, [z] vt ad prouidentiam pertineat, aliquid ſemper in futurum, de eo, quod nunc adeſt, relinquere, & per hodiernum diem craſtini meminiſſe: ac proinde dum hæc mulier reliquias tulit, prouidentis animi indicium dedit, vt porè quæ in præſenti copia rerum non ſit oblita futuræ neceſſitatis: vel, quia vrbanum putarent, & elegans comprimere appetitum, & à præſentibus, præparatiſque cibariis abſtinere: [a] qualem ſe geſſit hæc mulier, quæ famem reparauit, de præparato tamen cibo, reliquias fecit, vt ſuam abſtinentiam oſtenderet: nec enim credibile eſt, veterem eam ſuperſtitionem ſeruaſſe in reliquiis faciendis, quia veteres menſas vacuas non relinquebant, quas ſacras exiſtimabant, non autem ſacrum apud eos vacuum relinqui conueniebat; quæ enim iam conuerſa erat ad fidem veteres potiùs ſuperſtitiones irridebat, quàm colebat. Quāuis autem propter has ſuperiores rationes potuerit reliquias facere, crediderim tamen potiùs propter humanitatem, & charitatem, qua ſocrum ſuam diligebat, ea feciſſe; quod enim veteres faciebant, vt aliquid humanitatis erga ſeruos ſuos oſtenderent, dum reliquias in menſis relinquebant, vt eos participes menſæ efficerent, ſic enim ad menſam admittebantur, non enim tantùm delectantur ſerui accipiendo, quantū participando: [c] ſic quoque hæc mulier, vt participem faceret ſocrum ſuam, illius conuiuij reliquias fecit, quas ad ſocrum referret.

Marginal notes (left column):

[r] *Saturatio hic, non intēperantiā, ſed abundantiā ſignificat.*
Xenoph.
[f] *Optima ſobrietatis regula.*
[t] *Quam & Ruth diligēter ſeruauit.*
Hieron.
Plutarch.
Clem. Alex.
[u] *Cibi plenitudo, ſanè potius dicitur repletio, quàm alimenti.*
Chryſoſt.
Apuleius.
[x] *Nefas erat apud veteres vacuas, & ſine reliquiis menſas relinquere.*
Plutarch.
[z] *Quo prouidentiam docerent de die craſtino.*
[a] *Vel vt vrbanè abſtinētiam commēdarent in ciborum abundantia.*

Marginal notes (right column):

[b] *Id autē licet etiam ex ſuperſtitione ſieret, nūquam tamē de Ruth exiſtimandū.*
[c] *Quæ reliquias prandij fecit, vel ſaltem vt illius conuiuij participē faceret ſocrū ſuam.*

§. III.

Moraliter: *Non patitur Deus animam in laboribus pietatis exercitam, diu abſque conſolatione viuere.*

OPortebat tamen iam, vt ea anima, quæ vocata erat ad fidem, & quæ variis, & honeſtis actionibus erat exercita, aliqua tandem voluptate ſpirituali reficeretur; ſolet enim Deus fideles animas interdum laboribus, [d] interdum voluptatibus exercere, ne ab incæpta virtutis via deſiſtant, qualem voluptatem pollicetur Deus animabus, quas ad fidem vocauit, & gratiam, vt videre eſt in reuelatione D. Ioan. *cap.* 4. quo in loco ita dicitur: *Ecce ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum:* pollicetur enim Deus, ſi non omnem, ſaltem aliqualem voluptatem animabus conuerſis; quale conuiuium apparatum eſt, quando Prodigus reuocatus eſt Luc. *in cap.* 15. Sic Abraham conuiuium fecit ſuo Iſaac, quando eum ablactauit, quando ſeparatus eſt à voluptatibus corporis; [e] tunc oportebat eundem, aliqua voluptate ſpirituali perfundi, quod aduertit eleganter Philo *in lib. de Cherubim*, cum partum Iſaac ad allegoriam reducit, *tunc enim natus eſt Iſaac*, id eſt, *gaudium, quando ceſſarunt muliebria Saræ*, id eſt, *cumprimùm ceſſare cæperunt debiles voluptates.* Quod in ſponſa ſatis apertè oſtenditur; in prima enim ſtatim ſequela ſponſi, introducta eſt in cellaria ſponſi, ſic enim *Cantic.* 1. dicitur, *introduxit me Rex in cellaria ſua*; quem locum ita vertunt LXX. *introduxit me Rex in cubiculum ſuum*; vox autem Græca, non ſolùm cubiculum ſignificat, ſed ſuper cubiculum illud, in quo libamina repoſita ſeruantur, & dulcia, atque fructus, quaſi ad voluptates fuerit vocata ſponſa in curſu. Id quod etiam aduertit Auguſt. lib. 1. confeſſ. cap. 4. *interdum*, inquit, *Domine intromittis nos in affectum nouum, & inuſitatum.* Qualis autem eſſet ille affectus, docuerat idem Auguſt. *lib.* 9. *confeſſionum, cap.* 10. cùm dixit, *tantum fuit illud gaudium, quo nos perfudiſti, vt ſi illud continuaretur,* [f] *paululum differre videretur à gaudio cæli.* Id quod ſibi optauerat regius Vates poſt ſui conuerſionem, cum *in Pſalm.* 50. dixit, *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Carnales*, inquit ille, *voluptates iam reliqui, conſequens eſt, vt eas voluptates Dauidi conuerſo concedas*, 62.

Marginal notes (right column):

[d] *Fideles animæ modò laboribus, modò voluptatibus exercentur à Deo.*
Apocalyp. 4.
Luc. 15.
[e] *Oportet enim à voluptatibus corporis ſeparatum, ſpirituali recreari gaudio.*
Cantic. 1.
Auguſt.
[f] *Quod adeo excellens plerunque eſt, vt à gaudio cæli paululùm differat.*
Pſalm. 50.

quas

Digitized by Google

quas ſanctis hominibus è mundo conuerſis concedere ſolet. Hæc igitur eſt ratio, cur inter labores hæc mulier ad prandium fuerit vocata, [g] ſiue ad voluptates ſpirituales, ſic enim plerunque Deus ſanctas animas vocare ſolet.

[g] *In conuiuio autem huic mulieri appoſito adumbratur.*

TRACTATVS XXIII.

De verbis illis: *Etiamſi vobiſcum metere voluerit, ne prohibeatis eam, & de veſtris quoque manipulis proiicite de induſtria, vt abſque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat.* Siue, *de legibus beneficentiæ.*

§. I.

Prima beneficentiæ lex eſt, ſic pudori accipientis ſuccurrere, vt inueniſſe ſe credat, potiùs quàm accepiſſe.

63. *De veſtris quoq; manipulis proiicite de induſtria, vt abſque rubore colligat.*

EXTREMAS leges beneficentiæ ſeruauit hic homo; qui enim curauerat, vt honeſtè colligeret, ſecurè, & cum voluptate, ad extremum curauit, vt ſine [h] rubore colligeret; ſic enim admonuit ſuos meſſores. Si vobiſcum pariter metere voluerit, nemo metentem prohibeat, ſin minus de veſtris quoque manipulis proiiciendo proiicite poſt terga, vt quos pudet accepiſſe, non pudeat inueniſſe, ſæpe enim verecundia importuna [i] neceſſitatibus eſſe ſolet.

[h] *Curandum ſummopere benefacienti, vt ſine rubore accipientis, beneficium impendat.*

[i] *Importuna enim neceſſitatibus verecundia eſſe ſolet.*

64. Quod autem vt meliùs intelligatis, aduertendum eſt, vocem [l] Hebræam pro qua vulgatus interpres tranſtulit, *ruborem*, extremam potiùs ſignificare ignominiam, quæ in verecundia potuit eſſe; eſt enim differentia inter ruborem, & extremam verecundiam, qualis eſt ille locus Ieremiæ 31. *erubui*, & etiam puduit me, quaſi leuius [m] ſit erubeſcere, quam puduiſſe. Similis eſt locus Ierem. 14. *Erubuerunt, & pudore ſuffuſi ſunt.* in hac autem extrema ſignificatione vtitur hoc in loco Autor huius libri voce *ruboris*, [n] nihil enim magis eſt, quod pudore ſuffundat bene natam animam, quàm illud non impetraſſe, quod poſtulauerat. In quem ſenſum Cynicus Diogenes ſingulis diebus ſtatuas æreas, vel marmoreas adibat in Ceramico, & ab iis ſtipem exigebat, mirantibúſque hoc dicebat, meditari ſe repulſas; adeo enim exiſtimabat durum, atque intolerandum, repulſum ſe eſſe à poſtulatione, vt refert Plutarch. *in lib. de vitioſa verecundia*; [o] vnde confuſi in Scriptura vocantur illi, qui quod poſtularunt, non impetrarunt, quemadmodum Paulus dixit ad Rom. 5. *Spes non confundit.* [p] Huic igitur malo ſuccurrendum exiſtimauit hic vir optimus cum dixit, *& de veſtris quoque manipulis proiicite de induſtria, vt abſque rubore colligat.*

[l] *Vox Hebræa pro qua in vulgata vertitur rubor, extremam verecundiam ſignificat.*

Hierem. 31.

[m] *Differentia inter rubore, & pudorem.*

[n] *Nihil autē magis pudore ſuffundit bene natā animam, quàm non impetraſſe, quod poſtulauerat.*

Plutarch.

[o] *Quod per confuſionē in Scriptura ſignificatur.*

Rom. 5.

[p] *Qualiter huic malo medendum eſt.*

65. Meliùs autem intelligitur hic locus, ſi conſulatur Seneca *lib. 2. de beneficiis, cap. 9.* cum docet, *quædam* [q] *beneficia palam danda eſſe, quædam verò ſecreta: palam ea, quæ conſequi glorioſum eſt, vt militaria dona, & quidquid aliud, notitia pulchrum ſit: ſunt alia, quæ non producunt, nec honeſtatem faciunt, ſed ſuccurrunt infirmitati, & ignominiæ,* [r] *quæ tacitè danda ſunt, vt nota ſint ſolis, quibus proſint, & interdum ipſe, qui iuuatur, fallendus eſt, vt habeat, quin à quo acceperit, ſciat, vt ex veteribus quidam amico ſuo pauperi, & ægro; neque hoc quidem confitenti deeſſe ſibi in ſumptus neceſſarios, feciſſe legitur, cum clam ſuccurrendum iudicaſſet, puluino eius ignorantis ſacculum ſubiecit, vt homo inutiliter verecundus, quod deſiderabat, inueniret, potius quàm acciperet; Quid ergo? ille neſciet, à quo beneficium acceperit; primùm neſciat, ſi hoc ipſum beneficij pars eſt: denique ille neſciat accepiſſe ſe, ego ſciam me dediſſe: parum, inquis, eſt; parum eſt ſi fænerari cogitas; ſed ſi dare, quo* [s] *genere accipienti maximè profuturum erit, dabis: contentus eris te teſte, alioquin non beneficium delectat, ſed videri benefeciſſe: non ergo gaudium accipiendum ex accipientis voluntate, quoties res patitur, ſit adiuuari illum, & oportet, & pudet, ſi quod præſtamus offendit: beneficia in acta non mitto,* [t] *eſt autem in acta mittere, ſcripta ſeruare ea in perpetuam memoriam, vt quæ priuatè facta ſunt, publica reddantur.* Qualis eſt ille locus apud Iuuenalem.

Fient iſta palam, cupient, & in acta referri.

Qualem ordinem ſeruauit [u] hic optimus vir, neque enim palam beneficium fecit, cum verecūdia prohibuit accipientis, vt quos manipulos accepiſſe pudebat, relictos poſt terga meſſorum inueniſſe non puderet. Qualis fuit ea, quam D. Nicolaus occultè virginibus dedit [x] in dotem, quarum magnum erat de pudicitia periculum; ſæpe enim prodeſt inuerecundia, cum ſæpe noceat verecundia: id quod dixit Beroaldus *lib. 1. de transform.* vbi aſſerit inuerecundiam [z] lucrum eſſe interdum; *Lucroſa*, inquit, *eſt in quibuſdam inuerecundia, qui oris praduri ſunt, & frontem præficauerunt*, vnde prouerbium eſt apud Græcos [a] *Dea eſt impudicitia*, id quod de illis dictum eſt, qui per impudicitiam vtilitati conſulunt. Vnde Theophraſtus refert Athenis, contumeliæ atque impudentiæ aras, atque templa data eſſe, quia per impudentiam rebus ſuis conſulunt. Non [b] ita honeſta hæc mulier, ac proinde neceſſitati eius, & pudori remediū datum eſt, *proiicite de induſtria.*

Seneca.

[q] *Beneficia, quæ præmia virtutis ſunt, palā danda.*

[r] *Quæ verò infirmitati ſuccurrunt, adeo ſecretè vt interdum ipſe qui iuuatur fallendus ſit.*

[s] *Sic enim dandum quo genere maximè profuturū credimus accipienti.*

[t] *Nequaquam verò beneficium in acta mittendum.*

Iuuenal.

[u] *Benefaciendi regulam apprimè ſeruauit Booz.*

[x] *Sic & D. Nicolaus.*

Beroald.

[z] *Inuerecundia quandoq; lucroſa.*

[a] *Vnde apud Græcos extat prouerbium, Dea eſt impudicitia.*

[b] *Non ita huic mulieri, cuius pudori apprimè ſubuentum eſt.*

§. II.

Secunda lex benefacientis eſt, vt beneficium obliuiſcatur, quaſi rem proiectam.

Proiicite de induſtria. SI quis autem attentiùs conſideret vocem Hebræam, pro qua vulgatus interpres tranſtulit, *proiicite de induſtria*, ſecundam legem inueniet beneficentiæ, quam omnino ſeruare debet is, qui beneficium confert in alium. Vt enim diligenter aduertit Rab Salom. *in comm. in Ruth*, vox Hebræa ambigua [c] eſt; ſignificátque etiam obliuiſci, atque ita poteſt locus legi, *obliuiſcendo obliuiſcimini*, ita proiicite ac ſi obliti fueritis proiectorum manipulorum; hæc enim perpetua lex in beneficiis eſt, [d] vt alter ſtatim obliuiſci debeat; alter accepti nunquam: lacerat enim animum, & premit frequens me- 67.

Rab. Salom.

[c] *Vox Hebræa, cuius loco vertitur proiicite, ſignificat etiam obliuiſci.*

[d] *Hoc enim perpetuò obſeruare debet benefaciens, quod cōtinuò beneficij obliuiſcatur.*

 ritorum

ritorum recordatio, ac proinde qui dedit beneficium, taceat; narret, qui accepit. Id quod eleganter dixit Seneca lib. 2. de beneficiis in cap. 10. *Inter*, inquit, *præcepta, & maxima beneficentiæ, ſit, ne vnquam exprobrem, immò ne admoneam beneficij dati; hæc enim commemoratio, eſt beneficij* [e] *exprobratio*, vt Comicus dixit *in Andrea*. Quam legem obſeruaſſe videtur hic vir, cum non ſolum beneficium clam dedit [f] in remedium neceſſitatis, ſed obliuionem eiuſdem introduxit, quæ altera lex eſt beneficentiæ.

Seneca.

[e] *Qui enim beneficium commemorat, exprobrat.*

Comicus.

[f] *Rectè Booz non ſolùm clam dedit, ſed obliuione oblitus eſt.*

TRACTATVS XXIV.

De verbis illis: *Collegit ergo in agro vſque ad veſperam, & quæ collegerat virga cadens, & excutiens inuenit hordei, quaſi Ephi menſuram, id eſt, tres modios: quos portans reuerſa eſt in ciuitatem, & oſtendit ſocrui ſuæ: inſuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi ſui, quo ſaturata fuerat.* Siue, *De aliquibus veteribus menſuris.*

§. I.

Sedulitas, & labor pariter in hac muliere cum humilitate, & charitate adſtiterunt.

67. *Collegit ergo in agro, & quæ collegerat virga cadens, & excutiens.* Sedulam curam huius mulieris oſtendit hic locus, [g] & indefeſſum eiuſdem laborem, vt quæ per integrum diem ſpicas collegerit, & ſub veſperi cadente iam ſole, collectas depurgauerit, depurgatas à calamo, & palea detulerit ad ſocrum: ſuam non eſt autē in Hebræo, *virga cadēs*, ſed potius, *excuſſit, quæ collegerat*: vulgatus tamen interpres voluit exprimere veterem Palæſtinæ triturandi modum, præſertimque illius regionis, vel potius illius paruæ meſſis; neque enim ſolent, qui ſpicas colligunt cadentes de more pauperum, eaſdem in aream deducere, vt à bobus, vel equabus triturentur, non quòd apud eos homines non fuerit in vſu alia tritura; patet enim ex Scriptura, bobus fieri conſuetam meſſem, ſed quoniam exigua meſſis erat, ea quæ collecta fuit, virga, vel baculo excuſſa eſt. Videndus eſt Plinius *lib.* 8. *naturalis hiſt. cap.* 3. vbi ita dixit: *Meſſis alibi tribulis in area, alibi equorum greſſibus exteritur, alibi perticis flagellatur, ſin autem*, inquit eleganter Columella lib. 2. de re ruſtica, cap. 21. *ſpicæ tantummodo reciſa ſunt, in horreum conferri poſſunt, & deinde per hyemem baculis excuti.* Similia ſunt, quæ dicit Varro *lib.* 1. *de re ruſtica cap.* 52. & præſertim. *cap.* 53. vbi videtur docere, ſpicilegium domi præparandum eſſe; cum enim non tantus ſit cumulus meſſis, non eſt cur ad aream deducatur, ſed vel domi præparetur, vel extra aream; id quod obſeruatum eſt à Ruth hoc in loco, [h] quæ ſpicilegium extra aream baculo, ſiue virga depurgauit.

Cura & labor Ruth commendatur.

Plinius.

Columella.

Varro.

[h] *Quæ ſpicilegium ſua manu purgauit, & virga.*

68. *Inuenit hordei quaſi ephi menſuram.* Vox autem alia, qua vſus eſt hoc in loco Author huius libri *ephi*, ſeu *epha*, maiorem difficultatem habet, menſuræ enim nomen eſt, [i] quæ vſitatiſſima inter Hebræos erat: vnde ille locus Mich. 6. *& menſura minor ira plena*, in Hebræo, *Ephi, eſt.* Ad quem locum aduertit D. Hieronym. ephi, vulgatiſſimam menſuram, & frequentiſſimam eſſe apud Hebræos, ita vt hæc menſura occurrat quaſi communiter: qualis eſt ille locus Ezech. 45. *ſtatera iuſta, & ephi iuſtum, & beatus iuſtus erit vobis*: quis autem dubitat omnes menſuras voluiſſe eſſe iuſtas? ſed tamen eas dixit, quæ frequentiores erant in vſu, quæ loquendi formula frequens eſt, etiam apud noſtros Luſitanos. Eſt autem [l] ephi menſura continens decimam partem cori, corus autem continet triginta modios; vt proſequitur D. Hieronym. Oſeæ *in cap.* 3. & Iſai. in *cap.* 5. D. Epiphanius *in lib. de menſuris, & ponderibus*: eademque perpetua eſt ſententia Hebræorum. Quo pacto intelligendus eſt ille locus Leuit. cap. 27. *Si triginta modiis hordei ſeritur in terra, quinquaginta ſiclis venundetur argenti*: in Hebræo, *pro triginta modiis eſt corus*, vt videre eſt in Chaldaico, & Græco textu. Vnde iam deducitur qualis ſit menſura ephi; cum enim ſit decima pars cori, tres modios continet, [m] modius autem, quarta pars erat illius menſuræ, quam Hiſpani ei appellamus *fanga*. Aduertendum tamen eſt à vero deuiaſſe Pagninum, & Vatablum ſecutos Rabbi Dauid. *in lib. radic.* qui pro epha, modium vertit, cum tamen noſter vulgatus interpres hoc in loco dixerit, hanc mulierem collegiſſe hordei, quaſi ephi, id eſt, [n] modios tres; quamuis autem hæc vltima verba in Hebræo non reperiantur, addita ſunt tamen ab interprete maioris explicationis gratia, id quod etiam aduertit Lyra ad hunc locum.

[i] *Ephi menſura vſitata inter Hebræos.*

Mich. 6.

Hieronym.

Ezech. 45.

[l] *Ephi continet decimam partem cori, corus 30. modios.*

Hieron.

Epiphan.

Leuit. 27.

[m] *Modius quarta pars fangæ apud Hiſpanos.*

Rab. Dauid.

Pagnin.

Vatabl.

[n] *Ephi, id eſt, tres modij.*

Lyran.

69. *Quos portans reuerſa eſt in ciuitatem, & oſtendit ſocrui ſuæ, & inſuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi ſui, quo ſaturata fuerat.* Sequitur autem explicandus præcedens locus, in quo, nomē ciuitatis particulam habet emphaticam, id eſt, reuerſa eſt in illam ciuitatem, quæ Bethlehem erat, caput imperij Hebræorum eo tempore; nec enim ingreſſa vilem aliquem pagum, ſed portans ſuis humeris hordeum ingreſſa eſt ampliſſimam ciuitatem ea vidua, in qua inclinata recumbebat domus Iacob, eandemque protulit, & dedit ei de reliquiis cibi ſui, quo ſaturata fuerat, ſeu fecit exire, quod reliquerat è ſaturitate ſua, ſeu quod de prandio reliquum fecerat, vt abſenti ſocrui ſuæ ſuum prandium communicaret; [p] ea enim mente illa conſeruauerat, *quia neſcit charitas auara eſſe, ſed communia facit, quæcunque acceperat*, quemadmodum dixit Plato *in Lyſide.* vel *in lib. de amicitia ſtatim in principio*: & Ariſtot. 9. *Ethicor. cap.* 8. *Vt enim anima vna, ſic etiam amicorum omnia ſunt communia, quia amicitia eſt æqualitas quædam.* Videndus Seneca *lib.* 7. *de beneficiis cap.* 12. vbi pulchrè oſtendit, quo pacto charitas, ſi vera eſt, faciet communia omnia, quæ habet, cuius hæc ſunt optima verba; *Non enim mihi cum amico ita communia ſunt omnia, vt cum ſocio, vt pars mea ſit pars illius,* [q] *ſed quomodo*

[o] *Vide Ruth humilitatem.*

[p] *Vide charitatem, quæ neſcit eſſe auara.*

Plato.

Ariſtot.

Senec.

[q] *Communitas inter amicos non vt inter ſocios tantùm, ſed veluti filij ad parentes.*

quomodo patri, matrique communes ſunt liberi, quibus cum duo ſint; non ſinguli ſingulos habent, ſed ſinguli binos habent. Deinde eleganti ſimilitudine oſtendit, quo pacto amicus amico ea quæ iam ſua erant, communicare poſſet, ſunt enim alterius propria, & amborum communia, ac proinde quod proprium erat, commune fecit, cum dedit; hoc enim eſt proprium charitatis communia facere, quæ peculiaria erant alterius.

§. II.

Proficientis ſedulò in pietate animæ eſt, quæ per diem egit, diligenti examine cadente ſole ſcrutari quotidie.

70. IAm vero oportet proficientis animæ oſtendere ſtatum in hac muliere, quæ ad veſperam excuſſit ea, quæ cullegerat per totum diem, ne pariter cum palea, & culmo in domum deferret hordeum; oportet enim quamuis animam honeſtam cadente ſole, quidquid per diem fecit, ſcrutari, & rimari, ne paleas pariter deferat cùm grano, ac proinde conſcientia quæque examinare debet, ſicut & virgula paleas ſolet depurgare; vnde pulchre quidam, conſcientiam appellauit pietatis lacinam, imò [e] religionis ſobolem, vbi enim pietas floret, & viget, hæc pariter: vbi acereſcit, languet & iſta: exiguum enim conſcientia germen eſt, & à mala terra velut oppreſſum, vbi nulla eſt pietas. Videndus autem erit Orig. *ſuper epiſt. ad Rom. cap. 2.* cum conſcientiam appellauit *correctorem affectuum,* [f] *& animæ pedagogum:* vnde ortum eſt prouerbium Græcorum, *conſcientia verberat;* quod Ambroſ. expreſſit lib. 1. *de interpellat. Iacob. cap. 3.* cum explicat locum Pſalm. 4. *quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini. Remedium,* inquit Ambroſ. *dedit, & conſcientiam vulnerauit:* quod dixit Plutarch. in lib. de tranquillit. animæ, *malefactorum conſcientia veluti vlcus in carne, in animo pœnitentiam relinquit pungentem, atque ſanciam: cæteros enim dolores ratio tollit, pœnitentiam ſolam afficit, à ſeſe ob pudorem morſibus vexatam, & pœnas dantem:* relicta enim eſt in homine à Deo rectæ rationis quaſi ſcintilla quædam bonorum, [g] & malorum iudex, & index, & vindex, cuius eſt officium approbatio, & reprobatio: illa optima quæque amplectitur: iſta leuia, & inutilia ventilat, vnde ortum eſt cuiuſque conſcientiæ examen, iuxta illud Threnor. 3. *ſcrutemur vias noſtras, & reuertamur ad Dominum.* In quam ſententiam eſt illud aureum præceptum [h] Pythagoræ, quod latinum creditur feciſſe Virgilius.

Non prius in dulcem declinent lumina ſomnum,
Omnia quàm longè reputauerit acta dies
Quo prætergreſſus? quid geſtum in tempore? quid non?
Cur iſti facto decus abfuit, aut ratio illi?

71. Talis hæc mulier ſe geſſit, ad veſperam enim cadente iam ſole virgulam accepit, quæ iudex, quæ vindex, quæ index eſt noſtrorum operum, & ſic ſeparauit hordeum à palea, ne forte in domum deferret non purgatum granum; ſic enim vnaquæque pia anima ſuos affectus examinare ſolet, vt pulchra reddatur; quemadmodum aliquando Cynicus Diogenes dixiſſe fertur apud Plutarch. *in lib. de tranquill. anim.* cuidam iuueni Lacedæmoni ſe præparanti quadam die ad feſtiuitatem, idque magno ſtudio, *Quid,* aiebat Diogenes, *an non vir probus quemuis diem feſtum cenſet?* [a] quæ enim anima ad conſcientiæ examen, velut ad ſpeculum ſuos mores componit, pulcherrima redditur, vt eleganter docuit Plotinus *lib. 6. de pulchro, à cap. 1. vſque ad 9.* cùm quærit quo pacto vnaquæque anima cognoſcere poſſit pulchram ſe eſſe, & liberam ab omni externa fœditate, & turpitudine? ſunt autem eius hæc verba: *Quonam igitur pacto, quale ſit boni animi decus inſpecies agito, reuoca in te ipſum, ac ſi nondum te cognoſcas pulchrum: ſtatuarium imitabere, hic enim vbi ſtatuam aptat pulchram, partim quidem abſcondit, partim quoque dirigit, & expolitum abradit, partim leuigat, & abſtergit, donec faciem in ſtatua imprimat ſpecioſam: ita & tu tolle ſupernacua, obliqua dirige, obſcura purgando colluſtra, neque deſinas circa ſtatuam tuam elaborare, quouſque diuinus virtutis fulgor tibi ſubrutilet.* Ita Plotinus de vera animi præparatione, & pulchritudine, & de purgatione à turpitudine; eſt enim [a] anima non purgata, ſiue turpis, quando cura pura non eſt, neque ſyncera; quemadmodum & auro accidit turpitudo ſi glebis terreis offundatur, quas ſi quis excuſſerit, purum reddet aurum; & quemadmodum quandiu granum permixtum eſt cum palea, purum non eſt, erit autem depurgatum, cum à culmo, ſine palea fuerit ſegregatum, qualis eſt ea excuſſio, qua hæc anima conuerſa, ad veſperam, & cadente iam ſole virga excuſſit hordeum à palea, ne impurum hordeum in domum deferret. Eſt autem hæc metaphora vſitatiſſima in Scriptura deſumpta ab agricolis purgantibus granum à palea, ad ſignandam purgationem, quam oportet fieri in vnaquaque anima à leuibus affectibus, & qui perpetuò fluctuant. Quali metaphora vſus videtur Regius vates *in Pſalm.* 1. quando de impiis dixit: *non ſic impij, non ſic, ſed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ:* quod expreſſiùs dixit Hebræus textus, *tanquam gluma, ſeu atomus, qui perpetuò à vento agitatur, in iudicio non conſurgent.* Id quod ſignificauit Ioannes Baptiſta *in cap. 3. Luc.* cùm introducit Chriſtum Dominum ad inſtar cuiuſdam agricolæ, & ventilantis aream ſuam: *cuius* inquit, *ventilabrum in manu eius, & purgabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igne:* eſt enim in verbis illis eadem fermè metaphora; nam poſt demeſſas ſegetes ſolent agricolæ granum à palea ſeparare: videtur autem Ioannes in eam cogitationem inducere animas conuerſas, vt exiſtimarent, non multum diſtare extremum iudicium, cum non longum interuallum eſſe ſolet inter demeſſas ſegetes, & earum ventilationem, vt nunquam vnaquæque anima deſiſtat à purgatione, [b] ne forte incidat in extremum ventilabrum; qualis fuit anima huius mulieris recenter conuerſæ, quæ ad veſperam cadente ſole depurgauit hordeum à palea: rectè autem affectus deordinati paleis comparantur, quia, quaſi paleæ leues, vento cuiuſuis tentationis rapiuntur.

†

[e] *Conſcientia pietatis lacinia, & religionis ſoboles.*

Origen.

[f] *Eadem animæ pedagogus non ſine verbere.*

Ambr.

Pſal. 4.

Plutarch.

[g] *Bonorum & malorum iudex, index & vindex.*

Threnor. 3.

[h] *Examen conſcientiæ ad veſperã actã apud æthnicos ex præcepto fuit.*

Pythagor.

Diog. Cyn.

[a] *Quæ enim anima ad conſcientiæ examen ſuos mores, velut ad ſpeculum componit, pulcherrima videtur.*

Plotinus.

[a] *Eſt namque anima non purgata, ſicut aurum terra obuolutum, ſeu triticum in palea incluſum.*

Pſalm. 1.

Luc. 3.

[b] *Non deſiſtendum à propria purgatione animæ, ne incidat in extremum ventilabrum.*

TRACT.

TRACTATVS XXV.

De verbis illis: *Dixitque ei ſocrus ſua: vbi hodie collegiſti, & vbi feciſti opus? ſit benedictus, qui miſertus eſt tui. Indicauitque ei, apud quem fuiſſet operata, & nomen dixit viri, quòd Booz vocaretur: cui reſpondit Noemi: Benedictus ſit à Domino, quoniam eandem gratiam, quam præbuerat viuis, ſeruauit, & mortuis.* Siue, *De cura ſeniorum in iuniores.*

72\. TRia quædam examinanda ſunt in hoc tractatu, in primis enim dicemus de cura ſeniorum in iuniores homines: deinde notabimus efficaciam benedictionis miſerorum: pro corollario tandem addemus quædam de poteſtate ſanctæ paupertatis, & inter hæc examinabimus difficultates literales.

§. I.

Tales oportet eſſe, qui Iuniorum curam gerunt, vt nihil non diſcutiant in actionibus eorum examinandis.

73\. *Vbi hodie collegiſti, & vbi feciſti opus?* QVod igitur attinet ad primum, matronalem curam ſatis oſtendit Noemi, cum poſtquam vidit id quod collegerat nurus ſua, inquiſiuit vbi, & apud quem ſpicilegium fecerat; pertinet enim [c] ad optimam curam, non ſolùm negotium cognoſcere, ſed vniuerſas eius circunſtantias, temporis ſcilicet, & loci, ne forte propter omiſſionem alicuius, vel fama, vel pudicitia pereat. Cuius rei rationem habens ſponſa *Cantic.* 5. itura ad quærendum ſponſum dixit: *Indica mihi, vbi paſcas, vbi cubas in meridie, ne vagari incipiam, iuxta tabernacula paſtorum*; poſtulabat enim, vt eam doceret omnes circunſtantias, ne forte vaga videretur: hoc ipſum fecit vidua ſenex, apud quam viuebat adoleſcentior Ruth, quærens ſcilicet vbi, quando, apud quem, & quid collegerit; nequid per furtum in domum deduceret, aut minùs honeſtè colligeret; poteſt enim plurimum ad virtutem, [d] & loci decentia, & bonorum ſocietas, & exercitij bonitas: quod officium Paulus in *cap. 2. ad Titum* ſenioribus viduis commendauit, vt adoleſcentiores inſtituerent: *Anus*, inquit Paulus, *ſimiliter in habitu ſancto, non criminatrices, non multo vino ſeruientes, bene docentes, vt prudentiam doceant adoleſcentulas*: tales enim oportet eſſe eos, qui iuniores inſtituere debent, vt proſequitur Plutarch. *in lib. de educatione liberorum*; cùm enim pueritia ob ſui mollitiem effectu facilis ſit, animiſque adoleſcentulorum teneris facilè inſideat doctrina: ſicut enim ſigilla mollibus imprimuntur ceris, ſic diſciplina iuuenibus adhuc animis; oportet ſeniores ſanctos eſſe, ne iuxta prouerbium Græcorum, [e] *Si cum claudo ambules, ſubclaudicare diſces*; fons enim, & radix virtutis, atque honeſtæ vitæ eſt inſtitutio proba; vt enim agricolæ ſtirpibus pedamenta proponunt, ſic probi magiſtri accuratis præceptis, & admonitionibus adoleſcentem ætatem ſuffulciunt, vt mores recti inde germinent: Vnde Tobias ſenex curauit maximè quis eſſet dux, & ſocius ſuſcepti itineris à filio ſuo, qui cognouerat & negotium, & eum ad quem mittebat filium. Videndus eſt Clemens Alexand. *lib. 1. pædag. ſtatim in principio*, cum pædagogiam ſeu rationem admonentem, vel curam ſeniorum in adoleſcentiores ſic appellauit, *conſtituta eſt baſis, & infractum fundamentum*, [f] *pulchra adhortatio per obedientiam; vt enim baſis fundamentum eſt columnarum, & columna ædificij totius; ſic recta inſtitutio vitæ fundamentum eſt.* Vnde pulchrè apud Plautum *in Trinummo*, Philto ſenex ita alloquitur adoleſcentem, quem inſtituebat optimis moribus:

Nolo ego cum improbis te viris nate mi,
Neque in via, neque in foro vllum ſermonem exequi:
Noui ego hoc ſæculum moribus quibus ſit
Meo modo, & moribus viuito antiquis,
Quæ ego præcipio tibi, ea facito.

Cui adoleſcens reſpondit: [g]

Hac ego ſemper habui ætatis tegumenta mea
Nec penetrare me vſque vbi eſſet damni conciliabulum
Nec noctu irem ambulatu, nec ſuum adimerem alteri.

& cætera in hanc ſententiam. Qua ratione, & hæc ſenex vidua inſtituens adoleſcentiorem, quæſiuit, vbi & apud quem collegiſſet, & nomen eius, cuius erat ager, poſt cognouit eam tres modios collegiſſe.

[c] *Optima cura eſt, negotiū non modo, ſed omnes circumſtantias loci & temporis inquirere.* Cantic. 5.

[d] *Valet enim multum ad virtutem loci decētia, bonorū ſocietas, & exercitij bonitas:*

Plutarch.

[e] *Nam ſi cum claudo ambules, ſubclaudicabis, vt eſt in prouerbio.*

Clem. Alex.

[f] *Econtra vero conſtituta eſt baſis, & infractum fundamentū, pulchra adhortatio.*

Plautus.

[g] *Quàm & alter pulchrè dicit, ætatis tegumentum in iuuene.*

§. II.

In extrema neceſſitate, quamuis nulla ſit alia prærogatiua meritorum, ea ſola eſt efficax ad benedicendum.

Sit benedictus qui miſertus eſt tui. NOtanda ſunt ea verba, *benedictus, qui miſertus eſt tui*, eſt enim in illis Hebraiſmus, [h] *Benedictus, qui te agnouit*; quam phraſim paraphraſis Chaldaica, ita exprimit, *viro ei proſperè eueniat, qui ſe tibi cognoſcendum præbuit*, quem Hebraiſmum expreſſit vulgatus interpres dicens, *qui miſertus eſt tui*. Secundùm igitur hunc loquendi modum *cognoſcere*, [i] idem eſt, quod beneficiis afficere, curare, ac tueri eum, quem cognoſcis: qualis eſt ille locus Prouerb. 27. *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui*, quemadmodum eleganter notauit Franc. Feuard. *in comment. ſuper Ruth*: quo loquendi modo vſus eſt Chriſtus Dominus *Ioan. cap.* 10. cùm dixit, *& cognoſco oues meas*, omni cura, & fauore eas tueor, eſt enim cognoſcere, notitia amoris, quæ, ſcilicet, coniuncta ſit in electione, & dilectione, imò & cum beneficentia: nec enim aliter Deus cognoſcere ſolet ſanctos homines, quàm eos amando, & ornando. 74.

[h] *Hebraiſmum exponitur.*

[i] *Secundum quē cognoſcere, idem eſt, atque beneficiis afficere, curare, ac tueri eum, quē agnoſcis.* Prouerb. 27. Feuard. Ioan. 10.

Quo

Matth. 25.

Quo ſenſu intelligendus eſt ille locus *Matth. 25.* cum Chriſtus Dominus fatuis virginibus dixit, *neſcio vos*; nec enim locus intelligendus eſt de notitia ſimplici, ſecundùm quam Deus palam, & apertè videt omnia, ſed potiùs de notitia approbatiua, & amatoria, quæ coniuncta eſt cum vi benefica ſecundùm quam Deus, [l] neque fatuas virgines cognoſcit, neque peccatores. Ad quem locum Chryſoſt. imperfectus dixit, *Non video in vobis ſignaculum ſpiritus mei, quas enim Deus animas cognouit, notat, & ſignat gratia, & charitate*: qua de re videndus eſt Auguſt. *in com. ſuper Pſalm. 1.* cùm explicat ea verba, *nouit Dominus viam iuſtorum*, & *Pſalm. 141.* & *Pſalm. 34.* Quo in loco ita eleganter docet Auguſt. *de rebus ita Deus neſcire dicitur, quemadmodum ars non nouit vitia, & defectus, qui committuntur ab artifice: informe igitur truncum, quandiu in ſtatuam non exiuit, non eſt notum ab arte ſtatuaria, ſed tunc demum cognoſcitur ab ea, cum ars inſtat in lignum illud, pulchrum reddendo.* Similia ſunt, quæ dixit idem Auguſt. *lib. 83. qq. q. 66. & q. 76.* Optimè igitur textus Hebræus ad hunc locum dixit, *Benedictus ſit, qui te agnouit*; loquitur enim de benefica cognitione, quæ poſita eſt in ſubueniendo miſeris; non in ſola cognitione, quam notitiam expreſſit vulgatus Interpres, cum dixit, *qui miſertus eſt tui.*

[l] *Eadẽ phraſi dicitur Deus cognoſcere electos, & neſcire reprobos.*

Auguſt.

Auguſt.

75. Notauit ad hunc locum Theodoret. gratitudinem mulieris, cum dixit, *ſit benedictus, qui miſertus eſt tui*; [m] abſentem enim benefactorem, remunerata eſt benedictione, ſit benedictus, quoniam ſatiauit animam inanem; quæ gratitudo magis apparebit, ſi conſulatur locus Ioannis Chryſoſt. *ſuper Iob c. 29.* cùm ait, *viduarum genus quodammodo* [n] *ingratum eſt, non natura, aut voluntatis vitio, ſed egeſtatis neceſſitate; ægrè enim laudare ſolent eos, à quibus beneficiis affectæ ſunt: nam ſurnus eſt paupertatis viduitas.* Vtraque tamẽ hæc vidua confeſſa eſt, conſolatam ſe eſſe ab hoc viro optimo, & in gratiarum actionem, felicia imprecata eſt, cũ in agro, tum domi, tum in vita, tum in morte. Eſt autem efficax benedictio viduarũ, vt colligitur ex citato loco Iob *in cap. 29.* cùm dicitur, *benedictio perituri ſuper me veniebat & cor viduæ conſolatus ſum.* Quem locum aliter LXX. Interpretes verterunt, quos ſecutus eſt Chryſoſt. ita legens eum locum, *os viduæ benedixit me*: quæ lectio aliena non eſt à vulgata lectione, ſi tamen aduertamus radicem Hebræam, pro qua vulgata editio tranſtulit, *conſolatus ſum*, ſignificare, *exultare feci* [o] *præ gaudio*: cor autem, quod ita exultat in laudes, & gratiarum actiones effunditur, ac proinde eſt conſolari, ac benedicere.

Theodoret.

[m] *Gratitudinis ſignum eſt, quod abſentem benefactorem vidua ſit remunerata benedictione.*

[n] *Eſt autem genus viduarum ingratũ, non vitio naturæ, ſed neceſſitate egeſtatis.*

Iob 29.

[o] *Sed tor exultãs gaudio in gratiarũ actiones effunditur in hac vidua.*

76. Conſequens autem eſt vt oſtendamus huiuſmodi imprecationes [p] inter cæteras eſſe efficaces, quemadmodum vel ex eo loco Iob colligitur, cùm dixit, *Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum.* Quem locum D. Ambroſ. *tom. 1. lib. de bono mortis, cap. 8.* in hanc ſententiam proſequitur, *nam*, inquit, *etſi Iſaac benedixerit filios ſuos, & Iacob benedixerit Patriarchas, tamen benedictionis illius gratia poterat ſolis benedicentium meritis deputari, vel benedictioni paternæ: hic verò nulla prærogatiua eſt meritorum, nulla pietatis,* [q] *ſed ſolius mortis priuilegium, ſeu neceſſitatis.* In hanc ſententiam videndus eſt Nazianz. *in orat. de paupere amando*, vbi inter cætera ita habet: *vis intelligere tu quam altitudinem harum ſtirpium incrementa ſint? ipſos cæli vertices attingunt, manus quidem ipſorum ſunt mutilæ,* [r] *ſed ad ferendum auxilium non ſunt imbecilles; pedes inutiles, ſed ad currendum ad Dominum non prohibentur*: vnde falsò veteres exiſtimarũt mancas, & debiles eſſe miſerorum preces, vt notauit nobilis Hiſpanus Anton. Verder, *in eo lib cuius titulus eſt, Imagines Deorum*: veteres Deum quendam ante fores cæli propoſuerunt, vt preces, & fulciret, & deduceret ante Deum, aliàs ad eum locum non peruenturas, acceperant enim ab Homero, quoniam genuflectendo ſolent miſeri, maiores deprecari, preces mancas, ac debiles eſſe, ſed falluntur, nam ſemper potentiſſima fuit paupertas.

[p] *Imprecatio viduæ pauperis inter cæteras benedictiones efficax.*

Ambr.

[q] *Quamuis enim in ea nulla ſint merita, aut pietas, ſat eſt ad efficaciã, neceſſitatis priuilegium.*

[r] *Manus ſiquidem mutila egeni ſed ad ferendum auxiliũ fortes ſunt, & pedes claudi ad currendũ ad Dominum veloces.*

[ſ] *Vnde falſò mancas & debiles putarunt miſerorũ preces, veteres.*

§. III.

O mira paupertatis dignatio, & potentia, quæ cælos aperit, Angelos ad ſe trahit miniſtros, & in ipſum Deum quaſi gerit imperium!

77. QVòd ſi humilis aliquando viſa eſt, & debilis paupertas, atque terram repere, poſtquã Deus veniens in terram, eam priùs amplexatus eſt, quàm matrem, & moriens ſolam eam æternis amplexibus ad crucem detulit ad inſtar ederæ, eò peruenire potuit, quò Deus: imò ante paſſionem Chriſti potentiſſima etiam paupertas fuit, vt eleganti diſcurſu colligit Philo *in lib. de inſomniis*, cùm innuere videtur Iacobum benedictum à ſanctiſſimo viro Iſaaco parente ſuo extrema inuidia laboraſſe: verùm in extrema paupertate conſtitutum, quando iam commeatus in pera defecerat, [u] potuiſſe cælos aperire, atque in ſui auxilium de cælo Angelos deſcendere feciſſe. atque ita potentior fuit in paupertate, quàm in benedictione: in benedictione enim fame laborauerat, in paupertate Angelos ſibi fecit miniſtros; eſt enim proprium paupertatis vel iſtos Angelos miniſtros habere; quod vel in Chriſto Domino obſeruauimus; tunc enim Angelos miniſtros habuit, quando maxime pauper oſtenſus eſt; qua enim nocte in præſepio omnino pauper natus eſt, eadem nocte militia Angelorum de cælo deſcendit in eius miniſterium, & in eo crepuſculo nocturno, quo deſtitutus ab omni humano auxilio ſanguinem ſudauerat, in eius conſolationem deſcendit Angelus confortans eum. Sic quoque *Marci in cap. 1.* quando in deſerto extrema fame laborauit, aduertit Euangeliſta, tunc Angelos deſcendiſſe in eius miniſterium; ſic enim habet D. Marcus in eo loco, *Erátque cum beſtiis, & Angeli miniſtrabant ei*; atque ita beneficio diuino in honorem ſanctæ paupertatis illud factum eſt, vt potiùs videantur Angeli miniſtraſſe Chriſto Domino, [x] quia pauper, quàm quia Deus; nec mirum hoc videri debuit, cum vel ex hoc conſtet, non ſolùm ſanctam paupertatem Angelos habuiſſe miniſtros, in fauorem eorum, quos patronos habet, & à quibus remedium accipere ſolet, ſed etiam, & ipſum Deum; quaſi enim imperando dixerat hæc mulier, *ſit benedictus, qui miſertus eſt tui*: quæ verba Chaldaica Paraphraſis ita exprimit, *ab ore ſacroſancto Domini benedictus ſit ille, qui in ſua manſit anni ita cum viuis, & cum mortuis.* Potentiſſima igitur eſt paupertas, Domina eſt, mandat, iubet,

[t] *Paupertas poſt Chriſti natalem potentiſſima, quippe illam priuſquam matrem amplexatus, æterna amplexibus ad crucem detulit.*

[u] *Et ante Chriſtũ ortũ potens erat trahere Angelos.*

Marc. 1.

[x] *Hinc Chriſto potiùs pauperi, quàm Deo miniſtraſſe viſi ſunt cæleſtes ſpiritus.*

Para. Chald.

[a] *Nec mirum cum & ipſe Deus vt miniſter illi adeſſe dignatur.*

iubet, impetat: cuius vel ipſe [a] Deus miniſter dignatus eſt eſſe; ac proinde patui non eſt pendenda bæc benedictio pauperculæ mulieris, cum dixit, *Benedictus ſit à Domino.*

§. IV.

Sicuti in aduerſis compaſſio miſericordem animum; ita communicatio in gaudiis, non inuidum oſtendunt.

78. *Quoniam eandem gratiam quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis.*

COmmendat autẽ Noemi charitatem huius viri dicens; *Benedictus ſit à Domino, quoniam eandem gratiam, quã præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis:* ſeu ſit ille benedictus, qui non reliquit miſericordiam ſuam, ſiue pietatem, neque erga viuos, neque erga defunctos, quæ eſt optima lex amicitiæ, [a] quæ neque proſperis, nec aduerſis mutatur, ſed ſemper eadem perſeuerat, nec morte extinguitur, nec in vita minuitur; quod bene notauit Chryſoſtom. *hom. 22. in epiſt. ad Rom.* cùm dixit: *Nihil ita dilectionem conciliat, quàm quòd & in gaudio, & in triſtitia alterutrum communicamus: communica erga plorantibus, vt in triſtitia eos alleues, communica gaudentibus, vt & lætitiam eorum radices, & dilectionem conſolides, lachrymando ſiquidem miſericordem te facis,* [b] *congratulando verò à liuore; & inuidia te ipſum liberas, & cætera,* quæ proſequitur in eandem ſententiam Chryſoſtom. Videndus eſt Ambr. *in epiſt. ad Sabinum,* cùm in hanc ſententiam explicat illa verba Cantic. 2. *Dilectus meus mihi, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ,* hoc eſt, ſiue ſecondis fruatur rebus, ſiue aduerſis prematur, ſemper eaodem ſeruat amicitiam; verus enim amor conſtantia probatur, nec enim mutatur aduerſis, nec in ſecundis obliuiſcitur. Ad hoc argumentum ſpectat, & quadrat cũ ſententia præcedenti Ambroſij ſymbolum Pythagoricum, *hirundines ſub eodem tecto ne habeas;* etenim iuxta ſententiam, & interpretationem Ciceron. *in lib. Rethor. ad Herennium,* eſt hoc dictum in improbos amicos, ſunt enim ad inſtar hirundinum, [c] quæ, vere adueniente, præſto ſunt, inſtante hyeme deuolant, cùm tamen vera amicitia conſtans ſit, vt Noemi hoc in loco laudat virum hunc optimum propter conſtantiam amicitiæ in vtraque fortuna, nec enim in aduerſis rebus oblitus eſt eorum, quos in ſecundis diligebat; propterea dixit, *quia eandem amicitiam, quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis.*

[a] *Optima lex amicitia neque proſperis, neque aduerſis mutari.*
Chryſoſt.

[b] *Collachrymãdo ſi quidem te miſericordem facis, congratulando verò te ipſum ab inuidia liberas.*
Chryſoſt.
Ambr.
Cantic. 2.
Symb. Pyth.
Cicero.

[c] *Improbi amici ſunt ad inſtar hirundinum, quæ vere adueniunt, hyeme diſcedunt: non ſic Booz.*

TRACTATVS XXVI.

De verbis illis: *Rurſumque ait: Propinquus noſter eſt homo. Et Ruth, hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt tandium meſſoribus eius iungerer, donec omnes ſegetes meterentur. Cui dixit ſocrus: melius eſt filia mea, vt cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro aliquis reſiſtat tibi. Iuncta eſt itaque puellis Booz, & tandiu cum eis meſſuit, donec hordea, & triticum in horreis conderentur.* Siue, *De redemptione legali.*

§. I.

Lex erat apud Hebræos, vt propinquior defuncti relictam ſine ſobole viduam in vxorem acciperet ad ſuſcitandum defuncti propinqui ſemen.

Rurſumque ait: Propinquus noſter eſt homo.

IAm accedimus ad ſponſalia celebranda inter viduam alienigenam, & hominem Hebræum; hoc enim ſignificant illa verba, *Propinquus noſter eſt*; quæ verba, vt aduertit Theodoret. *Ipſa vidua Ruth optimè ponderauit, cum enim audiſſet ſocrum ſuam dicentem, hic vir eſt nobis propinquus, & ſanguine coniunctus, recordata eſt magni eius officij; exiſtimauit enim eum, quia cognatus erat mariti, velle matrimonium cum ipſa celebrare, vt eius, qui deceſſerat, conſeruaret memoriam.* Quæ ſententia magis probabitur ſi literam Hebræam conſulamus, quæ ad hunc locum ita potius habet: *Dixit Noemi; Propinquus noſter eſt, & de redemptoribus ipſe,* quod Chaldaicè ita legendum eſt, *ex illis ad quos redemptionis ius pertinet*; qua eadem loquendi forma vtitur ſæpe Author huius libri *in cap. 3. & 4.* [d] Duas igitur conditiones ad ſponſalia neceſſaria hic locus ponit; altera eſt conſanguinitas; altera verò deceſſus propinqui mariti ſine ſobole, quam tenebatur ſuſcitare in lege, propinquior in ſanguine. 79.

Quod vt clariùs intelligatur, aduertendum eſt apud veteres Hebræos in more poſitum fuiſſe, vt non niſi inter conſanguineos [e] matrimonia contraherentur, præſertim ſi aliqua hæreditas erat; imò ea de re ſcripta erat lex *Num. 36.* exemplo petito à maioribus, qui ante legem ſcriptam ad conſeruandas amicitias, & diuitias, non niſi cum ſanguineis nubebant; vnde *Geneſ. 11.* legimus, Abrahamum in vxorem accepiſſe Saram filiam fratris ſui, vt etiam teſtatur Ioſephus *lib. 1. antiq. cap. 14. & 15.* Cuius rei meminit etiam D. Auguſt. *lib. 16. de Ciuit. cap. 12.* Vnde Plato *lib. 11. de legib.* matrimonia iubet fieri inter conſanguineos: hinc [g] Brutus Portiam conſobrineam ſuam Catonis Vticenſis filiam in coniugem accepit; imò hac de re extat lex expreſſa *lib. 3. ff. de ritu nuptiarum.* Congruenter ſatis ad hunc morem dixit Cicero *in orat. pro Cluentio,* ritè Cluentiam nupſiſſe Mar. Aur. conſobrino ſuo; hoc autem tandiu fuit licitum, quandiu matrimonium non eſt vetitum inter conſanguineos. [h] Eſt autem vetitum, *Extra de conſang. & affinit. cap. vltima:* cuius rei reddit rationem elegantiſſimam D. Auguſt. *15. de ciuit. cap. 16.* qui locus Auguſtini relatus eſt apud ſactos Canones *cap. 1. 35. quæſt. 1.* Quibus ſunt

Lit. Hebræa.
Chaldaica.

[d] *Duæ conditiones ad ſponſalia neceſſaria ex hoc loco colliguntur, conſanguinitas & propinqui deceſſus.*

80.

[e] *Apud veteres enim Hebræos, non niſi inter conſanguineos matrimonia contrahebantur.*

[f] *Quod & ante legem obſeruabatur.*
Num. 36.
Gen. 11.
Ioſephus.
Auguſt.
Plato.

[g] *Quin & inter gentes conſuetum.*
l. 3. ff. de ritu nuptiarũ.
Cicero.

[h] *Talia tamen inter conſanguineos matrimonia vetita ſunt iure Canonico.*
Extra de conſang. & affinit.
Aug. relat. c. 1. 35. q. 1.

Chryſoſt. Rab. Moyſ. Plutarch.

ſunt ſimilia ea, quæ habet Chryſoſt. *hom.* 34. *in* 1. *ad Corinth.* Rab. Moyſ. *lib.* 3. *perplexor. cap.* 50. Plutarch *problem.* 108. Cum igitur Noemi hoc in loco dixit, *propinquus noſter eſt*, de eo tempore locuta eſt, in quo neceſſarium omnino erat matrimonium inter conſanguineos celebrare.

l Alia lex erat apud Hebræos, vt propinquior mariti defuncti, viduam acciperet, vt ſuſcitaret ſemen illius. Gen. 38.

l Quæ etiam non ſine exẽplo maiorum ſancita fuit.

81. [l] Lex alia erat, quæ iubebat, vt propinquiores conſanguinei, defuncti conſanguinei viduam in matrimonium acciperent, vt ſuſcitarent defuncti ſobolẽ, ſi forte is, ſine liberis deceſſiſſet: quæ lex ſcripta non fuit ſine exemplo maiorum; extat enim huius rei exemplum in Thamar, quam Iudas primogenito ſuo in matrimonium dederat *Gen.* 38. quo demortuo *dixit Iudas ad Onam filium ſuum: ingredere ad vxorem fratris tui, vt ſuſcites ſemen fratri tuo.* Nec ſolùm inter Hebræos, ſed etiam inter alias gentes [l] illud in more poſitum fuit, vt conſanguinei acciperent in vxores relictas viduas ſuorum conſanguineorum: vnde Deiphobus filius Priami Helenam in vxorem accepit, quam Paris eius frater viduam reliquerat, vt videre eſt apud Poëtam *in 6. Æneidos.* Sic ſimiliter Helenus Hectoris frater, viduam eiuſdem Hectoris accepit in cõiugem. Plura in hanc ſententiam proſequitur Tiraquel. *in l. 7. connubiali à n.* 50. Ad exemplum igitur Abrahami conſtituta eſt lex *Deut.* 25. in qua ita dicitur: *Quando habitauerint fratres ſimul, & vnus ex eis abſque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui, & primogenitum ex ea nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Iſrael.* Hanc legem intelligendam [m] eſſe etiam de aliis propinquis à fratribus, docet manifeſtè Author huius libri, cum aſſeruit hunc virum dixiſſe, eſſe alium propinquiorem, ac proinde priùs vocandum ad matrimonium, quo renuente, non renuebat ipſe nuptias; huiuſmodi autem conſanguinei *redemptores* appellabantur, & quia poſſeſſiones redimebant, & quia memoriam eius, qui ſine liberis deceſſerat, accipiendo eorum coniuges ab obliuione liberabant: vnde eadem vox, & conſanguineum, & redemptorem apud Hebræos ſignificat: eſt igitur remedium legaliter iure ſanguinis, vel propinquitatis conſanguineum defunctum liberare ab iniuria, & obliuione.

Virgil.

Tiraquel.

Deut. 25.

m Licet textus legis loquatur de fratribus ad propinquos extendendus planè vel ex hoc libro.

n Huiuſmodi autem conſanguinei, qui propinqui viduam accipiebant, dicebantur redẽptores, & quare.

ſ. II.

Prudentiæ eſt eo deſpicere vbi occaſio admonet.

82. *Et Ruth: & hoc quoque præcepit mihi, vt tandiu meſſoribus eius iungerer, donec omnes ſegetes meterentur.*

NOtandum autem eſt Ruth hoc in loco vel leuem oblatam [o] occaſionem amplexatam fuiſſe; vbi enim audiuit à ſocru ſua, eum hominem propinquum eſſe, atque vnum de redemptoribus, qui poſſet, & deberet ſuſcitare ſemen mariti ſui, continuò dixit, *& hoc quoque præcepit mihi, vt tandiu meſſoribus eius iungerer, donec omnes eius ſegetes meterentur:* id quod hoc in loco aduertit Theodoret. videtur enim prudentiſſima hæc mulier oblatam occaſionem relinquere noluiſſe: [p] eſt enim virtus, vbi occaſio admonet, deſpicere. Quæ fuit ratio, vt eleganter notauit Plutarch. *in problemat. Romanis*, cur veteres paruæ fortunæ aras erexerint, vt oſtenderent quanuis occaſionem licet paruam, venerandam eſſe, propter eiuſdem occaſionis inconſtantiam, quam Auſonius Poëta, globo inſiſtentem fingit, ac [r] nullo ſtantem loco, deinde talaria habentem propter pernicitatem volatus, crine faciem tegentem, ne dignoſcatur: vnde prudentia eſt, eo deſpicere, quo occaſio admonet; facies enim profuſa crinibus non ita facile cognoſcitur qualis ſit, niſi diligentem prudentiam adhibeas, vt initio capi valeat; occipite enim calua eſt, ne dilapſa teneatur; continuò enim elabitur, cui comitem dedit pœnitentiam, [ſ] vnde meritò hæc mulier, vbi oblatam occaſionem cognouit, eam arctiſſimè eſt amplexata, dicens: *hoc quoque præcepit mihi, vt tandiu meſſoribus eius iungerer, donec omnes ſegetes meterentur*, ne forte matrimonium, quod præſens occaſio pollicebatur, è manibus [t] elaberetur, & pœnitentia relicta eſſet poſt deperditam occaſionem; noluit ab agro illius viri ſeparari, quemadmodum pulchrè aduertit Theodoret.

o Quàm ſedulo Ruth matrimonij occaſionem accipit.

Theodoret.

p Eſt enim virtus vbi occaſio vocat, deſpicere.

Plutarch.

Gabr. à Ceſta in Gen.

q Occaſio enim licet parua, veneranda eſt.

r Occaſionis deſcriptio.

ſ Quam quia citò volat, arctiſſimè Ruth amplexata eſt.

t Ne præſens elaberetur relicta poſt ſe triſti pœnitentia.

83. *Cui dixit ſocrus ſua: melius eſt filia, vt cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro quiſpiã reſiſtat tibi.*

Nec plura continet hoc caput ſecundum quàm legem, quam præſcripſerat Noemi ſuæ nurui, ne alibi colligeret, quàm cum puellis illius viri dicens, *melius eſt filia mea, vt cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro quiſpiam reſiſtat tibi:* [u] pudicitiæ leges præſcribit, dum præcipit ne alibi, quàm in agro ſancti hominis, nec cum aliis, quàm cum puellis eius colligeret, ne forte in petulantes, & luxurioſos incurrat meſſores, qui vel eius ſollicitarent pudicitiam, vel honeſtatem violare tentarent; hoc enim ſignificat verbum *reſiſtendi*, quo vſus eſt vulgatus hoc in loco, ſi radix Hebræa inſpiciatur; vox enim Hebræa valde æquiuoca eſt, neque ſolùm ſignificat reſiſtere, ſed obuiare, occurrere, irruere, quorum alterum inhoneſti, & petulantis eſt, in fœminas ſcilicet honeſtas irruere: alterum verò honeſtiſſimum eſt, eiſdem occurrere, & eaſdem defendere, ne forte per vim violentor vel leuiſſimo verbo; quod præceptum omnino ſeruauit vidua, neque diſceſſit ab illius agris, & puellis, donec triticum, & hordeum in horreis conderentur.

u Pudicitiæ leges præſcribit Noemi dũ præcipit, quòd non alibi quàm in agro ſancti viri ſpicas colligeret nurus ſua.

ſ. III.

Moraliter: *Signum eſt proficientis in virtute animæ, praua non modò conſortia deuitare, ſed boni quanuis occaſionem arripere.*

84. CÆterùm illud hoc in loco oportet notare de ea anima, quam conuerſam ſequimur in hac muliere, & iam in virtute proficiente; ea enim debet, & prauas occaſiones effugere, & meliores amplexari, vt tandem proficere poſſit, non aliter, quàm ſolet edera, [x] quæ vel parua retinacula quærit, quibus viuo lapidi adhæreſcat, & in altum exurgat, atque à terra effugiat: qualis eſt ille locus *Gen.* 21. quando Abraham poſt natum Iſacum, & eundem iam ablactatum grandi conuiuio excepit in die quo reliquerat carnales voluptates. Qualem ferme ordinem huc vſque tenuiſſe hanc animam, quam in vidua Ruth oſtendimus, ſatis conſtat; iam enim eam vocauerat ad conuiuium, ſiue ad meliores voluptates hic vir,

x Anima proficiens veluti edera retinacula quærit, vt in altum ſurgat, & à terra fugiat.

quia ea carnales reliquerat voluptates. In hoc igitur ſtatu cùm eſſet Iſaac, *videns*[a] *Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum filio ſuo Iſaac*, dixit ei; *Eiice ancillam hanc, & filium eius*; hæc enim relegatio Iſmaëlis à conſpectu Iſaac ad magnam vtilitatem morum neceſſaria fuit, morum enim corruptela, praua ſcilicet occaſio, à conſpectu proficientis animæ ſeparanda eſt. In Ægyptum igitur relegata eſt ſerua Agar cum ſeruo filio ſuo, vt ſeparata anima Iſaac ab ea occaſione praua, perpetuò coniuncta[a] eſſet cum virtutibus Saræ. In hanc ſententiam videndus eſt Hieron. dum explicat ea verba Amos in cap. 5. *Nolite quærere Bethel, & in Galgala nolite intrare, & in Berſabe ne transieritis, quærite Dominum, & viuite.* Ad quem locum ita pulchrè dixit D. Hieronymus *Berſabe puteus iuramenti locus erat, vbi ſi quando errabat à fide Tribus Iuda, idola colebat.* Similitérque in aliis duobus locis, quorum meminit Amos: *Fugite*, inquit Amos, *loca ea, quæ occaſionem ferre poſſunt peccandi, accedite ad Deum, vt in virtute proficiatis.* Sic & hæc mulier oblatam occaſionem rectè agendi amplexata eſt, & malas occaſiones reliquit de præcepto alterius mulieris; nanque anima fugiendo mala, & [b]amplexando bona creſcit, & adoleſcit in virtute, quam legem ad virtutis incrementum Regius Vates præſcripſit in 1. *Pſalm.* cùm dixit, *Beatus vir, qui non abiit in concilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit*, & addidit, *ſed in lege Domini fuit voluntas eius.* Prima enim virtus eſt recedere à malo; profectus autem eiuſdem virtutis acceſſus ad bonum, vt proſequitur Chryſoſtom. *hom. 6. in epiſt. ad Epheſ. & hom. 46. in Matth.* id quod eo exemplo oſtendit petito ab Hebræis, quibus non ſatisfit ad libertatem receſſiſſe ab Ægyptiis, niſi pariter perueniſſent ad terram ſanctam. Elegantiùs idem Chryſoſt. *homil. 10. ſuper Matth.* alia ſimilitudine illud oſtendit, *non ſatis*, inquit, *eſt vulnerato, tantummodo de corpore ſpicula detrahere,*[c] *ſed etiam remedium vulneri applicare*, iuxta præceptum Pſalm. 36. *declina à malo, & fac bonum.* Sic igitur hæc anima fugiens meſſores improbos, ſecuta optimos in virtute proficiebat.

[a] *Ablactatus enim Iſaac à conſortio Ægyptij luſus disiungitur.*

[a] *vt perpetuò viuat cum Sara virtutibus.*

Amos. 5.

Hieron.

[b] *Nanque anima fugiẽdo mala, & amplexando bona adoleſcit in virtute.*

Chryſoſt.

[c] *Nõ ſatis eſt vulneri, ſpicula de corpore detrahere, niſi etiam remedium adhibeat.*

§. IV.

Quibus cum conditionibus res familiaris procurari licitè poſſit, ac debeat?

85. CLauſit autor huius libri hoc ſecundum caput his poſtremis verbis, *& tandiu cum eis meſſuit donec hordea, & triticum in horreis conderentur.* Quibus contra recentiores hæreticos Anabaptiſtas, & Pſeudo-Apoſtolos[d], qui palam, & publicè fatentur vniuerſam curam, & ſollicitudinem de rebus neceſſariis abiiciendam eſſe ab animabus fidelibus, iuxta præceptum Chriſti Domini in cap. 6. Matth. *Nolite ſolliciti eſſe de craſtino, ſufficit diei malitia ſua*; ſic enim inculcant otium negantes ſollicitudinem de rebus neceſſariis, cùm tamen videamus hunc ſanctiſſimum hominem tota hyeme laboraſſe, vt ad æſtatem fructus laborum ſuorum colligeret in horrea in remedium futuri anni, iuxta præceptum Salomonis Prouerb. cap. 10. [e] *Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt; qui autem ſtertit æſtate, filius confuſionis eſt.* Vnde idem Salomon *Prouerb. 6. & 25.* nos mittit ad formicam, vt curam, & prouidentiam habeamus de die craſtino, cuius rei ſatis laudatus eſt Ioſeph *Geneſ. 41.* recondens frumenta in horrea in remedium futuræ famis. Vnde & Chriſtus Dominus *Ioan. 13.* in remedium craſtini diei loculos habuit. Quibus eſt addendus ille locus *Actor. cap. 11.* vbi legitur, Apoſtolos [f] multa procuraſſe indigentibus, non ſolùm quæ ſufficerent in craſtinum, ſed etiam in longum tempus, vt ponderat D. Auguſt. *lib. de opere Monach. cap. 19. & 27. & lib. de mendac. cap. 15.* Ea autem ſollicitudo de craſtino mala eſt, quæ non conuenit præſenti tempori ſecundùm rectam rationem, quemadmodum dixit Robert Bellarm. *tom. 1. controuerſ. lib. 2. de Monach. cap. 41.* quod clariùs exprimit, *tom. 3. controu. lib. 3. de bonis operat. in particulari, cap. 7.* vbi ponderat, quamuis nobis non cenſeatur ſuperfluum, quod poſtea neceſſarium erit, [g] non eſſe opes conſeruandas, propter omnes caſus, qui accidere poſſunt, ſed propter eos, qui probabiliter imminent, qui autem aliter ſollicitus eſt, contra legem Chriſti *in cap. 6. Matth.* ſollicitus eſt, dicentis, *nolite ſolliciti eſſe.* Tres igitur conditiones habere debet [h] ſollicitudo temporalium rerum, ne vel peccaminoſa ſit, vel nimia: ſola enim ea, quæ nimia eſt, vitioſa eſt, iuxta illud Pſal. 61. *Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere*; neque enim reſeruatas diuitias reprobat, ſed earum nimiam ſollicitudinem; hoc enim ſignificat, *cor apponere*, quemadmodum eleganter notauit Theodoret. ad eum locum cùm dixit: *nolite diuitiis veſtram mentem ſubmittere.* Prima igitur[i] conditio eſt, vt ſollicitudo diuitiarum non impediat curam quærendi Deum. Secunda[l] eſt, vt ea ſollicitudo non oriatur ex diffidentia prouidentis Dei. Tertia, [m] vt ea ſollicitudo ſequatur ſtudium rerum diuinarum, & non antecedat; quod eleganter expreſſit Plato *lib. 9. de legibus*, cùm dixit, *Optimè ſanè viuemus, ſi vera vbique de diuitiis ſententia prædicetur; ea autem eſt, quod diuitiæ, corporis gratia ſint, corpus* [n] *autem gratia animæ, ac proinde priùs de anima, deinde de corpore.* Tertiò de diuitiis ſollicitos nos eſſe oportet, qualem ſollicitudinem, vel potiùs prouidentiam habuiſſe credendum eſt hunc hominem, cum ea, quæ ſeruit, & meſſuit, in horreum concluſit ad futuros ſuæ familiæ vſus.

[d] *Hæreſis eſt Anabaptiſtarum, omnem curam neceſſariorũ prorſus abiicere.*

Prouerb. 10.

[e] *Cum potiùs labor exercẽdus ſit, ſollicitudo tollenda.*

Gen. 41.

Ioan. 13.

Act. 11.

[f] *Apoſtoli multa pro futuro tempore procurarunt.*

Auguſt.

Bellarmin.

[g] *Neque enim omnis ſollicitudo vitioſa, ſed quæ nimia.*

Matth. 6.

[h] *Tres conditiones vt tẽporalium ſollicitudo ſit licita.*

Pſal. 61.

Theodor.

[i] *Prima ſi non impediant Deum quærere.*

[l] *Secunda ſi nõ oriatur ex diffidẽtia prouidentiæ Dei.*

[m] *Tertia, vt ſequatur ſtudiũ rerum diuinarum, & non antecedat.*

[n] *Diuitiæ enim cũ ſint corporis gratia, corpus autem gratia animæ, oportet nos priùs de anima eſſe ſollicitos.*

TRACTATVS XXVII.

De Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in hoc ſecundo capite.

IN fine ſuperioris cap. latè diximus, quo pacto hæc vidua vocata de Moab ad fidem, & religionem figura fuerit Eccleſiæ ex Gentibus vocatæ; nunc cætera quæ conueniunt inter Eccleſiam, & hanc viduam proſequenda ſunt, ſi aliqua conuenientia inter vtranque repetitur. 86.

In hoc ſecundo capite videtur mihi multa eſſe, inter quæ ſit ſumma conuenientia.

* * *

§. I. Vt

§. I.

Vt vidua Ruth, de Gentibus veniens cadentem domum Iudæ: ita Eccleſia ex Gentibus collecta, fidem inter Hebræos collapſam reparauit.

87. Rupert. Ab. APpoſitè igitur Rupert. Abbas *lib. 1. comm. in lib. Iudic.* notauit defuncto Elimelech cum vniuerſa familia ſua, relicta tamen eius ſola coniuge vidua, in qua collecta erat Eccleſia Chriſti, de gentibus fuiſſe vocatam aliam viduã [o] per quam ſuſtentata eſſet & Regia ſoboles Iudæ, & vniuerſa fides Chriſti. Vt hæc enim vidua ſuſcitauit cadentem domum Iudæ, ſic etiam & fidem cadentem inter Hebræos reparauit; de ſuis etenim manipulis iunior vidua [p] ſeniorem aluit, vt iam mirum non ſit, ſi Eccleſia ex Gentibus collecta doceat, & inſtituat veterem Hebræam Eccleſiam. Quam eandem ſententiam ſequitur Ambroſ. lib. 3. de fide, cap. 5. *Solus*, inquit, *Chriſtus ſponſus, cui illa veniens ex Gentibus ſponſa paupercula, & ieiuna, ſed iam Chriſti meſſe diues innubat, quæ manipulos fecunda ſegetis, verbique reliquias gremio legat mentis* [q] *interno; vt exhauſtam illam viduam morte filij, atque inopem defuncti populi matrem nouis paſcat alimentis, non relinquens deſtitutam viduam, ſed nouos quærens manipulos in alimentum.* In quam ſententiam eſt ille locus optimus apud Theodoret. *q. 34. ſuper 2. lib. Reg.* cum quærit, quorſum ea verba dicta ſint à Dauide Gabionitis, quæ habentur *in c.* 21. *eiuſd. libri. Quid vobis faciam, & in quo placabo, & benedicetis hereditati Domini? Hæc verba*, inquit Theodoret. *non exaudiunt Hebræi, quòd ſemen Abrahæ opus habuerit benedictione Chananæorum, ſed de ſuis maioribus ſibi placent, & magnos ſumunt ſpiritus, nec volunt intelligere, quòd virtus eſt nobilitate maior: quomodo ergo, qui tunc peccarunt Iſraëlitæ, opus habuerunt benedictione Chananæorum, ita & qui Dominum in crucem egerunt, exciderunt* [r] *à maiorum nobilitate, & egent doctrina eorum, qui crediderunt.* Expreſſa igitur figura videtur eſſe hæc mulier Eccleſiæ vocatæ ex gentibus; vt enim illa ſuis nouis manipulis aluit ſeniorem viduam; ſic noua de gentibus vocata Eccleſia de agro Domini, id eſt, de vera doctrina Chriſti alere ſolet Hebræam gentem viduam, & deſtitutam. Hæc eſt prima congruentia.

[o] *De gentibus vocata Ruth, vt ſuſtētaret Regiam Iudæ ſobolem;*
[p] *& vti iunior ſeniorem aleret viduã ex diuitis agro collectis manipulis.*
Ambr.

[q] *Sic paupercula ex gentibus ſponſa, iam Chriſti meſſe diues defuncti populi matrem ſynagogam nouis paſcit alimentis.*

Theodor.

[r] *Exciderunt enim à maiorum nobilitate Hebræi poſt Chriſti mortem.*

§. II.

Sicut vir ille Hebræus redemit viduam Ruth iure conſanguinitatis: ita Chriſtus Dominus caro de carne noſtra redemit Eccleſiam ſanguine ſuo.

88. SEcunda conuenientia poſita eſt in ratione ſanguinis, ſiue propinquitatis; vt enim ille homo conſanguineus fuit Ruth, [ſ] ſic homo Chriſtus Dominus os de oſſibus noſtris, & caro de carne noſtra, noſter conſanguineus: vt igitur ille vir, quia conſanguineus erat illius mulieris, eius opprobrium redemit ſuſcitando ſobolem poſt mortem defuncti eius mariti; [t] ſic quoque Chriſtus Dominus, qui conſanguineus noſter erat ex eadem carne, redemit miſeram viduam, cuius redemptio erat poſita in conſanguinitate, & pretium eiuſdem redemptionis in eius ſanguine. Vnde LXX. Interpretes illa verba *Cantic.* 1. perpetuò legunt, *faſciculus myrrhæ ſororius meus mihi, inter vbera mea commorabitur*, cùm tamen vulgatus Interpres, ita potiùs habeat, *faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi*: cuius lectionis diuerſitatem videns Ambroſ. *in comm ſuper Pſal.* 118. *ſerm.* 8. eius affert rationem, aſſerens, *quod quia de myſterio redemptionis humanæ agebat ſponſa, quæ redemptio ſignificata eſt in faſciculo myrrhæ, propterea legiſſe conſobrinum, ſiue ſororium, vt in propinquitate ſanguinis ius redimendi oſtenderet:* [u] *redimere enim non poteſt, niſi conſanguineus.* Fortaſſis elegantiùs Origen. huius rei rationem reddidit *lib. 4. homil. in Cantic. hom.* 2. propterea ſcilicet ſponſam vocaſſe ſponſum ſuum conſobrinum, ſiue ſororium, quia ſponſa de gentibus vocata, [x] ſiue Eccleſia, germana ſoror erat Eccleſiæ Hebrææ; de Hebræa autẽ Eccleſia, quia ortus fuerat Meſſias Dominus ſecundùm carnẽ, neceſſe fuit eundem Meſſiam conſobrinum eſſe Eccleſiæ Gentilis, ſcilicet filium ſororis ſuæ vt ita redimere poſſit, cùm ius redimendi pertineat ad ſanguinis ius, vt etiam notauit eleganter Gregorius Nyſſen. *orat. 4. in Cantic.* & Theodoret. *Cantic. in cap.* 1. Eccleſia igitur de gentibus vocata ita Deo ordinante incidit in eum, qui eius conſanguineus erat; is autem eſt Chriſtus Dominus os de oſſibus noſtris, & caro de carne noſtra, & propterea redemptor iure ſanguinis, nec enim aliter nos liberauit, quàm quia propinquus noſter erat, cùm in ſanguine ſit redemptionis ius, & pretium; [z] quæ mera redemptionis humanæ iuſtitia erat, hæc iure ſcilicet conſanguinitatis hominis Dei redemptoris, mera quoque eſt Dei miſericordia ex profuſione ſui ſanguinis pro immeritis fratribus, qui communicauerant carni, & ſanguini, vt Paulus dixit ad Hebr. 2. *Quia ergo pueri communicauerunt ſanguini & carni, & ipſe ſimiliter participauit eiſdem, vt per mortem deſtrueret, qui habebat mortis imperium.* Accepit enim Deus carnem, quia ſine carnẽ propinquus noſter eſſe non poterat, vt fieret noſter, & propinquus & redemptor. Eſt igitur ratio congruentiæ in eo poſita, quòd vt ille vir Hebræus redemit viduam Ruth, ſic quoque Chriſtus Dominus ex noſtra carne vniuerſam redemit Eccleſiam. Quibus addenda ſunt ea, quæ dixit Auguſt. *lib. de doctrina Chriſtiana, cap.* 14. vbi eleganter admiratur Dei ſapientiam in opere redemptionis. Id quod oſtendit petita ſimilitudine ex medicamine: *quemadmodum*, inquit, *medici alligant vulnera non incompoſitẽ, ſed apertè id faciunt, vt vinculi vtilitatem, quædam etiam pulchritudo conſequatur, ne maior appareat vulneris turpitudo;* [a] carne igitur carnem curauit, ne vel leue veſtigium remaneret in carne.

[ſ] *Sicut Booz conſanguineus Ruth, ſic Chriſtus os de oſſibus noſtris.*
[t] *Vt ille iure propinquitatis mulierũ opprobrium redemit, ſic Chriſtus ex eadem carne preſſo ſanguinis ſui, miſeram viduam redemit.*
Ambr.
[u] *Redimere enim non poteſt niſi conſanguineus.*
[x] *Eccleſia de gẽtibus ſoror Eccleſiæ Hebrææ. huius enim filius Chriſtus, illius verò cõſobrinus.*
Nyſſen.
Theodor.
[z] *Ideò redemptionis humanæ mera iuſtitia eſt in ſanguine Chriſti Domini, & mera Dei miſericordia.*
[a] *Sic Chriſtus Dominus carne ſua carnem curauit, vt ne vel leue veſtigiũ vulneris remaneret in carne.*

Quibus addenda ſunt ea, quæ notauit elegan- 89.
ter Petrus Galatinus *lib. 3. contra Hebræos*, cùm inter cætera nomina Meſſiæ Seruatoris illud etiã refert, & maximè commendat, quod ortum habuit ex eadem carne, quam nobiſcum communem habuit Deus, *Tener* enim appellatur in diuinis literis, hoc eſt, [b] compaſſione plenus, & promptus ad remedium, quia ex eadem carne natus; ſic enim eum appellat Ezech. in cap. 17. *Et aſſumam ego de ſublimitate cedri ſublimis, &*

Galatin.
[b] *Chriſtus Dominus tener in diuinis literis, hoc eſt, cõpaſſione plenus, ex carne aſſumptus.*

T a dabo

Gabr. à Coſta in Gen.

dabo : de capite virgultorum eius tenerum carpam, & plantabo eum ſuper montem altum. Quem locum Rab. Salomon de Meſſia Seruatore intelligit, ſunt enim eius hæc verba, *non eſt via ad miſericordiam, niſi per tenerum, hoc eſt, per Meſſiam:* peculiatem enim rationem teneritudinis, ſiue humanitatis induit Deus pet carnem, vt eleganter notauit Bernardus *ſuper Cantic. ſerm.* 22. cùm loquens de Verbo æterno dixit, *quem Deus vnxit, & miſit.* Quo ſenſu intelligendus eſt Ioann. Driedonius *lib. 2. de Eccleſiaſticis dogmatibus. cap. 2. pag.* 45. cùm explicat ea verba Pauli, *Petra autem erat Chriſtus : Chriſtus,* inquit, *erat apud Patrem, cum nondum erat Chriſtus, id eſt, cum nondum filius erat homo vnctus, & tam reficiebat ſitientes ex commiſeratione; inde enim redempter, vnde homo; inde compatiens, vnde carnem habuit, ac proinde ex carne redemptor, & ex carne compatiens.* Conueniunt ergo hæc inter ſeſe, quia vir ille conſanguineus erat Ruth, redemptor einſdem mulieris fuit; quia Deus homo factus eſt, redemptor noſter effectus eſt; humaniter ille locutus eſt cum Ruth, cum dixit, *audi filia,* quod ipſa Ruth reſtata eſt etiam; humaniter [c] cum Eccleſia locutus eſt Deus in carne, vt patet etiam *in Pſalm.* 44. vbi dicitur, *Audi filia, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui;* ſic enim ſolet gentes ad fidem vocare: qualis eſt ille locus ex Gregorio magno *in epiſt. ad Nectarium Epiſcopum,* qui locus refertur à Gratiano diſt. 45. c. *qui ſyncera,* inquit, *intentione extraneos à religione Chriſtiana ad rectam fidem cupiunt traducere, blandimentis debent, non aſperitatibus ſtudere.* Quibus habet ſimilia Auguſt. *in epiſt. ad Macedonium;* qua de re videndus eſt locus optimus apud Plutarch. *in quæſt. Roman.* cum dicit, *valde abſurdum eſt, ſi cum equos, & canes venaticos, familiaritate, ciboque potiùs, quàm catenis, ac verberibus, homines feroces animo, non humanitate nobis, ac beneficiis conciliemus, aſperiores in illos ſimus, quàm ſint agricolæ in caprificos, ac malos ſylueſtres, & oleaſtres, qui eas non protinus excidunt, ſed inciſione docent miteſcere.* Sic omnino Deus feciſſe oſtenditur, quando noſtræ carni inſertus eſt, inde redemptor factus, inde miteſcere docuit [d] homines. Eſt igitur hæc ſecunda congruentia in eo poſita, quòd quemadmodum ille humanus vir ratione conſanguinitatis redemit miſeram viduitatem Ruth, ſic quoque poſtquam *apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei,* in carne factus eſt Deus redemptor totius Eccleſiæ.

Bernard. Driedonius.

[c] *Humaniter enim cũ Eccleſia locutus eſt Dominus in carne.*

Pſalm 44. Greg. Magn. Auguſt. Plutarch.

[d] *Tunc docuit homines miteſcere.*

§. III.

Quemadmodum extra agrum Booz non fuit Ruth tutum ſpicilegium, ſic neque extra Eccleſiam, vera fides, aut virtus.

90. TErtia congruentia in eo poſita eſt, quòd dixerit Noemi nurui ſuæ, *ne vadas in agrum alterius;* quibus ſunt ſimilia ea, quæ dixit ille vir. Vt igitur prohibuit ille, ne in alieno agro colligeret, ne fortè incideret in petulantes meſſores, ſic oportet hominem fidelem, [e] non alienam doctrinam colligere, ſed eam tantùm, quæ in agro Eccleſiæ reperitur; errabit enim à grege, nec veros colliget manipulos, vt eleganter docet D. Hieronym. *lib. 3. Comm. in epiſt. ad Galat. cap. 5.* cùm interpretatur ea verba Pauli, *modicum fermentum totam maſſam corrumpit.* Similia habet Cyprian. *lib 1. epiſt. epiſt. 3, ad Cornelium,* vbi apertè hanc eandem doctrinam tradit ex Paulo *in epiſt. 2. ad Timoth. cap. 2.* vbi Paulus vetuit colloquia cum hæreticis hominibus propter eorum contagionem, quia ſermo eorum, vt cancer ſerpit; & *epiſt.* 40. ſic habet Cyprian. *procul ab huiuſmodi hominum contagione diſcedite: eorúmque ſermones maximè vitate velut cancrum, & peſtem,* vt idem Cypr. *in ſerm. de lapſu,* ſimilem doctrinam affert, vnde cautè Sponſa *Cantic.* 1. dixit, *Indica mihi vbi paſcas, vbi cubes in meridie;* & addidit ſtatim rationem; *ne vagari incipiam iuxta tabernacula paſtorum;* exiſtimabat enim ſe perituram, ſi de grege ſui Sponſi deerraſſet in caulas aliorum paſtorum. In quam ſententiam eleganter ponderauit Franciſc. Feuard. ea verba Ioſue *in cap.* 2. quando exploratores dixerunt ad Raab meretricem figuram expreſſam Eccleſiæ de gentibus vocatæ, *qui oſtium domus tuæ egreſſus fuerit, ſanguis ipſius erit in caput eius, & nos erimus alieni,* ſignificantes extra Eccleſiam non eſſe ſalutem, vt nec extra agrum huius viri, [f] id eſt, Chriſti, non eſt remedium, ſed iniuria, & propterea ipſe dixit, *ne vadas in agrum alterius.* Non eſt autem alienum à communi loquendi forma Scripturæ, ſi per meſſem intelligamus gentiles homines, per meſſores autem ſanctos Apoſtolos colligentes, atque ſeminantes doctrinam ſacram, vt patet Ioann. *in cap.* 4. vbi Chriſtus Dominus loquens cum diſcipulis ad puteum Sichar dixit, *leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem;* oſtendebat autem venientes Samaritanos ad fidem. Videndus eſt Auguſt. *ſerm. 42. de ſanctis,* & D. Irænæus, *lib. 4. cap.* 4. exponens illa verba Pauli 1. ad Corinth. 15. *plus omnibus laborani.* Eſt igitur congruentia in eo poſita, quòd vt ille vir, atque etiam Senior Noemi prohibuit ne Ruth in alieno agro colligeret ſpicas propter periculum incontinentiæ; ſic Chriſtus Dominus prohibuit, ne extra Eccleſiam doctrinam infidelem colligamus.

[e] *Oportet fidelem animã eam tantum doctrinã colligere quæ in agro Eccleſiæ reperitur.*

Galat. 5. Cyprian. Cant. 1. Feuard. Ioſue 2.

[f] *Extra enim agrum Chriſti, non eſt remedium, ſed iniuria.*

Ioan. 4. Auguſt. Irinæus. 1. Cor. 15.

§. IV.

Sicuti Ruth non aliter habere voluit myſticos hordei modios, quàm ſi probaſſet veterrima mater; ſic non alia à fidelibus acceptanda doctrina, quàm quæ per antiquum Eccleſiæ organum fuerit comprobata.

QVarta congruentia in eo poſita eſt, quòd Ruth menſuram eam hordei vnicam, quæ tres habebat modios, non aliter ſeruare voluit, antequam eos oſtenderet ſocrui ſuæ Noemi. In quo Gloſſa Ordinaria ſignificatum eſſe voluit myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis, in quo cum vna ſubſtantia ſit diuina, tres perſonæ realiter diſtinctæ reperiuntur; quia verò impium eſt credere, niſi ea, quæ propoſita ſunt ab Eccleſia ad inſtar Ruth, vnuſquiſque fidelium de iudicio ſummi Pontificis, vel Eccleſiæ, non de ſuo peculiari credere debet; hoc enim videtur referre hic locus. Quæ celebris ea eſt controuerſia inter 91.

Gloſſa.

[g] *Myſterium Trinitatis in menſura triũ modiorum adumbratur.*

recentiores

recentiores hæreticos, & Catholicos homines; illi enim verum intellectum ſanctarum Scripturarum, & rerum fidei reducendum eſſe volunt in iudicium cuiuſcunque peculiaris hominis aſſerentis Spiritum ſanctum non eſſe alligatum vel Epiſcopis, vel Romano Pontifici, nos verò in veram, & contrariam partem imus.

92. Lutherus. [h] *Lutherus cum Nouatoribus Hæreticis homines in rebus fidei ad cuiuſcunque peculiare iudicium remittit.* Driedon. Vvermienſ.

Lutherus igitur in præfatione ſuorum articulorum in componendis rebus fidei, [h] nos remittit ad iudicium peculiare cuiuſcunque hominis: ita colligit Ioann. Driedon. *lib. 2. de Eccleſiaſtic. dogmatib. cap. 3.* Ioann. Cocleus *lib. de Scriptura & Eccleſiæ authoritate*, Cardinal. Vvermienſ. *lib. 2. & 3. cont. prologomena Plenſij.* Sunt autem Lutheri peculiaria hæc verba, ſicut colligit Cocleus in art. 115. *cap.* hoc Euangelium; *quia neque Papa, neque Conciliis, neque vlli hominum conceſſum eſt, vt conſtituat, & concludat quid ſit fides; ideo ego habeo dicere Papæ, tu concluſiſti cum Conciliis, nunc ego habeo iudicium, an acceptare queam nec ne? quia non ſtabis pro me, nec reſpondebis pro me, quoniam debeo mori, & falſam doctrinam nemo iudicare poteſt, niſi ſpiritualis homo; ideo res eſt inſana, quòd Concilia ſtatuere, & concludere volunt, quid credendum ſit.* Eandem ſententiam ſequitur Philippus Melancthon. *in locis cap. de Eccleſia*, ſic Brenſius *in confeſſ. Vvitembergica*, ſic Caluinus *lib. 4. inſtitutionum c. 8.* quos ſequuntur recentiores hæretici.

Melanct. Brenſius. Caluinus.

93. [i] *Contrarium tamen eſt dogma fidei, quod adumbrauit Ruth, dum non aliter habere voluit myſticam menſuram, niſi probaſſet mater, id eſt, Eccleſia.* Bellarm. Exod. 18.

In contrariam ſententiam eſt antiqua Eccleſiæ conſuetudo, [i] & fidei dogma, quod adumbrauit hæc mulier deducens tres modios hordei ad veterem ſocrum ſuam, non aliter eos habitura, quàm ſi probaſſet ea veterrima mater, in qua diximus figuram eſſe Eccleſiæ, cuius ſemper iudicium expectandum eſt, & expectatum fuit in proponendis rebus fidei; nec enim aliter fides à fidelibus recipitur, niſi propoſita à viſibili Eccleſia; quam conſuetudinem latè deducit, & proſequitur Card. Bellarm. *tom. 1. controuerſ. lib. 3. de Verbi Dei interpretatione cap. 6.* Vnde in Politica Hebræa *Exod. 18.* conſtitutus eſt Moyſes veluti ſummus Pontifex, ad quem pertinebat difficultates fidei declarare, & declaratas proponere fidelibus eius temporis; & idem Moyſes *Deut. 17.* præcipit, vt in difficultatibus fidei, accederet populus ad ſummum ſacerdotem Leuiticum: hinc eſt illud apud *Malach. 2.* vbi hac de re dixit diuinum oraculum, *Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt.* In hanc doctrinam Patres intelligunt locum *Matt. 16.* cum Christus Dominus ſummo Pontifici Petro dixit, *Tibi dabo claues Regni cælorum, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis:* [m] quem locum Patres intelligendum eſſe volunt de ſoluendis difficultatibus fidei: [n] vnde cum in principio naſcentis Eccleſiæ orta eſſet ea quæſtio, vtrùm lex Moyſaica poſt Chriſti mortem ſeruanda eſſet? deducta eſt ea controuerſia *Act. 15.* non ad iudicium alterius peculiaris hominis, ſed ad primum Concilium Hieroſolymitanum, in quo præſidente D. Petro ſuis verbis res definita eſt, *viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis.* In hanc ſententiam intelligit D. Bernard. eum locum *Luc. 22.* cum Chriſtus Petro dixit, *& ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Bernardus ſequutus eſt Pontifices anteceſſores; Bernardum ſequuti ſunt ſucceſſores Pontifices, quemadmodum refert Bellarm. loco citato. Eſt optimus ille locus Auguſt. *lib. 29. contra Fauſtum*, cùm explicat locum Pauli *ad Galat. 2. Aſcendi*, inquit Paulus, *Hieroſolymam cum Barnaba, & contuli cum illis Euangelium quod prædico in gentibus, ſeorſim autem iis, qui videbantur aliquid eſſe, ne forte in vacuum currerem, aut cucurriſſem:* Vnde Auguſt. infert Eccleſiam non fuiſſe Paulo [o] credituram, niſi eius Euangelium à Petro confirmatum fuiſſet. Alius eſt locus apud Auguſt. *lib. contra Epiſtolam Manichei*, quæ vocatur fundi, *cap. 5.* vbi dogmaticè ita dixit Auguſt. *Ego Euangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ catholicæ moueret authoritas*, & in eandem ſententiam notauit D. Auguſt. *in procemio de doctrina Chriſtiana*, quòd quamuis Cornelius ille in actis Apoſtolorum audiuiſſet ab Angelo eleemoſynas ſuas, & orationes in cælo receptas fuiſſe; tamen eundem traditum fuiſſe D. Petro inſtituendum in rebus fidei, quia ad Petrum, & non ad Angelum pertinet ea, quæ fidei ſunt proponere. Videndus eſt Clemens Romanus *lib. 1. recognit.* cum dixit D. Petro præceptori ſuo, *in tantum de me debes eſſe ſecurus, quòd de his, quæ didici à te, in dubium venire non poſſim, etiamſi tu ipſe veram fidem meam transferre velles.* Quam eandem regulam ſtatuit Vincentius Lyrinenſis in aureo libello contra prophanas hæreticorum nouitates, quo in loco docet, & tanquam regulam ſtatuit, *nihil credendum eſſe fideli homini, niſi quod Eccleſia credendum propoſuerit.* Sit igitur figura eius conſuetudinis, quam perpetuò ſeruauit Eccleſia in rebus fidei proponendis, hæc mulier offerens tres modios in vna menſura ſocrui ſuæ, non aliter eos ſeruatura, niſi ſocrus ſua comprobaſſet receptos.

Deut. 17. [l] *Propterea præceptum erat in lege, vt fidei difficultas ad ſummum ſacerdotem leuiticum deferretur.* Malach. 2. Matth. 16. [m] *Similia in Euangelio.* [n] *A principio naſcentis Eccleſiæ ſummus Pontifex dubia circa fidem definit.* Actor. 15. D. Bernard. Luc. 22.

Bellarm. Auguſt. Galat. 2. [o] *Neque enim D. Paulo crederet Eccleſia, niſi eius à D. Petro confirmatum eſſet Euangelium.* Aug. Idem. Clem. Rom. Vincent. Lyrin.

ſ. V.

Booz quidem figura Chriſti Domini extitit in eo, quòd opulentus, & potens.

94. Qvinta & vltima congruentia poſita eſt in titulis, quibus ornauerat Noemi eum virum, cum quo matrimonio iungere cogitabat nurum ſuam; etenim poſtquam eum dixit eſſe conſanguineum, adiunxit eſſe potentem, & opulentum, quorum vtrunque Iſaias fatetur reperiri in Meſſia ſeruatore; etenim *cap. 49.* agens de Meſſia ſeruatore dixit, [p] *Redemptor tuus fortis Iacob*, quod repetit *in cap. 60.* vbi eundem Meſſiam docet futurum, & opulentum, & fortem. Similiter dixit *in cap. 9.* quæ fuit ratio cur Regius vates exponens deſiderium, quo laborabat videndi Regis Meſſiæ nepotis ſui, inter alias ſimilitudines quibus vtitur ad illud exponendum, vtitur ſimilitudine cerui ſitientis, & properantis ad fontes aquarum, tunc oſtendit ſuam animam eodem deſiderio ſitire, non ad fontem, ſed potiùs, *ad Deum fortem viuum*; ſic enim locus legendus eſt ex Hebræo, quemadmodum & vulgata editio nunc habet emendata ex præcepto Xiſti V. felicis recordationis. Quòd autem opulentiſſimus ſit Rex Meſſias, ex eo patet, quia vnum de nominibus eius eſt, *Sadai*, quod non ſolùm opulentum ſignificat, ſed ipſam opulentiam: ſicut patet *Exod. 6. & Ezech. 1.* In quam ſententiam Galatin. *lib. 3. contra Hebræos, cap. 12.* eleganter mihi videtur legiſſe ex radice Hebræa eum locum Iob. 33. *Spiritus Dei fecit me, & ſpiraculum omnipotentia*

[p] *Meſſiam opulentum & fortem docet futurum Iſaias.* Iſai. 49. & 60. Iſai. 9. [q] *Fortem dixit pſalmiſta.* Exod. 6. Ezech. 1. Galatin. Iob. 33.

viuificauit me: in Hebræo autẽ ſic potiùs eſt, *Spiritus Dei fecit me, & anima Sadai viuificauit me:* vt alterum pertineat ad creationẽ hominis; alterũ verò ad eiuſdem hominis reparationẽ, quæ facta eſt per filium vniẽtem ſibi animam, & carnẽ noſtrã: de cuius plenitudine nos omnes accepimus, propter eius ſummam abundantiã. Pertinent hæc ad hoc ſecundum Caput, & ad eius allegoriam.

* *Abundantẽ Iob ex Hebræo fonte.*

CAPVT III.

Libri Ruth.

POSTQVAM autem reuerſa eſt ad ſocrum ſuam, audiuit ab ea: Filia mea quæram tibi requiem, & prouidebo vt bene ſit tibi. Booz iſte, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noſter eſt, & hac nocte aream hordei ventilat. Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus veſtimentis, & deſcende in aream. Non te videat homo, donec eſum, potúmque finierit. Quando autem iërit ad dormiendum, nota locum, in quo dormiat, veniéſque, & diſcooperies pallium quo operitur à parte pedum, & proiicies te, & ibi iacebis; ipſe autem dicet tibi, quid agere debeas. Quæ reſpondit: quidquid præceperis, faciam. Deſcenditque in aream, & fecit omnia, quæ ſibi imperauerat ſocrus. Cúmque comediſſet Booz, & bibiſſet, & factus eſſet hilarior, iiſſérque ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum, venit abſconditè, & diſcooperto pallio à pedibus eius, ſe proiecit. Et ecce nocte iam media expauit homo, & conturbatus eſt, viditque mulierem iacentem ad pedes ſuos, & ait illi: Quæ es? Illáque reſpondit: Ego ſum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum ſuper famulam tuam, quia propinquus es. Et ille, Benedicta, inquit, es à Domino filia, & priorem miſericordiam poſteriori ſuperaſti, quia non es ſecuta iuuenes, pauperes, ſiue diuites. Noli ergo metuere, ſed quidquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis. Nec abnuo me propinquum, ſed eſt alius me propinquior. Quieſce hac nocte, & facto manè, ſi te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta eſt; ſin autem ille noluerit, ego te abſque vlla dubitatione ſuſcipiam: viuit Dominus, dormi vſque mane. Dormiuit itaque ad pedes eius, vſque ad noctis abſceſſum. Surrexit itaque antequam homines ſe cognoſcerent mutuo, & dixit Booz. Caue ne quis nouerit, quòd huc veneris: & rurſum, expande, inquit, pallium tuum, quo operiris, & tene vtraque manu. Qua extendente, & tenente, menſus eſt ſex modios hordei, & poſuit ſuper eam: quæ portans ingreſſa eſt ciuitatem, & venit ad ſocrum ſuam. Quæ dixit ei: quid egiſti filia? Narrauitque ei omnia, quæ ſibi feciſſet homo. Et ait: Ecce ſex modios hordei dedit mihi, & ait: nolo vacuam te reuerti ad ſocrum tuam. Dixítque Noemi. Expecta filia donec videamus, quem res exitum habeat. Neque enim ceſſabit homo, niſi compleuerit, quod locutus eſt.

TRACTATVS XXVIII.

De verbis illis: *Filia mea quæram tibi requiem, & prouidebo, vt bene ſit tibi: Booz iſte, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noſter eſt, & hac nocte aream hordei ventilat.* Siue, *De bono coniugali.*

§. I.

Diſtributio totius capitis tertij.

1. *Poſtquam autem reuerſa eſt ad ſocrum ſuam audiuit ab ea.* SI textus Hebræus conſulatur, aliqua differentia eſt inter vulgatum Interpretem, & veritatem Hebræam: textus Hebræus ita orditur hoc Caput tertium: *& dixit ad eam Noemi, filia mea,* &c. cum tamen vulgata editio ita potiùs habeat: *Poſtquam autem reuerſa eſt ad ſocrum ſuam, audiuit ab ea, quæram tibi requiem:* hæc [a] tamen diuerſitas non eſt magna, ſed potiùs licentia Interpretis, qui non tenetur verbis inhærere, ſicut dixerat Hieronym. *in libello de optimo genere Interpretandi ſacras Scripturas*, vbi agit de officio Interpretis, laudátque ſententiam Horatij dicentis,

Nec verbum ex verbo curabit reddere fidus Interpres.

& *in epiſt. ad Auguſt.* docet ſe in interpretanda ſacra Scriptura ſenſum potiùs ſeruaſſe quàm ordinem verborum: quibus dixit ſimilia *in epiſt. ad Suniam, & Fretellam*, & *Amos 7.* In quam ſententiam eſt ille locus apud Ciceronem *lib. 3. de finibus*, cum ait, [b] *Verbum ex verbo exprimere indiſcretos Interpretes ſolere.* Latiùs igitur aliquantulum dixit vulgatus Interpres, quòd breuiter, & Laconicè dixerat textus Hebræus.

[a] *Diuerſitas Hebrææ literæ cum vulgata editione conciliatur.*
Hieron.
Horat.

[b] *Non tenetur enim interpres verbum ex verbo reddere ſed ſenſum.*

Poſtquam igitur in ſecundo capite huius libri, 2.

Digitized by Google

bri, animæ, & fortunæ dotes oſtendit Noemi in eo viro, quem coniugem parabat nurui ſuæ, nec enim decebat prudentem fæminam ſponſum accipere oculis, & non mente, de veteri præcepto connubiali apud Plutarch. *lib. 3. de præceptis coniugalibus*, notauit enim in eo homine, & generis nobilitatem, eum conſanguineum dixit, ſuaues etiam mores, vt virtutem eius oſtenderet, denique opulentiam bonorum, quibus rebus conſtat felix, & fauſtum matrimonium: poſtquam igitur hæc notauit in eo quem in generum quærebat, iam in hoc cap. 3. modum, & viam quærit, quo matrimonium inter vtrunque celebrari poſſet. [e] Diuidi videtur hoc tertium caput in tres præcipuas partes. In prima parte continetur conſultatio Noemi de modo, quo tandem poſſet illud perficere matrimonium. In ſecunda parte, continetur obedientia Ruth, qua executa eſt mandata ſocrus ſuæ. In tertia tandem parte continetur reſponſio Booz de matrimonio contrahendo. Quod igitur attinet ad primam partem, hic videtur eſſe diſcurſus huius mulieris: non receſſit à me amatoria pietas tua in defunctum maritum, & charitas quam ſeruaſti in miſeram, & peregrinam viduam, ſequendo eam, relicta tua patria, religione, & parentibus: mihi igitur incumbit, vt fæliciſſimum tibi quæram matrimonium, vt tandem, & paupertatem deſeras, & opprobrium ſterilitatis, ac tandem per maritum Hebræum, Hebræam nobilitatem induas; hoc enim indicat, *quæram tibi requiem*; vulgatus [d] enim, & muliebris loquendi modus eſt in materia nuptiali, quo per requiem ſignificant omnia bona matrimonij. Qualis locus eſt in cap. 1. huius libri, cùm hæc eadem vidua dixit nuribus ſuis, *Det vobis Dominus inuenire requiem in domibus virorum, quos ſortituræ eſtis*: de quo loquendi modo latiſſimè diximus *ſuprà tract. 9.*

[e] Diuiſio capitis tertij in tres partes.

[d] In ſenſu vulgi, requies mulieris eſt felix matrimonium.
Ruth. 1.

§. II.

Quamuis matrimonium inter inæquales videatur incommodum; non parum tamen ad requiem, & fructum ſtabilem illius pertinet, quòd vir excedat mulierem in ætate grandæuior.

3. *Quæram tibi requiem vt bene ſit tibi.* SEd poterit quiſpiam obijcere, non requiem quæſiuiſſe hanc mulierem nurui ſuæ, quam deſponſare quærebat cum viro ſene: iam autem inter diſſimiles ætate, matrimonium contractum, [e] infelices exitus habere ſolet, ſicut notauit Plutarch. *lib. problem. c. 85.* & D. Athanaſ. explicãs illud ad Hebræos 2. *cum prouectioribus minùs conueniunt*. In quam ſententiam laudauit D. Hieron. *in epitaph. Marcellæ*, ad Principiam virginem dictum Marcellæ, quam cum vir quidam Senatorius & locupletiſſimus, ætate tamen ſenex vellet in coniugem accipere, eique vir diuitias longæuus pollicebatur, & non quaſi in vxorem, ſed in filiam eas vellet transfundere: reſpondit Marcella: *ſi vellem nubere, & non æternæ pudicitiæ me conſecraſſem, vtique maritum quærerem, & non hæreditatem; illóque mandante poſſe & ſenes diu viuere, & iuuenes citò mori*; eleganter luſit illa: *iuuenis quidem poteſt citò mori, ſed ſenex diu viuere non poteſt*. Hinc ortũ eſt, vt infeſtus eſſet mẽſis Maius nuptiis, quia à maioribus nominatus eſt; fauſtus verò Iunius, à iunioribus dictus. Videndus eſt Ariſtot. *lib. 7. Polit. cap. 16.* vbi prouidendum eſſe dixit legiſlatoribus ne matrimonia inter [f] inæquales ætate fieri paterentur; ex huiuſmodi enim coniunctionibus plerunque oriuntur odia, zelotypia, atque alia damna; conuenit enim vt ætate concurrant in idem, alioquin lites, & diſcordia inter ipſos erunt; ad filiorum quoque ſuſceptionem inſpiciendum eſt, qui non generabuntur inter inæquales ætate. Similia dixit Xenoph. *in œconom.* & Clem. Alex. 6. *ſtromat.* vbi adducit Ariſtophanis Poëtæ Comici carmen dicentis:

[e] Sed non apparet felix matrimonium inter ſenem, & iuuenem.
Plutarch.
Athanaſ.
Hebr. 2.

Ariſtot.
[f] Matrimonia enim inter inæquales fieri prohibebantur.
Xenoph.
Clem. Alex.

Turpis res iuueni vxori, ſenex vir.

Hinc factum eſt cùm inter virum, & vxorem donatio facta non valeat, vt patet ex *toto tit. ff. & C. de donationibus inter virum, & vxorem*, quia mutuo amore ſe fallere poſſunt; valeat tamen inter inæquales in ætate, ſicut aduertunt iuris prudentes *in l. ſi diuortio, ff. de verbor. obligat.* aſſerentes [g] huiuſmodi donationes, potius eſſe compenſationes, quàm donationes, donando enim ſeniores iunioribus compenſant ea mala, & damna, quæ iuniores in matrimonio patiuntur. Vnde iam fit conſequens, non requiem quæſiuiſſe Noemi nurui ſuæ, cùm maritum ſenem quæſiuit, ſed potiùs labores, & perturbationes, præſertim cum finis matrimonij ſit generatio ſobolis, cuius non eſt aliqua ſpes ex ſene viro, cùm tamen matronæ maximè velint liberos ex matrimonio: vnde eſt illud Rachelis *Geneſ.* 30. ad Iacob maritum ſuum, *Da mihi liberos alioquin moriar*. Qua ratione *Æneid.* 4. Anna Didoni ſorori ſuæ viduæ matrimonium ſuadebat cum Ænea dicens,

[g] Hinc donationes inter maritum ſenem, & vxorem iuuenem valida ſunt, aliàs irrita inter æquales.
Æneid. 4.

Solane perpetua mærens carpêre iuuenta
Nec dulces natos, Veneris nec præmia noris.

Ea enim mente matrimonia contrahuntur, vt filij procreentur, ſicut docet Plato *in Timæo*, Galen. 6. *de locis affectis, cap. 5.* Non quæſiuit igitur Noemi nurui ſuæ requiem, cùm maritum ſenem quæſiuit, ex quo nec tranquillitas, nec ſoboles ſperare potuit, ſed diſſidium.

Plato.
Galen.

Verùm prouida ſenectus, hoc eſt, prudentiſſima [h] Noemi, dum eum maritum quærebat nurui ſuæ, requiem, & tranquillitatem, atque omnia bona ſe quærere exiſtimabat: vt enim matrimonium firmum, ſtabile, & ſanctum perpetuò ſit, oportet vt celebretur inter eos, qui in ætate matura ſunt; nam neque in plantarum, neque in animalium genere, quæ præcocia ſunt, fæcunda ſunt, ſed oportet tempore certo ad fructificandi facultatem præparari, quo eorum corpora roborata, & perfecta ſint, vt ſemina, & fructus proferre valeant. Vnde Ariſtot. *lib. 5. de natura animal.* docet, virum in matrimonio viginti annis excedere debere [i] vxorem: quod ex Platone acceperat: *lib. 6. de legibus, & lib. 5. de Republ.* Similis ſententia eſt apud Heſiodum, *lib. 2.* cui titulum fecit, *Opera & dies*: quem refert, & ſequitur Philo *lib. 2. de mundi opificio*: imò ex ſacra Scriptura colligitur *Geneſ.* 17. decem annis exceſſiſſe Abrahamum vxorem ſuam Saram, ſic enim oſtendunt illa verba cùm Abraham dixit: *putas ne centenario naſcetur filius, & Sara nonagenaria pariet?* quemadmodum notauit Origen. *hom. 11. in Geneſ.* [l] debiles enim alioquin partus edere ſolet matrimonium, ſi vir in prima, & iuuenili ætate tantùm ſit, 4.

[h] Prudẽs tamen Noemi potiùs virum maturum iam ætate, quàm iuuenẽ quæſiuit, vt matrimonium nurus ſtabile eſſet & firmum.
[i] Excedere namque ſemper debet maritus vxorẽ ſaltem viginti annis: ex Ariſtotele,
Philo.
Gen. 17.
Origen.
[l] Debiles enim partus ſunt, ſi vir in iuuenili ætate nubat.

Tragicus.

ſit,quemadmodum colligitur ex eo loco, qui eſt apud Senecam Tragicum *in Troade.actu.* 2. cum Agamennon Pyrrho Achillis filio ita obiicit ex virginis conceptæ furtiuo ſtopro, & ex Achille, ſed nondum viro:virilis enim, & matura ætas io matrimonio neceſſaria eſt ad matuiam, & ſtabilem [m] ſobolem,qualem qoærebat maritum norul ſuæ,non puerum,non iuuenem,ſed virum,in quo lnclinata domus ludæ conſeruaretur : ex huiuſmodi autem matrimonio bona omnia oriuntur, ſicut dixit Amphiloquius Iconij Epiſcop. in Bibliotheca homil.tom.4. pag. 96. *Inter terrena,* ioquit,*bona primatum obtinent nuptiæ honorabiles, hæ enim ſunt, quæ feracis arboris,elegantiſſimæque plantæ,& fœcunda radicis inſtar virginitatem, animataque & ratione prædita germina proferunt, quarum benedictione mundus creſcit, & genus noſtrum propagatur, & conſeruatur; hæ humanæ naturæ cultrices ſunt,per has,veluti per inſtrumentum diuina in homine imago efformatur;* [n] *hæ diuinæ benedictionis gratiam potitæ, vniuerſum mundum ſuſtentant: hæ adminiſtra ſunt illius, qui vt homo fieret, non niſi nuptiarum interuentu factus eſt homo,quaſi omnia bona, quæ in cæteris nuptiis reperiuntur,in hoc maximè matrimonio reperiantur, in quo aui Christi ſeruatoris in carne generantur.* Vnde D.Augnſt.oon veretur comparare *in lib.de bono coniugali*, matrimonium Abrahæ cum virginitare Ioannis Baptiſtæ. Videndus eſt Plutarch. *in præceptis connubialib.* cum thalamum appellat *officinam modeſtiæ,& non intemperantiæ.* Chryſoſt. *lib.de virginib.cap.*10. illum appellat, *continentiæ portum.* Quare cum hæc mulier non ſibi,ſed Deo nuberet,quemadmodum dixit Noemi, *filia mea, quæram tibi requiem, & prouidebo,vt bene ſit tibi:* in eo enim matrimooio, [o] oon requies illius viduæ ſolius,ſed omnium noſtrom quæſita eſt ttaoquillitas.

[m] E contra verò ſtabilem matura ætas facit.

Amphiloq.

[n] Maturi matrimonij bona & laudes.

Auguſt.

Plutarch.

Chryſoſt.

[o] Hoc igitur matrimonio procurabat Noemi pro nurus ſuæ requie, & noſtra.

TRACTATVS XXIX.

De verbis illis: *lauare igitur,& vngere, & induere cultioribus veſtimentis, & deſcende in aream. Non te videat homo, donec eſum, potumque finierit: quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat: venieſque, & diſcooperies pallium, quo operitur à parte pedum, & proiicies te, & ibi iacebis:ipſe autem dicet tibi, quid agere debeas: quæ reſpondit,quidquid præceperis faciam: deſcenditque in aream, & fecit omnia,quæ ſibi imperauerat ſocrus.* Siue, *De mundo muliebri.*

5. COllectum eſt ex priori diſcurſu oportere, vt Ruth coniugem acciperet; ſecundo autem diſcurſo oſtenditur, quis taodem futorus ſit ille maritus. Sic igitur videtur ordinandus hic diſcurſus huius mulieris: ille vir cuius de agro collegiſti,tibi accipiendus eſt in coniugem. Hoc vt fiat, tria obſeruanda ſunt. De nocte tibi eundum eſt ad eum, quando aream ventilaueris: deinde oportet te ire ornatam,vt vel fucata pulchritudine eius animum tibi concilies, & amorem: præterea occolte veniens ad eius pedes iacebis in area. Hæc media ordinauerat prouida vidua, quæ videbantur accommodatiora ad matrimonium, [p] quæ impudicitiam potiùs quàm pudicitiam redolebant;nocturnum enim tempus importunum eſt pudori;habitus ornatus non eſt accommodatus pudicitiæ;modus occultus eundi ſtare non poteſt cum caſtimonia. Nos igitur examinabimus tria hæc media, vt caſtiſſimum oſtendamus conſilium huius mulieris.

[p] Media quæ ordinauerat Noemi pro conciliando matrimonio Booz, non videntur pudica.

§. I.

Nocturnum quidem tempus pudicitiæ valde ſuſpectum, ſecurum reddidit fidens pro religione animus viduæ iunioris.

Et hac nocte aream hordei ventilat.

PRimus igitur Theodoret. *in Comm.* ſuper hunc librum, apertiſſimè oſteodit, nec Noemi peccaſſe conſulendo, [q] neque Roth obediendo, quia ſic Deus ordioauerat: qood probat ex eo, quia vir ille,venientem ad ſe, & ad ſuos pedes iacentem adoleſcentulam viduam, eùm tamen probus vir eſſet,& maximus legis obſeruator,non reprehendit, [r] ſed potiùs laudauit, dicens: *Benedicta es à Domino filia, & priorem miſericordiam poſteriori ſuperaſti, quia non es ſecuta iuuenes pauperes, ſiue diuites:noli ergo metuere,ſed quidquid dixeris mihi, faciam tibi; ſcit enim omnis populus, qui habitat intra portas vrbis meæ mulierem te eſſe virtutis:* quod profectò ooo dixiſſet, ſi vel conſilium impudicum fuiſſet,vel factum. Io hanc ſententiam videndus eſt Chryſoſtom. imperfect. *homil.* 1. *in Matth.* vbi ita habet: *Ruth inſpiratio Dei eſt appellata,nam niſi inſpiratio Dei in cauſa fuiſſet, non dixiſſet,quæ dixit,nec feciſſet quod fecit. Quid primum laudatur in ea? dilectio generis Iſrael,aut ſimplicitas, aut obedientia, aut fides: dilectio quidem Iſrael, quia deſiderabat ſic filios ex ſemine Iſrael, & vna fieri ex populo Dei: ſi enim communicationem viri deſideraſſet, quaſi puella laſciua, aliquem iuuenem potiùs appetiſſet: quoniam verò non laſciuia ſua,ſed religioni ſatiſfacere cupiens fuit, familiam potiùs ſanctam elegit,quam iuuenilem ætatem: obaudiens igitur ſocrus ſuæ conſiliis,confidenter credidit, quia proſpecturus fuerat Deus actum ipſius, ſciens conſcientiam ſuam,* [ſ] *quia non libido ad hoc eam compulerat, ſed religio erat exhortata:* quod ipſum notauit D. Ambroſ. *lib.* 3. *in Lucam; non poſt iuuenem abiit, ſed virum perfectum ſecuta eſt, vnde meruit audire,quia mulier virtutis es tu,* &c. Ex quibus iam conuincitur,neque conſilium impudicum fuiſſe,neque factum. 6.

[q] Sed neque ſocrus præcipiendo, neque Ruth obediendo peccauit.

[r] Quia non reprehenditur, ſed laudatur in Scriptura.

Chryſoſt.

[ſ] Non enim libidinis, ſed religionis cauſa hæc omnia Ruth executa eſt.

Ambroſ.

Lyraous tamen aſſerit non defuiſſe, [t] qui vtrunque damnauerint impudicitiæ:quod vt meliùs oſtendamus,ſingola media proſequemur, & in vnoquoque aperiemus,ſi quid impudicitiæ in eo reperiatur. Quod igitur dixit de oocte eun- 7.

Lyran.

[t] Non deſunt tamen qui hæc carpant.

dum

[a] *Quod enim de nocte oundum fuit, impudicitiã redolet.*

Apuleius. Beroald. Cæl. Rodig. Suetonius.

dum eſſe, impudicitiam redolet, [a] quia nocturnæ tenebræ, amantium regumenta ſunt, ſicut dixit Apuleius *lib. 9. transform.* & latiùs ibi Beroald. In quam ſententiam videndus eſt Ludouicus Cælius Rodiginius. *lib. 5. lect. antiq. cap.* 6. vbi ex Teochrito refert, mulieres ſolitas eſſe lunæ vota concipere, quia nox accommodata eſt venereis furtis. Id quod aduertit Suetonius Tranquillus *in vita Caligulæ*, quem dixit, adulteria noctibus obire ſolitum capillamento & veſte longa celatum.

Horatius. Apuleius.

Quod etiam dixit Horatius *lib. 2. ſermon.* vbi deſcribit habitum nocturni adulteri. Videndus eſt Apuleius *lib. 8. transformat.* vbi tenebras vocat, *vota amantium*, & *lib. 9.* idem fermè aſſerit.

[x] *Semper enim negotiũ nocturnum aut impudicũ fuit, aut ſceleratum.* Pſalm. 103.

Denique negucium nocturnum [x] ſemper fuit aut impudicum, aut ſceleratum etiam & brutis animantibus, de quibus dicitur Pſalm. 103. *poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ: ortus eſt ſol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur: exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam.* Quibus in verbis voluit regius vates feras immanes, quæ ex rapina viuunt, non audere ſuas rapinas luci oſtendere; interdiu enim dormiunt in latebris, de nocte conſurgunt ad rapinas; odioſum eſt enim quidquid de nocte fieri conſueuit.

Ioan. 3.

Vnde eſt illa prouerbialis ſententia apud Ioann. *Omnis, qui malè agit, odit lucem, vt non arguantur opera eius:* aliquid igitur impudicum habuit, quod de nocte ierit hæc mulier in aream.

8. Rab. Salom.

Id quod magis augetur ſi vera eſt ſententia Rabbi Salomonis, aſſerentis, tempore ventilationis ſolere agricolas meſſoribus ſuis lauta conuiuia proponere: quod notaſſe videtur Author huius libri cum dixit, *hac nocte ventilat.* Colligitur hoc etiam ex illis verbis, *Cumque comediſſet, & bibiſſet, & factus eſſet hilarior*, quod ſignum eſt, celebratum tunc fuiſſe conuiuium. Suſpecta itaque eſt vtraque temporis circumſtantia pudicitiæ, & quòd de nocte iuita eſſet, & quòd ea nocte iuita, [z] in qua conuiuium celebratum erat: eſt maximum ad impudicitiam incitamentum conuiuium: vnde Orphæus *in hymno Veneris* dixit, Venerem ſociam eſſe Bacchi, & dapibus gaudentem: & Apuleius 2. *de transformat.* Bacchum vocat *Veneris hortatorem, & armigerum.* Cuius Philoſophiam oſtendit Auguſt. Eugub. *in Comm. ſuper Pſalm.* 103. explicans ea verba; *educat panem de terra, & vinum lætificet cor hominis;* vbi ita ait, *Inedia frigus introducit in ſanguinem, & ſpiritus vitales diminuit; abundantia autem cibi, & potus nouos generat ſpiritus vitales, & in ſanguinem introducit calorem, vnde lætitia reſultat in corde, & inde diffunditur in cætera membra, quæ ea ratione habiliora redduntur ad ſuas actiones.* Opportuna fuit igitur nox cõuiuij ad impudicitiam.

[z] *Magis verò ſuſpicionem auget, quòd ea nocte, ventilationis ſcilicet, & conuiuij eundum fuit.*

Orpheus. Apuleius. Eugubinus. Pſalm. 103.

§. II.

Nimium corporis cultum, ambitioſam cutis, & capillorum curam, quæ ſunt hoſtilia impudicitiæ arma, honeſta vidua ſana munditie, & vnctione læta in virtutis, & pudoris tranſtulit inſtrumenta.

9. *Lauare igitur, & vngere, &c.*

NVnc iam accedamus ad illa verba, *lauare igitur, & vngere, & deſcende in aream;* poſtulat enim hic locus, & noſtrum hoc ſæculum, vt latiùs hac de re dicamus, in quo cum cætera incompoſita ſint, ſolæ mulieres ornatæ cernuntur, vt nihil omnino compoſitum ſit, & ornatum; ſicut enim dixit Tertull. *hoſtilia arma pudicitiæ ſunt ornatus mulierum, quibus, & pudicitia, & opes pariter impugnantur.* Vt igitur incipiamus à primis verbis huius verſus, quæ pertinent ad munditiem muliebrem, quæ maximè decet fœminas: *mundus igitur muliebris*, ſicut dixit Vlpianus *in L. argumento. ff. de auro, & argento legato §. mundus eſt ille, quo mulier mundior fit;* mulier tamen poteſt eſſe munda, non tamen ornata, vt fieri poteſt in illis, quæ ſe mundauerint lotæ in balneis, non tamen ornauerint; quem tamen dicendi modum Beroald. *lib. 4. de transformat.* non recepit aſſerens, muliebrem mundum eſſe vniuerſa ea, quæ ad cultum, & ornatum mulierum pertinent: id quod plurimis exemplis deducit.

Tertull. [a] *Iam verò quod ornata proceſſit, hoſtilia pudicitiæ arma videtur ſumpſiſſe.* Vlpianus. Beroald.

Tertullian.

Tertull. autem *lib. de habitu muliebri, cap. 4.* diſtinguit ornatum muliebrem in duas partes ita aſſerens; *habitus fœminæ* [b] *duplicem ſpeciem circumfert, cultum, & ornatum: cultum dicimus, quem mundum muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici: ille in auro, & argento, gemmis, & veſtibus deputatur; iſte in cura capilli, & cutis, & earum partium corporis, quæ oculos trahunt: alteri ambitionis crimen intendimus, alteri proſtitutionis,* [c] *perpetuò enim ornata forma libidini lenocinatur.* Certum igitur eſt, ornamenta hæc plerunque impudica eſſe, & propterea eleganter Tertull. loco citato, *templum Dei* (appellauit) *hoc noſtrum corpus, cuius æditua, ſiue antiſtes pudicitia eſt, quæ nihil immundum, nihilque prophanum in illud inferri ſignat, ne Deus ille, qui inhabitat, inquinatam ſedem offenſus derelinquat.*

[b] *Habitus fœminæ cultu & ornatu diſtinguitur: ille in ſuperbia veſtium, hic in cura cutis, & capillorum conſiſtit.*

[c] *Perpetuò ornata forma libidini lenocinatur.*

Cyprian. Tertullian.

Tranſtulit hunc locum Cyprian. *lib. de diſciplina, & habitu virginum:* quibus addenda ſunt ea, quæ idem Tertull. repetit *in lib. de cultu fœminarum cap. 8. Hæc,* inquit, *non ad crudam, & in totum feram habitudinem inſinuandam vobis ſuggeruntur, ſed pudorem ſuademus, modum, cardinem, & iuſtitiam corporis colendi oſtendimus, quia non eſt ſupergrediendum vltra quàm ſimplices munditiæ concupiſcunt, neque vltra Domini placitum; in illum enim delinquunt, quæ cutem medicaminibus vngunt,* [d] *diſplicet illis plaſticum Dei; reprehendunt enim cum emendant, & adiiciunt, vtique ab aduerſario artifice ſumentes additamenta, à diabolo: Nam quis corpus monſtraret mutare, niſi qui hominis ſpiritum malitia transfigurauit, vt in nobis quodammodo manus Deo inferret; quod enim naſcitur, opus Dei eſt;* [e] *quod fingitur negotium diaboli eſt.* Ex quibus euincitur ſuperfluũ cultum damnandum omnino eſſe, munditias autem decere honeſtas fœminas: quod Hieronym. dixit, & Cicero *in epiſt. 2. ad Brutum:* ita Hieron. inquit, *matronas decet neglecta munditiæ.* Cicero autem ita habet: *quædam etiam negligentia diligens eſt, præſertim in mulieribus, quarum nonnullæ dicuntur eſſe inornatæ, idipſum tamen præcipuè eas decet.*

[d] *Quæ autem medicaminibus vngunt, reprehendunt opus Dei, à diabolo ſumentes additamenta naturæ.*

[e] *Quod enim naſcitur, opus Dei eſt; quod fingitur, diaboli negotiũ.*

Cicero. Hieron.

Quod ergo Noemi dixit, *lauare*, vt iam proximè accedamus ad ornatum muliebrem, pertinet [f] illud quidem ad munditiem muliebrem, quæ in fœminis ſemper amabilis fuit. Vnde Clemens Alexand. *lib. 3. pædagog. cap. 9.* lauari permittit mulieribus in balneis, tum emundationis, tum ſanitatis cauſa, viris autem ſolummodo ſanitatis gratia. Vnde eſt illud apud Tertull. in apologetico, capite 42. *lauor autem honeſta hora,* 10.

[f] *Decet nihilominus mulierem lauari ob mũditiem, quæ ſemper in fœminis amabilis fuit:*

Clem. Alex. Tertull.

hora & ſalubri, quæ mihi colorem, & ſanguinem ſeruet. Vnde Iudith, & Suzana ſanctiſſimæ mulieres lotionibus corpora cūrauerunt: quodque magis & Ioan. Euangeliſta balneis vſus fuit, ſicut refert Irenæus, Epiphan. & Euſeb. Cæſarienſ. quoniam ſcilicet, ita in more poſitum erat apud Palæſtinos: lauandi autem peculiarem rationem habuit Ruth, [g] ex eo quia occupationibus ruſticanis dedita, ſordes, & puluerem contraxit: vnde & ille Scipio Carthaginenſis bonor, ſicut refert Seneca epiſt 87. *Balneo corpus abluebat à laboribus ruſticis feſſum, exercebat enim opera ruſtica, ſicut agricola.* Verùm Philo *lib. de mercede non recipienda ex meretrice*, vbi impudicam mulierem deſcribens, duo hæc præcipuè in ea notauit, *recens lota, & ſpirans vnguenta fragrantiſſima.*

Irenæus. Epiphan. Euſeb. Cæſ.

[g] *Præſertim verò ruſticanis occupationibus deditas, vt Ruth.*

Philo.

11. Vnde iam ſequitur pars altera eius ornamenti, eum dixit, *vngere:* vnctiones autem non decere mulieres honeſtas aduertit Clem. Alexandr. *lib. 3. Pædag. cap.* 8. quo in loco videtur agere de hac muliere, quæ de nocte vnguento delibuta iuit in aream. [h] Sunt autem eius hæc verba: *Coronarum autem, & vnguentorum vſus, non eſt nobis neceſſarius; ad libidines enim, & voluptates impellunt, maximè cum nox prope eſt.* Quod ſi quiſpiam obiiciat: mulier illa attulit *Luc.* 7. alabaſtrum vnguenti plenum, quo vnxit pedes Domini, & eos terſit capillis ſuis; ſed tamen mulier Verbi nondum particeps, erat enim adhuc peccatrix, eo autem, quod apud ſe pulcherrimum exiſtimabat, vnguento honorauit Dominum, atque etiam ornamento corporis ſui, nempe capillis ſuis abſterſit vnguentum quod redundabat, libans Domino lachrymas pœnitentiæ: propterea autem Chriſtus eius excepit oblationem, non quòd ea ornamenta pudica eſſent, ſed quia illa obtulit, quæ pretioſa iudicauerat, capillos, & vnguentum; ſic enim exiſtimauit Gentianus, ſoluendam eſſe eam obiectionem; ideo enim magnificum eſſe vnguentum putat, quia eo vſus eſt, eum adhuc peccatrix eſſet: ſed ideo illud magnifecit Chriſtus Dominus, quia illa obtulit id, quod apud ſe optimum, ac præſtantiſſimum iudicabat, alioquin enim vnguentum pretioſum [i] ſymbolum eſt impudicitiæ. Id quod ſimilitudine oſtendit idem Clem. Alexand. *Quomodo*, inquit, *canes, qui ſunt ſagaces, naribus feras odore inueſtigant, ita qui ſunt moderati, & temperantes, nimia, & curioſa odorum fragrantia, venantur intemperantes.* In quam ſententiam videndus eſt Plinius *lib.* 13. *natural. hiſt. cap.* 3. vbi docet, *vnguentum eſſe materiam luxus è cunctis maximè ſuperuacuam, margaritæ enim, & gemmæ ad hæredem tranſeunt, veſtes prorogant tempus, vnguenta illico expirant, ac ſuis moriuntur horis; ſumma commendatio eorum, vt tranſeunte fœmina odor inuitet etiam aliud agentes, excedunt quadragenos denarios libra, tanti emitur voluptas aliena; etenim odorem qui gerit, ipſe non ſentit.* Eſt igitur pudicitiæ irritamentum, [l] & ad ſolas impudicas mulieres pertinet vnguentum: quod de Venere dictum eſt, quemadmodum refert Rodiginus *lib. 23. cap. 26.* cùm ea enim properaret ad ſuum Adonidem, læſa eſt in pede, & de ore eius vulneris roſas alioquin albas rubefecit: iiſdémque odorem impreſſit ex odore, ſiue vnguento, quo delibuta erat. Fabula ſignificat prophanam mulierem vnguento maduiſſe, quod idem retulit Apuleius de prophano Amore eius filio lib. 5. transformat. *Vidit capitis aurei genialem cæſariem ambroſia temulentam, ceruices lacteas, genáſque purpureas.* Videndus eſt Martial. *lib. 3. epigram.* eum de Gelia ita dixit:

Clem. Alex.

[h] *Illud verò excuſari minimè poſſe videtur, quod vnguento delibuta de nocte iuit.*

Luc. 7.

Gentian.

[i] *Vnguentum enim pretioſum ſymbolum eſt impudicitiæ.*

Plinius.

[l] *& ad ſolas impudicas mulieres pertinet.*

Rodigin.

Apuleius.

Martial.

— Quocunque venis, coſmum migrare putamus,
Et fluere excuſſo ſyuama fuſa vitro.

Sic enim depingit inhoneſtam mulierem. Vnde Poëta *Æneid.* 1. [m] non aliunde cognitam dixit à filio ſuo Ænea prophanam Venerem, quàm ab odoribus, quibus affluebat:

Dixit, & auertens roſea ceruice refulſit,
Ambroſiæque comæ diuinum vertice odorem
Spirauere, pedes veſtis defluxit ad imos
Et vera inceſſu patuit Dea.

[m] *Nec aliunde cognita prophana Venus, niſi quòd odoribus affluebat.*

Virgilius.

Quaſi vellet ex odore Venerem cognouiſſe, ex inceſſu autem Deam: vnde dixit Hieronym. ad Demetriadem, id quod petitum ex Cicerone eſt. *epiſt. 2. ad Atticum*, & ex Plauto *in Muſtellaria:*

Hieron. Cicero. Plauto.

Mulier rectè olet, vbi nihil olet.

Cum igitur hæc vidua Ruth vnguento delibuta fuerit, impudicum videtur hoc medium, & inhoneſtum.

12. Non eſt autem putandum ea mente hanc mulierem inunctam fuiſſe oleo, qua ſolent impudicæ mulieres ſe inungere, [n] ſed potiùs de more Orientalium mulierum, quæ ſolent ſecundis in rebus oleo ſe inungere in ſignum lætitiæ, & hilaritatis: quo ſenſu videtur dictum à Chriſto Domino Matth. 6. *Tu autem cum ieiunas, inunge caput tuum:* quem locum Chryſoſt. *hom.* 21. *in Matth.* & Imperfect. *hom.* 15. *in eundem Matth.* & *ibidem* Hieronym. interpretantur, non de vnctione, ſed potiùs de lætitia per vnctionem ſignificata, vt caput vnguento delibuere, ſit lætitiam, & non triſtitiam præ ſe ferre; ieiunantes enim voluit eſſe lætos, & hilares, de more eorum, qui ſecundis in rebus oleo vnguntur. Qua de re videndus eſt locus 2. *Reg.* 14. & 4. *Reg.* 4. *Iudith.* 10. & 16. *Heſter* 2. ſic enim intelligendus eſt ille locus ex Pſal. 22. *Impinguaſti in oleo caput meum*, id eſt, ſumma me perfudiſti lætitia. Sic etiam eſt intelligendus ille alius locus Pſalm. 103. *Vt exhilaret faciem in oleo.* Cum autem hæc mulier ad ſponſalia properaret, de more nubentium [o] oportebat eam deponere vidualem triſtitiam, & oleo perfuſam eſſe, ſiue inunctam. Quo ſenſu ex recentioribus quidam poſt Origenem voluit intelligendum eſſe eum locum Cantic. 1. *Oleum effuſum nomen tuum*, id eſt, iam haberis, & diceris deſponſatus; ſolent enim ſponſi odoribus vti ad conciliandum amorem ſuarum ſponſarum; conciliatur enim maximè amor odoribus, quemadmodum dixit Plato *in ſympoſio*, ſiue, *in conuiuio de amore: Vbicunque:* inquit, *floridus, & odoriferus eſt locus, ibi gratiſſimè amor conquieſcit.* Vt iam mirum non ſit, quòd ea mulier, quæ properabat ad ſponſalia celebranda, vnguento pretioſo ſit delibuta, ad eius [p] ſponſi amorem, & animum ſibi conciliandum.

[n] *Non ſic autem Ruth oleo ſe inungit, ſed de more Orientalium in ſignum lætitiæ & hilaritatis.*

Chryſoſt. Imperfect. Hieron.

1. Reg. 14. 4. Reg. 4. Iudith. 10. & 16. Heſter. 2. Pſalm. 103.

[o] *Debebat namque ad ſponſalia procedentem deponere vidualem triſtitiam.*

Cantic. 1.

Plato.

[p] *Vt poſſet amorem & animū viri, elegans ſibi munditie conciliari.*

13. Scio ſolere impudicas mulieres fuco inungere facies ſuas; ſicut enim dixit Philo in lib de mercede meretricis non recipiēda in ſacrario, *eſt mulier ſua forma prodiga, aſcititiæ auida*, [q] non tamen crediderim ad hunc modū intelligendam eſſe vnctionem Ruth, talis enim vnctio impudica eſt. Id quod ſimilitudine oſtendit Gregor Nazianz. oratione habita in mulieres ambitiosè ſe ornantes; *Ferunt pauonem inſolentem, cum curuato collo, pennisque gemmantibus circulum efficit, fœminas clangore ſuo ad Venerem inuitare; eodem modo admodum irabor, ſi tu aliam ob cauſam formam pingas, niſi vt nitidorum, & ſalacium virorum oculos ad*

Philo.

[q] *Nequaquā autem putatur Ruth fuco vnxiſſe faciem meretricio more.*

Nazianz.

in

Nazianz.
4.Reg. 9.

te conuertas. Quibus addenda ſunt ea, quæ Nazianz. dixit ibidem de impudica Iezabele, quæ habentur 4.Reg. 9. *Ferox*, inquit, *Iezabel oculos pinxit, cæterum meretricio cruore meretrices perfudit.* Sic enim eleganter eam vocauit impudicam, quia inunctam. Cùm autem dixit, *cruore meretricio meretrices perfuſas fuiſſe*, alludit ad prouerbium Græcum antiquum, quo meretrices in oculis geſtare impudicitiam ſignificabant, quaſi iam in oculis, non pupillas, ſed potiùs prophanas meretrices geſtaſſent mulieres impudicæ: talem vocauit Nazianz. Iezabelem, quia oculos vnxerat; contra quem fucum dictum eſt a D. Auguſtino lib. de ſermone Domini in monte: *Quanta*, inquit, *amentia eſt effigiem mutare, naturæ picturam quærere? tolerabilia propemodum adulterij crimina ſunt, quàm naturæ; illic enim impudicitia violatur, hic natura læditur.* Similia ſunt ea, quæ dixit D. Hieronym. in epiſt. ad Furiam: *Erubeſcat mulier Chriſtiana, quæ naturæ cogit decorem, quæ vt decora videatur, naturæ ipſi vim infert.* Notarunt enim omnes patres huiuſmodi mulieres adulterantes faciem, & naturæ, & Deo vim inferre, non aliter quàm ſi quis abſolutam aliquam tabulam a perfectiſſimo pictore emendare conetur; Sic prorſus quæ pulchritudini innatæ aliquid addunt, conantur aliquid addere operi Dei iam abſoluto, & perfecto, quod ſine iniuria Dei fieri nequit: ita Clem. Alexand. & D. Cyprian. [t] Vel igitur ex hoc capite grauiſſimum peccatum eſt. Quibus addenda ſunt ea, quæ Gregor. Nazianz. dixit in citata *orat.* 8. contra mulieres: *Denique*, inquit, *qui primum Dei figmentum illinere aggreſſus eſt*; *pereat quiſquis ille fuit, qui primus coloribus, atque figmentis impudicitiam adiungit; vt enim impudentes natatores, virorúmque nomine indigni larua primum faciem tegunt, atque deinde ſequuntur, quæ inhoneſta rei conueniunt, ſaltationes nimirum, ac turpis membrorum ſolutio ſtultis hominibus gratiſſima, ad eundem modum, hæ quoque poſtquam alienam formam externè induerint, ita demum, vt picta illa, & fucata forma dignum eſt, mouentur, proinde ne faciem tuam pingas, ne cuti tuæ impoſturam facias; nullam enim ipſe aliam pulchritudinem agnoſco, quàm quæ natura dono contigit, nam & præſtantiores eas opes eſſe iudico, quas pater reliquit, quàm illas, quas manus meæ iniuſtis actibus collegerunt, quamuis multis partibus illas ſuperent.* Videndus eſt Ambroſ. *lib.* 1. *de virginib.* vbi fucatam pulchritudinem appellat, *libidinis irritamentum.* Quæ fuit ratio cur Xenoph. *in ſuo Oeconomo* probauit non decere honeſtam fæminam ſe fucare: ſi enim non decet adumbrata bona in matrimonium adducere, [ſ] minùs decebit adumbratam carnem, & fucatam pulchritudinem; non videtur igitur honeſtè feciſſe hanc mulierem ſi fuco ſe ornauit ad quærendum ſponſum.

Auguſt.

Hieron.

Clem. Alex.
Cyprian.

[t] *In iſtis enim vnctionibus grauiſſimum peccatum eſt.*

Ambroſ.

Xenoph.

[ſ] *Maximè verò hoc dedecet ad matrimonium euntes, & quare.*

14. Sit igitur reſponſio in primis petita ex veritate Hebræa, quam ſi conſulamus hoc loco, inueniemus, verbum Hebræum potiùs ſignificare, *mundare, & à ſordibus te abſterge*, [t] quàm ſignificare fucum muliebrem, decebat autem eam, quæ properabat ad nuptias, non accedere fædam, aut incompoſitam: non negauerim tamen eandem vocem Hebræam ſignificare vnctiones illas muliebres, quæ ad faciem componendam, inuentæ ſunt, præſertim cum paraphraſis Chaldaica ad hunc locum, rem de pompa muliebri videatur interpretari; ſic enim habet: *lauas te ex delibuta, iucundè oleas, concinnéque veſtita, deſcendes in aream*, quali vnctione vſam fuiſſe ſanctiſſimam fæminam Suzannam docet Daniel *cap.* 13. poſtquam enim lota eſt, præcepit fæminis ſuis vt adducerent oleum, & ſmegmata quibus faciem ablueret, & concinnaret. Videndus eſt D. Thom. 2. 2. *q.* 169. *a.* 2. *ad* 2. vbi ex ſententia Cypriani, fucatam pulchritudinem omnino impiam eſſe docet propter duas præcipuas rationes. Prima eſt, quia iniurioſa Deo eſt, incrementa, ſcilicet, addere diuino operi. Deinde, quia laſciua eſt ea pulchritudo, & proſtitutio corporis videtur ad impudicitiam vehementer mouens. Vnde D. Thom. infert, aliter fucare faciem ex leuitate, [u] non ita graue peccatum eſt, licet autem interdum tantiſper faciem ornare, præſertim maritatis fæminis, vel illis, quæ ſponſos quærunt, præſertim ſi hoc potiùs ſit natiuum aliquem defectum ſupplere, quàm pulchritudinem affectare: licet enim ornatu aliquando mulieres amorem ſponſorum ſibi conciliare. Vnde notauit Plutarch. *in Laconicis*, cuidam roganti cur virgines aperta facie, [x] vxores autem velata in publicum procederent? ita reſponſum fuiſſe, *quia virgines maritos ſibi inuenire oportet; quæ vero habent maritos, ſe illis reſeruare debent.* Cui ſententiæ patrocinatur illud, quod Caius Sulpitius dixit apud Valerium *lib.* 6. *cap.* 3. Is enim vxorem ſuam dimiſit, quòd eam capite aperto foris verſatam cognouerat, *Dura*, inquit, *ſententia, ſed tamen aliqua ratione munita, lex enim*, inquit Sulpitius, *tibi meos tantùm præfinit oculos, quibus & formatam te approbes, & placere deſideres, his decoris inſtrumentis comparata, his eſto ſpecioſa, horum & certiori crede notitia: vlterius tuus conſpectus ſuper vacua irritatione accerſitus, in ſuſpicione & & crimine hæreat neceſſe eſt.* Vnde videtur principium habuiſſe eam ſacram conſuetudinem, qua conſuetum eſt ſacrarum virginum facies velari in ſolemni ſua traditione [y] poſt ſactam profeſſionem, de more earum mulierum, quæ ante matrimonium aperta facie incedunt, poſt matrimonium autem velata; nec enim decet virgines ſacras poſtquam Chriſtum ſponſum inuenerunt, alienis oculis ſuam prodere pulchritudinem. Ex quibus iam fit non eſſe condemnandam impudicitiæ Ruth, ſi modicè ſe ornauerit ad conciliandum amorem ſui ſponſi.

[t] *Cæterùm ex veritate Hebræa monſtratur vnctione Ruth, munditiem tantùm, non fucum extitiſſe.*

Dan. 13.

D.Thom.
Cyprian.

[u] *Ex leuitate fucare faciem non ita graue eſt peccatum.*

Plutarch.

[x] *Apud veteres virgines aperta facie, maritatæ operta in publicum procedebant, & quare.*

Sulpitius.

[y] *Vnde fortè mos velandi ſacras virgines poſt votorū emiſſionem ſolemnem.*

§. III.

Tametſi pretioſæ veſtes in fæminis, gemmis, & auro diſtincti crines, proſtitutores ſint pudicitiæ, intuentium oculorum gladius, & venenum, (quantum hæc fædiora viris!) fuit tamen pulchritudini honeſtè, ac iuxta morem Patriæ ornatæ meritum adeo ſublime, vt Deum meruerit carne induere.

Induere cultioribus veſtimentis.

SEd iam accedamus ad alteram ornatus partem, quæ in 15.
veſtibus, & gemmis poſita eſt, explicantes ea verba, *induere cultioribus veſtimentis.* Illud autem in primis aduertendum eſt, quod, inquit Hieronym. *ad Gaudentium*, de educatione Paccatulæ

Hieron.

tulæ adoleſcentulæ, ſtudioſum, ſcilicet, & amant [a] ornatus eſſe genus fœmineum, ita vt quemadmodum idem Hieronym. dixit epiſt. ad Demetriadem, ad corporis ornatum, cultumque ardere, atque inſanire ſoleant ſtudia matronarum; cum tamen, ſicut aduertit Tertull. lib. de habitu muliebri, ſtatim in principio, eas potiùs deceat fletus, quàm ornatus; neque enim decet eas, quæ circumferant Euam [b] lugentem, & pœnitentem ſe ornare, ſed potius flere, vt expiare poſſint plenius, quod de Eua trahunt, omnis ſatisfactionis habita, in dolore paries illis dictum eſt, & ad virum tuum conuerſio tua, ille dominabitur tui, & Euam te eſſe neſcis? viuit ſententia Domini ſuper ſexum iſtum in hoc ſæculo, viuat & reatus neceſſe eſt: tu es diaboli ianua, tu es arboris illius reſignatrix, tu es diuinæ legis prima deſertrix, tu es, quæ eum ſuaſiſti, [c] quem diabolus aggredi non valuit: tu imaginem Dei tam facile alliſiſti; propter tuum meritum etiam filius Dei mori habuit, & adornare tibi in mente eſt ſuper pelliceas tuas tunicas? Quo argumento Chryſoſt. vtitur contra mulieres ſe ornantes hom. 18. in Geneſim.

[a] Genus fœmineum valde ſtudioſum ornatus.

[b] Quas ſemper decebat Euam lugentem circumferre.

[c] Quippe quæ ſuaſit viro malum, quem diabolus aggredi nō valuit.

Chryſoſt.

16. Tertull.

Deinde ſic rem proſequitur idem Tertull. Age nunc ſi ab initio rerum, & mille ſi oues tonderent, & Seres arbores nerent, & Tyrij tingerent, Phryges inſuerent, & Babylonij intexerent, & margaritæ canderent, & ceraunia coruſcarent, ſi ipſum quoque aurum de terra cum cupiditate prodiſſet, ſi iam ſpeculo tantùm mentiri liceret, hæc & Eua concupiſceret de Paradiſo expulſa (iam mortua opinor) ergo nec nunc appetere debet, aut noſſe, ſi cupit reuiuiſcere, quæ nec habuerat, nec nouerat quando viuebat: ideo omnia iſta damnata & mortuæ mulieris [d] impedimenta ſunt quaſi ad pompam funeris conſtituta. Quibus addenda ſunt ea, quæ notauit Ambr. lib. 6. de viduis, cùm dixit de ſanctiſſima pariter, & pulcherrima Iudith, ſtatim parta victoria depoſuiſſe pretioſas veſtes, & mundum muliebrem, induiſſeque veſtes viduales, eas enim exiſtimauit meliores, quibus vitia corporis, quàm quibus hoſtium arma vincuntur. Videndus eſt Bar. tom. 1. ann. anno. 57. cap. 88. vbi oſtendit veteres omnes Apoſtolicos Patres, vt fœminas in officio continerent, circa ornatum laboraſſe, præcipuéque D. Paulus multa dixit hac de re 1. Timoth. 2. & Princeps Apoſtolor. in Canon. 1. cap. 3. contra hanc igitur petulantiam breuiter à nobis agendum eſt, vt quæ pernicioſa ſit & moribus, & rebus.

[d] Ornamenta mulieris impedimenta quaſi ad pōpam funeris inſtituta.

Ambr.

Baron.

1. Timoth. 2.
1. Petr 3.

17. Inter primas igitur ſpecies ornatus muliebris, primas [e] partes habere viſa eſt cæſaries, ſiue capillorum ornamentum, ſicut notauit Apuleius lib. 2. de transformatione: Si cuiuſlibet pulcherrimæ fœminæ capitis capillo ſpoliaueris, & faciem natiua ſpecie nudaueris, licet illa cælo deiecta, mari edita, fluctibus educata, licet, inquam, Venus ipſa fuerit, licet omni gratiarum choro ſtipata, & toto cupidinum populo comitata, & baltheo ſuo cincta, cinnamoma fragrans, & balſama rorans, calua proceſſerit, placere non poterit, nec Vulcano ſuo, adeo exiſtimarunt cæſariem conducere ad pulchritudinem; tanta enim eſt capillamenti dignitas, vt quamuis auro, veſte, gemmis, omnique cætero mundo exornata incedat mulier, tamen niſi capillum diſtinxerit, [f] ornata non poteſt videri. In quam ſententiam intelligendus eſt ille locus obſcurus Canticor. 4. vbi cum Sponſus cœpit laudare eximiam ſuæ Sponſæ pulchritudinem, columbinos eſſe eius oculos dixit, nec habuit ſatis dixiſſe, columbinos fuiſſe, niſi pariter dixiſſet peculiarem decorem addidiſſe oculis cadentem cæſariem, & pendulos à fronte flauos capillos; ſic enim ille ait, Oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet; capilli tui ſicut grex caprarum, quæ aſcendunt de Galaad. Verba autem ea, abſque eo, quod intrinſecus latet, ex fonte Hebræo, ſic interpretari poſſunt, oculi tui columbini inter cincinnos tuos; peculiarem enim leporem addunt capilli cadentes de fronte, ſi flaui ſint, quos antias veteres Latini vocarunt. Vnde fortaſſis petita eſt vox Luſitanica, quaſi illa cæſaries mille ſollicitudines prophanas excitare ſoleat: vnde cæſariem mulieres cæteris ornamentis ſemper præpoſuerunt. Quæ fuit ratio, cur celebris illa Berenice, cuius meminit Nazianz. orat. 4. in votum pro parta victoria à Patre, abſciſſos capillos Diis conſecrauerit, quos inter [g] ſydera relatos veteres fabulantur. Melius multo monialium ſacratum cæſaries inter ſtellas collocanda, cùm propter religionem abſciſſa ſit. In Phedra apud Hypolitum præuignum ſuum ſicut habetur in Seneca Tragico, actu vltimo Hypoliti, omnino ſe ſeparatam eſſe oſtendit, cum abſciſſos capillos eidem dedit, ſic enim illa dixit,

[e] In mulieris ornatu primas habet capillorum diſtinctio.

Apuleius.

[f] Quæ ſi deficiat, quamuis aurum, & gemmæ ſuperſint, nihili ſunt in fœmina.

Cantic. 1.

Nazianz.

[g] Hinc apud Gentiles votum pro parta victoria capillorum ſacratio abſciſſorum quos inter ſydera collocarunt veteres.

Tragicus.

Capitis exuuias cape, laceræque frontis
Accipe abſciſſam comam.

De more enim eorum, qui magnam aliquam vrbem ceperunt, inter ſpolia id quod pretioſius eſt, ſolent Imperatori, ſeu Duci offerri, ſic illa de parta victoria, nobiliſſimum ſpolium offert, abſciſſam ſcilicet cæſariem; hæc enim prima pars eſt totius muliebris pulchritudinis. Vnde iuſtus Lypſius lib. 2. elector. cap. 6. refert veteres matronas Romanas difficillimis in rebus reipublicæ ſolitas eſſe ſuis crinibus pauimenta templorum verrere, ita ſignificantes ſuam vniuerſam [h] gloriam iam periiſſe, in fœminis enim nihil maius eſt quàm cæſaries. Vnde ſi forte deſint capilli, ſibi peregrinos inſuere ſolent. In quam ſententiam dixit Nazianz. cauete ò mulieres, ne caput veſtrum nothis, & adulterinis crinibus, tanquam turribus quibuſdam muniatis, mollia colla de ſcopulis oſtentantes. Quibus ſunt ſimilia ea, quæ Nazianz. dixit in carminibus:

Lypſius.

[h] Mulierum gloria capilli.

Nazianz.

Nazianz.

Ne capita turrificate adulterinis crinibus.

Quod Lucan. ſignificauit cum dixit in carminibus,

Lucanus.

Turritamque gerens fronte matrona coronam.

Melius Tertull. lib. de cultu fœminarum, cap. 7. Affigitis neſcio quas enormitates ſubtilium, atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum, quaſi vaginam capitis, & operculum verticis; nunc in ceruicem retro ſuggeſtum, mirum quod contra [i] Domini præceptum contenditur ad menſuram, neminem ſibi adiicere poſſe pronunciatum eſt Matt. 6. vos planè adiicitis ad pondus colliridas quaſdam ſcutorum vmbilicos ceruicibus aſtruendo, ſi non pudet enormitas, pudeat inquinamentum, ne exuuias alieni capitis forſitan immundi, forſitan nocentis, & gehennæ deſtinati, ſancto, & Chriſtiano capiti imponatis, imò hanc ornatus ſeruitutem à libero capite propellite. Similia habet Clem. Alexand. lib. 3. Pædagogi, cap. 11. Meretricij capillorum plexus, & catenarum nexus, tum eas deformes reddunt, tum etiam capillos diſcerpunt artificioſis incertis vinculis auellentes: quo fit, vt ne ſua quidem tangant capita, ne capillos confundant pertimeſcentes, alienorum autem capillorum appoſitiones ſunt omnino reiicienda, quia externas comas capiti adhibere eſt maximè impium.

Tertull.

[i] Quæ contra Domini præceptum alienis crinibus ad menſuram contendunt adiicere turritos vertices.

Matth. 6.

Clem. Alex.

Propterea principes Eccleſiæ Petrus, & Paulus

colligere

colligere arma iubent Veneris, & capillos colligare ne noceant, ſi diffuſi ſint; ſic enim Petrus dixit, 1. Can. 3. *mulierum non ſit extrinſecus capillatura,*[l] cobrios cabellos, *aut circundatio auri*, & Paulus 1. *ad Timoth.* 2. ſobriè ornare iubet fœminas, *non intortis crinibus*, etenim prophanis crinibus proſtitutis, quaſi quibuſdam vinculis trahuntur petulantium animi. Similia ſunt ea, quæ Clem. Alexand. dixit in ſuo pædagogo. *Mulieribus crines mollire ſufficit*, [m] *& tenui aliqua fibula comam adnectere ſingulatim*, honeſtamente. In quam ſententiam videtur illud dictum Cant. 7. cùm ſponſus ſuæ ſponſæ cæſariem laudans dixit: *Coma capitis tui ſicut purpura Regis iuncta canalibus*: quibus in verbis commendat nudam, & natiuam cæſariem ſuæ ſponſæ alienam ab omni ornatu, atque honeſtè compoſitam, qualem cauſam volebat D. Petrus loco citato; talis enim eſſe poteſt ſenſus eorum verborum: Tanta eſt pulchritudo tuæ cæſariei, O Sponſa, vt per ſe ſola conferri poſſit, & comparari cum Regia purpura; in eo autem mihi pulchrior videtur, quòd ſic decenter colligitur, vincitur, & continetur in redimiculis, ſicut aqua colligitur in ſuis canalibus, vt eam quò velit, deriuare poſſit agricola, ne pereat eundo, vel noceat; ſic tua cæſaries colligata, nec effunditur, nec nocet, qualem decet habere cæſariem honeſtas fœminas, decenter ſcilicet, & honeſtè compoſitam, ne quenquam offendere poſſit, qualem [n] crediderim habuiſſe compoſitam hanc viduam, non ſicut illa alia Virgiliana, quæ vbi primum ſoluit pudorem, continuò crines mutauit in auro.

1. Petr 3. [l] Quam extrinſecus capillaturam prohibent Principes Eccleſiæ. 1. Timoth 2. Clem. Alex. [m] Honeſtis enim mulieribus ſufficit tenui fibula comam adnectere. Cant 7. [n] Qualiter & Ruth crediderim ſe compoſuiſſe.

19. Conſequens iam eſt, vt alteram ornatus partem, quæ poſita eſt in gemmis, in auro, & pretioſis veſtibus proſequamur, de cuius explicatione pendet vera intelligentia eorum verborum, *Induere cultioribus veſtimentis*; apparebit enim quatenus liceat fœminas pulchritudinis gratia ſe ornare. Pro qua re videndus erit D. Thomas, 2. 2. q. 169. a. 2. quo in loco Caietan. diſtribuit veſtimenta in tria genera, [p] triplex enim eſt ornamenti genus. Primum eſt ad fouendum corpus, & ad repellendas iniurias aëris, & cæli, quod ornamentum neceſſitatis eſt à diuina prouidentia præparatum, & inuentum, quando tunicas pelliceas dedit parentibus noſtris, quos nudos inuenerat in paradiſo poſt peccatum. Secundum autem ornamentum honeſtatis eſt, quod inuenerat Adamus in velamen pudicitiæ, conſuens ſibi, & mulieri perizomata ex foliis. Tertium ornamentum, hominum inuentum eſt, honoris, ſcilicet, & pulchritudinis: Honoris, inquam, quia recta ratio dictat, vt quilibet, prout decet, ſe ornet, quia in hac vita exteriora ornamenta ſunt quædam interiorum teſtimonia: ornatus autem pulchritudinis [q] proprius eſt mulierum, quas oportet ornari vt pulchras ad habendos maritos, vel eos conſeruandos: in tantum autem quælibet harum cauſarum ornatus exterioris eum honeſtat, vt nec peccatum veniale ſit, mulierem ornatam ſecundùm decentiam ſui ſtatus ampliùs ornari, vt pulchra ſit viro ſuo; ſicut enim licet apponere honoris ornamenta, ſic pulchritudinis addere ſuper veſtes honoris, vt mulieres placeant viris ſuis. Vnde *Cantic.* 1. introducitur ſponſa, quæ iam properabat ad nuptias decentiſſimè ornata, de more ſcilicet earum, quæ recenter nuptæ ſunt, atque etiam pro ratione ſuæ conditionis, quæ Regina erat, quo pacto eandem deſcribit Regius vates Pſalm. 44. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate*; ſic enim legenda ſunt ea verba Cant. 1. *Pulchra ſunt genæ tuæ ſicut turturis, & collum tuum ſicut monilia*, vt ad ornatus nuptiales accommodari poſſit, quemadmodũ ex Hebræo colligitur, *pulchra ſunt genæ tuæ in ornamentis, & collum tuum in monilibus*,[r] fas enim eſt in montibus, ſponſis, ac nouis nuptis, ſeſe decenter ornare, vt placeant maritis ſuis pro conſuetudine patriæ ſuæ, & gentis ſuæ, addunt enim ornamenta leporem natiuæ pulchritudini, nõn aliter quàm tabulæ pulcherrimæ depictæ decorem addit optimum lumen, *ars enim plerunque perficit naturam*, teſte Ariſtot. 2. *Phyſ.* magna enim ad bonitatem naturæ fit acceſſio, ſi munus à Deo naturaliter datum, artis, & induſtriæ adiunctione, reddere quis malit illuſtrius, quàm inertia obſcurare. Conſonat huic doctrinæ locus ille Apocalypſ. 21. *Vidi ſanctam ciuitatem Ieruſalem nouam deſcendentem de cælo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo*: nec enim lex diuina prohibet ſponſas decenter ornari viris ſuis, nam & *Gen.* 24. legimus, Rebeccam [ſ] à ſeruo Abrahæ accepiſſe inaures appendentes ſiclos duos, & armillas totidem ſiclorum decem, quibus ſe ornaret, vt pulchrior videretur Iſaco ſponſo ſuo. Ex quibus iam fit hanc noſtram viduam Ruth non exceſſiſſe ornatum pulchritudinis de more illius gentis, præſertim ſi conſulamus Hebraicam literam, quæ potiùs hoc loco habet, *pone veſtes tuas ſuper te.* Quod autem vulgatus interpres dixit, *induere cultioribus veſtimentis*, de more illius gentis locutus eſt, atque etiam de conſuetudine earum, quæ ad nuptias properant; ſolent enim deponere viliores veſtes, & elegantiores induere, ſicut feciſſe legitur Iudith *cap.* 10. quando ſe præparauit ad illud pulcherrimum facinus, ſicut etiam dixit Clem. Alexand. *lib.* 3. *Pedagog.* c. 2. *Solam Heſter iuſtè inuenimus ornatam, quia myſticè ornabatur, eius enim pulchritudinis pretium inueniebatur,*[t] *quo liberatus eſt populus, qui interficiebatur.* Si igitur Iudith ſe ornare potuit, vt hoſtem interimeret, ſi Heſter, vt populum liberaret, cur liberum non erit etiam Ruth decenter ſe ornare,[u] vt filium Dei carne indueret, & vt labentem domum Iudæ repararet? lota igitur, mundata, atque decenter ornata tempore ſuæ deſponſationis decenter hæc mulier deſcendit in aream.

D. Thom. Caiet. [p] Tria veſtimentorũ genera licita, neceſſitatis, honeſtatis, & honoris, & pulchritudinis. [q] Hic poſtremus mulieris proprius. Cant. 1. Pſalm. 44. Cant. 1. [r] Fas enim eſt ſponſis, ac nouis nuptis ſeſe decenter ornare. Apocal. 21. Gen. 24. [ſ] Sanctæ enim mulieres ſeſe ornarunt armillis aureis. Iudith. 10. Clem. Alex. [t] Sic pulchritudinis ornata pretiũ fuit in Iudith & Heſter liberatio populi. [u] Quanto felicius Ruth ſeſe ornauit, vt filium Dei carne indueret.

20. Si quis autem obiiciat contra ea, quæ hucuſque diximus de ornata pulchritudine, ornamenta ſcilicet muliebria ex ſua natura [x] prouocatiua eſſe ad concupiſcentiam, ac proinde minimè liberum eſſe mulieribus ſe ornare: Reſpondendum eſt ex Patrum doctrina, quos ſtatim citabimus, etiam natiuam pulchritudinem concupiſcentiæ prouocatiuam eſſe, non eſſe autem eandem reprobandam, videmus omnes: vnde notauit Caietan. *eſſe prouocatiuum concupiſcentiæ, interdum conditionis nomen eſſe, interdum verò vitij*: conditionis eſſe, quia ex ſua natura pulchritudo, & ornamentum ſolent conciliare amorem, & beneuolentiam: [a] hæc tamen amoris conciliatio cum honeſtate coniuncta eſſe debet, qualis eſt in eis, quæ ſe decenter componunt, vt placeant viris ſuis, vel ſponſis. Vitium autem eſt prouocatio concupiſcentiæ, quando ornatus ea mente componitur, vt ad libidinem irritare poſſit, quod [b] quidem grauiſſimum peccatum eſt, cum prius ornamentum nihil peccati habeat. Petita ſunt

[x] Neque obſtat quòd ornamẽta muliebria ex ſe prouocent ad concupiſcentiam. [z] Prouocat enim & ipſa pulchritudo, quæ à nemine reprobatur. [a] Ornatus enim decens conciliat beneuolentiam licitè. [b] Immoderatus autem & ad libidinem compoſitus, peccatũ grauiſſimum eſt.

D.Thom. Auguſt. Cyprian. Hieron. Alex. Alenſ. Caſſanæus.

hæc ex D.Thom. 2.2.q.169.a.2. de mente D.Auguſt. *ad Poſſid.* & Cyprian. *lib. de pudicit.* quibus addendus eſt Hieron. *ad Demetriad.* Doctrina etiam eſt Alexandri Alenſ. *in 4.p.4.q.48.memb.9. & 2.p.q.151. memb.3.* Videndus erit Caſſan. *in Cathal glor.mund.3.p.conſid.32.* vbi plures refert docentes quoniam, & quatenus liceat mulieres ſe ornare.

21. Non eſt tamen negandum pernicioſum eſſe ornatum muliebrem, ſi [c] præter mores Patriæ, & gentis fiat; ſi immodicus ſit, ſi ad libidinem compoſitus, ſicut deducit Clem. Alex. *lib. 3. Pædagog.* cùm dixit, *non minus à ſerpente ex auro, & gemmis compoſito* (ſic enim vocat mundum muliebrem) *deceptas eſſe mulieres, quàm olim Eua fuit decepta à ſerpente, vnde laudandos* dixit *fuiſſe Hebræos, ſi ornatus muliebres non conflaſſent*, Exod. 32. *ſed abieciſſent; ex eis enim orta eſt idololatria.* [d] Vnde adiungit tum Oſeæ 3. *argentea, & aurea fecerunt Baal*, ſcilicet ornamenta, *& indicabo ſuper ipſam dies Baalim, in quibus eis ſacrificauit, & inaures appoſuit, & torques ſuos, & ambulauit poſt amatores ſuos*; cupiditas enim ornatus in mulieribus adeo ardens eſt, vt idololatriam conflaſſe videatur: hoc autem totum fieri ſolet ab eis, vt amatores ſuos ad libidinem irritare poſſint.

[c] *Tunc autem immoderatus cenſetur, cum præter morem patriæ exceditur.*

[d] *Ex hoc enim orta eſt idololatria in deſerto.*

Tertullian. Quod dixit Tertull. lib. de cultu fæminarum, cap. 9. *Hæ mulierum pompæ, quàm de proximo curent luxuriæ negotium, & obſtrepant pudicitiæ diſciplinis, cognoſcere facile eſt, quoniam decoris gratiam cultus ſocietate proſtituunt, adeo vt ſi deſint irritam, & ingratam reddant, velut exornatam, & naufragam. Contra ſi forma deficit, adminiculum moris, quaſi de ſuo gratiam ſupplet, & ætates requietas iam in portum modeſtia ſubductas, ſplendor & dignitas cultus aduocant, & ſeneritatem appetitionibus inquietant compenſantibus ſcilicet habitus irritamento* [e] *pro frigore ætatis: ergo benedictæ, primò quidem vt lenones, & proſtitutores veſtitus, & cultus ne in vos admiſeritis.*

[e] *& multorū malorum irritamenta.*

22. Hieron. Quod autem immoderatus affectus ornatos pernicioſus ſit opibus, proſequitur Hieronym. in regula moniali, *Hæc eſt*, inquit, *fæminis per dies ſingulos præcipua cura, implicare auro crinem, & ardentes concharum lapides, capiti honorem facere, ſuſpendere ex auribus* [f] *patrimonia, incluſas auro gemmas à collo in pectus dimittere.* quod etiam proſequitur Seneca lib. 2. de beneficiis: *Video vniones, non ſingulos ſingulis auribus comparatos, iam enim exercitatæ aures ferendo iunguntur inter ſe ſe, & inſuper aliis binis ſupponuntur: non ſatis muliebris inſania viros ſubiecerat; niſi bina, aut terna patrimonia auribus ſingulis perpendiſſent.* Quod maximè pudendum eſſe dixit quidam prophanus:

[f] *Nec bonos ſolùm corrūpit mores, ſed & patrimonia deſtruit.*

Seneca.

Quis pudor eſt cenſus corpore ferre ſuos?

Grauiter etiam in hanc ſententiam dixit Propertios:

Matrona incedit cenſus induta nepotum.

Id eſt ſuorum omnium poſterorum [g] opes ſuſpenſas geſtat in ornatu, peruenturas ad nepotes niſi eas luxus muliebris abſumpſiſſet. Contra quas eſt illud apud Plutarch. *lib. de vitioſo pudore*, ex ſententia Demoſthenis, *nemo præſentibus, in quem non debuit in ſumptis, abſentium copiam ad vſus neceſſarios conſequetur, multiplicatur enim in nobis turpitudo, ſi abundantes in otioſis rebus, inopes ſimus in pulchris, luxus enim, vt aurarios, argentariósque fabros, & vnguentarios, ac pretioſorum colorum tinctores, ita fæneratores etiam produxit.*

[g] *Geſtat enim plerumq; ſuſpenſas poſterorum opes fæmina in ornatu.*

Videnda ſunt, quæ in hanc ſententiam dixit Ambroſ. lib. de Nabuthe hieraclita, cap. 5. *Mulier ſibi imponit ſumptuum neceſſitatem, vt gemma bibat, & oſtro dormiat, & in argentea ſponda recumbat, auro oneret manus, ceruicem monilibus; delectantur compedibus mulieres, dummodo auro ligentur; non putant onera eſſe, ſi pretioſa ſunt, non putant vincula eſſe, ſi in iis theſauri coruſcant, delectant etiam vulnera, vt aurum auribus inſeratur, & margaritæ dependeant; habent & genæ pondera ſua, habent & veſtimenta frigora ſua, ſudatur in gemmis, algetur in ſericis, tamen pretia iuuant, & quæ natura auerſatur, commendat auaritia: vel ſi pro gemma* [h] *dimidium patrimonij petatur, non parcunt diſpendio, dum indulgent cupiditati: non abnuo gratiam quandam iſtorum lapidum eſſe fulgores, ſed tamen lapidum, & ipſi admonent, contra naturam expoliti, vt ſaxorum deponerent aſperitatem, rigorem magis mentis eſſe expoliendum, quàm lapidum.* Ex quibus iam fit, muliebrem ornatum detrimentum eſſe patrimonij: cui eſt addendum illud, non ſolùm pulchritudinem non augere, ſed plerunque oſtendere pulchritudinis defectus quod dixit Cyprian. lib. de pudicit. *non ornatur mulier, ſed vitia oſtenduntur.* In quam ſententiam Clem. Alexand. illud adduxit à pictore eximio dictum, cuius diſcipulus cum depinxiſſet Helenam multo auro, & argento ornatam, ſcitè dixit Apelles, *O adoleſcens, cum non poſſes depingere pulchram* [i] *Helenam, diuitem pinxiſti*: quibus verbis inſinuauit ornatum externum in mulieribus plerunque eſſe ſignum defectus in natiua pulchritudine. Ambr.

[h] *Vel ſi dimidium patrimonium pro gemma petatur, non parcit diſpendio.*

[i] *Cum tamen ſcite dictum ſit, quod aurum & gemma diuitem quidē faciunt fæminam, ſed non pulchrā.*

Si quis autem illud obiiciat, quod Clemens Alexand. *lib. 2. Pædag. cap. 11.* obiicit ſibi ex parte mulierum defendentium pretioſum ornatum, quod Deus oſtendit, cur non vtemur, adſunt mihi, cur me in eis non oblectabo? Si enim hæc nobis non ſunt facta, quibus facta ſunt? Cui obiectioni idem Clem. Alex. reſpondit, *hominibus ea facta ſunt, & inuenta, ſi abſque vehementi affectione eis vtamur; ſi autem intemperanter, valeant, cum vincula plerunque ſint, quibus mulieres miſerè alligantur.* Quod etiam dixit Nazianz. *orat. contra mulieres*, cùm ait, *quod munus ad pedes conſtringas, ſeruilique gloria fruaris.* Iacobus Bilius eius interpres, optimè explicauit aſſerens petitam eſſe metaphoram à ſeruis fugitiuis, ac ſceleratis, quos catenis conſtringimus, ne fugiant; [l] è contra fæminæ catenis conſtringuntur, vt fugiant: vnde Clem. Alex. loco citato, inde datum eſſe exiſtimat locum fabulæ de Venere vinculis comprehenſa in adulterio cum Marte, id eſt, auro ornata, & ipſa comprehenſa eſt, & Martem comprehendit, vinculis enim aureis comprehenſos eos eſſe notauerat Homerus *Iliad.* 9. videndus eſt Tertull. *lib. de habitu muliebri, pag. 5. 6. & 8.* vbi latiſſimè oſtendit non eſſe Dei inuentum ornatum mulierum; ea enim mente & aurum abſcondit in viſceribus terræ, & gemmas in profundo maris, quas nihil aliud eſſe docet, quàm verrucas concharum: neque verò Deus purpureas creauit oues, non placet Deo, quod non ipſe produxit. Inuentum igitur humanæ libidinis fuit mundus muliebris, & pretioſus ornatus in perniciem pudicitiæ, & patrimonij. Videndus eſt Cyprian. *lib. de habitu Virginum*, vbi oſtendit, quàm ſint, vincula hæc ornamenta multorum; *ſi tu ſumptuoſius te comas, & per publicum notabilior incedas, oculos iuuenum inte conuertas*

23.

Clem. Alex.

Nazianz.

[l] *Serui conſtringuntur vinculis ne fugiant, fæminæ è cōtra catenis aureis ligantur vt fugiant.*

Homerus.

Cyprian.

uertas, ſuſpiria adoleſcentum poſt te trahas, concupiſcendi libidinem nutrias, peccandi fomitem ſuccendas, vt & ipſa etſi non pereas, alios tantum perdas, velut gladium [m] *te, & venenum præbeas videntibus, excuſari non potes, quaſi mente caſta ſis, & pudica, redarguit te cultus improbus, & impudicus*: quem locum proſequitur Hieronym. *ad Euſtoch. de cuſtod. virginit.* quem priùs latiſſimè proſequutus fuerat Tertull. lib. de velandis virginib. *Nec*, inquit, *pudica eſt, quæ alterius animam affectat mouere, etiam ſalua corporis caſtitate, longè abſint, quibus pulchritudo non ornatur, ſed proſtituitur.* Meliùs multo idem Tertull. lib. de cultu fæminarum, cap. 2. *Perit in tua forma, qui concupierit, & admiſit iam in animo, quod concupiuit, facta es tu gladius illi, etiamſi culpa careas, ab* [n] *inuidia non liberaberis; vt cum in alicuius agro latrocinium geſtum eſt, crimen quidem Dominum non conſtringit, dum res tamen eius ignominia notatur, ipſi quoque infamia aſpergitur: expingamus ergo nos, vt alteri pereant, vbi eſt ergo, diliges proximum tuum ſicut tè ipſum? Cum igitur & noſtra & alterum cauſa verſetur in ſtudio periculoſiſſimi decoris, iam non tantùm conficta, & elaborata libidinis ſuggeſtum reuocandum à vobis ſciatis, ſed etiam naturalis ſpecioſitatis obliterandum diſſimulatione, & iniuria, vt oculorum incurſibus moleſtum, nunc non ſit timenda dignitas formæ, vt nec poſſidentibus grauis, nec appetentibus exitioſa, nec coniunctis pernicioſa, nec expoſita tentationibus, non circundata ſcandalis exiſtimetur; ſufficit, quod Angelis* [o] *Dei non eſt neceſſarium.* Quibus verbis muliebrem ornatum reprehendit, vt pernicioſum. Addendum autem eſt id, quod dixit Plutarch. *in vita Lyſandri*, & *in Apophthegmatis Laconicis, atque etiam in præceptis connubialib.* cùm aliquando Dionyſius Siciliæ tyrannus pretioſas veſtes, & mundum muliebrem miſiſſet filiabus ſuis, recuſauit Lyſander, dicens, *vereri ſe, ne huiuſmodi ornamentum* [p] *dehoneſtaret potiùs filias, quàm ornaret*; ornamentum eſt enim quod ornat, ornat autem, quod honeſtiorem mulierem facit, talem autem non præſtat aurum, non ſmaragdus, non color coccineus, ſed quæcunque grauitatis, moderationis, & pudoris ſpecimen habent: mulieri enim ornamentum, mores ſunt, & non aurum. Quæ fuit ratio, cur Cicero dixerit in ſua Politica, *mulieres minori cultu, atque apparatu vti debere, quàm leges, & mores patriæ præſcribant, quippe quas conſiderare oportet, quòd nec veſtimentorum nitor, nec excellentia formæ, nec auri magnitudo tantum valeat ad mulieris laudem, quantum modeſtia in rebus, &* [q] *ſtudium honeſtè, ac decorè viuendi.* Ibat igitur caſta vidua Ruth ad nuptias de more ſuæ patriæ, lota, munda, & ornata, qualem decebat honeſtam viduam ſponſam tamen. Si quis autem dilatare voluerit hunc locum communem de ornatu muliebri, qui ſæpiùs occurrit, legat Ambroſ. *lib. 1. de virginibus & in examer. cap. 6. & 8.* Chryſoſt. *hom. 21. ad populum, & hom. 8. in Matth. & hom. de mulieribus ſe ſertis, & auro ornantibus, & hom. 60. in Ioann. & hom. 36. in Geneſ. & hom. 1. in 1. ad Timoth.* Videndus eſt Thomas Spoletan. *in promptuario morali, Dominica 2. aduent.* ad ea verba, *quid exiſtis videre.*

[m] *Mulier impudicè ornata gladium ſe præbet, & venenum videntibus.*

Tertul.

[n] *Alias enim, uſi culpa careat, periro facit.*

[o] *Sufficiat ergo fæminæ, quod Angelis Dei non eſt neceſſarium.*

Plutarch.

[p] *Ne illas huiuſmodi ornatus dehoneſtent potiùs, quàm ornent.*

[q] *Quippe quas modeſtia, & honeſtatis ſtudiū longè illuſtriores reddat, quàm quiuis ornatus.*

Spolet.

24. Quoniam verò, ſicut aduertit Clem. Alexand. *lib. 3. pedagog. cap. 4.* eò vſque proceſſit luxus, vt non ſolùm fæminæ hoc inani ſtudio laborent ſe ornandi, ſed etiam, & viri hoc vitium ſequantur; vnum, vel, alterum verbum dicendum eſt de ornatu virorum; in eo enim, vel in hac noſtra ætate peccatur vehementer, non ſine magna iniuria ipſius hominis; cum enim in fæmina ornatus [r] ſit honeſtus, in viro eius negligentia laudatur, cura omnino vituperatur. Notandum igitur eſt ex Cicer. *lib. 1. officior.* vniuerſam noſtram pulchritudinem in duas ſpecies diuidendam eſſe, quarum alteram ornatus decet, alteram verò minimè decet: Sunt autem hæc Ciceronis verba: *Pulchritudinis corporis duo ſunt genera: in altero venuſtas eſt, in altero dignitas: venuſtatem muliebrem appellamus, dignitatem virilem, formæ autem dignitas,* [ſ] *coloris bonitate tuenda eſt; color exercitationibus corporis.* Vnde Tragicus Seneca in Hyppolito ita laudauit formæ dignitatem:

In te magis fulget incomptus decor.

& alibi in eadem tragœdia:

Quàm grata eſt facies torua viriliter.

Fermè omnes grauiores Authores illud in Scipione Africano notarunt, quod Silius Italicus dixerat *lib. 8. de bello Punico*, in Africani laudem, vbi laudans Scipionem à cultu virili dixit:

Martia frons, faciléſque coma, nec pone, retróque
Cæſariès breuior.

Cui ſuffragatur Titus Liuius *lib. 2. de bello Punico*, vbi de eodem Scipione ita dixit: *adornabat eum promiſſa cæſaries,* [t] *habitúſque corporis, non cultus munditiis, ſed virilis vere ac militaris*: quod ipſum de Alexandro notauit Ælian. *lib. 8. variæ hiſt.* quòd ſine cura formæ capillos habuerit digeſtos, atque confuſos. Quibus addenda ſunt ea, quæ notauit Beroald. ex Seneca, locus autem illius habetur 2. de transformat. *Capilli affectari ſolent ab iis, qui magis ſolliciti ſunt de capitis ſui decore, quàm de ſalute, qui inter ſpeculum, & pectinem occupati ſunt, qui concinniores eſſe malunt, quàm honeſtiores, qui Rempublicam turbari malunt, quàm comam ſuam.* Contra quos inuehitur Bernard. *ſerm. 2.* ſuper illis verbis Iſai. *Vidi Dominum ſedentem; Erubeſcant*, inquit, *cultu indigno viri, interdicto mulieribus, ſemetipſos dehoneſtantes, potiùs quàm ornantes*: quibus dixit ſimilia Diogenes Cynicus apud Laërtium; ſpectato enim adoleſcentulo muliebri cultu, ſeu effæminato induto, dixit, *Non te pudet deteriùs, quàm naturam ipſam de te ipſo ſtatuere? illa enim te virum fecit, tu te ipſum in mulierem refingis.* Similis eſt locus eiuſdem apud Stobæum, vbi idem Diogenes ad adoleſcentem ſe ornantē dixit, *Si ad viros fruſtra, ſi autem ad mulieres, nequiter.* Videndus eſt Seneca *epiſt. 115. & 116.* in quibus hac de re pulchrè agit. Dedecet igitur viros, ornatus hic muliebris, & effæminatus, maximè verò [u] viros Luſitanos, de quibus Iuſtinus hiſtoricus dixit, *à Romanis didiciſſe aqua calida manus lauare*, & quod magis eſt, de quibus illud notauit Valerius Maxim. *lib. 1. tit. 9.* cum agit de Metello Pio: *quid enim voluit ſibi Princeps ſuorum temporum, tum cum in Hiſpania aduectus ſuos ab hoſtibus, aris, & thure excipi patiebatur, cum attalicis aleis contectos parietes læto animo intuebatur, & vbi iſta? non in Græcia, neque in Aſia, quarum luxuria ſeueritas ipſa corrumpi poterat, ſed in horrida & bellicoſa Prouincia*, Luſitania ſcilicet, cùm præſertim acerrimus hoſtis Sertorius Romanorum exercituum oculos Luſitanis telis conſtringeret. Non decet igitur viros ornari in modum mulierum, præſertímque viros Luſitanos, cum grauiſſimi

[r] *Qui in fæmina ornatus eſt honeſtus, in viro omnino vituperatur.*

Cicero.

[ſ] *Cuius formæ dignitas non venuſtate, ſed exercitationibus tuenda eſt.*

Tit. Liuius.

[t] *Habitúſque corporis non cultus munditiis, ſed virilis verè, ac militaris eſſe debet.*

Beroald.

Bernard.

Laërt.

Stobæus.

[u] *Dedecet enim viros omnes ornatus mollis, maximè verò Luſitanos.*

* *Quorum ſeueritate grauiſſimi olim Authores Romanorum luxum arguebant.*

uiſſimi Autores * veteres, luxui Romanorum, ſeueritatem Luſitanorum, frugalitatem, & planè virilem viuendi rationem obiecerint.

§. IV.

Moraliter. *Secundus gradus in progreſſu animæ pœnitentis eſt, vt iugiter ſe mundet lachrymis, quò poſſit diuinæ charitatis oleo impinguari.*

25. SEd iam ad animam, quam proſequimur in hac muliere reuertamur: eſt autem in memoriam reuocandum, id quod diximus *tract.* 26. in quo oſtendimus eam iam conuerſam à prophana viuendi ratione, poſitam eſſe in ſtatu proficiendi, vt quæ prauas occaſiones fugaſſet, optimas autem amplexata eſſet. Nunc autem, qui eius ſecundus iam gradus eſt in progreſſu, incipit hæc eadem anima ſe pulchram reddere, vt lota, vt vncta, vt ornata in amplexus venire poſſit ſponſi æterni: eſt enim hæc prima amantis lex, * vt ſe componat quiſque ad eius ſimilitudinem, quem maximè amat: qua de re videndus eſt Plotinus Philoſophus Platonicus *Ænead.* 6. *lib.* 7. *de ſummo bono cap.* 31. vbi exhortatur vnanquanque animam, vt ſe componat, & ornet ad conciliandum ſibi amorem diuinum; ſunt enim eius hæc verba: *Sicut vulgares amatores ad amati ſimilitudinem ſe configurare conantur, tum corpora concinniora, tum elegantiores animos pro amati ſimilitudine ſtudioſè reddentes, alioqui ab amatis virtute præditis prorſus contemnentur: ſic quoque anima hominis perfecta ſe habet, vel habere debet circa ipſum bonum, circa Deum ſummum pulchrum, nam ſtudioſè, & aſſiduè huiuſmodi anima quæritat, & conatur ad illud accedere, ſimiliſque ei fieri.* Quibus addenda ſunt ea, quæ dixit Ambroſ. *lib. de Iſaac, & anima cap. vltimo*, vbi aſſerit deponendas eſſe ſordidas veſtes, [a] quà mundior appareat anima ante Deum, *Exuat*, inquit, *vnuſquiſque animam ſuam inuolucris ſordidioribus, & quaſi aurum igne probatum deterſam luto oſtendat; ſic enim purgatur anima velut aurum optimum, ſic pulchra redditur: pulchritudo autem animæ ſyncera virtus.* Primum igitur depoſitis ſordidioribus veſtibus ſeipſam lauare cœpit hæc anima, [b] ſuis tamen lachrymis, quæ ex conſideratione anteactæ vitæ, & ex deſiderio venturæ, de oculis cadebant; *ſunt enim nonnunquam lachrymæ*, ſicut dixit Philo, *quaſi inſtillati deſiderij, ſeu potius inſtillata deſideria.* Videndus eſt Bernard. in ſchola Clauſtralium cap. de ſignis Spiritus ſancti ad animam venientis. *Sed ô Domine*, inquit, *quomodo comperiemus, quando hæc facis? & quod ſignum aduentus tui? nunquid huius conſolationis, & lætitiæ teſtes ſunt ſuſpiria, & lachrymæ? Si ita eſt, noua eſt antiphraſis iſta, & ſignificatio inuſitata; quæ enim conuentio conſolationis ad ſuſpiria, lætitiæ ad lachrymas, ſi tamen iſta dicenda ſunt lachrymæ,* [c] *& non potiùs roris interioris deſuper infuſi ſuperfluens abundantia, & ad interioris ablutionis indicium, exterioris hominis purgamentum, vt ſicut in baptiſmo puerorum per exteriorem ablutionem ſignificatur, & figuratur interior animæ ablutio, ita hic exteriorem ablutionem, interior præcedat purgatio:* [d] *felices lachrymæ, per quas maculæ interiores purgantur; per quas peccatorum incendia extinguuntur: per lachrymas igitur lauatur anima, & creſcit, non aliter ex pluuialibus aquis de cælo deſcendentibus ſua incrementa accipiunt arbores.* Pro qua re videndus eſt Plutarch. *in quæſtionib. naturalib. quæſt.* 4. cùm petit, quæ ſit ratio, cur aqua fulguralis, quæ inter fulgura ſcilicet, & tonitrua cadit, ad arbores alendas accommodatior ſit: huius autem rei plures potuiſſe cauſas eſſe docet ille: *an quia multum ſpiritus continent aqua illa ita cadentes ob conturbationem, & admixtionem aeris, ſpiritus autem humorem mouens, magis eum ſurſum emittit? an quia tonitrua, & fulgura efficit calor in aere contra frigus pugnans? vnde fit vt hyeme minimum tonet, vere autem plurimum, calor autem humorem germinibus amicum, commodumque reddit? an quod vere plurima tonitrua, & fulgura fiunt ob cauſam dictam? vernis autem aquis opus habent ſemina ante æſtatem, vnde ea regio, quæ vere plurima pluuia rigatur, vt Sicilia, optimum, & plurimum ſolet producere fructum.* Quas omnes ſi conferas, tres cauſas cum lachrymis, inuenies eaſdem & accommodatas eſſe ad [e] leuandas animas, & ad animarum incrementa; plus enim ſpiritus habent lachrymæ ita cadentes, magis ardent, charitatis flamma expellunt charitatis frigora, ac proinde ſi frequenter cadunt, vberiores fructus reddunt, & putiores faciunt animas. Addenda ſunt, quæ dixit idem Plutarch. *in quæſt. naturalib. quæſt.* 2. cùm quærit, *cur aqua pluuia, potiùs quàm fluuiali alantur ſemina, & arbores?* Cuius rei inter alias cauſas eam præcipuè voluit eſſe, *quia aqua pluuia cæleſtis quodammodo eſt, fontana autem ſiue fluuialis terra, & locis aſſimilatur per quæ defluit, multis impletur qualitatibus, propter quas ad alendum minus ſit accommodata; multo autem minus ſit accommodata ad lauandum.* Tales ſunt lachrymæ pœnitentiæ, quæ cum nihil de terra habeant, ad lauandum longè accommodatiores ſunt. Quæ fuit ratio, cur Regius vates poſt ſuum peccatum perpetuò fluxerit ad mundandam maculam, quam contraxerat, ſicut notauit Chryſoſt. *hom.* 22. *ad populum*, ponderans ea verba Regis Dauidis 2. *Reg.* 11. ſic enim introducit loquentem Dauidem Regem, *dediſti mihi oculos, vt videam lucem tuam; ego autem malè his proſpexi; errraui aliquando malè intuitus, malè feneſtras aperui, propterea lachrymis ipſas abluo; ſic enim oportet lugere, & oculum malè conſpicatum lauare.*

Ambr.

* *Exuat oportet anima ſordidiores veſtes.*

[b] *Deinde ſuis ſe lachrymis abluat.*

Philo.

Bernard.

[c] *Si lachrymæ dici poſſunt, & non potius cæleſtis roris imbres.*

[d] *Felices lachrymæ per quas exteriores maculæ purgantur.*

Plutarch.

[e] *Lachrymæ ad alendas, & lauandas animas quàm ſint accommoda.*

Plutarch.

Chryſoſt.
2. Reg. 11.

26. In quam ſententiam notauit Bernardus *ſerm. de fallacia præſentis vitæ*, ea verba eiuſdem Dauidis *in Pſalm.* 142. *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.* Siquidem inopia aquæ, non modò aridam, ſed etiam ſordidam facit [f] animam, humanum enim cor lachrymas neſciens, non modò durum, ſed impurum eſſe ſolet: propterea quæ ad Deum accedit anima, lota lachrymis accedat neceſſe eſt: qualis acceſſit hæc mulier, ſeu potiùs hæc anima pœnitens, qualis acceſſerat ad pedes Chriſti anima mulieris peccatricis *Luc.* 7. iam proficiens in virtute, iam lachrymis lota. Vnde Auguſt. *ſerm.* 9. *de verbis Apoſtoli*, notauit, & ipſum cælum poſt pluuias ſerenius, & pulchrius reddi, quaſi lachrymis lotum. Quæ fuit ratio, cur quoties Sponſus pulchritudinem Sponſæ ſuæ laudauerit, eandem quaſi lachrymantem introducat, vel ſimilem lachrymantibus, qualis eſt ille locus Cantic. 7. *Oculi tui quaſi piſcina in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis:* ſeu potiùs, Oculi tui ſunt ſicut fontes aquarum æquales ambo, & pulcherrimi, qui ſunt ad portas illius ciuitatis, & propter

Bernard.
Pſalm. 142.

[f] *Humanum enim cor lachrymas neſciens non modò durum, ſed impurum eſſe ſolet.*

Luc. 7.
Aug.

Cant. 7.

propter ſuam pulchritudinem, & perpetuò manantes aquas: pulcherrimam eam vrbem reddit, vnde fortaſſis vox Hebræa, fontem, & oculum ſignificat, quaſi oculus ille non ſit, qui non perpetuò defleat. Illud etiam ſatis inculcauit ſponſus in eodem cap. cum pulchritudinem ſponſæ aſſimilauit monti Carmelo, quia vniuerſa pulchritudo illius montis in eo poſita eſt, quòd in fontes reſoluatur: ſic & pulchritudo ſponſæ in eo poſita eſt, quod in lachrymas etiam reſoluatur: melior mihi videtur ille locus ex eodem capite, cùm commendans pulchritudinem ſponſæ dixit, *Coma capitis tui ſicut purpura Regis alligata canalibus*, ſiue, *decurſibus aquarum*; tunc demum purpura Regis mundior, & pulchrior eſt, cum obiicitur canalibus aquarum eam purificantibus, & longè mundiorem reddentibus: ſic quoque & anima, tunc demum mundior, & pulchrior eſt, cùm duobus oculis, veluti duobus canalibus expoſita eſt, perpetuò manantibus lachrymis; quibus lauetur, & mundetur: vnde iam efficitur, vt munda, & lota accedat ea anima, quæ lachrymis ſe mundauit, & lauit, idem enim eſt vngi, & mundari, ſicut iam ſuprà diximus. Niſi magis placeat, vnctionem ſignificare teneritudinem charitatis diuinæ, poſtquam enim vnaquæque anima lota eſt, [h] continuò inungitur charitate, qua anima redditur tenerior; eſt autem vnctio, ſiue charitas terminus lachrymarum, quod Bernard. dixit in ſermone de muliere peccatrice: *Sine vllo interuallo inunguntur, & lachrymæ peccatricis, & miſericordia Saluatoris*: Sunt enim veluti extrema lachrymarum Dei fauentis, & conſolantis miſericordiæ, ſiue vnctiones.

[g] *E contra verò pulcherrimum, ſi in lachrymas reſoluatur.*

[h] *Nec ſolùm munda fit lachrymis anima, ſed & charitate diuina oleo perungitur.*

§. V.

Anima pœnitentiæ lachrymis lota adeo diuinæ charitatis flagrat incendio, vt veſtes non modò veteres deponat, ſed comburat.

27. Conſequens eſt, vt oſtendamus eandem animam non ſolùm lotam, & vnctam acceſſiſſe, ſed etiam veteres depoſuiſſe veſtes, meliores indutam: quod proſequitur B. Bernard. *in declamationibus*, cum oſtendit, qualis ſit animæ ornatus, cum relicta priori viuendi ratione ad meliora contendit. In hanc ſententiam ille exiſtimat exponendum eſſe eum locum Cantic. *Nolite conſiderare, quòd fuſca ſim, quia decolorauit me ſol*: teneras enim, & infirmas mentes exhortari videtur ille ſermo, quaſi ita dicat, quòd laborioſa, & humilia conuerſionis noſtræ numerata tam ſedulò, ſaga cilicina ſunt, & pelles arietum rubricatæ, quibus interior ille ſplendor, & interna tegitur gloria, vt illæſa à pulueris, & imbris iniuria conſeruetur: nolite me conſiderare, quòd fuſca ſum, nec triſtitiæ, ac neceſſitatis neglectus iſte exterior, & nigredo forinſeca, ſed occulti ſplendoris, & internæ exultationis lux, exterioris impatiens, decolorauit me. Nimius ſol ignis eſt, & non natiuus color, & nigredo, ignis eſt, & inania folia non admittit, alioqui, aut auri folia, aut certe ſi præualuerint, ignem extingui neceſſe eſt. Denique charitas non ſolùm veteres deponit veſtes, ſed ſi illa inflammata eſt, [i] comburit, melioreſque induit. Videndus eſt Plutarch. *in precept. connub.* vbi oſtendit, qua vi pulchrior, & ornatior reddi poſſit mulier, petita, ſcilicet, ſimilitudine ab aëre vehementer commoto, & à ſole ardentiùs inflamante; oſtendens vim venti nihil efficere poſſe ad deponendum apparatum vanum, cùm ſol ardens plurimum poſſit: ſic quoque in anima vana, & Spiritus ſancti ardens flamma: hæc exuit continuò quidquid vanum videbatur in anima, cum vanitas oppoſitum efficiat. Vbi igitur vis diuini amoris incaluit, veteres depoſuit anima veſtes, [l] meliores induta. Oſtendit autem Niſſen. eum explicat ea verba Cantic. 1. *Ecce tu pulchra es*, quo pacto anima veteres veſtes deponere poſſit, vt ornatiùs accedere poſſit ad complexus ſponſi: ſunt enim eius hæc verba: *tandem in priorem pulchritudinem rediiſti, quam amiſeras à principio, quia rebus adhærebas turpibus, atque fœdis; nunc autem poſtquam à ſocietate mali deſiiſti, atque ad pulchritudinem prioris tui exemplaris acceſſiſti, pulchra facta es, impreſſa tibi de charitate diuina forma, quaſi ſi eſſes ſpeculum.* Veriſſimè enim ſpeculo conſimilis eſt anima, quatenus ratione, & qualitate electionum ſuarum recipit formas diuerſas, & varios induit affectus quemadmodum ſpeculum: ſi enim ſpeculum aurum reſpiciat, aurum apparet. Purgata igitur, & lota accedit anima, atque etiam ornata, non aliter quàm [m] ſpeculum, quod veteres formas deformes exuit, vt meliores induat. Vnde eſt ea Platonis oratio, quam refert Clem. Alexand. *lib. 1. Pædagog.* ea autem habetur apud Platonem, in Phedro, *O Dij, date mihi, vt ſim pulcher in iis, quæ ſunt intrinſecus, extrinſecus autem, quæ ſunt mihi amica, iis quæ ſunt intrinſeca.* Similia habet Plotinus *lib. 6 de pulchro cap. 1. 5. & 8.* Sic igitur ornata accedit ad ſuum ſponſum hæc anima, poſtquam veteres depoſuit veſtes, & meliores induit.

Bernard.

[i] *Charitas non ſolùm veteres deponit veſtes, ſed comburit.*

Plutarch.

Gabr. à Coſta in Gen.

[l] *Vt nouas induat.*

Niſſen.

Cant. 1.

[m] *Sicut ſpeculum, quod niſi purgatum nouas formas non recipit.*

Clem. Alex. ex Platone.

Plotinus.

§. VI.

Quantum periculi, & diſcriminis in hoc opere, tantum gratiæ, & prouidentiæ maiori cura protegitur.

Non te videat homo, donec eſum, potumque finierit.

Verum & illud medium quod aſſignauit Noemi, *non te videat homo, donec eſum, potumque finierit*, ſeu vt habet Vatabl. *deſcendes in horrea, vt nemo ſentiat te adeſſe, & poſt, cænam*; quo tempore maius eſt periculum [n] pudicitiæ, opportunè fortaſſis veniret negotio, importunè tamen pudicitiæ: hæc enim occulta acceſſio ad virum contra pudicitiæ leges eſt, quemadmodum definit D. Hieronym. *ad Furiam tom. 4.* vbi inter alia antea, quæ de fœminis dixit, ita ſubdidit: *etſi ſermocinandi cum viris incubuerit neceſſitas, arbitros ne deuites, tantaque confabulandi fiducia ſit, vt intrante alio, nec paueas, nec erubeſcas.* Vnde dixit Homerus in Odyſſea. lib. 18. de Penelope, *cogente* ſcilicet *neceſſitate à viris nunquam videri paſſam, niſi ſuis comitatam famulis; ſuſpecta enim ſemper pudicitiæ ſunt hæc ſolitaria colloquia*, maximè de nocte, cum nox impudicitiæ [o] pallium ſit, ſicut dixit Beroald. *in annot. ad Suetonium tranquillum in Octauio Auguſto*, quibus ſi addas lautam cænam, opportuniorem reddidiſti hominem ad impudicitiam, ſicut iam latè diximus ex Apuleio *lib. 5. de transformat.* quibus ad- 28.

Vatabl.

[n] *Eo tempore acceſſit Ruth, quo maius eſt pudicitiæ periculum.*

Hieronym.

Homerus.

[o] *Nox enim pallium impudicitiæ maximè poſt cænam lautam.*

Beroald.

Thebanus. dendum eſt qood Ctates Thebanus dixit, *Amorem ſcilicet fame ſodari poſſe, vel tempore, vel ſaltem laqueo.* Eſt in eandem ſententiam prouerbiũ Græcum, *Mortua res eſt Venus ſine Cerere, & Baccho.* Importonè igitur acceſſit occultè de nocte, & poſt cænam, quæ quidem videbaotut oſtendere importunum fuiſſe hoc coοſilium impudicitiæ.

29. Nihilominus tamen iam ſuprà diximus ex ſententia Theodoreti, Ambroſij, & Chryſoſt. & conſilium, & factum otdinatum fuiſſe [p] à diuina prouidentia, ac propterea, nec tempus, nec locum, nec verò modum ſubiectum eſſe legibus rationis humanæ; qualis eſt ille locus, ſiue potiùs conſilium, quod iniit pulchertima Iudith, de quo *Iudic.* 10. legitor, *Cum veniſſent Iudith, & eius ancilla ad portam ciuitatis, inueuerunt expectantem Oſiam, & cæteros presbyteros ciuitatis, qui cum vidiſſent eam ſtupentes mirati ſunt nimis pulchritudinem eius, nihil tamen interrogantes eam dimiſerunt tranſire, dicentes: Deus Patrum noſtrorum det tibi gratiam, & omne conſilium tui cordis ſua virtute corroboret, vt glorietur ſuper te Ieruſalem, & ſit nomen tuum in numero Sanctorum, & iuſtorum, Iudith verò orans Dominum tranſiuit per portas ipſa, & Abra eius.* Si legibus humanis agendum eſſet, quis non iudicaſſet, & factum, & conſilium illius mulieris impudicitia, & proditione plenum eſſe? ibat eoim depoſitis viduitatis veſtibus, quaſi ad nuptias otnata, & egtediebatut de vrbe ſua ad hoſtes: nihilominus factum oihil impudicitiæ, aut proditionis habebat; ſi tamen legibus diuinæ ptouidentiæ regularetur, quod ipſa aduertit *in cap.* 8. non eſſe eius factum conſilio humano peoſandum, *Quod facere*, inquit, *diſpoſui, probate ſi ex Deo eſt, & orate vt firmum faciat Deus conſilium meum; vos autem nolo, vt ſcrutemini actum meum: eſt enim hac lex diuina prouidentiæ*, [q] *vt vbi magnitudo diſcriminis eſt, ibi magnitudo quoque gratiæ ſit*, quemadmodum dixit Hieronym. *ad Fabiolam, epiſt.* 127. Id quod etiam dixit Ioſeph. lib. 2. antiquit. cap. 14. *Non enim in paruis diuinitas auxilium ſui fauoris ſolet accommodare, ſed potiùs in quibus humanam ſpeciem ad meliora non videt accedere.* Vnde pulchrè Theodoret. notauit ſponſum, ſponſam ſuam laudaſſe à capillis bene pexis, vt ſignificatetut in negotiis humanis, in quibus non poſſumus, non implicari, laudabilitet, decorè, felicitérque ſe geſſiſſe Deo prouidente, & protegente. In quam ſententiam Atnobius, & Auguſt. intelligunt locum Pſalm. 70. *Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini*: ita Auguſt. *quoniam negociationem non intellexi, totum me committam diuinæ Prouidentiæ, illa negotia expediet, quantumcunque implicata ſint.* In quem retum ordinem reducenda ſunt pletaque Patrum exempla, quæ aliter à temeritate liberari [r] non poſſunt, niſi reducantur in Deum prouidentem, & ordinantem: qualis eſt oblatio Abrahami *Geneſ.* 22. cum vnicum filium ſactificare tentauit: qualis fuit pogna Daoidis cum gigante 1. *Reg.* 17.

In quem ordinem numerandum eſt, & reducendum conſilium Noemi, & factum Ruth, vt pote à dioina Prouidentia vtrunqoe ordinatum.

***

[p] Factum tamẽ à diuina prouidẽtia, ordinatum, quæ nec temporis, nec loci adſtringitur legibus.

Iudith 8.

[q] Eſt enim lex diuinæ prouidentiæ iuxta diſcriminis magnitudinem gratiæ abundantiam impertiri.

Arnobius.

[r] Aliter temeritate liberari nequeunt multa Patrũ geſta niſi in Deum prouidentem referantur.

TRACTATVS XXX.

De verbis illis: *Cúmque comediſſet Booz, & bibiſſet, & factus eſſet hilarior, iſſétque ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum, venit abſconditè, & diſcooperto pallio à pedibus eius, ſe proiecit: & ecce nocte iam media expauit homo, & conturbatus eſt, viditque mulierem iacentem ad pedes ſuos, & ait illi: Quæ es? Illáque reſpondit, Ego ſum Ruth ancilla tua: expande pallium tuum ſuper famulam tuam, quia propinquus es.* Siue, *De honeſtate linguæ ſanctæ.*

§. I.

Ruth humiliter, & verecundè ſocrus ſuæ conſilium, & in tenebris executa, optimam ſe præbuit fœminam.

Cúmque comediſſet, & bibiſſet, & factus eſſet hilarior, iſſétque ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum, venit abſconditè, & diſcooperto pallio à pedibus eius ſe proiecit.

Hactanus egimus de conſilio Noemi, quæ prima pars erat huius Capitis tertij: nunc iam aggredimor ſecundam partem, quæ poſita eſt in obedientia ipſius Ruth in exequẽdis mandatis ſocrus ſuæ: ſic enim illa reſpondit, *quidquid præceperis faciam*: conſultò autem omittimos cætera verba quæ pertinebant ad conſilium præcedens, quoniam eadem occurrunt in executione eiuſdem conſilij, & propterea eadem explicanda veniunt io hoc tractatu. 30.

Illud autem primò ootandum eſt, ad pedes potiùs ſe proieciſſe haoc mulierem, quàm ad latus, ne [s] petulanter accederet, ſed potiùs verecundè, & humiliter; pertinet enim ad honeſtatem muliebrem, verecunda homilitas, ſicut dicitur Eccleſiaſt. 26. *Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata*: quibus ſunt ſimilia ea, quæ habentur *Eccleſ.* 7. Qua de re videndus eſt Nazianz. *orat. contra mulieres ſe ornantes*, cùm docet, perturbatis rebus omnibus ita vt nemo diſtinguerer inter probum, & improbum, eam legem ſtatuiſſe Deum, vt in cuius ore verecundiam, & ruborem poſuiſſet, eundem optimum, [t] & ab impio ſeparatum declaraſſet, ſolo quippe rubore exiſtimans improbitatem diſtingui poſſe à probitate. Vnde mitum noo eſt ſi hæc mulier, & 31.

de

[s] Ruth ne petulans videretur, ad pedes ſe proiecit.

Eccleſ. 26. & 7.

[t] Diſtinguitur optimus ab impio vel ſolo verecundia.

de nocte venerit, & ad pedes ſe proiecerit, eſt enim hic ſtatus corporis mulieris confuſæ, & verecundæ; ſic enim fieri mandauerat prudentiſſima Noemi, ne tanquam petulans inter pucula irrueret, vel tanquam arrogans ad caput eius ſe inclinaret, ſed potiùs humiliter pudica, ad pedes ſe ſe proiiceret.

Ecce nocte iam media expauit homo. } Quod autem ſequitur,
32. *& ecce nocte iam media expauit homo*, poſtulat, vt dicamus, quæ fuerit ratio pauoris, vox enim Hebræa tremorem pariter, pallorem, & pauorem ſignificat. Cuius rei eſt ratio iuxta ſententiam Ariſtotelis *in problem.* [a] cum ait, *in metu, perfugit in ima calor, & ſanguis, contrahitúrque ad cor, ita vt in cæteris partibus deficiat; hinc tremor in membris, atque etiam pallor*, ſicut proſequitur Alexand. Aphrodiſæus, cum ait, *timentes ideo palleſcunt, & tremunt, quia ſicut nos in domum perfugimus, vt tuti ſimus, ita quoque ipſa natura refugit intra corporis penetralia tuendi ſui cauſa, fugiens autem contrahit ſecum ſanguinem quo vtitur, tanquam vehiculo*: Quibus ſunt ſimilia ea, quæ docuit Macrob. lib. 7. Saturnal. cap. 11. *Natura, cum de extrinſecùs contingentibus, metuit, in altum tota demergitur, ſicut & nos cum timemus, latebras, & loca nos occultantia quærimus: ergo tota deſcendens natura, vt lateat, trahit ſecum ſanguinem quo velut curru ſemper vehitur; hoc demerſo, humor dulcior cutis remanet.* Similia proſequitur Gellius ex Ariſtotele *in problem.* Gellius autem *lib. 19. cap. 4.* [x] Occaſio autem huius timoris, ſiue pauoris, fuit repentina viſio ad inſtar mulieris iacentis ad pedes eius intempeſta nocte, quo tempore ſolent videri huiuſmodi apparitiones, ſicut proſequitur Athanaſ. *in vita D. Antonij*, & D. Hieronym. *in vita Pauli*, & præcipuè *in vita D. Hilarionis*, vbi docet de nocte Hilarioni obiectam fuiſſe imaginem nudæ mulieris, idque frequentiùs. Vnde Pagninus *in ſuo theſauro*, aduertit eſſe peculiarem apparitionem dæmonis, qui de nocte in forma mulieris apparere ſoleat, de qua intelligendus eſt locus Iſai. 34. *vbi cubabit lamia*; quemadmodum eum locum intelligit Hieron. ſicut enim lux iucundiſſima eſt, ita [z] noctis caligo horribilis, & accommodata ad mala, ſiue vera, ſiue imaginaria: vnde præcipua pars diuinæ Prouidentiæ poſita eſt in pellendis timoribus nocturnis, iuxta illud *Pſalm.* 90. ita enim ibi dicitur: *Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, & à negotio perambulante in tenebris.* Videndus eſt liber Tobiæ *cap.* 6. vbi refertur malum Angelum ſeptem ſuffocaſſe maritos Saræ de nocte, propterea Feuard. ad hunc locum ſigno Crucis armare iubet de nocte cubituros ex mente Prudentij, cuius hæc ſunt carmina

Fac cum vocante ſomno
Caſtum petis cubile,
Frontem, locúmque cordis
Crucis figura ſignet:
Crux pellit omne crimen.

Vt iam mirum non ſit, ſi intempeſta nocte pauerit hic vir, cum ſoleant nocturnæ [a] apparitiones peſſimæ eſſe: nec mirum eſt, ſi de nocte viderit mulierem ad pedes iacentem, videre enim in eo loco, idem eſt, quod certò cognouit per ſenſum: ea enim quæ ab aliis ſenſibus certò percipiuntur, videre dicuntur, quemadmodum dixit Auguſt. lib. 10. de Ciuitate: *Generalis*, inquit, *experientia ſenſuum, concupiſcentia oculorum appellatur.* Igitur videndi officium in cæteris ſenſibus de ſimilitudine oculorum vſurpatur, id quod præcipuè de tactu dicendum eſt, quia quæ per tactum recipiuntur, certiſſima ſunt: vnde dixit Cicero *in orat. pro Clodio*: *Res enim non coniectura, ſed oculis, & manibus tenetur.* Vnde D. Ioann. 1. *Can.* 1. vt oſtenderet certiſſimè ſe vidiſſe, & cognouiſſe Deum in carne, ita orſus eſt ſuam primam epiſtolam: *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt*: vnde Vatablus ita legit, *& contrectaſſet, ecce mulier ad pedes eius.* Videre igitur hoc in loco nihil aliud eſt, [b] quàm certò deprehendere per tactum. Hæc igitur fuit cauſa pauoris, reperta imago mulieris intempeſta nocte, quo tempore apparitiones dæmonis fieri maximè ſolent.

Marginalia: [a] *Cur in metu calor, & ſanguis ad ima contrahatur.* — Macrob. — Gellius. — [x] *Non timuit Booz ſine cauſa.* — Hieron. — Iſai. 34. — [z] *Noctis enim caligo horribilis & ad mala accommodata eſt.* — Feuard. — [a] *Quò tempore nocturnæ apparitiones peſſimæ.* — Auguſt. — Vatabl. — [b] *Videre, id eſt, certò deprehendere.*

§. II.

Urbanè pariter, & pudicè non modò de re vxoria egit hæc mulier in opere, ſed & in ſermone.

Ego ſum Ruth ancilla tua, expande pallium tuum ſuper famulã tuam, quia propinquus es. } CONſequens erat, vt poſtquam deprehẽdit mulierem iacere ad pedes ſuos, rogaret quænã eſſet, cui illa reſpondit: *Ego sũ Ruth ancilla tua, expande pallium tuum ſuper famulam tuam quia propinquus es.* 33.
Eò enim tendebat vniuerſa conſultatio vtriuſque viduæ, vt tandem Ruth de matrimonio contrahendo in ea temporis circunſtantia ageret cum viro Hebræo nobiliſſimo, & opulentiſſimo, quod illa fecit ſeruatis omnibus pudicitiæ legibus, ſicut patet in illis verbis, *expande pallium tuum, ſuper famulam tuam.* Quod vt meliùs intelligamus, illud aduertendum eſt, quod dixit Rabbi Moyſes *lib.* 3. *mor. cap.* 9. vbi notauit bonitatem linguæ ſanctæ, quæ propterea ſancta dicta eſt, non ſolùm quòd contineat diuina oracula, atque diuinam legem, [c] ſed etiam quia ſanctè, caſtè, & honeſtè, de rebus omnibus etiam obſcænis loquatur: vnde Deus, & Angeli, Adamus, & ſancti Patres ea vſi ſunt, cuius linguæ futurum vſum in Patria cæleſti poſt reſurrectionem, non deſunt, qui exiſtimauerint, propter ſuam caſtitatem; propterea quod Angelica dicta eſt à Paulo 1. *Cor.* 13. ſic enim Aimon intelligit eum locum Pauli, *ſi linguis Angelorum loquar*: ſic etiam voluit D. Remig. *ibid.* Bibald. de monte regali *lib. de laudib. & triumphis trium liliorum, cap.* 9. & reliqui, quos refert Genebr. *Pſalm.* 50. *n.* 1. Hinc pulchrè Cicero *lib.* 1. *officior.* Stoicos, & Cinicos Philoſophos reprehendit dicentes omnia ſuis propriis nominibus, quamuis obſcæna vocanda eſſent; quod enim facere turpe non eſt, ſi tamen occultè [d] fiat, illud dicere obſcænum erit. Quæ fuit ratio cur Romani, vt refert Gellius *lib.* 10. *cap.* 6. non factis ſolùm obſcænis, ſed etiam vocibus petulantibus publicam multam indixerint. Conſentiunt hæc cum caſtitate orationis, qua hæc mulier negotium nuptiale peregit dicens: *extende pallium tuum ſuper famulam tuam.*

Vrbanè igitur, pudicè pariter, & [e] honeſtè de re vxoria, ſiue de ſponſalibus dixit iunior vidua, *expande pallium tuum ſuper famulam tuam*: quod 34.

Marginalia: Rab. Moyſ. — [c] *Lingua ſancta dicitur non ſolùm quia myſteria ſancta, ſed quia vniuerſa ſanctè pertractat.* — Remigius. — [d] *Quod enim facere aliquando turpe non eſt, ſemper tamen dicere, obſcænum erit.* — [e] *Vide vrbanitatẽ huius fœminæ.*

Chaldaica paraphraſis. Ioſephus.

quod Chaldaica Paraphraſis ita retulit, *accidat queſo nomen tuum ancilla tua, vt me vxorem ducas; quia propinquus es tu.* Videndus eſt Ioſeph. *lib. 5. antiquit. cap. 11.* vbi exponere videtur hanc eandem ſententiam paraphraſis cum ait, *edidit illi nomen, & famulam ſe in eius poteſtate dixit;* [f] qui enim in familiam alicuius transferebantur, eius nomen accipere dicebantur; qualis eſt ille locus *Deut. 25.* vbi dicitur *& primogenitum ex ea filium appellabit nomine illius, vt non deleatur nomen eius ex Iſrael;* non quòd idem nomen defuncti ad eum filium pertineret, ſed potius quia eius filius poſt eius mortem natus ad defuncti familiam, & domum pertinebat. Accedere igitur nomen alicuius alicui idem eſt, quod ad illius familiam pertinere. Certum autem eſt mulieres ad familias maritorum pertinere, quod conſtat *Leuit. 21. & Num. 3.* ſicut notauit Auguſt. *lib. quæſt. ſuper Num. quæſt. 4. cap. 59.* Ambroſ. *lib. de Abraham. cap. vltimo.* Sic igitur voluit hæc mulier matrimonium celebrare cum dixit, *accidat mihi nomen tuum*, pertineam ad familiam tuam de more coniugali: melius tamen phraſis Hebræa hoc expreſſit cum dixit, *extende alam tuam ſuper famulam tuam*, metaphora ſumpta ab auibus, quæ ſuis alis fouent, & excipiunt beneficè pullos ſuos, quales oportet eſſe maritos fouentes, & alentes vxores ſuas ſua ſub protectione. Vnde ea cæremonia orta eſt, vt [g] ſponſus laciniam ſui pallij expanderet ſuper ſponſam: quam cæremoniam celebrem fuiſſe apud Hebræos dixit Lyranus ad hunc locum. Hanc autem cæremoniam videtur inſinuare diuinus ſponſus, quando primò ſponſalia celebrauit cum ſponſa ſua Hebræa Ezech. 16. ſic enim eo in loco habetur: *Tranſiui per te, & vidi te, & expandi amictum meum ſuper te, & emundaui ſanguinem tuum ex te, & iuraui tibi, & ingreſſus ſum pactum tecum, & facta es mea.* Quæ verba ſatis ſignificant cæremonias, & ritus, quibus olim ſponſalia celebrabantur; extendebatur pallium, iurabant deinde ſponſi, poſtmodum paciſcebantur. Quod fieri ibi poſtulauit hæc mulier dicens: *expande pallium tuum*, &c. & cauſam, & rationem addidit, cùm dixit, *quia propinquus es*, id eſt, ad te pertinet ius redimendi defunctum.

[f] *Qui in familiam trāsferebatur, eius nomen accipiebatur.*

Deut. 25.

Leuit. 21. Num. 3. Auguſt. Ambroſ.

Phraſ. Hebræa.

[g] *Expanſa ſuper ſponsā pallij lacinia, deſponſatio, fiebat apud Hebræos.*

Lyran. Ezech. 16.

§. III.

Moraliter.

Non temere aſſurgat ad os ſereniſſimi Sponſi anima pœnitens, ſed potiùs ad pedes Domini, pauida iaceat.

35. Breuiſſimè tamen in hac muliere iacente ad pedes Booz oſtendemus ſtatum eius animæ, de qua hucuſque ſumus locuti. Videndus erit Bernard. *ſerm. 3. & 4. ſuper Cant.* quorum titulus eſt, *de oſculo pedis, manus, & oris Domini*, vbi docet animam inexpertam cæleſtium gaudiorum nullum alium locum accommodatiorem habere, quàm pedes ſponſi, *Non temerè*, inquit, *aſſurgat ad os Sereniſſimi Sponſi, ſed potiùs ad pedes Domini pauida iaceat, & cum publicano terram timens, non cælum intueatur, ne confuſa in liminaribus cæli, facies aſſueta tenebris opprimatur à gloria, atque inſolitis reuerberata ſplendoribus maieſtatis denſioris rurſus cæcitatis caligine obruatur. Non tibi, O quæcunque es anima, vilis videatur ille locus in quo ſancta peccatrix peccata* [i] *depoſuit, induit ſanctitatem, vbi Æthiopiſſa mutauit pellem, & in nouum reſtituta candorem, iam tunc fiducialiter reſpondebat exprobrantibus. Nigra ſum, ſed formoſa filia Hieruſalem: illius ergo beata pœnitentis de more, tu è miſera, vt deſinas eſſe miſera, proſternere tu in terram, & amplectere pedes, laua lachrymis, quibus non tantùm illum laues, ſed* [l] *te, vt fias vna de grege tonſarum, quæ aſcendunt de lauacro; anima enim ſapiens, & pœnitens, non repente fieri ſumma, ſed paulatim proficere vult: quantum enim diſplicet Deo impudentia peccatoris, tantùm pœnitentis verecundia placet.* De nocte igitur veniat anima, ſola accedat, ante pedes procumbat, *quoniam*, ſicut idem Bernard. dixit, *longus ſaltus eſt de pede ad os, nec acceſſus conueniens haberi, de luto tracta, hodie vultus gloria præſentaris, per manum tibi tranſitus ſit, illa te tergat prius, illa te erigat.* Conuenienter hæc anima ad pedes procubuit, conuenientiùs etiam poſtulauit, [m] vt pallio Chriſti tegeretur, nullum accommodatius ei ornamentum inuenit, quàm pallium ipſius ſponſi. Qua forte ratione Deus poſt peccatum Adæ ipſum Adam induit pellibus agni in vmbram, & figuram huius remedij: qua de re videndus eſt Theodoret. *quæſt. 30. in Geneſ.* & ne aliquis error irrepat, videndus eſt Xiſtus Senenſ. *in Bibliotheca. annot. 54. & 55. ſuper Geneſ.* vbi diligenter aduertit, pelliceam veſtem indutum fuiſſe, id eſt parentem in ſignum, & figuram eius veſtis, qua vnaquæque anima induitur, & ornatur, quæ [n] de pelle agni occiſi ab origine mundi contexta eſt, hoc eſt, de ſanguine Chriſti ſeruatoris.

Bernard.

[h] *Anima inexperta cæleſtium gaudiorum accōmodatiorem locum non habet quàm pedes ſponſi.*

[i] *Ibi enim peccatrix depoſuit peccata.*

[l] *Qua ſi lachrymis lauerit, & ſe lauabit.*

[m] *Poſthac Chriſti ſe pallio poſtulat operiri.*

Theodoret. Xiſtus Sen.

[n] *Hoc eſt pelle agni occiſi ab origine mundi.*

TRACTATVS XXXI.

De verbis illis: *Scit omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis.* Siue, *De publica fama muliebri.*

§. I.

Qui bene affectus eſt, non modò prauè non iudicat, iudiciumve ſuſpendit, ſed quod pulcherrimum eſt, opinatur.

IN hoc tractatu XXXI. explicanda ſunt omnia verba, quæ intermedia ſunt vſque ad ea, quæ propoſuimus in eius titulo, ſunt autem hæc: *Benedicta es à Domino filia, & priorem miſericordiam poſteriori ſuperaſti, quia non es ſecuta iuuenes, pauperes, ſiue diuites; noli ergo metuere, ſed quidquid dixeris mihi, faciam tibi;* &c. Priora veniunt explicanda hæc verba. *Benedicta es à Domino filia.* Notandum autem eſt, tertiam [o] iam hanc eſſe partem huius capitis tertij, in qua continetur reſponſio illius viri, ad ea, quæ poſtulauerat Ruth. In ea autem reſponſione illud maximè aduertendum eſt, nihil ſiniſtrum hunc virum ſuſpicatum [p] fuiſſe de 36.

hac

[o] *Tertia pars huius capitis reſponſio ſcilicet Booz ad Ruth.*

[p] *Qui de ea nihil ſiniſtrū ſuſpicatus fuit.*

Ariſtot.

hac vidua, quanuis omnia oppoſitum ſuaderent: cuius rei ea ratio eſt, quia vt dixit Ariſt. 3. Ethicorum ſ *prout quiſque affectus eſt, ita iudicat de rebus; malè enim verum examinat corruptus iudex.*

Exod. 32.

In quam ſententiam adducitur ille locus *Exod.* 32. quando Moyſe eum Ioſue deſcendentibus de monte, quo tempore ad radices eiuſdem montis populus tumultuabatur, tunc autem dixiſſe legitur Ioſue, *vlulatus pugnæ auditur in caſtris:* cui reſpondit Moyſes, *Non eſt clamor pugnæ, ſed vocem cantantium ego audio:* quod enim bellicoſo viro bellicum tumultum ſonabat, illud ipſum pacifico Moyſi muſicam reſonabat, iuxta paſſionem, qua quiſque eorum affectus erat. Vnde

Ariſtot.

dixit Ariſtotel. *lib. de ſomno, & vigilia: facilè decipimur circa ſenſus, cum in paſſione exiſtimus.* Qua ratione celebris ea fuit lex Academiorum, qui ne errarent in iudiciis ferendis, nunquam audebant affirmare, ſed ſemper iudicium ſuſpendebant, ſeu aſſenſum: qualis eſt locus apud Paulum

Rom. 14.

ad Rom. 14. *qui manducat, non manducantem non ſpernat, & qui non manducat, non iudicet, quòd ille veſcatur carnibus.* Videndus erit Aug. de hoc loco *lib. 83. qq. q. 71. & Pſalm. 118.* Chryſoſt. *hom 42. in Gen. & hom. 43. in Matthaum. & hom.* 64. & inſuper Auguſt. *lib de paſtoribus c.* 12.

Auguſt. Chryſoſt. Auguſt.

Meliùs autem multo hic vir, qui videns viduam iuuenem ad eius pedes iacentem intempeſta nocte, non modo iudicium non ſuſpendit, q ſed pulchrè ea de re iudicauit, & factum ſuis floribus ornauit, ad inſtar optimi pictoris, cuius proprium officium eſt, vitia cuiuſque abſcondere, & ea, quæ pulcherrima ſunt, oſtendere: ſic enim ille rem confirmauit in primis à publica eius pudicitiæ fama, dicens, *ſcit omnis populus mulierem te eſſe virtutis,* ab eo tempore, quo peregrinata es in hac noſtra vrbe. Deinde ab amore mariti, quærebat enim maritum ſecundùm legem, vt excitaret prolem defuncto marito, propterea non iuuenes, neque verò opulentos, ſed conſanguineum tantùm volebat virum, qua in re priorem charitatem in maritum, dixit, ſuperaſſe poſteriorem, curando vt prolem haberet eius maritus defunctus in Iſrael. Huic ſententiæ ſuffragatur

q Sed pulchrè ea de re iudicauit.

Chald par. Chryſoſt. Theodoret.

paraphraſis Chaldaica, & Chryſoſt. *hom.* 1. *in Matth.* cum habet, *mox vt verbum legis audiuit, vniuerſa religioni adſcripſit.* Similia habet Theod. ad hunc locum: *ſic igitur ei imprecatus eſt, fauore ſuo te proſequatur filia mea Deus omnipotens.* Quæ verba iam ſponſi, & mariti ſunt, quemadmodum

Idem.

ad eum locum conijcit Theodoret. *Namque ab ſponſo caſto, & pudico matrimonio r filia vocabatur ſponſa.* Quo pacto intelligendus eſt locus Ierem.

Ierem. 3.

r Vtque iam ſponſam filiã vocauit de more gentis ſua.

3. *Saltem modò voca me, Pater meus, dux virginitatis mea:* quod notauit Boetius *lib. 2. in topica Ciceronis*, vbi oſtendit ſponſam loco filiæ eſſe marito ſuo; & Ariſt. 1. Politic. 8. *Vir vxori præeſt, & filiis, tanquam liberis quidem ambobus.* Videndus eſt Plutarch. *in Bruto*, vbi refert, Andromachem Hectoris vxorem ita potiùs allocutam fuiſſe maritum ſuum. *Hector tu mihi iam Pater es, & optima mater.* Sic intelligendus eſt locus

Boetius. Ariſtot. Plutarch.

Cant. 2.

Cantic. 2. *ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias,* id eſt, inter ſponſas: ſic igitur conſolatus eſt miſeram viduam, eam filiam vocando, ſpe, ſcilicet, futuri matrimonij, ſuor enim ea verba ſponſalia: vel ſaltem eam filiam vocauit propter differentiam inter vtriuſque ætatem.

§. II.

Lateat quidem omnes mulieris forma, ſed non bona fama, cuius nec minima mulieri ferenda eſt iactura.

Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis.

IN ſequentibus autem verbis, *ſcit enim omnis populus, qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te eſſe virtutis,* duplex latet Hebraiſmus, ſ idem enim eſt, *ſcit omnis populus*, ac ſi diceret, publica, & nota fama eſt tuarum virtutum in foro, & in iudicio publico; ſolebant enim veteres iudicia facere intra portas vrbis, & forum etiam publicum in portis vrbium erat. Alter Hebraiſmus eſt in illis verbis, *mulierem te eſſe virtutis,* ſolent enim Hebræi genitiuis vti pro adiectiuis nominibus, non ita enim abundant adiectiuis. ac proinde idem eſt, *mulierem te eſſe virtutis*, ac mulierem virtute præditam: hoc autem eſt contra præceptum Tucydidis, quem refert Plutarch. *in lib. de virtutibus mulierum*, qui primam laudem tribuebat fœminæ, u de qua foris minimus eſt, vel in bonam, vel in malam partem ſermo, cenſens nimirum, vt corpus, ita famam bonæ mulieris domi incluſam eſſe, nec in publicum exire debere. Similia habet Plutarch. *in Laconicis*, vbi refert illud dictum à quodam Lacedæmonio de quibuſdam laudantibus non ſuas, ſed alienas vxores, *Per Deos*, inquit, *de vxoribus aliorum nihil temere dicendum eſt, ipſas enim prorſus ignorari decet, quales ſint, præterquam ab his, quibuſcum viuunt.* Cuius oppoſitum videmus hoc in loco, etenim Ruth laudatur à publica, & honeſta fama. In quam ſententiam laudat Plutarch Gorgiæ ſententiam, qui mulieris non formam, ſed famam multis vult eſſe notam. Vnde *Iudith in c.* 8. ab eo laudatur: *& hac erat omnibus famoſiſſima, quoniam timebat Dominum valde, nec erat, quò loqueretur de illa verbum malum:* ſequitur enim fama virtutem, ſicut vmbra corpus. 37.

ſ Scit populus id eſt, fama eſt publica. Hebraiſmus.

t Alter Hebraiſmus, mulier virtutis, id eſt, virtute prædita.

Tucydid. Plutarch.

u Licet prima lau fœmina de qua minimus forum ſermo. hoc de forma, non de fama cenſetur.

Idem.

Idem.

Iudith. 8.

Cum autem lubrica ſit fama muliebris, ſicut docet Hieronym. latè *epiſt. ad Gaudent.* & Hugo de Sancto Victore *in tract. de contemptu mundi, vel leuis ſuſpicio x in fama fugienda eſt, præſertimque mulieribus.* Qua de re videndus eſt Chryſoſtom. *tom. 1. hom. 1. de fide Anna*, vbi notauit, diligenter curaſſe eam ſanctam fœminam, ne ſacerdos malam de ea conciperet opinionem: *Nec apud ſe dixit*, inquit Chryſoſtom. *quid mihi cura eſt iſtius calumniæ? ignoranter, ac temerè accuſat, ſuſpicatur vbi non erat opus, mea conſcientia pura eſt & omnes me traducant: ſed apoſtolicam illam impleuit legem, qua iubet, vt prouideamus bona, non tantùm coram Domino, ſed etiam coram hominibus, atque omnimodo ſuſpicionem depulit, cum ait, ne des ancillam tuam in faciem in filiam peſtilentem, quod* Vulgatus interpres dixit 1. Reg. 1. *ne reputes ancillam tuam, quaſi vnam de filiabus Belial.* Similia habet Hieronym. de vitando ſuſpecto contubernio, cum ait, *quod ſi etiam conſcientia vulnus non habeat, habet tamen fama ignominiam; & ſi dixeris mihi, ſufficit conſcientia mea, habeo Deum iudicem, qui vita meæ eſt teſtis; non curo quid loquantur de me homines, audi Apoſtolum dicentem, prouidentes bona non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus.* Vnde 38.

Hieron. Hugo de S. Victore.

x Mulieri enim in fama vel leuis ſuſpicio fugienda.

Chryſoſt.

1 Reg. 1.

Hieron.

iute Poſthumia virgo veſtalis reprehenſa eſt à collegio[a] Pontificum, quia ſuæ famæ curam non habuerit, vt refert Liuius *Decad.*1. *lib.*4. Cuius verba ſunt videnda : *Cum*, inquit, *Poſthumia virgo de inceſtu cauſam dixit crimine innoxia ob ſuſpicionem, propter cultum amæniorem, ingeniúmque liberalius, quàm virginem decebat, parum abhorrens famam ampliatam, deinde abſolutam, pro collegij ſententia Pontifex maximus abſtinere iocis, colique potiùs ſanctè, quàm ſcitè iuſſit.* Quæ eſt ratio cur ſponſa *Cantic.* 8. curam maximè habens ſuæ famæ dixerit, *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te ſolum foris, & deoſculer te, & iam, nemo me deſpiciat?* Volebat enim ſponſa, vt vehementiſſimi amoris ſigna in publicum prodirent, quo ardebat, ſeruato tamen decore virginali, nec læſa [a] eius fama, caſta enim eſſe, & haberi volebat. Quod etiam dixit *Cantic.* 1. cùm locum quæſiuit certum, in quo inuenire poſſet ſponſum, *Ne*, inquit, *Vagari incipiam*, ſicut eſt in Hebræo, *ne habear tanquam capite obuoluta*, hoc eſt, nequis exiſtimer me prophanam mulierem eſſe; quod etiam paulo inferiùs hoc ipſo capite maximè curauit in hac muliere ille vir ſanctiſſimus cum dixit, *Caue, ne quis nouerit, quod huc veneris.* Ex quibus ſatis patet curandam maximè eſſe famam muliebrem, quæuis enim, vel leuis ſuſpicio honeſtatis maximè nocet.

[a] *Adeo vt meritò ſit reprehenſa veſtalis quæ ſuæ famæ curam non habuit.*

Cantic. 8.

[a] *Neq; enim ſat eſt eſſe caſtam fœminã, ſed etiã quod talis appareas.*

§. III.

Moraliter. *Virtus non eſt, cuius flagrantia foris non diffunditur.*

39. FOrtaſſis autem illud maximè quadrat cum anima ſancta, de qua huc vſque locuti ſumus, quòd ipſa occultare debet ſuas virtutes, quæ tamen, quanuis maximè occultentur, [b] latere non poſſunt. Quadrat in hanc ſententiam locus *Cantic.* 4. cum ſponſus animam ſanctam vocauit, & hortum concluſum, & fontem ſignatum; quanuis autem hortus concluſus ſit, [c] redolent exteriùs poma: quanuis ſignatus, id eſt, concluſus, ſit fons, foris defluit: virtus ſimiliter quanuis lateat, odorem ſuum emittit ad inſtar eorum, quæ ſuauiter redolere ſolent, quauis abſcondantur, redolent tamen. Videndus eſt hac de re Plutarch. *in libro*, cui titulum fecit, *Ita viue, vt lateas*, in quo inter alia ita dixit; *quemadmodum lumen in cauſa eſt, vt non ſolùm aliis conſpicui ſimus, verùm etiam vtiles; ita notitia non gloriam modò, verùm exercitationem parit virtutis: cur enim latebit eius fama, & gloria, quæ prodeſſe poterit pluribus? an ne quem erudiam? ne quem ad virtutis imitationem excitem? ne cui ſim exemplum ad honeſtatem?* Talis fuerat hæc anima, quæ latentes habeat virtutes; nihilominus eius fama exteriùs redolebat: vile enim eſt quidquid patet, quemadmodum dixit Seneca *epiſt.*69. vile non eſt, [d] quod cum lateat, proditur tamen ſua fama, & gloria.

[b] *Virtus enim quantus occultetur latere nõ poteſt.*

[c] *Ad inſtar horti clauſi cuius odor latè diffunditur.*

Plutarch.

[d] *Vile non eſt, quod cum lateat, fama proditur.*

***

TRACTATVS XXXII.

De verbis illis: *Nec abnuo me propinquũ eſſe, ſed eſt alius me propinquior: quieſce hac nocte, & facto manè, ſi te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta eſt: ſin autem ille noluerit, ego te abſque vlla dubitatione ſuſcipiam: viuit Dominus, dormi vſque manè: dormiuit itaque ad pedes eius vſque ad noctis abſceſſum. Surrexit itaque antequam homines ſe cognoſcerent mutuò, & dixit Booz, caue ne quis nouerit, quòd huc veneris.* Siue, *De veterum Patrum pudicitia.*

VT meliùs hæc verba intelligantur, videndus erit ſuprà tractatus 26. quem fecimus cap. 2. de redemptione legali, ea enim, quæ ibi dicta ſunt, neceſſariò faciunt ad explicationem præſentium verborum, quibus vir probus fatetur ſe vindicem eſſe, redemptorem, & conſanguineum, ad quem iure ſanguinis pertineat ſuſcitare ſemen defuncti fratris ex præcepto legis, quæ hac de re ſcripta eſt Deuter. 25. *Quando habitauerint fratres ſimul, & vnus ex iis abſque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui, & primogenitum ex ea nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Iſraël.* Cuius legis complementum poſtulabat Ruth, quando dixit, *propinquus es.* Hanc autem legem non ſolùm de fratribus intelligendam eſſe, ſed etiam ex propinquis aliis ex eadem familia docet planè hic locus, cum aſſerit non negaſſe Booz ſe conſanguineum eſſe, aſſeruiſſe tamen eſſe alium gradu propinquiorem, ad quem priùs ſpectabat ius redimendi defuncti nomen: ad quem modum *Deut.* intelligit Ioſephus *lib.*5. *antiquit. cap.* 11. Auguſt. *q.* 46. *in Deut.* Brixian. *in comment. ſuper Deut.* Vnde noſter Luſitanus Oleaſter, quod vulgatus Interpres dixit, *ſed accipiet eam frater eius*, ex Hebræo tranſtulit, *cognatus eius*, vt ſignificaret viduam relictam non poſſe accipere alienum, id eſt, ex alia familia; poſſe tamen ex eadem familia, non fratrem ſolùm, ſed quenuis alium conſanguineum; propterea vir probus hoc loco ſponſalia celebrauit, & iurauit ſub conditione tamen, ſi alius noluiſſet, qui ſanguine tamen propinquior erat. 40.

Deut. 25.

Ioſephus, & alij.

§. I.

Mira quidem pudicitia Booz quæ in medio ignis poſita, non æſtuauit.

41. *Dormiuit itaque ad pedes eius vſque ad noctis abſceſſum.* HOc autem in loco ponderanda eſt caſtimonia huius ſancti hominis, ne enim perturbatam relinqueret viduam, dixit, *dormi vſque manè, dormiuítque ad pedes eius vſque ad noctis abſceſſum.* Quibus verbis, & pudicitia [e] illius viri Booz oſtenditur, & fama illius viduæ Ruth defenditur, vt pote quia pudicitiam non læſerit vir, nec famam viduæ offenderit. Inter alias autem virtutes cuiuſcunque boni viri, caſtimonia ſumma eſt, vel teſte Imperatore Iuliano, qui dicere ſolebat, ſicut refert Ammianus Marcel. *lib.* 25. ſeu potiùs recitare ſolebat, ex Lytico Poëta Græco, quòd egregius pictor vultum ſpecioſum effingit, caſtimonia celſiùs conſurgentem vitam exornet. In

[e] *Pudicitia Booz commendatur.*

Val. Max. quam ſententiam videndus eſt Valer. Maxim. *lib.6. cap.*1. cum *pudicitiam* vocat *virorum, & mulierum firmamentum.* Cuius rei ea eſt ratio,

Cyprian. quam adducit Cyprian. *lib. de ſpectaculis*, vbi ait, *voluptas eſt viciſſe voluptatem: nec vlla maior eſt victoria, quàm quæ refertur de cupiditatibus; qui enim hoſtem vicit, fortior fuit, ſed altero; qui libidinem repreſſit, ſe ipſo fortior; qui inimicum proſtrauit, externum hoſtem percuſſit; qui cupiditatem depreſſit, hoſtem domeſticum proſtrauit.* Vi-

Bernard. dendus eſt Bernard. *ſerm. de* 7. *fragmentis*, vbi docet, *acerrimum hoſtem continentiæ, eſſe carnem, quem nec poſſumus fugere, nec fugare, circunferre illum neceſſe eſt, quoniam alligatus eſt nobis. Vide ergo quàm ſollicitè te debeas cuſtodire ab ea, quæ dormit in ſinu tuo.* Qua de re videndus erit Paulus *ad Rom.* 7. cùm dixit, *video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ*, quaſi duo regna in ſe diuiſa, atque etiam pugnantia inter ſe ſe, quæ reducere ad concordiam ſemper difficile fuit, & ferme impoſſibile. Id quod

Iob. 31. quaſi magnum ſignificauit ſe feciſſe Iob *in c.* 31. cùm dixit: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem de virgine.* Quem locum Vatablus ita vertit, *fuit maxima concordia carnis, & ſpiritus in Iob.* Quod expreſſit hic probatiſſimus vir hoc loco, qui [f] non tantùm vidit, ſed iacentem inuenit ad ſuos pedes eam, à qua abſtinuit, quod impoſſibile videbatur, facillimè factum eſt, quemadmodum notauit Baſilius lib. de virginib. *Sicut enim, cùm ignem tangimus, ignis indicia per impreſſas in nobis ignis combuſtiones excipimus, ita poſſibile non eſt eum, quem ignis amoris attigerat, huiuſmodi tactum innocuum, inuiolatúmque præferre.* Vidit hic vir Booz, tetigit, inuenit iacentem ad ſuos pedes, nec [g] tamen vel leue ignis ſignum accepit. Videndus eſt Chryſoſt. *hom.* 3. *de Verbis Domini*: mirandum autem non eſt, ſi ita continens fuerit, cum de more patrio tantopere commendata ſit caſtimonia ante coniugium, vt videre eſt *Tobiæ* 4. vbi ſenior Tobias Iuniori dixit: *attende fili ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam, nunquam patiaris crimen.*

[f] *In eo quod non tantum vidit, ſed iacentē ad ſuos pedes inuenit eam, à qua abſtinuit.*

[g] *In quo ignē tetigit ſine combuſtione.*

Chryſoſt.

Tob. 4. Vnde iunior Tobias ita dixit cap. 8. *Domine tu ſcis, quia non luxuriæ causâ accipio ſororem meam coniugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum.* Quod proſequitur Phi-

Philo. lo *lib. de Ioſeph*, commendans pudicitiam Patrum Hebræorum, aiens: *Apud noſtros homines nulla eſt meretrix, capitali ſupplicio propoſito exercentibus talem quæſtum, ante legitimam copulam, alios congreſſus cum mulieribus neſcimus, caſti caſtis virginibus coniungimus, non voluptatis, ſed liberorum quærendorum gratia.* Similia habet Au-

Auguſt. guſt. *lib.* 3. *de doctrina Chriſtiana.* Videndus erit Epictetus Philoſoph. Platonicus *can.* 38. cùm ait, *circa venerea pro virili ante coniugium, caſtum, purúmque eſſe oportet.* [h] Qualem legem, ſiue conſuetudinem ſatis ſeruauit hic vir, cum ſponſæ ſuæ dixit: *dormi vſque manè, dormiuitque ad pedes eius vſque ad noctis abſceſſum.*

[h] *Veterū Hebræorum caſtimoniam imitatus.*

§. II.

Moraliter. *Anima veræ pietati incumbens, rebus caducis veluti aculeis pungitur, neque alibi, quàm ad pedes Dominicos requieſcit.*

SAtis autem oſtendit hic locus, vbi potuerit inuenire anima quietem, quæ ante turbata fuerat, nuſquam enim in [i] tota vitæ periodo dormiuit hæc anima, niſi cum procubuit ad pedes ſponſi ſui; eſt enim terminus totius perturbationis inuentus ſponſus. Quod ſignificauit ea anima, quæ cum adhuc eſſet cum ſponſo dixit: *Indica mihi vbi cubes, ne vagari incipiam*, id eſt, ne inquieta ſim: videndus eſt Auguſt. *lib.* 4. *confeſſ. cap.* 10. & 11. vbi inter cætera ita habet: *Deus virtutum conuerte nos, oſtende faciem tuam, & ſalui erimus: nam quacunque ſe extenderit anima hominis, ad dolores figitur, præterquam in te, tametſi figitur in pulchris extra te, & extra ſe: non infigatur anima mea eis glutino amoris per ſenſus corporis, eunt enim, quò ibant, & feſtinant, vt non ſint, & ſcindunt eam deſideriis peſtilentioſis, quoniam ipſa eſſe vult, & requieſcere in iis, quæ amat; in illis autem non eſt vbi,* [l] *quia non ſtant, ſed fugiunt; neque aliquis eam comprehendit, vel cum præſto ſunt, audi alta voce ipſum verbum, cum clamat, vt redeas, & ibi eſt locus quietis imperturbabilis, vbi non deſeritur idem amor, ſi ipſe non deſerat; ibi fige manſionem tuam.* Longè meliora ſunt ea, quæ idem Auguſt. docet in eandem ſententiam lib. 6. confeſſ. *Væ animæ audaci, quæ ſperauit, ſi à te receſſiſſet, ſe aliquid melius habituram, verſa, & reuerſa in tergum, & in latera, & in ventrem, & dura* [m] *ſunt omnia, & tu ſolus requies.* In hanc ſententiam videndus eſt ille locus apud *Luc. cap.* 2. quando virgo Mater puerum Deum amiſit, quamuis ardenti charitate inflammata eſſet, quieta tamen eſſe non potuit ſine Chriſto, dolores ſeparata à Deo inuenit, & non requiem; id quod ſignificant ea verba, quæ dixit inuento puero: *Fili, quid feciſti nobis ſic? ego & Pater tuus dolentes quærebamus te:* nullibi enim locus quietus eſt, niſi apud Deum: quod alibi ponderauit Auguſt. explicans ea verba Can-

42.

[i] *Anima nullibi niſi ad pedes ſponſi requieſcit.*

Auguſt.

[l] *In rebus enim, quæ nō, quam ſtant, ſed fugiunt, quomodo vlla requies?*

[m] *Dura ſunt omnia ad requiem extra Deum.*

Cantic. 5. tic. 5. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Habetur autem locus *tract.* 57. ſuper Ioannem, *ita quieſco, vt audiam, otium meum non impenditur nutriendæ deſidiæ, ſed percipiendæ ſapientiæ vaco, requieſcens à negotiis animus meus, diuinis intendit affectibus.* Aliis verbis idem dixit Gregorius

Greg. Magn. Magn. *lib.* 5. *moral. cap.* 22. explicans eadem verba Cantic. *dum exteriores ſenſus ab huius vitæ ſollicitudinibus ſopio, vacante mente viuaciùs, interna cognoſco, foris dormio, ſed in his cor vigilat,*

[n] *Dum autẽ foris ſomnus occupat ſenſus, cor vigilat.*

lat, [n] *quia dum exteriora quaſi non ſentio, melius interiora apprehendo.* Videndus erit Auguſt. *lib.* 8. *de Ciuitate cap.* 3. cùm quærit, quæ ſit ratio, cur Socrates tranſtulerit omnem Philoſophiam ad componendos mores: *Quia nolebat immundos terrenis cupiditatibus animos ſe extendere ad diuina, nec enim Deum inuenit, niſi anima quieta, qualem & Chriſtus voluit, Matth.* 5. *cùm dixit, relictis omnibus ſequendum eſſe Deum.* Proſequitur hoc argumentum Ludouicus Viuez *in Comm. ſuper Auguſt. in eo loco.* Doctrina eſt Philonis *lib.* 2. *legis allegoriarum*, vbi docet, non niſi ſeparatam à ſenſibus animam quærere poſſe Deum, & quæſitum inuenire. Videndus eſt Auguſt. epiſt. 112. *Sicut igitur cerua ſagittis confixa ad flumina defugere ſolet, vt & requiem, & vulnerum remedia inueniat, ſic anima ſaucia cupiditatibus, & prauis vulnerata appetitionibus ad Deum properans, eius ſolùm ante pedes conquieſcit.* Sicut patet in hac anima, de qua agimus, quæ in tota vitæ periodo perturbata, nunquam legitur dormiſſe niſi ad pedes eius, qui Deum in carne figurabat.

Auguſt.
Matt. 5.
Ludouic. Viuez.
Philo.
Auguſt.

TRACTATVS XXXIII.

De verbis illis: *extende pallium tuum quo operiru, & tene vtraque manu: qua extendente, & tenente, menſus eſt ſex modios hordei, & poſuit ſuper eam, quæ portans ingreſſa eſt ciuitatem, & venit ad ſocrum ſuam: quæ dixit ei; quid egiſti filia? narrauitque ei omnia, quæ ſibi feciſſet homo: & ait, Ecce ſex modios hordei dedit mihi, & ait, nolo vacuam te reuerti ad ſocrum tuam. Dixitque Noemi: expecta filia donec videamus, quem res exitum habeat; neque enim ceſſabit homo, niſi compleuerit, quod locutus eſt.* Siue, *De pallio nuptiali.*

43. HIc vltimus erit tractatus huius Capitis tertij, in quo explicabimus omnia, quæ in illo continentur capite vſque ad finem, dicturi tamen in ſequenti tractatu ea, quæ pertinent ad analogiam vtriuſque teſtamenti in hoc eodem capite reperta. Libuit autem in principio præmittere Paraphraſim Chaldaicam, conducit enim ad explicationem horum verborum. Ea autem hoc loco ita habent: *Exhibe linteum, quo tegeris, illudque tene, quod cum teneret menſus eſt hordei ſeìn ſex, quæ illi ſuperimpoſuit: ei autem conceſſa ſunt à Domino vires ſufficientes ad illa per-*

Par. Chald.

tanda, ſtatimq; ei creditum eſt per prophetiam, quod à ſe procederent [o] *ſex iuſti, qui futuri erant in mundo, quorum quiſque benedicendus erat ſex benedictionibus: hi ſunt Dauid, Daniel cum ſociis ſuis Anania, Miſael, Aſſarias, & Rex Meſſias:* quod alij Rabbini intelligunt de ſolo Rege Meſſia, qui [p] ſex benedictionibus prædicitur benedicendus ab Iſaia; qua de re altiùs inferiùs dicemus.

[o] *Menſura ſex modiorũ ſignificat quod ſex iuſti ex Ruth procederent ſecundum paraph. Chaldaicam.*

44. Illud autem in hac litera priùs occurrit notandum, quod pallium detulerit Ruth, cùm tamen in agrum, & in aream deſcendiſſet. Pro qua re aduertendum eſt, pallium apud Aſiaticas mulieres, & maximè Palæſtinas, [q] ſponſalium inſigne fuiſſe: quo pacto intelligendus eſt ille locus *Gen.* 24. de Rebecca, quæ vbi vidit occurrentem ſibi ſponſum Iſacum in via, *tollens citò pallium ſuum operuit ſe*: quod notauit Iſaiæ 4. Hieronymus cum dixit, [r] *theriſtra nos poſſumus appellare palliola, quibus obuoluta eſt Rebecca, & hodie quoque Arabiæ, & Meſopotamiæ operiuntur fœminæ maximè quando deſponſantur:* Vnde ortus eſt ille dolor ſponſæ *Cantic.* 5. quando vulnerata, & percuſſa à cuſtodibus nocturnis, à quibus de nocte inuenta eſt in via, vehementer doluit ſublatum ſibi fuiſſe pallium cum dixit, *tulerunt pallium meum*; quaſi velit. Illud mihi vehementer dolendum perpetuò erit, ſublatum, ſcilicet, mihi per furtum fuiſſe pallium meum inſigne pudicitiæ: qua de re videndus erit Nonius Marcel. vbi de genere veſtimentorum tractat, quibus amiciebantur mulieres nubentes; inter cætera enim pallio velabantur, vnde nuptæ dicebantur [s] nubere, quia velo, quaſi nube tegerentur: aduertit hoc Lucan. *lib.* 2. cùm agit de matrimonio celebrato inter Martiam, & Catonem: quo pacto intelligendus eſt ille locus apud Martialem,

[p] *Vel ſex Meſſia benedictiones ſecundum Rabbinos.*
[q] *Pallium in fœmina ſponſalium ſignũ.*
Gen. 24.
Hieron.
[r] *Apud Luſitanos Mantilha.*
Cant. 5.
Non. Marc.
[s] *Nubentes enim pallio velabantur, quaſi nube tegerentur.*

Flammea texuntur ſponſæ, iam virgo parata eſt.
lib. 11. & lib. 12.

Prælucere faces, velarunt flammea vultus.

Lucan.
Martialis.

Videndus erit Valer. Max. *lib.* 4. *tit. de pudicitia*, vbi oſtendit, *flammeum, ſiue pallium indumentum eſſe, quo operiebantur noua nupta, quando ad domum ſponſi deferebãtur:* imò & in decretis 30. q. 1. huius veteris cæremoniæ fit mentio, eo enim in loco dicitur, *fœminas dum maritantur, ideo flammeo velari, vt ſe nouerint* [t] *ſuis maritis ſemper ſubditas eſſe*: Vnde Cardin. Baron. tom. 1. annal. anno 57. Chriſti à cap. 89. & deinceps, *Virgines ſacras refert, quo tempore Chriſto deſponſantur,* [u] *velamen accipere de more earum, quæ ſponſæ ſunt in ſæculo, quibus ſolemne eſt pallio, ſiue velamento tegi.* Ex quibus iam fit ea ratione potuiſſe hanc mulierem pallium deferre in aream, vt quæ properaret ad nuptias, & ad ſponſalia; nuptiarum autem ſymbolum eſt pallium: niſi magis placeat, pallium indumentum frequentiſſimum eſſe mulierum, præſertim Palæſtinarum, & maximè tempore meſſis, ſicut latè docet Hieronym. *epiſt. ad Latam*; quo loco videndus erit nouus interpres Hieronymi, vbi docet, huiuſcemodi pallio vti ſolitas fœminas, honeſtatis gratia maximè tempore meſſis. Similia habet Ioannes Leo. *lib.* 3. *de Africa deſcriptione pag.* 124. vbi loquens de fœminis Africanis, ita habet: *Pannus illis ex capite pendet, qui ad Sinæ formam totum corpus velat; cum enim velamen verecundiæ* [x] *inuenire ſatis non erat, ſi capitis hoc remedium inueniſſet, cæterum verò corpus non ita velaſſet:* vnde fit pallium huius mulieris, non ſolùm capitis velamen fuiſſe.

Val. Max.
[t] *Vt ſe nouerint ſemper maritis ſubditas.*
Card. Baron.
[u] *Hinc ſolene velamen ſacrarum virginum.*
Hieronym.
Ioan. Leo.
[x] *Eſt etiam pallium verecundiæ ſignum.*

[x] ſed

[z] *Fuit autem pallium Ruth non ſolius capitis, ſed totius corporis tegumentum.*

[a] *Communis fere habitus apud fœminas Palæſtinas.*

[z] ſed etiam totius corporis; alioquin capax non fuiſſet ſex modiorum hordei: proinde pallium hoc loco vel veſtem nuptialem ſignificat, qua vtebantur ſponſæ, quando deferebantur ad ſponſos ſuos; vel ſaltem communis hic erat habitus in [a] Palæſtina, & in tota Syria omnium honeſtarum fœminarum, ſicut colligitur ex iis, quæ hucvſque diximus.

45. Si quis autem velit plura cognoſcere de modio Hebræorum, conſulat eum tractatum, quem fecimus ſuprà *cap.2.num.*24 in quo latè diximus de modio, & cæteris menſuris veteribus. Cautè autem hoc loco legendus eſt [b] Vatablus, qui pro modio vertit *Epha*, quod ex re ipſa conuincitur falſum eſſe, Epha enim tres modios continet: non potuit autem mulier debilis ſex Epha deportare, neque pallium capax fuiſſet tantæ menſuræ, præſertim cum textus Hebræus non appoſuerit, qualis fuerat hæc menſura, ſed potius in textu Hebræo ita habetur, *& menſus eſt ei ſex hordeorum*, menſuram non appoſuit, vtpote quia vulgaris menſura, modius erat; neque maius pondus deportare potuerit vna mulier, quàm ſex modiorum, idque Deo adiuuante, ſicut paraphraſis Chaldaica dixit.

[b] *Notatur Vatablus circa præſentem menſuram.* Vatabl.

ſ. Vnicus.

Moraliter: *Quo operimento mundi ſibi anima ademit conſpectum; ipſum ad cæleſtia dona capienda ſacculum eſt tutiſſimum.*

46. CONſequens autem eſt, vt in hoc muliebri pallio, ſeu in veſte nuptiali, oſtẽdamus qualis reddita ſit ea anima quæ conuerſa eſt, poſtquam ad ſponſum peruenit; ea enim mente videtur deportaſſe pallium poſtquam ad Deum peruenit, [c] vt oculos operiat, ne cætera, quæ in mundo ſunt amplius videat, quod notauit Philo *lib. de Noe*; vbi poſtquam virtutes omnes Noe numerauit, ita addidit Scriptura ſacra: *Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate, quia cum,* inquit Philo, *in anima incorruptibilis ſpecies exoritur, mortalis ſpecies mox corrumpitur; generatio enim pulchrorum ſtudiorum eſt mors turpium, quemadmodum & poſt lucis exortum, euaneſcunt tenebræ.* Ea igitur mente deportauerat hæc anima pallium, nec mirum, quia tetigerat ſponſum; ex eius enim contactu, ea quæ vacua venerat, [d] virtutum pleniſſima rediit: ſolet enim diuinus contactus multo meliores animas reddere. Quod aduertit D. Leo I. *ſerm.*14 *de paſſione*, cum quærit, quæ ſit ratio, cur Deus attingere voluerit carnem? *Vt nihil*, inquit, *in aſſumpto deeſſet diuinum.* Quæ fuit ratio, cur ea, quæ peccatrix acceſſit *Luc.*7. ſanctificata fuerit reuerſa: vnde vniuerſæ animæ [e] illuſtres ex contactu Domini tales factæ ſunt. Sic ea, quæ ſuis vberibus Deum in carne lactauit; ſic ea, quæ ſupra pectus Domini in cæna recubuit; ſic & ea, quæ ſupra ripas Iordanis Chriſtum lauit propriis manibus, creſcit, & melior redditur ea anima, quæ propiùs accedit ad ſponſum, & quam ſponſus dignatus eſt admittere ad contactum, qualis anima adumbratur in hac muliere, quam ex contactu cognouit hic vir mulierem eſſe.

[c] *Anima quæ ad ſponſum peruenit, pallio ſe operiat, vt iam amplius, quæ ſũt in mundo nõ videat.*

[d] *Vel deportet pallio vt virtutum recipiat plenitudinem ex Dei cõtactu.* Leo. I. Luc. 7.

[e] *Reddita enim ſunt illuſtres quotquot animæ Deum contigerunt.*

47. Cætera, quæ continentur in hoc capite, nullam ferme habent difficultatem; in eo enim ſolus ordo rei oſtenditur. Vniuerſam enim hiſtoriam enarrauit Ruth ſocrui ſuæ, quæ ſollicitè expectabat rei euentum; ſic enim dixit ſenior vidua: *Quid egiſti filia? narrauitque ei omnia, quæ ſibi feciſſet homo.* Deinde eandem bene ſperare iubet, *expecta filia*, inquit, *donec videamus quem res exitum habeat; neque enim ceſſabit homo, niſi compleuerit quod locutus eſt.* Conicit autem optimè hæc vidua exitum, & terminum habiturum eſſe illud opus, [f] cuius principium diuinum fuiſſe ſciebat; *nec enim opera diuina interrupta manent*, ſicut dixit Auguſt cùm aſſerit, *Ianum id cum eſſe non poſſe, quia eius nomen non eſt, rem ad exitum perduxiſſe, ſed tantum opus cepiſſe.* Notandum tamen eſt in Hebraico textu, pro quo vulgatus noſter interpres trãſtulit, *expecta filia*, ita potius haberi, *ſede filia mea.* Quem locum ita tranſtulit Vatablus, & interpretatur, *ſis quieta filia mea*, [g] *nec impatiens ipſa expectatione euentus rei*; ſolet enim incertus euentus animas perturbare ſperantium. Vnde patientia neceſſaria eſt, quod Apoſtolus dixit ad *Hebr.* 10. *Patientia vobis neceſſaria eſt, vt reperietis repromiſſiones*, & Hebr. 12. *non ſegnes efficiamini, verùm imitatores eorum, qui in fide, & patientia hæreditarunt promiſſiones.* Vnde etiam dixit Bernard. lib 4. de Conſideratione, *Perſeuerantiam, & patientiam imaginem quandam æternitatis præ ſe ferre; & propterea ſola eſt, cui æternitas* [h] *redditur, dicente Domino, qui perſeuerauerit vſque ad finem, ſaluus erit.* Quæ eſt ratio, vt notauit idem Bernard. *epiſt.* 32. cur malus dæmon perpetuò patientiæ inſidietur, *ſciens*, inquit, *Diabolus ſoli ſemper perſeuerantiæ inſidiari, quam ſolam virtutem nouit coronari.* In hanc ſententiam videndus eſt ille locus, qui eſt apud Philonem *lib. quòd deterior potiori inſidiari ſoleat*, cum agit de Rebecca, quæ *Geneſ.* 24. ſponſalitio pallio ſe operuerat, quando Iſacum vidit in via; *Egreſſus enim erat Iſac à domo paterna in agrum, vt liberius Deum oraret, Deniq; comitem Iſac habuit in itinere. Rebecca igitur, id eſt, patientia vnum videns, & ſolius imaginem concipiens, ſciſcitatur ex puero, quis eſt homo hic, qui venit in occurſum nobis? anima enim in honeſtate perſeuerans, poteſt quidem ſapientiam per ſe docibilem comprehendere cognominatum Iſac, nondum tamen poteſt videre Deum authorem eius ſapientiæ, propterea puer dixit, Ipſe eſt Dominus meus, ſolum Iſac oſtendens, quia anima, quæ patiens eſſe nouit, magiſtram cæli videre poteſt, Deum videre non poteſt, eſt enim patientia magiſtra* [i] *cæli.* Quæ fuit ratio cur hæc mulier de nocte inuenerit eum virum, interdiu autem magiſtram Noemi, quæ eam bene ſperare iuſſit, & patientem eſſe.

[f] *Opus, cuius principium à Deo eſt, neceſſariò ad exitum perducetur.* Auguſt. Hebraica litera Vatabl.

[g] *Deus enim non eſt, qui tantùm cepiſſe, non perfeciſſe habet, ſicut Ianus.* Hebr. 10. & 12.

Bernard.

[h] *Eternitas ſoli perſeuerantiæ redditur.* Idem. Philo. Gen. 24.

[i] *Eſt quoque patientia magiſtra cæli.*

Niſi forte magis placeat ſedere feciſſe mulierem, qui ſedentis ſtatus eſt habitus orantis, & implorantis auxilium, atque illud ſperantis: talis enim ſolet eſſe habitus orantium, ſicut conſtat 2. *Reg.* 7. quando Dauid poſtquam à propheta audiuit omnia beneficia, quæ ei Deus pollicebatur de regno, & de eius poſteritate, ſic eo in loco addidit ſacra Scriptura: *Ingreſſus eſt autem Rex Dauid, & ſedit coram Domino, & dixit*; ſedere enim habitus eſt orantis, & poſtulantis; oportet autem expectantes, [m] atque deſiderantes orare, ne forte in eorum deſiderio lateat aliquis error: quod Paulus expreſſit *ad Rom.* 8. quemadmodum notauit Auguſt. *tract.* 6. *ſuper Ioann.* ſic enim ait Paulus: *Nos ipſi primitias ſpiritus ha-* 48.

2. Reg. 7.

[m] *Oportet autem expectantes orare, ne error aliquis in deſiderio eorum lateat.*

bentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum expectantes. Nam quid oremus, ſicut oportet neſcimus; ſed Spiritus ſanctus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id eſt, ipſe Spiritus ſanctus nos docet ſperare, ſeu deſiderare: proinde optimè hæc mulier nurui ſuæ conſulit, vt orando expectaret, ne forte in appetitione erraret.

TRACTATVS XXXIV.

De Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in hoc tertio Capite.

§. I.

Sicut vidua ſenior iuniori requiem in matrimonio procurauit; ſic Chriſti Eccleſia de Hebræis collecta, ei quæ ex gentibus pacem dedit.

49. HAbet & hoc tertium caput pleraque, quæ conueniant cum noſtra Eccleſia, quorum aliqua breuiter adducemus properantes ad metam huius operis, quæ poſita eſt in cap. 4. Prima igitur conuenientia ea eſt, quia quemadmodum Noemi maior, & ſenior vidua requiem quæſiuit nurui ſuæ, cum matrimonium quæſiuit nurui ſuæ, conſanguinei hominis; ſic beneficio prioris Eccleſiæ collectæ ex Hebræis factum eſt, vt per ſanguinem Chriſti Eccleſia collecta de gentibus requiem inuenerit, & tranquillitatem: quod ſatis explicat ille locus *Actor*. 8. ſiue 10. cum Apoſtoli audientes Samariam ad Chriſti fidem accedere voluiſſe, miſerunt duos proceres [n] Eccleſiæ cum ſummo gaudio Petrum, & Ioannem, vt Samaritani acciperent Spiritum ſanctum, & per eum pacem, & tranquillitatē Chriſti: quod ſatis oſtendit locus *Cantic*. 7. cum ſponſus ab eo laudauit ſuam ſponſam, quòd faciem [o] conuerſam haberet contra Damaſcum: *Naſus tuus, ſicut turris Lybani, quæ reſpicit contra Damaſcum*: quibus in verbis volunt Hebræi dilatandam eſſe ſcilicet vniuerſalem, vſque ad Damaſcum, iuxta *Iſai. cap.* 8. 10. & 17. quæ gloſſa Hebræorum ſi rectè intelligatur, ſatis oſtendit noſtram hanc conuenientiam; ille enim ſtatus reſpicientis Damaſcum, ſtatus eſt, gentes per Damaſcum ſignificatas, & eaſdem vocans ad Eccleſiam Chriſti per Eccleſiam collectam ex Hebræis.

[n] *Proceres Eccleſiæ ſummo cum gaudio iuerunt ad pacificandas gentes:*
[o] *Tota enim facies eorum ad conuertendas gētes proſpiciebat.*

§. II.

Præparatur Ruth ad nuptias ventilanti in area ſua Booz in ſignum, quòd Eccleſia non perueniet ad Agni nuptias ante ventilabrum vniuerſalis Iudicij.

50. SEcunda conuenientia in eo poſita eſt, quòd quemadmodum hæc mulier ad nuptias nōn properauit, niſi quando vir ille Hebræus ventilabat in area ſua, atque paleas à grano ſeparabat; ſic & noſtra Eccleſia non properabit ad nuptias Agni, niſi quando ventilauerit in area ſua ſeparans probos ab improbos: *Certum enim eſt*, vt dixit Bernard. lib. de ordine vitæ, *quòd in omni gradu, & ordine optima permixta ſunt peſſimis, propterea ad nuptias neceſſaria eſt præparatio hæc.* Quod proſequitur Auguſt. *lib.* 2. *contra literas Petiliani, cap* 47. Similia habet idem Auguſtinus *epiſt.* 48. vbi latè docet, permixtos eſſe malos cum bonis in Eccleſia, propterea fieri oportere ventilationem tempore meſſis, vel potiùs, tempore nuptiali. Auguſt.

§. III.

Accedit Ruth lota ad ſponſum, vt ſciat Eccleſia, nulli niſi per lauacrum regenerationis ad Chriſtum patere aditum.

TErtia conuenientia eſt, quia ſicut Ruth lo- 51.
ta, & vncta ad ſponſum acceſſit, ſic quoque lauacro regenerationis, ac renouationis oportet vt Eccleſia ad Chriſtum accedat, quod notauit Anſelm. cum explicat ea verba Matth. 26. *Inuenietis hominem amphoram aquæ habentem, & ipſe vobis demonſtrabit*; *maluit*, inquit Anſelm. *ſignis quàm nomine hominem denotare, quia in ſignis aliquid mixtum voluit ſignificare; quicunque enim voluerit Paſcha* [p] *Domini celebrare, debet ſequi baiulum aquæ.* Quibus ſunt ſimilia verba Ambroſij in Luc. 22. *Occurret vobis homo amphoram aquæ portans, ſequimini in domum, in quam intrat, & dicetis, Dominus dicit tibi, Vbi eſt diuerſorium, vbi Paſcha cum diſcipulis meis manducem? vtinam ergo mihi contingat amphoram aquæ portare, nam de aqua quid ego loquar? ſuper aquam* [q] *ante ipſos mundi natales, ſanctus, vt legis, ſpiritus ferebatur: O aqua, quæ humano aſperſum ſanguine vt præſentium lauacrorum figura præcederet, orbem terrarum lauaſti! aqua, quæ Sacramentum Chriſti eſſe meruiſti! quæ lauas omnia, & non lauaris, tu incipis prima,* [r] *tu comples perfecta myſteria, à te principium, in te finis; vel potiùs tu facis, vt finem neſciamus, per illud ipſum vulnus lateris Chriſti per quod Eccleſia exiuit, exiuit & aqua, vt Eccleſia mundata, & lota appareret.* Videndus eſt Hieronym. *tom.* 2. *epiſt. ad Decianum*, vbi hoc argumentum ita proſequitur; *rudis mundus, necdum Sole rutilante, nec pallente Luna, nec aſtris micantibus incompoſitam, & inuiſibilem materiam abyſſorum magnitudine, & deformibus tenebris opprimebat: ſolus Spiritus Dei in auriga modum ſuper aquas ferebatur, & naſcentem mundum in figuram* [s] *Baptiſmi parturiebat, inter cælum & terram medium extruitur firmamentum, primum de aquis, quod viuit egreditur, & pennatos fideles à terra ad cælum eleuat; fabricatur homo de limo, & inter manus Dei aquarum ſacramenta verſantur; peccat mundus, & ſine aquarum diluuio non purgatur, vt iam videamus, quàm conueniat, vt non accedat ad ſponſum Eccleſia niſi lota per Baptiſmum.* Non ſunt minùs accommodata in eandem ſententiam, quæ dixit Tertull. *lib. de Baptiſmo, cap.* 9. ſeu potiùs 5. *Propterea*, inquit, *primis aquis præceptum eſt animas proferre, & propterea primus liquor viuere dedit; ne mirum*

Matth. 26.
[p] *Qui voluerit Paſcha Domini celebrare, baiulum aquæ ſequatur.*
[q] *Et ante mundi natales Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.*
[r] *Myſteria prima incipit aqua, & cōplet vltima.*
Hieron.
[s] *Mundum parturiuit Baptiſmo.*
Tertull.

Digitized by Google

[t] Non mirum, ſi in baptiſmo, aqua nouerint animare, quãdo ſine aqua formatus eſt homo.

mirum [t] *ſit ſi in baptiſmo aqua animare nouerint, nam ipſius quoque hominis figurandi opus, ſocitantibus aquis abſolutum eſt de terrena materia, non tamen habili, niſi humecta, quam, ſcilicet, ante quartum diem ſegregata aqua in ſtatione ſua, ſuperſtite humore temperauerat.* Vnde idem Tertull. *in cap.* 9. eiuſdem libri aſſerit, perpetuò Chriſtum Dominum comitem habuiſſe aquam, quia aqua ad Baptiſmum neceſſaria eſt; hæc enim illa aqua, quæ petram conſequitur, dicente Paulo 1. Corinth. 10. *Bibebant autem de ſpiritnali, conſequente eos, petra,* Exod. 17. *petra autem erat Chriſtus.* Nam *Exod.* 17. prope montem Sinai vbi lex promulgata eſt, in in fluuium reſolutus eſt lapis, quodque magis quadrat cum muliere Moabitide prope Moab, ſicut dicitur *Numer.* 20. in Cades lapis viuus viuum quoque fontem dedit in ſignum lauandæ Eccleſiæ collectæ ex gentibus, aqua tingitur: Chriſtus prima rudimenta poteſtatis ſuæ aqua auſpicatur, cum ſermonem facit, ſitientes ad aquam inuitat, apud puteum vires reſumit, ſuper aquam incedit libenter, aquam diſcentibus miniſtrat, perſeuerat teſtimonium Baptiſmi vſque ad paſſionem; cùm deditur in Crucem, aqua interuenit, ſciunt Pilati manus: cum vulneratur, prorumpit de latere aqua, ſcit lancea militis, [u] nec enim ad Chriſtum acceditur niſi per aquam, iuxta illud Ioann. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, nõn poteſt intrare in regnum cœlorum.* Vnde Nicephor. lib. 1. Eccleſiaſt. hiſtoriæ, cap. 3. *Vt tota Eccleſia lota coniungeretur ſponſo ſuo*, dixit, *Chriſtum Dominum baptiſaſſe Virginem Matrem, & D. Petrum: Petrum autem Andream, & filios Zebedæi; hos verò reliquos omnes Apoſtolos.* Suffragatur Nicephoro Euthymius *ſuper Ioann.* 3. Conuenientia igitur ſumma eſt inter hanc mulierem prophanam lotam accedentem ad ſponſum ſuum & Eccleſiam Chriſti ex Gentibus collectam, quæ non niſi per lauacrum regenerationis ad nuptias agni acceſſit.

[u] Ad Chriſtum non acceditur niſi per aquam.

Euthym.

52. Nec ſatis habuit, ſi lota venerit, niſi pariter, & vncta; quod notauit Tertullian. cum de recenter baptiſatis dixit lib. de Baptiſmo, cap. 7. *Exinde egreſſo de lauacro perungimur benedicta* [x] *vnctione, de priſtina diſciplina, qua vngi oleo ſolebant Sacerdotes: in nobis enim carnaliter currit vnctio, ſed ſpiritualiter proficit, quomodo & ipſius Baptiſmi carnalis actus, quo in aqua mergimur, ſpiritualis autem affectus, quo à delictis liberamur.* Cuius vnctionis meminit Areopag. *lib. Eccleſiaſt. Hierarch. cap.* 2. & 3. Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſ. 3. Baſilius lib. de Spiritu ſancto, cap. 27. *In cuius ſignum purgato orbe per baptiſmum, ſiue per diluuium aquarum, emiſſa eſt columba de arca,* [z] *quæ portans ramum virentis oliuæ orbem iam quaſi baptiſatum perunxit, & ſanctificauit:* quod ipſum adduxit Petrus Damian. *ſerm. quodam de cœna Domini*, vt iam conueniant inter ſe ſe, & mulier lota, atque vncta, & Eccleſia baptiſata, & ſacro chriſmate delibuta, vtraque accedens ad ſuum ſponſum.

[x] Vnctio poſt baptiſmum.

Baſilius.

[z] Columba ramo oliuæ mundũ perunxit baptiſatum.

* * *

Gabr. à Coſta in Gen.

§. IV.

Sordes exuit Ruth, & Eccleſia veterem hominem ſe expoliauit nouum induens.

QVarta demum conuenientia in eo poſita eſt, quòd quemadmodum Ruth ſordidas, & veteres veſtes depoſuit, meliores induta: ſic noſtra Eccleſia veteres depoſuit, nouas, & pulcherrimas induens, iuxta illud, quod eſt apud Paulum ad Coloſſenſ. 3. *Expoliantes vos veterem hominem.* In quam ſententiam putauit Theodoret. quadrare ea verba *Cantic.* 4. cum ſponſus Eccleſiam laudans dixit, *dentes tui, ſicut greges tonſarum, quæ aſcendunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus,* per gregem enim tonſutam intelligit recenter baptiſatam Eccleſiam, quæ veteres non ſolùm depoſuit, ſed etiam omnino totondit amictus, meliores induta, quod Petrus dixit in ſua Canonica 1. cap. 2. *Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationem, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modò geniti infantes rationabiles, & ſine dolo lac concupiſcite.* Vnde recenter baptiſari in ſignum innocentiæ, atque etiam nouæ vitæ, [a] albis vtebantur veſtibus, ſicut proſequitur Areopag. *lib. de Eccleſ. Hierarch. cap.* 2. & 5. cuius hæc ſunt verba: *Deinceps ita initiatum candentem induunt veſtem; dum enim virili, atque ad Dei imaginem formata conſtantiá, nullis perturbationibus cedimus, & ad vnum illud intentiſſima deuotione flagramus, id quod fuerat turpe, componitur, & quod ſine ſpecie, formam gratiæ ſumit, ac lucentis vitæ fulgere euadit prorſus illuſtre: in vmbram huius nouæ veſtis, qua induitur Eccleſia recenter baptiſata, in ſymbolum innocentiæ, in veteri Hebræorum Eccleſia, alba lana vtebantur* [b] *recenter circuncisi.* Quibus addenda ſunt ea, quæ dixit Ambroſ. de Iſaac, & anima, cap. vltimo: *Exuat*, inquit, *vnuſquiſque animam ſuam inuolucris ſordidioribus, & quaſi aurum igne approbet deterſam luto; ſic enim purgatur anima velut aurum optimum, quæ ad nuptias Agni properat.* Summa igitur conuenientia eſt inter Eccleſiam, & Ruth, quia hæc depoſuit veteres amictus, meliores accipiens; illa autem illuſtriores induit, totondit veteres, vt coniux Agni fieret. 53.

Theodor.

[a] Recenter baptiſati in ſignum nouæ vitæ albis vtebantur veſtibus.

[b] Sicut olim alba lana recenter circũciſi amiciebantur.

§. V.

De Gentibus Eccleſia, veluti Ruth de pedibus Booz ad honorem matrimonij, & Chriſti ſponſalitium aſcendit.

SIt quinta conuenientia in eo poſita, quòd Ruth pedes diſcooperuit iacentis ſponſi ſui in area, & ad eos ſe proiecit, in quo conuenit Eccleſia cum ea: ſicut dixit Hieronym. *in proœmio ſuper Oſeam*, quod eſt in epiſt. ad Pammach. *Cur Salmon virum iuſtum Booz de Raab meretrice genuerit, qui Ruth Moabitidem pinna pallij ſui operiens, & iacentem ad pedes, ad caput* [c] *Euangelij tranſtulit? Sicut enim illa de pedibus ad coniugium vocata eſt, ſic Ec-* 54.

Hieron.

[c] Booz iacentem ad pedes ſuos Ruth, ad caput Euangelij trãſtulit.

cleſia prophana de gentibus vocata, facta eſt coniux Dei, in quo ſumma, & maxima eſt conuenientia inter vtranque mulierem. Videndus eſt omnino Ambroſ. 3. *de fide cap.* 5. vbi multa dixit, quæ ſeruiunt ad hanc analogiam amplificandam. Rectè autem vidua Ruth, ſex modios hordei accepit, quos ſecum deportauit in domum ſuam; vt in eo etiam conuenientia ſit cum Eccleſia Chriſti, quæ iam non floribus, & vmbris delectatur, ſed fructibus maturis: quod aduertit Ambroſ. *lib. de Iſaac, & anima, cap. vltimo,* cum priorem dixit Eccleſiam Hebræam,[d] ſcilicet, vmbris, & figuris delectatam fuiſſe, quæ ſolùm præ ſe ferunt ſpes futuri fructus; non ita de Eccleſia Chriſti, vnde *Cantic.* 5. Hebræa Eccleſia ad hortum inuitauerat ſponſum ſuum; *Cap.* antem 7. *Cantic.* non iam ad hortum, & ad flores ſolos, ſed potius ad agrum inuitat habentem non ſolùm florum gratiam, ſed etiam triticum, & hordeum, id eſt, ſolidiorum fundamenta virtutum. Hæc de Capite 3.

Ambroſ.

Ambroſius.

[d] *Eccleſia vetus vmbris, & figuris, & floribus ad ſummum læta, cũ noua ex gentibus ſit diues operum.*

Cant. 5. & 7.

C A P V T IV.

Libri Ruth.

ASCENDIT ergo Booz ad portam, & ſedit ibi. Cúmque vidiſſet propinquum præterire, de quo priùs ſermo habitus eſt, dixit ea eum; Declina paulisper, & ſede hîc, vocans eum nomine ſuo. Qui diuertit, & ſedit. Tollens autem Booz decem viros de ſenioribus ciuitatis, dixit ad eos; Sedete hîc. Quibus ſedentibus, locutus eſt ad propinquum: Partem agri fratris noſtri Elimelech vendet Noemi, quæ reuerſa eſt de regione Moabitide: quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis ſedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si vis poſſidere iure propinquitatis, eme, & poſſide. Sin autem diſplicet tibi, hoc ipſum indica mihi, vt ſciam quid facere debeam. Nullus enim eſt propinquus, excepto te, qui prior es; & me, qui ſecundus ſum. At ille reſpondit, Ego agrum emam. Cui dixit Booz: quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere: vt ſuſcites nomen propinqui tui in hæreditate ſua. Qui reſpondit: Cedo iuri propinquitatis: neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo; tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor. Hic autem erat mos antiquitus in Iſrael inter propinquos, vt ſi quando alter alteri iuri ſuo cedebat, vt eſſet firma conceſſio, ſoluebat homo calceamentum ſuum, & dabat proximo ſuo. Hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſrael. Dixit ergo propinquo ſuo Booz: Tolle calceamentum tuum; quod ſtatim ſoluit de pede ſuo. At ille maioribus natu, & vniuerſo populo, teſtes vos, inquit, eſtis, hodie, quòd poſſederim omnia, quæ fuerunt Elimelech, & Chelion, & Mahalon, tradente Noemi: & Ruth Moabitidem, vxorem Mahalon, in coniugium ſumpſerim, vt ſuſcitem nomen defuncti in hæreditate ſua, ne vocabulum eius de familia ſua, ac fratribus, & populo deleatur. Vos, inquam, huius rei teſtes eſtis. Reſpondit omnis populus, qui erat in porta, & maiores natu: Nos teſtes ſumus: faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſrael: vt ſit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem: fiátque domus tua, ſicut domus Phares, quem Thamar peperit Iudæ, de ſemine quod tibi dederit Dominus ex hac puella. Tulit itaque Booz Ruth, & accepit vxorem: ingreſſuſque eſt ad eam, & dedit illi Dominus, vt conciperet, & pareret filium. Dixeruntque mulieres ad Noemi: Benedictus Dominus, qui non eſt paſſus, vt deficeret ſucceſſor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Iſrael; & habeas, qui conſoletur animam tuam, & enutriat ſenectutem. De nuru enim tua natus eſt, quæ te diligit, & multo tibi melior eſt, quàm ſi ſeptem haberes filios. Suſceptúmque Noemi puerum poſuit in ſinu ſuo, & nutricis, ac gerulæ fungebatur officio. Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes: Natus eſt filius Noemi: vocauerunt nomen eius Obed: hic eſt pater Iſai, patris Dauid. Hæ ſunt generationes Phares: Phares genuit Eſron, Eſron genuit Aram; Aram genuit Aminadab; Aminadab genuit Nahaſſon; Nahaſſon genuit Salmon; Salmon genuit Booz; Booz genuit Obed: Obed genuit Iſai; Iſai genuit Dauid.

TRACT.

TRACTATVS XXXV.

De verbis illis: *Aſcendit ergo Booz ad portam, & ſedit ibi. Cúmque vidiſſet propinquum præterire, de quo priùs ſermo habitus eſt, dixit ad eum: Declina pauliſper, & ſede hîc, vocans eum nomine ſuo. Qui diuertit, & ſedit. Tollens autem Booz decem viros de ſenioribus ciuitatis dixit ad eos: ſedete hic. Quibus ſedentibus locutus eſt ad propinquum: Partem agri fratris noſtri Elimelech vendet Noemi, quæ reuerſa eſt de regione Moabitide: quod audire te volui, & tibi dicere coram cũctis ſedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si vis poſſidere iure propinquitatis, eme, & poſſide: ſin autem diſplicet tibi, hoc ipſum indica mihi, vt ſciam, quid facere debeam. Nullus enim eſt propinquus excepto te, qui prior es, & me, qui ſecundus ſum. At ille reſpondit. Ego emam agrũ. Cui dixit Booz. Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere, vt ſuſcites nomen propinqui tui in hæreditate ſua. Qui reſpondit: Cedo iuri propinquitatis: neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo; tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor.* Siue, *De loco in quo veteres iudicabant.*

§. I.

Ius dicebant veteres in porta ciuitatis vt parata eſſet introeuntibus Iuſtitia ad ianuam.

Aſcendit ergo Booz ad portam, & ſedit ibi. ACceſſimus tandem ad metam huius operis, quæ in hoc Cap. 4. poſita eſt, in quo agitur de celebri matrimonio contracto inter Moabitidem Roth, & Hebræum virum Booz. Diuidemus [a] autem illud in quatuor Tractatus, iuxta quatuor principaliores partes, quæ in eo continentur. In primo Tract. erit ſermo de loco in quo veteres iudicia dicebant, de conditione iudicum, atque de forma iudicij. In ſecundo, de celebri illa cæremonia dicemus, ſecundùm quam calceus exuebatur ei, qui relictam conſanguinei ſui defuncti in coniugem accipere noluiſſet. Tertius Tractatus erit de nuptiis inter Ruth, & eum virum Hebræum Booz, & de communi totius populi gratulatione. In quarto tandem Tractatu dicemus de ortu Obed, déque poſteris eius, ex quibus ortus eſt Rex Meſſias Chriſtus Dominus. 1.

[a] *Diuiſio capitis in quatuor partes.*

Quod igitur attinet ad primum Tractatum, aduertendum eſt, hunc hominem [b] eadem die properaſſe adimplere id, quod promiſerat & iurauerat de matrimonio contrahendo cum hac vidua; fidelitas enim in promiſſis præſtandis ad nobilem virum ſpectat. Ad quem ſenſum fortaſſis intelligendos eſt ille locus ex *Pſalm.* 88. cùm Regius vates dixit, *quoniam in æternum miſericordia ædificabitur in cælis, præparabitur veritas tua in eis*: id eſt, ſimul ex miſericordia polliceris, & ex veritate, ſiue iuſtitiâ promiſſa adimples; ad Deum enim verum pertinet, & polliceri, & promiſſa adimplere. Vnde ex ea præcipua ratione, quòd pollicita adimplere ſoleat Deus, Chriſtum Dominum commendauit Ioannes *in ſua reuelat. cap.* 3. cùm dixit: *Hæc dixit Amen teſtis fidelis.* Elegantiſſimus eſt locus in hanc ſententiam apud Pau. 2. *Cor.* 1. vbi loquens Paulus de implendis diuinis promiſſionibus, [c] quas pollicita fuerat diuina miſericordia Chriſti Seruatoris, ita habet: *Dei filius, qui prædicatus eſt in vobis per me, & Syluanum, & Timotheum, non fuit in illo, eſt, & non; ſed, eſt, in illo fuit.* Nec enim audiendus eſt Plato *in ſua republica lib.* 5. cum docet, interdum mentiri licere propter publicam vtilitatem. Videndus erit Lypſius, cum ait, *Fidelitas in promiſſis præſtandis, non minùs neceſſaria eſt in principibus viris, quàm in priuatis; eſt enim magna pars nobilitatis fidelitas in promiſſis ſeruandis.* Quæ fuit ratio cur Booz nobiliſſimus, vbi primùm promiſit, ſtatim adimplere contenderit, & propterea ad dirimendam eam litem, quæ erat inter Ruth, & alium propinquiorem conſanguineum, aſcendit ſtatim pro manè ad portam vrbis, id eſt, ad Senatum illius gentis. Pro maiori autem explicatione huius loci examinabitur Hebraiſmos, quo vſus eſt hoc in loco Vulgatus interpres ad ſignificandum proprium iuris dicendi locum; idem enim eſt [d] conſcendere ad portam vrbis, & Senatum, ſiue Curiam adire. Quod aduertit Diuus Hieronym. *Amos* 5. ad verba illa. *Odio habuerunt in porta corripientem.* Veteres enim Hebræi ſolebant Senatum cogere ad portas cuiuſque vrbis, ne agricolæ ciuiũ ſtrepitu deterrerentur à iuſtitia 2.

[b] *Eadem die qua promiſerat, adimplere curat vir nobilis.*

Pſalm. 88.

Apocalip. 3.

2. Corint. 1.

[c] *Et meritò; cùm diuina miſericordia ex fidelitate commendetur.*

Plato.

Lypſius.

[d] *Hebraiſmus, idem eſt conſcendere ad portam vrbis, & ſenatum adire.*

Hieronym.

quætenda, & ne ciues longiùs quàm ad vrbis portas ius peterent, vnde porta pro publico iudicij loco accipitur. Quibus ſunt ſimilia ea, quæ idem Hieronym. docuit *in comm. Prouerb. c. 22.* (ſi tamen commentarij illi Hieronymi ſunt) explicans ea verba: *Non facies violentiam pauperi, quia pauper eſt; nec conteres egenum in porta*: *Conuenienter*, inquit, Hieronym. *veteres Hebræi ad iudicandum in portis ſedebant*, [e] *vt venientes in ciuitatem aliunde, paratum continuò reſponſum iudicantis acciperent, & ne ruſticos, atque paſtores inſolita vrbis ædificia ſtupefacerent, terreréntque ad iuſtitiam petendam; atque ita, vt citò, & in promptu pateret locus iuſtitiæ, vnicuique publicus iuris dicendi locus deſignatus eſt, porta vniuſcuiuſque vrbis; ea enim, quæ in promptu ſunt, in portis adeſſe prouerbiali ſermone dicitur apud Hebræos.* Sic intelligendus eſt ille locus *Cantic.* 8. cum ſponſa, vt ſignificaret fructus omnes veteres, & nouos in promptu præparatos habere, vt eos venienti ſponſo offerret, dixit: *In portis noſtris omnia poma noua, & vetera ſeruaui tibi dilecte mi:* quali Hebraiſmo vſus eſt Moyſes *Geneſ.* 4. cùm ita introducit allocutum diuinum Oraculum Cainum: *Nónne ſi bene egeris, recipies? ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit:* id eſt, in promptu erit peccatum tuum: niſi forte magis placeat, *in foribus peccatum tuum aderit*, ſignificare ipſam conſcientiam, quæ quemuis peccatorem ſtatim reum eſſe oſtendit, & ad portam deducit, ſiue ad iudicium. Videndus eſt Gregor. 19. *moral. cap.* 11. cùm explicat illa verba Iob, *quando procedebam ad portam ciuitatis*; & *lib.* 21. *moral. cap.* 15. Ex quibus iam euincitur portam illam, & tribunal iudicij idem prorſus fuiſſe. Sic enim intelligendus eſt locus *Geneſ.* 34. quando Hemor, & Sichem ad portas vrbis concurrerunt inter Hebræos & ſuos populares. Sic quoque intelligendus eſt locus Iob cap. 5. *Conterentur in porta, & non erit, qui eruat.* Sic quoque explicandus eſt locus *Prouerb.* 31. cùm Rex Salomon de honeſta muliere dixit: *Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum Senatoribus populi*, ſupplendum eſt, *ad iudicandum*, quaſi vellet, Eius maritus inter nobiliſſimos iudices, primus erit. Iuuat hunc intellectum locus apud Ioſeph. 5. *antiq. cap.* 11. cum de hoc viro loquens, ſponſo, ſcilicet, Ruth, dixit: *In oppidum reuerſus, Senatum cogere fecit.* Paraphraſis autem Chaldaica ita habet: *Aſcendit ad portam conſeſſus Senatorum, & illic ſedit cum Senatoribus.* Eſt igitur porta publicus iuris dicendi locus.

Hieron.

[e] *Sedebant enim ad iudicium veteres Hebræi in portis vrbis, vt præparatū eſſet introeuntibus iudicis reſponſum.*

Gen. 4.

Gregor.

Gen. 34.

Prouerb. 31.

Chald. Par.

§. II.

Sellæ iudiciariæ dignitas, & meritum pene diuinum eſt.

3. *Et ſedit ibi.* VT autem magis oſtenderet Autor huius operis, ad tribunal confugiſſe hunc hominem, addidit, ſediſſe in porta, [f] & ſedere feciſſe decem alios ſeniores; ſedentis enim ſtatus, iudicantis indicium eſt: quod dixit Chryſolog. *ſerm. de muliere peccatrice*, cùm docet eam ingreſſam fuiſſe ad Chriſtum, *vt cognouit, quòd Ieſus accubuiſſet, nec enim ſedentem voluit adire*; hic enim habitus eſt iudicantis: nec verò ad ſtantem, talis enim ſtatus eſt reprehendentis; ſed potiùs ad accubantē, ſiue inclinatum: inclinata enim diuinitas peccatrici accommodata erat; qui enim ſedent, tranquilliorem videntur habere animum, ac magis alienum à paſſionibus, qualem oportet habere eos, qui iuſtitiam populo adminiſtrant. Videndus eſt Pierius Valerian. *lib.* 43. *ſub titulo de Sella*, vbi inter alia, quæ hac de re dixit, oſtendit inter ornamenta Principum, nullum ſublimius, aut auguſtius eſſe, quàm ſella; reliqua enim ornamenta, ad humanæ tantùm amplitudini decus, facere videntur; ſella autem ad diuinæ [g] propemodum maieſtatis honores proximè accedit; eſt enim æternitatis, & æternæ tranquillitatis ſymbolum. Quod aduertit D. Auguſt. lib. de fide, & ſymbolo cap. 7. & lib. de eſſentia diuinitatis: *Sedere quòd dicitur Deus, non membrorum poſitionem, ſed iudiciariam ſignificat poteſtatem, qua ſemper digna dignis diſtribuit.* Vnde *Daniel.* 7. dicitur, *Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit.* Qua ratione etiam *Matth.* 19. venturus prædicitur Chriſtus Dominus *in ſede maieſtatis ſuæ*, & de cæteris Iudicibus dicitur, *Sedebitis & vos ſuper ſedes duodecim:* nec enim aliter ſignificari potuit meliùs [h] æqualitas iudicantium, libera ab omnibus perturbationibus, quàm per ſedem; ſedentes enim omnino compoſiti ſunt. Igitur & ipſe vir Hebræus ſedit, atque alios decem iudices ſedere fecit.

[f] *Non ſolùm autem Curiā aſcēdit Booz, ſed pro tribunali ſedere fecit iudices.* Chryſolog.

[g] *Iudicis ſella ad diuina maieſtatis honores accedit propemodum:* Auguſt.

Dan. 7.

Matth. 19.

[h] *Æqualitatem enim iudicantis, & imperturbatum animum proteſtatur.*

§. III.

Ea ad iudicandum ſenectus laudatur, quæ eſt ex laudata vita ſpectabilis.

4. *Tollens autem decem viros de ſenioribus ciuitatis, dixit illis, ſedete hic.* ADuertendum autem eſt in cæteris verbis oſtendere, quales iudices habuerit eo tempore Reſpublica; ſic enim dixit: *Tollens autem decem viros de ſenioribus ciuitatis dixit illis: ſedete hic:* [i] ætas enim ſemper fuit neceſſaria ad iudicium, quia maximè libera eſt à paſſionibus. Vnde Ioſephus ea ratione commendauit *lib.* 4. *antiquit.* Moyſen moderatorem Gentis Hebrææ, ex eo, quia nullas paſſiones haberit, vel ſaltem maximè ſedatas, quales habent ſenes; *Affectus*, inquit, *ita ſemper in poteſtate habuit, vt Domino illis carere videretur, & nomina tantum eorum ex iis, quæ in aliis hominibus conſpiciuntur, cognita habere.* Videndus item Philo *lib. de Abraham*, de quo notauit, ſacram Scripturam Abrahamum ſenem vocaſſe, quamuis eius maiores longæuiores fuerint, *quia nemo fuit habitus dignus hac appellatione, & merito; nam ſenior non ex longitudine temporis*, [l] *ſed ex laudata vita ſpectatur, ſiquidem, qui multum ætatis in corpore vixerunt ſine probitate, longæui pueri dicendi ſunt.* Vnde apud Romanos Tiberius cum adhuc iuuenis eſſet, ſenior eſt vocatus propter prudentiam, & morum grauitatem. Qua ratione, & Lacedæmonij magiſtratus ſenes vocabantur, vt notauit Cicero in Catone maiore; *quamuis enim ætas longæua neceſſaria ſit ad ſenatum, quia in ſenectute conſilium, & ſententia ſolet eſſe*, [m] *niſi probos mores addas in ſenectutem, non oſtenditur.* Quod diuinum oraculum aduertit *Deuter.* 2. vnde ea conſuetudo deriuata eſt, vocandi ſeniores ad iudicium exercendum, ſic enim eo loco legitur: *Dixit Dominus ad Moyſen: congrega ſeptuaginta*

[i] *Iudices ſenes eſſe debēt.* Ioſephus.

Philo.

[l] *Senectus autem non ex longitudine temporis, ſed ex laudata vita ſpectatur.*

Cicero.

[m] *Quæ ſi deficiat, ſenectus non oſtenditur.*

Deut. 2.

de

de ſenioribus Iſraël, quos tu noueris, non ſolùm ætate, ſed etiam moribus ſenes eſſe: talis ſenectus erat, apud quam ius dicebatur eo tempore.

§. IV.

In iudicium vel tandem trahitur qui per latebras illud effugere tentat.

5. *Cùmque vidiſſet propinquum præterire, de quo ſermo priùs habitus eſt, dixit ad eum: Declina paulìſper, vocans eum nomine proprio.*

SEquitur autem apud Auctorem factum, *Cùmque vidiſſet propinquum præterire, de quo priùs ſermo habitus eſt, dixit ad eum: Declina paulìſper, vocans eum nomine proprio.* Poſtquam enim ſenatum coëgit, ad tribunal vocauit eum conſanguineum, cum quo erat controuerſia de contrahẽdo matrimonio cum vidua Ruth. Illud autem hic aduertendum eſt, voces Hebræas, quas tranſtulit vulgatus Interpres, *vocans eum nomine proprio,* [n] obſcuras eſſe, & æquiuocas. Vnde alij aliter eas vertunt, quas eaſdem inuenietis *lib.* 1. *Regum cap.* 21. cùm Dauid dixit Sacerdoti Achimelech: *Rex præcepit mihi ſermonem, & dixit: Nemo ſciat rem, propter quam miſſus eſt à me, & pueris meis condixi in illum, & in illum locum.* Videtur autem phraſis Hebræa omnes circunſtantias notare, quibus res ita cognoſcatur, ac ſi nomine proprio appellata fuiſſet. Vnde Vatablus ita potiùs, *indicans locum quendam certum.* Videntur autem hæ voces [o] iudiciales, quibus in foro, & in iudicio vti ſolitum erat, adhibitis omnibus circunſtantiis temporis, loci, & perſonæ, ne forte communitas nominis proprij errorem induceret, in perſona, quod in iudicio periculoſum eſt; atque ita fieri conſueuit apud noſtra tribunalia, & propterea Autor huius operis dixit, *vocans eum nomine ſuo*, cum tamen aliter habeatur litera Hebræa; crediderim & nomen proprium adhibuiſſe, & omnes alias addidiſſe circunſtantias, per quas omnino indubitatus eſſet ille homo in iudicio. Niſi magis placeat pulchra interpretatio Rabbi Elias, [p] quam citat, & refert Quintarboreus, ſic enim habet Elias: *vir, qui iter hac facie irrepit, nec videri vult*; intellexerat enim fortaſſis vir ille viduam Ruth eundem vocare voluiſſe in iudicium, vt ex lege Moyſis relictam viduam à conſanguineo ſuo ſine liberis, in vxorem acciperet, timens rei euentum, clam elabebatur; hoc enim de mente illius Hebræi ſignificant voces Hebrææ, quibus vſus eſt Spiritus ſanctus, in litera Hebræa. Fauet huic lectioni Chaldaica paraphraſis, quæ ad hunc locum ita habet: *Declina, ſede hic vir, qui deſertor es viæ*; ſicut enim dixit Philo lib. 2. legis allegoriar. & lib. de Ioſeph, *malitia ſuaptè natura latebras quærit*; atque proinde, ille qui per dolum defugere conabatur, vt fugeret matrimonium legitimum, occultus ibat, & propterea detectis latebris in iudicium vocatur. Vteunque tamen ſit, ſiue hoc, ſiue illo modo exponamus voces Hebræas, certum eſt; priorem in ſanguine hominem iuxta ritum Hebræum vocatum fuiſſe ad tribunal, vt cum eo priùs ageretur de contrahendo matrimonio cum relicta vidua Ruth.

[n] *Obſcuritas Hebrææ literæ in præſenti.*

[o] *Videntur voces iudiciales, vt certo conſtaret de perſona, quæ ad iudicium vocabatur.*

[p] *Putat enim Rabbi Elias, quod ille ſubterfugiebat iudicium,*

Philo.

[q] *Ne matrimonium iniret cogeretur cũ Ruth vidua relicta.*

§. V.

Iuſtitiæ adminiſtratio quantum de celeritate, tantum de ſecuritate commendatur.

Partem agri fratris noſtri Elimelech vẽdet Noemi.

VErba quæ ſequuntur pertinent ad oſtendendam iudicij formam [r] qua vtebantur veteres ad dirimendas ſuas lites; ſunt enim hæc verba, à quibus cauſa ſimpliciter proponitur: *Partem agri fratris noſtri Elimelech, vendet Noemi,* (ſic enim vulgatus Interpres emendatus legit, potiùs quàm in præterito, *vendidit,* ſicut legunt minùs correctæ bibliæ ſequentes literam Hebræam, quæ in præterito habetur; ſolent enim Hebræi plerunque præteritis vti pro futuris ad ſignificandam certitudinem rei futuræ.) Cætera autem verba exprimunt ſimplicem propoſitionem cauſæ, nec maiorem habent difficultatem. Qua in re [s] ſimplex forma iudicij notanda eſt, nullo ſcilicet aduocatorum patrocinio, quibus veritas plerunque perturbatur potiùs, quàm iuſtitia oſtendatur. Vnde pulchrè dixit Tacitus lib. 4. annal. *Corruptiſſima Republica plurima leges*, & lib. 9. *quemadmodum vis membrorum pretia medentibus, ſic foris tabes pecuniam aduocatis affert.* Quæ fuit cauſa cur Columella dixerit in lib. 1. *caninum* [t] *ſtudium, & publicum latrocinium aduocatorum à foro omnino excludendum eſt.* Videndus eſt Rodigin. *lect. antiq. lib.* 8. *cap.* 18. vbi multa hac de re affert. Videndus erit poſtremò Plinius Iunior in oratione panegyrica in laudem Traiani Imperatoris: *Videas*, inquit, *Princeps noſter, ne legibus fundata ciuitas, legibus euertatur, ſicut fieri plerunque conſueuit*: id quod dolet Rex Salomon *Eccleſiaſt.* 3. cùm dixit, *Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatem, & in loco iuſtitiæ iniquitatem*, quod ex Hebræo textu ita legendum eſt: *Vidi in loco iudicij inquietudinem,* [u] *& commotionem*; cum enim iudex deberet lites componere, eas potiùs promouet, quæ ſumma, & maxima eſt iniquitas; cum tamen Deus cuncta bona polliceatur, & præſertim Imperij, & regni ſtabilitatem quærenti celeriter iuſtitiam, & celeriter reddenti, ſicut dixit *Iſai. cap.* 16. vbi Deus pollicetur ſecurum regnum Dauidis regnante Ezechia propter celerem [x] iuſtitiæ adminiſtrationem, *& præparabitur*, inquit, *in miſericordia ſolium, & ſedebit ſuper illud in veritate in tabernaculo Dauid, iudicans, & quærens iudicium, & velociter reddens quod iuſtum eſt.* Ponderauit ſimilem locum D. Ioannes Chryſoſt. expendens ea verba Iob 16. *Pater enim eram pauperum, & cauſam, quam neſciebam, diligentiſſimè inueſtigabam*; oſtendere enim videtur Iob ſe in iudicando non ſolùm diligentiſſimum fuiſſe veritatis indagatorem, ſed neque expectaſſe dilationes, imò [z] potiùs diligentiſſimè inueſtigaſſe iniurias, vt eas componeret. Verba ſunt Chryſoſt. in hanc ſententiam; *hoc*, inquit, *certè maius eſt, quàm eſſe iudicem, qui exercent iudicia, ſedent: & illi quidem expectant, qui acceperunt iniurias: at Iob præuertens luſtrabat omnia, eos quærens, qui læſi eſſent, multa adhibita diligentia, ne qua in ſuo regno, vel prouincia iuſtitiæ dilatio eſſet, quam tamen introducit* [a] *aduocatorum turba, & legum multitudo.*

6.

[r] *Forma proponẽdi cauſas apud veteres;*

[s] *Quàm ſimpliciter & ſine aduocatorum patrocinio,*

Columell.

[t] *Quorũ caninum ſtudiũ & publicum latrocinium.*

Plin. Iun.

[u] *Multitudo enim legum & aduocatorum, inquietudo eſt, & commotio iudicij.*

[x] *Cum è contra celeritas in iuſtitia adminiſtratione, regni, & imperij præſtet ſecuritatem.*

[z] *Inde laudatur S. Iob quia dilationes iudicij præoccupauit;*

[a] *Quas introduxit legum & aduocatorum turba.*

Meliùs propterea apud veteres Iuſtitiæ conſultum eſt, vbi actor ſimpliciter cauſam proponebat,& audita reſponſione vniuerſa lis curoponebatur,ſicut patet in hac forma iudicij, de qua in præſenti agimus.

§. VI.

Auaritia diuitem cætera alienum, propinquum facit ad quæſtum: eſt enim inefficax malum in ea quam fugit inopia perpetuò laborans.

7\. *Ego agrum emam.* [b] *Rei reſponſio.*

ILla fuerat propoſitio, iam ſequitur rei [b] reſponſio ſuis verbis, & ait, *Ego agrum emam.* longè aliter hæc eadem ſententia legitur in Hebræo textu, ibi enim ſunt ea verba, *ſolum ego propinquus*, vnde rectè intulit Vulgatus interpres, *ego agrum emam:* tantus enim eſt lucri amor, vt ad pecuniam,& quæſtum [c] omnes propinqui ſint, ad miſericordiam nullus: quod ſapienter dixit Seneca epiſt. 116. *Ad mercedem pij ſumus, ad miſericordiam impij.* Pulchrè autem aduertit Beroaldus lib. 9. de transformat. *Pompeium magnum, magni cognomentum inueniſſe, quòd nunquam agrum conterminum, nunquam vicini fundum ſit mercatus.* Videndus eſt Horatius *lib.* 2. *Carminum ode.* 18. vbi conqueritur de vicino diuite, qui omnino concupiſcit conterminos agros vicini ſui,[d] ſuos reddere:

[c] *Ad quæſtū voluit eſſe propinquus.* Senec.

Beroal.

[d] *De more diuitis & auari qui conterminos agros ſuos reddere cupit.* Horatius.

Quid quod vſque proximos
Reuellis agri terminos, & vltra
Limites Clientium
Salis auarus? pellitur paternos
In ſinu ferens Deos,
Et vxor, & vir, ſordidoſque natos.

Et alibi idem taxat auaros homines ſub verbis his:

Idem.

O ſi angulus proximus iſte accedat
Qui nunc deformat agellum!

Quintil.

Videndus eſt Quintilian. in declamatione, quæ *apex pauperis* appellatur, vbi inducit pauperem de vicino opulento ſic conquerentem, *Quot ciues paſcebat nunc diuitis vnius hortus, poſtquam proximos quoſque reuellendo terminos, agros locupletis latiùs inundauit auaritia exciſa patria ſacra, & cum coniugibus, paruiſque liberis reſpicientibus patrium larem, migrauerunt veteres coloni, & lata ſolitudinis indiſcreta vnitas facta eſt.* Videndus eſt Heſiodus cum dixit, *mala res eſt, malus vicinus;* & Cato talem peſtem vitandam cenſuit, præmonens paraturum agrum aliquem ante omnia intueri debere vicinum. Vnde Themiſtocles venditurus agrum, præconem iuſſit proclamare, *vicinum bonum habet.* Videndus eſt D. Ambroſ. *lib. de Nabuthe. cap.* 2. vbi de impio rege Acab,& auaro ita dixit. [e] *Docet nos,* inquit, *Scriptura, quam miſerè egeat, quàm abiectè mendicet Rex auarus; Acab rex erat in Iſrael, pauper ibidem Nabot erat; ille regni opibus affluebat, iſte anguſti ſoli ceſpitem poſſidebat, nihil pauper de poſſeſſionibus diuitis concupiuit, rex ſibi egere viſus eſt, quia pauper vineam habebat vicinam.* Videndus eſt D. Ambroſ. *eodem lib. cap.* 5. cum explicat ea verba *Iſai.* 5. *Væ ijs, qui iungunt domum ad domum, & villam ad villam: arguit,* inquit, Ambroſ. *diuinum oraculum auaros inefficacis* [f] *auaritiæ; fugiunt enim cohabitare vicinos, & ideo excludunt vicinos; ſed fugere non poſſunt, quia cum hos excluſerint, alios inuenient; & cum illos propulſauerint, ad aliorum neceſſe eſt viciniam peruenire; ſoli enim ſuper terram habitare non poſſunt.* Quibus addenda ſunt ea, quæ ibidem dixit Ambroſ. cùm ponderat, ſacram Scripturam notaſſe triſtem Acab ſuper lectum ſe proieciſſe,& faciem tandem velaſſe, ne quidquam in orbe terrarum alienum videret, & ne aliquid in hoc mundo non ſuum cognoſcere, aut vicinum aliquid iuxta ſe habere intueretur. Talis fuit hic conſanguineus, qui agrum miſeræ viduæ voluit, viduam [g] noluit: cum oppoſitum doceat perfecta charitas, quæ ſicut ait Paulus 1. Corinth. 13. *non æmulatur, non quærit quæ ſua ſunt.* Vnde Auguſt. *lib. contra Iulianum cap.* 1. notauit veteres Hebræos de diuino præcepto comeſturos agnum paſchalem, inuitare ſolitos fuiſſe propinquos,& vicinos ad agni paſchalis eſum.

Ambr.

[e] *Diues enim auarus miſerè eget, & abiectè mendicat.*

Idem.

Iſai. 5.

[f] *Auaritia malum inefficax: dum enim vicinū fugit, & terminum, non effugit.*

Idem.

[g] *Talis iſte, qui volens agrum, viduam noluit accipere.*

1\. Cor. 13.

Aduertendum autem eſt, cauſam huius hominis principium habuiſſe in ea lege, quæ habetur [h] *Leuit.* 25. vbi ita dicitur: *Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſſiunculam ſuam, & voluerit propinquus eius poſtea redimere, quod ille vendiderat, redimere poterit;* ex hac enim lege actum eſt cum eo homine in iudicio; poſita enim quæſtio eſt, vtrùm redimere velit partem agri iure conſanguinitatis, quam propter neceſſitatem vendebat Noemi. Si quis autem obiiciat, mulieres in hæreditatem non ſuccedere; Reſpondendum eſt cum Nicolao Lyrano ad hunc locum, quòd quando vidua poſt deſunctum maritum remanebat, partem hæreditatis habebat ad vitam ſuſtentandam,[i] quam vendere poterat, quandiu viuebat;& ideo hoc in loco dicitur Noemi vendere voluiſſe partem agri, ſibi, ſcilicet, relictam poſt defunctum maritum. 8.

Leuit. 25.

[h] *Initium, & fundamentū huius cauſæ ex redēptione agri per propinquum.* Leui. 25.

Lyran.

[i] *Vidua orbata liberis poſt obitum mariti in hæreditate ſuccedens vendere poterat.*

Propoſita igitur prima quæſtione in iudicio, quæ ex reſponſione partis oppoſitæ dirimenda fuerat, niſi appendicem haberet aliam cauſam; ſicut enim in Leuitico præceptum fuerat, vt propinqui emerent hæreditates relictas propinquorum, ſic quoque *Deuter.* 25. præceptum erat à Domino,[l] vt relictam viduam ſine liberis poſt defunctum maritum acciperet in coniugem, qui propinquior eſſet in ſanguine. Hinc igitur orta eſt ſecunda controuerſia, quam in eodem iudicio dirimendam propoſuit Booz, cum dixit, *Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere, vt ſuſcites nomen propinqui in hæreditate ſua.* Hæc ſecunda eſt cauſa dirimenda. 9.

Deut. 25.

[l] *Appendix autem huius erat, quòd viduam relictam acciperet iuxta legem.*

Deut. 25.

§. VII.

Tametſi iuſta appareat excuſatio legis, lex magis adimplenda erit.

Cedo iuri propinquitatis; neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo, tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor.

SEquitur reſponſio ad hanc ſecundam cauſam illius conſanguinei vocari in iudicium, *Cedo iuri propinquitatis: neque enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo; tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor.* Qua [m] in re illud in primis aduertendum eſt, hunc hominem vxoratum fuiſſe, ſi tamen credamus Franciſco Feuardenſi: imò potiùs illud etiam apertè 10.

[m] *Cedit reus iuri propinquitatis, quia vxoratus erat.*

Feuard.

Ioſephus. apertè docet Ioſephus *lib. 1. antiquit. cap. 11.* at ille ſortem, & mulierem ceſſit Booz, quandoquidem & ipſe eſſet defunctorum cognatus; ſibi enim Par. Chald. iam, & vxorem eſſe, & liberos: imò & Chaldaica paraphraſis ita habet ad hunc locum: *hoc damno non poſſum redimere mihi; cum enim vxorem habeam, non me decet alteram ſuperducere, quandoquidem concitaretur ob id odium, & diſcordia in mea domo.* Iuſtiſſima autem cauſa hæc videtur, [n] cum zelotypia ſit excidium cuiuſque domus; ea autem certa eſt, vbi pluralitas coniugum eſt. Sicut enim aduertit Cicero lib. 4. Tuſculan. quæſt. *Zelotypia eſt ægritudo ex eo, quòd alter potiatur eo, quod ipſe concupierit.* Quæ quamuis rebus aliis communis ſit paſſio, præſertim oritur ex æmulatione formæ; hoc enim vel ipſa nominis etymologia ſignificat. Hæc autem paſſio, vt aduertit Plutarch *lib. de tranquill. animæ*, inter mulierum ægritudines prima eſt: vnde in eas eſt ille Verſiculus Græcus:

[n] *Ne Zelotypia domum euſdem exſcinderet.*

Cicero.

Plutarch.

Incendit omnem fœmina zelus domum.

II. Pleraque huius rei ſunt exempla; in primis perturbatio Lamech, qui primus duas habuit vxores *Gen.* 4. Coactus eſt Abrahamus vnam de duabus eiicere vxorem; perpetua iurgia [o] fuerunt in domo Iacob, propter plures vxores, quas habuit ita Deo permittente eo tempore. In hanc ſententiam videndus eſt Tragicus *in Medæa*, cum ita habet:

Gen 4.

[o] *Perpetua enim ſemper iurgia fuerūt Iacob propter vxorum pluralitatem.*

Senec. Trag.

Nulla vis flammæ, tumidique venti
Tanta, nec teli metuendi torti,
Quanta cum coniux viduata, tædis
ardet, & odit.

Eccleſ. 26. Inter ſacros authores videndus Eccleſiaſtic. 26. cùm ita habet, *dolor cordis & luctus mulier zelotypa.* Cauſam igitur iuſtam adhibuiſſe videtur hic homo, cum ſe non poſſe dixit accipere Ruth in coniugem, quia iam vxorem habebat. Non crediderim tamen eum vxoratum fuiſſe, niſi dixerim eandem permiſſionem eſſe in hoc caſu à Deo, quæ fuerat temporibus Patrum, quibus permiſſum erat plures habere vxores; [p] vtcunque tamen fuerit, ille tenebatur ex præcepto *Deut.* 25. accipere relictam viduam à conſanguineo ſine liberis.

[p] *Illum tamē author non credit vxoratum, quamuis neque per hoc à legem ſoluebatur.*

TRACTATVS XXXVI.

De verbis illis: *Hic autem erat mos antiquitus in Iſrael inter propinquos, vt ſi quando alter alteri iuri ſuo cedebat, vt eſſet firma conceſſio, ſoluebat homo calceamentum ſuum, & dabat proximo ſuo: hoc erat teſtimonium ceſſionis in Iſrael. Dixit ergo propinquo ſuo Booz: Tolle calceamentum tuum. Quod ſtatim ſoluit de pede ſuo. At ille maioribus natu, & vniuerſo populo: Teſtes vos, inquit, eſtis hodie, quòd poſſederim omnia, quæ fuerunt Elimelech, & Chelion, & Mahalon, tradente Noemi; & Ruth Moabitidem, vxorem Mahalon in coniugium ſumpſerim, vt ſuſcitem nomen defuncti in hæreditate ſua, ne vocabulum eius de familia ſua, ac fratribus, & populo deleatur. Vos, inquam, huius rei teſtes eſtis. Reſpondit omnis populus, qui erat in porta, & maiores natu: Nos teſtes ſumus: faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſrael, vt ſit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem: ſiatque domus tua, ſicut domus Phares, quem Thamar peperit Iuda, de ſemine, quod tibi dederit Dominus ex hac puella.* Siue, *De cæremonia diſcalceati.*

§. I.

Primò, propinquus detractum calceum tradens propinquo in iudicio, cedere iuri ſuo proteſtabatur cum opprobrio legis.

Conſequens iam eſt, vt ſecundam partem huius cap. aggrediamur, in qua agitur de ea cæremonia, qua propinquior conſanguineus ſuo iuri ceſſit in cauſa matrimonij, atque hæreditatis Ruth. Omiſſa igitur myſtica ſignificatione calcei diſcalceati, de qua agemus in poſtremo tractatu, oportet, vt dicamus, quorſum calceus exuebatur in contractibus. Sciendum autem eſt celebrem cæremoniam fuiſſe apud veteres, qua vtebantur in contractibus emptionis, redemptionis, & cuiuſuis denique permutationis, in ſignum contractus celebrati; ſolebat is, qui rem ſuam permutabat, calceum ſuum ei reddere, [q] cum quo contrahebat, quemadmodum in hoc loco aduertit Paraphraſis Chaldaica, vbi non ſolùm dicit per traditionem calcei fieri permutationem, ſed etiam per chirothecam manus dexteræ. Qua fortaſſe ratione eſt intelligendus locus II.

[q] *Signum contractus celebrati apud veteres Hebræos fuit tradere calceum contrahenti.*

Cicero.

cus Ciceronis cùm in ſecuoda Philippica de Antonio dixit: *Miror tandiu morari Antonium, ſolet enim accipere ipſe manichas, ne diutius obſidionis metum ſuſtineret*; quanois, vt verum fateat, longè aliter ille locus intelligendus ſit. Vnde deriuatus eſt ille mos, ſecundùm quem noſtri homines ſolent proiicere chirothecam, cum aliquem in ſingulare certamen prouocant. Nihilominus tamen Vulgatus interpres celebratum ſignificat hunc contractum per detractionem calcei. Derioata autem ea cæremonia eſt, ex eo quod per pedum poſitionem,[f] poſſeſſores reddimur cuiuſcunque hæreditatis. Quo pacto intelligendus eſt ille locus ex Pſalm. *In Idumæam extendam calceamentum meum*, id eſt, poſſidebo vniuerſas gentes, qui ſolus poſſeſſor eſſe videbar generis Hebrææ. In quam ſententiam Franciſcus Feuard. *in Comm. ſuper hunc locum*, exiſtimat iotelligendum eſſe locum 1. *Reg.* 15. cum in proditione Abſolonis nodis pedibus diſceſſit eius pater Dauid de ſancta ciuitate Ieruſalem, vt eo facto ſignificaret, ſe cedere quidem iuri ciuitatis, per vim tamen; hoc enim ſignificabant pedes oudi de celebri more Hebræorum, quo ſolebant pedes diſcalceare, quando iuri cedebant. Cum igitur hoc in loco calceum tradidit, ſignificauit omnino permutatum eſſe ius, quod propinquior habebat in hæreditate, [f] atque in vidua relicta ſioe liberis.

[f] *Quod ortum habuit ex eo quod per pedum poſitionem reddimur poſſeſſores.*

Pſalm. 59.
Feuard.
1. Reg. 15.

[f] *Tradita igitur calceo ceſſit reus hæreditatis iuri, & nuptiis Ruth.*

13. Notandum tamen eſt in hac eadem materia, pedes diſcalceare, ſignom eſſe opprobrij, [t] & contumeliæ, iuxta eam legem, quæ habetur *Deut.* 25. vbi præceptum erat, quod ſi quis noluiſſet ſuſcitare ſemen defuncti fratris per ſuam vtilitatem, is tanquam infamis, calceum in iodicio deponeret. Fiet aotem clarior hæc infamia, ſi legamus Pieriom Valerian. *lib.* 40. *de ſymbolis* §. *vltimo*, vbi oſtendit apud veteres ſolitum fuiſſe, per calceos ſignificari felicem progreſſum in quacunque re; calceus enim inuentus eſt, vt expeditiores eſſemus in via; hinc calceus diſcalceabatur in ſymbolum infelicis progreſſus, ſignificantes eo ſymbolo, progreſſum, & exitum non poſſe habere eum, cui illud eueniſſet. Videtur etiam mihi humilitatis, & abiectionis ſignom eſſe; vnde *Exod.* 3. ante Deum apparuit Moyſes nudis pedibos: quod etiam feciſſe legitur *Ioſue in cap.* 5. *eiuſdem libri.* Cum igitur Moyſes mandauit, vt altero pede nudaretur, is qui noluit ſuſcitare ſemen defuncti fratris, humilem, abiectum, & vilem eum voluit eſſe.

[t] *In hac item materia, pedes diſcalceare opprobrij ſignum erat.*

Deut. 25.

Pier. Valer.

Exod. 3. & 5.

§. II.

Secundò, iubebat lex, talem à muliere relicta conſpui in faciem ad extremæ iniuriæ inflictionem.

14. POſt primam cæremoniam ſecunda ſequebatur, quæ plena erat opprobrio, & contumelia; ea enim, quæ relicta fuerat vidua, & repudiata à conſanguineo,[u] ſpuebat in faciem eius, qui eam noluerat accipere in coniugem; quod ſignificabat deſpicatiſſimum omnioo eum hominem eſſe; in ea enim, quæ viliora ſunt, ſolemus ſpuere. Vnde Ariſtippus, quem refert Diogenes Laërtius, ingreſſus magnificas cuiuſdam diuitis domos, expuit in faciem domini, *non habui*, inquit, *opportuniorem locum*: ac proinde, vt vilem, & abiectum ſignificaret Moyſes, eum eſſe, qoi charitatem fraternam non habebat, in eum, & in eius faciem expuere mandauit, vt ita oſtenderet eam eſſe viliorem totius orbis partem. Niſi magis placeat illud ita fieri conſuetum fuiſſe apud antiquos, vt ſigoificaretur eum hominem dignum eſſe,[x] qui a finibus cuiuſque vrbis, & ab humano commercio omnioo eiiceretur, ſicot leproſis fieri conſueuerat eo tempore. Quo pacto mihi videtur intelligendus locus *Iob.* 30. *Abominantur*, inquit, *me, & faciem meam conſpuere non verentur*: cui loco ſimilis eſt ille alius *Num.* 12. cum diuinum oraculum ita locutum eſt cum Moyſe: *Si pater eius expuiſſet in faciem eius, nonne debuerat ſaltem ſeptem diebus ſuffundi? ſeparetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſtea reuocabitur*: comparat enim eo in loco Deus lepram, qua iofecerat Mariam ſororem Moyſis,[z] eum ſputis virulentis, qnibos parentes irati ſoleot conſpuere filios ſuos, ita ſignificantes, eos indignos eſſe paterno conſpectu, non aliter quàm leproſi. Sic igitur vidua expuens in conſanguineum, qui ipſam repudiauerat, ſignificabat dignum eſſe, qui ab hominum commercio eiiceretur, ſicut èiiciuntur leproſi.

[u] *Cui addebatur altera ſecundùm legẽ iniuria, quòd mulier repudiata ſpueret in faciem non recipientis ipſã.*

Laërtius.

[x] *Dignus enim talis putabatur homo, qui veluti leproſus ab hominibus eiiceretur.*

Iob. 30.
Num. 12.

[z] *Lepra enim ſputis virulentis comparatur.*

Terria aotem huius rei intelligentia colligitur ex Gregor. Nazianz. & ibidem ex Niceta eius interprete, eum ait, *Faciem conſpuere, eſſe non tantùm in abſentia bonis detrahere, ſed vnumquemque etiam iuſtum in præſentia* [a] *cõfutare, quos tunc parcis, dum apertè irridendo, deſpiciunt, in eorum contumeliis verba fluxa, quaſi deſpuentes ſaliuas emittunt.* Iuuat hanc intellectionem litera Hebræa, quæ hoc loco ſignificat *execrari*; ea autem, quæ execrantor, & abominantur, opprobriis, & contumeliis afficimus. Quo pacto Origen. putat intelligendum eſſe eum locum *Iſai.* 50. *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conſpuentibus in me*; [b] ad extremam enim iniuriam refertur, ſputamenta accipere; quod impletum legimus in Chriſto Domino *Matth.* 26. Iuuat hanc etiam interpretationem Rabbi Salomon, cùm aduertit in faciem expuere, hoc in loco ſignificare, in conſpectu expuere, & contumelias addere: quod etiam placuit Iſidoro Brixiano. Expuere igitor in faciem, hoc io loco, nihil aliud eſt, quàm extremo opprobrio, & contumelia afficere io ſua præſentia, & conſpectu eum, qoi relictam viduam accipere noluit in coniugem; affert enim neceſſitatem diligendi formis ab infamia: ſatius enim fuerat affectione naturali conſulere mortoo, ſed quoniam non omnes naturæ legem reuerentur, infamiæ [c] pœoa oeceſſariò ipſis imponitur, ſicot dixit Theodoret. *in quæſtionib. ſuper Deuteron.* 15.

Nazianz.
Nicetas.

[a] *Niſi placens, faciem conſpuere, eſſe præſentem in facie confutare.*

Origen.
Iſai. 50.

[b] *Ad extremam enim refertur iniuriam ſputamenta accipere.*

Matth. 26.
Rab. Salom.
Brixianus.

[c] *Meritò autem hæc pœna infamia ipſis imponitur, qui naturæ legem non reuerentur.*

Theodoret.

§. III.

Tertiò, imprecabatur ei domus excidium ac familiæ, quodque nullam ſuperſtitem ſui prolem relinqueret.

TErtiò tandem accedebat nefaſta imprecatio, [d] eius autem hæc erat forma: *Sic fiat homini, qui non ædificat domum fratris ſui.* Quo io loco duo quædam aduertenda ſunt. Primum eſt, quatenus liceat malum imprecari fratribus. Secundum quid tãdem ſit domum ædificare. Pro 16.

[d] *Huic amplius accedebat nefaſta imprecatio ſecundùm legem.*

primo

August.

primo igitur notanda eſt doctrina Auguſtini *lib. 1. de ſermone Domini in monte, cap. 42.* vbi eam quæſtionem tractat, Vtrùm liceat, & quatenus liceat malum imprecari? & vtrùm ſit contraria eiuſmodi imprecatio diuinæ dilectioni, qua iubemur diligere vel etiam inimicos noſtros? [e] non volt autem D. Auguſt. fas eſſe malè imprecari niſi abuſiuè, & impropriè: quod idem repetit Auguſt. *Pſalm.* 68. & 108. & 27. Suffragatur Hieron. Threnor. 1. verſ. *Vindemia eos, ſicut vindemiaſti me.* D. Thom. etiã 2. 2. *q.* 83. *art.*.. Vnde notauit Hieron. *Pſal.* 11. & Auguſt. *Pſ.* 78. & Anaclet. Pontif. & Martyr. in ſua epiſt. 2. decretali, *has imprecationes non optantis eſſe,* [f] *ſed prædicentis.* Quæ fuit ratio cur ea verba, quæ in noſtra vulgata editione imprecandi, & optandi formam habent, apud Hebræos, vt notarunt ſeptuaginta Interpretes, in futuro potiùs legantur, vt vaticinantis ſint, & non optantis. Non negauerim tamen [g] cum D. Thoma citato loco, & item 2. 2. *q.* 25. *a.* 6. *ad* 3. poſſe huiuſmodi imprecationes optantis animi eſſe. Notum autem eſt futura Hebræorum optatiuis, & imperatiuis ſeruire aliquando, dummodo tamen hæc imprecatio ſit circa temporalia bona in peccatorum correctionem, & præterea quia decet, noſtras volontates cum diuina prouidentia conformare. Cum igitur hoc loco dicitur, *Sic fiat homini, qui non ædificat domum fratris*, imprecantis formam habet hæc oratio, quia imprecator malum temporale ei, qui noluit familiam fratris ſui excitare, ſine domo, ſine liberis ſit, inuiſus omnibus hominibus: niſi magis placeat ſententia Auguſt. aſſerentis non eſſe imprecationem malam, ſed potiùs vaticinium.

[e] Auguſt. putat non licere huiuſmodi imprecationes,

Hieron.

[f] Proindéque non optantis, ſed prædicentis eas eſſe.

[g] D. Thomas eas optantis animi eſſe dicit, & licitas vtpote in remedium peccatorum.

17. Secundo loco notanda eſt phraſis Hebræa, qua pleronque vtitur ſacra Scriptura, ſecundùm quam domum ædificare, [h] idem eſt, quod filiis, & poſteris eam augere: qualis eſt locus *Exod.* 1. vbi dicitur, *& quia timuerant obſtetrices Deum, ædificauit eis domos.* Sic ſimiliter in hoc cap. 4. à populo Hebræo dictum eſt, *Faciat Dominus hanc mulierem quæ ingreditur domum tuam ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſraël*, id eſt, quæ plores filios dederunt Iacobo: ſicut enim vnaquæque domus ex pluribus lapidibus conſtat, & componitur, ita vnaquæque familia ex pluribus filiis, qui vniuntur in vno, id eſt, principio familiæ, quaſi in vno lapide angulari; vnde vox Hebræa, quæ filium ſignificat, deriuata eſt à verbo, quod ædificare ſignificat, quaſi filij ſint [i] lapides ædificantes domum: qua metaphora vſus eſt *Iſai. cap.* 51. cum dixit, *attendite ad petram vnde exciſi eſtis, attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos.* Quo in loco parentes, tanquam petra, & lapidicinia habentur, vnde minores lapides exciduntur in ædificium cuiuſque domus. Quæ fuit ratio cur Chriſtus Dominus, qui lapis angularis eſt totius Eccleſiæ, plerunque à Prophetis lapis pretioſus ſit appellatus, ſicut patet Zachar. 3. & Iſai. 28. *Ecce ego mittam Sion in fundamentum lapidem probatum angularem.* Quem locum D. Petrus *in ſua canonica* 1. *cap* 2. intelligit de primo fundamento totius lapidis ſpiritualis cum ait, *ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini.* Eſt autem hæc grauis pæna, cum exitium domus indicitur, [l] ſiue familiæ, ſicut notauit Olympiodorus ſuper illud Iob 2. *Ecce enim deleta eſt memoria tua à terra*, poſt multas plagas coniugem Iob, hanc quaſi extremam, & ſummam deploraſſe, nullam ſcilicet, ſibi relictam fuiſſe ſobolem. Quæ fuit ratio cur Saül ad Dauidem dixerit, *Iura mihi, vt non deleas ſemen meum, & nomen meum poſt me.* Videndus item erit 2. *Reg.* 18. vbi Abſalon filius Dauidis, quoniam ſine liberis diſcedebat, ſtatuam ſibi erigi mandauit, dicens: *Non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei.* Ita enim ſolebant homines curare poſteros ſuos poſt ſe relinquere.

[h] Domũ ædificare ſecundùm phraſim Hebræam idẽ eſt, atque filiis & poſteris eam augere.

[i] Filij enim ſunt, quaſi lapides ædificantes domũ.

Iſai. 28.

[l] Sicut contra excidium domus & familiæ coniungitur.

2. Reg. 18.

§. IV.

Vltimò perpetuæ infamiæ nota inurebantur.

18. POſtrema tandem cæremonia ea erat, [m] vt infamia perpetua notarentur eius poſteri, ſicut ea verba ſonant: *& vocabitur nomen illius in Iſraël, domus diſcalceati:* nihil enim acerbius parentibus eſſe poteſt, quàm ſi eius poſteri infamia notarentur. Quæ fuit ratio, cur Noe, cum dormiens iniuriam acceperit à filio Cham à ſomno excitatus maledixerit nepoti Chanaam, exiſtimans ſe duriùs punire filium in nepote ſuo, quàm ſi filium infamia notaſſet. Quod aduertit Cicero epiſt. 12. ad Brutum, *Nec verò me præterit, quàm ſit acerbum parentum ſcelera filiorum pœnis lui, ſed hoc præclarè legibus comparatum eſt, vt charitas liberorum amiciciores parentes redderet Reipublicæ:* qua de re videndus eſt Valerius Max. *lib.* 5. *cap.* 7. Hæc autem erat cæremonia, qua de lege *Deut.* 25. Hebræi execrabantur eos, qui nolebant ſuſcitare ſemen defunctorum fratrum, quam noluit vir optimus Hebræus fieri ab ea vidua, [n] cum qua matrimonium celebraturus erat, idque honeſtatis cauſa: quòd autem calceum acceperit, alia cæremonia erat, quæ in contractibus fieri conſueuerat, non ea infamis, de qua agitur *Deut.* 25.

[m] Poſtremo denique infamia perpetuò domus talis homini notabatur.

Val. Max.

[n] Has autem execrandi cæremonias noluit Booz ab ea fieri quam ſponſam deligerat, honeſtatis cauſa.

§. V.

Litis conteſtationem, & finem, modeſtiæ, & pietatis plenum, populus inſigni proſequitur, & fauſta imprecatione.

Teſtes vos eſtis hodie, quòd poſſederim omnia, quæ fuerant Elimelech, & Chelion, & Mahalon, tradente Noemi, &c.

19. ABſoluta igitur hac cæremonia litem côteſtatos eſt Booz, cum dixit ad maiores natu, & vniuerſum populum: *Teſtes vos eſtis hodie, quòd poſſederim omnia quæ fuerant Elimelech, & Chelion, & Mahalon, tradente Noemi, & Ruth Moabitidem vxorem Mahalon coniugem acceperim, vt ſuſcitem nomen defuncti in hæreditate ſua, ne vocabulum eius de familia ſua, ac fratribus, & populo deleatur: vos, inquam, huius rei teſtes eſtis.* In quibus verbis nulla difficultas reperitur ſed oſtenditur maxima virtus viri Principis, qui nihil, niſi de [o] publica authoritate voluit, ne forte videretur in ſuam potiùs vtilitatem, quàm in legis fauorem, & propter fraternam charitatem egiſſe.

[o] Parcens forte iniuriæ, qui tamen ibi nihil niſi ſecundum legẽ præſcriptum voluit.

Nos

20. *Nos teſtes ſumus, faciat Dominus hãc mulierẽ quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domũ Iſraël, vt ſit exemplũ virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem, ſiátque domus tua, ſicut domus Phares, quem Thamar peperit Iuda, de ſemine, quod tibi dederit Dominus ex hac puella.*

p Talem adiudicata eſt hæreditas & vidua nobiliſſimo viro.

Sic propoſita eſt controuerſia, ſic etiam compoſita breuiter eſt ſequentibus verbis à toto populo, & magiſtratibus illius vrbis: ſic enim habet author huius libri: *reſpondit populus qui erat in porta, & maiores natu: Nos teſtes ſumus, faciat* p *Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſrael, vt ſit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem; ſiátque domus tua, ſicut domus Phares, quem Thamar peperit Iuda, de ſemine, quod tibi dederit Dominus ex hac puella.* In quibus verbis illud in primis notandum eſt, quod hoc in loco dicitur, *faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam*, pertinere ad morem Hebræorum, ſecundùm quos mulier, quæ nubebat ad familiam, & domum potiùs coniugis ſui, quàm ad familiam parentis ſui pertineret, ſicut colligitur ex hoc loco, & ex illo *Iudic.* 12. vbi dicitur Abeſſan filias ſuas foras miſiſſe, quas ſcilicet matrimonio collocauerat, cùm tamen in eadem domo filios retinuerit poſt nuptias. Optimus eſt locus in hanc ſententiam *Leuit.* 21. vbi ſacerdotes in mortibus ciuium ſuorum contaminabantur, præterquam in conſanguineis, & propinquis, id eſt, ſuper patrem, & matrem, filium, & filiam, fratrem quoque, & ſororem virginem, quæ non eſſet nupta viro; quia ſcilicet, ea, quæ nupta eſt, iam non pertinet ad ſuam familiam, ſed ad familiam mariti ſui. Similia habentur *Leuit.* 22. & *Num.* 30. qua de re videndus eſt tractatus 9. ſuprà, vbi latiùs diximus. Cùm igitur hoc in loco dicitur, *quæ ingreditur domum tuam*, ſignificatur, eam viduam pertinere ad familiam, & nobilitatem illius viri. Reperiuntur igitur in his verbis duo quædam. Alterum eſt breuis concluſio totius controuerſiæ, quæ propoſita fuerat in iudicio, adiudicata eſt enim, & hæreditas, & vidua viro nobiliſſimo Hebræo à iudicibus illius vrbis. q Deinde facta eſt acclamatio fauſta ab iis, qui aderant, & fauebant amoribus nouorum coniugum, imprecantes, vt felix, fauſtúmque eſſet matrimonium, non ſolùm nubentibus, ſed etiam popularibus ſuis, qualia debent eſſe matrimonia præſertim inter Proceres, & Principes celebrata, in vtilitatem ſcilicet totius Reipublicæ.

Iudic. 15.

q Secutáque deinde felix imprecatio ad Ruth,

21. Aduertendum autem hîc eſt, in Hebraico textu, quemadmodum notarunt ex Hebræis aliqui ea verba, quæ vulgatus vertit, *vt ſit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Bethlehem*, ita potiùs legenda eſſe, *ſtrenuè age in Ephrata, vt fias magni nominis in Bethlehem.* Cui lectioni ſuffragatur paraphraſis Chaldaica, quæ ita habet, *te ſtrenuè præbe in Ephrata, ac nomen in Bethlehẽ aſſequaris*, vt ſit apoſtrophes ad nouũ ſponſum, & non ad ſponſam. Septuaginta autem Interpretes, neſcio qua ratione voluerunt hæc eadem verba conuertenda eſſe, non ad ſponſum, aut ſponſam, ſed potiùs in Rachelem, & Liam; ſic enim habent, *quæ fecerunt virtutem in Ephrata*: nobis autem non licet diſcedere à vulgata editione, quæ legit, *vt ſit exemplum virtutis*, &c. Similem ſequitur lectionem Pagninus, & Theodoret. ad hunc locum. Placet autem magis vt hæc omnino conuertantur ad Ruth, ſicut colligitur ex Theodoret. & vulgata lectione, quamuis verbum maſculinum potiùs ſit, quàm fæmininum: habent enim Hebræi in ſua coniugatione verba accommodata fæminis potiùs, quàm viris; conſuetum enim eſt apud Hebræos, cuius exempla non deſunt in ſacra Scriptura, quòd ſi quid egregium in muliere ſpectetur, r ſi quid virile, & in publicam vtilitatem, iam illud non efferatur per verbum fæmininum, ſed potiùs per verbum maſculinum: qualis eſt ille locus 1. *Reg.* 25. cum Abigail illud præſtitit Dauidi Regi, quod præſtare debuiſſet eius maritus, ſi vir ſanæ mentis fuiſſet: ſic enim ea mulier allocuta eſt Dauidem: *Suſcipe benedictionem quam attulit ancilla tua.* vbi verbum, *attulit*, maſculinum eſt, quia illa viriliter egerat in vtilitatem ſuæ familiæ. Quo pacto intelligendus eſt locus optimus *Daniel.* 11. vbi Daniel prophetice locutus de Cleopatra, vbi eam appellauit filiam fæminarum, non per Pleonaſmon, ſicut voluit Hieronym. ſed vt ſignificaret eam omnino effæminatam eſſe, neque aliquid egregium, aut virile habuiſſe; in cuius confirmationem videndus eſt Plutarch. *in lib. de virtutib. mulier.* in quo aduertit mulierum, & virorum virtutem, ſ eiuſdem generis eſſe, vt non ſit mirum ſi verbum maſculini generis illuſtri fæminæ accommodetur. Confirmat autem hanc ſententiam Plutarch. in eodem libro, ex eo illuſtri facto Cleliæ virginis Romanæ, cui Porcena Hetruriæ rex equum dedit, & de more ſtrenui militis quam equo donauit. Vnde Romani in via ſacra eidem virgini equeſtrem ſtatuam poſuerunt, quæ ſolis ſtrenuis viris debebatur; eo facto ſignificantes, in publicam vtilitatem totius populi Romani eam virginem egreſſam eſſe muliebres vires. Diximus hæc, vt iam non ſit mirum, ſi nobiliſſimæ viduæ Ruth Gentili, maſculinum verbum t accommodetur, quæ viriliter egit in vtilitatem totius populi Hebræi, ne dicam totius orbis.

Pagnin.

r Quæ ſingularis ei in tota hac hiſtoria ſe geſſit & viriliter.

Daniel. 11.

ſ Eiuſdem enim generis eſt virtus in viro, & in muliere, ſi hæc ſit ſtrenua.

t Inde maſculinum verbum fæminæ accommodatur in præſenti ſecundùm Hebraicam literam.

22. Precantur igitur vt ea mulier, quæ vnam familiam ingreditur, fæcunda ſit, dicentes, *Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſrael*: aſſimilatam enim eam volunt duabus illuſtribus matronis Racheli, & Liæ vxoribus Iacob, ex quibus ille ſibi genuit octo Patriarchas ſeminarium Gentis Hebrææ. *Quoniam verò ſine virtute nulla domus augeri poteſt, neque familia*, ſicut Philo ait, *lib. 2. legis allegor.* precantur vt u eadem totius virtutis matronalis ſit exemplum in Ephrata; & præterea quia ad felicitatem politicam, non ſatis eſt bonum eſſe, ſed etiam bonum videri, illud etiam precantur, vt celebre nomen habeat in Bethlehem: quod notauit Philo lib. de migratione Abrahæ, *ſicut bonum, atque honeſtum eſſe, ita & videri prodeſt; exiſtimatio autem tunc demum proderit, cum ex re oritur; cui autem Deus vtrunque conceſſit, vt bonus, atque honeſtus ſit, & videatur, hic verè beatus, & verè magni nominis eſt.* In quam ſententiam dixit Ariſtot. 1. *Rhet.* bonam famam inter præcipuas partes felicitatis numerandam eſſe: qua de re videndus eſt Chryſoſtom, *homil. de fide Annæ matris Samuelis*, & Auguſt. *de bono viduitatis, cap.* 22. Hieron. *in epitaph. Marcell. ad Principiam virginem.* Ex quibus locis concluditur

u Imprecantur autem Ruth non fæcunditatem tantùm, ſed felicitatem perfectam.

Chryſoſt.

ditur ad fæliciratem cuiuſque familiæ omnino neceſſatiam eſſe bonam famam, præſertim in matronis. Illud autem certom eſt, Ephrata, & [a] Bethlehem eandem vrbem prorſus eſſe, ſicut diximus iam tractar. 4. dummodo ſit ſermo de Bethlebem in tribu Iudæ; eſt enim alia in tribu Zabulon, de qua dicitur *Ioſue* 19. Videndus erit hac de re Genebr. *ſuper Pſalm.* 31. illis verbis, *Ecce audiuimus eum in Ephrata*; fuit enim templum Hieroſolymitanum ædificatum in agro, qui protenditur [z] à Bethlehem vſque ad Ieruſalem. Idem igitur prorſus ſunt Bethlehem, & Ephrata, ſicut conſtat ex lib. Geneſ. *cap.* 35. & *cap.* 48. Altera autem appellatur *frugifera*; altera verò *domus panis*, ſiue *horreum*, vt docet Adricomius *in Theatro Palæſtinæ, in tabul. Iudæ, num.* 58. Hieronym. *Pſalm.* 131. & *in epitaphio Paulæ*, atque Amos *in cap.* 1.

[a] *Ephrata & Bethlehem Iuda eadem fuit ciuitas.*
Genebrard. Pſalm. 131.
[z] *Quam reſpiciebat ager in quo templum Salomonis fuit ædificatum.*
Adricomius. Hieron.

23. Quòd autem imprecantur, *fiat domus tua ſicut domus Phares*, velle videntur, non ſolùm longam poſteritatem ex ea familia, ſed etiam clariſſimam, & regiam, qualis fuit familia Phares, [a] ex qua domus Iudæ accepit pleroſque Duces, Iudices, & Reges, & plurimos viros Principes in Iſrael. Eſt autem elegans ſimilitudo inter hoc matrimonium, [b] & illud Iudæ cum Thamar, quia quemadmodum familiæ Iudæ per Thamar gentilem viduam relictam ſine liberis reparata eſt domus Iudæ orto Phares: ſic quoque eadem familia Iudæ exciſa in duobus filiis Elimelech demortuis, ædificata eſt, & reparata per Ruth Moabitidem viduam relictam ſine liberis, orto ex eo matrimonio Obed, & [c] inde Principes omnes vſque ad Meſſiam nati ſunt.

[a] *Domus Phares clara poſteris.*
[b] *Similitudo inter huiuſmodi matrimonium, & illud Iudæ cum Thamar.*
[c] *In claritudine poſterorum imitatur hoc coniugiū Ruth cum Booz.*

TRACTATVS XXXVII.

De verbis illis: *Tulit itaque Booz Ruth, & accepit vxorem, ingreſſuſque eſt ad eam, & dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret filium. Dixeruntque mulieres ad Noemi, Benedictus Dominus, qui non eſt paſſus, vt deficeret ſucceſſor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Iſrael: & habeas qui conſoletur animam tuam, & enutriat ſenectutem; de nuru enim tua natus eſt, quæ te diligit, & multo tibi melior eſt, quàm ſi ſeptem haberes filios. Suſceptumque Noemi puerum poſuit in ſinu ſuo, & nutricis, ac gerulæ fungebatur officio: vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes: Natus eſt filius Noemi, vocauerunt nomen eius Obed: hic eſt pater Iſai, patris Dauid.* Siue, *De complemento totius matrimonij.*

§. I.

Nullum in hoc matrimonio impedimentum, poſtquam Ruth Hebræorum religioni acceſſerat.

Tulit itaque Booz Ruth, & accepit vxorem.

HÆc eſt tertia pars huius capitis quarti, finis ſcilicet, & terminus totius operis; eò enim tendebat vniuerſa prouidentia diuina in hoc negotio, vt tandem vir ille Hebræus in coniugem acciperet mulierem Moabitidem, ad fidem, & religionem iam conuerſam. Multa autem pertinebant ad hunc locum, quæ quoniam iam ſuperiùs in tract. 5. [d] latiùs explicata ſunt, neceſſariò à nobis ſunt omittenda. Eo enim in loco diximus, quando, & quatenus licuerit Hebræis mulieres gentiles accipere, & præſertim mulieres de Moab; quamuis enim eo tempore diſparitas cultus matrimonia impediret, & non irritaret: vnde ea matrimonia, quæ celebrata ſunt, fuerunt valida: Hoc tamen matrimonium celebratum inter mulierem Moabitidem, & virum Hebræum, nec habuit vnde irritum eſſet, [e] nec vnde impediretur ne fieret; iam enim hæc gentilis mulier conuerſa erat ad fidem. 24.

[d] *Vide quæ dicta ſunt tract. 5. de matrimonio cum alienigenis.*
[e] *Hoc tamen matrimoniū non habuit vllam impedimentum.*

§. II.

Solius Dei donum ſunt liberi, matris vera ornamenta, & familiæ ſempiternitas.

Dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret filium.

COngruenter autem dictum eſt hoc loco, *& dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret filium*; [f] hoc enim eſt quaſi complementum totius matrimonij: quandiu enim coniuges liberis carent, quaſi incompletum, & imperfectum eſt matrimonium: quod optimè dixit Ariſtotel. 8. *Ethic.* 11. & Auguſtin. *de bono coniugali cap.* 24. & *lib. de adulterinis coniugiis cap.* 11. vbi prolem vocat terminum, & complementum matrimonij: quod aliis verbis dixit Ariſtotel. lib. 1. œconomic. *per hunc enim*, inquit, *circuitum natura adimplet ſempiternitatem: [g] ex quo ſecundùm numerum non poteſt, at ſecundùm ſpeciem*; ſic enim diuinâ prouidentiâ, vtriuſque natura ordinata eſt: quod Plato dixit *lib. 5. de legibus: Quod ad nuptias*, inquit, *pertinet, hæc ſint illarum ſolatia dicta, quòd neceſſe ſit ſemper naturæ manſuræ inſeruire.* Locus eſt in hanc ſententiam Eccleſiaſt. 30. *Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus, [h] ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe, in vita ſua viuit, & lætatus eſt in illo*, &c. In quam ſententiam videndus eſt Valer. Max. 25.

[f] *Ideo forte complementū habetur in prole maſcula.*
Ariſtot. Auguſt.
[g] *Per quam natura fit ſempiterna.*
Plato.
Eccl. 30.
[h] *Relinquens enim poſt ſe filium, quaſi non eſt mortuus.*
Valer. Max.

*lib.*4.eum refert Campanam quandam mulierem nobilem, & diuitem pariter Corneliæ Græcorum matri inſolentiùs iactaſſe ſua ornamenta; quam Coroelia longo ſermone traxit quouſque ab Schola rediteut liberi, quos vt præſentes vidit, tunc dixit Campanæ mulieri, *& hæc*, inquit, *mea ornamenta ſunt*; grauiter oſtendens nobilis matrona ornamentum matrimonij eſſe optimos liberos: quale ornamentum datur huic matrimonio de quo agimus.

[k] Sunt etiam matrimonij ornamenta optimi liberi.

26. Rectè autem dicitur filium accepiſſe à Deo, fæcunditatis nanque prærogatiua, diuinum beneficium eſt, vt dicitur [l] Pſalm.112. *Qui habitare facit ſterilem in domo matrem filiorum lætantem*, id eſt, qui eam, quæ in domo ſua ſterilis fuerat, fæcundam reddit matrem plurimorum filiorum. Sic diuino beneficio Anna Samuelis mater, quæ ſterilis fuerat, reddita eſt fæcunda; ſic Sara, ſic Rachel, vnde ortum habuit illud apud Hebræos celebratiſſimum dictum, *tres* ſcilicet, *Deum claues habere, nulli vnquam nuntio conceſſas, neque commiſſas; clauem ſcilicet vitæ, id eſt, generationis, & clauem pluuiæ, & clauem reſurrectionis*; volentes ſignificare, neque pluuiam, neque generationem, neque reſurrectionem, vnquam fieri potuiſſe ſine diuino beneficio: vnde veteres Romani plures Deos eidem partui applicauerunt, quod dicit Iob *cap.*10. nihil in ſui generatione fuiſſe, quod Dei opus non eſſet: *Manus tuæ*, inquit, *fecerunt me, & plaſmauerunt me totam in circuitu, nonne ſicut lac mulſiſti me?* & ſimilis eſt locus Pſalm.21. *Tu es, qui extraxiſti me de ventre matris meæ.* In quam ſententiam eſt illud Platonis in ſympoſio: *Ex viri, & vxoris congreſſu partus naſcitur,* [m] *atque hæc res diuina eſt; & quamuis in mortali ſemper animante fiat, tamen hæc prægnatio, & genitura ab immortalibus eſt.* Quæ fuit ratio cur Anna 1.*Reg.*1. ſuum Samuelem vocauerit, *à Deo impetratum*, quia precibus potiùs, quàm vi naturæ genitus fuerat: Vnde Iacob *Geneſ.* 23. rogatus à fratre ſuo Eſaü, cuius eſſent liberi, [n] reſpondit, *pueri ſunt, quos dedit mihi Deus.* Simili loquendi modo vſus eſt Ioſeph. *Geneſ.* 48. Vnde pulchrè hoc in loco dictum eſt, *& dedit illi Dominus, vt conciperet, & pareret filium*, vt quæ ſterilis videbatur, diuino tandem beneficio filium acceperit.

[l] Quos ſolus Deus donare valet.

Iob.10.

[m] Eſt nanque partus mulieris res diuina, & ab immortalibus genitura.

[n] Hinc ſancti, non ſibi, ſed Dei beneficio adſcribunt liberos ſuos.

27. Partum [o] filij cõſequuta eſt gratulatio propinquorum, & viciuorum, ſicut fieri ſolet in ſimilibus natalitiis, quemadmodum patet *Luc.* 1. cum de nato Baptiſta dicitur, *& audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa, & congratulabatur ei.* Sic factum eſt Noemi poſt natum eius nepotem Obed: deinde impoſitum eſt ei nomen *Obed*, quod *pectore candidum* [p] ſignificat, quemadmodum aduertit ad hunc locum Paraphraſis Chaldaica: conuenientiſſimum autem nomen fuit cum nobilitate illius pueri, decet enim ingenuos ſimplicitas, ſicut latè diximus in benedictione Simeonis, & Leui, in peculiari tractatu, cuius titulus fuit, *quòd hominem ingenuum non deceat fraus, neque dolus*, vnde Chriſtus Dominus *Ioan.* 1. à candida ſimplicitate laudauit nobilem Iſraëlitam Nathanaëlem, cum ait, *Ecce verus Iſraelita, in quo non eſt dolus.* Videndus eſt Philo in *lib. de Cherubin*, vbi docet Abraham fuiſſe appellatum *clarè ſonantem*, id eſt, candidum, & ſimplicem. Similia habet Nazianz. in laudem Hieronis. Pertinet autem hoc præcipuè ad hominem religioſum, & [q] & fidelem, ad quem numerum pertinebat neceſſariò Obed. Vnde Pythagor. quem refert Laërt. *lib.* 8. *de vitis Philoſophorum* dixit, *ſemper Diis cum laudibus, amictúque candido honores adhibendos eſſe.* Quod idem docuit Gellius *lib.* 10. *cap.* 15. ex Varrone *lib.* 2. *rerum diuinarum.* Sic Chriſtus Dominus viſus eſt *Matth.* 17. & *Marc.*9. in veſte alba ad inſtar niuis: ſic Angeli Ioan. 2. *in albis viſi ſunt.* Vnde Greg.Nyſſ. ea verba Cant 5. cum ſponſus de oculis ſponſæ dixit, *Oculi tui columbarum*, interpretatur de candida, & religioſa ſimplicitate: *In huiuſmodi*, inquit, *oculis clauſa eſt expers malitiæ ſimplicitas*; vt iam certum ſit, nomen candidi pectoris, ſiue ſimplicis, Obed optimè conuenire, qui ad pietatem, & religionem iam Chriſti pertinebat. Scio tamen Ioſeph. *lib.*5.*antiq. cap.* 11. interpretatum fuiſſe nomen Obed, pro [r] *ſeruiente*, quaſi verò Obed ſeruierit ſenectuti Noemi: ſolent enim probi filij baculi ſenectutis eſſe ſuorum parentum, vel quoniam inter ſeruos in agro deſponſata eſt Ruth, parenti ſuo, ſiue marito.

[p] Obed pectore candidum ſignificat, id eſt, ingenuè ſimplicem.

Ioan.1.

[q] Et hoc ad verum religioſum & fidelem maximè conducit.

Matth.17.

[r] Expers malitiæ ſimplicitas.

[s] Obed, aliter ſeruiens dicitur, quaſi baculus ſenectutis Noemi.

§. III.

Non poteſt non eſſe felix educatio pueri, quem auia nutrit, & mater ſuis alit vberibus.

Suſceptúmque Noemi puerum poſuit in ſinu ſuo, & nutricis, ac gerulæ officio fungebatur.

ADiunctum ſtatim eſt, *ſuſceptúmque Noemi puerum poſuit in ſinu ſuo, & nutricis, ac gerulæ officio fungebatur*: 28.
nepotem inter amplexus ſuſcepit Noemi, eundémque nutriuit, atque ita Spiritus ſanctus oſtendit qualis fuit educatio huius pueri, cuius nutrix fuit auia Noemi, [t] altricem fuiſſe matrem Ruth, neceſſe eſt: eſt enim naturale, vt matres alant ſuos filios, & ſuis vberibus nutriant: ſic Anna ſuum aluit Samuëlem, ſic Sara ſuum Iſaac, quemadmodum ponderat Ambroſ. *lib. de Abraham, cap.*7. & 82. videndus eſt Plutarch. *lib. de educandis liberis ſtatim in principio.* Aulus Gell. *lib.* 12. *cap.* 1. qua in re eſt illa pulchra exclamatio Ciceronis *orat. pro Deiotaro, &* 1. *actione contra Catilin. &* 6. *actione in Verrem*, cum ita habet: *O* [u] *tempora, ò mores, cui nam mulieri vel Reginæ dedecori eſſe poſſet lactare filium ſuum, quem ex propriis viſceribus eduxit, nouémque integris menſibus plùs minùſve in penitiſſimis, & reconditiſſimis veri viſceribus proprio ſanguine aluit, cum Hecuba Reginarum maxima, ſuum Hectorem ſuis vberibus lactaſſe feratur!* quod Claudianus aduertit in 4 *Panegyrico Honorij*, de cuius matre ita dixit:

Ipſa Quirinali parui te cinxit amicta
Mater, & ad primas docuit raptare curulas
Vberibus ſanctis.

Claudian.

Sic enim educantur pulchrè viri Principes: ſic educatur Obed, quem aluit mater ſuis vberibus, cuius nutrix fuit auia Noemi.

[t] Quem auia nutriuit neceſſe eſt aluiſſe matrem.

[u] O tempora, ò mores, dedecori eſt mulieri lactare filium, quem intra viſcera proprio ſanguine aluit!

§. IV.

Anima verè ad Deum conuerſa, ad optatas tandem Agni nuptias neceſſe eſt perueniat.

SVpereſt iam, vt poſtremas nuptias oſtendamus, ad quas properabat ea anima, quæ de 29.
terra

[x] *Anima de terra prophana ad Deum, & religionem ex toto corde conuerſa, non poteſt tādem ad optatas agni nuptias non peruenire.* Ambroſias. Cant. 3.

terra prophana conuerſa eſt [x] ad verum Deum, & ad veram religionem; oportebat enim, eam, quæ amore ſui ſponſi deperibat huc vſque, æterno fœdere, & æterno connubio cum eodem copulari in cælo; quod ſacramentum per matrimonium conſummatum, & indiſſolubile ſatis ſignificatur; quomodo vult Ambr. *lib. de Inſtit. Virginum, & lib. de Iſac, & anima, cap. 5.* intelligendum eſſe locum illum Cantic. 3. *Egredimini filiæ Hieruſalem, & videte Regem Salomonem in die deſponſationis ſuæ*, id eſt, quando anima fidelis in cæleſti gloria æterno fœdere fuerit copulata cum ſponſo ſuo, iuxta illud *Apocalypſ. 19. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni.* Sic quoque & in hoc matrimonio conſummato cum Ruth, ſignificata [z] eſt conſummata gloria cæli, ad quam tandem peruenit prophana anima facta fidelis, & beata.

Apocal. 19. [z] *In matrimonio enim conſummato cum Ruth conſummata cali felicitas ſignificatur.*

TRACTATVS XXXVIII.

De verbis illis: *Hæ ſunt generationes Phares: Phares genuit Eſron: Eſron genuit Aram: Arā genuit Aminadab: Aminadab genuit Nahaſſon: Nahaſſon genuit Salmon: Salmon genuit Booz: Booz genuit Obed: Obed genuit Iſai: Iſai genuit Dauid.* Siue, *De eo quòd Meſſias Dominus filius Phares appellatur.*

§. I.

Phares inſignis Meſſiæ figura, in eo quòd corruptam per peccatum reſtituit Iudæ domum.

30. QVemadmodū iā ſuprà notauimus, oportuit ex hoc matrimonio, non ſolùm filios generari, ſed etiam filios Principes, & Reges: ſicut enim per Phares ex Iuda pleroſque Thamar genuit viros Principes, [a] ſic quoque non degeneres genuit Booz ex Ruth per Obed, Iudices, Duces, Principes, & Reges, non ſolùm vſque ad Dauidem, ſed etiam vſque ad Meſſiam ſeruatorem. Pulchrè autem aduertit Paulus Burgenſ. *in ſuo ſcrutinio 1. p. diſt. 6. c.* 4. ex gloſſa veteri Hebræorum ſuper illis verbis Gen. 2. *Hæ ſunt generationes cæli, & terræ*, magnum ſacramentum, & myſterium eſſe in his verbis, *Hæ ſunt generationes Phares.* Vnde & Meſſias ſeruator inter alia nomina, quæ habet, illud etiam ſacratiſſimum eſt, quòd *filius Phares* [b] appelletur. Quod vt meliùs intelligatur, illud aduertendum eſt, nomen Hebræum, *Tholedoth*, quod generationes ſignificat, nullibi perfectè, & integrè ſcriptum eſſe in ſacra Scriptura, præterquam in *cap. 2. Geneſ.* cùm dicitur: *Hæ ſunt generationes cæli, & terræ.* Cuius rei cauſa videtur eſſe, & ratio, quia ante peccatum Adæ omnia genita erant, & producta, nec dum degenerantia à ſua perfectione, & pulchritudine per lapſum, & ruinam Adam: ſic quoque in hoc c. 4. libri Ruth, eadem vox perfectè, & integrè ſolùm ſcripta eſt, ſicut ſcripta legitur *Geneſ.* 2. cum hoc in loco dicitur, *Hæ ſunt generationes Phares.* Sicut enim à Deo omnia integra, & perfecta producta ſunt, quæ tamen peccato deformata ſunt, ita quoque per filium Phares, id eſt, per Meſſiam ſeruatorem, omnia ad ſuam integritatem, & perfectionem reducta ſunt. Vnde nec generationes Adami integrè ſcriptæ ſunt *Geneſ. 5. Hic eſt liber generationis Adami*; nec itidem iuſti Noe generationes, cùm dicitur: *hæ ſunt generationes Noe*; nec generationes Sem, *Gen.* 11. nec itidem generationes Iſac, qui typus fuit Chriſti Domini, ſed ſolius filij Phares generationes integræ ſcriptæ ſunt, quia [c] ſolus Meſſias ſeruator ad inſtar Phares reparauit omnia, quæ corrupta fuerant per peccatum. Ratio autem cur Meſſias Phares, ſiue filius Phares dictus ſit, eſt ea, quam aſſignauit Nicolaus de Lyra ad hunc locum, quia ſcilicet Phares primus natus fuit de Thamar ex Iuda, quamuis prior Zaram manum oſtenderit, quam obſtetrix filo purpureo notauit: quamuis enim populus Hebræus primus ad opera virtutis manum applicauerit, eandem tamen pollutam Chriſti ſanguine abſcondit: hoc enim ſignificabat Zaram in ſuo ortu: eo tamen tempore prior natus eſt Phares, qui labentem domum Iudæ reparauit, in quo ſignificatus eſt Meſſias Dominus, [d] qui poſt manus Hebræorum pollutas ſanguine ſuo in remedium orbis oſtenſus eſt. Vnde eſt illud commune dictum Rabbinorum, Patres veteres fuiſſe in ſuborbiis Paradiſi, vſque ad filium Phares, id eſt, vſque ad mortem Chriſti Domini.

[a] *Prodierunt ex hoc matrimonio Ruth viri principes, iudices & reges, vſque ad Meſſiam ſeruatorem.* Burgenſ. Gen. 2.

[b] *Meſſias filius Phares.*

Gen. 2.

Gabr. à Coſta in Gen.

Gen. 5.

Gen. 11.

[c] *Quia ſolus Meſſias ſeruator inſtar Phares reparauit omnia quæ corrupta fuerant per peccatum.* Lyra.

[d] *Chriſtus etiam Phares qui poſt manus Hebræorum pollutas in ſuo ſanguine oſtenſus eſt in remedium orbis.*

§. II.

Decem Aui Dauid numerantur ferè omnes peregrini, famelici, & exules, vt magis in nepotum gloria, Dei potentia commendetur.

Siquis autem quærat, quæ fuerit ratio cur hoc loco [e] decem numerati ſunt Dauidis aui, ſiue Chriſti Domini; ea fuiſſe videtur quam aſſignat Ioſeph lib. 5. antiquit. cap. 11. *Hæc*, inquit, *quidem Ruth geſta ſunt, explanauit, oſtendere volens diuinam potentiam, cui poſſibile eſt ad dignitatis culmen euehere quoſcunque voluerit.* Ad quale etiam perduxit Dauid huiuſmodi ortum initiis. [f] Omnes autem hi progenitores gentis Hebrææ famelici, exules, & peregrini fuerunt: ex quibus ortus eſt Dauid: ex Dauide autem decem & nouem Reges Iſrael, ac tandem Rex Meſſias ortus eſt; ſic enim certa reddita eſt promiſſio de Deo incarnando, promiſerat enim Deus ſe de muliere incarnaturum: deinde de ſemine Abrahæ; elegerat enim etiam peculiarem gentem. Addita eſt etiam promiſſio de tribu, cum promiſit ſe naſciturum de tribu Iudæ: [g] tribui addidit & familiam peculiarem, cùm iurauit ſe naſciturum de familia Dauidis: tandem feliciſſimus ortus futurus in Bethlehem Iudæ fuerat prædictus à Prophetis: quæ omnia in hac breui enumeratione Auorum Chriſti oſtenſa ſunt, ſicut optimè coniicit Theodoret. cum ait, *Prædixit partum ſalutarem, per quem Bethlehem facta eſt celebris inter omnes* 31.

[e] *Decem Aui Dauid numerantur peregrini & exules vt diuina potentia oſtendatur.* Ioſephus.

[f] *Quæ ex talibus initiis Dauid & Meſſiam fecerit propagari.*

[g] *Vt conſtaret certò ex qua gente, tribu, & familia, Chriſtus, quo denique etiam natiuitatis locus futurus eſſet.*

Theodoret.

vrbes,ne quis forte error eſſet in vero Meſſia ſeruatore,is enim ſolum remedium eſt orbis,qui per Phares ex Iuda nobis datus eſt in ciuitate Bethlebem.

TRACTATVS XXXIX.

De Analogia vtriuſque Teſtamenti reperta in hoc capite quarto.

32. HAbet hoc capot quartum ſummam analogiam & conuenientiam cum noſtra Eccleſia de gentibus vocata per Chtiſtum. Prima nanque conuenieutia poſita eſt in Boox,qui alienigenam accepit vxorem. Secunda io ea cæremonia,qua pes diſcalceatus eſt. Tertia in eo quòd Ruth de gentibus vocata eſt ad thalamum Hebræi hominis.

§. I.

Ad inſtar miraculi data fuit ſobòles redemptori Booz, quò Chriſti reſurrectionem præſignaret.

33. PRima igitor analogia,ſiue conuenientia inter vtrunque teſtamentum poſita eſt in Booz viro Hebræo, & coonſanguineo defuncti, excitante ex defuncto conſanguineo ſobolem,quam non teliquerat,ex alienigena,& prophana vidua: opottuit enim vt ille,qui figuram gerebat Chriſti ſeruatoris,figuram quoque adumbraret reſurrectionis noſtræ : qui enim venerat ad vitam reparandam,non niſi per eum reparari voluit, qui reſurrectionis figuram adumbrauit. Dixit hoc eleganter Procopius *in Comm.* ſoper Deut. 25. *Nondum*, inquit, *manifeſtata reſurrectione poſteritas, ac memoria per legem illam generis conſeruata ſolatio illis veteribus fuit, qua neglecta Onam* [h] *mortuus eſt : eam verò cum obſeruaſſet Booz, & accepiſſet Ruth relictam viduam ſine ſobole, vt ſuſcitaret ſemen defuncti propinqui, prodigij ſimile quid adeptus eſt, vt proauus eſſet Chriſto nato ex ipſo Ieſſe patre Dauidis,* [i] *futuram repromiſſionem reſurrectionis mortalis imitatus:oportebat enim eum, qui nobis reſurrectionem donauerat, genus ducere per eos, qui typum reſurrectionis ſecundùm carnem conſeruauerunt.* Coi ſententiæ ſuffragatur Iolius Africanus *in epiſt. ad Antyſtem de euangeliorum conſenſu.* Inueniuntur hæc apud Euſeb. *lib.* 1. *hiſtor. Eccleſ. cap.* 10.

Procopius.

[h] *Onam mortuus eſt, quia neglexit redemptionis legem.*

[i] *Quam quia obſeruauit Booz, reſurrectionis promiſſionem imitatus eſt.*

Iulius Afric.

§. II.

Booz calceamentum accipiens typum gerit Chriſti, qui ſolus calceum non ſoluit,cum cæteri omnes fuerint diſcalceati.

34. SEcunda conuenientia poſita eſt in calceo,qui ſublatus eſt ab eo,qui noluit accipere viduam io coniugem, [l] datus autem eſt Booxo. Qua de re videndus eſt Ambtoſius *in Luc. cap.* 3. & lib. 3. de fide ad Gratianum cap. 5. Inter alia enim ita habet : *Chriſto Domino calceamentum nuptiale Eccleſia copulanda, præſcripta legis ſpiritualis deferebant,non Moyſes ſponſus;illi enim dicitur, Solue calceamentum pedum tuorum, vt Domino ſuo ſeruet : non Ieſus Naue filius, ſponſus; nam & ipſi dicitur, Solue calceamentum pedum tuorum, ne ex ſimilitudine nominis ſponſus Eccleſiæ crederetur, non* [m] *alius ſponſus, ſed ſolus Chriſtus eſt, de quo dixit Ioann. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt; illis igitur calceamentum ſoluitur, huic autem minimè, ſicut dixerat Ioann. Non ſum dignus ſoluere corrigiam eius calceamenti.* In eo igitur, quod Booz calceum accepit à propinquo ſuo, veram, & viuam imaginem refetebat Chriſti ſponſi [n] cui ſolui calceus oon potuit a quouis ex ſanctis.

[l] *Booz figurat Chriſtum in eo quòd accepit calceum.*

Ambr.

[m] *Veteres Patres calceum ſoluerũt, quia nullus eorum ſponſus, ſed ſolus Chriſtus Dominus.*

[n] *Cui ſolui calceus non potuit à quouis alio.*

§. III.

Poſt ſterilitatem Ruth apud ſuos gentiles, ſecuta fœcunditas apud ſponſum inſignem, præfert Eccleſiæ de gentibus collectæ ad Chriſtum figurationem.

IN hac autem vidua relicta vocata ad mattimonium hominis Hebræi, [o] quæ ioter gentes prolem habere non potuit, quaſi ſterilis, & infœcunda adumbratur Eccleſia vocata de gentibus ad Cbriſtum; in typum enim Eccleſiæ vocata eſt, quemadmodum ſæpiùs dixit Ambroſ. Exptеſsè, hoc dixerat Dauid *Pſalm.* 44. Gentilis enim fuit ea ſponſa, de qua dicitur : *Audi filia, & vide, & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui.* Geotilis quoque fuit ea ſponſa, de qua Canticorum hiſtoria eſt. Videodus erit Hieroo. cootra Iouinianum, vbi loquens de Ieſu filio Ioſedech, qui in tranſmigratione Babylonica vxorem accepit alienigenam, vt patet 1. *Eſdræ*, docet illud matrimonium figuram fuiſſe Eccleſiæ de geotibus vocatæ. Similia haber Hieroo. *Oſeæ* 2. & Origeo. *lib.* 4. *homil. in Cantic. homil.* 2. cum docer, Reginam Sabaam de longiſſimis orbis partibus venientem ad viſendam ſapientiam Salomonis, figuram fuiſſe Eccleſiæ de geotibus vocatæ. Ruth igitur ſterilis, & vidua ad matrimonium hominis Hebræi vocata, & diuina gratia accipiens filium Obed, vnde proceres Hebræi orti ſunt, ſanctam, & immaculatam Eccleſiam de gentibus ad Chriſti matrimonium vocatam ſignificat; ex quo mattimonio genitus eſt Obed, qui ſeruum, ſiue colentem, vel timentem Deum ſignificat, quo partu conſolaretur iam ſeneſcentem Hebræam [q] Eccleſiam, ex quo partu cæteri proceres Eccleſiæ ſunt geniti, terræ gloria, & cæli ornamenta. 35.

[o] *Ruth inter gentes ſterilis, figura Eccleſiæ de gẽtibus.*

Ambr.

Pſal. 44.

Hieron.

Idem.

Origen.

[p] *Quæ nupta viro Hebræo fœcundatur.*

[q] *Et in prole ſeneſcentem Hebræam Eccleſiam conſolatur.*

FINIS.

COMMENTATIONES IN THRENOS, ID EST, LAMENTATIONES HIEREMIÆ PROPHETÆ.

PARASCEVE, SIVE prima Præparatio.

§. I.

Quæ fuerit authori ratio commentandi huiuſmodi Threnos.

1. POSTQVAM de Dei extrema, & maxima charitate, diximus, qui ita nos dilexit, vt noſtros ante pedes inclinatus, eorum abluerit ſordes, atque ſeipſum in alimentum nobis dederit, vt ex Deo, atque ex homine, vnus atque idem fieret homo diuinus per alimentum corporis, & ſanguinis ſui, nihil [a] opportunius occurrebat, quàm de lacrymis dicere, quibus vel voluptas illius vnionis, vel eiuſdem ingratæ diſſolutionis mœſtitia ſignificaretur; ſunt enim quædam voluptatis lachrymæ, [b] quædam verò, & frequentiores triſtitiæ; id quod Philo eleganter aduertit *in lib. de migratione Abrahæ. Attamen*, ait ille, *etiam virtutis ſodalibus contigit lacrymari, & languere, vel, præ compaſſione in calamitatibus inſipientium, quibus tanguntur tanquam eiuſdem naturæ participes*; quales planè fuerunt lacrymæ, & lamenta Hieremiæ prophetæ deplorantis miſeræ Hieroſolymæ excidium, atque ſuorum hominum exilium: vel præ gaudio, id quod fit quoties inexpectata bona more imbris inuodant, vnde mihi ortum fuiſſe videtur illud,

[a] *Cùm agitur de lacrymis poſt Eucharistia tractatum.*
[b] *Sunt lætitia lacrymæ, & mœroris.*
Philo.

Subridens oculos lacrymis ſuffuſa nitentes.

Cum enim incidit in animam ob inſperatam aliquam fœlicitatem ingens lætitia, noua quadam mole auget eam, vt vix capiatur à corpore, ex qua compreheníione manat liquor, qui vocatur lacrymæ, de quo in hymnis canitur, *cibabis nos pane imbuto lacrymis*, quando ſcilicet colliquente diuino deſiderio lamentum creaturæ, in hymnum [c] illius increati vertitur.

[c] *Lamentum creaturæ in hymnum Dei vertitur.*

2. Quibus dixit ſimilia D. Auguſt. *Pſalm.* 41. exponens illa verba pſalmi, *fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, non amari*, inquam, *ſed ſuaues ſitienti illum fontem.* Proſequitur idem argumentum eleganter Bernard *in ſcala clauſtralium in cap. de ſignis Spiritus ſancti ad animam venientis*, cum miratur, quòd inter animæ voluptates defluant lacrymæ: *Nunquid*, ait, *huius conſolationis, & lætitia ſigna ſunt* [d] *ſuſpiria, & lacrymæ? ſi ita eſt, noua eſt antiphraſis, & ſignificatio inuſitata; quæ enim connectio conſolationis ad ſuſpiria, lætitia ad lacrymas? ſi tamen iſta dicenda ſunt lacrymæ, & non potius roris interioris deſuper infuſi ſuperfluens abundantia, qualis ros poſt manna de cælo fluebat.* Quo in loco Bernard. agnoſcit lætitiæ lacrymas: addiderim etiam id, quod eleganter dixit in hanc ſententiam Petrus abbas Cellenſis *in Bibliotheca Patrum, in lib. de panibus, in cap. de pane lacrymarum*, vbi oſtendit vtraſque lacrymas de vna & eadem anima cadentes: *Etenim*, inquit ille, *riuulus iſte vel paradiſum inuenit, vel facit; facit dolendo, inuenit lætando.*

Auguſt. Pſalm 41.
Bernard.
[d] *Noua antiphraſis, ſuſpiria lætitiam ſignificans.*
Petr. Abbas.

3. Vocabat igitur nos ad haſce lacrymas diuina [e] charitas, quæ ſupra omnem noſtram expectationem, vnum cum ipſa Dei diuinitate, & carne nos effecerat; verùm quoniam miſeræ noſtræ conditio [f] eius eſt naturæ, vt diu in eadem felicitate permanere non ſoleat, ita vt innocentis deſfluat riuulus, ſaltem erumpant lacrymæ lauantes ingrati animi maculas: qualis planè fuit lamentatio Hieremiæ, vt qui non potuit templum Hieroſolymitanum integrum deflere, ſaltem deſfleuerit dirutum, præſertim cum ipſe Hieremias ſua hac lamentatione, non tantùm defleat amiſſam Iudæorum felicitatem, regnum, atque vrbem, nec non ipſum ſacrum templum, ſed potius per ſummum ſacrilegium filium Dei crucifixum ab Hebræis; eſt enim paraſceue ad Chriſti lacrymas, templi & vrbis lamentatiu. Sed iam ad rem veniamus.

[e] *Diuina charitas ad lætitiam lachrymas inuitabat.*
[f] *Sed cogit miſeria humana conditio ad lamenta conuerti.*

§. II.

De operis huius titulo.

4. QVoniam ex titulo cuiuſque operis, tanquam ex indice manifeſto, & author operis, [g] & operis argumentum comparet, libuit inde rem aggredi, vnde ipſa ſit clarior. Eſt ergo ſciendum, hoc opus nullo maiori titulo fuiſſe notatum, quàm eo, quo ſolent notari libri diuinæ Scripturæ, qui pro titulo habent [h] ſolum principium ipſorum librorum; ſic liber Geneſeos, atque alij quos Moyſes ſcripſit, nullum alium titulum præfixum habent, (eos enim ſine titulo reliquit Moyſes) niſi ipſum principium libri. Atque ita quo-

[g] *Titulus operis argumentum monſtrat & authorem.*
[h] *Libri ſacræ Scripturæ pro titulo habent principium ipſorum.*

niam liber Geneſeos, Hebraicè incipit *Bereſith Barah*, hoc eſt, *in principio creauit Deus*, libri Geneſeos nomen inuenit,atque titulum *Bereſith*; ſic enim voluerunt veteres Hebræi, atque ita dicendum de cæteris libris Moyſis;qui igitur titulum non habent libri,principio ipſius libri pro titulo notantur, vnde iam conſtat librum hunc Hieremiæ nullum titulum a Propheta accepiſſe, eſt enim notatus ipſo principio libri, ſicut cæteri,qui titulos non habent;habet enim præfixum aduerbium Hebræum vnde Hieremias [k] aggreſſos eſt opus,illud autem eſt, *Heach*, quod noſter Interpres tráſtulit, *Quomodo*.ac proinde ex titulo nec materia, ſiue argumentum operis colligitur,nec author:verùm poſtea temporis Rabbini titulum poſuerunt *Cinoth*,[l] quod ſignificat *planctus*,ſeu,*lamentationes*,vel *lamenta*; quo titulo ſignificatur argumentum operis flebile, ac planè tragicum. Rabbinos imitati Græci pro titulo poſuerunt [m] *Thrini* à verbo *Thrineo*, quod ſignificat *lamentari*. Quod autem Græci dixerunt *Thrini*,vel *lamẽta*,LXX.Interpretes [n] in numero ſingulari dixerunt *Thrinos*, id eſt, *lamentum*, ſeu *lamentatio*: quos ſequutum eſt Breuiarium Romanum, quod potiùs habet in ſingulari, *incipit lamentatio Hieremiæ prophetæ*:quocunque autem modo dixeris,rectè dixeris,ſiue in ſingulari, ſiue in plurali, cum vtraque ſententia ſuos habeat patronos, nec Hieremias diuinus talem fecerit titulum.

[k] *Huic libro nullum alium titulũ dedit Hieremias, quàm principium.*
[l] *Poſtea temporis Rabbini titulum poſuerunt*: Cinoth, *id eſt*, planctus
[m] *Græci.* Thrini,*id eſt*, lamenta.
LXX.
[n] Thrinos, *id eſt* lamentum: *vtrique rectè.*

§. III.

Quæ materia huius libri.

5\. Eſt autem lamentatio commiſerationis, & intimi amoris indicium, ſicut eleganter dixit Theodot, meliùs Cicero 4.*Tuſcul.quæſt.* *Lamentatio*,ait, *ægritudo* [o] *eſt animi cum eiulatu*: quales lamentationes fieri conſueuerant in ſepulchris mortuorum. Ad inferias igitur vnus Hieremias patriæ cadenti faciendas nos vocat & ad [p] iuſta celebranda; ſolet enim vehemens charitas communes lacrymas proprias facere, ſicut eleganter dixit Hecuba in Troade,

Theodoret.
Cicero.
[o] *Lamentatio ægritudo animi cum eiulatu*
[p] *Ad inferias patriæ cadentis, & iuſta funerandu vocat Hieremias.*
Tragicus.

Quoſcunque luctus fleueris, flebis meos,
Sua quenque tantum,me omnium clades premit,
Mihi cuncta pereunt,quiſquis eſt Hecuba
Eſt miſer.

Vnde quidam dixit eleganter hunc librum [q] eſſe lamentationem lamentationum, ſicut Canticum Canticorum, vt quo in libro lamentetur mors crudelis ſponſi Chriſti ſeruatoris; is autem eſt Paſchaſius Raberth,abbas Corbienſis: *Sicut*,ait, *Canticum Canticorum cæteros precellit cantus, in quibus ſponſus,& ſponſa dulcibus fruuntur amplexibus,ita lamentatio in quibus ſponſi ab ſponſa abſentia multis fletibus deploratur, lamentatio lamentationum appellari debuit.* Ex quo colligitur quod tragicum [r] ſit hoc argumentum,in quo inter cætera,de ploranda eſt mors Chriſti ſeruatoris: vnde iam habemus quale ſit argumentum huius operis, flebilis, ſcilicet, & lugubris.

[q] *Vnde lamentatio lamentationũ dici poteſt hic liber,*
Paſchaſius.
[r] *Tragicum eſt illius argumentum maximè ad deplorandam Chriſti ſeruatoris mortem.*

* * *

§. IV.

Sit ne compertum, quòd huius libri fuerit author Hieremias?

6\. Ex hoc tamen videbatur diuinum Hieremiam non fuiſſe authorem [ſ] huius operis nec enim decet ſanctum, & conſtantem virum fletus, & planctus;plangere enim,ſiue flere, muliebre eſt, vt Plautus in *Penulo:*

Tace,ac parce muliebri ſupellectili.

Et quod Cornel.Tacit.*in Auguſto*,dicit, *vlulatus fœminarum eſſe*;quibus addenda ea,quæ Plutarch. habet in vita Ageſilai Regis Lacedæmoniorum: *Eſt*,ait,*operæpretium,vt vir fortis reſtante fortuna, quas voces edat, & quem vultum ſeruet, diligenter cogitet; nec enim decent* [t] *planctus viros fortes:* Proindeque ſi Hieremiæ ſanctitas, & conſtantia cum clamoribus confertur, opus non videtur Hieremiæ ſapientis,& conſtantis viri,iuxta illud aſſertum Stoicum, quod proſequitur Seneca *epiſt.64.Lachrymandum,non plorandum*;exiſtimat enim lamentationes,atque immodicos fletus ambitioſos eſſe. *Per lachrymas*,ait, *argumẽta deſiderij quærimus,& dolorem non ſequimur, ſed oſtendimus,nemo enim triſtis ſibi eſt, plus enim oſtentatio doloris, quàm dolor ipſe exigit.* Id quod proſequitur idem Seneca. epiſt. 99. *Permittamus lachrymas cadere,non imperemus, fluant quemadmodum affectus eiecerit,non quemadmodum poſcet imitatio; nihil mœrori adiiciamus, neque illum ad alienum augeamus exemplum, plus oſtentatio doloris exigit, quàm dolor, quotus ſibi quiſque triſtis eſt.* Clariùs *lib. 2. de Clementia*, de hoc argumento agit; ex quibus colligitur de mente Stoicorum, non decere hominem ſapientem, & conſtantem, non dico quidem clamare, ſed nec flere [u] in ſuis, vel alienis miſeriis; proinde ſi hæc vera ſententia eſt,Hieremiæ prophetæ non eſt hæc lamentatio, vt qui amaro animo defleuerit, vel potius planxerit cum eiulatu cadentis patriæ ruinas.

[ſ] *Non videtur Author huius libri Hieremias.*
Plautus.
Tacitus.
Plutarch.
[t] *Non decet enim virum ſanctũ planctus. & lamentum.*
Senec.
Senec.
Idem.
[u] *Sed neque flere in alienis miſeriis permiſſum eſt ab Stoicis.*

7\. Verùm hanc indolentiam Stoicorum, vel potiùs inhumanitatem impugnant Platonici, [x] & Academici,vt videre eſt apud Ciceron. *lib.* 3. & 4.*de finib.* Ex Patribus ferè omnes, inter quos D.Auguſt.9.*de Ciuit.cap.*4.& 5. Proſper.*lib.* 3. *de vita contempl. cap.* 31.Lactantius Firmian. *lib.* 7. *diuin. Inſtit. cap.* 14 & 15. Id quod etiam ratio, & conditio naturæ [y] humanæ oſtendit, tenerum enim neſcio quid in natura humana poſuit Deus, quo facile flectitur ipſa natura ad commiſerationem,& in doloribus moueri.

[x] *Oppoſitum docent Platonici & Academici.*
Cicero.
Auguſt.
Proſper.
Lactant.
[y] *Idque natura humana conditio poſtulat.*

8\. Cui addenda eſt ea ratio,quæ eſt apud Ariſtot. *ſect.*27.*Problem.*vbi eleganter quærit, *quæ ſit ratio, cur qui dolent, clament; qui timent, ſileant?* Oſtendit autem dolores,omnes, vel certè plurimos calore iuuari,atque augeri:calorem autem is auget,qui ſuum ſpiritum cohibet,calefacit enim doloris incitamenta contracto introrſus calore per ſpiritum:hinc ergo fit erumpente naturaliter ſpiritu, clariorem fieri in doloribus, & eodem per vim compreſſo creſcere,& accendi: quæ fuit ratio cur Chriſtus Dominus clamans expirauerit, & præterea, quia magna vis lachrymarum ſine ſtrepitu exire nequit. ad inſtar aquarum redundantium,quæ non niſi cum impetu voluuntur, & creſcentibus fluminibus intumeſcunt, atque magno cum fragore in mare rapiuntur, ſicut eleganter dixit Gregor. *lib.* 5. *Moral.cap.*7. qua

Ariſtot.
Greg.

Digitized by Google

Iob 3.

qua ſimilitudine vſus eſt etiam Iob *cap.* 3. cum de ſuis clamoribus, & lachrymis dixit, *quaſi inundantes aquæ rugitus mei*; magnitudo enim rei lachrymas mouet, & motas non niſi cum clamore, & ſtrepitu erumpit, iuxta naturæ noſtræ conditionem.

9.

[a] *Idcirco cum conſtantia viri ſapientis ſtare potuit, lamentatio.*

Vnde cum conſtantia viri ſapientis Hieremiæ ſtare [a] potuit lamentatio de vrbe perdita, & templo diruto, atque gente ſua capta; ſicut & Chriſti Domini diuina conſtantia inter lachrymas euſdem ciuitatis, cuius præuidebat excidium viſæ, ſicut dicitur Luc. 19. *Videns ciuitatem fleuit ſuper illam, dicens: Quia ſi cognouiſſes & tu*: proindeque ex vehementi dolore quo Hieremias defleuit vrbem ſuam, non eſt colligendum, diuinum vatem non fuiſſe authorem harum lamentationum; primò, quia ita poſtulabat eius ingenium tenerum, & perhumanum, ſicut enim eleganter

Euripid.

dixit Euripides *in Troade, Valde ſuaues ſunt afflictis hominibus lachrymæ, & lamentationes, & muſa, quæ triſtitias continet*; præſertim cùm ita illud poſtulabat obiectum flebile, & omnino miſerum.

10.

Theodoret.

Deinde, quia ratio ita poſcebat, ſicut eleganter notauit Theodoret. vt lamentationes ſcriptas relinqueret Propheta in gratiam, & vtilitatem tam eorum, qui tunc temporis viuebant, quàm in gratiam etiam poſterorum, [b] vt intelligerent, quantorum malorum cauſa fuerit peccatum; *ſolent enim lachrymæ ſanctorum, in aliorum vtilitatem cadere*, ſicut dixit Baſilius. *hom.* 4. *de gratiarum actione*: quod explicauit D. Chryſoſt. cum ait, *non dolet malus, dole tu, & ille dolebit*; quemadmodum quando æger medicum viderit ſumentem cibum, & ipſe excitatur ad comedendum: hinc ſanctus Ephrem ſimiles threnos de lamentatione ſcripſit, quibus Virgo Mater filium ſuum pendentem de Cruce deplorabat, eos autem Threnos vocat *Paraſceue*, ſiue, *viam & præparationem* ad excitandam noſtram memoriam, atque recolendam paſſionem Chriſti ſeruatoris.

[b] *Lamentationes ſcriptæ ſunt, vt poſteri ſcirent, quantorum malorũ fuerit cauſa peccatum.*

Baſilius.

Chryſoſt.

S. Ephrem.

11.

[c] *Hinc apud Hebræos ſolemne lamẽtare Vrbis ſuæ excidiũ.*

Vnde poſtea apud Hebræos in more [c] poſitum eſt, vt intenti, forti, ſatyricoque accentu Iobi, & Hieremiæ lamentationes in ſuis Synagogis legerent, præſertimque hanc lamentationem Prophetæ die 9. menſis, *Ab*, qui noſtro Iulio reſpondet, quoniam ea die excidit Iſrael, atque templum eius; vnde eandem conſuetudinem accepiſſe videntur poſteri Hebræorum, vt ſecundum & vltimum excidium Hieroſolymit. per Romanos, ſcilicet, lamẽtatione ſimili proſequantur, ſicut notauit Hieron. Sophoniæ *in c.* 1. Conſueuerunt enim Hebræi præſoluto pretio, cum aliter non poſſent Hieroſolymam adire, de longè lachrymis ſalutare eam vrbem: ſunt autem hæc grauiſſima verba D. Hieronymi in hanc ſententiam, *Perfidi coloni poſt interfectionem ſeruorum, ad extremum filij Dei excepto planctu prohibentur ingredi Hieroſolymam, & vt ruinam ſuæ vrbis eis liceat flere, pretio redimunt, vt qui quondam emerant ſanguinem Chriſti, emant lachrymas ſuas: videas in die, qua capta eſt à Romanis, & diruta Hieruſalem, populum venire, confluere decrepitas mulierculas, & ſenes annis, & pannis obſitos, & in corporibus, & habitu ſuo iram Dei demonſtrantes, plangere ruinas templi ſui, & videas populum miſerum, non tamen eſſe miſerabile.*

Hieronym.

12.

[d] *Lamentatio Hieremiæ ſuis poſteris exemplum, alijs in memoriam.*

Iuſtus igitur, & conſtans dolor fuit, quem ſanctus Hieremias reliquit in exemplum [d] poſteris omnibus, in pœnitentiam Iudæis, in memoriam cunctis hominibus, vt ex ea lamentatione diſcant, quo caſu intereant vrbes, quo populi in exilium mittantur, pœniteatque ſuorum ſcelerum, atque in memoriam recolant paſſionem Chriſti ſeruatoris, quam adumbratam eſſe voluit propheta in hoc ſuo epicedio, id eſt, in funebri carmine; proindeque fatendum huius operis authorem eſſe Hieremiam, nec oppoſitum eius lamenta oſtendere: præterquam quod illud iam definitum [e] eſt à Concilio Laodiceno, & Florentino, atque nouiſſimè à Tridentino. *ſeſſ.* 4. *de reformat. verb. ſacrorum.* Id quod ſatis oſtendit ea Epigraphe, ſeu Inſcriptio, quæ huic operi addita eſt, & diriuata à Græcis codicibus, quæ ita habent, *& factum eſt poſtquam in captiuitatem redactus eſt Iſrael, & Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Hieruſalem, & amaro animo ſuſpirans, & eiulans dixit.* Quibus verbis vtrunque habemus, quod maximè quærebamus in hac prima præparatione, quæ, ſcilicet, ſit materia huius operis, quis author: eſt enim carmen tragicum, & lugubre de excidio Ieroſolymitano, quod planxit Hieremias poſt vrbis excidium.

[e] *Definitum in pluribus concilijs, authorem huius libri Hieremiam.*

§. V.

De authoritate tituli huius operis.

ADuertendum tamen hanc epigraphen ſummam & maximam habere authoritatem, vt quæ appoſita credatur huic operi à L X X. Interpretibus, quæ tamen ſola relicta [f] eſt ſub eodem charactere in eodem loco, in quo antea fuerat in Biblijs correctis beneficio Xiſti V. & Clementis V I I I. cum cætera, quæ canonicam authoritatem non habeant, reiecta fuerint in poſtremam partem Bibliæ ſub diuerſo charactere, qualis eſt. 3. & 4. liber Eſdræ. 3. & 4. Machabeorum, atque ſimiles. Vnde è recentioribus quidam acerbiori cenſura notauit eos, qui negauerint partem Scripturæ ſanctæ, eos temerarios [g] dicens, exiſtimatque huiuſmodi epigraphen tanquam partem huius lamentationis additam eſſe operi vel ab ipſo Hieremia, vel ab Heſdra: cuius ſententiæ neminem adhuc inueni authorem, cum optimè ſciam in Hebraico textu, nunquam eam repertam fuiſſe, nec in Chaldaico, imò nec D. Hieronym. cuius grauiſſima eſt authoritas hac in re, talem inſcriptionem poſuit, vel explicuit, imò verò omnes fatentur, opus [h] eſſe ſine titulo, & principio operis notatum, vt ſuprà diximus: imò & D. Bonauentura diſertis verbis aſſeruit, eam inſcriptionem nullo modo eſſe partem diuinæ Scripturæ: de qua Nicolaus Lyran. ita dixit. *Iſtud totum videtur appoſitum vſque ad finem capitis ab aliquo expoſitore ad continuandam ſententiam cum capitibus ſequentibus, quod non eſt in Hebræo, nec in libris correctis.* Id quod etiam dixit Franciſc. Luc. *in annotat. in Sacra Biblia*, imò etiam & Xiſtus Senenſ. *tom.* 1. *in Bibliotecha ſacra*, nec amplius ea de re dixit quàm appoſitam fuiſſe à L X X. Interpretibus. hanc inſcriptionem noſter Luſitanus exiſtimat additamentum fuiſſe L X X. Interpretum: cui Vatabl. ſuffragatur.

13.

[f] *In Biblijs correctis relictus eſt titulus hic.*

[g] *Propterea temeritatis notãt aliqui, qui negauerint canonicum.*

Hieron.

[h] *Verùm, quia ferè omnes fatentur in Hebræo opus eſſe ſine titulo.*

Bonauent.

Lyran.

Franc. Luca.

Xiſtus Sen.

Vatablus.

14.

[i] *Mitiori cenſura notanda eſt oppoſita ſententia.*

Quapropter exiſtimo, quandiu non habuerit plures aſſertores ea ſententia, quæ docet hanc epigraphen partem eſſe Scripturæ ſacræ, cuius oppoſitum aſſerere, temerarium eſt, non eſſe tam acerba [i] cenſura notandam, propter grauiores

Pattes atque alios authores pleroſque, quotum granifſima eſt anthoriras, præſertim cum in textu Hehræo ea inſcriptio non haheatur, nec in Chaldaico, nec in Bihlia tegra, quam oohis nuper appoſuit Benedict. Arias Montan. accutatè correctam: quanuis negandum non ſit eam inſcriptionem relictam fuiſſe io correctiorihus Bihliis Xiſti V. & Clement. VIII. quod ea ratione factum fuiſſe exiſtimo, vt clatior videretur continuatio inter prophetiam Hieremiæ, & eius lamentatiooes: ac proinde quandiu non habet ea ſententia plures aſſertores, ahſtinendum puto à tali cenſura, quanuis grauiſſimam authoritatem [l] cognoſcam reſultaſſe ex ea inſcriptione ſic relicta à correctorihos Bihliæ.

Arias Mont.

[l] *Quanuis grauiſſima ſit authoritatis, quòd in bibliis correctis inueniatur.*

§. VI.

Quo tempore Hieremias propheta huiuſmodi lamentationes compoſuerit.

15. SVpereſt, vt dicamus, quo tempore Hieremias fuerit lamentatus excidium vrhis, ſeu quo tempore ſcripſerit has ſuas lamentationes. Conſtat igitur ex ea inſcriptionem, de qua diximus modò *poſtquam in captiuitatem redactus eſt Iſrael, & Ieruſalem deſerta eſt, ſedit Hieremias propheta flens*: recepit enim ſe in ſpeluncam iuxta Hieruſalem, poſt euerſam patriam, & captioos ſuos homines, vnde fleuit eius excidium: teſtis huius eſt Adricomius *in Theatro terra ſancta, in tabula Hieruſalem*, vbi deſctihit ſpeluncam eam ex traditione veterum Hebræorum in quam ſe receperat relictus Hieremias ad deflendam patriam. Quæ ſententia magis placet, quàm [n] Rahbino-
rum aſſerentium ante excidium Ieroſolymitanum deploraſſe prophetam eandem vrbem: quibus fauet Petrus de Figeiro, putat enim, quòd vt Chriſtus Dominus defleuit ante ſecundum excidium per Romanos, ſic Propheta eius figura, ante excidium per Chaldæos eam defleuerit. Fortius argumentum eſt Rahhi Salomoois, de mente aliorum Rahhinorum, exiſtimantium, hunc eſſe eom lihrum coius meminit idem Ieremias *in cap.* 36. ſui vaticinij, qoem impius rex Ioachim, [o] lecto eius principio in ignem proiecit, & cremauit, quem Ieremias iterum reparauit, & ſcribendum dedit Baruc prophetæ iuſſu Dei, adiecitque quartum alphabetum.

[m] *Ex titulo conſtat lamentatum fuiſſe Ieremiã poſt vrbis excidiũ per Chaldæos.*

Adricomius.

[n] *Inde reiiciuntur Rabbini opinantes ante illud excidium deploraſſe Ieremiam.*

Petrus de Figeiro.

Rab. Salom.

[o] *Et illi qui dixère hunc eſſe librum quem proiecit in ignem Ioachim rex.*

16. Exiſtimo ſequutus plures Authores præcipuè Theodor. Brixian. lamentationes ſcriptas fuiſſe [p] poſt vrbem captam, neque hunc eſſe eum librum, cuius meminit propheta *cap.* 36. ſicur colligitur ex eodem lihto, vhi dicitur, *& ſuſcribes in eo omaia verba, quæ locutus ſum tibi aduerſùm Iſrael, & Iudam, & aduerſùs omnes gentes, à die qua locatus ſum ad te, ex diebus Ioſiæ, vſque ad diem hanc.* Ex quihus cooſtat lihrom combuſtum à Iechonia Rege continuiſſe hiſtoriam Ioſiæ, & Iechoniæ, à quo io ignem fuerat proiectus: lamentariones autem continent hiſtoriam regis Sedeciæ, ſoh quo euerſa eſt Hieroſolyma, & quam defler Ieremias: ex quihus colligitur quis titulus ſit huius libri, ſeu operis, quæ materia, quis author, qoalis authóritas, & qoo tempora ſcriptum ſit.

Theodoret. Brixian.

[p] *Comprobatur ſcriptas fuiſſe lamentationes poſt excidium per Chaldæos.*

* * *

Secvnda Præparatio.

De genere dicendi, quo vſus eſt Ieremias in Threnis, atque de totius operis partitione.

§. I.

Sitne hæc Scriptura canonica.

17. SCiendum igitur eſt, prophetiam, vt docuit D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 71. *art.* 3. non ſolùm ſe extendere ad ea, quæ futura ſunt, & ad ea, quæ procul à nohis poſita etiam ſunt, ſed ad ea, quæ nobis præſentia [q] ſunt, dummodo ad ea videnda intellectus eleuetur per lumen propheticum; omnia enim ad quæ ſe extendit lumen propheticum, propheticè dicta ſunt, licet aliter percipiantur à ſenſihus, vel certa ſcientia cognoſcantur; ex lumine enim ſuh quo videntur, ita dicta cenſentur. Dixit hoc D. Petrus *in ſua* 2. *canonica cap.* 1. agens de transfiguratione Domini, quam ipſe ſuis oculis viderat in monte Thahor: *Non indoctas, inquit, fabulas ſequuti notam facimus virtutem Domini noſtri, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis, accipiens eam a Deo Patre, gloriam, & honorem, hic eſt filius meus dilectus, &c. & hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam cùm eſſemus cum ipſo in monte ſancto, & habemus firmiorem propheticum ſermonem cui benefacitis intendentes tanquam lucernæ:* quihus verhis oſtendit certiorem eſſe propheticum ſermonem, & propheticam lucem ipſis ſenſihus externis: fallitor enim nonnunquam viſus, prophetia verò nunquam. Vnde quanuis propheta Hieremias viderit euerſam vrbem, atque templum ſuis oculis, eadem vidit prophetico lumine, ac proinde propheticum eſt genus dicendi eius.

D. Thom.

[q] *Prophetia etiam ad præſentia extenditur ſub altiori tamen lumine.*

2. Petri 1.

18. Hæc propterea diximus, nequis incautus labatur ad locum Ahulenſis [r] *tom. in Geneſ.* explicantis epiſtolam Hierooymi ad Paulinum cap. 7. pag. 24. colum. 4. *In his threnis*, ait ille, *Hieremias, non tanquam propheta, ſed tanquam rhetoricus per ſermones paſſionales audientes ad commiſerationem deſolatæ ciuitatis conuertit, licet aliquando aliqua de Chriſto commiſceat, quæ ad prophetiam pertinent.* Non tameo [ſ] credendum virum ſapientiſſimum negaſſe totum hoc opus propheticum eſſe, ſed tantùm voluit oſtendere prophetiam latere ſuh florihus poëticis, atque ſub tropis & figuris rhetoricis; eſt enim hæc prophetia eloquentiſſimè recitata, in qua flores eloquentiæ aperuit propheta, ſicut nos ſtatim dicemus latiùs in principio literæ: vel ſaltem ita dixit, vt diſtingueret inter prophetiam preſsè, & aliam, quæ prophetia etiam vocatur, quanuis ſuh ſenſihus cadat: prophetia enim preſsè eſt ea, quæ de rebus futuris eſt, vel de his, quæ procul à nohis ſunt, nec noſtris ſenſihus percipiuntur.

Abulenſ.

[r] *Vnde cauendus eſt Abulenſis, dicens Ieremiam in threnis rhetoricum, non prophetam.*

[ſ] *Excuſatur tamen quaſi ſentiat, prophetiam latere ſub floribus, & figuris.*

†

§. II *Carmine*

§. II.

Carmine, an ſoluta oratione ſint compoſiti Threni.

19. CVmque certum ſit, hoc opus [t] eſſe propheticum, ſupereſt, vt dicamus, quo genere orationis ſit compoſitum, ſoluta, an ligata, & metrica oratione. Conueniunt omnes igitur Interpretes, Græci, Latini, & Hebræi, rythmicam eſſe, habent enim Hebræi ſua carmina, & menſuras. Rabbi Dauid libellum ſcripſit de ratione, lege, & menſura carminum Hebræorum, quem Genebrard. Latinum fecit; ea tamen omnia, quæ dixit, non ſunt deſumpta ex ſacra Scriptura, ſed ex Rabbinorum doctrina, ac proinde de ſacris carminibus nihil dixit. Hieron. paſſim hac de re loquitur *in præfatione Chronicor. Euſeby* & *in præfat. in lib. Regum.* & *in præfatione in Eſaiam*, & tandem *in præfatione in lib. Iob*: quibus in locis aſſerit, Pſalmos, ac Threnos [u] Ieremiæ carmine fuiſſe compoſitos, non tamen quo genere carminis. Clarius aliquanto dixit in epiſt. ad Paul. Vrbicam, & in epiſt. quæ incipit, *Nudius tertius*, ad Marcell. *Habes*, ait, *in lamentationibus Ieremiæ quatuor alphabeta, quibus duo prima, quaſi ſaphico metro ſcripta ſunt, quia tres verſus, qui ſibi nexi ſunt, & ab vna tantum litera incipiunt, heroicum comma concludunt. Tertium alphabetum trimetris ſcriptum eſt.* Ita idem Hieronym. *in prologo Iob.* ita D. Iſidorus *lib. 6. Etymolog.* Ex quibus conſtat, carmine compoſitum opus: quo verò genere carminis, non; quia carmina Hebræa [x] nullo modò cum noſtris conueniunt, vt colligitur ex Hieronymo, atque ex aliis.

[t] *Certū enim eſt hoc opus eſſe propheticum,*

Rab. Dauid. Genebrard.

Hieron.

[u] *Ac Threnos hoc carmine fuiſſe compoſitos.*

Idem.

Idem. D. Iſidorus.

[x] *Quamuis carmina Hebræa nullo modo cum noſtris conueniant,*

§. III.

Totius operis diuiſio.

20. REſtat, vt de partitione operis dicamus, quod totum in quinque membra diuiditur, vt ait Paulus Burgenſ. *addit. prima in Threnos cap.* 1. In primo igitur deplorat ruinam Hieruſalem, quæ vrbs floretiſſima fuit totius orbis, caput imperij Iudæorum, & ſedes regia. In ſecundo miſeram ſeruitutem totius regni. In tertio more prophetico ſe conuertit ad deplorandam Chriſti ſeruatoris mortem, induens ipſe Chriſti perſonam, quæ pars incipit illis verbis, *Ego vir videns.* In quarto templi excidium deplorauit; atque in omnibus his lamentationibus prophetice deflet ſecundum & vltimum excidium [a] Hieruſalem per Romanos. Tandem in extrema parte totius operis oratione tota paterica, id eſt, affectibus plena ex miſero ſtatu ſuæ gentis Hebrææ, conatur precibus commouere diuinam commiſerationem ac clementiam in ſuam gentem, vrbem, & regnum, vt malorum tandem finem inueniat: negandum tamen non eſt, cum interdum in ſingulis lacbrymis alias permiſcere.

†

Burgenſ.

[z] *Totius operis quinque ſunt mebra.*

[a] *In omnibus autem propheta deflet ſecundum & vltimum excidium Hieroſolymæ per Romanos.*

TERTIA ET VLTIMA Præparatio.

De artificio alphabetico, quo vſus eſt propheta in ſuis lamentationibus, & Threnis.

§. I.

Sit ne acroſticha compoſitio Alphabeti, quam appoſuit Ieremias ſuis carminibus.

PRæfandum tamen neceſſariò exiſtimo de literis Alphabeti, quas artificioſè inſeruit ſuis carminibus vates, antequam ſacrum textum aggrediar, vt ſemel de illis dictum ſit, & ne quoties occurrerit aliqua earum, cogamur ad eam diuertere filum dicendi rumpentes, atque ipſos commentarios obſcuros reddentes; qua de re multi multa dixerunt, inter quæ, quid tandem certum ſit dicere, non erit facile. Interim tandem aduertendum, literas Hebræas elementales, ſeu alphabeticas in his Hebraicis lamentationibus, non ita reperiri in Hebraico textu, vt in noſtra vulgata Latina leguntur; etenim ante principium cuiuſque carminis vocabulum cuiuſque literæ alphabeticæ apponitur, ſic enim legimus; *ALEPH. Quomodo ſedet ſola ciuitas*, cùm tamen Hebraicè illud, *quomodo*, ex litera, *ALEPH*, tanquam ex parte dictionis [b] componatur, ac proinde nulla talis litera per ſe appoſita eſt; ſic in cæteris carminibus factum eſt appoſitis literis alphabeticis vſque ad extremam, proindeque ſignificationem nullam aliam habere videntur præter artificium, quo voluit propheta vnunquodque carmen ab vna dictione, cuius prima pars eſſet compoſita ex aliqua litera alphabetica, ſuo tamen [c] ordine ſeruato, quo artificio vſus eſt author illius hymni, quem Eccleſia canit in die naſcentis Chriſti: 21.

A ſolis ortus cardine,
Ad vſque terræ limitem,
Chriſtum canamus Principem,
Natum Maria Virgine:
Beatus author ſæculi, &c.

Tertium verò carmen incipit à tertia litera alphabeti, ſcilicet, *Caſta parentis viſcera*: &c. ex quibus patet, quod quamuis vnaquæque, ſecundùm quod vocabulum eſt, habeat peculiarem ſignificationem, ac proinde myſterium, quatenus tamen vnaquæque earum pars dictionis eſt, ſicut de facto eſt in his lamentationibus Hebræis, nullam prorſus ſignificationem habet, ſicut nec noſtræ literæ alphabeticæ, atque ita fit, eas non eſſe appoſitas ad aliquid ſignificandum, ſed ad carmen inchoandum.

[b] *Literæ huius alphabeti quæ in Hebræo componunt dictionem, in Latina apponuntur.*

[c] *Quo in artificio ſuum ordinem ſeruat propheta.*

22. Qui hoc notauit, fuit Nicolaus Lyrao. quem poſtea ſequuti ſunt cæteri. Artificioſum igitur carmen, temporibus [d] Ieremiæ vſitatum, vel ad elegantiam, vel ad memoriam conſeruandam. Id quod tamen non dixerim acroſtichum. Acroſtichis enim eſt illud artificium, quo ſolent per primas

Lyranus.

[d] *Primū hoc artificiū notauit Lyra temporibus Ieremiæ vſitatum, ſed nō eſt acroſtichū, id eſt, nullam componens ſignificationē.*

mas literas cuiuſque carminis aliquid compone-re,quale eſt illud carmen Sibyllę Erithreæ de ea-cidio orbis,ea cuius [e] literis inchoantibus vnunquemque verſum,hæc colligitur ſententia, *Ieſus Chriſtus,Dei filius,Seruator,Crux* : cuius meminit Euſeb. Cæſarien.*l.5.de Vita.Conſtantini Auguſti*, io qua adducit hanc orationem Conſtantioi referentis bæc ad acroſticha carmina Sibyllina, ex quibus aduertit collectam eſſe ſimilem ſententiam : meminit eiuſdem rei Auguſtin *lib. 18. de ciuit.c. 23.* imò aſſerit,quemadmodum Conſtanſtin. Auguſt. etiam diait. Videndus erit Xiſtus Senenſ.*ia bibliotheca ſacra,tom.1.lib.a.cap.de Sibylla Erithrea* : nouiſſimè Ioannes Oſopæos *in lib.* cui titulus eſt, *oracula Sibyllina*.quale artificium noo reperitur in hoc carmine Ieremiæ. Vt verum fateat,eſt rithmicum, & artificioſum vſitatum ſuo tempore, vt diait Brix. & Lyran. non quòd ex eo artificio aliqua colligatur ſeutentia, vt ex acroſtichis carminibus.

[e] *Vt in ſibyllinis verſibus reperitur.*

Euſeb.Cæſ.

Auguſt.

Xiſtus Sen.

Oſopæus.

§. II.

Non ſine myſterio artificioſa vtitur oratione Ieremias.

23. SI quis autem quærat, cur artificioſa oratione vſus fuerit Ieremias in vehementi [f] dolore, qui nec ordinem, nec artificium nouit, nec modum,quandiu vehemens eſt,nec aliud nouit,prætetqoam dolere ad inſtar amentis, & inſani hominis? Reſpondendum puto, eo artificio vſum fuiſſe, menſuram,& legem ſuia lachrymis imponendo, vt ea multitudine lachtymarum vehementia doloris oſtenderetur, ex menſura [g] autem ſpiritus propheticus; nec enim in tanto dolore artificium eſſe potuit, oiſi in bomine propheta. Moueor ita putare ea authoritate Ciceronis 2. *de diuinatione*,vbi probat ex artificio, quod reperitur in carminibus Sibyllarum,eas furentes non eſſe,ſed prophetas;ſic enim ait, *non eſſe autem illud carmen furentis, cum poema declarat, eſt enim magis artis,ac diligentia,quàm concitationis motus.* Tum verò ea,quæ acroſtichis dicitur, quando ex primis literis verſus aliquis connectitur, id certè magis eſt attenti animi, quàm furentis : quod ipſum reperitur in carmine Ieremiæ, etenim artificium oſtendit iu tanto dolore,hominem prophetam eſſe.

[f] *Ea autem artificio vſus eſt propheta in tam vehementi dolore,*

[g] *Vt ex menſura ſpiritus propheticus, ex multitudine lachrymarum,vehementia doloris oſtenderetur.*

Cicero.

24. Non igitur videtur negandum aliquod myſterium latuiſſe in hoc artificio, & quia plures, & grauiores authores ita voluerunt, quorum iudicio neceſſe eſt,acquieſcat fidelis interpres,& quia non ſine numine [h] videtur Ieremias poſuiſſe primum alphabeti ordinem ſimplicem, & in ſecundo cap.eodem modo,& in tertio mutaſſe ordiuem triplicando literas alphabeti, ita vt priores tres verſus inchoaret à prima litera alphabeti : ſic deinceps in quarto capite ad ſimplicem ordinem reuerſus, quem ſecutus fuerat iu primo & ſecundo capite : vnde D. Hieronym. *epiſt.ad Paul.Vrbic.* & *in præfatione in Threnos*, eaplicat latè literas Hebræas prout vocabula, non vt partes dictionis ſunt : deinde peculiares conneaiones ea ſignificationibus ſingularum coniungit, oſteuditque ea primis quatuor literis complicatis, & coniunctis, quæ in primis qoatuor carminibus reperiuntur, hanc colligendam [i] ſenteutiam; *Doctrina Eccleſiæ reperitur ia diuinorum librorum plenitudine*; quam interpretationem elementariam vocant, ſicut inter cæteros bene Xiſtus Senen. *in Bibliotecha ſacra tom. 1. lib. 3. pag. 263.* Hanc interpretandi rationem à maioribus accepiſſe dicunt Hebræi recentiures, quam *Cabalam* [l] vocant,id eſt, ſacratiorem allegoriam; verùm ea longè antiquior eſt, receptaque apud veteres Philoſophos, vt apud Platonem in Cratilo, id eſt, *in lib. de nominum impoſitione.*

[h] *Non ſine numine poſuit Ieremias alium, & alium ordinē alphabeti in his carminibus.*

Hieron.

[i] *D.Hieronymus ex primis quatuor præclarā colligit ſententiam.*

Xiſt Sen.

[l] *Quam interpretandi rationem Hebrai Cabalā vocant, ſed antiquior eſt, & apud Philoſophos.*

Plato.

25. Videndus Hieronym.*in quæſtionib. ſuper lib. 3. Regum.* Eaaminans ea verba Dauidis morientis ad Salomonem Regem filium ſuum:*babes quoque apud te Semei filium Gerá filij Gemini de Bahurim qui maledixit mihi maledictione peſſima* : vbi Hieron. eaplicat acerbitatem illius maledictionis,ex quinque literis Hebræis, quibus conſtat vocabulum Hebræum quod noſter vulgatus tranſtulit *peſſima*; ſignificant enim adulterum, Moabitam, homicidam, leproſum, abominabilem;quibus baber ſimilia D.Auguſt.*tract.9 ſuper Ioannem.* Cyprian.*ia tract.de Sina, & Sion.* Beda *in Commeat.ſuper Ioaa.*deducentes etymologiam, & allegoriam nominis, *Adam*, ex quatuor literis quibus componitur; ea quibus colligitur Adam [m] creatum fuiſſe de terra ſumpta à quatuor mundi partibus,Oriente,ſcilicet,Occidente, Septentrione,& Meridie:id quod acceperunt ex oraculis Sibyllinis : Sibylla enim quædam diait,

Qui primus factus eſt,& qui nomine complet
Ortumque Occaſumque Auſtram, Boreamque rigentem.

Hieron.

3 Reg.2.

Auguſt.

Cyprian.

Beda.

[m] *Quo ſenſu nomē Adam myſticè explicatur.*

Quæ elementaris expoſitio neceſſatiò repetitur io Ieremia cap.25.ſui vaticinij, ſicut inter cæteros ait D.Hieronym.quo in loco habetur,*& rex Seſach bibet poſt eos*, id eſt, rea Babel poſtremus ſentiet iram diuinam; cum enim Ieremias eo in loco vellet oſtendere finitimas omnes nationes fore ſubiugandas acerbo imperio regis Babyloniæ,poſtremóque eundem regem diuinæ iræ calicem bibiturum,id eſt,grauiſſimè à Deo puniendum,vt dicitur in 46.Ieremiæ : *Calix aureus Babylon inebrians omnem terram*;nouiſſimus autem rea Babyloniæ bibet hanc potionem : quem regem Babylooiæ ne irritaret Ieremias ſuppreſſo nomine ſub alia forma, mutatis tamen literis diait *in cap.* 25. eum *Seſach* appellandum. Quo pacto autem hoc nomen conueniat cum Babel, Hieronym.dixit eo in loco oſtendendo nonnunquam rettogrado [n] ordine incipiendum alphabetum : multa de hoc diait Comes Mirandula, *in ſua Pentaplo.*

Ierem.25.

[n] *Et retrogrado ordine alphabeti, Seſach ſignificat Babylon.*

26. Admonuerim tamen cum D. Epiphanio, & D.Irenæo,vtroque *in lib. 1.aduerſus hæreſes*, hanc interpretaodi rationem cadere poſſe in aliquem locum particularem Scripturæ ſacræ, noo autem in omnem, ne occaſio errandi detur. Ea quibus tam colligitur in hoc artificio alphabetico aliquod myſterium latuiſſe ſecundùm elementarem [o] expoſitionem. Vnde Rupert. aduertit, literas alphabeti fuiſſe appoſitas his carminibus:vt nos doceret propheta,pueros adhuc eſſe, nec primas literas veri doloris cognouiſſe, & vt illis altior dolendi ratio oſtenderetur. Videndus Ambroſ. *ſuper Pſalm.* 118. In quo Regius Vates eodem artificio vſus eſt inchoando vnunquodque Octonarium [p] ab vna litera alphabeti ſeruato ordine, tunc Ambroſius eius artificij diuinitatem, & myſterium interpretatur. Prima litera *Aleph* dicitur,cuius interpretatio,*doctrina*, eſt;ſollicitus ergo

Epiphan.

Irenæus.

[o] *Dicitur elementaris expoſitio.*

Rupert.

Ambroſ.

[p] *Eodem artificio vſus eſt Dauid in Pſalm.118. ad quodlibet octonarium.*

Pſalm.118.

ergo auditor, plenos doctrinæ verſus eſſe, qui ſequuntur debet præſumere, *Beati immaculati*, &c. Sic in ſecundo octonario principium eſt *Beth*, cuius interpretatio eſt *confuſio*; iam verò, qui viam ſuam corrigit, non confunditur, in toto enim octonario conſilium præſtat ſapiens, quo iuuenes poſſint anteactam vitam corrigere, atque ita confuſioneio depellere, quam interpretationem adaptare noſtris lamentationibus non erit difficile, in quibus eodem artificio vſus eſt Ieremias.

§. III.

Cur non vno, ſed & ſecundo, tertio & quarto planxerit alphabeto Ieremias.

27. ILlud tamen vltimò ſciendum, cur quarto alphabeto planxerit Ieremias in his Threnis? & cur Eccleſia ſancta in ſolis lamentationibus recitare ſoleat literas alphabeti, quod non facit in aliis locis, in quibus illud ipſum artificium reperitur; ſic enim Rex vates ſcripſit Pſalm. 145. & 118. denique & Rex Salomon partem Prouerbiorum eadeio arte compoſuit incipiens in 31. cap. ab illis verbis, *Mulierem fortem quis inueniet?* quibus non erit difficile reſpondere. Ad primam dicendum eo artificio voluiſſe oſtendere Ieremias, vſque adeo magnum eſſe dolorem eius, vt non vno, ſed quarto alphabeto [q] explicari oportuerit, & præſertim, quia quartus numerus eſt accommodatus ad perfectiſſimum dolorem inſinuandum, ita dixit Philo *lib. de mundi opificio*, Macrobius *in ſomno Scipionis*. Auguſt. *in lib. de Muſica, tom.* 1. Si quæras autem, cur triplicato alphabeto vſus ſit in tertio cap. Huius rei nullám aliam odui rationem, niſi myſticam: [r] exiſtimo enim, vt dixi, in eo capite deploraſſe Ieremiam mortem Chriſti ſeruatoris, [r] cui omnis dolor debetur, ternarius autem numerus omne, ſeu perfectum ſignificat, vt Pythagoras dixit, *omnia & omne tribus definita ſunt*. Quo argumento vſus Ariſtotel. 1. *de cælo cap.* 1. ad probandam mundi perfectionem, quo in loco ait, *ipſum omne, atque omnia tribus ſunt definita*. Cui ſuffragatur Plato *in Parmenide*, ſeu *in lib. de Ideis*: accommodatè proinde diuinus vates, plorando mortem Chriſti ſeruatoris, ternario literarum vſus eſt, vt ità ſymbolicè oſtenderet, morienti Chriſto Domino deberi omnem dolorem: ex quibus fit per ternarium [ſ] ſignificatum eſſe omnem dolorem, per quaternarium autem alphabeti perfectum dolorem; [t] ſi ternario autem immiſceas quaternarium, ſicut feciſſe videtur Ieremias, hoc in loco completum dolorem inuenies; nanque ternarius omnem dolorem ſignificat, quaternatius perfectum doloreio: ſeptenarius autem completum dolorem, quo numero Ierèmias ſignificauit ſe doluiſſe patriæ exeidium.

[q] *In ſuo planctu quarto geminatalphabeto Ieremias, vt probet quòd non vno, ſed quarto explicari potuerit.*
Philo.
Macobrius.
Aug.
[r] *Præſertim verò quia in tertio cap. Chriſti mortem defiet, vſus eſt ternario.*
Pytagor.
Ariſtot.
Plato.
[ſ] *Ternarius enim dolor eſt omnis dolor.*
[t] *Quaternarius autem perfectus dolor.*

§. IV.

Quare in ſolis Threnis literas Hebræas recitet Eccleſia.

28. SEcunda autem dubitatio, quæ petebat, cur in ſolis Threnis recitari mandauerit Eccleſia Dei huiuſmodi alphabetum? Dicendum eſt, hoc ita factum eſſe in noua Chriſti Eccleſia, vt ſignificaret ſe non immemorem eſſe, à qua parente genita ſit, conſeruans enim nonnullis vocibus [u] Hebræis oſtendit ſui generis principium referendum eſſe ad Synagogam Hebræam; inde enim orta eſt Eccleſia Chriſti: quod autem recitari mandauerit ipſas voces Hebræas [x] in ſolis Threnis, propterea factum eſſe videtur, quia in lamentationibus de excidio gentis Hebrææ agitur, ne ignorantia vocabulorum Hebræi compellantem Eccleſiam non audirent, voce patria eos admonitos eſſe voluit, quaſi velit dicere; diſcite tantorum malorum doctrinam reſpicere; hoc enim ſignificat *Aleph*, ne perpetua vos confuſio apprehendat, hoc enim ſignificat, *Beth*, eſt enim hæc retributio eorum, qui diſcere noluerunt, quod ſignificat *Ghimel*, ſecundùm expoſitionem D. Ambroſij *in Pſalm.* 118. Hæc igitur fuit ratio, cur in ſolis Threnis Eccleſia Chriſti recitari mandauerit appoſitas literas alphabeti, nec plura præfanda ſunt, ne opus nimium excreſcat.

[u] *Recitari autem mandat Eccleſia voces Hebræas in memoriam parentis ſynagogæ.*
[x] *Id autem in ſolis Threnis ideo facit, ne non agnoſcant Hebræi compellantè, & admonentem.*
Ambr.

CAPVT PRIMVM.

Aleph.

QVOMODO ſedet ſola ciuitas plena populo: facta eſt quaſi vidua domina Gentium: princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo.

Beth.

Plurans plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius: non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt ei inimici.

Ghimel.

Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem ſeruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.

Daleth.

Viæ Sion lugent, eo quòd non ſint qui veniant ad ſolemnitatem: omnes portæ eius deſtructæ: ſacerdotes eius gementes: virgines eius ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine.

He.

Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici eius locupletati ſunt: quia Dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

Vav.

Et egreſſus eſt a filia Sion omnis decor eius: facti ſunt principes eius velut arietes non inuenientes paſcua: & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis.

ZAIN.

Recordata eſt Ieruſalem dierum affli-ctionis ſuæ, & præuaricationis omnium deſiderabilium ſuorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cùm caderet populus eius in manu hoſtili, & non eſſet auxiliator: viderunt eam hoſtes, & deriſerunt ſabbata eius.

HETH.

Peccatum peccauit Ieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt: omnes, qui glorificabant eam, ſpreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius: ipſa autem gemens conuerſa eſt retrorſum.

TETH.

Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui: depoſita eſt vehementer, non habens conſolatorem: vide Domine affli&ctionem meam, quoniam erectus eſt inimicus.

IOD.

Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius: quia vidit Gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus præceperas ne intrarent in Eccleſiam tuam.

CAPH.

Omnis populus eius gemens, & quærens panem: dederunt pretioſa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Vide Domine & conſidera, quoniam facta ſum vilis.

LAMED.

O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus: quoniam vindemiauit me vt locutus eſt Dominus in die iræ furoris ſui.

MEM.

De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorſum: poſuit me deſolatam, tota die mœrore confectam.

NVN.

Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in manu eius conuolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo: infirmata eſt virtus mea: dedit me Dominus in manu, de qua non potero ſurgere.

SAMECH.

Abſtulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: vocauit aduerſum me tempus, vt contereret electos meos: torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.

AIN.

Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longè factus eſt à me conſolator, conuertens animam meam: facti ſunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.

PHE.

Expandit Sion manus ſuas, non eſt qui conſoletur eam: mandauit Dominus aduerſum Iacob in circuitu eius hoſtes eius: facta eſt Ieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos.

SADE.

Iuſtus eſt Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui: audite obſecro vniuerſi populi, & videte dolorē meum: virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

COPH.

Vocaui amicos meos, & ipſi deceperunt me: ſacerdotes mei, & ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt: quia quæſierunt cibum ſibi vt refocillarent animam ſuam.

RES.

Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus eſt venter meus: ſubuerſum eſt cor meum in memetipſa, quoniam amaritudine plena ſum, foris interficit gladius, & domi mors ſimilis eſt.

SIN.

Audierunt quia ingemiſco ego, & non eſt qui conſoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati ſunt, quoniam tu feciſti: adduxiſti diem conſolationis, & fient ſimiles mei.

THAV.

Ingrediatur omne malum eorum coram te: & vindemia eos, ſicut vindemiaſti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meū mœrens.

TRACTATVS I.

De expoſitione literali primi Carminis ſub litera, ALEPH. *Quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo: facta eſt quaſi vidua Domina gentium: princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo?* Siue, *de prima graduatione deſolationis Iudæ.*

§. I.

Ioroſolymam introducit propheta quaſi viduam deplorantem calamitatem præſentem ex conſolatione præteritæ felicitatis.

DEo igitur duce, & Virgine Maria fauente diuini fauoris aura expandat carbaſa itura in pelagus lachrymarum Ieremiæ prophetæ, quarum tale voluit eſſe principium: *Quomodo* 19.

modo ſedet ſola ciuitas, plena populo: facta eſt quaſi vidua domina gentium, princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo? Nec enim plura hoc primo in carmine continentur, in quo Ieremias dolet ſuæ [a] gentis præſentem infelicitatem, ex collatione ad eam felicitatem, in qua fuerat; nihil enim infelicius eſt, quàm aliquando fuiſſe felicem. Id quod diuinus vates ſuis floribus exornauit, introducens vrbem Hieroſolymitanam ſub ſpecie, & figura inclyta quondam, & regiæ matronæ, [b] atque opulentiſſimæ, quæ optimo, ac principi viro in matrimonium coniuncta fuerat, quam tamen propter nefarium adulterium dimiſerat vir, atque omni dote ſpoliatam reliquerat, quæ ſola in cubiculo relicta dolet, & lamentatur [c] priorem felicitatem, quam ſuo perdidit adulterio: qualem Synagogam Iudæorum introducit Oſeas *cap. 3. ſui vaticinij*, cùm Deum ita loquentem [d] inducit cum ſynagoga: *Dies multos ſpectabis me*, id eſt, ſedebitis mihi, vt eſt in Hebræo, *Non fornicaberis, & non eris viro, ſed ego expectabo te, quia dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, & ſine Principe, ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod, & ſine Seraphim.* Quibus verbis oſtendit ſynagogam adulteram amiſſuram virum, quem antea habuerat principem, imò potius Deum, proptereáque ſpoliandam fore omnibus ornamentis, atque opibus, quas ſub tanto viro habuerat; poteſt enim plurimum hæc miſera regiæ matronæ effigies ad commouendam commiſerationem, qualem introducit Seneca Tragicus *in Troade* [e] Hecubam Troianorum reginam, Priamo coniuge interempto, patriam dirutam deflentem illis grauiſſimis verbis, atque tragicis:

[a] *Dolet propheta ſuæ gentis præſentem infelicitatē.*

[b] *Sub ſpecie matronæ inclitæ à viro ſuo derelictæ.*

[c] *Quæ ſedens deplorat priorem felicitatem.*

[d] *Sic & Oſeas de ſynagoga loquentem Deum introducit.* Oſeæ. 3.

[e] *Sic & Tragicus Hecubam in Troade.*

Tragicus.

Quicunque regno fidit, & magna potens
Dominatur aula, nec leues metuit Deos,
Animumque rebus credulum lætis dedit,
Me videat, & te Troia! non vnquam tulit
Documenta ſors maiora: quàm fragili loco
Starent ſuperbi: columen euerſum occidit
Pollentis Aſiæ, cælitum egregius labor.

Et quæ ſequuntur apud eundem Tragicum in illud ipſum argumentum, quibus exiſtimauit Seneca miſerum ſtatum regiæ viduæ deplorari poſſe in extrema calamitate, cuius ſumma fuerat & potentia, & opulentia.

30. Ruth. 1. Locus eſt optimus in hanc ſententiam, imò expreſſa figura huius eiuſdem rei in hiſtoria viduæ Ruth Moabitidis; eo enim in loco ſtatim *in cap. 1.* dicitur Noemi [f] matronam Bethlehemiticam nobiliſſimam ſuadente fame coactam fuiſſe patriam Bethlehem relinquere, & in terra Moab peregrinari cum coniuge ſuo, ac duobus liberis, in qua tamen peregrinatione, maritum, duoſque filios perdidit; rediens autem in patriam ſuam à contribulibus ſuis honeſtiſſimis fœminis, hac commiſerationis ſignificatione recepta eſt; ſic enim eo in loco dicitur: *Quibus vrbem ingreſſis velox ad cunctos fama percrebuit, dicebantque mulieres: Hæc eſt illa Noemi. Quibus illa reſpondit: Ne vocetis me, Noemi, id eſt, pulchram, ſe vocate me, Mara, id eſt, amaram, quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens. Egreſſa ſum plena, & vacuam me reduxit.* Quibus verbis prudens vidua deſolata, atque orbata marito, liberiſque ſuis, & omnibus dotalibus bonis ſignificare voluit nihil in aduerſa fortuna [g] tantum dolere, quàm veteris felicitatis repræſentatio. Nam, Noemi, Hebræa vox, ſi expendatur, pulchram, felicem, atque omnibus gratam ſignificat; ſenſuſque erit huius orationis: Pudet, inquit, & dolet mihi, inquit illa, infeliciſſimæ; atque miſeræ viduæ, honorificis, pulchris, atque magnificis titulis ornari, miſeram me potius dicite, & amaram; nam recordatio præteritæ felicitatis longè miſeriorem reddit præſentem infelicitatem. Id quod Ieremias rectè obſeruauit in hac ſua lamentatione, cùm Hieroſolymam introduxit quaſi viduam deplorantem calamitatem præſentem ex collatione præteritæ felicitatis.

[f] *Sic & Noemi.*

[g] *Nihil enim in aduerſa fortuna magis dolet, quàm veteris felicitatis repræſentatio.*

§. II.

Appoſitè vtitur propheta verbo ſedere, ad ſignificandum ſtatum Ieroſolymæ omiſſo regno.

Quomodo ſedet APpoſitè autem vſus eſt verbo *ſedere*, cum dixit, *quomodo ſedet*; quia verbum illud accommodatum eſt ad miſerum ſtatum ſignificandum; habitus enim [h] ſedendi ſtatus eſt miſerorum, atque implorantium auxilium, quemadmodum notauit optimè Pierius Valerian. *lib. 43.* vbi aduertit, ſolitos eſſe eos, qui ad alienum auxilium confugiebant, in foro ſedere; quod refert Homerus feciſſe Vlyſſem apud Alcinoum; & Dionyſius Alicarn. introducit Marcum Coriolanum patria pulſum apud Volſcorum Principem ſedentem, id eſt, implorantem eius auxilium; eſtque etiam accommodatum verbum ad ſignificandum ſtatum vidualem, namque ſolebant viduæ ſedere ad [i] buſta ſuotum mattitorum plotantes: qualem introducit propheta Hieroſolymam, quaſi viduam inclytam ad buſtum regni Iudaici lamentantem, in qua ſignificatione vſurpatum eſt verbum à ſacris, & prophanis auctoribus, vt videre eſt apud Catullum *lib. 1. Egleg. 6.* cum ait: 31.

[h] *Sedendi habitus eſt ſtatus miſeri.* Pier. Valer. Homerus. Alicarnas.

[i] *Præſertim verò indicat viduam ad buſtum mariti lamentantem.*

Catullus.

Illius ad tumulum fugiam, ſupplexque ſedebo.

& Propert. *Satyr. 14.* Propert.

Afferte huc vnguenta mihi, ſertiſq; ſepulchrum
Ornabit cuſtos ad mea buſta ſedens.

Quo ſenſu intelligendus eſt locus in 6. Æneid.

—— Sedet, æternúmque ſedebit
Infelix Theſeus. Virgilius.

Deplorans, ſcilicet, mortem Hippolyti filij ſui, quem ipſe dolo malo, & nouercali Phedræ vxoris ſuæ interemerat: videndus erit Plinius *lib. 34. natur. hiſtor. cap.* 14. apud quem Athamantis furorem eum vellet exprimere Ariſthodimus Statuatius Hearco filio eius interempto ſedentem eum depinxit, id eſt, lamentantem. Quo pacto intelligendus eſt locus 2. Heſdræ *cap. 1. ſedi & fleui*: & ille alius apud Eſaiam *in cap. 47. non ſedebo vidua, & ignorabo ſterilitatem*, id eſt, non lamentabor maritum meum defunctum. Appoſitè igitur propheta vſus [l] eſt in hoc loco lugubri, & viduali verbo ſedendi, quod deſolatis, ac deſertis viduis competit, ad ſignificandum ſtatum Hieroſolymæ amiſſo regno, & gente Hebræa.

Plinius. Eſdræ 2. Eſai. 47.

[l] *Quo ſenſu vſurpatur à propheta hic appoſitè.*

***

§. III.

Maximo opere amplificat miſeriam Hieroſolymæ,antea opulentiſsimæ, cum proponitur omnino deſerta.

32. *Sola ciuitas.* INcipit deinde ad amplificandam miſeriam vrbis, eam deſertam , & ſolitariam appellare , quæ paulo ante fuerat populo frequentiſſima;hoc enim ſignificare voluit cum dixit:*Quomodo ſedet ſola ciuitas* , id eſt,ſolitaria,atque deſerta , cùm ſicut ait Genebrard. *in ſua Chronolog. lib. 2. pag.* 186. *Hieruſalem fuerit omnium vrbium orientis* [m] *clariſſima & opulentiſſima.* imò & Plinius *lib.5.c.14.Hieroſolyma*,inquit, *longè clariſſima orientis vrbium , non Iudaa modò.* Quod etiam repetit Tacitus *lib.5. hiſtor.* De eius frequentia populi dixit Salomon in Cantic, *c.*8. eum ait,*vinea fuit pacifico in ea , qua habet populos* ; quæ in Hebræo ita habentur , *in Beelamon*, quem locum Rabbi Salomon *in com, ſuper. Cant.* intelligit de ſancta ciuitate Hieruſalem , quæ per antonomaſiam [n] dicitur *populoſa*,ſiue *habens populos*; ſic paraphraſis Chaldaica locum intelligit,*vinea fuit pacifico in Hieroſolyma*,id eſt,in vrbe multorum populorum,ſeu multitudinis.

Genebrard. — [m] *Hieruſalē omnium orientis vrbium clariſſima.* — Plinius. — Tacitus. — Cantic 8. — Rab. Salom. — [n] *Antonomaſticè dicebatur populoſa.* — Paraph. Chald.

33. De qua dixit Adricomius *in theat.terra ſancta in tabula Hieruſ.Ciuitas*,inquit,*Dei electa,ſancta, & fundata in montibus ſanctis,loci eminentia, cali, ſoliſque felicitate cunctas mundi vrbes ſuperans in totius orbis,& Iudaa medio,quaſi theatrum,& vmbilicus terra ſita eſt,vrbs perfecti decoris, gaudium, & exultatio vniuerſa terra , miraculum orbis , qua condita creditur à* [o] *Melchiſedech , expugnata à Dauide,à Salomone amplificata, atque templo conſacrata,à Deo in carne habitata*,ſicut notauit Ioſephus *lib.7.antiquit.c.7.& cap.*item 17. vbi eleganter numerat multitudinem occiſorum tempore obſidionis [p] per Titum,& Veſpaſianum, & fuiſſe dicunt vndecies centum millia,quod facile fuit colligere ex hoſtiis, quæ eo tempore ſunt mactatæ. Vnde planum fit , quàm populoſa fuerit ea ciuitas,ea tamen deſerta , & deſolata ſedet; id quod de ea prædixerat Michæas : *Hieruſalem quaſi aceruus lapidum,& mons Sion quaſi ager arabitur , & templum quaſi excelſa ſyluarum.* Quod etiam Ieremias prædixerat *in cap.* 25. & *ponam eos in ſtuporem,& in ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas* : proindeque ſatis accommodatè [q] defleuit Ieremias vrbem,deſertam appellans, & ſolitariam , quam viderat populoſiſſimam.

Adricom. — [o] *Condita creditur à Melchiſedech* — Ioſephus. — [p] *Tempore obſidionis per Titum vndecies centena millia hominum in ea occiſa ſunt.* — Micheas. — Ierem 25. — [q] *Propterea ſatis accommodatè defletur ſolitaria.*

§. IV.

Ex oppoſitione ad infinitam propemodum populorum multitudinem quæ fuerat in Hieroſolymis,excreſcit præſentis ſolitudinis malum.

34. *Plena populo.* ET vt magis appareat vis huius antitheſis,vel oppoſitionis,quæ eſt inter ſolam & plenam ciuitatem , cum propheta dicit , *quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo*:Aduertendum eſt populum eſſe quaſi [r] coniugem vrbium , quod notauit Auguſt *in epiſt. ad Marcellinum* : *Ciuitas*,inquit, *eſt multitudo hominum in quoddam vinculum redacta concordia*; vnde phraſi Hebræa ciuitas appellatur [s] filia populi, quod frequentiſſimum eſt in prophetis , præſertimque in noſtro Ierem. ſicut patet inferiùs,*c.*4. *Filia populi mei crudelis ſicut ſtruthio*:certum enim eſt apud bonos Authores in caſto, & legitimo matrimonio vxorem ſolere vocari filiam, qualis eſt ille locus Ierem. 3. *ſaltem à modo voca me, Pater meus,dux virginitatis mea.* Quibus verbis ſe maritum fieri poſtulabat Deus gentis Hebrææ. Notauit hoc Boetius , *lib.2. in Topica Ciceron.*cum dixit ,*ſponſam ſiue coniugem in loco filia eſſe ſponſo ſuo.* Plutarch. illud dixit in Bruto per occaſionem. Andromacha Hectoris Troiani coniux ita loquitur:

Hector tu mihi iam Pater es, & optima mater.

Quo pacto intelligendus eſt locus *Cantic.*2.cum ſponſus ita dixit,*ſicut lilium inter ſpinas,ſic amica mea inter filias* : id eſt,ea comparatio, quæ eſt inter flores,atque ſpinas,hæc eadem eſt inter ſponſam meam , cæteraſque fœminas deſponſatas: vnde iam patet , quo ſenſu dixerit viduam Ieremias,eam ciuitatem, quæ quaſi coniugata fuerat cum innumero penè populo,nunc autem eadem quaſi deſerta,& vidua introducitur.

[r] *Populus quaſi coniux vrbium.* — Auguſt. — Threnor 4. — [s] *Et ciuitas filia populi dicitur.* — Ieremiæ 3. — Boetius. — Cantic.2.

Eſt autem hæc oratio defectiua , cum dixit: 35.
Quomodo ſedet ſola ciuitas, plena populo:Ea enim, quæ ſola erat plena eſſe poteſt;ſupplendū proinde in hac oratione aliquid eſt:id quod artificiosè relictum eſt à propheta ad vim [t] doloris ſignificandam, ſolet enim deficere oratio , quando vehemens eſt paſſio, qualis eſt ille locus apud Poëtam cum Neptunus ita alloquitur ventos.

Quos ego ? ſed praſtat motos componere fluctus.

In cuius prima parte aliquid deſideratur ad ſignificandam indignationem , quod feciſſe videtur propheta hoc loco,cum ſolam dixit , ac plenam ciuitatem,in qua oratione ſupplendum eſt, *quomodo ſedet ſola ciuitas*, quæ [u] quondam plena populo fuerat,quod artificiosè relictum eſt, ſingultu interrumpente querela,.

[t] *Oratio hac defectiua ad vim doloris ſignificandā.* — Virgilius. — [u] *Supplendū enim fuit, qua quondā plena populo fuerat.*

Iam igitur huius prioris antitheſis patet vis, 36.
& virtus , in qua conqueſtio eſt per admirationem adiuncta expoſtulatione [x] accuſante ipſam miſeram ciuitatem , quæ cauſam dederit tanto malo:ardet autem magis oratio,cum inquirendo prolata eſt,vt eleganter notauit Quintilian.*lib.9. Oratoriar. inſtit.* multo magis , quàm ſi diceret propheta *ſedet ſola ciuitas* , quæ quondam populoſa fuerat. Sic igitur vt ad principium redeamus,apparet magis oppoſitio doloris ex comparatione ad fælicitatem, in qua fuerat ; etenim vt Boetius dixit, 2. *de conſolat. Summum genus infelicitatis eſt miſero fuiſſe aliquando felicem*,quam ſententiam acceperat Boetius à Seneca,*in lib. de tranquillitate vita. Lenior*,ait,*dolor eſt,non habere, quàm perdere,ac tolerabilius,faciliuſque eſt,non acquirere , quàm amittere.* Vnde lætiores videbis, quos nunquam fortuna reſpexit , quàm quos deſeruit. Sententia eſt Ciceronis , *nihil eſt tam miſerabile,quàm ex beato miſer* : quod prius dixerat Euripides in Troade,*qui verò felix fuit , in infelicitatem collapſus animo diſcruciatur propter priorem felicitatem.* Eſt locus in hanc ſententiam *Pſalm.* 101. vbi Regius vates hoc infortunium deplorat, quod exciderat ab ea felicitate , in qua aliquando fuerat ; ita enim habet , *Cinerem tanquam panem manducabam , & potum meum cum fletu miſcebam à facie ira tua , quia eleuans alliſiſti me.* Quibus in verbis ineſt ea ſimilitudo petita ab iis qui luctando cadunt , quibus grauior eſt lapſus

[x] *Per antitheſim conqueritur propheta adiuncta expoſtulatione.* — Quintilian. — Boetius. — Senec. — Cicero. — Euripides. — Pſalm.101.

Tragicus. lapſus,quo altior;id quod dixit elegãterTragicus:

Magis unde,[a] *quàm quò cadat refert.*

Id quod dolet Regius vates, quòd ſcilicet, exciderit à diuino fauore; id quod deplorat vidua regia Hieroſolymitana.

[a] Magis dolens vnde exciderit Ieroſolyma,quàm quo caderet.

§. V.

Ex ſimilitudine deſolatæ viduæ quondam opulentiſsimæ,Hieruſalem olim populorum Dominæ captiuæ miſeriam propheta lamentatur.

37\. *Facta quaſi vidua Domina gentium.* SEquitur iam ſecunda antitheſis, vel oppoſitio, quæ poſita eſt in illis verbis,*facta eſt quaſi vidua Domina gentium*,inter viduam, [a] ſcilicet,atque Dominam;quæ verba ſi rectè expendantur, non inducunt nouam ſententiam,ſed ſynonima ſunt,repetentia ea,quæ paulò antè dixerat propheta, ſicut fieri ſolet in vehementi dolore,quod aduertit Paulus Burgenſ. *addit.* 1. *in Threnis:* quem morem vſitatum eſſe in Scriptura ſacra docet Abulenſ.in illud 1. *Reg. cap.* 5: *Ego ſum qui veni de prælio,& ego de acie fugi hodie*,in lamentationibus,inquit,ad exprimendam miſeriam abundantem,& ad permouendum populariter fit talis repetitio per ſinonyma; dixerat enim, *quomodo ſedet ſola ciuitas plena populo*; ſynonymum addit explicans id,quod dixerat, quaſi velit,ideo ſedit ſolitaria, quia fuit *quaſi vidua Domina gentium*; ſtatus autem ſedentis ſolitariè eſt miſerarum viduarum.

[a] Secunda antitheſis viduitatis ad coniugium, ſiue dominiũ populorum. Burgenſ. 1.Reg. 5. Abulenſ.

38\. Eſt autem aduertendum ex D. Auguſt. Pſalm. 255. Chryſoſt. *Ioan.* 1. Gregorio, *lib.* 18. *moral.c.*4. particulas, *quaſi*, *tanquam*, *ſicut*, *vt*, non ſolùm eſſe ſimilitudinis particulas, ſed etiam veritatis;qualis eſt locus ad Philippenſ. 2. *& habitu inuentus vt homo*, id eſt, verus homo fuit; qualis eſt ille locus Ioann. 1. *vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre*; quo in loco particula, *quaſi*, veritatem ſignificat, & non ſimilitudinem: hoc autem in loco nullo modo veritatem ſignificat, ſed nullam ſimilitudinem, introducit enim propheta Hieroſolymam [b] deſolatam, ſedentem, & flentem, quaſi viduam aliquam regiam; eſt enim vidua ſuapte natura querula,& gemens, namque viduitas ſicut eleganter dixit Niſſen. *eſt ærumna, ſolitudo*; vnde non eſt mirum ſi gemens introducatur ſeruato viduarum ingenio.

Aug. Chryſoſt. Greg. Philipp. 2. Ioan. 1.

[b] Introducit enim propheta Ieroſolymam quaſi viduam deſolatam.

39\. Verùm non ita apparet qualis oppoſitio ſit inter viduam, [c] & dominam, cum extremum alterum viduitatis ſit coniugium, ac proinde videbatur dicendum, *facta eſt quaſi vidua* ea, quæ coniugata fuerat. Pro explicatione huius difficultatis, aduertendum apud ſacros, & prophanos autores in legitimo connubio dominam, [d] & coniugem idem eſſe: ſic eſt intelligendus locus apud Poëtam *in* 6. *de raptu Proſerpinæ.*

[c] Non apparet autem oppoſitio inter viduam & dominam.

[d] Niſi quod domina & coniux idẽ ſunt.

Virgilius. *Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti:*

Nanque dominam vocauit coniugem Plutonis. Similis eſt locus apud Homerum *Odyſſ. lib.* 3.

Homerus. *Hic vxor domina lectum parauit, & cubile.*

Epictetus. Eſt locus optimus apud Epictetum *Enchyrid. cap.* 62. *mulieres*, inquit, *ſtatim à* 14. *anno dominæ vocantur.* Iam igitur habemus idem eſſe coniugem,ac dominam.

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

40\. Aduertendum tamen licitam olim veteribus Patribus fuiſſe polygamiam, [e] id eſt, pluralitas vxorum, ea tamen lege, vt inter eas, ſola ea domina, & regina appellaretur, quæ adhibitis certis cæremoniis, & inſtrumentis legitimis, ac tabulis nuptialibus ducebatur: Hæc regina, & domina erat, ad cuius liberos pertinebat ſolùm hæreditas paterna: ſecundæ vero vxores abſque ſcripto vllo & ſubarratione accipiebantur. Quapropter minùs honorabiles, & minori in precio habebantur, erant enim conſortes thori, non autem dignitatis, & bonorum: vt aduertit Euſeb. Cæſar. *lib.* 9. *demonſtr. Euang. cap.* 9. Chryſoſt. *lib. de Virginitate, cap.* 32. Hieronym. *lib.* 1. *&* 2. *contra Iouiman.* Iuſtinus Martyr. *in Dialog. cum Tryphone*, Clem. Alex. *lib.* 2. *Stromat.* Auguſt. *in quæſt. in Geneſ. quæſt.* 90. & *lib.* 16. *de ciuit. cap.* 24. *&* 25. Videndus etiã Alexand. ab Alex. *lib.* 1. *Genial. dierum*, & Andreas Tiraquellus *lib.* 7. *connub. num.* 22. Robert. Bellarm. *tom.* 2. *controuerſ. lib.* 1. *de matr. cap.* 11.

[e] Polygamiã apud veteres licita.

Cæſarienſ. Chryſoſt. Hieron. Iuſtin. Mar. Clem. Alex. Auguſt. Alex. ab Al. Tiraquellus. Bellarm.

41\. Ex quibus omnibus colligitur apud veteres, præſertimque apud Hebræos, quibus aliquando libera fuit polygamia, id eſt, pluralitas vxorum, inter eas fuiſſe quaſdam præcipuas, [f] & dominas, electas non ſolùm ad thorum, ſed etiam ad dignitatem: alias verò fuiſſe ſecundas quas concubinas, & ancillas vocabant, non quòd vxores non eſſent legitimæ, ſed quoniam electæ non fuerant ad dignitatem, nec ad bona dotalia, quarum filij hæredes non erant, ſicut patet *Gen.* 25. vbi legitur Abraham reliquiſſe filio ſuo Iſac domum, & vniuerſam ſubſtantiam ſuam, Iſmaeli autem munera quædam, quamuis Iſmaël maior natu eſſet, quia tamen natus erat ex Agar ancilla, id eſt, ſecunda coniuge, hæres non eſt inſtitutus à Patre, hoc enim pertinebat ad filium Saræ, quæ domina coniux erat. Sic eſt intelligendus locus 6. *Cantic.* cum de Salamone dicitur: *Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus:* cùm inter has omnes aſſerit vnicam fuiſſe filiam Pharaonis, quam præ cæteris in deliciis habebat, ſicut ipſe fatetur, *vna eſt columba mea, perfecta mea.* Quare cum Ieremias hoc in loco dicit, *facta eſt quaſi vidua domina gentium*, per dominam ſignificauit inter coniuges reginam [g] in deliciis habitam, quam viduam factam eſſe miſerrimum erat.

[f] Sed quæ inter omnes vxores præcipua domina dicebatur.

Gen. 25. Cantic. 6.

[g] Vnde domina gentium idem valet, atque Regina inter coniuges habita in deliciis.

42\. Clariùs videbitur oppoſitio inter dominam, & viduam, atque elegantia horum terminorum, ſi accuratiùs inſpiciatur radix Hebræa; pro eo enim, quod Vulgatus interpres legit *vidua*, Hebraicè legitur *Aolmanah* [h] quod ſignificat ſilentem, atque eam, cui liberum non eſt loqui, vel quæ ſe continere debuit à tripudiis; atque ab omni lætitiæ ſignificatione, domina autem Hebraicè ſignificat [i] refertam populo, ſiue multam populo: in qua ſignificatione dixit Iſaias *cap.* 22. *vrbs frequens plena exultatione.* Vnde colligitur ſynonymam eſſe hanc ſententiam illius prioris, in qua dixerat, *ſedet ſola ciuitas*, quæ quondam plena fuerat populo; ea enim, quæ deſerta eſt, ſilet, nec aliquam ſignificationem lætitiæ habet; ex multitudine enim populi reſultat & clamor vrbis, & populi vniuerſi gaudium. Explicauit igitur Ieremias, quod ante dixerat in prima ſententiâ.

[h] Clarior oppoſitio ex Hebræa litera, verbum enim Hebraicum ſignificat ſilentem.

[i] Et domina Hebraicè dicitur referta populo. Iſaiæ. 22.

[l] Quoque magis explicauit propheta priorem ſententiam.

***

§. VI.

Nihil acerbius, & iniurioſius Iudæ in alios imperium habenti, quàm ſub tributum redigi.

43. [m] *Vltima antitheſis eſt tributo.*

Princeps Prouinciarum facta eſt ſub tributo. IAm ſequitur vltima antitheſis, [m] eaque maximè dolenda, cum deplorando dixit propheta: *Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo:* id eſt, priuceps in prouineiis facta eſt tributaria, & cui cæteræ gentes pendebaot tributum, eadem tributum ſoluit, quaſi capta, & ſerua. Videndus erit liber 2. *Paralip. in cap.* 9. vbi dieitur: *Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per ſingulos annos ſexcenta ſexaginta ſex talenta auri, excepta ea ſumma, quam legati diuerſarum gentium, & negotiatores afferre conſueuerant, omneſque Reges Arabiæ, & Satrapæ terrarum qui comportabant aurum, & argentum Salomoni:* Nanque Ammonitæ, Moabitæ, Idumæi, & Palæſtini, atque Syri vectigales [n] etant populo Hebtæo. Meminit huius rei Cicero pro Flacco, cùm dixit, *aurum Iudæorum nomine quotannis ex Italia, & omnibus prouinciis Hieroſolymam exportari ſolitum.* Cuius rei eſt etiam author Philo *in legatione ad Flaccum.* Hinc eſt ea ſumma auti, quæ reperta eſt in templo ſicut tetulit Ioſephus *lib. 14. antiquit. c.* 12.

2. Paralip. 9.
[n] *Cui enim vectigales erant finitimi populi,*
Cicero.
Philo.

44. [o] *Eadem facta eſt ſub tributo ſeruiens.*
Baronius.

Miſerrimum autem erat opulentiſſimam vrbem factam eſſe & ſeruam, [o] & tributariam, id quod indignum putabant Hebtæi, ſicut refert Cardin. Baron. *tom.* 1. *annalium. anno* 31. *cap.* 73. vbi docet, quod apud Talmudiſtas, vbi agitur de Iudicum reiectione, inter alios infames, quos ab ea functione excludebant, publicani erant, quia Iudæi ex genere Abraham, ex libera liberos ſe eſſe profitebantur, nec quidquam ſe aliis debere, niſi decimas Deo, legeque ſtatutum erat, *non erit tributum pondus ex filiis Iſrael*, id quod deducebant ex loco Deuteronom. 23. *non erit vectigal pondus ex filiis Iſrael;* qui locus in noſtra vulgata editione, neque verò in Hebtæo textu reperitur: quamuis Tertullian. *in lib. de pudicit.* ex Deuteronomio locum citet: quod etiam fecit Hieron. *epiſt.* 146. ex aliorum tamen ſententia. Vnde orta eſt ea perturbatio Iudæ Galilæi, cuius meminit Ioſephus *lib.* 18. *antiquit. cap.* 1. & Lucas *in actis Apoſtolor. cap.* 5. exiſtimauit enim gentem Hebræam nullo modo debuiſſe perſoluere tributum, præſertimque gentilibus Principibus, tum ex eo loco *Deut.* 23. tum ex illo in eodem Deut. 6. *Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies:* indecorum enim eſt gentem Hebræam ſolius Dei tecognoſcentem ſeruitutem Ethnicis Principibus ſeruire, eiſdemque tributa pendere contra veterum inſtituta; ſicut enim aduertit D. Thomas *lect.* 1. *ſuper Epiſtol. ad Roman. cap.* 13. Extrema ſeruitus eſt ſolutio tributi in gente libera: verba autem D. Thomæ huiuſcemodi ſunt: *Hic inducit Paulus hominem ad exhibendum ſignum ſubiectionis ſuis ſuperioribus; eſt enim ſubiectionis ſignum, tributum*, ſicut notauit Hieremias Threnor. 1. *Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo* Videndus erit Nazianz. *orat.* 9. *ad Iulian.* vbi inter cætera ita habet: *Ex Adami peccato indigentia nata eſt, ex indigentia cupiditas plus habendi, ex cupiditate bella, ex bellis porrò tributa, quibus in diuina condemnatione nihil grauius, & acerbius eſt:* quibus addenda ſunt, quæ habet Nicetas *in eadem orat. annot.* 38. & 39.

Deut. 23.
Tertull.
Ioſephus.
Actor. 5.
Deut. 6.
[p] *Et genti Hebrææ, quæ ſolum Deum recognoſcebat.*
D. Thom.
Naxianz.
Nicetas.

45. [q] *Quid acerbius & iniurioſius, quàm ſub tributo redigi?*

Ex quibus iam patet, quam acerba ſit, [q] atque iniurioſa hæc oppoſitio, cuius meminit propheta hoc io loco, cum dixit, *Princeps prouinciarum facta eſt ſub tributo:* etenim in ſupplicium peccati Adami durum, & acerbum, introducta eſt ſeruitus tributorum, quæ grauiſſima eſt in gente Hebræa, ſicut dicitur 2. Reg. 8. *factus eſt Moab Dauidi ſeruiens ſub tributo, & poſuit Dauid præſidium in Syria Damaſci, facta eſt Syria Dauidi ſeruiens ſub tributo.* Et 3. Reg. 4. *Salomon erat in ditione ſua habẽs omnia regna à flumine terræ Philiſthiim, vſque ad terminum Ægypti, offerentium ſibi munera, & ſeruientium ei omnibus diebus vitæ ſuæ.* Similia habentur cap. eiuſdem libri 9. iuſtè ergo dolet [r] propheta ſeruam, & captam fuiſſe Ieroſolymam, atque tributariam, quæ quondam Domina erat, & cui ſeruiebant in tributis, & in muneribus fermè omoia alia regna.

2. Reg. 8.
3. Reg. 4.
[r] *Hoc igitur iuſtè dolet propheta.*

§. VII.

Nihil æquè populum diſſoluit, atque rigoroſa tributorum exactio.

Facta eſt ſub tributo. QVooiam verò hic locus moralis eſt, atque noſtro ſæculo accommodatus, tantiſper erit dilatandus. In cuius gratiam notandum eſt, id quod in noſtra vulgata dictum eſt, *facta eſt ſub tributo*, Hebraicè ita haberi, [ſ] *fuit liquefacta*, vel, *diſſoluta;* tributum enim *diſſolutionem* ſignificat, vel, *liquefactionem*, quo ſcilicet diſſoluitur, & liqueſit populus; propter quod dixit prudenter Alexander, ſicut meminit Plutarch in eius vita, *Ego odi hortulanum qui à radice olera exſcindit:* quibus addidit Cicero eleganter lib. 4. epiſt. ad Atticum, epiſt. 11. *Et ego odi Principem, qui pennas ita incidit, vt nequeant renaſci.* Videndus erit de hoc argumento nouiſſimè Iuſtus Lypſius *in ſua Politica, lib.* 4. *cap.* 11. vbi multa affert, quibus probat moderanda eſſe tributa, [t] ne populus liquefiat. Nos addimus locum elegantem ex Philone *in lib. de creatione Principis*, vbi explicat diuinum præceptum de non ſeminanda vinea, Deuter. 22. *Non ſeres vineam tuam altero ſemine:* cuius rei rationem reddit Philo in eo loco, *ne*, inquit, *bonus ager prematur onere grauiſſimo vexatus vel ſerentium, vel plantantium operis in orbem redeuntibus, vel duplicata feracitate fructuum: ſatis enim eſt, ſi Dominus è ſuo prædio tributum exigat annuum, ſicut rex è ſua ditione: qui verò plura tributa conatur imponere ſuis ſubditis, non facit officium boni Principis, ſed auari & pugnantis cum natura legibus.* 46.

[ſ] *Hebraica litera locum exaggerat per verbum liqueſieri.*
Plutarch.
Cicero.
Iuſt. Lypſius.
[t] *Moderanda ſunt tributa ne populus liqueſiat.*
Philo.
Deut. 22.

47. Nazianz.
[u] *Nam Deus factus eſt homo vt conſolaretur ſeruientes ſub tributo.*

Melius dixit D. Nazianz. *orat. citata*, vbi ait, Chriſtum Dominum fuiſſe eo tempore, quo tributa Cæſares exigebant, vt in tam dura ſeruitute homines [u] conſolaretur Deus recenter natus. Sunt autem hæc grauiſſima verba Nazianz. in hanc ſenteotiam: *Nunc Chriſtus ibi naſcitur, & Deus eſt, & homo efficitur: quid autem vult hæc oratio? Sanè niſi me ſententia fallit, eos, quibus huiuſmodi munera commiſſa ſunt, admonet, Deum ſemper maximis rerum adminiſtrationibus intereſſe, & quidem vt ſcriptoris pudore afficiat quodam, tunc demum carnem aſſumit, & cum hominibus verſatur; vt autem ſeruituti noſtræ ſolatium afferret, animique æquitatem veluti leges ſanciret, non*

modo

modo ſuo, ſed etiam Petri diſcipulorum omnium chariſſimi nomine didragma pendit, quod vt acerbius oſtenderet Chriſtus Dominus non niſi miraculo facto, atque de piſcis [a] *fæcibus extractum didragma ſolui, vt ita ſignificaret vel ipſi natura vim tuſerri cum tributum vel ſoluitur, vel poſtulatur; & propterea de viſceribus piſcis illud perſoluit, cum tamen communes loculos haberet, vnde illud perſolui poſſet.* Accommodatè igitur diuinus propheta ad amplificandum miſerum ſtatum ciuitatis Ieroſolymæ eam principem priùs appellauit, vt quæ cæteris finitimis prouinciis imperaret, eiſdemque in ſeruitutis ſignum tributa impoſuerit; eandem nunc oſtendit liquefactam, [b] & planè diſſolutam ab importunis tributis, vtens propheta ea voce Hebræa, quæ liquefactionem, & diſſolutionem ſignificat pro tributo. Hæc pertinebant ad nudum corticem, ſiue ad ſolam nudam hiſtoriam, in qua Ieremias hiſtoricè defiet Ieroſolymam vrbem deſolatam, ac deſertam ſuo populo, eandemque captam, & ſeruam, atque tributariam.

[a] Et de ventre piſcis extractum didragma ſoluit, vt acerbitatem tributi demonſtraret.

[b] Liquefactã ergo ſub tributis deplorat Ieruſalẽ propheta.

TRACTATVS II.

De allegoria huius carminis, & morali doctrina.

§. I.

Sub ſpecie Hieruſalem viduæ, & deſolatæ, oſtendit Spiritus ſanctus Synagogam Hebræam primò à Deo fuiſſe deſertam propter Idololatriam.

48. NEceſſe eſt autem ſub hac hiſtoria, [a] aliquam latere diuinam allegoriam, ſicut & in cortice Canticorum enarratur connubium inter Pharaonis filiam, & Salomonem Regem: ſub eo tamen cortice altius, & diuinius connubium canit Salomon coniugium, ſcilicet inter Verbum in carne, & Eccleſiam ſponſam vbique terrarum diffuſam: ſic quoque diuinus Ieremias ſub hac hiſtoria oſtendit miſeram Synagogam Hebræorum vbique terrarum exulantem, quòd Deum coniugem perdiderit propter Idololatriam à temporibus Nabuchodonoſor, & quòd ſponſum interemerit. Vnde facta eſt vidua, deſerta, & exul ſub Tito, & Veſpaſiano Imperatoribus Romanis. Deinde conuertitur ad deplorandam vnanquamque animam deſertam à Deo, tributariam factam rebellibus ſuis appetitionibus.

[a] Neceſſe eſt ſub hac litera latere allegoriam,

[b] Eaque multiplex.

49. Iam igitur accedimus ad aperiendam allegoriam loci, in primiſque aſſerimus intentum Spiritus ſancti fuiſſe in Hieruſalem deſerta, & vidua, oſtendere Synagogam Hebræorum à Deo deſertam, [c] & viduam factam propter Idololatriam, ſicut prædictum fuerat in lib. 3. Reg. cap. 9. *Si autem auerſione auerſi fueritis, & colueritis Deos alienos, auferam Iſrael de ſuperficie terræ, quam dedi eis, & templum proiiciam à conſpectu meo. Omnis qui pertranſierit per illam, ſtupebit, & ſibilabit, & dicet: Quare fecit Dominus ſic terræ huic, & templo huic?* & in cap. 1. *quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis?* Apertè autem hunc ſenſum ſignificat particula, *quaſi*, qua vtitur hoc in loco propheta dicens, *facta eſt quaſi vidua*, [d] ſi enim

[c] Hieruſalem vidua propter Idololatriam.

3. Reg. 19.

3. Reg. 1.

[d] Bene autem dicitur, quaſi vidua, quia Deus immortalis.

Deus immortalis non eſſet, & impaſſibilis, planè poſt Idololatriam populi interemptus eſſet. Eſt igitur propterea facta vidua Synagoga, quia Idololatra: quod eleganter notauit Theodoret. *q. 68. ſuper Exod.* vbi petit cur euerterit Moyſes tabulas legis, *Cum*, inquit, *tabula huiuſmodi dotalium inſtrumentorum formam haberent, ſponſa verò in ipſo limine thalami nuptialis ad committendum adulterium declarauerit, iure profectò dotales literas* [e] *effregit, par enim erat vt coniugium non ſtaret cum ea, quæ in ipſo deſponſationis tempore palam inuenta eſt adultera.* Theodoret.

[e] Tabulas fregit Moyſes, ne ... Idololatra inſtrumẽta dotalia.

Niſi magis placeat diuinum Moyſem tabulas legis colliſas confregiſſe, vt ita ſignificaret populum Hebræum, & impiam Synagogam, per Idololatriam Deum quaſi maritum ſepeliſſe de more communi in funeribus Regum: ſolet enim populus in publico planctu ſuorum Principum ſcuta [f] regia collidere, & confringere, ita ſignificando protectionem regni cum Rege ereptam eſſe: ſicut enim ſacra Scriptura dixit, *Principes ſcuta populorum ſunt*: id quod fortaſſis voluit adumbrare Moyſes deſcendens de monte, quando populum Idololatram inuenit, tabulas legis à Deo datas confregit, oſtendens populum Idololatram quodammodo interemiſſe Deum, ac proinde ei funerandum eſſe publico planctu, ſicut fieri ſolet in obitu Principum, proinde iam patet per Idololatriam quaſi viduam relictam fuiſſe Synagogam; ſi enim, in quauis calamitate populi Philo Synagogam viduam appellauit, quanto magis appellanda eſt vidua, quando Deum reliquit per Idololatriam? Sunt autem hæc Philonis verba in lib. de magiſtratu: *Attamen Moyſes*, ait, *Deum vniuerſi rectorem, cui gens iſta* [g] *ſe totam dicauerat, eius orbitatem, & ſolitudinem commiſerari, quandoquidem ea ſola, ex vniuerſo hominum genere Deo procreatori, atque parenti tributa eſt.* Quibus verbis oſtendit Synagogam, ſiue Hebræam gentem, quaſi fœdere nuptiali iam inde à principio inter cæteras gentes cum Deo copulatam fuiſſe, quod dicitur Deut. 10. *En Domini Dei tui cælum eſt, & cælum cæli, terra & omnia, quæ in eis ſunt, & tamen patribus tuis copulatus eſt Dominus, & amauit eos, collegitque ſemen eorum poſt eos:* Hoc tamen connubium [h] per Idololatriam diſſolutum eſt, relicta eſt ſedens vidua, & deſolata, quæ cum Deo fuerat copulata, atque eadem captiua, atque tributaria deducta eſt in Babyloniam. 50.

[f] Niſi mauis tabulas fregiſſe, quaſi populus de more Regum Deo parentaret ſcutorum fractione.

Philo.

[g] Gens enim dicata Deo.

Deuter. 10.

[h] Per Idololatriam connubium cum Deo diſſoluit.

Verùm hoc diuortium non fuit [i] perpetuum ſicut eleganter notauit D. Hieronym *Ieremiæ* 19. quemadmodum & vas luteum reparabile eſt; etenim capta Synagoga à Chaldæis iterum reſtituta eſt ad ſuas ſedes, atque ad templum Hieroſolymitanum: etenim is, qui morbo laborat, non tamen lethali, languere quidem poteſt, mori autem non poteſt. Sic & Iudæa ante aduentum Chriſti [l] vexata quidem eſt, perdita autem omnino non eſt niſi poſt mortem Chriſti. 51.

Hieron.

[i] Sed non fuit tunc diuortiũ perpetuum.

[l] Etenim ante aduentum vexata quidem eſt, ſed non omnino perturbata.

§. II.

Secundò & principaliter deplorat vates diuinus Synagogam omnino perditam, & deſolatam, neque ampliùs reparandam ob mortem Chriſti Seruatoris.

PAulò tamen maiora ſub hac eadem litera deplorat diuinus vates, Synagogam, ſcilicet,

omnino perditam, neque ampliùs reparandam poſt excidium Romanorum per Titum,[m] & Veſpaſianum imperatores: cuius rei ea eſt ratio, quia omnino diſſolutum eſt matrimonium inter ſynagogam, & Deum: ſicut pulchrè Hebræus conuerſus Paulus Vvidnerus *in lib. veloci.* dixit, cum ait, *per mortem eſſe ſolutum matrimonium, poſtquam enim ſacrilega ſynagoga ſponſum ſuum Chriſtum ſeruatorem interemit, non eſt cur ampliùs eundem ſponſum requirat, cùm ſponſalia, atque matrimonia per mortem alterius coniugis dirimantur.* Quod etiam ſignificare voluit Daniel in cap. 9. ſui vaticinij, *Poſt hebdomadas 70. occidetur Chriſtus, & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt, & ſanctuarium & ciuitatem diſſipabit populus cum duce venturo, & finis eius vaſtitas, & poſt finem eius ſtatuta eſt deſolatio.* Videndus erit Hieronym. *ſuper Zachar. cap.* 11. explicans hæc verba, *& non eruam eum de manu eorum.* Vbi docet non temporalem futuram hanc peregrinationem, ſiue captiuitatem, qualis fuit Babylonica captiuitas, ſed perpetuam, quia vidua [n] perpetuò relicta eſt ſynagoga, vt quæ interemerat coniugem ſuum, vt teſtatur Ioſephus, & Rabbi Samuel *in epiſt. ſua cap.* 1. & 2. cum quibus colligit Galatinus *c.* 23. ex Thalmud Hieroſolymitano, grauiſſimam fuiſſe cauſam huius perpetui excidij, cùm illud Babylonicum non durauerit niſi per 70. annos, cuius cauſa fuerat idololatria.

[m] *Verùm poſt excidium per Titum, non ampliùs reparanda fuit, quia omnino diſſolutum fuit matrimonium.*
Vvidnerus.
Daniel. 9.
Hieronym. Zachar. 11.
[n] *Eſtque captiuitas iſta perpetua, quia perpetuò viduata ſynagoga.*
Ioſephus.
Rab. Samuel.
Galatin.

53. Hîc autem parum nobis ſiſtendum eſt neceſſariò, vnde efficax ducitur argumentum contra [o] perfidiam Iudæorum; nanque propter idololatriam patria pulſi ſunt à Chaldæis, id quod per ſolos 70. annos factum eſt; in Chaldæa autem non miſeram habuerunt ſeruitutem, ſicut patet ex illo 1. Eſdræ cap. 9. *In ſeruitute noſtra non dereliquit nos Deus, & inclinauit ſuper nos miſericordiam coram rege Perſarum, vt daret nobis vitam, & ſublimaret domum Dei:* id quod dicitur in Pſalm. 105. *& dedit nos in miſericordias in conſpectu omnium, qui ceperunt nos:* fecit enim diuina prouidentia, vt captiui Hebræorum liberaliter in ſeruitute haberentur, quando propter idololatriam exularunt à patriis ſedibus; *Nunc autem,* ſicut dicitur Oſeæ cap. 8. *deuoratus eſt Iſrael, & factus eſt in nationibus, quaſi vas immundum;* idque à milleſimo ſexcenteſimo nono anno, miſeram & infamem ſeruitutem ſeruientes, diſperſi per orbem. Signum igitur efficax eſt maius [p] aliquod ſcelus eos commiſiſſe, quàm ſit idololatria, cum idololatria leuiori pœna punita ſit.

[o] *Vnde efficax deducitur argumentum contra perfidiam Iudæorum.*
1. Eſdræ 9.
Pſalm. 105.
Oſeæ. 8.
[p] *Maius aliquod peccatum cõmiſerunt, quando in perpetuo ſunt exilio, qui propter idololatriam tẽporaliter tantùm puniti ſunt.*

54. Non apparet autem, quod aliud ſcelus ſit, quàm ſacrilegum homicidium Dei, propter quod vidua facta eſt ſynagoga, & Iudæi perpetuò à patria pulſi ſunt. Eſt in hanc ſententiam ille locus aureus Oſeæ *in cap.* 3. apertè agens de hac viduitate: *Poſt multos dies expectabis me,* Hebraicè, *ſedebis mihi, non fornicaberis, non eris viro, ſed & ego expectabo te.* Videndus erit Tertull. *in apologetico, cap.* 21 *Iudæis erat apud Deum gratia, vbi & inſignis iuſtitia, & fides originalium authorum, ſed quantum deliquerint, & ſi ipſi non confitentur, probaret exitus hodiernus ipſorum, diſperſi, palabundi, cæli, & ſoli extorres vagantur per orbem ſine homine, ſine Deo, ſine rege.* Proſequitur hoc ipſum argumentum Chryſologus ſerm. 114. *Iudæe quid habes quod non amiſiſti? quid [q] gloriaris, quaſi non perdideris? vbi eſt templum, vbi eſt ſacerdos, vbi ſacrificium, vbi incenſum, vbi purificationes tuæ, vbi ſolemnitatum tuarum non omittenda deuotio? ſed vt ſis Iudæus, meritò circuncideris, quia bonis omnibus abſciſſus es præteritis.* Quibus addendum eſt, quod eleganter dixit Tertull. lib. contra Iudæos, cap. 14 *redde ſtatum Iudæe,* [r] *quem Chriſtus inuenias, & alium contende venire.* Quibus verbis perpetuam viduitatem Hebræorum ſignificat, vt qui neque thalamum nuptialem, id eſt, templum, in quo recipiant Meſſiam, habent, neque verò vrbem; omnia enim ſunt diruta. Proinde meritò vaticinatur diuinus vates orbam ſynagogam poſt Chriſti mortem, cum dixit: *Quomodo ſedet ſola ciuitas,* &c.

Oſeæ. 3.
Tertull.
Chryſolog.
[q] *Roboratur argumentum dum nihil hodie retinẽt, in quo poſſint gloriari.*
Tertullian.
[r] *Reddant ſtatum Iudæi quem Chriſtum inueniat, & alium contendant venire.*

Quòd autem eadem tributaria facta ſit, docet eleganter Suetonius Tranquil. *in Domitiano Auguſto. in cap.* 12. vbi oſtendit circunciſionem relictam [s] fuiſſe in ſignum tributi, vt concinit ille locus apud Martial. lib. 5. 55.

Suetonius.
[s] *Circunciſio Iudæis relicta in ſignum tributi.*

Sed quæ de Solymis venit peruſtis.

Vnde ortum eſt prouerbium, *Iudæorum ſupellex cophinus, & fœnum;* ſicut primus notauit Philipp. Beroald. ex quo rem tranſtulit Cardinalis Baronius, *tom.* 1 *annal. anno* 94. *à cap.* 2. *& deinceps.* Sic autem habet Beroald. *in Domitiano cap. citato: Vſque adeo tributis exhauſti ſunt Hebræi, vt eis nihil relictum ſit niſi fœnum ad cubandum, & cophinus ad mendicandum.* Vnde locus intelligitur optimus apud Martialem, *lib.* 5. *Epigramm. epigramm. in Gelliam:*

Martialis.
Beroaldus.
Baronius.
Martialis.

Dum te poſſe negas niſi lato Gellia clauo
Nubere, nupſiſti Gellia Ciſtifero.

Appellabant enim eo tempore Iudæos [t] Ciſtiferos, quos ſcilicet ad extremam paupertatem redegerant tributa Cæſarum; ſolitos autem eſſe Hebræos in ciſtis, [u] ſiue in caniſtria mendicare docet optimè Ioſephus lib. 2. de bello cap. 14. *Quidam ſeditioſi,* inquit, *maledicta iaciebant in Edorum, & caniſtrum circunferentes, & ſtipem eius nomine poſtulabant;* vnde iam patet ciſtiferos, id eſt, pauperes, & inopes fuiſſe appellatos Iudæos, quorum bona abſumpta omnino erant in tributis.

[t] *Iudæi ciſtiferi.*
[u] *Solebant enim in ciſtis mendicare, quos tributa exhauſerant.*
Ioſephus.

Nobilius aliquid hac in re exiſtimauit inueniſſe vir ſummæ authoritatis Card. Cæſ. Baronius *tom.* 1. *ann. anno* 94. *cap.* 6. Illud autem nobilius ſit, an fœdius? vos iudicate, ciſtiferos enim eos appellari voluit, quia in ciſtis ſulphuratas faces, ſulphure ſcilicet, illitas, aptas ad accendendas lucernas vendebant, cuius hæc ſunt verba: *Niſi per cophinum velimus intelligi, ciſtam illam, qua Iudæus inſtitor* [x] *mercis ſulphureæ, ſic enim eum nominat Martialis, ad vendendum vtitur;* ſic enim Martial. habet lib. 1. *Epigramm.* 56.

Baronius.
[x] *Vel inſtitores erãt mercis ſulphureæ.*

Ad permutandu fracto vitro ſulphurata.

Prout hodie quoque eoſdem æquè miſerrimos facere videmus, rupta quidem vitra ſulphurata permutantes: quod Iuuenalis dixit *Satyra* 5.

Martialis.
Iuuenalis.

Quaſſatum & rupto poſcentem ſulphura vitro.

Clarius Martialis, lib. 12. Epigram. epigram. 57.

A matre doctus, ne rogaret Iudæus
Nec ſulphurata lippus inſtitor mercis.

Martialis.

Ex quibus fit clarum, quo in ſtatu ſit hodierna ſynagoga poſt impium ſacrilegium occiſi Chriſti ſeruatoris coniugis, & mariti quondam ſui, redacta ſcilicet, ad extremam & fœdam miſeriam propter acerbitatem tributorum, quæ vbique terrarum ſoluunt Hebræi exules, & miſerrimi. Id quod negare non potuit Benjamin in ſuo itinerario, quod fecit peragrato orbe vniuerſo ab anno 40. reperit enim diſperſas per orbem ſynagogas omnes tributarias, quamuis aliud velit.

Benjamin.

Iure

[a] *Teſte homine Iudae, diſperſa per vniuerſum orbem ſynagoga omnes tributaria ſunt ſub anno 40.captiuitatis per Titum.*

Iure igitur diuinus propheta ſub forma Hieroſalem vrbis non ſolùm deflet primum [a] excidium per Chaldæos, ſed etiam ſecundum per Romanos, quando ſynagoga facta eſt vidua, & deſolata, & princeps prouinciarum facta eſt tributaria non ſolùm Chaldæis, ſicut facta fuerat in primo excidio, ſed vniuerſis hominibus, atque orbi.

§. III.

Ad Mores.

Ex comparatione felicis quondam Hieruſalem ad præſentem infelicitatem, facilè patet, quantorum malorum cauſa fuerit peccatum, deturbans hominem de ſtatu innocentiæ in hoc miſeriarum pelagus.

[a] *Tantorum malorū cauſa peccatum.*

Patap. Chal.

57. Reliquum iam eſt, vt moralem ſenſum ex hoc loco eliciamus, nec enim credibile eſt virum diuinum Ieremiam in tanta rerum perturbatione nihil cogitaſſe de primaria, & originaria cauſa [a] tantorum malorum; & propterea exiſtimo repræſentaſſe Spiritum ſanctum diuino prophetæ ſub forma terrenæ Hieruſalem felicem illum priorem ſtatum, quem cæleſtis Hieruſalem (ſic enim Eccleſia Dei appellatur) habitura eſſet ſi primus parens non peccaſſet, à quo feliciſſimo ſtatu excidit vidua, & deſolata facta per peccatum: quod mihi videtur voluiſſe paraphraſis Chaldaica hoc in loco, vbi ita habet, *Dixit Ieremias propheta,& ſacerdos magnus, Aleph, quomodo decretum eſt ſuper Hieruſalem, & ſuper populum eius, vt damnaretur exilio,& fieret planctus ſuper eam?* Quem ſenſum hiſtoricum poſtquam præmiſit Chaldaica paraphraſis, ſtatim ſubiungit dicens, *quomodo, & quemadmodum iudicati ſunt Adam, & Eua, qui eiecti ſunt de paradiſo voluptatis, & lamentatus eſt Dominus ſuper eos? quomodo reſpondet menſura iudicij?* quaſi velit inter extremam calamitatem gentis Hieruſalem, in mentem ſubiiſſe diuino prophetæ extremam infelicitatem totius generis humani [b] in Adamo: quæ comparata cum ea felicitate, quam habitura eſſet Eccleſia ſi Adamus non peccaſſet, infeliciſſimum infortunium eſt.

[b] *Figuras hac calamitas Iudaeorum, generis humani per peccatum primi parentis excidium à felici illo innocentia ſtatu.*

58. Quod vidit Plinius, neſciens tamen quid diceret, *in proœmio 7. lib. natural. hiſtor.* vbi ait, *cauſa hominis videtur omnia genuiſſe natura, magna & ſaeua mercede contra tot ſua munera, vt non ſit ſatis æſtimare, parens melior homini, an nouerca fuerit?* comparauit enim vir alienus [c] à fide, felicem ſtatum, atque regnum beatiſſimum, quod Deus homini præparauerat, præparatúque creauerat, cum ea miſeria in quam incurrimus per peccatum; neſciens autem, hoc noſtris ſceleribus factum eſſe, in Deum [d] authorem miſeriam retulit, eundemque ex parente nouercalem animum induiſſe aſſeruit, cum tamen tota hæc infelicitas originarium authorem habuerit peccatum. Hoc igitur voluiſſe videtur paraphraſis Chaldaica.

Plinius.

[c] *Quod fortaſſe vidit Plinius à fide alienus.*

[d] *Et neſcius cauſa peccati in Deum vertit cauſam noſtra miſeria.*

59. Clariùs autem illud aſſeruit Rupertus Abbas ſtatim in primo limine Threnorum, vbi ait: *Aperiat nobis clauis Dauid, & videbimus quid vero huic cauſa lamentandi ſit: quadruplex namque materia eidem luctus fuit: Prima extitit vniuerſalis captiuitas generis [e] humani, qua proiecti, & diſperſi ſunt omnes filij Dei in primis carnis ſuæ parentibus gratis venundati, & præiudicium paſſi:* exiſtimat enim duplicem ordinem fuiſſe diuinæ prædeſtinationis, & collectionis ciuitatis Hieruſalem, id eſt, Eccleſiæ: alterum, quem habitura erat ſine peccato, quo poſito vidua, & deſolata facta eſt ſancta Hieruſalem: alterum, quem habuit præuiſo peccato, ſecundùm quem ordinem diſperſa eſt per orbem quaſi vidua obiecta tyrannis, morti, atque aliis calamitatibus, reparanda tamen per Chriſtum omni ex parte in extremo iudicio, iuxta illud, quod Ioannes dixit in ſua reuelatione cap. 21. *Ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam deſcendentem de cælo à Deo, paratam ſicut ſponſam ornatam viro ſuo:* addiditque eo tempore auferenda eſſe omnia tributa, quæ Eccleſiæ propter peccata impoſita ſunt: *abſterget enim Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, non erit amplius luctus, neque planctus quoniam priora tranſierunt.* Id quod dixerat D. Hieronym. in Com. ad hunc locum: in eo tamen differt à Ruperto, quòd exiſtimauerit Hieruſalem hoc in loco viduam & deſolatam repræſentare animam vnamquamque ſeparatam à Deo, tot ſceptris, quot vitiis ſubditam; quod Auguſt. dixit *4. de ciuitate in cap. 3. Malus etſi regnet, ſeruus eſt, neque vnius hominis, ſed tot dominorum, quot vitiorum:* dixit hoc diuus Petrus *in ſua canonica 2. cap. 2.*

Rupert. Ab.

[e] *Prima igitur cauſa lamentandi fuit Ieremia captiuitas generis humani ſub peccato Adami.*

Apocal. 21.

[f] *A qua non niſi in patria caleſti perfectè liberabitur.*

Hieron.

Aug.

§. IV.

A L E P H.

Hæc litera monſtrat totùm hoc carmen doctrinale eſſe, oporteréque Hebræos, vel ſaltem calamitate oppreſſos ad Deum conuerti.

Poſtremò tandem ſupereſt dicamus doctrinam, quam communicat litera, *Aleph*, præfixa in principio huius prioris carminis; ſicut enim eam interpretantur plerique grauiores Authores, *Aleph* ſignificat [g] doctrinam, ſiue diſciplinam, eſtque totum hoc primum carmen doctrinale docens oportere Hebræos ad Deum conuerti ſaltem in calamitate, qua auerſi fuerant ab eodem in ſumma rerum omnium felicitate; eſt enim hoc hominum ingenium, ad Deum confugere, quando [h] aduerſa maximè vrgent; quod eleganter dixit Nazianz. orat. 17. *Prudenter*, inquit, *faciunt, qui calamitatibus erudiuntur, Dauidicum illud in ore habentes* ex Pſalm. 118. *Bonum mihi, quia humiliaſti me*, quòd videlicet ea res iuſtificationum Dei cognitionem pariat, qui Petrum imitantur Saluatoris opem cum iam pene mergeretur, implorantem: qui enim propter dolorem ad Deum ſe ſe magis adiungit, beneficiorum omnium authorem per afflictionem ſibi conciliat, quandoquidem ægra anima Deo propinqua eſt, ac penuria ipſa efficit, vt ad Deum, [i] qui largiendi poteſtatem habet, noſmetipſos conferamus: qui alioquin propter effuſam liberalitatem contemnitur. Qualis planè eſt hic locus in quo Deus contemptus eſt ab Hebræis propter effuſam in eos liberalitatem: eoſdem propheta ad eundem per extremam calamitatem reducere contendit. Eadem doctrina reperitur apud eundem Nazianz. *in epiſt. priori ad Cæſareum fratrem* 60.

[g] *Aleph, ſignificat doctrinam.*

[h] *Qua docemur confugere ad Deū cum aduerſa vrgent.*

Nazianz.

Pſalm. 118.

[i] *Hac nos ducunt ad Deū,*

[l] *Qui in liberalitate contemnitur.*

Idem.

ſuum,eamque docet D. Petri fuiſſe: Aduertit autem Elyas Cretenſis acceptam eſſe eam doctrinam à libro, qui *doctrina Petri* ioſcribitur, alioquin ea ſententia non repetitur in Canonicis Epiſt.D.Petri,niſi velis doctrinam Petri eſſe, qui in calamitate ad Deum confugit.

Elyas Cret.

61. Videndus erit Plinius *lib.8.natural.hiſtor. cap.* 16. vbi congruenter in hanc ſententiam dixit: *Tunc præcipuus votorum locus eſt, cum ſpei nullus eſt*; docet enim de Deo bene ſperare extrema rerum ſæcularium deſperatio: facit pro hoc argumento locus apud Eſaiam in cap. 26. *Domine in anguſtia exquiſierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis:* & Eſaiæ, *cap.* 28. *tantummodo* [m] *ſola vexatio dat intellectum.* Congruenter igitur præmittit Eccleſia literam *Aleph* fauente eodem propheta, qui eiuſdem carminis principium fecit *Aleph*, docens oportere Hebræos, & cæteros homines io extrema calamitate ad Deum conuerti, qui in extrema rerum abundantia à Deo auerſi ſunt.

Plinius. Eſaiæ. 26. & 28.

[m] *Tantummodo vexatio dat intellectum.*

TRACTATVS III.

De expoſitione literali ſecundi Carminis ſub litera, BETH.

Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt ei inimici. Siue, *de ſecunda graduatione lamentantis Hieruſalem.*

§. I.

Adeo eleganti figura maximi doloris affectus exprimit propheta in viduata Hieruſalem, vt decori ſint plorantis lachrymæ.

62. *Plorans plorauit.* SVAM proſequitur graduationem earum calamitatum, quas amplificat in vrbe Hieruſalem diuinus Ieremias: deplorauerat enim in primo carmine quaſi viduam eam vrbem ſedentem, deſolatam, & principem omnium prouinciarum nobiliſſimam, factam tributariam; eandem in hoc ſecũdo carmine [n] acerbius aliquid patientem introduxit: quamuis enim infeliciſſimum infortunium ſit fuiſſe felicem, grauius aliquid eſt in tanta calamitate & in extremo infortunio neque inueniſſe compatientem, neque condolentem, neque verò conſolantem miſeram. Id quod grauiſſimum in calamitate ſemper fuit. Hanc autem extremam miſeriam hac eleganti [o] proſopopœia aggreditur: *Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius; non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt ei inimici*: nec plura continentur in hoc carmine, cuius principium eſt proſopopæia, qua figura ſolemus humanos affectus tribuere rebus inſenſatis, & quæ nullis paſſionibus mouentur.

[n] *Iam acerbius quid lamentatur Hieruſalem in hoc ſecundo carmine.*

[o] *Per proſopopœiam inſenſibilis figura ſenſibilem dolorem exprimens.*

Aptiſſimè autem potiùs vrbem Hieroſolymam deplorantem introduxit, quàm ipſos Hebræos; eorum enim lamentatio neminem mouere poterat, mouere autem poteſt miſera [p] ciuitas Hieruſalem. Quo artificio vſum fuiſſe Ciceronem hac figura in oratione pro Milone docet Quintilian. *lib.6.Orator.Inſtit.cap.* 6. vbi docet, Ciceronem miſeram perſonam induiſſe io cauſa Milonis ad permouendos affectus: *Nanque quis ferre poſſet Milonem pro capite ſuo ſupplicantem, qui a ſe virum nobilem interemptum fateretur? propterea in locum lachrymarum Milonis ſucceſſit Cicero.* Qua ratione & propheta hoc in loco, cum Iudæos idololatras, atque Dei interfectores in odium hominum, & cælitum incurriſſe videtur, non eos introduxit miſeros, ſed ipſorum perſonam indutam Hieroſolymam, quo faciliùs ad ſui commiſerationem moueret & Deum, & homines. Quibus in locis, inquit Quintilian. vtiles ſunt proſopopœiæ, [q] id eſt, fictæ aliarum perſonarum orationes, *Mouentque maximè*, inquit, *muta res, ſicut populum Romanum egit infurorem prætexta* [r] *Cæſaris prolata in foro cruenta; ſciebatur, interfectum eum; corpus eius interemptum lectica impoſitum erat, veſtis illa tamen ſanguine madida, ita repræſentauit imaginem ſceleris, vt non occiſus Cæſar, ſed tunc maximè occideretur.* Sic prorſus obiicit propheta hoc in loco miſerum ſtatum Iudæorum in perſona vrbis Ieroſolymæ, vt non factum illud, ſed nunc fieri videretur. 63.

[p] *Quo vehementius mouere poſſet ad commiſerationem.*

Quintilian.

Idem.

[q] *Ad hoc enim maximè vtiles ſunt proſopopœia.*

[r] *Vt contigit in prætexta Cæſaris ad populum Romanum.*

Quibus addenda ſunt ea, quæ repetit idem Quintilian. *lib.9.cap.* 2. vbi docet figuras augendis affectibus accommodatas plerunque & maximè conſtare [s] ſimulatione, quo genere dicendi ſolemus inducere vrbes, & populum loquentes, ſeruato tamen decoro, ſicut fatendum eſt ſeruaſſe Ieremiam hoc in loco, cum regiam matronam inducit ſedentem, & plorantem, atque lacbrymis profuſam. 64.

Idem.

[s] *Simulatione enim conſtant figura augendis affectibus accommodata.*

Quod vt meliùs intelligamus, aduertendum eſt id, quod docuit Philo *in lib. de Abraham*, vniuerſam animam hominis præſertimque fœminarum in oculis, [t] atque in facie repræſentari, *vt compendio*, inquit Philo, *dicam, ad effigiem animæ factus eſt viſus, oſtendens eius imaginem expreſſiſſimam, tanquam in ſpeculo naturam eius aliàs inuiſibilem referens.* Imitatus eſt Plinius Philonem *lib.* 11. *natural. hiſtor. cap.* 37. *Neque vlla ex parte maiora indicia animæ cunctis animalibus, ſed maximè homini, id eſt, moderationis, clementiæ, miſericordiæ, odij, amoris, triſtitiæ, & lætitiæ, quam ex oculis: profectò in oculis inhabitat anima.* 65.

Philo.

[t] *Quoniam anima præſertim fœminæ compendio repræſentatur oculis, & facie.*

Quibus dixit conuenientia Hieron. in epiſt. ad Furiam, *ſpeculum mentis eſt facies*, [u] *& taciti oculi cordis fatentur arcana*, quod ſicut iam ſuprà diximus, in quouis homine apparet, præcipuè in fœminis videtur, nanque vt Muſæus dixit, *ab oculi ictibus vulnus delabitur, & in præcordia viri viat; nanque in illis oculorum fulgor, & color, eximium faciei decus, & natiua elegantia veriſſima nota eſt: infra oculos*, vt Plinius eodem loco dixit, *malæ homini tantum, quas priſci genas vocabant, pudoris hæc ſedes, vbi maximè oſtenditur rubor.* Vnde Origenes dixit lib. 2. homiliarum in Cantic. homil. 1. *Pulchritudo mulierum in genis, ſeu in malis dicitur eſſe quàm plurima, infra malas hilaritatem, riſumque indicantia bucca.* 66.

Hieron.

[u] *Speculum nanque mentis eſt facies, & taciti oculi cordis fatentur arcana.*

Muſæus. Plinius.

His

Digitized by Google

67. His ſuppoſitis inuenies omnino ſeruaſſe Ieremiam [a] decorum in perſona vrbis Ieroſolymæ, cuius in oculis introducit triſtitiam, in maxillis lachrymas, in buccis gemitus, atque ſuſpiria: quibus in partibus relucebat pulchritudo eximia: in oculis amor, in genis pudor, ſiue rubor, in buccis hilaritas, quæ omnia conuerſa ſunt in mæſtitiæ ſigna, ſicut eleganter ſignificauit propheta dicens; *plorans plorauit in nocte, & lachryma eius in maxillis eius*: in ploratu enim gemitus, & ſuſpiria indicauit: in lachrymis cadentibus per ora, triſtitiæ continuationem.

[a] *Decorem omnino ſeruauit propheta in perſona Ieroſolymæ, eiusque in oculis triſtitiam, in maxillis lachrymas, in buccis gemitus introducit.*

68. Diximus, qua figura vſus ſit propheta in his verbis, *plorans plorauit in nocte, & lachryma eius in maxillis eius*; ſupereſt vt explicemus loquendi modum, eſt enim Hebraiſmus frequentiſſimus in Scriptura ſacra ad vehementiam [z] rei indicandam; qualis eſt ille locus Oſeæ in cap. 1. *fornicans fornicabitur terra à Domino*: id eſt, vehementer erit idololatra, ſic etiam, *plorans plorauit*, ſiue, plorando plorauit, id eſt, maximè fleuit. Aduertunt autem aliqui in futuro legendum eſſe, *plorabit*, vt eſt in Hebræo, ad ſignificandam lachrymarum continuationem, vel de more Hebræorum, qui ſæpiùs præteritum per futurum enuntiant. Si quis verò obiiciat, contra decorem introductam eſſe plorantem, atque defluentes lachrymas hoc in loco iuxta præceptum apud Senecam in epiſt. 64. *lachrymandum eſſe, & non plorandum*: & paulò inferius in ead. epiſt. *non ſiccentur oculi amiſſo amico, nec fluant*: Iam enim diximus Stoicum hoc præceptum eſſe, neque ſeruandum in grauiſſimis doloribus, qui nec modum nec legem capiunt, præſertimque in fœminis, quæ ſuapte natura pronæ ſunt ad lachrymas. Quod proſequitur Chryſolog. *ſerm. 79 de reſurrectione*: congruenter imitatur Nazianz. *orat. 11. de obitu ſororis ſuæ Gorgoniæ*, quòd inter fœminas eum expirauerit, nullus ſit auditus clamor, nec ploratus, cadentes ſe vidiſſe dixit lachrymas, mutas tamen; mutas autem appellauit, quoniam ſine ploratu cadebant. Seruato igitur decoro [b] iuxta muliebre ingenium, & doloris acerbitatem, introducit propheta vrbem Hieroſolymam plorantem, nec ſolùm plorantem, ſed perpetuò madentes lachrymis habentem maxillas.

[z] *Hebraiſmi repetitio vehementiam doloris exprimit.*
Oſeæ 1.
[a] *In Hebræo legitur de futuro, plorabit, ad ſignificandam cōtinuationem lachrymarū.*
Seneca.
Chryſolog.
Nazianz.
[b] *Nec ſine decoro introducitur plorans & cum clamore lugens fœmina.*

§. II.

O certè dura extremæ calamitatis conditio, cum ſuam interdiu lamentari miſeriam non liceat iis, qui ſuſtinent, & quibus ipſa ſolis claritas obſcuratur, omnia lucis officia denegantur.

69. *In nocte.* IN *nocte* autem dixiſſe videtur ſicut notauit Brixianus, vt oſtenderet nec de nocte lachrymas depoſuiſſe, cùm natura tamen illud tempus ſtatueret ad componendos labores, id quod acerbitatem doloris ſatis inſinuat; quo enim tempore [c] cætera quieſcunt, plorabat miſera ciuitas Hieroſolyma. Vnde Pauſanias *in ſua Corinthiaca lib. 2.* ſimulachrum dixit ſomni, & noctis ſopiens leonem, ſignificans noctem, & ſomnum grauiſſimos etiam dolores ſopire, quod Seneca dixit:

Tuque ò domitor ſomne laborum,
Pars humanæ melior vitæ.

Brixianus.
[c] *Quæ neque in nocte ceſſat à lachrymis, vt acerbitatem doloris inſinuet.*
Pauſanias.
Tragicus.

Et Orpheus noctem, ſacroſanctum doloris omnis leuamen appellauit.

Orpheus.

70. Quamuis autem hoc veriſſimum ſit, non exiſtimauerim prophetam ea ratione dixiſſe, *plorans plorauit in nocte*: leuis enim dolor eſt, quem nox componere poteſt, qualis profectò non erat ille, quem deplorat miſera ciuitas Hieroſolyma: probabilius, qui diceret ea ratione de nocte plorasse; quia interdiu [d] deplorare præſentem calamitatem tyrannica lege prohibebantur, contra quam dixit Cicero in orat. pro Sextio: *quis tyrannus lugere vetuit?* Videndus erit Claudius Minois *emblem.* 38. vbi Æliano refert Phryſum tyrannum inſignem, cum acerba mandaſſet ſuis popularibus, tuliſſe ea æquo animo, quamuis duriſſima eſſent: cum verò flendi libertatem eis ademit, illud ferre non potuerunt, ſed per vim, de ſatellitum manibus arreptis armis crudelem tyrannum interemerunt, vſque adeo [e] acerbum eſt lachrymas prohibere doloris vnicum leuamen. Fieri igitur potuit, vt cum deflere prohiberentur Hebræi interdiu, de nocte quaſi per furtum lachrymantem introduxerit Ieremias ſuam vrbem Hieroſolymam.

[d] *Vel quia tyrannica lege interdiu plorare prohibebantur.*
Cicero.
Cl. Minois.
[e] *Quod omnium acerbiſſimum malorum eſt.*

71. Crediderim potiùs figuratam eſſe locutionem; cum propheta dixit, *plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius*: accipit enim noctē pro re aduerſa, & pro extrema [f] calamitate: ita locum intelligit Hieronym. Theodoret. & alij grauiores interpretes. in qua ſignificatione, & in ſacra Scriptura, & apud prophanos Authores accipitur plerunque nox, odit enim triſtis animus lucem, ſicut Euripid. *in Iphigenia*, eius lamentatus mortem:

[f] *Sed magis probatur ſententia, per noctem, intelligens extremam calamitatem.*
Hieron.
Theodoret.
Euripides.

Non amplius mihi vita, neque ſolis lux erit,

Iob *in cap.* 18. *Nonne lux impij extinguetur, neque ſplendebit flamma ignis eius, lux obtenebreſcet in tabernaculo eius, & lucerna, quæ ſuper eum eſt, extinguetur?* id eſt, omnis felicitas impiorum in extremam calamitatem redigetur. Oſtendit autem D. Ioan. Chryſoſt. *homil. 2. ad popul.* quæ ſit ratio, cur ſacra Scriptura per noctem ſignificare voluerit extremam calamitatem: *non tantum*, inquit, *terra, ſed ipſa aeris natura, & ipſe radiorum ſolarium circulus, nunc mihi quodam modo mœrere, & obſcurior lucere videtur, non elementis naturam mutantibus, ſed noſtris oculis, qui triſtitia* [g] *nube turbati ſunt, non valentibus purè, neque cum eadem virtute lucem ſuſcipere.* Hoc eſt, quod olim propheta Amos *in cap.* 8. lugebat, dicens, *Occidet ſol in meridie, & obtenebrabitur dies, extinguetur, neque ſplendebit flamma ignis eius*: hoc autem dicebat, non quòd planeta abſconderetur: neque quòd dies euaneſceret, ſed quoniam mœrentes, neque in meridie propter doloris caliginem lucem cernere poſſint. Quo pacto Ieremias dixit, *plorans plorauit* Hieruſalem *in nocte*, quia quò illa oculos conuerteret, propter doloris magnitudinem, nihil lucidum, omnia obſcura inueniebat.

Iob c. 18.
Chryſoſt.
[g] *Mœret enim, & obſcuratur ſol triſtitia nube turbatum.*
Amos. 8.

72. Veneranda tamen eſt expoſitio, quam de ſententia veterum Hebræorum, ſequuta eſt hoc in loco paraphraſis [h] Chaldaica; aſſerendo noctem hoc in loco fuiſſe vocatam emphaticè, propter [i] duplicem planctum, qui in ea concurrebat: alter ex lib. *Numer. cap.* 13. & 14. quando miſit Moyſes propheta nuntios ad explorandam terram Chananeæ, & reuerſi ſunt afferentes nomen peſſimum de terra Iſrael; quando populus audiuit nuntium hoc, *leuauit vocem ſuam, & fleuit in nocte*

[h] *Non omittenda tamen expoſitio paraphraſis Chaldaica.*
[i] *Nempe noctem hic emphaticè dici propter duplicem luctum.*
Num. 13. & 14.

Digitized by Google

nocte illa, iratuſque eſt furor Domini in eos, & decreuit vt plangerent in nocte illa in generationibus ſuis: alter [l] propter deuaſtationem ſanctuarij per Nabuchodonoſor: vtraque autem nox 9. die menſis, *Ab*, id eſt, Iulij, ſiue Auguſti, accidit. Vnde pulchrè noſter Luſitanus Petrus à Figeiro aduertit Hebraicæ voci, *Lail*, affixam fuiſſe quintam literam alphabeticam ad oſtendendam emphaſim illius noctis; habet enim ea litera affixum emphaticum, quaſi diceret, *plorans plorauit in nocte* illa, in qua populus plangebat de ritu ſuorum auorum malum ouocium de terra Iſrael, & nouiſſimum excidium Hieruſalem. Fateor autem ſæpius appoſitam fuiſſe quintam literam alphabeticam ſimili voci Hebrææ ſine aliqua ſignificatione, ſicuti dixit de recentioribus quidam Martin Del Rio: verùm peritiſſimus in lingua Hebræa noſter Luſitanus bene aduertit, plerunque eam literam eſſe affixum emphaticum: quo pacto eo in loco potuit eſſe, vt notauit eleganter Marcus Marinus *in arca Noe in litera 5. alphabetica*. Quæ ſententia, vt dicebam, veneranda eſt: magis tamen placet penultima [m] expoſitio, vt quæ plures & grauiores habeat authores, & noctem accipiat pro vniuerſo excidio, non verò pro ea ſola nocte, in qua Sanctuarium exuſtum eſt.

[l] Alterum ex lege Num. 15 alterum propter deuaſtationem templi per Chaldaos.
Petr. à Fig.
Del Rio.
Marc. Marin.
[m] Sed penultima expoſitio præferenda.

§. III.

Omnium miſeriarum miſerrimum planè eſt, ſi nulli ſit miſer ipſe miſerabilis; quódque magis dolet, ſi hoſtes ſibi inueniat, quos ſperauerat fore in calamitate amicos.

73. *Non eſt, qui conſoletur eam ex omnibus charis eius.*

IAm igitur propheta amplificans extremam calamitatem dixit, *non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius:* extrema enim [n] miſeria eſt, miſerabilem non eſſe, cum ſis miſer; quod Bernard. dixit epiſt. 12. *Dignus eſt omnis ſanctus condoleat, alioquin dupliciter miſer ſum, ſi nec miſerabilis ſum; ego verò fraterna pietati locum in me oſtendo, non meritum; non quia dignus, ſed quia inops, & pauper ſum, miſeremini mei. Vera enim miſericordia non iudicat,* [o] *ſed afficit occaſione contempta, non nititur diſcuſſione;* non enim ſpectatur ratio, vbi affectio trahit, vera nanque charitas in grauiſſimo alterius amici dolore, perfecto amoris vinculo vtrunque animum colligare & vincere debet, vt miſer ſolatij partem ex condolentis amici miſericordia accipiat; condolens autem amicus partem doloris ex miſero mutuat, atque ita dolor ex parte leuatur ex conſolatione amicorum: eſt enim lex commiſerationis, ſiue conſolationis inter amicos, ſicut notauit Greg. Magn. 3. Moral. cap. 10. *Vt ſi quiſpiam amicum dolentem conſolari voluerit, ſtudeat eius luctui concordare mœrendo, dolentem enim* [p] *non poteſt conſolari non dolens; ſicut neque ferrum ferro coniungitur, niſi vtrunque ignis aduſtione liqueſcat.* Hanc legem in conſolatione ſeruauit Paolus 2. ad Corinth. 11. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* quemadmodum aduertit D. Auguſtin. *Pſalm. 54.* Paulum ſequutus eſt Cyprian. *in lib. de lapſis*, vbi ait, *Doleo vobiſcum, fratres, cum ſingulis copulans pectus meum, & mœroris, & funeris luctuoſa pondera participo, cum plorantibus ploro, cum deflentibus defleo, cum iacentibus iacere me credo, in proſtratis fratribus, & me proſtrauit affectus.*

[n] Extrema enim miſeria eſt nulli miſerabilem eſſe.
Bernard.
[o] Vera enim miſericordia non iudicat, ſed afficit.
Greg. Magn.
[p] Dolentem non poteſt cõſolari niſi dolens.
2. Cor. 11.
Auguſt.
Cyprian.

Vidit hoc Ariſtotel. 9. *Ethic. cap.* 11. vbi oſtendit, quæ ſit ratio, cur condolentia amicorum ſit alleuamentum doloris alterius amici, *Cum triſtitia*, inquit, *onus quoddam ſit grauiſſimum, qui condolent, videntur oneris partem in ſe recipere, atque ita fit vt onus triſtitiæ* [q] *leuius fiat.* Præterea, cum is, qui laborat graui aliqua calamitate, videt ſuam alios calamitatem dolere, ſe ab iis amari percipit; ex quo quædam delectatio reſultat, quæ triſtitiam vel pellit, vel mitigat. Clariùs hoc dicit D. Thomas 1. 2 q. 38. a. 3. *Ad triſtitiam pertinet aggrauare, habet enim triſtitia rationem cuiuſdam oneris, à quo aliquis aggrauatus, eleuari conatur.* Cùm ergo aliquis videt, de ſua triſtitia aliquem contriſtari, fit ei quædam quaſi imaginatio, quòd illud onus alij cum ipſo ferant, quaſi conantes illum ab onere ſubleuare, & ideo leuius fit triſtitiæ pondus, ſicut in portandis oneribus corporalibus contingit: vnde eleganter dixit Seneca *in Troade acto. 4. in choro:* 74.

Ariſtot.
[q] Atque ita fit vt onus triſtitia leuius fiat.
D. Thom.

Leuius luctus, lachrymæque mordent,
Turba, quas fletu ſimilis frequentat,
Semper ah, ſemper dolor ipſe magnus
Gaudet in multos [r] *ſua fata mitti.*

Tragicus.
[r] Gaudet enim magnus dolor in multos mitti.

Prima igitur ratio conſolationis eſt in dolore habuiſſe ſodales.

Secunda autem ratio eſt, quia per hoc, quod amici condolent, percipit miſer ſe ab eis amari, id quod delectat; quæuis autem delectatio dolentem conſolatur, quia mitigat triſtitiam. Quo in loco eleganter D. Thomas *in ſolutione ad.* 2. ſoluit difficultatem inde ortam, quam mouerat Ariſtotel. *loco citato*, neque tamen ſoluerat; ſi enim delectat amicum dolentem, vidiſſe ſibi amicum, ſibi condolentem, contra rationem charitatis illud factum eſſe videtur, poſtulabat enim vera charitas, vt magis doleret conſtitutus in calamitate amicus, cùm amicum condolentem iam videat in eadem calamitate conſtitutum; lex enim charitatis mutuas vices inter amicos reſpondere iubet. Soluit D. Thomas, dolorem alterius amici non leuari [ſ] ex dolore in quo reperitur alter amicus, ſed ex conſideratione cauſæ eius doloris; eſt autem cauſa, charitas, ſiue amor; percipit enim dolens delectationem ex eo, quòd ſe videt [t] amari ab aliis, quæ delectatio leuiorem reddit mœſtitiam: alioquin quando aduertit charitas patiens ad condolentem amicum magis dolet. Id quod nos latè notauimus *in tract. 10. ſuper Ruth*, cum Noemi dixit nuribus ſuis: *Nolite quæſo filia mea hoc facere, quia veſtra anguſtia magis me premit*, ſeu vt eſt in Hebræo, *veſtra anguſtia amaritudo eſt mihi valde:* dolebant autem diſcedentem ſocrum ſuam, earum autem lachrymis dixit Noemi non modò non leuari eius dolorem, ſed magis augeri, ſicut fieri ſolet in perfecta charitate. 75.

D. Thom.
[ſ] Non ita tamen vt leuatur dolor ex alterius dolore, ſed ex cauſa condolendi.
[t] Qua eſt amor amici condolentis.
Ruth.

Vnde Ariſtotel. *loco cit.* non audet definire, verùm liceat perditis in rebus amicos vocare, *quapropter*, inquit, *videbitur oportere in proſperitatibus promptè* [u] *vocare amicos, eſt enim honeſtum, beneficum eſſe: in aduerſitatibus autem pigrè, minimè, nanque facere ipſos participes malorum oportet:* Quamuis ingenuè fateatur Philoſophos, decorum eſſe ire non vocatum ad amicos miſeros, eoſdemque ſimilis doloris ſignificatione conſolari; verùm ad eos non ſolùm non accedere in calamitate, 76.

Ariſtot.
[u] Vnde in proſperitatibus amici promptè vocandi, in aduerſitate pigrè.

calamitate, ſed coſdem deuitare, eiſdemque hoſtes fieri, miſerrimum eſt.

77. Vnde iam fit manifeſtum duplicem dolendi rationem [a] habuiſſe miſeram ciuitatem Hieroſolymam, & quòd condolentem non inuenerit amicum, & quòd eundem inuenerit hoſtem, id quod miſerrimum eſt; ſicut eleganter dixit quidam.

[a] *Duplex dolendi cauſa miſera Hieroſolyma,*

Siſque miſer ſemper, nec ſis miſerabilis vlli,
Accedat lachrymis odium.

Sic enim factum eſt cum ea vrbe; cum enim miſera eſſet, nulli miſerabilis viſa [a] eſt amico, ſed potius amicitiam in odium conuerterunt eius amici: de quibus dixit eleganter Seneca epiſt. 9. *Inde amici fugiunt, vnde probantur*; & paulò inferiùs: *Parauit amicum aduerſus vincula laturum opem, cum primum crepuerit catena, diſcedet.* Videndus erit D. Auguſt. tom. 4. in lib. de amicitia, cap. 3.

[a] *Quòd nulli fuerit viſa digna miſericordia,*
Senec.
Aug.

Non eſt perſona, ſed proprietatis amicus,
Quem fortuna tenet dulcis, acerba fugat.

Hoc igitur dolet Hieruſalem hoc in loco, de qua dixit propheta, *non eſt, qui conſoletur eam ex omnibus charis eius:* quibus addit idem propheta, *Omnes amici eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt* [a] *ei inimici.* Oportuerat autem veros conſuluiſſe amicos, non falſos, qui ſtatim rebus commutatis aduolant, quemadmodum dixit Plutarch. in lib. de diſcrimine adulatoris, & amici: *Verum*, ait, *non oportebit illius temporis experimentum expectare, tunc quidem inutile vel potius noxium, nec periculo vacans; graue ſiquidem eſt in eodem articulo ſentire, qui non ſint amici, quo amicis opus eſt; cum non licet iam incertum, & inſyncerum amicum, cum certo, & ſyncero permutare, quin magis vt nummum, ita amicum habere conuenit, nempe probatum, antequam eo ſit opus, non vſu ipſo deprehenſo.* Alioquin illud euenit miſeræ ciuitati Hieroſolymæ, quod ſolet iis, qui lethale venenum non aliter ſentiunt, niſi cum prægustarent, ſuo exitio iudicantes: tales inuenit amicos in ſua calamitate miſera Hieruſalem.

[a] *Quòd amici eius facti ſunt ei inimici.*
Plutarch.

78. Aduertendum autem eſt, pro eo quod vulgatus dixit, *ſpreuerunt eam*, Hebraicè legendum eſſe, *fidem, & fœdus fregerunt*, [b] *irridentes, ſiue illudentes miſeram:* qualis eſt locus apud Abdiam prophetam, loquens enim de Idumæis ita dicit: *vſque ad terminum emiſerunt te, & illuſerunt te omnes viri fœderis tui*, id eſt, tui amici confœderati: quo in loco Abdias docet, confœderatos Idumæos cum Hebræis eos illuſiſſe, quando captiui ducti ſunt per Nabuchodonozor, id quod dolent Hebræi *in Pſalm.* 136. dicentes: *Memor eſto Domine filiorum Edon in die Hieruſalem, qui dicunt, Exinanite, exinanite, vſque ad fundamenta in ea:* Quibus ſimilia mala pollicetur Deus per Abdiam prophetam, non ob aliam cauſam, quàm quia irridentes & læti viderunt excidium Hieruſalem per Chaldæos, cùm tamen amicitiæ fœdere coniuncti eſſent cum Hebræis. Videndus erit Iſaias *in cap.* 23. vbi diuinum oraculum innumera mala prædixit ventura iis, qui incolebant inſulam Tyri, non ob aliam cauſam, ſicut aduertit Procopius, quàm quia irriſerunt miſeros captiuos Hebræos tranſeuntes in Chaldæam exules, cum quibus fœderati erant. Ad quem locum aduertit Theodoret. 70. annos exulaſſe inſulanos [c] Tyri propter hanc irriſionem, ita quod tot annos ſupplicij habuerint irriſiores, quot habuerint ſupplicij idololatræ.

[b] *Fidemque fregerunt irridentes illius miſeriã.*
Text. Hebr.
Abdias.
Pſalm. 136.
Iſai. 23.
Procopius.
Theodoret.
[c] *Ex quibus Tyrij propter hoc ſcelus 70. annorum exilio puniti ſunt.*

79. Vſque adeo inhumanum eſt, & acerbum, non modò non condolere in aliena calamitate, ſed miſerum irridere; id quod proſequitur eleganter Nazianz. orat. 16. de amore pauperum: *Alienum*, inquit, *eſt ab humana natura non miſereri, quæ commiſerationem veluti lata lege ſanxit, vtpote ex eadẽ infirmitate ad quietationem, & humanitatem erudita.* Quibus addenda ſunt ea, quæ ad eundem locum habet Nicetas; quæ fuit ratio, cur viri fortes acerbiùs tulerint irriſionem [d] in calamitate, quàm ipſam calamitatem, vt videre eſt *Iudicum cap.* 16. vbi fortiſſimus Sanſon maluit cum ſuis hoſtibus communi ruina opprimi, quàm ab eis irrideri viuus: id quod deplorat Regius vates in *Pſalm.* 34. illuſus à filio impio Abſalone, & à Semei: *Dilatauerunt*, inquit, *ſuper me os ſuum, & dixerunt: Euge, Euge, viderunt oculi noſtri: vidiſti Domine, ne ſileas, Domine ne diſcedas à me:* Et Chriſtus Dominus *in Pſalm.* 21. vehementer dolet ſe irriſum, & illuſum fuiſſe in ipſa calamitate, *Omnes*, inquit, *videntes me, deriſerunt me.* Hoc igitur ſignificare voluit Diuinus propheta, cum dixit, *Non eſt, qui conſoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius ſpreuerunt eam, & facti ſunt ei inimici*, id eſt, miſerrima cum eſſet, non eſt viſa miſerabilis; amicos vidit conuerſos in hoſtes, & tandem ab eiſdem, cum quibus fœdus habebat, irriſa eſt miſera Hieruſalem.

Nazianz.
Nicetas.
[d] *Et meritò, acerbiùs enim dolet irriſio in calamitate, quàm ipſa calamitas.*
Iudic. 16.
Pſalm. 34.
Pſalm. 21.

§. IV.

Ad Allegoriam.

Non fuit vtique in captiuitate Babylonica deploratiſſimus Synagogæ ſtatus; quando in eadem amicos habuit, & magiſtros, qui ſolarentur eam, & docerent optimè, prophetas ſanctiſſimos.

80. HActenus figuratam locutionem locuti ſumus, & ſub figura [e] & metaphora viduæ regiæ deplorauimus miſerum ſtatum Hebræorum in excidio Hieroſolymitano per Nabuchodonoſor: conueniens eſt, vt ſequuti eundem ordinem, ac eandem viam tenentes, quam tenuimus in primo carmine, oſtẽdamus, quem ſtatũ habuerit Synagoga in eo primo excidio, hoc enim maximè contendit propheta in ſingulis verſibus ſuæ lamentationis: fortaſſis autem totus conuerſus eſt propheta in hoc ſecundo carmine ad eum miſerum ſtatum inculcandum, quem Synagoga habet nunc poſt vltimum excidium per Romanos, vt eleganter aduertit ſapientiſſimus meus præceptor frater Hector Luſitanus *in comm. ad hunc locum*; etenim non vſque adeo magna fuit calamitas Synagogæ in [f] captiuitate Babylonica, cùm eo tempore habuerit viros præſtantes, qui miſeram conſolarentur, ac erudirent in ipſa captiuitate. Vixerunt eo tempore inter captiuos Babyloniæ, Ezechiel propheta, Daniel etiam, ac ipſe Ieremias, qui quamuis deductus non fuerit captiuus, tamen per epiſtolas conſolabatur miſeram Synagogam, eandemque in lege Dei inſtituebat, quod etiam docuit Paulus Vvinerus, *tract.* 2. *de locis fidei pag.* 154.6. *Item in eodem libro*, vbi ſub elegãti parabola oſtendit in quocunque exilio, in quo exulauerat Synagoga, ante vltimum

[e] *Hac vſque de figura Synagogæ, iam nunc de ipſa expreſſè diſſerendum.*
Fr Hector Pinto.
[f] *Non fuit extrema calamitas captiuitatis Babylonicæ:*
Vvinerus.

per

[g] *Habuit enim viros conſolatores, & magiſtros ſapientes.*

per Romanos, ſemper habuiſſe ſanctos [g] viros conſolatores, atque magiſtros ſapientes: ſic enim habet eo in loco. *Dixit quidam, quouſque fatigabor accendens lucernam de nocte, ſpectabo ortum ſolis, & ambulabo in lumine ſolis? ita Iſraelitæ oppreſſi ſunt ſeruitute in Ægypto, ſurrexerunt Moyſes, & Aaron, & liberauerunt eos: oppreſſi ſunt in Babylonia, liberati ſunt per manus Ananiæ, Miſaelis, & Azariæ, non quærimus vlterius, vt illuceſcat nobis caro & ſanguis, ſed Deus in ſubſtantia ſua*, iuxta illud Pſalm. 118 *Deus Dominus, & illuxit nobis.* Pſalm. 118.

81\. Ex quibus ſatis patet, quanta ſit differentia inter eum ſtatum, quem nunc Synagoga habet, atque eum, quem habuit in Babylonia; in Babylonia enim conſolatores, & magiſtros habuit, ſub Romano autem imperio, quoniam veram lucem Chriſtum Ieſum non receperunt, ſine luce, [h] ſine honore vagantur in tenebris, exules, omnibus inuiſi, & irriſi; ſub Babylonico enim exilio in medicinam, & remedium fuerunt; eſt enim plerunque exilium remedium vehementer peccantibus, vt dixit idem Ieremias *in cap.* 48. loquens de Moab: *fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requieuit in facibus ſuis, nec eſt tranſlatus de vaſe in vas, & in tranſmigrationem non abiit; idcirco permãſit guſtus eius in eo, & odor eius nõ eſt immutatus.* Quibus addenda ſunt ea quæ dixit in eandem ſententiam Ieremias *in cap.* 24. vbi vidit in altari duos calathos ficis plenos, quorum alter habebat ficos optimos, atque dulces, quales ſunt illi, qui ſtatim inſtante vere matureſcunt, præcoces ſcilicet; alter verò plenus erat ficis ſerotinis acerbis, nec maturis: in calatho ſignificatus eſt rex Iechonias, qui Deo placuit, quoniam ſponte ſua, vt prædictum fuerat à Deo, in exilium Babylonicum migrauerat; illud enim parauerat Deus in remedium peccatorum; in ſecundo autem calatho ſignificatus eſt rex impius Sedechias, qui admonitus à Ieremia ne rebellaret Chaldæis, rebellauit, & aufugit, nec remedium oblatum à Deo accepit.

[h] *At in captiuitate per Romanos ſine luce, ſine honore vagantur exules omnibus inuiſi & irriſi.*
Ierem. 48.
Ierem. 24.

82\. Sic igitur oſtendimus Synagogam in exilio Babylonico poſitam fuiſſe in remedium: in [i] exilio autem ſub Romano Imperio in pœnam æternam: nõ caruit autem Synagoga in eo ſtatu confuſione, & irriſione ſuorum amicorum, ſicut proſequitur Ezechiel. in cap. 23. *Propterea*, inquit, *Ooliba: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus ſatiata eſt anima tua*; tunc addit, *naſum tuum, & aures tuas præſcindent.* Confuſa igitur, & irriſa Synagoga ab amicis ſuis inter Babylonios poſita eſt plorans plorando in nocte.

[i] *Etenim Synagoga in primo exilio poſita fuit in remedium: in ſecundo verò in pœnam æternam.*
Ezech. c. 23.

§. V.

Iuſtiùs creditur deploraſſe Ieremiam in hac figura ſecundum excidium Synagogæ per Romanos, in quo cunctis per vniuerſum orbem gentibus inuiſa non modò facta eſt, ſed perpetuò irriſa luget, ac plangit fruſtra.

83\. Crediderim autem, ſicut in præcedenti §. diximus, Ieremiam prophetam vidiſſe eum ſtatum, [l] quem nũc habet miſera Synagoga nulli miſerabilis, cùm ſit miſerrima, idque conuenienti tatione, quia nulla commiſeratione mota eſt in Chriſtum ſeruatorem patientem, vt eleganter proſequitur Leo I. *Serm.* 8. *de paſſione*, vbi ponderat Symonis Cyrenæi factum, ſiue myſterium, de quo dicitur Matth. 26. *Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem; hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius.* Sic igitur dicit Leo ad eum locum: *Non ergo fortuitum, ſed figuratum, & myſticum fuit, vt Iudæis in Chriſtum ſæuientibus, ad compatiendum ei peregrinus occurreret, dicente Apoſtolo, ſi compatimur, & conregnabimus, vt ſacratiſſimo ſaluatoris opprobrio, non Hebræus quiſpiam, nec Iſraelita; ſed alienigena ſubderetur; per hanc enim tranſlationem à circumciſione, ad præputium, à filiis carnalibus ad filios ſpirituales, immaculati agni propitiatio, & omnium ſacramentorum plenitudo tranſibat*: quibus verbis ſatis eleganter ait D. Leo diuinam miſericordiam [m] trãſlatam eſſe ab Hebræis ad Gentiles, propter Hebræorum indolentiam, & crudelitatem in Chriſtum, indignorum omnino commiſeratione Dei, & hominum.

[l] *Vidit vtique, vt creditur, Ieremias propheticè ſtatum, quem nunc habet miſera Synagoga.*
Leo I.
Matth. 26.
[m] *Nunc planè tranſlata eſt miſericordia ab Hebræis ad gentes.*

84\. Id quod prædictum videtur ab Iſaia propheta, *in cap.* 9. præſertim, ſi ſequamur veritatem Hebræam; etenim ante ea verba, quæ ſunt in vulgata editione, *primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon*, in Hebræo ita eſt, ſi ſequamur verſionem Vatabli, *etenim non expediet ſe ſe is, qui ſe in anguſtias huiuſmodi coniecerit*; Hebraice, verbum verbo reddendo, ita legendus eſt locus, *quia non obtenebratus erit propter eum, qui anguſtiis afficitur*: illic enim reddit propheta rationem, propter quam Iudæi deſtituantur diuino auxilio, ac miſericordia, quia, ſcilicet, populus ille crudelis tenebris non inuoluetur, nec mœrore afficietur propter ſupplicium Chriſti, qui propter ſalutem eius mortuus eſt: meritò propterea nec amicos inuenit Synagoga, ſed potiùs hoſtes irriſores, [n] quos potuit ſperare amicos, quia abſque vlla commiſeratione Chriſtum Dominum cruci affixit.

Iſaiæ 9.
Vatablus.
Hebr. text.
[n] *Nec amicos inuenit, ſed irriſores Synagoga ob crudelitatem in Chriſtum ſeruatorem exercitam.*

85\. Hinc eſt illud apud Hieronym. in epiſt. 65. *ſi expedit odiſſe homines, & gentem aliquam deteſtari miro odio aduerſus circumciſis, quia vſque hodie perſequuntur Dominum Ieſum Chriſtum in Synagogis Sathanæ*: quibus verbis fatetur Hieron. ex amico hoſtem factum eſſe Synagogæ, quamuis iurè fraternitatis amicus eſſe debuerit, niſi Synagoga Chriſtum interemiſſet: magis amplificat D. Auguſt. hunc locum *Pſalm.* 39. ad illa verba, *Holocauſta, & pro peccato non poſtulaſti*; vbi docet, non ſolùm vnumquenque fidelem, ſed vniuerſam Eccleſiam Chriſti, inimicam factam eſſe Synagogæ, quæ veluti filia genita fuit. Sic enim habet Auguſt. *Signum circumciſionis relictum* [o] *eſt Iudæis, ſicut Caino propter occiſionem fratris; quemadmodum autem terra, ſuper quam cecidit ſanguis Abel, maledixit Caino, ſic Eccleſia, quæ excepit ſanguinem Chriſti, quem Synagoga effudit, eidem inimica facta eſt.* Videndus erit Plinius *lib.* 13. *Natural. hiſtor. c.* 4. vbi hoſtile odium omnium gentium in Iudæos, ab eo tempore quo [p] Chriſtum occiderunt, oſtendit. *Gens*, inquit, *contumelia Numinis inſignis, ſeu infamis.* Et *lib.* 19. *de Iudæis in C. Theodoſiano*, tetrum nomen Iudæorum appellatur, & vt habet Adrian. Marcel. Iudæi fœtentes appellantur: id quod prædixerat Oſeas in cap. 8. *Deuoratus eſt Iſrael, nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immundum.* Patet igitur iſ verſiſſimè de Synagoga in poſtremo excidio dictum

Hieron.
Aug. Pſalm. 39.
[o] *Cui ſignum circũciſionis relictum eſt, ſicut Caino.*
Plinius.
[p] *Hoſtile odiũ omnium gentium in Iudæos poſt Chriſti occiſionem profitentur gentiles.*
Adri. Marc.
Oſeas 8.

Digitized by Google

dictum eſſe, *Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius*: ex eo enim, quòd ademerit miſericordiam à Chriſto Domino, incurrit in odium omnium gentium, ita vt cùm miſera ſit, nulli miſerabilis videatur.

86. Quòd autem non ſolùm ſit inuiſa Synagoga, ſed etiam irriſa ab omnibus, prætetquam quod quotidiana experientia compertum eſt, illud ſatis oſtendit ea effigies, quæ in nummis Cæſarum Veſpaſiani & Titi dominatorum Iudææ efformata cernitur, quemadmodum aduertit Baronius *tom.1. anna. anno* 74. & Pierius Valetian. *in Hieroglyph. lib.* 50. ſub titulo de Iudæa; nanque in nummis eorum Cæſarum Iudæa depicta erat muliebri ſub effigie, mœſta, prope palmam arborem, manibus quaſi complodens faciem ſuam, cuius hæc erat inſcriptio, *Iudaea capta*: notum eſt autem palmam victoriæ ſignum eſſe, prope quam ſedebat mœſta Iudæa, & capta, fortaſſis, vt ei in memoriam redoceretur gloria veterum triumphorum: mœſtæ, & captæ adiuncta eſt palma in deriſum, & contumeliam. Melius multo hoc idem reperitur in alio nummo, in quo eadem effigies eſt viduæ mœrentis, & prope eam trophæum erectum: id quod exiſtimo factum non ſine diuino conſilio, vt gloria crucis [t] ſit ignominia Iudæorum, atque publica contumelia.

[q] Quibus nō ſolum odio, ſed irriſioni fuiſſe nummi Cæſarum teſtantur.
Baronius.
Pier. Valer.

[t] Qui pulchrè ad maiorem confuſionem captiua Hieroſolyma, trophæum quaſi Chriſti crucē præferebant.

87. Quod vt meliùs intelligamus, aduertendum eſt, vt pulchrè dixit Tertull. in apologetico c. 16. *Cruces inteſtina ſunt trophaeorum, vniuerſa enim gloria trophai ſuſtentatur in cruce defixa in terra*, vt proſequitur Iacob. Bilius *in apologetico cap.* 16. *annot.* 241 & Minutius *in Octauio*, vbi habet, *veſtra trophaa victricia, non tantùm ſimplicis crucis effigiem referunt, verùm & affixi hominis formam imitantur.* Spolia enim capta in ſtipitibus ad modum crucis fixa trophæa dicebantur, quod tum ex picturis antiquis, tum etiam ex veteribus nummis patet apertè: hoc igitur ſuppoſito, iam patet, quàm irriſa ſit ab omnibus miſera Synagoga, vt quæ introducatur ſedens, mœſta, manibus complodens faciem prope crucem triumphantem, hoc enim ſignificat trophæum iuxta poſitum: iam autem certum eſt gloriam triumphantis, irriſionem, & contumeliam eſſe triumphatæ. Si quis autem quærat, cur tandiu defleat irriſa? Dicendum erit, id ita factum eſſe, quia deplorat, non maritum [t] Deum, quem interemit Synagoga, ſed bona dotalia, quæ amiſit, faciatque Deus vt lachrymis potiùs ſponſum, quàm bona dotalia inueniat.

Tertullian.
Bilius.
Minutius.
[ſ] Trophaa enim effigiem crucis referunt.

[t] Tandiu autem durat Synagoga planctus, quia non maritum quem interemit, deplorat, ſed bona dotalia, qua amiſit.

88. Conuenit autem optimè cum hoc poſtremo excidio per Romanos id, quod dictum eſt hoc in loco à propheta, plorando ploraſſe Synagogam [u] in nocte; cuius hæc eſt ratio, vt aduertit Paulus Vvinerus loco citato, quia *Exod.* 35. ita à Moyſe mandatum fuerat Hebræis: *Non ſuccendetis ignem in omnibus habitaculis veſtris* [x] *per diem Sabbathi, in tenebris eos, & obſcuritatibus legis eſſe voluit, donec veniret Rex Meſſias, qui lux eſt mundi, & eos illuminaret*; eſt enim ignis ſymbolum quærentium Deum, vt aduertit Beroald. *in Apuleio lib.* 11. *de transformatione*, vbi aſſerit, ignem accenſum ſymbolum eſſe quærentium Deum, ſicut patet in parabola de virginibus fatuis, & prudentibus, quæ accenſis lampadibus ſuis expectauerunt ſponſum cum ſponſa venientem: meritò igitur plorando plorauit in nocte miſera Synagoga, quandiu non accenſo lumine [z] fidei quæſierit ſponſum amiſſum iuxta præceptum Moyſis *Exodi* 35.

[u] Idea rectè dicitur in nocte plorare,
Vvinerus.
Exod. 35.
[x] Atque per diem Sabbathi ignē non accendere.
Beroald.

[z] Quia adhuc accenſo lumine fidei ſponſum non quæſierit Chriſtum Dominum.

§. VI.

Ad Mores.

Æquè miſerabilis proculdubio eſſet Eccleſiæ, & animæ ſub peccato conditio, atque æternis in ſuppliciis conſtitutæ, niſi de peccatorum venis erumpentes lachrymæ abſorberent omne peccatum.

89. EST autem totus hic locus moralis, in quo, ſcilicet, latet doctrina accommodata ad componendos mores præſertim animæ peccatricis; in hoc enim ſecundo carmine Ieremias, hoc eſt Eccleſia, [a] ſiue vnaquæque anima deplorat miſerum ſtatum peccati, in quem incidit; ſic enim Rupertus Abbas hunc locum intelligit moraliter: ſic ante eum D. Hieron. & Paſchaſius; exiſtimant enim hunc locum non eſſe diſſimilem ab eo, qui eſt apud Iob in cap. 3. *ſit nox illa ſolitaria, nec laude digna*, in qua ſcilicet primus homo peccauit, & per peccatum perdidit decorem Eccleſiæ, atque violauit ſponſalia, ad quæ vocata fuerat Eccleſia iam inde ab æternitate: non plorat autem arbitrio ſuo, ſed miſeratione diuina; Dei enim perſonam induens propheta dixit, *Quomodo ſedet ſola ciuitas*, plenus miſeratione miſeræ Hieruſalem; ex hac autem commiſeratione, ſiue miſericordia Dei, *plorando plorauit* eadem *in nocte*: niſi enim Dominus miſericorditer [b] eam vidiſſet, nunquam ploraſſet; ex eo enim & Petrus fleuit, quia eum reſpexit Ieſus.

[a] Moraliter in hoc ſecundo carmine Eccleſia deplorat ſtatum peccati.
Rupert. Abb.
Hieronym.
Paſchaſius.
Iob 3.

[b] Non ploraſſet autem niſi Deus eā miſericorditer reſpexiſſet.

90. Aduertendum autem eſt, vt notauit Plutarch. *in lib. de tranquil. animi*, quòd malefactorum conſcientia, ſicut vlcus in carne, in animo pœnitentiam relinquit pungentem, atque ſaucianiem: alios enim dolores ratio tollit, pœnitentiam ſolam efficit, vnde dixit D. Ambr. *in lib. de interpell. Iob cap.* 3. explicans illa verba *Pſalm.* 4. *Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini: Remedium*, inquit Ambroſ. *dedit, ſed conſcientiam vulnerauit*; ad hæc autem vulnera curanda, quæ in anima per peccatum relicta ſunt, plagæ oculorum præſentiſſimum [c] remedium ſunt, ſicut eleganter dixit Nazianz. *orat. de Baptiſmo*, loquens de ea viſione, quæ ſubitò facta eſt Paulo de cælo, *per oculorum*, inquit, *plagam tenebris animæ medicinam attulit caleſtis fulgor.* Quibus addenda ſunt ea, quæ dixit optimè Petrus Abbas Cellenſis in Bibliotheca Patrum tom. 9. cap. 12. in l. de panibus, *Angelus*, inquit, *qui nunquam peccauit, & Adam priuſquam peccauerit, non deplorauit*: de fonte igitur peccatorum vena exiliuit omnium lachrymarum; mirum tamen in hoc artificis Dei ingenium, vt lachryma de venis erumpens [d] peccatorum, profuſa humiliter abſorberet omne peccatum, nanque lachryma ſordida lauat, decorat fœda, & Eccleſiam, vt ſit ſine macula, efficit.

Plutarch.
Ambr.
Pſal. 4.
[c] Sunt autem plaga oculorum præſentiſſimum remedium ad curādā vulnera animæ.
Nazianz.
Petr. Abbas.
[d] Lachryma de venis peccatorum erūpens abſorbet omne peccatum.

91. Credibile proinde eſt vidiſſe prophetam hoc in loco Eccleſiam deformatam peccato, per lachrymas reſtitutam ad ſponſum; propterea enim introducit Eccleſiam quaſi viduam deplorantem, atque lachrymas in maxillis habentem: nanque ſicut eleganter aliquando dixit Chryſol.

Chryſolog.

* *Maximè verò viduarum lachryma ad cælum conſcendunt.*

*lachryma viduarum eius ſunt natura, vt ad maxillas vſque deſcendentes ad ipſum vſque * ſupremum cælum conſcendant; multo enim plus aſcendunt, quàm natura aquarum.*

f *Quas putauit amicas anima peccãs inuenit hoſtes.*
Philo.

92. Quòd autem Eccleſia, ſiue quæcunque anima peccatrix, rebelles ſuas appetitiones, quas amicas f exiſtimauerat, hoſtes inuenerit infenſiſſimas, ſicut de amicis Hieruſalem diximus, probat optimè Philo *in libello de mercede meretricis non recipienda in ſacrario*, & *in lib. 2. legis allegoriarum*, cum brutus ſenſus primatum occupat, confuſio vehemens ſequitur, non ſecus quàm Dominis oppreſſis à ſuis ſeruis; tunc enim, ſi vera fatenda ſunt, intellectus accenſus deflagrat ſenſibus flammam miniſtrantibus, ſenſibilia in eum coniicientibus. Ecce quæ videbantur amiciſſimæ noſtræ g appetitiones in hoſtile odium conuerſæ ſunt: vnde bene ponderauit Nicephorus *lib. 11. Eccleſiaſtica hiſtoria, cap.* 36. de Dorotheo Monacho, qui acerbiſſimè tractabat ſuum corpus, rogatus cur tam acerbus hoſtis eſſet ſuæ carnis, reſpondit, quia illa me enecare contendit.

g *Peccantibus enim appetitiones noſtræ in hoſtile odium conuertuntur.*
Nicephor.

93. Dixit ſimilia, & eleganter, Nazianz. *orat. de amore pauperum, pag* 459. vbi grauiter conqueritur, quòd nec rationem, nec modum inueniat, quem inire poſſit cum corpore ſuo, quia mortificatio magna tollit eius vires ad honeſtas actiones, ſi verò non mortificetur, impetum facit in animam, *hoſtis*, inquit, *eſt blandus, & placidus, inſidioſus amicus; ô miram coniunctionem! quod metuo, amplector; quod amo, pertimeſco; antequam bellum geſſerim, redeo; antequam pace fruar, ab eo recedo.* Ad quem locum videndus erit Nicetas commentator Nazianzeni, vbi oſtendit vnionem cum corpore nobis neceſſariam eſſe, & pariter ſeparationem ab eo: vnionem, quia corpus neceſſarium eſt ad optimas actiones: ſeparationem autem, quia rebelles carnis appetitiones impetum faciunt in ipſam animam tanquam hoſtes, quamuis nobis blandiri videantur. Vnde Ambr. *lib.* 1. *de officiis, cap.* 24. docet Abraham, Iſac, & Iacob integras ſuas vitas conſumpſiſſe in coercendis appetitionibus. Poſtremò tandem in hanc ſententiam Prouerb. 5. *fauus diſtillans labia meretricis, nouiſſima autem amara, tanquam abſinthium:* ex quibus iam colligitur animam ſeparatam à Deo ſuas appetitiones inueniſſe infenſiſſimas ſibi, quas exiſtimauerat blandas amicas, ſicut de Hieruſalem dixit propheta hoc in loco.

Nicetas.
h *O rem difficilem, ſeparari cogimur à corpore & amplecti.*
Ambr.
Prouerb. 5.

94. Tamen D. Hieronym.[i] exiſtimat totum hunc verſum *plorans plorauit in nocte*, &c. referendum eſſe ad animam vnamquanque, quæ ſerò tandem defleuit ſua peccata. *Decepta*, inquit, *anima diabolica ſuggeſtione in noctem veniet futuræ perditionis, vbi gemitum dabit perpetuum ſine vlla conſolatione; ipſi enim ſpiritus maligni, qui eam antea per illecebras voluptatum in diuerſa trahebant, tandem in tenebris exterioribus conſtitutam perpetuis cruciatibus punire non ceſſant; tunc hoſtes infeſtos inueniet,*[l] *quos dulciſſimos exiſtimauerat amicos: tunc igitur lachrymandum eſt, cum lachrymæ prodeſſe poſſunt*, vt dixit Bernard. ſerm. 16. ſuper Cantic. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt præueniam* [m] *fletibus fletum.*

* * *

i *D. Hieronymus de plorantu nocturna æterna locum exponit.*
Hieron.
l *Tunc enim hoſtes infenſiſſimos inuenit peccator, quos amicos putauerat.*
Bernard.
m *Niſi præueniatur fletus fletu in tempore.*

§. VII.

BETH.

Pudefacta Synagoga de domo ſanctuarij ad populum barbarum confuſa tranſmigrat; ſed longè fœdiùs de ſtatu gratiæ tranſmutatur ad culpam.

Colligendum tandem vltimò eſt, quorſum Ieremias hoc ſecundũ carmen à litera *Beth* inchoauerit, & cur Eccleſia ſancta eandem literam recitare fecerit ante ipſum carmen dicens, *Beth: plorans plorauit in nocte.* Quod vt apertiùs intelligatur, videndus erit Ambroſ. *Pſalm.* 118. vbi exiſtimat hanc literam alphabeticam, *Beth*, confuſionem ſignificare, quaſi confuſa ſit Synagoga in hac ſua calamitate, quæ ab alio, quàm à Deo auxilium ſperauerat; ſoli enim illi non confunduntur, nec pudefiunt, qui vniuerſas ſuas ſpes in Deo collocarunt, vt dicitur in Pſalm. 21. *In te ſperauerunt, & non ſunt confuſi*, & Roman. 5. *ſpes autem non confundit.* 95.

Ambr.
n *Litera Beth confuſionem ſignificat Synagoga non ſperanti in Deum.*
Pſalm. 21.
Roman. 5.

Exiſtimo autem huic interpretationi Ambroſij addendam eſſe vulgatem, ſecundùm quam *Beth* ſignificat o domum, quaſi in memoriam reduxerit miſera Hieruſalem tempus illud, quando egreſſa eſt domus Iacob *de populo barbaro* læta, & freta diuino auxilio; nunc autem egreditur quaſi de ſanctuario pudefacta, p & confuſa ad populum barbarum. Conuenienter autem pudefacta eſt, quia proprium peccati eſt contomeliam inferre peccatori, ſicut colligitur ex eo loco Geneſ. 25. quando impius Eſau fratri ſuo Iacob dixit, *Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò laſſus ſum, quam ob cauſam vocatum eſt nomen eius Edom*, id eſt, rufus, ſiue pudefactus; ſcelus enim Eſau ipſum confuſione repleuit. Videndus erit Plutarch. *in lib. de ſera Numinis vindicta*, vbi refert de Lyximacho rege, qui ſiti coactus Getis tradidit, & regnum, & libertatem, poſteaquam bibit, & ſe mancipium vidit, confuſus dixit, *heu mea improbitas, qui ob voluptatem tantillam à tanto regno excidi.* Significat igitur litera Hebræa *Beth* in hoc carmine præfixa, eius argumentum eſſe confuſionem ortam à peccato Hebræorum. 96.

o *Significat etiam domũ.*
p *De ſanctuario enim egreditur confuſa ad populum barbarum.*
Gen. 25.
Plutarch.

TRACTATVS IV.

De expoſitione tertij carminis ſub litera, GHIMEL. *Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem ſeruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes perſequutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.* Siue, *de rigoroſa tranſmigratione Babylonica.*

§. I.

Prænotanda ad literalem expoſitionem, & argumentum carminis.

Siccantur præ ſtupore fluentes in oculis prophetæ lachrymæ, dum videt malorum regiæ tribus nullum eſſe finem, quando neque in diruta patria, neque in longiſſimo exilio vel paululum permittitur habere quietis.

97. *Migrauit Iudas.* NOuo iam vtitur argumento propheta in hoc tertio carmine ad amplificandam calamitatem ſuæ gentis, cum dicit: *migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem ſeruitutis: habitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes perſequentes eam apprehenderunt eam inter anguſtias:* nec pluta dixit in hoc tertio carmine, in quo artificioſè ceſſaodum putanit [q] à lachrymis, quas figurata locutione introduxerat in vrbe Hyeroſolyma; ſi enim diutiùs perſeueratet in lachrymis effingendis eidem vrbi, langueret oratio eius, qui deplorat exilium, & infortunium ſuæ gentis, vt aduertit Quintil. *lib.* 6. *cap.* 1. Quanuis autem ceſſauerit à lachrymis Hieroſolymæ, non ceſſauit ab amplificanda [r] calamitate Hebræorum, nec enim ſatis fuit miſeros Hebræos ſediſſe inter patriæ ruinas lamentantes, eoſdemque factos eſſe tributarios, atque amicos ſuos vidiſſe conuerſos in hoſtes; ſed quod duriſſimum eſt, liberum eis non fuiſſe in ardenti patria eandem defleſſe, ſed coacti ſunt [ſ] alienas quærere terras, cùm naturali quadam propenſione vel tuentem pattiam diligamus; ſicut de Ieremia notauit Ioſephus lib. 10. antiq. cap. 12. *Ieremias autem*, inquit ille, *neque ducem ſequi voluit, neque aliò ad habitandum ire, contentus habitare in ruinis patriæ, & eius miſeras reliquias colere.*

[q] Artificiosè ceſſat à lachrymis propheta.

Quintilian.

[r] Sed non ab amplificanda calamitate Hebræorum.

[ſ] Quando quidè coacti ſunt à patria exulare.

Ioſephus.

98. *Tragicus.* Id quod eleganter proſequutus eſt Seneca Tragic. *in Troade, act.* 4. vbi introducit Troianas mulieres miſertimè ferentes ſe abduci à cinere patriæ; ſic enim ille habet:

Quis ſtatus mentis miſeris, vbi omnis
Terra decreſcet, pelaguſque creſcet?
Tum puer matri, genitrixque nato
Troia, qua iaceat, regione monſtrant
Dicet, & longè digito notabit,
Ilium eſt illic, vbi fumus altè
Serpit in cælum.

Et elegantiùs in eadem trágœdia introducit Andromacham conſolantem Hecubam Pollicenæ matrem, quæ Pollicena interimenda erat in ipſa ardenti Troia:

Nos Hecuba, nos nos Hecuba lugenda ſumus,
Quas mota claſſis huc & huc ſparſas feret:
Hanc chara tellus ſedibus patriis teget.

Exiſtimauit enim longè melius eſſe in patria cadente ſepeliri, quàm exulare: quod ſatis expreſſerunt exules Hebræi qui prope flumina Babylonis, & inter virides ſalices præ deſiderio ruinarum patriæ deflebant, vt dicitur in Pſalm. 136. *Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. In ſalicibus in medio eius, ſuſpendimus organa noſtra.* Minùs enim miſerandum exiſtimatunt, inter ruinas patriæ deflere, quàm inter ſalices canere. Hæc igitur eſt vna ratio amplificandæ calamitatis Hebræorum, qua vtitur propheta in hoc tertio carmine, quod ſcilicet tyrannica vi pulſi ſunt à patria ſua.

Pſalm. 136.

[t] Minùs enim miſerandum foret, ſi inter ruinas patriæ deflere permitterentur.

99. Alia autem ratio amplificationis in eo poſita eſt, quòd in exilio, in quod cogebantur tranſire, nullam [u] conſolationem inuenerint; ſolet enim plerunque in exilio cum captis feliciter agi, vt Plutarch. *in Cæſare*, Iubæ Regis captiuitatem fortunatiſſimam dixit: quod etiam idem Plutarch. de Themiſtocle refert, qui exulans apud Perſas dixit, *Perieramus, niſi periſſemus*: quod argumentum proſequitur Tertull. *in lib. de anima*, cum ait: *Nonnunquam in procella confuſis veſtigiis cæli, & freti aliquis portus offenditur proſpero errore; nonnunquam & in tenebris aditus quidam, & exitus cæca felicitate deprehenditur.* Cuius rei domeſtica ſuppetunt exempla eorum, qui feliciter exularunt, cùm miſerè in patria vixerint: hanc autem ſpem denegatam omnino eſſe miſeris Hebræis dixit propheta in hoc tertio carmine ad ea verba: *habitauit inter gentes, nec inuenit requiem.* Ex quibus patet, minùs miſerandum eſſe patriam in ipſa patria lamentari, vt Hebræos introduxit propheta in primo & ſecundo carmine, quàm exulare extra pattiam ſine ſpe alicuius remedij, & conſolationis, ſicut per amplificationem dixit Ieremias in hoc tertio carmine.

[u] Quodque magis dolet, nullam in exilio conſolationem repererunt.

Plutarch.

Tertull.

100. Cognita igitur materia huius tertij carminis, & eius præuiſo argumento, antequam ad expoſitionem accedamus, aperienda eſt vox *Iudas*, quæ in hoc carmine difficultatem facit. *Ieudah* igitur, vnde Iudas tranſtulit noſter interpres, proprium nomen eſt eius filij, qui Iacob quarto loco natus eſt ex Lia, vt dicitur Geneſ. 29. *Quarto concepit Lia, & peperit filium, & ait, Modò confitebor Dominum, ob hoc vocauit eum Iudam*: ab hoc quarto filio vniuerſa eius tribus [x] nomen accepit, cui poſtea adiuncta eſt tribus Benjamin; nam reliquæ, quæ diſceſſerunt à Roboam filio Salomonis ſequutæ Ieroboam regem Iſrael dictæ ſunt: quanuis hoc etiam nomen Iudæ, poſtea temporis deriuatū ſit ad omnes tribus Iſrael, omnes enim nomine Iudæ appellatæ ſunt, ſicut patet *Heſter cap.* 8. vbi vniuerſam gentem Hebræam, Iudæam appellat author illius libri; notauit hoc Tertull. *in apologetico, cap.* 18. cùm ait: *Iudæi nomen recentius eſt, nanque ſtatim in principio eius gentis Hebræa dicta eſt.* Eleganter huius rei rationem dedit D. Auguſt. *lib.* 15. *de ciuitate, cap.* 8. cum aſſerit: *A Iuda filio Iacob inditum eſt nomen genti, & regioni, non ſtatim in principio, ſed progreſſu temporis, poſtquam filij Iudæ, & eius tribus egregia facinora patrarunt in laudem; & gloriam Gentis Hebrææ.* Quod etiam dixit Ambroſ. *lib.* 4. *de ſacramentis c.* 3. Eiuſdem ſanguinis Ioſephus *lib.* 17. *antiquit. cap.* 5. poſt tranſmigrationem [z] Babylonicam, & reſtitutam gentem Hebræam in ſuam patriam, qui Hebræi dicebantur, Iudæi appellati ſunt, id eſt, communiter apud omnes ita nominati: ita videtur docere Hieronym. *in c.* 1. *Sophoniæ.*

Gen 29.

[x] Iudas ſupponit pro tribu regia, & Benjamin.

Heſter 8.

Tertullian.

Aug.

Ambr.

[z] Poſt tranſmigrationem verò accipitur pro gente Hebræa.

Hieron.

101. Iudas igitur hoc in loco ſignificat præſertim gentem Hebræam ex tribu Iuda, & ex tribu Benjamin; hæc enim gens expugnata eſt à Nabuchodonozor, regnum ſcilicet Iudæ, quod conſtabat ex tribu Iudæ, & ex tribu Benjamin. Appoſitè igitur propheta ad amplificandam calamitatem Hebræorum, dixit: *Migrauit Iudas*, id eſt, regius ſanguis regiumque diadema, (nanque ex ea tribu reges erant) captiuum deducitur in Babylonem, & ad Barbaros.

§. I I.

Ad Literam. Prima expoſitio.

Iuxta paraphraſim Chaldaicam, & Rabbinos, propterea inuenerunt Iudam hæc mala, quia duriſſima affligebant ſeruitute fratres ſuos Iſraelitas: quodque magis eſt, ſuos etiam contribules, viduas, & pupillos iniuſtis grauaminibus opprimebant.

102. *Propter afflictionem, & multitudinem ſeruitutis.* His iam ſuppoſitis, prima expoſitio huius carminis ſit ea, quæ eſt apud Paraphraſim [a] Chaldaicam, *Abierunt*, inquit, *viri domus Iuda in tranſmigrationem pro eo, quod affligebant pupillos, & viduas, & propter multitudinem ſeruitutis ad quam adigebant fratres ſuos filios Iſrael, & non prædicauerunt libertatem ſeruis ſuis, & ancillis ſuis, qui erant de cognatione Iſrael, ideo traditi ſunt in manus populorum, & cætus domus* [b] *Iuda habitauit in medio Barbarorum, & non inuenit requiem propter afflictionem viduarum, & ſeruitutem miſeram ſuorum ſeruorum.* Ita quòd per afflictionem intelligant miſeras viduas, & pupillos; per ſeruitutem autem duram conditionem, quam ſerui habebant apud dominos Hebræos. Erat autem contra præceptum diuinum quæuis afflictio viduarum, & pupillorum, vt dicitur Exodi 22. *Viduæ & pupillo non nocebitis*, quod Hebraicè ita habetur, *viduam, & pupillum non affligetis, propterea quod ſunt corde vulnerati.* Quæ eſt ratio, cur in patrocinium diuinum miſeras viduas, & pupillos acceperit diuina prouidentia, ſicut ex ſecundo *lib. Machabaer. cap.* 3. colligit Ambr. *lib.* 2. *officior. cap.* 29. cùm docet Heliodorum de cælo tactum eſſe quòd ærarium eripere voluerit, in quo bona vidoarum continebantur. Reddit Philo rationem in *lib. de victimas offerentibus.* cur Deus poſthabitis regibus, dynaſtis, atque tyrannis, humiles dignetur hoc priuilegio, eos tuendi, & iudicandi; profitetur enim [c] tutelam viduarum, & pupillorum, *quia hæ maritis, illi parentibus orbati ſunt: quibus humana ope deſtitutis nullum aliud auxilium relinquitur.*

[a] Paraphraſis Chaldaica expoſitio.

[b] Habitauit Iudas in medio Barbarorum ſine requie, propterea quod miſerè affligebat viduas, & pupillos.

Exod. 22.

Ambr.

Philo.

[c] Quorum Deus profitetur tutelam.

103. Similia dixit Tertull. *in lib. ad vxorem cap.* 8. id quod etiam aduerterat Heſiodus *in lib.* cui titulum fecit, *Opera & dies*, vbi, *iuſtitiam* vocat *filiam Dei, quam ſi quis violet in terra ad patrem Deum clamabit, & eius opem continuò impetrabit.* Quem locum refert Plato *in dialog.* 12. *de legibus*, vbi docet miſerorum cauſas proprias Dei eſſe, proinde neminem pupillum, aut viduam lædendam eſſe iniuſtiria, ne Deum hoſtem inueniat. Plus aliquid voluit D. Paul. 1. *ad Timoth.* 5. vbi ex ſententia Ioannis Chryſoſtom. *in epiſt. ad viduam iuniorem*, probat viduas orbatas Deum inuenire ſolitas ſponſum, ſimiliterque pupillos Deum parentem, ex verbis Pauli in loco citato; ſic enim Paulus dixit: *Cùm enim luxuriatæ fuerint, in Chriſtum nubere volunt.* Quibus verbis docet Paulus, mulieres, quæ ſuos viros amiſerunt, in eorum locum inuenire ſolitas ipſum Deum; ſimiliterque pupillos, qui parentes perdiderunt. Hæc diximus, vt non ſit mirum, ſi putauerit Paraphraſis Chaldaica propter læſas viduas Hebræas, & offenſos Hebræorum pupillos, vniuerſum regnum Iudæ exulaſſe à patriis ſedibus.

Tertull.

Heſiodus.

Plato.

Chryſoſt.

1. Timoth. 5.

Adiungit autem propheta etiam, *propter multitudinem ſeruitutis*, quia ſeruos Hebræos opprimebant, migraſſe Iudam, [d] quia contra legem Dei, & humanam conditionem Hebræos ſeruos Hebræi opprimebant, qua de re lata lex fuerat à Deo Exodi 21. *Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi, in ſeptimo egredietur liber gratis*: quæ eadem lex repetita fuit Deuteronomij 15. contra quam praui Iſraelitæ opprimebant fratres ſuos ſeruitute; quod Ieremias voluiſſe videtur cum dixit, *propter multitudinem ſeruitutis.* In cuius expoſitionis confirmationem, eſt alius locus apud Ieremiam in cap. 34. vbi notat propheta propter ſeruitutem Hebræorum ſeruorum è propria patria expellendos eſſe vniuerſos Hebræos; qui locus videndus erit etiam, præſertim expoſitio Nicolai de Lyra ad eundem locum, eſt enim elegantiſſima, & accommodata ad confirmationem huius expoſitionis. 104.

[d] Exulauit Iudas, quia ſeruos Hebræos contra legem opprimebat, Exod. 21. & Deut. 15.

Ierem. 34.

Lyran.

Prætérquàm quòd autem huiuſmodi ſeruitus acerba fuerit contra legem diuinam, eſt inhumana, & contra ipſam [e] naturam hominum, ſicut proſequitur Seneca *in epiſt.* 47. *ad Lucilium*, vbi valde amicum laudat, quòd familiariter cum ſuis ſeruis viueret: *Hoc*, inquit, *prudentiam tuam, hoc eruditionem tuam decet, ſerui ſunt, imò homines, imò humiles amici; ſi cogitaueris tantumdem in vtroſque fortunam poſſe, tam tu illum ingenuum videre poteris, quàm ille te ſeruum. Non contemnas igitur eius fortunæ hominem, in quam tranſire poteris, quoties in mentem venerit, quantum tibi in ſeruum liceat; veniat in mentem tantundem in te domino tuo licere; hæc tamen præcepti mei ſumma eſt, ſic cum inferiori viue, quemadmodum tecum ſuperiorem velis viuere*; id quod etiam tragicus Seneca dixit, 105.

[e] Et contra ipſam naturam hominũ, gentiles ſuis vexabat ſeruitute.

Seneca.

Quidquid à vobis minor extimeſcit,
Maius hoc vobis Dominus minatur. Tragicus.

Ex quibus iam colligitur exiſtimaſſe Paraphraſim Chaldaicam, *propter afflictionem*, intelligendam eſſe hoc in loco viduas afflictas; *per multitudinem* autem *ſeruitutis*, intelligendos ſeruos Hebræos, quos acerbè opprimebant Hebræi; quaſi hæc fuerit cauſa exilij Iudæ. In hac autem duplici cauſa tranſmigrationis Iudæ voluit propheta de mente Chaldaicæ paraphraſis ſignificare propter iniuſtitiam Hebræorum tranſlatum fuiſſe Iudam [f] in exilium, iniuſtitia enim maximè cernitur in perſonis miſerabilibus, quales ſunt viduæ, pupilli, & ſerui, deſtituti maiorum præſidio. Vnde Heſiodus vt iniuſtitiam oſtenderet, virginem violatam introduxit, cuius parens in cælo, & non in terra reſidebat.

[f] Sicque propter iniuſtitiam in exilium miſſus eſt Iudas. Heſiodus.

Confirmat hanc expoſitionem Paraphraſis Chaldaicæ Rabbi Ioſeph. *in Comm. in Thren.* cuius expoſitio neceſſariò referenda eſt, quoniam doctrinam affert accommodatam ad clariùs intelligendum hunc locum, quanuis nos eius expoſitionem non ſequamur, ſic enim habet: *Quando pœna aliqua propter peccatum deſcendit à diuina prouidentia, ea triplex poteſt eſſe, iuxta ſceleris magnitudinem, & grauitatem, quod hoc exemplo fit clarum. Habuerat herus aliquis nobilis ſeruum, cui omnia crediderat, & in cuius fide vniuerſa eius domus inclinata ſtabat, peccauit hic contra dominum ſuum, non tamen ita grauiter in eo puniendus eſt, quòd à domini gratia excidat,* 106.

Rab. Ioſeph.

[g] Præcedens expoſitio ex alio roboratur.

neque

neque ampliùs caram habeat eius domus: hic eſt primus gradus pœnæ: Si tamen grauius peccauerit in dominum, non modò excidet à gratia eius, ſed in domini incurret indignationem, vitamque amittet, niſi eam fuga redemerit: [h] *quod ſi grauius adhuc ſit peccatum, non ſolum gratiam amittet, & vitam perdet, ſed vniuerſa bona eius ei, quem infenſiſſimum hoſtem habuerat in vita, liberè donabantur.* Exemplum huius rei eſt in lib. Heſter à cap. 5. vſque ad 8. vbi Aman gratiam Aſſueri regis perdidit, & in regis indignationem incurrens, vita, & bonis omnibus priuatus eſt, & quæ habuerat bona, eadem Heſter, & Mardocheo Hebræo, regia beneficentia collata ſunt. His ſuppoſitis accedit Rabbinus ad expoſitionem huius loci: *Iudas, qui ſeruus atrienſis, ſiue aulicus erat Dei, & ingratiſſimus eidem fuerat, pulſus eſt à terra* [i] *ſancta, tanquam ab aula regia, quam adminiſtrabat in Hieruſalem, incurrenſque in furorem, & indignationem Dei, vniuerſa bona ſua vidit tranſlata eſſe ad inimicos ſuos Chaldæos, idque propter afflictionem viduarum, & pupillorum, & propter acerbam ſeruitutem ſeruorum Hebræorum contra præcepta diuina; & leges naturæ, quæ oppoſitum prædicabant.*

[h] *Ex ſimilitudine ſerui incurrentis in grauiſſimã Domini indignationem.* Heſter. 5. & 8.

[i] *Colligitur Iudas pulſus è terra ſua, propter indignationem Dei, quam promeruit in afflictione ſeruorum.*

§. III.

Ad Literam ſententia Authoris.

Præcedens expoſitio non probatur; neque enim propheta hic cauſas exterminij Iudæ narrat, ſed malorum multitudinem, quibus in eo ſtatu miſer Iudææ populus vnà cum Rege, & Duce ſuo afflictabatur.

107. QVanuis autem placeat hæc gradatio pœnæ, diſplicet [l] expoſitio; nec enim exiſtimo hoc in loco Ieremiam cauſam exilij Iudæ voluiſſe aſſignare, ſed exilij acerbitatem tantùm; dicturus enim propheta eſt inferiùs, quæ fuerit cauſa tantorum malorum; ita inſinuat D. Hieronym. dicendum eſſe hoc in loco. Hanc amplexatus eſt expoſitionem noſter Luſitanus, vt ſit ſenſus, propter multitudinem ſeruitutis, qua ſeruiebant apud Chaldæos miſeri Hebræi, & propter eorundem afflictionem, duriſſimum factum eſt exilium, in quo, ſcilicet, nulla dabatur requies. Nobis fauet diuinus propheta inferiùs *in cap. 5.* cum dixit, *& laſſis non dabatur requies*; quod idem prædixerat Iſaias *cap. 47. non poſuiſti ei miſericordias, ſuper ſenem aggrauaſti iugum tuum.* Ex quibus iam patet, afflictionem potiùs captiuorum in his verbis ſignificatam eſſe, quàm viduarum, & duram potiùs ſeruitutem Hebræorum, quàm ſeruorum eiuſdem populi Hebræi, quam habebant, quando res Hebræorum integræ erant.

[l] *Noſtra expoſitio probatur, neque enim de cauſa exilij, ſed de acerbitate hic agitur.* Hieron. Figeiro.

Iſaiaſ. 47.

108. Confirmatur hæc eadem expoſitio ex textu [m] Hebræo, quem fideliter tranſtulit Pagninus, & & eam refert Vatabl. ad hunc fermè modum: *Transmigrauit Iudas præ afflictione, & præ graui ſeruitute, habita ipſa inter gentes, requiem non inueniens,* hoc eſt, exulat inter gentes barbaras ſine vlla animi tranquillitate, vel corporis: proindeque non agit hoc in loco propheta de afflictione viduarum, vel de ſeruitute Hebræorum ſeruorum, ſed de acerba conditione captiuorum Hebræorum apud Chaldæos. Migrauit igitur vni-

[m] *Idque ex Hebræa litera adſtruitur.* Pagninus. Vatabl.

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

uerſum regnum Iudææ effuſo ſanguine regio priùs ante oculos parentis Regis Sedeciæ: deinde erutis oculis ab ipſo Rege, tranſlatus cum populo eſt Rex, ita tamen vt oculi regij [n] ſequerentur lachrymas, ſicut de Ædippo dixit Tragicus in Ædippo.

—— *Haſtenus fundent leuem*
Oculi liquorem, ſedibus pulſi ſuis
Lachrymas ſequentur.

Sic enim fieri ſolet in grauiſſima calamitate.

[n] *Quid acerbius, quàm vt oculi Regis ſedibus ſuis pulſi lachrymas ſequerentur.* Tragicus.

Notandum tamen illud eſt in hoc exilio neminem fuiſſe ſuffectum Regem in locum Sedeciæ; intacta tamen regia, ſiue iudiciaria [o] poteſtas adhuc erat penès Hebræos in Chaldæa: quamuis perfidè voluerint oppoſitum aliqui Hebræi, exiſtimantes per errorem, de hoc excidio intelligendum eſſe locum Geneſ. 49. *Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus eſt,* Hunc autem exiſtimarunt eſſe Nabuchodonozor, cum non ſit niſi Rex Meſſias, qui eo tempore natus eſt, quo regnabat Herodes alienigena beneficio Romanorum; tunc enim [p] ſceptrum Iudæ defecit, ita quòd hæc differentia ſit inter Synagogã ſub eo primo exilio, quo tranſlata eſt cum regibus, & inter Synagogam in excidio Romano, quæ tranſlata eſt ſine rege, & iudiciaria poteſtate; iam enim defecerat regnum Iudæ per Herodem alienigenam. 109.

[o] *Intacta tamen regia, & iudiciaria poteſtas manſit in hoc exilio, contra Rabbinorum commentum.* Gen. 49.

[p] *Neque defecit ante regnum Herodis Idumæi.*

110. *Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias.* { Quod autem propheta dixit, *Omnes perſecutores eius apprehenderunt eam inter anguſtias*, id eſt, in loco arcto, per inſidias paratas ab hoſtibus; ſolent enim hoſtes in bello deducere inimicos ſuos ad eas locorum anguſtias, vnde nemini effugium pateat; eſt enim in his verbis ſimilitudo petita à re bellica, qua oſtendit propheta neminem Hebræorum [q] euaſiſſe, vel à morte, vel ab exilio; ſunt enim veluti deducti omnes in paratas inſidias, vnde nemo euaſit. Exiſtimo enim vniuerſum hunc locum non eſſe intelligendum de transfugis Hebræorum, qui tempore obſidionis, fame, peſtilentia, & metu mortis acti effugerunt ad finitimos populos, de quibus dixerat Iſaias *in cap. 16.* loquens cum Moab, *Habitabunt apud te profugi mei, Moab eſto latibulum eorum à facie vaſtatoris.* Et *in cap.* 21. loquens diuinum oraculum cum Arabibus dixit: *Occurrentes ſitienti ferte aquam, qui habitatis terram Auſtri, cum panibus occurrite fugienti, à facie enim gladiorum fugerunt.* Quem ſenſum plerique ſequuntur: verùm grauiores interpretes, non de aliquibus profugis, ſed de vniuerſo [r] regno Iudæ intelligendum putant hunc locum, *migrauit Iudas*, quod forma loquendi prophetica ſatis inſinuat, migraſſe, ſcilicet, vniuerſum regnum in Chaldæam, non autem profugiſſe aliquos ex Hieruſalem ad finitimos populos.

[q] *Nullus Hebræorum in hoc excidio mortem, vel exilium euaſit.*

Iſai. 16. & 21.

[r] *Vniuerſum enim regnum tranſlatum eſt Babylonẽ.*

§. IV.

Ad allegoriam.

Primi excidij damna ſine figura ſunt in hoc loco, ſed non ſiſtit in illo mens prophetæ, quin imò ſecundum, & perpetuum per Romanos exterminium in viſione Dei ſtupens vehementiori dolore corripitur.

EXplicata litera huius tertij carminis, conſequens eſt, vt ad prophetiam, ſeu allegoriam accedamus. Qua in re ſi dicendum eſt de ſtatu, quem Synagoga habuit in exilio Babylonico, nihil reſtat aduertendum; etenim ſine metaphora, & ſine aliqua figura loquutus eſt propheta de ea, dixitque captiuam ductam eſſe in Babyloniam, adhuc durante ſanguine regio Iudæ, atque aliquibus ſacerdotibus. Quod igitur doler prophetice Ieremias, eſt poſtremum [f] exilium per Romanos, quando iam defecerat ſceptrum regium, & extinctus erat ſanguis Iudæ, atque interemptus in Cruce Rex ſacerdos, Meſſias, Dominus, proindeque ſine rege, ſine duce, ſine ſacerdote captiua ducta eſt Synagoga de terra ſua, diſperſaque miſerrimè per vniuerſum orbem, de cuius afflictione, ac acerba ſeruitute ſub imperio Romano non alius videndus erit, quàm Ioſephus Iudæus, *lib. 7. de bello, cap. 17.* vbi ſic docet: *Captiuorum, qui toto bello comprehenſi ſunt, 975. millium comprehenſus eſt numerus: Mortuorum vndecies centum millia.* Videndus idem erit *in cap. 20.* vbi docet, Titum Cæſarem vt natalem diem fratris ſui celebraret, beſtiis, & ignibus dediſſe 2500. Hebræos; addit autem, *Omnia tamen Romanis videbantur, licet mille modis [t] illi conſumerentur, minus eſſe ſupplicij.* Multo plures in Phœnicia, vt celebrem redderent natalem patris ſui Veſpaſiani interimendos dedit. Denique *lib. 7. cap. 26.* docet Cæſarem mandaſſe, vt procurator Iudææ eam terram venderet, deſertamque relinqueret; ſtipendium verò, vbicunque degerent, Iudæis indixit, binas dracmas ſingulis annis, deferendas tamen in Capitolium. Hunc ſtatum habuit Synagoga poſt exilium Romanorum, habebitque [u] perpetuò, quandiu Chriſtum Dominum Deum non receperit.

[f] Poſtremum item exilium per Romanos defiet Ieremias in ſpiritu viſionis Dei.

Ioſephus.

[t] In quo licet mille modis conſumerentur Iudæi, minus eſſe ſupplicij putabatur à gentibus.

[u] Quem ſtatum vſque hodie retinèt in vniuerſo orbe.

§. V.

Ad Mores.

Peccatum hominis ſeruire facit Eccleſiam, & animam, dumque peccando libertatem quæſiuit, in manus ſuarum concupiſcentiarum veluti in vincula traditur Dominorum crudelium.

112. IAm moraliter explicandus eſt locus de excidio Hieruſalem, quæ eſt Eccleſia, & de vnaquaque anima à Deo exulante: certum autem eſt Iudæ [x] nomine ſignificatam eſſe Eccleſiam, quæ *confeſſio*, ſiue *laudatio* appellatur, iuxta illud *Pſal. 121. Illuc enim aſcenderunt tribus tribus Domini teſtimonium Iſrael*, id eſt, conuenerunt omnes tribus Hebrææ in ſanctam Hieruſalem. Si autem quæras, quorſum conuenerant, reſpondet Regius vates, *ad confitendum nomini Domini*, hoc enim eſt officium Eccleſiæ laudare, & confiteri Deum. Tunc Rupertus ita connectit allegoriam, *eiecta eſt Eccleſia, quaſi de Sanctuario, exul, & extorris, & à patria, & à Deo, à luce ad tenebras, à requie ad laborem, à regno ad captiuitatem, à patre ad hoſtem, à vita ad mortem.* Si quis autem quærat, cur migrauerit, nanque illud ſponte factum eſt, cum verbum migrandi Hebræum, & ſpontaneam mutationem, & violentam etiam ſignificet. *Mirares*, inquit Rupertus, *propter afflictionem, & multitudinem ſeruitutis, & ideo migrauit? non vtique, ſed ſufficientiam, & libertatem ſibi acquirere [z] exiſtimauit. Verum quidquid illud eſt, quod hoc modo quæſiuerit extra Deum, illud nihil aliud eſt, quàm afflictio, & ſeruitus. Mira, & mirabilis deceptio migrantis, quia dum migrat ſpe diuinitatis, quam fallax ſerpens promiſit, nihil aliud inuenit, quàm afflictionem, & multitudinem ſeruitutis, à qua nemo effugium inuenit, niſi vnica, & ſola Virgo Deipara, idque ſingulari Dei beneficio.*

[x] Moraliter Iuda nomine, Eccleſia deſignatur, vel vnaquæque anima.

Pſalm. 121.

Rupert.

Idem.

[z] Quæ dum libertatem & ſufficientiam peccando quæſiuit, afflictionem, & ſeruitutem offendit extremam.

Clarius hoc cernitur in miſera anima dum 113.
per peccatum [a] exulat à Deo; id quod eleganter dixit Philo, *in lib de congreſſ. quærend. eruditionis gratia*, vbi ſub allegoria Eliphæ, qui filius fuit Eſau *Geneſ. 36.* & Amalech eius filij eleganter oſtendit exilium animæ à Deo ſeparatæ, eiuſque afflictionem, & miſeram ſeruitutem: Amalech autem vocatur *populus conſumens extra ſe*, cuius pater *Eliphas* interpretatur, *Deus me diſperſit*; cùm primò autem anima diſſipatur, & reiicitur à Deo, ſtatim hic brutus affectus Amalech naſcitur, omnia bona animæ conſumens, eamque in miſeram ſeruitutem deiiciens. Nanque Deus iniuſtam, impiamque animam, fucatam à ſe ipſo longiſſimè diſſipat in locum [b] voluptatis concupiſcentiarum, & facinorum; qui locus impiorum vocatur aptiùs, quàm ille fabuloſus apud inferos: *reuera infernus nihil aliud eſt, quàm vita impij, & ſcelerati hominis.* Fallitur & errat Philo in eo quòd aſſerit, fabuloſum eſſe inferni locum, reuera nanque infernus eſt locus deputatus à Deo in ſceleratorum hominum pœnas iuxta fidem, & ſacram Scripturam: in eo autem quod aſſerit, non diſſimilem eſſe animam voluptatibus deditam ipſi inferno, ſatis accommodatè loquitur ad miſerum ſtatum ſceleratorum hominum, in quem incurrerunt recedentes à Deo, atque ſequentes ſuas appetitiones: migrarunt enim à Deo ad acerbam ſeruitutem, & afflictionem, vt propheta dixit hoc in loco.

[a] Sed & anima per peccatum à Deo recedens.

Philo.

[b] In locum voluptatum tanquam in exilium deſcitur.

[c] Migrans in acerbam ſeruitutem, & afflictionem.

Id quod ſponſus *in Cantic. cap. 6.* aduertere 114.
voluit ſponſæ ſuæ rantiſper recedenti ab ſponſo, vt ad eum locum velle videtur Gregorius Mag. Quod vt meliùs intelligatur, ſupponendum eſt in ea hiſtoria, voluptatis gratia deſcendiſſe ſponſam in hortum nucis, quo fortaſſe tempore ſponſus cum amicis, & familiaribus ſuis in quadriga regia vehebatur; quam hiſtoriam ipſa enarrauit poſtea ſuis contribulibus adoleſcentulis, dicens, *neſciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab*, id eſt, propter currum regium Principis populi noſtri, hoc enim ſignificat *Aminadab*; pene paſſa ſum animi deliquium, ibam enim incauta per vallem ad hortum meum, cum ſponſum clamantem, cum cæteris amicis offendi, in quibus neceſſariò adumbratus eſt Deus, cum cæteris cæleſtibus ſpiritibus; hæc autem de longè clamabat ſponſus, *reuertere, reuertere Sulamitis*, ſic enim legẽdum, & non Sunamitis, *reuertere reuertere, vt intueamur te*: quæ verborum repetitio maximam vim habet ad exprimendum periculum, in quod incurrebat [d] ſponſa properans in hortum delitiarum; admonuit enim ſponſus eam, ne deſcenderet in locum delitiarum, in quo periculum inſtabat grauiſſimum, eandem reuocans ad ſuam pacem, & tranquillitatem; propterea enim Sulamitem eam vocauit, id eſt, pacificam, vt ne quietem, & tranquillitatem amitteret inter delitias, quam habebat cum Deo. Aduertendum autem eſt addidiſſe ſponſum

Greg. Mag.

Cantic. 6.

Ibidem.

[d] Quod in periculum ne incurreret ſponſa ſedulò monetur ab ſponſo, vt reuertatur de loco delitiarum.

ſponſum habentem putam honotis, & decotis ſponſam ſuã, *quid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum?* Admonuit enim cætetos commilitones, quòd quamuis in hortum deſcenderit, armata deſcenderet: niſi malis, nec armatam deſcendere debuiſſe in peticulum, ne omnes perſequutores eius apptebenderent eam inter anguſtias, id eſt, ne voluptatibus caperetur. Quibus addenda ſunt

Ambr. ea, quæ habet Ambr. *in lib. de Viduis*, vbi inter cætera ita habet: *reminiſcamur vbi Suſanna, vbi Anna, vbi Maria ſint reperta, nupta in paradiſo, vidua in templo, Virgo in ſecreto: Virginem igitur in ſecreto Deus ſibi matrem fecit, viduam in templo conſolatus eſt: ſed nupta Suſanna periclitata eſt in paradiſo voluptatis,[e] nam Suſannam, quaſi animam inter anguſtias deliciarum apprehenderunt omnes eius perſequutores, vt de Bethſabee legitur*

[e] *In quo ſem. per pericula certa ſunt.*

2.Reg.11. 2.Reg.11. *qua capta eſt in lauacro, & de Dauide, qui comprehenſus in ſolario eſt.*

§. VI.

GHIMEL.

Stipendia, ac retributionem ſuorum ſcelerum non potuit non recipere ſceleratus Iudas, & Synagoga.

115. SEruantes eandem viam, quam tenuimus in primo & ſecundo carmine, in hoc etiam tertio dicendum eſt, cur Ieremias illud auſpicari voluerit a litera *Ghimel*, quæ tertia eſt in ordine alphabetico. Sciendum propterea eſt, ſi ad fontem Hebræum recurramus, eam ſignificare retributionem, [f] in vtramuis tamen partem, ſiue retributio ſignificetur, & ſit præmium recte factorum, ſiue ſtipendium, ſiue pœna peccatorum; vtranque enim retributionem eadem vox Hebræa ſignificat, proinde opportunè *Ghimel*, præfixum eſt huic tertio carmini, in quo completur retributio Hebræorum transmigrantium de terra ſancta ad barbaram, quæ eſt iuſtiſſima retributio ſuorum ſcelerum: primum nanque ſupplicium ſceleratorum hominum eſt exulaſſe à Deo, & à patria, id quod proſequitur Philo *in lib. 2. legis allegoriar.* explicans ea verba Geneſ. in c. 3. *Abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini. Hic*, inquit, *introducitur dogma, quo docemur, omne malum eſſe exulem*: quibus habet ſimilia idem Philo *in lib. de congreſſ. quærend. erudit. grat.* explicans ea verba Moyſis in Cantico eius, quæ habentur Deuter. 32. *Quando diuidebat Altiſſimus gentes, quando ſeparabat filios Adam, conſtituit terminos populorum*; ſic enim eum locum intelligit Hebræus; *quando diuiſit Altiſſimus gentes, & diſperſit filios Adam, terrenos* ſcilicet, *omnes, & nullius videndi boni cæleſtis cupidos, abiecit diſperſos, & extorres, quaſi ſtipendium ſceleris ſit* [g] *exilium, ac aliæ calamitates*: id quod pulcherrima antitheſi explicuit Regius vates in Pſalm. 64. quemadmodum eum locum inter cæteros optimè expoſuit Genebrardus, cum habet rex propheta, *Verba iniquorum præualuerunt ſuper nos, & impietatibus noſtris tu propitiaberis*: opponit enim perſequutiones impiorum hominum ſibi factas ſuis ſceleribus, & iniquitatibus, quaſi perſequutio, ſcelerum ſit retributio. Senſus enim eorum verborum talis eſt, infeſtos habemus ſceleratos homines, idque propter noſtra ſcelera, in te, eſto tu Domine propitius ſceleribus, vt ceſſent impiorum in nos calamitates.

[f] Ghimel *retributionem & malam, & bonam ſignificat.*

Philo. Gen. 3. Deut. 32.

[g] *Stipēdium ſcelerũ, exiliũ & alia calamitates.*

Pſalm. 64.

116. Videndus erit D. Auguſt. *ſuper Pſalm. 71.* ad ea verba: *ex vſuris, & iniquitatibus redimet animas eorum*, vbi oſtendit ad Meſſiam Dominum pertinere peccatores liberare a ſuorum ſcelerum retributione, quam per vſuram ſignificauit; plus enim ſupplicij ſoluunt, quàm commiſſum ſit ſceleris; nanque cum homicida corpus tantùm hominis perimat, animæ autem nihil nocere poſſit, ipſius anima, & corpus perditur in gehenna. Ieremias igitur, vt redditam retributionem [h] ſceleribus Hebræorum oſtenderet, exilium in Babylonia à *Ghimel* voluit inchoare hoc tertium carmen, quorum retributionem ſignificat. Quibus ſi addas eandem vocem Hebræam plerunque etiam plenitudinem ſignificare, inuenies plenam, & iuſtam retributionem ſcelerum Hebræorum fuiſſe transmigrationem de Sanctuario, hoc eſt, de terra ſancta ad barbaros Chaldæos, & prophanos.

Aug. Pſalm. 71.

[h] *Retributionem ſuorum ſcelerum Hebrais præfixa litera declarat.*

TRACTATVS V.

De expoſitione quarti carminis ſub litera, DALETH. *Viæ Sion lugent, eo quòd non ſint, qui veniant ad ſolemnitatem: Omnes portæ eius deſtructæ: ſacerdotes eius gementes: virgines eius ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine.* Siue, *de exterminio Ciuitatis ſanctæ & Templi.*

§. I.

Prænotanda ad literam, & argumentum de ſitu vrbis Sion, cuius per partes iam proſequitur calamitates propheta.

117. *Via Sion.* HIs verbis continetur hoc quartum carmen: *Viæ Sion lugent, eo quòd non ſint, qui veniant ad ſolemnitatem: omnes portæ eius deſtructæ: ſacerdotes eius gementes: virgines eius ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine.* Nec plura continentur in hoc quarto carmine. Eius autem argumentum videtur eſſe illud omne, quod in primo, ſecundo, & tertio carmine deplorabat, cum hac tamen differentia, quòd in prioribus tribus carminibus in ſumma dixit de calamitate, & miſeria totius vrbis; nunc autem [i] per partes, ſicut fieri ſolet in vehementibus doloribus eandem calamitatem deplorat, incipiens à cacumine montis Sion; deinde deſcendens ad montem Moria, in quo factum templum ædificatum fuerat: deinde deſcendit ad cæteram vrbem Hieroſolymam, carmen concludens eleganti epiphonemate, ſcilicet, *& ipſa oppreſſa eſt amaritudine.*

[i] *Quod in ſuperioribus carminibus ſummatim dixerat, hîc per partes iã explicat.*

118. Illud autem ante quancunque expoſitionem

[l] *Mons Sion pars ſuperior Hieruſalem.*

aduertendum eſt, montem Sion, partem eſſe vrbis Hieroſolymæ [l] ſuperiorem, & præcipuam, vt quæ mons Domiui, & mons ſanctus fuerit appellata, ſicut dicitur *in Pſalm.2.* is autem mons cæteris omnibus excelſior eſt, cuius verticem primò Iebuſæi valida arce munierunt, ambitum autem eius firmis, ac altis muris cinxerunt, quos cum Dauid expuliſſet à vertice illius montis, atcem, muros, turres, ac portas validiores ædificauit, montiſque planitiem interiorem in plateas, & vicos diſtinxit, atque in ſummo montis, ſibi, ſuiſque poſteris ampliſſimum palatium extruxit, proinde eam partem vrbis, ciuitatem [m] Dauid, ſiue ſuperiorem partem vrbis appellauit: ab hoc autem monte, quaſi partus quidam eius excreſcit mons *Moria*, in quo olim Abraham filium ſuum Iſacum ſacrificare properauit, qui appellatur *mons filia Sion*, ſiue *mons templi*, ſoleique nomine Sionis appellati, quia mons Sion vnicus cùm ſit biceps [n] eſt, & ab hac parte, ſeu ab hoc monte *Moria*, totus mons Sion, *pars ſacra* appellatur, ſiue *mons Dei*, vel *mons ſanctus*: in hoc Rex Salomon auguſtiſſimum templum à primis fundamentis erexit in miraculum totius orbis, in eodemque ampliſſimum palatium regium ſibi, ſuiſque hæredibus ædificauit: ab his montibus in planitiem excurrit reliqua pars vrbis Hieroſolymæ, cuius veluti corona eſt, & propugnaculum, ea munitiſſima arx, quæ fundata eſt in cacumine [o] montis Sion: collegimus hæc ex Ioſepho *lib. 6. de bello. cap.6.* Poſt eum, eadem docuit Chriſtianus Adricomius *in theatro terra ſancta, in tabula Hieruſalem*: Nouiſſimè autem & ille liber, cui titulus eſt, *Ciuitas orbis*, in eadem tabella Hieroſalem.

[m] *Idem ciuitas Dauid.*

[n] *Biceps eſt, continens & regum ſedes, & templum Salomonis,*

[o] *Et arcem munitiſſimã in cacumine.* Ioſephus. Adricomius.

§. II.

Prima expoſitio Paraphraſis Chaldaicæ, & Rabbinorum.

Propter impietatem in Deum venerunt ſuper Iudam mala omnia hæc, quæ prædixerat Moyſes in lege Leuitici.

119. HIs præmiſſis, quæ neceſſaria omnino ſunt ad veram intelligentiam huius quarti carminis, prima occurrit expoſitio Paraphraſis Chaldaicæ, [p] quæ etiam Rabbinorum eſt; hæc autem non ſolùm exponit præſentia verba, ſed cauſam, & rationem reddit eorum, quæ in eis continentur; exiſtimat enim propter impietatem Hebræorum euerſam fuiſſe Hieruſalem, id quod Ieremias in hoc quarto carmine expreſſit, ſicut in tertio carmine antecedenti dixerat, propter iniuſtitiam in miſeros ſeruos, & in viduas, atque pupillos, captam ductam eſſe gentem Hebræam Babyloniam, quaſi impietas in [q] Deum, & iniuſtitia in homines euerterit imperium Hebræorum, idque meritò; nanque duabus præcipuè virtutibus pietate, & iuſtitia, imperia, regna, vrbes, & populi ſuſtentantur, quibus ſublatis eadem corruunt. Notauit hoc Paulus Eremi cultor, quemadmodum eleganter aduertit D. Hieron. in eius vita; quando enim primò B. Antonium Eremi cultorem prope ſuam caſam in eremo vidit, in qua iam diu neminem mortalium viderat, his verbis nouum hoſpitem accepit, Colitur ne Deus ab hominibus? exercent ne mortales iuſtitiam? quaſi ſanctiſſimus vir velit, pietate, & iuſtitia mundum ſtare: quod priùs aduertit Cicero in ſomnio Scipionis, vbi Paulus Scipionis pater, nihil aliud per ſomnium Scipioni filio mandauit, quam vt pietatem in Deum, & iuſticiam in homines coleret, quaſi his duabus virtutibus conſeruari poſſet imperium Romanum, quod his verbis ſignificauit Paulus, ſicut refert Cicero, *Sed ſic Scipio, vt auus hic tuus, vt ego, qui te genui, iuſtitiam cole, & pietatem, his enim duabus virtutibus illuſtribus viris via paratur in cælum.*

[p] *Expoſitio Rabbinorũ, & Paraphraſis Chaldaica.*

[q] *Quaſi impietas in Deum, & iniuſtitia in homines euerterit imperium Hebræorum.* Hieron.

Cicero.

120. Videndus erit Lactantius *lib.5. inſtit. cap.8* vbi de pietate ita dixit. *Ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingraueſcunt, quia Deus mundi huius effector, & gubernator derelictus eſt, quia ſuſcepta ſunt contra fas falſa religiones.* Prædixerat hoc Moyſes, [r] Leuit. 26. futurum non ſeruantibus legem Dei, ſicut pulchrè notauit noſter Luſitanus Petrus de Figeiro regularis canonicus in Com. ad hunc locum, *Ad paucitatem*, inquit Moyſes, *cuncta redigent, deſertaque fient viæ veſtre.* Id quod etiam completum docet Iſaias in c.33. *Diſſipatæ*, inquit, *ſunt viæ, & ceſſauit tranſiens per ſemitam, luxit, & elanguit terra.* Sic igitur habet Paraphraſis Chaldaica, [ſ] *Propter peccata Iſrael deſerta eſt Hieruſalem, & facta ſunt viæ Sion lugentes, eo quòd non ſunt, qui veniant ad eam in tempore ſolemnitatum, omnes portæ eius deſtructa, & ſacerdotes eius gementes, pro eo quòd ceſſarunt oblationes; Virgines eius plangentes, eo quòd deſierunt egredi in decima quinta die menſis Augusti, & in die propitiationis, qua erat decima die Septembris ad ducendos choros; ipſa quoque eſt amara corde valde.* Loquitur autem Paraphraſis Chaldaica conuenienter ad ea, quæ dixerat in tertio carmine, in quo exiſtimauit propter iniuſtitiam Hebræorum in viduas, in pupillos, & in ſeruos Hebræos, euerſam eſſe Hieruſalem, & captiuos omnes Hebræos; nunc autem in hoc quarto carmine dolet, propter impietatem in Deum, quæ reperitur in populo non currente ad feſta, & in ſacerdotibus, qui propter oblationes ſolas ſacrificabant, atque in Virginibus, quæ ſolitos de more choros non deducebant in annuis ſolemnitatibus Hebræorum, duabus enim his virtutibus ſtetit ſacra Hieruſalem quandiu ſtetit, pietate, ſcilicet, & iuſtitia: probabilis eſt hæc expoſitio. Verùm mihi non [t] videtur omnino vera, nec enim Ieremias contendit in his duobus carminibus oſtendere, quæ ſint ſcelera euertentia imperia, & vrbes, neque qua cauſa corruerit Hieruſalem, ſed tantùm dolet euerſum eſſe templum, dirutam vrbem, & captiuos Hebræos.

Lactant.

[r] *Quod & prædixerat Moyſes.* Leuit.26. Petr. de Fig.

Iſai 33.

[ſ] *Accinit Chaldaica Paraphraſis.* Chald. rat.

[t] *Non probatur omnino hæc expoſitio.*

§. III.

Ad Literam ſententia authoris.

Volens propheta mala gentis ſuæ exponere ſigillatim, à vertice montis Sion ſumit initium, cuius in luctuoſa facie, loci ſolitudinem; in portarum deſtructione, munitiones dirutas; in gemitu ſacerdotum, cæremonias deformatas; in virginum ſqualore, totius vrbis ornamentum, & pulchritudinem deperditam mirificè effingit.

Va

121. *Viæ Sion lugent, eo quòd non ſint qui veniant ad ſolemnitatem.* EXiſtimo igitut diuinum prophetam in hoc quarto carmine oſtendere, robur, pulchritudinem, & decorem [u] totius vrbis, ac maieſtatem religioſam euerſam eſſe; id quod facit per partes eiuſdem vrbis incipiens à vertice montis Sion, in quo fortiſſima arx fundata fuerat à Dauide Rege in propugnaculum templi, ac totius vrbis præſidium deſcendens à monte Sion ad montem Moria, à monte autem Moria ad reliquam vrbem, notando ſemper ea, quæ pertinent vel ad robur, vel ad pulchritndinem, vel ad maieſtatem alicuius verbis. Si Hieronymus huius expoſitionis autor non eſt, eam ſatis inſinuat, vt videre eſt ad hunc locum. Dicit igitur vias Sion lugere, id eſt, vniuerſas plateas, quæ vel ad arcem, vel ad templum ducunt, ſolitarias eſſe; eſt enim lugubre in vrbe populoſiſſima deſertas eſſe vias, quæ vel ad Regem ducunt, vel ad Deum. Metaphorica lucutio eſt, in qua inanimatis accommodantur affectus humani, qualis eſt luctus. Vel eas, propterea lugere dicit, quia ipſa inanimata eundem affectum induere videntur, quem nos habemus, quemadmodum Theodoret. notauit ad hunc locum, eſtque frequentiſſima hæc figura apud bonos autores, qualis eſt ille locus apud Poëtam, vt omittam aliam, cum in Tityro dixit:

[u] Sed potius hæc primò oſtendunt decorem vrbis, & maieſtatē deperditam.

Hieron.

[x] Dum per metaphoram inanimatis humani affectus tribuuntur.

Theodoret.

Virgil.

Tityrus hinc aberat, ipſæ te Tityre pinus,
Ipſi te fontes, ipſa hæc arbuſta vocabant.

Quo enim deſiderio laborabat Menalcas videndi ſuum Tityrum, eodem laboraſſe oſtendit, & fontes & arbores. Lugere igitur dicit vias, quaſi induentes eundem affectum, quem omnes ciues Hieroſolymæ habebant, vel quoniam lugere videntur à non venientibus in vrbem, ſicut legit Hebraicus textus, in populoſa enim ciuitate idem eſt, ſolitarias [z] eſſe vias, ac lugentes.

[z] Idem enim eſt in populoſa ciuitate vias ſolitarias eſſe, atque lugentes.

122. Sic igitur, quæ prima pars ſolet eſſe decoris & pulchritudinis in ampliſſima ciuitate, multitudo, ſcilicet, populi, eadem deperdita eſt in Hieruſalem, cum ſolitarias dixit propheta vias, quæ melioribus annis multitudine populi redundabant, præſertim eo tempore, quo ex diuino præcepto, ex vniuerſo orbe confluebant Hebræi ad orandum, ſeu ſacrificandum Deo in ſancta ciuitate Hieruſalem in ſolemnitate Paſchatis, Pentecoſtes, & Tabernaculorum, ſicut dicitur Exod. 23. *Ter in anno apparebit omne maſculum tuum coram Domino:* quod præceptum repetit Moyſes *Deut.* 16. quo tempore excedit fidem numerus eorum, qui confluebant in ciuitatem Hieruſalem, ſicut aduertit Ioſeph. 7. *de Bello c.* 17. proinde appoſitè propheta dixit vias Sion lugere ſolitarias, ſcilicet, tempore ſolemnitatis, quando incredibilis hominum multitudo [a] in eis videri conſueuerat. Hæc igitur prima pars eſt decoris amiſſi, ſolitariam factam eſſe vrbem populoſiſſimam.

Exod. 13.

Deut. 16.

Ioſephus.

[a] Solitariæ autem factæ ſunt viæ Sion, dum multitudo frequentantium loca ſacra ab eis defecit.

123. *Omnes portæ eius deſtructæ.* Deinde oſtendit propheta robur, & fortitudinem arcis, & vrbis perdita eſſe, cum dixit, *Omnes portæ eius deſtructæ*; certum eſt enim in portis poſitum eſſe robur cuiuſcunque arcis, vel vrbis: quod aduertit pulchrè Iuſtus Lypſius *lib.* 5. *de militia Romana, cap.* 5. vbi docet, prope portas turres ædificandas eſſe in portarum propugnaculum, munitiſſima enim ciuitas eſt ea, quæ munitas [b] portas habet; quod peculiariter de Hieruſalem, ſiue de Sion dixit Regius vates *in Pſalm.* 147. *quoniam confortauit ſeras portarum tuarum*, hoc eſt, firmiſſimam ciuitatem te fecit, *Seras enim, & portas confirmatas*, inquit Theodoret. *dixit, vt ſignificaret robur vrbis.* Videndus erit Ioſephus *lib.* 7. *de bello, c.* 16. vbi fortitudinem Sionis de mente Titi [c] Imperatoris Romani ita commendat: *Intro autem Titus ingreſſus, & alia, & ciuitatis munitionem, ac turrium cautes miratus eſt, quas Tyranni per dementiam deſeruerunt, conſpecta quidem earum ædificatione, & magnitudine, Deo,* inquit, *planè adiuuante pugnauimus, & Deus erat, qui detraxit ab iſtis munimentis Iudæos.* Vnde bene notauit Philoſtr. *lib.* 6. *de vita Apollonij*, gentes finitimas propter victoriam Iudaicam coronare voluiſſe Titum, qui tali honore indignum ſe eſſe reſpondit; non enim ſe eſſe talium operum authorem, ſed Deo iracundiam contra Iudæos demonſtranti ſuas manus præbuiſſe, vſque adeo fortem, & munitam eam vrbem exiſtimauit vel ille Imperator, qui eam euertit: huius ergo vrbis robur, & fortitudo omnino euerſa eſt, quod dolet [d] Ieremias dicens, *Omnes portæ eius deſtructæ*, quæ eſt altera pars deperditæ pulchritudinis vrbis Hieroſolymæ.

Iuſt. Lypſ.

[b] Quoniam per munitiones portarū, vrbis robur conſpicitur, & munimē:

Pſalm. 147.

Theodoret.

Ioſephus.

[c] Quæ & victor Titus in Sion arce admiratus eſt,

Philoſtrat.

[d] Secundò deflet Ieremias iuſtè portas Sion deſtructas.

124. *Sacerdotes eius gementes.* Maieſtatem etiam ſacrarum cæremoniarum deformatam eſſe docet, cum ait, *Sacerdotes eius gementes*; qui locus deſumptus videtur ex Ioele propheta *c.* 1. in quo ante Ieremiam deplorauit hunc caſum Hieruſalem, dicens: *Plange quaſi virgo accincta ſacco ſuper virum pubertatis ſuæ, periit ſacrificium, & libatio de domo Domini, luxerunt ſacerdotes miniſtri Domini.* Si quis autem intueatur maieſtatem diuinorum ſacrificiorum, videbit, quanta cum ratione propheta introducat hoc in loco gementes, & ſuſpirantes ſacerdotes [e] propter ablata ſacrificia, & diuinas cæremonias templi: quarum maieſtatem ad viuum expreſſit Bened. Arias Montan. *in apparat. ad ſacram Bibliam. in lib.* cui titulum fecit *Aaron.* ſiue, de ſacerdote, & ſacris veſtibus *in Biblia regia, tom.* 7.

Ioelis 1.

[e] Tertiò plangit Ieremias cæremoniarū, & cultum Dei ablatum eſſe decorem, à loco ſancto.

Arias Mont.

125. *Virgines eius ſqualidæ:* Tandem decorem, & pulchritudinem ipſius vrbis [f] dolet, quæ maximè cernitur in ornatu, præſertimque Virginum, cum dixit, *Virgines eius ſqualidæ*: certum autem eſt ſtudioſum ſatis eſſe ingenium mulierum, præſertimque virginum, ornatus, & mundi muliebris, id quod maximè cernebatur in fæminis Hieroſolymitanis, vt notauit Iſaias, cap. 3. *Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit, in die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & diſcriminalia*, & alia ſexcenta ornamenta mulierum, non pauciora, quàm ea, quæ refert Andreas Tiraquel. *l.* 3. *connubiali à num.* 27. videndus eſt Cyprian. *in lib. de habitu Virginum*, ſuper hunc locum Iſaiæ, & Cardin. Baronius *tom.* 1. *ann. anno* 57. *cap.* 91. *&* 92. vbi latè oſtendit, quàm ambitioſum ſit mulieris ingenium quoad ornamenta, cùm tamen vt docet Tertull. *in lib. de habitu muliebri*, eas magis deceat fletus, quàm ornatus; neque enim decet eas, quæ circumferunt Euam lugentem, & pœnitentem ornari, ſed potiùs flere: inter mulieres autem virgines adoleſcentulæ maximè auidæ ſunt exterioris cultus, ſicut aduertit Plutarch *in apophthegmatis Laconicis*, aſſerens virgines Lacenas aperta facie, nuptas verò velata facie prodire ſolitas,

[f] Quartò oſtendit propheta ornatum & pulchritudinem vrbis omnino deformatam in virginum ſqualore.

Iſaiæ. 3.

Tiraquel.

Cyprian.

Baronius,

Tertull.

Plutarch.

ſolitas, vt ſic illæ maritos inuenirent, iſtæ verò viros habentes, alios non curarent: qua de ra videndus eſt Clemens Alexand. *lib.* 2. *Pædagogi, cap.* 10.

Clem. Alex.

126. Cùm igitur vſqoe adeo pulchritudinis, & ornatus auidæ ſint mulieres, ſignom certiſſimum eſt omoia [a] euerſa eſſe, cum illæ, & præſertim virgines defotmes ſqualore ſe videri patiuntur incompoſitas, & ſine ornato; quo pacto Tragicus *in Troade* ſignificauit omnino euerſam eſſe Troiam, cum nullo modo curandum eſſe ornatum muliebrem dixit; ſic enim Hecuba babet loquens cum virginibus Troianis,

[a] *Nam cum ſint ornatus auidiſſimæ, non poteſt eſt eſſe euerſionis ſignum, quòd ſqualida appareant.*

Fida caſus noſtri comites
Soluite crinem, per colla fluant
Mœſta capilli, tepido Troia
Puluere turpes paret exertos
Turba lacertos, veſte remiſſa
Subſtringe ſinus, vteroque tenus
Pateant artus, cur coniugio
Pectora ſeruas captiue pudor.

Tragicus.

Quo eodem ſigno eandem Troiam euerſam eſſe oſtendit Euripides *in Hecuba*, cum virginem regiam Polliceoam ſeminudam introducit: quo eodem artificio vſus eſt Ieremias hoc in loco eum dixit, *Virgines eius ſqualida*, id eſt, ſqualore deformatæ, vt ita oſtenderet euerſam omnino eſſe Hieroſolymam, in qua ſqualidæ viderentur adoleſcentulæ iam, quarom ingenium omnino ambitioſum erat ornatus, vt ſit hoc ſignum efficax euerſæ iam Hieroſolymæ; qui locus de virginibus totius vrbis intelligendus eſt, quanuis non deſint, qui velint, de ſolis ſacris virginibus eum intelligendum eſſe, quæ in templo educabantur; atque ita per partes diuinus propheta deplorat perditum decorem Hieruſalem amiſſa multitudine popoli io populoſa ciuitate perdito robore, & fortitudine, tandem deformata pulchritodine in virginibus, quod vnico verbo expreſſit Ieremias, cum ait, *Omnis decor eius ſqualeſcit.*

Euripid.

127. *Et ipſa oppreſſa amaritudine.* } Tandem concludit propheta hoc quattũ carmen eleganti epiphonemate, [h] *& ipſa oppreſſa amaritudine*, eſt enim epiphonema acclamatio rei narratæ, vel deploratæ, qualis eſt illa apud Poetam 1. Æneid.

[h] *Epiphonema id eſt, acclamatio rei narrata.*

Tanta molis erat Romanam condere gentem.

Virgilius.

Poſtquam enim dixerat labores omnes, quibus Troiani ad imperiom Romanum peruenerunt, eo epiphonemate rem concludit: ſic & propheta poſtquam deplorauit amiſſam omnem pulchritudinem vrbis ſuæ, ſic lamentationem concludit, denique *ipſa oppreſſa eſt amaritudine*, quod Hebraicè legitur: *ipſa amaritudo ei*, hoc eſt, ipſa ſibi amaritudo eſt: & vt magis pateat verus ſenſus huius ſententiæ, indagaodum eſt, quæ ſit vera ſignificatio huius nominis, *amaritudo*, in ſacra Scriptura. Inter alias autem eius ſignificationes, non eſt ea poſtrema, qua amaritudo pœnam, ſupplicium, & afflictionem ſignificat; quidquid enim vitam acerbam reddit, amarom iuſtiſſimè appellatur, ſicut eoim inter ſapores omnes, amarus eſt omnino infeſtus, & inimicus naturæ, ſic amaritudo [i] omnia illa ſignificat, quæ natura contraria ſunt honori, & fælicitati.

Text. Hebr.

[i] *Amaritudo ſignificat omnia natura, & fælicitati contraria.*

128. Eſt locus in hanc ſententiam Roth *in cap.* 1. vbi dicitur: *veſtra anguſtia magis me premit*, Hebraicè, *amaritudo eſt mihi ſuper vos*; vbi amaritudo dolorem ſignificat. Similis eſt locus Zachar. 12. *Plangent eum planctu, quaſi ſuper vnigenitum*: Hebraicè, *amaricabunt ſe ſuper eum, quaſi amaricando ſe ſuper vnigenitum.* Ex quibus iam fit clarum, quo ſenſu dixerit hoc in loco propheta, *& ipſa oppreſſa eſt amaritudine*, id eſt, non ſolum hoſtes inimicos ſibi inuenit, & infenſa cætera omnia, ſed ſibi ipſi inimica facta eſt, & aduerſa, vt fieri ſolet in grauiſſimis calamitatibus, & doloribus, in quibus ipſe qui dolet, ſibi ipſi dolor, [l] & amaritudo eſt; hoc enim ſignificant hæc verba: *& ipſa oppreſſa eſt amaritudine*, præſertim ſi in eorum expoſitionem adducamus textum Hebræum ita legentem, *& ipſa eſt amaritudo ei*, quaſi non ſolùm ſibi amaritodo eſſet deſerta ciuitas populo ſuo, viæ lugentes, ſacerdotes gementes, virgines deſolatæ, ſed quæ extrema amaritudo eſt, ipſa ſibi amaritudo eſt. Niſi magis placeat id, quod Baſilius videtur inſinuare *in regul. breuioribus reg.* 55. vbi accuratè conſtituit differentiam inter qoatuor iracundiæ ſpecies, inter iram, furorem, excandeſcentiam, ac amaritudinem; amaritudinem autem vocat acriorem confirmationem perturbationis, quaſi in furorem extrémom redigentem, quod etiam videtur ſignificaſſe propheta, cum de Hieroſolyma dixit, *& ipſa oppreſſa eſt amaritudine*, id eſt, io furorem omnino acta, vt ſit conuenienter dictum: poſtquam enim virgines furentes, & ſqualidas introduxit, eodem extremo furore actam dixit ipſam vrbem [m] Hieruſalem præ magnitudine calamitatis, & doloris.

Roth. 1.

Zachar. 12.

[l] *Eàque maxime cernitur cum ſibi miſera doleret maxime eſſet Hieruſalem.*

Baſilius.

[m] *Quaſi extremo furore percita præ magnitudine calamitatis.*

§. IV.

Ad Allegoriam.

Eo maximè dolet propheta in hoc carmine, quòd præuiderit Hieruſalem poſt excidium Romanorum decorem amiſiſſe, nunquam ampliùs reparandum, & portas eius hoſtibus vltro apertas ob ſcelus occiſi Seruatoris.

PErtinebant hæc ad nudam literam huius loci, 129.
de cuius prophetia dicendum reſtat: ſi autem ſit loquendum de prophetia pertinente ad primum [n] excidium per Chaldæos, nihil reſtat addendum, cum accuratè propheta dixerit omoia pertinentia ad eum ſtatum, qoem Synagoga habuit; ſi verò ſit ſermo de prophetia excidij Hieruſalem per Romanos, hoc maximè dolere videtur Ieremias, quòd decorem amiſerit Hieruſalem nunquam ampliùs reparaodum, & quòd non ſolùm portas viderit deſtructas, ſed ſponte ſua apertas hoſtibus in ipſo tempore Crucis Chriſti, ſicut de Hieruſalem prædixerat in ſecundo excidio Zacharias propheta cap. 11. *Aperi Libane portas tuas, & comedet ignis cedros tuas, vlula abies, quia cecidit cedrus.* In cuius loci expoſitiooe quanuis ſine authore loqoor, non tamen ſioe fundamento: exiſtimo enim hoc in loco nomine cedri cadentis ſignificatum eſſe interitum Chriſti ſeruatoris, qoem per cedrum ſignificatum eſſe voluit propheta, non eſt enim nouum, diuinam ſapientiam, ſiue Verbum Dei appellari Cedrum libani, ſicut ipſa ſapientia de ſe dixit in cap. 24. *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano*: cuius rei rationem reddit Ambroſ. *in lib.* 1. *de Virginib. non longè à fine*, vbi ſpeciem Chriſti dixit eſſe, ſicut ſpeciem

[n] *Quæ non ita de primo excidio, vt nũ iam de ſecũdo per Romanos maximè ſunt intelligenda.*

Zachar. 11.

Sapient. 24.

Ambr.

ſpeciem cedri Libani, quæ comam nobibus, radicem in terris inſeuit; *Principium enim eius in cælo, poſteriora eius in terris fructus cælo proximos ediderunt*; vnde accommodatè Zacharias dixit, *Vlula abies, quia cecidit cedrus*, vt ſignificaret iuſtiſſimā plangendi rationem habuiſſe Hieroſolymā, quia magnus ille cedrus Libani in ea cecidit.

130. Euſeb. Cæſ.

Vlteriùs aduertendum eſt Hieroſalem appellatam fuiſſe Libanum, vt docet Euſebius, *lib. de demonſt. Euangelica, demonſt.* 4. id quod colligitur ex Ezechiele *in cap.* 37. præſertimque templum Hieroſolymitanum Libanus appellari conſueuit in ſacra Scriptura, ex eo fortaſſis, quia Libanus dealbatum ſignificat: tam verò *templum* ſicut docuit Ioſephus lib 6. de bello, cap. 6. *procul viſum monti niueo ſimile videbatur*, qualis planè erat mons Libanus. Ex quibus iam colligitur Zachariam [o] vatem cum ciuitate Hieroſolyma loqui, cum in cap. 11. dixit: *Aperi Libane portas tuas, vlula abies, quia cecidit cedrus*, id eſt, à quo tempore Chriſtus Dominus in te crucifixus eſt, fruſtrà claudis portas tuas Romanis militibus, aperi ſponte tua portas vrbis, arcis, & templi; nanque cadente in te Chriſto Domino, cum eo cecidit pariter omne robur tuum. Magis apparebit veritas huius expoſitionis, ſi videamus ea, quæ docet Ioſeph. *lib. 7. de bello, cap.* 12. vbi inter prodigia, quæ excidium vltimum Hieroſolymitanum præceſſerunt, refert: *Orientalem portam templi, cum eſſet ænea, atque grauiſſima, vixque claudi poſſet concurrentibus* 20. *viris ſponte ſua ſexta hora noctis in feſto azymorum patuiſſe*: quod etiam retulit Rabbi Dauid ex traditione antiquorum [p] Rabbinorum 40. annis antequam vrbs caperetur, portas templi ſponte ſua apertas eſſe: ſuffragatur Lyran. & rem fusè docet Petrus Galat. *lib.* 4. *de arcanis, cap.* 8 ex Thalmud Hieroſolymitano, & Babylonico, vbi Rabbi Ioannes, filius Accaci notauit illud prodigium pertinere ad prædictam prophetiam Zachariæ; ſic enim dolendo dixit: *O domus, o ſacra domus! quid hoc ſibi vult, quòd tu tibi timeas? ſcio equidem tibi interitum, ac vaſtationem imminere, & iam olim illud vaticinium prædixerat, aperi Libane portas tuas.* Vide ſi vera ſunt ea, quæ Hebræi retulerunt, ab ea hora qua Chriſtus Dominus crucifixus eſt, patuerunt portæ vrbis, arcis, ac templi Hieroſolymitani ingredientibus hoſtibus, quas ipſa Hieruſalem ſponte ſua aperuit, vt ipſa [q] ſibi ſupplicium, & pœna eſſet, quemadmodum Ieremias hoc in loco dixit, *& ipſa oppreſſa eſt amaritudine*, ſeu, ipſa ſibi eſt amaritudo, vel pœna, & ſupplicium. Sicut igitur propheta doluit euerſas portas Hieruſalem vi, & armis Chaldæorum, ſic doluit eaſdem apertas eſſe Romanis militibus à ſacrilegio crucifixi Chriſti ſeruatoris.

Ezech. 37.

Ioſephus.

[o] *Cui expoſitioni accinit prophetia Zachariæ. cap.* 11.

Zachar. 11.

Ioſephus.

Rab. Dauid.

[p] *Cui traditio Rabbinorum à tempore mortis Chriſti portas templi vltro apertas manifeſtè concordat.*

Lyranus. Galatin.

[q] *Quo fieret ipſa ſibi ſponte ſua Hieroſolyma ſupplicij ſui autor, qua fuerat mortis Chriſti.*

§. V.

Ad Mores.

Eccleſia per peccatum Adami à paradiſo exulans, ſuiſque religata paſſionibus anima, nullis non patet incurſionibus vitiorum, quando eidem omnia ſacra, & decora viluerunt.

131. *Et porta eius deſtructa.* MOralis autem allegoria huius loci in eo poſita eſt, quòd eadem Eccleſia, quæ in Adamo fuerat relegata in locum ſuarum voluptatum, vt diximus in præcedenti carmine, externorum ſenſuum portas habeat apertas, per quas omnia ſenſibilia aditum habeant ad mentis arcem, eiuſque perturbent ſolemnitates. Namque mons Sion, [r] ſpeculationem, ſiuè contemplationem ſignificat mentis, cuius gaudia à ſenſibus perturbantur; vnde meritò Nazianz. ianuas ſenſibus apponi mandauit, quæ tempeſtiuè aperiantur, *orat.* 6. ſicut enim eleganter dixit Plutarch. in lib. de curioſitate, *oportet ſenſum nequaquam foris euagari, veluti famulam abſque cuſtode: verùm cum ab alio dimittitur ad negotia, in illis verſari celeriter oportet, de re, nunciareque, quod mandatum eſt: deinde decernitur rurſus, apud rationem ſedere, illique attendere.* Addenda ſunt ea, quæ dixit Iuſtin. Martyr *in epiſt. ad Zenon. & Seren.* vbi docet, qua via felicitas, & tranquillitas animi, quæ eſt ſolemnitas Sion, poſſit conſeruari; *Qui bene*, inquit, *viuere vult, is neque videat multa, neque audiat, neque ſtudeat audire; neque ſi audiat, aut videat, audire ſe, aut cernere exiſtimet: forma enim* [s] *tranquillitatis animi hinc ſumat exordium*; quod ſi tranquillitas animi à ſenſibus ſumit exordium, ab eiſdem ea deperditur, ſicut Ieremias hoc in loco docuit, quemadmodum voluit D. Hieronymus; exiſtimat enim planctum eſſe infelicitatis animæ, ſeu Eccleſiæ ab eo tempore, quo felicitas animæ deperdita eſt per ſenſus; ita enim habet Hieronym. *Viæ Sion lugent, quando animæ quondam in arce mentis Deum ſpeculamis actiones exteriores poſt lapſum peccati turpes, atque lugubres apparent, eo quòd affectus eius, non de priſtino more ſuo ad interna gaudia celebranda concurrant, ſed, ſcilicet, ſenſibus corporis, qui portarum nomine in hoc carmine notantur; per deſidiam deſtructis pateſcat aditus variis ſceleribus, Eccleſiaſticum quoque officium vileſcat, & continentia virtus molleſcat, vnde Spiritus ſancti ſuauitate priuata, tota in amaritudine vitiorum verſatur ſancta Hieruſalem, ſiue anima fidelis.*

[r] *Mons Sion ſpeculationem mentis ſignificat.*

Nazianz.

Plutarch.

Iuſtin. Mart.

[s] *Et ſpiritus ſancti ſuauitas in abſinthium vertitur, & amaritudinem.*

Hieron.

Congruentia dixit Philo, *lib.* 2 *legis allegoriar.* ponderans maximè ea verba *Geneſ.* 3. cum diuinum oraculum dixit Adamo: *Quis indicauit tibi, quòd eſſes nudus, niſi quòd de ligno, de quo præcepi tibi, ne comederes, comediſti?* in Adamo enim oſtendit ſqualidam Eccleſiam, & ſeminudam viſam fuiſſe, quod ſignum eſt extremæ calamitatis. Ponderat prætereà idem Philo, reſponſum Adami cum dixit: *Mulier, quam dediſti mecum, ipſa dedit mihi de arbore, & comedi, Bene*, inquit, *quia non dixit, mulier quam dediſti mihi, ſed mecum; non enim mihi, vt poſſeſſionem, ſenſum dediſti*: per mulierem enim ſenſus externos intelligit, per Adamum autem ipſum intellectum, & rationem, *ſed & ipſam mulierem feciſti ſolutam, & liberam, & non ſubiectam mandatis meis*; ſi enim voluerit mens imperare viſui ne videat, nihilominus ille obiectum ſuum videbit; item auditus quoties vox illabitur, eam omnino percipiet, etiam ſi mens contentioſè interdicat, ne audiat: & ſic de cæteris ſenſibus, ac proinde appoſitè intellectus dixit. *mulier quam dediſti mecum, ipſa mihi dedit de ligno, & comedi*; quidquid enim ſenſibile, & ligneum exiſtit in mente, nemo niſi ſenſus illud in mentem inuexit. Congruenter autem ſenſus, ſiue mulier interrogata reſpondit, *ſerpens decepit me*, ſenſus enim ſenſibile proponit intellectui, voluptas autem, quæ ſerpens appellatur, addit 132.

Philo. Gen. 3.

Philo.

arte

arte mandacium,rem inutilem transferens in ordinem vtiliom ſerpentina fraude , non aliter quàm meretrices defnrmes videre licet, fucatas, pingenteſque deformem faciem, vt ſuam tegant deformitatem:*Sic igitur*,inquit Pbiln , *per ſenſus apertos deperdita*[u] *eſt vniuerſa anima pulchritudo, ſiue ipſius Eccleſiæ in Adamo* : quod forte vnluit Plutarch.ſeu potius veteres Rnmani , vt ipſe refert *in quæſtionib. Roman. quæſt.* 27. cum quærit, *cur muri ſacri fuerint apud Romanos , porta verò prophana?* Cuius rei non alia eſt cauſa , quàm ea, quia quæ muris cinguntor ſacra ſint ; ea autem, quæ portam habent , qua mala introducuntur, prophana fieri conſueuerunt ; ſicut mens noſtra, quæ Sion appellatur, quandiu in diuina ſpeculatione eſt,ſacra , & ſecura eſt ; verùm cum ſenſus portas reſerauit [x] Sinnis,redditur ipſa mens,quæ ſacta erat,ſine decore,& tota prophana.

Philo.
[u] *Etenim per ſenſus apertos deperdita eſt vniuerſa anima pulchritudo.*
Plutarch.
[x] *Et Sion porta reſerata mentem indicant ſine decore, & religione prophanam.*

§. VI.

Ad Mores.

Anima peccato oppreſſa, ipſa ſibi ſupplicia congerit vniuerſa, ſitque ſibi ipſi amaritudo amariſſima.

133. *Et ipſa oppreſſa eſt amaritudine.* Allegoria autem præcedentium verborũ quadrat optimè cum allegoria eorom,in quibus diximus turbatam eſſe animam à ſua tranquillitate , & à Dei contemplatione per ſenſus;anima autem ſic ſpoliata [a] virtutibos ſuis , ſui plerunque pœna eſſe ſolet , quemadmodum hæc verba ſignificant , *& ipſa oppreſſa eſt amaritudine*,ſeu vt eſt in Hebræo, *ipſa ſibi eſt amaritudo*,hoc eſt ſibi pœna , & ſupplicium eſt , quemadmodum docuit D. Auguſt. 1.confeſſ.cap. 12.*Feciſti Domine, & ita eſt,vt omnis inordinatus animus ſibi pœna ſit* , quod Leo dixit *ſerm.* 16.*de paſſione*,loquens de Iuda proditore,*& merito*,inquit , *tibi tua pœna commiſſa eſt, quia in ſupplicium* [a] *tuum nemo te ſauior inueniri potuit*. Erit videndus hac de re Guarricus abbas, *in ſerm.omnium ſanctorum* , vbi optimè oſtendit diuina prouidentia factum eſſe vt anima ſcelerata ſibi ſupplicium ſit : *Iam nunc*, inquit, *vindicat in peccatores diuina iuſtitia , res ipſas,quas amant, conuertens in tormentum eis , & vitia* [b] *faciens eſſe ſupplicia;pecunia enim,quæ iuſtum amplius iuſtificat,& verius ditat diſpenſata,vel ſemel data , auarum cruciat ſeruata,& prodigum proſtigata polluit.* Quibus addenda ſunt ea , quæ dixit Bernard. in lib.de diligendo Deo:*hoc ad æternam , iuſtamque legem Dei pertinuit , vt qui à Deo noluit ſuauiter regi,pœnaliter à ſe ipſo regeretur.* Proſequitur hoc argumentum Plutarch. *in lib.* de ſera numinis vindicta, *malitia* , inquit , *coniunctam , & aſſiduè ipſam torquentem geſtat pœnam , atque dolorem, non poſtquam ſcelus perfecerit , ſed tunc maximè flagitiorum pœnam exoluit , cum iniuriam atrociter inferre videtur* : quemadmodum enim facinoroſus quidam vltimo affligendus ſupplicio, corpore ſuo propriam fert crucem,ita improbitas [c] ex ſe ipſa ſupplicium ſibi ipſi ſtruit.

[a] *Anima ſpoliata virtutibus ſibi pœna eſt.*
Aug.
Leo.
[a] *Cuius in ſupplicium nemo ſauior ipſa.*
Guarric.ab.
[b] *Quando & vitia ipſa ſiunt in ſupplicium peccatoris.*
Bernard.
Plutarch.
[c] *Et improbitas ex ſe ipſa ſibi crucem ſtruit.*

134. Melior eſt allegoria ad hanc amplificandam, ea,quam affert Philo *in lib.*cui titulum fecit,*quod deterior potiori inſidiari ſoleat* , quo in loco pulchrè commentatur ea verba Gen. cum Lamech impia proles Caini ita alloquitur duas vxores, quas primus in matrimonium accepit : primus enim Lamech bigamus fuit, *Audite hæc vxores Lamech, occidi virum in vulnus mihi , & iuuenem occidi in cicatricem mihi ; Anima*,inquit Philo,*cũ ſit vna , non ex disiunctis rebus , ſed ex coniunctis neceſſariò patitur : quando enim ſuſtulit diuinam legem,ſe ipſam interemit,teſtis eſt Lamech progenies Caim, qui occidit virum in vulnus ſuum , & iuuenem in liuorem ſuum.* Si quis enim fortitudinem rationis occidit, quam per virum ſignificatam eſſe voluit Philo , ſe ipſum à contrario morbo timiditatis vulnerat,& ſi quis pubeſcentem vim, honeſtorum à meditatione tollit, plagas , & magna flagra,cum non [d] mediocri dedecore ſibi infert. Ex quibus iam fit animam turbatam per ſenſus à ſua tranquillitate ſibi ipſi fieri ſupplicium , & pœnam iuxta ea , quæ hoc in loco dicuntur à propheta , *oppreſſa eſt amaritudine* , ſeu, ipſa ſibi eſt amaritudo,hoc eſt , ſibi ipſa eſt ſupplicium, & pœna.

Philo.
Gen.
[d] *Se ipſum vulnerat & cum non mediocri dedecore ſibi plagas infert & flagra.*

§. VII.

DALETH.

Præfixa litera demonſtrat, quandoquidem Hieruſalem ſine timore legem Dei fregit,& conculcauit, iure optimo fuiſſe effractis portis, & muris deſtructis traditam à Deo gentibus in conculcationem.

Præfixa autem eſt in hoc carmine litera quarta Hebræa nomine *Daleth*, quæ ſicut Ambr. dixit *octonario quarto in Pſalm.* 118. timorem [e] ſignificat;non eſt autem ita clarum , quorſus timorem præmiſerit vates in hoc quarto carmine. Atque vt hoc manifeſtius fiat, aduertendum eſt, id,quod dixit Caſſiodor.*ſuper Pſalm.* 21. ad illa verba,*Deus Deus meus reſpice in me*; *Deus*,inquit, *ſermo Græcus eſt ,Latinè interpretatur timor*, vnde quidam ex prophanis dixit. 635.

Primos in orbe Deos fecit timor.

*Et in Pſalm.*49. idem Caſſiodor.dixit,*Deus Græco vocabulo timor eſt* , [f] *& quoniam ipſe ſolus timendus eſt,in vicem nominis tale verbum tranſiuit*: Vnde Iacob. *Gen.*26. iurauit per timorem patris ſui Iſac,id eſt, per religionem patris ſui Iſac , & pietatem,quod etiam dixit propheta Ionas , *Hebræus ego ſum, & Deum cæli ego timeo* , timor igitur hoc in loco legem,ſiue religionem Hebræorum ſignificat.

[e] Daleth timorem ſignificat.
Ambr.
Caſſiodorus.
Pſalm.21.
[f] *Timor autem Græco vocabulo Deus dicitur, quia ſolus timendus.*

Præſertim ſi aliam interpretationem addam, quam affert D. Hieronym. atque alij grauiores interpretes huius loci aſſerentes , *Daleth* , tabulam,[g] ſiue portam ſignificare ; aduertuntque omnes per tabulam legem diuinam intelligendam eſſe , quæ in tabulis quibuſdam data fuit Moyſi, quæ ſeruatæ fuerunt in arca teſtamenti ; vnde pulchrè notauit Theodoret.*quæſt.*30. *ſuper lib.*1. *Reg.in cap.*15.cum inquirit,quæ fuerit cauſa, cur Dauid fugiens [h] à Hieruſalem dixerit : *Reduc arcam Dei in ciuitatem ,vt ſedeat in loco ſuo , non poſſum enim eum circunferre aduerſarium , ſiue accuſatorem ; hinc enim audio legem dicentem , non mœchaberis,non occides:ego autem venerandam conculcaui legem , quæ lex in tabula ſcripta à Deo , & Moyſi data,in arca teſtamenti ſeruata portabatur;* 136.

Hieron.
[g] Daleth & tabulam ſignificat,ſiue portam.tabula autem legem diuinam hoc loco.
Theodoret.
1.Reg.15.
[h] *Cur Dauid fugiens arcã non tulerit ſecum.*

quibus

Auguſt. quibos addenda ſuot, quæ dixit Auguſtin. lib. de verbis Domini ſerm. 1. *Si peccas, ſermo Dei aduerſarius tuus eſt, & propterea Dauid arcam teſtamenti ſecum deferri noluit, quia timebat legem, quam ipſe fregerat, ſibi aduerſari.* Qua ratione diuinus vates timorem præmiſit hoc in loco, ſiue tabulam, eandemque fractam, vt ita ſignificaret timendum omnino eſſe eis, qui legem diuinam violarunt, ſicut timent Hebræi deſtructis portis ſuæ vrbis propter violatam legem Dei, id quod admonet litera *Daleth*, præfixa.

TRACTATVS VI.

De expoſitione quinti carminis ſub litera, HE. *Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici eius locupletati ſunt: quia Dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudinem iniquitatū eius: paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.* Siue, *de cauſis perditionis Iuda, & Hieruſalem in communi.*

§. I.

Ea fuit Hebræorum erga legem Dei pertinacia, vt propoſito ſibi per legis obſeruationem in exteras nationes principatu vnà cum bonorum omnium abundantia, maluerint transgrediendo legem omnibus fortunis ſpoliari, & ſimul cum filiis in miſerrimam abduci ſeruitutem.

137. *Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici eius locupletati ſunt.* } HIs verbis conuenienter deplorat vates diuinus calamitatem ſuæ gentis: *Facti ſunt hoſtes eius in capite, inimici eius locupletati ſunt; quia Dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantis:* Nec plura continentur in huc quinto carmine, in quo tandem Ieremias ſtatuit dogma [l] certum in fide; illud autem eſt, vniuerſos labores hominum, calamitates, maláque omnia principium habuiſſe ex aliquo hominum ſcelere, ita ordinante diuina prouidentia, quæ ſemper à tergo ſceleratos homines ſequitur, ſicut diuina miſericordia probos; cum hac tamen differentia, quòd diuina prouidentia, ſiue iuſtitia de longè comminator nocentes, vt deterreat à peccando; diuina autem miſericordia de proximo beneficia confert, vt prouocet ad amandum; maturat enim diuina miſericordia, vt dicit Cyprian. in hominum remedium, lenta vadit io corundem hominum pœnam diuina iuſtitia; quod maximè patet ex hac litera Ieremiæ, vbi docet, mala omnia euenitſe Hieroſolymæ, ſicut iam olim fuerat comminatus Deus *Deut.* 28. vbi diſertis verbis vaticinando Moyſes [l] contra populum frangentem legem Dei, de hoc excidio per Babylonicos ita dicit: *Conſtituet te Dominus Deus tuus in caput, & non in caudam:* & paulo inferius, *Oues tuæ dentur inimicis tuis; filij tui, & filiæ tuæ tradantur alteri populo videntibus oculis tuis, fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedet populus quem ignoras; aduena, qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te, eritque ſublimior; tu autem deſcendes & eris inferior.* Similia habentur Leuitic. in cap. 26. *Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubiiciemini iis, qui oderunt vos.* Quibus in locis pollicetor Deus, obſeruatores legis ſuæ ſuperiores futuros omnibus hoſtibus ſuis; hoc enim ſignificat, *conſtituet te Dominus tuus in caput, & non in caudam, eris ſemper ſuper, & non ſubter*, vt dicitur *Deut.* 28. contra verò non ſeruantibus legem ſuam oppoſitam ſeruitutem comminatur, cuius executio eſt ea, cuius meminit Ieremias hoc loco, cum dixit, *facti ſunt hoſtes eius in capite*, ſupplendum eſt, alia verò ſancta Hieruſalem *in cauda*, vt aduertit Theodoret *q.* 34. *ſuper cap.* 28. *Deut.* & *in Leuit. cap.* 26. quo in loco aſſerit executionem diuinarum comminationum, de quibus agitur *Deut.* 28. & *Leuit.* 26. proſequutum fuiſſe Ieremiam vatem in ſuis lamentationibus. hoc etiam docuit Paul. Burgenſ *additione vnica ſuper cap.* 28. *Deut.* & *addit.* 2. *cap.* 26. *Leuit.* Sequutus Rab. Moyſem Gerundens. Ex quibus iam patet complementum [m] eſſe hoc carmen illius comminationis, ſiue prophetiæ, de qua agitur in Deut. ac io Leuit. Eſt autem hæc forma loquendi, *eſſe in capite, & eſſe in cauda*, prouerbialis, qua vtitor propheta cum dixit, *facti ſunt hoſtes eius in capite.* Eadem forma loquendi vſus eſt Moyſes Deut. loco citato: eadem reperitur Iſaiæ in cap. 9. *Diſperdet Dominus ab Iſrael caput, & caudam*, id eſt, dominum, & ſeruum. Similia habet *in cap.* 19. cùm dixit, *caput, & caudam corruentem.* Eſt locus in hanc ſententiam Amos *in cap.* 9. cum ait, *auaritia eorum in capite omnium*, id eſt, eorum domina facta eſt auaritia. Modum autē loquendi Hebræorū explicauit Paraphraſis Chaldaica dicens, *Fuerunt hoſtes eius conſtituti ſuper eam in principes, atque ita quos ſeruos aliquando habuit, eoſdem dominos, & hoſtes vidit.* Clarius Hieronym. hanc phraſim explicauit, *facti ſunt*, inquit, *hoſtes Hieruſalem in capite, quando inimici eius ſuperiores effecti vniuerſam gentem diuitiis ſpoliando, vinculis captiuitatis ſubiecerunt, & in alienam terram ſimul cum paruulis ire compulerunt.*

Quia Dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudinum iniquitatum eius. } Cum autem propheta dicit, *quia Dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudinem iniquitatum eius*, decretum conſtituit diuinum, ſiue diuinam ſententiam contra Hieruſalem, quam iam olim tulerat Deus comminando *in Deut.* & *Leuitico.* ad ea enim loca hæc ſententia alludit. Aduertēdum autem eſt, *loqui ſuper* [n] *aliquem*, ſecundùm phraſim Hebræam, nihil aliud eſſe, quàm contra aliquem ſententiam ferre, vel alicui comminari: eſt tamen maxima difficultas in his verbis, ſi locus ita exponatur, præſertim cum Hebraicus textus ita potius habeat, *quia Dominus* 138.

[l] *Dogma fidei eſt, mala omnia, quæ patitur homo, non niſi propter ſcelera infligi.*

Cyprian.

[l] *Quæ Moyſes olim conteſtatus fuerat ad populu in deſerto.*

Deut. 28.

Leuit. 26.

Deut. 28.

Theodoret.

Burgenſ.

[m] *Hic fuiſſe completa proteſtatur litera huius carminis.*

Deut. 28.

Iſaiæ 9.

& 19.

Amos 9.

Par. Chald.

[n] *Loqui ſuper aliquem ſecundum phraſim Hebræam, eſt ſententiam ferre ſuper eum.*

Hebr. text.

Par. Chald.
LXX. Interpr.
Hieron.

exinaniuit eam, cui ſuffragatur Chaldaica Paraphraſis legens, *quia Dominus confregit eam, &* LXX. Interpretes verterunt, *quoniam Dominus humiliauit eam*; vnde Hieronym. vnicus tranſtulit, *quoniam Dominus locutus eſt ſuper eam*, ſicut correctiſſima editio, qua nunc vtitur Eccleſia, legit. Cuius rei ea potuit eſſe ratio, vel quoniam verbum, loqui, maximam ſimilitudinem habere videtur cum verbo *humiliare*, atque *affligere*, atque Hieronym. ſequutus eſt eam vocem, quæ loqui ſignificat; vel ſaltem Hieronym. ita tranſtulit, quia in diuinis promiſſionibus, atque comminationibus voces potiùs res ſunt, quã verba, quemadmodum notauit Philo *in lib. de 10. præceptis*, vbi quærit, cur *in cap. 20. Exodi*, dictum ſit, *Cunctus autem populus videbat vocem: humana*, inquit, *voces auribus, diuina verò oculis hauriuntur, quoniam quæ à Deo dicuntur, verba non ſunt, res ſunt.* Sic igitur conciliata [o] vtraque verſione; D. Hieronym. Theodoret. atque alij exiſtimant hunc locum referendum eſſe ad eum, quem citamus ex Leuitico, atque ad alium ex Deuteronomio, quaſi Deus duobus illis in locis comminatus fuerit Hebræis pœnas propter præuaricationem in lege, de quarum executione hîc meminit Ieremias.

Philo. Exod. 20.

[o] *Ex quo vulgata editio aliis conciliatur.*

Hieron. Theodoret.

139. Videtur igitur propheta tandem voluiſſe oſtendere cauſam tantorum malorum fuiſſe grauiſſima, & plurima ſcelera Iudæorum; nanque regna, & imperia, non niſi ſcelere euertuntur; hoc enim docet hic locus, quo ſcilicet modo gens Hebræorum euerſa fuerit; laborabat autem eo tempore eorum reſpublica impietate [p], & iniuſtitia, propterea ea mente diuinus vates has lamentationes ſuis hominibus ſcriptas reliquit, vt exempla haberent illuſtria, & publica, quibus docerentur, quo caſu regna, & imperia caderent: qua ratione Liuius *in ſua historia lib. 1. Dec. prima*, in ipſa ſtatim præfatione hanc ſibi mentem fuiſſe dixit ſcribendæ hiſtoriæ Romanorum, *Hoc illud*, inquit, *eſt præcipuè in cognitione rerum ſalubre, ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita munimento intueri, inde tibi, tuæque reipublicæ, quod imitere capias in fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites.* Deinde addit cauſam, cur ceciderit imperium Romanorum? *Cæterum*, inquit, *aut me amor ſuſcepti negotij fallit, aut nulla vnquam reſpublica, nec maior, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit, nec vnquam tam ſera auaritia, luxuriaque immigrauerunt, nec vbi tantus, ac tandiu paupertati, ac parcimoniæ honos fuerit, adeo quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat, nuper diuitiæ auaritiam, & abundantes voluptates deſiderium per luxum, ac libidinem pereundi, perdendique omnia inuexere.* Quo in loco vides auaritiam, & cupiditatem euertiſſe florentiſſimum imperium Romanorum. Elegantius tamen D. Auguſt. *lib. 5. de ciuit. cap. 12.* de mente Catonis Vticenſis aliam huius rei aſſignauit cauſam, publicam ſcilicet egeſtatem, & priuatam opulentiam: hæc de caſu Romani Imperij. De imperio autem Hebræorum Micheas propheta aliam rationem attulit, aſſeritque cecidiſſe Hebræos propter [q] idololatriam, ſic enim habet propheta in cap. 1. ſuæ prophetiæ: *quod ſcelus Iacobo, nonne Samaria? & quæ excelſa Iudæ, nonne Hieruſalem?* quaſi Samaria, & Iudæa interierint propter impietatem in Deum.

[p] *Ob impietatem, & iniuſtitiam gens Hebræorum euerſa eſt.*

Liuius.

Aug.

[q] *Siue vt teſtatur Michaas ob idololatriam.*

Mich. 1.

140. Cuius ſceleris caput & principium fuit Lachis vrbs Iudææ, à qua principium habuit idololatria, & vnde deriuata eſt in cæteras vrbes Iudææ, ſicut propheta Micheas eodem in loco dixit, *principium peccati eſt Lachis filiæ Sion*, id eſt, inde deriuata eſt idololatria in Hieruſalem, quod vt magis oſtenderet, dixit propheta, *tumultus quadrigæ ſtuporis habitanti Lachis*, quaſi apparatus bellicus Aſſyriorum contra Iudæos primus viſus fuerit in Lachis, vt inde eſſet principium belli, vnde fuerat principium idololatrandi: Ieremias tamen hoc in loco nullam peculiarem [r] cauſam huius excidij Hebræorum per Chaldæos aſſignauit præter *multitudinem iniquitatum*, dicturus paulatim in ſequentibus, quæ fuerit grauior, & peculiaris cauſa tantorum malorum: quem ordinem etiam ſequutus eſt Chryſoſtom. *hom. 14. ſuper 1. Corinth. 4.* vbi declarat, quæ fuerit cauſa cur Hieruſalem oppreſſa fuerit a Chaldæis, aſſeritque fuiſſe grauiſſima populi peccata: cuius hæc ſunt verba: *Tunc enim oſtendit Nabuchodonoſor quòd eorum vrbem ceperit non ſua virtute, ſed propter eorum peccata; nam ſi tres pueros vinctos in Babylonia, atque in fornacem coniectos vincere non potuit, quomodo lege belli ſuperaſſet cæteros Hebræos in Iudæa, ſi tales cæteri eſſent, quales tres pueri Hebræi erant?* Vnde fit clarum, peccata Hebræorum vrbem tradidiſſe, ac populum Hebræum Chaldæis hominibus, ſicut propheta hoc in loco dixit, *quia Dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudinem iniquitatum*: quæ fuit ratio, cur Ieremias propheta ſuas lamentationes ſcriptas reliquerit popularibus ſuis, vt exemplo Ieroſolymæ doceret, quo caſu caderent vrbes.

Ibidem.

Micheas.

[r] *Cuius ruinæ cauſas tantùm in communi hic aſſignat Ieremias multitudinem iniquitatum.*

Chryſoſt.

Magis amplificatur hic locus, cum propheta dixit, *inimici eius locupletati ſunt*, ſi Hebraicus textus conſulatur, ſic enim in eo legitur, *inimici eius ſecuri fuerunt*, id quod Chaldaica paraphraſis dixit, *& inimici eius habitarunt in tranquillitate*, *ſeu feliciter habebant, quando diripiebant vrbem*; nec enim ſatis fuit ſpoliatos fuiſſe [s] Hebræos à Chaldæis, ſed quod acerbius eſt, nemine prohibente in pace, & tranquillitate omnia bona Hebræorum diripuerunt. 141.

Hebraicè.
Chaldaicè.

[s] *Propter quas non ſatis fuit ſpoliari à Chaldæis, ſed eoſdem viderũt in pace, quæ diripuerant comedentes.*

Et paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantis. Illud autem aduertendum eſt, quod parentibus acerbiſſimum fuit: *paruuli eius ducti ſunt in captiuitatem ante faciem tribulantis*, id eſt, coram hoſte importuno, & crudeli; rectè autem vulgatus tranſtulit, *ante faciem tribulantis*, quia eadem vox Hebræa, non ſolùm ſignificat hoſtem, ſed hoſtem anguſtiis afficientem & affligentem captum ligatum; hoc autem, ſicut dicebam, in cumulum doloris accreuit parentibus, quibus acerbior eſt filiorum calamitas, quàm ſua, ſicut notarunt Patres *Gen. 10.* quando Noe dixit, *Maledictus puer Chanaam, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.* Quod vt melius intelligatur, ſciendum eſt Chanaam nepotem fuiſſe Noe ex Cham, qui quidem non peccauit in auum ſuum, ſed potius pater eius Cham, & tamen nepos, qui nondum fortaſſis natus fuerat maledictus eſt ab auo Noe, *grauiùs enim*, ſicut eleganter dixit Procopius, *affliguntur patres calamitate ſuorum liberorum, quàm ſua propria*; propterea patrem puniuit in filio, vt grauiùs puniret, ſeu vt oſtenderet deriuatam eſſe pœnam in poſteros, quod grauiſſimum ſupplicium eſt in nobili, & libera familia, ſicut aduertit Nicolaus de Lyra ad eum locum. Videndus erit Cicero *epiſt. 12. ad Brutum*, cùm docet, quæ fuerit ratio cur leges puniant in filiis ſcelera parentum? *Nec verè*, inquit, *me præterit, quàm ſit acerbum paren-* 142.

Gen. 10.

Procopius.

Lyran.
Cicero.

tum

Digitized by Google

tum ſcelera filiorum panis lui; ſed hoc præclarè legibus comparatum eſt, vt charitas liberorum amiciores parentes reipublicæ reddat: acerbiſſimum igitur erat paruulos Hebræorum captiuos duci in Babyloniam, ſeu potius agi de more [t] pecorum à crudelibus Chaldæis victoribus, nec vllam libertatis ſpem relictam eſſe Hebræis, quorum vel paruuli filij ducebantur captiui, in quibus aliqua libertatis ſpes poruerar eſſe. Quem caſum acerbiſſimè dolet Baruch in cap.4. ſui vaticinij, *dicti ſunt*, inquit, *vt grex direptus ab inimicis, delicati mei ambulauerunt vias aſperas*. In quem locum intelligendus eſt ille alius ex *Pſal. 136. filia Babylonis miſera, Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram*: imprecatio eſt enim Hebræorum in paruulos Chaldæorum in pœnam ſeruitutis ſuorum liberorum, dicentium, Beatus, qui te ita euerterit, vt nec paruulis tuis parcat, eoſque allidat crudeliter ad ſaxa, vt pares ſæuitiæ pœnas luas.

[t] *Quódque acerbiſſimum erat filios videre ſuos more pecorum abigi à victoribus.*

Baruch.4.

Pſalm.136.

§. II.

Ad Allegoriam, & Mores.

In Synagoga propterea quòd ſceleribus ſcelera addidit, libertate & bonis exuta externis, ac perpetuo exterminata excidio, perſpicuè edocemur, damna peccantis animæ in bonis ſpiritualibus eſſe longè maiora.

143. HActenus expoſuimus literam huius quinti carminis, conſequens eſt, vt ad propheriam accedamus, in qua illud notandum eſt, non minùs ad literam locutum fuiſſe prophetam in hoc carmine de captiuitate Babylonica, quam de ea quæ per Romanos facta eſt. In quam ſententiam conueniſſe videntur grauiores Authores expoſitores huius loci, ſcilicet, D. Hieron. Theodoret. Paſchaſ. Paul. Burg. Rab. Moyſes Gerundenſ. qui omnes aſſerunt hæc verba Ieremiæ, ſcilicet, *quia Dominus locutus eſt ſuper eam*, referenda eſſe ad caput 26. Leuit. & ad cap. 28 Deut. quibus in locis Deus hæc mala comminatur populo Hebræo, quæ præſentia dolet propheta in hac lamentatione. Efficaciter autem probat Paul. Burgenſ. *addit. vnica, ſuper Deut. cap. 28. & addit. 2. ſuper c. 16. Leuitici*, mala, ſcilicet, quæ Deus [u] comminatus eſt in Leuitico, eſſe ea, quæ paſſus eſt populus Hebræus vſque ad captiuitatem Babylonicam incluſiuè; quæ verò in Deuteronomio prædicta ſunt, ea mala eſſe, quæ paſſus eſt populus à captiuitate Romana vſque ad præſentem diem: cùm autem Ieremias dixerit, hæc mala eueniſſe, *quia Dominus locutus eſt*, id eſt, quia comminando ita prædixerat in Deuteronomio, ac Leuitico, fit conſequens hunc locum pertinere propheticè ad vtranque captiuitatem, Babylonicam, ſcilicet, & Romanam: in cuius rei confirmationem adducitur locus ex Leuitico *in cap. 16. ad principium*, vbi videtur diuinum oraculum inſinuare rationem, & cauſam captiuitatis Babylonicæ fuiſſe idololatriam, & prætetea, quia poſtmodum conſolando dixit Deus, ſe habitaturum in Hieruſalem, feliciterque redituros eſſe Hebræos à Chaldæa in Iudæam, cum tamen in

Hieron. Theodoret. Paſchaſius. Burgenſ. Rab. Moyſ.

Burgenſ.

[u] *Secundùm Burgenſem mala quæ Deus in Leuitico cōminatus eſt vſque ad Babylonicam captiuitatem adimpleta ſunt.*

Leuit.26.

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

Deut. cap. 28. nulla mentio facta ſit idololatriæ, ſed ſolius tranſgreſſionis legis, quaſi ratio, & cauſa Romanæ ſeruitutis non fuerit idololatria, ſed tranſgreſſio legis, ſicut dicitur [x] in Deut. *Aduena, qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te, eritque ſublimior, tu autem deſcendes, & eris inferior, ipſe erit in caput, tu eris in caudam, quia non audiſti vocem Domini Dei tui, nec ſeruaſti mandata eius, & ceremonias, quas præcepit tibi, adducet ſuper te Dominus gentem de longinquo, & & extremis terræ finibus, cuius linguam cognoſcere non poſſis*: quod de Chaldæis dici non poteſt, cum Abraham Chaldæus fuerit, & vt dicitur *Eſaiæ* 36. lingua Chaldaica notiſſima erat Hebræis; ac proinde de Romana lingua intelligendum illud eſt, quæ nullam conuenientiam habet cum Hebræa. Deinde, quia vt dicitur *Daniel in cap. 9.* poſt excidium Hieroſolymæ per Romanos, non erit reditus in patriam, ſed finis erit perpetua vaſtitas, & deſolatio; proindéque ſi hæc verba referenda ſunt ad vtrunque [z] caput citatum, de vtraque captiuitate vaticinatur in hoc carmine Ieremias.

Deut.28.

[x] *Quæ verò in Deuteronomio ad excidium per Romanos.*

Iſai.36.

Daniel.9.

[z] *Ad vtrunque autem locum reſpicit hoc carmen.*

Moralis autem allegoria talis eſt: Eccleſia inuaſa in Adam à malo dæmone, ab eodémque occupata ſpoliata eſt omnibus virtutibus ſuis, vnde mala omnia deriuata ſunt: eſt enim peccatum omnium laborum, & calamitatum origo, niſi enim peccaſſet [a] Adamus, ſimiles calamitates non eſſet paſſa Eccleſia, quemadmodum docuit Auguſtin. lib. 13. de Trinitate, cap. 16. *Non ſolùm*, inquit, *ipſa mors carnis, ſed omnia huius ſeculi mala, dolores, laboreſque hominum, de peccatorum, & peccati originalis veniunt fonte*. Similia dixit Hieronym. *cap. 12. Ieremiæ*, ad illa verba, *vſquequo lugebit terra?* & Chryſoſtom. *homil. 37. ſuper cap. 5. Ioannis*, ad illa verba, *iam amplius noli peccare*: id quod voluit Rupert. abbas ad hunc locum cùm dixit, *Illud maximè dolendum eſſe, quod Eccleſiæ perſecutores principes opulenti, &* [b] *potentes ſunt, alioquin enim in hoc ſæculo Cain, quam Abel, opulentior Eſau, quàm Iacob, atque ita de cæteris, vſque ad futurum ſæculum; hoc autem ideo, quia Dominus locutus eſt ſuper eam propter multitudinem iniquitatum eius, vt occidente Cain, & perſequente Eſau recipiat ipſa in præſenti ſæculo, quod meretur, & non puniatur cum illis in futuro*. Certum autem eſt labores omnes, ac calamitates ortum habuiſſe à peccato originali; niſi enim Adamus peccaſſet, non eſſet deformata Eccleſia tot laboribus. Non ita dicendum eſt de peccato actuali, neque enim omnes calamitates, quas in viris ſanctis patitur Eccleſia, pœnæ ſunt alicuius peccati actualis, ſed potius exercitia virtutum, & incrementa gloriæ, vt eleganter proſequitur Chryſoſtom. *hom. 9. ſuper Matth. & hom. 42. & in primam ad Corinth. hom. 43.* Quem locum proſequitur Tertul. *in apolog. cap. vlt.* vbi loquens cum tyrannis perſequutorib. martyrum in hanc ſententiam, ſic ait, *nec tamen nihil proficit exquiſitior crudelitas veſtra, illecebra eſt magis ſectæ, plures efficimur quoties metimur à vobis, ſemen eſt Chriſtianorum*. Similia habet *in lib. ad Scapulam*. Eſt celebris in hoc argumento ſententia Hieronymi in vita Malchi, & epiſt. 62. *Perſequutionibus creuit* [c] *Eccleſia, martyriis coronata eſt*. Videndus erit Thomas Bozius *in ſignis Eccleſiæ, lib. 4. cap. 4.* Non igitur labores omnes Eccleſiæ de peccato actuali emanant, cum tamen omnes eius calamitates de peccati originalis fonte deriuentur; 144

[a] *Eccleſia in Adami crimine non ſolum bonis omnibus ſpoliata fuit.*

Aug.

Hieron. Ierem. 12.

Chryſoſt. Ioan. 5.

[b] *Sed inde facti ſunt hoſtes illius opulentiores.*

Chryſoſt.

Tertullian.

Hieronym.

[c] *At in his perſequutionibus adoleuit.*

Thom. Boz.

quod voluit Ieremias hoc in carmine, ſi moraliter loquendum ſit.

145. Hæc de malis externis, ac de externis calamitatibus Eccleſiæ allegoricè dicta ſint, longè pulchriot tamen allegoria conſurgit ex internis calamitatibus Eccleſiæ, quas patitur [d] vnaquæque anima, poſtquam in principem ſibi conſtituit Adamum malignum, ſiue dæmonem; ſpoliata enim continuò eſt virtutibus omnibus internis, ita vt patulos eius cogitatus huc, atque illuc per varia deſideria trahendo, nullam quietem, animam habere patiatur: ſic enim Hieronym. hæc verba intelligit, & Paſchaſius, per hoſtes, dæmones exponentes, de quibus dicitur Eccleſiaſtes, cap. 10. *Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris*; eum tamen anima peccatrix locum ſuum conceſſerit dæmoni, ita vt pacificè, ac tranquillè eius boois potiatur, quod eſt, *locupletati ſunt inimici eius*; inualeſcunt enim, eum vitiorum creſcente conſuetudine, hoc enim eſt *eſſe in capite*: qua de re videndus eſt D. Auguſt. lib. 8. confeſſ. cap. 5. *ſuſpirabam*, inquit, *ad vacandum tibi, non ferro alieno, ſed mea ferrea* [e] *voluntate velle meam tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me, quippe ex voluntate peruerſa facta eſt libido, dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas, quibus quaſi anſulis quibuſdam ſibimet innexis, vnde catenam appellaui, tenebat enim me obſtrictum dura ſeruitus: voluntas autem noua, quæ mihi eſſe cœperat, vt te gratis colerem, fruique te vellem Deus, ſola certa iucunditas, nondum erat idonea ad ſuperandam priorem vetuſtate roboratam.* Videndus erit Valer. Max. *lib. 7. cap. 2.* com notat, Cretenſes, cum acerbiſſima execratione vterentur aduerſus aliquem, ita deprecabantur, & optabant, *vt mala conſuetudine delectarentur*, *iy*, *quos oderant*, modeſtoque voti genere efficaciſſimum malum optabant hoſtibus ſuis, & ſic acerbiſſimum vltionis [f] euentum repetetunt; inutilitet enim aliquid concupiſcere, & in eo perſeuerantet morari, exitio vicina dulcedo eſt. Ex quibus iam patet, quàm conueniat moralis allegoria cum interno ſtatu animæ peccatricis; continuò enim vbi peccatum, ſiue malignus conſtitutus eſt quaſi caput eius, depaſcitur peccatum omnes virtutes animæ, & longa conſuetudine peccandi in eadem anima ſecurè habitat, nec paruulam cogitationem cæleſtem patitur ab ea anima exire.

[d] *Longè acerbior captiuitas animæ interna.*

Eccleſ. 10.

Aug.

[e] *Dum quis ſua ferrea voluntate te. natur inuitus.*

Valer. Max.

[f] *Quod acerbiſſimum vltionis euentū & gētiles noꝛunt.*

§. III.

HE.

Serò, & inutiliter ſapit, qui non niſi poſt flagella ad comminationem aduertit diuinam.

146. Affixa autem eſt litera, *He*, in principio huius quinti carminis congruenter, ad ſignificandum tunc demum aduertiſſe gentem Hebræam ad legem comminantem hæc omnia mala, eum ea præſentia vidit; hæc enim litera teſte Hieronymo, ſignificat, *ecce, en, he, iſtac*; nihil enim tam demonſtrat miſerum ſtatum peccati, atque Deum in memoriam reducit, quàm præſentes calamitates: qualis eſt ille locus apud Ieremiam in cap. 31. *Poſtquam enim conuertiſti me, egi pœnitentiam, & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum, confuſus, & erubui*: Theodoret. eleganter ad eum locum, *poſtquam expertus eſt tribulationem, peruenit ad notitiam peccati*: id quod dixerunt fratres Ioſephi *Geneſ.* 42. oppreſſi ab ipſo fratre in Ægypto, *Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtram, videntes anguſtias illius dum deprecaretur nobis, & non audiuimus, ideo venit ſuper nos iſta tribulatio.* Quæ fuit ratio, cur diuinus propheta inchoauerit hoc carmen à litera *he*, vt ita oſtenderet, per labores ſaltem reducendos eſſe Hebræos in Deum, qui per diuina [h] beneficia à Deo ſeparati ſunt, quaſi velit, hoc illud erat, quod Deus comminatus fuerat in Deut. & Leuit. contra nos, ecce longa comminatio, tandem opere completa eſt.

[g] *Litera He, idem ſignificat atque ecce.*

Hieron.

Ierem. 31.

Theodoret.

Gen. 42.

[h] *Commemoratiua eſt diuinorum beneficiorum.*

TRACTATVS VII.

De expoſitione ſexti carminis ſub litera, VAV. *Et egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius: facti ſunt principes eius velut arietes non inuenientes paſcua: & abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis.* Siue, *de deformatione Hieruſalem captiua.*

§. I.

Ad Literam.

Amiſſo robore militari in Principibus Hebræorum, non modò concidit, ſed omnino deformatur omnis decor eius.

Et egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius. Sic eſt exorſus diuinus vates hoc ſextum carmen, *& egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius*: quibus verbis propheta dolet gloriam, & ornamenta omnia ablata fuiſſe à ſua gente, præcipuéque robur, & virtutem militarem, quod explicat eleganti, & paſtorali ſimilitudine. Non eſt autem tam facile cognoſcere quid hoc in loco intelligere voluerit propheta per illa verba, *egreſſus eſt à filia Sion omnis decor eius*, cum tamen certum ſit per filiam Sion intelligendam eſſe vniuerſam vrbem [i] Hieroſolymam, quam mons Sion, quaſi filiam vnicam protegebat, atque defendebat, quod eſt proprium parentis, ſicut aduertit Lyran. ad hunc locum; quam formam loquendi expreſſit Chaldaica Paraphraſis dicens, *egreſſus eſt à cætu Sion omnis decor eius*, ita oſtendens de ciuitate Hieruſalem ſermonem eſſe, atque in ea de vniuerſa gente Hebræa; eſtque tranſlatitia, & figurata locutio, qua propheta introduxit fœminam ſpoliatam ſuo decore, & veteri pulchritudine, ad amplificandam calamitatem gentis Hebrææ; eſt enim muliebre ingenium formæ, ac decoris amantiſſimum, ita vt felicitatem pulchritudine metiatur, nihil enim magis cupiunt fœminæ quàm eſſe, & videri formoſæ, vt videre eſt apud Horat. *lib. 4. carmin. ode.* 13. vbi expri- 147.

[i] *Filia Sion Hieruſalem ſignificat.*

Lyran.

Chald. Par.

mens

mens muliebre iugenium, pro felici muliere pulchtam dixit; nanque mulier felicitatem in pulchtitudine couſtituit, & *lib. 1. carm. ode.* 16. vt ſibi Tyndaridem teconciliaret, quam ſuis carnioibus læſerat, formoſam appellauit, dicens:

O matre pulchra filia pulchrior.

Ita naoque pulchritudinem amant, vt vitam potiùs quàm pulchritudinem perdere velint; quod Venuſinus poëta oſtendit *lib. 3. carm. ode.* 27. cùm introducit Eutopam moribundam ita loquentem:

O Deorum, ſi quis hac audis, vtinam inter errem
Nuda leoues, Antequam turpis macies decentes
Occupat malas, teneraque ſuccus, Defluat prada
ſpecioſa quero,
Paſcere Tygres!

Quibus vetbis clarè patet, qoàm amantet adhæteant mulieres ſuæ pulchtitudini, & quàm vehementer doleant eandem amiſſam; propteteaque vt propheta oſtendat calamitatem Hebtæorum, inttodocit fæmioam quaſi deplorantem [l] veterem ſplendorem, & pulchritudinem amiſſam, cum dolendo dixit, *& egreſſus eſt à filia Siou omnis decor eius*, quo nihil infelicius mulieri potuit euenire. Vt autem mulieres vehementer delectantut pulchritudine, & eandem dolent amiſſam, ſic nobilis quæcunque Reſpublica, ſiue regnum dolet ſplendotem, ac ornamenta ſua amiſiſſe. Iam igitur inquiteudum eſt, quid figurata hac locutione per decorem ſignificare voluerit propheta. Quod vt meliùs intelligatut, notandum eſt cum Ariſtotele 1. *Polit. cap.* 1. primum otuamentum cuiuſque Reipublicæ, cuius gratia vtbes, & regna conſtituta ſuot, eſſe ciuilem ſocietatem: præter hanc autem concordiam ciuilem ſunt alia plura ornamenta in quauis Republica, vt memiuit idem Atiſtoteles 7. *Polit. cap.* 8. vbi deſcribens ornamenta ciuilia, dixit ea poſita eſſe in alimentis, in attibus, in armis, in ſactificiis, in facultatibus, atque in iudicio: & *in lib. 9. Polit. cap.* 7. potiſſima ornamenta Reipublicæ poſuit arma, iuſtitiam, & teligionem. Quando igitur nulla pietas eſt in Republica, nulla iuſtitia, nulla virtus militaris, tunc egreſſus eſt omnis decor ab ea Republica: vnde iam fit, per decorem [m] ſignificare voluiſſe prophetam vniuerſa ornamenta Hieroſolymæ, quæ ſimul cum libertate ablata ſunt, ſcilicet, teligionem, vaſa ſacra, tegiam dignitatem, & pontificiam, theſauros omnes, ac diuitias, & paritet robut militate Principum, quo ſuſtentata ſtetit Hieroſolyma.

[l] *In qua deplorâta amiſſum decorem aptiſſimè ciuitates exterminatum deuiratur.*

Ariſtot.

[m] *Decor enim vniuerſa vrbis ſignificat ornamenta.*

148. *Facti ſunt Principes eius velut arietes non inuenientes paſcua, & abierunt abſque fortitudine.* Quooiam vetò inter cætera ornamenta cuiuſqoe liberæ gentis non vltimum locum obtinet robut, & virtus militaris, eleganti ſimilitudine dolet propheta decorem Principum fuiſſe amiſſum, cum dixit, *facti ſunt Principes eius velut arietes non inuenientes paſcua, & abierunt abſque fortitudine*: quibus verbis dolet etiam robur in primatibus fuiſſe amiſſum, & agilitatem, quæ eſt altera pats fortitudinis militaris: adducit autem in exemplum arietem, [n] vt rem ante oculos proponat, quia aries, quemadmodum notauit Pierius Valer. *lib.* 10. *de Symbolis Ægyptiis, ſub titulo de ariete*, propter ſui pugnacitatem ſymbolum belli eſt; vnde cæleſtis aries Marti dicatum eſt à veteribus, & propterea quando bellum in hoſtes aliquos indicebatur, aties emittebatur per fæcialem, vt ſic ſignificaretur hoſtilem agrum ſuæ iam pædæ expoſitum eſſe. Erit videndus in hanc ſententiã Celius Rodigin. *lib. 30. antiq. lection. cap.* 2. cum docet, ab agro delatum fuiſſe Pericli caput arietis, vatemque conjectatum fuiſſe, ex duobus factionibus, quæ in Republica vigebant, Thucydidis, ſcilicet, & Periclis, fore, vt altera obſcurata ad vnum Periclem deueniret poteutia tegni, cui primò delatum eſt oſtentũ arietis. Vſque adeo fottitudinis ſymbolum, & belli aries eſt. Oſtendit igitur propheta hac ſimilitudine attificioſè vtrunque ablatum fuiſſe à gente Hebræa, & robur militare, & agilitas io bello, vude in atietibus fieri conſueuit, quibus deficiente paſtu, deficiunt vites, [p] & agilitas in bello, vt colligitut ex Paraphraſi Chaldaica, quæ ad huuc locum ita legitur, *& abierunt in infirmitate fortitudinis, & non fuit in eis virtus ad fugiendum, & reſiſtendum*, id eſt, nec fortes, nec agiles fuerunt, quotum vtrunque amiſit [q] nobilitas Hebræorum. Quòd autem agilitas neceſſaria ſit in viris fottibus, & ſit altera pats fortitudinis, docet ille locus ex ſecundo Ioelis, cùm loquens de Chaldæis dixit, *ſic vt fortes current*, eoſdem fortes, & veloces appellans: vnde Homerus in iliade, quoties Achillis meminit, toties eum velocem pedibus appellat. Erit videndus Cæſar *lib. 1. de bello Gallico*, cùm ait, *totidem numero pedites velociſſimi, ac fortiſſimi*; ſic enim robuſtos milites appellauit. Vnde iam patet quam conueniat hæc ſimilitudo arietum cum Hebtæis principibus, in quibus proptet penuriam paſtus, & vires defecerunt, & agilitas.

[n] *Figurat & amiſſum robur militare aries non inueniens paſcua.*

Pier. Valer.

[o] *Aries enim ſymbolum belli eſt.*

Cel. Rodig.

[p] *Ob fortitudine, & agilitatem,*

Par. Chald.

[q] *Quæ duo amiſerat nobilitas Hebræorum.*

Ioel. 2.

Homerus.

Cæſar.

149. Quàm ſit autem decotum in libera Republica fortes, & agiles [r] eſſe Principes, ac viros militates dixit eleganter Plutarch. in orat. 1. de fortuna Alex. *Præclarè*, inquit, *dicebat Antiſtenes omnia hoſtibus bona optanda eſſe à diis, præter vnam fortitudinem; etenim illa tandem armis præſtantium fore, non illa poſſidentium*; quapropter naturam, inquiunt, ceruo animali ignauiſſimo cornua magnitudine viſenda iogeneraſſe, nimirum ſpecimen dantem, qui auderet, ipſi fiduciam, imperare ſibi nequeunt, nullum iis armorum apparatum, bellique inſtrumentum vſui eſſe, hoc ſæpe modò fortuna ſocotdibus, ſtolidiſque opes, & imperia aſciſcens, quibus ipſi demum degenetes arguuntur, aſtruit boneſtas virtutem, vt pote, in qua vnà ſita ſit amplitudo, decorque viri, vbi eleganter Plutarch. decorem virilem poſuit in fortitudine militari; quod accommodatius videbitur, ſi textus Hebtæus, & Chaldæus attentiùs inſpiciatur; ita enim legitur: *Principes eius veluti cerui non inuenientes paſcua, & abierunt abſque fortitudine ante perſequuterem.* Clariùs Chaldaicus textus, *& erunt Principes eius diſcurrentes, ad quærendum cibum, vt diſcurrunt cerui* [ſ] *in deſerto, & non inuenerunt locum aptum paſcuis ſuis, & abierunt in infirmitate fortitudinis, & non fuit eis virtus ad fugiendum.* Sic autem aptiſſimè quadrat ſimilitudo cum infirmis, & inualidis Principibus Hebræorum.

[r] *In quibus decor omnis principum virorum in republica libera fulget.*

Plutarch.

Text. Hebr. & Chald.

[ſ] *Chaldaicus ceruis comparat hic Hebræos.*

150. Verùm vt appateat, quæ ſit ratio diuerſitatis intet vttanque lectionem, vulgatam ſcilicet, Hebraicam, & Chaldaicam, nanque vulgatos interptes legit hoc in loco, *facti ſunt Principes eius velut arietes*, cùm Chaldaicus textus, & Hebræus habeat, *facti ſunt principes eius velut cerui.* Quod vt meliùs intelligatut, neceſſariò Hebraizandum eſt; nanque vox Hebræa, *Halalim*, nomeo eſt æquiuocum, & ſub iiſdem vocalibus aliam,

atque aliam ſignificationem habens: quamuis ex recentioribus quidam aliter velit: vtraque enim lectio vera eſt, nec per diuerſitatem vocalium videtur varianda, ſub iiſdem enim vocalibus vtrunque ſignificat & arietem,[t] & ceruum, quia cum Hieronym. vtranque ſignificationem transferre potuiſſet ex Hebræo, maluit arietem vertere, quàm ceruum, vt ex re nobis magis cognita, quales ſunt arietes inter greges, nobis proponeret ob oculos miſerum ſtatum gentis Hebrææ, præſertim cum commiſerationem moueat vidiſſe gregem, & arietes gregis arente pabulo cadentes, vt feciſſe legimus Tragicum in Ædipo cum dixit,

[t] *Nec propterea diſſonat à vulgata, quia vtrunque ſignificat vox Hebræa arietem & ceruũ.* Hieron.

Tragicus.

Incubant pratis pecudes relictæ,
Taurus armento pereunte marcet,
Deficit paſtor grege diminuto
Tardos inter moriens iuuencos.

151. *Ante faciem ſubſequentis.* } *Quod autem dixit propheta, ante faciem ſubſequentis*, ſignificat ante perſequutorem hoſtem. In qua voce, ſi Rabbi Salomoni credendum eſt, poſita eſt prophetia huius loci; nullibi enim[u] in ſacra Scriptura completè ſcripta eſt hæc vox, cum quatuor literis radicalibus, niſi hoc in loco, & in lib. 1. *Reg. cap.* 24. cum Dauid Sauli dixit, *quem tu perſequeris*; vtrobique enim eſt eadem vox cum iiſdem literis, vt vnus notauit Pagninus in theſauro linguæ ſanctæ, idque ea ratione factum exiſtimauit Rabbi Salomon, vt ſignificaretur completa, & abſoluta perſecutio. Quod ſi verum eſt, fatendum neceſſariò erit, hoc in loco ad literam, potiùs voluiſſe prophetam captiuitatem per[x] Romanos deſcribere, quæ vltima, & abſoluta eſt, in qua nunc miſerè viuunt Hebræi, quàm eam captiuitatem, quæ facta eſt per Chaldæos; ea enim abſoluta, & completa non fuit, redituri enim in patriam Hebræi deducti ſunt in Babyloniam, cum nunquam redituri ad patrios lares diſperſi ſint per vniuerſum orbem miſeri Hebræi.

Rab. Salom.

[u] *Eruditè deducitur ex Hebræa litera,*

1. Reg. 24.

Pagninus.

[x] *Prophetam hic eſſe ad literam de captiuitate per Romanos.*

§. II.

Ad Allegoriam & mores.

Niſi cæca eſſet Synagoga, videret vtique ſuam in ſecundo excidio deformationem hîc expreſſam; ſed heu miſera! omnis anima peccans, quæ viribus deſtituta gratiæ, nullis non ſubiicitur vinculis peccatorum.

152. MOralis verò allegoria, quæ ex hoc loco conſurgit, pulcherrima eſt, ſignificat enim animam, ſiue Eccleſiam, quæ quaſi ſui dominum in capite ſibi conſtituit malignum, ſiue peccatum, omnino deformatam[z] fuiſſe, veteremque decorem, & pulchritudinem amiſiſſe, & infirmam factam eſſe robore, quales ſolent eſſe arietes deficiente paſtu. Ita ad verbum voluit ad hunc locum Hieronym. *Filia*, inquit, *Sion reliquit decorem ſuum, quando per incuriam cogitationum, virtutum perdidit ornamentum, nec ei ſubueniunt Principes ſui*: per principes enim intelligit rationabiles tractatus, hoc eſt, voluntatem, & intellectum, cum quibus debuit reſiſtere inimicis perſequentibus; ſed deformata vero robore fortitudinis coram hoſte perſequente lapſa eſt in foueam deceptionis, ſiue decepta eſt. Hieronymo ſuffragatur Rupertus abbas, cùm ait, *& pro parte Sion infirmiore dicta rectè intelligitur, ipſaque ſponſa Eccleſia de ſeipſa fatetur.* Cantic. 1. *perdidiſſe decorem ſuum propter peccatum, cum ait; Nigra ſum, ſed formoſa: nigra per culpam, formoſa per gratiam.* Quòd autem vires amiſerit per culpam,[a] vtiuam non ita clarum ſit.

[z] *Anima per peccatum deformata quantum robore infirmatur ad bonũ.* Hieron.

Rupert. abb.

Cantic. 1.

[a] *Magno ſuo malo experitur.*

§. III.

VAV.

Trahunt ſcelera noſtra diuinam in ſui vindictam veluti hamus vltionem, nec ſinunt vnam vel alteram tantùm ſuper nos, ſed plures faciunt, & concatenatas venire calamitates.

APtiſſimè autem conuenit cum materia huius ſexti carminis præfixa litera *Vau*, tum propter eius figuram, tum etiam propter eius ſignificationem, & communem vſum in ſacris literis; refert enim formam, & figuram[b] vncini; eſt autem vncinus palus oblongus in cuſpide incuruus vel à ferro, vel ab ipſa natura, quo rami arborum attrahuntur ad colligenda matura poma: ſicut autem hæc vox, ſeu potiùs hæc litera, vncinum refert, ſic etiam ſignificat, & præterea coniunctionem, *&*, copulatiuam, quamuis elegantiæ gratia plerúnque apponatur in principio alicuius dictionis, vt videre eſt in prophetis; communiùs tamen ponitur pro particula, *&*,[c] copulatiua. Iam igitur ſi hæc litera appoſita ſit, vt vncinum refert, & ſignificat, quadrat optimè cum hoc carmine; ſignificat enim acceleratam iram diuinam propter hominum Hebræorum crimina, de more, ſcilicet, irati hominis, qui ſolet in pœnam, & vindictam, quodam quaſi furore iracundiæ, infenſos ſibi homines punire, neminemque eorum relinquere intactum. Id quod vncinus optimè ſignificat, vt expreſſit diuinum oraculum Amos *in cap.* 8. vbi ad oſtendendum acceleratam eſſe magis captiuitatem Samariæ, ita legitur dixiſſe: *Hæc oſtendit mihi Dominus Deus; & vncinus pomorũ, & dixit, quid tu vides Amos? & dixi, vncinum pomorum; & dixit Dominus, venit finis ſuper populum meum Iſrael, non adiiciam vltra, vt pertranſeam eum.* Qui locus duplicem habet expoſitionem, quarum vtraque conuenit optimè cum explicatione præfixæ literæ in hoc ſexto carmine: prior ſenſus eſt, quem affert Hieronym. vt ſit comparatio inter vncinum attrahentem[d] poma, & diuinam vindictam accelerantem pœnas Hebræorum ſceleribus debitas. Sicut igitur vncino attrahuntur altiores, & remotiores arborum rami ad colligenda poma matura de ineurueſcentibus ramis, ita ego proximum captiuitatis tempus attraxi, quaſi maturis iam ſceleribus: propterea igitur præfixum eſt *Vau* in principio huius verſus, ad ſignificandum attractum fuiſſe tempus diuinæ vindictæ, de more, quo attrahuntur poma vncino, quæ iam matura ſunt. Placuit tamen Lyrano, per eam viſionem, quæ facta eſt Amos, quando ei vncinus oſtenſus eſt, omnes in captiuitatem ducendos eſſe Samaritanos, tam principes, quàm plebeios promiſcuè 153.

[b] *Litera Vau figuram refert vncini,*

[c] *Vnde copulatiua eſt.*

Amos 8.

Hieron.

[d] *Sicut autẽ vncinus trahit poma, ita ſcelera hominum diuinam vindictam accelerant.*

Lyranus.

promiſcuè nullo relicto; id, quod ſignificat vncinus, nanque poma, quæ poſſunt manu decerpi, primò colliguntur; ea verò, quæ in altioribus ramis pendent, vncino attracta colliguntur; atque ita omnia poma collecta ſunt nullo in arbore relicto. Hoc autem quadrat optimè cum præſenti materia, præfixa enim litera *Vau*, quaſi vncinus in hoc ſexto carmine oſtendit optimè omnes captiuos ducendos in Babyloniam tam principes, quàm plebeios, tam paruulos, quàm ſenes; quod patet, quia in quinto carmine dixerat, *paruuli eius ducti ſunt ante faciem tribulantis*; in hoc autem ſexto carmine, dicitur, *principes eius abierunt abſque fortitudine ante faciem ſubſequentis*, atque ita omnes captiui ducti ſunt in Babyloniam, quod aptiſſimè ſignificat litera *Vau* præfixa in principio huius carminis.

154. Quod ſi velis, hanc literam ſignificare copulam, ſiue coniunctionem, in qua ſignificatione frequentiſſimus [e] eſt eius vſus, in ſacra Scriptura, tunc præfixa eſt ad ſignificandas calamitates Hebræorum ſimplices non fuiſſe, ſed quaſi concatenatas, eſt enim hæc calamitatum natura, vt nulla ſola occurrat, ſed quaſi catena facta. Id quod eleganter expreſſit Genebrard. in Pſalm. 41. *Abyſſus abyſſum inuocat; Calamitas*, inquit, *calamitatem attrahit, vt emergere non liceat, nulla enim calamitas ſola*: proſequitur hoc argumentum Nazianz. in tragœdia, *Chriſtus patiens*:

[e] *Frequentior vſus huius literæ eſt pro copulatiua.*

Genebrard. Pſalm. 41.

Nazianz.

Vetus iniuria parere nouam ſolet,
Et ſubſequuntur lachrymas lachrymæ aliæ,
Queis neque modus ſit, neque numerus vllus:
Malo autem ſemper aliud creſcit
In pugnam comes.

Et cætera quæ proſequitur Nazianz. in eandem ſententiam. Eſt locus optimus 2. *Reg. cap.* 18. in amplificationem huius loci, quando Rex Dauid proſpiciens de palatio regio venientem nuntium de bello Abſolonis filij ſui, dixiſſe fertur, currente à præſſo quodam, *ſi ſolus eſt, bonus eſt nuntius in ore eius*, quaſi velit, felicitatem ſimplicem, & vnicam eſſe, infelicitatem autem multiplicem, & quaſi concatenatam. Id quod ſatis oſtendit locus *Iob. cap.* 1. quando adhuc loquente primo nuntio, & referente primam calamitatem Iobi, ſecundus nuntius ingrediebatur, vt nuntiaret partem aliam calamitatis, necdum ſecundus deſierat loqui, quando iam tertius ſimilia deferebat, quaſi coniungendo calamitates calamitatibus; hæc eſt enim earum natura, vt etiam poſtremò dixit Tragicus in Ædypo:

2. Reg. 18.

Iob. 1.

Tragicus.

Finis vnius mali, gradus eſt futuri.

Quam triſtem conditionem calamitatis cùm exprimere vellet propheta hoc in loco à litera *Vau* inchoauit carmen, oſtendens copulatas veniſſe, & & quaſi catena quadam [f] connexas calamitates gentis Hebrææ: id quod oſtendit præfixa litera *Vau*.

[f] *Quo ſenſu copulatas oſtēdit calamitates Hebræorum.*

TRACTATVS VIII.

De expoſitione ſeptimi carminis ſub litera ZAIN. *Recordata eſt Hieruſalem dierum afflictionis ſuæ, & prauaricationis omnium deſiderabilium ſuorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cùm caderet populus eius in manu hoſtili, & non eſſet auxiliator: viderunt eam hoſtes, & deriſerunt Sabbatha eius.* Siue, *de comparatione præteritorum malorum ad præſens.*

Non continet præſens carmen ſeptimo plura verba, quàm quæ in præcedenti titulo ſunt poſita: quorum materia, ſeu argumentum tale eſt: Deplorat præſentem calamitatem propheta ex collatione cum antiqua felicitate, magiſque amplificatam eam docet ex contemptu diuinæ religionis; nihil enim tantùm dolent viri fideles, quam irriſam, & contemptam diuinam religionem. 155.

§. I.

Prænotanda ad literalem expoſitionem de ſignificatione vocis Hebrææ, cuius loco ponitur præuaricatio, & Sabbathum.

Recordata eſt Hieruſalem dierum afflictionis ſuæ, & prauaricationis omnium deſiderabilium ſuorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cùm caderet populus eius in manu hoſtili.

Pendet autem vera expoſitio totius huius carminis ex vera cognitione duplicis vocis Hebrææ, qua vtitur propheta in eo: altera eſt ea vox pro qua vulgatus tranſtulit, *prauaricationis*; ea enim ſatis ambigua [g] eſt, & æquiuoca: vox altera eſt, *Sabbathura*, non enim ita conſtat in quo ſenſu poſita fuerit hoc in loco à propheta. Quod igitur attinet ad primam vocem, aduertendum eſt Rabbi Salomonem potiùs vertiſſe, & *laborum*, alij, *angorum*, ſiue *anguſtiarum ſuarum*, de more ſcilicet Hebræorum, qui ad amplificandam, & augendam rem aliquam ſolent duplicare voces eadem ſignificantes. Cùm igitur propheta dixerit, *recordata eſt Hieruſalem dierum afflictionis ſuæ*, ad amplificandam eandem afflictionem, nouam vocem attulit eandem calamitatem ſignificantem, & laborum, ſiue anguſtiarum ſuarum. Rabbi Dauid *in lib. radic.* aduertit alios [h] legere *planctuum*, alios autem, *tranſmigrationum ſuarum*, ſiue *vagationum*, vel *tranſlationum*; alio autem in loco vertit, *pauperta tum*, & *humiliationum ſuarum*, id eſt, quoties depauperata, & humiliata fuerit. Huius autem diuerſitatis ea eſt cauſa, vt bene notauit Pagninus *in Theſauro*, & Marinus *in arca Noe*, quia hæc vox Hebræa deriuata eſt, poteſt autem deriuari à duplici radice, vel à verbo *R...d* quod ſignificat *plangere*, *conqueri*, *migrare*, vel à radice, *Morad*, quæ ſignificat *deficere*, *rebellare*, *attenuare*, *humiliare*; deriuationem autem ab hac radice ſecunda, *humiliare*, exiſtimauit Hieronym. eſſe huius vocis, & propterea potius tranſtulit, *prauaricationis*, ſicut eſt in vulgata [i] editione. & hanc eſſe veram deriuationem huius vocis, docet Rabbi Dauid, Pagnin. & Marin. in locis citatis; accommodatè autem ita tranſtulit Hieron. non ſolùm ad radicem Hebræam, 156.

[g] *Vox poſita prauaricationis loco in Hebræo ambigua.*

Rab. Salom.

Rab. Dauid.

[h] *Rabbini aliter legunt.*

Pagnin. Marin.

Hieron.

[i] *Sed aptiùs vulgata editio.*

Rab. Dauid. Pagnin. Marc. Mar.

ſed etiam ad ipſam rem, de qua agitur: clarum enim eſt omoium calamitatum Hebræarum cauſam,& tadicem fuiſſe defectionem, ſiue rebellionem Iudæorum à Deo,& à ſua lege.

157. Alia vox eſt iu hoc carmine, cuius neceſſatia eſt cognitio ad vetam intelligentiam eiuſdem carminis,ea autem eſt. *Sabbathum*, vox natura ſua [l] Hebræa,nõ autem Græca,vt falsò putauit Plutarch. *in ſympoſio.lib.4.quæſt.5.* exiſtimat enim deriuatam eſſe à Græca dictione, *Sabbas*, quæ Bacchum ſignificat,quaſi verò Hebræi,cultores Bacchi fuetant: Tacitus etiam *lib.5.ſua hiſtor.* De hoe autem Græco nomine videndus eſt Celius Rodigin. *lib.7.lect. antiq. cap.15.* Hoc autem falſum eſt,perpetuò enim Hebiæi Deum cæli coluerunt. Potuit autem hæc falſiras principium habuiſſe ex 2. *Machab.6.* quo in loco coacti ſunt Hebræi ab Antiocho edera, & vite redimiti Lyæo, ſiue Baccho celebrate: vtrunque igitur verum non eſt,quod *Sabbathum* ſcilicet,nomen ſit Græcom, & id etiam,quod addunt,Hebræos cultores fuiſſe Bacchi: propter quam eandem rationem non erit audiendus Apion Grammaticus Alexandrinus, contra quem agit Iuſephus Iudæus *in lib. peculiari contra Apionem.* Sit igitur certum *Sabbathum* non eſſe nomen Græcum,ſed potius Hebræum, non tamen à radice *Sebebahh*, vt voluit Lactant. Firmian. *lib. 7.cap.14.* quæ vox ſeptem ſignificat, ſed potius à radice *Sabath.* quod eſt, *quieſcere*, ſiue *ceſſare*, quoniam eo die, quo Deus ceſſauit ab opere creationis, quodammodo requieſcere viſus eſt,ſicut dicitur *Geneſ.* 2. vnde eadem dies *Sabbathum* dicta eſt, hoc eſt, requies, ſiue ceſſatio.notauit hoc eleganter Euſeb.Cæſar. *lib. 13. de præpar. Euang.* aduertens à ceſſatione diuina in opere creationis ſeptimum diem, nomen *Sabbathi* inueniſſe, & propter ſingularem quandam excellentiam, & præcipuam religionem,& ſanctificationem,omnes alias feſtiuitates in Scriptura *Sabbatha* fuiſſe appellatas; quam ſanctitatem cognitam fuiſſe veteribus Theologis Lino, Heſiodo, & Hometo docet Euſebius multis eo in loco: ex quo iam fit *Sabbathum* & teligionem [m] Hebræam idem eſſe. Vnde Martial. *lib.4.Carminum*, Iudæos Sabbathatios appellauit, vel quoniam eam teligionem venerabantur, vel propter nimiam ſuperſtitionem, qua *Sabbatha* colebant; quemadmodum proſequitur latè Cardinalis Baronius *tom. 5. ann. anno 34. Chriſti. cap. 155.* Sunt autem noti Hebræi, indò & irriſi propter hanc Sabbathinam ſuperſtitionem: hinc eſt,quod Volaterran. eleganter de Iudæo quodam dixit,qui lapſus in cloacam die Sabbathi, noluit propter diei religionem eo die extrahi, ſequenti autem die cauit loci dominus, ne extraheretur propter Dominicæ diei reuerentiam.

[l] Sabbathum, vox natura ſua non Græca, ſed Hebræa. Plutarch. Tacitus. Cel.Rodig. 2.Mach.6. Apion. Ioſephus. Lactant. Gen.2. Euſeb.Cæſ. Idem. *[m] Sabbathũ ſumitur pro religione Hebræa.* Martialis. Baronius. Volaterran.

158. Elegantior eſt ea alia hiſtoria, quam Syneſius ad Euoptium de ſua nauigatione ſcribit: cùm igitur exorta tempeſtate peracta eſſet dies paraſceues & veſpere, decedente ſole, Iudæi, qui nautæ erant,in Sabbathum incurrerunt,ille verò qui clauum tenebat, ſtatim vt ſolem reliquiſſe terram vidit, relicto clauo proſternit ſe, rati autem nauigantes illud ex deſperatione feciſſe omnes conſternebantor;cum autem cauſam cognouiſſent quidam gladio euaginato eidem necem intendebant, vt in opus incumberet, ille verò immobilis librum legis legebat,nec minùs,quàm Machabæus aliquis,comminatam mortem contemnebat,atque ita tota nocte, cum ſequenti die vſque ad dimidium noctis ſedit Iudæus otioſus: tunc verò ſponte ſurrexit, & clauum omiſſum recepit. Quis non irrideret [n] ſuperſtitionem Iudaicam? Meminit etiam Strabo, Pompeium magnum Hieroſolymam cepiſſe obſeruato ieiunij die,quando Iudæi ab omni opere ceſſabant: vnde error irrepſit aliquorum gentilium exiſtimantium *Sabbatho* ieiunare ſolites eſſe Hebtæos, ſicut dixit Trogus Pompeius *lib. 37.* cum ait, *Sabbatha Iudæorum à Moyſe in omne æuum ieiunio eſſe conſecrata*, vnde illud accepit Iuſtin. Hiſtoricus *lib.36.* hoc autem falſum eſt, vt conſtat ex lib. Iudith. *cap.8.* vbi dicitur: *Iudith omnibus diebus vitæ ſuæ ieiunabat præter* [o] *Sabbatha, & neomenias, & feſta domus Iſrael:* quod proſequitur Rabbi Moyſes Ægyptius. *in lib. de cæremoniis lib. 3. de tempore, cap. de Sabbatho, & cap. de ieiunio*, vbi docet, propter nullam afflictionem licere in Sabbatho ieiunium indicere, niſi in vnico caſu, quando ſcilicet obſeſſa [p] erat ciuitas ab hoſtibus: potuit autem hic error gentilium originem habere, quia plerunque in die ieiunij ceſſabant Iudæi ab omni opere externo, quemadmodum in die Sabbathi. Id quod notauit Ioſephus *in ſua vita.* Hæc ea mente diximus, vt oſtenderemus vel irriſam eſſe pietatem & religionem Hebtæorum,quæ nomine Sahbathi interdum ſignificatur; vel ſaltem irriſam eſſe ſuperſtitionem Hebræorum in obſeruatione diei Sabbathi: ex his enim duabus acceptionibus Sabbathi pendet vera intelligentia huius carminis.

Syneſius. *[n] Irridenda Iudaica Sabbati obſeruatio.* Strabo. Trog.Pomp. Iuſtinus. Iudith.8. *[o] Iudæi olim non ieiunabant in Sabbathis.* Rab.Moyſ. *[p] Præterquã in obſidione vrbis.* Ioſephus.

§. II.

Ad Literam.

Illud extremè doluiſſe Hebræis demonſtrat propheta, quòd Deum, quem ſemper habuerant auxiliatorem in præteritis calamitatibus, in hac ſibi adeo ſenſerint inimicum, vt neque ad illum reſpicere auderent.

Cum caderet populus eius in manu hoſtili, & nõ eſſet auxiliator.

159. His præſuppoſitis, prima expoſitio [q] ſumitur ex Theodoreto, in qua tamen aliquid neceſſariò ſupplendum eſt; ea autem quamuis excogitata, & nimis ingenioſa videatur, veriſſima tamen eſt; exiſtimat autem ſenſum huius loci talem eſſe: recordata eſt Hieruſalem ea, quæ proſpera,& aduerſa olim eidem Hieroſolymæ acciderunt, quibus ſi conferantur ea mala,quæ modò ei euenerunt, videbuntur multò minùs eſſe curabilia, eo quòd illius calamitate delectentur hoſtes, & eius pietatem in Deum irrideant Chaldæi, cùm tamen neque Deum habeant adiutorem, & defenſorem contra Dei priſtinam conſuetudinem in ſimilibus calamitatibus, nec propter veterem charitatem in Iudæos, nec propter irriſam ſuam legem, & religionem; proptetea dolenter dixit propheta, *cum caderet populus eius in manu hoſtili, & non eſſet auxiliator:* ſolebat enim Deus populum Hebtæum defendere, ſi non propter ipſum populum, ſaltem propter gloriam ipſius Dei, vt dictum eſt *in Pſalm. 113.* vbi recoluntur vetera omnia beneficia Dei in populum, & eadem referuntur cum ipſorum

[q] Prima expoſitio Theodoreti, ſed obſcurior. Theodoret.

Hebræorum

Theodoret.

Hebræorum ingratitudine,tunc ita dicitur: *Non nobis Domine,non nobis,ſed nomini tuo da gloriam:* ad quem locum dixit eleganter Theodoret. *hec iis, qui olim erant ex circunciſione, dicere congruebat,qui diuinum implorabant auxilium, & priſtinorum beneficiorum recordabantur; ne in nos reſpicias Domine, neque multas contumelias, quæ nobis fiunt,negligas; quandoquidem ij,qui iuſtam pœnam ignorant,noſtram ſeruitutem, tuam imbecillitatem ſuſpicantur,& dicunt,vbi eſt Deus eorum?* Similia dixit Caſſian. ad eum locum,& Paulus Burg. *add. vnica ſup. Pſalm.* 113. Simillimus locus eſt *in Pſalm.*78.vbi Regius vates introducit homines poſtulantes à Deo diuinum adiutorium in aduerſis rebus non propter ſua ipſorum merita, ſed propter gloriam Dei, eiuſque pietatem & religionem, ne ea irriſa ſit ab hominibus alienis à vera fide, vbi ita habet: *Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui libera nos, ne forte dicant gentes, Vbi eſt Deus eorum?*

Caſſianus. Burgenſ.

[e] Clarior redditur ab authore. Pſalm.78.

Clariùs igitur [e] colligo verum ſenſum huius loci de mente Theodoreti,quando cadebat populus oppreſſus crudelibus manibus Chaldæorum,tunc in memoria ſua recolebat omnia aduerſa, quæ antiquis temporibus ſibi acciderant;ſimul etiam recolebat omnia deſiderabilia,& felicia, quæ ſibi euenerant,quando maximè oppreſſus ab hoſtibus eſſe videbatur; nihil enim ei vnquam accidit aduerſum,in quo Deum non inuenerit adiutorem, ſi non propter ipſum populum, ſaltem propter diuinam religionem,& pietatem: nunc autem in grauiſſima calamitate non eſt aliquis auxiliator, cum tamen à Chaldæis diuina religio omnino irrideatur,quod eſt ſignum extremæ calamitatis.

160.

[f] Expoſitio communior & ſimplicior. Brixian.

Simplicior [f] tamen eſt alia expoſitio, & communior,in qua ſuppletur particula, *in*, quemadmodum ſuppleuit Brixian.ad hunc ferè modum: *Recordata eſt Hieruſalem in diebus afflictionis ſuæ, & præuaricationis ſuæ, recordata eſt*, inquit, *omnium deſiderabilium ſuorum*, ſcilicet, *ſuæ antiquæ pacis,regni,ſacerdotij,prophetiæ, & victoriæ,ac omnium beneficiorum, quibus abundabat eo tempore, quo oppreſſa eſt à Chaldæis.* Hęc autem recordatio ex collatione antiquæ felicitatis dolorem augebat, & calamitatem: creſcebat etiam dolor ex præuaricationis recordatione, nanque innocentia leuare ſolet dolorem: ad cumulum autem calamitatis accedebat religio ſancta irriſa, & contempta à prophanis hominibus, quo nihil acerbius ſolet accidere religioſis, & ipſis animabus, vt colligitur ex illo loco [g] Pauli obſcuro *ad Rom. cap.*9.cum dicit, *Veritatem dico in Chriſto, non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientia mea in Spiritu ſancto, quoniam triſtitia magna mihi eſt,& continuus dolor cordi meo;optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, quorum adoptio eſt filiorum,& gloria, & teſtamentum,& legiſlatio, &c.* Quem locum in hanc ſententiam, quam præ manibus habemus, vnicus Chryſoſt.ponderauit *hom.*16.*ſuper epiſt.ad Rom.* quem poſtea ſequutus eſt Theophyl. exiſtimat enim referenda potiùs eſſe hæc verba ad eam charitatem,qua Paulus diuinam gloriam, & nomen colebat,quam ad dilectionem, qua conſanguineos ſuos Hebræos diligebat; in quo ſenſu poſteriori communiter à Patribus locus Pauli intelligitur. *Quid ais,*inquit Chryſoſt. *ô Paule, ab illo Chriſto, qui à te deſiderabatur, à quo nec cælorum regnum, nec gehenna ſeparabat, ab eo precaris anathema eſſe? quid accidit nunc? deſiderium illud depoſuiſti? Non,*inquit Paulus, *ſed illud magis intendi, ſed ita precor, quia vehementer Chriſtum amo, quoniam enim Deum omnes incuſabant, quòd qui digni ſunt habiti filij Dei vocari,legem accipere ante omnes,& diuinas promiſſiones, imo & parentes eſſe ipſius Chriſti,eiecti,atque inhonorati eſſent, hac igitur, quia dicebant, quoniam Deum conuitiis afficiebant, quæ audiens Paulus ægrè ferens,ac pro Dei gloria dolens precatus eſt anathema eſſe, vt illi ſalui fierent, & conuitium huiuſmodi in Deum ceſſaret, nec videretur Deus eorum maiores decepiſſe, quibus bona pollicitus eſt,& non præſtitit.*

[g] Confirmatur ex loco ad Rom. 9. perdifficili. Roman.9.

Chryſoſt. Theophyl.

161.

[u] Quem expreſſit Theophyl. enarrauit.

Theophyl.

Clariùs rem exſcripſit [u] Theophylact. ex D. Chryſoſtomo, cum ſic interpretatur locum Pauli; *Optabam anathema fieri pro fratribus*, id eſt, *quia videbam oportere, bene homines ſentire de fide promiſſionum diuinarum, quæ factæ ſunt Iudæis, renuntio bonis meis,quæ poſita ſunt in diuina fruitione, vt gloria Dei apud homines amplificetur.* Ex quo loco,vt omittam alios,planè conſtat, quàm doleat religioſa anima pietatem, ſiue gloriam Dei contemptam eſſe à prophanis hominibus; vnde etiam fit,qualis amplificatio ſit in hoc verſu calamitatis gentis Hebrææ, tum ex collatione præſentis infelicitatis cum præterita felicitate; tum ex auxilio diuino,ac humano denegato;tum etiam ex ſceleribus grauiſſimis, propter quæ videbant Hebræi ſe paſſos eſſe ea mala, ſolet enim innocentia leuiores reddere pœnas;tum denique amplificatus eſt dolor ex religione, & pietate irriſa,ex templo Dei euerſo, quarum rerum dolor grauiſſimus eſſe ſolet, præſertim in hominibus piis,ac religioſis. Ita ad verbum hunc locum expoſuit Paſchaſius: *Non recordatur*, inquit, *ad conſiderationem deſiderabilium ſuorum, ſed ad multiplicandum dolorem, cum caderet populus in manus hoſtiles,* qua ratione *Zain* [x] *præponitur in hoc carmine,quæ vox ſignificat*, hæc, *quaſi volens, hæc eſt viſio perfecta,vt magis de bonis perditis doleat,& de præuaricationis conſcientia, ac de malis, quæ inceſſanter tolerabat, cum tamen nullus ſubueniret. Hæc eſt autem iuſta delictorum compenſatio cadere in manus hoſtium, recordari iugiter dierum non ſolùm afflictionis,ſed etiam præuaricationis, & ad rerum deſiderabilium viſus inhiare, vt de afflictione nouus dolor increſcat, de præuaricatione confuſionis mæſtitia, de rebus perditis inardeſcat irremediabilis concupiſcentia, de officio ſuæ religionis opprobrium vrat.* Hæc pertinebant ad literam huius verſus; non erit autem difficile videre, quàm pertineat hic locus ad præſentem calamitatem Iudæorum per Romanos, cùm nec auxiliatorem habeant, nec habere poſſint quandiu in ſua perfidia perſiſtunt, cùm eorum omnino irriſa ſint Sabbatha, & omnino deluſa ſuperſtitio per vniuerſum orbem.

Paſchaſ.

[x] Ratio literæ in principio carminis præfixæ ex Paſchaſio.

§. III.

Ad Mores.

Serò tandem lugent bona quæ amiſerint; qui tempus malè perdunt in tempore ſuo luxui & otio dediti.

162.

[z] Hoc carmen totum allegoricè exponit Hieron.

Hieron.

ALlegoria verò eiuſdem loci ita placuit Hieronymo, vt relicta litera totus [z] eo verſus ſit ad allegoriam, intelligens locum de ea parte Eccleſiæ, quæ damnata eſt, cum ait, *Non ſolùm Hieruſalem illa terrena doluit ſe perdere iucundi*

iucunditatem ſuam,& delitiarum affluentiam inter hoſtes conſtituta,ſed etiam hæc myſtica, quæ maximo dolore torquetur,& in pœnis conſtituta,iam ſerò dolet, quando per bona opera ſibi potuit ſubuenire; non enim cum ſanctis Angelis exultat,ſed in inferno cruciata cum dæmonibus infructuosè præterita peccata deplorat, iuxta illud: *Ergo errauimus à via veritatis,& iuſtitiæ,lumen non luxit nobis, ſol non eſt ortus nobis, laſſati ſumus in via iniquitatis*, vt

Sapient. 5.

dicitur Sapientiæ quinto. Tunc autem ipſi Spiritus maligni derident otium, quod negligentes inutiliter traxerunt per præſentis vitæ ſpatium; vnde dicitur per prophetam: Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt Sabbatha eius, cum ipſi maligni vacationis otia ad cogitationes illicitas pertrahunt, vnaquæque anima, quæ remota ab externis actionibus ſeruire Deo creditur, eo magis eorum tyrannidi illicita cogitando famulatur: ſancti autem viri, qui mundi operibus non corpore, ſed virtute ſopiuntur, laborioſius dormiunt, quàm vigilare potuerunt; in eo enim, quòd actiones huius ſæculi deſerentes ſuperant, robuſto conflictu contra ſemetipſos pugnant; ne mens per negligentiam torpeat, ne ſubacto otio ad deſideria immunda frigeſcat: hæc & plura in hanc ſententiam dixit Hieronymus; quibus ſunt omnino ſimilia,quæ dixit Gregor.Magn.*lib.5. moral.c.* 22.

Greg. Magn.
Senec.

Videndus erit Seneca,*in lib.de otio ſapientis*, præſertimque *cap.32.* cum ait,*virtus ſine actu,proiecta virtus eſt,imperfectum ac languidum bonum*: quoniam enim pernicioſum eſt otium, ipſa Eccleſia de ſe ipſa dicit, *Ego dormio, & cor meum vigilat*, id eſt, quando magis otiari videor, tunc magis occupata ſum,& propterea perpetuò *terribilis vt caſtrorum acies* introducitur inter ipſas voluptates,& otia ſua,ne otio languere videatur. Videndus erit in hanc ſententiam Feuardentius *ſuper Ruth.cap.4.pag.* 312. §. 14.ad ea verba, *Obed ex Ruth*,vbi ponderat Eccleſiam tunc demum fuiſſe perfectam;quando ex gentilibus, atque Hebræis eſt coniuncta: id quod in figura tunc effectum inuenit, quando Ruth Moabitis gentilis & prophana mulier matrimonio coniuncta eſt viro Bethlemitico & Hebræo, tunc ea genuit Obed, quæ laborioſum, ſiue operarium ſignificat; tunc enim Eccleſia pulchra & perfecta eſt, cùm laborat;tunc irriſa eſt, cum otiatur. Videndus erit in hanc ſententiam D. Auguſt.*lib.7. de ciuit. cap.*19. vbi pōderat optimè Saturnum Deorum patrem, vt veteres fabulantur, non propterea cum falce in manu venerari, quòd fuerit inuentor ſegetum,ac author agriculturæ:colligit enim optimè D. Auguſt. eo regnante nullum adhuc nec ſegetum,nec agriculturæ vſum fuiſſe, ſed potiùs ſub ea forma venerati,vt magis irrideretur,quaſi falcem pro ſceptro acceperit perdito regno per otium, vt qui primis temporibus regnante filio otioſus fuerat, poſterioribus temporibus fieret operarius laborioſus: eam enim opinionem habuerunt veteres de otio, vt exiſtimarent Patrem Deorum ab ipſa gloria deturbatum fuiſſe per otium. Quadrat igitur optimè cum hac allegoria, id quod dictum eſt à propheta in hoc cap. *viderunt eam hoſtes, & deriſerunt Sabbatha eius*: dolet enim Eccleſia,[a] ſiue anima ſub ſpecie Hieruſalem ſe captam, & ſpoliatam eſſe omnibus bonis ſuis, & quod magis eſt, irriſam à ſuis hoſtibus, idque propter otia ſua, quod proprium eſt inertis otij,& perdere, quæ habuit,& irrideri à diripientibus, vt optimè notauit Xenophon. *in encomio Ageſilai regis*,qui captiuos Perſas nudos militum ſuorum oculis obiecit, vt eorum intuerentur corpora,tum candida,quia nunquam à ſole vrebantur; tum pinguia, & mollia, quòd eſſent ſemper in curribus;ſicque ſignificauit otioſos Perſas captiuos fuiſſe, & irriſos propter otium: nec plura dicenda ſunt in hoc carmine: quorſum enim litera *Zain* præfixa fuerit in eo, iam diximus de mente Paſchaſij *ſuprà* n.161.

Feuardent.

Aug.

[a] *Quaſi doleat Eccleſia ſiue anima propter otia ſua, ſe bonis omnibus ſpoliatam, & ab hoſtibus irriſam.*

Xenophon.

TRACTATVS IX.

De expoſitione octaui carminis ſub litera, HETH. *Peccatum peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt: omnes qui glorificabant eam, ſpreuerunt illam,quia viderunt ignominiam eius:ipſa autem gemens conuerſa eſt retrorſum.* Siue, *de peccato perditionis Hieruſalem & Iuda.*

NE forte dicerent Hebræi ſe ſuperatos eſſe à Chaldæis, quia potentiores erant, neve 163.
exiſtimarent Chaldæi imbecillem Deum fuiſſe Hebræorum, nec potuiſſe tantum malum auertere à ſua gente, ſed potiùs vt oſtenderet, quòd offenſus Deus grauiſſimis ſceleribus Iudæorum paſſus ſit talia mala euenire populo ſuo, vt eleganter docuit Theodoret. dolet propheta tantorum malorum cauſam fuiſſe non potentiam Chaldæorum,nec imbecillitatem Dei, cuius eſt omnipotentia, ſed grauiſſimum Iudæorum peccatum, ſic enim habet propheta: *Peccatum peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt: omnes qui glorificabant eam, ſpreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius, ipſa autem gemens conuerſa eſt retrorſum.*

§. I.

Prænotanda ad literalem expoſitionem.

ANtequam autem ad veram expoſitionem 164.
huius carminis accedamus, quæ tota latet ſub metaphora,& figura adulteræ, & meretricis mulieris vagabundæ,& omnino proſtitutæ pudicitiæ,aduertendum eſt idololatras, ſiue idololatriam perpetuò [b] ſub figura meretricis ſignificatam eſſe,vt patet Oſeæ *in cap.*1. Ezechiel. *cap.*16. vbi de gente Hebræa dicitur, *fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis*: Ierem.cap.2. *filij quoque Mempheos, & Taphnes conſtuprauerunt te vſque ad verticem*;ſic enim oſtenditur turpitudo idololatriæ recedentis à vero marito Deo,& incurrentis in plures fornicatios, cum tamen fidelis anima,in fide Deo deſponſari ſoleat,quemadmodum patet *Oſea* 2. id quod obſeruauit D. Hieronym. *Ierem.3.& in cap.16. Ezech. & in cap. 3. Nahum.* Vnde gens Hebræa quandiu fidelis fuit, virgo [c] ſolita eſt appellari: & Paul.2. *Corinth.* 12. loquens

[b] *Semper idololatria in ſacris literis ſub figura meretricis figuratur.*

Oſeæ. 1.
Ezech. 16.
Ierem. 2.

Oſeæ. 2.
Hieron.

2. Corint. 12.

quens de Eccleſia Deo per fidem vnita,ait, *ſe nos deſpondiſſe vni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto:* hanc autem fidem violaſſe gentem Hebræam ſub metaphora adulteræ videtur ſignificaſſe propheta in hoc carmine,atque eò referendum eſt, quod dixit, *peccatum peccauit Hieruſalem*,ſeu vt eſt in textu Chaldaico,*peccatum grande peccauit gens Hebræa*,vel recedendo per idololatriam à Deo, vel interimendo maritum ſuum Chriſtum ſeruatorem.

165. Illud etiam aduertendum eſt, pro eo quod vulgatus interpres dixit hoc in loco, *propterea inſtabilis facta eſt*, Hebraicè ita legendum eſſe, *propterea commotioni fuit*, vel *vaga facta eſt*; qua phraſi ſignificatur,omnino impudica mulier, eſt enim ſignum impudicitiæ in fœmina vagari, & & perigrinari; quod aduertit Terent. *in Andria*, cum ait, *Pamphilum habere pro vxore peregrinam.* Ad quem locum Donatus aduertit, mulieres peregrinas,& inhoneſtas, ac meretrices haberi, vt etiam dixit Horat.*lib.3.carm.ode.3.*

[d] *Vagari & peregrinari in fœmina, idem eſt atq; inhoneſtè agere.*
Terentius.
Horat.

——— Ilion, Ilion
Fatalis inceſtuſque iudex,
Et mulier peregrina vertit
In puluerem.

Quibus verbis, vt aduertit Landin. honeſtè ſignificauit Poëta, ſolo æquatam fuiſſe Troiam propter adulteram Helenam, quam peregrinam appellauit, etenim in peregrina oſtendit ſuam impudicitiam. Similis locus eſt apud Euripid. *in Medea*;vbi Medea ſe excuſat apud mulieres Corinthias,quòd à patria aberraret,ne impudica, & vagabunda videretur. Quem locum imitatus eſt Lemnius, vt aduertit Angelos Pollician. & ex Ennio illud tranſtulit Cicero *lib.7. epiſt. in epiſt. ad Trebatium*, vſque adeo vetum eſt inſtabilem mulierem, peregrinam, & vagabundam impudicam haberi, quo pacto etiam Salomon *Prouerb. cap.7.*deſcribit mulierem impudicam, *vagi ſunt*, inquit,*greſſus eius*, & paulo inferius, *garrula, & vaga,quietis impatiens*;hoc illud eſt,quod *Cant.1.* dixit ſponſa vt a ſe amoueret impudicitiæ ſiniſtram famam, cum ſuum allocuta ſponſum dixit, *indica mihi,vbi paſcas,vbi cubes in meridie,ne vagari incipiam circa tabernacula paſtorum*; quem ita potius legit textus Hebræus, *quare non ero ſicut velata ad greges, vel ſuper greges ſodalium tuorum*,id eſt, ne habeat tanquam vna ex meretricibus, quæ vagari ſolent; vox enim Hebræa vtrunque ſignificat, & errantem, ſiue vagabundam,vel potius capite coopertam;quibus nominibus ſolent Hebræi mulieres profanas appellare,vt patet ex eo loco *Geneſ. 39.* vbi legitur Thamar pudica alioquin,& honeſta fœmina, faciem velaſſe, [e] vt ſcortum ſimulaſſet Iudæ filio Iacob, ſic enim eo in loco dicitur, *quam cùm vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem,operuerat enim vultum ſuum.* Ex quibus iam patet, quòd cum propheta hoc in loco inſtabilem Hieruſalem dixit,matronam, ſignificare voluiſſe adulteram, & impudicam, & quod magis eſt, iam vagabundam.

Euripid.
Cicero.
Prouerb 7.
Cantic.1.
Text.Hebr.
Gen.39.
[e] *Impudicitia item ſignum eſt in muliere faciè velare.*

166. Fauet huic expoſitioni Chaldaica Paraphraſis, cum habet,*peccatum grande peccauit Hieruſalem, propterea vaga facta eſt inter omnes populos:* nec aduerſatur lectio Hebraica, quæ ita legit, *propterea commotioni fuit*, vt enim bene notauit Brixianus,*eſſe commotioni*,nihil aliud eſt, quàm ludibrio eſſe, [f] vt patet ex pluribus locis ſacræ Scripturæ, præſertimque 4.*Reg. cap.* 19. Eccleſiaſtici 12. *Si tibi mala incurrerint, caput ſuum mouebit:* Eſaiæ. 37. *Spreuit te, & ſubſannauit te filia Sion, poſt te caput mouit filia Hieruſalem*, id eſt, irriſit te:ſic Pſalm. 21. propheticè de Chriſto Domino dictum eſt, *Omnes videntes me deriſerunt me,locuti ſunt labiis, & mouerunt caput*; & Pſalm. 108. *Ego factus ſum opprobrium illis, viderunt me & mouerunt capita ſua.* Similis occurret locus *infrà cap.* 2. cùm propheta dixit, *plauſerunt ſuper te manibus, ſibilauerunt, & mouerunt capita ſua.* Ex quibus iam fit idem prorſus ſignificare hoc in loco *eſſe commotioni*, & *inſtabilem eſſe*, atque *vagabundam*;ea enim fœmina, quæ vaga eſt, ludibrio eſt expoſita, [g] & irriſioni: quod ſignificare voluit textus Hebræus, cum hoc in loco dixit, *peccatum peccauit Hieruſalem, propterea commotioni fuit,ſiue inſtabilis fuit, & vaga*;ſic enim vulgatus interpres expreſſit phraſim Hebræam.

Chaldaicè.
Text. Hebr.
[f] *Propterea ludibrio habetur.*
Brixian.
4.Reg. 19.
Eccl 12.
Iſai.37.
Pſalm.21.
Pſalm.108.
[g] *Et irriſioni fuit gentibus Hieruſalem fornicaria.*

§. II.

Ad Literam.

Si grande eſt peccatum per antonomaſiam infidelitas in hominem, quo grauius in Deum? quin & grauiſſimum ipſius diuini Sponſi occiſio per Iudæos, propterea vagi,ſine honore,& pudore,& ſine reſipiſcentia viuunt ſub vniuerſo cælo.

Peccatum peccauit Hieruſalem propterea inſtabilis facta eſt.

IAm igitur ex iis, quæ præmiſimus, patebit clarius quo ſenſu propheta dixerit hoc in loco, *Peccatum peccauit Hieruſalem,propterea inſtabilis facta eſt*; Nanque eſt metaphorica locutio vbi propheta introducit adulteram Hieruſalem in maritum ſuum, & quod magis eſt,iam vagabundam, & omnino impudicam: qua metaphora ſignificauit Synagogam idololatram,& homicidam fuiſſe ſui ſponſi Chriſti ſeruatoris:quæ fuit cauſa, [h] cur vaga erret inter omnes populos,exul,& infamis, totius orbis ludibrium,iniuria cæli, & quia idololatra, ſiue adultera fuerit in Deum ſuum coniugem antiquum, & quia poſtea Chriſtum ſeruatorem occidit,propterea enim vagabunda erat, & inſtabilis;quod ſignificare voluit diuinus propheta hoc in loco, ſub metaphora adulteræ mulieris, quæ poſt adulterium commiſſum vagari ſolet, quaſi quærens turpitudinem, vt colligitur ex iis, quæ paulo ſuperiùs diximus. 167.

[h] *Et quia homicida fuit viri & ſponſi ſui Chriſti, errat vaga in cunctis populis.*

Appoſitè autem dictum eſt,*peccatum peccauit*, vt per antonomaſiam intelligeretur grande peccatum, vt ad hunc locum vertit Paraphraſis Chaldaica: ſic intelligendus eſt locus apud Iob *in cap.*31.vbi loquens de adulterio dixit, *hoc nefas eſt, & iniquitas magna:* ſic dicitur Iudicum *in cap.* 20. de vxore Leuitæ in terra Benjamin, *magnum*, inquit, *nefas, nunquam tantum & tam grande piaculum factum eſt in terra Iſrael.* Similiter dixit Abimelech Abrahamo, cuius vxorem acceperat Geneſeos 20. *Quid feciſti nobis? quid peccauimus in te,quia induxiſti ſuper me, & ſuper regnum meum peccatum [i] grande?* Eſt elegans locus in hanc ſententiam apud Chryſoſt. hom 3.de Oſia, *ſicut Nauclerus in portu naufragium faciens ne vtique veniam aſſequitur, ita vir poſt nuptialem portum aliena coniugia inuadens, vel mulierem* 168.

Iob.31.
Iudic.20.
Gen.20.
[i] *Peccatum graue adulterium, & quaret*

alienam

alienam curioſiùs inſpectans, nullam habebit defenſionem & apud Deum, & apud homines. Magis amplificat idem Chryſoſtom. grauitarem adulterij *hom 62. in Euang. Ioann.* vbi ponderat locum Pauli *ad Corinth. 1. cap. 7.* vbi Paulus præcipit, vt ſi vxor ab idololatra marito, ipſo nolente, diſcedat, puniatur; ſi verò ab adultero, non puniatur: hinc eſt illud cuiuſdam Græci apud Stobæum ſerm. 16. *Non eſt adulterio maius vllum malum.* Ex quibus iam patet, quàm grande malum ſit adulterium, vt ita conſtet ſub metaphora eiuſdem adulterij, [l] ſimile malum ſignificatum fuiſſe, ſcelus, ſcilicet, idololatriæ, ſiue Chriſti ſeruatoris occiſionis, propter quod errat exul, & vaga Synagoga, quemadmodum adultera mulier repudiata à viro ſuo. Quod autem grauiſſimum ſit peccatum idololatriæ dixit Iob in cap. 31. *Si vidi ſolem, cum fulgeret, & lunam incedentem clarè, & lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo, quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſſimum:* ſic quoque *lib. 4. Reg. cap. 17.* de Ieroboam dicitur, *peccare fecit peccatum magnum*, id eſt, idololatriæ. Optimus eſt locus ſapientiæ 15. *Infandorum enim idolorum cultura omnis mali cauſa, & initium, & finis:* id quod etiam notauit de occiſione Chriſti Domini D. Thomas 3 *p. q. 47 art. 6.* vbi definit, grauiſſimum peccatum fuiſſe Chriſti ſeruatoris [m] occiſionem; id quod intelligendum eſt, non ex obiecto, ſed ex adiuncta malitia; occiderunt enim hominem innocentem, quæ eſt extrema iniuſtitia; Meſſiam promiſſum à Deo Redemptorem, quæ eſt ſumma etiam impietas: occiderunt hominem Deum, quod eſt immane ſacrilegium; & rem coniunctiſſimam Deo, qualis erat humanitas Chriſti: vnde meritò *peccatum peccauerunt*, hoc eſt, grande peccatum, propter quod repudiata Synagoga ab ſponſo ſuo antiquo Deo, errat exul, & vagabunda.

[l] *Ideo ſub figura illius ſignificatur idololatria.*

Iob. 31.

4. Reg. 17.

Sapient. 15.

D. Thom.

[m] *Sed grauiſſimum omnium peccatorum fuit occiſio Chriſti Domini.*

169. *Omnes, qui glorificabant eam, ſpreuerunt illam, quia viderunt ignominiam eius.* } Verba verò præcedentia pertinent ad metaphoram adulteræ mulieris, in cuius figura propheta oſtendit, quem ſtatum nunc habeat Synagoga poſt Chriſti mortem, & quem habuerit olim, quando propter idololatriam captiua ducta eſt in Chaldæam, ſenſus verborum talis eſt: quandiu matrona aliqua honeſta, & pudica exiſtimata eſt, tandiu in honore [n] apud omnes habita eſt: verùm, vt eius impudicitia deprehenſa eſt, ſtatim vilis, & abiecta eſt. Quod de Synagoga dicendum eſt, quam omnes exteræ gentes venerabantur: verùm, vbi eius iniquitas patuit, ſtatim vilis reddita eſt apud omnes, & cauſa eſt, quia, quod dixit propheta, *viderunt ignominiam eius*; quod ita vertit Chaldaica Paraphraſis, *quia viderunt ſciſſuras eius*, ſeu potius *nuditatem eius*, alludere enim videtur ad morem antiquum, quo ſolebat publicari turpitudo mulieris adulteræ, publicatæ enim pudicitiæ nulla erat [o] venia: ſolebant enim coniuges adulterarum vt Tacit. *lib. 4. ann.* & ex eo luſtus Lypſius *annotat.* 98. ad eum locum annal. Taciti, *ſolebant eas domo pellere nudas, & ſciſſis crinibus, & veſte ante & retro ſciſſa:* & Andreas Tiraquel. *in leg. 13. connub. à num. 6. vſque ad 24.* ad quod alluſit Paraphraſ. Chaldaica cùm dixit, *viderunt ſciſſuras eius*; ſic enim dehoneſtabantur adulteræ; vel vt habet Hebræus textus, *viderunt nuditatem eius*, vel *turpitudinem*, ſolet enim ſacra lingua honeſto vocabulo ea, quæ pudenda ſunt, tegere; & vulgatus, *viderunt ignominiam eius*, id eſt, pannoſa, & attrita veſte relictam eſſe miſeram adulteram, vt vix tegumentum habuerit, quo tegeret ea, quæ natura occultare voluit; talis enim reddita eſt adultera ſublata dote nuptiali, vt fieri ſolet adulteris; etenim lege cautum eſt, vt in pœnam adulterij adultera dotalibus bonis priuetur, vt in *L. conſenſit C. de repudiis. §. vir quoque eſt.* Plautus *in amphitheatro,* & apud Valer. Max. *lib. 8. cap. 2.* cum fama impudica fœmina loquitur: & Iuſt. Lypſius *in annotat. citat.* ex quibus fit ſublata dote relictam adulteram ſeminudam, & reuelata turpitudine; quo ſtatu deſcribit Synagogam adulteram, ſiue idololatram, & homicidam, ſublatis bonis dotalibus propter adulterium, & reuelata eius turpitudine, vt dixerat Oſeas, cap. 2. *Conuertar, & ſumam frumentum meum, & vinum meum in tempore ſuo, & liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius, & nũc reuelabo* [p] *ſtultitiam in oculis amatorum eius:* quem locum ait Hieronym. referendum ad vtrunque ſtatum, quem habuit Synagoga; ita ait, *omnis turpitudo Hieruſalem reuelabitur, ſiue ſtultitia, per quam turpitudinem operata eſt, quando captiua ducebatur à Chaldæis in Babyloniam, & poſtea à Tito.* Ex quibus patet ſimilitudine adulteræ, cuius impudicitia publicata eſt, ſignificatam eſſe Synagogam adulteram à Ieremia, cuius turpitudo reuelata ſublatis bonis dotalibus, quando captiua ducta eſt à Chaldæis, & à Romanis.

[n] *Mulier tandiù in honore eſt, quandiù exiſtimatur pudica.*

[o] *Publicata pudicitia nulla eſt venia.*

Tacitus.
Lypſius.
Tiraquel.
Chald. Par.

Text. Hebr.

Plautus.
Valer. Max.
Iuſt. Lypſius.

[p] *Sed ea eſt iuſta adulterij pœna, vt reuelerur ignominia eius.*

Ipſa autem gemens conuerſa eſt retrorſum. } Vltima pars carminis, ſcilicet, *ipſa autem gemens conuerſa eſt retrorſum,* ad eandem metaphoram pertinet; ſignificat enim adulteram deprehenſam in adulterio, cuius turpitudo fuit reuelata, [q] præ confuſione non tuliſſe ſuum, & aliorum conſpectum, ſed more mulieris pudibundæ retrorſum conuertiſſe faciem, vt ſe ſeminudã videret, ac ſuam turpitudinem reuelatam; muliebris enim affectus verecundia, vt ait Hieron. *in epiſt.* ad virgines Deo dicatas, *mulieris enim, cuius verecunda frons,* vt Seneca epiſt. 1. *quo verecundior eſt ſexus, eo animus debet eſſe modeſtior:* & D. Thomas *in lib. de regimine Principis*, cap 6. & D. Auguſtin. *ſerm. 46. de verbis Domini,* cùm ait: *Vxorem refrænat infirmitatis ſexus ipſa verecundia, præſertimque verecunda eſt mulier, quando eius reuelatur turpitudo;* vt Plutarch, *in lib. de claris mulieribus, cap. 11. & 15. de Miliſiarum virginib.* & Plinius *lib. 7. natural. hiſtor. cap. 17.* & Solinus cum ait lib. 1. *Cadauera virorum ſupina fluitare, mulierum autem prona*; quaſi prouideret natura parens, vt vel in morte pudor mulieris occultaretur, vſque adeo impudens eſt reuelare turpitudinem mulierum. Contra hoc tamen eſt Ieremias in cap. 3. prophetiæ, *Frõs meretricis facta eſt tibi, & noluiſti erubeſcere:* & apud Oſeam in cap. 2. *Vadam poſt amatores meos*; quod Hieronym. ait pertinere ad meretricis impudicitiam, vnde ſacra Scriptura comparat meretrices, & canes in impudicitia, & apud Eſai. *cap. 56.* vbi Iſaias vocat canes impudentiſſimos; quem locum interpretatur Epiphanius *Hereſ. 78.* de Iudæis idololatris, quos [r] vocat canes impudentiſſimos; vnde in Iliade, Helena ſe ſe canem impudentiſſimum appellauit, quòd ſecuta eſſet Paridem; dicendum ita eſt, quod amplificat miſerum ſtatum Hebræorum in adultera muliere, vt quæ ex natura ſua impudentiſſima ſit, ad eam turpitudinem deuenerit, vt tamen pœnituerit, & retro conuerterit faciem, ne ſe videret, 170.

[q] *Vt vel ſic in ſe redeat cõfuſa pudore.*

Oſeæ 2.

Hieron.

D. Thom.
Auguſt.

Plutarch.
Plinius.
Solinus.

Ioan. 3.

Oſeæ 2.

Epiphanius.

[r] *At Iudæi canibus impudentiores ſunt.*

videret, vel ab aliis videretur, & ita legit textus
Text.Hebr. Hebræus, *& ipſa gemens, & conuerſa eſt retrorſum*, id eſt, in tantam incidit ignominiam, vt faciem conuerteret, ne publicatam turpitudinem intueretur.

171. Quamuis hæc expoſitio ſit vera, amplector communem, non tamen Rabbinorum, dicentem hæc verba ſignificare adulteram, & in ea Synagogam ſe deteriorem reddidiſſe, cecidiſſeque ab ampliſſimo ſtatu in quo erat, in deterrimum; hoc enim ſignificat, ſecundùm phraſim Hebræam,
Rab. Ioſeph. *retro conuerti*: nec enim audiendus Rabbi Ioſeph, qui ait, *intelligendum locum de pœnitentia gentis Hebrææ dolentis, & conuertentis ſe ad Deum*, cum hoc non ſit in Scriptura, ſed ſemper in malam partem vt Rabbi Dauid. Senſus meus hic eſt
[f] Totius carminis germanior ſenſus. totus: Synagoga [f] propter grande peccatum idololatriæ, & occiſionis Chriſti vagatur per orbem, cuius poſtquam reuelata eſt turpitudo, & publicata impudicitia, vilis apud omnes eſt habita, relicta ſeminuda, pannoſa, & ſciſſa veſte, pulſa domo ſuâ, vt adultera, quod factum poſtquam dos nuptialis ei ſublata eſt, id eſt, quando regnum, ſacerdotium, patria, & omnia ſublata ſunt, in tanta ignominia dolet & pudet, non tamen pœnitet.

§. III.

Omne peccatum grande, quando omne per ſuperbiam committitur, quæ magnos ſecum fert Spiritus, quos niſi comprimat, nec pœnitere quidem poteſt.

172. Rupert. Philo. Hieron. MOralis verò allegoria ſumitur à Rup. & Philone Hebræo, *lib. 2. legis allegor.* Dicit verò Rupert. in hoc carmine apertam fuiſſe cauſam ruinæ totius Eccleſiæ in Adamo: [t] *grande peccatum peccauit*, ait Hieronym. *quæ à Deo fuerit dilecta, quale fuit peccatum ſuperbiæ Adami, quod omnium maximum fuit; inuaſit enim genus omne humanum, hoc ipſum de Angelis dæmones fecit, vnde inſtabiles redditi ſunt homines, & Angeli*, vt
[t] Peccatum grande Adami eſt crimê.
Pſalm. 35. Pſalm. 35. vbi poſtquam dixit Regius vates, *non veniat mihi pes ſuperbiæ*, addit, *ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem; expulſi ſunt, nec ſtare potuerunt*. Qui locus explicat hoc carmen, oſtendit enim per peccatum ſuperbiæ inſtabiles, ſiue vagos redditos eſſe homines, & cecidiſſe in deterius,
Bernard. & vt ſciatur hoc, aduertendum cum D. Bernardo *ſerm. 16. ſuper Cantic.* cum ait, *homo vilis puluiculus, vno leui flatu mox diſpergendus*, & Pſalm. 1. de
Pſalm. 1. hominibus reprobis, *& erit tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ; puluis appoſitus vento ſtatim diſpergitur, nec ſtat certo*; & D. Auguſtin. *lib. 2. de ſerm. Domini in monte*, vulgo ait, *magnos ſpiritus* [u] *habere dicuntur ſuperbi, & rectè, quia ſpiritus etiam ventus appellatur, puluis autem vento expoſitus diſpergitur*. Vnde Philo *lib. 2. legis allegor.* ponderans verba diuini oraculi Geneſ. 3.
[u] Quia ſuperbia magnos ſpiritus habere dicitur. Auguſt. Philo. Gen. 3.
Adam vbi es, quærenti Deo vbi eſt, nihil reſpondeatur, nuſquam, nullum enim locum habet mali hominis anima, cum vel inſiſtat, vel inſideat, ideo malus à Græcis dicitur *atopos*, id eſt, *ſine loco*, cuius nuſquam vſus eſt; talis verò eſt homo fluctuans, qualis puluis à vento: & apud

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

Auguſt. Pſalm. 57. *Omnes*, inquit, *appetentes ea, quæ foris ſunt*. Quod verò dixit, *ipſa autem gemens, conuerſa eſt retrorſum*, per allegoriam exprimere voluit eam ægritudinem, quam omnes contraximus ex peccato Adami, quam expreſſit Dionyſ. *lib. de diuinis nominib. c. 4. Malum*, ait, *infirmitas quedam eſt, atque defectio à bono, ideo in dies deficit à bono, propterea gemens, & ſuſpirans ad modum ægrotantis deterior* [x] *fit anima, quandiu non pœnitet.*
[x] Vnde quandiu non pœnitet anima, fit deterior.

§. IV.

HETH.

Miſera perfectò conditio adulterantis animæ, cuius ab oculis nunquam recedit pauor.

173. LItera vero, *Heth*, ſi Ambroſium ſequamur, ſignificat [a] pauorem, ſiue ſtuporem, ita Ambroſ. *ſuper Pſalm. 118. Octonar.* 8. habet vim hoc loco interiectionis admirantis, & pauentis, quaſi ad pauorem redactus ſit, qui viderit miſerum ſtatum mulieris adulteræ, vel idololatræ, qualis ſolet eſſe pauor, cum quid ſubitò ubiicitur noſtris oculis; quæ frequens admiratio eſt in propheta, & ſimili argumento vſus eſt in ſua prophetia,
[a] Litera Heth, ſignificat pauorem. Ambr.
Ierem. 2. *cap.* 2. cum videns idololatram Synagogam captiuam, & eiectam à patriis finibus dixit: *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini.* Sic quoque hic dicit, ſtupor, ſeu admiratio magna eſt vidiſſe adulteram Synagogam vagam, & diſperſam, vel quia ſponſum Deum reliquit, vel quia ipſum interemit: ſi huic ſignificationi adiungas interpretationem eiuſdem literæ D. Hieronym. volentis ſignificare vitam, ac ita vitam pauidam, ſiue religioſam; pauor enim, [a] ſiue religio idem eſt, quaſi voluerit Ieremias admonitos eſſe ſuos Hebræos, ac omnes mortales, propter læſam religionem Synagogam in hæc mala incurriſſe.
[a] Pauor autem idem eſt atque religio.

TRACTATVS X.

De expoſitione noni carminis ſub litera, THETH. *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui: depoſita eſt vehementer, non habens conſolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus eſt inimicus.* Siue, *de turpitudine adulterantis Synagogæ.*

CØntinuatio videtur eſſe in hoc carmine cum præcedenti carmine, ita enim dixit propheta; *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui: depoſita eſt vehementer non habens conſolatorem, vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus eſt inimicus*: argumentum eſſe videtur; 174.
Dolet propheta peccatum Hebræorum publicum fuiſſe, præterea non pœnituiſſe eius peccati, & quòd poſt flagella ad Deum redire noluerit.

§. I.

Prænotandum de honeſtate linguæ ſanctæ.

175. PRæmittendum autem neceſſariò quod attinet ad laudem [b] linguæ ſanctæ, ac ad noſtram eruditionem, præſertim in publicis ſermonibus, idque obſeruauit Rab. Moyſ. *lib.* 1. *More cap.* 9. *pag.* 75. linguam ſanctam perpetuò honeſtatem ſeruare in dictis, & factis, etiam quando turpia ſignificantur, vnde ſancta appellata creditur, quod ſeruare videtur Paulus ad Epheſ. 5. *fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis*; per auaritiam autem more Hebræo turpem auiditatem ſignificauit honeſto vocabulo. Ita in præſenti ad ſignificandam libidinis redundantiam dixit, *ſordes eius in pedibus eius*, Hebraicè, *immunditia eius in fimbriis veſtimenti eius*, ſeu, *in femoribus eius*; Hebræi enim, quidquid infra voluam eſt, vſque ad pedes, *pedes vocant*, vel *fimbrias*, vel *oram veſtimenti*; quam modeſtiam in ſignificandis rebus turpibus præcipiunt etiam prophani [c] homioes, vt Cicero *lib.* 1. *officior.* & Seneca lib. 2. controu. 2. *longè*, ait, *recedendum ab omni obſcœnitate verborum, & ſenſuum, ſatius enim eſt in foro quædam detrimenta cauſæ tacere, quàm verecundiæ.* Et Seneca, de bonis verbis, *Turpia nemo loquatur, nec factis obſcœnis animum inquinet, mentemque impudicitia, & ſceleribus repleat. Eſto igitur turpe colloqui rem turpem.* Quod proſequitur Iuſtus Lypſ. *lib.* 3. *lect. antiq.* vbi notauit loca ex veteribus petita, in quibus obſcœna honeſtiſſimè appellaotur, cum ratio, & occaſio cogit de illis loqui.

[b] *Honeſtas linguæ ſanctæ comendatur.*

Eccl. 5.

Hebr. Text.

[c] *Quam & probarunt in ſermone publico gentium oratores.*

Cicero.

Seneca.

§. II.

Ad Literam.

Vehemens, & continuata libido, mortis induxit obliuionem Synagogæ, vnde omninò deprauata eſt irremediabiliter, ac de ſolio ſuo ad terram depoſita in perpetuum.

176. *Sordes eius in pedibus eius.* COmmunis igitur expoſitio huius loci principium habuit à Chaldaica Paraphraſi ita vertente, *immunditia ſanguinis menſtrui eius in oris veſtimenti eius*, ſeu *in fimbriis eius*: cùm enim æquiuoca [d] ſit vox Hebræa, pro qua tranſtulit vulgatus interpres *ſordes*, ſignificetque immunditiam menſtruam, & turpem libidinem, omnes ferè expoſitores eam viam ſequuti ſunt, vt dicant, de immunditia menſtrua defluente vſque ad pedes intelligendum eſſe locum, vt *Geneſ.* 31. vbi Rachel ſedebat ſuper vitulos, ſeu ſuper idola, quæ deprædata fuerat, ſimulans ſe menſtruo laborare, ac proinde ſedere, ne ad imos vſque pedes deflueret immunditia, vnde ſordes accepit per menſtruam immunditiam, pedes aotem, in ſua propria ſignificatione: textus tamen Hebræus habet immunditiam, quæ cum tam menſtruam, quàm libidinoſam ſignificet, exiſtimo hîc de redundante [e] libidine loqui, quæ ad imos pedes defluxerat, ita ait propheta, adulteram impudicam fuiſſe, ſub cuius metaphora idololatram Synagogam oſtendit, nec ſolùm impudicam, ſed publicam, & proſtitutam meretricem, cuius turpitudo redundet ad pedes, vt Iſaias *cap.* 3. dixit, *ruit Hieruſalem, & Iudas concidit; peccatum enim ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt*: Sic publicam turpitudinem libidinis inexhauſtam auiditatem oſtendit. Ideo verò ita exiſtimo, quia infra in hoc cap. propheta agit de eadem adultera polluta menſtruis, *facta eſt Hieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos*; adeo enim deformis eſt huius adulteræ immunditia, vt cum Scriptura honeſtiſſimè de rebus obſcœnis loqui ſoleat, honeſtiùs [f] dicere non potuerit. Moueor etiã quia publica turpitudo cauſa fuit deponendi matronas nobiliſſimas à ſede regia, quod proſequitur Bernard. ab Scalante *dialog.* 2. *de arte milit. pag.* 23. & 24. vbi incipiens ab Anna Bolenia, vſque ad Ioannam Nauarræ reginam, quæ depoſita eſt à Martino I. ſummo Pontifice propter publicam impudicitiam, & Sueton. Tranq *in vita Claudij Imperatoris*, & ibidem Philippus Beroald. & Cornel. Tacit. *in annalib. lib.* 9. vbi aiunt, *Meſſalinam Claudij Imperatoris coniugem, poſt mancipiorum ſeruorum exhauſtam turpitudinem in publicum proſtibulum de nocte turpiter tracta fuit.* In quam cadit illud D. Hieronym. de adultera, *ſordes eius in pedibus eius, propterea depoſita, ſiue obtruncata eſt à marito*, & ſub hac forma repræſentatur Synagoga [g].

Chald. Par.

[d] *Verbum Hebræum pro quo vertit hic ſordes, ambiguũ eſt.*

[e] *Sed pro redundante libidine hic ſumitur.*

Iſaiæ 3.

[f] *Nec potuit de re tam turpi honeſtius loqui Scriptura aliàs modeſtiſſima.*

Scalante.

Suetonius.

Beroald.

Corn. Tacit.

[g] *Quandoquidem Synagoga cunctas ſuperauit adulteras impudicitia.*

Nec recordata eſt finis ſui. } Cum verò dixit, *nec recordata eſt finis ſui*, ſi metaphoram nudam exponamus, ſignificare voluit eam adulteram, nulla mortis memoria [h] redundantiam ſuæ turpitudinis reparare voluiſſe; nullum enim remedium vtilius eſt ad cohibendos carnis affectus, & mores mutandos, memoria mortis, vt Auguſt 6. *Confeſſ. cap.* 16. loquens de remedio, quo vſus eſt ad ſuas carnis paſſiones: *Tibi*, ait, *laus, tibi gloria, fons miſericordiarum, ego fiebam miſerior, & tu propinquior; nec me reuocabat à profundo carnalium voluptatum gurgite, niſi metus mortis, & futuri iudicij tui, qui per varias opiniones, nunquam tamen receſſit à pectore meo, & diſputabam cum amicis meis de finibus bonorum, & malorum: Epicurus accepturus fuiſſet palmam in animo meo, niſi ego credidiſſem poſt mortem reſtare animæ vitam*: Vſque adeo vehemens eſt ad componendas carnis paſſiones mortis recordatio. Quod gentiles præſertim Romani volebãt, vt Plutarch. *in quæſtionib. Roman. quæſt.* 23. Suetonius Tranquil. *in Nerone.* Celius Rodig *lect. antiq. lib.* 19. *cap.* 18. dum quærit, *cur ea, quæ ad funera pertinebant in templo Libytinæ Veneris vendebantur?* Et ratio eſt, *quoniam eo facto monebantur, caducum eſſe, quidquid natum eſt, eadem dea & ortibus, & interitibus præſidente.* Credo tamen eſſe ad temperandas voluptates carnis, vt in domo eiuſdem mulieris, quæ ſponte libidinibus dedita erat, ea venderentur, quæ ad funera pertinerent, vt præſens mortis recordatio Veneris voluptatem temperaret: & D. Epiphan. tom. 1. orat. aduerſus improbas mulieres. *Quando*, ait, *videris mulierem formoſam, ita vt animus exardeſcat, libido augeatur, cogita terram eſſe, quod miraris, & comprimetur inſana tua cupiditas*: & Chryſoſtom. *tom.* 5. *orat. de muliere, & eius pulchritudine.* Ephrem etiam *in ſerm. de virtute, & vitio, & recordatione mortis*: & Baſilius, *in epiſt. ad Monach. lapſum.* Chryſoſt. 177.

[h] *Eo quòd nulla mortis memoria ſuã libidinem compeſceret.*

Auguſt.

Plutarch.

Suetonius.

Rodiginus.

Epiphan.

Chryſoſt.

Ephrem.

Baſilius.

Chryſoſt.

ad

ad Theoderum lapſum. Hæc fuit cauſa, cur adultera palam peccauit, quia *non eſt recordata finis ſui*, & ita oſtendit propheta turpitudinem idololatriæ gentis Hebrææ, quæ publica facta eſt.

178. Eius autem cauſa fuit falſa de diuina Prouidentia exiſtimatio; putarunt enim Deum non habere prouidentiam [l] rerum inferiorum, vnde orta ſunt omnia eius mala; negatio enim diuinæ Prouidentiæ, eſt corruptio omnium rerum, vt Pſalm. 15. *dixit inſipiens in corde ſuo. Non eſt Deus. Corrupti ſunt, & abominabiles*: Hebraicè, *corrumpunt*, quaſi velit, ita exiſtimantes de Deo, omnia corrumpunt; quem errorem à gentibus acceperunt Hebræi, nanque eos erraſſe in hoc, ſunt loca prophetarum Iſaiæ 40. *Quare dicis Iacob, & loqueris Iſrael, Abſcondita eſt via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum pertranſiuit?* Hieron. ita intelligit, *dicitis, Ad Deum terrena non pertinent, nec conſiderat quid vnuſquiſque noſtrum agat*. Ezechiel 8. *Certè vidiſti fili hominis, abominationes, quas ſeniores domus Iſraël faciunt in tenebris, vnuſquiſque in abſcondito cubilis ſui, dicunt, Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram.* & etiam *cap.* 9. Sophonias quoque, *Viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis, qui dicunt in cordibus ſuis: Non faciet bene Dominus, & non faciet malè.* Ex quibus patet Hebræos [l] erraſſe de diuina prouidentia, cogitantes Deum non curare inferiora, ac proinde idololatrabant, quod voluit propheta dicens, *nec recordata eſt finis ſui*, id eſt, idola colebat palam, quia obcæcata Synagoga nullam pro eis pœnam ſperabat, vel quia in diuina prouidentia errabat: quæ expoſitio magis placet, quàm Theodoreti; dicit enim, propter nimiam confidentiam in ſecundis rebus Synagogam erraſſe; conuenit autem non de proſperitate confidere, ſed expectare mutationes, vt alius dixit,

Nemo ſe credat nimium ſecundis.

Quamuis enim hoc vitium habuerint, non tamen ſignificauit propheta dicens, *Nec recordata eſt finis ſui.*

179. *Depoſita eſt vehementer non habens conſolatorem.* Cum verò addit, *depoſita eſt vehementer non habens conſolatorem*, elegãti verbo vſus eſt; verbum enim *deponere*, [m] ſatis facundum eſt. Aduertendum igitur apud veteres viſitatum eſſe ægrotos in extremo periculo ad ædis ianuas deponere, vel vt ibi obirent mortem, vel vt à transeuntibus remedium inuenirent vt Seruius ad verba Poetæ 12. *Æneid.* notauit,

Ille vt depoſiti proferret fata parentis.

Et Pontanus: Statius *in Thebaide:*

Ferte depoſitis opem.

Id eſt adiuuate deſperatos: & Plutarch. *lib.* cui titulum fecit, *ita viue, vt lateas*, vbi ait, morem eſſe extremè laborantes palam deponere: vt Ouidius *lib. 2. de Ponto*,

Iam prope depoſitus, certe iam frigidus æger.

Lypſius, *lib. 1. electorum, cap. 6.* & Seneca epiſt. 12. *Gradus eſt*, ait, *iſte decrepitus, & meritò ad oſtium admotus*, & Arator Poëta *in Carm. ſuper acta Apoſtolorum*, cum explicat locum Actor. *cap. 9;* vbi loquens Lucas de aduentu Petri ad Lidam, ait: *Inuenit autem ibi hominem quendam nomine Æneam ab annis 8 iacentem in grabato, qui erat paralyticus*, ita vertit Arator,

——— *Vbi mœnibus aſtans*
Reſpicit Æneam defunctis viuere membris.

Quibus verbis ait Petrum inueniſſe Ænæam in ipſo limine depoſitum, vt mos erat deſperatis ſalute. His præmiſſis, iam locus eſt clarus, cum Ieremias dixit, *depoſita eſt vehementer non habens conſolatorem*, ſenſus eſt, deſperata [n] eius omnino fuit ſalus, vehementi morbo laborans, propterea ad fores depoſita eſt, vt mos erat deſperatis, vbi remedium, id eſt, conſolationem in tanto morbo non inuenit; vnde merito additum eſt, *non habens conſolatorem*, ſeu vt eſt in Hebræo, *non fuit illi conſolator*, id eſt, remedium nullum inuenit, quo conſolari poſſet, fuit enim eius deſperata ſalus.

Nobis placet maximè ea prior expoſitio, vt depoſita idem ſit, quod deſperata; verùm quoniam verbum Hebræum, vnde ea vox tranſlata eſt, aliam ſignificationem habet, atque ipſum verbum, [o] *depono*, plures alias, vnam vel alteram expoſitionem afferemus deductam ex radice Hebræa, & ex æquiuocatione verbi latini: *depoſita* igitur verbum forenſe eſt, quo in foro vtuntur iudices in pœnam alicuius grauiſſimi ſceleris, ſignificatque priuare, ſiue deponere ab eo loco, in quo quiſquam erat. Suetonius de quodam Imperatore Romano dixit, *ne imperator turpiter depoſitus viueret.* Sic Lucas in cap. 1. *Depoſuit potentes de ſede*: quod in Pſalm. 58. habetur, *diſperge illos in virtute tua, depone eos.* In qua ſignificatione gloſſa interlinearis ad hunc locum dixit, *depoſita eſt de ſolio regio*: id eſt, priuata regia dignitate eſt, & in ſeruitutem redacta, quaſi lata ſententia Dei priuata fuerit Synagoga à ſolio regio, & in captiuitatem deducta, id quod potentiam Dei ſignificat, & iuſtitiam. Verùm Hebraicus textus ita potius habet, *deſcendit* [p] *mirabiliter*, ſeu *mirabilius*; eſt enim Hebraiſmus, quo ſignificatur, mirantibus omnibus, ſeu mirabili caſu: quod etiam verbum latinum ſignificat, *deponere*, enim eſt *deorſum ponere*, vndè dicimus, deponere ſarcinam, id eſt, deorsũ ponere. Quo ſenſu hoc in loco dixit propheta, *depoſita eſt vehementer*, id eſt mirabili caſu ab eo ſtatu, in quo erat, ſublimi, deorſum poſita eſt Ieroſolyma. Id quod expreſſerunt LXX. interpretes, ita vertentes, *deſcendit immenſa*, id eſt, tanta quanta erat cecidit; vniuerſa enim gens Iudæorum deſcendit. Id quod maximè de ſecundo [q] excidio intelligendum eſt. Grauitas autem huius caſus, ſiue ruinæ menſuranda eſt, tum ex eo loco ampliſſimo, à quo cecidit, tum ab eo loco, in quem concidit deterrimum; perpetuam, ſcilicet captiuitatem: illud etiam miraodum, eſt, quod cùm plurimæ aliæ gentes de ſua patria pulſæ ſunt, quales ſunt Babylonij, Aſſyrij, Perſæ, Græci, & Romani, tamen in ſuas patrias iterum reducti ſunt, neque quiſquam eorum exulat perpetuò, cum tamen gens Hebræa perpetuò depoſita ſit. inſuper illud addit D. Auguſt. *Exulas perpetuò Hebraos adhuc Iudaos eſſe, & vocari, vt libros noſtros portent ad confuſionem ſuam.* Repetit hoc D. Auguſt. *Pſalm.* 40. ad ea verba: *me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: Seruiunt*, inquit, *Iudæi, tanquã capſarij noſtri, ſtudentibus nobis codices deportant*, & lib. 4. *de Ciuit. c. 12. & lib. 18. c. 46.* Theodoret. *orat.* 10. *de prouidentia*: quod prius dixerat D. Hieron. *Iſai.* 16. Addendum eſt cauſam depoſitionis eorum à regno, & à patria, eſſe cauſam exilij perpetui, depoſiti enim ſunt, quia Chriſtum occiderunt; exulant perpetuò, quia occidiſſe non [r] pœnitet eos. 180.

⁂

Marginal notes:
[l] *Vnde veniens in profundum peccatorum contempſit diuinam prouidentiam, aut negauit.* Pſalm. 15. Iſai. 40. Hieron. Ezech. 8. & 9. Sophonias.
[l] *Errauerunt nanque Hebræi circa diuinam prouidentiam.* Theodoret.
[m] *Verbum deponere facundum eſt.* Seruius. Virgilius. Statius. Plutarch. Ouidius. Lypſius. Senec. Arator. Actor. 9.
[n] *Significatque omnino deſperatam eſſe ſalutem eius qui deponitur.* Text. Hebr.
[o] *Cæterum, quia verbum Hebræum, & Latinum depono, plures habet ſignificationes, aſſerenda eſt alia expoſitio.* Suetonius. Luc. 1. Pſalm 58. Text. Hebr.
[p] *In Hebræo ſignificatur deſcenſio Synagogæ de ſtatu priſtino.* LXX.
[q] *Ea autem miſerrima fuit in ſecundo excidio, quia perpetua.* Auguſt. Pſalm 40. Theodoret. Hieron.
[r] *Perpetua verò, quia impœnitens.*

§. III.

Ad Literam.

Ex vehementi compaſſione, ſe ipſum exponit Deo propheta pro gente ſua, quaſi tamen non ſuum, ſed Dei zelet honorem.

181. *Vide Domine affl ctionem meam, quoniam erectus eſt inimicus.* EA autem, quæ ſequontur, *Vide Domine affl ctionem meam, quoniam erectus eſt inimicus*, apoſtrophem continet amantis, & dolentis Ieremiæ ad Deum [f] pro gente ſua, cum nullum iam aliud ſupereſſet remedium. Ita ſentit Theodoret. ad hunc locum, *quando igitur*, inquit, *nemo ei affert conſolationem, tu Domine, qui intueris eam infeliciter agentem, miſerere.* Huius ſententiæ eſt Olympiodor. Nicol. de Lyra. qui omnes potiùs exiſtimant orationem eſſe prophetæ, quàm Hieroſolymæ ſua mala deplorantis: id quod circuoſtantia loci optimè probat, affectus enim charitatis, quo laborabat in patriam, & gentem ſuam diuinus propheta, quam videbat deſperatæ ſalutis iam eſſe; effecit, vt a Deo poſtularet remedium. Mirum autem non eſt, quod dixerit. *Vide Domine affl ctionem meam*, qoia non eſt alienum à charitate ſanctorum ſua propria exiſtimate mala, quæ ſuæ gentis mala ſunt; vt enim dixit Cicero in epiſt. quadam, *Charitas patriæ omnes omnium charitates complexa eſt:* eſtque hoc proprium huius prophetæ, nanque *in cap.* 20. ſui vaticinij videns excidium gentis ſuæ dixit, *maledicta dies in qua natus ſum, dies in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta:* præferebat enim patriæ ſalutem vitæ ſuæ. Videndus erit Origen. *lib.* 2. *contra ſenſum*, vbi ad amorem Patriæ reduxit ea verba Chriſti orantis ad Patrem, *transfer à me calicem.* Luc. 22. *Videns*, inquit, *Chriſtus* [t] *Dominus quanta Iudæi paſſuri erant in vindictam patrati ſceleris in ipſum Chriſtum, propter beneuolentiam gentis ſuæ voluit vitare paſſionem illam, dicens: Quandoquidem propter epotum à me calicem ſupplicij gens vniuerſa Iudæorum à te deſeretur, precor Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix hic, ne populus meus à te deſeratur.* Videndus erit in hanc ſententiam D. Hieronym. *Ionæ cap.* 1. cum notat Ionam prophetam fugiſſe à prædicatione Niniuitarum, quoniam reuelante Domino cognouerat ſuam prædicationem repræſentare gentium conuerſionem, & Iudæorum reprobationem: fuit autem Ionas expreſſa figura paſſionis Chriſti. Sicut igitur Chriſtus doluit perituram eſſe ſuam gentem, ſic Ionas doluit hanc ruinam ſe repræſentaturum eſſe. Erit videndus Gregor. Nazianz. *orat.* 1. *apolog.* Illud autem quod propheta dixit, *quoniam erectus eſt inimicus*, ex eadem charitate ortum habuit; dolebat enim afflictionem ſuæ gentis, ac blaſphemiam [u] in Deum; vtrunque enim complexa eſt eius charitas. Hieronym. hoc notauit cum ait, *nullo enim ſibi reſiſtente, hoſtis iniquus de victoria gaudet, & de potentia ſua contra Dominum erigitur ſuperbus, propriis hoc deputans viribus, non iuſto Dei iudicio, crudelis ita redditus in patriam ſuam, & iniurius in Deum.*

* * *

[f] *Gemuit ad Deum propheta pro gẽte ſua.*
Theodoret.
Olympiod.
Lyran.
Ierem. 20.
Origen.
Luc. 22.
[t] *Sic Chriſtus Dominus in oratione ante mortem.*
Hieron.
Greg. Naz.
[u] *Sed etiam blaſphemias in Deum dolet propheta.*

§. IV.

Ad Allegoriam.

Vt anima, quæ terrenis affectibus ſordidata de thalamo decidit ſponſi, priſtinum recuperet ſtatum, vnicum remedium præſtat mortis aſſidua meditatio.

ALlegoria autem huius loci petita eſt à Ruperto abbate, exiſtimante vidiſſe prophetam cadentem Eccleſiam ab eo feliciſſimo ſtatu in quo erat, quaodo in peccato [x] Adami cecidit: ſic etiam locum intelligit D. Hieronym. Huius autem depoſitionis cauſa fuit, quia ſuos affectus ſordidos reddidit, deſiderando ea, quæ ſordida erant; ſatis enim iam diximus *in cap.* 13. *Ioannis*, pedes ſordidos, paſſiones, ſiue affectiones humanas ſordidas ſceleribus ſignificare, propterea depoſita eſt Eccleſia, ſiue anima, quia ſordidas fecit [z] appetitiones ſuas. Id quod Hieronym. ita expreſſit, *Sordes geſtat in pedibus anima, quæ greſſus conuerſionis ſuæ malis polluit operibus, nec recordatur finis ſui, atque vltimi iudicij, vnde depoſita vehementer hoſtium manibus traditur, nullam habitura conſolationem, ſolus enim in ea dominatur inimicus, proinde ad Dominum cõuerſa clamat, Vide Domine affl ctionem meam.* Atque ita oſteodit depoſitam fuiſſe Eccleſiam à thalamo ſui ſponſi Dei propter ſordes peccatorum. In quem ſenſum mihi videtur intelligendus locus ille *Cantic.* 5. cum ſponſa ſe ipſam excuſando pulſanti ſponſo fores ſuas dixit, *Lauı pedes meos, quomodo coinquinabo illos?* vt aduertit D. Auguſtin. *tract.* 56 *ſuper Ioan. &* 57. timebat enim à thalamo ſponſi cadere, ſi per terram ſponſum quærendo affectus ſordidos redderet, quod dixit Ambroſ. *lib.* 3. *de Virg. & lib. de Iſac, & anima, cap.* 6. Nazianz. orat. in ſancta lumina: *Proinde quando à thalamo ſurrexit, prius manus myrrha delibuit.* hoc eſt, recordatione [a] mortis, eſt enim myrrha ſymbolum mortis, ne excideret à dignitate, in qua erat, ſordidos reddendo affectus; eſt enim hoc vnicum remedium, ad mnoditiem animæ, mortis recordatio.

182.
Rupert.
[x] *Eccleſia cadens de ſtatu innocẽtiæ per Adami culpam.*
Hieron.
[z] *Sordidata eſt in appetitionibus ſuis.*
Ibidem.
Cantic. 5.
Aug.
Ambr.
Nazianz.
[a] *Quam planè non contraheret turpitudinem ſi mortis cogitatione teneretur.*

§. V.

THETH.

Adeo periculoſa eſt via ſuperborum, vt ſalubre ſit illis ad ſalutem in apertum cecidiſſe peccatum.

SIgnificat autem litera *Theth* de mente D. Ambroſij *Pſalm.* 118. excluſiooem [b] à regno, ſcilicet, & ab eo ſtatu feliciſſimo in quo fuerat Synagoga, quandio ſanctè Deum coluit: quibus ſi addas interpretationem Hieronymi, bonam, iuſtamque excluſionem inuenies: nanque de mente Hieronymi ea vox Hebræa ſignificat bonam. In quam ſententiam videndus Paſchaſ. exiſtimat enim bonam hanc depoſitionem eſſe, quia bonum eſt humiliatam fuiſſe gentem Hebræam, vt reſipiſcat, eſt enim accommodata via ad pœnitentiam humiliatio, vt dicitur *Pſalm.* 118. *Bonum mihi: quia humiliaſti me*, ſalubrem perpetuò fuiſſe humiliationem docet Chryſoſtom. *hom.* 72.

in

183.
[b] *Litera Theth ſignificat excluſionem.*
Ambr.
Hieron.
Paſchaſ.
Pſalm. 118.
Chryſoſt.

Aug.

in Ioan. Id quod oſtendit in caſu D. Petri. Proſequitur hoc Auguſtin. 14. de ciuitate cap. 14. *Audeo dicere ſuperbis* [c] *vtile eſſe cadere in aliquod apertum, & manifeſtum peccatum, vnde ſibi diſpliceat, qui iam ſibi placendo ceciderat.* Similia habet Auguſt. 3. *de doctrina Chriſtiana, cap.* 23. & D. Damaſcen. *lib.* 2. *fidei orthodoxæ cap.* 29. Hieron. illud oſtendit in ipſa ciuitate Hieroſalem, vt videre eſt apud ipſum *in epiſt. ad Marcel. tom.* 1. vbi refert tria illa nomina, quibus iam olim appellata fuit ſancta ciuitas Hieruſalem, quorum primum fuit, *Gebus*, id eſt, conculcata, ſiue humiliata: ſecundum fuit, *Salem*, quod pacem ſignificat: tertium *Hieruſalem*, quod viſionem pacis indicat. Ea igitur quæ depoſita eſt, bene, & ſapienter excloſa eſt; ſic enim pacem [d] acquiret interiorem, ac tandem Dei viſionem, proinde bonum eſt eam depoſitam fuiſſe, ſiue humiliatam.

[c] *Illud autem vtile quandoque ſuperbis vt humilientur.* Damaſcen. Hieron.

[d] *Sicque pacem acquirāt deperditam.*

TRACTATVS XI.

De expoſitione decimi carminis ſub litera I O D. *Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius, quia vidit gentes ingreſſas Sāctuarium ſuum, de quibus præceperas ne intrarent in Eccleſiam tuam.* Siue, *De prophanatione Sanctuarij per gentiles, & expilatione.*

§. I.

Ad Literam.

Sancta, quæ impiè fidei hoſtibus prodiderunt Hebræi, eadem iuſto Dei iudicio diripi, & conculcari viderunt, in oculis omnium, qui non ſeruauerunt religionis cuſtodiam.

148. *Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius, quia vidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum, de quibus præceperas, ne intrarent in Eccleſiam tuam.* — ARgomentū huius decimi verſus tale eſt. Exponit propheta inſolētiam, qua hoſtis Babylonicus, ſiue Romanus ingreſſus templum Dei omnia eius ornamenta deprædatos eſt. In hoc autem carmine priùs enarranda ſunt ea, quæ difficultatem habent, ex quibus patebit verus intellectus eiuſdem. Primum autem, quod difficultatem habet in hoc loco, eſt particula [e] rationalis, quæ in eo reperitur, cum dicitur *manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius, quia vidit gentes ingreſſas ſanctuarium*; illud enim, *quia*, particula rationalis eſt, quæ cauſam videtur reddere, cur hoſtis miſerit manus ad omnia deſiderabilia. Non autem ita clarè apparet conuenientia huius rationalis particulæ hoc in loco, neque enim quia vidit gentes ingreſſas Hieroſolyma in templum ſuum, ratio eſt, & cauſa fuit, cur miſerit hoſtis manus ad omnia ornamenta templi: proinde Paſchaſ. ad allegoriam confugere videtur, & veram rationalem particulam exiſtimat, ac veram cauſam, & rationem reddere, cur hoſtes deprædati ſint ſanctuarium, *quia*, ſcilicet, *Dominus vidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum*, id eſt, *Iudæos gentiliter viuentes, & ſanctuarium polluentes, quod ipſe prohibuerat, propterea miſit hoſtis manum ad ornamenta ſanctuarij.*

[e] *Particula cauſalis hic difficultatem habet.*

Paſchaſ.

185. Chaldaica Paraphraſis videtur notaſſe, defectiuam hanc [b] eſſe orationem, *quia vidit gentes ingreſſas Sanctuarium*, in qua aliquid neceſſariò ſupplendum eſt, vt verum, & perfectum ſenſum efficiat, atque ita putat legendum eſſe locum, *Manum ſuam extendit Nabuchodonoſor impius, & euaginauit gladium, & ſuccidit omnia deſiderabilia eius: cœtus quoque Iſrael cœpit vlulare, quia vidit populos extraneos ingredientes ſanctuarium Domini*; ſuppleuit enim Chaldaica Paraphraſis illud, *cœpit Hieroſolyma vlulare, quia vidit gentes ingreſſas Sanctuarium*: ſenſus totius loci tunc planus erit, miſit manum ſuam hoſtis ad omnia deſiderabilia eius: Hieroſolyma autem cœpit vlulare, quia vidit gentes ingreſſas ſanctuarium: quæ expoſitio non diſplicet, tum propter authoritatem Paraphraſis, tum etiam, quia [c] ratio illud ſuadere videtur; ſolent enim vehementer dolentes verba interrupta relinquere, ac ſententias imperfectas, in quibus aliquid neceſſariò ſupplendum ſit: hæc enim eſt natura vehementis doloris. Ego autem exiſtimo, nihil ſupplendum eſſe, ſed eandem particulam relinquendam ad amplificationem doloris, quod voluit Vatabl. ad hunc locum, ſic eum legens, *etenim ipſa Hieroſolyma videre coacta eſt gentes ingredi Sanctuarium*, quaſi ſit amplificatio doloris, tunc oppreſſor miſit manum ad diripiendum templum, cum ipſa Hieroſolyma videre coacta eſt prophanos hoſtes ſacrarium ingredientes. Iuuat hanc expoſitionem [d] vox Hebræa, quæ etiam ſignificat, *quando*, vt aduertunt omnes ferè Rabbini, vno excepto Rabbi Dauid, qui vocem ſemper Hebræam rationalem eſſe exiſtimauit. Magis autem in patrocinium huius expoſitionis eſt id, quod notauit Marc. Marin. *in arca Noe* ad radicem *Chi*, vbi aduertit eleganter hanc particulam admirantis eſſe; in cuius confirmationem adducit locum petitum ex *cap.* 18. *Gen.* vbi Sara Angelo reſpondit, *Non riſi*, timore perterrita, Hebraicè, *Non riſi, quia timui*, id eſt, tota admirata ſum; eſt enim hæc mulieris admiratio, quæ ſatis exprimitur in noſtra Luſitana lingua, ac proinde cùm hoc in loco introducatur matrona Hieroſolyma deflendo excidium ſuæ gentis, non erit alienum à circunſtantia [e] huius loci, & perſonæ ſi particula, *quia*, admirantis ſit. Non diſplicebit ea vltima expoſitio, ſi dicamus locum eſſe, qui priùs poſteriùs appellatur, in quo ſcilicet, non ſeruato ordine rerum, ea quæ priùs dicenda fuerant, poſteriùs dicuntur, quod frequentiſſimum eſt præſertim in vehementer dolentibus.

[b] *Ideo Chaldæus textum defectiuam cenſet orationem.*

Chald. Par.

[c] *Nec ſine ratione.*

Vatablus.

[d] *Et fundamento in Hebræo textu.*

Marinus.

Gen. 18.

[e] *Maximè attenta circunſtantia loci & perſona.*

186. Oportet etiam priùs cognoſcere, quid ſignificare voluerit propheta per, *deſiderabilia*, in hoc loco: eſt igitur deſiderabile, [f] quidquid optimum, & pretioſum ab omnibus expetitur, quo pacto Elias Cretenſ. *orat.* 1. *apologetica Nazianz.* deſcribens pulchritudinem, diuitias, & infinitam bonitatem Dei, dixit, *Deus eſt, in quo cupiditas omnis*, ſiue *deſiderium pedem figit*, id eſt, omnino deſiderabilis

[f] Deſiderabile *hic, quod optimum & pretioſum eſt, ſignificat.*

Elias Cret.

Oſeæ. 9. Text. Hebr.

rabilis eſt Deus. Quo pacto intelligendus eſt locus Oſeæ *cap.* 9. cum dicitur, *deſiderabile argentum eius vrtica comedet*, Hebraicè, *deſiderium argenti ipſorum, vrtica hæreditabit*, id eſt optimum, pretioſum, maximè deſiderabile, quod argento ſuo compararunt, ſumptuoſiſſimas, ſcilicet, & ampliſſimas ædes vrtica occupabit. Eſt locus ſimillimus apud Eſaiam in cap. 64. *Hieruſalem deſolata eſt, domus ſanctificationis noſtræ, & gloria noſtra, vbi laudauerant te patres noſtri, facta eſt in exuſtionem ignis, & omnia deſiderabilia noſtra verſa ſunt in ruinas*, id eſt, optima quæque, & pretioſa partim diruta ſunt, partim ſpoliata. Potuit igitur hoc in loco propheta cum dixit: *manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius*, dolere vrbem dirutam, templum exuſtum, violenter rapta omnia pretioſa vrbis, ad ea enim omnia ſe extendit vox, *deſiderabile*, vt modò vidimus. Verùm preſſiùs loquitur de mente D. Hieronymi, qui exiſtimat, *deſiderabilia*, templum eſſe, [g] ac omnia ornamenta templi, quæ & pulcherrima erant, & pretioſiſſima, iuxta illud, quod notauit Ioſephus 7. *de Bello cap.* 24. vbi loquens de triumpho Titi, cum de Iudæa triumphauit, ita dixit: *Quæ tamen templo ablata ſunt ſacra vaſa in triumphum perducta, maiori admiratione in ſe oculos omnium conuertebant, ſpolia nanque alia paſſim ferebantur, eminebant autem ea, quæ in templo apud Hieroſolymam reperta ſunt.* Hoc igitur dolere videtur Hieroſolyma miſiſſe, ſcilicet, Chaldæum hoſtem impias, & prophanas manus in templum, & in res ſacras ipſius templi; duplex enim Iniuria facta eſt rebus conſecratis, & quòd ea, quæ ſacra erant, deducta ſunt in vſus prophanos; quod etiam apud gentes ſacrilegium fuit, vt deducit Macrobius *lib.* 3. *Saturnal. cap.* 3. & Trebatius *lib.* 1. *de religione.* Secunda autem iniuria facta eſt rebus conſecratis, quòd, ſcilicet, violatæ ſint ex contactu manuum prophanarum, & laicarum; erant enim quædam in templo ſacro, quæ tangi à prophanis, religio erat, vt conſtat ex 1. *Reg cap.* 21. Iam igitur patet vetus intellectus prioris partis huius carminis, cum propheta dixit, *manum ſuam miſit ad omnia deſiderabilia eius*; dolet enim gens Hebræa prophanis manibus [h] violatum fuiſſe templum, & ea, quæ conſecrata erant cultui diuino, ac denique pretioſiſſima quæque templi fuiſſe rapta, ac proinde læſam religionem, & diuitias omnes ſublatas.

Iſai. 64.

[g] *Sed preſſiùs ſumitur pro vaſis templi & ſacri miniſterij ornamentis,* Ioſephus.

Macrobius. Trebatius.

1. Reg. 21.

[h] *Quæ prophanis manibus violauerat hoſtis rapiens*

187. *Quia vidit gentes ingreſſas Sanctuarium ſuum, de quibus præceperas, ne intrarent Eccleſiam tuam.* { Secunda verò pars eiuſdem carminis pendet ex cognitione illius vocis, *Sanctuarium*, cum propheta dixit, *quia vidit gentes ingreſſas Sanctuarium ſuum*; nanque hæc vox in vniuerſum ſignificat ſanctitatem apud Hebræos, & rem ſacram, quale planè erat templum Dei, in vſuque eſt, vt eadem vox peculiarem partem templi ſignificet, quæ Sanctuarium appellabatur; templum enim Salomonis, [i] ſi de ipſa æde templi locutio ſit, in duas partes præcipuè diuidebatur, vt dicitur 2. *Paralip. cap.* 3. Pars altera interior erat, quæ vocabatur Sancta ſanctorum, anterior autem altera pars Sanctuarium appellabatur. Iuxta ædem templi erat quadratū atrium, quòd appellabatur atrium ſacerdotum, in quo erat altare holocauſtorum, & omnia ea vaſa, & inſtrumenta, quibus ſacrificia peragebantur. Poſt hoc atrium erat aliud ſecundum, [l] & conſequenter duo alia, vt latiſſimè & optimè docet Abul. *tom.* 5. *in Matth. cap.* 21. *quæſt.* 62. & *in* 3. *Reg. cap.* 7. *quæſt.* 17. Meliùs Ioſephus ſecundo contra Apionem. *Templum*, inquit, *quatuor porticus habuit in circuitu, & harum ſingulæ ſecundùm legem cuſtodiam propriam habuerunt: in exteriorem porticum liberum erat omnibus ingredi etiam alienigenis, & gentilibus: in ſecundam porticum Iudæi omnes ingrediebantur, eorumque vxores, cum eſſent ab omni pollutione mundæ: in tertiam maſculi Iudæorum mundi, atque purificati: in quartam autem ſoli ſacerdotes, & leuitæ in ſolis ſacerdotalibus: in aditum verò, ſiue templum, præcipuèque in Sancta ſanctorum, ſolus ſummus Pontifex ingrediebatur ſemel in anno indutus Pontificalibus ornamentis.* Repetit hoc idem Ioſeph *lib.* 6 *de bello cap.* 6. *Arcebantur autem à tertia parte, ſiue* [m] *à tertio atrio omnes prophani Iudæi, & polluti, ac etiam gentiles homines, quia in pariete tertij atrij ſcriptum erat, locus ſanctus, in quem, ſcilicet, primo ingrediebantur mundi Iudæi.* Fuiſſe autem nefas gentiles ingredi in templum Dei docet locus apud Ezechiel, in cap. 44. *Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra domus Iſrael, eo quòd induxiſtis filios alienos incircunciſos corde, & incircunciſos carne, vt ſint in ſanctuario meo, & polluant domum meam*; quod vſque adeo obſeruabant Hebræi, vt *Actor.* 21. lapidare voluerint D. Paul. exiſtimantes eum contra religionem, & ſanctitatem templi voluiſſe introducere in templum Trophimum Epheſium hominem gentilem.

[i] *Explicatur templum Salomonis per partes ſuas.* 2. Paralip. 3.

[l] *Quatuor atria intra ambitum templi.* Abulenſ.

Ioſephus.

Idem.

[m] *Arcebantur autem à tertia parte adiu omnes gentiles.*

Ezech. 44.

Actor. 21.

Ex quibus iam conſtat templum appellatum fuiſſe vniuerſam eam fabricam incipiendo à primo atrio prophano vſque ad ædem ſacram; ſanctum autem appellabatur illud opus incipiendo à primo atrio in quo ſcriptum erat, *locus ſanctus*, & ex proprietate verbi Hebræi [n] *Sanctuarium* quoque appellabatur pars exterior ædis ſacræ, in qua reponebantur omnes theſauri, ſeu potiùs omnia ornamenta templi, qualia erant aurea thuribula, candelabra aurea, & menſæ aureæ, ac denique pretioſa quæque, ſiue *deſiderabilia* templi. Docuit hæc Ioſephus, *lib.* 6. *de bello c.* 6. Abulenſ. *lib.* 3. *Reg. cap.* 7. *quæſt.* 17. idque colligitur ex 2. *Paralip. cap.* 4. & ex 3. *Reg. cap.* 6. & 7. cum tamen in parte interiori templi ſola arca teſtamenti eſſet, & duo Cherubim ex ſolido auro. 188.

[n] *Quæ Sanctuarium appellabatur communiter.*

Ioſephus. Abulenſ. 2. Par. 4. 3. Reg. 6. & 7.

Ex quibus iam patet, qualis dubitatio ſit in his verbis, cum propheta dixit, *quia vidit gentes ingreſſas Sanctuarium ſuum*; cum enim [o] *Sanctuarium* vox æquiuoca ſit, & ſignificet ipſam ſacram ædem, & præcipuè eius priorem partem, ſignificet etiam totam fabricam templi, incipiendo ab eo atrio, à quo arcebantur prophani, & gentiles; dubium eſt, in qua ſignificatione vſurpauerit hoc in loco diuinus propheta *Sanctuarium*, cùm conſtet Chaldæos ingreſſos fuiſſe omnia atria, atque ipſam ædem ſacram, vt expreſsè dicitur lib. 4. Reg. cap. 25. *Columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini, & baſes, & mare æneum, quod erat in domo Domini confregerunt Chaldæi, & tranſtulerunt æs omne in Babylonem, lebetes quoque æreos, & trullas, & tridentes, & ſcyphos, & mortariola, & omnia vaſa ærea, in quibus miniſtrabant.* Hæc omnia erant in atrio ſacerdotum, cætera verò, quæ ſequuntur, in Sanctuario; nam eodem in loco dicitur, *tulerunt & thuribula, & phialas, & quæ aurea aurea, & quæ argentea argentea, quæ omnia repoſita erant in Sanctuario.* Proindeque quamois *Sanctuarium* ex proprietate vocis Hebrææ accipi poſſit pro vniuerſo tēplo, hoc in loco incipiendo 189.

[o] *Quid nomine Sanctuarij hic intelligatur.*

4. Reg. 25.

Ibidem.

à

p Quamuis ex proprietate linguæ ſancta pro vniuerſo templo ſumatur, hic etiam pro ſacerrima parte accipiendum

P à ſecundo atrio vſque ad ædem ſacram; crediderim potiùs prophetam hoc in loco vocaſſe Sanctuarium eam partem ædis ſacræ, in qua reponebantur omnia pretioſa vaſa templi, hoc enim magis amplificat dolorem gentis Hebrææ, ex violatione, ſcilicet, ſacerrimæ partis templi, in quam intrarunt gentiles Chaldæi, cùm nefas eſſet in eam partem ingredi niſi ſacerdotem in ſtola ſacerdotali. Aduertendum autem maximè eſt, nomine gentis pleruunque promiſcue intelligi, & gentiles, & Hebræos homines, nonnunquam autem ſolos gentiles, qualis eſt ille locus

Pſalm. 2. in Pſalm. 2. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania?* Nanque, vt placet grauioribus Autoribus, per gentes frementes in Chriſtum gentiles tyranni intelliguntur, per populos autem inania meditantes Hebræi intelliguntur: ſic quoque hoc in loco per gentes intelligit prophanos Chaldæos ingredientes templum, & illud prophanantes vſque ad Sancta ſanctorum.

190. Si quis autem quærat, quo in loco Sacræ Scripturæ præceptum ſit, ne gentiles ingrederentur Sanctuarium, vt hoc in loco dixit propheta, *de quibus præceperas ne intrarent in Eccleſiam tuam*, dicendum eſt prophetam alludere ad locum

q Locus in quo per legem prohibebantur ingredi Eccleſiam gentiles.
Deut. 23.
Par. Chald.
Theodoret.
Rab. Salom.
Rab. Ioſeph.

Deut. 23. vbi dicitur: q *Ammonites, & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt in Eccleſiam Domini* adducebat enim Nabuchodonozor in ſuo exercitu Ammonitas, & Moabitas: ita Paraphraſis Chaldaica, Theodor. Rab. Salum. & Rabbi Ioſeph. Latiùs autem hoc colligitur de omnibus gentibus intelligendum eſſe ex Ezech. *cap.* 44. ex *cap.* 21. *Actor.* vbi Paulus fuerat lapidandus, quoniam exiſtimarunt Hebræi eum introduxiſſe in templum hominem Epheſium gentilem.

§. II.

Ad Allegoriam & Mores.

Non miſiſſet vtique manum ſuam hoſtis, ad diripienda bona diuitis Eccleſiæ à principio ſuæ, niſi portarum & ſenſuum neglectam in nobis inueniſſet cuſtodiam.

191. ALlegoria autem huius loci ſatis manifeſta eſt de Eccleſia ſancta, quę Sanctuarium fuit Dei, & quæ deſiderabilia pleraque habuit, & pretioſa, quæ tamen abſtulit in Adam malus r dæmon, immitens manum prophanam in ſacrarium Dei. Quod vt meliùs intelligatur, & allegoria amplificari poſſit, videndus locus *Cantic. in cap.* 6, cum de ſua ſpouſa Eccleſia dixit ſponſus. *pulchra es amica mea, ſuauis, atque decora, ſicut Hieruſalem*; præſertim ſi ſequamur lectionem ſeptuaginta, vertentium, *pulchra es amica mea, ſicut beneplacitum*, vel *beneuolentia*. Certum eſt autem, ex beneplacito diuino, & ex æterna Dei beneuolentia in Eccleſiam deriuata fuiſſe deſiderabilia quæque, id eſt virtutes omnes, ac dona, quæ Eccleſiam, & diuitem, & pulcherrimam reddunt: magis quadrabit allegoria cum litera, ſi literam Hebræam ad eundem locum videamus: etenim ita potius legit, *pulchra es amica mea ſicut Thyrſat, & ſicut Hieruſalem*; vt enim dicitur *lib.* 3. *Reg. c.* 14. *& deinceps*, Vrbs erat montana, in qua propter ſingulares eius commoditates Rex Salomon aulam regiam poſuerat, & in qua habitauerat par-

r Deſiderabilia dona Dei abſtulit malus dæmõ ab anima ſiue Eccleſiam Adami peccato.
Cantic. 6.
LXX. Interpr.
Hebraicè.
3 Reg. 14.

tim, & partim in vrbe Hieruſalem: aſſimilat igitur Salomon Eccleſiam duabus vrbibus regiis, in quibus ſolium regni erat, & ſedes regis, quarum quælibet *beneuolentia Dei* appellari poterat; id quod tranſlatum ad animam, ſiue ad Eccleſiam, ſignificat Eccleſiam ornatam omnibus virtutibus, quas & diripuit, & polluit prophanus hoſtis mittens manum in eas, & ingreſſus per ſuggeſtiones in animam ſanctam. Eiſdem verbis illud dixit Hieronym. *Quando*, ait, *per aliquem ſenſum noſtrum hoſtis antiquus patentem inuenit introitum, tunc ingreditur per ſuggeſtionem in ſacrarium animæ noſtræ, vbi ſancta Trinitas per* s *fidem veram habitare conſueuerat, & ſpoliat illud decore ſapientiæ, & ornatu virtutum.* Adiungit Rupert. Abbas, *miſit diabolus manum, & polluit omnia deſiderabilia animæ, quia vidit gentes ingreſſas in Sanctuarium*, hoc eſt, *vniuerſas vitiorum phalanges in ſacrarium animæ noſtræ intromiſſe, de quibus Deus præceperas, ne ingrederentur Sanctuarium diuinitatis.* Igitur appellat *ſacrarium* animam noſtram virtutibus plenam, quas ingreſſus hoſtis malignus & violauit, & deprædatus eſt.

Hieron.
s Erat enim anima ſacrarium Trinitatis donec diabolus miſit manum ſuã in eam.
Rupert. Ab.

I O D.

Præfixa litera, *Iod*, ſi ſequamur Ambroſium, ſuper t *Pſalm.* 118. *Octonario* 10. ſignificat t deſolationem, & confeſſionem; nunquam enim tam fatetur quiſquam ſe erraſſe, quam cùm pœnam erroris præſentem inuenerit. Vnde poſtquam Hieroſolyma ſe deſolatam vidit: cœpit ſui erroris fateri turpitudinem. Quibus congruit interpretatio Hieronymi exiſtimantis, *Iod*, ſignificare, u principium, inde enim incipit conuerſio, vnde denotat deſolationem quod aliis verbis dixit Ambroſ. lib. 1. de officiis, cap. 16. *Inde incipit beatitudo iudicio diuino, vnde ærumna exiſtimatur humana.* 192.

t Iod ſignificat deſolationem.
Ambr.
Hieron.
u Significat etiam principium
Ambr.

TRACTATVS XII.

De expoſitione carminis vndecimi ſub litera, CAPH. *Omnis populus eius gemens, & quærens panem: dederunt pretioſa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Vide Domine, & conſidera, quoniam facta ſum vilis.* Siue, *de grauiſſima famis anguſtia in obſidione Hieruſalem.*

§. I.

Ad Literam.

Suo, & Hieruſalem nomine propheta grauiſſimam lamentatur famem, quam in obſidione paſſi ſunt Hebræi, qui ſuos in viſcera natos recondere ſunt coacti.

193. *Omnis populus eius gemens, & quærens panẽ, dederunt pretioſa quæque pro cibo ad refocillandam animam.*

DVplicem perſonam induit propheta in hoc carmine; & ſuam cum dicit, *Omnis populus eius gemens & quærens panem, dederunt pretioſa quæque pro cibo ad refocillandam animam:* induit etiam perſonam Hieroſolymæ iam tandem præ fame ita gementis, *Vide Domine, & conſidera, quoniam facta ſum vilis.* Argumentum autem carminis eſt, breuis, ſed affectuoſa deſcriptio eius [a] famis, quæ Hieroſolymitanos oppreſſerat, quando obſeſſi tenebantur à Chaldæis. In ſecunda parte carminis eſt oratio tota paterica Hieroſolymæ ad Deum, commouentis eum ad ſui commiſerationem in extremo malo. Eſt autem propheta vſus hoc in loco ſingulari artificio ad mouendos affectus, introducit enim inanimatam vrbem ſuſpirantem, & gementem, quæ oratio maximè excitat animos: vt pulchrè aduertit Quintil. *lib. 9. orat. inſtit. cap. 2.* præſertim quando accommodata verba inanimatis rebus attribuuntur: qualia poſtulabat extrema calamitas famis, quam patiebantur Hieroſolymitani; quali artificio vſus eſt Poëta Lucan. *lib. 1. de bello ciuili:* vbi introducit Romam occurrentem Cæſari in tranſitu Alpium properanti ad bella ciuilia, ita dicens:

[a] *Argumentum carminis, famis in obſidione deſcriptio.*

Quintilian.

Lucan.

Ingens viſa Duci patriæ trepidantis imago
Turrigero canos effundens vertice crines
Cæſarie lacera, nudiſque aſtare lacertis,
Et gemitu permixta loqui, quò tenditis vltra,
Quò fertis mea ſigna viri? ſi iure venitis
Si ciues hucuſque licet.

Cicero.

Similis locus eſt apud Ciceron. in act. 1. in Catilin. *Si mecum, ait, patria, mihi vita mea multo charior; ſi cuncta Italia, ſi omnis Reſpublica ita loquatur, Marce Tulli, quid agis?* habent enim hæc ad permouendum animum vim maximam, & quanuis ficta ſint, vera tamen maximè videntur: quæ ratio, & occaſio temporis, ita fieri poſtulabant: quo artificio vſus eſt Ieremias, cum Hieroſolymam vrbem hactenus tacentem nunc primùm loquentem introducit cum Deo, ac dicentem: *Vide Domine, & conſidera, quoniam facta ſum vilis:* extrema enim calamitas loquentem fecit Hieroſolymam; nanque eſſe extremum malorum famem, diſertè docuit Hieronym. *Amos* in cap. 8. *Vetus*, inquit, *narrat hiſtoria, tam Latina, quàm Græca, quàm Barbararum gentium, nihil eſſe fame durius, quæ ſæpe compellit obſeſſos humanis veſci carnibus.* Vnde ortum prouerb. Græcorum, *fame* [b] *mori miſerrimum eſt:* quod Cicero dixit lib. 5. epiſt. ad Atticum epiſt. 21. *nihil fame miſerius.*

Hieronym.

[b] *Vetus prouerbium*, fame mori miſerrimum.

Cicero.

194. Amplificat hunc locum Ieremias paulò inferiùs in cap. 4. *Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame, quoniam isti extabuerunt conſumpti ab ſterilitate terræ:* quod Homerus expreſſit Odyſſ. lib. 12. *Quamlibet mortem duram eſſe, ſed mori ex fame, miſerrimum eſſe.* Videndus Baſil. in peculiari orat. de fame, & ſiccitate; *mors*, inquit, *quæ à fame fit, omnium eſt laborioſiſſima; in aliis enim periculis,* [c] *aut gladij acies celeriter mortem affert, aut ignis impetus ſtatim vitam extinguit, aut beſtia dentibus vitalia membra dilanians, non ſinit longo doloris tractu hominem cruciari, ſed fames lentum quoddam malum, habet longum dolorem, incedentem malum, & inteſtinum, mortem ſemper præſentem; & tamen ſemper tardentem:* & cætera, quæ proſequitur eleganter Baſilius in eandem ſententiam. Quæ ea mente adiecimus, vt oſtenderemus, qua occaſione loquentem introduxerit propheta Hieroſolymam, laborantem, ſcilicet, extremo malo: per occaſionem autem addiderim id, quod notauit Baſil *in citata orat.* & D. Hieron. *Malach. in cap.* 3. penuriam, & egeſtatem annonæ perpetuò eſſe inſtrumentum diuinæ miſericordiæ, & flagellum grauiſſimorum ſcelerum; proinde non eſt reducenda fames [d] in cauſam naturalem, ſed potius in Deum prouidentem, & vindicantem extrema ſcelera, qualis fuit idololatria Iudæorum, & ſacrilegium occiſionis Chriſti ſeruatoris; propter quæ ſcelera in eos incidit fames. Videndus Paraphraſtes Chaldæus *in cap. 1. Ruth.* vbi docet, famem miſſam fuiſſe à Deo ad grauiſſima peccata punienda. Qua de re videndus Franciſcus Feuard. *in Com. ad cap. 1. Ruth.* in præclara digreſſione de fame.

Threnor. 4.

Homerus.

Baſilius.

[c] *In aliis enim periculis celeritas mortis pœnã diminuit, in fame auget.*

Baſilius.
Hieron.

[d] *Durum ſanè diuina prouidentia flagellum, fames.*

Par. Chald.

Feuard.

Hactenus oſtendimus artificium, quo vſus eſt propheta in introducenda Hieroſolyma alloquente diuinam clementiam in extrema fame, quam paſſa eſt tempore obſidionis; nunc iam oportet literam ipſam recto ordine exponere. Conſtat autem ex *lib. 4. Reg. cap.* 25. magnam famem fuiſſe eo tempore; ſic enim dicitur eo loco: *Præualuit fames* [e] *in ciuitate, nec erat panis.* Similia dixit Ieremias, *cap.* 52. de eodem tempore: *obtinuit fames ciuitatem, & non erant alimenta populo terræ.* Quod malum deplorat in hoc carmine dicens: *Omnis populus eius gemens, & quærens panem, dederunt pretioſa quæque pro cibo ad refocillandam animam,* ſiue ad reparandam, ſeu ad reducendam animam iam penè labentem præ fame. Conſuetum autem ſemper fuit huiuſmodi in malo pretioſa quæque commutare pro cibo, qualia ſunt aurum, argentum, & quæcunque pretioſa exiſtimantur. Quod etiam feciſſe legimus ſanctos viros graſſante fame, vt videre eſt apud Ambroſ. vbi refert, ſe vaſa aurea ſacra vendidiſſe ad ſimilem redimendam neceſſitatem; vbi refert D. Cyprian. mandantem, *vt libri, & veſtes venderentur.* Similia habet idem Ambroſ. 3. *de officiis, c.* 6. Videndus D. Hieronym. *in epiſt. ad Ruſtic.* vbi de Exſuperio Epiſcopo [f] Toloſano refert, in redemptionem captiuorum, & in remedium pauperum fame laborantium ſuis omnibus iam expenſis corpus Domini in caniſtro vimineo, & ſanguinem eius in vaſe vitreo in vſum infirmorum ſeruaſſe, vſque adeo importuna fames ſolet omnia pretioſa permutare in ſui remedium. 195.

4 Reg. 25.

[e] *Grauiſſimã quidem famẽ paſſa eſt Hieruſalem tempore obſidionis per Chaldæos.*

Ierem. 52.

Ambr.

Cyprian.
Ambroſius.
Hieron.

[f] *Exemplum ſanè miſerãdum ſed maximè laudãdum in Epiſcopo.*

Videndus Nazianz. *orat. 20. de laudibus Baſilij Magni,* vbi commendat maximè charitatem Baſilij in famis neceſſitate, & crudelitatem [g] eorum, qui in tanto malo nullo humanitatis ſenſu permouentur: *Obſeruant*, inquit, *temporum difficultates, & famem negotiantur,* [h] *ac ex eorum calamitatibus meſſem faciunt.* Quod elegantiùs proſequitur Amos propheta, cap. 8. ſui vaticinij: *Audite hoc, qui conteritis pauperem, & interficere facitis egenos de terra, dicentes, quoniam tranſibit meſſis, & venundabimus merces & Sabbathum, & aperiemus frumentum, & diminuemus menſuram, & augebimus ſiclum, & ſupponemus ſtateras doloſas.* Melius multo ſimili in neceſſitate conſulit Auguſt. epiſt. 138. ad clerum, & populum Hipponenſem: *Sicut*, inquit, *ad loca munitiora feſtinantiùs migrant, qui ruinam domus vident contritis parietibus imminere; ſic corda Chriſtiana, quanto magis ſentiunt mundi huius ruinam crebreſcentibus tribulationibus propinquare, tanto magis debent bona, quæ in terra recondere diſponebant, in cæleſtem* 196.

Nazianz.

[g] *Et inuehitur in crudelitatem.*

[h] *Sed è contra vituperatione digna auari crudelitas ſumma eſt.*

Amos. 8.

Auguſt.

leſtem [l] *theſaurum impigra celeritate transferre:* ſint hæc per oceaſionem dicta, afferendo primam expoſitionem ad ea verba prophetæ, *dederunt pretioſa quæque pro cibo.*

[l] *Cum potius deberet homo imminente ruina mundi auidius in manum pauperum theſaurizare.*

197. Verùm Theodor. & Rab. Ioſeph *in com.* ad hunc locum, *pretioſa quæque*, appellant infantes, quos tempore famis matres comedendos [l] dederunt, vel ipſæ comederunt, vt tragicè dolet Ioſephus *lib.7. de Bello. cap.* 8 factum fuiſſe in obſidione per Romanos, quod alia in fame euenerat, vt dicitur 4. *Reg.*6. Id quod eleganter dolet D. Auguſt. ſerm. 111. de tempore, *Proh dolor*, ait Auguſt. *in cibum pietas vertitur, in pabulum ſuſcepta ſoboles commutatur, antè parricidium geritur, quàm ad funeſtas dapes veniatur; anima artubus elicitur, & matrum viſcera polluuntur; innocens ſanguis effunditur, vt parentum rabida fames ſaginetur*; & cætera, quæ proſequitur elegantiùs Auguſt. nec minùs eleganter Ioſephus *lib.7. de Bello. cap.*8. Quæ ea mente dicta ſunt, vt oſtenderemus, *pretioſa quæque* in remedium famis commutata eſſe, nihil autem pretioſius dari potuit, quàm ſoboles, & partus ſui ab ipſis parentibus.

Theodoret. Rab. Ioſeph.

[l] *Comederũt vtique matres filios ſuos præ fame in obſidione Chaldæorum & per Romanos.*

Ioſephus. Auguſt.

Ioſephus.

§. II.

Ad Literam.

O mira circa nos diuinæ pietatis dignatio, cui ſatis eſt, vt ſubueniat, ſi viderit ad extremum deueniſſe calamitatem.

198. *Vide Domine, & conſidera, quoniam facta ſum vilis.*

EST autem opportuna imprecatio in ſequentibus verbis, cum Hieroſolyma ita loquens introducitur: *Vide Domine, & conſidera, quoniam facta ſum vilis*; deprecatur enim Deum Hieroſolyma, vt penitus calamitatem ſuam intueatur, atque eiuſdem miſereatur; conſequitur enim oculos [m] diuinos diuina miſericordia, & calamitatis remedium. Non eſt tamen ita facile intelligere, quid ſignificet hoc in loco, *quoniam vilis facta ſum*: niſi placeat per vilem ſignificare voluiſſe prophetam abiectam Hieroſolymam, [n] nigram, & ſordidam, quales fames ſolet reddere famelicos, quemadmodum dixit Heſiod quod proſequitur Baſilius Magn. *in orat. de fame.* In quem locum eſt ille alius adducendus ex Luc. *cap.* 15. poſtquam omnia conſumpſit Prodigus; *Facta eſt fames valida in regione illa, & ille cœpit egere, & cupiebat replere ventrem ſuum de ſiliquis, quas porci manducabant, & nemo ei dabat*: ex vili enim cibo, quo in remedium famis vtebatur, vilem prodigum oſtendit Chriſtus Dominus. Mihi autem videtur plus aliquid ſignificare voluiſſe prophetam, cum dixit, *quoniam vilis facta ſum*: præſertim ſi ſequamur paraphraſim Chaldaicam, & radicem Hebræam, quæ pro *vili* habet *voratricem*, ſiue, [o] *carniuoram*; ita enim oſtendit miſerum ſtatum, vt quæ cogente fame, non ſolùm ſordida quæque deuorauerit, ſed etiam ipſos ſuos filios, vt dicitur Baruch. *in cap.* 2. & prædictum fuerat Deut. 28. *Obſideberis intra portas tuas in omni terra, quam dabit tibi Dominus Deus tuus, & comedes fructum ventris tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quas dedit tibi Dominus in anguſtia, & vaſtitate.* Si autem indecorum, vile, & turpe erat veteribus temporibus carnibus veſci animalium, vt proſequitur eleganter Plutarch. 1. & 2. *de vſu carnium*, quantò vilius erit veſci carnibus humanis, nec ſolùm humanis, ſed filiorum? quod ſignificat propheta dicens, *quoniam facta ſum vilis*; quaſi ſuaſerit improba fames ipſam Hieroſolymam veſci ſuis partubus, vnde optimè Poëta 6. Æneid. *malè ſuadam* famem appellauit, vt quæ ſuadeat improba, & execranda in ſui remedium fieri.

[m] *Primum malorum remedium ſi Deus reſpiciat illud.*

[n] *Vilis dicitur Hieruſalem quia famelica.*

Heſiod. Baſilius. Luc. 15.

[o] *Sed melius quia carniuora filiorum ſuorum.*

Baruch. 2. Deut. 28.

Virgil.

§. III.

Ad Allegoriam & Mores.

Anima, quæ carnalia ſectatur, pretioſa quæque pro vilibus appendit, & non in ſaturitate, quippe quæ nec de brutorum cibis abundat.

199. PVlchra autem conſurgit allegoria ex litera huius 11. carminis, qua docemur ſequentes [p] deſideria carnalia commutare ſolitos eſſe virtutem in voluptatem, quod proſequitur Hieron. ad hunc locum: *Fames, ait, delectationis iucunditatem ſignificat, praua quippe anima affligitur, quia non ad votum de præſentis vitæ iucunditate ſatiatur, ſed pretioſa quæque pro cibo dat, quia virtutes omnes inclinat in appetitum tranſitoriæ delectationis, & refocillare animam nititur, dum prauis ſuis deſideriis ſatisfacere conatur; tunc autem vilis fit anima, cum non cæleſtia, ſed* [q] *abiecta ſectatur.* Quem locum tranſtulit D. Gregor. Mag. ex Hieronymo *lib.* 23. *moral. cap.* 17.

[p] *Sequentes carnalia deſideria, illi ſunt viles.*

[q] *Quippe qui vilia & abiecta ſectantur.*

Greg Mag.

CAPH.

200. Appoſita autem litera, *Caph*, in principio huius carminis ſignificat, incuruatam, [r] abiectam, & humiliatam gentem Hebræam, quemadmodum docuit Ambroſ. *Pſalm.* 118. *Octonario* 11. Quo in loco exiſtimauit ea mente præfixam fuiſſe hanc literam Hebræam à Ieremia in hoc 11. carmine. Meliùs exprimetur extrema calamitas gentis Hebrææ, ſi adiungatur interpretatio D. Hieronymi eiuſdem literæ Hebrææ; exiſtimat enim ſignificare manum, ſiue volam, vel palmam manus: ſi autem introducas incuruatam Hieroſolymam præ fame, aperta quaſi manu remedium poſtulantem, & oculis in terram defixis incuruatam, [s] & quærentem ſiliquam, & ſordida purgamina, vilem, & famelicam oſtendes Hieroſolymam, qualem propoſuit propheta videndam in duobus ſequentibus carminibus.

[r] *Significat litera* Caph *incuruatam, abiectam, & humiliatam,* Ambr.

[s] *Siue incuruatã ad quærendum ſordidos in terra cibos, nec animalibus aſſuetos.*

TRACTATVS XIII.

De expoſitione carminis duodecimi ſub litera, LAMED.

O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, vt locutus eſt Dominus in die iræ furoris ſui.

Siue, *de implorante Hieroſolyma ſolatium in extremis.*

§. I. Ad

§. I.

Ad Literam.

Hieruſalem veluti mendica ad vrbis portam abiectiſſima, ſuas propalat tranſeuntibus calamitates, vt vel ad commiſerationem tantorum malorum intuentium poſſit animos commouere.

201. *O vos omnes qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus?* PRoſequitur Hieroſolyma ſuam orationem, & qua Deum, vt calamitatẽ extremá ſuam pio obtutu intueretur, fuerat deprecata, eandem orationem [a] ad homines conuertit, vt à Deo remedium inueniat, & ab hominibus ſi non remedium, aliquam ſaltem cõſolationem, leuant enim dolorem mala communicata. Sic autem rem ordiτur propheta, *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus? quoniam vindemiauit me, vt locutus eſt Dominus in die iræ furoris ſui.* Eſt autem in malis non parua conſolatio, ſi eorundem magnitudo omnibus nota fiat, vnde commiſeratio oriatur, quæ eſt malorum præſentiſſimum remedium, vt proſequitur Chryſoſt. homil. 1. in 2. ad Timoth. *Solet*, inquit, *ſocietas eorum, qui doloris noſtri participes ſunt, doloris maximam partem auferre, quemadmodum, cum quis ferendo oneri accedit ſocius, eum, qui ſolus ferebat, leuaſſe dicitur, & in aliis omnibus ſocietas huiuſmodi ex commiſeratione profecta vim maximam alleuationis habet.* Proinde accuratè propheta, quaſi mendicam Hieroſolymam [b] publico ex loco proponit, de more, ſcilicet, mendicorum, & ſuam calamitatem oſtendentem, & tranſeuntium beneuolentiam conciliantem, vt ſic remedium in tanto malo inueniat.

[a] *Conuertit orationem ſuam ad homines propheta vt leuamen inueniat.*

Chryſoſt.

[b] *Ideo proponit Hieruſalẽ veluti mendicam ſuas plagas tranſeuntibus oſtẽdentem.*

202. Quod vt meliùs intelligatur, aduertendum eſt apud veteres Hebræos, & prophanos in more poſitum fuiſſe publicis in locis, ac ad fores templorum collocari cæcos, ac claudos, & mendicos omnes, vnde ad commiſerationem mouentes tranſeuntes, ab iiſdem eleemoſynam acciperent, vt videre eſt *Actor. cap. 3.* vbi dicitur, *Vir qui erat claudus ex vtero matris ſuæ baiulabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi, vt peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templum.* Sic quoque collocabantur in ingreſſibus pontium, ac in cliuis vrbium, vt inde eorum manifeſta infirmitas remedium à prætereuntibus inueniret: inter alios hoc docuit Martial. *lib. 10. epigram. epig. 5.* cum ita dicit:

Actor. 3.

Martialis.

Pontes per vrbis erret exul, & cliuos
Interque raucos vltimus rogatores
Oret caninas panis improbi buccas.

Hoc igitur volens propheta, & ad hunc morem alludens, Hieroſolymam olim quaſi reginam orbis, mendicam nunc, leproſam, & extremè laborantem quaſi cliuoſo de loco ad principium alicuius viæ ita introducit clamantem ad eos, qui eò tranſibant. Cautè autem Hebraicus textus ita habet, *non ad vos, ſeu vobis omnes, qui tranſitis per viam hanc*, quaſi velit, non vobis [c] accidat, quod mihi accidit; cùm enim gens Hebræa neminem conſolatorem in tanto malo inueniſſet, vix iam ſuum dolorem ferens, quaſi ad humanitatis omnis oblitos homines ita loquitur, excitatque ad ſuum dolorem contemplandum, ac beneuolentiam conciliat eorum, ſua ab eis auerti mala, cum precatur, de more mendicorum, qui publica in via ſedentes, plagas, & vulnera ſua oſtentant, vt miſerationem moueant, & opem concilient à tranſeuntibus: talem Hieroſolymam deſcribit diuinus propheta, ab hoc enim carmine, & deinceps incipit grauitatem ſuorum malorum oſtendere, ac diuinam indignationem.

Text. Hebr.

[c] *Precantemque quod nulli accidat tantum mali quantũ ipſa ſuſtinet.*

Illud etiam hoc in loco notandum eſt, variam omninò eſſe [d] lectionem huius loci; vt enim iam diximus in Hebraico textu, ita ad verbum habetur, *non ad vos* [e] *omnes tranſeuntes*; in qua oratione neceſſariò aliquid ſupplendum eſt, ſcilicet, non ad vos perueniat ſimilis calamitas, eámque Deus à vobis auertat. LXX. autem interpretes ita legunt, *Heu ad vos*, ſcilicet, clamo, vt ſit interiectio dolẽtis, qua Hieroſolyma ſuam extremã calamitatem oſtendit, ac ad eam videndam cogit tranſeuntes. Chaldaica autem [g] Paraphraſis adiurationem habet ad hunc modum. *Adiuro vos omnes tranſeuntes per viam, declinate huc, & aſpicite.* D. autem Hieronym. exiſtimauit legendum eſſe locum breuiùs, [h] *O vos omnes qui tranſitis per viam.* Huius autem diuerſitatis cauſa [i] in lectione eſt, quia cùm oratio ſit mulieris, tota affectuoſa eſt, proinde ſinguli interpretum ſingulos affectus mulieris dolentis exprimere ſtudent: quocũque tamen modo locus vertatur, incidit in verſionem Hieronymi, quæ contendit vocare tranſeuntes, vt attentiùs aduertant eius malum, vt ſic remedium inueniat. 203.

[d] *Diuerſimodè legitur hic locus.*

[e] *Aliter in Hebræo textu.*

Hebr. Text.

LXX.

[f] *Aliter Septuaginta.*

Par. Chald.

[g] *Aliter paraphraſis Chaldaica.*

Hieron.

[h] *Aliter vulgata.*

[i] *Cuius diuerſitatis cauſa redditur.*

Pulchrè autem ex comparatione ſui doloris ad cæteros, eius oſtendit acerbitatem de more dolentis, cui ſemper grauius videtur, quod patitur, [l] quàm quod cæteri patiuntur, quod notauit ad hunc locum Hieronym. *Proprium*, inquit, *hoc eſt dolentium, vt laborem ſuum eo maiorem cæteris exiſtiment, quo aliorum paſſionem non cognoſcunt, quia quanto plus dolorem ſuum ſentiunt, tanto minus huic aliorum adæquari non ſentiunt.* Quod Quintilian. dixit declamat. 4. *Humanæ infirmitatis iſta natura eſt, vt ex omnibus accidentibus grauiſſimum putet quiſque, quod patitur:* & declamat. quinta. *Hæc eſt omnibus natura, vt ſua cuique calamitas miſera, ac intoleranda videatur.* Quod Saluſt. etiam dixit in Catil. *Nulli mortalium iniuriæ ſuæ paruæ videntur, quas iuxta affectum ſuum vtique iudicant.* Quod proſequitur eleganter Chryſoſt. hom. 67. ad popul. *Proprium*, inquit, *malum pluſquam alienum afficit; vt enim in corporis dolentis partibus ſe proximos dolores ſuperare putant, & oculum habens vitiatum, nullam ægritudinem aliam talem eſſe cenſet, qualem ſuam*; ruſſus, *qui ſtomacho laborat, hoc omnium difficillimum eſſe aſſerit; & quo quis tenetur malo, hoc omnium moleſtiſſimum eſſe dicit, cum propria experientia iudicet.* Proſequitur idem argumentum Chryſoſtom. homil. 1. in 2. ad Timoth. in morali, *magis*, inquit, *incommodis noſtris, quàm alienis afficimur; ſinguli, quibus detinentur incommodis, omnia vi ſuæ magnitudinis tranſcendere exiſtimant; ita in angore, ac mæſtitia cõtingit, vt quo quis premitur dolore, eum putet cæteros ſua acerbitate ſuperare, quippe qui hoc ſuo experimento iudicet.* Hoc igitur modo conſtituta Hieroſolyma in grauiſſimo dolore de more dolentium quærit, vtrùm ſit aliquis dolor comparabilis [m] cum eo, quem ipſa patitur? Eſt autem particula, *ſi*, cum propheta dixit, *Videte ſi eſt dolor, ſicut dolor meus*, hoc in loco interrogatiua, vt plutibus 204.

[l] *Dolenti ſemper grauius videtur quod patitur, quàm quod cæteri patiuntur.*

Hieron.

Quintilian.

Saluſtius.

Chryſoſt.

Idem.

[m] *Propterea nullam ſuæ calamitati comparabilẽ reputat dolẽs Hieruſalem.*

Ioel. 1. Luc. 22. Actor. 19.

pluribus aliis in locis ſacræ Scripturæ, qualis eſt ille locus Ioelis 1. *Si factum eſt iſtud in diebus veſtris?* Luc. 22. *Si percutimus in gladio?* Actor. 19. *Si Spiritum ſanctum accepiſtis credentes?* Quem Hebraiſmum Luſitana lingua plerunque imitatur. Quærendo igitur & interrogando oſtendit Hieroſolyma hoc in loco dolorem, quem patitur, omnium grauiſſimum eſſe.

§. II.

Ad Literam.

Iuſtiſſimam tanti mœroris cauſam exponit Hieruſalem; nam ſi horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis, quo magis timenda ira furoris diuini vſque ad internecionem vendemiantis?

205. *Quoniam vindemiauit me vt locutus eſt Dominus.* HActenus oſtendimus ſub qua forma, & qua occaſione introduxerit propheta Hieroſolymam primò loquentem in hoc duodecimo carmine; reſtat iam, vt dolendi miſeram [n] cauſam incipiat aperire, vt vlcerosus mendicus vlcera ſua prætereuntibus oſtentat, vt ab eis remedium inueniat, cum incipit, *quoniam vindemauit me vt locutus eſt Dominus*; id quod oſtendit, elegantibus ſcilicet ſimilitudinibus, vt aduertit Paulus Burg. *addit. vnic. in 1. c. Threnorum.* Verum longè diuerſa eſt vulgata [o] lectio à textu Hebræo, ac Chaldaico, vt aduertit Rabbi Abraham, & Rabbi Dauid *in lib. Radic.* & Pagninus *in Theſauro* ad radicem *Hallal*; ſic enim illi, cum Chaldaica Paraphraſi, & Hebræo textu legunt, *videte ſi eſt dolor, ſicut dolor qui factus eſt mihi?* Hieronym. autem ita potius tranſtulit, *quoniam vindemiauit me Dominus.* Cuius diuerſitatis ea ratio eſt, quia illud ipſum verbum paſſiuum, ſignificat facere, ſeu fieri, actiuum autem vindemiare, ſeu potius racemare, vt aduertit Pagnin, loco citato; vnde eſt ille locus Leuitici, 19. *vineam tuam non racemabis*, id eſt, vineæ tuæ non colliges racemos poſt vindemiam, quod Hieronym. ita legit, *Nec in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis.* In qua ſignificatione accipit Ieremias idem verbum in ſua prophetia, cap. 6. *vſque ad racemos colligent quaſi in vinea reliquias Iſrael.*

[n] Cauſam addit propheta huius lamentationis.

[o] Diuerſa eſt lectio vulgata à textu Hebræo & Chaldæo.

Rab. Abrah. Rab. Dauid. Pagninus. Hieron.

Leuit. 19. Hieron. Ieremiæ 6.

206. Vnde iam patet elegantia [p] huius ſimilitudinis, qua propheta vtitur ad inculcandam calamitatem quam Hieroſolyma patiebatur, cum dixit, *quoniam vindemiauit me Dominus*; verbo autem *vindemiandi* vſus eſt in ſua preſſa ſignificatione, quoniam non ſolùm primam vindemiam ſignificat, ſed vltimam racemationem, cum diruta macerie, ſeu vallo publicus aditus patet ad vineam, qualem Hieroſolymam reliquit exercitus Chaldæorum, quando ſuſtulit ſacerdotium, regnum, ac templum, & pariter omnes opes, atque ciues, tunc ad inſtar vineæ poſt racemationem relicta eſt Hieroſolyma. Cum autem addidit propheta, *vindemiauit me, vt locutus eſt Dominus*, illa particula, *vt*, duplicem [q] ſenſum efficere poteſt; vel eum, quem iam ſuprà attulimus, cum explicaremus in quinto carmine illa verba, *facti ſunt hoſtes eius in capite, locupletati ſunt, quia Dominus locutus eſt*; vt ſit ſenſus, ita mala euenerunt Hieroſolymæ vt prædicta ſunt à Deo; vel particula, *vt*, conſecutionem ſignificat, & euentum rei, quo pacto ea particula plerunque accipitur in ſacra Scriptura, vt aduertit Chryſoſt. *hom. 3. ad Romanos, & homil. 27. in epiſt. primam ad Corinth.* talis autem ſic erit eius ſenſus, *vindemiauit me Dominus*, facillimo negotio, id eſt, ad verbum eius ſolum, vt voluit hoc in loco Theodoret. cum ait, *induxit mihi Dominus hunc dolorem locutus in me*, id eſt, mandauit duntaxat, & inflicta ſunt mihi mala.

[p] Sed elegantius vulgata exprimit calamitatem Hieruſalem ad inſtar vineæ poſt vindemiam relictæ.

[q] Particula vt duplex ſenſus accõmodus rei præſenti.

Chryſoſt. Theodoret.

In die iræ furoris ſui. Paulo maior difficultas eſt in ſequentibus verbis, cum propheta dixit, *in die iræ furoris ſui*, non eſt enim leuis controuerſia ea quæ petit, vtrùm propriè in Deo ira [s] ſit, ac furor. Lactantius nanque Firmian. *in lib. de ira*, ex profeſſo docet in Deo eſſe iram: quam doctrinam ſecutus eſt D. Thomas 1. 2. *q. 47. art. 1. ad 1.* vbi docet in Deo iram [t] verè reperiri: reddidit autem huius rei rationem *in eadem, 1. part. 2. quæſt. 46 art. 6. & 7.* vbi docet iram eſſe appetitum nocendi alteri ſub ratione iuſti vindicatiui, qui actus Deo non eſt denegandus. In quam ſententiam eſt interpretandus D. Thomas, *1. part. quæſt. 20. art. 1. ad 2.* vbi ait, *iram propriè dictam includere imperfectionem; ſupponit enim triſtitiam in irato, nec fieri ſolet ſine aliqua ſanguinis commotione*; quemadmodum dixerat Ariſtoteles 2. *Rhet. cap. 2. & 4.* Patet autem clariſſimè hoc modo Deum iraſci non poſſe, in quem non cadit vlla mutationis adumbratio, locutus eſt autem Ariſtoteles de vulgari ira, quæ communiter in hominibus reperitur, non verò de ira preſsè ſumpta, [r] quæ ſine perturbatione eſt, & in Deo reperitur, vt docet Auguſt. tom. 6. lib. 1. contra aduerſarium legis, & prophetarum cap. 20 *Pænitentia*, inquit, *Dei non eſt poſt errorem, ira Dei non habet perturbati animi ardorem.* Elegantiſſimus eſt locus in hanc ſententiam apud Gregor. Mag. lib. 32. moral. cap. 7. *Grauis*, inquit, *perfidiæ error admittitur, ſi fortaſſe quis æſtimet, quòd in illa diuinitatis ſubſtantia furor, & tranquillitas varietur; creator enim omnium eo ſummè immortalis eſt, quo creatura more mutabilis non eſt.* Vnde Ieremias dixit in cap. 25. *deſerta facta eſt terra à facie columbæ, à facie furoris Domini.* Quod enim columbæ [u] iram dixit, furorem Domini ſubiunxit, columba nanque valde ſimplex eſt animal, & quia in Deum nulla furoris iræ qualitas ſerpit, furorem Domini iram columbæ appellauit, quod voluit Ioan. *in ſua reuelat. cap. 6.* cum habet, *Dicent impij montibus. Cadite ſuper nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni.* Cùm enim Deus, & leo, & agnus appelletur, maluit iratum agnum dicere, quàm leonem, vt ſummam ſimplicitatem irantis Dei oſtenderet. Expreſſit hunc loquendi modum D. Hieronym. ad hunc locum, cum dixit, *vindemiare eos in die iræ furoris Dominum, quia iuſtitia norma dictante, laboris ſui fructum iam eos metere decreuit*; ac proinde ira, & furor hoc in loco pro actu diuinæ iuſtitiæ vindicantis videtur accipi, vt alibi plerunque in ſacra Scriptura. Ex quibus tandem conſtat, iram Deo conuenire propriè loquendo, non tamen iram vulgarem cum perturbatione, qualis in nobis reperitur, atque de ira ſic intellecta hunc locum explicari optimè poſſe. 207.

[s] Maior difficultas, detur ne in Deo ira.

[t] Affirmat D. Thomas. Lactant. D. Thom.

Ariſtot.

[r] Sed intelligitur de ira ſine perturbatione. Aug. Greg. Mag.

Ierem. 25.

[u] Propterea dicitur ira Dei ira columba. Apoc. 6.

Hieron.

[x] Intelligitur hic pro actu iuſtitia vindicatiua.

Verùm magis placet [z] locum metaphoricum eſſe, iramque per metaphoram, & furorem hoc in loco Deo accommodari cum omni perturbatione, & commotione, non quòd talis ira in Deo reperiatur, ſed quoniam nonnunquam ſacra Scriptura veluti pia mater nobiſcum, tanquam cum paruulis balbutire ſolet, vt ita ex paſſionibus 208.

[z] Sed magis placet locum per metaphoram intelligere de ira cum perturbatione.

corporis

corporis magis nos doceat; propterea affectus iræ,& furoris perturbati Deo attribuit, vt nobis oſtendat Deum furentem, & iratum, ac ita vt in diuina ira,& furore, noſtrorum ſcelerum grauitatem nobis oſtendat,ex diuina iracundia, & furore propter eadem ſcelera. Quod vt meliùs intelligamus,videndus Hieronym. *ad Epheſ. in c.4.* vbi eleganter diſtinguit inter iram, & furorem: *Furor*,inquit,*incipiens ira eſt,& feruescens in animo indignatio: ira autem tunc eſt, cùm furore extincto deſideramus vltionem,& eum, quem nocuiſſe nobis putamus,lædere volumus:* quæ licet veriſſima ſint, multoties perpetuus furor comitatur iram, & plerunque inter iræ vindictam, furoris ſigna oſtendunt, vt latiſſimè proſequitur Seneca,lib. 1. de ira,cap.1. *Audax enim, & minax vultus eſt in irate,triſtis frons,torua facies,citatus gradus*, & cætera,quæ proſequitur eo in loco: qualia ſigna reperiuntur in hac vindicta Dei, præſertim ſi conſulamus textum Hebræum; introducit enim Ieremias hoc in loco Deum,naribus ſpirantem, & quaſi efflantem ignem; ſic enim in Hebræo textu habetur, *quoniam vindemiauit me, vt locutus eſt Dominus in die iræ*[b] *naſi ſui*, ſiue, *excandeſcentia ſui naſi.* Nullibi enim magis excandeſcens furor, & ira oſtenditur, quàm in naſo. Ex quibus iam fit metaphoricum eſſe hunc locum Ieremiæ, in quo furentem, & perturbatum Deum oſtendit præ iracundia, non quòd talis iracundia in Deo reperiatur,ſed vt oſtendat grauitatem noſtrorum ſcelerum,ſeu potius Hebræorum,quæ figura frequentiſſima eſt apud prophetas,[c] vt videre eſt apud Michæam *in cap.* 1. vt omittam alios, ſic enim de Deo loquitur: *Quia ecce Deus egredietur de loco ſuo, & deſcendet, & calcabit ſuper excelſa terra:* eſt enim in illis verbis metaphora ſumpta ab eo, qui domi concluſus, laceſſitus tamen aliqua graui iniuria domum egreditur ira, & furore commotus;ſic enim propheta introducit Deum quaſi ira commotum egreſſum è cælo ſuo,& præ furore calcantem excelſa terræ.

[a] Vt in furore & ira Dei noſtrorū grauitas ſcelerū perpendatur. Hieron.

Seneca.

Hebr. Text.

[b] Confirmatur expoſitio ex textu Hebræo.

[c] Concordat & … prophetarum. Michææ 1.

§. III.

Ad Allegoriam.

Dolet vnicè mater Eccleſia, quòd filios ſuos quotidie vindemiaeruit iniquitas, quódque acerbiſſimum eſt, & Chriſtus Dominus noſtri cauſa per crucem ſit vindemiatus, qui tamen magis pro noſtra indolentia,quàm pro ſuo dolore triſtatur.

209. Allegoria verò totius huius carminis eſſe poteſt de Eccleſia,[d] quæ poſtquam in Adamo peccauit, de ſuo tandem doluit peccato, iuſtiſſimúmque dolorem aſſerit eſſe, non niſi de peccato dolere. vidit hoc Rupert. abbas ad hunc locum, cum ait, *Qui cenſetemini, quia peregrini eſtis,& aduenæ ſuper terram, non habentes hic ciuitatem manentem,ſed futuram inquirentes, attendite ſi eſt alia iuſta dolendi cauſa, quàm ea, pro qua ego doleo,meus enim dolor inde eſt,quia vindemiauit me, vt locutus eſt Dominus in die furoris. Fuit autem ille dies,de quo primis parentibus dixit, Quocunque die comederitis ex ea,morte moriemini; comederunt,& dies fuit furoris,qui furor, & iuſtam animabus mortem, & iuſtam corporibus mortalitatem intulit, ſicut tunc locutus eſt: ita ex tunc*[e] *me vindemiauit, & vindemiare non deſinit vſque ad finem de vinea ſuccidendo botros meos quotidie, per mortem carnis auferendo filios meos.* Erit videndus D. Hieronym. *in com ſuper hunc locum*, vbi eandem ferè allegoriam oſtendens aſſerit, *iuſtiſſimum eſſe ſolum dolorem, quem pro peccatis concipimus:* ſimilia dixit Auguſt. *ſerm.7.* Chryſoſt. *hom.6. in Matth.*

[d] Dolentis Eccleſiæ allegoria hic. Rupert. Abb.

[e] Dum ſequitur quotidie in peccatis vindemiatam. Hieronym.

Auguſt. Chryſoſt.

210. Melior videtur allegoria,[f] ſi inter brachia, & inter complexus Eccleſiæ totius dolentis introducatur Chriſtus Dominus cruci affixus, qualem Romani vrbem introduxit Poëta in Daphnide, Cæſarem ſuum vulneribus confoſſum vltimè amplexantem,ac præ dolore accuſantem cælum,& homines illis grauiſſimis verbis,

Cum complexa ſui corpus venerabile nati,
Atque Deos, atque aſtra vocat crudelia mater.

[f] Sed aptior erit allegoria ſi pro Chriſto cruci affixo doleat inceſſanter.

Virgilius.

Qualem vidiſſe credibile eſt diuinum prophetam hoc in loco maiori lumine illuſtratum, Eccleſiam ſanctam, amplexantem, ac dolentem Chriſtum ſeruatorem de cruce depoſitum, quemadmodum velle videtur D. Bernard. *in ſerm. hebdomada pœnoſa*, & S. Eligius Epiſcop. Oſtienſ. *in lib. de Sacram. diuina paſſionis in Bibliotheca Patrum tom.* x. ponderans illud Chriſti Seruatoris Luc. 23. *Nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos: Ille*,inquit,*dolor,quem tranſitis, & non attenditis, magis eſt flendus,*[g] *quàm dolor meus: nam propter ſcelus veſtrum percuſſus ſum*; tunc Eccleſiam ita introducit loquentem hæc in nobis: *De cruce tua clamas,ò benigne Ieſu.ſi non verbis, tamen re ipſa, feciſti mihi de corpore tuo ſpeculum mentis meæ, vt inde grauiſſimus exurgat dolor; ex morte enim Chriſti ſeruatoris propter peccatum, colligitur & grauitas ſceleris,& iuſta dolendi ratio.*

Bernard. Eligius.

Luc. 23.

[g] Ipſe autem Dominus magis vult nos attendere dolori noſtro, quàm ſuo.

§. IV.

LAMED.

Optimum conſeruandæ ſalutis animæ remedium,ſi lauet iuſtus manus ſuas in ſanguine peccatorum, hoc eſt, ſi in eo, quod agit, de ruina malorum, perennem ſibi faciat monitionem.

Præfixa autem eſt litera *Lamed*,[h] quam interpretatur D. Ambr. *cor*, ſiue *conſeruatio*, quaſi admonitos eſſe voluerit propheta omnes mortales,quanta mala euenerint Hieroſolymæ propter peccatum,vt ea in alieno capite deſugere poſſint. Vnde Hieronym. *ſtimulum*[i] potius vertit literam *Lamed*,quaſi ſtimulos addant aliena mala in ipſorum malorum fugam, etenim, vt eleganter dixit D. Gregor. lib. 18. Moral. cap. 13. *Dum iuſta vltio iniuſtes ſubtrahit, alios à prauitate compeſcit*; vbi etiam docet, proficere ſanctis labores peccatorum; *dum enim vir iuſtus delinquentem ſic percuſſum conſpicit, diſſoluta ſua opera iuſtitia vigore conſtringit, & ita fit, vt qui iniquus viuens multos ad culpam traxerat delectatione peccati, quoſdam moriens à culpa retrahat terrore tormenti*; quod dicitur in Pſalm. 57. *lætabitur iuſtus cum viderit vindictam; manus ſuas lauabit in ſanguine peccatorum; lauant*, inquit, *ſancti opera ſua in ſanguine peccatorum* 211.

[h] Litera Lamed. cor, ſiue conſeruatio. Ambr. Hieron.

[i] Stimulum vertit D. Hieronym. Greg. Mag.

[l] *Quaſi in-ſtos monſtat lauare opera ſua in ſanguine peccatorum.*

peccatorum [l] *morientium, dum peccatoris pœna conſpicitur, conſpicientis vita mundatur*; quæ eſt ratio cur *Lamed* præfixerit diuinus propheta in hoc carmine, ſic attentos nos reddens ad calamitates Hebræorum, vt ex illis proficiamus.

TRACTATVS XIV.

De expoſitione decimitertij carminis ſub litera MEM. *De excelſo miſit ignem in oſsibus meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorſum: poſuit me deſolatam, tota die mærore confectam.* Siue, *De incendio vrbis per Chaldæos, & comprehenſione fugientium ab incendio.*

§. I.

Ad Literam.

Nulla vltio Dei correptiua non erit quando & incendium docet emendam.

212. *De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me.* DVplex eſt ſimilitudo in hoc carmine, cui ſuam calamitatem aſſimilat Hieroſolyma; altera inflamationis, [a] altera illaqueationis; grauiter autem ſic rem expreſſit propheta, *de excelſo miſit ignem in oſſibus meis*, quaſi velit Hieroſolyma, de cælo tacta ſum fulmine deſolatore, ac depopulatore; ſic enim appellat hoſtes incendiarios Chaldæos, vel Romanos, qui vrbem, & fortiſſima quæque Iudeæ incenderũt; vocat autem incendium ignem, ſiue fulmen Dei, quæ locutio metaphorica eſt, à fulmine de cælo miſſu petita ad incendium vrbis, quod licet non ſit de cælo miſſum, de excelſa Dei prouidentia præparatum eſt: conſuetum autem eſt in diuina Scriptura, vt ignis fulmen ſignificet; qualis eſt illa locutio Iob in cap. 1. *ignis Dei deſcendit de cælo*: qua locutione vtuntur etiam prophani, vt patet Æneid. 4.

[a] *Illaqueationi, & inflammationi ſuā aſſimilat calamitatem Hieroſolyma.*

Iob. 1.

Virgilius.

—— Cæcique in nubibus ignes
Terrificant animos.

Pſalm. 147. Pſalm. 103. & 104. Sic in Pſalm. 147. *Ignis, grando, nix, glacies*; & in Pſalm. 104. & 103. *Qui facit Angelos ſuos Spiritus, & miniſtros ſuos flammam ignis*: id eſt, qui tempeſtatibus, & fulminibus vtitur tanquam miniſtris. Quæ ſententia ſi vera eſt, neceſſariò dicendum, eundem locum pſalmi, duplicem habere ſenſum literalem; nanque D. Paul. *ad Hebr.* 1. de mente omnium ſanctorum eundem locum expreſſit de Angelis, cum ait, *qui facit adminiſtratorios ſuos Spiritus, & in miniſterium mittit propter eos, qui hæreditatem accipiunt ſalutis.*

Hebræor. 1.

213. Quo pacto hoc in loco, ignis accipiendus eſt pro fulmine, ſcilicet, cum propheta dixit, *de excelſo miſit ignem*; quamuis fulmina in terra [b] præparentur, de cælo tamen mitti dicuntur, quia Deo

[b] *Fulmina quæ de cælo vibrantur, in terra fabricantur.*

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

prouidente mittuntur. Id quod eleganti allegoria dixit Poëta 8. *Æneid.* cum aduertit, non in cælo, ſed apud nos fulmina fabricari, & in cælum deuehi ſolita miniſterio aquilarum, vt oſtenderet cauſam fulminis apud nos eſſe; fulminat enim cælum, quia homines peccant, ſic enim habet:

Virgilius.

His informatum manibus iam parte polita
Fulmen erat, toto genitor, quæ plurima cælo
Deiicit in terras.

Quod Tragicus in Oedipo dixit:

Tragicus.

Nos facimus cælum nocens.

Illud autem ſatis aperte oſtendit hic locus, nanque cum incendium immiſſum ſit à Chaldæis [c] in templum, & in vrbem, de cælo immiſſum eſſe dicitur, quia ordinante diuina Prouidentia illud in cælo præparatum eſt, ſceleribus tamen Hebræorum materiam, & cauſam præbentibus in terra, vt in fulminibus fieri ſolet, quæ in terra ortum habentia, de cælo tamen mittuntur. Eſt igitur ſenſus huius loci: Quaſi fulmine tacta ſum, inquit Hieroſolyma, de cælo, ab exercitu Chaldæorum, cuius incendio conflagrarunt fortiſſima quæque Iudææ, quæ propheta vocauit oſſa; vt enim in corporibus naturalibus oſſa ſunt veluti firmamenta totius corporis, ſic in corpore politico, quaſi eius oſſa, & firmamenta ſunt muniſſimæ vrbis mœnia, atque arces, quæ incendio à Chaldæis immiſſo conflagrarunt.

[c] *Inde quaſi à Deo miſſū incendium dicitur, immiſſum à Chaldæis.*

Et erudiuit me. Sic enim addit propheta poſtquam omnia incendio collapſa eſſe dixit, *& erudiuit me.* Cuius loci varia eſt lectio, [d] tum apud Hebræos, tum etiam apud Chaldæos, propter æquiuocum verbum Hebræum, quod ſignificat dominari, caſtigare, & humiliare; ſic enim Hebraicè habetur, *& dominatus eſt ipſi*, id eſt, ipſis oſſibus, vt aduertit Rabbi Dauid. *in lib. radic.* Verùm Rabbi Salomon. ita potius legit, *& contriuit ipſum*, id eſt, vnumquodque ex ipſis oſſibus; de qua radice illud aduertit eleganter Marcus Marinus, *in arca Noe tom.* 1. Nam dicant cæteri quidquid velint, non ſatis certum eſt, quid propriè ſignificet hæc radix, proinde mirum quoque non eſt, ſi Hieronym. in tanta varietate lectionum, elegerit potius eam, *& erudiuit me*, qua vtitur noſtra vulgata editio, quia exiſtimauit à fine [e] potius, quàm à medio in finem ordinato ſpeciem, & nomen accipere debere actiones, cuiuſcunque generis illæ ſint, ſiue bonitatem intendant, ſiue malitiam, & prauitatem; vnde cum diuina caſtigatio noſtra ſit eruditio, cum Hebraicus textus hoc in loco ſignificet depopulantem ignem, ſiue dominantem in oſſibus Hebræorum, congruenter vertit Hieronym. *& erudiuit me*; namque eorum incendium diſciplina potiùs eſt, quàm ſupplicium. Sic loquitur Eſaias *cap.* 8. *In manu forti erudiuit me*: & Ieremias c. 31. *caſtigaſti me, & eruditus ſum quaſi iuuenculus indomitus*; ille enim eſt finis diuinæ [f] caſtigationis, diſciplina ſceleratorum: quod Eſaias etiam dixit, cap. 9. *Populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe*: & Ierem. 2. *fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt.* Quem locum proſequitur Nazianz. epiſt. 63. *Morbum*, inquit, *nihil aliud eſſe ducito, quàm vtilem quandam diſciplinam.* Latiùs eundem locum proſequitur D. Auguſtin. Pſalm. 38. *Pro iniquitate erudiſti hominem*; ſic enim ille legit ea verba Pſalmi. Proinde iam colligitur, quam accommodata ſit lectio vulgata ad hunc locum, cum erudire ponitur pro affligere, ſiue humiliare, accepto nomine à fine, quem inten-

214.

[d] *Adeo variat lectio interpretum in verbo hoc.*

Hebr. Text.
Rab. Dauid.
Rab. Salom.

Marinus.

Hieron.

[e] *Vt vulgatus maluerit transferre à fine, quam à medio.*

Iſai. 8.
Ierem. 31.

[f] *Finis enim diuinæ caſtigationis diſciplina ſceleratorum eſt.*

Iſaiæ 9.
Ierem. 2.
Nazianz.

Auguſt.

DD dit

dit diuina Prouidentia in ſuppliciis ſceleratorum hominum.

§. II.

Ad Literam.

Subit quandoque miſeratio animalium, quæ retibus noſtris capiuntur, & noſtri proh dolor! non dolet, quos peccatorum vincula diuinæ vltionis retibus comprehenſos obiicit puniendos.

215. *Expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorſum.*

ABſoluta prima ſimilitudine petita ab incendiariis, aggreditur propheta ſecundam. *Expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorſum.* In quibus verbis eſt metaphora g ſumpta à venatoribus, qui retibus ſyluas, ſaltus, & iuga montium, cingunt, ne qua fera euadat; ac proinde rectè Theodoret. vocat mala, quæ euitari non poſſunt, ſignificata eſſe per hæc verba Ieremiæ; etenim qui aufugerant, capti ſunt. Quo ſenſu locum etiam interpretatur Rabbi Ioſeph, *eos*, inquit, *qui reliqui fuerunt à gladio hoſtili, poteruntque mortem effugere, & captiuitatem, veluti reti de cœlo expanſo continuit hoſtis, ita vt in gladium incurrerent, & captiuitatem, quam defugiebant.* Prædixit hoc etiam Ezechiel in cap. 12. *Extendam rete meum ſuper eum*, id eſt, ſuper regem Sedeciã, *& capietur in ſagena mea, adducamque eum in Babyloniam.* Quæ metaphora frequentiſſima eſt in ſacra Scriptura, ad ſignificanda h ineuitabilia mala; quod ſignificare voluit Ieremias, cum dixit, *expandit rete pedibus meis*; nullus enim Hebræorum euaſit exercitum Chaldæorum; etenim, qui de incendio euaſerunt, non potuerunt effugere hoſtium manus, & inſidias, qui ad inſtar alicuius retis expanſi omnes concluſerunt fugientes. Rete igitur i ſignificat exercitum Chaldæorum, & Romanorum, qui intra mœnia vrbis obſeſſos continuit Iudæos, & reliquos fugientes ab vrbe apprehendit, ne fugerent, vt fieri ſolet à venatoribus. Quod autem dicit, *& conuertit me retrorſum*, id eſt, redire me fecit retro, ſeu fecit, vt terga verterem, alluſio videtur ad 25. cap. *in* 4. *Reg.* quando Rex Sedecias de nocte clam fugiens ab vrbe Hieroſolyma captus eſt à Chaldæis, & vinctus ductus eſt ad Regem Babyloniæ, cum cæteris fugientibus Iudæis. Niſi magis placeat, hæc verba Ieremiæ, *conuertit me retrorſum*, l ſignificare, depoſuit me ab antiqua dignitate & gloria mea; qui enim de ſuo ſtatu deiicitur, retro conuerſus dicitur, iuxta prouerbialem loquendi modum Hebræorum, vt ſupra diximus; liberam enim, & florentem ciuitatem Hieroſolymam regiam, ac dominam gentium depopulatam reddidit exercitus Chaldæorum, & nouiſſimè Romanorum, perpetuo dedecore eam affecit, regiuam ſeruam, liberam captiuam reddens, quo nihil deterius.

g Secunda metaphora illaqueationis exponitur.

Theodoret.

Rab. Ioſeph.

Ezech. 12.

h Per metaphoram retis extenſi ad capiendos homines ineuitabilia mala explicātur in ſacra Scriptura.

i Rete hic ſignificat exercitum Chaldæorum comprehẽdentem fugientes de Hieruſalem.

4. Reg. 25.

l Conuertit me retrorsũ, idem, atque depoſuit me ab antiqua dignitate. & gloria.

216. Vltimò tandem dixit propheta, *poſuit me deſolatam, tota die mœrore confectam*; quo in loco aduertendum eſt, verbum *ponere* iuxta phraſim Hebræam varias m habere ſignificationes, ſignificat enim, facere, dare, relinquere; qua ratione propheta hoc loco dixit, *poſuit me deſolatam*, id eſt, reliquit me deſolatam, fecit; quo pacto loquitur Ioel in cap. 2. *Dabo prodigia in cælo*, id eſt, faciam, ſeu ponam ſigna in cælo. Ita Moyſes Geneſ. 4. *Poſuit Dominus ſignum in Cain*, id eſt, fecit miraculum ſuper Cain; & apud Iſaiam *in cap.* 3. loquens de Hieroſolyma eadem, de qua loquitur hîc Ieremias ita, *Ponam eam deſertam*, id eſt, relinquam eam deſertam, vel delebo eam, vel redigam eam in vaſtam ſolitudinem. Huic expoſitioni conſonant ſequentia verba prophetæ, *tota die mœrore confectam*, id eſt, me reliquit n perpetuò dolentem, & iugiter deflentem abſque vlla conſolatione: quæ verba ſatis expreſsè pertinent ad miſerum ſtatum, quem nunc Hebræi habent occiſo iam Chriſto ſeruatore, quod Ieremias dixit, ita relicti ſunt vt deſolati, amicorum ſolatium, malum, quod fecerant omni tempore vitæ ſuæ inter hoſtes plangerent, quales relicti ſunt Iudæi poſt Chriſtum ſeruatorem occiſum.

m Multiplex in Hebræo ſignificatio eſt verbi, ponere.

Ioel. 2.

Gen. 4.

Iſai. 3.

n Hic magis placet, quod ſignificet relinquere.

§. III.

Ad Allegoriam.

Anima igne ſacro de cælo tacta feliciter pariter, & ſecurè, diuinæ legis retinaculis comprehenditur.

DVplex autem colligitur allegoria, ex duplici ſimilitudine, qua vtitur Ieremias in hoc carmine ad ſignificandam calamitatem Hebræorum; ex prima enim colligitur charitas o diuina, quæ interdum ſceleratas animas in earum remedium punire ſolet; quod eleganter obſeruauit Rupertus factum eſſe iam in peccato Adami, in ea conditione in qua relicta eſt natura hominum, miſit Deus de excelſo hunc ignem poſt peccatum, quia viridis iuuentus paulatim deſiccata, & in aridum contracta, atque ſenio corrugata, tandemque omni humore conſumpto ſoluitur, ac diſſipatur in fauillam, & cinerem, ita tamen me Deus erudiuit, vt intelligerem p id, quod Adam noluit intelligere, me, ſcilicet, non Deum, ſed pulnerem, & cinerem eſſe; ſic enim punire, erudire eſt, vt proſequitur eleganter Bernard. in declamatione ſuper ea verba, *Ecce nos reliquimus omnia*, cum explicat illud *Cantic.* 1. *quia decolorauit me Sol.* Videndus Greg. Mag. *lib.* 14. *moral c.* 1. dum explicat ea verba Pſalm. 118. *Bonum mihi quia humiliaſti me.* 217.

o Per ignem de cælo allegoricè charitas diuina ſignificatur, quæ in remedium punire ſolet.

Rupert.

p Inde caſtigata cognouit, quod antea in perniciem ſuam non nouerat.

Bernard.

Cantic. 1.

Greg. Mag.

Pſalm. 118.

Per *rete* autem allegoricè intelligit q diuinam legem, qua prohibentur quæcunque illicita ſunt: quod Hieronym. docuit, cum ait. *Expandit rete pedibus, quia eos voluptatem ſuam vſque ad finem vitæ ſequi non permiſit.* Videndus Philo, *in lib. de confuſione linguarum*, vbi refert legem Moyſis, dum ait, *non deficient ab eis omnia, quæcunque aggreſſi fuerint, ſummam miſeriam imprecari*; ſic enim habet, *quæ immenſa miſeria eſt, quando omnia quæ aggreditur mens dementiſſima, ſuccedunt ex ſententia.* Sunt enim hæc animæ viduatæ indicia peccantis abſque impedimentis, vnde conſequenter magnum beneficium eſt, de quo agit hic locus allegoricè, expanſa enim lex diuina ad inſtar retis detinet mentes r in vitia, 219.
eoſdemque retro conuertit in lachrymas. 218.

q Rete verò ſignificat diuinam legem prohibentem,

Hieron.

Philo.

r Quæ expãſa deſuper detinet ruentes in via.

M E M.

Præfixa autem litera, *Mem*, ſignificat ſ ex intimis vel ignis, ex vltimis, vt Ambroſius voluit:

ſ Litera Mem, ſignificat ex intimis.

Ambr.

Hieron.
[e] *Quod ex oſſibus interpretatur Ieremias.*

nec diuerſus eſt Hieron. cum dixit, *ex ipſis*, quod Ieremias pulchrius videtur interpreratus [e] quando dixit, *de excelſo miſit ignem in oſſibus meis*, hoc eſt, charitatem diuinam, quæ in vltimis medullis accenditur, ac in oſſibus implicatur, quando veterem dolemus, ac nouam amplexamur vitam; quod Christus Dominus ſignificate voluit, cum dixit Luc. 12. *ignem veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendatur?*

Luc. 12.

TRACTATVS XV.

De expoſitione carminis decimiquarti ſub litera, NVN. *Vigilauit iugum iniquitatum mearum; in manu eius conuolutæ ſunt, & impoſitæ collo meo; infirmata eſt virtus mea, dedit me Dominus in manu, de qua non potero ſurgere.* Siue, *De duriſſimo iugo captiuæ Hieroſolymæ.*

§. I.

Ad Literam.

Cogit hominum malitia, vt vigilet diuina vindicta ſuper ſceleratos, vt puniat, quorum & numerat iniquitates, vt nulla effugiat ſupplicium, quod promeruit.

220. *Vigilauit iugum iniquitatum mearum.* PRoſequitur Hieroſolyma ſuam calamitatem alia ſimilitudine, cum ait, *Vigilauit iugum iniquitatum mearum*, &c. Argumentum huius [a] carminis eſt, deflere durum iugum ſeruitutis, ac ferreos compedes captiuorum, quæ mala ex aſſiduitate peccatorum ſibi eueniſſe dolet Hieroſolyma. Prima igitur difficultas [b] huius loci poſita eſt in verbo *vigilare*, quod Hebraicum nullibi repetitur in ſacra Scriptura, præterquam in hoc loco, vt aduertit Rabbi Salomon, & poſt eum Marcus Marinus *in arca Noe, tom. 1.* quod Hieronym. ita tranſtulit, *Vigilauit iugum*, ita LXX. interpretes: ita Theodoret. ita Rab. Ioſeph. ac hanc tranſlationem perpetuò tenuit ex Hieron. vulgata editio, quæ neceſſariò pro authentica habenda eſt, vt præcipit Concil. Trident. *ſeſſ. 4. de reform. ſacror. libror.* proinde attentè legendus Pagnin. [c] cum dixit *in Theſauro*, hoc verbum interpretandum eſſe, *coniunctum eſt iugum*, ſiue *adhæſit mearum præuaricationum*, ſed orthographiam non aſpexit Hieronym. cum tranſtulit, *Vigilauit iugum.* Quod vt melius intelligatur, & vulgata editio à calumnia liberetur, aduertendum eſt, *Scached*, amygdalam ſignificare, quaſi vigilantem, inde verbum *Schead*, quod ſignificat *vigilare*, ſiue *feſtinare*, ſeu *properare*, quia ſcilicet, vt notauit Plinius lib. 16. Natur. hiſtor. cap. 25.

[a] *Argumentũ carminis durum ſeruitutis iugum captiuorum.*
[b] *Prima difficultas de ſignificatione verbi vigilare.*
Rab. Salom.
Marinus.
Hieron.
LXX.
Interpr.
Theodoret.
Rab. Ioſeph.
[c] *Cautè Pagninum lege hic.*
[d] *Pro vulgata editione notandum ex Hebræo.*

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

Prima inter omnes arbores amygdala floret, menſe ſcilicet, Ianuario, Martio verò maturat, proinde vigilans appellatur, quaſi inter cæteras arbores à ſomno excitata ad auroram rumpatur in flores: quod Poëta notauit 1. Georgic cum ait:

——— Tunc ſe nux plurima ſyluis
Induet in florem & ramos curuabit olentes. — Virgil.

Seruius intelligit de amygdala, quæ prima inter arbores floreſcit, & ſignum eſt vberrimi anni. Vnde iam intelligitur locus apud Ieremiam c. 1. cum diuinum oraculum loquens cum propheta dixit: *Quid tu vides Ieremia? Et dixit: Virgam vigilantem ego video*; oſtendebat autem virgam florentem amygdalinam, vt ſignificaret properare, & feſtinare diuinum ſupplicium in Hebræos, ad modum, quo properat amygdala, quæ quaſi diluculo exurgere videtur inter cæteras arbores, vt prima floreat. Quam metaphoram obſeruauit Hieronymus hoc in loco, cum ita tranſtulit, *Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius*, quaſi velit, properatum, & acceleratum eſt ſupplicium in manu Dei, ita cogentibus iniquitatibus Hebræorum, de more eorum, qui primo diluculo conſurgunt ad opus; ac ita non ſolùm germana [e] eſt tranſlatio Hieronymi, ſed potius elegantem continet ſimilitudinem, qua ſignificatur, iniquitates hominum feſtinare feciſſe diuinam vindictam. Hanc expoſitionem videtur ſequi D. Hieronym. cum ait, *Vigilare iugum iniquitatum ſuarum in manu Dei dicit, quia tempus dilata vindicta tandem in eam aduenit, quaſi dormire enim eſt in corpore nequitiæ ſecurè, & impunè quieſcere, & quaſi vigilare, eſt, pro commiſſo piaculo pœnas vltionis ſemtendo ſtatuere.*

Ierem. 1.
[e] *Vnde non ſolùm germana eſt tranſlatio, ſed elegans comprobatur.*
Hieron.

Quanuis aliam ſignificationem poſſit habere illud ipſum verbum *vigilare*, vt ſignificet attentè conſiderare, ſiue omnem curam adhibere, ne aliquod ſcelus impunitum maneat; vnde ſunt, qui legant eundem locum punctis notatum, *eſt iugum*, ſiue per puncta quædam, *obſeruata ſunt iniquitates omnes in manu Dei*, vt fieri ſolet, ne à memoria labatur aliquid, vt obſeruauit ad hunc locum Rab. Salom. ac ita, *vigilare*, quod eſt, attentè conſiderare, [f] & punctis notare iniquitatem, idem erit: ſemper tamen obſeruandum eſt; quod Septuaginta tranſtulerunt, *Vigilauit ſuper iniquitates meas*, quam lectionem ſequitur Theodoret. & alij, ita factum eſſe propter vocem Hebræam, quæ ſub iiſdem radicalibus literis, mutatis tamen vocalibus, ſiue punctis interdum ſignificat, *ſuper*, interdum verò, *iugum*: accommodatior eſt tamen ea lectio, qua vtitur vulgatus interpres iuxta circunſtantiam loci. 221.

[f] *Alia, & alia expoſitio verbi, vigilare, non minus appoſita ad rem præſentẽ.*
LXX.
Interpr.
Theodor.

§. II.

Ad Literam.

Præclara monilia peccantium ſunt peccatórum vincula de collo pendentia, eaque grauiùs opprimunt miſeros, quàm ſi ferratis colláque manus insererent nexibus.

In manu eius conuoluta ſunt, & impoſita collo meo. ITa enim potius legendum eſt, quàm vt in pleriſque codicibus repetitur, in quibus ea verba, *in manu eius*, pertinent ad priorem ſen- 222.

 tentiam;

rentiam: ita enim legunt, *vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius*; deinde puncto appoſito ſequitur alia ſententia, ſcilicet, *conuoluta ſunt, & appoſita collo meo*: accommodatior autem eſt ea lectio, quam ſequitur ea editio, quam nobis propoſuit legendam nuper Sixtus V. Sic igitur oſtendit duram, & acerbam ſeruitutem per iugum compoſitum ex pluribus iniquitatibus, vt ex pluribus funibus contextis, ac complicatis, idque per manum Dei, ex quo euadere nemo poſſit: quod Paraphraſis Chaldaica ita expreſſit, *complicata ſunt, vt rami, ſeu flagella vitis, & collo impoſita, ne effugere poſſint præclara monilia mearum virtutum de collo ſuſpenſa*. Vnde apud prophetam ſequitur, *infirmata eſt virtus mea*, id eſt, pondere mearum iniquitatum quaſi ſuccubui, deiecit enim robur, & omnem vim, ac fortitudinem pondus impoſitum iniquitatum; tandemque addit, *dedit me Dominus in manu, de qua non potero ſurgere*, id eſt, perpetua, ſiue æterna ſeruitute me damnauit, id quod de Romana ſeruitute videtur intelligendum, quæ perpetua erit.

[g] *Correctiſſima lectio per Sixtum V. duram ſeruitutis complicationem populo Hebræorum in manu Dei factam.*

Par. Chald.

223. Licèt quidam ex recentioribus, affectum dicat eſſe in his verbis vehementer metuentis, cui ſemper timor ſpem remedij aufert, vt Seneca dixit in Hercule furente;

Tragicus.

Quod metuunt nimis, nunquam amoueri poſſe
Nec tolli putant, prona eſt timoris
Semper in peius fides.

Quamuis hoc veriſſimum ſit de affectu, ſcilicet, eorum, qui vehementer timent, ex eo fundamento, quo vtitur, non videtur vera expoſitio; exiſtimat enim hæc verba eſſe Hieroſolymæ dolentis, non verò Ieremiæ prophetantis, quaſi verò, quando Ieremias loquentem introduxit ſuam Hieroſolymam, non ipſe prophetet, ac loquatur; proinde melius multo cætera alij grauiſſimi Authores [h] dixerunt de Romana obſidione locum intelligendum eſſe, quæ perpetua, & æterna erit, de qua nunquam euadent miſeri Iudæi, quandiu in ſua perfidia perſeuerauerint: quod ſi eam reliquerint, nunquam recuperabunt terrenam Hieroſolymam, nec terram Iudæ, ſed cæleſtem Hieruſalem, quia promiſſiones factæ à prophetis de reparanda Hieroſolyma per Meſſiam Dominum, intelligendæ ſunt de ſpirituali, & cæleſti Hieroſolyma, vt latiſſimè oſtendunt ij, qui agunt contra Iudæos, qualis eſt Porchetus, Petrus Galatinus. Videndus Lorinus *in actis Apoſtol. cap. 1. verſ. 6.*

[h] *Quam grauiſſimi Authores de captiuitate per Romanos appoſitiſſimè intelligunt.*

Porchet. Galatin. Lorinus.

§. III.

Ad Allegoriam.

Felix ſeruitus, quæ ſub iugo Christi comparatur, & regnat, quantum miſeranda conditio ſubditorum ſub iniqua poteſtate; ea denique miſerrima ſors impiorum, qui perpetua tenentur in morte captiui.

224. MVltipliciter autem conſurgit allegoria in hoc 14. carmine, quarum prima [i] mihi viſa eſt ea, quæ docet votum, ſiue deſiderium continere hoc carmen totius Eccleſiæ remedium petentis, aut ſperantis à diuino auxilio, quo poſſit euadere à iugo ſeruitutis peccati, in quod incurrerat à temporibus Adami, quod remedium ſolum per Chriſtum habere poſſet: *Omnis enim, qui peccat, ſeruus eſt iniquitatis vigilantis, ne ſeruus effracta compede poſſit effugere; iniquitas enim non dormit, vt cuſtodiat; infirmata autem dicitur virtus per peccatum, quandiu liberatrix gratia non venerit; ſerua erit, quandiu gratia Dei non redemerit*: ita Rupert. abbas. Hieronymus locum intelligit de damnatis [l] æterno ſupplicio, vnde nunquam euadent. Similia dixit Bonauentura ad hunc locum. Placet autem id quod dixit Bonauentura, allegoriam ſcilicet pertinere ad ſtatum politicum, in quo pro ſceleribus totius communitatis puniuntur Principes, [m] ſeu Prælati, tunc iugum impoſitum dicitur collo; ſunt enim Prælati, quaſi colla, & capita totius communitatis, qui interdum propterea puniuntur, vt *Numer. 25.* factum eſt, vbi dicitur: *Tolle cunctos Principes populi, & ſuſpende eos contra Solem in patibulis, quia, ſcilicet, fornicatus eſt populus cum filiabus Moab.*

[i] *Prima allegoria continet deſiderium Eccleſiæ ſperantis remedium per Chriſtum.*

Rupert. ab. Hieron.

[l] *Secunda continet deſperationem damnatorũ.*

Bonauent.

[m] *Bonauenturæ explicat iugum Prælatorum, & Principum delinquentium.*

N V N.

Præfixa autem litera, *Nun*, ſignificat [n] perpetuitatem, ſiue æternitatem de mente D. Hieron. vt ſit quaſi oppoſitio inter hanc literam, & ſuperius carmen, in quo dicebatur allegoricè de cælo, & à Deo miſſum eſſe remedium peccatorum; in hoc autem carmine ſignificatur æternum ſupplicium pro peccatis de terra ab hominibus præparatum eſſe, nanque hæc litera æternitatem, ſiue perpetuitatem ſignificat; niſi magis placeat de ſeruitute [o] Hebræorum per Romanos in hoc carmine agere Ieremiam, quæ æterna, ſiue perpetua erit. 225.

[n] *Litera, Nun, ſignificat perpetuitatem.*

[o] *Vnde magis conuenit locus captiuitati per Romanos.*

TRACTATVS XVI.

De expoſitione carminis decimi quinti ſub litera, SAMECH.

Abſtulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei: vocauit aduerſùm me tempus, vt contereret electos meos: torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda. Siue, *De deſolatione ſtatus, & reipublica Hebræa per Chaldæos.*

§. I.

Grauiſſimum à Deo ſupplicium eſt, cum à Republica tolluntur viri fortes, & probi, qui & ſoli illuſtres, magnificique appellari poſſunt, & debent.

Abſtulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei. } EX ſimilitudinibus quibus vſa eſt Hieruſalem ad ſuam calamitatem ſignificandam, hæc vltima eſt, cum ait: *Abſtulit omnes magnificos meos. Dominus de medio mei; vocauit aduerſùm me tẽpus, vt contereret electos meos; torcular calcauit Dominus virgini filiæ* 226.

filia Sion: eſt in hoc carmine quaſi quædam explicatio eius, quod dixerat in antecedenti carmine, *infirmata eſt virtus mea, dedit me Dominus in manu, de qua non potero ſurgere*: docet enim defeciſſe robur, vim, & virtutem ſuam, qualiter in torculari exprimitur omnis virtus ab vua; *magnificos* autem ſuos vocauit, quos Hebraicus textus *fortes*, ſeu *robuſtos* dixit; eos autem appellauit [a] vulgata *magnificos*, vt ſignificaret, non ſolùm fortes, ſed quoſuis excellentes viros ſublatos eſſe, quorum virtute, & conſilio Iudæorum regnum ſtabat; compendioſa enim via eſt ad regnum euertendum eorum interitus, per quos regnum conſeruabatur, qua via tyranni ſolent reſpublicas euertere, vt Claudianus notauit 4. conſulatu Honorij:

[a] *Quos vulgata, magnificos vocat, Hebraicus text. fortes dicit.*

Claudianus.

——— Sors ita tyrannis
Conuenit, inuideant claris, forteſque trucident.

Quod igitur in tyrannide fieri conſueuit, hoc ſibi feciſſe dolet Hieruſalem, *abſtulit*, inquit, *magnificos meos*; quod etiam prædixerat Daniel *in cap. 5.* de eodem tempore, *Domine non eſt in tempore hoc princeps, & propheta, nec dux*, vt Hieron. aduertit. Similia dixit Iſaias in cap. 3. *Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet ab Hieruſalem, & Iuda validum, & fortem, virum bellatorem, & iudicem, & prophetam.*

Daniel. 5. Iſaiæ. 3.

227. Vtrunque igitur docet hic locus, & grauiſſimum ſupplicium à Deo eſſe, cum fortes, cum probi, cum illuſtres viri à republica tolluntur, [b] quorum conſilio, & virtute conſeruabatur; & illud etiam docet, huiuſmodi viros de republica optimè meritos, magnificos, & illuſtres eſſe, & appellari, quod & conſilio, & fortitudine comparatur, vt eleganter dixit Cicero, *in orat. pro Murena*, & Poëta 6. *Æneid.* illuſtres, & magnificas illas animas vocat, quæ ſuo ſanguine rempublicam comparârunt; eſſe autem ſupplicium diuinum huiuſmodi homines à republica tolli, ſatis inſinuat hoc in loco hoc nomen, *Dominus*, quo vſus eſt propheta ſemel, atque iterum cum dixit, *abſtulit Dominus omnes magnificos meos*; & paulo inferiùs, *torcular calcauit Dominus*, quorum in vtroque loco, eſt nomen *Adonai*, quod ſignificat dominum, ſiue duram ſeruitutem; nec enim beneficum nomen Dei poſuit propheta, ne miſericordem oſtenderet, ſed potius nomen Domini, vt vltorem, & vindicem ſignificaret in auferendo viros, quorum conſilio, & virtute Hieroſolyma conſeruabatur; quod aliquando notauit Philo explicans verba illa, *erit mihi Dominus in Deum*, id eſt, *erit liberalis, & magnificus*, Deus enim liberalitatem, Dominus autem ſeruitutem denotat.

[b] *Viros nempe illuſtres, quorum conſilio, & fortitudine ſtabat Reſpublica.*

Cicero. Virgilius.

228. Quod autem vulgatus dixit, *abſtulit de medio mei*, Hebraicè ita legendum, *calcauit in medio mei*, ſeu, *conculcauit*, vt aduertit Rabbi Dauid, & Rabbi Salomon, cum tamen aliter tranſtulerit Paraphraſtes Chaldæus, *congregauit Dominus in medio mei omnes magnificos meos*; tamen omnes hæ lectiones eandem prorſus ſignificationem habent, & ſunt ſynonyma inter ſeſe; frequentiſſimum enim eſt in ſacra Scriptura, *congregare*, à prophanis vſurpari pro, *occidere*, vt 4. *Reg. c. 22.* qualis locutio eſt apud Oſeam, in cap. 4. *piſces congregabuntur*, id eſt, occidentur, & Ierem. in c. 8. *congregans congregabo eos*, id eſt, perdam, ſiue occidam. Vnde iam patet, [c] *abſtulit de medio*, ſiue, conculcauit, vel congregauit, ſignificare, occidit; quaſi voluerit Hieroſolyma dicens, *Abſtulit omnes magnificos meos de medio mei*, ſeu *in medio mei*, inter amplexus meos, vel, in ipſo quaſi vtero meo, quod maximè dolendum eſt parenti, occidit Deus magnificos, & illuſtres viros, in quibus poſita erat ſpes ſalutis gentis Hebrææ.

Hebr. Text. Rab. Dauid. Rab. Salom. Par. Chald.

4. Reg. 22. Oſeæ. 4. Ierem. 8

[c] *Ex variis lectionibus idem ſenſus colligitur, nempe exterminatos eſſe principes populi.*

229. *Vocauit aduerſum me tempus, vt contereret electos meos.* } Maior difficultas eſt in ſequentibus [d] verbis, cum dicitur, *vocauit aduerſùm me tempus vt contereret electos meos*; paulò enim aliter legendus eſt locus ex Hebræo, [e] ſcilicet, *vocauit aduerſùm me cætum, vel, exercitum, Babylonicum, vel Romanum.* Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia vox Hebræa, *Mohed*, & ſignificat tempus certum, & definitum ad aliquid agendum, & ſignificat cætum, ſiue multitudinem congregatam ad aliquod opus: vnde Rabbi Ioſeph docet vtrũque ſignificatum eſſe hoc in loco à propheta, & tempus certum, & præfinitum à Deo; & exercitum comparatum, & congregatum ad euertendam Hieroſolymam: *Congregauit*, inquit, *Deus exercitum ad veniendum in die temporis ſtatuti, vt contereret electos Hieroſolymæ*; vocare igitur [f] tempus, eſt tempus decernere, condicere, & ſtatuere ad aliquid agendum, quaſi tempus præparauerit Deus, & occaſionem temporis, in qua conuenirent omnes hoſtes ad euertendos omnes Hebræos, quod Hebraicè dicitur, *vocauit ſuper me conuentum ad conterendum electos meos*, quod Chaldæi faciliùs exprimunt, *venerunt populi per decretum verbi diuini ad euertendos iuuenes Iſrael.* Conqueritur ergo Hieroſolyma ſub his verbis, quòd Deus & tempus, & gentes præparauerit, & vocauerit quodammodo in ſui ipſius excidium.

[d] *Maior difficultas in ſequenti metaphora.*

Hebr. Text.

[e] *Paulo aliter legitur ex Hebræo fonte.*

Rab. Ioſeph.

[f] *Vocare tempus, eſt decernere tempus.*

Chaldaicè.

230. *Electos* autem ſuos, cum dixit, iuuenes [g] dicere voluit, vt eſt in Hebræo; eſt enim in his verbis periphraſis delectus militaris, ſiue gentis militaris, nanque in bene conſtituta republica, iuuenes deligi ſolent ad bella: nanque videtur Hieroſolyma in hac ſententia iactare, ſiue, ſe ipſam laudare de optima adminiſtratione in re bellica, vt quæ ordinariam militiã, & ſubſidiariam, non ex alienigenis, ſed ex ſuis Hebræis, & indigenis perpetuò colligere ſolita ſit, quod aduertit Lypſius in ſua Polit. lib. 5. cap. 9. *Ergo*, inquit, *delectus è tuis eſto*, id eſt, colliges exercitum è tuis ciuibus. Militum autem duo genera ſunt, de quibus loqui videtur propheta hoc in loco, ordinarij alij, alij verò ſubſidiarij: ordinarij ſunt, qui periti in arte, quos Tacitus vocat. de moribus Germanorum, *in pace decus*, [h] *& in bello præſidium*: ſimiliter Vegetius dicit, lib. 1. cap. 1. de re militari, *Ordinarij ſeruantur, qua, arma depoſita ad bellum.* Subſidiarij autem ſunt iuuenes armis aſſueti, quos Tacitus vocat, *vires regni*, & Vegetius, *imperij fundamentum in prima delectorum examinatione conſiſtere*, & lib. 1. cap. 4. *Si antiqua*, inquit, *conſuetudo ſeruanda eſt, incipientem pubertatem ad delectum cogendam nullus ignorat.* Vnde apud Roman. vt aduertit Lypſius in ſua militia Romana, lib. 5. cap. 12. *ab anno. 17. aut paululùm ſuprà eligebantur ad militiam milites, nec enim longitudo ætatis, aut annorum numerus artè bellicam tradit, ſed continua exercitationis meditatio.* Ex quibus iam patet, quid ſignificare voluerit propheta, cum dixit, *vt contereret electos meos*, id eſt, ad euertendum robur exercitus mei, quales ſunt milites ſubſidiarij, qui non niſi iuuenes eliguntur ad bellum, propterea electus, & iuuenis idem eſt. Vtranque igitur militiam exiſtimo dolere Hieroſolymam, euerſam ſibi eſſe, & ordinariam, quam per *magnificos*

[g] *Electi, id eſt, iuuenes ad bellum delecti ex propriis ciuibus.*

Lypſius.

[h] *Qui in pace decus, in bello præſidium eſſe ſolent.*

Tacitus. Vegetius. Idem. Lypſius.

ſicos ſignificauit;& ſubſidiatiam,quam *per electos ſuos*,ſiue iuuenes dixit.

§. II.

Torcular pietatis officina, plerúnq; ſuppliciorum reduntantiam importat, ſicut & virgo puritatis titulus exiſtit maioris condomnationis reatus, in eo,qui malè vtitur bonis ſuis.

Torcular calcauit Dominus virgini filia Iuda.

231\. [l] *Duplex difficultas in his verbis.* IN præſentibus verbis duplex [l] eſt difficultas. Prima, quid ſignificate voluerit per torculat hic Ieremias? Secunda autem, quorſum gentem Hebræam vocauerit virginem filiæ Iudæ? Quoad primam D. Hieton. *ad C. Iſai.* 63. & da hæc ipſa vetba hoe in loco, ait totcular [l] ſecundùm phraſin Hebræam,ſi addatur, calcare, vel, premere, *ſignificare non ſolùm congregationem nouorum fructuum, ſed potiùs vltimum, & grauiſſimum Dei ſupplicium in peccatores*, vt Apocalypſ. cap. 19 *& ipſe reget eos in virga ferrea, & ipſe calcat torcular vini furoris ira Domini*: & Iſai. 63. *torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum: calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea, & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea.* Solet enim diuina Scriptura, grauiſſimaa, & extremas calamitates cuiuſque gentis [m] torculati aſſimilare, quia vt in torculari ita exprimuotur,& comprimuntur vuæ, vt nec tacemus quidem vnus effugiat preſſutam torcularis; ſic fieri ſolet in grauiſſima, & extrema calamitate, in qua ita comptimontur omnes de tepublica, vt nec vnus euadete poſſit, ita Theodoret. hunc locum intelligit, ita D. Hietonym. Nouiſſimè autem Pierius Valer. *lib.* 53. in hanc ſenrentiam ita dicit, [n] *Torcular tēpora ærumnoſa ſignificat, preſſuras, & vexationes, quas*, ſcilicet, *nullus euadere poſſit.*

Hieron.

[l] *Prior de ſignificatione torcularis ſoluitur.*

Apoc. 19.

Iſaiæ. 63.

[m] *Mirum, quòd ira & caſtigatio diuina torculari aſſimiletur,*

Theodoret.

Hieron.

Pier Valer.

[n] *Seu torcular dicatur preſſura, quā nullus poteſt euadere.*

232\. Maior eſt ſecunda difficultas, [o] & vtilior eius cognitio, ad intelligenda plura loca ſacræ Scripturæ difficiliora; frequentiſſima nanque eſt hæc phraſis in diuina Sctiptura, ſecundùm qoam gentem, & populum virginem appellare ſolet, non quod fidem ſeruauerit, nec idololatta fuerit ea gens aliquando; ſolet enim ſacra Scriptuta idololattam eriam gentem vitginem appellate, qualis eſt locus Amos in cap. 5. *Cecidit, & non adiiciet vt reſurgat virgo Iſrael*: Quem locum plerique gtaues authores intelligunr de excidio Hietoſolymitano per Romanos, quando nulla idololatria etat apud Hebræos, vt ſaluent nomen virginis, quo vſus eſt propheta, exiſtimantes ſignificaſſe integritatem fidei: ita Euſeb. *lib.* 4. *demonſt. Euang. cap.* 22. ita Rabbi Samuel Manochienſis, *in epiſt. de aduentu Meſſia, cap.* 24. Tamen hæc expoſitio conſtate non poteſt, locus enim intelligendus eſt de captiuitate 10. tribuum pet Aſſytios, vt voluit Hieronym. quem ſequuntur grauiores. Quæ captiuitas facta eſt proprer idololatriam, vt colligitur ex eodem prophera in eodem cap. *quærite me*, inquit, *& viuetis, & nolite quærere Bethel, & in Galgalam nolite intrare.* Falſum igitur eſt aſſerere propter fidem [p] perpetuò ſeruatam, virginem appellari ſolitam aliquam gentem, cum videamus 10. tribus, hoc eſt, Samariam idololattam virginem fuiſſe appellatam à propheta Amos.

[o] *Secunda difficultas expenditur.*

Amos c. 5.

Euſebius.

Rab. Samuel.

Hieron.

[p] *Non ea ſolùm dicitur gens in Scriptura virgo, quæ idololatra non fuit.*

233\. Vt ergo res meliùs cognoſcatur, aduertendum ſactam Sctiptoram ita ſolitam loqui de popolis, de regnis, ac de vibibus, ſicut de fœminis. Patet hoc Ieremiæ in cap. 2. *Vade, & clama in auribus Hieruſalem dicens, recordatus ſum tui, miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ*: vbi de vtbe Hieruſalem loquitut, vt de virgine aliqua nuptui tradita; & in cap. 3. *Vidit præuaricatrix ſoror eius Iudam, ſed abiit, & fornicata eſt etiam ipſa.* Seruata igitor hac metaphora ſolet Scriptura populum, & gentem idololatram meretticem nonnunquam vocate, vt patet Ezechiel. io cap. 16. *Propterea meretrix audi verbum Domini*: quando autem eadem gens fidem, & religionem, ſeruat ſponſam vocat virginem, & cōiugem, vt patet Ierem. *in c.* 3. qua tatione virginem filiam Iudæ potuit Ietemias hoc in loco vocare gentem Hebræam, vel tribum Iudæ: ſi tamen prophetia ſit de excidio Romano, quo tempore nulla idololatria etat apud Hebræos: vetiùs tamen exiſtimauerim virginem [q] fuiſſe appellatam propter pulchritodinem, ptopter delitias, ac diuitias, & propter diuinam tutelam, ac cuſtodiam, qua vt virgo domi incluſa cuſtodiebatut à Deo; ſolet enim ſacra Scriptura, nonnunquam etiam idololatras vrbes vitgines appellare propter pulchritudioem & delitias, quo pacto loquitur Iſaias *in cap* 47. de Babylone, *deſcende, ſede in puluere virgo filia Babylon*; & addit idem propheta, *non eſt ſolium filia Chaldæorum, quia vltra non vocaberis mollis, & tenera.* Similia dixit Iſaias de Sidone, in cap. 23. *Non adiicies vltra, vt glorieris calumniam ſuſtinens virgo filia Sidonis.* Quo pacto de Eccleſia loquitut Salomon *Cantic. cap.* 8. cum dixit, *ſi murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnaculum; ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis*: loquitur enim de Eccleſia, tanquam de Virgine cuſtodita, & concluſa, in delitiis tamen vitam agente, quo pacto præſens locus intelligendus eſt; Virginem enim appellat filiam Iudæ, gentem Iudæam, in ſumma rerum opulentia conſeruatam à Deo, cuſtoditam, ac protectam: videturque alluſio eſſe in his verbis ad ea, quæ de tribu Iudæ, & de eius opulentia promiſſa ſunt propheticè à Iacob in cap. 49 Geneſ. *Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui, & ipſe erit expectatio gentium*; & cætera, quæ pertinent ad imperium, pulchritndinem, opalentiam, & delitias gentis Hebrææ, ſeu tribus Iudæ, quæ omnia bello, peſte, nece, & incendio penitus euerſa ſunt; quapropter dolendo dixit propheta, *torcular calcauit Dominus virgini filia Iuda*, in memoriam reducens omnia ea bona, quibos fruebatur gens Hebræa, quaſi virgo delitioſa vndique ſeruata antequam captiua duceretur, & vaga fieret per orbem, & in hac ſignificatione virginem vocauit genrem Hebræam, vel tribum Iudæ, vel regoum Iudaicum.

Ierem. 2.

& 3.

Ezech. 16.

[q] *Virgo igitur appellatur Hieruſalem propter pulchritudinem, delitias, & diuinam tutelam.*

Iſaiæ. 47.

Idem 23.

Cantic. 8.

Geneſ. 49.

§. III.

Ad Allegoriam & Mores.

Crux Chriſti, in qua ſalus omnium, præſertim verò Iudæorum fabricatur, ipſis ob ſummam illorum malitiam extremi, & perpetui ſupplicij facta eſt officina.

PLacet autem id, quod videtur notaſſe D. Hietooym. Clariùs D. Ambroſ. *Sup. Pſalm.* 118. *Octon.* 15. 234.

Hieron.

Ambs.

Rupert abb. Paſchaſ.
[r] *Prophetia eſt in hoc loco excidij per Romanos, & quare.*

Octon. 15. Rupert. Abb. ad hunc locum, Paſchaſ. ibidem, dum dicunt, prophetiam eſſe in his verbis [r] pertinentem, non ad captiuitatem Babylonicam, ſed ad Romanam, poſt Chriſti mortem, factam. Cuius expoſitionis eſt fundamentum, quia in Babylonica captiuitate, non omnes magnifici ablati ſunt à gente Hebræa, relictus enim eſt Ieremias, Daniel propheta, & cæteri viri, & ſanctiſſimi; poſt Romanam verò, nullus alicuius momenti Iudæus relictus fuit, vt hic locus teſtatur: vnde Hieronym. Ambroſ. & Rupert. extrema verba huius carminis putant pertinere ad crucem, & paſſionem Chriſti, cum dicitur, *torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda*; nanque crux Chriſti in remedium omnium eſt, & præcipuè gentis Hebrææ, quæ tamen propter eius gentis impietatem in ruinam verſa eſt, quod Ambroſ. ita ait, *torcular factum eſt Iudæis paſſio Chriſti, quia crux Domini non credentibus præcipitium eſt, vita credentibus*; quaſi enim in remedium Iudæorum calcauerat Dominus Ieſus torcular paſſionis ſuæ, quam illi conuerterunt in ſuum ſupplicium; & D. Hieronym. ait, *in quo torcuları, & malis ſupplicia, & bonis præmia à Domino calcantur.* Moralis expoſitio eſt ea, [ſ] quam affert Hieron. ad hunc locum; ait enim, excellentes viros, quorum doctrina & exemplo Eccleſia gubernatur, nonnunquam propter aliqua ſcelera auferri, vt per obliuionem non proficiat anima, faciliuſque eam poſſideat inimicus in terra aliena ſpoliatam omnibus virtutibus; huius autem animæ ſic ſpoliatæ conſequens eſt perpetua pœna, & ſupplicium, quod per torcular ſignificatur.

Hieron. Ambs. Rupert.

Ambr.

Hieron.

[ſ] *Moralis allegoria.*

SAMECH.

235. Litera autem, *Samech*, varias habet ſignificationes accommodatas ad argumentum carminis; præcipua autem ea, quam affert Ambroſ. *ſerm.* 15. *ſuper Pſalm.* 118. & D. Hieronym. vt hæc litera ſignificet, [t] *audi*, vel, adiutorium, ſiue, fundamentum; exiſtimat enim Ambroſ. hoc in loco, prophetam agere de paſſione Chriſti, & de ſupplicio debito Iudæis propter eius ſacrilegam mortem: propterea cum dixit, *audi*, non poſtulauit officium naturæ, quod eſt audire, ſed maius: *audi ergo, & conſidera, ne ſi te videat negligentem veniat Petrus,* [u] *arripiat gladium, abſcindat auriculam, quam ſuperfluam habes, vt Iudæo factum eſt in horto, qui cum aures haberet, attentè non conſiderat:* quales vtinam auferret ab omnibus non conſiderantibus paſſionem Chriſti.

Ambr. Hieron.
[t] *Præcipua ſignificatio litera Samech hic, audire.*

[u] *Monet Iudæos vt caueant, ne eorum abſcindat Petrus auriculas.*

TRACTATVS XVII.

De expoſitione decimiſexti carminis ſub litera, AIN. *Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas; quia longè factus eſt à me conſolator, conuertens animam meam: facti ſunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.* Siue, *De vltimo in malis leuamine per lachrymas.*

ſ. I.

Non habenti reducem animæ conſolatorem in afflictione ſua, fiunt remedium irremediabiles lachrymæ, & ſolatium.

Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas; quia longè factus eſt à me conſolator, conuertẽs animam meã: facti ſunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus.

236. Argumentum carminis eſt concluſio ſuarum [a] lachrymarum, quia Hieroſolyma ait, plorandi hanc eſſe rationem, quia eius calamitas nullam aliã conſolationem iam inuenire potuit, præter lachrymas. Quod Solon dixit, vt ait Laertius in eius vita; quæſitus enim, cur non reparandum demortuum filium defleret? Reſpondit, *Propterea fleo, quia hoc vnicum iam ſolum reſtaret ſolamen.* Vnde Plinius lib. 11. cap. 37. *In oculis animus inhabitat, vnde illa miſericordia lachryma, vnde fletus, & rigantes ora riui, his quodammodo paſcimur, & mentem alleuamus, refrigeramus pectus, & mæſtitiam conſolamur, duos enim oculos, quaſi duos aquæ ductus natura inuenit, per quos effunditur cordis dolor, & foras egreditur effuſus in lachrymas*; quod dixit D. Thomas 1. 2. q. 38. *art.* 2. quod repetit Seneca, cum ait, *omnis aduerſa* [b] *fortuna habet in querelis leuamen; etenim lachrymis carere, nec poſſe flere in extrema calamitate, extremum, & vltimum malum eſt*, vt paulo inferius dolet idem Ieremias, & Tragicus in Ædipo, cum ait, *quin iſta tam dura, pertinax clades mali ſiccauit oculos, quodque in extremis ſolet, periere lachrymæ.* Proinde conſolationis loco, cum iam nulla eſſet conſolatio, lachrymas adhuc ſibi relictas dixit in conſolationem Hieroſolyma. Rectè igitur propheta ſuam introduxit Hieroſolymam, quaſi extremum funus agentem ſuæ gentis profuſis lachrymis, quales in funeribus effunduntur, dicens poſt morte obitos ſuos ciues, *Idcirco ego ploro, & oculus meus deducens lachrymas.*

[a] *Argumentum carminis concluſio lachrymarũ Hieroſolymæ.*

Laertius.

Plinius.

D Thom.
Seneca.
[b] *Omnis enim aduerſa fortuna habet in querelis leuamen.*
Tragicus.

237. Maiorem emphaſim habere videtur textus [c] Hebræus ad hunc locum; ita enim legendus, *Super hac flens oculus meus, oculus meus deſcendens in aquas, quia elongatus eſt à me conſolator.* Clariùs tamen Chaldæus ita legit, *cætus Iſrael ego ploro, & duo oculi mei defluunt lachrymis, ſicut fons aquarum.* Habet autem repetitio Hebraica maiorem emphaſim ad augendum dolorem, ſcilicet, *oculus meus, oculus*, inquam, *meus deſcendens in aquas*; deſcẽdere autem aquas, vt voluit Vatablus, nihil aliud eſt, quam oculus conuerſus eſt in aquas, vel in lachrymas; nam vt dixit, Ariſtotel. lib. 2. de partib. anim. cap. 10 & lib. 5. de generat. animal. cap. 10. *Oculus naturam obtinet aquæ, vnde ſi oculi lædantur, facile in aquarum fontes reſoluuntur, non aliter, quàm ſi detentam aquam vel leniter moueas, continuo in riuulos defluet.* Quo ſenſu dixit Eccleſia *Cantic. cap* 5. de Chriſto, oculos eius ſimiles eſſe oculis columbinis ſuper riuulos aquarum. Quamuis hæc expoſitio non diſpliceat, melius eſt, vt ſequentes vulgatam [d] editionem dicamus, *Oculus meus deducens aquas*, vel *deſcendens in aquas*, id eſt, deſcendere faciens, vel deducere aquas per genas, id eſt, perpetuò deflens; eſt enim verbum, *in Piel*, quod verbum imperatiuum eſt, ſiue modum imperandi habens.

[c] *Maior emphaſis inuenitur in textu Hebræo.*
Hebr. Text.
Chaldæus.

Vatablus.

Ariſtot.

[d] *Sed præferenda vulgata editio.*

238. Addidit aorem, *quia longè factus eſt à me conſolator*; doleo, ait, & in ſolis meis lachrymis aliquam conſolationem inuenio, cum nullam habeam conſolationem, aut conſolatorem, nec hominem, nec Deum, qui quaſi fugientem animam præ triſtitia reducat [e] in ſuam ſedem, & recedentem reuocet in corpus; conſolatio enim animam quodammodo ſolet reparare, ac reducere, vt proſequitur Plato, *in lib. de vita* 10. *Orator.* Chryſoſt *homil.* 1. *ad Corinth. in morali*, & *homil.* 31. *in* 1. *ad Corinth. ad finem.* Poſtremò tandem dixit Hieroſolyma, *facti ſunt filij mei perditi, quoniam inualuit inimicus*, hoc eſt, deſolati, & deleti ſunt omnes ciues mei, quia inualuit Babylonicus exercitus, vel Romanus, Deo vires præbente Chaldæis, & Romanis, illas negante Iudæis propter eorum impietatem, & idololatriam.

[e] *Conſolator quaſi reducit animam fugientem à loco ſuo.*
Plato.
Chryſoſt.

§. II.

Ad Allegoriam & Mores.

Felices lachrymæ, quæ propter receſſum Dei conſolatoris fluunt; quantum infelicia impiorum lamenta, qui magis dolent malorum operum fructus deperditos, próque terrena conſolatione ſuſpirant.

239. Allegoriam huius loci [f] poſitam eſſe exiſtimat Theodoret. in eo, quòd Deus receſſerit ab anima, qui ſolus eius verus conſolator eſt, recedendo autem ab ea, animam caſtigat, procurans id, quod optimum eſt in ea. Aliter tamen, & melius D. Hieronym. exiſtimat enim deſcriptum eſſe in hoc carmine fletum ingentem animæ dolentis, poſtquam receſſit lætitia rerum huius ſæculi, *poſt vanam enim*, inquit, *lætitiam huius mundi, omnis conſolatio præſentis vitæ illis aufertur, fructus malorum operum diſſipatur, & ſolus inimicus in tormenta varia illius dominatur.* Quod ſatis eleganter expreſſit Iob *in cap.* 4. cum de lætitia impiorum conuerſa in ſupplicium dixit, *qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos:* videndus erit Plato *in Philebo*, vbi docet, malos nulla verâ lætitia affici, ſed ſimiles eſſe febri laborantibus, qui interdum delectari videntur, cum tamen febricitent. Videndus Auguſt. 10. *Confeſſ. cap.* 22 & *lib.* 14. *de ciuitate*, & *Pſalm.* 86. *prope finem*, & *ſerm.* 37. *tom.* 10. Chryſoſt. *homil.* 5. *in* 2. *ad Corinth.* Seneca, *epiſt.* 8. & *epiſt.* 60. omnes enim amplificant hunc locum communem, quem proſequutus eſt Hieronym. *ad allegoriam huius loci*, ſcilicet, nullam veram [g] lætitiam eſſe impiorum, ac eorum vniuerſam voluptatem conuertendam eſſe in ſupplicium, & pœnam.

[f] *Duplex allegoria huius loci.*
Theodoret.
Hieronym.
Iob 4.
Plato.
Auguſt.
Chryſoſt.
Seneca.
Hieron.
[g] *Præfertur ea, quã habet, impiorũ nullam eſſe lætitiam.*

§. III.

A I N.

Poſſunt fluentes lachrymæ vaſa iniquitatis mundare, nempe oculos, qui malè proſpexerant, nec non & recedentem Deum in domum ſuam ſcopis mundatam reducere.

Decimaſexta litera poſita eſt in limine huius carminis; ea autem eſt, *Ain*, cuius ſignificatio argumentum, & myſterium oſtendit totius carminis, vt aduertit Ambroſ *Serm.* 16. *ſuper. Pſalm.* 118. ſignificat enim, *Ain*, [h] oculum, ſiue fontem; ſic enim animã oſtenditur poſt peccatum, ſiue Eccleſia cuius oculi in fontes conuertantur neceſſe eſt, vt recedentem animam reducant, & quodammodo arentem reuiuiſcere faciant; qualis deſcribitur anima, *Ioelis in cap.* 3. vbi dicitur, *Erit fons de domo Domini, & irrigabit torrentem ſpinarum, ſiue vallem ſpinarum*, id eſt, defluent ab oculis veluti riuuli aquarum, quibus irrigatæ ſpinæ in flores conuertantur. Quæ fuit ratio cur Rex Salomon, quoties pulchritudinem Eccleſiæ ſignificare voluit, toties eius oculos aſſimilauit fontibus aquarum, vel riuulis aquarum, qualis eſt ille optimus locus 7. *Cantic.* cum de ſua Eccleſia iam conuerſa per fidem Chriſtus Dominus dixit, *Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis*; Seu potius, oculi tui ſicut [i] fontes aquarum iugiter manantes, qui poſiti ad portas vrbis eam pulcherrimam reddunt; duos enim oculos Eccleſiæ, quaſi duos perennes fontes eſſe dixit, qui ad portam ciuitatis Heſebon perpetuò defluunt, eamque vrbem pulcherrimam reddunt. Sic *in cap.* 7. Eccleſiæ caput carmelo aſſimilauit, qui mons eſt Palæſtinæ amœniſſimus, ac tantus, quantus eſt, in fontes ſoluitur; ſic quodammodo caput Eccleſiæ, tantum, qoantum eſt, in lachrymas diſſoluitur. 240.

[h] Ain *oculus, ſiue fons.*
Ambr.
Ioel. 3.
7. Cantic.
[i] *Quaſi omnis pulchritudo Eccleſiæ ſit oculi facti fontes lachrymarum.*

Nec minùs elegans eſt ea alia comparatio, quæ eodem cap. habetur, cum dixit, *coma capitis tui ſicut purpura regis iuncta canalibus*; cuius talis eſt ſenſus, tuum caput, ſiue cæſaries flaua tua, non diſſimilis eſt lanæ, quæ alligata eſt decurſibus aquarum, ſiue riuulis limpidiſſimè ſalientibus; ſolet enim lana à purpurariis vinciri riuulis, ſeu canalibus aquarum, priuſquam purpura inficiatur, vt ſic purior, ac mundior fiat; ſic quoque tua cæſaries lachrymis lota, & pulchrior, & regia facta eſt; ac ita planè conſtat, vniuerſam Eccleſiæ pulchritudinem in lachrymis poſitam eſſe, qood eleganter aduertit Chryſoſtom. *hom.* 22. *ad populum*, vbi introducit Dauid regem loquentem poſt ſuum peccatum cum Deo, vt videre eſt. 2. *Reg. cap.* 11. ac ita dicentem; *Dediſti mihi oculos, vt videam: ego autem his malè proſpexi, erraui, aliquando malè intuitus, malè feneſtras meas aperui, propterea lachrymis ipſas abluo.* Similia habet *hom.* 22. *ſuper primam ad Corinth.* Propterea igitur præfixit Ieremias in principio huius carminis literam *Ain*, quæ fontem, & oculum ſignificat, quia in eo canit, ſeu deplorat Deum conſolatorem Hieroſolymæ longè factum eſſe à populo Hebræo propter ſcelera eius gentis, quem ſibi, oculis in lachrymarum fontes conuerſis, reſtitueret, & recedentem reduceret: poſſint enim plurimum lachrymæ, & ad pulchritudinem [l] reparandam animæ, & ad Deum aduerſum reconciliandum. Id quod maximè in hoc carmine fieri debuit, in quo, vt aduertit Ambr. *loco citato*, Ieremias doluit perpetuæ captiuitatis ærumnam, quam perfidiæ pretio Iudæorum populus nunc patitur propter mortem Meſſiæ Saluatoris. 241.

Cantic. 7.
Chryſoſt.
[l] *Poſſunt enim lachrymæ reparare animæ perditam pulchritudinem.*

***

TRACT.

TRACTATVS XVIII.

De expoſitione carminis deciſeptimi ſub litera, PHE. *Expandit Sion manus ſuas, non eſt, qui conſoletur eam; mandauit Dominus aduerſum Iacob in circuitu eius hoſtes eius: facta eſt Hieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos.* Siue, *de muliebri impatientia.*

§. I.

Geſtus mulieris expandentis, ſeu complodentis manus in dolore ſunt deſperati, & impatientis animi indicia.

242. *Expandit Sion manus ſuas, non eſt qui conſoletur eam.* — LAſſam, & omnino defeſſam Hieroſolymam ſuis lachtymis, & clamoribus, tantiſper tacentem facit diuinus propheta, ipſe autem ſic interloquitur, magna tamen permotus commiſcratione eiuſdem calamitatis: *expandit Sion manus ſuas, non eſt, qui conſoletur eam: mandauit Dominus aduerſum Iacob in circuitu eius hoſtes eius; facta eſt Hieruſalem, quaſi polluta menſtruis inter eos.* Muliebrem planctum, ac doloris impatientiam deſcribit propheta hoc carmine, dolet, remedium quærentem Hieroſolymam non inueniſſe, quia hoſtibus tradita eſt à Deo, inter quos abominabilis, & infamia facta eſt. Habitus igitur mulieris expandentis [a] manus ſuas, habitus eſt vehementer dolentis, & auxilium quærentis deſperatis in rebus: eſt locus optimus apud Poëtam 12. *Æneid.* cum Turnus ſuperatus ab Ænæa, dixit,

[a] *Habitus expandentis manus, eſt vehementer dolentis,* Virgilius.

—Viciſti, & victum extendere palmas
Auſonij videre.

Id eſt, omnino deſperata ſalute Auſonij viderunt eum expanſis manibus; quo habitu corporis pietatis ſimulachrum apud Romanos effingebatur, vt videtur in nummis Gordiani Imperatoris, in quibus expreſſa erat virginis imago expandentis manus ad cælum, vt refert Piet. Val. *in ſymbol. lib.* 35. Vnde *Exod. cap.* 17. Moyſes expanſis manibus orauit deſperatis in rebus Iudæorum: notauit hoc Tertull. *in apolog. cap.* 30. & Apuleius *in lib. de mundo.* petita metaphora videtur ab eo, qui in fluctibus mergitur, deſperata [b] enim in ſalute ſolet manus expandere quærendo remedium, ſi quod tamen prenſare poſſit. Cùm autem dolentes fœminæ in vehementi dolore, & manus complicare ſoleant, & complicatas interdum ſuper caput ponere, vt dicitur Ierem. 2. *Manus tuæ erunt ſupra caput tuum.* Sic Thamar à fratre Abſalone compreſſa per vim exiuit impoſitis manibus ſuper caput clamans, vt dicitur 2 *Reg.* 13. tamen præcipuus habitus dolentis, ſeu potius deſperati eſt, cum in dolore manus expanduntur, qualem propheta introducit Sionem hoc in loco, extremo in diſcrimine expandentem manus ſuas, & quærentem auxilium, cum tamen nullum inuenerit, innatum enim eſt à natura, vt repentino in diſcrimine ita fiat, præſertimque à fœminis. Vnde Paraph. Chaldaica eleganter hunc locum ita legit, *Expandit Sion manus ſuas præ anguſtia, ſicut expandit mulier, quæ ſedet ad pariendum; clamauit, & non eſt, qui loquatur conſolationes ad cor eius:* ita locus ad literam videtur intelligendus.

Pier. Valer.

Tertull. Apuleius.

[b] *Et quærentis remedium in extremo periculo impatienter.*

Ierem. 2.

2. Reg. 13.

Chald. Par.

Scio tamen aliter hunc locum legere Rabbi Dauid, [c] *manibus ſuis diſcidit, ſeu ſcidit;* ſolêt enim mulieres grauiſſimis in calamitatibus, & ſcindere capillos, & ora lacerare, quod eleganter notauit Alexand. ab Alexand. *lib.* 3. *Genial. dierum c.* 7. & *ibidem* Tiraquel. qualis eſt ille locus de Anna ſorore Didonis *in* 4. *Æneid.* vbi audiuit ſororem gladio occubuiſſe: 243.

Rab Dauid. [c] *Aliter legit Rabbi Dauid.* Alex. ab Alex.

Audiit exanimis, trepidóque exterrita curſu,
Vnguibus ora ſoror fœdans, & pectora pugnis.

Virgilius.

Quod meliùs dixit Tragicus in Hippolyto cum introducit Phædram iam pene morientem ita cum priuigno ſuo Hippolyto loquentem:

———— Capitis exuuias cape
Laceraque frontis accipe abſciſſam comam.

Tragicus.

Etenim apud homines Perſas illud fieri conſueuiſſe in grauiſſima calamitate docet Curtius *in lib.* 10. Hieronym. Amos *in cap.* 8. Habetur expreſsè 1. *Eſdra. in cap.* 9. Id quod factum legitur à Iudæis in ſimili calamitate *in lib. Sanhedrim.* id eſt, Iudicum. Vbi quando conſiſtoriū ablatum eſt à Iudæis, conſuerunt ſuper pellem ſuam cilicium, depilaueruntque caluitium; proindeque congruenter introducit Sionem lacerantem genas, & ſcindentem capillos, præſertim ſi ſequamur lectionem Rabbi Dauid. Vtcunque tamen ſit de ea lectione, amplexāda eſt vulgata [d] editio, ſecundùm quam ſatis accommodatè deſcribit extremam calamitatem Hieroſolymæ, & gentis Hebrææ, cum dixit, *Expandit Sion manus ſuas.*

Q. Curtius. Hieron. Eſdræ. 1. 9.

[d] *Verùm retinenda lectio vulgaris.*

Mandauit Dominus aduerſùs Iacob in circuitu eius, hoſtes eius. — Quibus in verbis videtur propheta rationem reddere, cur nullū conſolatorem inuenerit Hieroſolyma, quaſi velit. Quis poterit conſolari, quam Dominus deſolari voluit? Exiſtimo autem emphaſim habere, [e] quod hoc in carmine peculiariter voluerit propheta mentionem facere & Sionis, & Iacob, à quorum, ſcilicet, vtroq; pendebat remedium, & auxilium Hebræorum deſperatis in rebus: miſerrimum autem erat in illis nullam eſſe conſolationem, nec remedium, vnde vniuerſum auxilium & remedium deriuabatur. Meliùs intelligetur hæc doctrina ſi aduertatur, Sionem partem eſſe Hieruſalem, quam ſactam, quam montem Dei, quam ciuitatem Dauid appellabant, in quā ſcilicet, & arx erat, ac templum, & Dauidis palatium, ac fortium domus: proinde ab eo monte deriuabatur auxilium Dei, & hominum in Iudæos. Vnde D. Hieronym. *Ezechiel.* 3. congruenter aduertit vniuerſos Hebræos orantes versùs eam partem orare ſolitos terræ ſanctæ, in quā templum erat ædificatum in Sion, ſeu in monte Moria. Quo pacto intelligendus eſt locus Pſalm. 120 *Leuaui oculos meos in montem, vnde venit auxilium mihi.* id eſt, versùs Hieruſalem, ſiue versùs montem Sionem oraui, vnde auxilium ſperari potuit. Hæc igitur pars terræ ſanctæ, ad quam olim expandebant manus ſuas vniuerſi Iudæi orantes, ipſa [f] deſperata, & ſine remedio expandit manus ſuas extrema in calamitate, nec tamen remedium inuenit, vt videre eſt *lib.* 4. *Reg. c.* 25. de captiuitate Babylonica, 244.

[e] *Emphaſis in verbo Sion ad exaggerādam deſperationem Hebræorum.*

Hieron.

Pſalm. 120.

[f] *Quandoquidem locus à quo remedium ſperabatur, omnino deſperabat.*

4. Reg. 25.

Ioſephus. Pſalm. 109.

Babylonica,& apud Ioſeph. *lib.7. de Bello Iudaico, cap.16.* de captiuitate Romana. Vnde congruenter *in Pſalm.* 109 promiſſum eſt Meſſiæ Seruatori, merito ſuæ paſſionis, de monte Sion mittendum eſſe remedium in vniuerſum orbem, cum dicitur: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion*; vt inde remedium haberet vniuerſus orbis, vnde nullum remedium inuenire potuit Iudæus.

g Secundò amplificatur deſperata calamitas;

245. Nec minor emphaſis reperitur [g] in ſequenti voce, cum propheta dixit: *Mandauit Dominus aduersùm Iacob in circuitu eius hoſtes eius*; nanque Iacob videtur obiectum totius beneuolentiæ, & amoris diuini, vt quem Deus dilexerit, & cui ſuum fauorem præſtiterit, non ſolùm in viſceribus maternis, ſed etiam ante ipſam conceptionem, vt Paulus dixit; appareteque maximè *Geneſ.* 28. diuinus fauor in eum, quando, cum feſſus de via recubuiſſet, reſeratum eſt cęlũ, & vidit Angelos aſcendentes, & deſcendentes, in ſuum auxilium, & quaſi patronum, & comitem laboris aſtantem in limine ſcalæ deſcenſurum Deum, ſi oportuiſſet in eius defenſionem; ita enim prompta ſemper fuit diuina prouidentia in auxilium Iacob: apparet hoc etiam *Geneſ.* 31. quando eius ſocer Laban eum inſequens de cælo audiuit, *Caue, ne quidquam aſperè loquaris contra Iacob.* Illud etiam inculcatum eſt non obſcurè, *Gen.* 32. quando, ſcilicet, timens occurrentem fratrem Eſau, incurrit in Angelum Dei, luctandoque præualuit aduersùs Angelum, ſicque diuinitus confortatus eſt, & admonitus ne homines timeret, qui Angelos vinceret. Vnde exiſtimo ad amplificandam calamitatem gentis Hebrææ dixiſſe prophetam, *Mandauit Dominus aduerſus Iacob*, cum de regno Iudæ ageret, Iacob nominaſſe, vt conuerſum iam diuinum fauorem Iacob,[h] in eius odium oſtenderet, nec ampliùs gentem Hebræam carnalem, diuinum patrocinium habituram, ſignificatam per Iacob traditam hoſtibus ſuis, cum tamen ſpirituali Iacob, ſiue Eccleſiæ Chriſti promiſſus ſit omnis fauor, & beneuolentia, vt Chriſtus Dominus clarè dixit in c. 1. Euang. Ioannis, alludens ad tranſmutatum diuinum auxilium Iacob carnalis in Iacob ſpiritualem; ſic enim plerique ex Patribus intelligenda eſſe voluerunt ea verba Chriſti, *A modo videbitis cælum apertum, & angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſuper filium hominis.*

Geneſ. 28. Gen. 31. Gen. 32.

h Dum fauor diuinus in Iacob, verſus eſt in odium eiuſdem.

Ioan. 1.

§. II.

Ad Allegoriam.

Adeo pernicioſum eſt omne cum turpiſſimis Iudæis commercium, vt & ventus ab illis veniens noceat plurimum, quippe à polluta matre poſt cædem Chriſti Domini, non minùs fœtido corpore, quàm prauis moribus omnis eorum ſoboles procreatur.

246. *Facta eſt Hieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos.* } VLtimò addidit propheta, *facta eſt Hieruſalem quaſi polluta menſtruis inter eos*, id eſt, Hebræa gens inter gentes non ſolùm exiuit extorris, atque captiua habitauit, *ſed facta eſt quaſi polluta menſtruis inter eos*, id eſt,[i] facta eſt infamis, fæda, turpis, ac abominabilis, qualis in lege Moyſes erat mulier polluta menſtruis. Ad intelligentiam huius loci videre oportet 15. cap. Leuit. vbi dicitur, *mulier, quæ redeunte menſe patitur fluxum ſanguinis, ſeptem diebus ſeparabitur. Omnis qui eam tetigerit, immundus erit vſque ad veſperam, & locus, in quo dormierit, vel ſederit diebus ſeparationis ſuæ polluetur.* Quem locum proſequitur Rabb Moyſes *lib 3. æquiuocor. cap.* 48. cum aduertit mulierem, cui menſes fluunt, ſolam domi manere præceptum eſſe; etenim, & ipſa loca cremabantur, in quibus pedem ſuum poſuerat; nec is tantùm pollutus erat, qui eam alloquebatur, ſed ſi ventus ex ea, ſuper mundum quempiam exibat, is quoque polluebatur. Talis reddita eſt gens Hebræa poſt Chriſtum occiſum, vnde Concil. Elibertinum *Can.* 49. *&* 50. diſtrictè prohibet, ne aliquod commercium nobis ſit[l] cum Iudæis. In quam ſententiam ſunt pleraque alia concilia. Apertiſſimè autem Pater Ambroſ. *ſerm.* 11. *de Kalendis Ianuary* ita hac de re grauiter dixit: *Non ſolùm autem gentilium, ſed etiam Iudæorum conſortia vitare debemus, quorum etiam confabulatio, eſt magna pollutio; hi enim certè inſinuant ſe hominibus, domos penetrant, ingrediuntur prætoria, aures iudicum, & publica inquietant, & ideo magis præualent, quo magis ſunt impudentes; hoc autem non recens in ipſis, ſed inueteratum, & originarium eſt, nam olim iam, & Dominum, ac Saluatorem intra prætorium perſequuti ſunt, & præſidis iudicio condemnarunt: in prætorio ergo à Iudæis innocentia opprimitur, ſecretum proditur, religio condemnatur; cum enim Chriſtus occiditur, omnis in eo veritas, & iuſtitia condemnatur, quoniam ipſe eſt innocentia, religio, ſanctitas, atque myſterium.* Quibus verbis ſatis elegãter, & grauiter Ambr. oſtendit, quæ ſit ratio, cur Hebræa gens facta ſit quaſi polluta menſtruis poſt occiſum Chriſtum Dominum. Audiẽdus eſt in hanc ſententiam D. Hieron. *in com ad hunc locum.* Vbi oſtendit rationem metaphoræ, vel ſimilitudinis qua vſus eſt propheta in explicanda turpitudine, & fœditate gentis Hebrææ in eo poſitam eſſe, quia ſicut ex congreſſu pollutæ & ſanguinariæ, fœda, leproſa, & elephantiaca naſcitur proles, propterea que à polluta abſtinendum eſt: ſic ex coniunctione cum polluta, & ſanguinaria Iudaica gente poſt Chriſti mortem praui naſcuntur mores: quæ eſt ratio, cur apud prophanas gentes, à cæteris Iudæis ſeparentur, tanquam leproſis, ne prauis [m] moribus cæteros inficiant, vt videre eſt apud Suetonium, & Tacit. atque alios, de quibus vnum referam Martial. *lib. 1. epigram. epigram. 35. in Cæcilium*, cum ita habet:

i Polluta, hoc eſt, infamis facta eſt Hieruſalem captiua.

Leuit. 15.

Rab. Moyſ.

l Propterea nullum cum Iudæis habendum commercium.

Ambr.

Hieron.

m Inficiantur enim prauis moribus Iudæorum cæteri homines.

Suetonius. Tacitus. Martial.

Hoc quod tranſtyberinus ambulator.

Eſt autem tranſtyberina regio pars altera vrbis, quã ferè Iudæi occupabant, in qua ſordidiores, & viliores plerique habitabant, & alij, qui animalibus fœtidis pelles deripiebant, vt dicit Iuuenal. Satyr. 14.

Iuuenalis.

Nec te faſtidia mercis vllius ſubeant
Allegando Tyberim vltra, & detracta canis
Tranſtyberina cutis.

Sicut nouiſſimè aduertit Matthæus Raderus *in com. ad eum locum Martial.* Ex quibus patet etiam apud prophanas gentes Iudæos tanquam leproſos à cæteris hominibus ſeparatos eſſe, in complementum huius vaticinij, *facta eſt Hieruſalem quaſi polluta menſtruis.*

Raderus.

Ex quibus iam efficitur neceſſariò prophetiam 247.
eſſe

eſſe in his verbis de eo miſero ſtatu, [n] quem habent Iudæi poſt Chriſtum occiſum, ſicut inter alios eleganter dixit Ambroſ. ſerm. 17. ſuper. Pſalm. 118. *Dignam, inquit, remunerationem accepit Iudæus, vt qui expandentem manus audire neglexit, & ſub alas eius ſuccedere, ipſe poſtea expanderet manus, & conſolatorem inuenire non poſſet; nam etſi ante aduentum Domini Ieremias captiuitatem à Babylonijs illatam deflere videatur, tamen prophetico ſpiritu iſtam magis captiuitatem præuidens, qua eos intelligibilis Babylonius, id eſt, dæmon, in perpetui erroris vincula coniecit, atque domeſticæ virtutis extorres, de ſtatu paternæ deuotionis eliminans, longoque peregrinationis exilio afficiens, miſerabili dolore deplorat.* Sunt ſimilia quæ dixit Ropert. Abbas, *poſt mortem Chriſti expandit Sion manus ſuas, ſeu gens Hebræa*, id eſt, *opera legis; ſed propter mortem Chriſti, non eſt, qui conſoletur ingratam: mandauit enim Deus in circuitu eius peccata eius, ipſa autem facta eſt, quaſi pannus menſtruata*, vt prædixerat etiam Iſaias *cap.* 46. proinde eſt in his verbis manifeſta [o] prophetia, de eo ſtatu, in quo nunc eſt gens Hebræa poſt Chriſti mortem, & captiuitatem per Romanos.

[n] *Quæ autem maximè ſunt hodierno tempore.* Ambr.

Ropert. abb.

[o] *Quare manifeſtè propheticus eſt locus iſte.*

§. III.

Ad Mores.

Fugit omne ſolatium ab eo, quem deſerit conſolator optimus; cuius vt oratio valeat apud Deum, valebit vtique ſi cum precibus expandentis Chriſti in cruce manus fideliter coniungatur.

248. MOralis allegoria huius loci talis eſt. Anima, quæ perdidit conſolatorem Deum, [p] propter ſuam iniquitatem tradita ſpiritualibus nequitiis, fruſtra extrinſecùs conſolationem quærit, quæ internam perdidit conſolationem; ideo inter hoſtes ſuos expandit manus ſuas, hoc eſt, inter ſuas calamitates, & anguſtias, nec tamen deſperata, & inuiſa auditur, quia polluta, & carnalis facta eſt, à qua calamitate, ſola diuina miſericordia liberari potuit.

[p] *Qui Deum perdit, fruſtra alium requirit conſolatorem.*

PHE.

249. Ratio autem, quare litera *Phe* præfixa eſt in hoc 17. carmine, pendet ex eius ſignificatione; ſignificat enim, [q] *erraui*, ſiue, *os aperui*; pollutæ enim animæ, ſiue gentis oratio, non poteſt plurimum, niſi Deum auxiliantem, & fauentem habeat. Vnde Tertullian. eleganter *in lib. de orat. cap.* 11. & 12. dixit. *Nos verò non attollimus tantùm manus, ſed expandimus, & Dominica paſſione modulantes, & orantes confitemur Chriſto, ac ita ex complexu orantis ad Chriſtum crucifixum expandentem, & amplexantem manibus ſuis orantem, vnum quaſi corpus conflatur, à quo oratio deriuata, vim, & virtutem habet.*

†

[q] *Litera Phe, ſignificat erraui, ſiue, os aperui.* Tertull.

TRACTATVS XIX.

De expoſitione carminis decimioctaui ſub litera, SADE. *Iuſtus eſt Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui: audite obſecro vniuerſi populi, & videte dolorem meum: virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.* Siue, *De repetitione planctus Hieruſalem.*

§. I.

Nequaquam locus hic de morte Ioſiæ intelligendus, quandoquidem hic regnum ablatum, templum combuſtum, & nullam ſpem ſobolis relictam conqueritur Hieruſalem, quorum in Ioſia morte nullum accidit.

250. REdit iterum ad ſuas lachrymas Hieroſolyma, [a] ſiue Synagoga, & inchoatū funebrem planctum proſequitur, quem interruperat diuinus propheta Ieremias; ita autem dolet Hieroſolyma. *Iuſtus eſt Dominus, quia os eius ad iracundiam prouocaui: audite obſecro vniuerſi populi, & videte dolorem meum; virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem:* Nec plura in hoc carmine. Libuit autē ſtatim Chaldaicam Paraphraſim adducere. quoniam peculiarem [b] huius loci expoſitionem affert, quam impugnare debemus, antequam verum ſenſum oſtendamus, ſic autem habet Paraph. Chaldaic. *Dixerat Dominus verbo ſuo populo Iſrael, quòd non tranſirent, qui occidunt gladio per terram eorum; perrexit Ioſias contra Pharaonem claudum in campo Magedod, quod non præceptum fuerat ei, nec quæſierat oraculum, eratulū à facie Domini; ideo miſerunt ſagittarij ſagittas in Regem Ioſiam, & mortuus eſt ibi, antequam egrederetur anima eius, muſſitabat labiis ſuis, & ſic dicebat, Iuſtus eſt Dominus, quia tranſgreſſus ſum verbū eius, audite obſecro omnes populi hanc lamentationem, qua lamentatus eſt Ieremias ſuper Ioſiam, & videte dolorem meum qui accidit mihi poſt mortem eius, virgines, & pueri mei abierunt in captiuitatem.* Ex quibus verbis clarè conſtat in hoc carmine contineri confeſſionem iuſtitiæ diuinæ, quam moriens reliquit Rex Ioſias; continetur etiam [c] planctus Ieremiæ de morte Ioſiæ regis, & de captiuitate ſuorum poſt regis mortem. Quæ quidem expoſitio nobis vera non videtur, nec enim talia mala euenerunt regno Iudæ per Pharaonem, qualia nunc deplorat propheta, vt conſtat ex 2. *Paralip. cap.* 35. ex 4. *Reg. cap.* 23. grauiorem enim calamitatem deplorat in hoc carmine, & in ſequentibus Ieremias, quàm fuerit ea, quæ accidit populo, quando Ioſias interemptus eſt. Nunc enim [d] deplorat ablatum regnum, templum combuſtum, gentem Hebræam partim occiſam, partim captiuam, quæ omnia non legun-

tur

[a] *Redit ad planctum quem interruperat Hieruſalem.*

[b] *Peculiaris expoſitio Paraph. Chaldaica, eſt.* Par. Chald.

[c] *Vt contineatur hic planctus prò morte Ioſiæ regis.*

[d] *Sed efficaciter reiicitur.*

tur eueniſſe quando vulneratus interiit Rex Ioſias.

251. Sequitur autem apud prophetam, *audite obſecro vniuerſi populi, & videte dolorem meum; virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.* In quibus verbis maior eſt doloris [e] amplificatio, quàm fuerit ea, qua ſupra vocauerat omnes tranſeuntes viam ad ſuam commiſerationem, & ad ſuum dolorem leuandum, cum dixit, *O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus*; nunc enim non ſolùm tranſeuntes vocat, ſed vniuerſos totius orbis populos ad ſui compaſſionem inuitat, vt quorum vna eſt natura, eorundem vna ſit compaſſio, & commiſeratio, vt eleganter notauit D. Hieron. ad hunc locum; *Magnitudinem*, inquit, *ſui doloris magis amplificat, vt qui non quoſuis conſolatores, poſcat, ſed vniuerſos homines; ad videndum enim ſuum dolorem inuitat, quia calamitatem ſuam vltra modum grandem eſſe exiſtimat.* Qua in oratione artificioſè diuinus propheta diuinam iuſtitiam palam fatetur, & ſuorum ſcelerum grauiſſimam eſſe pœnam dolet, ideo maximè, quia miſeris nulla ſpes [f] relicta ſit; hoc enim ſignificant ſequentia verba, *iuuenes mei, & virgines abierunt in captiuitatem*: id eſt, cum iam nulla ſpes prolis Hebrææ relicta ſit in patria, omnis prorſus ſublata eſt ſpes reparandæ noſtræ gentis, cum iuuenes, & virgines vnde ſoboles ſperabatur, captiui ducti ſint in Babyloniam. Quòd autem doluerat ſuperiùs, paruulos ductos eſſe in captiuitatem, & virgines ſqualidas viſas fuiſſe per vrbem, minus eſt, quam iuuenes iam adultos, & nubiles virgines ductas fuiſſe in captiuitatem.

[e] *Amplificatur dolor Hieruſalem.*

Hieron.

[f] *Quia nulla ſpes relicta ſit ſobolis.*

§. II.

Ad Allegoriam & Mores.

Qui ſua calamitate excuſat ſcelera, vindictam prouocat, ſicut qui Dei iuſtitiam commendat, miſericordiam conciliat, negotiatur veniam, & remedium.

252. Est autem allegoria huius loci de Eccleſia, quę in Adam peccauerat, [g] neque iam ſuum excuſat peccatum, vt fecerat Adamus, ſed planè iuſtiſſimam Dei ſententiam fatetur, meritoque ſuorum ſcelerum Deum iratum fuiſſe in vniuerſum genus humanum, in quod deriuatum eſt originarium ſupplicium, ita Rupert. Pulchrè autem illud addere poteris, propterea iuuenes dixiſſe captiuos, ac virgines, vt non ſolùm cogitationes internas, quæ in lucem non prodeunt, vt virgines concluſæ, quodammodo à dæmone captiuas oſtenderet ab eo tempore, quo Adamus peccauit; ſed iuuenes etiam, qui iam adoleſcunt, & in publicum viſuntur, id eſt, ipſa opera externa ſint quodammodo deprauata ab eo tempore, atque ita, & operis initium, [h] quod eſt cogitatio, & operationis terminus, qui eſt opus ab ipſo peccati principio, minùs libera, & quodammodo captiua reddita ſint.

[g] *Fatetur Eccleſia peccatum ſuum in Adamo, & iuſtitiam Dei recognoſcit.*

Rupert.

[h] *Doletque obtinuiſſe inimicum initiũ & finem operum ſuorum.*

SADE.

253. Præfixa autem litera, *Sade*, iuſtitiam [i] ſignificat, videtur enim voluiſſe Ieremiam modum præſcribere in hoc carmine, quem vnuſquiſque ſeruare debet, cum iuſtè à Deo punitur pro ſuis ſceleribus; debet enim iuſtitiam diuinam commendare, & ſuam agnoſcere iniquitatem. Nanque quia ſua ſcelera excuſat, in Deum culpam reiicere videtur, vt proſequitur D. Auguſt. *ſuper Pſalm.* 58. ad illa verba, *non miſerearis omnium, qui operantur iniquitatem. Adeo*, ait, *excuſatur reus, vt culpetur iudex*: Quod commendauit D. Ambroſ. in D. Petro ſuper Lucam, cap. 25. *Maluit Petrus ſuum accuſare peccatum, vt iuſtificaretur fatendo, quàm grauaretur negando, vel forte excuſando*: retulerat enim D. Ambroſ. plures excuſationes, quas Petrus potuerat afferre in ſui defenſionem, quarum nullam addidit Petrus, ne excuſando ſuam iniquitatem, diuinam iuſtitiam accuſaret; quod Ierem. hoc in loco voluiſſe videtur, cum Synagogam introducit dolentem ſua ſcelera; præfixit autem hoc in carmine iuſtitiam, vt iuſto Dei [l] iudicio ea mala veniſſe oſtenderet.

[i] *Præfixa litera Sade iuſtitiam ſignificat.*

Auguſt. Pſalm. 58.

Ambr. Luc. 25.

[l] *Et monſtrat quàm iuſto Dei iudicio hæc mala euenerint.*

TRACTATVS XX.

De expoſitione carminis deciminoni ſub litera, COPH. *Vocaui amicos meos, & ipſi deceperunt me: ſacerdotes mei, & ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt, quia quæſierunt cibum ſibi, vt refocillarent animam ſuam.* Siue, *De amicorum in aduerſis infidelitate.*

§. I.

Ad Literam.

Iuſtè ab amico deſeritur in periculo, qui de re ſua antè deliberat cum ipſo, quàm de ipſo; ſed nec maior anguſtia videri poteſt, quàm dum & ſacerdotibus alendis reſpublica non ſufficit.

Vocaui amicos meos, & ipſi deceperunt me: ſacerdotes mei, & ſenes mei in vrbe conſumpti ſunt, quia quæſierunt cibum ſibi, vt refocillarent animam ſuam.

Materia huius carminis 19. eſt deploratio amicorum [a] quos falſos inuenit in calamitate; deinde extremam dolet famem, in qua, nec reuerentia officij, nec authoritas ſenectutis, remedium inuenire potuit ad animam iam labentem. Eſt autem defectiua hæc oratio, in qua neceſſariò aliquid ſupplendum eſt. Cùm enim dixit propheta, *quia quæſierunt cibum ſibi, vt refocillarent animam ſuam*, ſuppleodum eſt, *& non inuenerunt*, vt ſupplent ad hunc locum Septuaginta, & alij; emendata tamen Biblia ita legit, vt eſt in Hebræo. Eſt autem artificioſus hic defectus, præſertim in grauiſſimis calamitatibus deflẽdis, in quibus plerunque verba & ſententiæ lachrymis, & ſingultibus interruptæ relinquuntur, ac ita magis exprimitur dolor. Iam igitur iuſtiſſima eſt hæc pœna, 254.

[a] *Argumentũ carminis, falſitas amicorum.*

vt

Digitized by Google

[b] *Iuſtè autem illi, qui ſpes ſuas in homine ponit, nullus eſt amicus.* Ierem. 17. Iſaias 30.

vt qui ſpes ſuas [b] in homine poſuerunt, nullum remedium inueniant. Quod idem Ieremias docuit, *in cap.* 17. cum dixit: *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius.* Quod etiam dixit Iſaias cap. 30. *Qui ambulatis, vt deſcendatis in Ægyptum, & os meum non interrogaſtis, ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis.* Vnde mihi videtur eandem publicam profeſſionem diuinæ iuſtitiæ factam eſſe in hoc carmine, quam fecerat Synagoga in præcedenti, quaſi ſit ſenſus, iuſtiſſimè remedium non inuenit in homine, qui ſpem ſuam in Deo non poſuit: poteſt autem in hunc locum illud conuenire conſilium, quod eſt apud Senecam lib. 1. epiſt. epiſt. 3. *Tu vero omnia cum amico delibera,* [c] *ſed de ipſo prius, poſt amicitiam credendum eſt, ante amicitiam iudicandum; præpoſterè autem faciunt, qui cum amauerint, iudicant, & non amant, cum iudicauerint*; ne illis hoc eueniat, quod Plutarch. dixit, amicos falſus non diſſimiles eſſe adulterinis nummis, quorum cum neceſſitas vrget, falſitas oſtenditur: quales ſuos amicos Synagoga dolet hoc in loco; quos enim veros exiſtimauerat, falſos inuenit in neceſſitate.

Seneca. [c] *Qualiter conciliandus amicus.* Plutarch.

255. Satis autem oſtendunt ſequentia verba miſerum [d] ſtatum reipublicæ Hieroſolymæ, cùm ſacerdotes, quorum ſumma eſt reuerentia; & ſenes, quorum magna eſt authoritas, præ fame interierint in media vrbe; debet autem vnaquæque reſpublica ſacerdotes non ſolùm diuino, ſed & naturali iure alere, quos intermedios habet inter Deum, & populum. Vnde Rex Salom. *Eccleſiaſt. cap.* 7. dixit, cum honoris, & reuerentiæ ordinem conſtitueret exhibendæ, *honora Deum ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes illius.* In quam ſententiam videndus erit D. Thomas 1. *Corinth. c.* 11. eum ponderat illud Pauli, *ideo debet mulier velamentum ſuper caput ſuum habere propter Angelos; Angeli enim,* inquit ille, *ſacerdotes ſunt intermedij inter populum & Deum.* iuxta illud Malachiæ, *labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius*: quod meliùs multo probatur ex *Pſalm.* 109. vbi cum Deus filio ſuo polliceri voluiſſet aliquid magnum pro beneficio redemptionis hominum, ac pro cruce ſua, dixit, pollicitus eſt, ac iuramento firmauit, *Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum; tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech*; nihil enim maius concedere potuit Deus filio ſuo pro officio redemptionis in cruce, quàm officium ſacerdotis in Eccleſia, vſque adeo magnum, & diuinum eſt ſacerdotale munus. Bene igitur Ieremias amplificauit miſerum ſtatum reipublicæ Hieroſolymitanæ, vt quæ [e] nec ſuos ſacerdotes alere potuerit, quos diuinos habere debuit, & quos colere.

[d] *Non potuit ea maior eſſe miſeria.* Eccleſiaſt. 7. 1. Cor. 11. Malachiæ. Pſalm. 109. [e] *In qua nec ſacerdotes potuerint habere alimenta.*

§. II.

Ad Literam.

Longè omnem aliam miſeriam ſuperat, quòd extrema ætas in medio ſuorum, extrema pereat fame conſumpta.

256. *Et ſenes mihi in vrbe conſumpti ſunt, quia quæſierunt cibum ſibi.*

[f] *Et ſenes fame conſumpti in media vrbe.*

PErgit amplificãdo propheta rerum neceſſariam penuriam in ſua republica, cùm dixit; *& ſenes mei* [f] *in vrbe conſumpti ſunt, quia quæſierunt ſibi cibum*, ſupplendum eſt, *nec tamen inuenerunt*; miſerum enim eſt, eos nos non potuiſſe alere, quorum conſilio, & prudentia viuimus. Vnde eleganter notauit Clem. Alexand. *in ſuo pædagogo lib.* 3. *cap.* 3. ad inſtar diuinitatis, ſenectutem eſſe in vnaquaque republica: *Quo magis, ait, homo feſtinat ad finem, eo eſt venerabilior, vt qui Deum habeat ſeniorem.* Videndus erit Gellius *in lib.* 2. *cap.* 15. cùm docet in vrbe Roma, maiores natu à minoribus veneratos ſolitos ad inſtar Dei, & parentum, à quibus eſſe, & proficere accepimus: quod voluiſſe videtur Quintil. *lib.* 12. *Inſtit. Rethor. c.* 10. cum docet, Policletum ſtatuarium à veteribus non fuiſſe habitum ſummum artificem in ea arte, quia non videtur expleuiſſe Deorum authoritatem, vt qui ætatem quoque grauiorem dicitur refugiſſe, nihil auſus vltra leues genas; contulit autem antiquitas [g] authoritatem, & grauitatem ſenum cum diuina authoritate: propterea autem Policletus nõ eſt habitus ſummus artifex, quia extremam ſenectutis authoritatem non nouerit exprimere, vſque adeo apud veteres ſenectus colebatur, & venerata erat.

Clem. Alex. Gellius. Quintilian. [g] *Quorum authoritas cum diuina à veteribus collata eſt.*

257. Illud tamen aduertendum eſt, quod maximè facit ad intelligentiam huius loci, ſenes non ſolùm appellatos eſſe ætate prouectos, ſed potiùs moribus, & vita ſanctos; ita vt nomen ſenectutis, dignitatis potius ſit, quàm ætatis, vt notauit ſapiens in cap. 4. Sapient. *Senectus eſt venerabilis, non diuturna, nec annorum* [h] *numero computata, cani enim ſunt ſenſus hominum,* vt pulchrè aduertit Philo *in fine lib. de Abraham*, Scripturam ſacram ſenem appellaſſe Abrahamum, quia quan uis longæuiores habuerit maiores, nemo tamen fuit dignus hac appellatione, & merito; nam re vera ſenior, non ex longitudine temporis, ſed ex laudata vita ſpectatur; *Nam qui multum ætatis in corpore duxerunt, ſine probitate, longæui pueri dicendi ſunt.* Quadrat in hanc ſententiam, quod Ambroſ. dixit lib. 3. epiſt. 21. ad Ariſtium, *ſenectus enim venerabilis eſt, quæ non canis, ſed meritis albeſcit.* Similis eſt ſententia Ciceronis in ſenectute: *Non cani, non rugæ repente authoritatem afferre poſſunt, ſed honeſtè acta ſuperior ætas fructus* [i] *capit authoritatis extremos.* Proſequitur hanc ſententiam Seneca, *in lib. de breuitate vitæ*: quæ ſatis exprimitur 11. *cap. Numer.* vt aduertit Greg. 19. *Moral. cap.* 13. cùm diuinum oraculum Moyſi dixit: *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael, quos noueris: quid aliud ſignificat locus,* inquit Gregor. *quàm quòd ſenectus cordis requiratur, cum tales iubentur eligi, qui ſenes eſſe ſciantur, ac proinde ſenectus non eſt nomen ætatis, ſed dignitatis*, vt etiam aduertit Plutarch. in eo lib. quem fecit, *Quòd ſeni gerenda ſit reſp.* Ex quibus colligitur hoc in loco prophetam deploraſſe interitum eorum præ fame in media vrbe, quorum conſilio & prudentia ſtabat olim reſpublica Hebræorum, quos auferendos eſſe prædixerat Iſaias cap. 3. ſui vaticinij; miſerrimum enim erat pereuntes vidiſſe eos, quorum ſacrificijs ſteterat Hieroſolyma, quales erant ſacerdotes, ac eos, quorum prudentia, & conſilio regebatur reſpublica Hebræa.

Sapient. 4. [h] *Eorum nẽpe, qui dignitate, non ætate tantum ſunt ſenes.* Philo. Ambr. Cicero. [i] *Honeſtè enim acta ſuperior ætas extremos fructus authoritatis capit.* Seneca. Num. 11. Greg Mag. Plutarche.

258. Non negauerim tamen nobis non diſplicuiſſe ſententiam Lyræ aſſerentis hoc in loco, *ſacerdotes*, nomen eſſe dignitatis, *ſenes* autem [l] nomen eſſe ætatis, ac ita in his verbis deploraſſe prophetam deſtitutam omnino ſenectutem, & miſe-

[l] *Lyra locum explicat de ſenibus ætate*

ram: nec enim inficiati poſſumus miſertimum eſſe vidiſſe ſenes in extrema ætate præ fame cadentes, quod eleganter expreſſit Diogenes Cynic. apud Laërtium, qoi rogatus, quid in vita humana miſerrimum putaret, reſpondit, *ſenex* [m] *egenus*; ſiquidem vbi naturæ præſidiis homo deſtituitur, fulcienda eſt extraneis rebus ætatis imbecillitas. Videndus D. Hieron. *in epiſt. ad Furiam*, & *in epiſt. ad Nepotian.* vbi eleganter deplorat miſeram ſenectutem ſuam, & aliorum hominum. Potuit igitur diuinus Hieremias miſeram ſenectutis conditionem dolere in extremo excidio Hieroſolymitano, vt quæ deſtitura præ ætate proprio remedio, alienum non inuenerit in vrbe oppreſſa. Quod autem addidit, *vt reſocillarent animam ſuam*, illud ſignificat, *cibum quæſierunt*, quem non inuenerunt ad fouendam animam ſuam, & reuocandum ſpiritum fame pene expitatum; hoc enim ſignificat Hebræa phraſis, quam ita expreſſit vulgatus Interpres, *vt reſocillarent animam ſuam.*

Diogenes.

[m] *Miſerrimũ enim omniũ in vita eſt, ſenex egeni.*

Hieron.

§. III.

Ad Mores.

In interitum prorſus ruit ea Reſpublica, cuius neque ſaluti intendunt ſui ciues, neque ipſa illorum ſufficit indigentiæ; ſic nec mundus animæ perditæ, nec ipſa ſibi.

258. EST autem moralis hic locus de ſententia Roperti Abbatis, totus [n] politicus, & pertinens ad communem ſtatum popoli integrum conſeruandum; eſt enim contra eos, qui in publico munere obeundo, non officium facioot, ſed vtilitatem quærunt: huiuſcemodi aotem homines in extremo periculo Reipublicæ non inueniuntur, dum quærunt cibum ſibi, cum tamen, vt Plato dixit in apologia Socratis, *non magna habenda ſit ratio vitæ, aut mortis homini iuſto officium ſuum facienti.* Notauit hoc elegaoter Origen. *in lib. 2. hom. in Cantic. hom.* 1. cum ponderat ea verba Cantic. cap. 1. *Poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui*; quæ verba intelligit dicta eſſe ab anima politica quæ ad aliorum moderamen electa eſt; per vineam enim ſuam non cuſtoditam intelligit propriam vtilitatem, eſt enim optimi cuſtodis officium omnia ſua aſpernari propter vtilitatem eorum, qui ſibi cuſtodiendi dati ſunt. Videndus erit Plato *in Phædro* non longè à priocipio, & Ariſtot. *in ſua Politica*, cum admonet, ne ex magiſtratibus lucra prooeniant iis, qui eos gerunt; vnde optimè conſuluit Socer Moyſis Exod. 18. *Prouide de omni plebe viros ſapientes, timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam.* Videndus D. Ambroſ. *lib. 2. officior. cap. 4.* Ex quibus colligitur, venenum, quo cadit vniuerſa reſpublica, eſſe ſuam cuique vtilitatem io magiſtratibus; dum eoim Ieroſolyma eos quæreret io extremo ſuo periculo, eoſdem inoenit ſibi quærentes cibum. Erit pro hac re videndus Seneca *in Medea, actu 3.* vbi introducit nuncium referentem choro Creontis vniuerſum regnum periiſſe, ſic enim ait nuntius,

Periere cuncta, concidit regni ſtatus.
Nata, atque genitor cinere permixto iacent.

Rup. Abb.

[n] *Moralis intelligentia huius loci ex Ruperto, politica.*

Plato.

Origen.

Cantic. 1.

Plato.

Ariſtot.

Exod. 18.

Ambroſ.

Tragœd.

Cuius rei cauſam indagaoit chorus: *Qua fraude capti?* reſpondit Nuntius, *qua ſolent reges rapi, donis*: ita ſignificans Creontis vniuerſum regnum periiſſe ea arte, [o] qua pereunt cætera regna, cum dona ſcilicet accipiuntur ab iis, ad quos pertinet regna moderari ſine lucro, & vtilitate propria.

[o] *Periit regnũ Iuda ea arte, qua pereunt cætera.*

259. Ego verò exiſtimaoerim hunc locum moralem eſſe, ac Ethicum, [p] pertinereque ad animam cuiuſque hominis carnalibus affectibus laborantem componendam: quando enim anima cuiuſque noſtri regale Sacerdotium, & ſenile maturitatis conſilium perdidit, vanis deſideriis laborat, nec tamen remedium iouenire poteſt. Etenim Ægyptus, id eſt, mundus vanè auxiliatur, quales amicos accuſat hoc in loco Ieremias, quia mundus tranſit, & concupiſcentia eius, dum calamitas cogit, ſcripſit hac de re Philo *in lib. de mercede meretricis non reponenda in Sacrario*, & *lib. 2. legis allegor.* vbi comparat impuram voluptatem cum adulatore; *homo enim adulator præſefert ſpeciem amici, vt magis decipiat.* Sunt ſimilia, quæ dixit Chryſoſt. *tom. 3. homil. 13. in Acta Apoſt.* Videndus erit Cyprian. *in lib. de diſciplina, & bono pudicitia*, & Seneca *in lib. de Beata vita, cap. 14.* Oſtendens, miſerrimum eſſe voluptate delectati, cuius aut inopia torpet, aut copia ſtrangulat, ſicut feras cum labore venamur, & captarum quoque illatum ſæpe ſollicita poſſeſſio eſt, cum ſæpe lanient dominos; ita habentes magnas voluptates, in magna quoque mala inciderunt: ſicut Ieroſolyma hoc in loco, id eſt, quæuis anima dolet, dum quæſitos [q] amicos non iouenit.

[p] *Ethicè loci explicat Author de anima cuiuſque.*

Philo.

Chryſoſt.

Cyprian.

Seneca.

[q] *Quæ dum quæſitos amicos quærit, non inuenit.*

COPH.

260. Præfixa autem litera, [r] *Coph*, in principio huius carminis, eius oſtendit materiam, & argumentum; nam teſte D. Hieronymo, ea vox, ſignificat *vocationem*; teſte autem D. Ambroſ. *concluſionem*; quarum vtranque ſignificationem ſi ſimul iungas, inuenies miſeruio excidium Ieroſolymitanum principium, & cauſam habuiſſe in falſis confœderatis amicis Ægyptiis, quos cum vocaoerit Ieroſolyma ioſtante periculo hoſtes inueoit, quos futuros amicos ſperauerat; vnde miſera concluſio, ſeu euerſio eius facta eſt: aduertit autem optimè D. Ambroſ. *ſuper Pſ.* 118. hanc eandem vocem Hebræam, à quibuſdam interpretari, *aſpice*, quaſi intuendum proponat exemplum diuinus [s] Propheta, quo cadant regna, & imperia, cum, ſcilicet, ab alio poſtulatur, quàm à Deo.

[r] *Litera Coph, ſignificat vocationem, & concluſionem.*

Hieron.

Ambroſ.

Idem.

[s] *Quibus cõplectitur cauſam excidij Hieroſolymæ, & excidium Propheta.*

TRACTATVS XXXI.

De expoſitione Carminis vigeſimi ſub litera, RES. *Vide Domine, quoniam tribulor, conturbatus eſt venter meus; ſubuerſum eſt cor meum in memetipſa, quoniam amaritudine plena ſum, foris interficit gladius, & domi mors ſimilis eſt.* Siue, *De afflictorum conuerſione*

uerſione ad Deum in tribulatione.

§. I.

Ad Literam.

Hæreditarium homini eſt, vt Deum non reuereatur niſi malis correptus, túncque ſe peccatorem recognoſcat, cum oppreſſus calamitatibus, nullum apud homines refugium valet reperire.

Vide Domine, quoniam tribulor, conturbatus eſt venter meus: ſubuerſum eſt cor meum in memetipſa.

261. SIc introducit Ieremias Ieruſolymā plorantem, ac Deum orantem: *Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus eſt venter meus; ſubuerſum eſt cor meum in memetipſa, quoniam amaritudine plena ſum, foris interficit gladius, & domi mors ſimilis eſt.* Chaldaice ita legendus eſt locus: *Vide Domine, quia anguſtia eſt mihi, ideo viſcera mea conturbata ſunt; ſubuerſum eſt cor meum in medio mei: quia tranſgrediendo tranſgreſſa ſum decretum verbi Domini, & propterea conſumit gladius, & intus occidit fames, ſicut Angelus diſperdens, qui conſtitutus eſt ſuper mortem.*

Chaldaicè.

Hæreditaria eſt hæc hominum conditio, qua Synagoga inter medios labores ad Deum cōuerſa
262. dixit, *Vide Domine, quoniam tribulor*; quo enim calamitas grauior eſt, [a]eo celerior ad Deum conuerſio. Solent enim homines nunquam tam celeriter Deum quærere, quàm dum calamitates eos inuenerunt: dixit hoc Gregor. Magn. *Pſ. 31.* Chryſoſt. hom. 62. ad popul. *Proximior eſt Deo calamitoſus, quàm falix.* Materia eſt eius loci, de quo agit Lucas *in cap.* 10. quando decem leproſi ægroti Deum quæſierunt, ſani reliquerunt. Videndus erit Oſeas in hanc ſententiam *cap.* 11. cum docet, hæreditariam eſſe hanc conditionem hominum ab Adamo parente ſuo, vt inter calamitates Deum maximè quærant: *In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis*; eſt enim funis, [b] ſiue funiculum dolor, quo homo conſtringitur, vt in Pſal. 21. *Dolores inferni circundederunt me.* Ait igitur diuinum Oraculum, *in funiculis Adam*, id eſt, in laboribus, quos hæreditarunt homines à parente ſuo Adam, eoſdem fugientes, ad me conuertam; laboribus enim ſoleo ad me trahere, quos maximè diligo, quod in *cap.* 16. Sapientiæ, dictum eſt, *in memoriam ſermonum tuorum examinabuntur*, id eſt, vt recordentur tuorum præceptorum caſtigabuntur: quo ſenſu Hieronym. intelligit locum Ezech. in cap. 37. *Iuſtus ſi peccauerit, ponam offendiculum coram eo*, ſeu, ponam tormentum [c] coram eo, vt planam viam non inueniet, ſed reuertatur ad Deum. Quo ſenſu dixit Rex Dauid in Pſal. 31. *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina*, id eſt, præ dolore totus conuerſus ſum in Deum. Repetit hoc Oſeas in cap. 2. *Sepiam vias tuas ſpinis, vt vulneratus retro conuertaris.* Sic igitur Synagoga, ſiue Hieroſolyma, quæ à Deo auerſa fuerat peccando, in ſumma tamen rerum abundantia poſita; nūnc autem vulnerata, & in extrema calamitate conſtituta ad Deum conuerſa eſt, dicens; *Vide Domine, quoniam tribulor*;

T.21 Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

[a] *Hæreditarium eſt Deū quærere in calamitate:* Greg. Magn. Chryſoſt.

Oſeæ 11.

[b] *Eſt enim dolor funiculus trahens ad Deum.* Pſalm. 21.

Sapient. 16.

Ezech. 37.

[c] *Et tormentum bellicum obſtans malè operantis.* Pſal. 31.

Oſeæ 2.

cùm enim in tanta calamitate remedium nullum inuenerit, vel in amicis, vel in ſuis confæderatis, quos deprecata fuerat, vt miſeræ auxiliarentur, ad Deum tandem conuerſa eſt, à quo [d] ſolo remedium ſperare potuit.

[d] *Vt à ſolo Deo remediū quærat.*

Eſt igitur in his verbis oratio mulieris pene deſperatæ, & iam omnino exanimis præ magnitudine calamitatum; talis enim hoc in loco introducitur Synagoga, ſiue ciuitas Hieroſolyma ſub ſpecie mulieris deſtitutæ, deſperatæ, ac pene cadentis. Quod vt meliùs intelligatur, aduertendum eſt cum D. Hieronymo hoc in loco, cum Baſilio *ſuper cap.* 16. *Iſaiæ*, cum Gregorio Magn. hom. 16. in Ezechiel. *Iel*, vocem Hebræam pro qua vulgatus retulit *ventrem*, ſiue, *cor*, ſignificare [e] interna viſcera, & inter ea ipſum cor, quod obtinet primatum in viſceribus. Quo ſenſu dictum eſt Cantic. cap. 4. *Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit*, id eſt, vniuerſa viſcera mea commota ſunt. Sic 3. Reg c. 30. *Interiora mea efferbuerūt*: & Pſ. 30. *Conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus*: id eſt, omnia viſcera mea cōmota ſunt; vnde Chaldaica Paraphraſis ad hunc locum ita legit, *Vide Domine, quia anguſtia eſt mihi, & ideo viſcera mea conturbata ſunt.* Nec diſſimilis eſt locutio Hebraica. Eſt igitur locutio mulieris æſtuantis [f] præ nimio dolore, ac ſi dicat, æſtuat meum pectus, intumeſcit, non ſecus ac mare conturbatum, præ nimia perturbatione agitatur, & ſubſultat, quaſi febrilis ignis decoquit illius præcordia, & pectoris operculum; hæc autem excitatio, & conturbatio non fit ſine commotione doloris vehementis. Quod autem addit, *ſubuerſum eſt cor meum in memetipſa*, idem prorſus ſignificat, alio tamen loquendi modo: niſi meliùs placuerit ſignificare voluiſſe exanimem [g] factam eſſe, ac ipſum cor à ſuis ſedibus conuulſum excidiſſe; ita enim videri ſolet in grauiſſimis doloribus. Vt enim aduertit Galen. *lib. 6. de vſu partium, cap. 2.* cùm cor ab omnibus, quæ ſibi extrinſecus per thoracem occurſura ſunt, remotiſſimum ſit, & ſedem habeat tutiſſimam, tamen tanta fuit magnitudo doloris, vt ipſum cor à ſua tranquilla ſede auulſerit. Ita loquitur deſperata Ieroſolyma. 263.

Hieron. Baſilius.

[e] *Verbum Hebraū pro quo vertitur venter ſignificat viſcera & cor.*

Chald. Par.

[f] *Vnde nimius dolor æſtuantis exprimitur.*

[g] *Siue potiùs doluiſſe præ dolore.*

Galen.

Quoniam amaritudine plena ſum... In ſequentibus verbis rationem, & cauſam reddit, cur talia paſſa ſit, quam aſſerit fuiſſe ſua grauiſſima ſcelera; id quod oſtendunt ea verba, *Quoniam amaritudine repleta ſum*, quod expreſſit Paraph. Chaldaica, *quoniam tranſgrediendo tranſgreſſa ſum decretum verbi Domini.* Voluit igitur Ieroſolyma oſtendere, iuſtiſſimam [h] fuiſſe hanc Dei vindictam, inflictam ſcilicet, pro grauiſſimis ſceleribus; eſt nanque proprium peccatorum hominum, cum mala inſtant, & calamitates, cognoſcere, eorum cauſam fuiſſe peccatum vt eleganter aduertit D. Chryſoſt. *hom. 5. ad populum*, pæna, & caſtigatio in memoriam reuocare ſolet ſcelera, quod manifeſtum eſt in fratribus Ioſeph. *Gen. 42.* cum enim illi iuſtum vendidiſſent, & tredecim anni præteriiſſent, puniri metuentes, ac de vita timentes peccati recordati ſunt, & inter ſe dicebant; *merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum.* Eſt optima in hanc ſententiam ea ſimilitudo, quam tribuit Nazianz. *orat. 1. apologet. pag. 8.* aliquā tamen volens Nazianz. præſertim ſi ſimilitudo explicetur, vt eam explicuit Elias Cretenſ. eius interpres: *Quemadmodum*, inquit, *ſilex, ignem, quem intus* 264.

Chald. Par.

[h] *Quæ iuſtiſſimè fatetur ſe paſſam eſſe vexata Hieruſalem.*

Chryſoſt.

Gen. 42.

Nazianz.

Cretenſ.

habet occultum,percuſſus ferro effert ; ſic vnuſquiſque noſtrum,delictum , quod inſperſum habet in ſe, ſi vel internè,vel externè in animo percutiatur,tanquam in memoriam rediens,veritatis ſcintillas edit; quibus grauitas peccati innoteſcit. Quo pacto hîc introducitur Hieroſolyma,quaſi ſilex ferro calamitatum ¹ percuſſa , vnde lumen deriuatum eſt, quo cognoſceit peccata ſua; cauſam , & rationem fuiſſe omnium malorum,quæ paſſa eſt:propterea dixit,*Vide Domine,quoniam tribulor , conturbatus eſt venter meus;ſubuerſum eſt cor meum in memetipſa.* Deinde cauſam reddens omnium harum calamitatum,addidit ,*quoniam amaritudine repleta ſum* , ſeu , *quoniam tranſgrediendo tranſgreſſa ſum decretum verbi Dei*,id eſt,quoniam grauiſſimè peccaui.

¹ *Excuſſis enim vera confeſſionis ſcintillas nimius dolor patientiæ aduerſa.*

265. Pulchrè autem amaritudinem peccatum appellauit , quoniam peccatum radix eſt , & origo omnium amaritudinum , ¹ & omnium laborum, vt latè proſequitur Chryſoſt.*homil.*14.*in Matth. & hom.* 4. *de verbis Iſaiæ tom.* 2. *& homil.* 13. *ex variis in Matth.locis.* Auguſt.*lib.* 2. *ad Catechum. cap.* 10. vt omittam alios Patres amplificantes eum locum communem , omnia, ſcilicet , mala, quæ patimur ,ex peccato ortum , & principium habuiſſe ; eſt optimus locus in hanc ſententiam *Deut.in cap.*29. vbi diuinum oraculum ita dixit: *Ne ſit interior radix germinans fel , & amaritudinem ; de corde enim exeunt tanquam de fonte cogitationes prauæ:* quem locum eleganter Paul. Burg. *addit vnica ſuper illud cap.* intelligendum exiſtimauit de idololatria, ᵐ quæ principium eſt omnium malorum,ſine tamen aliquo remedio : quo pacto enim populus aliquis remedium in calamitate ſua inuenire poterit, cum idololatra ſit , nec verum Deum habeat,vnde ſperet auxilium ? propterea optimè Hieroſolyma idololatra in ſua calamitate dixit , *quoniam amaritudine plena ſum;* germinat enim idololatria fel , ſiue ⁿ amaritudinem in ea anima,ſiue in ea gente , quam occupauit.

ˡ *Peccatum radix omniū amaritudinū,* Chryſoſt. Auguſt.

Deut.29.

Burgenſ.

ᵐ *Præſertim verò idololatria.*

ⁿ *Amaritudinem ſine remedio germinat.*

266. *Foris interficit gladius , & domi mors ſimilis eſt.* } Deinde ad finem huius capitis introducitur Hieroſolyma deplorans ea grauiſſima mala in quæ incurrit propter ſua ſcelera,præſertimque propter inſignem idololatriam,cùm ait , *foris interficit gladius , & domi mors ſimilis eſt.* Quibus verbis ſatis oſtendit nullum in grauiſſima ſua calamitate eſſe confugium;nec enim minora mala ſunt domeſtica, ſiue ciuilia ſuorum popularium, quàm externorum hoſtium Chaldæorum , nanque extra muros.Chaldæorum obſidione premebantur , ita vt liberum non eſſet exire ab vrbe, domi autem , ſiue intra mœnia , non diſſimilia mala reperiuntur propter ſeditiones , ciuium , ac propter inteſtina diſſidia, & denique propter famem , & peſtilentiam graſſantem in vrbem ; in hæc enim mala incurrit Hieroſolyma, in bellum externorum hoſtium , ° in ſeditiones ſuorum ciuium,in famem,& aëris peſtilentiam. qualia mala comminatus eſt Deus non ſeruantibus legem ſuam , præſertimque idololatris hominibus , vt habetur Deut.32.*foris vaſtabit eos gladius , & intus pauor.* Hæc eadem repetit Ezechiel. *in cap.*7. loquens de excidio Hieroſolymitano : *Gladius foris , & fames , & peſtis intrinſecus ; qui in agro eſt , gladio morietur ; & qui in ciuitate peſtilentia , & fame deuorabuntur.*

° *Hoc eſt bellum externorum,& ſeditiones ciuium fames & peſtilentia.* Deut.32. Ezech.7.

§. II.

Ad Mores.

Anima peccans in Adamo,foris gladium offendit , nempe ſententiam mortis corporeæ, & intus mortem , ſeparationem, ſcilicet, à Deo ; ſiue exteriùs tribulatur aduerſis,quæ intus malis fatigata ſuggeſtionibus non quieſcit.

Moralis autem expoſitio huius loci ea eſt, quam proſequitur Rupert. aſſerens dolorem eſſe Hieroſolymæ,ſiue Eccleſiæ Dei,quando in primo parente Adamo incurrit in mortem ᵖ animæ pariter,& corporis,id eſt , quando vitam amiſit per peccatum, & animam vidit ſeparatam à Deo , quæ mors alia longè grauior eſt , quàm mors corporis;*Vide Domine*,inquit,*quoniam totus homo duplici morte interemptus eſt ; quod enim exterius eſt,nomine ventris ſignificatum,iam mortuum eſt,quia certiſſimè morietur, quando anima à corpore ſeparabitur : porrò cor meum,inquit illa, quod interius eſt abſconditum,mortuum eſt, ex quo,ſcilicet, peccatum commiſſum eſt ; tunc enim facta eſt ſeparatio inter animam, ac Deum , & ſic foris , & intus amaritudine repleta ſum* Quam eandem allegoriam ſequentia verba exprimunt , *foris interficit gladius , & domi mors ſimilis eſt.* Foris quaſi gladius hæc interimit ſententia , *morte morieris* ; in corde autem mors ſimilis eſt , quia ſicut ſeparatione animæ corpus emoritur , ita ſeparatione Dei anima defuncta eſt:exiſtimat autem Rupert. eleganter antitheſim ᑫ eſſe inter duas literas præfixas in principio præcedentis carminis , & in principio huius;illa enim præfixa litera vocationem ſignificabat ſonatum voluptatum , quas exiſtimauerat amicas anima , quando peccauit: præfixa autem litera huius carminis ſignificat principium,ſiue fontem,vel caput,vt ita oſtenderet diuinus Ieremias , vocatas voluptates in auxilium, amaritudinem intuliſſe ; eadem autem Eccleſia quando inuocauit caput , & principium ſuum Chriſtum ſeruatorem, tunc maximè remedium inuenit. 267.

ᵖ *Moraliter autem figurantur mala animi & corporis , quæ incurrit peccans.*

ᑫ *Antitheſis inter literas præfixas præcedenti & præſenti carminibus.*

268. Mihi non diſplicet ea allegoria huius loci, quam proſequitur Gregor. Magnus *lib.* 3. *mor. cap.*18. quo in loco exiſtimauit in his verbis allegoricè ſignificatum eſſe eum dolorem , quem concepit anima, quando externo dolore affecta, adhuc interiùs tentatur : quod exiſtimat factum eſſe,quando vxor Iob.*in cap.* 1.ei dixit,*adhuc permanes in ſimplicitate tua, benedic Deo , & morere; vxor*,ait,*malè ſuadens, eſt carnalis , & profana cogitatio mentem laceſſens , ſæpe enim , vt dictum eſt, & foris flagellis* ʳ *atterimur , & intus carnali ſuggeſtione fatigamur :* quod Ieremias dixit , *foris interficit gladius , & domi mors ſimilis eſt* ; foris enim gladius interficit,cùm nos exteriùs vindicta configit; ſed domi mors,quia & flagella quidem ſuſtinet , & tamen intus conſcientia à tentationis ſordibus munda non eſt,id quod miſerrimum eſt.

Greg Mag.

Iob.1.

ʳ *Altera allegoria non minus elegans.*

***

§. III.

§. III.

R E S.

Tunc præcipuè votorum locus eſt, cùm ſpei nullus.

269. PRopterea autem principium huius 20. carminis voluit propheta eſſe à litera *Res*, illa enim [f] ſignificat principium, ſiue caput, quaſi voluerit propheta in grauiſſimis calamitatibus à ſolo Deo capite, & principio totius conſolationis, & bonitatis remedium ſperandum eſſe, vt nos aliquando aduertimus ex Plinio, lib. 8. Natural. hiſt. cap. 16. *Tunc*, inquit, *præcipuè votorum locus eſt, cum ſpei nullus eſt*, id eſt, tunc Deus implorandus eſt in auxilium, cum iam nulla ſupereſt ſpes. Quibus ſimilia habet Ioſephus *lib. 18. antiquit. c.* 10. & Philo *in lib. de vita Moyſis*; vbi loquens de exitu filiorum Iſrael ab Ægypto ita dixit, *nolite animo cadere, aliud eſt humanum, & aliud diuinum auxilium; exitum enim inuenire in rebus dubiis eſt Deo proprium, propterea à Deo ſolo ſperandum eſt remedium.* Iure igitur, quando Hieroſolyma introducitur omnino deſperata, præfigitur hæc litera Hebræa, vt ita ſignificatum ſit, in quauis grauiſſima, & extrema calamitate, non ab alio ſperandum [e] eſſe remedium, quàm à Deo.

[f] *Litera Res, ſignificat principium, ſiue caput.*

Plinius.

Ioſephus. Philo.

[e] *Vt ſignificetur à ſolo Deo remedium ſperandum.*

TRACTATVS XXII.

De expoſitione carminis vigeſimiprimi ſub litera, SIN. *Audierunt, quia ingemiſco ego, & non eſt, qui conſoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati ſunt, quoniam tu feciſti: adduxiſti diem conſolationis, & fient ſimiles mei.* Siue, *De crudelitate inimicorum Hieruſalem in calamitate eius.*

270. HÆc eſt vltima [a] pars huius primi capitis, in qua Ieremias ſuam introducit Hieroſolymam deplorantem, ac remedium à diuina clementia poſtulantem. Continetur autem hæc pars duobus vltimis carminibus, in quorum primo aperit crudelitatem, ac immanitatem ſuorum amicorum, ac etiam ſuorum hoſtium in ſemetipſam, vt qui nulla vel naturali compaſſione moueantur in grauiſſima calamitate, & ſibi prædixit ſimilem conſolationem futuram ex ſimillimo eorundem infortunio: in vltimo autem carmine, quam prædixerat calamitatem futuram ſuis hoſtibus, poſtulat à Deo in ſui conſolationem.

[a] *Vltima pars huius capitis his duobus carminibus continetur.*

***

§. I.

Ad Literam.

Nihil acerbius in aduerſitate, quàm ab inimicis derideri, & ab amicis deſeri.

Audierunt quia ingemiſco ego, & non eſt qui conſoletur me.

NOſtrum eſt hoc in loco priorem verſum explicare, cum incipit, *audierunt, quia ingemiſco ego*; vt enim ſæpius iam notaui, nihil eſt durius in calamitate, quàm nullum inuenire amicum conſolatorem, & incidiſſe in irriſores hoſtes calamitatis tuæ: vnde pulchrè D. Hieronym. voluit, duplicem doloris amplificationem [b] eſſe in his verbis; alteram de amicis differentibus auxilium inter gemitus Hieroſolymæ; alteram de hoſtibus deridentibus Hieroſolymam in calamitate conſtitutam: quod ita expreſſit Hieronym. *Anxianti anima, & laboribus afflicta, hoc videtur eſſe augmentum doloris, quod ille, in quem habuit ſpem, differat opem afferre ſolatij, nec non, & hoc maximè illi dolorem ingerit, quòd eam inimici derideant*, [c] *quaſi ſpe fruſtrata à Domino ſuo hanc haberet calamitatem.* Duriſſima autem eſt hæc calamitas, qualem vt extremam deſcribit Michæas in cap. 1. *In Geth nolite annuntiare, lachrymis ne ploretis*: qualis locus eſt 2. *Reg. cap.* 1. vbi rex Dauid admonuit ſuos populares ne deplorarent inter Philiſthæos hoſtes ſuos, Regis Saulis mortem, ne ab hoſtibus Philiſthæis irriderentur: *Nolite*, ait, *annuntiare in Geth, nec annuncietis in compitis Aſcalonis, ne forte lætentur filij Philiſthiim* Eſt locus optimus in hanc ſententiam apud Oſeam, *in cap.* 5. loquẽtem de tranſmigratione Samariæ in exilium, ſiue de 10. tribubus, *facti ſunt principes Iuda quaſi aſſumentes terminum: ſuper eos quaſi aquam effundam iram meam*: quem locum inter alios meliùs intellexit Hieronym. exiſtimauit enim metaphoram ſumptam eſſe, ſiue ſimilitudinem ab hominibus transferentibus terminos in agris ſuis, & propterea exultantibus, quòd latiores habuerint agros, tunc ſenſus eſt: Quando capta eſt Samaria, Iudæa lætata eſt, propter eius exilium, quemadmodum lætari ſolent ij, qui terminos ſuos dilatant, propterea *effundam in eos, quaſi aquam iram meam.* 271.

[b] *Duplicati doloris amplificatio in hoc carmine.*

Hieron.

[c] *Quòd ſpe fruſtrata ſit & quòd ab inimicis deridentur.*

Mich. 1.

2. Reg. 1.

Oſeæ. 5.

Hieron.

Ex quibus colligitur, quàm dura ſit irriſio in laboribus; vnde Sanſon maluit ſe ipſum cum hoſtibus miſera ruina opprimere, quàm eorum viuus ferre conuitia: ſic etiam Saul maluit ſe ipſum [d] occidere, quàm incidere in manus irridentium Philiſtinorum: doluit Tobias ſui irriſionem *cap.* 3. ingemuit, & ſibi mortem precatus eſt, quando ei inſultauit vxor eius. Dauid quoque domo pulſus à filio, & à Semei irriſus dixit, *Dilatauerunt ſuper me os ſuum, dixerunt: Euge, euge. Viderunt oculi noſtri, vidiſti Domine, ne ſileas*, vt eſt in Pſalm. 18. & 34. imò & Chriſtus indoluit irriſus, vt dicitur propheticè. Pſalm. 21. *Omnes videntes me, deriſerunt me.* Mirum igitur non eſt, ſi Synagoga doluerit maximè irriſionem ſuorum hoſtium. 272.

[d] *Hoc autem poſterius adeo ægrè ferunt homines, vt mortem præferant etiam iuſti.*

Tob. 3.

Pſalm 18.

Pſalm 34.

Pſalm. 21.

***

§. II.

Ad Literam.

Ieroſolyma recognoſcens ſuam à Dei iuſtitia venire calamitatem, in proximo eſt, vt conſolationem recipiat.

273. *Omnes amici mei audierunt malũ meum, lætati ſunt, quoniam tu feciſti.* SEcundò, non eſt ita clarum quem ſenſum [e] faciant verba illa, cùm Propheta in figura Ieroſolymæ dixit, *Lætati ſunt, quoniam tu feciſti.* Sunt enim, qui velint, illud eâ mente dictum eſſe, quaſi Ieroſolyma ſibi voluerit conciliare diuinam clemẽtiam, aſſerendo hoſtes ſuos lætantes dixiſſe; non propter aliam rationem Ieroſolymam ea mala paſſam fuiſſe, quàm quia Deus voluerit; aliter enim futurum dicebat, ſi Deum non coluiſſet. Ita voluit Rab. Salom. cui ſuffragatur Theodoret. Mihi verò non placet talis [f] expoſitio, non etenim adultera Synagoga, qualis introducitur à Propheta, illud aſſerere potuit, ſe Deum verum perpetuò coluiſſe, ac ſanctam, & inuiolatam ſeruaſſe fidem, cum plerunque idololatra deprehenſa ſit: proinde hæc verba ſimpliciùs intelliguntur, vt aduertit noſter Luſitan. Petrus à Figeiro, quaſi ſit ſenſus: Illi lætati ſunt, & irridentes, quaſi victores, & authores meorum malorum exultant; ego verò agnuſco vniuerſa hæc mala, quæ patior, à te authore procedere; ſic enim feciſti, vt inimici mei lætentur, fateantur tamen lætantes, [g] quaſi victoriam ſuis viribus comparauerint, ſic enim feciſti, vt per eos mea ſcelera puniretur.

[e] *Dubitatio.*

Rab. Salom. Theodor.

[f] *Expoſitio Rab. Salom. reiicitur eſſi cauter.*

Petr. à Fig.

[g] *Propria Authoris ſententia.*

274. *Adduxiſti diem conſolationis, & fient ſimiles mei.* Maior difficultas eſt in ſequentibus [h] verbis, cum dicitur, *adduxiſti diem conſolationis, & fient ſimiles mei.* In quibus verbis illud primò notandum de more Hebræorum, in Scriptura præſertim apud Prophetas conſuetum eſſe vti præterito [i] pro futuro ad ſignificandam certitudinem rei, quæ prædicitur, vt quando minùs ſit certò euentura, quaſi iam eueniſſet; ſic enim ſolent Prophetæ diuinas comminationes prædicere, tunc ſenſus erit: Adduces tempus deſtructionis Babyloniæ, quod miſeram Ieroſolymam conſolabitur, eſt enim vnica in calamitate conſolatio, vidiſſe eadem paſſuros, qui inflixerunt: qualis conſolatio reperitur *Pſalm.* 136. Gens Hebræa delata iam in Babyloniam dixit, *Filia Babylonis* [l] *miſera, beatus, qui retribuet tibi retributionem, quam retribuiſti nobis; beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.*

[h] *Difficultas.*

[i] *Præteritum pro futuro à Prophetis vſurpatur.*

Pſalm. 136.

[l] *Babylonis deſtructio prædicitur.*

§. III.

Ad Mores.

Inſultent vtique ſanctis impij in hoc mundo: ſed heu miſeris, qui pro vnius horæ triumpho perpetuis ſupplicijs punientur!

275. MOralis autem elicitur ſenſus ex hoc carmine de mente Ruperti Abbatis, & Hieronymi, quorum primus voluit clamorem eſſe Eccleſiæ cadentis in Adamo triumphatæ, ac debellatæ à malo dæmone, cuius ruina [m] lætantur mali Angeli, quaſi triumphum agentes cum inſultatione ante ſuperbiæ ſuæ currum; verumtamen tempus erit, ait Eccleſia redempta per Chriſtum, cum mihi iuſtiſſimam vltionem oſtendet Deus, ita vt ego in die iræ, eorum videam extremam calamitatem.

Rupert.

[m] *Anima de cuius ruina lætabatur inimicus, per Chriſtum redempta ſperat vltionem de malo dæmone:*

276. Non diſſimilis eſt ſententia Hieronymi exiſtimantis in hoc loco orationem eſſe Eccleſiæ in eos, qui eam perſequuti ſunt, *Adducet enim*, ait Hieronym. *diuina clementia, poſt illatam ſeruis ſuis flagelli correptionem, piæ conuerſionis paternam conſolationem, vt poſt diuturnum laborem habeant reſpirandi poteſtatem: è contrario autem tortoribus eorum, poſt vanam mundi lætitiam iuſta damnatio reddet diuturnæ calamitatis mœſtitiam, vt recipiant* [n] *in ſemetipſis, quod iniquè egerunt in proximis: ac ita fit, vt patientia Sanctorum coronetur, & iniuſtitia impiorum puniatur.* Quod voluit Regius Vates *Pſalm.* 67. vbi inter cætera ita dixit, *dum diſcernit cæleſtis reges ſuper eam, niue dealbabuntur in Selmon*, id eſt, quando Deus vlciſcetur in Reges, ac tyrannos Eccleſiæ hoſtes, erunt fideles niuei, ſicut nix in Selmon: quam è perſecutionibus diſcuſſis concipiet lætitiam, pij enim, vt nix, erunt candidi; metaphora ſumpta à monte Selmon cauernoſo, horrido tenebris, & aſperitate ſyluarum, qui tamen perpetuò albeſcit à niue, ita quoque Sancti præ lætitia albi, & candidi erunt, quando perſequotores eorum æterna mœſtitia condemnabuntur.

Hieron.

[n] *quin & de perſequutoribus hominibus.*

Pſalm. 67.

§. IV.

S I N.

Diuinant plerunque miſeri in ſupremo ſpiritu vindictam inimicorum in ſui doloris lenimen.

277. PRæfixa autem eſt in hoc carmine litera Hebræa, *Sin*, quæ de mente D. Ambroſij *ſuper Pſalm.* 118. ſignificat ſuper-vulnus; [o] eſt autem ſuper-vulnus medicamentum, quo vulneris acerbitas mitigatur; etenim ſuper vulnus oleum infunditur, vt omnis vulneris aſperitas molliatur. Vbi eſt ergo ſpes refundendæ ſanitatis, ibi adhibentur medicamenta vulneribus; etenim cum Ieroſolyma doleat ſoa in calamitate nullum inueniſſe conſolatorem, ſed plures irriſores, vulnus eſt: proptetea poſtulat vindictam adhiberi vulneri; ſolet enim plerunque vindicta dolorem vulneris mitigare. Non igitur deſperatam ſalutem voluit eſſe diuinus Propheta ſuæ Ieroſolymæ, quando in oratione penè deſperatæ mulieris principium voluit eſſe à litera *Sin*, quæ ſuper vulnus ſignificat, vt ita oſtenderet tantæ calamitatis [p] futuram aliquando conſolationem, ſi locus tamen de primo excidio intelligatur; ſi enim de ſecundo per Romanos ſermo erit, nunquam conſolationem inuenient Hebræi, ſed deſperantes perpetuò ſperabunt.

Ambroſ.

[o] *Litera Sin, medicamen ſignif. ac vulneris.*

[p] *Quaſi non defutura eſſet conſolatio afflictæ Ieroſolymæ.*

278. Scio aliam ſignificationem habere hanc literam, apud bonos Authores; ſignificat [q] enim *dentes*, quaſi dentata ſit oratio, & penè fatidica mulieris

[q] *Quaſi fatidica ſit oratio eadem*

in Ieroſolyma, ſignificat enim hac litera denses. Ciceron. Plato.

mulieris iam morientis; ſolet enim anima diſcedens fatidica eſſe, ac videri: quod Cicero dixit lib. de diuinat. 1. *Appropinquante morte multò eſt diuinior natura.* Quod Plato etiam notauit *in Apolog. Socrat.* vbi introducit morientem Socratem, ac ita loquentem: *In illud tempus incidi, quo homines ſolent maximè futura prædicere, præſertim quando vindictam ſuis hoſtibus imprecantur.* Sicut Hector apud Homerum *lib. 10. Iliadis*, mortem imprecatus Achilli eandem certiſſimè prædicens, ſic dixit:

Homerus.

Improbe et Paris, & lunato Delius arcu
Proſternent medio cæcaſub limine porta.
Talia dicenti, gelidos mors occupat artus.

Sic quoque Propheta ſuam introducit Ieroſolymam dentata, & fatidica oratione penè iam morientem, & prædicentem ſimilem calamitatem ſuis hoſtibus Chaldæis.

TRACTATVS XXIII.

De expoſitione vigeſimiſecundi, & vltimi Carminis capitis primi ſub litera THAV. *Ingrediatur omne malum eorum coram te, & vindemia eos, ſicut vindemiaſti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mærens.* Siue, *De imprecatione cadentis Ieroſolymæ in hoſtes ſuos.*

§. I.

Ad Literam.

Imprecatio eſt hic in hoſtes, quæ licet debitis circunſtantiis licita ſit, non eſt tamen conſulenda, quia periculoſa.

279. *Ingrediatur omne malum coram te, & vindemia eos, ſicut vindemiaſti me.* AD finem huius ptimæ lamentationis eadem mala poſtulat Ieroſolyma ſuis hoſtibus, quæ eadem ipſa paſſa fuerat ab eis; proponit autem diuinus Vates artificioſè iudiciariam formam condemnationis, in qua, ſcilicet, deſerri ſolent tabulæ continentes omnia ſcelera reorum, qui eo in iudicio iudicandi ſunt; hoc enim videtur ſignificare hoc loco verbum, *Ingrediatur omne malum coram te*, quod Hebraicè[a] dictum eſt, *ante faciem tuam veniant*, ſiue *manifeſta fiant meorum hoſtium omnia ſcelera in iudicio, vt nullum eorum impunitum permaneat:* quo ſenſu dictum eſt Pſalm. 108. *In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conſpectu Domini, & peccatum matris eius non deleatur*; quandiu enim Deus pœnam ſceleribus differt, tandiu

Hebr. Text. [a] *Hebraiſmus proponendi crimina Hebræorum in iudicio.* Pſalm. 108.

peccatorum videtur obliuiſci; quod grauiter dixit Plutarchus *in lib. de Sera numinis vindicta*, Plutarch.
cum cauſam, & rationem quærit, cur diuina prouidentia ſeriùs aliquando puniat grauiſſima ſcelera, cùm ait: *Ha numinis cunctationes, ac mora abſurdè ſe plerunque habere videntur, quandoquidem tarditas, prouidentia fidem adimit, ac etiam inducere videtur obliuionem Dei eorum ſcelerum, quorum maxima recordatio oportebat eſſe.* Oſtendit autem Ieroſolyma quali[b] ſupplicio ſuos hoſtes puniri velit, cum dixit, *Vindemia eos, ſicut vindemiaſti me propter omnes iniquitates meas*: id quod dixit amplificando ſuam calamitatem, cum maiori pœna eos puniri voluerit, quàm ipſa à Deo punita eſt propter ſua omnia ſcelera. Conſueta autem metaphora eſt vindemiæ apud hunc Vatem, de qua ſupra iam diximus, eſt autem ſumpta ab iis, qui vineas vindemiantes ſuis omnibus fructibus eas ſpoliant, quod voluit Ieroſolyma cum dixit, *vindemia eos, ſicut vindemiaſti me*; fac vt ſicut me vindemiatam vidi omnibus bonis, ſic quoque eos videam vindemiatos.

[b] *Quale ſupplicium ſuis optet hoſtibus Ieruſalem.*

Non habet hic locus maiorem difficultatem, quàm eam, quam ſæpius monet D. Auguſtinus. 280.
Vtrùm ſcilicet, huiuſmodi imprecationes in forma optatiua, quæ frequenter in Prophetis reperiuntur, tales ſint, quales eſſe videntur,[c] an potiùs propheticæ ſint, quibus futura ſolent prædici à Prophetis? tales enim eas voluit Auguſt. quales *in lib. de ſerm. Domini in monte, cap. 37. & 42. Pſalm. 68. & Pſalm. 108. & lib. 16. contra Fauſtum, cap. 22.* Solet autem D. Auguſt. vniuerſas has loquendi formas, quæ optandi ſignificationem habent per futurum denuntiare, explicans locum Pauli 2. ad Timoth. 4. *Reddat illi Dominus ſecundùm opera eius*: legendum[d] putat Auguſt. *reddet illi Dominus*, vt legiſſe videntur Patres Græci, ne viri ſancti videantur agere contra charitatem proximi: ita voluit Hieron. *hoc in loco*, & *Pſalm. 11.* ad verba illa, *diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa.* Verùm D. Thom. *2.2. q. 25. a. 6. & q. 76. art. 1.*[e] exiſtimat fas eſſe viris ſanctis mala imprecari, non tamen ſub ratione mali, ne ſcilicet ampliùs noceant fideles, vel ne deteriores fiant ij, quos contra mala imprecantur: quod etſi verum ſit, periculoſum tamen eſt. Hoc tamen in loco[f] vera videtur imprecatio, vt quæ prophetæ non ſit, ſed potiùs mulieris idololatræ laborantis grauiſſimis affectibus, ac plenæ iracundiæ, in quo ſtatu ſolent mulieres plerunque infelicia ſuis hoſtibus imprecari.

Auguſt. [c] *Dubitatur an ſint propheticæ imprecationes.* 2. Timot. 4. [d] *Affirmat Auguſt.* Hieron. Pſalm. 11. D. Thom. [e] *D. Thom. ſub conditione concedit imprecationem malorũ.* [f] *Hic planè imprecatio apparet, non prophetia.*

Quod autem in fine addidit, *Multi enim ſunt gemitus mei, & cor meum mærens*, ea ratione videtur addidiſſe Ieroſolyma, vt cauſam, & rationem redderet, cur ſuos hoſtes in iudicium vocauerit, quaſi velit, vehemens dolor, & vehementior[g] animæ perturbatio hoc efficit, cùm nullam aliam conſolationem in tantis calamitatibus inuenire potuerit, eam tamen vindictam poſtulauit in eos, qui me miſeram reddiderunt; ac ita concluſit ſuam primam lamentationem Ieremias Propheta. 281.

[g] *Ex vehementi dolore proueniens.*

* * *

§. II.

Ad Allegoriam & Mores.

Conqueritur Eccleſia hîc per prophetas, quæ in Adamo vſquequaque punita fuit, quòd non venerit in iudicium Dei omne peccatum inimici ſeductoris, neque in eo diuina vindicta conterendi per mulierem caput eius locum habuerit tempore captiuitatis Babylonicæ.

282. HVius autem earminis, talis eſt motalis ſenſus: Eccleſia quæ miniſterio dæmonum in Adamo perierat, iuſtam poſtulat de ſuis hoſtibus vindictam propter ſuam miſeram ruinam, quod ita expreſſit D. Hierooym. *aſſumpta*, ait, *pro nobis clamat infirmitas*, [h] *vt damnentur nocentes*, id eſt, diabolus cum miniſtris ſuis. Id quod nouerat eertiſſimè fututum. Amplificat hunc moralem diſcorſum elegantiſſimè Rupert. Abbas, quem vt meliùs intelligamus, ſciendum eſt, ſtatim vbi primùm Eccleſia in Adamo excidit, eandem punitam eſſe à Deo, tum in corpore, tum eriam in animo, cùm tamen malus dæmon, qui inſtrumentum fuerat eius ruinæ, eo tempore quo Ieremias hæc ſcripſit, noodum fuerat ponitus; quod enim ei Dominus comminatus fuerar, *ipſe conteret caput tuum*, factum eſt poſtea temporibus Chriſti.

[h] *Infirmitas noſtra clamat vt damnentur nocētes,*

Hieron.

Rupert. Ab.

283. Hoc igitur ſuppoſito talis eſt diſcurſus Ruperti Abbatis pondetantis ea verba prophetæ hoc in loco: *Ingrediatur omne malum coram te*, quaſi velit, *aliquod malum dæmonum in iudicium tuum iam venit, nondum tamen omne malum eorum; olim enim eorum ſuperbia, qui ſuper omnes extolli voluerunt, tanquam grauiſſimum malum, ingreſſa eſt iudicium tuum, propter eorum ſuperbiam deiecti ſunt de cælo: illud aliud malum, quo me opus manuum tuarum in ipſo ſtatim limine vitæ, quando vix è tuis manibus pulcherrima egreſſa eram, ſic recenter productum deceperunt* [i] *per ſerpentem, hoc malum nondum ingreſſum eſt iudicium tuum, nondum punitum eſt, cum tamen meum malum ingreſſum iam ſit coram te, iam iudicatum, ſtatim enim vt commiſſum eſt, requiſiuiſti Adamum parentem dicens, Adam vbi es? tu quoque dixiſti mulieri: Tu feciſti hoc, ac proinde vindemiaſti me, dicendo multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios tuos. Deinde viro, & mulieri dixiſti: Puluis es, & in puluerem reuerteris, nondum tamen dæmoni pœna inflicta eſt, quamuis iam puniti ſint propter eorum peccatum primum; illud deerat, vt eius contereret caput, ſicut ei comminatus es: ingrediatur igitur omne malum coram te, conclude in inferno rebellantem, & perpetuò perſequentem Eccleſiam in tuo extremo iudicio, quando mihi veniet dies conſolationis propter gemitus pœnitentis, & dolorem agentis pœnitentiam.* Quod Ioan. *in ſua reuel.* videtur voluiſſe, cùm *cap. 6.* introducit Sanctos clamantes contra dæmonem, & miniſtros eius, *Quare Domine non vindicas ſanguinem noſtrum?*

Idem.

[i] *Qui deceperunt ipſam per ſerpentem ſeductorem,*

[l] *Et vſque modo non receperunt propter hoc debitam pœnam.*

†

§. III.

THAV.

Eorum malorum terminus, & remedium per crucem Chriſti.

TAndem explicanda eſt vera ſignificatio poſtremæ literæ alphabeti Hebraici, nomine, *Thau*, de qua illud notauit D. Hieronym. *lib. 3. in Ezechiel. cap. 9.* & *in prolog. libror. Reg.* vbi docet, in antiquis Hebraicis literis, quibus nunc Samaritani vtuntur, extremam literam alphabeti Hebraici, crucis [m] habuiſſe ſimilitudinem: nanque Heſdras ſcriba ſimul & doctor Hebræus poſt captam Hieroſolymam, & poſt reparationem templi ſub Zorobabele alias literas inuenit, quibus nunc vtimur, cum tamen ad illud vſque tempus, Samaritanorum, & Hebræorum iidem fuerint characteres. Quam ſententiam confirmat Hieronym. ex cyclo argenteo Hebræo, quem conſeruatum reliquit nobis Benedict. Arias Montan. in quo planè videtur, non diſſimiles eſſe aliquas literas Hebræas aliquibus Græcis characteribus. Cùm autem Græcorum *Thau*, expreſſam habeat crucis effigiem, fit eandem retuliſſe antiquum *Thau*, Hebræum. Sequitur eandem ſententiam Tertull. 3. *contra Marcion.* & *in lib. aduerſus Iudæos.* Origen. *hom. 3. in Ezechiel.* Clem. Alex. *lib. 3. ſtromat.* Ambroſ. *lib. 1. de Abraham. c. 3.* 284.

Hieron.

[m] *Litera* Thau *crucis effigiem habet,*

Arias. Mont.

Tertull.

Orig.

Clem. Alex.

Ambr.

285. Et quod magis eſt, apud Ægyptios *Thau* ſignum ſalutis erat, vt aduertit Cel. Rodig. *lib. 10. lect. antiq. cap. 8.* Imò & iudices litera *Thau* notatos eſſe voluerunt, eos, quos liberabant à morte; quos verò damnabant, litera *Theta*. Vnde eſt illud apud Martial. *lib. 7. epig. epig. 36. ad Caſtricum.*

Cel. Rodig.

Martial.

Noſti mortiferum geſteris, Caſtrice, ſignum,
Eſt operæpretium diſcere Theta nouum.

Qua de re videndus erit Alex. ab Alex. *lib. 3. c. 5.* Bryſſonius *lib. de formulis.* Fenquillinus *ad 4. Satyr. Perſij.* Poteſt igitur duplex eſſe ſignificatio hoc in loco literæ vltimæ alphabeti, ita vt vel terminum [n] ſignificet, quaſi per Chriſtum Dominum hæc omnia mala finem tandem habitura ſint: vel ſaltem vt crucem ſignificet, per quam omnia hominibus reparanda erant. Niſi malis, dolentis Eccleſiæ ſignum eſſe *Thau*, ſiue Crucem, quo ſigno notantur lugentes in Scriptura, habituri aliquando conſolationem in ſuis lachrymis.

Alex. ab Al.

Bryſſonius.

Fenquillin.

[n] *Quaſi terminum ſignificet omnium malorum per Chriſtum futurum.*

CAPVT SECVNDVM.

ALEPH.

QVOMODO obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion: proiecit de cælo in terram inclytam Iſrael, & non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die furoris ſui?

BETH.

Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia ſpecioſa Iacob: deſtruxit in furore ſuo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum, & principes eius.

GHIMEL.

Confregit in ira furoris ſui omne cornu

nu Iſrael: auertit retrorſum dexteram ſuam à facie inimici: & ſuccendit in Iacob quaſi ignem flammæ deuorantis in gyro.

DALETH.

Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus, firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis: & occidit omne quod pulchrum erat viſu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quaſi ignem indignationem ſuam.

HE.

Factus eſt Dominus velut inimicus: præcipitauit Iſrael, præcipitauit omnia mœnia eius: diſſipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam.

VAV.

Et diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum, demolitus eſt tabernaculum ſuum: obliuioni tradidit Dominus in Sion feſtiuitatem, & ſabbatum: & in opprobrium, & in indignationem furoris ſui regem, & ſacerdotem.

ZAIN.

Repulit Dominus altare ſuum: maledixit ſanctificationi ſuæ: tradidit in manu inimici muros turrium eius: vocem dederunt in domo Domini, ſicut in die ſolemni.

HETH.

Cogitauit Dominus, diſſipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum ſuum, & non auertit manum ſuam à perditione: luxitque antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt.

TETH.

Defixæ ſunt in terra portæ eius: perdidit, & contriuit vectes eius: regem eius & principes eius in Gentibus: non eſt lex, & prophetæ eius non inuenerunt viſionem à Domino.

IOD.

Sederunt in terra, continuerunt ſenes filiæ Sion: conſperſerunt cinere capita ſua, accincti ſunt ciliciis, abiecerunt in terram capita ſua virgines Hieruſalem.

CAPH.

Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea: effuſum eſt in terra iecur meum ſuper contritione filiæ populi mei, cùm deficeret paruulus & lactens in plateis oppidi.

LAMED.

Matribus ſuis dixerunt: Vbi eſt triticum & vinum? cùm deficerent quaſi vulnerati in plateis ciuitatis: cùm exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.

MEM.

Cui comparabo te? vel cui aſſimilabo te, filia Hieruſalem? cui exæquabo te, & conſolabor te, virgo filia Sion? magna eſt enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui?

NVN.

Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas, & eiectiones.

SAMECH.

Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam: ſibilauerunt, & mouerunt caput ſuum ſuper filiam Hieruſalem: Hæccine eſt vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuerſæ terræ?

PHE.

Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui: ſibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: Deuorabimus: en iſta eſt dies, quam expectabamus: inuenimus, vidimus.

AIN.

Fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit ſermonem ſuum, quem præceperat à diebus antiquis: deſtruxit, & non pepercit, & lætificauit ſuper te inimicum, & exaltauit cornu hoſtium tuorum.

SADE.

Clamauit cor eorum ad Dominum ſuper muros filiæ Sion: Deduc quaſi torrentem lacrymas per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.

COPH.

Conſurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum: effunde ſicut aquã cor tuum ante conſpectum Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame, in capite omnium compitorum.

RES.

Vide Domine, & conſidera quem vindemiaueris ita: ergóne comedent mulieres fructum ſuum, paruulos ad menſuram palmæ? ſi occiditur in ſanctuario Domini ſacerdos, & propheta?

SIN.

Iacuerunt in terra foris puer & ſenex: virgines meæ, & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfeciſti in die furoris tui: percuſſiſti, nec miſertus es.

THAV.

Vocaſti quaſi ad diem ſolemnem, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini qui effugeret, & relinqueretur: quos educaui, & enutriui, inimicus meus conſumpſit eos.

TRACT.

TRACTATVS I.

De expoſitione primi carminis ſub litera, A L E P H. *Quomodo obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion: proiecit de cælo in terram inclytam Iſrael, & non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die furoris ſui?* Siue, *de proiectione Hieruſalem in profundum malorum per Dei iracundiam.*

§. I.

Ad Literam.

Quæ ſingulari Dei munere nube lucida protegebatur olim gens Hebræa, nunc ſub horrido, & procelloſo turbine, conſtituta Dei iracundiam, ſuamque videt ante oculos ruinam.

1. *Quomodo obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion: proiecit de cælo in terram inclytam Iſrael.* ITa diuinus propheta ſecundâ aggreditur lamentationem in hoc ſecundo cap. in quo quemadmodum præfati ſumus in tertia præparatione ad principium primi capitis, cum de præparatione huius operis diceremus, notauimus miſeram ſeruitutem totius regni [a] Iſrael, ſiue Iudæ, deploratam eſſe à Ieremia propheta, poſtquam in primo cap. lamentatus eſt excidium Hieroſolymæ florentiſſimæ vrbis totius Aſiæ; hoc enim videtur præcipuum argumentum totius huius cap. hæc eius materia, quamuis interdum propheta alia permiſceat, ſicut fieri ſolet à vehementer dolentibus, quibus interdum grauiſſimus dolor filium, & ordinem dicendorum interrumpit: mihi placuit hæc ſententia, quoniam eam aſtruit doctiſſimus Burgenſ. in eamque inclinare videtur D. Hieronym. dum ait: *Quærit propheta hoc in loco, quomodo pulcherrima habitatio Sion, & inclyta Iſraelitarum gens, quæ Angelico miniſterio ſuffulta per ipſum Dominum ducatum de terra Ægypti per mare rubrum tranſlata eſt, & in deſerto multis miraculis, ac diuinis ſolatiis ditiſſimè per Moyſen, & Aaron educata, ita vt vocabulo ſcabelli pedum Domini propter ſtatum diuini cultus, qui in ipſa plebe tunc præcipuus erat, meritò nuncuparetur, nunc in die furoris à ſumma felicitate ſit eiecta, quaſi de cælo in terram.* Quibus in verbis ſatis oſtendit Hieronym. quòd quamuis de ſola Hieroſolyma loqui videatur propheta, non tamen de ea ſola, ſed de vniuerſo regno Iudæorum locutus ſit in hoc capite, quamuis per ſuas partes illud compleuerit.

[a] *Argumentum huius capitis eſt lamentatio excidij regni Iſrael ſiue Iuda.*

Burgenſ. D. Hieron.

2. In prima igitur parte huius cap. 2. in hoc primo carmine introducitur ipſe propheta cogitabundus, & ſtupefactus inter ipſas ruinas vrbis, & regni, ſecum ſolus loquens, [b] conferendo veterem felicitatem cum infelicitate præſenti, numerando omnia decora regni, & gentis illius, quæ omnia miſerè ſunt violata, imò infeliciter, & indecorè deperdita. Sic enim ſolent elegantiores Poëtæ, deſperatos & vehementer dolentes viros ſolos ſecum loquentes introducere qualem Herculem fecit Tragicus in Hercule furente; qualem etiam fecit Hecubam inter ruinas Troiæ. Sic ſe ipſum introducit Ieremias, cuius dolentis, & admirantis ſunt hæc prima verba: *quomodo obtexit caligine in furore ſuo Dominus filiam Sion?* Eſt autem particula, *quomodo*, inquirentis, ſeu potius admirantis, & obſtupeſcentis hominis præ magnitudine calamitatis, cuius indagat cauſam, & rationem, de qua particula nos multa diximus ad principium cap. 1. cum explicaremus illa verba, *quomodo ſedet ſola ciuitas.*

[b] *Qui loquitur eſt ipſe Ieremias.*

Tragicus.

Introducit igitur propheta Deum quaſi præ [c] iracundia fumantem, quo ex furore veluti caliginoſa nubes concreuit, quæ miſeram operuit Hieruſalem, quam vocat Sionis filiam, de more Hebræorum, propterea quod magna pars vrbis poſita ſit in monte Sion, & fuerit quaſi partus illius montis. Eſt autem metaphora deſumpta à vaporibus, qui coïerunt in nubem denſam, nigram, & horridam, quæ propterea diſſoluitur in tempeſtatem vehementem, fulgurantem, & fulminantem, qua deiiciuntur ea, quæ munitiſſima, & fortiſſima ſunt; ſic enim ſolent tempeſtatem deſcribere probati Authores, concretos ſcilicet, in nubem vapores, ſolutos autem in fulmina; talem dicit videri ſibi videre nubem horridam ſuper Hieruſalem, qualis imaginatio ſolet eſſe dolentibus. Fortaſſis in his verbis alluſio eſt, ad eam [d] nubem, quæ egreſſos filios Iſrael ab Ægypto interdiu ab æſtu protegebat, de nocte verò in tenebris illuminabat euntes, vt ea comparatione amplificaret præſentem calamitatem vrbis, quaſi vellet propheta: longè diſſimilis nubes cooperuit Hieruſalem, ab ea, quæ iam olim fauente Deo ductabat exercitum Hebræum interdiu protegendo, de nocte illuminando. Adiecit ſtatim propheta, *proiecit de cælo in terram inclytam Iſrael*, vt oſtenderet, nubem diſſolutam eſſe in tempeſtatem, qua in ruinas iuit Iſrael, ſiue decor totius regni Iudæ; ſic enim Hieruſalem appellabant Hebræi, propter templum ſacrum, quod gloria, & ornamentum erat totius regni; vnde hæc verba, *proiecit de cælo in terram inclytam Iſrael*, Hebraicè ita potius legenda ſunt: *proiecit de cælo in terram gloriam Iſrael*, id eſt, ſanctam ciuitatem, quæ gloria, & honore cælum vſque pertigerat, ignominia, & dedecore vſque ad imam terram proiecta erat.

3.

[c] *Introducit autem Deum præ iracundia fumantem.*

[d] *Alludens fortaſſe ad diſſimilem nubem in deſerto.*

§. II.

Ad Literam.

Quis quæſo in die furoris Domini vſquam refugij locus erit, cum Deus pedum ſuorum ſcabellum in perpetuum proiecit exterminium?

Et

4. *Et non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die furoris ſui.* QVod autem dixit, *& non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum*; vt meliùs intelligatur, aduertendum eſt, in Dei templo, vt dicitur *Exod.* 25. arcam teſtamenti fuiſſe, in qua recipiebantur reliquiæ ſanctæ illius gentis; ſic enim dicitur eo in loco, ſuprà, *arcam facies & propitiatorium de auro mundiſſimo, duóſque cubitos, & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac ſemiſſem latitudo, inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propitiatorium.* vnde fit clarum, propitiatorium eſſe quaſi thronum[e] Dei, arcam verò Domini, quæ ſubiacebat propitiatorio, veluti ſcabellum pedum Dei fuiſſe: mihi nanque vehementer placet Rab. Dauid dicens, hunc locum intelligendum de ſacratiſſima parte ſanctuarij, qualis erat propitiatorium, & arca Domini; ſic enim diuinam iram amplificauit Propheta, cum dixit, Deum præ iracundia nec recordatum fuiſſe ſacratiſſimæ eius partis, in qua pedes eius ponebantur, quando ſedebat in propitiatorio, templum enim, ſacrarium, & omnia euertit de more furentis hominis, & euertentis obuia quæque, etiamſi chariſſima ſint; eſt enim ira furor breuis vt eleganter notauit Chryſoſt. *tom. 5. lib. 3 de Sacerdotio*, nihil ſic mentis noſtræ aciem perturbat, vt ira: quod proſequitur Auguſt. *lib. 1. de ſerm. Domini in monte, cap.* 20. & Seneca *lib. 1. de ira.* ſtatim in principio, *hic affectus*, ait, *totus concitatus eſt, & in impetu eſt doloris, armorum, ſanguinis, & ſuppliciorum; æquè enim impotens ſui, & decoris oblita ira, neceſſitudinum immemor, ſimillima ruinis, quæ ſuper his, quæ oppreſſere, franguntur*: ſic enim Propheta affectu iræ laborantem Deum introducit, cum tamen æternam tranquillitatem Dei, nulla iracundia perturbare poſſit.

Exod. 25.

[e] *Propitiatorium thronus Dei erat, arca verò ſcabellum pedum eius.*

Rab. Dauid.

Chryſoſt.

Auguſt.

Seneca.

5. Vnde iam optimus commentator videtur huius loci Rupertus Abbas, cum ait: *Nunc vide quàm eleganti, quàm magnifica ſimilitudine tumultum ruentis miſeræ ciuitatis expreſſit Propheta, dicendo, & non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die iræ furoris ſui: quaſi regem,*[f] *aut quempiam perſonatum patrem oculis oſtendit ſedentem in alta ſede, ſcabellum tenentem ſub pedibus ſuis tanto furore excitatum, tanta ira commotum, vt ſcabellum pedum ſuorum longè proiecerit, dum neſcit, dum præ ira non attendit, quoniam hoc nociturum ſit pendentibus pedibus ſuis; ſic prorſus*, ait Rupert. *introducit Deum iratum, ac tanto furore commotum, vt ſubpedaneum pedum ſuorum proiecerit, ita vt pendentibus pedibus periclitari videretur.* Similis locutio eſt apud Prophetam Michæam *cap.* 1. cum Deum introducit quaſi hominem laceſſitum aliqua iniuria, furentem præ iracundia, è domo egredientem, vt hominem ſibi iniurioſum omnino perdat; ſic enim, ait Michæas, *Ecce Dominus egredietur, & calcabit ſuperexcelſa terræ, & conſumentur montes ſubtus eum, & valles ſcindentur ſicut cera à facie ignis, & ſicut aquæ, quæ decurrunt in præceps.*

Rup. Abb.

[f] *Quod velut iratus rex, Deus à ſe proiecit.*

6. Ex quibus iam fit, germanam expoſitionem eſſe huius loci, cum Propheta dixit, *& non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum in die iræ furoris ſui*, id eſt, præ furore, & iracundia non eſt recordatus propitiatorij, in quo thronos erat maieſtatis ſuæ, nec verò ſanctuarij, aut templi, imò nec totius vrbis Ieroſolymæ, quæ propter ſacram religionem, & cultum diuinum quaſi ſedes erat Dei, & ſuorum pedum ſcabellum: hæc enim omnia ſignificant hæc verba, quamuis ad amplificandam iram diuinam de ſolo propitiatorio loqui videatur Propheta, tanquam de parte ſacratiſſima, cuius Deum non meminiſſe, oſtendit extremam eius iracundiam. Cùm autem dixit, *in die iræ furoris ſui*, tempus iuſtiſſimæ diuinæ vindictæ ſignificauit, quando ſacrarium, & ſanctuarium[g] templi, quando vniuerſum templum, & vrbem ipſam diuina iracundia euertit, ita vt eleganter mihi notaſſe videatur D. Bonau. *in comm. ad 2. lament* Prophetam Ieremiam in 1. cap. ſuæ lamentationis deploraſſe excidium Ieroſolymitanum per Chaldæos: in ſecundo verò deplorare illud ipſum excidium non iam a Chaldæis factum, ſed a diuina ira, & furore.

[g] *Cum templum, & ſanctuarium, nec non & ſacrarium templi, & vniuerſam vrbem euertit Ieruſalem.*

§. III.

Ad Mores.

O cæca mens hominum, quæ cùm poſſit ſub Dei veſtigiis cælum tenere, maluit per ſuas appetitiones in profundum prolabi malorum omnium?

MOralis autem expoſitio huius loci ea eſt, quæ placuit D. Hieronymo, ita vt Propheta diuinus deploret ruinam eius animæ, in qua olim fuerant impreſſa veſtigia[h] pedum Domini, id eſt, cuius in corde fuerant diuina præcepta, quæ tamen illa ſpreuit, ac diuinam imaginem polluit, & corrupit prauis ſuis appetitionibus, proinde in diuinam incurrit iram, prolapſa à culmine virtutum in prauorum deſideriorum feritatem, iuſto Dei iudicio ſpreta, ac hoſtibus relicta conculcanda. 7.

Hieron.

[h] *Quæ Dei in ſe veſtigia ſpreuit anima ab hoſtibus conculcata proiicitur.*

Non eſt autem cur in hoc ſecundo etiam capite literas alphabeti interpretemur, a quibus vnumquodque carmen inchoauit etiam Ieremias ſuam lamentationem; facile enim erit cuique, ex iis, quæ diximus, accommodatas interpretationes excogitare. 8.

TRACTATVS II.

De expoſitione ſecundi carminis ſub litera, BETH. *Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia ſpecioſa Iacob: deſtruxit in furore ſuo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram: polluit regnum, & Principes eius.* Siue, *De præcipitio Iuda, & Ieruſalem.*

§. I.

Ad Literam.

Adeo excanduit ira Dei in gentem ſuam,

vt

vt ſanguinem, & carnem ſuam in ea prorſus euertiſſe viſus ſit, quam aliquando ex ſemine Iacob erat ſumpturus.

9. *Præcipitauit Dominus, nec pepercit.* PERGIT Propheta deſcribere diuinam iram, quaſi tempeſtatem, & turbinem omnia deuaſtantem, confringentem, & poluentem; quod ſatis indicat verbum Hebræum, pro quo tranſtulit noſter vulgatus, *præcipitauit Dominus*, in fonte enim ſignificat, deſtruere, [a] perdere, diſſipare, & confringere, vt non ſatis fuerit proieciſſe ex alto decorem, & gloriam Iſraël, vt prædictum fuerat in præcedenti carmine, ſed eandem perdere, euertere, & confringere, vt euenire ſolet iis, quæ ex alto aguntur, ea enim franguntur, & diſſipantur; metaphora enim petita eſt ab iis, quæ ex alto præcipitantur, ac ipſa ruina comminuuntur. Quo pacto intelligo locum apud Iob *cap.* 10. vbi idem verbum Hebræum, ac Latinum reperitur, cum Iob ſuam dolens calamitatem ita dixit, *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu, & ſic repente præcipitas me?* Quam metaphoram ſatis exprimere videntur ſequentia verba cum Iob, ſe ipſum explicando, dixit, *memento quæſo, quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me:* quaſi velit: Tunc quando me ex luto produxiſti, quaſi teſtam creaſti; lutum autem ſi ex alto præcipitetur, facillimè confringitur, & comminuitur, ita vt in puluerem redigatur. Meminiſſe igitur oportuerat meæ conditionis, ne præcipitem ageres hominem luteum, & ſic repente in puluerem reduceres. Aliunde putant LXX. Interpretes [b] deductam eſſe hanc metaphoram à nauibus, ſcilicet, quæ vi tempeſtatis à fluctibus obruuntur, & demerguntur: quæ metaphora aliena non eſt ab ea, à qua ſuam hanc lamentationem inchoauerat hoc ſecundo capite à nube ſcilicet obſcura, quæ in tempeſtatem diſſoluitur, cuius impetu demerguntur naues, ſi quæ in mari reperiuntur. Nam verbum Hebræum æquiuocum eſt, & ſignificat etiam deuorare, & abſorbere. Sequentia autem verba, *nec pepercit*, ſignificat illud abſque vlla miſericordia factum eſſe; eſt enim Hebraiſmus, quo frequentiſſimè vtitur ſacra Scriptura ad ſignificandum, vindictam Dei eſſe abſque vllo remedio, & abſque vlla miſericordia.

[a] *Verbum*, præcipitare, *in fonte Hebræo, ſignificat* deſtruere, & perdere.

Iob 10.

[b] *Secundùm verſionem LXX. metaphora ſumitur à naufragio in mediis fluctibus hauſta naui.*

10. Suo igitur ordine Propheta deſcribit calamitatem Ieroſolymæ; poſtquam enim dixit nulla habita ratione proprij periculi Deum recordatum non fuiſſe ſcabelli pedum ſuorum, ſed illud euertiſſe, conuertitur iam Propheta ad ea, quæ propter ſui nobilitatem, & pulchritudinem poſſent ad commiſerationem commouere, dicens, *Omnia ſpecioſa Iacob*, præcipitauit, ſcilicet, Dominus; ſolent enim ea, quæ pulchra ſunt, animum allicere, ac conciliare, vnde pulchrum, ab alliciendo dictum putarunt Græci, quaſi omnes alliciat ad ſui amorem? hinc prouerbium ortum eſt, *quod pulchrum eſt, amicum eſt*, vt dixit Plato *in Lyſide*; extremi autem furoris eſt, eorum, quæ propter ſui pulchritudinem, & elegantiam ad ſui conſeruationem, & amorem vocabant, nullam ſubiiſſe commiſerationem, ſed eadem, non ſolùm proiecta quaſi de cælo in terram, ſed tanta vi proiecta fuiſſe, vt confracta, & in minutiſſimas partes comminuta, ac omnino diſſipata ſint: talia enim dolet Ieremias reddita eſſe palatia regia, [c] auguſtiſſimum templum mœnia vrbis, & pretioſa quæque Gentis Hebrææ: qualis locus eſt apud Senec. in Troade

Plato.

[c] *Per ſpecioſa Iacob, intelliguntur palatia regia, templum, & vrbis mœnia.*

Seneca.

En alta muri decora congeſti iacent
Teſtis aduſtis regiam flamma ambiunt,
Omniſque latè fumat Aſſaraci domus.

Quod etiam doluit Ieremias in ſua prophetia, cap. 39. *Domum Regis, & domos vulgi ſuccenderunt Chaldæi, & murum Ieruſalem ſubuerterunt.* & cap. 51. *Incendit Nabuzardam domum Domini, & domum Regis, & omnes domos Ieruſalem, & omnem domum magnam igne combuſſit, & totum murum Ieruſalem deſtruxit exercitus* [d] *Chaldæorum per circuitum:* quemadmodum etiam loquitur Amos, cap. 3. *Percutiam domum hyemalem cum domo æſtiua, & peribunt domus eburneæ*; & hæc vocat Ieremias *omnia ſpecioſa Iacob* hoc in loco.

Ierem. 39.

& cap. 51.

[d] *Quæ omnia deſtruxere Chaldæi.*

Amos. 3.

Omnia ſpecioſa Iacob. Eſt autem mihi hoc in loco peculiaris difficultas, [e] cur Ieremias ea, quæ pertinebant vel ad ciuitatem Ieruſalem, vel ad regnum Iudæ appellauerit, *ſpecioſa Iacob*, dicens, *omnia ſpecioſa Iacob, deſtruxit munitiones virginis Iudæ.* Ratio autem dubitandi ea eſt, quia Iacob in diuina Scriptura, plerunque ſignificat regnum Samariæ, vel potiùs decem tribus, quæ ſeparatæ ſunt à regno Iudæ; cuius appellationis ea eſt ratio, quia maior pars filiorum Iacob continebatur in decem tribubus, ideóque maior pars nomen accepit à parente ſuo Iacob. Non eſt tamen negandum interdum in eadem ſacra Scriptura regnum Iudæ, quod coaluit ex tribu Iudæ, & ex tribu Benjamin, nomine Iacob ſignificari, vt patet in cap. 2. Iſaiæ, *domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini:* & cap. 14. *miſerebitur enim Dominus Iacob.* Cùm autem aperta ſit ratio, cur regnum Samariæ Iacob appelletur, non eſt ita clara, & manifeſta ratio, cur aliquando regnum Iudæ, Iacob appellatum ſit, præſertimque hoc loco Ieremiæ: pro cuius rei maiori euidentia, ſciendum eſt, plures [f] ſpiritualiter ex domo regia Iudæ, & regno eius, benedictionem per Chriſtum accepiſſe, quæ promiſſa fuerat Iacob, & ſemini eius, quoniam ſalui facti ſunt ex regno Samariæ; vnde pro electis, & prædeſtinatis, plerunque accipitur Iacob, vt colligitur ex cap. 2. Iſaiæ, *Venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob*, & Luc. *in cap.* 1. ſub eadem forma Rex Meſſias appellatus eſt, rex prædeſtinatorum; cum ſanctus Angelus dixit, *& regnabit in domo Iacob in æternum.* Expreſſit hoc Malach. Propheta *in cap.* 1. dicens, *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui:* quem locum de ſanctis prædeſtinatis interpretatus eſt Paulus *ad Roman. c.* 9. & hæc eſt ea querela Eſau in fratrem ſuum Iacob *Geneſ.* 27. cum dixit, *Iuſtè vocatum eſt nomen eius Iacob, ſupplantauit enim me & altera vice, primogenita enim mea ante tulit, & nunc ſecundò ſurripuit benedictionem meam*; conqueritur enim Eſaü ſibi ablata eſſe primogenita ac cælum per fratrem ſuum Iacob. Cùm igitur maior pars ſpiritualis facta ſit ex regno Iudæ, quàm ex regno Samariæ, propterea *ſpecioſa Iacob*, appellauit Ieremias hoc in loco ornamenta omnia vel regni Iudæ, vel ſaltem Ieroſolymæ, quæ caput, & metropolis erat illius regni.

11.

[e] *Dubitatur cur hæc dicta ſint ſpecioſa Iacob.*

Iſaiæ 2. & 14.

[f] *Reſolutio per elegantem ſpiritualiter expoſitio.*

Iſai. 2.

Luc. 1.

Malach. 1.

Rom. 9.

Geneſ. 27.

Deſtruxit

12. *Deſtruxit munitiones virginis Iuda.* } Ego autem exiſtimo prophetiam eſſe amplificationem in his verbis diuinæ iracundiæ, maiorem, quàm fuerit in præcedenti carmine, cùm Ieremias dixit præ iracundia, *non eſt recordatus Deus ſcabelli pedum ſuorum:* hoc autem in loco magis amplificando diuinam iracundiam addidit, *Præcipitauit Dominus, nec pepercit omnia ſpecioſa Iacob, deſtruxit munitiones virginis Iuda,* in memoriam reducens Deum aliquando oriundum fore ex ſemine Iacob, ex carne, [g] & ſanguine Iudæ, futurumque regem in domo Iudæ, & in domo Iacob; tunc ſenſus erit huius verborum: Ita Deus præ iracundia excanduit, vt carnem, & ſanguinem ſuum, Iacob, ſcilicet, & Iudam, euerterit, ſiue omnia pertinentia ad regnum ſuum, tanta fuit ira diuina. Quæ profectò maior eſt iracundiæ amplificatio: quo pacto exiſtimo, diuinum prophetam hoc in loco inculcare voluiſſe Incarnationem Verbi ex ſemine Iacob, & ex ſanguine Iudæ, ac proinde vtriuſque meminiſſe in his verbis.

[g] *Author putat per amplificationem dictum de carne & ſanguine Chriſti ex ſemine Iacob & Iuda.*

13. Quod autem dixit propheta, *deſtruxit in furore ſuo munitiones filiæ Iudæ,* meliùs intelligetur ſi in memoriam reuocentur ea, quæ aliquandu diximus de frequentiſſima conſuetudine ſacræ Scripturæ, qua ſolet prouincias, & vrbes, quaſi mulieres deſcribere, & interdum quaſi virgines, vt in hoc loco, in quo prouinciam Iudæ vniuerſam, vel etiam ſolam vrbem Hieroſolymam virginem Iudæ appellat: non eſt tamen putandum, cum eas virgines appellat, metaphoram acceptam eſſe à pudicitia virginali, ad ſignificandam impollutam, & ſynceram fidem Dei, conſtat enim pleraſque vrbes, & prouincias idololatras, virgines fuiſſe appellatas in ſacra Scriptura, vt conſtat ex *cap.* 37. Iſaiæ, in quo Hieruſalem adultera, virgo eſt appellata, cum dixit, *deſpexit te, & ſubſannauit te virgo filia Sion:* ſic Babylon prophana, virgo eſt dicta, cap. 47. *Deſcende, ſede in puluere virgo filia Babylon.* Hoc igitur nomine potiùs appellantur propter pulchritudinem, [h] propter delicias, & diuitias, inter quas, veluti tenellæ virgines educantur. Deſtruxit igitur in furore ſuo Deus fortiſſima quæque filiæ Sion, inter quæ, veluti virgo condita ſeruabatur Hieroſolyma, vel potiùs totum regnum Iudæ, deſtruxit enim Deus munitiones, & arces eius.

Iſai. 37.

& 47.

[h] *Virginem appellat Hieruſalem propter pulchritudinem, & delicias.*

14. *Polluit regnum, & principes eius.* } Si de primo excidio hæc verba intelligantur, clariſſima ſunt; nunquam enim tam pollutum eſt regnum Iudæ, quàm cùm Rex Sedecias effoſſis oculis captiuus ductus eſt Babylonem, & cum Principes eius filij, ante oculos parentis ſui obtruncati ſunt: niſi malis hunc locum intelligere latiùs, non ſolùm de filiis Regis Sedeciæ, ſed etiam de aliis viris principibus Hebræorum, quos Rex Babyloniæ prophanauit, quando diripiendum dedit regnum, ſicut prædixerat [i] Iſaias c. 39. *De filiis tuis tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babyloniæ,* verbum enim Hebræum ſignificat *prophanauit,* ſiue *publicauit,* ita Hieronym. ac Theodoret. ad hunc locum.

[i] *Si de primo excidio ſermo ſit, vaticiniũ hoc impletum eſt.*
Iſai 39.
Hieron.
Theodoret.

§. II.

Ad Literam.

Quamuis de primo excidio per Chaldæos hic locus videatur impletus Iſaiæ 36. tamen de ſecundo per Romanos non ſine teſtimonio aduerſariorum congruentiùs in eo creditur prophetatum.

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

Mihi tamen placet ex doctrina Rabbinorum, ac ex expoſitione Paſchaſij, viri eruditiſſimi ad hunc locum, vniuerſum hoc carmen ſecundam prophetiam potiùs eſſe totius excidij ſecundi per [l] Romanos, quàm nudam hiſtoriam de primo excidio per Chaldæos; hæc enim omnia, quæ ad pulchritudinem, & ornamentum templi pertinebant, legalia ſcilicet omnia, quæ adueniente veritate Euangelij ceſſatura erant, confracta, & comminuta ſunt, quaſi in nullos vſus profutura deinceps, propterea *præcipitauit Dominus, nec pepercit ſpecioſa omnia Iacob.* Quod autem dixit propheta, *polluit regnum, & principes eius,* Rab Ioſeph, & Rab. Salom. intelligunt ſpiritualiter, *prophanauit regnum cæleſte,* quale putabant appellandum regnum Iudæorum, quod ſpeciali quadam prouidentia à Deo regebatur aſſiſtentibus in eo Angelis, proinde veluti regnum ſanctum, diuinum, & ſacrum erat, ſed Deus illud prophanauit, auferendo ab eo deitatem ſuam, & Angelorum cuſtodiam, propter nefaria ſcelera Iudæorum, tranſlataque ſunt omnia in Eccleſiam Chriſti, quemadmodum Ioſephus Iudæus eleganter notauit *lib. 7. de bello cap.* 12. vbi loquens de prodigiis præcedentibus excidium per Romanos, ita dixit, *feſto autem die,* [m] *quam Pentecoſtem vocant, nocte ſacerdotes interius templum more ſuo ad diuinas res celebrandas ingreſſi, primum ſtrepitum quendam ſenſerunt, poſtea ſubitam vocem audierunt, quæ diceret, migremus hinc;* ita enim videntur dixiſſe Angeli recedentes à templo, quod notauit etiam D. Hieronym. *Amos in cap.* 4. & *in Matth. cap.* 12. iuxta illud quod dictum eſt Luc. *cap.* 13. *relinquetur vobis domus veſtra deſerta,* id quod factum eſt propter nefaria ſcelera Iudæorum, quemadmodum idem Ioſephus notauit *lib. 6. de bello cap.* 16. vbi ita habet: *Puto, ſi Romani contra noxios venire tardaſſent, aut hiatu terræ deuorandam fuiſſe ciuitatem, aut diluuio perituram, aut Sodomæ incendium paſſuram, multo enim magis impiam progeniem tulit, quàm illa pertulerat.* Quod autem Angeli cuſtodes [n] principes appellentur, patet manifeſtè, *Ioſue in cap* 5. cum Angelus dixit, *ſum princeps exercitus Domini:* Daniel in cap. 10. *Princeps Perſarum reſtitit mihi;* quæ loca de cuſtodibus Angelis loquuntur. *Polluit* igitur *regnum, & principes eius,* ſuam auferendo deitatem à populo Hebræo, auferendo etiam ſanctos Angelos cuſtodes; ſic enim regnum Iudæorum pollutum eſt, tranſlata ſanctitate, deitate, & protectione Angelorum in Eccleſiam Chriſti. 15.

[l] *Locus de ſecundo excidio per Romanos aptiùs declaratur.*
Paſchaſius.
Rab. Ioſeph.
Rab. Salom.
Ioſephus.
[m] *Congruit Ioſephi teſtimonium.*
Hieron.
Luc. 13.
Ioſephus.
[n] *Rectè principes dicantur Angeli, cuſtodes regnorum.*
Ioſue. 5.
Dan.

Moralis autem ſenſus eſt de anima, [o] quæ fornicata eſt cum prauis deſideriis relicto amore ſponſi; perdidit enim ſpecioſa omnia ſua, nanque ea detexit Dominus abſque vlla miſericordia; deſtruxit munitiones, quãdo fides infirmata eſt; deſtruuntur etiam virtutum muri, qui hoſtium violentiam contra animam defendebant; proiicitur de cælo in terram, quia violauit connubium ſacrum ſponſi; polluit regnum, & principes eius, quia ipſa, quæ Dei templum erat, polluta eſt cum ſuis ſenſibus, qui malè ei principantur. 16.

[o] *Anima prauis dedita deſideriis, Dei in ſe templũ polluit, & principes, ſenſus nempe, ſibi inique dominantes.*

TRACTATVS III.

De expoſitione tertij carminis ſub litera, GHIMEL. *Confregit in ira furoris ſui omne cornu Iſrael: auertit retrorſum dexteram ſuam à facie inimici, & ſuccendit in Iacob quaſi ignem flammæ deuorantis in gyro.* Siue, *de comminutione roboris, & gloriæ Iacob.*

§. I.

Ad Literam.

Si abſolutiſſimum Iudææ regnum diuinis promiſſionibus, & protectione firmatum ob ſcelera ſua corruit, quid de aliis ſine Deo dominiis ſperandum?

17. *Confregit in ira furoris ſui omne cornu Iſraël.* CVM frequentiſſimè occurrat in ſacra Scriptura nomen *Cornu*, quod varias habet ſignificationes, & ab eius interpretatione pendeat vera intelligentia huius loci, atque aliorum in ſacra Scriptura, ſciendum eſt petitam eſſe metaphoram, [a] ab animalibus, quæ cornu plurimum poſſunt, quales ſunt tauri, atque alia ſimilia fera animantia, quæ virtutem in cornibus poſitam habent; vnde per tranſlationem *cornu* ſignificat robur, atque fortitudinem; interdum etiam gloriam & dignitatem, in qua ſignificatione accipitur 1. *Reg.* 2. ab Anna matre Samuelis, *& exaltatum eſt*, inquit, *cornu meum in Deo meo*, id eſt, abſtulit mihi opprobrium ſterilitatis: & 2. Reg. 22. *Deus fortis meus, & ſcutum meum, & cornu ſalutis meæ*, id eſt, robur meum, vnde plerunque *cornu*, pro potentia regia, & regno accipitur; ſic Daniel *in cap.* 7. *&* 8. Darius, & Alexander, hircus, & aries, reges appellantur, quia cornibus valebant. Quo ſenſu Zacharias pater Baptiſtæ de Meſſia dixit, *& erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui*, id eſt, regiam dignitatem iterum excitauit in domo Dauidis. Hinc Pierius Valer. *lib.* 41. *de ſymbol.* coronam, quæ regium geſtamen eſt, à cornu dictam refert, pleroſque exiſtimaſſe.

[a] *Cornu per metaphoram gloriam, & robur ſignificat.*

1. Reg. 2.

2. Reg. 22.

Dan. 7. 8.

18. Hinc iam patet verus intellectus huius loci, cum Ieremias dixit, *confregit in ira furoris ſui omne cornu Iſrael*, id eſt, abſcidit, ſicut ſonat verbum Hebræum, præſcidit, amputauit, ſeu obtruncauit robor Iſraël, & regnum Iſraël. Eſt igitur in his verbis elegans antitheſis, ſiue [b] oppoſitio inter hæc miſerrima tempora Hebræorum, & eorundem feliciſſima tempora. Videtur enim Ieremias conferre tempus excidij Ieroſolymitani cum eo, quando Iacob congreſſus cum Angelo *Geneſ.* 32. nomen Iſraël accepit, *nequaquam enim*, inquit Angelus, *Iacob appellabitur nomen tuum, quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines praualebis?* De nomine autem *Iſrael*, iam olim longus eſt error; plurimi enim exiſtimarunt Iſraël ſignificare videntem Deum. In quam ſententiam afferunt Nazianz. *orat.* 2. *de Theolog.* Baſil. Origen. Aug. & Chryſoſt. imò, & Philon. *in lib. de profugis*, & *in lib. Quis ſit hæres rerum diuinarum.* Exiſtimo tamen eos in eadem fuiſſe ſententia, in qua olim fuerat Ioſeph. Hebræus *lib.* 1. *antiq. cap.* 19. aſſerens *Iſraël*, ſignificare *Praualentem contra Deum*, ſiue *contra Angelum eius*: in qua ſententia loquitur Amos. *in c.* 4. Hoc aduertit eleganter Guilhel. Aimerus ex familia Dominicana *in com ſuper Gen. c.* 32. aſſerens Iſraël ſignificare principẽ, ſiue præualẽtem contra Deum, vel potiùs videntẽ Deum; quo in loco, Deum videre, verbum bellicum eſt; qui enim in ſingulare certamen deſcendunt, dicuntur, ſeipſos videre facie ad faciem. Iam igitur ſic patet oppoſitio, *confregit in ira furoris ſui Deus omne cornu Iſrael*, id eſt, omne robur & fortitudinem, vſque adeo, vt idem Iſraël, [c] qui ſuperauerat Angelũ Dei, ſuperatus cadat à Chaldæis.

[b] *Comparatio præſentis miſeriæ ad antiquam felicitatem.*

Gen. 32.

Naziana. & alij.

Aimerus.

[c] *Quiſtte ille ipſe Iſrael, qui ſuperauerat Angelum Dei, à Chaldæis proſternitur.*

Niſi magis placeat alluſionem eſſe ad id, quod dictum eſt a Deo Iacob Geneſ. 35. *Non vocaberis vltra Iacob, ſed Iſraël erit nomen tuum, & appellauit eum Iſraël, dixitque ei: Ego Deus omnipotens, creſce, & multiplicare: gentes, & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur, terram, quam dedi Abraham, & Iſaac. dabo tibi, & ſemini tuo poſt te.* Quibus verbis diuinum oraculum pollicetur Iacobo regiam ſtirpem de ſuis lumbis futuram, regnúmque perpetuò conſeruandum in domo Iſraël, cum tamen hoc in loco dictum ſit, *confregit*, ſiue præſcidit, *Deus omne cornu Iſrael*, vel dignitatem regiam, quæ non cohæreat cum illa promiſſione facta Iſraëli *Gen.* 35. Melius hoc intelligetur, ſi in memoriam reuocetur per *omne cornu*, [d] perfectiſſimum, & abſolutum regnum ſignificari, quale fuit regnum Iudæorum interim, dum Regem, & Deum coluerunt; ſicut enim iam diximus, *cornu* ſymbolum regni eſt, vſitata autem phraſi diuinæ Scripturæ, *omne*, perfectiſſimum plerunque ſignificat. Locus eſt apud Paul. 1. ad Timoth. 1. *omnem patientiam*, vocantem abſolutam, & perfectam patientiam: ſic idem Paul. 1. ad Cor. 13. *Si habuero omnem fidem, charitatem autem non habuero*, id eſt, ſi perfectam, & abſolutam fidem habuerò: qualis locutio eſt in Pſalm. 106. *Omnem eſcam abominata eſt anima eorum*, id eſt perfectum, & abſolutum cibum qualis erat manna, non quòd omnium ciborum ſaporem habuiſſet, ſed quoniam perfectiſſimus cibus eſſet. Sic igitur per alluſionem præſentem calamitatem amplificat Ieremias dicens, perfectiſſimum regnum [e] Iſrael, & vndequaque abſolutum, præſciſſum & quodammodo obtruncatum eſt, per Chaldæos, vel potiùs per Romanos, cùm tamen eidem Iſraëli pollicitus fuerit Deus futurum perpetuum eius regnum, nec terram datam Abraham, & Iſaaco auferendam vnquam eſſe Iſraëli, & ſemini eius.

19\.

Gen. 35.

[d] *Siue alluſio ſit ad* [illegible] *quod* [illegible] *omne cornu, perfectiſſimum regnum ſignificat.*

1 Tim. 1.

1. Cor. 13.

Pſal. 106.

[e] *Quale fuit regnũ Iſraël & Iuda.*

Auertit retrorſum dexteram ſuam. Eſt autem hic habitus nolentis pugnare, neque auxiliari amicis, reiecta poſt tergum dextera ante faciem inimici otioſa, & imbelli; talem enim deſcribit Deum Ieremias ingruentibus hoſtibus Chaldæis, nolentem, ſcilicet, adiuuare Iudæos. 20.

Theodor. Iudæos. Aduertit tamen ad hunc locum eleganter Theodor. *& tamen*, inquit, *videbatur Deus generoſo Duci ſimilis, qui facilè poſſet hoſtes offendere, & fundere, & manum vertat, concedens ſcilicet hoſtibus victoriã*; quæ maxima eſt amplificatio[f] & diuinæ potẽtiæ, & diuinæ iracundiæ; cum enim poſſet Chaldæos ſuperare, noluit, ſed manu dextera in tergum reiecta, eiſdem victoriam reliquit; quæ expoſitio mihi placuit, vt quæ commendet diuinam potentiam, & iram, quaſi ſurentem oſtendat, cùm Deus noluerit Hebræos adiuuare, cùm tamen facillimè poſſet, nulla adhibita vi, ſed ipſa potentiſſima dextera retrorſum conuerſa; nanque quemadmodum veteres Ægyptij voluerunt, Deus abſque manibus, & pedibus effingebatur, ita ſignificantes Deo, neque manibus, neque pedibus opus eſſe ad ea exequenda, quæ maximè vellet, qui vel ſolo nutu mundum tremefaciat.

[f] *Diuinam in Iudæos maximè iram amplificat hæc locutio.*

21. *Et ſuccendit in Iacob quaſi ignem flammæ deuorantis in gyro.* Quibus verbis Propheta oſtendit celeritatem[g] diuinæ iræ; atque remedij nullam viam relictam eſſe; lentiùs enim depopulatur ignis carbo ſubiectam materiam, cum tamen celeriùs ignis flamma omnia deuoret, & propterea iræ ſymbolum ſemper fuit, ſicut aduertit Cel. Rodig. *lib.* 10. *lect. antiq. cap.* 31. cum dixit; *nam flamma iræ typum habet*, & propterea dixit Propheta, ignem flammæ deuorantis, *in gyro* autem addidit incendium poſitum eſſe, vt ſignificaret, nec euadendi viam datam eſſe obſeſſis, neque vllum aditum eiſdem relictum fuiſſe, quo poſſent intromittere amici auxilium, ſi vellent.

[g] *Cuius celeritatem ſequentia demonſtrant.*

Cel. Rodig.

§. II.

Ad Mores.

Quæ in ſinu Dei anima ſana fuit integritate, & robore, ab eo egreſſa continuò fit lepr oſa, & hoſtibus traditur conculcanda, Deo manum retrahente.

22. OStendit autem hic locus moraliter, peccatorem hominem derelictum à Deo auxiliante, & protegente, propter ſua tamen ſceleta, qui poſtquam omnes virtutes, & omne robur perdidit virtutum, auxiliatricem manum Dei non habuit; quod eleganter dixit Hugo de S. Victore, *Auertit Deus*[h] *dexteram ſuam ne protegeret, extendit ſiniſtram, vt puniret*; traditur enim ſuis hoſtibus homo, cum defenſor eius ſublatus eſt Deus: dixit hoc D. Hieronym. ad hunc locum explicans ea verba Pſal. 73. *Vt quid auertis manum dexteram tuam de medio ſinu tuo?* Videtur enim Regius Vates in memoriam reducere eum locum Exodi *in cap.* 4. quando Deus iuſſit Moyſi, vt manum ſuam abſconderet in ſinu ſuo, quam poſtquam à ſinu ſeparauit, leproſam inuenit; in ſinu autem reconditam, ſanam habebat: ita, inquit Hieron. anima exiens à ſinu Dei, continuò leproſa, & peccatrix redditur, quæ ſi iterum reducatur ad diuinum ſinum, ſuam inueniet integritatem, & ſanitatem: contrahit autem Deus manum ſuam, & protectionem ſuam à facie inimici animam inſequentis, quia ipſa ſe priùs hoſtibus expoſuit, & adulterum recepit, quia foris egreſſa, cum Dina, vt videret filias hu-

Hug. de S. Vict.

[h] *Auertit Deus dexterã ne protegat extẽdens ſiniſtram, vt puniat derelinquentes ſe.* Pſalm. 73.

Hieron.

[i] *Gabr. à Coſta in Thren. Ierem.*

ius ſæculi, à diabolo eſt polluta, & ipſi incorporata; atque eadem anima ſic egreſſa à Dei protectione, & diuino fauore deſtituta, ſuccenditur voluptatum flammis, donec ad ſinum Dei reuocetur.

TRACTATVS IV.

De expoſitione quarti Carminis ſub litera DALETH. *Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus, firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis, & occidit omne, quod pulchrum erat viſu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quaſi ignem indignationem ſuam.* Siue, *De arcu iræ Dei ferientis.*

§. I.

Ad Literam.

Hebræi, qui Deum correptorem & parentem non ſunt veriti, eundem magno ſuo malo armatum velut hoſtem inſenſiſſimum ſunt experti.

Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus. IAM Propheta plus aliquid de diuina ira dicit, quàm dixerat in præcedenti carmine; introducit enim furorem diuinum iam pugnantem, & iam arma mouentem; qui enim dixerat Deum non ſolùm non deſcendiſſe in fauorem Hebræorum, quo tempore obſeſſi tenebantur à Chaldæis, ſed retro conuertiſſe manum dexteram ſuam, de more eorum, qui pugnare nolunt, in hoc iam carmine dolet Deum, quaſi arma mouentem, arcum, ſcilicet,[a] & gladium vibrantem in fauorem Chaldæorum contra Hebræos; qualem locum ita tranſtulit Paraphraſtes Chaldæus, *tetendit arcum ſuum, & proiecit in me ſagittas ſicut inimicus, ſtetit ad manum dexteram Nabuchodonozor, & auxiliatus eſt ei, quoniam coarctabant populum ſuum domum Iſrael.* Cum igitur Propheta dixit, *tendit arcum ſuum*, bellica inſtrumenta voluit ſignificare: quamuis enim arcus & ſagittæ non ita frequentes ſint apud Europæos homines; ſicut bene notauit Iuſtus Lipſ. *lib.* 4. *de milit. Roman. cap.* 6. frequenter ſagittis, & arcu vtuntur Perſæ, & Aſiatici homines, atque Orientales, ſicut dixit Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. cum aſſerit Perſas, & Scythas inuentores fuiſſe ſagittarum: vnde apud Perſas, & Palæſtinos, arcus pro inſtrumento bellico accipitur. Quo pacto eſt intelligendus locus apud Oſeam in cap. 1. *In die illa conteram arcum Iſrael in valle Ieſrael*, hoc eſt, diſſipabo omnia bellica arma: ſic intelligendus eſt locus ex 2. *Reg. cap.* 1. quando Dauid præcepit vt 23

[a] *Non ſatis habuit ira Dei non auxiliari Hebræis, ſed & arma bellica contra eos miſit.*

Iuſt. Lypſ.

Oſeæ 1.

2. Reg. 1.

docerent filios Iuda arcum,id eſt,vſum armorum, ac proinde idem eſt, tendere arcum, & mouere bellica inſtrumenta; *tetendit* itaque *Deus arcum ſuum*,quia iratus erat contra Iudæos: quo pacto apud veteres,ſimulachrum Apollinis,arcu, & ſagittis effingebatur,quoties Deus iratus oſtendebatur, ſic Statius 1.*Thebaidis*,de Apolline dixit,

Statius.

——— Arcu crudelis iniquo,
Peſtifera arma iacit.

Homerus.

Sic Homerus in principio Iliadis, ſagittarium facit Apollinem,quia iratum dixit,cum verò hæc eadem arma recondit,placidus exiſtimatur,quod

Horatius.

Horat.dixit,*lib*.2.Ode.10.

Non ſemper arcum tendit Apollo.

Id eſt, non ſemper iratus eſt Deus; quod voluit ſignificare Ieremias,hoc in loco,cum dixit, *tetendit arcum ſuum quaſi inimicus.*

24. Eſt autem particula *quaſi* [b] hoc in loco ſimilitudinis,& non veritatis;quo pacto ſæpius accipitur in ſacra Scriptura, ſenſuſque erit, *tetendit arcum ſuum* ad inſtar alicuius infenſiſſimi hoſtis, non tamen de more parentis, quo ſolebat ſæpius punire gentem Hebræam in remedium, & correctionem,nunc autem vt hoſtis; ſicut enim optime notauit Chryſoſt. *hom*. 7. ad populum. *Parentes omnium maximè filios amantes; & menſa prohibent,& flagella infligunt, & afficiunt ignominia,& tamen parentes ſunt, non tamen dehonorant, dum hæc faciunt, & tunc maximè patres, cum hæc faciunt*. Videndus erit D.Auguſt.*lib*.6 *quæſt ſuper Ioſue*.& *lib de verb.Domini ſuper Matth.cap*. 16. cum de correctione diuina ita dixit: *Talis eſt Deus,quemadmodum mater bubula,aliquando cum iumentum importunius ſugit vbera, pede leniter percutit, quia non vult occidere*; quo ſenſu Paraphraſis Chaldaica intelligit eum locum Cantic. cap. 8. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem*;ſic enim eum locum interpretatur, *dixit dominator Dominus Iſrael, quamuis congregentur omnes populi,qui comparati ſunt aquis maris, quæ ſunt multæ, non poterunt extinguere miſerationes meas à te;& ſi congregati fuerint omnes reges terræ, qui comparati ſunt aquis fluminis,quod deſſluit cum impetu, non poterunt ea vellere à ſæculo, quia ſupplicia, quibus te afficio, miſericordiæ ſunt, & non iracundiæ*. Videndus erit Clem. Alex. hac de re, *lib*.1.*pædag. à cap*. 8. *& deinceps*. Niſſen. *orat. de caſtigat. ferend*. Quando igitur Ieremias dixit, *tetendit arcum ſuum quaſi inimicus*, ſignificare [c] voluit de more hoſtis arma Deum mouere in exitium Hebræorum,non verò de more parentis in eorum correctionem,& remedium.

[b] *Particula quaſi non veritatis, ſed ſimilitudinis eſt.*

Chryſoſt.

Auguſt.

Cantic.8.
Par.Chald.

Clem. Alex.
Niſſenus.

[c] *Significátq; non in correctionem, ſed in deſtructionem eſſe, ita Dei flagella.*

25. *Firmauit dexteram ſuam quaſi hoſtis.* } Non eſt ita certum, quid voluerit ſignificare propheta per hæc verba, nam ſi de Deo, quaſi de homine ſagittas mittente ſermo ſit, videbatur potiùs dicendum,*firmauit ſiniſtram ſuam*, manus enim ſiniſtra eſt ea,quæ arcum tenens, firmanda eſt,ne vacillet minùs firma,non verò dextera firmanda eſt,ſicut adnotarunt ad hunc locum duo recentiores eruditiſſimi. Verùm ſtando in eadem metaphora de dextera, pulchrè dictum eſt, *firmauit dexteram ſuam*; quamuis enim ſiniſtra arcum teneat,neceſſaria eſt firmitas [d] dexteræ ad iaculandas, & dirigendas ſagittas recta via in hoſtes. Niſi magis placeat ſecundam iam metaphoram eſſe in his verbis, diuerſam ab ea priori, deſumptamq; ab hoſte vibrante,vel haſtam, vel gladium in ſingulari certamine componente, ac firmante dexteram ſuam, quo meliùs, & certiùs ferire poſſit hoſtem: qui habitus exultantis, & maximè volentis nocere hoſtibus eſt.

[d] *Quippe qui firmata dextera tela vibrauit.*

§. II.

Ad Literam.

O metuenda nimis Dei ſæuientis dextera,quæ protegentis olim pietatem circa primogenitos Hebræorum in Ægyptiorum cæde,ſimili ob eorundem ſcelera vindicta compenſat proſternens Hebræorum iuuentutem in tabernaculis ſingulorum!

Et occidit omne, quod pulchrum erat in tabernaculo filiæ Sion. } Reddit difficilem intelligentiam huius loci, verbum Hebræum *Arag*, [e] quod ex primæua, & vnica ſignificatione,quam habet,ſignificat,*occidere*,ac proinde de ſolis viuentibus,a quibus vita eripitur, intelligi poteſt;ſi enim extenderetur ad alia,clarior eſſet intelligentia huius loci,poſſet enim intelligi de pulchritudine, & ornamentis templi, quæ perierunt in eo incendio,ſic enim plerumque loquitur ſacra Scriptura,præſertimque in Pſal. 77. *& tradidit in captiuitatem virtutem eorum,& pulchritudinem eorum in manus inimici*. Quod de area Domini dictum eſt,quæ erat, & pulchritudo, & ornamentum, & robur totius populi Hebræi. Verùm proprietas vocis facit,ne hæc intelligentia vera ſit,proinde indagandùm eſt,quid ſignificare voluerit propheta hoc in loco per *pulchrum*, cum dixit, *& occidit omne quod pulchrum erat in tabernaculo filiæ Sion*. Cogit igitur verbum Hebræum [f] dicere,*pulchrum*,ſignificare iuuentutem Hebræam,quaſi Deus occiderit omnem iuuentutem,ſiue iuuenes omnes, quorum maximè propria eſt pulchritudo: fauet Chaldaica Paraphraſis,quæ ita vertit, *omnes iuuenes occidit*, ſiue florem iuuentutis pulcherrimum; id quod factum eſt in tabernaculo, ſiue in templo, ad quod confugerat, tanquam ad ſacrum aſylum; quo pacto regius vates loquitur in Pſalm.51.*Propterea Deus deſtruet te in finem, euellet te, & demigrabit te de tabernaculo*; ita enim legitur in Hebræo, quaſi vellet, *nec remedium inuenies in ſacro templo*; ſic enim tabernaculum plerunque [g] accipitur in diuina Scriptura pro templo Dei, in memoriam illius tabernaculi, in quo arca fuerat in deſerto, antequam templum ædificatum eſſet à Salomone. Hæc videtur germana expoſitio huius loci. 26.

[e] *Significatio verbi Hebræi difficultatem ingerit huic loco.*

Pſal.77.

[f] *Et cogit primò locum intelligere de flore iuuentutis occiſo per hoſtes in templo.*

Par.Chald.

Pſal.51.

[g] *Tabernaculum enim pro templo ſumitur.*

Nihilominus tamen, & alia ſatis probabilis videtur, vt ſit in his verbis alluſio ad id, quod factum eſt à Deo *Exod*.12. quando primogeniti occiſi ſunt Ægyptiorum, ita vt nulla domus eſſet in qua ſanguis non iaceret, iuxta id,quod dictum eſt Pſalm. 77. *& percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti, primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham*:id eſt,ſingulis in domibus Ægyptiorum primogenitos occidit;ita etiam ſingulis in tabernaculis ſiue domibus [h] Hebræorum iuuenes occidit totius regni Iudæ in ciuitate Hieruſalem,vel,in regno Iudæ;eſt autem inde eorum iuuenes occumbere inter patrios lares, in tentoriis, & in tabernaculis, quando in acie pugnandum erat contra hoſtes. 27.

Pſal.77.

[h] *Vel in domibus Hebræorum, quæ tabernacula dici poſſunt.*

Effudit

28. *Effudit quaſi ignem indignationem ſuam.* } Quæ verba tandem addidit Propheta ad ſignificandam iræ diuinæ magnitudinem, & præterea eiuſdem efficaciam, vim, & magnitudinem, cum dixit, *effudit*, ſicut ſcilicet aqua de vaſe tota effunditur, ita prorſus omnis indignatio a longanimitate Dei effuſa eſt: igni autem aſſimilata eſt, quia ignis inter cætera elementa efficaciſſimus eſt, vt qui omnia liquefaciat, & in cinerem conuertat. Talis eſt ira diuina, vt quæ nulla vi arceri poſſit; qualis locutio eſt frequentiſſima in diuina Scriptura, nam magnus furor propriè non ſtillatim mittitur, ſed totus effunditur; ac proinde vbi verbum Hebræum ponitur ſignificans effuſionem magnam, iræ vim oſtendit, quamuis aliter aliquando vertatur in vulgata editione. Pulchrè autem Paſchaſ. & Rupert. aduertunt hoc in loco hæc verba potiùs de excidio per Romanos, quam per Chaldæos intelligenda eſſe: quibus ſuffragari videtur D. Hieronym. inquiens, *Deus Chaldæos, ſiue Romanos ſuperiores fecit Hebræis; cùm enim ſæpius alibi inſtillatus ſit furor diuinus in eos, per Romanos vniuerſa indignatio diuina effuſa eſt in Hebræos.*

Paſchaſ.
Rupert.
Hieron.

§. III.

Ad Mores.

Quid non facit diuina pietas vt fugiant homines à facie arcus iræ Dei, tetendit, dexteram auertit, firmat, gladium, & haſtam vibrat, ac tandem in non reſipiſcentes omnem effundit iram.

29. Eſt autem locus moralis docens, quàm tardus Deus ſit ad puniendum; etenim priùs comminatus eſt Hebræos, deinde Chaldæos, ſiue Romanos adduxit, quibus adductis *arcum tetendit*, cùm priùs dexteram retro retraxerit, deinde firmauit dexteram gladium, ſiue haſtam vibrando, poſtmodum tandem eorum videns impœnitentiam, occidit *omne, quod pulchrum erat in tabernaculo filiæ Sion, effudit quaſi ignem indignationem ſuam*; eſt enim Deus longanimis, id eſt, tardus ad vlciſcēdum, ſicut notauit Chryſ. *tom. 5. hom. 29. & 31.* cum diſputat de ira, & clementia Dei, qua de re videndus optimus commentarius apud Plutarch. *in lib.* cui titulum fecit, *de ſera numinis vindicta*, in quo illud præcipuè videndum eſt, Deum ſolitos fuiſſe veteres [a] Poëtas deſcribere geſtantem gratiam, ſiue beneficia in manu dextera, quæ ſcilicet celerrimè moueatur; ſagittas autem, & pœnas in ſiniſtra, vt quæ tardiùs ſe moueat; videndus etiā locus ex *Pſalm.* 105. quo in loco de hoc argumento locutus videtur Dauid, cum ait: *dixit, vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in conſpectu eius*. quaſi retardauerit diuinam iracundiam interpoſitus murus, & poſt ipſum murum diſruptum vehemens oratio Moyſis, cùm Deus nullum murum oppoſitum habeat, ille tamen ad ſupplicia inferenda, nullum non murum ſibi obiectum eſſe vult, vt non puniat, vel, vt tardiùs puniat. Cauendum tamen eſt, ſicut aduertit D. Auguſt. *ſuper Pſal.* 100. ne abutamur hac diuina patientia, ſicut euenit Hebræis, de quibus loquitur Ieremias: quod

Chryſoſt.
Plutarch.
[a] *Deus apud veteres in manu dextra beneficia, pœnas autem in ſiniſtra geſtabat.*
Pſal. 105.

etiam commendat Paulus *ad Rom.* 2. cum ait, *nunquid diuitias benignitatis, & patientiæ Dei, & longanimitatis eius contemnitis?* quemadmodum loco citato commentatur Auguſtinus.

TRACTATVS V.

De expoſitione quinti, ſexti & ſeptimi carminis. Siue, *De iterato dolore.*

Carmen V.

HE. *Factus eſt Dominus velut inimicus: præcipitauit Iſrael, præcipitauit omnia mœnia eius: diſſipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum, & humiliatam.*

§. I.

Ad Literam.

Doloris iuſti iterandæ ſunt cauſæ, vt nunquam faſtidias lachrymari.

30. Repetit propheta ea, quę prius dixerat, quaſi aliquid de nouo diceret, ſed eadem [a] repetens ampliùs ad lachrymas reuocat, vt ad noua verba, noua effundamus lachrymas, & eadem ſæpiſſimè iterat, vt nunquam faſtidiamus lachrymari; quod enim dixerat, *in furore ſuo, factus eſt quaſi inimicus, præcipitauit omnia ſpecioſa Iacob, deſtruxit omnes munitiones filiæ Iudæ*; ibi, *ſpecioſa* dicit, hic, *mœnia*, quaſi ſynonyma ſit hæc oratio ſecundi carminis. Aduertendum eſt, mœnia interdum pro muris accipienda eſſe, ſicut notauit Gellius, *lib. 9. cap* 8. Alexand. ab Alexand *lib.* 4 *cap.* 10. Cel. Rodig. *lib.* 14. *cap.* 21. interdum *mœnia* accipiuntur pro ornamentis murorum, hoc autem in loco vtrunque poteſt ſignificare vox Hebræa. Eſt autem repetitio eiuſdem ſententiæ ſequentibus verbis, vbi dicitur, *diſſipauit munitiones eius*; id eſt, euertit muros, & propugnacula murorum. His ſuppoſitis, notandum eſt, quòd cùm hoc loco dicitur, *factus eſt Dominus velut inimicus*, pro voce *Dominus*, Hebraicè eſſe, [b] *Adonai*, quod nomen dominij, & potentiæ potiùs eſt, quam beneficentiæ. Vnde pulchrè Rupert. Abbas exiſtimat, in hoc cap. factam eſſe alluſionem ad locum Exod *in cap* 4. quo in loco Deus populum Iſrael vocauit primogenitum ſuum, ſe verò parentem illius gentis, ita enim loquitur Deus cum Pharaone, *Dixi tibi: Dimitte filium meum primogenitum*: iam igitur ſic confert vtrunque Ieremias, ille pater filij primogeniti, factus eſt dominus eiuſdem gentis, nec ſolùm dominus, ſed etiam hoſtis, præcipitans ipſam gentem, diſſipans muros, & propugnacula murorum.

[a] *Rete io & mœ declaratio a iterum.*
Gellius.
Alex ab Al.
Cel. Rodig.
[b] *Pro voce* Dominus, *Hebraicè* Adonai.
Rupert.
Exod. 4.

31. Maior difficultas eſt in extremis verbis, cum dicitur, *repleuit in filia Iuda humiliatum, & humiliatam*; quem locum ita tranſtulit Paraphraſtes

 Chaldaicus,

Par. Chald. [c] Chaldaicus, *& multiplicauit in cœtu domus Iuda lamentationem, & luctum*; quod idem ſignificant verba Hebræa, *multiplicauit in filia Iuda planctum, & querelam*: quem locum ita explicuit Theodoret. *Viris, & mulieribus luctum induxit*: Hieronym. paulo aliter, oſtendens rationem, & cauſam tantorum clamorum, ita inquiens, *vtrunque ſexum multiplici confuſione deſpicabilem reddit*, ita quod verba Hebræa ſignificent effectus, quales ſunt clamores, & planctus;

[c] *Explicatur litera ex aliis verſionibus.* Text. Hebr. Theodor. Hieron.

Vulg. editio. vulgata autem editio cum Hieronymo, cauſam fletus oſtendit, cum dixit, *repleuit in filia Iuda humiliatum, & humiliatam*, id eſt, multiplicando miſeriam, & calamitatem in ruinoſa vrbe effecit Deus, vt impleretur clamoribus, & fletibus; Iſai. 39. qualis eſt locus Iſai. 39. *& erit triſtis, & mœrens*; vbi eædem voces Hebrææ leguntur, quæ in hoc loco, quibus ſignificatur planctus cadentis alicuius vrbis; Tacitus. ſic enim Tacitus *lib. 4.* vrbem bello captam deſcribit, *paulo poſt*, inquit, *vbique lamenta, & conclamationes, & forma captæ vrbis*, quod Poeta dixit 2. *Æneid.* de Troia diruta:

—— Crudelis vbique

Poëta. *Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago.*

Ita diuinus Ieremias cadentibus muris Ieroſolymæ clamores deſcribit Hebræorum in vrbe capta.

§. II.

Ad Allegoriam.

Deſtructæ ſunt prorſus omnes munitiones filiæ Iudæ, dum poſt necem Chriſti Domini perdidit omnino Synagoga miraculorum dona, & prophetiam.

Exiſtimat autem D. Gregor. Magn. 11. *moral. cap. 9.* hunc locum totum [d] propheticum eſſe,
32. prædicentem vniuerſa mala, quæ euenerunt populo Hebræo, propter Meſſiæ Seruatoris occiſionem, pertineréque hanc prophetiam ad euerſionem per Romanos; qualem locum totidem verbis exſcripſit D. Gregor. ex D. Hieronymo, Greg. Magn. Hieron. vtriuſque enim ſunt hæc ſequentia verba: *Mœnia autem in vrbibus pro ornamento ſunt, munitiones verò in defenſionem; alia enim ſunt dona, quæ nos muniunt, quæ nos ornant: nam prophetia, genera linguarum, virtus curationum, quaſi quædam mœnia mentis ſunt, quæ etſi aliquis non habeat, ſtare poteſt munitus fide, ſpe, & charitate, quamuis ornatus virtutum altitudine eſſe non videatur; ſpes autem, fides, & charitas, non noſtra mœnia, ſed munitiones ſunt, quas ſi habere negligimus, hoſtibus patemus: igitur quia Deus de Iudæa, prophetiam, ac miraculorum ſigna abſtulit, mœnia præcipitauit; quia verò fidem, ſpem, & charitatem, propter eius duritiem auferre permiſit, munitiones eius diſſipare ſtuduit.* Eſt autem optimus ordo ſeruatus, quia cum peccatum in anima relinquitur, priùs ab ea virtutum dona, quæ ad manifeſtationem Spiritus data fuerunt, & pòſt fidei, ſpei, & charitatis fundamenta deſtruuntur: quæ omnia Deus à [e] perfidis Iudæis ablata, Gentilibus diſtribuit: iuxta Pſal. 67. *& ſpei Dominus diuidere ſpolia*, cùm enim virtutum ſpolia ab Hebræis abſtulit, domui cordis gentilium, quam per fidem inhabitare dignatus eſt,

[d] *Prophetia loci aperitur.*

[e] *Qualiter Deus mœnia, & munitiones Iudæorũ deſtruxit, vt diſtribueret eadem gentibus.* Pſalm. 67.

ſpem donorum dedit; quod ſcilicet, geſtum eſt, cum verba Dei Hebræus populus, ac ſolam literam, quæ occidit, acciperet, & conuerſa Gentilitas, per Spiritum, qui viuificat, penetraret. Quibus in verbis de mente Gregorij, & Hieronymi, duo quædam ablata dicuntur à populo Hebræo propter mortem Chriſti Seruatoris, & dona, quæ nos muniunt; qualia ſunt gratiæ gratis datæ, Prophetia ſcilicet, dona linguarum, & ſimilia, & gratia, quæ interiùs gratificat: quandiu autem ſtetit incolumis reſpublica Iudæorum, vt bene notauit Ioſephus, tandiu miracula aliqua fuerunt, Ioſephus. quibus Deus publicè proteſtabatur, ſe peculiariter fauere rebus Iudæorum, quæ tamen deſierunt [f] eſſe poſt tempora mortis Chriſti Seruatoris. Vnde adhuc viuente Chriſto Domino erat illud celebre miraculum, quo ſingulis annis Angelus mouebat aquas probaticæ piſcinæ, quo motu ſanabatur vnus de infirmis Hebræis.

[f] *Deſierunt eſſe miracula apud Iudæos poſt mortem Chriſti.*

Huc etiam ſpectat illud aliud miraculum, quod 33.
narrat Ioſephus *lib. 3. antiq. cap. 12.* fuit autem il- Ioſeph.
lud longo tempore ante mortem Chriſti; cum enim ſacrificiis Iudæorum adeſſet Deus, ac bene faueret, vnus ex lapillis pretioſis, quem ſcilicet, in dextro humero portabat Summus Sacerdos, vehementer micabat, quoties litarum erat, eúmque ſplendorem etiam emittebat, vt procul etiam poſitos illuſtraret, cùm priùs hoc lapidi non ineſſet, & quod mirabilius eſt, per duodecim lapides, quos Pontifex in rationali aſſutus portabat, victoriam pugnaturis Iudæis præ nunciare ſolebat Deus; *tantus enim ſplendor fulgebat in eis, cum nondum exercitus moueretur, vt omni multitudini fieret manifeſtum, eorum auxilio adeſſe Deum: Ceſ- [g] ſauit tamen*, inquit Ioſephus, *vtrunque miraculum annis 200. antequam hæc ego ſcripſiſſem, cum Deus moleſtè ferret transgreſſiones legis*: facta autem temporum computatione ceſſare videntur miracula propter aduentum Meſſiæ, & eius mortem: & quod magis eſt, Plutarch. *in lib.* cui titulum Plutarch. fecit, *cur oracula deficerent*, rem adducere videtur in eam cauſam, & rationem, quia magnus aliquis Deus mortuus eſt, imò ad Titum Cæſarem, Veſpaſiani Cæſaris filium, qui ambo Ieroſolymam euerterunt, delata eſt ea vox, quæ audita eſt eorum temporibus, *Magnus Pan mortuus eſt*, id eſt, author naturæ interemptus eſt. Vnde Plutarch. infert, ceſſaſſe miracula, atque omnia oracula propter mortem Authoris naturæ. Erit videndus in hanc ſententiam Oſeas Oſeæ 3. Propheta *in cap. 3.* cum ait: *Sedebunt filij Iſrael ſine Rege, ſine Sacerdote, ſine Principe, ſine altari, ſine ephod, & ſine theraphim*: qui locus teſte Hie- Hieron. ronymo, & Theodoret. oſtendit ſatis, nec pro- Theodor. phetiam habituros Hebræos, neque oracula poſt mortem Chriſti. In quam ſententiam videndus locus Ezechiel. in cap. 10. Ezech. 10. *& eleuata eſt gloria Domini deſuper Cherubim ad limina domus*: qui locus de receſſu Dei à templo Ieroſolymitano intelligendus eſt, quemadmodum bene notauit Hieronym. Prado. *in com. ad eum locum, tom. 1.* Prado. Præcipitauit igitur Deus omnia mœnia Hebræorum, diſſipauit omnes munitiones eius propter Chriſti Domini mortem, proinde neque virtutes munientes habent, quales ſunt gratiæ gratis datæ, nec verò interiùs ornantes, quales ſunt fides, ſpes, & charitas, cæteræque omnes, quæ interiùs hominem exornant.

[g] *Duo miracula continua apud Iudæos, quãdo ceſſarunt.*

CARMEN VI.

Carmen VI.

VAV. Et diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum, demolitus eſt tabernaculum ſuum: obliuioni tradidit Dominus in Sion feſtiuitatem, & ſabbathum, & in opprobrium, & in indignationem furoris ſui, Regem, & Sacerdotem.

§. III.

Ad Literam.

Vbi religio interiit, & regia poteſtas neceſſariò omnino euertenda erat.

34. Repetit diuinus Propheta eandem querelam de templo euerſo, atque iterum deplorat ſacram ruinam templi, vt par erat hominem ſacerdotem deplorare, qualis planè erat Ieremias. Ita tamen dolet euerſum eſſe templum, vt regnum quoque vniuerſum periiſſe defleat: etenim in ea republica religio interiit, & regia poteſtas funditus euerſa eſt: componitur enim vnaquæque bene ordinata reſpublica ex religione, & regia poteſtate. Illud igitur in primis notandum eſt, tentorium, & tabernaculum hoc in loco, templum Ieroſolymitanum ſignificare à Rege Salomone ædificatum, ſicut voluerunt plerique graues AA. ita enim dixit Rupert. *Tentorium, ſiue tabernaculum* [h] *Domini erat anguſtiſſimum illud templum, in quo tanquam in tabernaculo, quod ad horam figi ſolet, militabat nomini Domini fides peregrinantium, manentem hic ciuitatem non habentium, ſed futuram inquirentium:* quibus verbis oſtendit, cur Ieremias fixum templum, tabernaculum potiùs appellauerit, quia, ſcilicet, æternum non erat, quale cælum eſt: quaſi igitur hortum vilem olerum diſſipauit ſuum ſanctuarium, ſic enim exprimit facilitatem euerſionis templi Dei. Vatablus autem omnino exiſtimauit tabernaculum, & tentorium, templum ſignificare; ſic enim ſequutus LXX. [i] tranſtulit, *diſſipauit tabernaculum ſuum paradiſo ſimile,* tunc ſic interpretatur locum, *tranſtulit veluti tugurium horti templum ſuum, vel, Sionem, quæ eſt illi velut tugurium.* Excidit igitur templum, quemadmodum exciditur tentorium, quando leguntur oleta eius, relinquitúrque hortus quaſi deſertus, quod dixit Ioel. cap. 2. *Quaſi hortus voluptatis terra coram eo, & poſt eum, quaſi ſolitudo deſerti:* quæ videtur germana expoſitio huius loci.

Rupert.

[h] *Tentorium & tabernaculum idem quod templū.*

Vatablus.

[i] *Expoſitio Vatabli.*

Ioel. 2.

35. Nobis tamen non diſplicet, ſicut aliquibus, imò vehementer placet, & vera videtur [l] expoſitio D. Hieronymi, quæ fuerat Origen. & quam propterea ſequutus eſt D. Thomas. Quanuis enim non negauerit Hieronym. tentorium, & tabernaculum templum ſignificare poſſe, exiſtimat tamen per tentoriũ ſignificare voluiſſe hoc in loco Ieremiam tabernaculum illud, quod fecerat Moyſes in deſerto: per tabernaculum autem, cùm dixit, *demolitus eſt tabernaculum ſuum,* ſignificaſſe templum Ieroſolymitanum, quorum vtrunque propter ſcelera Hebræorum, in manus hoſtium traditum eſt. Vult igitur Hieronymus alluſiſſe Ieremiam ad tranſlationem tentorij, ſiue tabernaculi, de quo agitur in 1. *Reg. cap.* 4. vbi dicitur, arcam Dei captam eſſe à Philiſthæis, quæ fuerat in prælium tranſlata ex Silo, in quo tunc temporis erat tabernaculum Dei, quæ hiſtoria relata eſt. *Pſal.* 77. vbi dicitur, *Repulit tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum vbi habitauit in hominibus, & tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici:* tunc ſenſus eſt: Iam olim eradicaueram tentorium de Silo, illúdque tradidi Philiſthæis, nunc autem templum ſanctum Ieroſolymitanum Chaldæis tradidit Deus: vt ſit hæc expoſitio Hieronymi deſumpta ex prophetia Ieremiæ *in cap.* 26. *ſui vaticinij,* vbi ſub eadem comparatione Deus loquitur, *Faciam domui huic, in qua inuocatum eſt nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, & loco, quem dedi vobis, & patribus veſtris, ſicut feci Silo.* Credibile autem valde eſt, ſub eadem comparatione locutum fuiſſe Ieremiam in hoc carmine, cum dixit, *diſſipauit quaſi hortum tentorium ſuum, demolitus eſt tabernaculum ſuum:* Clariùs igitur iam colligo expoſitionem horum verborum de mente D. Hieronymi, quaſi ita dixerit Ieremias: Tranſtulit olim Deus tentorium ſuum de Silo captiuum ad Philiſtæos, nunc autem, non ſolùm tranſtulit ad Chaldæos, ſed potiùs deſtruxit templum ſuum. Quæ expoſitio ideo maximè probabilis videtur, quia per alluſionem [m] amplificat præſentem calamitatem. Vtitur autem Ieremias in hoc ſuo carmine frequentibus alluſionibus. Illud autem addendum eſt, quòd verbum Hebræum, pro quo vulgatus tranſtulit *tabernaculum*, hoc in loco, in lingua originali *Eccleſiam* ſignificare, ſiue *Conuentum*; quale planè fuit templum Ieroſolymitanum, in quod ex præcepto diuino ſingulis annis conueniebant Hebræi ex omnibus orbis partibus ad ſacrificandum in eo: quæ diximus, vt non ſit dubium, tabernaculum hoc in loco ſignificare templum Ieroſolymitanum.

[l] *Præfertur, quam tradidit D. Hier. Origen. & D. Thom.*

D. Hieron. Origen. D. Thom.

1. Reg. 4.

Pſal. 77.

Ierem. 26.

[m] *Per alluſionem, & amplificationem loquitur Ieremias hic*

Obliuioni tradidit Deus in Sion feſtiuitatem, & ſabbathum, id eſt, contempſit, fecit obliuiſci in Sion celebritatem feſtorum, & præcipue ſabbathorum, quorum frequentior occurrebat ſolemnitas inter Hebræos. Cùm autem addidit Ieremias, *& in opprobrium, & indignationem regem, & ſacerdotem*, truncata, & manca [n] eſt oratio, in qua ſcilicet neceſſariò aliquid ſupplendum eſt, vel ſaltem repetendum eſt prius illud verbum, *obliuioni tradidit, regem*, ſcilicet, *& ſacerdotem*; quanuis ſi terminus Hebræus inſpiciatur, perfectiſſima inuenietur oratio; ita enim legenda eſt, *reprobauit, & abominatus eſt in furore ſuo regem, & ſacerdotem*, ex quibus, ſcilicet, reſpublica Hebræorum componebatur, ex pietate, & poteſtate regia; nanque Rex, fundamentum, & baſis eſt totius regni; pietas autem, quæ in Sacerdotibus reperitur, quaſi angularis lapis. Vide *lib.* 4. *Reg. cap* 25. & Ierem. *cap.* 52. vbi dicitur captiuum fuiſſe ſummum Sacerdotem, atque etiam ipſum Regem, quia diſplicuit Deo & regnum Iudæorum, & eorum impietas; ſicut notauit Iſaias in cap. 1. *Quo mihi multitudo victimarum veſtrarum? dicit Dominus.* Et paulò inferiùs de Principe: *Principes tui infideles, ſocij furum:* proinde di- 36.

[n] *Truncata oratio in vulgata editione, quæ in Hebræo integra reperitur.*

4. Reg. 25. Ierem. 52.

Iſai. 1.

ſtare non potuit ea reſpublica,in qua ſacerdotes pietatem non habebant, neque Principes iuſtitiam.

§. IV.

Ad Mores.

Qui voluptatibus ſeruit, tentorium Dei in ſe, ſuis ipſe manibus demolitur.

37. [a] *Moralis ſenſus huius carminis.*

TAlis autem moralis ſenſus elicitur ex hoc carmine,vt anima ſuum habeat tentorium, & ſuum tabernaculum, in quo cum Spiritu ſancto colloqui ſolebat; quorum vtrunque ſi diſſoluatur & luxuria,& voluptatibus,quaſi tugurium diſſipatur;non autem diſſipatur, ſicut hortus deliciarum Dei,ſed luxuriæ,& voluptatis. Qua ratione *lib 3.Reg.cap.* 21.Achab Rex Iſrael vineam Naboth in hortum vertere voluit,quod Naboth intelligens maluit mori,quàm conſentire, quòd hæreditas Patris,& tanta poſſeſſio virtutis, impij regis deſeruiret diliciis, ſed quia infelix anima, tentorium ſuum, id eſt, carnem, dilicioſo luxu diſſipari permiſit,& tabernaculum ſuum, hoc eſt, ipſam animam, in ſuis voluptatibus demoliri, vineam,& hæreditatem ſummi Patris,in hortum concupiſcentiarum nequiſſimo regi,mutari conſentit, propterea Dominus feſtiuitates eius, & ſabbatha obliuiſcitur, quia templum in quo ſolemnitates celebrabantur, qualis erat anima ſancta, illecebroſis diliciis diſſolutum eſt, atque ipſum tentorium, quod animam operiebat, carnem,ſcilicet, noſtram variis libidinum oblectamentis corrupit; rex, & ſacerdos dantur in opprobrium, quia neque pietas, quæ locum ſacerdotis obtinet in anima, ſuo officio fungitur, neque ratio ipſa,quæ totum hominem moderatur.

Lib.3.Reg. 21.

[b] *Summi Patris hortum deſtruit, qui concupiſcentiis ſeruit.*

CARMEN VII.

ZAIN. *Repulit Dominus altare ſuum, maledixit ſanctificationi ſuæ: tradidit in manu inimici muros turrium eius: vocem dederunt in domo Domini ſicut in die ſolemni.*

§. V.

Ad Literam.

Nihil acerbius extrema paſſis, quàm ſi prophanæ inimicorum voces audiantur in loco ſacro, vbi antea diuina reſonabat pſalmodia.

38. PRoſequitur in hoc ſeptimo carmine propheta lamentationem, quam inchoauerat in 6. [c] petito argumento de cultu diuino prophanato. Id quod ſignificat verbum, *repulit*, id eſt,longè fecit,procul à ſe remouit, tanquam aliquid immundum, & prophanum, atque indignum oculis diuinis, vtrunque altare, & victimarum, & thymiamatis, ſiue incenſi, ſacrificia ſcilicet,& ſacrificiorum odores;omnia enim diſplicuerunt Deo, & ei inuiſa ſunt. Qualis eſt locus in cap.1.Iſaiæ: *Incenſum abominatio eſt mihi, Kalendas veſtras, & ſolemnitates odiuit anima mea.* Similia dixit Ieremias in cap. 6. *Quid mihi thus de Sabà affertis, & calamum ſuaueolentem de terra longinqua? holocauſtomata veſtra non ſunt accepta,& victimæ veſtræ non placuerunt mihi.* Similia dixit Amos in *cap* 5. Quibus verbis propheta apertè oſtendit diſplicuiſſe Deo, & altaria, & omnia ſacrificia legalia, quæ in eo offerebantur.

[c] *Proſequitur propheta idē argumētum.*

Iſaiæ.1.

Ierem.6.

Amos.5.

39. *Maledixit ſanctificationi ſuæ*; fœcundum eſt verbum Hebræum,pro [d] quo vulgatus tranſtulit, *maledixit*,eſt enim plenum omni nefaſta imprecatione,omni odio, contemptu, & auerſione diuina; ſignificat enim elongare, ſiue proiicere à corde,perdere, ſiue deſtruere. Vnde Rabbi Ioſeph.vertit,*ceſſare fecit*,Aben Eſras, *reliquit*, ſiue *abſtulit altare*,vel potius *Sanctuarium*,atque *templum*: ſanctificatio enim in magis propria ſignificatione ſactum Deo templum ſignificat. Sic intelligendus eſt locus Ezechiel. in cap. 28. *Polluiſti ſacrificationem tuam*, id eſt, prophanaſti templum ſanctum, & cap. 9. *à ſanctuario incipe.* Quo in loco vox Hebræa eſt, pro qua vulgatus in hoc loco retulit, *ſanctificationem.* In eandem ſignificationem accipiendus eſt locus obſcurus in *cap.* 11. *Ezechiel.* vbi dicitur, *propterea hæc dicit Dominus Deus, quia longè feci eos in gentibus, & quia diſperſi eos in terris,ero eis in ſanctificationem modicam in terris ad quas venerunt.* Quibus verbis per modicam ſanctificationem [e] videtur diuinus propheta ſignificare templum ſanctum, hoc eſt, Verbum incarnatum promiſſum Eccleſię per orbem diſperſæ. Hac igitur in ſignificatione putandum eſt dictum à propheta, *maledixit ſanctificationi ſuæ*,id eſt,malè imprecatus eſt ſanctuario ſuo, illud elongauit è corde ſuo, vel potiùs, abſtulit,vt ſit in his verbis quaſi gradatio quædam, & amplificatio, cuius ſenſus eſt: repulit Deus altare ſuum, nec ſolùm repulit, ſed longè proiecit,nec ſolùm proiecit, ſed a corde elongauit;nec ſolùm à corde elongauit, ſed penitus abſtulit.

[d] *Fœcunditas verbi Hebræi pro quo vertitur, maledixit.*

Rab Ioſeph. Aben-Eſras.

Ezech.28.

& cap.9.

Ezech.11.

[e] *Modica ſanctificatio Verbum incarnatum.*

40. *Tradidit in manus inimici muros turrium eius.* } Id eſt,muros turritos;eteniim quemadmodum eleganter dixit Vetruuius *lib.1.de architectura cap.* 5. muri eo ordine [f] ſunt fabricandi,in quibus interualla turrium ita erunt diſpoſita, vt ne longiùs ſit alia ab alia ſagittæ miſſione, vt ſi qua oppugnetur, tunc à turribus,quæ erunt à dextra,& a ſiniſtra,ſcorpionibus, reliquiſque telorum miſſionibus hoſtes reiiciantur:quales fuiſſe muros Hieroſolymæ docet latiſſimè Ioſephus *lib. 6. de bello, cap.* 67. & *deinceps,& 19.antiq. cap.*7. Qua de re accuratè loquitur Ioan.Bapt. Villalpand.*tom.* 3. *in Ezech. in apparatu vrbis,& templi Hieroſolymitani, part.* 1.*lib.* 2. *cap.* 10. & 11. Quibus in locis agit de pulchritudine murorum Hieroſolymæ, atque de turribus,quibus muri muniebantur. Hoc igitur propheta dolet in hoc carmine cum dixit: *tradidit in manus inimici muros turrium eius*, id eſt pulcherrimos, & turritos muros traditos eſſe diruendos Chaldæis.

Vetruu.

[f] *Qualis debeat eſſe turrium diſpoſitio in murorū ambitu.*

Ioſephus.

Villalpand.

41. *Vocem dederunt in domo Domini ſicut in die ſolemni.* } Pulchrè Theodoret. hæc verba eſt interpretatus, dicens: *Et quod omnium moleſtiſſimum eſt,vocem belli dederunt in domo Domini,*

Theodoret.

tanquam

tanquam pſalmum Leuitarum in die feſti, vel loco pſalmodia reſultabat vlulatus hoſtium. Eſt autem pet quàm durum [u] inter extremas calamitates, vocem lætitiæ audiuiſſe, ſicut dictum eſt *Pſalm.* 136. vbi viſum eſt nefas Hebræis, captos homines inter hoſtes læta carmina decantare, dicebant enim; *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?* irritant enim calamitatem ea, quæ læta ſunt; erant autem lætiſſima, & iucundiſſima ea, quæ decantari ſolebant in templo diebus feſtis, ſicut optimè proſequitur Genebrard. *ſup. Pſalm.* 136. *verſ.* 5. atque omnium optimè inſignis Dominus meus, qui cum Diis eſt, Luiſius de Sotto Maior. *in comm. ſuper Cantica cap.* 8. ad ea verba: *fac me audire vocem tuam.* Quem locum ille eleganter interpretatur de muſica ſacra Eccleſiæ tam veteris, quàm nouæ; etenim ſacram muſicam fuiſſe etiam in veteri Eccleſia docent probatiores Autores ad eum locum *Cantic.* 2. cum ſponſus dixit ſponſæ, *ſonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis*; ſemper enim accommodata muſica fuit præſertim ſacra [x] ad bonos mores in animam inſtruendos, quemadmodum optime notauit D. Auguſt. lib. 9. confeſſ. cap. 6. *Quantum*, inquit, *fleui in hymnis, & canticis tuis ſuaue-ſonantis Eccleſia tua, vocibus commotus, acriter voces illa influebant in auribus meis, & eliquebatur veritas in cor meum.* Non ſunt minùs elegantia, quæ Auguſt. dixit *lib.* 10. *confeſſ. cap.* 33. cùm ait, *Dum reminiſcor lachrymas meas, quas fudi ad cantus Eccleſia tua in primordiis recuperata fidei mea*, &c. Quæ proſequitur in eandem ſententiam. Videndus erit D. Ambroſ. *ſerm.* 55. & *lib.* 1 *de Cain, & Abel. cap.* 1. & *Pſalm.* 118. *ſerm.* 7. ad illa verba, *cantabiles mihi erant iuſtificationes tua Domine, in loco peregrinationis mea.*

[u] *Quam durum ſit vocē lætitiæ audire in die calamitatis.* Pſalm. 136. — Genebrard. — Sotto Maior. Cantic. 8. — Cantic. 2. — [x] *Muſica bonis moribus accōmodata.* Auguſt. — Aug. — Ambr. Pſalm. 118.

42. Vt autem hæc verba meliùs intelligantur, ſciendum eſt, inter ſacrificia, & holocauſta, quæ feſtis diebus Hebræorum offerebantur, quædam eſſe, quæ cum iubilatione, & tubarum clangore fieri conſueuerant, ſicut dicitur Num. 10. *Si quando habebitis laetitiam, & dies feſtos, & Kalendas canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis, vt ſint vobis in* [z] *recordationem Dei veſtri*; præſertimque ſolebant fieri ſolemnitates propter partas victorias ex hoſtibus, ſicut dicitur *in Pſalm.* 26. ad ea verba, *& nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos, circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis, cantabo, & pſalmum dicam Domino*; quemadmodum eum locum intelligit Eugubin. id eſt, propter victorias, & propter hoſtes ſuperatos, circuiui, & immolaui in templo Dei, & iuxta eius altare, non ſolùm hoſtias mactans, ſed carmen etiam victoriale cecini. Vnde Hieronym. *hoſtiam iubili* tranſtulit, pro *hoſtia vociferationis*, ſicut vox Hebræa ſonat. Sic Moyſes in exitu Iſrael de Ægypto cecinit triumphale carmen. Irridentes igitur Chaldæi triumphale carmen Hebræorum, & ſacram etiam muſicam templi, ſimiliter triumphalia carmina canebant pro victoria comparata de Iudæis; quæ moleſtiſſima irriſio cùm eſſet, dolens Ieremias dixit, *vocem dederunt in domo Domini ſicut in die ſolemni.*

Num. 10. — [z] *Cantus ſolemnis mentem eleuat in Deum.* Pſalm 26. — Eugubin. — Hieron.

43. Non eſt diſſimilis ſenſus * moralis huius ſeptimi carminis, ab eo, quem collegimus paulo ſupra ex ſexto carmine; eſt enim repulſa eius animæ, cuius ara, ſiue altare cordis prophanatur, & mens proſtituta vitiis polluitur, in qua ſolebat à nobis offerri Deo acceptum ſacrificium, iuxta illud Pſalm. 50. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.* Sunt autem animæ turres, quibus cælu inſerebantur pulcherrimæ virtutes; muri autem quibus muniebatur, virtutum fortiſſima opera: quæ omnia in manus hoſtium tradita ſunt propter impietatem, & ſcelera eiuſdem animæ; tunc autem audiuntur voces, ſicut in die ſolemni, quando immundi ſpiritus, vitiato templo Spiritus ſancti animam occuparunt, in qua antea harmonia cæleſtis patriæ conſueuerat audiri.

* *Senſus moralis huius loci.* — Pſalm. 50.

TRACTATVS VI.

De expoſitione octaui & noni carminis. Siue, *de ſera diuina iuſtitia vindictà.*

Carmen VIII.

HETH. *Cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum ſuum, & non auertit manum ſuam à perditione, luxitque antemurale; & murus pariter diſſipatus eſt.*

§. I.

Ad Literam.

Commendat vtique iuſtitiam punientis ſententia, quæ niſi longum poſt temporis interuallum executioni mandatur.

Temperare videtur diuinus propheta ea, quæ hactenos dixerat de furore, & iracundia diuina, cuius vi hæc omnia Hieroſolymæ euenire dixerat, ad ſimilitudinem, ſcilicet hominis furentis, & irati: nunc autem tēperando quæ dixerat, oſtēdit iuſtiſſimo Dei iudicio, non ſubito, aut temere hæc facta fuiſſe, ſed matura deliberatione, cogitando ſcilicet, de more hominum, ac ſi non ab æternitate Deus decreuiſſet euertere Hieroſolymam propter eius præuiſa grauiſſima ſcelera: prouidentis igitur, & punientis potius Dei, hoc opus eſt, quam iracundi; nam ira, quæ differtur, ita non eſt, vt eleganter dixit Seneca in Agammen. 44.

Quod ratio nequit, ſæpe ſanauit mora:
Proinde quidquid eſt, da ſpatium,
Et tempus tibi.

Quod etiam Terent. dixit, *dies adimit ægritudinem hominibus*: Vnde etiam Sophocles dixit, *tempus facilis Deus.* Hinc eſt illud celebre apud Platon. qui cùm baculum contra ſeruum ſuſtuliſſet, longo ſic conſtitit tempore; *iram*, vt ipſe aiebat, *puniens, & coercens.* Vnde Cæſar, ſicut refert Plutarch. *in apophthegm. regum*, ne iratus aliquid ageret, vel diceret, antequam loqueretur, vel ageret iracundia permotus, priùs 24. literas Græcas recitabat. Similis eſt locus apud Plutarch.

[a] *Dei prouidentiam cōmendat propheta ex mora & conſilio puniendi.* — Tragicus. — Terent. — Sophocles. — Plato. — Plutarch.

in quaſt. Rom. eum quærit, cur ante Conſules,
ſiue Magiſtratus Romanos, lictores deferrent ſe-
cures vergis alligatas, quod quidem nun ſignifi-
cabat, iuſtitiam apud Romanos ligatam fuiſſe,
ſed vt ira oſtenderent moram inter pœnam im-
ponendam eſſe, vt iuſtitiæ rigor mitigaretur.
Bernard. Quod Bernard. eleganter diait: *rigor iuſtitiæ ſit
ſemper feruidus, ſed nanquam præceps*, ac proin-
de Conſulibus Tyberio Auguſto, & Germanico
[b] *Celebria Romanorum decreta cōtra iracundiam iudicum.* ſecundo ea decreto[b] Senatuſq; ſtatutum eſt, ne ſen-
tentia mortis damnatus intra 10. dies plecte-
retur, ſicut eleganter notauit Baronius *tom. 1. an-
Baronius. nal. lib. 1. cap.* 81. Spatium dilatauit Theodoſius
Imperator catholicus, quemadmodum refert
Euſeb. Cæſ. Euſeb. Cæſar. *Eccleſ. hierarch. lib.* 11. *cap.* 17. vbi
ſancitum refert à Theodoſio Imperat. nequa
ſententia mortis executioni mandaretur vſque
ad diem 30. quo poſſet eſſe locus, & miſericor-
diæ, & pœnitentiæ, nanque dilatata ira ſæpiùs
manſueſcit; vnde & Deum cogitantem introdu-
cit Propheta hoc in loco, antequam euerteret
Ieroſolymam, & conuolutum tandem filum ea-
tendentē, ne iratus videretur puniuiſſe Hebræos.

45. Philo. Videndus erit hac de re Philo *lib. 2. legis alleg.*
explicans illud, *impones ſuper rationale, doctrinam,
& veritatē*, quæ erant in pectore Aaronis, in re-
medium nanque furentis iræ eſt diuturna cogi-
tatio. Idem Philo erit videndus *in lib. de Ioſeph.*
quando poſt enarratum ſomnium Ioſephi de So-
le, & Luna, atque ſyderibus adorantibus ipſum
Iuſephum, Iacob ablegauit ad paſcua fratres Io-
Idem. ſephi, *Veritus*, inquit Philo, *ne forte præſentibus
omnibus aliquid ſtdiſſidium inter fratres oriretur ex
ingrata ſomniorum memoria: propterea illos able-
gauit ad paſcua, hunc domi ſeruauit ad tempus,
ſciens, quod affectuum animæ, & morborum tempus
[c] *Nulla efficacior medicina ad ſedādos animi motus, quàm tēporis mora.* dicebatur medicus, & luctui tollendo, & [c] furori ſe-
dando efficax.* Erit videndus etiam in hanc ſen-
tentiam Chryſoſt. *hom.* 22. *ſuper epiſt. ad Roman.*
& *hom.* 6. *in acta Apoſt. in morali*, & *hom.* 3. *ſuper
Chryſoſt. & alij. Ioan.* Epitect. *enchyrid. c.* 12. & 21. Senec. *lib.* 2.
de ira ad Neronem, cap. 29. & *lib.* 3. *cap.* 12. & *cap.*
42. & 43. Plutarch. *lib. de iracund.* & *lib. de ſera
Numinis vindicta.* D. Ambroſ. *lib. 1. officior.* Ex
quibus iam elatè patet, cur Ieremias Propheta
diaerit, *cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ
Sion, tetendit funiculum ſuum*; quod enim ea
diuturna cogitatione factum eſt, quod longo poſt
tempore eaecutioni mandatum, ſicut patet ex
filo perpendiculari conuoluto, tandem longa
[d] *Iracundia non eſt, ſed iuſtitia ſupplicium, quod poſt longa tēpora infligitur.* poſt tempora extenſo, iracundiæ[d] non potuit eſſe,
ſed potiùs iuſtitiæ, admixta longa miſericordia
Dei; proinde appoſitè in hoc carmine Propheta
Ieremias, non eſt vſus nomine *Adonai*, quod po-
tentiam, & celeritatem ſignificat, ſicut hactenus
fecerat, ſed potiùs vſus eſt nomine, *Tetragram-
maton*, cum diait, *Cogitauit Dominus*, ad ſignifi-
candam beneficam miſericordiam diuinam; quod
enim puniret, iuſtitiæ fuit; quod autem punitio-
nem diſtulerit tandiu, miſericordiæ fuit.

§. II. Ad Literam.

Tantam præſefert clementiam diuina vindicta, vt videatur ædificare cum deſtruit.

46. VT hoc meliùs intelligatur ad commendan-
dam diuinam miſericordiam, notanda ſunt
ſequentia verba, cum Propheta dixit, *tetendit
funiculum ſuum*, id eſt, eatendit lineam perpen-
diculi, quam [e] fabri eatendere ſolent ad probè, [e] *Imitatur Deus puniēs ædificantium menſuras.*
& ſecundùm normam ædificandum; hæc eadem
extenſa eſt in ruinam, vt intelligatur Deum ad
perpendiculum punire. Similis locus eſt Iſai. 34. Iſai. 34.
de Boſrad metropoli Idumæorum, de qua ita
prædixit Iſaias; *& extendetur ſuper eam menſu-
ra, vt redigatur ad nihilum, & perpendiculum
in deſolationem. Quorſum igitur perpendiculum
adhibitum eſt, ſi in nihilum redigendum eſt? vt
ſcilicet*, quemadmodum addidit D. Hieronym. Hier. D.
*rectam, & condignam mercedem æquitia ſua ei
reddat, & potiùs, vt multo* [f] *mitiùs puniatur, quàm* [f] *Vt multo mitiùs puniat ſaltem in hac vita.*
eorum poſtulabat impietas, & malitia. Deus enim,
ſicut receptum eſt axioma Theologorum, ſemper
punit citra condignum, quod veriſſimum eſt de
pœnis huius vitæ: quamuis dubium videatur de
pœnis damnatorum, de quibus diait Iacobus in
ſua Canonica cap. 2. *Iudicium ſine miſericordia* Iacobi 2.
illis, qui non faciunt miſericordiam: & Chriſtus
Dominus in parabola dixit de damnatis Matth. 5. Matth. 5. & 18.
*Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas vlti-
mum quadrantem:* & Matthæi 18. *donec reddas
vniuerſum debitum.* Apocalypſ. in cap. 18. *quan-* Apoc. 18.
*tum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum date
ei tormenti, & luctus.* Vnde D. Aug. diait *in lib.* 3. Auguſt.
de ſymbolo ad Catech. cap. 8. *Hic dum tempus
eſt, quidquid anima poteſt, agat per ſe, vbi locus eſt
miſericordiæ; nam ibi, quid per ſe agat, non habe-
bis, quia iuſtitiæ ſolùm locus erit.* Idem Auguſt.
lib. 2. de Ciuit. cap. 24 & 27. cum tractat eam ſen-
tentiam, *nunquid obliuiſcetur miſereri Deus?* vult
enim ea verba ad ſolos filios promiſſionis perti-
nere.

Nihilominus ſi rectè expendantur verba Au- 47.
guſtini, non negat Deum ſemper punire citra
condignum, ſed ſemper aſſerit damnatos, non
tantum puniri, quantum commeruerunt; ſic
enim Auguſt. habet *lib. 21. de Ciuitat. cap.* 24.
ſed quibus placet iſta ſententia ex Pſal. 76. *Nun-* Pſ. 76.
*quid obliuiſcetur miſereri Deus? aut continebit in
ira ſua miſerationes ſuas*, vſque ad illa *impiorum
tormenta protendere*, ſaltem ſic intelligant, vt ma-
nente in eis ira Dei, quæ in æterno eſt pronun-
tiata ſupplicio, non contineat Deus in hac ira
ſua miſerationes ſuas, ſed non tanta pœna pu-
niantur, vt nonnunquam eam ſubeant, vel ali-
quando finiant. Similia D. Thom. 1. p. q. 21. a. 4. D. Thom.
in ſol. ad. 1. *In damnatione*, inquit, *reproborum
apparet miſericordia, non quidem totaliter rela-
xans, ſed aliqualiter alleuians, dum punit citra* Hieron.
condignum. Eſt in hanc ſententiam D. Hieron. [g] *Sed & apud inferos diuina iuſtitia clemētia admiſcetur.*
Iſai. in cap. vlt. vbi aſſerit iuſtitiam Dei apud in-
feros[g] eſſe clementiæ admiatam. Proſequitur hoc
argumentum Geoebr. *ſuper Pſal.* 144 verſ. *Suauis* Genebrard. Pſal. 144.
*Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper om-
nia opera eius.*

Neque oppoſitum ſuadent Scripturæ loca, ex 48.
quibus non colligitur mitiùs non agi eum re-
probis in inferno; ſemper enim Deus citra con-
dignam nequitiam eos punit. Illud autem ſolum
volunt ea loca, nunquam ampliùs auferendos
eſſe ab inferis. Quando igitur Ierem. dixit, *te-
tendit funiculum ſuum*, [h] non ea mente diait, vt [h] *Senſus literæ accommodatior.*
ſignificaret eaactam fuiſſe vindictam diuinam,
cum de mente Sanctorum Patrum, Deus ſemper
puniat citra condignum, præſertimque in hac
vita; id quod accommodatè ſatis dictum eſt in
hoc carmine, quod ſcriptum eſſe videtur ad tem-
perandam

perandam iram diuinam. Niſi placeat per hyperbolem[l] locutum fuiſſe Prophetam, ſicut videtur colligi ex ſequentibus verbis, *non auertit manum ſuam à perditione*, ſeu, vt eſt in Hebræo, *non redire fecit manum ſuam ab opprimendo*, ſeu, *non ceſſauit donec omnino omnia euertit.*

[l] Alter per hyperbolen.

49. *Luxitque antemurale, & murus pariter diſſipatus eſt*; excidit, diſſipauit,[l] atque deſtruxit Dominus murum paruum, aggerem oppoſitum muro, quod Hebraicè dictum eſt, *lorica muri*; eſt enim ille exterior murus, veluti tutela, & lorica interioris muri. Dicitur autem lugere per proſopopœiam, qua figura ſolemus humanos affectus rebus inanimatis tribuere, ſicut Ioel dixit in c. 1. *Luxit humus, quoniam deuaſtatum eſt triticum.* Amos etiam in cap. 1. *luxerunt ſpecioſa paſtoris*, id eſt, læta paſcua, quæ ridere videbantur, lugere viſa ſunt. Ita quoque Ieremias dixit, *luxit antemurale*, quia dirutum fuit ipſum, & diſſipatus murus. Non melior ſenſus moralis colligitur ex hoc loco, quàm dilatione temperãdam eſſe iram, admiſcendamque cum iuſtitia clementiam.

[l] Planus eſt huius ſententiæ ſenſus. Ioel. 1. Amos 1.

CARMEN IX.

TETH. *Defixæ ſunt in terra portæ eius; perdidit, & contriuit vectes eius: Regem eius, & principes eius in Gentibus: non eſt lex, & prophetæ eius, non inuenerunt viſionem à Domino.*

§. III.

Ad Literam.

Quòd portæ Ieruſalem gentis Hebrææ tribunalia, altè ſub terra ab hoſtibus fuerint defixæ, ſatis oſtendit, apud eoſdem iuſtitiam perpetuò ſub terra fuiſſe ſepultam.

50. DOCET hoc carmen, relictam fuiſſe Rempublicam Hebræam ſine lege, & ſine prophetia, ac tandem ſine Rege, poſtquam Propheta dixit murum, & antemurale dirutum eſſe, nihil mirum addere videtur, cum aſſerit, obrutas fuiſſe alta tellure portas vrbis, & vectes ferreos confractos: propterea ad fabulam conuerſi ſunt Rabbini[m] aſſerentes diuino miraculo factum eſſe, vt in vrbis euerſione ipſa tellure abſconderentur portæ vrbis, quoniam eas fieri mandauerat Rex Dauid, & propterea, quoniam ingrediente arca Domini, quando audierunt illud, *attollite portas principes veſtras*, ſeu, vt illi legunt, *leuate portæ capita veſtra, & introibit Rex gloriæ*, ſicut dicitur *in Pſal.* 23. ſponte ſua reſeratæ ſunt portæ vrbis Ieroſolymæ: propter has autem duas rationes exiſtimant diuino miraculo portas vrbis in euerſione Ieroſolymæ tellure concluſas eſſe; cuius rei non eſt aliud teſtimonium, quàm Rabbinorum, quemadmodum refert Iarrius *ex L. Midras Aggadad.* fides ſit penes Authores. Ego tamen[n] rem crediderim fabuloſam, tum quia nec de arca Dei, nec de propitiatorio, in quo Deus ſedere conſueuerat, illud factum eſſe dicitur: tum etiam, quia probati Autores exponentes ea verba, *attollite portas principes veſtras*, fatentur ea verba decantata eſſe, quando arca Domini ingreſſa eſt Ieruſalem, nec tamen illius miraculi meminerunt, inter quos eſt Eugubin. & nouiſſimè Antonius Agelius.

[m] Rabbinorum commentum circa portas Ieruſalem ad ingreſſum arcæ per Dauid. Pſalm. 23.

[n] Sed reijcitur vt fabuloſũ. Eugubin. Agelius.

Exiſtimo autem hæc verba duplicem ſenſum habere poſſe, alterum metaphoricum: alterum verò, quem ipſa verba ex ſua[o] primaria ſignificatione efficiunt; certum enim eſt, nobiliſſimas fuiſſe portas vrbis Ieroſolymæ, id quod aduertit Rupert. *portarum*, inquit, *quoque altitudo, & vectium firmitas inter illa numerantur, quæ viſu pulcherrima erant, & iſta portæ ciuitatis, cum repagulis ſuis colliſis, & contritis in terram defixa ſunt, in quibus*, ſcilicet, *fortitudo vrbis poſita erat.* Vnde in Pſalm. 147. ad indicandam fortitudinem vrbis dictum eſt; *Confortauit ſeras portarum tuarum*; ea enim parte præcipuè vrbes oppugnantur & expugnantur. Vnde grauiſſimi Autores celebres retulerunt portas aliquarum vrbium, vt Plin. lib. 6. c. 11 *Vocat ingens natura opus Caucaſeas portas.* Qua de re videndus erit Alex. ab Alexan. *lib 4. cap.* 16. & *ibidem* Andreas Tiraquell. referentes celebres portas, præcipuéque Thebarum: quæ diximus, vt probaremus ſenſum huius loci; potuit enim Ieremias[p] dolere euerſas fuiſſe munitiſſimas portas vrbis, in quibus poſitum erat vniuerſum robur eius. 51.

[o] Per ſimplicem expoſitionem literæ. Rupert. Pſal. 147. Plinius. Alex. ab Alex. Tiraquel.

[p] Dolet Ieremias euerſas fuiſſe munitiſſimas portas Ieruſalem.

Verùm D. Hieronym. quem ſequutus eſt Paul. Burgenſ. atque omnes alij, exiſtimant[q] metaphoricum eſſe ſenſum horum verborum, & per ea ſignificaſſe Ieremiam, neque iuſtitiam, neque veritatem, neque verò legem fuiſſe eo tempore apud Hebræos; eſt enim ſatis vſitatum in ſacra Scriptura per portas ſignificari tribunalia, ſeu loca, in quibus ius dicitur populo: conſueuerunt enim veteres ad portas cuiuſque vrbis ius dicere vnde porta pro publico[r] iudicio accipitur, ſicut latè docuit D. Hieronym. *Amos in cap.* 5. ad illa verba, *Odio habuerunt in porta corripientem.* Idem Hieron. *in comm. in prouerbia, cap.* 22. ad illa verba, *non conteres egenum in porta*: vnde plerunque porta pro loco publico, & pro his, quæ palam ſunt, accipitur. Quo pacto intelligenda ſunt ea verba Cantic. *in portis omnia poma vetera & noua ſeruaui dilecto meo*, id eſt, patent, & publica ſunt. Quo ſenſu intelligendus eſt locus *Geneſ* 4. cum de Caino dixit Deus, *Nonne ſi bene egeris, recipies, ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit?* id eſt,[ſ] palam, & publicum erit, vel ſaltem in iudicium, ſeu tribunal deferetur. Sic intelligenda ſunt plura alia loca ſacræ Scripturæ: qualis eſt ille apud Iob in c. 5. *Conterentur in porta, & non erit, qui eruat*, id eſt, humiliabuntur in iudicio. Similiter intelligendus eſt locus *Geneſ.* 40. Quando Hemor, & Sychen ad portas vrbis conuenerunt cum Hebræis. De muliere honeſta, & pudica dicitur Prouerb. in cap. 31. *Nobilis in porta vir eius, quando ſederit cum Senatoribus populi*, hoc eſt, erit primus eius maritus inter nobiliſſimos Senatores, ſeu Magiſtratus ſuæ Gentis. In quam ſententiam eſt intelligendus locus Ruth. *in cap.* 4. vbi dicitur, *Aſcendit igitur Booz ad portam, & ſedit ibi*, quemadmodum eleganter expoſuit Ioſeph. *lib.* 5. *antiq. cap.* 11. vbi loquens de hoc ipſo argumento ita 52.

Hieron. Paul. Burg.

[q] Altera expoſitio metaphorica.

[r] Quaſi portæ ſint tribunalia. Hieron. Amos 5. Prouerb. 22. Cantic. Geneſ 4.

[ſ] Quæ in porta ſunt, publica cenſentur. Iob 5. Gen 40. Prouerb. 31. Ruth. 4. Ioſeph.

Par.Chald.

ita dixit, *in oppidum reuerſus Booz, ſenatum conuenire fecit.* Clarius Paraph. Chaldaica, *aſcendit ad portam conceſſus ſenatus, & illic ſedit cum ſenatoribus.* Non eſt igitur dubium portas ſignificare in ſacra Scriptura tribunalia publica, ſeu loca, in quibus ius dici conſueuerat populo apud veteres homines. Hinc iam clara eſt intelligentia horum verborum, *defixæ ſunt in terra portæ eius, perdidit, & contriuit vectes eius*, quaſi velit iuſtitiam defunctam eſſe, [t] atque terræ datam; accipere enim videtur loca, ſiue tribunalia, in quibus ius dicitur pro ipſa iuſtitia; qualis locutio eſt ea, qua vtitur Nazianzenus epiſt. 74. ad Celuſ. malum iudicem, ſiue magiſtratum: *Purga*, inquit, *tribunal tuum*; dum locum iudicij præcipit purgari, iuſtitiam ipſam mundari præcipit, accipiens continens pro contento. Nec aliena [u] eſt alia metaphora, cum iuſtitiam, ſiue legem vocauit, *vectes*, ſiue *repagula* populi confracta, dicens, *contriuit vectes eius*, id eſt, nulla erat vel legum humanarum, vel diuinarum cuſtodia, ſicut optimè aduertit Theodoret. Regem autem, & Principem docet demigraſſe in exilium, & hæc videtur vera ſententia, & vera expoſitio huius loci.

[t] Perelegans expoſitio huius ſententiæ iuxta dictam metaphoram.
Nazianz.
[u] Alia metaphora non minùs accõmoda.

53. *Non eſt lex*: Paraphraſis Chaldaica verum [x] commentum videtur addidiſſe ad hæc verba, ſic enim habet: *Defixæ ſunt in terram portæ eius, perdidit, & contriuit vectes eius, rex & principes eius migrauerunt inter populos, eo quòd non cuſtodirent verba legis, quaſi non accepiſſent eam in monte Sion.* Tranſtuliſſe videntur eandem ſententiam Theodoret. & Rabbi Salom. & Rabbi Ioſeph. *& rex eius*, inquit, *& princeps de Sion exierunt ad exulandum in gentibus, & ſine lege, quia principes eius demigrarunt, interiit ſapientia ſapientium*: Eſt enim *lex*, Hebraica voce, *thora*, quæ doctrinam ſignificat, quaſi non fuerit inter eos docens doctrinam, ſicut ponderauit Rabbi Salom. Vnde Hieron. [z] voluit hæc verba non tantùm pertinere ad captiuitatem Babylonicam, ſed etiam ad præſentem captiuitatem, quam patiuntur Iudæi propter Chriſtum Dominum occiſum; præclara enim ratione Synagoga dicitur hoc tempore eſſe ſine lege, & ſine portis, quemadmodum eleganter Guillelm. Genebrard. exiſtimat interpretanda eſſe ea verba Pſalm. 86. *Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob*; quaſi comparatio ſit inter Synagogam & Eccleſiam Chriſti, ita vt Eccleſia Chriſti fortiſſimis legis diuinæ portis ſit firmata, cùm tamen à tempore mortis Chriſti Synagoga facta ſit tabernaculum Iacob ſine porta, & ſine vectibus, quod credibile eſt deploraſſe etiam hoc in loco diuinum Ieremiam, cum dixit, *defixa ſunt in terra portæ eius; perdidit, & contriuit vectes eius, non eſt lex*; portant enim Hebræi libros legis, eos tamen non intelligunt, ſicut pluribus in locis dixit Auguſt.

Par.Chald.
[x] Vera iudicatur commentatio Rabbinorum hic.
Theodor.
Rab. Salom.
Rab. Ioſeph.
Rab. Salom.
Hieron.
[z] Probatur etiam, quam facit D. Hieronym.
Genebrard.
Pſalm. 86.

54. *Et propheta eius non inuenerunt viſionem à Domino.* Dubitant graues Authores, vtrùm nomine prophetarum intelligendi ſint veri prophetæ, an falſi? Theodoret. exiſtimat [a] de falſis prophetis locutum fuiſſe Ieremiam, atque proinde propheriam eſſe in his verbis, de eo ſtatu, quem nunc habent Hebræi: quibus habet ſimilia D. Hieron. quos ſequutus eſt noſter Luſitanus Petrus à Figeiro; exiſtimat enim prophetas eius in rebus agendis non inueniſſe illuminationem, eam negante Deo, quemadmodum Sauli noluit reſpondere, neque per prophetam, neque per ſacerdotem, ſicut dicitur *lib. 1. Reg. cap. 14. & 28.* Vnde Saül iratus ad dæmones conſulendos confugit. Sic hodie Hebræis euenire ſolet, qui deſtituti veris prophetis, conſuiunt Rabbinos [b] dæmonum inſtrumenta, quæ iuſta pœna eſt eorum, qui veros prophetas audire noluerunt, ſicut patet Iſaiæ 30. *Qui dicunt videntibus, nolite videre: & aſpicientibus: nolite aſpicere nobis ea, quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores*; quales prophetas nunc habẽt, Rabbinos, ſcilicet, videntes falſa, atque docentes errores. De vtriſque prophetis locũ intelligit Paſchaſ. & Rupert. vt hæc prophetia referri poſſit & ad præſentem ſtatum, & ad præteritum, quando euerſa eſt Iudæa per Chaldæos.

Theodoret.
[a] De falſis prophetis locum intelligit Theodoret.
Hieron.
Petr. à Fig.
1. Reg. 14. & 28.
[b] Qui ſunt hodie apud Hebræos Rabbini dæmonum inſtrumenta.
Iſai. 30.
Paſchaſ.
Rupert.
[c] Quadrat hæc expoſitio primo & ſecundo excidio Iudæorũ.

TRACTATVS VII.

De expoſitione decimi carminis ſub litera IOD. *Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion: conſperſerunt cinere capita ſua, accincti ſunt ciliciis: abiecerunt in terra capita ſua virgines Hieruſalem.* Siue, *de ſtupore ſilenti.*

§. I.

Ad Literam.

Acerba calamitas vocem adimit, cinerem capiti, & cilicium corpori imponit, non vt malum malo addat, ſed quo externo proteſtetur in ſigno, miſeræ ſuæ conditionis initium.

Deplorat Ieremias in hoc carmine nullam habitam fuiſſe rationem reuerendæ ætatis in ſenibus, neque ſanctæ pudicitiæ in virginibus. Illud autem aduertendum eſt, verbum Hebræum, *ſederunt*, eſſe potius in futuro, quàm in præterito; vnde mirum non eſt, quòd præteritum [d] tranſtulerit vulgatus interpres, ſicut etiam vertetunt L X X. & Paraphraſis Chaldaica in præſenti tempore; eſt enim conſuetum apud Hebræos vti futuro tempore, [e] pro præterito, & præſenti. Eſt autem hoc in loco *ſedere* habitus dolentis, & calamitoſi hominis, ſicut nos latè diximus *in cap. 1.* ad illa verba, *quomodo ſedet ſola ciuitas*; *tacere* autem, ſiue *conticeſcere*, eſt ſignum extremæ calamitatis; leues enim calamitates [f] loquuntur, ingentes ſtupent, & ſilent; ac proinde expreſſit propheta ſuis verbis extremum calamitatis ſignum in ſenibus, quos introducit ſedentes, & ſilentes de more miſerorum. Cùm autem dixit, *conſperſerunt cinere capita ſua*, ſimilem calamitatem deſcribit; nanque pulueris conſperſio, ſiue cineris, vetuſtiſſima cæremonia eſt, qua ſolent miſeri cinere conſperſi ſuam humilitatem, & vilitatem oſtendere, quales introducit Seneca Tragic. mulieres Troianas in eo excidio, *tepido Troia puluere fœdas*, vocauit enim miſeras Troianas 55.

[d] Vulgata tranſlationis ratio.
[e] Hebræi enim futuro vtuntur pro præterito, & præſenti.
[f] Leuis calamitas loquitur, extrema ſilere facit.
[g] Vetuſtiſſima eſt cæremonia cinerem in calamitate capiti imponere.
Tragicus.

Iob. 2. nas fœdas calido cinere Troiæ, qua locutione
vſus eſt Iob *in cap.* 2. cum de ſuis amicis ita dixit
*Cumque eleuaſſem procul oculos ſuos, non cognoue-
runt eum, & exclamantes plorauerunt, ſciſſiſque ve-
ſtibus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum*: vnde
Lucianus. pulchrè Lucian *in libell. de luctu* ex Homero de-
duxit *lib.* 18. *Iliadis*. Hanc miſeram conſuetudi-
nem, apud quem Achilles audita voce Patrocli,
*cinere caput ſparſit, nunc fœdantes in puluere cri-
Virgilius. nem*: quod dixit etiam Virgilius 10. *Æneid.* de
Rege Latino, *Canitiem multo deformat puluere*; &
Catull. Catullus, *canitiem terra, atque infuſo puluere fœ-
Cicero. dans*. Cauſam huius conſuetudinis aperuit Cice-
Euriped. ro *lib.* 3. *Tuſcul. quæſt.* citans Euripidis carmen,
reducenda eſt terra terra, quaſi in extrema calami-
[h] *Cuius ele-* tate [h] vnuſquiſque cognoſcat debile, & fœdum
gans & vera ſuum principium, atque etiam ſimilem interitum
ratio aperi- ex puluere in puluerem, quales Ieremias intro-
tur. duxit ſenes Hebræos.

56. *Accincti ſunt cilicus.* | Hic alius habitus dolentium
ſiue miſerorum, ſaccus, ſed
cilicium; idem enim eſt apud Hebræos, ſaccus,
ſiue cilicium; vtebantur autem ſacco miſeri in
[i] *Extremè* magnis [i] calamitatibus. Quo ſenſu dixit Ioel in
dolentium cap. 1. *Plange quaſi virgo accincta ſacco*. & 4. Reg.
habitus. *Viditque omnis populus cilicium, quo veſtitus erat*
Iob 1. *ad carnem intrinſecè Ioran Rex Iſrael*, quando Be-
4. Reg. nadab Rex Syriæ obſidebat Samariã. Vnde pater
Pſalm. 29. intellectus ad eum locum Pſalm. 29. *conſcidiſti
ſaccum meum, & circundediſti me lætitia*, id eſt,
nouam, & lætam veſtem induiſti me pro cilicina,
qua miſer vtebar. Contexebantur autem cilicia
ex pilis camelorum, ſeu caprarum, vnde etiam
fiebat ſaccus ſordida, & ſqualida veſtis, qualem
decebat induere mœſtos, & miſeros homines.
Apoc. 6. Vnde eſt illud Apocalypſ. in cap. 6. *& ſol factus
eſt niger tanquam ſaccus cilicinus*; quo habitu Ie-
remias venerandos ſenes Hebræos introduxit,
quorum erat grauiſſima authoritas ſtante repu-
blica Hebræorum.

57. *Abiecerunt in terram capita ſua virgines Hieruſalẽ.* | Noua continetur ſententia
[l] *Noua ſen-* [l] in his verbis, quam addi-
tentia noua dit Ieremias poſt pauſam,
verborum nouam aggreſſus ſententiam; quæ fuit ratio, cur
forma texi- vulgatus interpres præcedentia verba tranſtule-
tur à prophe- rit, *accincti ſunt cilicus*, quemadmodum L X X.
ta. verterunt, & Paraphraſis Chaldaica, atque Theo-
Par. Chald. doret. vt prior illa oratio referatur ad ſenes, non
Theodoret. autem ad virgines Hieruſalem; ſicut voluiſſe vi-
Hieron. detur D. Hieronym. qui in com. huius loci, ita
legit: *Accinctæ ſunt cilicis virgines Hieruſalem*.
Non negauit autem D. Hieronym. veram lectio-
nem eſſe vulgatam, ſed cilicium voluit virgini-
bus adaptare. Certum autem eſt mulieres, & præ-
ſertim virgines amantiſſimas eſſe pulchritudinis,
& venuſtatis, ita vt plerunque pulchritudinem
vitæ præferant; quæ fuit ratio, cur Ieremias ad
extremam calamitatem ſignificandam dixerit,
*abiecerunt in terram capita ſua virgines Hieruſa-
lem*, præter enim quàm quòd caput membrum
[m] *Caput di-* eſt corporis humani diuiniſſimum, [m] reliquorum
uiniſſimum membrorum princeps, cui totum corpus parere
corporis mem- voluit Deus, quemadmodum eleganter dixit
brum. Plato in Timæo, & Ariſtotel. *lib.* 1. *de natur.
Plato.* *animal. cap.* 12. vbi caput appellauit *membrum
Ariſtoteles.* *omnium humani corporis præcipuè diuinum, & ſa-
crum, cum ſit principium cogitationis*, & *in problem.
ſect.* 33. *quæſt.* 7. *& quæſt.* 9. Quibus in locis agit
de excellentia capitis noſtri, ſuper omnia mem-
bra corporis, imò ſupra cæteras omnes res vi-

uentes, & mũdanas: quibus dixit ſimilia Plutarch. Plutarch.
ex Platone *in libello de exilio*. Athenæus *lib.* 2. Athenæus.
cap 27. affirmat hanc partem corporis *ſacram,
atque diuinam habitam apud priſcos homines*; vnde
per caput, tanquam per rem diuinam iurabant.
Videndus erit Alex. ab. Alex. *lib.* 2. *Gen. dier. c.* 19. Alex. ab Al.
vbi aſſerit hanc partem hominis eſſe eam, *in qua
animus immortalis ſedem habet*, propterea ſacram
appellatam eſſe: quod proſequitur Plutarch. *in* Plutarch.
lib. de placitis Philoſoph. Theod. *lib.* 5. *de curat.* Theodoret.
Græcar. affection. Ambroſ. *ſuper Pſalm.* 118. *ſerm.* Ambr.
20. Caput igitur ita factum in terram, & in pul-
uerem proiicere extrema [n] miſeria eſt, in fœmi- [n] *Vnde extrè-
nis autem, & in virginibus longè miſerius, qua- ma miſeria
rum pulchritudo, ſiue felicitas in capite, ſiue in eſt, cum pro-
capitis ornamentis ſemper poſita fuit. Quo ſen- ijcitur in ter-
ſu ſponſus. *Cantic. in cap.* 7. vt ſuæ ſponſæ pul- ram, maximè
chritudinem laudaret, à capitis ornamento ince- à virginibus.*
pit, ita inquiens, *caput tuum ſicut carmelus*; quæ Cant. 7.
comparatio eſt pulchritudinis ſponſæ, quæ poſi-
ta eſt in capite, propterea Chaldaicè dicitur, *po- Chaldaicè.
ſuerunt in terra capita ſua*; quod Hebraicus text. Hebraicè.
dixit, *dimiſerunt in puluerem capita ſua virgines
Hieruſalem*, quibus nihil infelicius euenire po-
tuit, quàm capitis ornamenta puluere deturpaſſe;
atque in terram abieciſſe, cum virginibus vita
ipſa dulcior ſit pulchritudo, quæ præcipuè in ca-
pite, & in eius ornatu poſita eſt.

Placet maxime hæc expoſitio, & quia magis 58.
quadrat cum litera Hebræa, imò etiam cum Pa-
raphraſi Chaldaica, nec aliena eſt a vulgata tranſ-
latione; *abiicere* enim, quod eſt in vulgata, ſignifi-
cat *longè proiicere*, ſiue, *vili pendere*. Prætetea quo-
niam hæc expoſitio maiorem doloris impatien-
tiam oſtendit, qua ſolent mulieres, præſertim ca-
pitis ornamenta proiicere, & ad terram caput al-
lidere: Non negauerim [o] tamen abiicere in ter- [o] *Altera ex-
ram caput, nihil aliud eſſe hoc in loco, quàm de- poſitio eiuſ-
miſſo collo incedere, vt ſit locus ſimilis illi, qui dem ſenten-
eſt apud Iſaiam, *cap.* 3. vbi de fœminis Hebræis tia.* Iſa. 3.
ita dicitur, *pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion &
ambulauerunt collo extento, decaluabit Dominus
caluitiem filiarum Sion, & crinem earum nudabit*:
quæ expoſitio quamuis aliena non ſit ab hoc lo-
co, prior tamen magis quadrat cum circumſtan-
tia extremæ calamitatis.

§. II.

Ad Mores.

*Vt cælo equidem digna fiat, reddatur opor-
tet terra terræ, quique in ſilentio me-
ditatur ſalutem inueniet, vnde Chriſti
capiti conformetur.*

MOraliter autem hic locus expreſſit for- 59.
mam pœnitentis hominis, hoc enim ſigni-
ficat, & conſeſſus in terra, & puluere conſperſo
in capite; hæc enim & ad miſericordiam mo-
uent, & ad pœnitentiam; ſic [p] enim miſer ſuæ [p] *Per quæ
originis principium, & exitum ſuum Deo proſ- oſtendit pœ-
picienti oſtendit, vt prouocet ad eleuandum mi- nitens Deo
ſerum ex puluere, quo ſenſu dixit Iob in cap. 10. ſuæ originis,
*Memento quæſo, quod ſicut lutum feceris me, & in & exitum mi-
puluerem reduces me*; qua via exiſtimauit vir diui- ſeriam.*
nus Iob ſe poſſe conciliare diuinam clementiam, Iob. 10.
vt miſerum ab extrema calamitate eriperet. Sic
quoque honeſtiſſima vidua Iudith, *ingreſſa eſt*

oratorium ſuum, & induens ſe cilicio poſuit cinerem ſuper caput ſuum, & proſternens ſe coram Domino clamabat: ſicut dicitur *in cap. 9. Iudith.* Sic quoque honeſtiſſima fœmina Heſter, eum depoſuiſſet veſtes regias, fletibus, & luctui apta indumenta ſuſcepit, & pro vnguentis variis, cinere & ſtercore impleuit caput ſuum, quemadmodum legitur *in 14. ſua hiſtor.* Eandem viam tenuerunt pœnitentes Niniuitæ, ſicut dicitur *Ionæ in cap. 3.* Eſt enim cineris conſperſio, [q]reformationis melioris principium. In quam ſententiam adducendus eſt ille locus, cuius meminimus aliquando apud Plinium *lib. 35. natur. hiſt. cap. 2.* vbi refert elogium Praxitelis Statuarij, qui Plaſticem Statuariæ & Celaturæ matrem eſſe dixit, & cum eſſet ſummus in his omnibus generibus, nihil prius fecit, quàm finxerit in luto: quod voluit eleganter Niſſen. *in lib. de perfecta Chriſtiani hominis forma, & in creatione Pulcheriæ Auguſtæ prope finem*; propterea Deum poſt peccatum etiam deletum voluiſſe vt homines morerentur, quia neceſſarium fuit, vt ſtatua cælo digna [r]efficeretur, in terram iterum redire: oportuit enim vt ad modum vaſis fictilis propter vitium contractum ad terram iterum adigeremur; non aliunde enim meliùs cæleſtis ſtatua fieri potuit, quàm ex luto. Propterea Ieremias ſedentes in terra introduxit peccatores, atque puluere conſperſos, qua via Abraham ſe in magnum virum conſurgere putauit, cùm dixit *Geneſ. in cap.* 8. ſe puluerem & cinerem eſſe. Sic Iob *in cap. 17.* ſe putredinis filium, fratrem, & eſcam vermium appellauit. Sic Dauid 1. *Reg. cap.* 24. ſe canem mortuum dixit. Videndus erit Philo *in lib. de ſomniis*, & maximè Bernard. *ſerm. 5. in dedicat. Eccleſiæ*, cum docet, compendiariam viam eſſe ad virtutis perfectionem, miſeriæ, & vilitatis noſtræ recordationem; *excludit*, inquit, *miſeriæ diſſimulatio miſerationem, nec dignatio locum habet, vbi fuerit præſumptio dignitatis, prouocat verò compaſſionem humilis confeſſio paſſionis.* Eſt in hanc ſententiam locus alius Chryſoſt. hom. 3. ſuper cap. 1. Matth. *Nam*, inquit, *vt contritam manum, ſi millies in altum leuare velimus, non poſſumus: ita etiam ſi animam contritam quamuis innumera illam inflando eleuare voluerint paſſiones, nunquam tamen poterunt*: quod etiam in apibus [s]fieri docuit Poëta *in 4. Georgic.* cùm de earum pugna ita dixit,

Iudith. 9.
Heſter. 14.
Ionæ 3.
[q] Cineris cõſperſio reformationis principium.
Plinius.
Niſſen.
[r] Vt enim homo cælo dignus fiat, terra reddatur oportet.
Gen. 8.
Iob 17.
1. Reg. 24.
Philo.
Bernard.
Chryſoſt.
[s] Appoſitiſſima ſimilitudo.
Virgilius.

Hi motus animorum, atque hæc certamina tanta
Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcunt.

Proinde rectè Ieremias peccatores ad pœnitentiam conuerſos priùs introducit puluere conſperſos.

60. Hactenus diximus, quid moraliter ſignificet *conſeſſus in terra*, ſiue *cineris conſperſio*; nunc autem dicendum eſt, quid *ſilentium* [t] ſignificet in homine peccatore; nec enim ſolùm ſedentem eum in terra introduxit diuinus Ieremias, & puluere conſperſum, ſed etiam ſilentem, & ſtupentem, cum dixit, *ſederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion.* Significat igitur ſilentium in homine peccatore inter mala ſua, & calamitates, animam ſolùm tendentem ad ſui remedium: id quod proſequitur D. Chryſoſt. *hom. 2. in cap. 5. ad Roman. & hom. 62. ad popul. & hom. 15. in Acta Apoſt.* Notando ſilentium Magdalenæ, & Publicani inter conuitia Phariſæi; *lachrymis enim lauabat pedes Domini, capillis tergebat, ore exoſculabatur, nihil reſpondens ad iniurias Phariſæi præ compunctione cordis; erat enim ad rem quam agebat tota attenta, & toto pectore operi pœnitentiæ inſtabat, proinde non curabat obiecta.* Quam legem præſcripſerat Regius Vates pœnitentibus peccatoribus in Pſalm. 38. *Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator aduerſum me*: & Pſal. 37. *Ego autem tanquam ſurdus non audiebam.* Anima enim vulnerata, vulneris quærebat [u] remedium, & non iniuriæ, proinde humiliatam animam introducit Ieremias ſedentem in terra cinere conſperſam, atque ſilentem.

[t] Quid ſignificet ſilentium in peccatore.
Chryſoſt.
Pſal. 38.
Pſal. 37.
[u] Eſt vtique remedij meditator & ſalutis.

Pars alia pœnitentis peccatoris, quæ vera mortificatio carnis eſt, in ſequentibus verbis oſtenditur, cum Propheta dixit; *Accincti ſunt cilicis, abiecerunt capita ſua in terram.* Nanque carnis [x]mortificatio iuuat maximè ad pœnitentiam, & mouet ad miſericordiam, ſicut proſequitur Caſſian. *lib. 1. cap. 12.* cum explicat eum locum Pſalmi, *factus ſum ſicut vter in pruina.* Ambroſ. *in lib. de Iſaac & anima, cap.* 4. Bernard. *in declam. Ecce nos reliquimus omnia*, explicans ea verba Cantic. 1. *quia decolorauit me Sol.* Idem Bernard. *ſerm. 2. & 5. in feſto omnium Sanctorum*, cum ait: *Pudeat ſectari gloriam membra, quibus caput ſuum tam inglorium exhibetur; pudeat ſub ſpinato capite membrum fieri delicatum*: & Clem Alex. lib. 2. Pædagog. cap. 8. *a ratione alienum eſt, vt qui audierimus Dominum ſpinis fuiſſe coronatum, ipſi venerabili Domini paſſioni inſultantes, habeamus capita redimita floribus.* Proſequitur hoc argumentum Tertull. *in lib. de corona militis*; cum ita eleganter dixit: *quale, oro te, ſertum pro vtroque ſexu ſubiit Chriſtus? ex ſpinis opinor, & tribulis in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis, abſtulit virtus Crucis*; tunc addidit elegantius, *ſi ob hæc, caput tuum ei debes, tale ei* [z]*repende, quale ſuum pro tuo obtulit, aut ne floribus coroneris; ſi ſpinis non potes, cur potes floribus? Serua Deo rem ſuam inattaminatam, ille eam ſi volet, coronabit, imò vult.* Decet igitur carnis mortificatio in membris Chriſti, cum ea priùs fuerit in capite pro noſtris ſceleribus. Hæc autem conciliant diuinam miſericordiam, ſicut inter cæteros dixit Chryſoſt. *hom. 10. in Geneſ.* quærens, cur Deus tam acriter reprehenderit Adamum [y] poſt peccatum, atque eum induerit pellibus animalium, *quia*, inquit, *ſicut in iudicium ducendi, & commiſſorum pœnas ſubituri, ſqualidi, ſordentes, triſtes iudicantibus apparent, vt ex habitu ipſos in humanitatem & veniam traducant*: quod notauit Cicero *in orat. pro Cluentio*; *Aſpicite, iudices, ſqualorem, ſordéſque ſociorum, ſpectaculum ſordidum, atque luctus.* Sic diuinus Ieremias peccatorem pœnitentem ante diuinum tribunal induxit accinctum ſacco, ſqualidum puluere.

61.
[x] Quàm ſit neceſſaria carnis mortificatio in pœnitentia.
Caſſian.
Pſal. 118.
Bernard.
Cant. 1.
Idem.
Clem. Alex.
Tertull.
[z] Caput ſuum rependat Chriſto peccator, quale Chriſtus pro nobis ſuum obtulit.
Chryſoſt.
[y] Cur Adamum Deus pellibus induerit poſt peccatum.
Cicero.

TRACTATVS VIII.

De expoſitione vndecimi, duodecimi, & decimitertij carminum. Siue, *De miſeria paruulorum cadentis Ieruſalem, cuius deſolationis ſimile non eſt.*

CARMEN XI.

Carmen XI.

CAPH. *Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea: effuſum eſt in terra iecur meum ſuper contritione filiæ populi mei, cum deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi.*

§. I.

Ad Literam.

In ſupremo dolore deficientibus lachrymarum fontibus, iecur pro ſanguine aquas effundit.

62\. SVAM in hoc carmine expreſſit Propheta [a] commiſerationem propter paruulos lactentes ab vberibus maternis præ fame cadentes: intelligetur meliùs hic locus, ſi in memoriam repetamus locum Plinij 11. *natur. hiſt. c.* 39. cum de lachrymis ita quærit, *quis ille humor in dolore tam fœcundus, & paratus, aut vbi reliquo tempore includitur?* In oculis quaſi [b] ſedem animam habere, plures exiſtimaſſe concludit, hinc miſericordiæ lachrymæ, & fletus, & rigantes ora riui, his quodammodo paſcimur, alleuamus, refrigeramus pectus, & mœſti conſolamur; quod ſi ab oculis auferatur, oculi defeciſſe videbûtur, quaſi oculi [c] ex aqua & lachrymis compoſiti videantur. Videndus erit in hanc ſententiam Nazianz. *orat.* 11. & præcipuè Elias Cret. *ad eandem orationem Nazianz. pag.* 47. ex nouiſſima impreſſione Pariſienſi, vbi de origine lachrymarum ea dicit, quæ valde neceſſaria ſunt ad expoſitionem huius loci: *Soluuntur*, inquit, *in lachrymas illi vapores, quos ad ſupernas* [d] *cerebri partes intima contractio cordis miſerat per oculorum meatus, tanquam per canales quoſdam humoris molem excutit natura, atque vt nubes in guttas, ſic etiam vaporum craſſities in lachrymas diſſoluuntur; tanta igitur vis lachrymarum fit, vt penè periiſſe videremur oculi, ſicut & aqua ductus rumpuntur per redundantiam aquarum.*

[a] *Argumentū carminis.*
[b] *Vbi ſedem habeant lachrymæ.*
[c] *Oculi ex lachrymis compoſiti videntur.*
Nazianz.
Elias Cret.
[d] *Origo lachrymarum ex cerebro.*

63\. Cel. Rodig. Accuratiùs rem examinauit Cel. Rodig. *lib.* 12. *antiq. lect. cap.* 5. vbi oſtendit lachrymarum originem, & cur interdum oculi deficere videantur præ vi lachrymarum? *non eſt aliud*, inquit, *lachryma, quàm aquoſus humor ab oculis profluens ex* [e] *imo corde; in dolore autem lachrymæ vbertim fluunt, quoniam doloris vi plurima ſecernuntur euaporatio*; quod agnoſcens Homerus lachrymas calidas appellauit. *Nec omnis tamen dolor ſic cordis calorem excitat, vt qui in eo eſt, ſequeſtretur humor, ſed qui cum ſpe modò eſt; hac enim efficit, vt exiliat cor vehementiùs ac laxius fiat, nec ſubſultus quidam hoc effecerit, ſed impetuoſior, vt in rerum acerbitate; ſiquidem vbi ſpes abeſt, cordis ceſſat ſubſaltatio, quando comprimitur, meatibúſque obcæcatis augeſcente calore feruet humor, nec euaporatur.* Vnde [f] iam patet, cur oculos defeciſſe dicat Ieremias in extrema acerbitate præ vi, & multitudine lachrymarum.

[e] *Secundùm alios ex corde promenit lachryma.*
Homer.
[f] *Prior expoſitio litera.*

Fortaſſis huius rei alia eſt ratio, quæ colligitur ex Galeno [g] *lib.* 1. *de different. morbor.* in ſpiramentis oculorum ſuperiecta eſt neruoſa caro, quam lachrymarum frænum appellauit medicorum ſchola, quia in eo velut obice ab exitu repellitur, & velut frænatur humoris illa deflua redundantia; quod ſi abſcindatur, aut caſu aliquo minuatur, perennis fit lachrymarum fluxus vnde ſunt lachrymæ quædam vltimam conſequentes debilitatem omnium oculi virtutum, & cerebri, atque omnino totius reliqui corporis, quod propinquis morti euenire ſolet, ſiue deploratis, quemadmodum dixit Galen. *apud Hypocrat.* qualem oculorum defectum mihi deploraſſe videtur [h] Ieremias hoc in loco, iam penè moriens, præ acerbitate calamitatis.

[g] *Philoſophica ratio ex Galeno.*
[h] *Multo magis eleuat locum iſtum.*

65\. *Conturbata ſunt viſcera mea.* Iam ſuprà *in cap.* 1. *verſ.* 20. de vi huius verbi diximus, quod vulgatus interpres tranſtulit, *conturbata*, adducentes authoritatem Rabbi Salomonis aſſerentis, verbum Hebræum ſignificare, *contracta ſunt viſcera mea*, quod Paraph. Chald. dixit, *exæſtuarunt mihi viſcera mea:* tamen Rabbi Dauid, LXX. Interpretes, atque D. Hieronym. cum vulgata vertunt, *conturbata ſunt viſcera mea;* quæ lectio [i] non valde diſſonat ab ea priori: vtitur hoc loquendi modo Ieremias in cap. 31. ſui vaticinij, cum dixit, *conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum.*

Rab. Salom. & alij.
[i] *Concinit vulgata cum alijs verſionibus.*
Ierem. 31.

66\. *Effuſum eſt in terra iecur meū.* Maior difficultas eſt in illis verbis, cum Ieremias dixit, *Effuſum eſt in terra iecur meum:* videtur enim dura metaphora ad ſignificandum omne gaudiū amiſſum eſſe, cuius ſedes, ſicut amoris, [l] in iecore poſita eſt, quod voluit Theodoret. cum dixit, *effuſa eſt in terra gloria mea*, id eſt, gaudium, voluptas, atque amor. Eſſe autem amoris ſedem, & concupiſcentiæ ipſum iecur docet Cel. Rodig. lib. 2. lect. antiq. cap. 21. *In iecore concupiſcentia, & nutritio dominari creditur, quia ibi aetheus vitæ ſanguis eſt veluti ſubſtratum.* Similia habet in lib. 29. cap. 19. *In iecore potiſſimùm concupiſcendi principium, in præcordijs maximè iraſcendi exordia; ibi enim nutritio viget, ac generatio, hic autem vigor igneus*, & lib. 2. cap. 23. Galen. lib. 1. de vſu partium, cap. 18. *Hepar animæ concupiſcibilis eſt principium, cor autem iraſcibilis.* Vnde iam colligitur prima [m] expoſitio, quaſi velit Propheta, omne gaudium, atque omnem voluptatem, & concupiſcentiam ſibi excidiſſe.

[l] *Amoris, & gaudij ſedes in iecore, & quare.*
Cel. Rodig.
Galen.
[m] *Prima expoſitio litera.*

67\. Verùm plus aliquid mihi videtur voluiſſe Propheta in his verbis, pro quo aduerto id quod dixit Plinius lib. 11. natur. hiſtor. cap. 37. *Certè iecur nulli eſt, niſi habentibus ſanguinem:* vnde notauit Marco Marcello circa mortem defuiſſe in extis iecur, ſequenti die geminum repertum eſſe: defuit quoque Caio Mario, pridie antequam interfectus eſſet, eſt enim iecur ſanguinis fons, & principium omnium viſcerum, ſiue inteſtinorum. Cùm igitur Propheta dixit, [n] *effuſum eſt in terra iecur meum*, ſignificare voluit, exanguem factum eſſe, ſiue exanimem, vel, ſibi auulſa fuiſſe omnino viſcera ſua, quod in magnis doloribus fieri videtur, ſicut Luſitano ſolet dici prouerbio. Sic igitur Ieremias dixit, hepar ſuum, iam non lachrymas dediſſe, ſed ſanguinem, quaſi effuſus ſit per lachrymas ſanguis, vel, vt quidam ex recentioribus dixit, *iam meum iecur non eſt officina ſanguinis, ſed artifex factum eſt lacrymarum;* diſſoluitur in lachrymas per oculos, & cadit in terram ipſum iecur.

Plinius.
[n] *Poſterior expoſitio.*

68. *Super contritionem filiæ populi mei.* } Seu, vt legit Theodoret. *in contritione ciuitatis Ieruſalem*, vel potiùs *prouinciæ Iudææ*, quibus verbis ſignificat iuſtiſſimum ſuum fuiſſe dolorem propter exeidium, ſiue euerſionem gentis Hebrææ: ſic enim contritionem appellat, metaphora ſumpta, vel à naue tempeſtate acta, vel à ſylua ventorum turbine confracta: quis enim non commoueretur eo miſerabili ſpectaculo, videndo paruulos lactentes in ipſis vrbis plateis inter amplexus maternos, atque inter areutia vbera cecidiſſe, ſiue defeciſſe?

69. Colligo igitur breuiſſimè cum Rupetto abbate veram [o] intelligentiam totius huius carminis, vt ſit in eo correctio quædam & emendatio eorum, quæ à propheta acerbiùs fuerat imprecatus in ſuam gentem; dixerat enim in cap. 18. ſui vaticinij; *Propterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manum gladij; fiant vxores eorum abſque liberis, & viduæ, & viri earum interficiantur morte:* Et ſimilia mala fuerat propheta imprecatus, vel potius prædixerat de populo ſuo, eadem corrigit, & emendat in melius ad præſentiam acerbiſſimæ calamitatis: hæc, inquit, dicebam conformando meorem, & rationem meam cum tuo diuino iudicio; nunc autem vbi ipſa acerbitas, & miſerum ſpectaculum meis oculis obiectum eſt, vicit pietas, & à ſupernis iudiciis relapſa in ſemetipsâ, vulnerata fuit natura; etenim non potuit naturalis affectus carnis, & ſanguinis rationem ſequendo perſiſtere in altitudine æterni, & diuini tui iudicij; nanque cum defecerit paruulus, & lactens, tunc defecerunt præ lachrymis oculi mei, & viſcera mea commota ſunt ſuper contritionem meorum populatium. Sicut enim aſſerunt Theologi, quamuis voluntas [p] humana in volito formali ſemper ſe conformare teneatur eum diuina voluntate, in volito tamen materiali, & ſequendo leges naturæ, & pietatis, non ſemper tenetur ſe conformare; ſicut iudicare videtur ille locus Amos *in cap. 6.* vbi diuinum oraculum conqueritur de iis, qui nullo affectu mouebantur in gentem Samariæ, quam puniebat iuſtiſſimo iudicio Deus; ſic enim dolens dixit propheta, *& non compatiebantur ſuper contritionem Ioſeph*: ſolet enim Deus illis iraſci, qui nullo affectu moueutur eorum, quos ipſe iuſtiſſimè punit. Dixit hoc Chryſ. *hom. 18. & 32. ad populum & hom. 8. ſuper Matth.* eſt enim alienum à legibus naturæ non moueri affectu in calamitate fratrum, ſicut notauit Nazianz. orat. 16. *cum natura ipſa velut lata lege ſancinerit commiſerationem, vtpote ex eadem infirmitate ad pietatem, & humanitatem erudita.* Erit videndus ibidem Nicetas, & Chryſoſt. *homil. 29. in Geneſ.* Nazianz. orat. de pauperum amore; *qui enim affectu condolentiæ, ſiue commiſerationis carent, parum eſt, vt humanitate careant.* Proinde iuſtiſſimè corrigit Ieremias id, quod acerbiùs fuerat imprecatus, cum videret cadentes præ fame inter complexus maternos paruulos lactentes gentis ſuæ.

[o] *Totius carminis compendiaria expoſitio.* Ierem. 18.

[p] *Qualiter voluntas humana ſe cum diuina conformet in iuſtis.* Amos. 6.

Chryſoſt. Nazianz. Nicetas. Chryſoſt. Nazianz.

§. II.

Ad Mores.

Si deficiant oculis lachrymæ animi medicina, curabitur peccator vulneribus pœnitentiæ.

Poſſumus autem eundem moralem ſenſum in hoc vndecimo carmine proſequi, quem inchoauimus in 10. conſtituimus enim hominem pœnitentem ſedentem in terra, puluere conſperſum, ſqualida, & cilicina veſte indutum; ſic enim oſtendebamus & circunſtantiam ſedis, atque habitus miſeri pœnitentis; nunc iam videtur lachrymis curare ea vulnera, quæ per ſenſus illata ſunt; ſolet enim animi [q] vulnus per plagas oculorum curari, ſicut eleganter dixit Nazianz. *orat. de baptiſmo*, cum ait, *Viſio illa, quæ Paulum fulgore circumfudit, per oculorum plagam tenebris animi medicinam attulit, ſic per lachrymas deficientium oculorum medicina paratur vulneribus peccatorum:* quod eleganter notauit Chryſoſt. *hom. 5. ad populum*, vbi aſſerit, propter hoc triſtitiam, & lachrymas factas eſſe, non vt in morte, neque in alia re tali doleamus, ſed vt ipſis ad delenda peccata vtamur; remedia enim medicinalia propter illos tantùm morbos [r] inuenta ſunt, quos curare poſſunt, & non propter illos, quos adiuuare nequeūt. Lachrymis igitur iuſtiſſimè vtitur peccator ad curanda vulnera ſuorum peccatorum, ad quæ, vt præſentiſſima remedia inuentæ ſunt; etenim per oculos, quaſi per quaſdam feneſtras hoſtibus animi ingreſſis, facta eſt in anima contritio, & virtutum omnium deſolatio: ſunt enim oculi feneſtræ, per quas videtur egredi animus, & ſe effundere in res externas per concupiſcentiam, & delectationem, ita loquitur Greg. Mag. *lib. 31. moral.* Hieronym. *epiſt. 32.* Auguſt. *ſuper Pſal. 41.* Clem. Alex. *lib. 3. pedagog. cap. 12.* vetuſtiſſimus Muſæus in carmine amatorio de Hetu, & Leādro, *Oculus*, inquit, *via eſt, & ab oculi ictibus vulnus dilabitur, & in præcordia viri vadit.* Quod elegantiſſimè proſequitur Ambroſ. in lib. de Ioſeph. c. 5. *Prima adultera tela, ſunt oculorum: ſecunda, verborum.* Meritò igitur in peccatore præ lachrymis *defecerunt oculi*, vnde vniuerſa mala dimanarunt in animam. 70.

[q] *Animi vulnus per plagas oculorum curatur.* Nazianz.

Chryſoſt.

[r] *Lachrymæ enim, non ad morbos animi ſunt inuenta remedium.*

Greg. Mag. Hieron. Aug. Clem. Alex. Muſæus. Ambr.

Iam autem commota dixit viſcera ſua peccator, quia, ſicut eleganter dixit Philo. lib. 2. legis allegor. *Quando brutus ſenſus primatum occupauit in anima, confuſio vehemens ſequitur, non ſecus, quàm Dominus oppreſſis à ſuis ſeruis; tunc enim intellectus accenſus deflagrat, ſenſibus [ſ] flammam nutrientibus, ſenſibilia in animam congerentibus.* Quale incendium per ſenſus excitatum Moyſes deſcribit *Numer. 27.* cum dixit, *& mulieres etiam amplius accenderunt ignem in Moab.* Proſequitur idem argumentum Philo *in lib. quòd merces meretricis non ſit reponenda in ſacrario*; quo in loco docet primam tyrannidem, quam ſenſus externi in animam agunt, eſſe expulſionem charitatis, & vim amoris Dei, atque introductionem voluptatis, & concupiſcentiæ prophanæ; proinde propheta dixit conturbata fuiſſe viſcera ſua, & effuſum in terram iecur, id eſt, vnionem ſuam concupiſcentiam terrenam, & prophanam redditam eſſe. Id quod etiam dixit aliquando Cicero 2. *offic.* cùm dolens aſſerit, *ſæpe deterior amor expellit potiorem, & voluptates blandiſſimæ dominæ, ſæpe maiores partes animæ à virtute detorquent*; vnde magna confuſio oritur, & deterrima commutatio vi amoris in falſam concupiſcentiam: decet autem, vt pœnitens peccator per eadem inſtrumenta, & arma, per quæ miſeram animam peccando vulnerauerat, per [t] eadem pœnitendo, & dolendo reparet eandem vulneratam: quæ cauſa fuit, cur in peccatore pœnitente deficiant præ 71.

Philo.

[ſ] *Senſibus flammam nutrientibus deflagrat intellectus.* Num. 27.

Cicero.

[t] *Sed eiſdem per pœnitentiam correctus reparatur animus, quo periorat.*

lachrymis

lachtymis oculi,commoueantur interna viſcera, atque iecur concupiſcentiæ ſedes in terram cadat,ſicut præceperat D.Paul.ad Rom.6. *Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditia, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitia in ſanctificationem*,ſicut feciſſe docet Mariam Magdalenam peccatricem D. Chryſoſtom. hom. de Beato Philigonio, *per qua*,inquit, *deceperat homines, per eadem parauit remedia pœnitentia.* Videndus erit Auguſt. *ſerm.* 17.*de verbis Domini*, & *lib.de ſancta virginitate cap.*36.quod fecit Rex Dauid 2.*Reg.*23 cum enim deſideraſſet aquam ex ciſterna Bethlchemitica, oblatam Deo libauit.

Rom 6.
Chryſoſt.
Aug.
2.Reg.23.

72. Dolet præterea pœnitens peccator, quòd in virtute vix primos habuerit conatus,ita vt ſi qua proba cogitatio eius in anima pullulauerit, continuò euanuerit in auras per plateas oppidi; hoc enim moraliter ſignificare videtur, dicens, *cum deficeret paruulus,& lactens in plateis oppidi.* Erit videndus hac de re Orig.*lib* 4.*hom.ſuper Cantica hom.*4.cum ponderat ea verba, *ficus protulit groſſos ſuos*. Videndus erit Philo *in lib.de agricultura* ad illa verba,*cœpit Noe homo agricola eſſe: Principium*, inquit, *iuxta vetus prouerbium, dimidium totius eſt, & altero dimidio abeſt à fine, quod niſi accedat*, [a] *etiam incepiſſe res magnas ſæpe obfuit; nam & ſceleſti aliquando,quod non ferrent cruciatus,cœperunt de meliore vita cogitare, ſed ne quidquam:ſic enim vſu venit, vt qui ad finem non peruenerunt, obruti occurrentium malorum cumulo, relinquant bonum illud propoſitum.* Similia habet *in lib.de Cherubim*; etenim quemadmodum eleganter dixit Seneca epiſt.23.*malè viuunt,qui ſemper incipiunt*; quod vehementer dolet propheta hoc in loco,ſeu potiùs anima pœnitens, quod in virtute ſolos primos habuerit conatus, nullos verò vlteriores progreſſus.

Origen.
Philo.
[a] *Incepiſſe res magnas ſæpe obfuit.*
Seneca.

Carmen XII.

LAMED. *Matribus ſuis dixerunt: Vbi eſt triticum, & vinum? cum deficerent quaſi vulnerati in plateis ciuitatis: cum exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.*

§. III.

Ad Literam.

Elegans vtique videtur proferri expoſtulatio cadentium præ fame paruulorum ad matres, pro deficientia benedictionis Iacobeæ in præſenti excidio.

73. Proſequitur propheta narrationem eorum,quæ eius commiſerationem maximè mouebant; non diſplicet autem in his verbis nouum ſpectaculum miſeriæ ſibi obiectum eſſe,poſuerat enim in præcedenti [a] carmine matronas Hebræas cum paruulis lactentibus, atque deficientibus in ſinibus ſuis præ fame, nūc autem eaſdem introducit per plateas vrbis errantes,ſequentibus grandioribus filiis ſuis, atque ab eis petentibus importunè panem, atque remedium cadentibus filiis,& matribus præ fame. Eſt autem obſcurum, atque difficile [a] inter bonos Authores,quid voluerit propheta ſignificare hoc in loco,per *triticum & vinum*; alienum enim eſt à loci circunſtantia pueros poſtulaſſe triticum,& vinum,cum laboraſſent extrema fame: opportunius enim eſſet poſtulaſſe panem, & aquam. Rupertus [a] igitur exiſtimat locum ita intelligendum eſſe, *Quomodo*, inquit Ieremias, *inter ea lachrymas tenerent oculi mei,mixta anguſtia ſimplicitate,& ſimplicitati anguſtia, matribus ſuis tabidis, & præ fame marceſcentibus dicebant paruuli, Vbi eſt triticum, vbi eſt vinum? præ ætate non diſcurrentes,& præ labore, an ex natura ſua proferre ſolerent matres triticum, & vinum* quæ licet vera ſint potuiſſe paruulos propter ætatis ſimplicitatem exiſtimare ita,non ſoluunt tamen hæc difficultatem,adhuc enim reſtat reſponſio, cur non ita exiſtimauerint potiùs de pane, & aqua, quibus accommodatius remedium, & propinquius poſtulaſſent paruoli in præſenti calamitate famis, & ſitis, quam patiebantur. Proinde exiſtimauerim [b] ſine maiori authoritate ſæpius matronas Hebræas ſuos paruulos educaſſe ſolitas,repetentes,& cum lacte, atque cibo illis inſerentes eam fauſtam benedictionem, qua Deus Iacobeam gentem, ſiue Hebræam benedixerat per Iſaac *Gen.* 27. quando peculiari benedictione Iſaac filium Iacob benedixit, atque eandem benedictionem negauit filio ſuo maiori natu Eſau dicens, *frumento, & vino ſtabiliui eum*; ſic enim paruuli præ fame cadentes expoſtulaſſe videntur cum matribus ſuis,ſi Deus, quemadmodum à vobis toties accepimus, pollicitus eſt firmandam eſſe perpetuò domum Iacob,atque eius poſteros, frumento,& vino ſtabiliendam eſſe,vbi frumentum? vbi vinum? atque in ipſa voce animas exhalabant: quæ expoſitio omnino mihi videtur germana, atque ex communi vſu deſumpta, præſertim cùm fundamenta aliarum expoſitionum valde infirma ſint.

[a] *Conſequutionem habet præſens carmen ad præcedens.*
[a] *Difficultas loci proponitur.*
[a] *Solutio Ruperti non diſplicet.*
[b] *Profert Autor ſenſum propriũ.*
Gen.27.

Pulchrè autem vulgatus interpres ad huoc locum dixit,*cum exhalarent animas ſuas*, quod Hebraicè dictum eſt, *cum effunderent animas ſuas*; interdum enim ſacra Scriptura vocibus vtitur ad maiorem ſignificationem deſumptis ex communi hominum vſu,quanuis illæ incertæ fuerint ex aliquo errore ſuppoſito, quod eleganter aduertit D.Hieronym.*ſuper cap.* 5.*Amos.* Quod vt melius intelligamus,aduertendum eſt,fuiſſe pleroſque qui exiſtimauerint animam nihil aliud eſſe, [c] quam halitum, cum ea ſit ſpiritus immortalis. ad quem modum loquendi ſe accommodauit Iſaias *in cap.*57.cum dixit, *omnem flatum ego feci*,id eſt,omnem animam,quemadmodum eum locum interpretatur Auguſt.*lib.*13.*de Ciuit. cap.* 24.ad quem modum locutus eſt Plato *in Cratilo*, aſſerendo animam halitum eſſe, ſiue flatum dictam, quia cauſa eſt viuendi, & reſpirandi: quo pacto loquitur Cicero *lib.*1. *Tuſc.quaſt.* proinde animas exhalare hoc in loco, nihil aliud eſt, quàm mori;etenim apud bonos Authores, anima halitum ſignificat, ſicut videre eſt apud Plautum *in Aſinaria*: 74.

Hieron.
[c] *Falsò putatur anima halitus.*
Iſai.57.
Auguſt.
Plato.
Cicero.
Plautus.

Animam adepol ſuauiorem, quàm vxoris mea:

id eſt,halitum ſu[illegible]ſſimum.Terent.*in Phormione*:

Terent.

Animam compreſſi, aurem admoui.

[d] *Sed ex vulgi vſu quandoque ſic dicitur.*

Quo ſenſu vſus eſt vulgarus Interptes hoc in loco verbo [d] *exhalare*, atque voce, *anima*, pro ſpiritu, pro vltimo halitu, pro reſpiratione poſtrema, ſiue pro ipſa vita.

75.

F. Hect. Pint.

[e] *Pro magiſtro ſuo accingitur author in expoſitione huius litera noua & eleganti.*

Vatabl.

Non feram, quod quidam dixit in præceptorem meum [e] inſignem, qui cum Diis eſt, Fr. Hectorem Pinto, frigidè tranſtuliſſe hoc in loco, *cum exhalarent deſideria ſua*, ſeu *vota ſua*; exiſtimo enim elegantiſſimè id factum fuiſſe, per hyperbolem, ſiue amplificationem; quo pacto locum intelligit Vatablus *in comm.* ad hæc verba: eſt enim ea phraſis vulgaris in ſacra Scriptura, & paſſim occurrens, qua anima laborans aliqua paſſione pro ipſa paſſione accipitur plerunque: vnde anima pro deſiderio, & pro concupiſcentia in pluribus locis ſacræ Scripturæ inuenitur; qualis eſt ille locus

Math. 6.

Math. in cap. 6. *Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis*, vbi anima accipitur pro concupiſceñtia, vel pro vi appetitiua, ficut in

Pſal. 76.

Pſal. 76. *Quia ſatiauit animam inanem, & animam eſurientem ſatiauit bonis*:

Ezech. 7.

Ezechiel. in cap. 7. *Animam ſuam non ſaturabunt.* Quo pacto vir magni ingenij Fr. Luix.

Fr. Luiz. de Legionen. Cantic. 6.

Legionenſis intelligit eum locum *in cap. 6. Cantic.* cum ita dixit Rex Salomon: *neſciui, conturbauit me anima mea propter quadrigas Aminadab*; quem locum ille exponens ſequutus

LXX. Interpret.

L X X. Interpretum lectionem, ita vertit, *Poſuit me anima mea quaſi quadrigam Principum populi noſtri, neſciebam*, inquit illa, *quo terrarum te inuenire poſſem; hoc vnum tamen ſciebam, meam animam*, id eſt, *meum deſiderium tui videndi velociorem me reddidiſſe, quàm ſoleant eſſe currus optimatum noſtrorum.* Proinde nihil mirum eſt, ſi vir doctiſſimus hoc in loco tranſtulerit, *cum exhalaſſent pueri deſideria* [f] *ſua*, de more ſacræ Scripturæ, quæ ſolet animam pro vehementi deſiderio accipere.

[f] *Quatenus deſiderium pro anima tranſtulit.*

76.

Ea igitur mente hoc in loco interpretata ſunt hæc verba, *cum exhalarent animas ſuas*, id eſt, cum exhalarent deſideria, & vota ſua, vt ſignificaretur vehemens deſiderium rerum ſæcularium pariter cum vita euanuiſſe: è contra de deſiderio [g] rerum cæleſtium, in quo defectus vitæ, deſiderij eſt incrementum, quemadmodum proſequitur optimè D. Ambroſ. *ſuper Pſal.* 118. vbi inter cætera ita habet: *Quidquid eſt, quod vehementer expetimus, niſi eius maturiorem habeamus effectum, id nos videtur longa quadam intentione laxare, ac ita quidquid deſiderabile eſt, ſi non contingat deſideranti, deficit in illud, & quaſi ipſam animam deponit*; id ergo deficere, eſt illud vnumquemque deſiderare, & in illud totis ſtudiis migrare, illi adhærere: vnde ſi illud, quod diligit, & deſiderat, vanum eſt, vitam amittit, atque animam exhalat pariter cum ipſo deſiderio: ſi verò cæleſte eſt, quod deſiderat, deficit ab eo, quod eſt anima, & fit cum [h] Deo vnus ſpiritus; quod ita expreſſit Ambroſ. ad ea verba, *defecit in ſalutare tuum anima mea*, in verbo, *deficere*, quo vſus eſt Propheta, ad exprimendum affectus, ſeu amoris ſui vim erga Deum, non finem amoris, ſed incrementum potiùs ſignificauit. Dolet igitur Propheta pariter, cum vita in auras euanuiſſe deſideria ſecularia, [i] propterea dixit, *cum exhalarent animas ſuas*, id eſt, deſideria ſua, quod maximè dolendum eſt.

[g] *Quàm diſpar exitus deſiderantis cæleſtia, ab eo, qui temporalia ſectatur deſideria.*

[h] *Deſiderans cæleſtia fit vnum cum Deo.*

Ambroſ. Pſal. 118.

[i] *Deſideria verò ſecularia pariter cum vita exhalantur.*

§. IV.

Ad Mores.

Generoſæ indolis eſt, vt neque in extrema miſeria, ſeipſo quis quærat indigna.

MOralis autem ſenſus totius huius loci poſitus eſt in deplorando à peccatore pœnitente interitum bonarum cogitationum in ipſo ſtatim primo conatu, quando primò pullulabat 77.
ex anima: generoſæ [l] autem indolis fuiſſe eos partus oſtendit, vt qui cum extrema fame laborarent, non tamen ſiliquas quærerent, ſed triticum, & vinum, quali nutrimento conſueuerant educari; quamuis vitio ſuo degeneraſſent ab eo ſtatu, quo nobilis pater eos genuerat, atque educauerat. Vnde prodigus dixit, *quanti mercenarij in domo patris mei abundant pane, ego autem hic fame pereo?* hoc enim duplici nutrimento nobiles paſcuntur [m] liberi, pane, ſcilicet, qui de tritico conficitur, quod in terram cecidit de cælo, & mortuum fuit; & vino, ſcilicet, de vinea *ſoreth*, id eſt, de vite, quæ Chriſtus eſt: quod non inuenientes lactentes paruuli in ſinu materno defecerunt in plateis vrbis errantes à domo paterna. Sapientior Euangelicus prodigus dicens, *Surgam & ibo ad patrem meum*, quod iſti, qui à voluptatibus carnis, quaſi à matribus requirunt, ea quæ paterna ſunt, ſiue cæleſtia, qui ſi ad patrem remeaſſent, non animas exhalaſſent præ fame in ſinu materno.

[l] *Generoſæ indolis ſigna.*

[m] *Nobilitas Chriſti nutrimentum ipſe.*

CARMEN XIII.

MEM. *Cui comparabo te? vel cui aſſimilabo te filia Ieruſalem? cui exæquabo te, & conſolabor te, virgo filia Sion? Magna eſt enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui?*

§. V.

Ad Literam, & Allegoriam.

Quamuis in tempore prioris excidij Ieruſalem per Chaldæos non ſint inuenti, qui talia paterentur; id tamen, pluſquam verum eſt in poſteriori per Romanos non fuiſſe vnquam gentem, quæ talia pateretur.

IN hoc decimotertio carmine oſtendit Propheta, extremã prorſus eſſe [n] calamitatẽ 78.
populi Iudaici, cuius neque exemplũ ſit, neque ſimilitudo, neq; verò adæquatio, qua poſſit ſuum dolorẽ leuare; eſt enim maxima calamitatis conſolatio, in calamitate ſocios inueniſſe, ſicut nos iam ſuprà

[n] *Summa Iudaica calamitatis amplificatio.*

ſuptà *in cap.* 1. latiſſimè diximus, afferentes eum chorum, qui eſt apud Senec. in Troade:

Tragic.

Lenius luctus, lachrymaque mordent
Turba, quas fletu ſimilis frequentat,
Semper ab ſemper dolor ipſe magnus
Gaudet in multos ſua fata mitti,
Ferre quam ſortem patiuntur omnes,
nemo recuſat.

Extrema enim miſeria eſt in calamitate ſolum ſine exemplo eſſe, qua de re plura nobis hîc dicenda non erunt, quia latiùs *in* 1. *cap.* rem amplificauimus. Sciendum autem eſt, pro eo, quod vulgatus Interpres dixit, *cui comparabo te*, in textu Hebræo, legendum eſſe, *quid teſtabor tibi*; quo pacto etiam L X X. Interpretes legerunt, quaſi vellet Propheta, quam gentem, quam rempublicam, quod regnum, aut imperium adducam tibi in teſtem ſimilis calamitatis, quo exemplo poſſis tuam conſolari miſeriam? eſt enim in calamitate conſolatio, ſocios habuiſſe calamitatis: verùm Iudæorum caſus, & ruina, nec exemplum habuit, nec ſimilitudinem, nec adæquationem.

79. Rem tandem concludit oſtendens calamitatem eſſe ſine comparatione, & ſine remedio dicens, *Magna eſt enim velut mare contritio tua, quis medebitur tui?* Sicut enim, inquit, nulla aquarum multitudo cum ipſo Oceano conferri poteſt, comparari, aut exæquari; ſic caſus, & ruina Iudæorum nulli comparabilis eſt. Neque enim mihi probabile videtur comparaſſe Ieremiam calamitatem Hebræorum, cum calamitate, & periculis, quæ in mari plerunque ſolent euenire, ſicut veteri prouerbio retulit Aldus Manut. in adagiis, *ignis, fretum, & mulier, hæc tria mala:* peculiari ratione Æſchilus Poëta Græcus *in Perſis* de mari dixit, *Maris haud vincitur vnda.* Sed potiùs Ieremias ad magnitudinem calamitatis amplificandam confert calamitatem, & caſum Iudaicum, cum cæteris omnibus, quæ infeliciter per Orbem euenerunt; quæ quanuis miſerrima fuerint, ſi tamen conferantur cum his, quæ hominibus Hebræis euenerunt, talis fiet ° comparatio, qualis erit inter magnam quanuis aquæ magnitudinem cum ipſo Oceano. Aliter tamen L X X. Interpretes hæc verba verterunt dicentes, *quoniam magnificatum eſt poculum contritionis tuæ:* quæ diuerſitas lectionis ortum habuit ex ſimilitudine Hebræarum literarum: ex vtraque tamen lectione eadem fermè reſultat ſententia. Cùm autem ſine remedio fuiſſe malum, vellet Propheta ſignificare, dixit, *quis medebitur tui?* eſt enim interrogatio fortiùs negans ad ſignificandum nullum eſſe remedium: id quod proſequitur Ieremias *in cap.* 30. dicens, *inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua, non eſt qui iudicet iudicium tuum.*

Ald. Man.

Æſchilus.

° *Ea eſt comparatio cuiuſuis magna calamitatis ad Iudæorum captiuitatē, qua inter aquas maris, & fluminū.*

Ierem. 30.

80. Quanuis autem non ſit negandum in hoc decimotertio carmine diuinum Ieremiam locutum fuiſſe de captiuitate Babylonica, id quod grandioribus verbis fecit, & hyperbolicis ad inflammandos ſuos populares Hebræos ad pœnitentiam, ſicut alij Prophetæ perficere conſueuerunt, quemadmodum docuit Hieronym. *Iſai.* 34. *Ioel. in cap.* 2. Non videtur tamen negandum ad literam, & propheticè ſine aliqua figura, & hyperbole loquutum fuiſſe de præſenti ſtatu Hebræorum, quemadmodum videtur notaſſe Paul. Burg. *add. vnica in hoc* 2. *cap. Ierem.* & Origen. imò & Franc. Feuard. *in gloſ. ordin. ad hoc* 2. *cap.* Clariùs tamen, & elegantiùs Rupert. Abbas, aſſeruit hunc locum propheticum eſſe de præſenti calamitate, quam patiuntur Hebræi propter mortem Chriſti Seruatoris, ita enim habet: *Nunquid Niniuitis* ᵖ *comparabo te? non vtique, quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ prophetæ: nunquid Tyro, aut Sydoniis adæquabo te? non vtique, neque enim illis vel dicta, vel facta ſunt, quæ dicta, & facta ſunt in te: tui ergo quis medebitur? non profectò ipſe, ſi de cælo venerit, medicorum medicus; magna eſt enim velut mare contritio tua: & quicunque accedit ad medendum, perſequutionis, & ipſius mortis in te patitur naufragium, propterea ſine exemplo, & ſine remedio eſt tua calamitas.*

Hieron.

Burgenſ.

Feuard.

Rupert. Ab.

ᵖ *Omnem ſuperat malitiā gentiliū peccatorum, peruicacia Iudæorum poſt Chriſti mortem.*

TRACTATVS IX.

De expoſitione decimiquarti carminis ſub litera N V N. *Propheta tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas, & eiectiones.* Siue, *De cauſis deſolationis Ieruſalem ex parte Prophetarum.*

§. I.

Ad Literam.

Sicuti nihil maius in bonum, quàm ſi quis Doctor, & Magiſter viam iuſti, & iniuſti populis demonſtret; ſic nihil damnoſius in malum Magiſtro, & Propheta contegente vitia pallio virtutum: neceſſe eſt enim exſcindantur regna, in quibus vitia non exſcinduntur, quanto magis ſi nec aperiuntur?

BENE Paulus Burgenſ. aduertit *addit. vnic. in hoc cap.* in primis carminibus Ieremiam deploraſſe populi ſui, & Gentis Hebrææ extremam calamitatem: in hoc autem carmine, deploraſſe eius calamitatis cauſam, & rationem, docétque principium ᵃ tantorum malorum fuiſſe Prophetas non aperientes Hebræis ſuis iniquitates, vt eos ad pœnitentiam adducerent; etenim cum illis hoc carmen agit, quibus diuini verbi annunciandi officium datum eſt: diuinus enim Ieremias prophetis, & concionatoribus obiicere videtur, quod cum ea, quæ ad pænitentiam conducebant, tenerentur ex diuino præcepto prædicare, non niſi placentia inculcabant populo, vnde omnia mala oriuntur. Videndus erit hac de re Iſaias *in cap.* 36. cum ita dixit: *Vniuerſa beſtia ſaltus venite ad deuorandum*, quia, ſci- 81.

ᵃ *Principium omnium malorum Hebræis, vnde.*

Iſai. 36.

 licet,

licet, habetis cadauera innumera, quibus paſcamini.

82. Si verò quis petat, vnde tanta clades orta ſit? Reſpondet ipſe propheta, *ſpeculatores eius caci omnes, neſcierunt vniuerſi.* Videndus erit locus
Michææ.3. Michææ cap.3. *Hac dicit Dominus ſuper prophetas, qui ſeducunt populum meum, qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem, & ſi quis dederit in ore eorum quidpiam, ſanctificant ſuper eum prælium.*
Ezech.13. Ierem.23. 27.& 28. Similia habet Ezechiel *in cap.13.* Ieremias, *cap.23.27.& 28.* vbi aduertit, quod eo tempore, quo ipſe portabat ligneam catenam ad collum ſuum ad ſignificandam futuram captiuitatem, eam falſus propheta Hananias confregit dicens, *Cōfringam iugum Nabuchodonoſor Regis Babylonis poſt duos annos dierum de collo omnium gentium.* Cui reſpondit diuinus Ieremias: *Catenas ligneas confregiſti, & facies pro eis catenas ferreas.*

82. Videndus erit Chryſoſt. *hom. 38. in principio*
Chryſoſt. *tom.5.* cum ait, *hoc Eccleſias*[b] *Dei ſubuertit, quoniā nec vos ſermonem audire quæritis compunctiuum, ſed potius, qui delectare ſono valeat per bonam compoſitionem, tanquam citharedos audientes, & nos ſimiter, & ærumnoſè facientes, veſtras ſequimur complacentias, & concupiſcentias, cum eas deberemus excidere.* Similia habet idem Chryſoſt. *lib.5. de ſacerdot. in princip.*

[b] *Idem malum notatur inter Chriſtianos.*

August. erit videndus Auguſt. *lib.4. de doctrina Chriſtiana cap.24.* vbi agit, de mouendis affectibus, quæ ſunt præcipuæ partes doctoris Catholici; ipſe enim de ſe ipſo ita loquitur: *Cum apud Caſaream Mauritaniæ populo diſſuaderem pugnam ciuilem, vel potiùs, pluſquam ciuilem, egi quidem granditer, quantum valui, vt tam crudele, atque inueteratum malum de cordibus pellerem dicendo, non tamen egiſſe me aliquid putaui, cum eos audirem acclamantes, ſed cum flentes viderem; acclamationibus quippe ſe doceri, & delectari, flecti autem lachrymis indicabant.* Vnde eleganter
Bernard. D. Bernard. hac de re dixit ſerm.59. ſuper Cantic. *Illius doctoris libenter audio vocem, qui non ſibi plauſum, ſed mihi planctum mouet.* Addendum erit illud, quod de alio argumento loquens dixit
Tacitus. eleganter Cornel. Tacit. lib. 17. *Genus hominum potentum infidum, ſperantibus fallax, quod in ciuitate noſtra, & vetabatur ſemper, & retinebitur, & proinde in memoriam ſemper repetendum eſt, non ea, quæ placent, ſed ea, quæ mouent, dicenda eſſe, ne*
Saluſtius. *vniuerſa corruant:* ſicut eleganter dixit Saluſt. ad Cæſar. *Ego autem comperi omnia regna, ciuitates, nationes vſque adeo proſperum imperium habuiſſe, dum apud eas*[c] *vera conſilia valuerunt: vbicunque gratia, timor, voluptas ea corrupêre, continuò diminutæ opes, deinde ereptum imperium, poſtremò ſeruitus impoſita.* Qua via Iudaicum imperium ad ſeruitutem Babylonicam deductum eſt, habuit enim prophetas, qui potiùs cum fortuna Principis, quàm cum Principe loquerentur, ac proinde placentia, & non vera.

[c] *Quænam ſint imperij ſuſtentacula.*

83. Seruat autem lingua ſancta eundem decorem, quem perpetuò ſeruauit honeſtiori vocabulo ſignificando ea, quæ minùs decora ſunt; vnde falſos prophetas, qui miſeram gentem Hebræam deceperunt, ſimpliciter prophetas[d] appellauit, cùm non ſint vocati à Deo, neque ſpiritum prophetiæ habuerint, quemadmodum D. Petrus definit in ſua Canonic.2. c.1. *Non enim*, inquit, *voluntate humana allata eſt aliquando prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines.* prophetas igitur appellauit honeſto vocabulo per catachreſim, qua plerunque vtitur ſacra

[d] *Falſos prophetas cur prophetas dicat ſacra Scriptura.* 2. Petri 1.

Scriptura, cum nomina rebus vulgo nominata, non merito ſuo vſurpat: ſic prophetas appellat ea vulgari appellatione, non autem ex merito eorum, quia de facto prophetæ non erant. Quo pacto Virgo Mater 2. *Luc.* ad filium ſuum dixit: Luc.2.
Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te, cùm tamen Ioſeph pater Chriſti non fuerit, ſed tamen ita vulgo exiſtimabatur. Addidit autem, *Prophetæ tui*, vt falſos prophetas ita innueret, id eſt, non mei, neque à me miſſi, huiuſmodi enim pro nomina, *mei, veſtri, &c.* irriſionis ſunt plerunque in ſacra Scriptura, & abominationis: Iſaiæ *cap.1.* Iſaiæ.1.
Kalendas veſtras, & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea, & Amos in cap. 5. *aufer mihi tumultum* Amos.5.
carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ. Appoſuit etiam Ieremias, *viderunt tibi falſa*; non dixit, mendacia, ſed *falſa*, vel potius, vt eſt in Hebræo, *vana*: ſic enim potius Scriptura ſacra appellat mendacium, nomine, ſcilicet, *vanitatis*; neque enim quenquā mendacem, aut falſum vult exiſtimari, ſed vanum potiùs, & deceptorē. Quo pacto intelligendum videtur illud ex *Pſalm.* 11. de do- Pſalm.11.
loſis, & mendacibus, *corde, & corde locuti ſunt*: facilius enim lingua ſancta voluit ſignificare vnum, & eundem hominem duplex cor habere, quàm linguam diſſonam à corde eſſe, & alienam: proinde prophetas falſos, potiùs vanos,[e] ſeu vana videntes appellauit, quàm mendaces. Adiungit autem, *& ſtulta*, quod in Hebræo eſt, *inſulſa*, honeſtiori vocabulu ſtultitiam appellando.

[e] *Idem cur potius vani, quàm mendaces dicantur.*

Et non aperiebant iniquitatem tuam.} Eſt in his verbis elegans metaphora ſumpta a prauo medico, ſeu chirurgo, qui non reſerato vulnere, ſed in cute tantùm medicamenta adhibendo non ſanat, ſed potius interiùs latente vulnere illud efficit vt malum ingraueſcat. Tales ſunt falſi prophetæ, & mali cōcionatores, dum Regis, & populi peccata non aperiunt, ſed mitiora reddunt, peſtem in moribus incurabilem effecerunt, 84.
ſicut Ieremias dixit aliis verbis *in cap.23. ſui vaticinij. In prophetis Hieruſalem vidi iter mendacij,* Ierem 23.
& confortauerunt manus peſſimorum, vt non conuerteretur vnuſquiſque à malitia ſua, a prophetis Hieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram. Qua de re videndus erit locus eleganuſſimus apud Plutarch. *in lib. de diſcrimine adul. &* Plutarch.
amici, cū docet propter nomina[f] vitiorum commutata in nomina virtutum per adulatores, ſiue falſos prophetas pleraque pulcherrima imperia euerſa eſſe: *Ea*, inquit, *res, Siculos ſubuertit, quod Dionyſij, Phalaridiſque crudelitatem, iuſtitiam, & ſceleratorum odium vocauerint adulatores, eadem Romanorum mores tam integros ad nihilum redegit quod Antonij libidines ita blandientes extenuauerint, vt humanitatem, & hilaritatem vocauerint.* Cætera ſunt videnda, optima enim ſunt ad hunc locum amplificandum: vnde idem Plutarch. *in* Idem.
lib. cui titulum fecit, *ita viue, vt nemo te ſentiat vixiſſe. Nec malè quidem viuens*, inquit ille, *latere velis.* Quod argumentum proſequitur Ambroſ. Ambr.
in lib. de Cain, & Abel, cap. 9. cum ait, *confeſſio, pœnarum compendium eſt*; vnde, in iudiciis ſæcularibus impoſiti equuleo torquentur negantes, & quædam tangit iudicem miſeratio confitentis: eſt quædam in peccatis verecundia, & pœnitentiæ[g] portio crimen fateri, nec deriuare, ſed recognoſcere. Erit videndus in hanc ſententiam Elias Creten. *orat.1. Nazianz. pag.55* ex nouiſſima impreſſione Pariſienſ. vbi vtens eadem metaphora cum Nazianzeno qua vtitur Ieremias hoc

[f] *Ea euerti regna in quibus nomina vitiorum in virtutes cōmutantur.*

[g] *Pœnitentia portio eſt crimen fateri.* Cretenſis.

in loco petita à reprobo medico curante vulnus in extima tantùm ſuperficie, ita dixit: *Vulneru detecta in deterius minimè procedant, imò potius curabuntur, non detecta autem, vix, aut nec vix quidem curabuntur.* Hæc eſt igitur querela Ieremiæ cum dixit hoc in loco, *neque aperiebant iniquitatem tuam*, id eſt, non oſtendebant ſcelera tua inſtante iam bello, & captiuitate Babylonica, quod eſt extremum malum, præſertim ſeditioſis in temporibus, & accedente iam bello, quo io ſtatu erant Hebræi; eo autem tempore ſimilia accidere ſolent in perturbata republica, quemadmodum dixerat Græcus Thucydides apud Plutarch. in lib. de diſcrim. adul. & amici. *In ſeditionibus*, inquit ille, *& bellis, ſolitam vocabulorum dignitatem, non iis tribuit factis, quibus oportebat, ſed accommodari, quæ fiebant; ſi quidem audacia temeraria fortitudo contentioſa iudicabatur; cunctatio prouida, timiditas decora; contrà, modeſtia nomine prætexebatur ignauia*; quod euenit temporibus Ieremiæ; id quòd fecerunt falſi prophetæ, vel potius adulatores.

Plutarch.

85. *Viderunt autem tibi aſſumptiones falſas, & eiectiones.* Ambigua ſatis ea vox eſt Hebraica, [h] pro qua noſter vulgatus retulit, *aſſumptiones*. Eſt autem deriuata à verbo, *Naxa*, quod ſignificat *leuare, aſſumere, deuerare, vaticinari*; quemadmodum aduertit Hieronym. *lib.* 13. *in Iſai. cap* 15. & Ierem. *cap.* 23. & Naum. *in cap.* 1. Vnde deriuatur nomen; *Maxa*, ſicut bene notauit Pagninus *in radice citata*; ſignificat autem onus, eleuationem, aſſumptionem, ſiue prophetiam. Verum tamen eſt, quod quamuis vox, *onus*, ſignificet grauem, & comminatoriam prophetiam, & quæ veluti onus ſit eorum quibus prædicitur, apponitur etiam ad ſignificandum officium vaticinandi, grauiſſimum [i] eſſe iis, quibus incumbit vaticinari, præſertim ſi durum aliquid vaticinandum ſit: ſicut enim dixit Philo *in lib.* Quis ſit hæres rerum diuinarum, *admirandæ virtutis ſunt, vel fiducia, vel ſermonis libertas aduerſus præſtantiores, quando res eam poſtulat*: qua de re dixit grauiter Valer. Max. *lib.* 6. *cap.* 2. *Libertatem autem vehementis ſpiritus, dictis pariter, & factis atteſtatam, vt non inaituuerint, ita vltro venientem non excluſerint*: qua de te dictum eſt Ezech. *in cap.* 29. *In die illa pullulabit cornu Domui Iſrael, & tibi dabo apertum os*, id eſt, liberam loquendi facultatem tibi dabo. Eccleſiaſtici 15. tanquam aliquid magnum promittitur viris excellentibus, *in medio Eccleſiæ aperuit os eius*, id eſt, palam, & liberè loquitur, vt iam pateat, quàm oneroſum ſit liberè loqui Principibus ea, quæ illis minimè placent. Non negauerim tamen onera appellari tales prophetias propter vtrunque, & quòd oneroſæ ſint prophetis, atque etiam populo, qua forte ratione, *aſſumptiones falſas* eas vocauit hoc loco Ieremias, ſiue, [l] *onera falſa*, quia cum oneroſæ eſſent, leues tamen prophetias eas eſſe dicebant falſi prophetæ. Baſilius tamen ſimpliciter prophetias appellat *Iſaia in cap.* 1. quaſi prophetæ de ſuo nihil dicant, ſed à Deo aſſumantur ad vaticinandum. Similia dixit Cyril. *Malach. in cap.* 1. Theophylact. *Naum in cap.* 1. Ibidem Theodoret. vtcunque tamen interpretetur vox Hebræa, certum eſt, falſos prophetas non reuelaſſe veras prophetias, nec diuinas comminationes in populum, vnde ortæ ſunt *eiectiones*, [m] ſiue, exilia gentis Hebrææ; ita enim graues Authores exiſtimans explicanda eſſe hæc verba, *viderunt autem tibi aſſumptiones falſas, & eiectiones*, quaſi falſæ prophetiæ cauſæ fuerint exiliorũ, ita Rabbi Salom. Rabbi Dauid, & Rabbi Abraham. Rem expreſſit vno verbo Theodoret. *Viderunt tibi aſſumptiones vanas, & expulerunt te, quia prædicantes grata impedierunt pœnitentiam.*

[h] *Vocis Hebrææ ambiguitas.*

Hieron.

Pagninus.

[i] *Prophetia ipſis, qui prophetant grauiſſima, ſi vera aduerſus potentes enuntient.*

Philo.

Val. Max.

Ezech. 29.

Eccl. 15.

[l] *Aſſumptiones falſa, hoc eſt, onera falſa.*

Baſilius.

Cyrillus.

Theophyl.

Theodoret.

[m] *Vnde ortæ ſunt exilia gentis Hebrææ.*

Rab. Salom.

Rab David.

Rab. Abrah.

Theodoret.

§. II.

Ad Mores.

O certè miſera conditio animi noſtri in hac vita, quando neque ad ipſum quidquam niſi per ſenſus externos, nuſquam tamen veritas niſi illis occluſis intrabit.

MOralis autem allegoria totius huius verſus poteſt eſſe de eo errore, quem in peccatoris animum introducunt ſenſus externi, & interni, ea oſtendentes vtilia voluntati, quæ pernicioſa ſunt; cùm autem eadem poſtea non aperiant, vt curari poſſint, ſequitur praua morum corruptio, atque anima exul à cælo eiicitur captiua in Babyloniam, vel in omnium vitiorum confuſionem. Non eſt autem dubium per ſenſus errores delatos eſſe in animas peccantes, qui quaſi falſi ſpeculatores [n] falſa pro veris introducunt in rationis conſiſtorium, quemadmodum dixit Philo in lib. de pœnis, & præmiis. *Senſus ſimilitudines*, inquit, *detulerunt ad rationem, ſimilitudo autem fallax eſt.* Vnde Ambroſ. *ad Sabinianum in enarratione de paradiſo*, ita dixit; *Nunc intelligo qua cauſa Dominus inſufflauerit in faciem hominis; ibi enim ſenſus omnes, ibi ſedes, atque illecebræ delectationis in oculis, naribus, auribus, atque ore, vt ſenſus noſtros aduerſus delectationes fortiores faceret, atque eos ſanctificaret, ne aliquid prophanum, aut falſam deferreat in animum.* Videndus erit Elias Cretenſis in orationem primam Nazianzeni, vbi modum tradit, quo intellectus percipere poſſit vera, *occluſis*, ſcilicet, [o] *ſenſibus, tanquam à quibuſdam improbis vicinis mens prius infeſtari, atque perturbari ſolebat.* Addenda ſunt ea, quæ dixit Philo *lib.* 1. *legis allegor.* cùm docet, per ſenſus externos, & internos deceptum fuiſſe intellectum primi hominis, atque etiam cæterorum; quaſi ſenſus externi propoſuerint obiectum, quod fucauerit ſenſus internos; in hunc enim ſenſum pulchra allegoria intelligit ea verba Geneſ. in cap. 3. *mulier quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi*; per mulierem enim intelligit ſenſus externos proponentes cibum Adamo; deinde eadem verba Geneſ. *Hæc dixit Dominus ad mulierem, quare hoc feciſti? quæ reſpondit, Serpens decepit me*; per ſerpentem enim intelligit ſenſitiuam voluptatem: propterea autem dixit, *decepit me*, quia voluptas, non quale ſubiectum eſt, tale illud agnoſcit, ſed addit arte mendacium, [p] rem inutilem transferens in ordinem vtilium; ſicut meretrices deformes licet videre fucantes, pingenteſque faciem, vt tegant ſuam deformitatem; eſt enim proprium ſenſitiuæ voluptatis decipere; vnde quadrat allegoria cum verbis prophetæ, dum ait, *prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta*; id eſt ſenſus tui externi & interni falſa ſpeculati ſunt, quæ detulerunt, vt erant falſa in rationem, atque eam deceperunt. 86.

[n] *Senſus humanu deprauati, falſi ſpeculatores.*

Philo.

Ambr.

Cretenſis.

[o] *Vnde niſi illa occluſis veritas ad mentem non perueniet.*

Philo.

Gen. 3.

[p] *In quo decipiant ſenſus mentem.*

Eſt

87. Eſt autem animæ extrema pernicies ea Deo occultare, in quibus peccauerat, ſicut Ieremias dolet hoc in loco, electiones, ſcilicet, orias eſſe, quòd non [a]aperuerint iniquitates ſuas Deo. Dixit hoc Regius Vates Pſalm. 37. *Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ*, id eſt, quia reuelatæ non ſunt, vt curarentur à Deo; quod proſequitur Ambroſ. Pſalm. 36. illis verbis, *Reuela Domino viam tuam. Bene*, inquit, *reuela*, id eſt, *aperi conſcientiam tuam, ne eam ſæculi iſtius graues vmbræ; prorumpentia ſemina ſi fuerint adumbrata, tenuantur; ſoli obiecta pinguescunt: quid de ſeminibus loquor, ipſas arbuſculas, quominus ſe in altum ſubiiciant, ſylueſtris vmbra internecat, & prohibet brachia ramoſa diffundere.* Similia habet idem Ambroſ. ſuper Pſalm. 118. ſerm. 4. ad ea verba, *vias meas annuntiaui tibi, & exaudiſti me. Confitetur*, inquit, *errores, non negat lapſus; ſi enim ſe accuſauit iuſtus, vocem parat accuſatoris excuſat.* vtinam ſe priùs Adam accuſare, quàm excuſare voluiſſet.

[a] *Impœnitētia maior cauſa.* Pſal. 37. Pſal 36. Ambroſ. [b] *E contra verò medicina poenitum.* Idem. Pſal. 118.

88. Videndus erit hac de re Cyprian. *ſerm. 5. de lapſis* Chryſoſt. *tom. 5. hom. 5. & hom. 12.* & vt prophanos ſacris Aorthoribus adiungamus, dixit hac de re Seneca epiſt. 53. *ideo difficulter ad ſanitatem peruenimus, quia nos ægrotare neſcimus.* Similia habet *epiſt. 54.* vbi confert ægritudines corporis cum morbis animi: *In morbus*, inquit, *quibus afficiuntur animi, quo quis ſe habet, minus ſentit; nam qui leniter dormit, & ſpecies ſecundùm quietem capit, aliquando dormiens, ſe dormire cogitat; grauis ſomnus etiam ſomnia extinguit, animumque altiùs mergit, quàm vt illo intellectu vti ſinat; quare vitia ſua nemo confitetur, qui etiam nunc in illis eſt, ſomnium narrare vigilantis eſt, & vitia ſua confiteri ſanitatis indicium eſt.* Proſequitur idem Seneca epiſt. 28. *Initium eſt ſalutis notitia peccati, nam, qui peccare ſe neſcit, corrigi non vult; deprehendas te oportet, antequam emendes; ideo quantum*[c]*potes, te ipſum coargue, inquire in te, accuſatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, nouiſſimè peccatoris, atque ita non exulabis, neque electus eris à vera patria:* quantuncunque falſi prophetæ, id eſt, ſenſus externi, & interni, falſa, & inſulſa tibi obiecerint, quemadmodum diuinus Ieremias per moralem allegoriam velle videtur in hoc decimoquarto carmine.

Cyprian. Chryſoſt. Seneca. Idem. [c] *Via corrigēdi cuiuslibet neceſſaria.*

TRACTATVS X.

De expoſitione carminis decimiquinti, & decimiſexti. Siue, De condolentia, & irriſione in malis alienis.

CARMEN XV.

SAMECH. *Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam: ſibilauerunt, & mouerunt caput ſuum ſuper filiam Ieruſalem: Hæccine eſt vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuerſæ terræ?*

§. I.

Ad Literam.

Quanquam hæ voces condolentium vicinorum appareant conſolationes ad Ieruſalem, veriùs tamen hoſtium irridentium indicantur inſultationes.

EXiſtimat Theodoret. verba hæc, *plauſerunt, ſibilauerunt, & mouerunt caput*, verba eſſe admirantium, & dolentium res Hebræorum in deterius verſas; ſunt enim hi motus admirantium, & ſtupentium, ita voluit Rabbi Ioſeph, imò & Paſchaſ. eruditiſſimus vir hanc expoſitionem confirmauit probabili ſatis argumento; exiſtimat enim in hoc carmine poſuiſſe Ieremiam ea, quæ tranſeuntes per Ieroſolymam fecerunt, [a]& dixerunt ſtupefacti, atque dolentes; in ſequenti autem decimoſexto carmine, quid fecerint hoſtes irridentes miſeram calamitatem Ieroſolymæ. Verùm D. Hieron. cui ſuffragatur Rupert. Abbas, & Paul. Burgenſ. *addit. vnica ſuper hoc 2. cap. Ieremiæ*, voluit, quòd quanuis plerunque huiuſmodi motus, & geſtus corporis ſint hominis dolentis, & ſtupentis, ſæpiùs ſit irridentis, & triumphantis de aliena calamitate. 89.

Theodor. Rab. Ioſeph. Paſchaſ. [a] *Condolentium voces ad ruinam Ieroſolymæ.* Hieron. Burgenſ.

Non eſt autem negandum pro maiori explicatione huius loci, plauſum manuum admirantium eſſe, ſicut patet Ezech. in cap. 21. *Idcirco plaude ſuper femur tuum:* quod reddiderunt LXX. Interpretes, *plaude ſuper manum tuam*; habitus [b]enim eſt ſtupentis, & dolentis, quemadmodum ad eum locum notauit D. Hieronym. & Theodoret. & cap. 22. *Ecce complosi manus meas ſuper auaritiam tuam*; quem habitum iraſcentis eſſe, dixit D. Hieronym. Rabbi Dauid, dolentis cum indignatione; quando enim admiramur, atque dolemus, ſemel tantùm, idque vehementer manus complodimus: frequentiùs, & leuiùs, quando lætantes, & irridentes ſumus, ſicut in Pſal. 46. *Flumina plaudent manibus.* Similia *Pſal. 97. & 57.* Eſt etiam[c]*ſibilare* opus hominum ſtupentium, præſertimque apud ſimpliciores homines, & ruſticos, in qua forte ſimplicitate apud elegantiores homines illud fieri conſueuerat in vrbibus. Quo pacto videtur intelligendus ille locus 3. *Reg. cap. 9.* cum Dominus Regi Salomoni dixit de euerſione propter impietatem Gentis Hebrææ, *& omnis, qui tranſierit per eam, ſtupebit, & ſibilabit, & dicet, quare fecit Dominus ſic terræ huic, & domui huic?* id eſt, ſibilans ſtupebit, cum viderit vrbem Ieroſolymam euerſam, & templum ſanctum. Similis locutio eſt apud Hierem. *in cap. 19.* loquentem de hoc ipſo excidio: *Omnis*, inquit, *qui tranſierit, ſtupebit, & ſibilabit ſuper vniuerſam plagam eius.* Similia habet *cap. 25.* frequentiùs [d] tamen apud vrbaniores ſibilus eſt vox irridentis, & admirantis; quo pacto intelligendus eſt locus cap. 27. *Ezechiel.* loquens enim Propheta de Tyro vrbe euerſa ita dixit; *negotiatores populorum ſibilauerunt ſuper te*; id eſt, te euerſam irriſerunt, quemadmodum eum locum 90.

Ezech. 21. LXX. Interp. [b] *Plauſus manuū ſtupentis, & dolentis eſt moris.* Hieron. Ezech. 22. Hieron. Rab. Dauid. Pſal. 46. [c] *Necnon ſibilus.* 3. Reg 19. Ierem. 19. [d] *Sed frequētius irridentis, & admirātis vox eſt.*

interpretan

interpretantur ferè omnes grauiores Authores. Sic loquitur Horat. *lib. 1. Saty. 1.*

Horat.

Populus me ſibilat, at mihi plaudo ipſe domi.

Lambinus.

Qua de re loquitur Lambinus in eadem Satyra docens, quibus ſoleat populus exſibilare, *Populus*, inquit, *ſtrionem exſibilat, ſi paululum ſe extra numerum mouiſſet, vel ſi verſus pronunciatus eſſet vna ſyllaba breuior*, vt ſcribit Cicero *in paradox.* Sibilis etiam excipiebant omnes potentes inuidioſi, & populo offenſi, quando theatrum ingrediebantur, gratioſi contrà plauſu, & clamoribus ſecundis. Notauit hoc Cicero *epiſtol. ad Atticum, & in orat. pro Sextio.*

Cicero.

91. Motus autem capitis ad vtramque partem fieri conſueuit; etenim nonnunquam [e] caput mouemus dolentes, nonnunquam etiam irridentes. Meliùs intelligetur hic modus loquendi, ſi in memoriam reuocetur locus Platonis in Timæo, de quo multa iam ſupra diximus, cum ait, *caput diuinum hominis membrum eſſe inter omnia membra totius corporis, & cui cætera ſubſeruiant.* Proinde non vult aliquem motum diuini capitis leue eſſe, aut ſuo miniſterio vacare. Quod proſequitur Quintilianus *lib. 11.* loquens de pronunciatione: *Præcipuum in actione ſicut in corpore ipſo, eſt caput, nam & deiecto [f] capite humilitas, & ſupino arrogantia, & in latus inclinato, languor; & prædura, ac rigente barbaria quædam mentis oſtenditur, proinde cum affectu quopiam cordis mouemur, commouemur quoque & capite, id quod certum eſt fieri, vel cum dolemus, vel cum gaudemus, vel cum ridemus.* Ex quibus iam patet pulchram eſſe expoſitionem ad vtranuis partem, & eam primam, quæ mihi magis placet, quaſi in his verbis voluerit Propheta ſignificare admirantes, & dolentes omnes viatores, ac tranſeuntes tam inclytam vrbem euerſam funditus eſſe; qui mos frequentiſſimus eſt viatorum, præſertim eorum, qui eiuſdem vrbis decorem, & magnitudinem aliquando viderunt, quales eſſe eos docuit Ieremias hoc in loco, qui tranſeuntes dicebant; *Haccine eſt vrbs perfecti decoris, gaudium vniuerſa terra?* Verùm D. Hieronym. [g] quem ſequuntur ferè omnes graues Auctores exiſtimauit, huiuſcemodi motus irridentium eſſe: ſubſcribit Paulus Burgenſ. *addit. vnica.* Suffragatur Rupert. Abbas: non reiecerim hanc expoſitionem D. P. Hieronymi, & quia verba fauent, & in vtramque partem adduci poſſunt; & præſertim, quia *ſibilare*, inter vrbanos homines, non eſt miſerantium, ſed potiùs irridentium: hoſtilem igitur irriſionem, non miſeram compaſſionem vult Hieronym. ineſſe in his verbis.

[e] *Motus capitis quandóque in bonum, quandóque verò in malum fit.*
Plato.
Quintilian.
[f] *Illius diuerſitas & ſignificatio.*
Hieron.
[g] *Vera expoſitio huius ſententiæ.*
Burgenſ.
Rupert. Ab.

92. Hæc ſunt, quæ tranſeuntes dolebant, vel quæ irridentes hoſtes dicebant, *Haccine eſt vrbs perfecti decoris, gaudium vniuerſa terra?* Hebraicè ita legendum eſt, *hac num ciuitas, quam dicebant, abſolutam [h] pulchritudine, gaudium vniuerſa terra?* Paraphraſis Chaldaica ſimilia habet, *hac eſt ciuitas, de qua dicebant patres noſtri, quòd eſſet, & pulchritudo gaudij habitatoribus terra vniuerſa.* Conſtat verò pulcherrimam fuiſſe Ieroſolymam, vtpote cum cuius pulchritudine comparauerit Rex Salomon pulchritudinem ſponſæ ſuæ *Cantic. 6.* cum dixit, *Suauis, & decora ſicut Ieruſalem.* Sic enim ſolet ſacra Scriptura, pulchritudinem omnibus numeris abſolutam deſcribere, ſicut patet *Ezechiel. 27.* vbi de vrbe Tyro, ita dixit, *O Tyre, tu dixiſti, perfecti decoris ego ſum, & in corde maris ſita.* Sic Ieremias omnibus numeris abſolutam pulchritudinem Ieroſolymæ ſignificauit, quod etiam de ea dixit Plinius *lib. 5. cap. 14.* & Cicero *orat. 14. pro Flacco.* Ioſephus *7. antiq. cap. 3. & lib. 6. cap. 8.* Strabo *in ſua Geographia, lib. 15.* Hieronym. latè *epiſt. 17. ad Marcellam. & epiſt. 126. ad Euagrium, & lib. de locis Hebr. cap. 33.* Ex quibus conſtat Ieroſolymam totius Orientis, & Aſiæ pulcherrimam vrbem fuiſſe. Quod proſequitur Adricom. *tabul. Ieruſalem:* vnde LXX. ad hunc locum, eam appellauerunt *Coronam gloria vniuerſa terra.* Cùm autem addidit, [i] *gaudium vniuerſa terra*, alludere videtur ad religioſam peregrinationem, quæ ex vniuerſo orbe fieri conſueuerat in ſanctam Ciuitatem Ieruſalem ad videndum templum ſanctum, religionis ergo; vt latiſſimè dixit Regius Vates *Pſ. 86.* vbi gaudium vniuerſæ terræ appellauit Ieroſolymam, ad quam confluebant etiam Gentiles propter religioſiſſimum templum, quemadmodum etiam notauit D. Lucas *Actor. cap. 8.* vel certè propterea gaudium vniuerſæ terræ appellauit, quia de Sion exiuit verbum Dei, vel, lex gratiæ, quæ gaudium, & lætitia eſt vniuerſi orbis.

Hebraicè.
[h] *Ieruſalem abſolutiſſima pulchritudinis ciuitas.*
Chaldaicè.
Cantic. 6.
Ezech. 27.
Plinius.
Cicero.
Ioſeph.
Strabo.
Hieron.
Adricom.
LXX. Interpret.
[i] *Quare dicta ſit gaudium vniuerſa terra.*

§. II.

Ad Allegoriam & Mores.

Irrident quidem praui homines viros ſanctos, quòd mundanis non fruantur delicijs; ſed heu quanto iuſtiùs ipſi tranſitores ſæculi, mundanis compatiuntur hominibus, terrenis nimiùm bonis inhiantibus!

93. Exiſtimat autem D. Ambroſ. *ſerm. 15. ſuper Pſalm. 118.* in his verbis eſſe [l] Prophetiam de morte Chriſti Seruatoris, iuxta illud Matth. cap. 27. *Tranſeuntes autem blaſphemabant*, quaſi verò hæc exſibilatio in Ieroſolymam, & irriſio fuerit in pœnam irriſionis Chriſti crucifixi; intelligit enim per tranſeuntes, malos & prophanos, quos propterea exſibilaſſe dixit, quia Verbum interemerint, & pro Verbo ſibilum habeant.

Ambroſ.
[l] *Prophetia hic de blaſphemiis prætereuntium Chriſti crucem.*

94. Ego exiſtimo moralem allegoriam [m] eſſe de pulchritudine animæ, quam dolent ſancti homines amiſſam, vt quæ ſanguine Chriſti fuerit comparata; *tranſeuntes autem per viam* vocat viros ſanctos, quorum proprium eſt celeriter tranſire vniuerſa ſæcularia, quemadmodum pulcherrimè Philo notauit in lib. *Quòd Deus ſit immutabilis*, ponderans locum *Numer. cap. 20.* ibidémque reſponſum datum Hebræis à filiis Edon, id eſt, ab hominibus terrenis, cùm poſtulaſſent Hebræi tranſitum per terram Edon: ſunt hæc verba Philonis, quæ quia accommodata ſunt ad præſentem locum, latiùs ea enarrabimus: *Miſit interea Moyſes nuntios ad Regem Edon, qui poſtquam ei retulerũt longam peregrinationẽ Ægypti, & labores, quos paſſi fuerant Hebræi per tot annos in itinere, Deo tamen ſemper ducente exercitũ, ita dixerunt; Ecce in vrbe Cades, quæ eſt in extremis finibus tuis poſiti abſceramus, vt nobis tranſire liceat per terram tuam, non ibimus per agros, neque per vineas, nec bibemus aquas de puteis tuis, ſed gradiemur via publica, nec ad dextram, nec ad ſiniſtram declinantes*

[m] *Moralis allegoria.*
Philo.
Num. 20.

declinantes donec tranſeamus terminos tuos. Cui reſpondit Edon, non tranſibis per me, alioqui armatus occurram tibi: quo in loco Philo notauit pulchram cuiuſdam Philoſophi ſententiam, qui cùm vidiſſet ſumptuoſiſſimam pompam virum principem comitantem ad ſuos familiares conuerſus dixit, *Videte amici, quàm multis rebus opus non habeo, compendio de re maxima, vereque cæleſti gloriatus: verùm apud Moyſen myſteriis ſapientiæ initiatum, non vnius tantùm viri hæc eſt gloriatio, ſed totius gentis populoſiſſimæ, quia vniuſcuiuſque anima confirmata eſt ad audaciam contra regem omnium, quæ bona videntur, terrenum Edon: reuera enim quodlibet in ſpecie tantum terrenum bonum eſt, propterea dixit, celeriter tranſibo per terram tuam. O promiſſionem generoſam, & magnificam! ita ne obſecro ſuperare, tranſire, tranſcurrere, quidquid in terra bonum cenſetur poteris? & nihil veſtram properationem remorari poterit? Conſpectum* [n] *diuitiarum congeſtarum auerſabimini deflexa facie*: & cæters, quæ proſequitur, tunc ita concludit rem, *Olympia, cæleſtiſque animæ ſunt hæc tam ingentia facinora, quæ regione terreſtri iam relicta, ad diuinarum naturarum ſubducta eſt conſuetudinem; repleta enim contemplatione verorum bonorum, & incorruptibilium, merito adulterina iſta in diem durantia reijcit*; tales appellat tranſitores, vel contemptores rerum ſæcularium Philo, quos Ieremias hoc in loco *tranſitores per vias* appellauit.

Philo.

[n] *Cæleſtis animæ eſt conſpectum diuitiarum auerſari.*

95.

Erit videndus hac de re Ambroſ. *lib. de bono mortis cap.* 5. explicans ea verba Pſalmi, *renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua*: *& lib. de fuga ſæculi, c.* 1. *& deinceps.* Plato *in Theteto*, *ſiue de ſcientia.* Plotin. *Æneid.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. & *Æneid.* 3. *lib.* 9. *cap.* 1. quem imitatus eſt D. Ambroſ. vt ſæpe ſolet, in *lib. de Iſaac & anima cap.* 8. Ex quibus iam conſtat accommodatam eſſe allegoriam huius loci, in qua introducuntur viri religioſi, [o] & ſancti contemptores rerum ſæcularium, ac proinde tranſitores per vias appellati, dolentes, ſtupentes, & admirati, cum viderint animæ pulchritudinem omnino deſolatam.

Ambr.
Plato.
Plotinus.
Ambr.

[o] *Viri religioſi tranſitores per viam mundi meritò dicuntur.*

CARMEN XVI.

PHE. *Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui: ſibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: Deuorabimus: en iſta eſt dies, quam expectabamus; inuenimus, vidimus.*

§. III.

Ad Literam, & mores, & allegoriam.

Opprimunt innocentem improbi, veluti ceruam teneram in ſyluis crudeles belluæ; qualiter & perfidi Iudæi innocentiſſimum Ieſum in paſſione circumdederunt.

96.

DVBIVM non eſt hæc pertinere ad hoſtes infeſtiſſimos Hieroſolymæ, & gentis Hebrææ, quales erant Syrij, Arabes, Ægyptij, Philiſtæi, & Phœnices, quibus nihil potius fuit quàm vidiſſe extremam ruinam gentis Hebrææ, quorum odium [p] tribus ſimilitudinibus ferarum expreſſit. Prima petita eſt à Leonibus famelicis aperientibus rictus ſuos ad deuorandam prædam. Secunda à ſerpentibus iratis, & ſibilantibus; cum enim ira excandent ſerpentes, tunc maximè ſibilare ſolent, quod eleganter dixit Claudian. de ſerpente expreſſo in vexillo bellico, ſic enim dixit:

[p] *Odium ſimilitudinibus ferarum exprimitur.*

Claudian.

—— *Multuſque tumet per nubila ſerpens*
Iratus, ſtimulante noto, viuitque receptis
Flatibus, & vario mentitur ſibila tractu.

Sic enim ſerpentem iratum deſcribit: quibus ſimilia dixit Poeta 2. *Æneid.* de duobus ſerpentibus;

Ardenteſque oculi ſuffecti ſanguine, & igne
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

Virgilius.

Quem eſt imitatus Sylius Italicus deſcribens ſerpentem iratum, & ſibilantem. Dixit hoc etiam ſapiens in cap. 17. Sapient. *tranſitu animalium, & ſerpentum ſibilatione commoti tremebundi peribant*; Vt iam non ſit dubium per ſerpentes ſibilantes ſignificare voluiſſe diuinum Hieremiam iratos, quaſi feras, hoſtes Hieroſolymæ. Tandem tertia ſimilitudo petita eſt à feris, cùm dixit propheta, *& fremuerunt dentibus*; cum enim bellua ſimul concutit, & ſtringit dentes, videtur præ crudelitate arma parare, & acuere inſtrumenta ad prædam iugulandam, & ſonitu terrifico crudelē mortem minitatur. Ita igitur crudele odium hoſtium Hieroſolymæ deſcribitur, quibus nihil potius fuit, quàm deuorare, & deglutire vniuerſam Hieroſolymam, totúmque populum Hæbræum, dixerunt enim, *Deuorabimus*, quæ vox crudeliter appetentium eſt, vt dicitur Pſalm. 34 *Non dicant in cordibus ſuis, Euge, euge animæ noſtræ, nec dicant, Deuorabimus eum* Quod ipſum oſtendunt extrema verba, *en iſta eſt dies, quam expectabamus; inuenimus, vidimus*: quibus verbis oſtendunt immane odium, [q] non niſi ſanguine ſatiandum, vt qui diem illum tandiu expectatum, ac omnibus modis quæſitum, tandem inuenerint, ac ſuis oculis viderint, quæ vox exultantium præ crudelitate eſt, vt dicitur Pſalm. 34. *viderunt oculi noſtri*, id eſt, tandem noſtri oculi nobis oſtenderunt id, quod tantoperè expectabamus.

Sapient. 17.
Pſalm. 34.

[q] *Quippe quod non niſi ſanguine ſatiatur.*

Ibidem.

97.

Videtur autem moralis allegoria huius verſus eſſe de anima innocenti à peccatoribus oppreſſa, ſiue de inueterato odio reproborum in ſanctos homines, vel potiùs prophetia de innocentia [r] Chriſti crucifixi à perfidis Hebræis; ſolet enim ſacra Scriptura ſimili metaphora, oppreſſam innocentiam ſignificare, qualem opprimunt teneram ceruam inter ſyluas crudeles belluæ. Quo ſenſu regius vates *Pſalm.* 21. introduxit Chriſtum Dominum oppreſſum tempore mortis à Iudæis non aliter quàm ceruа, vel quoduis aliud tenerum, atque innocuum animal opprimitur à crudelibus feris. Cuius rei gratia in titulo illius pſalmi, ita Hebraicè ſcriptum eſt, *vincenti ſuper ceruam auroræ*; ceruam autem auroræ, vel ceruum auroræ, vt interpretatur D. Hieronym. pluribus locis, dictum eſt ad ſignificandam Chriſti Domini humanitatem aſſumptam; eundemque genitum ad horam auroræ, ſicut teſtantur Euangeliſtæ: ceruam autem appellauit humanitatem aſſumptam,

[r] *Innocens Chriſtus à perfidis Iudæis oppreſſus.*

[s] *Chriſtus Dominus dicitur ceruus auroræ, & quare?*

Digitized by Google

ſumptam, vel ceruum matutinum, ſiue tenerum, vel ad ſignificandũ antidotum, & remedium contra ſerpentem, natiuam enim vim, & virtutem habet ceruus contra venenum, & contra ſerpen-
Plinius. tes, quod pluribus locis dixit Plinius *in lib. de naturali hiſtor.* præſertimque *lib. 8. cap. 28. & 22. & lib. 11. cap. 53. & lib. 28. cap. 7.* Vnde de eodem
Gen. 3. Chriſto Domino dicitur *Geneſ. 3.* cum Deus loqueretur cum ſerpente, *ipſe conteret caput tuum*, ſic enim legunt LXX. vel potius *ceruam matutinam appellauit*, vt pauidum animal ſignificaret, qualem deſcribunt Euangeliſtæ fuiſſe eam humanitatem Chriſti ſeruatoris inſtanti iam morte; qualis ſolet eſſe cerua oppreſſa ab irruentibus
Pſalm. 21. canibus: quo pacto in eodem pſalmo introducit eam oppreſſam dicens, *circundederunt me vituli multi, tauri pingues obſederunt me, aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens, & rugiens; circundederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me:* ita Regius vates innocentiam Chriſti oppreſſam deſcripſit, ita Ieremias eandem hoc in loco, vel etiam innocentis cuiuſque hominis.

TRACTATVS XI.

De expoſitione decimiſeptimi carminis ſub litera, AIN. *Fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit ſermonem ſuum, quem præceperat à diebus antiquis: deſtruxit, & non pepercit, & lætificauit ſuper te inimicum, & exaltauit cornu hoſtium tuorum.* Siue, De adimpletione diuinarum comminationum.

§. I.

Ad Literam.

Definito conſilio Deus antiquorum ſcelerum pœnam etſi videatur differre, per ſingula momenta caſtigat, donec conſummet vltionem in poſteris, qui cum parentum criminibus, imitatione copulantur.

98. HOc ipſum dixerat propheta paulò ſuprà *in hoc cap. carm. 8.* cum dixit, *cogitauit Dominus diſſipare murum filiæ Sion*, ſignificans non temere, aut caſu, ſed longo, & diuino conſilio ea omnia mala eueniſſe Hieroſolymæ, vt de Deo, humano more loquamur; qua de re nos multa
[a] Vide ſupra. diximus [a] ad illud carmen, quæ conſulenda ſunt. Igitur D. Hieronym. exiſtimat hæc verba refe-
Exod. 32. Hieron. renda eſſe ad eum locum *Exod. cap. 32.* quando Deus poſt nefarium ſcelus adorationis vituli ita locutus eſt cum viro ſancto Moyſe, *Tu autem vade, & duc populum iſtum, quò locutus ſum tibi, ego*
Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ,

autem in die vltionis viſitabo hoc peccatum. Ad quem locum ita dixit Hieronym. *Sapius ergo ſynagoga Iudæorum Dominum irritans iam dudum iuſtam pœnam promeruiſſet, niſi eam conditoris ſui bonitas toleraſſet, ac piè, & patienter ſuſſerret; ſed quoniam conuerti noluit, & ceſſare à cœpta nequitia renuit, tandem ſecundum merita ſua condignam vltionem recepit;* ſicut olim Moyſi oranti pro populo idololatra reſpondit, *Dimittam iuxta verbũ tuum, verùm tamen in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum.* Vnde nunc dicit, *fecit Dominus quæ cogitauerat, compleuit ſermonem ſuum, quem præceperat à diebus antiquis, & non pepercit.* Vnde Rab- Rab. Salom.
bi Salom. dixit, nullam pœnam, nec vltionem venire ſuper Iſrael, [a] in qua non exiſtat aliquid vltionis iniquitatis commiſſæ in adoratione vituli: quem locum ego intelligo de praua idololatrandi conſuetudine ab eo tempore conſeruata, ac deriuata in populum Hebræũ, vt etiam aduer- [a] *Nulla venit ſuper Hebræos vltio in qua adoratio vitulorum nõ puniretur.*
tit ad hunc locum Paſchaſ. nanque conſuetudo Paſchaſius.
peccandi ſi non puniatur, creſcit in peius, quemadmodum aduertit Chryſoſt. hom. 7. ſup. 1. ad Chryſoſt.
Corinth. & tom. 1 hom. de Abſalon. *Semper*, ait, *ſcelera dum non reſecantur, increſcunt, & in augmenta facinorum proſilitur, quoties ſecura impunitate peccatur: dum enim Abſalon fratris occiſi facinus non vendicatur, in parricidium Patris reſiduum facinus iteratur.* Similia dixit Auguſt. epiſt. Auguſt.
ad Marcel. *nihil eſt infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hoſtis interior roboratur.*

Meliùs intelligetur locus, ſi aduertamus ma- 99.
los omnes tam viuentes, [a] quàm mortuos vnum quaſi corpus conficere, ſicut docuit Auguſt. *Enchirid. cap. 46.* Leo Papa *epiſt. 44.* Gregor. 15. *Moral. cap. 22.* Hieronym. elegantibus verbis ſuper Ezechiel. *cap. 18.* explicans locum Exodi, *cap. 20* cum diuinum oraculum dixit, *vendicans iniquitatem patrum vſque in 3. & 4. generationem*, *Non ideo*, ait, *filij puniuntur in 3. & 4. generatione, quia deliquerunt patres eorum, cùm patres potius puniri debuerint; ſed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum hæreditario malo, & impietate quoque in ramos de radice creſcente.* [a] *Mali viuentes cum mortuis vnũ corpus efficiunt.* Auguſt. Leo. Gregor. Hieron. Exod. 20.
Quo pacto eſt intelligendus ille locus Chriſti Domini Luc. cap. 11. *Vt exquiratur ſanguis omnium prophetarum à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ:* Nam viuentes Hebræi Luc. 11.
morum ſimilitudine, [a] impietate, & imitatione vnum, & idem corpus conſtituebant cum iis, qui iam olim prophetas occiderunt, imò & ipſum Abelem; proinde digni erant, qui pœnas impietatis luerent commiſſæ à maioribus ſuis, quam imitati ſunt, quemadmodum voluit [a] *Morum ſimilitudine & imitatione impietatis.*
Auguſt. *lib. 2. contra aduerſarium legis cap. 5.* Hie- Auguſt.
ronym. *Matth. 25.* quo pacto idem Hieronym. Hieron.
intelligit ea verba Zachar. *cap. 6.* *Ipſi autem* Zachar. 6.
ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum, id eſt, in ſimilitudinem Adami præuaricati ſunt in me; antequam enim nati eſſent, iam ad impietatem vniti erant. Quo ſenſo intelligendus eſt ille locus Iſai. 43. *Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati ſunt in me: & contaminaui principes ſanctos, & dedi ad internecionẽ Iacob.*
Quem locum Paulus Burgenſ. *in ſcrutinio ſacræ* Burgenſ.
Scripturæ 1 p. d. 6 c. 2. intelligit de peccato originali, ac etiam de peccato imitationis, quod ſequuti ſunt poſteri Iudæorum. Ex quibus iam efficitur, ad eam formam locutũ fuiſſe Ieremiã hoc in loco, qua ſolet Scriptura ſacra ex omnibus

impiis vnum quaſi cotpus conficete, ac aſſetete poſtetos impiorum puniros eſſe propier ſcelera ſuorum maiorum, quæ ipſi imitati ſuut: Vnde
Rab. Salom. Rab. Salom. dixir, nullam pœnam, nec vltiouem venite ſuper Iſiaël, in qua non exiſtat aliquid vltionis iniquitatis commiſſæ in adoratione vituli, non quòd poſteri Hebıæi [a] puniantur propter idololaıriam eorum, qui vitulum adorauetuut, ſed quia ſimilem idololatriam ſequuti ſunt. Sic exquiſitus eſt ſanguis Abelis iuſti à Chtiſto Domino in Hebıæis, qui eius ætate viuebant, non quia ipſi occideıint innocentem Abelem, ſed quia ſimilia fıatricidia exercuerunt in ſanctos prophetas, & in Chriſtum Seruatoıem ſanctum & innocentem Abelem. Vnde iam patet verus iutellectus huius loci, cum Pıopheta dixit, *fecit Dominus, quæ cogitauit, compleuit ſermonem ſuum:* quæ enim mala commiuatus fuerat populo Hebtæo per Moyſem, ac pet alios ſanctos prophetas, hæc eadem executioni mandauit per Chaldæos, & Romanos, non propter ſceleıa ſuorum maiotum, ſed ptoptet proptia ſcelera, quæ imitantes maiores ſuos poſteri commiſerunt.

[a] *Hinc ſequitur qualiter poſteri propter impietatem parentum puniantur.*

100. *Compleuit ſermonem ſuum, quem præceperat à diebus antiquis.* Id eſt, veteres comminationea per ſanctos prophetas factas, quas Deus diſtuleıat expectans eorum pœnitentiam, tandem aeerbiſſimè execntioni mandauit; ſæpe enim pæna, quæ diffettur, au-
Rab. Salom. getur. Iıa hunc locum inteiligit Rabb. Salom. *conſummauit decretum, ac illud executioni mandauit, quod antea promulgauerat;* nec iam durarei illud prouerbium, [b] quod inueterauetat inter Hebræos, cuius meminit Ezechiel in cap. 12. cum dixit, *quod eſt prouerbium iſtud vobis in terra Iſrael*
Ezech. 12. *dicentium, in longum differetur dies?* ſolebant enim Prophetæ inculcate, *dies Domini veniet, dies tenebrarum;* ideo diem vocabant vulgates, & populates Hebræi, infottunium, [c] ſiue calamitatem extremam à ptophetis prædictam, *neque vulge dicetur vltra in Iſrael, non prolongabitur vltra omnis ſermo meus; verbum, quod locutus fuero, complebitur, dicit Dominus.* Quo loco vt eleganter
Theodor. notauit Theodotet. quando diuturnam lenitatem mendacium vocat, inculcatur ipſis, mox fu-
Varabl. tuıus ptophetiæ euentus: Vatablus ita dixit, *non prolongabitur vltra euentus omnium verborum meorum.* Quod igitur Deus cogitauerat, & quod decıeuerat de euertenda Hietoſolyma, iam inde à vetuſtiſſimis temporibus, executioui tandem mandauit, nec voluit vlteriùs differre, quod tandıu decteuerat; deſtruxit igitut ciuitatem, ac templum, & non pepetcit, id, eſt, ſine vlla miſeticotdia.

[b] *Antiquum prouerbium apud Hebræos.*

[c] *Dies Domini, idem eſt, atque calamitas grauiſſima.*

101. *Lætificauit ſuper te inimicum, & exaltauit cornu hoſtium tuorum.* In quibus vetbis ea continetut ſententia, quam ſæpius repetit diuinus Ieıemias, oſtendens eam eſſe grauiſſimam calamitatem, in qua eos, quos habuiſti tibi ſubiectos, eoſdem videris tibi inſultantes, & irridentes, ac eotum ſupetbiam, imperium, gloriam, & potentiam ſuper te fuiſſe exaltatam: lætificauit igitur Chaldæos, ac alios finitimos iuimicos tuos de te, ac eotum impetium, qui te in anguſtias redigete cogitarunt, ſupet te exaltauit Dominus. Nou eſt alia moralis allegoria hinc colligeuda; quàm ea, quæ ex hiſtoria oſtenditur, non eſſe, ſcilicet, exiſtimandum diuinas comminationes exitum non habituras; præſenti tamen aliquo remedio curandum eſſe, ne eueniant, cum ſint [d] conditionatæ, ac proinde repatando vitam, & conſcieniiam earum exitus impeditur: qua de te videndus D. Hieronym. *in comm. ſuper Daniel. cap.* 10. & Theodoıet. *ibid.*
Hieron. Theodor. In quam ſententiam videndus Auguſt. *ſerm.* 28. *ſuper Pſalm.* 118. explicans ea verba Pſalmi, *exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam: Si verò quæras,* ait Auguſt. *cur ita fleuerit Rex Dauid, rationem ſuarum lachrymarum reddens dixit, iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum; mandaſti iuſtitiam tuam cuſtodiri nimis: hæc autem iuſtitia Dei, & veritas, atque rectum iudicium omni eſt metuendum peccanti, hoc enim damnantur, quicunque damnantur, inde fletus rectus eſt pœnitenti, quia ſi cor eius impœnitens damnaretur, iuſtiſſimè damnaretur. Inde igitur exeunt iuſtiſſimæ lachrymæ, inde remedium, vnde pœna iuſtiſſimè exiret in vindictam.*

August. Pſal. 118.

[d] *Comminationes diuinæ ſemper conditionatæ.*

TRACTATVS XII.

De expoſitione Carminum decimioctaui & deciminoni. Siue, De modo, tempore, habitu, & materia orationis in extrema calamitate.

CARMEN XVIII.

SADE. *Clamauit cor eorum ad Dominum ſuper muros filiæ Sion: deduc quaſi torrentem lachrymas per diem, & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.*

§. I.

Ad Literam.

Ille eſt optimus orandi modus extremè paſſis, ſi cor eorum in perennem lachrymarum fontem, non erumpat, ſed defluat iugiter.

PROBE mihi notaſſe videtur Paul. Burg. *addit. vnic. citata*, poſtremam partem hu- 102.
ius capitis diuidendam eſſe in duas partes; in quarum [a] prima, quæ duobus carminibus ſaquentibus continetut, ſalubre conſilium dederat popularibus ſuis Ieremias, vt, ſcilicet, ad Deum confugerent clamando, pernoctando in oratione, flendo, ſeipſos humiliando, ac tandem manus ad Deum clementem eleuando, præſctibens modum, fotmam ac habitum otationis. In ſecunda verò parte, ipſam doctiſſimam orationem præſcribit tribus ſequentibus carminibus poſtremis incipiens, *Vide Domine, & conſidera quem vindemiaueris*

[a] *Diſtribuuntur ſequentia carmina vſque ad finem capitis in duas partes.*

demiaueris ita . & cætera , quæ ſequuntur. Eſt autem difficilis prima pars huius carminis: ſequendus tamen videtur Hieronym. quem meo iudicio ſequitur Theodoret. Clariùs Paſchaſ. exiſtimans ea priora verba ; *Clamauit cor eorum ad Dominum ſuper muros filia Sion* , pertinere ad præcedentem ſententiam , iuxta regulam [b] ſacræ Scripturæ , in qua quoties in vno carmine ſententia non concluditur, concluditur in ſequenti, ac ea concluſa punctatur locus , deinde noua incipit ſententia : id quod factum credit D.Hieron. in hoc carmine ; pertinent enim citata verba de mente Hieronymi ad præcedentem ſententiam, in qua introducuntur inſultantes hoſtes , ac vociferantes in conſpectu Domini, eundémque imbecillitatis accuſantes , quòd muros filiæ Sion non potuerit tueri contra potentiam Chaldæorum.

Hieron. Theodor. Paſchaſ.

[b] *Secundùm phraſim ſacra Scriptura, ſententia non terminata in priori carmine, in ſequenti finitur.*

103. Diſplicuit hæc expoſitio Hieronymi aliquibus propter phraſim,quæ non eſt vſitata in eo ſenſu; nec enim legitur aliquando in ſacra Scriptura , clamare ad Dominum , in malam partem , pro Deum blaſphemare , ſiue Deo inſultare. Verùm mihi non videtur hoc efficax argumentum , quia vox [c] Hebræa, pro qua vulgatus tranſtulit, *clamauit*, æquiuoca eſt, ſignificatque & *clamare*, & *vociferari* ; vociferari autem, vox inſultaorium , & blaſphemantium eſt propria , præſertim cùm præpoſitio,*ad*, ſi Hebræam radicem conſulamus, ſignificet, *coram*, ſenſúſque tunc erit, Vociferati ſunt, blaſphemantes coram Deo, aſſerentes,propria virtute euerſos eſſe muros Hieroſolymæ , quos Deus tueri non potuit. Stat igitur expoſitio Hieronymi, tum , quia ita magis conciliabatur diuinum auxilium, tenebatur enim Deus pro ſui honore defendere Hebræos , ac euertere Chaldæos blaſphemantes in ſe ipſum:tum etiam, quia quando locus obſcuros eſt,recurrendum eſt ad radicem originalem Hebræam , vnde veritas, ſi quando dubia eſt, eluceſcit.

[c] *Adſtruitur prior expoſitio ex litera Hebræa.*

104. Mihi tamen dubitationem ingerit in hac expoſitione illa vox , *cor eorum* ; nec enim aptè videtur dictum de vociferantibus , *cor eorum* vociferatum eſt, ſed potius , os eorum eſt vociferatum : niſi velis , ex tota mente id factum ſignificare voluiſſe Ieremiam per hæc verba. Placebit [d] fortaſſis magis , ſi aſſeramus hæc verba prima pertinere non ad præſentem ſententiam, ſed potiùs ad ſequentem , eſſéque potiùs Hebræorum, deprecantium, quàm Chaldæorum inſultantium. Pro qua expoſitione notandum eſt,Hebræos non habere [e] optatiua , nec coniunctiua , ſed vti plerunque præterito indicatiui pro optatiuo,& coniunctiuo ; proinde hoc in loco talis poteſt eſſe ſenſus, Clamaret, ſeu, clamauerit cor eorum , id eſt , vtinam clamaſſent miſeri Hebræi ; indecorum autem , quia eſt , eos tacere , per quos profeceris. Hanc primus inuexit expoſitionem noſter eruditus Luſitanus Petrus de Figeiro. Non eſt verò illud prætereundum , nec in Hebræo , nec apud LXX. legi præpoſitionem *ſuper muros filia Sion* , ſed ita potiùs haberi , *clamauit cor eorum ad Dominum* , *muro* , ſiue *muri* , *deduc quaſi torrentem lachrymas* : Hieronym. tamen priorem lectionem ſequutos eſt , vel quia licentia Interpretis vſus eſt ad maiorem explicationem , vel ſaltem , quia codicem aliquem habuit, in quo hæc omnia ſcripta fuerunt.

[d] *Poſterior expoſitio plauſibilior.*

[e] *Hebræi non habent optatiua , nec coniunctiua.*

Petr. Figeir.

105. Eſt autem elegans proſopopœia in ſequentibus verbis , cum Ieremias muros Hieroſolymæ allocutus dixit , *deduc quaſi torrentem lachrymas per diem , ac noctem* ; ſolet enim vehemens dolor lachrymas , ac humanos affectus rebus inanimatis concedere , vt grandi, & poetica [f] hyperbole creſcat oratio ; nec enim ſat habuit Ieremias ad dolorem prouocaſſe ſuos populares, ſed ad vberrimas quoque lachrymas : ſunt enim lachrymæ indices mentis , & interni doloris veriſſima ſigna. Vnde Cicero *orat. in Piſon.* lachrymas mœroris inſignia pulcherrima appellauit. Hebraicè autem ita potiùs habetur , *deſcendere* , ſeu *cadere fac quaſi torrentem lachrymas* : quibus verbis Propheta immodicum fletum poſtulare videtur contra legem vetatum lachrymarum, quam præſcripſit Seneca epiſt. 100. *Excidant*, ait, *retinentibus lachryma* , [g] *permittamus illis cadere , non imperemus ; fluant quoniam affectus eiecerit , non quoniam poſcat imitatio ; nihil mœrori adiiciamus* ; & paulo inferiùs ponit differentiam inter veras, & falſas lachrymas , cum primùm ait : *nuncius acerbi funeris pertulit, cùm tenemus corpus è complexu noſtro in ignem tranſiturum , lachrymas naturalis neceſſitas exprimit , & ſpiritus ictu doloris impulſus , quemadmodum totum corpus quatit , ita oculos quoque ad iacentem humorem perpremit , & expellit. Ha lachryma per illiſionem cadunt nolentibus nobis : alia ſunt , quibus exitum damus* ; de quibus videtur loqui Ieremias hoc in loco : verùm non de huiuſmodi lachrymis loquitur cum dixit, *cadere fac ſicut torrentem lachrymas*, ſed ita potiùs dixit , vt oſtenderet magnam eſſe vim lachrymarum, vtpote quaſi torrentem , quibus neceſſariò noua via, & exitus aperiendus erat.

[f] *Grandis hyperbole.*

Cicero.

Seneca.

[g] *Lachryma permittenda, non imperanda.*

Non des requiem tibi , neque taceat pupilla oculi tui. { Id eſt , ne fletum interrompas, ne interponas remiſſionem , vel laſſitudinem , vel debilitatem: 106.

ſi verò conſolator textus Græcus, ita potiùs legandum erat, *non des lotionem tibi, vel requiem :* quod idem eſt. Videtur enim ſumpta metaphora ab iis , qui otiantur, & delitiantur, quibus frequentiſſimum eſt balneis , ſiue lotionibus vti , vt ſit ſenſus, Nulla,neque laſſitudine , neque voluptate ceſſandum tibi erit ab oratione. Quæ lectio magis placet, quàm ea, quæ habetur, *non des tibi reſpirationem* , id eſt , neque tibi reſpirandi tempus ſit propter lachrymas , & ſuſpiria ; quod quamuis quadret cum circunſtantia loci , non tamen quadrat cum lectione Græca : repetit iterum id, quod iam dixerat, perpetuò, ſcilicet , lachrymandum eſſe , cum addidit , *neque taceat pupilla oculi tui*. Ad quæ verba non malè quidam dixit ,oculos per lachrymas quodammodo loqui , atque ſuas voces lachrymas habere , ſicut Poëta dixit :

Græcè.

Et tamen lachryma pondera vocis habent. Virgi

quas Deus, quaſi voces,intelligat , & quibus loquentes audiat homines , iuxta illud Pſalm. 36. *Auribus percipe lachrymas meas , ne ſileas.* Potius tamen dicendum eſt Hebraiſmum eſſe in his verbis, ſecundùm quem, *tacere*,ponunt Hebræi, pro *ceſſare* ; tacere enim eſt intermittere rem , quam aggreſſus fueras , vel ab ea ceſſare : qualis locutio eſt Exod. 14. *Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis :* id eſt , Deus præliabitur in veſtrum fauorem, & vos quieſcetis. Similis locutio eſt 3.*Reg.cap.*22. vbi vulgata habet , *negligimus tollere eam*, Hebraicè legimus, *tacemus* , ſiue *ceſſamus*. qualis Hebraiſmus apud Marc. cap. 4. *comminatus eſt vento, & dixit mari, Tace ; & ceſſa-*

Pſal. 36.

Exod. 14.

3 Reg. 22.

Marc. 4.

uit ventus , & facta eſt tranquillitas.

Alia igitur loquendi formula repetit id, quod dixerat, *non des requiem tibi*, cum dixit, *neque taceat pupilla oculi tui*, ſeu *filia oculi*, vel *pupula*; eſt enim in oculi meditullio, cora, ſiue pupilla; hæc autem cum ſit in medio oculi, lachrymas emittere non poteſt, cum lachrymæ per vtrunque angulum oculorum defluant, ſicut diximus

Rhodig.

ſuprà ex Celio Rhodiginio *lib 11. lect. antiquarum cap.* 3. quos angulos medici vocant *canthos*; eſtque ea pars oculi, quæ terminus communis eſt vtriuſque palpebræ ſuperioris ſcilicet, & inferioris, in quas partes natura deriuauit organa lachrymarum; proinde pupilla non ſolet lachrymas emittere, niſi forte per ſynecdochem, accipiendo partem oculi pro toto oculo, vt elegantior, & efficacior eſſet oratio, introducens pupillas pulcherrimas dolentes, & lachrymantes, vt facilius diuinam commouerent miſericordiam; ſunt enim lachrymæ mulierum potentiſſimæ ad mouendum, *quas enim natura inermes creauit, lachrymis armauit*; quemadmodum dixit Petrus

Chryſolog. Plutarch.

Chryſologus *ſerm.* 78. & notauit Plutarchus de matre Coriolani in vita ipſius Coriolani. Cúmque potentiſſimæ ſint mulierum lachrymæ, potentiores ſunt pupulæ pulcherrimæ dolentis, & collachrymantis, & propterea eleganti figura vſus Hieremias dixit, *neque taceat pupilla oculi tui*; accommodatas enim lachrymas pupularum exiſtimauit ad diuinam flectendam miſericordiam.

Moralis allegoria eſt de perpetuis lachrymis peccatorum, poſt commiſſum, atque etiam remiſſum peccatum; nihil enim pulchriorem reddit animam peccatricem, quàm iugiter cadentes

Baſilius.

lachrymæ. Id quod notauit D. Baſilius *hom. 4. de diuino opificio*, ponderans, quod de mari, & de

Gen. 1.

eius vtilitatibus dixerat diuinum oraculum Gen. 1. *Vidit Deus, quod eſſet bonum, ſiue pulchrum; quod ſi mare*, inquit Baſilius, *bonũ eſt apud Deum, ſi pulchrum, ſi laudabile, quo pacto non longè pulchrius eſt hoc Eccleſiæ concilium, in qua permixtus ſonus, quaſi cuiuſdam ad litus accedentis vnda ex orationibus ad Deum reſultat, & emittitur?* Quæ cauſa eſt, cur quoties ſponſus, ſuæ ſponſæ oculos laudare voluit, id eſt, oculos animæ pœnitentis, toties eoſdem perpetuò lachrymantes introdu-

Cantic. 7.

cit: qualis eſt ille locus in cap. 7. Cantic. *oculi tui, ſicut piſcina in Eſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis*, id eſt, non minus pulchri ſunt oculi tui, quàm perennes duo fontes, qui ſtatim occurrunt ingredientibus ad portas ciuitatis Eſebon. Sic quoque dixit, *Caput tuum ſicut Carmelus*, quaſi velit, Soluitur in fontes aquarum, atque in torrentes lachrymarum caput tuum, quemadmodum Carmelus totus quantus eſt in fontes diſſoluitur, vſque adeo lachrymas exiſtimauit neceſſarias ad eam pulchram reddendam, quæ denigrata fuerat per peccatum.

Addendum eſt neceſſariò hoc corollarium in

[h] *Additio neceſſaria ad expoſitionem Hieron.*

confirmationem [h] illius expoſitionis, quam primam ex D. Hieronymo probauimus non ſine aliquo ſcrupulo ad ea prima verba huius carminis, *clamauit cor eorum ad Dominum*; illud enim lapſu memoriæ omiſſum fuerat, cum tamen tollat omnem dubitationem, quæ minùs probabilem reddebat eam expoſitionem, quam nos veriſſimam exiſtimauimus. Putauit igitur D. Hieron. ea verba pertinere ad Chaldæos hoſtes Hebræorum blaſphemantes, & inſultantes coram Deo, atque dicentes, Deum non potuiſſe tueri muros Hyeroſolymæ; addimus igitur ad ea, quæ diximus, clamare coram Deo, ſiue ad Deum ſecundùm phraſim [i] Hebræam ſignificare clamare vehementer, ſiue vociferari, qualis eſt ille locus Geneſ. 10. *Nembroth robuſtus venator coram Domino*, id eſt, magnus tyrannus. Similis locus eſt Geneſ. 23. *Princeps Dei es in medio noſtri*, id eſt, habemus te loco magni cuiuſdam Principis. Sic quoque Ionæ *in cap.* 2. de Niniue dictum eſt, *ciuitas coram Domino*, id eſt, magna, & vaſtiſſima; quali Hebraiſmo vſus eſt Lucas *in cap.* 1. *coram Domino*, id eſt, excellentiſſimus; vt iam nulla ſit dubitatio, quòd ſecundùm phraſim Hebræam, clamare ad Dominum, ſiue, coram Domino, ſignificet hoc in loco, vociferari. Iam verò id, quod difficultatem ingerebat in hac expoſitione, quòd vociferari non ſolemus corde, ſed ore, facilè ſoluitur ex Hebraiſmo conſueto, quo ſolet ſacra Scriptura interdum per cor, [l] totum hominem ſignificare; qualis eſt ille locus in Pſalm. 101. *percuſſus ſum vt fœnum*, ita enim legit vulgatus interpres, ſequutus Hebraiſmum, ſecundùm quem ita Hebraicè legitur, *percuſſum eſt cor meum*, accepto corde, pro toto homine; quæ phraſis communis eſt apud probatos Authores cuiuſcunque linguæ tam Græcæ quàm Latinæ, quod eleganter notauit Aulus Gellius *lib. 7. c.* 2. ex Ennio antiquo poëta *lib. 3. annal.* vbi apertè *cor* poſuit pro ipſo homine: qualis locutio eſt apud Homerum *lib. 1. Iliad.* vbi *cor Iouis*, poſuit pro ipſo Ioue. Hinc iam patet vera expoſitio Hieronymi ſine vllo ſcrupulo, cum hoc in loco *cor* ſignificet ipſos Chaldæos, ſecundùm phraſim Hebræorum; atque ita, *clamauit cor eorum ad Dominum*, nihil aliud eſt, quàm vehementer vociferati ſunt Chaldæi, & blaſphematuor.

[i] *Secundùm phraſim Hebræam, coram Deo, id eſt, atque magnũ quid.*

Gen. 10. Gen. 23. Ionæ 2. Luc. 1.

[l] *Secundùm eandem cor accipitur pro toto homine.*

Gellius. Homerus.

Carmen XIX.

COPH. *Conſurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum: effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini: Leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.*

§. II.

Tempus omnium commodiſſimum orationi, nox eſt; ſecura oratio, quæ de nocte conſurgit, quoniam ſolo Deo arbitro, & teſte Angelo ad cælum aſcendit.

Conſurge, lauda in nocte.

IN præcedẽti carmine poſuerat propheta modum 107.
orationis, clamando, ſcilicet, flendo, atque lachrymas continuando; in hoc verſu [m] deſcribit tempus orationis, habitum orantis, & tandem materiam totius orationis. Iacentem igitur, & penè deſperatam

[m] *Materiam, & tempus orationis docet propheta in hoc carmine.*

deſperatam Ieroſolymam excitat propheta ad diuinas laudes: ſciendum autem eſt, vt bene notauit Rabbi Dauid, & Pagninus *in theſauro*, verbum pro quo vulgatus interpres tranſtulit, *laudare*, plures alias habere ſignificationes; ſignificat enim fortiter clamare, ſiue propter lætitiam, ſiue propter luctum, vel propter præconium; vnde idem eſt, quod orare, clamare, lætari, & confiteri, ſiue canere. Quæ fuit ratio, cur Rabbi Ioſeph dixerit, primam partem veræ pœnitentiæ ſignificatam [n] fuiſſe per hoc verbum, *lauda*, quoties enim peccatum agimus, & iuſtiſſimam Dei pœnam confitemur, toties pœnitentes Deum laudamus: vult enim Rabbinus doctiſſimos, cognitionem proprij peccati, atque diuinæ iuſtitiæ punientis illud, eſſe veram peccatoris [o] confeſſionem, ſiue laudem Dei; qualis eſt ille locus in *Pſalm.* 50. cum Regius vates poſt ſuum peccatum dixit in laudem diuinæ iuſtitiæ, & accuſationem ſui ſceleris: *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* In prima enim parte huius ſententiæ ſuum accuſat peccatum, poſteriora autem verba ſicut bene notauit Genebrard. referenda ſunt ad ea prima verba Pſalmi, *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris*, id eſt, vt iuſtus, ac verax, & miſericors appareas, & vincas hominum iudicia, cum iniuſtitiæ inſimularis; ſic enim regius vates, & iuſtitiam diuinam commendat, & miſericordiam pariter oſtendit, vt ſcilicet, qui me non iniuſtè punis, qui peccauerim grauiſſimè, ſed miſericorditer curaueris; qualis eſt etiam ille locus Daniel. 9. *Tibi Domine Deus noſter miſericordia, & propitiatio, quia receſſimus à te*, id eſt, ſit tibi laus, & gloria, quia miſericorditer flagellaſti recedentes à te: proſequitur hoc argumentum D. Auguſt. ſuper Pſalm. 50. ad illa verba, *& à peccato meo munda me: Implora*, inquit, *miſericordiam, ſed attende iuſtitiam, miſericordia eſt, vt ignoſcat peccanti, iuſtitia eſt, vt puniat peccatum: quid ergo quæris miſericordiam? peccatum impunitum remanebit? reſpondit Dauid, reſpondeant lapſi cum Dauide, vt miſericordiam mereantur ſicut Dauid; non Domine, [p] non erit impunitum peccatum meum, noui iuſtitiam eius, cuius miſericordiam quæro.* Quæ vera laus peccatoris eſt ad Deum iuſtum, & miſericordem.

Rab Dauid. Pagninus.
Rab. Ioſeph. [n] *Prior expoſitio.*
[o] *Vera laus Dei, peccatoris confeſſio.* Pſalm. 50.
Genebrard. Pſalm. 50. Daniel. 9.
Auguſt. Pſalm. 50.
[p] *Qui quærit miſericordiã, neceſſe eſt, vt iuſtitiæ ſatisfaciat.*

108. Non minùs elegans eſt expoſitio [q] Rabbi Dauid *in lib. radic.* aſſerentis, verbum, *laudare*, hoc in loco referendum eſſe ad miſerum peccatorem, cum aduerſa ſunt omnia; nec enim ſolus laudandus eſt Deus, cum nobis omnia ſecunda eueniunt, ſed maximè, quando aduerſa: qualis eſt laus apud Iob in cap. 1. *Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſit nomen Domini benedictum*; gratias enim Deo agebat pro accepta clade, ſicut quilibet alius ageret pro magno beneficio: quo pacto feciſſe legitur regius vates *in Pſalm.* 28. cum dixit: *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum: afferte Domino gloriam, & honorem*; ad ſacrificium enim, & laudes diuinas vocat omnes fideles, tum quando & cælum tonat, & horrendus fulgurat aër, & quando tempeſtate, atque diluuio aquarum in ruinam viderut ire vniuerſus orbis. D. Paulus hoc genus diuinæ laudationis agnouit *c. 1. ad Philip.* cum dixit: *ſicut ſemper, & nunc magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam, ſiue per mortem.* Prouocat igitur Ieremias ſuam deſperatam Ieroſolymam ad gratias Deo agendas pro extrema calamitate, quam patitur; ſic enim verè Deus laudatur.

[q] *Secunda expoſitio, laudãs'nt Deus in aduerſis.* Rab. Dauid.
Iob. 1. Pſalm. 28. Philippe n. 1.

Iam igitur incipit diuinus propheta tempus deſignare, quo maximè orandus ſit Deus: illud autem nocturnum tempus eſſe docet, quod ſatis ad orationem ſemper accommodatum [r] fuit, quemadmodum pluribus in locis docuit Hieron. præcipuè *in epiſt. 22. ad Euſtochium*, & *in epiſt. ad Demetriad.* 8. & *in epiſt. 7. ad Latam.* Epiphanius *in compendio.* Plinius Iunior. *epiſt. 97. ad Traianum*, vbi docet, primos fideles de nocte conſurgere ſolitos ad laudes diuinas: quod Ammianus Marcellin. proſequitur lib. 28. in fine *In ſtatione*, inquit, *primis tenebris obſeruata cuſtodum abſentia pernoctant in oratione.* Videndus erit Baronius *tom. annal. 1. anno 51. cap.* 70. & tandem Bernard. *ſerm. 86. ſuper Cantic.* Quo in loco elegantibus verbis deſcribit, opportunum orationis tempus, adducens in teſtimonium hæc verba Ieremiæ prophetæ, *Tempus*, inquit, *feriarum commodius, aptiúſque; maximè autem cum profundum nocturnus ſopor indixit ſilentium, tunc planè liberior erit, puriorque oratio; conſurge in nocte in principio vigiliarum tuarum, quoniam ſecura [s] aſcendit de nocte oratio, ſolo arbitro Deo, ſanctoque Angelo, qui illam recipit præſentandam ſuperno altari, quàm grata & lucida verecundo colorata rubore, quàm ſerena, & placida nullo inturbata clamore, ac ſtrepitu, quàm denique munda, atque ſyncera, nullo ſparſa puluere terrenæ ſollicitudinis, nulla aſpicientis laude, ſeu adulatione tentata: propter hoc ergo & ſponſa, non minùs verecundè, quàm cautè, & lectuli petebat ſecretum, & noctis, orare, hoc eſt, verbum, quærere volens, dicens: In lectulo meo per noctem quæſiui quem diligit anima mea; &* cætera, quæ proſequitur Bernard. in eandem ſententiam, quo in loco vult in tempeſta & alta nocte orandum eſſe, iuxta illud, quod eſt *in Pſalm.* 118. *media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.* Ex quibus omnibus colligitur, orationis opportunum tempus eſſe nocturnum, non tamen adhuc apparet, in qua [t] parte noctis Ieremias ſuam vocauerit Ieroſolymam ad orationem, cum dixit, *lauda in nocte, in principio vigiliarum.*

109.
[r] *Tempus nocturnum orationi accommodatiſſimũ.* Hieron. Epiphan. Plin. Iunior. Ammianus. Cæſ. Baron. Bernard.
[s] *Secura aſcendit de nocte oratio.*
Pſalm. 118.
[t] *Incertum de qua tempore noctis loquatur Ieremias hic.*

110. Proinde vlterius aduertendum eſt, varias eſſe ſententias circa partitionem vigiliarum nocturnarum; nanque Rab. Dauid Kimi, tres [u] tantùm exiſtimat eſſe noctis vigilias. Primam, quæ ſit caput, & initium vigiliarum, & quæ quatuor horis continetur noctis, quam propheta hoc in loco vocat, principium, & caput vigiliarum. Secundam autem, quam mediam appellat, de qua agitur Iudic. *in cap.* 7. vbi dicitur: *Ingreſſus eſt Gedeon, & trecenti viri, qui erant cum eo in partem caſtrorum incipientibus vigiliis noctis media, & cuſtodibus ſuſcitatis*; quæ media ideo dicitur, quia ſit inter duas extremas, nocturnam, ſcilicet, & matutinam: quæ matutina vltima dicitur *Exodi* 14. vbi dicitur: *Iamque aduenerat vigilia matutina:* quam eandem diuiſionem ſequutus eſt Rabbi Salom. *in com. ſuper Exod in cap.* 14. Verùm grauiores authores, inter quos eſt Vegetius *lib. 3. de re militari, cap.* 8 tradunt vigilias nocturnas in quatuor [x] partes diuiſas eſſe, ita vt non ampliùs, quàm tribus horis neceſſe ſit primos vigiles vigilare. Dixerat hoc Plinius *lib.* 10. loquens de gallis, *Cum ſole concubitum, quartáque Caſtrenſi vigilia ad curas, laboreſque reuocant.* Notauit aliqua hac de re Beroald. *lib. 3. de transformat.*

[u] *Vigiliæ nocturnæ tres.* Rab Dauid. Kimi.
Iudic. 7. Exod. 14. Rab. Salom. Vegetius.
[x] *Alij numerãt quatuor.*

Hieron.

format. Apulei. Videndus erit Hieron. *in expoſitione pſalmorum*, cum inquit, *nox in quatuor vigilias diuiditur, quarum ſingula trium horarum ſpatio continentur.* Loquitur hac de re D. Matthæus *in cap. 14. ſui Euangelij*, cum dixit, *Quarta vigilia noctis venit ad eos Chriſtus Dominus ambulans ſupra mare*, id eſt, tempore matutino, ſeu antelucano, vel in extrema parte noctis, quemadmodum interpretatur D. Auguſt. *in lib de verbis Domini ſuper Matth. ſerm. 24.* & *lib. 4. quæſt. ſuper Numer. q. 4.* Hieron. ſuper eundem locum. Proinde iam conſtat, quid voluerit Propheta hoc in loco cum dixit *in principio vigiliarum*; vocat enim Ieroſolymam ad diuinas laudes, & orationem eo ſtatim tempore, quo vigiliæ nocturnæ, incipiunt muros, & vrbes cuſtodire, id eſt, in prima parte noctis; quamuis enim opportunius tempus ad orandum ſit intempeſta, & alta nox, tamen, quoniam de cuſtodienda & conſeruanda vrbe ſermo erat de more caſtrorum, vt oſtenderet potiùs tuendos eſſe muros orationibus, quàm armis, ad orationes vocat nocturnas ipſam Ieroſolymam de more caſtrenſi, excitans vt orare incipiat à primis cuſtodibus.

Matth. 14.

Auguſt.

§. III.

Qui expanſis manibus orat, operis non modò puritatem in habitu corporis præſefert, verùm & Crucis imaginem proteſtatur, & remedium.

111. HActenus de orandi tempore, nunc autem de habitu orantis ſermo eſt, cum Propheta dixit, *leua ad Deum manus tuas*, hoc eſt, eleuatis manibus orandum tibi eſt; quem habitum iam ſupra diximus, eſſe[a] mulieris, ſiue hominis ſupplicis poſtulantis auxilium in calamitate. Nunc autem aliquid addendum eſt, præſertimque ex Tertulliano *in apolog.* cum ait, *expanſis manibus orandum eſt, quia innocuas manus oportet habere orantis*: quod clariùs expreſſit Chryſoſt. tom. 5. hom. 79. *Has multis ſceleribus miniſterium exhibent, & propterea iubemur eas attollere.* Quod etiam dixit Philo *in lib. de victimis*, exponens cap. 1. Leuit. & c. 3. imò & D. Paul. 1. *ad Timoth. in cap.* 2. propterea dixit nos orare expanſis manibus, vt ita ſignificaretur oportere manus à prauis [a] actionibus leuare orantes; ſic enim habet, *leuantes puras manus ſine ira, & diſceptatione.* Verùm aliam rationem addit Tertull. *in apolog. c. 30.* vt ita oſtendamus, [b] paratos nos eſſe ad quoduis opus faciendum, quod diuina prouidentia, ſiue iuſtitia ordinauerit. Sunt eius hæc verba: *Sic itaque nos ad Deum orantes expanſi, ipſe habitus orantis oſtendit paratos nos eſſe ad omne ſupplicium: deinde quia ita ſignificamus, nolle nos otio torpentes obtinere quod poſtulamus, ſed paratos eſſe ad diuina mandata exequenda.* Quod ita explicuiſſe videtur Regius Vates in Pſal. 118. *Leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi.*

[a] *Oratio eleuatis manibus ſupplicatio eſt.*

Tertull.

Chryſoſt.

Philo.

1. Tim. 2.

[a] *Significat etiam eleuatio manuum operum puritatem.*

Tertull.

[b] *Nec non & promptitudinem ad diuina mandata.*

Pſal. 118.

112. Vel potiùs ideo eleuatis manibus oramus, quia illo habitu orandi merita proteſtamur Chriſti crucifixi, [c] quæ tanquam efficaciſſimum remedium cælo offerimus ad impetrandum, quod volumus, quemadmodum eleganter proſequitur Theodoret. q. 34. in Exod. cum quærit, *Quid fiebat, cur extenſis manibus Moyſis Iſrael vinceret, remiſſis autem illis vinceretur? Dum extendebat*, inquit ille, *manus Moyſes, præſeferebat typum eius, qui crucifixus eſt pro nobis; determinata eſt igitur ſub illa figura vis veritatis: quemadmodum enim ſerue manus extendente cecidit Amalech, ita cùm Dominus manus extendit, diſſoluta eſt acies diaboli.* Habet ſimilia Tertull. in lib. contra Iudæos, cap. 10. *Moyſes*, Inquit, *tunc tantùm, quando Ieſus aduerſus Amalech præliabatur, extenſis manibus orabat, quando in rebus tam attonitis magis genibus poſitis, & manibus cadentibus pectus, & facie humi voluta orationem commendare debuiſſet, niſi quia vbi nomen Ieſu dimicabat, dimicaturi quandoque aduerſus Diabolum; Crucis habitus quoque erat neceſſarius, per quam Ieſus victoriam eſſet delaturus.* Is igitur habitus in orantibus expanſis manibus ſignificat nihil niſi per Chriſtum quempiam impetrare poſſe, quemadmodum latè docuit Ambroſ. ad illa verba Paul. 2. ad Timoth. 1. *Gratia, & miſericordia.* id quod definierat D. Petrus in primo Concilio, quod celebratum eſt Actor. in cap. 4. *Non eſt aliud nomen ſub cælo*: quod proſequitur Auguſt. *epiſt. 49. q. 2.* & *epiſt. 157. ad Donat.* proſequitur *lib. reſponſ. reſponſ. 4. & 8.* Cyrill. *Ioan. in cap. 16.* Niſſen. *in lib. de vita Moyſis*, Cyprian. *de Orat. Martyr. cap. 8.*

[c] *Vel denique proteſtatur crucis myſterium, & remedium.*

Theodor.

Tertull.

Ambroſ.

2. Tim. 1.

Actor 4.

Auguſt.

Cyrill.

Niſſen.

Cyprian.

§. IV.

Materiam orationis adimplebis, ſi non retineas cor tuum intra ipſum, ſed per confeſſionem exponas Deo non modò tua crimina, ſed & ſupplicia, maximè verò innocentum miſerias.

Effunde ſicut aquam cor tuũ ante conſpectum Domini. VSitata eſt hæc phraſis in ſacra Scriptura ad ſignificandum aperienda eſſe [d] omnia deſideria noſtra, & vota, atque, omnes actiones, & affectus animi Deo, ſicut dixerat Anna mater Samuelis 1. Reg. 1. *Effudi animam meam in conſpectu Domini*, & in Pſ. 141. *Effunde in conſpectu eius orationem meam*, id eſt, multis verbis, animi mei deſiderium, & votum Deo expono; & in Pſal. 61. *Effundite coram illo corda veſtra*, id eſt, patefacite omnia vota, & omnes cogitationes veſtras Deo. Quem locum ita eleganter expreſſit D. Auguſt. *Effundite deprecando, ſperando, confitendo; nolite corda veſtra retinere intra corda veſtra*; qua forte ratione dixerat Regius Vates in Pſalm. 50. *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis*; quaſi vellet, quod ſemel factum eſt prophanum cor; inutile redditum eſt ad diuinas actiones, proinde animum de nouo crea. Pro qua re erit videndus Philo in lib. de ſacrificio Abelis, & Caini, ad finem. *Prorſus nuſquam*, inquit, *cerebrum, nuſquam cor conſecrabatur in* [e] *lege, quia illa partis ſingulis temporis momentis, vel ad melius, vel ad deterius mutabiles manent.* Videndus erit hac de re Petr. Damian. ſerm. 5. de D. Bened. & Bernard. *in lib. de amore Dei, cap. 2.* vbi inter cætera ita habet: *Moriens in me, viuere incipiam in te, vt bene mihi ſit in te, cui peſſimum fuit in me*: vnde eſt illud apud Socrat. quem cum quidam interrogaſſet, cur ſibi peregrinatio non profuiſſet, ſcitè reſpondiſſe ferunt: *Non*

113.

[d] *Qualiter oratio fundi da ad Deum.*

1. Reg. 1.

Pſal. 141.

Pſal. 61.

Auguſt.

Pſal. 50.

Philo.

[e] *Cur in lege nullum de corde, & cerebro ſacrificium.*

Petr. Damian.

Bernard.

Socrates.

Non te, inquit, *deſeruiſti, quocunque fugias, corruptum corruptorémque animum tecum habebis comitem, non bonum, ſed vereor vt ducem, quia non ſequuntur te affectus tui, ſed trahunt.* Ex quibus iam intelligimus, quorſum Ieremias dixerit, *effunde ſicut aquam cor tuum*, id eſt, deprauatas cordis appetitiones, ipsúmque cor prauum & prophanum effuſum per orationem, & lachrymas Deo palam oſtende. Quo pacto intelligendus eſt Hieron. cum ad hunc locum ita dixit: *Effundit ſicut aquam cor ſuum ante conſpectum Domini, qui ex intimo affectu cordis producit lachrymas compunctionis; ſacrificium enim Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non ſpernit.* Vult enim Hieronym. per lachrymas emittendas eſſe partes cordis contriti, quod tunc fit, cùm deſideria, & cogitationes cordis cum lachrymis Deum orando exponimus.

Hieron.

114 *Pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.* Quibus verbis Ieremias oſtendit, [f] materiam, & ſubiectum orationis ſuæ, Ieroſolymæ, ſeu Hebræorum eſſe, mortem crudelem paruulorum lactentium, & ferme iam cadentium præ fame in compitis, ſiue in plateis publicis. Aduertendum tamen eſt id, quod vulgatus dixit, *qui defecerunt in fame*, Hebraicè ita dictum eſſe *pro anima*, ſeu *pro vita paruulorum lactentium deficientium præ fame*, id eſt, iam pene morientium. Nec aliquid dixit alienum à textu Hebræo vulgatus Interpres, cùm ea, quæ certiſſimè euentura ſunt, iamque imminent, ſoleat diuina Scriptura, per præteritum ſæpiùs enuntiare: *Compita* autem appellare ea loca, vbi plures viæ interſecantur.

[f] *Materia orationis quã conſulit Propheta.*

§. V.

Ad Mores.

Vana erit conuerſio peccatoris, niſi perennes lachrymas continua ſequantur opera miſericordiæ, & pietatis in paruulos Christi.

115. EST moralis allegoria huius loci ſecundùm Hieron. de homine peccatore per gratiam, & pænitentiam reſtituto ad veram Dei amicitiam; oſtendit enim Ieremias faciendam eſſe ad Deum conuerſionem per lachrymas contritionis, & per opera [g] miſericordiæ: neque enim ſatis eſt animam conuerſam eſſe, niſi conuerſionem ſequantur opera; propterea orando dixit Ieremias, contritum cor per lachrymas effundendum eſſe. Verùm poſt cadentes lachrymas poſuit eleuationem manuum, ad quem locum ita habet Hieronym. *Leuat autem ad Deum manus ſuas pro paruulis deficientibus præ fame in capite omnium platearum, qui operatione miſericordiæ pro humilibus & paruulis Christi membris fame & ſiti laborantibus curat ex ſyncera dilectione.*

Hieron.

[g] *Prima allegoria de neceſſitate operum miſericordiæ in principio conuerſionis.*

116. Ego crediderim [h] poſtrema hæc verba pertinere ad primos in virtute conatus, pro quorum progreſſu vehementer Deus orandus eſt; areſcunt enim ſtatim in principio quouis leui flatu ſæculi, quemadmodum tenerrima germina, ſicut dixit D. Bernardus eleganter *ſermone 64. ſuper Cantic.* vbi de virtute incipiente ita dixit: *Vſtionem certè metuo floribus, non ſurreptionem: Aquilo mihi ſuſpectus eſt, & frigora matutina, quæ tempeſtiuos ſolent perdere flores.* Perſiſtit in eadem metaphora Gregor. Niſſen. orat. 5. de Beatitudinib. *Omnium*, inquit, *virtutum tenera ſunt principia, tempore ipſis duramentum, & robur accedit.* Similia habet Philo *in lib. de Abraham*, & clariùs *in lib. de Cherubin.* vbi ita dixit: *Sicut virentium ſpicarum fructus torretur vt deponat mollitionem; eodem modo nouum conatum tendentium ad maturitatem virtutis oportet potenti, & irrefragabili ſermone duratum ſolidúmque reddere.* Conuenienter igitur peccator ad amicitiam Dei reſtitutus orat, plorat vt primos ſuos conatus in virtute Deus erigat ad maturitatem, ne in ipſo flore cadant.

[h] *Authoris alia de periculo virtutis teneræ.*

Bernard.

Niſſen.

Philo.

TRACTATVS XIII.

De expoſitione carminum vigeſimi, vigeſimiprimi, & vigeſimiſecundi. Siue, De formali oratione in aduerſis.

CARMEN XX.

RES. *Vide Domine, & conſidera quem vindemiaueris ita: ergóne comedent mulieres fructum ſuum, paruulos ad menſuram palmæ? Si occiditur in ſanctuario Domini Sacerdos, & Propheta?*

§. I.

Ad Literam.

In fronte orationis attentionem poſtulat Ieremias Sanctus, diuini intuitus ad vetera beneficia Dei in populum ſuum collata, quo acerbior appareat in conſpectu diuino extrema tolerantium conditio.

HÆc eſt poſterior [a] pars huius capitis, in qua, ſicut bene notauit Paulus Burgenſ. 117.
docet Ieremias Hieroſolymam formam orandi Deum in ſua calamitate, ſiue ipſam orationem proponit: in principio autem huius orationis cum Deo loquitur humano more dicens, *Vide, & conſidera*, quaſi ſi Deus aſpiceret, Gens Hebræa ſibi dilecta non incurriſſet in tam graues calamitates. Aduertendum autem eſt, pro eo, quod Hieron. tranſtulit, *quem vindemiaueris*, ita Hebraicè, & Chaldaicè potiùs legendum eſſe, *Vide Domine & conſidera, cui feceris ſic*, ſiue *cui cauſaſti ſic?* eſt enim forma loquutionis [b] per admirationem, & dolorem prouerbialis inter

Burgenſ.

[a] *Poſtrema pars huius capitis.*

[b] *Locutio per admirationẽ hic, quid ſignificet.*

Hebręos, qua vſa eſt Virgo matet quætens deperditum filium in Hieroſolyma, *Fili quid feciſti nobis ſic?* qua forma loquendi depetditam, & deſolatam omnino ſignificare ſolent Hebræi.

Rab. Dauid. Rab. Habr. Pagninus. Hieron.

Aduertunt hoc Rabbi Dauid. *in lib. radic.* & Rabbi Abtah. quemadmodum notauit Pagninus *in ſuo theſauro.* Verùm D. Hieronym. quoties in ſacta Sctiptuta occurrit hoc verbum Hebtæum, toties illud vertit per vetbum Latinum, *vindemiare,* ſeu *racemare,* quod emphaſim, & elegantiam continet, quemadmodum bene notauit Marc. Marin. *in arca Noe tom.* 2. ſicut enim vitis, quæ racemata eſt, deformis, & tutpis manet ſuis ſpoliata fructibus; ita quiſque racematus, & vindemiatus dicitut.

Marc. Mar.

[c] *Rabbinorū lectio cum vulgata conciliatur.*

Diuetſitas autem [c] vttiuſque lectionis orta eſt ex diuetſitate radicis propter ſimilitudinem veibi Hebræi. Nanque Rabbini putant verbum Hebræum eſſe, *Gallal,* quod ſignificat facete, ſiue cauſare; Hieronym. autem putat, tadicem eſſe, *Gal,* quod ſignificat racemare, ſeu vindemiare. Iam igitur conſtat, quid voluerit Ieremias, cum in principio ſuæ orationis dixit, *Vide Domine, & conſidera, quem vindemiaueris ita*: id eſt, quam gentem vindemiatam, & racematam, deformatam ita reliquetis, atque ſpoliatam ſuis omnibus bonis. Quæ expoſitio recurrit cum alia, *vide Domine cui feceris ita.*

181. Eſt autem pulchta teticentia in hac voce, *quem,* cum Ieremias dixit, *quem vindemiaueris ita.* In ea enim [d] inuoluit ptopheta omnes prærogatiuas, ac ſuperba nomina gentis Hebtææ, qualis eſt illa reticentia apud Poëtam *in* 1. *Æneid.* cum Iuno irata dixit:

[d] *Energia reticentia ad exprimendū plura, quàm dici poſſunt.*

Me ne incœpto deſiſtere victam.

Virgilius.

Statimque paulo inferiùs explicuit, quam vim, & virtutem habetet vox, *me,* cum dixit:

Aſt ego, quæ diuûm incedo regina, Iouiſque
Et ſoror, & coniux.

Non eſt autem dubium veterem Synagogam ſponſam Dei fuiſſe, vnde graues Authotes exiſtimant, ea prima verba Cantic. 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui,* intelligenda eſſe de veteri Synagoga; mirabiles enim fuerunt amores, & fauores, quibus olim proſequutus eſt Deus gentem Hebræam; fuit enim ea eximia, glorioſa, & inclyta; vnde ſpecioſis nominibus ſæpe à Deo eſt appellata in ſacra Scriptura, ſcilicet, populus Dei, regalis, & ſacerdotalis, filius Dei primogenitus, & ſponſa Dei, Exod 4. & 16. Deutetonom. 1.4. & 7. 1. *Reg.* 7. & *Pſalm.* 146.

Cantic. 1.

Ecclesiaſt.

Author autem libri Eccleſiaſtes ita de ea gente dixit: *In vnaquanque gentem prepoſuit Deus rectorem, & pars Dei Iſrael facta eſt manifeſta, & omnia opera illorum velut ſol in conſpectu Dei, & oculi eius ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum.* Dixit hoc Philo *in lib. de Magiſtrat.* cum ait, *vniuerſa Iudæorum* [e] *gens locum obtinet pupillæ, ſi cum cæteris omnibus comparetur,* vbi videnda ſunt cætera. Idem Philo *in lib. de Charitate,* ac denique regius vates *in Pſal.* 79. cum de cura Dei in gentem Hebræam ita dixit: *Vineam de Ægypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti eam, dux itineris fuiſti in conſpectu eius;* & cætera, quæ proſequitur in laudem gentis Hebrææ: tunc concludens in ſimili neceſſitate, ita dixit, *Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus*: id quod voluit Ieremias hoc in loco, cum dixit, *Vide Domine, & conſidera, quem vindemiaueris ita*; non eſt enim credibile, quod ſi videas, & conſideres ſponſam tibi dilectam, filium tuum primogenitum, quem eduxiſti ab Ægypto, regnum, & peculium tuum, id eſt gẽtem Hebræā tot mala patientem, eadem feras, & non occurras.

Philo.
[e] *Gens Hebræa quam dilecta olim Deo.*
Pſalm. 79.

Ergóne comedent mulieres fructum ſuum? } Videtur propheta peculiari ratione propter hæc verba dixiſſe in principio ſuæ orationis, *Vide Domine, & conſidera*; ſunt enim repetenda hæc verba ad hunc locum, quaſi Deus oculos auerterit à nefando [f] ſcelere; eſt enim hoc ſpectaculum tragicum, & planè horrendum, atque etiam quod effugiat quiuis humanus aſpectus; quale eſt illud apud Tragic. *in Thieſte, actione* 4. cum introducit Atteum paruulos infantulos in epulas dantem Thieſti parenti ſuo. Ad quem locum Seneca introducit nuncium deteſtantem nefandum ſcelus, atque dicentem: 119.

[f] *Comederūt mulieres filios ſuos in excidio per Chaldæos.*

Quis me per auras turbo præcipitem vehet,
Atraque nube inuoluet, vt tantum nefas
eripiat oculis?

Tragicus.

Deſctibitque in eodem loco cælum, ſolem, & aſtra negantia lucem, ne immane prodigium in mundo videatur. Hæc contra precator Ieremias hoc in loco, vult enim, ſcio Domine, tuos oculos diuinos auerſatos fuiſſe horrendum huc ſpectaculum, quando ſcilicet, mulieres Ieroſolymæ, præ fame, ſeu potiùs, præ furia ſuos tenellos infantulos comederunt: certum enim mihi eſt, quod ſi coouerias faciem tuam, & ſi aſpicias tam atrox prodigium, paſſurus non ſis illud fieri a mulieribus Hieroſolymitanis. Id quod prædictum [g] eſt à diuino oraculo Deut. 28. *Obſideberis inter portas tuas in omni terra tua, quam dabit tibi Dominus Deus tuus, & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum.* Id quod completum eſſe refert Baruch *in cap.* 2. in ipſa obſidione Hieroſolymitana per Chaldæos, *quemadmodum,* inquit, *facta ſunt in Hieruſalem, ſecundùm quod ſcripta ſunt in lege Moyſis, vt manducaret homo carnes filij ſui, & filiæ ſuæ.* Quamuis enim Ioſephus *lib.* 7. *de bello cap.* 11. illud ſolum factum fuiſſe referat in poſtremo excidio Hieroſolymæ per Romanos, tunc enim tragicè deſctibit nobilem mulierem Hebræam tenerum infantem ſuum necaſſe, eundemque comediſſe: tamen negandum non eſt, illud ipſum eueniſſe in excidio per Chaldæos, præſertim cum teſtem habeamus diuinum prophetam Baruch, ſicut proſequitur Nicol. de Lyra. in *com. ad* 2. *cap. eiuſdem prophetæ.*

[g] *Quod olim in lege Deut comminatum fuerat.*
Deut. 28.
Baruch. 2.
Ioſephus.

Neceſſariò autem erat explicandus modus loquendi, quo vtitur propheta hoc in loco, quando ſe ipſum declarando dixit, *paruulos ad menſuram palmæ.* Quo in loco differre videtur vulgata editio ab Hebræa lectione, quæ ſic habet; *paruulos educationum,* id eſt, qui adhuc à matribus educantur. Quod Rabbi Salom. explicuit, *paruulos tenellos, qui adhuc nutriebantur a matribus ſuis.* Pro hac varietate [h] lectionum ſciendum eſt de mente Rabbi Dauid *in lib. radic. Scoph,* menſuram eſſe 4. digitorum, vnde verbum oritur Hebræum, quod ſignificat metiri. Hinc, quoniam infantes tenelli, quando lauantur, & pannis inuoluuntur, ſolent metiri à matribus ſuis, ortus eſt loquendi modus, *paruulus palmationum,* ſiue *ad menſuram palmi,* pro infantibus tenellis, qui quaſi adhuc palmo concluduntur, atque à matribus lactantur, & educantur: hoc igitur ſignificare voluit propheta ad magis commouendam diuinam miſericordiam. 120.

Rab. Salom.
[h] *Varietas lectionum conciliata ex Hebræo fonte.*
Rab. Dauid.

§. II.

§. II.

Ad Literam.

Ter occaſionem Chaldaici textus agitur celebris controuerſia circa locum Matthæi 23. de Zacharia filio Barachiæ.

121\. [l] Particula, ſi, interrogãtis eſt. Ioel 1. Luc. 21. Actor. 19.

Si occiditur in Sanctuario Domini ſacerdos & propheta? Illud eſt aduertendum particulam *ſi*,[l] interrogantium eſſe in ſacra Scriptura, iuxta illud Ioelis in cap. 1. *Si factum eſt iſtud in diebus veſtris?* Luc. 21. *Si percutimus in gladio?* Actor. 19. *Si ſpiritum ſanctum accepiſtis?* Nec ſola Hebraica phraſi, particula, *ſi*, interrogantis eſt, ſed etiam apud probatos Authores Græcos, & Latinos ſæpe eandem vim interrogandi habet: vnde

Cicero.

Cicer. 2. de diuinat. *dicito*, inquit, *ſi paſcuntur aues?* Plura Græcus theſaurus exempla affert ex Homero & aliis, in quibus particula, *ſi*, interrogantis eſt. Atque ita iam patet ſenſus huius loci, Siccine, inquit Ieremias, in ſanctuario, quod aſylum eſſe ſolebat miſeris, ſacri ſacerdotes occidentur, & diuini prophetæ? Conſtat autem hæc prædicta eſſe à Deo *Deuter.* 28. & impleta per Chaldæos *Baruch in cap.* 2. vt iam nulla ſit dubitatio

[l] Locus ad literam intelligendus de excidio per Chaldæos. Hieron. Ioſephus.

locum ad literam[l] intelligendum eſſe de excidio per Chaldæos, quamuis negandum non ſit eundem locum extendendum eſſe ad ſecundum, & vltimum excidium per Romanos, ſicut voluit D. Hieronym. adducens in ſuam confirmationem locum Ioſephi ex 7. *de bello Iudaico in cap.* 11. cui ſuffragantur plerique alij graues expoſitores. Verùm difficilem reddit hunc locum Chaldaica Paraphraſis, quæ ad verbum ita habet:

[m] Cuius difficultas ex Chaldaica proponitur lectione. Chald. lect.

Vide Domine,[m] *& contemplare de cælis, in quem occaſiones quæſiſti ita, num decens eſt, vt comedant filiæ Iſrael fructum ventris ſui paruulos deſiderabiles, qui inuoluebantur ſindonibus ſericis? reſpondet menſura iudicij, & ſic ait, nunquid de cælis eſt, vt occidatur in domo Sanctuarij Domini ſacerdos, & propheta, quemadmodum interfeciſtis Zachariam filium Addo ſacerdotem magnum, & fidelem in domo Sanctuarij Domini in die propitiationis, eo quod caſtigabat vos, ne faceretis quod malum eſt coram Domino?*

Petr. à Fig.

Ex qua Paraphraſi collegit vir doctiſſimus, quem vltimum interpretem habemus in threnos Ieremiæ, locũ præſentem neceſſariò intelligendum eſſe de vltimo excidio Romano, præſertim quia Chriſtus Dominus apud Matth. *in cap.* 23. cùm dixit, *à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ filium Barachiæ, qui occiſus eſt inter templum, & altare*, de morte Zachariæ patris Ioannis Baptiſtæ fuerit locutus; ac proinde ſi ſequenda ſit Paraphraſis Chaldaica, de eodem Zacharia egit, proinde de excidio vltimo Hieroſolymitano locus præſens intelligendus eſt. Cuius rei conuenientiam ego planè non percipio; quamuis enim verum eſſet, quod ego non exiſtimo, Chriſtum Dominum *Matth.* 23. locutum fuiſſe de Zacharia patre Ioannis Baptiſtæ, adhuc non colligebatur ex Paraphraſi Chaldaica ad hunc locum Threnorum Ieremiam locutum fuiſſe de extrema & vltima captiuitate Iudæorum per Romanos. ſicut enim iam diximus Paraphraſis Chaldaica loquitur[n] de Zacharia filio Addo,

[n] Verum perſpicuè ſolui-

ſiue Ioiadæ, quem occidit Rex Ioas per ſummam impietatem 2. *Paralip. cap.* 24. proinde locus Ieremiæ primò, & principaliter agit de excidio per Chaldæos; quamuis non negauerim vidiſſe etiam vltimam captiuitatem, quam Hebræi nunc patiuntur. Mouet autem me maximè, quòd tempore Romanorum iam neque erat ſacerdotium Iudæorum, neque prophetia, cum tamen Ieremias doleat occiſos prophetas in Sanctuario, & ſacerdotes.

122\. [o] Controuerſia de Zacharia occiſione inter templũ & altare. Petr. Mart.

Quoniam verò celebris eſt ea controuerſia inter Patres[o] de vero Zacharia occiſo inter templum & altare, cuius meminit Chriſtus Dominus *Matth.* 23. cúmque occaſio ita tulerit, rem difficilem per tranſennam enarrabimus. Exiſtimant igitur grauiſſimi Patres, inter quos eſt Petr. Mart. Archiepiſcopus Alexand. in regulis Eccleſiaſticis approbatis à 6. Synodo generali, qui exiſtimauit Zachariam Patrem Baptiſtæ occiſum eſſe inter templum, & altare, quoniam ſubtraxit Baptiſtam recenter natum in deſerta loca, quo tempore innocentes occidebantur ab Herode:

Cyril. Alex.

fauet Cyrill. Alexand. contra Anthropomorphitas, quamuis aliam rationem addat, aſſerens Baptiſtæ patrem occiſum fuiſſe, quòd noluerit Virginem arcere poſt partum Verbi in carne, ab eo loco templi, qui ſolis virginibus dicatus erat, & quòd prædicauerit aduentum Regis Meſſiæ.

Origen. Niſſenus. Toletus. Cæſar Bar. Hypolitus. Nicephor. [p] Pro Zacharia patre Baptiſta fundamenta duo.

Similia Origen. *tract.* 20. *in Matth.* Niſſenus *orat. de Chriſti natiuit.* quem ſequuntur aliis graues Authores, inter quos eſt Cardin. Tolet. & acerrimè Card. Baronius *tom.* 1. *annal. cap.* 54. quorum fundamentum[p] eſt, quia Zacharias Baptiſtæ pater, filius fuit Barachiæ, ſicut dixit Hyppolitus Mart. quem refert Nicephor. *lib.* 2. *cap.* 3: cum alius Zacharias filius fuerit Ioiadæ. Secundum fundamentum eſt, quia Chriſtus Dominus voluit ſignificare vindicandum eſſe ſanguinem omnium Martyrum ab Abel vſque ad ſua tempora; planum autem eſt temporibus Chriſti occiſum fuiſſe Baptiſtæ patrem.

123\. [q] Pro Zacharia filio Ioiadæ eſt maior authoritas Patrũ, & recentiorum. Hieron. Beda. Maldonat. Luiz. So Ma.

Verùm pro alia ſententia[q] inſtar multorum mihi eſt Hieronym. ſuper *Matth.* 23. qui voluit Zachariam de quo Chriſtus loquitur, non eſſe patrem Baptiſtæ, ſed eũ de quo agitur 2. *Paralip. cap.* 24. Hieronymum ſequitur Beda: nouiſſimè autem vir ſapientiſſimus Ioannes Maldonat. *in comm ſuper Matth.* & is, qui rem omnino perſuaſit inſignis Dominus meus, qui cum Diis eſt, Frater Luizius de Sotto Maior *in com. manuſcriptis*, quos reliquit ſuper Euangel. Lucæ *in cap.* 11. Hieronym. autem *ſuper Matth. cap.* 23. ſuis verbis voluit occiſum Zachariam inter templum, & altare, cuius meminit Chriſtus Dominus, eſſe Zachariam filium Ioiadæ, de quo dicitur 2. Paralip.

Hieron.

cap. 24. *Alij*, inquit Hieronym. *Zachariam patrem Ioannis intelligi volunt, ex quibuſdam apocryphorum ſomniis.* Quibus verbis ſatis apertè eam opinionem reiicit, vt quæ nullum habeat fundamentum, & in oppoſitæ confirmationem adducit Euangelium Nazaræorum, in quo legitur Zacharias filius Ioiadæ, non verò Barachiæ. Si quiſpiam autem contendat legendum eſſe, vt eſt in vulgata editione, filium Barachiæ, reſpondet Hieronym. vel binomium eum fuiſſe, vel ſaltem ſignificare voluiſſe eum ſanctum, & iuſtum fuiſſe; Barachias enim, benedictum à Deo ſignificat. Proinde non eſt cur obiiciatur authoritas Hippolyti martyris aſſerentis ita vocatum fuiſſe patrem Ioannis Baptiſtæ, cum ex altera parte ſit authoritas Euangelij Nazaræorum, atque ipſe

Hieron.

Hieronym. cuius grauiſſima ſemper fuit authoritas in explicandis ſacris Scripturis.

124. Si verò quis petat, quod aliud eſt ſententiæ efficax fundamentum, [r] cur Chriſtus Dominus omiſerit ſanguinem cæterorum Martyrum a temporibus illius Zachariæ, de quo agitur *in 2. Paralip.* vſque ad tempora Chriſti ſeruatoris; etiam enim ille ſanguis vindicandus erat à Deo? Hieron. reſpondet, primò id factum fuiſſe, quia ſolus ſanguis Abelis, & Zachariæ de terra clamat ad Deum, iuxta illud, quod dicitur cap. 3. Geneſ. *Sanguis Abel fratris tui clamat ad me de terra.* & Zacharias Propheta & Sacerdos moriens ita dixit, *Videat Dominus, & requirat.* Addendum autem videtur eſſe, memoriam factam eſſe ſolius ſanguinis Zachariæ, quia ob eandem [ſ] cauſam occiſus eſt, propter quam & ipſe Chriſtus Dominus; quia, ſcilicet, populares ſuos Iudæos, & Regem impietatis arguebat: & præterea, quia celebris iniuſtitia erat ea, qua Zacharias occiſus fuerat, memoriæ mandata in ſacra Scriptura, atque frequens eius memoria inter Hebræos, vt patet apud Rabbin. *in Thalmud Hieroſolymitano in thanit.* id eſt, *in lib. de ieiunio, & in expoſitione in Threnos.* & *in expoſitione in Eccleſiaſtem, in cap.* 10. vbi nefarium ſcelus ſeptem tranſgreſſiones habuiſſe dicitur: *In die illo interfecit Sacerdotem, & Prophetam, & legalem iudicem, effudit ſanguinem innocentem, polluit atrium domus Dei, atque ſabbathum:* quæ fuit ratio cur Chriſtus Dominus eius ſolius necis meminerit, vtque iniuſta apud ſacrum Canonem relicta fuerit, quoniam nefaria habita ſit à populo, & in omnium ore verſaretur eo tempore.

[r] *Præcipuo oppoſita ſententia fundamento occurritur.*

Hieron.

Gen. 3.

[ſ] *Zacharias hic ob eande cauſam occiſus, propter quam & Chriſtus.*

Thalmud.

Carmen XXI.

SIN. *Iacuerunt in terra foris puer & ſenex: virgines meæ, & iuuenes mei ceciderunt in gladio: interfeciſti in die furoris tui: percuſsiſti, nec miſertus es.*

§. III.

Proſequitur orationem ſuam ſanctus Propheta ex vniuerſitate mali, quod ad omnes pertigerat, quando paterna Dei flagella in ſeueriſſimam iudicij vindictam proceſſerant.

125. Proseqvitvr Ieremias amplificando præſentem ſuam calamitatem, cùm aſſerit nullam habitam fuiſſe rationem, neque religionis, neque ætatis, ſed omnes ſine vllo diſcrimine interemptos fuiſſe Sacerdotes ſcilicet, & prophetas, ſenes atque paruulos, iuuenes, ſimul cum virginibus: quod ſi Deus ſpectaculum aſpiceret, credibile non eſt ita factum iri, & propterea repetenda ſunt illa prima verba, *vide Domine, & conſidera.* Aliter autem legit Paraphraſis Chaldaica hunc locum, quam ſequuntur LXX. Interpretes, atque aliqui ex Latinis, ita enim habet paraphraſis, [t] *cubuerunt ſuper terram platearum paruuli, & ſenes. qui ſoliti erant dormire ſuper culcitras de molli lana.* Occaſionem huic lectioni præbuit verbum æquiuocum Hebræum, quod cadere, ſiue iacere ſignificat quacunque de cauſa, ſiue illud fiat propter mortem, ſiue propter ſomnum; quo pacto etiam apud nos eſt in vſu verbum *iacere*, iuxta illud Poetæ, *Heſperiam metire iacens*, & illud aliud: *iacet ingens littore truncum*, Sic enim ſacra Scriptura, cubare, dormire, ſignificat mortuum eſſe. Non eſt igitur negandum ſecundum phraſim Hebræa hæc verba, *iacuerunt in terra puer & ſenex*, ſignificare mortuos cecidiſſe infantulos primo in limine vitæ, & ſenes in extremo termino, quos ſi aliquantiſper expectaſſet, ipſa natura interemiſſet, ſicut de ſe aliquando dixit Socrat. Cùm igitur meminit Propheta, & puerorum [u] & ſenum, omnes ſimul interemptos, & captos, voluit ſignificare, inter hos enim duos terminos concluduntur omnes mortales, quod eleganter etiam dixit Horat.

Par. Chald.

[t] *Aliter legit Chaldaica Paraph. & quare?*

Virgilius.

[u] *Cur Propheta ſenum tantùm, & puerorũ meminerit hic?*

> *Mixta ſenum, ac iuuenum denſantur funera,*
> *Nullum ſæua caput Proſerpina fugit.*

Horat.

Eleganter autem ad hunc locum notauit Rupert. ad mouendam diuinam commiſerationem hæc appoſita fuiſſe à diuino Propheta; *ſi enim humana natura,* inquit ille, *ad miſericordiam trahitur, cum cadentes pueros pariter, & iacentes inhumatos pariter cum ſenibus cernit, multo magis diuina clementia mouebitur, cum miſerum hoc ſpectaculum intuita fuerit, vbi nulla ſpes relinquitur cadentibus ſenibus & pueris, iuuenibus, & virginibus.*

Rupert.

Interfeciſti in die furoris tui, percuſſiſti, nec miſertus es. Hæc verba poſita videntur vt diſcriminaret Propheta inter flagella paterna, [x] atque etiam iuſtitiæ: ſolet enim Deus plerunque vt pater punire, idque in remedium eorum, quos punit; interdum autem, vt iudex in vindictam, ſicut latè proſequitur Chryſoſt. totis tribus libris de prouidentia, & *tom. 5. hom. 2.* & *hom. 6. & 47.* & *in lib. de patientia, cap.* 14. & deinceps D. Aug. & *lib.* 83. *quæſt. q.* 82. Proſper. *in lib. ſentent. ſentent.* 42. Iuſtiſſima autem querela eſt, qua diuinus Ieremias conqueritur in his verbis, doléique diuina flagella iam paterna non eſſe in Hebræos, ſed potiùs vindicatiua; hoc enim ſignificant ea verba, *percuſſiſti, nec miſertus es.* 126.

[x] *Quid interſit inter paterna flagella, & vindicatiua iuſtitia.*

Chryſoſt.

Auguſt.

Proſper.

Carmen XXII.

THAV. *Vocaſti quaſi ad diem ſolemnem, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini, qui effugeret, & relinqueretur: quos educaui, & enutriui, inimicus meus conſumpſit eos.*

§. IV.

Vltima orationis pars eſt, ſi extrema paſſus Deo offerat, quam ſibi Dominus

veluti ſolemnem victimam in peccatorum iuſta punitione deſumpſit.

Text. Hebr.

[a] *Ex Hebræo fonte locus illuſtratur.*

127. HEbraicè [a] *vocaſti tanquam diem ſolemnitatis timores meos de circuitu, & non fuit in die furoris euaſor, & ſuperſtes; quos panaui obuinxi, & auxi, inimicus meus conſumpſit eos.* Alluſio eſt in his verbis ad feſta ſolemnia Iudæorum, quando ex omnibus orbis partibus confluebant Iudæi ad ſacrificandum in templo, & ad hoſtias mactandas de more patrio, & ex lege Moyſis, quod in gaudium, & ornamentum cedebat Ciuitatis ſanctæ Ieroſolymæ, ac totius Gentis Hebrææ. Ad inſtar igitur huius ſolemnitatis Deus videtur vocaſſe Chaldæos, vt intra vrbem Ieroſolymæ Hebræos quaſi victimas mactarent; quando enim diuina iuſtitia occidit iniquos, eis vtitur tanquam victimis, & ſacrificio; quo ſenſu dixit Iſaias cap. 34. *Victima Domini in Boſrah, & interfectio magna in terra Edon*: & Ierem. 12. *Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica* [a] *eos in diem occiſionis*, hoc eſt, præpara eos ad necem. Similis eſt locus Ezechiel in cap. 39. *Concurrite vndique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, vt comedatis carnem, & bibatis ſanguinem.* Similia dixit Sophonias in cap. 1. *Præparauit Dominus hoſtiam, ſanctificauit vocatos ſuos*; ad quem locum eleganter dixit Hieronym. *Per vocatos ſuos intelligit Chaldæos, quia vocauit, & adduxit eos, vt per eorum gladios immolaretur ſibi victima*, id eſt, *occiderentur, & vaſtarentur Hebræi.* Pulchrè autem Sophonias dixit, *ſanctificauit vocatos ſuos*, quaſi Chaldæos ſacrificos, ſiue Sacerdotes inſtituerit ad immolandos diuinæ iuſtitiæ omnes Hebræos; *eſt enim ſanctificare*, præparare, ſiue deſtinare, vel potiùs aſſumere ad cultum diuinum, ſicut dicitur Exod. 28. *Cunctorum conſecrabis manus, & ſanctificabis illos, vt ſacerdotio fungantur mihi.* Rectè igitur cohæret expoſitio cum litera Ieremiæ, hoc in loco, dum ait, *vocaſti quaſi ad diem ſolemnem, qui terrerent me de circuitu*, hoc eſt, Chaldæos quaſi ſacrificos & ſacerdotes feciſti, vt tibi immolarent, ſeu tuæ iuſtitiæ quaſi ſolemnes victimas omnes Hebræos.

Iſai. 34.
Ierem. 12.

[a] *Sanctificat Deus miniſtros ſuos, quaſi Sacerdotes.*

Ezech. 39.
Soph. 1.
Hieron.
Exod. 28.

128. Aduertendum autem eſt, quod tranſtulit noſtra vulgata editio, *de circuitu*, ambiguum eſſe, & ſignificare per circuitum, & de circuitu, atque ad circuitum, vt ſit ſenſus: Vndique vocaſti hoſtes, ſeu per circuitum eos depoſuiſti, ne [b] quiſpiam euaderet, id quod ſignificant ſequentia verba, *& non fuit in die furoris Domini, qui effugeret*; emphaticum eſt enim verbum Hebræum, pro quo vulgatus tranſtulit, *effugeret*; ſignificat enim propriè illum, qui ſolus euaſit de prælio interemptis cæteris: vtitur eo Ieremias in cap. 44. *& non erit euaſor, vel qui effugiat.* Amos in cap. 9. *& non euadet ex eis euaſor*; id eſt, neque vnus: quo pacto intelligendus eſt locus Gen. 14. *& venit euaſor, qui euaſerat*, id eſt, vel vnus ſolus qui effugerat; quod voluit Ieremias hoc in loco cum dixit, *non fuit in die furoris Domini, qui effugeret*, id eſt, neque vnus euadit diuinam iram.

[b] *Quam neque vnus poteſt euadere.*

Ierem. 44.
Amos 9.
Geneſ. 14.

129. *Quos educaui, & enutriui, inimicus meus conſumpſit eos.* } Quæ verba ideo appoſita eſſe videntur, vt maximam charitatem, & amorem in eos oſtenderet, quos perdiderat; introducit enim Propheta Ieroſolymam, ſiue Iudæam vniuerſam, quaſi nobilem matronam deplorantem partus ſuos quos genuerat, & educauerat; certum enim eſt maiorem charitatem [c] parentes habere in eos filios, quos lactauerunt, ſicut eleganter proſequitur Ambroſ. *lib. de Abraham, cap. 7. & 8.* & *lib. 7. exam. cap* 18. Plutarch. *in lib. de educat. pueror.* id quod elegantibus verbis dixit Fauorin. Philoſophus apud Gellium *lib.* 12. vbi cùm mater cuiuſdam puerperæ dixiſſet adducendam eſſe nutricem ad lactandum partum recenter natum, ſic grauiter vir Philoſophus ei reſpondit: *Oro te mulier, ſine eam totam* [d] *integram eſſe matrem filij ſui*; eſt enim hoc contra naturam, imperfectum, atque dimidiatum matris genus peperiſſe, atque ſtatim à ſe abieciſſe, aluiſſe in vtero neſcio quod ſanguine ſuo, quod non videret, non aluiſſe nunc ſuo lacte, quem videat iam viuentem, iam matris affectum officia implorantem; & præterea, quis illud negligere, aſpernarique poterit, quódque partus ſuos deſerant, ablegéntque à ſe & aliis nutriendos dedant? Vinculum illud, coagulúmque animi, atque amoris, quo parentes cum filiis natura conſociat, interſcindunt, aut certè quidem diluunt, deterúntque. Accedunt ea quæ de duorum Gracchorum noto fratre ſcripta ſunt, etenim is bellicoſus vir è prælio opimis ſpoliis onuſtus matrem, atque nutricem obuias inueniens, parentis ſuæ dono dedit argenteum annulum, nutrici [e] autem torquem aureum; querenti autem matri dixit: Deſine queri, tu enim 9. tantum menſibus tuo vtero me tuliſti, hæc me duobus annis ſuis vberibus ſuſtulit.

[c] *Quos filios nutrit mater, præ cæteris diligit.*
Ambroſ.
Plutarch.
Fauorin.

[d] *Ea iſta ſola integrè mater eſt.*

[e] *Vnde meritò matris nutrix præfertur.*

130. Elegantiùs mihi videtur in commentarium præſentis loci Ieremiæ, dixiſſe Claudianum de matre Honorij. Imperatoris, in panegyrico de quarto eius conſulatu; quod enim Ieremias dixit de Ieruſolyma, eam ſuos & induiſſe, & lactaſſe fœtus, illud ipſum dixit Claudianus de matre Honorij:

Ipſa Quirinali paruum te cinxit amictu
Mater, & ad primas docuit raptare curules
Vberibus ſanguis.

Claudian.

Melior locus eſt apud Clem. Alex. *lib.* 1. *Pædag. cap.* 6. vbi rationem reddit, cur Chriſtus Dominus ſuo ſanguine, & ſua carne ſuos voluerit alere fideles; id quod factum eſſe docet *ad conciliandum maiorem amorem, & maiorem charitatem; aluiſſe enim*, inquit, *inter homines ſæpe affert plurima amoris* [f] *incitamenta, quàm procreaſſe; fons enim nutrimenti eſt lac, quo oſtenditur mulier, & peperiſſe, & mater eſſe, per quod etiam beneuolentiæ amatorium accipit*; ſeu, vt eleganter Gentian. locum expoſuit, *medicamentum amatorium eſt lac, nihil enim eſt, quod maiorem conciliet beneuolentiam, quàm lac, quo alitur infans*; proinde lac, vt Græci dicunt, eſt *philtrum*, ſiue *medicamentum amatorum*: qua fortaſſis ratione Paraphraſis Chaldaica in hoc carmine dixit, *vocabis libertatem populo tuo domui Iſrael, per manum Meſſiæ, ſicut feciſti per manum Aaron, & Moyſis in die Phaſe, & congregabuntur iuuenes mei per circuitum ex omni loco ad quem diſperſi ſunt.* Velle enim mihi videtur Paraphraſtes Chaldæus, videns ſuo ſanguine in die Phaſe de cruce effuſo genuiſſe Meſſiam Seruatorem Eccleſiam ſuam, atque fideles omnes, eoſdémque aluiſſe eodem die ſuo ſanguine, & carne, videtur, inquam, voluiſſe, propter nimiã hanc charitatem Meſſiæ Seruatoris, quo ſanguine genuit fideles, & carne, & ſanguine aluit, faciliimam

Clem. Alex.

[f] *Aluiſſe enim maioris amoris ſignũ eſt, quàm procreaſſe.*
Gentian.

Chald. Par.

g Propterea Chriſtus ſæpè homines allexit ad fidem.

cillimam futuram vocationem g totius orbis ad fidem,& Ecclesiam Chriſti. Tandem vt ad propoſitum redeamos,ex his,quæ dicta ſunt,colligitur, Ieremiam ſignificare voluiſſe magnam charitatem, qua Hieroſolyma ſuos proſequebatur, qnos ſcilicet,longo tempore educauerat, cum ex educatione materna, magna charitas plerunque oriatur: hos autem conſumptos eſſe ab hoſtibus vehementer dolet.

535. Eſt autem illod aduertendum ad finem huius capitis, quod notauit Paulus Burgenſ. toto hoc ſecundo capite h deploraſſe Ieremiam vniuerſum regnum Iudæ, quanuis plerunqoe meminerit Hieroſolymæ,cuius interitum doluerat in primo capite; id quod factum eſt, quia Hieroſolyma præcipua erat totius regni, & metropolis Iudæ, & propterea neceſſe fuit, cum de regno ageret, meminiſſe etiam præcipuæ partis eius, alioqnin enim de ſpecioſis Iacob,de terra Iſrael, atque de aliis rebus totius regni tragicum carmen ſcripſit in hoc ſecundo capite.

h Toto hoc ſecundo in capite de vniuerſo egit regno propheta,non tantùm de Hieroſolyma.

CAPVT TERTIVM.

ALEPH.

EGo vir vidẽs paupertatem meam in virga indignationis eius.

ALEPH.

Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.

ALEPH.

Tantùm in me vertit, & conuertit manum ſuam tota die.

BETH.

Vetuſtam fecit pellem meam, & carnem meam,contriuit oſſa mea.

BETH.

Ædificauit in gyro meo, & circumdedit me felle,& labore.

BETH.

In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos.

GHIMEL.

Circumædificauit aduerſum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum.

GHIMEL.

Sed & cùm clamauero, & rogauero, excluſit orationem meam.

GHIMEL.

Concluſit vias meas lapidibus quadris,ſemitas meas ſubuertit.

DALETH.

Vrſus inſidians factus eſt mihi: leo in abſconditis.

DALETH.

Semitas meas ſubuertit, & confregit me: poſuit me deſolatam.

DALETH.

Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.

HE.

Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.

HE.

Factus ſum in deriſum omni populo meo,canticum eorum tota die.

HE.

Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me abſinthio.

VAV.

Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.

VAV.

Et repulſa eſt à pace anima mea, oblitus ſum bonorum.

VAV.

Et dixit: Periit finis meus, & ſpes mea à Domino.

ZAIN.

Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, abſinthij,& fellis.

ZAIN.

Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.

ZAIN.

Hæc recolens in corde meo, ideo ſperabo.

HETH.

Miſericordiæ Domini quia non ſumus conſumpti: quia non defecerunt miſerationes eius.

HETH.

Noui diluculo, multa eſt fides tua.

HETH.

Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.

TETH.

Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum,animæ quærenti illum.

TETH.

Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.

TETH.

Bonum eſt viro, cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.

IOD.

Sedebit ſolitarius, & tacebit: quia leuauit ſuper ſe.

IOD.

Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes.

IOD.

Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis.

CAPH.

Quia non repellet in ſempiternum Dominus.

CAPH.

Quia ſi abiecit, & miſerebitur ſecundùm

dùm multitudinem miſericordiarum ſuarum.

CAPH.

Non enim humiliauit ex corde ſuo: & abiecit filios hominum.

LAMED.

Vt contereret ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ.

LAMED.

Vt declinaret iudicium viri in conſpectu vultus Altiſſimi.

LAMED.

Vt peruerteret hominem in iudicio ſuo, Dominus ignorauit.

MEN.

Quis eſt iſte, qui dixit vt fieret, Domino non iubente?

MEN.

Ex ore Altiſſimi non egredientur nec mala, nec bona?

MEN.

Quid murmurauit homo viuens, vir pro peccatis ſuis?

NVN.

Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum.

NVN.

Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cælos.

NVN.

Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es.

SAMECH.

Operuiſti in furore: & percuſſiſti nos: occidiſti, nec pepercisti.

SAMECH.

Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio.

SAMECH.

Eradicationem, & obiectionem poſuiſti me in medio populorum.

PHE.

Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici.

PHE.

Formido & laqueus facta eſt nobis vaticinatio, & contritio.

PHE.

Diuiſiones aquarum dedùxit oculus meus, in contritione filiæ populi mei.

AIN.

Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit, eo quòd non eſſet requies.

AIN.

Donec reſpiceret & videret Dominus de cælis.

AIN.

Oculus meus deprædarus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

SADE.

Venatione ceperunt me quaſi auem inimici mei gratis.

SADE.

Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper me.

SADE.

Inundauerunt aquæ ſuper caput meum: dixi: Perij.

COPH.

Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouiſſimo.

COPH.

Vocem meam audiſti: ne auertas aurem tuam à ſingultu meo, & clamoribus.

COPH.

Appropinquaſti in die, quando inuocaui te: dixiſti: Ne timeas.

RES.

Iudicaſti Domine cauſam animæ meæ, redemptor vitæ meæ.

RES.

Vidiſti Domine iniquitatem illorum aduerſum me: iudica iudicium meum.

RES.

Vidiſti omnem furorem, vniuerſas cogitationes eorum aduerſum me.

SIN.

Audiſti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorũ aduerſum me.

SIN.

Labia inſurgentium mihi, & meditationes eorum aduerſum me tota die.

SIN.

Seſſionem eorum, & reſurrectionem eorum vide; ego ſum pſalmus eorum.

THAV.

Reddes eis vicem Domine iuxta opera manuum ſuarum.

THAV.

Dabis eis ſcutũ cordis laborem tuum.

THAV.

Perſequeris in furore, & contereseos ſub cælis Domine.

---

§. Præambulus.

De artificioſa methodo, quam fecit in hoc Capite tertio ſanctus propheta Ieremias.

Diuerſum ordinem ſequutus eſt diuinus Ieremias in hoc tertio capite, diuerſoque artificio eſt vſus in carminibus huius tertij capitis; 1.
in primis enim ſicut eleganter notauit Hieronymus, cùm cætera duo capita Saphicis [a] carminibus ſcripta ſint, in hoc tertio cap. lamentatio trimetris verſibus peracta eſt, & cum in primo & ſecundo capite vnunquenque verſum inchoauerit ab vnaquaque litera alphabeti Hebraici, in hoc tertio capite in ſingulis quibuſque tribus

[a] *Capita præcedentia Saphicis conſtans, hoc verò tertium trimetris verſibus.* Hieronym.

carminibus, vnam & eandem literam repetit, ita vt priores tres verſus inchoauerit *Aleph*, quæ prima litera eſt alphabeti Hebraici ; ſequentes alios tres verſus litera, *Beth*, notauit ; & ſic deinceps vſque ad 22. literam alphabeticam. Huius autem artificij, cur, ſcilicet, ternario numero vſus ſit, iam ſuprà in tertia præfatione ad hoſce commentarios reddidimus ; eo enim in loco exiſtimauimus voluiſſe prophetam ſignificare perfectum, & abſolutum dolorem eſſe huius tertiæ lamentationis, ternarius enim perfectum numerum, & abſolutum ſignificat, adhibitus autem in rebus triſtibus, perfectum, & abſolutum dolorem oſtendit.

2. Hinc oritur ſequens difficultas, quæ, ſcilicet, noua ſit ratio maioris, & perfecti doloris, propter quam in ea, ternario vſus eſt Propheta, cum iam deplorauerit in primo capite euerſam Hieroſolymam ; in ſecundo autem capite vniuerſum regnum Iudæ : alij aliter exiſtimauerunt. Verùm [b] mihi omnino placuit id, quod eleganter dixit D. Bonauent. aſſerit enim in hoc tertio carmine deploraſſe diuinum Ieremiam excellentes duos viros, quos genuit terra Iudæ, ſeipſum ſcilicet, extrema quæque paſſum in ea obſidione, quæ facta eſt à Chaldæis, & Chriſtum Seruatorem, cuius ipſe figuram agit, crucifixnm ab Hebræis, paulo ante poſtremum excidium Ieroſolymæ per Romanos : decebat autem perfecto dolore interitum tantorum virorum deploraſſe Ieremiam, & propterea vſus eſt ternario numero in hoc tertio capite. Bonauent. ſuffragatur Paulus Burgenſ. additione vnica ad 1. cap. atque etiam ad 3. hoc caput. Non diſſimilia dixit Hieronym. quanuis non eadem. In eo autem conueniunt omnes patres, in figura Hieremiæ deploratum fuiſſe hoc in cap. per occaſionem mortem Chriſti Seruatoris.

[b] *Cuius diuerſitatis ratio aſſignatur.*
D.Bonau.
Burgenſ.
Hieron.

3. Non eſt autem nouum in ſacra Scriptura vnum, & eundem locum duplicem [c] ſenſum habere literalem, quorum alter per occaſionem ad alium diuiniorem nos ducat, quod planè apparet *in Pſalm.* 2. in quo Dauid enarrat ſui in regem creationem à Deo, atque rebellionem ſuorum deficientium ad filium Saulis, & propterea docet Palæſtinos coniuraſſe, & conueniſſe contra eius regnum, ſicut habetur *in lib.* 2. *Regum à cap.* 2. *& deinceps.* Hæc fuit occaſio ſcribendi ſecundum Pſalmum ; intentum autem fuit præcipuum de regno Chriſti agere, & de coniuratione totius fermè orbis contra eius Eccleſiam ; id quod eleganter dixit Nothus Chryſoſt. *hom.* 49. & Hieron. *Ierem. in cap.* 12. explicans illa verba, *Tu autem Domine Sabaoth.* Sic planè exiſtimant grauiores Authores dicendum eſſe de materia, & argumento Cantici Salomonis, quod de Dei amore eſt, ſeu de coniugio Chriſti cum Eccleſia compoſitum à Salomone Rege ex occaſione eius coniugij, quod celebratum eſt inter ipſum, & filiam Regis Ægypti, de qua hiſtoria agitur *lib.* 3. *Reg. cap.* 3. cuius etiam meminit Ioſeph. 8. *antiq. cap.* 2. & 7. ſic enim parua magnis interdum commiſcentur, quemadmodum bene dixit Cicero *in lib. de perfecto oratore.* Quo pacto etiam Chriſtus Dominus Ioan. *in cap.* 6. ex occaſione miraculi quinque panum dixit de diuino Euchariſtiæ Sacramento. Sic *in cap.* 4. *Ioan.* ex occaſione aquæ, de qua egerat cum muliere Samaritana, paulo altiùs cœpit de diuina gratia diſputare. Sic quoque in hoc carmine ex occaſione ſuarum calamitatum & laborum diuinus Ieremias paulo maiora contemplatus de Chriſti morte multa dixit.

[c] *Duplex ſẽſus literalis in ſcriptura ſæpius inuenitur, & quare?*
Pſal. 2.
2. Reg. 2.
Chryſoſt.
Hieron.
3. Reg. 3.
Ioſeph.
Cicero.
Ioan. 6.
Ioan. 4.

TRACTATVS I.

De expoſitione Trimetri primi ſub litera ALEPH.
Siue, *De iuſta Sanctorum querimonia.*

Trimetri primi Carmen primum.

ALEPH. *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius.*

§. I.
Ad Literam.

Non dedecent viros fortes querulæ voces in calamitate ſuprema, dummodo nihil vanum præ iracundia, aut indignum præ timore effutiant : quandoquidem robur animi addunt iuſtæ querimoniæ, & dolorem imminuunt.

4. SIc diuinus Ieremias ſui querulam lamentationem aggreditur, quod ſolus ſcilicet relictus ſit ex omnibus Prophetis ad videndã captiuitatem gentis ſuæ, excidium vrbis, & regni totius, atque toleranda tot mala non ſolum à Chaldæis, quando obſidione tenebant Hieroſolymam, ſed etiam à ſuis popularibus Iudæis multo tempore antequam obſiderentur à Chaldæis, & in ipſa obſidione, nanque Propheta per *paupertatem ſuam*, intelligit afflictionem, miſeriam, & extremam calamitatem de more ſacræ Scripturæ, quemadmodum etiam ſonat veritas Hebræa ; non reddit autem ſuppoſitum verbo, de more vehementer dolentis, & conquerentis, vt ſic magis oſtendat iuſtiſſimam ſuam querelam, atque dolorem, cum dubium relinquat de cuius prouidentia, & iracundia conqueratur ; certum tamen eſt vniuerſas ſuas querelas in Deum authorem, & eius prouidentiam expoſuiſſe. Certum autem eſt ſtare cum conſtantia Sanctorum virorum in calamitatibus, affectibus aliquando humanis indulgere, [a] conquerendo, atque ſuas miſerias verbis, & figuris explicando ; licet enim, quemadmodum bene notauit Plutarch. in vita Ageſilai Regis Lacedæmoniorum, *neceſſarium ſit, vt vir fortis reflante fortuna, quas voces edat, & quem vultum ſeruet, diligenter obſeruet* : quibus ſimilia dixit in vita Alexandri, de quodam Philota nobiliſſimo viro, cui inter cruciatus cum vehementer clamaſſet, Alexander dixit : *Cùm tam mollis eſſes, auſus es tanta flagitia committere.* Itaque viros fortes non dedecet effœminata oratio ; eſt enim hominis vox index animi : vt enim clauſa vaſcula, quid intus habeant, ignoramus,

[a] *Non aliena à viri conſtantia querula vox.*
Plutarch.

mus, apetto autem otificio ſtatim eognoſcimus ita hominum corda clauſo ore ſunt occulta, aperto dereguntur. Quannis, inquam, hoc ita ſit, non eſt negandum interdum viris fortibus, & conſtantibus intet labores humanis affectibus indulgendum eſſe, ſicut vera, & Theologorum, & Philoſophorum fert ſententia, inter quos, vt alios omittam, Cicero dixit in lib. Tuſeul. quæſt. *Aliquando*, inquit, *ingemiſcit quidem vir fortis, & ſapiens*; nam hoc faciunt viri ſancti, vt ſe magis [b] intendant ad fortitudinem, quod faciunt eutſores in ſtadio, clamant vt velociùs currant, & generoſus equus, fiænum quidem mordet, & tamen non excutit inde ſedentem, imò ei obtemperat. Eſt igitur hæc oratio diuini Ieremiæ patientiſſimi, ac fortiſſimi viri indulgentis tantiſper infirmitati humanæ, ac etumpenitis gemitus de mœſto pectore non cohibentis, neque abducentis habenas effrænato dolori, ſed gemit, & dolet de more fottium virorum, vt magnitudinem calamitatis oſtendat, non vt imbecillitatem animi prodat.

[b] *Per hæc nanque robur animi quandoque intenditur.*

5\. Par. Chald. Habet autem Paraphraſis Chaldaica ad hunc locum ita, *Ego ille vir, qui vidi afflictionem in virga illius qui caſtigat in ira ſua*; [c] textus quoque Hebræus pronomen emphaticum addit, cum dixit, *Ego ille vir*, vt ſit in his vetbis compatatio inter Ieremiam, & cætetos omnes Prophetas, qui eum anteceſſerunt, quòd cæteri prouiderint in ſpiritu miſeram calamitatem gentis Hebrææ, ſolus Ieremias eam ſuis oculis ſit intuitus in maioris doloris incrementum; namque oculi augent dolorem, ſicut aliquando Cicero dixit. Quæ fuit ratio, cur prouida natura in animalibus vltimò formauerit oculos, quos primos claudit in morte, quemadmodum pulchrè dixit Euripides *in Alceſte, & Hecuba*, Plin. *lib. 12. natur. hiſtor. cap. 37.* Homer. *in Odyſſea lib. vlt.* Quibus accedit D. Epiphan. *orat. de Sepultura Domini: Quos enim oculos natura genuit inſpectores calamitatum, eoſdem vltimos efformauit, & primos abſtulit, quia miniſtri ſunt doloris*; propterea Rex Ioſias de quo legitur 4. *Reg. cap.* 20. Ezechias 4. *Reg.* 22. cuius meminit peculiariter Iſaias *cap.* 39. cum vidiſſet in ſpiritu captiuitatem Babylonicam dixit, *fiat tantùm pax in diebus meis*; noluit enim ſuis oculis videre ea mala, quæ ſua mente præuiderat, cùm oculi augeant dolorem. Similiter Sapiens Ecclſ. *in cap.* 4. cum vidiſſet omnia mala, & aduerſa, quæ in mundo eueniens, prætulit mortem vitæ infelicitati, quia mortui hæc ſuis oculis non intuentur; ſic enim habet: *verti me ad alia, & vidi calumnias, quæ ſub ſole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem conſolatorem, nec poſſe reſiſtere violentiæ cunctorum, & laudaui magis mortuos, quàm viuentes.* Qualis eſt querela Ieremiæ hoc in loco cum dixit, *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius*, dolet enim ſe relictum eſſe, vt ſuis oculis [d] intueretur calamitatem ſuam, & ſuæ gentis, quam Deus iratus flagellauerat, hoc enim ſignificat *paupertas* hoc in loco; neque enim exiſtimandum eſt diuinum Ieremiam auerſatum fuiſſe in his verbis voluntariam paupertatem, quam Chriſtus Dominus arctiſſimè fuerat amplexatus, & quam non ſolùm laudãt diuinæ literæ, ſed etiã prophani Authores, quemadmodum eleganter Heſiodus dixit, paupertatem eſſe immortalium Deorum donum, & Seneca *epiſt.* 16. his verbis dolet amiſſam eſſe paupertatem ſua tempeſtate; *Denique*, inquit, *eò mores redacti ſunt, vt paupertas maledicto, & probro ſit contempta diuitibus, inuiſa pauperibus.* Videndus erit Nazianz *orat.* 16. *de amore pauperum*, cum ait, *pulchra res eſt inopia.* Teſtis eſt Zachæus, atque Chriſtus Dominus; ille dum Chriſto domum ſuam ingredienti opes omnes obtulit; hic dum diuiti illi perfectam beatitudinem definiuit dicens: *Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Non igitur hanc paupertatem dolet Ieremias, ſed illam aliam.

[c] *Paraphraſis Chald. & text. Hebr. pronomẽ emphaticum habent.*

Citero. Euripid. Plinius. Homer. Epiphan. 4. Reg. 20. & 22. Iſai. 39. Eccleſ. 4.

[d] *Vt ſummũ Ieremiæ dolorem exprimerent.*

Heſiodus. Seneca. Nazianz.

Trimetri primi Carmen ſecundum.

ALEPH. *Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.*

§. II.

Ad Literam.

Videtur ſanè ex diuinæ pietatis conſilio fieri, vt viri Sancti ad malorum ſupplicia perducantur, vtque quaſi ſoli vexentur innoxij, diuinam temperent iracundiam, & miſericordiam concilient.

IN præcedenti ſecundo verſu ſub *Aleph*, admiratur Ieremias diuinę prouidentiæ ordinem, vt quæ hominem ſanctum alioqui, & innocentem egerit, & adduxerit in extremam infelicitatem; habet autem elegantiam verbum, *minauit*, hoc in loco; eſt enim paſtorale, & quaſi paſtoris agentis, & ducentis ſuum gregem, ſicut conſtat ex *Exod cap.* 3. vbi de Moyſe dicitur, *cùmque minaſſet gregem ad interiora deſerti.* Eſt autem probi paſtoris gregem ſuum agere, & minare in herbidam potiùs vallem, quàm in ſteriles ſyluas. Hæc autem eſt querela Ieremiæ, cur, ſcilicet, ſe hominem amicum Dei, & in ſe ipſo, Chriſtum Seruatorem Dei filium egerit, & minauerit diuina prouidentia in tot aduerſa, & in mortem crucis. Exiſtimo autem Ieremiam per tenebras, & lucem ſignificare voluiſſe & mortem, & vitam; nanque tenebræ in ſacra [e] Scriptura ſæpiſſime mortem ſignificant, quo pacto intelligendus eſt locus Iob in cap. 17. *Noctem verterunt in diem, & iterum poſt tenebras ſpero lucem*, ſeu quod in Hebræo eſt, *à facie tenebrarum ſpero lucem*; præſtolabatur enim Iob in ipſa morte futuram vitam. Ac proinde cum Ieremias dixit, *me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem*, voluit ſignificare vniuerſam prouidentiam ſui, & Chriſti Seruatoris directam eſſe in mortem potiùs, quàm in vitam. 6.

Exod. 3.

[e] *In ſacra pagina, lux vitam, tenebræ mortem ſignificant.* Iob. 17. Hebr. Text.

Magis fortaſſe placebit, ſi dicamus per tenebras voluiſſe ſignificare Prophetam ſummam, & extremam [f] infelicitatem, in quam inciderat; ſolet enim ſacra Scriptura per tenebras ſignificare infelicitatem, per lucem verò magnam felicitatem: quo pacto intelligendus eſt locus Pſal. 17. *Tu illuminas tenebras meas*; id eſt, tuo fauore, & auxilio, ſumma mea infœlicitas feliciſſima facta eſt. Sic etiam intelligendus eſt locus Pſalm. 112. 7.

[f] *Vel etiam tenebræ extremã ſignificant calamitatem, lux verò felicitatẽ & quarit* Pſal. 7. Pſal. 112.

Exortum eſt in tenebris lumen rectis, quaſi velit, Soler Deos pios, & ſanctos homiues ab omni infelicitate etipere. Orta autem eſt hæc lucutio metaphotica in ſacra Scriptura, ſicut bene notauit Rabbi Moyſes Ægyptius *lib.* 2. *aquiuocorum, cap.* 3. quia accedente calamitate aliqua grauiſſima, vix poteſt homo luminibus vti; nanque præ vi duloris omnia ei obtenebreſcunt, tum propter fumum ſopetiotum, quo pertorbatur viſus; tum etiam propter retractionem partium animæ ad ioteriora, eum è contra accidat tempore læto: nam pattes animæ diffunduntur ad exteriora, & ſpititus viſibilis eſt clarus, & limpidus, propter eaque cuncta clariora, & illuſtriora videntur. Quo ſenſu beoe intelligit locum Iſaiæ in cap. 3. *Erit lux luna ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum, in die qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plaga eius ſanauerit*, id eſt, præ lætitia effundentur ſpiritus animales, & vitales de partibus internis ad quas aufugerant præ triſtitia, atque diffundentur in pattes externas, & ſenſus exteriores, ita quod longè maior fuerit operatio oculorum, quàm fuerat antea. Erit videndus Plinius in hanc ſeoteotiam *lib.* 11. *cap.* 37. eum ait, *magna cogitatio obcæcat adducto intus viſu, ſicut in morbo comitiali, apertis oculis nihil cernunt animo caligante.* Ac ptuinde rectè diuinus Ieremias dixit, *me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem*, id eſt, ditexit me diuina prouidentia non in aliquam felicitatem, ſed in extremam ealamitatem, ad cuius aduentum mihi omnia obtenebreſcunt, ſicut fieri ſolet in grauiſſimis afflictionibus.

Rab. Moyſ. — Iſaiæ. 3. — Plinius.

Trimetri primi Carmen tertium.

ALEPH. *Tantùm in me vertit, & conuertit manum ſuam tota die.*

8\. Chald. Par. PRæcedens earmen, quod tettiuio eſt ſub litera, *Aleph*, ita vertit Chaldalca Parapb. *Verumtamen in me ſe conuertit, & reuoluit ſuper me plagam ſuam tota die.* Emphatiea eſt particula, *tantùm*, [g] quaſi voluerit Ieremias, neminem alium, Deum inueniſſe, quem flagellaſſet, niſi ſe ipſum. Senſus huius orationis talis eſt, Deus me voum flagellauit, & quaſi fatigatus à flagellando, iterum conuerſus eſt ad verbera, idque perpetuò, ac tota die, quemadmodum fieri ſolet à domino itato in ſeruum perfidum. Quo ſenſu locutus eſt Hieron. hoc in loco cum dixit: *Illud tamen conſiderandum eſt, quod dicit, Tantùm in me vertit, & conuertit manum ſuam*: ſæpe enim in ſacra Scriptura ponitur, *conuerti*, pro *placari*, iuxta illud Pſalmi 89. *conuertere Domine aliquantulum, & placabilis eſto ſuper ſeruos tuos*; vertit enim Dominus manum ſuam, quando iuſtè in reos debitam vltiooem immittit; & conuertit manum ſuam, quando miſericorditer à vindicta ſententiam ſuſpendit. Quibus verbis non intelligit D. Hieronym. hanc orationem Ieremiæ pertinere ad ſupplicium datum à Deo in remedium, quemadmodum quidam non bene aduertens dixit, imò potiùs oppoſitum voluit Hieron. aſſerens primum ſupplicium non [h] ex miſericordia, ſed ex vindicta datum eſſe, cum Deus poſt prima flagella conuerſus fuerit non in remedium, ſed iterum ad ſupplicium.

[g] *Emphatica particula,* tantùm *quid importet hic.* — Hieron. — Pſalm. 89. — Hieron. — [h] *Repetitio ſupplicij à Deo, probat priorem à vindicta procedere, nō à miſericordia.*

§. III.

Ad Allegoriam.

Quia Deus homo naſcitur, à laboribus vitam auſpicatur, quam inter dira tormenta profunderet, vt nullius rei in ſe videns niſi dolorum, noſtri compaſſione tangeretur, diuinamque miſericordiam non modò obtineret nobis, ſed ad æqualitatem iuſtitiæ ſatisfaceret.

SEd iam paolò maiora canamus, oſteodentes cum omnibus expoſitoribus huius loci, & eum communi traditiooe Eccleſiæ oſtendentis vniuerſum hoc caput figuram eſſe Chriſti patientis, proindeque neceſſarium eſt, vt appareat, quo pacto in hoc primo trimetro expreſſa ſit figura Chriſti ſeruatoris; negare enim non poſſumus inter omnes mortales Chriſtum Dominum primum & vnicum fuiſſe videntem ſuarum calamitatum, quibus Deo ſatisfecit pro humano genere ex rigore iuſtitiæ. Quo pacto D. Bonauentura ſuper hunc locum exiſtimauit intelligenda eſſe ea verba, *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius*, vidi labores meos in virga indigoationis, id eſt, quibus rigorosè Deo ſatisfecit pro homine. Dicitur autem peculiariter, Chriſtum [i] vidiſſe ſuam calamitatem, & labores, quoniam non ſolùm eos præuidit, vt Verbum erat, ſed elegit, iuxta illud quod Iſaias de Chriſto dixit *cap.* 83. *In quo poſuit Deus iniquitates omnium noſtrûm*, in eo enim homine Chriſto Ieſu tota Beatiſſima Trinitas luendas poſuit omnes pœnas noſtrûm omnium. Ratio enim incarnationis prima, atque diuinum motiuum, fuit remedium totius naturæ humanæ lapſæ, quemadmodum D. Thomas collegit 3. *p. quaſt.* 1. *art.* 4. ex Patribus vniuerſis, inter quos eſt Bernard. *ſerm.* 1. *de aduentu Domini.* D. Athanaſ. *ſerm.* 3. *contra Arrian.* eum dicit neceſſitatem, & indigentiam noſtram anteriorem eſſe, quàm Chriſti natiuitatem; quaſi vellet, priorem fuiſſe calamitatem, homilitatem, atque labores, in quos incurrimus per peccatum, quàm Chriſti natiuitatem; proinde prius verbum vidit paupertatem ſuam, atque exinanitionem, quàm carnem aſſumpſerit; quo pacto hic locus videtur intelligendus, *Ego vir vidi paupertatem meam*; ille enim homo Chriſtus, quà Verbum erat, præuidit, & elegit omnia mala, quæ paſſus eſt in carne; quæ fuit ratio, cur emphaticè ita de eo dixerit Ieremias, *Ego ille vir vidi paupertatem meam.* 9.

Bonauent. — [i] *Quare dicitur Chriſtus peculiariter videns ſuos labores.* — D. Thom. Bernard. Athanaſ.

In illis autem verbis, quibus Ieremias dixit, *Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem*, expoſtulatio quædam eſſe videtur Chriſti ſeruatoris conſtituti ioter grauiſſimos labores ſecundùm rationem naturæ humanæ; eſt autem ea expoſtulatio de diuina prouidentia, atque de eo ordine, quem Deus ſernare voluit in Chriſti ſeruatoris ortu ſecundùm carnem, eum dirigendo, & ordinando in aduerſa quæque, atque in mortem Crucis, ab eo die, quo natus eſt homo. Id quod voluiſſe videtur Plinius, quamuis ignorauerit 10.

tauerit de eo homine, de quo præcipuè eius ſententia loquitur; ſic enim dolendo de diuina prouidentia conqueritur ordinante, & dirigente hominem à die natiuitatis ſuæ in labores, & calamitates; ita enim dixit, *homo animal cæteris imperaturum à ſuppliciis vitam auſpicatur, vnam tantùm ob culpam, quia natus eſt.* Quod de Christo homine verius dicendum eſt, cæteri enim propter peccatū puniuntur, vnus Chriſtus[l] Dominus eam ſolam ob cauſam, à ſuppliciis vitam inchoauit, atque in ſuppliciis eandem reliquit, quia homo naſci voluit. Eſt in hanc ſententiam optimus locus apud Euſeb. Cæſar. *in lib.* 10. *Euang. hiſtor. in cap.* 8. explicantem eam querimoniam, quam Chriſtus Dominus inter mortis cruciatus habuit de diuina prouidentia, atque de ordine ſuæ ſalutis, & mortis. Inter cætera enim, quæ in eo pſalmo dicuntur, hæc habentur de prouidentia, qua Deus ſolitus fuit curare vniuerſa bona Sanctorum Patrum, qui natiuitatem Chriſti ſeruatoris præceſſerunt; *In te ſperauerunt Patres noſtri, ſperauerunt, & liberaſti eos. Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis,* quaſi ſola prouidentia, & protectio diuina fuerit de cæteris hominibus, ſolus autem Chriſtus Dominus deſertus, & relictus fuerit ſine præſidio, & ſine auxilio inter grauiſſimas calamitates. *Sperauit,* inquit, *in Domino, eripiat eum, ſaluum faciat eum, quoniam vult eum: quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre matris meæ.* Quæ verba mihi optimè videtur interpretatus Euſeb. Cæſar. *in loco citato,* vt ſit in eis quædam expoſtulatio Chriſti ſeruatoris de diuina prouidentia, & protectione, quæ adfuit in eius ortu, in eius autem vita, & in morte eum reliquit inter labores extremos; ſic enim factum eſſe videtur, quamuis non ita factum ſit, quemadmodum eleganter aduertit Leo I. *in ſerm.* 17. *de paſſione,* cùm docet, quod quamuis Deus poſuerit iniquitates omnium noſtrûm, atque earum pœnas in vno Chriſto Domino, id factum eſſe per miſericordiam,[m] & non per miſeriam, nec amiſſione auxilij, ſed definitione moriendi. Eleganter etiam videndus eſt Auguſt. cum in Pſalmo 87. ponderat ea verba, *Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.* Notauit Auguſt. aliter legendum eſſe locum, ſcilicet, *Omnes eleuationes tua,* ſeu potius, *Omnes ſuſpenſiones tua ſuper vnum Chriſtum Dominum,* quaſi ſuſpenſas habuerit, & diſtulerit Deus omnes calamitates peccatis noſtris debitas in vno Chriſto Domino perſoluendas, quod propheta hoc in loco dixit, *tantùm in me vertit, & conuertit manum ſuam tota die.*

Plinius.

[l] *Chriſtus ex eo ſolùm quòd natus eſt homo, à ſuppliciis inchoauit vitā, & in eiſdem reliquit eam,* Euſeb. Cæſ.

Pſalm. 21.

Pſalm. 90.

Pſalm. 21.

Leo Papa I.

[m] *Sed hoc nō miſeria fuit, ſed miſericordia.* Aug. Pſalm. 87.

TRACTATVS II.

De expoſitione ſecundi Trimetri ſub litera, BETH. *Siue, De anticipato ſenio.*

Carmen primum.

BETH. *Vetuſtam fecit pellem meam, & carnem meam, contriuit oſſa mea.*

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

§. I.

Ad Literam.

Proſequitur Ieremias ſuas enarrare calamitates, quaſi tot, & tantæ fuerint, vt debilitatis omnibus viribus corporis ante tempus non modò ſenuerint membra eius, ſed viuus, mortuus, & ſepultus crederetur.

12. ABſolutis primis tribus verſibus trimetris ſub *Aleph,* tres alios aggreditur ſub ſecunda litera *Beth,* in quibus incipit oſtendere propheta, in quæ mala incurrerit, & quas calamitates, & labores fuerit paſſus, atque in hoc primo carmine dolet, præ laboribus, & doloribus anticipatum ſibi fuiſſe ſenium, vniuerſam corporis pulchritudinem deperditam, atque vires ad agendum amiſſas. Certum enim eſt dolores, atque labores omnes corporis vires diſſoluere, atque intemperiem quandam creare, ex qua conſequitur ſenectus, quod dixit Galen. *lib. de inæquali temperamento,* vnde labores pueris interdicuntur, ne ſucco omni conſumpto, citiùs quàm par eſt ad ſenectutem perueniant, quemadmodum idem Galen. docuit *lib.* 1. *&* 2. *de ſanitate tuenda:* labores enim, & omnes animi affectus corpora exſiccant, ſicut dixit Ariſtotel. *lib. de longit. & breuitate vitæ,* cum ait, *labor exſiccat, & ſenium inducit.* Vnde multum laborantes[a] ſeneſcunt magis, quod etiam quidam ex prophanis dixit:

Galenus.

Ariſtot.

[a] *Nimius labor ſenium inducit.*

Me quoque debilitat ſeries immenſa laborum,
Ante meum tempus cogar & eſſe ſenex.

Id quod etiam propheta regius dixit in Pſalmo 6. *Inueteraui inter omnes inimicos meos;* præuenit ſenectus annos propter laborem, & dolorem: namque labor, & dolor primò omnem ſuccum exhaurit à corpore, deinde pulchritudinem depopulator in cute, tandem vires adimit. Dixerat hoc idem regius vates in Pſalmo 21. *Aruit tanquam teſta virtus mea;* poſtquam enim dixit, *ſicut aqua effuſus ſum,* claudit eundem verſum ſecundùm orthographiam Hebræam hac ſententia, *aruit tanquā teſta virtus mea,* id eſt, vniuerſus ſuccus natiuus exhauſtus eſt à dolore, vetuſtaque facta caro, & cutis; quod Ieremias etiam voluit in his verbis, cùm dixit; *vetuſtam fecit pellem meam, & carnem meam,* vel potius vt eſt in Hebræo, *vetuſtam fecit carnem meam, & pellem meam;* quaſi ex dolore anticipata ſibi ſit ſenectus.

Pſalm. 6.

Pſalm. 21.

Hebr. Text.

13. Cum verò addidit, *Contriuit oſſa mea,* debilitatas voluit ſignificare omnes vires; oſſa[b] enim quaſi firmamenta ſunt totius corporis humani, quemadmodum dixit Ariſtotel. *lib.* 2. *de partib. animal. cap.* 8. *&* 9 quæ fuit ratio, cur propheta dixerit in Pſalmo 6. *Sana me Domine, quoniam conturbata ſunt omnia oſſa mea.* Sic igitur diuinus Ieremias oſtendit rigoroſam ſenectutem annos in ſe vno anticipaſſe, doloréque depopulatum fuiſſe omnem externam pulchritudinem, atque vires corporis, illud enim videtur velle cum dixit, *contriuit oſſa mea.* Niſi magis placeat per[c] oſſa intelligere cætera membra corporis de more ſacræ Scripturæ, quæ ſolet quæuis membra corporis per oſſa ſignificare, ſicut dicitur in Pſalmo 33. *cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum;*

[b] *Oſſa vires corporis ſunt.* Ariſtot.

Pſalm. 6.

[c] *Vel etiam pro omnibus cæteris membris accipiuntur.*

Pſalm 33.

volens ſignificare authot illius Pſalmi, non ſolùm animam iuſtorum, ſed & totum corpus, atque omnia membra eorum cuſtodita eſſe à Deo. Similiter in Pſalm. 52. *Dominus diſſipabit omnia oſſa eorum*, proinde poſſumus ſecundùm phraſim Hebræam hoe in loco per oſſa contrita intelligere quanuis aliam partem corporis, contritam, atque abſumptam eſſe, ita vt Ieremias doceat, totum ſe, & ſecundùm omnem ſui partem debilitatum eſſe præ dolore, & labore.

Pſal 52.

Trimetri ſecundi Carmen ſecundum.

BETH. *Ædificauit in gyro meo, & circundedit me felle, & labore.*

14. HVnc ſecundum verſum ſub litera *Beth*, longè aliter legit Paraph. Chald. [d] *ædificauit ſuper me machinas, & circundedit ciuitatem, abſtulit caput populorum, & deficere fecit vos.* Aliter etiam L X X. Interpretes: *ædificauit contra me, & circundedit caput meum, & laborare fecit.* Quæ poſtrema verba cum pro *felle*, *caput* tranſtulit Thargum, ſiue Paraphraſis Chaldaica, atque etiam L X X. Interpretes, examinabimus ſtatim inferiùs. Priora ſunt interpretanda, cùm Ieremias dixit, *ædificauit in gyro meo*: quibus in verbis Propheta paulatim incipit oſtendere, quas fuerit calamitates paſſus in obſidione vrbis Ieroſolymæ à Chaldæis. Hieronym. igitur exiſtimat ædificandi [e] verbum metaphoricum eſſe, & referendum non ad aliquas machinas, & muros, ſed potiùs ad calamitates, & anguſtias, inter quas veluti machinas, quaſi obſidione videbatur detentus vndique. Verùm Theodoret. & Origen. ad machinas, [f] & aggeres, atque etiam externum murum, qui à Chaldæis extructus eſt tempore obſidionis, exiſtimant referendum eſſe hunc locum: quibus fauet Ioſephus Hebræus *lib.* 10. *antiq. cap.* 11. cum aſſerit extructas fuiſſe machinas: *Interea, ait, Babylonius pergebat in oppugnãdis acriter Hieroſolymis, extructis aggeribus, erectis turribus, è quibus arcebat propugnatores in mœnibus; multos enim aggeres circunquaque excitauerat vrbis muris altitudine pares*: quibus fauet Paraphraſis Chaldaica dicens, *ædificauit ſuper me machinas*, atque rem magis explicando addidit, *circundedit ciuitatem*. Eſt autem hæc querimonia veræ, & perfectæ charitatis, quæ ſolet aliena mala quaſi propria dolere, præſertim ſi ſint publica ſuorum popularium. Quod in hac oratione fecit Ieremias; quanuis enim ea calamitas fuerit totius vrbis, ea quaſi propria plangit. Quæ expoſitio non multum differt ab expoſitione Hieronymi, niſi in eo, quòd expoſitio Hieronymi vniuerſalior eſt, ac proinde [g] accommodatior ad morem prophetarum.

Par Chald. [d] *Illuſtratur vulgata lectio ex LXX. & Paraph. Chaldaica.* LXX. Interp.

Hieron. [e] *Hieron. per metaphoram locũ exponit.*

Theodor. Origen. [f] *Alij locum referunt ad machinas bellicas, quibus oppugnata eſt Ieroſolyma à Chaldæis, ſecundùm literam.* Ioſephus.

[g] *Verùm prior expoſitio accommodatior eſt.*

15. Maior difficultas eſt in ſequentibus verbis, cum dicitur, *circundedit me felle, & labore*, propter varietatem lectionum vocis Hebrææ, pro qua vulgatus tranſtulit *fel*; etenim ea ſatis æquiuoca eſt, ita vt de ea optimè dixerit Marc. Marin. in arca Noe, rom. 2. *Adhuc, inquit, dubium* [h] *eſt, quid propriè ſignificet ea vox, certum cum ſit aliquid lethale ſignificare, quod alij toxicum appellarunt, alij herbam venenoſam, hodie nobis ignotam, cicutam ſcilicet, vel aconitum, ac proinde à Rabbinis variè transfertur hic locus.* Ego verò [i] addiderim eandem vocem ſignificare caput, & principium, quemadmodum ſcitè aduertit Pagn. *in ſuo theſauro*, vnde ſatis accommodatè pro felle caput poſuit. *Capite* tranſtulit vulgatus: cuius rei ea eſt ratio, quoniam fel, [l] caput, & principium, eſt totius amaritudinis; qua ratione Eccleſiaſt. *in cap.* 12. de ape ita dicitur, *breuis in volantibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus illius*, id eſt, cùm puſillum animal ſit apis, caput, regula, & principium eſt eius mel totius dulcedinis, vnde dulcia per *mel* regulamus, dicentes, *dulce vt mel.* Eadem proportione dicendum eſt de felle, quod principium, & caput eſt totius amaritudinis; quæ enim amara ſunt, amara ſicut fel, dicere conſueuimus. Vlteriùs autem ſciendum eſt inter omnes ſapores amarum infenſiſſimum eſſe naturæ hominum, ita vt fel ſignificet quidquid venenoſum, & inimicum nobis eſt; vnde mortem [m] amaram ſolemus appellare, & extremas quaſque calamitates. Quo ſenſu Ieremias dixit hoc in loco, *circundedit me felle, & labore*, id eſt, ad extremas anguſtias me redegit, quemadmodum Hieronym. exprimit, cum ait: *Quid eſt, circundare felle, & labore, niſi amaritudine, & labore anguſtare?* nihil enim tam eſt venenoſum, & inimicum naturæ, quàm in extremas anguſtias agi, vnde euadere non poſſis.

Marinus. [h] *Non ſatis conſtat quid ſignificet vox fel.*

[i] *Authoris placitũ circa ſignificationẽ illius.*

[l] *Fel caput omnis amaritudinis.* Eccleſ. 12.

[m] *Quare mors dicatur amara.*

Hieron.

Trimetri ſecundi Carmen tertium.

BETH. *In tenebroſis collocauit me, quaſi mortuos ſempiternos.*

16. HÆc ſunt verba tertij verſus ſub litera, *Beth*; in hoc autem conuenienter loquitur Ieremias ad ea, quæ dixerat in præcedenti carmine, ſcilicet, ſibi quaſi propinatum fuiſſe venenum mortiferum, quo epoto mors & ſepulchrum neceſſariò ſequebatur; hoc enim ſignificant hæc verba: *in tenebroſis collocauit me quaſi mortuos ſempiternos*, de more ſacræ Scripturæ, quæ cauernas [n] tenebroſas ſolet appellare ſepulchra; qualis eſt locus in Pſalm. 87. *Æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum; factus ſum ſicut homo ſine adiutorio, poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis, & in vmbra mortis*: quæ periphraſis eſt hominis iam ſepulti, nec ſolùm ſepulti, ſed etiam iam diu ſepulti, cuius nulla iam ſit recordatio, neque memoria; hoc enim ſignificant ea verba, *quaſi mortuos ſempiternos*, ſiue quaſi obrutos tellure iam inde ab antiquo tempore, ſeu longo tempore iam humatos. Quibus verbis ſignificat ſuas grauiſſimas calamitates, quibus oppreſſus non ſolùm mortuus, ſed etiam ſepultus videbatur, imò iam ſui ipſius nullam eſſe memoriã, qualis eſt ille locus in Pſal. 142. *Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi*; per *obſcura* enim, quemadmodum aduertit Chryſoſt. & per *tenebroſa* intelligit extremas [o] calamitates, & labores. Quem locum Pſalmi vidiſſe putandum eſt Ieremiam prophetam cum dixit, *in tenebroſis collocauit me; quaſi mortuos ſempiternos*, ſicut etiam voluiſſe videtur D. Hieron.

[n] *Cauernæ tenebroſæ in ſcriptura, dicuntur ſepulchra.* Pſal. 87.

Pſal. 142.

[o] *Significat etiam extremas calamitates.* Hieron.

17. Verùm non diſplicet, vt in his verbis, atque

in

in ſequentibus ſub litera, *Ghimel*, deſcribere Ieremiam cœnoſum, & tenebroſum [p] lacum, in quem miſſus eſt, ſicut notauit Ioſephus 10. *antiq. cap.* 10. cum ait: *Prophetam in quendam cœnoſum puteum per funem demiſerunt, vt ibi praefocatus moreretur, ille verò vſque ad collum merſus ibi manebat*: cuius etiam meminit idem Ieremias in ſua prophetia cap. 38. *Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchia filij Amalech, qui erat in veſtibulo carceris, & ſubmiſerunt Ieremiam in funibus in lacum, in quo non erat aqua, ſed lutum.* Fauet Paraphraſis Chaldaica, quæ ita vertit hunc locum: *In domo carceris tenebroſa collocauit me ſicut mortuos, qui vadunt in aliud ſeculum*: Rabbi Ioſeph ita putat intelligendum locum, vt ſit Poëtica amplificatio in hoc carmine, qua Propheta explicuit miſeras anguſtias ſui carceris, in quo per hyperbolem dixit, nullam ſui relictam eſſe memoriam, cum tamen conſtet, eo tempore aliquos Ieremiæ memores fuiſſe, inter quos primus erat Abdemelech Æthiops vir eunuchus, qui erat in domo Regis, ſicut dicitur Ieremiæ *cap.* 38. Quæ expoſitio mihi non diſplicet, cum carceris hiſtoriam enarret, in quem Ieremias detruſus eſt, & propterea ſub eiſdem verbis prophetiam de Chriſto componat; qui quanuis in deterrimum carcerem non fuerit coniectus, tamen extrema quoque paſſus eſt, quæ aptiſſimè de more Hebræorum & ſacræ Scripturæ per hæc verba ſignificantur, *Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſempiternos*: ſic enim ſacra Scriptura miſerum, & infelicem hominem deſcribere ſolet.

[p] *Ad literam videtur hic agi de lacu in quem miſſus eſt Ieremias tempore obſidionis.* Hierem. 33.

Par. Chald.

Rab. Ioſeph.

§. II.

Ad Allegoriam.

Chriſtum Dominum figurat hic locus, qui cùm eſſet ſpecioſus forma præ filiis hominum, atque optimo corporis temperamento præditus, ſic laboribus, & vigiliis attenuatæ ſunt vires eius, vt in flore ætatis ſenex crederetur, & velut mortuus.

18\. Conſequens eſt, vt figuram, quam agit Ieremias, Chriſti Seruatoris in hoc ſecundo trimetro exponamus, refert enim Chriſtum dolentem, atque laborantem, ita vt propter magnitudinem dolorum, & laborum [q] acerbitatem ante annos, atque ante diem conſenuerit, & pulchritudinem, ac venuſtatem ſydeream, quæ in eius facie emicabat, pene perdiderit, imò & vires corporis, ita vt iam ſepultus videretur. Quod vt meliùs intelligamus, notandum eſt, corpus illud Seruatoris etiam mortale, & paſſibile, longè optimo temperamento compoſitum fuiſſe, atque omnibus numeris abſolutum, vnde conſequens erat, vt colorem & formam ac totam corporis habitudinem habuerit aptiſſimam, ex quibus partibus conſtat humani corporis natiua pulchritudo, quæ in vultu cernitur, quemadmodum dixit Plotin. *in lib. de pulchro, cap.* 1. Vnde omnium hominum pulcherrimus fuit Chriſtus Dominus, quanuis talis non fuerit vbique iudicatus, & viſus propter cauſas externas, vtpote propter labores, propter aſſiduas vigilias, & inediam, propter longam orationem, quibus extenuari ſolet hæc externa corporis pulchritudo, præſertimque tempore paſſionis, quando impletum eſt illud vaticinium Iſai. cap. 53. *Non eſt ſpecies eius, neque decor, vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem, & quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus.* Vnde & vulgus Iudæorum, quemadmodum videre eſt apud Ioannem in *cap.* 8. etiam ante tempus paſſionis ita de Chriſto dixit: *Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti?* quanuis enim Chriſtus Dominus 33. ageret ætatis ſuæ annum, vt verior fert ſententia, tamen vſque adeo labores anticipauerunt eius ætatem, vt ferme [r] quinquagenarius crederetur. Vnde iam ſit pulchrè de Chriſto vaticinatum eſſe hoc in loco Ieremiam cùm dixit, *vetuſtam fecit pellem meam, contriuit oſſa mea*; nec enim ſolùm in Chriſto Domino labor anticipauit ſenium, ſed & vires debilitauit; quod ſignificant ea verba, *contriuit oſſa mea.* Quo modo loquendi ad illud ipſum ſignificandum dictum eſt in *Pſalm.* 21. de eodem Chriſto Domino, *ſicut aqua effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea; factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei*: qui locus de ſudore Chriſti in horto à melioribus Patribus plerunque intelligitur; nam vehemens dolor non ſolùm ſudorem inuehit, ſed etiam oſſa ipſa, quæ partes ſunt corporis firmiores, & ſolidiores, conturbat, & vim agendi adimit, eneruans, atque debilitans totum corpus. His ſimilibus, aliiſque metaphoris vtitur diuina Scriptura ad oſtendendum Chriſtum Dominum oppreſſum calamitatibus, atque inter anguſtias morientem. quas latiùs metaphoras proſequitur in ſequentibus diuinus Propheta Ieremias.

[q] *Chriſtus propter dolorum acerbitatem ante tempus conſenuit.*

Plotinus.

Iſai. 53.

Ioan. 8.

[r] *Ita vt quinquagenarius crederetur in 30. conſtitutus.*

Pſalm. 21.

TRACTATVS III.

De expoſitione tertij & quarti trimetri ſub literis GHIMEL, & DALETH. Siue, *De ineuitabili malo.*

Trimetri tertij Carmen primum.

GHIMEL. *Circumædificauit aduerſum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum.*

§. I. Ad Literam.

Ea miſerrima prorſus conditio eſt, ſi quis in ſummo periculo conſtitutus, nullum effugium in terra, neque in cælo confugium valeat inuenire.

Sequentibus trimetris amplificat propheta ſui carceris anguſtias, quod vno verbo 19.
expreſſit Theodoret. *occludor afflictionibus, quas vitare non poſſum.* Paraphraſis Chaldai-

Theodor.

Par. Chald.

ea ita rem expreſſit: *Clauſit poſt me, vt non egrediar de cuſtodia, aggrauauit ſuper pedes meos compedes æreos.* Laborant autem aliqui in hoc carmine inquirentes, cuius ſit hæc oratio?[a] Placet Ieremiæ eſſe dolentis omnium ſuorum popularium calamitates, quaſi ſuas peculiares de more vehementer amantis; vnde interdum ea, de quibus agit, ad populum vniuerſum pertinere videntur, interdum ad regem Sedeciam, ſemper autem ad ipſum Ieremiam agentem eorum omnium perſonam pro ſua in omnes charitate. Eſt autem defectiua oratio, in qua non dicit, quid ædificauerint, parietem ne, an altum murum? credibile autem eſt, murum circumædificaſſe, atque illud ſignificare voluiſſe prophetam ad amplificandam euadendi difficultatem, ſicut ex ſequenti ſententia patet, ſcilicet, *vt non egrediar*, id eſt, vt effugere nō poſſim. Neque verò ſolùm concluſit intra altos, & fortes muros, ſed *& aggrauauit*, inquit, *compedem meum*, quemadmodum fieri ſolet ſceleratis hominibus, quos altiſſimo in carcere concludunt, & inſuper eoſdem ferreis, duriſſimiſque compedibus ligare ſolent, vt nulla ſit ſpes euadendi; quæ duriſſima, & infelix conditio eſt, in malis, ſcilicet, nullum relictum eſſe refugium, quemadmodum dolet propheta in Pſalmo 141. *periit*, inquit, *fuga à me.*

[a] *Dubitatur, cuius ſint hæc verba? putat Author eſſe Ieremiæ.*

Pſalm. 141.

Trimetri tertij Carmen ſecundum.

GHIMEL. *Sed & cum clamauero, & rogauero, excluſit orationem meam.*

20. Theodoret.

IN hoc ſecundo carmine ſub litera, *Ghimel*, quemadmodum notauit bene Theodoret. poſtquam propheta dixit, omne ſibi ſublatum eſſe in terra effugium,[b] dolet neque ſe in cælo inuenire potuiſſe confugium, cum orationis aditus vniuerſus ſibi interclusus ſit, ita vt neque precibus, & clamoribus inueniat remedium, neque pedibus effugium: id quod Paraphraſis Chaldaica expreſſit, *clauſa eſt*, inquit, *domus orationis mea*, id eſt, concluſus eſt orandi opportunus locus. In quam ſententiam videndus erit Hieronym. explicans ea verba Ieremiæ. *Tu autem noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem, & orationem, & ne reſiſtas mihi, quia non exaudio te.* Ad quæ verba, ita dicit Hieronym. *ne videatur rogans propheta non impetrare, quod poſtulat, præcipit Deus, ne pro populo peccatore, & nullam agente pænitentiam deprecaretur.* Videndus erit idem Hieronym. *in cap. 12. Ierem.* vbi dicitur; *præcipitur Ieremiæ ne velit pro eis Dominum deprecari, in quos iam eſt conſummata ſententia, ne videatur oratio eius infirma, & propriis ſceleribus non exaudiri.* Erit videndus D. Gregor. *lib. 9. moral. cap. 11.* cùm explicat illa verba Iob in cap. 9. *Deus cuius iræ nemo reſiſtere valet*, præſertim cum certum ſit orationes ſanctorum hominum ſemper exaudiri à Deo ad ſalutem æternam, quamuis[c] non ſemper ad eorum voluntatem: quod Auguſt. dixit 5. *confeſſ. cap. 8.* de lachrymis matris ſuæ, *quid à te petebat Deus meus, mater mea tantis lachrymis, niſi vt me nauigare Romam non ſineres? Sed tu altè conſulens, & exaudiens cardinem deſiderij eius, non curaſti, quod tunc petebat, vt in me faceres, quod ſemper petebat.* Videndus erit idem Auguſt. *ſerm. 3. de verbis Apoſtoli, & ſerm. 53. & tract. 6. in epiſt. Ioan. & epiſt. 85. & 130.* Proſper. *in lib. ſententiar.* ex Auguſt. *ſent. 212.* imò & D. Thomas 3. *part. quæſt. 15. art. 1. & ſequentibus*, cùm docet Chriſtum Dominum ſemper exauditum fuiſſe, quando eius oratio proficiſcebatur à voluntate rationis, non[d] autem quando à voluntate naturali, vt mirum non ſit, ſi Ieremias diuinus inter grauiſſimas calamitates exauditus non fuerit ad voluntatem, cùm tamen ad ſalutem, ſemper exauditus ſit.

[b] *Dolentis nullum ſibi relictum eſſe confugium neque in terris, neque in cælo.*

Hieron.

Idem.

Gregor. Iob. 9.

[c] *Neq; enim ſanctos ſemper Deus exaudit ad eorum voluntatem.*

Auguſt.

Idem.

Proſper. D. Thom.

[d] *Cum neque in Chriſto voluntas naturalis ſemper exaudita fuerit.*

Trimetri tertij Carmen tertium.

GHIMEL. *Concluſit vias meas lapidibus quadris, ſemitas meas ſubuertit.*

HIs verbis ſignificat propheta, non caſu, nec forte fortuna, ſed ex compoſito, atque de induſtria omnem ſibi à Deo ereptam eſſe euadendi viam, vt quam Deus lapidibus quadris, atque dolatis concluſit, id eſt, accuratè Deus omnem viam, & rationem euadendi impediuit; nanque lapides dolati, ſiue quadrati, quibus murus ædificatus eſt, ſignificant operis firmitatem, & eiuſdem accuratam, & excogitatam fabricam, vnde bene Chaldæus Paraphraſtes dixit, *lapidibus marmoreis, atque dolatis concluſit vias meas*, nanque quadratis lapidibus firmius ædificium ſurgit, atque diuturnius; ſic enim ſuum carcerem deſcribit Ieremias, & eiuſdem acerbitatem, & firmitatem, ſemitas autem ſubuertit, ſeu diſſipauit, vel tortuoſas reddidit, & in anfractus redegit, ita vt euadendi via nulla ſit relicta; quo pacto Iob ſuas deſcribit calamitates, è quibus euadere non poterat *in cap. 19.* dicens, *ſemitam meam circumſepſit, & tranſire non poſſum, & in calle meo tenebras poſuit*; volens ſignificare exitum nullum ſe inuenire in tantis malis, cum omnis aditus euadendi præcluſus ſit, & omnis ſpes ſublata. 21.

Iob. 19.

§. II.

Ad Allegoriam.

Ieremias vinctus in lacu, omni prorſus non deſtituitur humano ſubſidio; at Chriſtum Dominum quem figurat, clauibus in cruce affixum, & Deus Pater dereliquit, non exaudiens filium, qui pro ſua meruit reuerentia ſemper exaudiri, vt nobis eſſet exemplo, & ſolatio.

EXpreſſit autem diuinus Ieremias in his tribus carminibus Chriſti crucifixi figuram, atque clamores de cruce, quemadmodum bene notauit Paul. Burgenſ. addit. vnica in hoc tertio capite. *Quarto*, inquit, *lamentatur de ſua acclamatione, qua fuit acclamatus in cruce*, cum dixit, *circumædificauit aduerſum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem meum*: ſolent autem prophetæ ſi quis rem attentiùs conſiderauerit, ex occaſione rei de qua agunt,[e] metaphoras ducere, quibus prophetiam, & rem figuratam oſtendant, qualis eſt 22.

Burgenſ.

[e] *Propheta ex occaſione ſui carceris, Chriſtum figurat.*

Digitized by Google

Pſalm. 21.

eſt ille locus ex Pſalmo 21. *Circundederunt me canes multi, concilium malignantium obſedit me;* quoniam enim, vt patet ex titulo illius pſalmi, ſub figura ceruæ oppreſſæ à canibus, Chriſti Domini paſſionem expreſſit, perſiſtendo in eadem metaphora dixit, *circundederunt me canes multi*, ſic enim Dauid à ſua calamitate rem auſpicatus, crucis paſſionem ſignificauit: ſic quoque in hoc carmine, quoniam ex occaſione obſidionis Hieroſolymæ, vel ſaltem eius obſcuri carceris, in quem detruſus fuerat Ieremias, vaticinatus eſt crucem Chriſti ſeruatoris, propterea perſiſtendo in eadem metaphora ita Chriſtum in cruce [f] introducit loquentem, *circumædificauit aduerſum me, vt non egrediar*, atque addidit, *aggrauauit compedem meum*; grauius tamen in figurato, quàm in figura rem amplificans calamitoſam; nam pedes Hieroſolymæ, ferrei compedes, vt plurimùm, aggrauauerunt, figurati autem Chriſti ſeruatoris pedes, ferrei & duriſſimi claui aperuerunt. Sic quoque Iſaac ligatus in holocauſtum oblatus eſt à patre, quemadmodum pulchrè aduertit Paraphraſtes Chaldæus ad illa verba Cantic. 7. *ſicut purpura regis iuncta canalibus*, ſeu, *alligata canalibus*: vbi vult alluſionem eſſe ad ſacrificium Iſaac, quando oblatus eſt ligatus, cùm tamen Chriſtus clauis affixus oblatus ſit, vnde ferme omnes Euangeliſtæ clauis affixum eſſe Chriſtum ſeruatorem docent. Quod vt meliùs intelligatis, ſciendum eſt, iam olim ligatis manibus reos crucibus affixos fuiſſe, non clauis, [g] ſed funibus. Docuit hoe Plin. *lib.* 28. *cap.* 4. vbi inter alias magicas ineptias, ſparthum etiam numerat ex cruce, id eſt, ſparthæos funes: quo pacto Abdias Babylonicus *lib.* 3. *de hiſtor. Apoſtol.* docet D. Andræam crucifixum eſſe. Eſt in hanc ſententiam locus apud Auſonium *in adilio* 2. vbi introducit Cupedinem crocifixum deuinctum poſt terga manus, ſubſtrictaque plantis viocula mærentem: qua de re dixit aliqua Iuſt. Lypſ. *lib.* 2. *de cruce cap.* 8. Baronius *tom.* 1. *annal.* cùm tamen eo tempore per affixionem, & ligationem ſolerent homines crucifigi, per infixionem, & clauos Chriſtus Dominus cruci affixus eſt: id quod dolet Ieremias hoc in loco, cum dixit, *aggrauauit compedem meum*, quem Paraph. ferreum, vel æreum fuiſſe dixit, id quod prædixerat Apollinis oraculum, ſicut refert Lactant. lib. 14. cap. 13.

[f] *In cruce ferreis clauis affixum.*

Par. Chald. Cantic. 7.

[g] *Olim crucibus affixi non clauis, ſed funibus ligabantur, qualiter Andræas Apoſtolus.*

Abdias. Auſonius.

Iuſt. Lypſius. Baronius.

Lactantius.

Clauiſque & paleis mortem exantlauit acerbam.

23. Iam autem clamantem filium in cruce [h] non eſſe exauditum ſatis apertè oſtendunt hæc verba, *ſed & cum clamauero, & rogauero, exclnſit orationem meam.* Cuius clamoris, & orationis meminerunt ſacri Euangeliſtæ enarrantes ea verba Chriſti iam pene morientis in cruce, *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* quæ petita ſunt ex Pſalmo 21. vbi in figura Chriſti ſeruatoris ita clamauerat regius vates addens, *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad inſipientiam mihi*: quæ verba grauiter dolentis ſunt, ita vt ſibi videatur derelinqui à Deo, cum non tam citò à periculo liberetur, quam poſtulat grauitas calamitatis; hanque dilatum auxilium, ſicut dicitur Prouerb. 13. *Spes, quæ differtur, affligit animam, lignum vitæ, deſiderium veniens:* Semper autem Chriſtus Dominus, *exauditus eſt pro ſua reuerentia*, ſicut Paulus dixit, *ad Hebræos* 5. quando ex [i] voluntate rationis oratio fiebat, non autem quando ex voluntate naturæ, quæ ſemper aduerſa refugit.

[h] *Chriſtus in cruce non exauditus.*

Pſalm. 21.

Ibidem.

Prouerb. 13.

Hebræor. 5.

[i] *Qualiter verum ſit.*

Trimetri quarti Carmen primum.

DALETH. *Vrſus inſidians factus eſt mihi, leo in abſconditis.*

§. III.

Ad Literam.

Vrſus, & leo ſignificant Titum, & Veſpaſianum, qui ſecundum excidium peregerunt: vel vrſus Romanum Principem, & leo Nabuchodonozor denotat, vt vtrunque excidium comprehendat textus: vel denique ſub vtriuſque feræ figura, diuina vindicta exprimitur, quæ non vnam, vel alteram ſagittam in ſanctum Ieremiam, & populum eius, ſed omnem exhauſiſſe pharetram viſa eſt.

PRoſequitur Ieremias ſuam calamitatem duobus aliis ſimilitudinibus duorum crudelium, 24.
& carniuoracium animalium, oſtendens ſe in illud periculum deductum eſſe, vnde ſi euadere poſſit, incurreret in dentes vrſorum, & leonum. Certum autem eſt vrſum, [l] ſymbolum eſſe iracundiæ, vnde apud Claudian. *Radamanthus, vrſis ingerere ſolet truculentos*, quod ſignificauit Martial. *lib.* 6. *epig. epig.* 45. cum ait,

Sed miſerere tui, rabido nec perditus ore
Fumantem naſum viui tentaueris vrſi.

id eſt, ne vrſum ita fumantem imitaberis. Ad quem locum elegenter ait Radæus *in com. ad eundem Martial.* Veteres per vrſum ſignificaſſe iracundum: hinc equidem aſtrologi, eum iracundum futurum ominantur, qui ſub primo & ſecundo gradu Tauri naſcitur, vrſum in eo gradu ſtatueres retro [m] aſpicientem, id eſt, ad ea, quæ facta ſunt indignantem. Collegit hæc Radæus *ex Pier. Valer. lib.* 11. *de ſymbolis ſub titulo de vrſo.* Pierius autem ea collegit ex veteribus aſtrologis orientalibus; primi enim, qui figuras gradibus addidere ad ſingula ſigna Zodiaci, fuerunt Orientales Aſtrologi, inter Hebræos Rabbi Abraham, Aben-Eſras inſignis aſtrologus *in conſider. prima cauſa*, inter Arabes Alchindus: inter Græcos Iulius cognomento Maternus. Vnde factum eſt, vt ſub 22. gradu piſcis ea ſit relicta figura à veteribus aſtronomis, quam dolet, æternumque dolebit noſtra Luſitania.

[l] *Vrſus iracundiæ ſimulachrum.*

Claudian. Martial.

Radæus.

[m] *Quare vrſus in cælo retro aſpiciat.*

Radæus. Pier. Valer.

Rab. Abrah. Alchindus. Iul. Matern.

Fit igitur iam conſequens, quòd cum Iere- 25.
mias dixit, *vrſus inſidians factus eſt mihi*, ſignificare voluerit, redditum ſibi eſſe Deum iracundum de more vrſi, cui innata eſt iracundia inter cætera animantia. Ad quem locum videndus erit Rupert. Abbas, cum dixit: *mira doloris acerbitas, mira lamentationis aſperitas, quiſnam vrſus inſidians, quiſnam leo in abſconditis tibi factus eſt? Deus fortiſſimus*; eſt autem miſerrimum eum inueniſſe draconem, ſiue vrſum, quem [n] in calamitate ſperaueras confugium. Inſidiantem autem

Rupert. Abb.

[n] *Miſerrimũ ſanè eſt vrſũ inueniſſe quẽ ſperaueras pium.*

vrſum

Plinius. vrſum appellauit, quia de eo dixit Plinius lib. 8. cap. 36. *Nec alteri animali in maleficio ſtultitia ſolertior.* Vt autem rem concludamus; erit videndus Eucherius, cum commentatur 2. *cap. lib. 4. Regum.* ponderans duos eos vrſos, qui, Heliſeo iubente, cum aſcenderet in Bethel, & pueri ei improperarent, *aſcende calue*, irruerunt in pueros, & eos dilaniarunt; quod cum ſub figura tunc geſtum eſſet, Eucherius dixit, *Oſtenſum enim eſt, duos imperatores Titum, & Veſpaſianum regnum Iudæorum dilaniaturos.* Fortaſſis aptiùs ſignificatus eſſet Nabuchodonozor [u] in vno è duobus vrſis, in alio verò Titus, & Veſpaſianus, vt vtrunque excidium Iudæorum in eo acerbo ſpectaculo adumbraretur: niſi magis placeat ſignificatum fuiſſe excidium per duos Imperatores Romanos, vt quadret hæc prima pars Ieremiæ, cum dixit, *vrſus inſidians*, cum excidio per Romanos in pœnam Christi crucifixi, quod ſcelus quaſi grauiſſimum dolet priùs Ieremias: quadret autem ſecunda pars eiuſdem vaticinij, cum dixit, *Leo in abſconditis*, cum excidio facto per Nabuchodonozor; ſicut enim ſtatim inferiùs dicemus, in ſacra Scriptura ſæpius [p] Nabuchodonozor Leo appellatur.

Eucherius. 4. Reg. 2.

[u] *Nabuch. & Titus duo vrſi fuerunt Iudæis.*

[p] *Niſi mauis per leonem Nabuch. intelligendum,*

26\. Chald. Par. *Leo in abſconditis*, ſupplendum eſt, *factus eſt mihi*, ſeu *Leo abſconditus in latibulis ſuis*, vt Paraphraſtes Chaldæus vertit; eſtque in ſacra Scriptura frequens hic loquendi modus, quo declaratur leonum natura, ſecundùm quam latere ſolent in cauernis ſuis, vnde repente egreſſi obuias alias animantes inuadunt, & dilaniant, ſicut videre eſt *in Pſalm. 9. & 16.* & alibi ſæpius, ſenſúſque erit, Factus eſt mihi Deus terribilis, vt leo occurrens mihi ab ſpelunca ſua, ac me deterrens, ac cogens in eadem calamitate perimere: eſt enim in hoc carmine diſcurſus hominis cogitantis de fuga, nec viam, & rationem inuenientis euadendi, niſi incidat in deteriora mala, quamuis extrema ſit ea calamitas, in qua poſitus ſit; talem enim Ieremias ſe eſſe oſtendit, vel populares ſuos, quo tempore Hieroſolyma obſidione premebatur à Chaldæis. Non eſt autem alienum ab Hieremiæ hiſtoria, per leonem intelligendum eſſe Nabuchodonozor, propter ſui crudelitatem; ſic enim de eo dicit Ieremias in cap. 4. ſui vaticinij, *Aſcendit leo de cubili ſuo, egreſſus eſt de loco ſuo, vt ponat terram tuam ſolitudinem.* In quem ſenſum eſt gloſſa antiqua Hebræorum, cuius meminit Galatinus *lib. 5. de arcanis cap.* 8. loquens de Daniele in lacu leonis diuinitus liberato, qui ſic habet, *Leo liberauit leonem de ore leonis*; id eſt, Deus liberauit Danielem oriundum ex tribu Iudæ ex ore Nabuchodonozor regis; quem propter [q] inſignem crudelitatem leonem appellauit ſæpius ſacra Scriptura. Crediderim igitur hoc toto carmine ſignificare voluiſſe Prophetam grauiſſima vitæ diſcrimina, & pericula, in quæ inciderat ipſe & totus populus eius; id quod oſtendit per leones, & vrſos: ſæpius enim grauia pericula per huiuſmodi animantia ſignificantur: quo pacto intelligendus eſt locus *Cantic. 4.* vbi ſponſus ſuadens ſponſam, vt periculoſum locum euadat dixit: *Veni de Lybano, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, & de montibus pardorum.*

Pſ. 9. & 16.

Ierem 4.

Galatin.

[q] *Quem ob inſignem crudelitatem ſic appellauit ſæpius ſcriptura.*

Cantic. 4.

Trimetri quarti Carmen ſecundum.

DALETH. *Semitas meas ſubuertit, & confregit me: poſuit me deſolatam.*

Videntur hæc verba rationem [r] reddere eorum, quæ dixerat in præcedenti verſu, ſcilicet, ſibi factum fuiſſe vrſum obuium, atque leonem in abditis, ſi fugam tentaſſet ab eo periculo, in quo erat; potuiſſet enim quiſpiam opportunè quærere, cur ad ſyluas, & ad luſtra ferarum fugiendo diuerteret? Reſpondet præſenti carmine, ſibi nullam aliam relictam fuiſſe viam; etenim ſemitas, ſiue vias per quas eundum erat, ſubuertit Deus. Vnde Chaldæus tranſtulit, *præuertit*, quia nulla alia via relicta eſt, quàm alta ſylua vepribus, ſpinis, & tribulis conſurgens, peruia leonibus, atque vrſis. Ita Rabbi Salom. & Rab. Dauid. 27.

[r] *Rationem reddit Propheta præcedentium periculorum.*

Rab. Salom. Rab. Dauid.

Confregit me, poſuit me deſolatam. } In quibus verbis aliquid neceſſariò ſupplendum eſt, vt ſententia conſtare poſſit: illud autem erit propter crudeles feras, viam aliam relictam non eſſe euadendi Ieroſolymæ, & [ſ] ſuis popularibus obſidione oppreſſis, niſi per abruptas rupes, vnde caſus certus erat, ex quo in fruſta fuerant concidendi, qui caderent: hac enim metaphora declarat nullum ſibi relictum medium euadendi ex vltimo diſcrimine vitæ, in quo erat; vnde iam patebit verus ſenſus huius loci, cum Propheta dixit, *confregit me*, Hebraicè, *concidit me minutim*, vel *concidit me in fruſta*; ſi enim eundum eſſet per nudas, & abruptas rupes, talis caſus mihi certus erat. 28.

[ſ] *Ob quæ ſibi omnino per eundum erat & ſuis.*

Poſuit me deſolatam. } In quibus verbis maior eſt difficultas: ſi autem attentiùs conſideretur verbum Hebræum, quod tranſtulit vulgatus Interpres, *deſolatam*, [t] potiùs vertendum erat, *deſolatum*; id quod poſtulat circunſtantia ipſius Ieremiæ loquentis. Nanque ea vox aliam habet formam in Hebræa lingua fœminis accommodatam, ſicut patet in *lib. 2. Reg. cap. 13.* vbi de Thamar dicitur, *& manſit Thamar deſolata*; eſt enim nomen adiectiuum, & aliquando duplicem formam habet. Crediderim autem mutatum eſſe genus in hac oratione, vt Ieremias ita ſignificaret [u] ſe potiùs dolere ruinam patriæ ſuæ, quàm ſuam; ſæpe enim vehemens dolor, & magnus amor ſolet aperire eius perſonam, quam adumbrauerat; ſicut patet in carmine Amabæo, ſiue paſtorali, in quo Rex Salomon ſcribit amores ſponſæ ſuæ Reginæ, ſub figura tamen cuiuſdam mulieris, vel potiùs adoleſcentulæ per ſyluas agentis oues ſuas, nonnunquam tamen deflectens à figura paſtorali, filiam Principis eandem appellauit: ſolet enim vehemens amor ita incautè plerunque errare; quod crediderim voluiſſe Ieremiam, ſi vulgata editio ſequenda ſit, ſicut neceſſariò ſequenda eſt, cum dixit, *poſuit me deſolatam.* Cum enim defleret patriæ ruinam, ſub ſua ipſius Prophetæ perſona, vehementia doloris à perſona aliena, quam dolebat, in veram deflexit, quam potius quàm ſuam dolebat: *deſolatam* autem ſignificat ſtupentem, & areſcentem præ magnitudine calamitatis. 29.

[t] *Secundùm Hebræam literam, aliter legendum, quàm in vulgata.*

2 Reg. 13.

[u] *Vulgata tamen lectio optima redditur ratio.*

Trimetri quarti Carmen tertium.

DALETH. *Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam.*

30. DE hoc tertio verſu, ſub litera *Daleth*, iam ſuprà aliqoid diximus [a] *in cap. 2. verſ. 4.* in quo oſtendimus lentam plerunque eſſe diuinam iram in puniendis hominum ſceleribus. Supereſt nunc, vt ſi quid noui in hoc carmine reperitur, illud exponatur: illud autem eſt, *poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam:* ſignum [a] autem & ſcopus neſcio quid certum, & præfixum denotat, in quod nemo non poteſt iaculari; hîc autem videtur ſignificati non vnam, vel alteram fuiſſe calamitatem, quam paſſus eſt Ieremias, ſed plurimas de more ſigni, ſiue ſcopi, in quem ſolet ſagittarius plurimas ſagittas collimare, vt ſic magis in arte ſagittandi exerceatur: eſtque vis artis in eo poſita, quòd ſcopum, ſiue ſignum feriat perforet, & deiiciat. Deus igitur, inquit Ieremias, tetendit arcum, nec vnam, aut alteram ſagittam emiſit, ſed plures, & vt eſt peritiſſimus in arte, nulla non ſagitta [a] miſerum Ieremiam percuſſit: id quod voluiſſe videtur vir ſenex Simeon, *Luca in cap. 2.* quando Virgini Matri de filio dixit: *Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum, & in ſignum, cui contradicetur:* qui locus ſimillimus eſt, & in quo fortaſſis Simeon alluſit ad præſentem locum Ieremiæ: eſt nanque Chriſtus Dominus poſitus in ſignum, vel ſcopum, in quem omnes Iudæi, [b] non ſolùm lingua, ſed etiam manu ſua tela miſerunt, quod certè de Chriſti paſſione veriſſimum eſt. Nec alienum eſt ab hac metaphora, *cui contradicetur;* ſolent enim ſagittarij contradicere, vel oppugnare ſcopum, ſiue ſignum, quo deiecto triumphant.

[a] *Videatur cap. 2. ver. 4.*

[a] *Signum eſt, in quod nemo non poteſt iaculari ſagittas.*

[a] *Sic in Ieremiam Deus tela vibrauit.*

Luc. 2.

[b] *Sed longe crudelius in Chriſtum ſaeuierunt Iudæi.*

TRACTATVS IV.

De expoſitione quinti & ſexti trimetri, ſub literis HE, & VAV. Siue, *De ebrietate dolorum, & ærumnæ pane.*

Trimetri quinti Carmen primum.

HE. *Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.*

§. I.

Ad Literam.

Diro, & interno dolori ſuperueniens externa faciei confuſio, verè totum inebriat hominem abſinthio, & amaritudine.

31. PRÆSENS carmen aliter legunt LXX. Interpretes, videlicet, *miſit in renes meos ſagittas pharetræ ſuæ.* Pendent hæc verba ex ſuperiori ſententia, in qua dixerat Propheta ſe poſitum eſſe in ſignum, & ſcopum, in quem Deus collimaret ſagittas ſuas: proſequutus autem Propheta eandem metaphoram, rem amplificauit in hoc carmine, dicendo, non ſolùm ſe in ſcopum poſitum eſſe, ſed per intima viſcera transfixum fuiſſe ſagittis. Eſt autem totus hic locus metaphoricus, figuratus, atque poëticus, ornatus pulchris tranſlationibus, & figuris, in quo de more poëtarum nunquam alibi viſo in ſacra Scriptura, ſagittas [a] appellauit *filias pharetræ*: metaphora ſumpta ab vtero materno, in quo concluduntur liberi. Eadem metaphora vtuntur noſtri Latini, ſicut bene aduertit quidam ex recentioribus ex Horat. cum dixit:

Nec venenatis grauida ſagittis
Fuſce pharetra.

Septuag. Int.

[a] *Singulari metaphora ſagittas appellat filias pharetræ Ieremias.*

Horat.

Eſt autem ſatis dubium, quid per *renes* vulneratos ſignificare diuinus Ieremias? Sunt qui velint, voluiſſe oſtendere grauiſſimum dolorem, qualis ſolet eſſe, quando renes ſagitta transfiguntur: quæ mihi ſententia placere non poteſt, quia vehementiſſimus dolor non eſt in renibus, quemadmodum dixit Hypocrat. in peculiari aphoriſmo eius rei, aſſerens, grauem eſſe dolorem, ſiue onerosum, qui oritur ex renibus, non tamen acutiſſimum, quia pars ea corporis humani neruoſa non eſt; quamuis negandum non ſit dolorem in proximis partibus, & quæ vicinæ ſunt renibus, acutiſſimum eſſe, quemadmodum ex Homero notarunt *in Iliade* 15. vbi de quodam transfixo ſecundùm ilia, dixit, *grauiſſimè doluiſſe*; & alius Latinus dixit:

Hypocrat.

Homer.

——totum deſcendit in ilia ferrum,
Ille dolore ferox caput in ſua terga retorſit.

Vnde tam fit, ſi per renes intelligamus [b] vicinas eius partes vulneratas, ſignificaſſe Prophetam acutiſſimum dolorem: non verò ſi ipſos renes transuerberatos dicat. Fortaſſis per renes transfixos ſignificauit vehementiſſimum dolorem, quia renes intima quæque, & interna viſcera ſignificant: interna autem viſcera transfixa vehementer dolorem mouent. Sit hæc igitur prima expoſitio.

[b] *Quid per renes hic intelligatur ad literam.*

Crediderim autem renes in diuina ſcriptura in præcipuis animi partibus, & eius inſtrumentis poſitos eſſe: vnde pro mente, & eius affectionibus plerunque accipiuntur in ſacra Scriptura, quia in renibus ſedes affectionis eſt, & voluptatis, & quia ea pars hominis maximè occulta eſt. Quo pacto intelligendus eſt locus ex Pſalmo 15. vbi regius vates commendans diuinam prouidentiam dixit: *Benedicam Domino, qui tribuit mihi intellectum; inſuper & vſque ad mortem increpuerunt me renes mei*, ſeu vt Hieronym. legit, *Erudierunt me renes mei*, ſiue *affectiones meæ*: nanque, vt Rabbini notarunt, renes à concupiſcendo dicti ſunt; commendat enim diuinam Prouidentiam Dauid, qua factum eſt, vt internæ paſſiones de nocte non ſolùm non mouerent ad peccatum, ſed excitarent ad virtutem: qua phraſi vſus eſt Propheta Pſalm. 25. *vre renes meos, & cor meum:* & in Pſalm. 139. *Poſſediſti renes meos*, id eſt, occultiſſima [c] quæque cordis mei poſſediſti. Vnde iam fit ad internum dolorem, atque ad animi paſſiones hunc locum transferẽdum eſſe, quemadmodum voluit Theodoret. quaſi voluerit Ieremias vniuerſas ſuas voluptates, atque paſſiones vulneratas eſſe a diuina Prouidentia,

32.

Pſal. 15.

Hieron.

Pſ. 25. & 139

[c] *Quid renes moraliter ſignificent in ſacra Scriptura.*

uidentia,ita vt nullum ſibi relictum ſit gaudium ſed vehemens perpetuò dolor, quemadmodum voluiſſe videtur ad hunc locum D. Hieronym. Quælibet autem ex duabus expoſitionibus probabilis eſt;ſi tamen vtranque coniungas poſterior probabilior erit:velle enim videtur Hieron. omne gaudium ſibi ereptum eſſe internum, & externum, neque aliquam ſibi relictam fuiſſe voluptatem,ſed continuum dolorem.

Trimetri quinti Carmen ſecundum.

H E. *Factus ſum in deriſum omni populo meo,canticum eorum tota die.*

33. HOc eſt carmẽ ſecundũ ſub litera *He*,in quo propheta repetit id, quod maximè in ſuis laboribus dolebat.ſicut ſæpius iam ſuprà fecerat; in quibus non ſolùm conſolatorem non inuenerat compatientem, ſed plurimos exulantes irriſores; ſemper autẽ viri ſancti huiuſmodi irriſiones[a] auerſati ſunt ſuis in calamitatibus: propterea ſæpius Ieremias in ſuis lamentationibus, & in ſuo vaticinio illud vehementer doluit. Vnde regius vates *in Pſalmo* 34.pulſus domo, & regno à filio ſuo,irriſus à Semei,cum lachrymis clamabat ad Dominum dicens: *Dilatauerunt ſuper me os ſuum,dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi noſtri. vidiſti Domine,ne ſileas,ne taceas,ne diſcedas à me:* Similia *in Pſalm.*108.& *in Pſalm.*21.propheticè de Chriſto Domino dixit, *omnes videntes me deriſerunt me*;id quod factum eſſe docuit Matthæus *in cap.* 27. quando pendente Chriſto Domino in cruce, *prætereuntes blaſphemabant eum, mouentes capita ſua;canticum eorum factus*, dicit Ieremias, ſiue *dicterium*, ſeu *ludibrium*, quia materia erat cantilenæ, ſicut dicitur *in Pſalm.* 68. quod enim Hebræi dicere ſolent,*factus ſum canticum eorum*, Latini[e] dicunt,*fabula eorum*, ſicut notat Horat. lib.2.epiſt.epiſt.15.*cognitionem vertas in riſum,& fabula fias* Tibullus eglog. 5. de Apolline. lib. 2. *fabula nunc ille eſt.*

[a] *Viri ſancti irriſores homines auerſantur maximè.*
Pſalm.34.
Pſalm.108.
Pſalm.21.
Matth.27.
Pſalm.68.
[e] *Quod Latinis* fabula, *Hebræis canticum eſt.*

Trimetri quinti Carmen tertium.

H E. *Repleuit me amaritudinibus,inebriauit me abſinthio.*

34. IN quo verſu, & in ſequentibus nititur propheta deſcribere epulas miſeri hominis, & omnino deſolati,quemadmodum alij ſolent deſcribere regias, & plenas voluptatibus, atque delitiis. Notandum autem eſt, vocem[f] Hebræam, quam tranſtulit vulgatus, ſignificare *intinctum*, vt oſtendat propheta condimentum,vel embamma,quod ſibi proponebatur in principio menſæ conditum fuiſſe, & expreſſum ex amariſſimis, & ſylueſtribus herbis. Quo pacto intelligendus eſt locus Exod in *cap.* 12. & locus Num. *in cap.* 9. vbi eadem vox repetitur, pro qua Hieronym. tranſtulit *lactucas agreſtes*, ex quibus ſcilicet exprimebatur condimentum, quo ſolebant Iudæi intingere agnum paſchalem, quem comedebant in memoriam eorum laborum, & calamitatum, quas paſſi ſunt in Ægypto, ſicut ritualis antiquus illius cœnæ retulit, quemadmodum docuit Cardin.Baron. *tom.* 1.*annal.anno* 34. & 42. Quo pacto intelligendus eſt locus Matth. *in cap.* 26. cùm Chriſtus Dominus dixit: *Qui intingit mecum manum in paropſide*;loquitur enim de condimento, quo intingebatur agnus paſchalis. Videtur igitur Ierem. alludere[h] ad hanc veterem cæremoniam paſchalis conuiuij, aſſereréque ſibi nihil aliud in epulam fuiſſe propoſitum, quàm merum, & purum embamma expreſſum ex acerbis,& amariſſimis herbis ſylueſtribus;qua metaphora exprimit acerbitatem, & amaritudinem ſuarum calamitatum. Huic expoſitioni occaſionem dedit noſter doctiſſimus Luſitanus Figueiroa,quam nos amplificauimus.

[f] *Vox Hebræa ſignificat intinctum, ſiue condimentũ,*
Horat.
Tibulus.
Exod.12.
Numer.9.
Hieron.
[g] *Quod in cœna paſchali exprimebatur ex lactucis agreſtibus, & quare.*
Baronius.
Matth.26.
[h] *Ad quam cæremoniam alludit propheta hic.*
Figueiroa.

Inebriauit me abſinthio.} Aduertendum autem eſt de more ſacræ ſcripturæ,verbum, *inebriare*, interdũ in bonam, interdum in malam partem accipi in ſacra Scriptura, ſicut eleganter docuit Hieronym.*Ierem.*31.ad illa verba,*Inebriaui animam meam*, ita inquiens:*Notandumque eſt, quòd ebrietas*[i] *hoc in loco in bonam partem ponatur*;de qua & in Cantic.dicitur, *comedite amici, bibite, & inebriamini chariſſimi*; qua ebrietate Ioſeph Geneſ. 4. *inebriatus eſt cum fratribus ſuis.* Eſt eadem doctrina Auguſt *lib.* 1. *quæſt.in Geneſ. quæſt.*144.ſuper illis verbis Geneſ.43.*biberuntque & inebriati ſunt cum eo,ne quis forte*, inquit Aug. *opinetur, ſe indulgere poſſe ebrietati, ſi hoc licitum fuerit Ioſepho; inebriari nanque ſignificat plerunque in ſacra Scriptura,largiter,*[l] *& liberaliter epulari.* Satis autem exprimitur hæc phraſis in hac ſignificatione ab Aggæo propheta in cap.1.*comediſtis,& non eſtis ſatiati; bibiſtis, & non eſtis inebriati*; id eſt, non extinxiſtis ſitim, vel non eſtis ſatiati. Vſus eiuſdem locutionis non omnino eſt in malam partem apud prophanos Autores, hoc eſt apud Horat.*lib.* 1.*carm.ode* 37.vbi de Cleopatra regina Ægypti ſecundis rebus exultante congruenter dixit,*fortunaque dulci ebria.* Alia autem eſt deterrima ſignificatio ebrietatis, qua à mente turpiter deiiciuntur, qui ſordidè hauſto vino inebriantur. 35.

Hieron. Ierem.31.
[i] *Inebriari in bonam partẽ ſumitur,*
Gen.4.
Aug.
Gen.43.
[l] *Significat, liberaliter epulari.*
Ægæi 1.
Horat.

Non eſt autem dubium in deterrima ſignificatione[m] vſurpaſſe hoc in loco diuinum Ieremiam verbum *inebriare*. Melius autem metaphora intelligetur, qua vtitur, ſi priùs aduertamus, abſinthij duplex[n] eſſe genus, quemadmodum retulit Dioſcorid.*lib.*3.*cap. de abſinthio*, & nuper Leuin.Lemnius *in lib.de herbis biblicis,cap.*17.*de abſinthio*: horum autem generum quoduis eſt acerbiſſimæ amaritudinis,atque etiam mali odoris; eſt herba calida, & ſicca, & propterea eius amaritudo commendatur, vtpote quæ diutiùs hæreat in guſtu,neque facilè euaneſcat,quia habet vim ſtringendi, poſtquam ſuam amaritudinem introduxit in poros, quemadmodum pulchrè notauit Auer.*lib.* 5.*colligar. cap.* 9. Proinde aptè Ieremias ad ſignificandam diuturnam durationem ſuarum calamitatum,vſus eſt metaphora abſinthij,cuius amaritudo diuturnior eſt, quàm quæuis alia amaritudo propter partes terreas aſtringentes, & retinentes amaritudinem delapſam per caliditatem in poros, & ita non facilè inde exeat. Vnde omnes aduertunt[o] abſinthium ſymbolum eſſe doloris perpetui; vnde Ioannes Euangeliſta *in ſua reuelat.cap.*8.ad ſignificandum perpetuos, & æternos futuros cruciatus damnatorum hominum in inferno, vſus eſt abſinthij metaphora,ita enim dicit:*& tertius Angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo ſtella magna ardens tanquam* 36.

[m] *At ſanctus Ieremias verbum accipit in peiori ſignificatione.*
[n] *Abſinthij duplex genus vtrunque amariſſimi saporis, ac diuturni.*
Dioſcorides.
Leu. Lemn.
Auerroes.
[o] *Abſinthiũ vnde ſymbolum doloris perpetui,*
Apoc.8.

quam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & fontes aquarum, & nomen ſtellæ dicitur abſinthium, & facta eſt tertia pars aquarum abſinthium, ita ſignificauit æternas futuras amaritudines inferorum. Præter hanc autem amaritudinem inhærentem, propter acerbum dolorem ſolet quodammodo [p] inebriare, & quia eius acerbitatem diffugiunt ſpiritus ſine ordine, & quia corrumpuntur in cerebro, & prætereà quia in ſtomacho bilem mouet, ex quibus animi deliquium oritur, atque alia ebriis hominibus communia: proindéque opportunè Ieremias, vt magnitudinem ſuorum dolorum [q] ſignificaret, dixit, *inebriauit me abſinthio*; metaphora ſumpta ab amaritudine, & acerbitate odoris abſinthij, cuius & amaritudo diuturnior eſt, & acerbitas ebrietatem mouere ſolet; volens ſignificare præ dolore ſenſum, & intellectum amiſiſſe, quemadmodum vulgariter dicimus, *perdi o ſizo, & o juizo*.

[p] *Inde etiam inebriare dicitur,*

[q] *Quo propterea ſuam amaritudinē voluit ſignificare propheta.*

Trimetri ſexti Carmen primum.

VAV. *Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere.*

§. II.

Ad Literam.

Eleganti metaphora ſui doloris aſperitatem deflet propheta alludens ad panem ærumnæ, qui in Paſchate ſumebatur.

37\. QVanuis recentiores [r] aliqui velint ſignificaſſe prophetam his verbis vehementiam ſui doloris petita ſimilitudine ab eo dolore, qui reſultat ex confractione dentium, præſertim ſi ſaxo, vel lapide collidantur, vel confringantur; tamen mihi non placet hæc expoſitio, licet plauſibilis videatur, & maximè ſi cum Hebræo textu, & Chaldaico legamus, *confregit lapillo, ſiue lapide dentes meos*; ſic enim Hebræus [ſ] textus habet, id quod fermè omnes grauiores interpretes legunt. Vnde Vatabl. ita habet: *lacnpanis ſilice dentes meos.* Circunſtantia tamen loci oſtendit ad epulas hoc referendum eſſe, quaſi pactus fuerit Ieremias in carcere pane permixto lapillis, atque arena, quo eius dentes ad numerum contriti ſunt. Ita locum interpretatur Vatabl. ita Iſidorus Clarus, Brixianus. *Miſerunt calculos panibus meis, quorum eſu attriti ſunt dentes mei*; ſic fermè omnes Rabbini, inter quos præcipuè Rab. Salom. aſſerit enim captiuos Iudæos & in Babylonia, & in ipſo itinere coactos fuiſſe panem ſuum coquere in foueis quibuſdam, quas in terra faciebant, atque ita adhæreſcebant maſſæ lapilli, & arenæ, quibus dentes offendebantur maximè. Rabbinorum [t] hoc videtur commentum.

[r] *Recentiorū expoſitio,*

Hebr. Text.

[ſ] *Fundamētum habens in Hebræo textu, & Chaldaico reijcitur.*

Vatabl.

Vatablus. Iſidor. Clar. Brixian.

Rab. Salom.

[t] *Ime & Rabbinorum commentum veritate refellitur.*

38\. Veritas autem talis eſt, voluiſſe ſcilicet, Ieremiam, miſeram ſuam calamitatem amplificare metaphora ſumpta ab epulis, quæ cum in calamitate ad conſolationem iucundæ proponi debuiſſent, iniucundæ proponebantur; qualis planè erat panis compoſitus ex lapillis, & arena, quo

dentes offenduntur, non quòd de facto talis panis propoſitus fuerit Ieremiæ, ſed quia ea metaphora ſuam miſeram calamitatem expreſſit, vt qui nec in cibo aliquod remedium inuenerit. In quam ſententiam ſunt omnes fermè grauiores interpretes antiquiores, neque repugnat vulgatus interpres, cum dixit, *& fregit ad numerum dentes meos*, quod Hebraicè dictum eſt, *fregit lapillo dentes meos*; eſt enim in hac metaphora coniuncta hyperboles, qua ſolemus dicere vulgariter, confractos eſſe dentes noſtros, ſi quis lapillus inter comedendum incurrat in eos: quam hyperbolem amplificauit Hieron. dicens, *confregit ad numerum*, cum vertendum eſſet, *calculo*; ita enim ſignificauit nullum relictum fuiſſe dentem ſanum, ſed omnes confractos. Videtur autem Ieremias his verbis alludere [u] ad eam cæremoniam, qua azyma comedebatur; ſic enim Paterfamilias diſtribuens panem azymum in fruſta familiaribus ſuis dicere ſolebat: Hic eſt panis ærumnæ, quem patres noſtri comederunt in terra Ægypti; ſi quis eſurit, accedat, & peragat Paſcha: ſicut enim in condimento alluſio fuit ad Paſcha Iudæorum, ſic in cibo; eſſe autem grauiſſimam hanc pœnam docet Sapiens Prouerb. 20. *Suauis eſt homini panis mendacij, & propterea implebitur os eius calculo.*

Hebr. Text.

Hieron.

[u] *Alluſio ad eſum panis ærumnæ in phaſe veteri.*

Prouerb. 20.

39\. *Cibauit me cinere.* Vel potius, vt eſt in Hebræo, *cooperuit me cinere*; etenim in magnis calamitatibus ſolebant dolentes miſeri cinere ſe conſpergere, vel in cinerem ſe volutare; vnde Paraphraſtes dixit, *humiliauit me in cinere.* Aduertunt autem omnes peritiores in lingua ſacra, ſemel [x] hoc verbum repertum eſſe in ſacra Scriptura, idque hoc in loco, neque de eius ſignificatione tam clarè conſtare, eſtque verbum *in hiphil*, atque ita ſenſus loci ſecundùm Rab. Dauid. *in lib. radic.* eſt, *in cinerem me inuolui fecit*, ita vt panem cinere permixtum comedere ſim coactus, ſicut ſolent, qui in puluere, ſeu cinere iacent lugentes.

Hebr. Text.

Par. Chald.

[x] *Verbum hoc ſemel tātùm vſurpatum eſt in ſacra Scriptura.*

Rab. Dauid.

Trimetri ſexti Carmen ſecundum.

VAV. *Et repulſa eſt à pace anima mea, oblitus ſum bonorum.*

§. III.

Ad Literam.

Si adeo potens eſt animi tranquillitas ſumma, vt in mediis cruciatibus gloriam transfundat in corpus; quantò augeſcet vtriuſque afflictio, ſi mens omni prorſus repulſa quiete ſummis perturbationum procellis concutiatur?

VErſus hic ſecundus ſub litera *Vau*, ita prorſus eſt legendus ſicut eſt in noſtra vulgata, quo ſignificat elongatam fuiſſe animi tranquillitatem à ſua mente, quæ doloribus perturbata eſt perpetuò. Etenim ſicut eleganter dixit Seneca in Mædea. *Miſerias lenit* [z] *quies, perturbatio autem mentis eas vehementiores reddit*: quo ſenſu Tertul. *in lib. de patientia. cap* 15. agens de tranquillitate 40.

Tragicus.

Tertull.

[z] *Quies lenit miſeriam, perturbatio auget.*

quillitate animi inter labores ita dixit: *Sedet in throno ſpiritus mitiſſimi, manſuetiſſimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo liuet, ſed eſt teneræ ſerenitatis apertus, & ſimplex, quem tertiò vidit Elias, nam vbi Deus, ibi & alumna eius patientia comitatur eum.* Qui locus, vt elegans eſt, ſic quoque obſcurus. Pro cuius intelligentia notandum eſt, Eliam Prophetam vidiſſe nebulam *lib.* 3.

3. Reg. 8.

Reg. cap. 8. eandémque oſtendiſſe puero ſuo: fuit etiam idem Elias curru igneo raptus per nubes

4. Reg. 2.

4. *Reg. cap.* 2. vtriuſque autem viſionis meminit Tertull. hoc in loco, cum thronum patientiæ dixit, ſiue animi tranquilli non glomerantem, qualis erat currus igneus Eliæ, neque nubilo liuentem, quale vidit cælum, quando primo in eo nubecula apparuit. Tertiò tandem nubem vidit Elias, quando Matthæi 17. cum Chriſto Domino, in nube lucida, ſerena, & aperta, ac ſimplici apparuit: quibus verbis pacem, & tranquillitatem animæ Chriſti ſignificauit, tunc maximè cùm *de exceſſu, quem completurus erat in Ieruſalem, loqueretur*; ex ea enim gloria, & tranquillitate, quæ præſentibus cruciatibus crucis erat in mente Chriſti, transfuſa [a] eſt gloria in eius carnem, vſque adeo potens eſt animi tranquillitas in laboribus. Erit videndus in hanc ſententiam locus optimus apud Theodoret. *lib.* 3. *hiſt. cap.* 10. vbi loquens de Theodoro generoſo adoleſcente, & martyre, inter extremos cruciatus conſtituto, ita dixit: *Aſſerebat diuinus Martyr, cum carnifices ab eo ceſſarent flagellando, non ſe voluptatem, ſed afflictionem ideo ſenſiſſe, quia is, qui eius leuabat cruciatus, vna diſceſſerat; credibile autem eſt Deum tranquillaſſe diuini Martyris mentem, ex cuius pace fiebat, vt cruciatus non ſentiret, doleret autem abſentiam conſolantis Dei.*

[a] *Ex animi trãquillitate trãsfunditur gloria in carnem Chriſti.*

Theodor.

41. Vnde factum eſt, vt pax nomen ſit Pontificale & referatur ad tranquillitatem internam, ſiue ad conciliationem omnium bonorum, quæ pariter nobis cum pace conceduntur, quemadmodum dixit Dionyſ. *in lib. de diuin. nomin. cap.* 11. imò & Poëta 6. Æneid.

Dionyſ.

Virgil.

Tu modò poſce Deos veniam, pacémque per aras
exquire:—

Sic quoque 4. Georgic.

——*Tu munera ſupplex*
Tende petens pacem.

Ex quibus efficitur, quàm neceſſaria ſit pax animi ad componendos quoſuis corporis dolores: hanc autem tranquillitatem animi ſibi [b] ereptam eſſe dolet Propheta cum dixit, *repulſa eſt à pace anima mea*: credibile enim eſt vehementer perturbatum fuiſſe animum diuini Prophetæ ex mœſtiſſima in primis impietatis cogitatione ſuorum popularium in Deum, præſertim ſi occurrebat ſceleratum ſacrilegium Hebræorum in Chriſtum Dominum; eius etiam mentem perturbabat cogitatio infidelitatis amicorum, crudelitatis Chaldæorum, mouebant opprobria malorum hominum, indigentia rerum neceſſariarum, ruina imminens vrbis, idque Deo deſerente. Quàm grauis autem hæc interna perturbatio ſit, inter alios docuit eleganter Plutarch. *in lib.* cui titulum fecit, *Animi ne, an corporis morbi ſint peiores?* explicátque eleganti ſimilitudine, longè grauiores eſſe dolores animi, quàm corporis, *Sicut*, inquit, *periculoſior eſt tempeſtas, quæ nauim ad portum appellere non ſinit, quàm quæ nauigare prohibet*; *ita*, inquit, *difficiliores ſunt animi tempeſtates, cohibere ſe hominem, & perturbatam rationem placare, ac ſedare non ſinentes, itaque gubernatore, & gubernaculis carens homo per tumultum, vagúmque errorem curſibus perniciosis, & incertis, quaſi obtorto collo, raptus tandem in terribilem aliquem ſcopum infringitur, naufragium facit.* Vnde prophani Authores, quemadmodum refert Macrob. *in lib. de ſomnio Scipionis*, Gigantem Titium apud inferos fingebant dilaniatum: perpetuò ſecundùm viſcera à vulturibus, tormenta eſſe ſignificantes grauiſſima; de quo argumento aliqua dixit Philo *in lib. de congreſſu quærendo erudita gratia.* Satis igitur Ieremias amplificauit grauitatem ſuorum laborum, cum dixit, *repulſa eſt à pace anima mea.*

[b] *Quam animi tranquillitatem ſibi ereptam eſſe gemit propheta.*

Plutarch.

Macrob.

Philo.

Oblitus ſum bonorum. Sunt hæc verba Iere- 42.
miæ pertinentia ad præcedentem verſum, quibus oſtendit ſui doloris magnitudinem, atque internam animi paſſionem, & perturbationem, vt qui propter dolorem, & perturbatam mentem inciderit in obliuionem omnium bonorum, ita vt nulla voluptatis via ſibi relicta ſit; ſolet enim magnus dolor, [c] ſicut vehemens gaudium, obliuionem inducere eorum omnium, quæ aliquando vel triſtitiam, vel voluptatem afferre conſueuerant. Eſt exemplum huius rei *Geneſ.* 41. cum de ſomnio Pharaonis ſic dixit Ioſeph: *ſequentur ſeptem anni tanta ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta abundantia.* Quæ fuit ratio cur Ioſeph ad ſummum honorem euectus in Ægypto primogenitum ſuum appellauit Manaſſem, dicens, *obliuiſci me fecit Dominus omnium laborum meorum, & domus patris mei*; ſignificans tantam fuiſſe lætitiam, atque abundantiam omnium bonorum, vt in obliuionem abire fecerint non ſolùm omnia triſtia, & aduerſa, quæ ei euenerunt, ſed ſecunda etiam, & iucunda, quæ habuerat præ cunctis dilectus in domo patris ſui. Sic igitur rectè amplificauit Ieremias ſuum dolorem, dicens, vſque adeo tantum fuiſſe, vt obliuionem introduxerit omnium ſuorum bonorum.

[c] *Vehemens dolor bonorũ ſicut & ingẽs gaudiũ malorum obliuionem inducit.*

Geneſ. 41.

Trimetri ſexti Carmen tertium.

VAV. *Et dixi: Periit finis meus, & ſpes mea à Domino.*

§. IV.

Ad Literam.

Non deſperant ſancti in malorum colluuie, ſed verbis proteſtantur ordinem diuinæ prouidentiæ eſſe in præſenti calamitate implendum, ſine effugio.

IN hoc verſu, qui tertius eſt ſub litera *Vau*, ſi- 43.
gnificauit Propheta actum eſſe de vita ſua, ſeu potius ſuæ calamitatis, & laborum nullum finem, aut terminum habere poſſe. Eſt autem in hoc loco vox Hebræa, [d] pro qua vulgatus tranſtulit *finis*, ſatis æquiuoca; ſignificat enim *ſæculum*, ſeu potiùs, *vitam*, ſicut voluit Hieron. & Rab. Salom. vt ſit ſenſus: *Periit ſæculum*, ſeu *tempus vitæ meæ*; ad quam ſignificationem alluſit vulgatus, cum dixit, *periit finis meus.* Niſi magis placeat

[d] *Vox Hebræa pro qua vertitur finis, ſæculum & vitã ſignificat.*

placeat eandem vocem ſignificare terminum, vt ſenſus ſit: Sine termino eſt mea calamitas: ſignificat etiam [e] *fortitudinem*, ſiue *robur*, vnde Rabbi Abraham ita interpretatur locum: *Periit ſtatio mea in fortitudine*, id eſt, nulla iam vis, neque vllum robur mihi relictum eſt. Vtcunque tamen vocem interpretemur, oratio eſt hominis vehementer perturbati, non inuenientis terminum, neque finem ſuarum calamitatum, quemadmodum velle videtur vulgatus Interpres; vnde congruenter addidit idem Ieremias, *& ſpes mea à Domino*, ſupplendum eſt, *periit ſpes mea à Domino*; id quod in malis grauiſſimum eſt, nullam relictam eſſe ſperandi viam, non quòd Ieremias de diuina miſericordia deſperauerit, [f] ſed quia obſeruata prouidentia Dei, & curſu rerum Iudaicarum, nullum videbat exitum ſuarum calamitatum, præſertim cum Deum hoſtem ſibi reddidiſſet, quemadmodum paulo ſuperiùs dixerat, *vrſus inſidians factus eſt mihi, leo in abſconditis*; ſolent enim viri ſancti ſimilibus orationibus vti in magna calamitate, vt ſic magis explicent eius magnitudinem; qualis eſt ille apud Iob in cap. 19. *Intelligite hac, quia Deus non æquo iudicio afflixerit me: deſtraxit me vndique, & pereo, & quaſi euulſa arbori abſtulit ſpem meam.* Grauior videtur ille alius locus apud eundem Iob *in cap.* 7. cum ait, *quamobrem elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea, deſperaui, nequaquam vltra iam viuam, parce mihi, nihil enim ſunt dies mei*: qui locus ſimillimus videtur cum hoc loco, quem præ manibus habemus apud Ieremiam, neque in illis verbis vlla deſperatio putanda eſt, ſed comparat vnam pœnam cum alia, & tanquam leuiorem eligit ſuſpendij ſcilicet; *Abſit*, inquit D. Gregor. lib. 8. moral. cap. 15. & 16. *vt vir ſanctus de largitate diuina miſericordia deſperet, aut cultam, & amorem ſui conditoris deſerat; neque enim hæc duo verba conueniunt, deſperaui, & parce mihi; nam qui deſperat, nequaquam ſibi parci poſtulat. Rurſus qui adhuc ſibi parci deſiderat, non deſperat; neque enim cum dixit, parce mihi, ſe ipſum excuſat a blaſphemia, ſed poſtulat vt miſeram eam vitam in aliam conuertat Deus.*

[e] Significat etiam fortitudinem & robur.

Rab. Abrah.

[f] Qualiter intelligenda ſint verba ſanctorum deſperationem ſonantia.

Iob 19.

Iob 7.

44. Qualis planè eſt hic locus, cum Ieremias dixit, *periit finis meus, & ſpes mea à Domino*, quæ verba deſperantis non ſunt de diuina miſericordia, ſed potius ſignificantia deſperatam eſſe ſuam ſalutem, & remedium, ſi tamen fiat comparatio [g] cum curſu rerum, & cum Deo hoſte ſibi facto, id quod conſtat ex ſequenti verſu, in quo recurrit ad diuinam miſericordiam placandam, inquiens, *recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea, hæc recolens in corde meo, ideo ſperabo*; quaſi velit: Si cum meis meritis conferant miſeram vitam, quam ago, ſpei nullus eſt locus; ſi cum diuina miſericordia, magna ſperandi relicta eſt fiducia. Vnde non eſt audiendus Stabulenſis, & & Gloſſa quædam, quæ repetitur in bibliis impreſſis in Germania per Robertum Stephanum ad illa verba Matth. 27. *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me*, quæ deſumpta ſunt ex Pſalm. 21. Inquiunt enim, *ea verba dicta eſſe à Chriſto Domino* [h] *deſperando, & animam deſpondendo*; id quod impiè dictum eſt, nam ea vox hominis eſt conſtituti in extrema calamitate, atque ſignificantis magnitudinem doloris, qua Chriſtus Dominus etiam clamauit, vt ita ſignificaret, ad

[g] Nempe ſecundùm curſum rerum ordinarium.

Stabulenſ.

Matth. 27.

Pſal. 21.

[h] Vnde impietas eſt dicere Chriſtū ſ... animum deſpondiſſe.

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

quem confugere deberent homines in magnis periculis: vel etiam, vt nos excitaret ad ſalubrem conſiderationem ſuæ paſſionis: tum etiam, quemadmodum dixit Ignat. Mart. in epiſt. 7. ad Smirnenſes, *quia de Patris eminentia, & authoritate maximè gaudet.* Non igitur ſunt verba deſperantis, neque animum deſpondentis, ſed conſtituti in extrema [i] calamitate; quo pacto intelligenda putamus præſentia verba Ieremiæ, quibus aſſerit deſperatam eſſe ſuam ſalutem, ſi remedium aliunde quæratur, quàm à Deo. Pulchrè autem Paul. Burgenſ. *addit. vnica ad hoc caput*, exiſtimat in præcedentibus duobus carminibus, prophetiam eſſe de Chriſto Domino: *Sextò*, inquit, *lamentatur Ieremias de illuſione, & blaſphematione Chriſti Seruatoris, de qua ſcriptum eſt, prætereuntes blaſphemabant mouentes capita ſua, & de potione, qua potatus eſt vino permixto felle, atque aceto.*

Ignat. Mart.

[i] Cùm potius extremam ſignificaret calamitatē, ſicut & Ieremias hic. Burgenſ.

TRACTATVS V.

De expoſitione trimetri ſeptimi & octaui ſub literis ZAIN, & HETH. Siue, *De remedio deſperantium ſalutem.*

Trimetri ſeptimi Carmen primum.

ZAIN. *Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, abſinthij, & fellis.*

§. I. Ad Literam.

Sciens Propheta ſuorum malorum radicem, & cauſam fuiſſe, tranſgreſſionem Adæ, non tantùm præſentem miſeriam, ſed veterem culpam ante Dei proponit conſpectum, vel vt ex confeſſione delicti, vel ex cauſa miſeriæ, diuinam promereatur clementiam.

VARIANT expoſitores [a] in exponendis 45.
verbis huius verſus propter diuerſitatem lectionum, quæ pendet ex æquiuocatione Hebraica: placet tamen in his verbis eſſe repentinam apoſtrophen hominis dolentis, & imprecantis remedium à Deo in grauiſſimo periculo, ſicut fieri ſolet plerunque; quanuis Theodoret. velit orationem eſſe ipſius Prophetæ ad ſe ipſum ſeu potiùs ad ſuam animam, vt repetendo calamitates grauiſſimas, quas patiebatur anima triſtitia contrita, Deum ad miſericordiam, & remedium moueat, ita vt pendeat hæc oratio ex ſuperiori carmine, cum Ieremias dixit: *Periit finis meus, & ſpes mea à Domino*; tunc ad animam ſuam conuertitur, vt à Deo quærat, ſic enim habet Theodoret. *Veruntamen macero animam meam continua moleſtiarum recordatione, & attraho Dominum ad miſericordiam; neque enim ſolet Deus aſpicere animam doloribus preſſam, & ca-*

[a] Variant lectiones huius loci.

Theodor.

lamitatibus humiliatam ; eſt enim hæc compendioſa via ad miſericordiam diuinam reparandam. Fauet huic expoſitioni Vatabl. cum ita vertit hunc locum, *recordando aſſlictionis meæ, & rebellionis meæ, abſinthij, & fellis, recordando enim recolit, & incuruatur ſuper me anima mea : hoc dum reduco ad cor meum, iterum ad ſpem redeo :* quæ lectio eſt LXX. interpretum. Si quis autem quærat, vnde orta ſit tanta diuerſitas inter vtramque lectionem? Dicendum eſt, id factum eſſe,[b] quia LXX. legerunt ſine vocalibus, & ſine punctis: Hieronym. autem tranſtulit locum punctatum cum vocalibus: ſiquis autem mediocrem cognitionem habuerit linguæ ſanctæ, videbit, miram non eſſe hanc diuerſitatem ortam ex hoc fonte.

Vatabl.

[b] *Varietatis ratio aſſignatur.* LXX. Interp.

46. Magis tamen placet eſſe in his verbis apoſtrophen hominis fermè deſperati, & in extremo periculo conſtituti præ doloris impatientia confugientis ad diuinam miſericordiam: nihilominus tamen difficilis adhuc eſt locus, quamuis enim certum ſit nomine paupertatis, cuius propheta hoc in loco dixit, *recordare paupertatis*, intelligendam eſſe afflictionem, calamitatem, & extremam miſeriam, in quam deuenerat populus Hebræorum, cuius perſonam agit Ieremias in hac oratione, non eſt vſque adeo certum, quid ſignificet vox alia tranſgreſſionis;[c] etenim vtrunque propheta dixit, *recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ:* etenim non eſt opportuna ad conſequendam miſericordiam à Deo eidem facta peccatorum repræſentatio: propterea alij aliter eandem vocem interpretantur, vnde Rabbi Salom. exiſtimat, vertendam eſſe vocem, *recordare Domine aſſlictionis meæ, & clamoris mei.* Pagninus autem, *vagationis meæ*, ne videatur, in remedium miſericordiæ peccatum offerre; ad eam enim conciliandam, potiùs ſuorum peccatorum obliuionem in Deo poſtulauerat regius vates *in Pſalm.* 50. cum dixit, *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.*

[c] *Incertum etiã eſt quid ſignificet vox* tranſgreſſio.

Rab. Salom.

Pagninus.

Pſalm. 50.

47. Tota igitur difficultas eſt, de modo, quo ſeruata veritate vulgatæ editionis ſtare poſſit vera ſententia huius loci: quamuis autem aliqui minùs appoſitè exiſtiment dixiſſe Lyranum, paſſinè ſcilicet, tranſgreſſionem interpretandam eſſe, ego exiſtimo veriſſimam eſſe expoſitionem,[d] in qua Lyran. Hieronymum imitatus eſt, vt ſit in hac ſecunda voce, prioris vocis quædam explicatio, *recordare Domine paupertatis*, id eſt, imbecillitatis, atque ægritudinis humanæ naturæ, quam per peccatum contraxit; quæ recordatio erit opportuna ad miſericordiam, & veniam obtinendam; Dei enim proprium eſt, infirmorum recordari, qualis eſt ille locus ex Pſalm. 30. *Infirmata eſt in paupertate virtus mea.* Hieronym. dixit *debilitata eſt in iniquitate mea, vniuerſa mea virtus:* Chaldaicè; *in peccato meo.* Videndus erit Gregor. *lib. 4. cap. 9. &* 10. cùm quærit, *cur Deus reparauerit hominem, & non Angelum?* Erit etiam videndus Rupert. Abbas ad hunc locum, vbi magis explicat hanc expoſitionem, quam ſequimur. Quod autem propheta addidit, *abſinthij, & fellis*, eſt quædam explicatio eorum, quæ dixerat; etenim grauiſſimam ſuam calamitatem, & extremum infortunium, abſinthium, & fel de more ſacræ Scripturæ appellarunt.

* * *

Lyran.

[d] *Præfertur ſententia Lyrani, quæ etiã eſt Hieronymi.*

Pſalm. 30.

Hieron.

Gregor.

Rupert.

Trimetri ſeptimi Carmen ſecundum.

ZAIN. *Memoria memor ero & tabeſcet in me anima mea.*

§. II.

Ad Literam.

Vtiliter ſanctus Ieremias ſuarum calamitatum memoria impingueſcit, quando ex ea, quaſi naturaliter remedij ſpes contra ſpem naſcitur diuini auxilij.

HVoc ſecundum verſum ſub litera *Zain*, ſic habet textus Hebræus, *memorando memor erit*, ſcilicet, *anima mea*, harum calamitatum, quas patior; quæ recordatio vehementer excruciat Ieremiam, occurrit enim perpetuò animo meo malorum repræſentatio, & ciuitatis euerſæ, & interitus populi mei, famis, & internecionis, atque incendij totius vrbis: quæ recordatio nulla conſolatione minui, aut leuari poteſt, continuo enim dolore, & continua triſtitia penè extabeſcit anima mea; etenim futura Hebraica ſignificant actionis continuationem, & eiuſdem verbi repetitio vehementiam calamitatis, vt ſit ſenſus: Penè extabeſco, & conſumor mearum calamitatum continua cogitatione, & recordatione. 48.

Hebraicè.

[e] *Excruciatur Ieremias ſuarum calamitatum memoria.*

Trimetri ſeptimi Carmen tertium.

ZAIN. *Hæc recolens in corde meo: ideo ſperabo.*

QVi verſus ita potiùs legendus eſt, quàm vt aliqui codices[f] habent, *hæc recolens in corde meo, in Deo ſperabo*; nec enim hæc lectio eſt in Hebræo, nec verò in Græco textu; imò vulgata editio nouiter correcta habet, *ideo ſperabo.* Hieronym. autem addidit, *in Deo ſperabo*, explicationis gratia, cum tamen vera lectio, & vera ſententia ſit ea, quæ eſt in vulgata editione. Voluit enim Ieremias ſignificare ſe in mente ſua cogitaſſe, vtrùm in tanta calamitate remedium aliquod inuenire poſſet, hominum, aut naturæ viribus, cúmque deſperatam rem eſſe, inueniret, ita ſecum ſtatuit, *ideo*, ſiue propterea *ſperabo*; inde enim incipit remedium diuinum, vnde defecerat humanum auxilium: quod pulchrè dixerat Philo apud Ioſephum, cum legatus miſſus fuerat ad Cæſarem, *repulſus eſt*, inquit, *Philo à Cæſare, iubente illo abire, & præ iracundia vix temperante ab iniuria, quapropter verſus ad Iudæos, nunc*, inquit, *oportet bono animo eſſe, quando Caius iratus eſt, nunc Deus nobis contra illum aderit.* Similem ſententiam Philonis refert Euſeb. Cæſar. dicentis, *neceſſe eſſe adeſſe diuinum, vbi humanum ceſſat auxilium.* Quæ ſententia eſt apud Philon. *lib. de vita Moyſis & in lib. de Legat. ad Caium Cæſar.* In quam ſententiam, nos aliquando diximus ex Plinio *lib. 8. cap.* 16. *tunc præcipuus votorum locus eſt, cum ſpei nullus eſt:* Commendat D. Paul. *ad Rom.* 4. hanc ſperandi viam in Abrahamo,[g] cum res, ſcilicet, omnino 49.

[f] *Alij codices corriguntur per vulgatã editionem.*

Hieron.

Ioſephus.

Euſeb. Cæſ.

Philo.

Plinius.

[g] *Sperãdi viã contra ſpem oſtẽd. docuit Abraham.*

Ambr.

Rab Salom. Cantic. 2.

nino deſperata eſſet, & quando ſecundùm legem naturæ pene impoſſibilis, *tamen contra ſpem, in ſpem credidit.* Hinc eſt, quod D. Ambroſ. eleganter dixit in lib. de Ioſeph, *Ibi eſt locus auxilij, vbi eſt plus periculi.* Quo pacto plerique Hebræorum, inter quos præcipuè eſt Rab. Salom. exiſtimant intelligenda eſſe illa verba Cantic. 2. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos*; exiſtimant, inquam, hæc verba intelligenda eſſe de miſero ſtatu, quem Eccleſia habuit in Ægypto, & in captiuitate Babylonica, tantiſper diſſimulante, & tardante Deo in ferendo auxilio, tamen veluti per rimulas ſollicitus ſpectabat extremum periculum gentis illius, vt deſperatis rebus auxilium afferret; eſt enim proprium Dei inde ſuum auxilium præbere, vnde deſiiſſe videbatur omne remedium humanum; propterea dixit, *Hæc recolens in corde meo, ideo ſperabo.*

Trimetri octaui Carmen primum.

HETH. *Miſericordiæ Domini, quia non ſumus conſumpti: quia non defecerunt miſerationes eius.*

§. III.

Ad Literam & Allegoriam.

O certè mirabilem diuinæ benignitatis clementiam, quæ gentem, vltimum meritam exterminium, non modò omnino non perdidit, ſed ſummum, & quo maius eſſe non potuit beneficium, inenarrabilem, ſcilicet, Verbi incarnationem, pollicetur.

50. IN hoc octauo carmine commendat Ieremias, in prima eius parte magnitudinem diuinæ miſericordiæ; in ſecunda celeritatem eius in adiuuando; in tertia tandem, eiuſdem miſericordiæ certitudinem. Aliter igitur legunt hunc locum Vatabl. & Theodoret. ad hunc fermè modum, [h] *quòd miſericordiæ diuinæ non defecerunt, & quòd miſerationes eius non ceſſant*; vnde exiſtimant hæc verba pendere ex præcedenti ſententia, vt ſit ſenſus. Quia miſerationes diuinæ, & diuinæ etiam miſericordiæ deficere non poſſunt, *recolens, & recogitans hoc in corde meo, ideo ſperabo.* Verùm melior videtur expoſitio, quam attulimus ad præcedentia verba, ex quibus orta eſt commendatio Ieremiæ de diuina miſericordia, atq; de miſerationibus Domini, vt quæ patiantur ſceleratiſſimos Hebræos viuere; niſi enim talis, ac tanta fuiſſet diuina miſericordia, omnino periiſſet genus Hebræorum, inquit Ieremias, quo pacto Bernard.[l] hunc locum intelligit, *ſerm. 1. de natiuitate Virginis*, vbi inter cætera ita habet: *Quærant alij meritum, nos gratiam inuenire ſtudeamus. Quid enim? Num gratis eſt, quòd hic ſumus? profectò miſericordia Domini eſt, quòd non ſumus conſumpti nos. Quid nos? nos periuri, nos adulteri, nos homicidæ, nos raptores, purgamenta vtique mundi huius; conſulite conſcientias veſtras, & videte, quia vbi abundauit delictum, ſuperabundauit, & gratia.* Ad hunc fermè ſenſum locutus eſt Ieremias hoc in loco dicens, *miſericordia Domini, quia non ſumus conſumpti, quia non defecerunt miſerationes eius*: Eſt, inquit, propheta magna, & multa miſericordia diuina, quæ idololatras, quæ perfidos, quæ ſceleratos homines viuere patiatur, iam enim penitus actum eſſet de genere Hebræorum, niſi illud diuina miſericordia conſeruaſſet. Eſt ſimilis locus Iſaiæ *in cap. 1.* cum ait, *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis! dereliquerunt Deum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, abalienati ſunt retrorſum, ſuper quo percutiā vos vltra? à planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens, non eſt circumligata, neque curata medicamine, neque fotu olei.* Talem deſcribit ſtatum gentis Hebrææ Iſaias, vt deinde oſtendat, non aliunde, quàm à diuina, & magna miſericordia Dei ſperandum eſſe remedium. ſic enim addidit: *Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus.* Igitur ſi agendum eſſet ex iuſtitia contra peruerſam gentem, iam funditùs euerſa fuiſſet, neque relicta eſſet ſpes aliqua reparationis proinde ad diuinam miſericordiam confugiendum eſt.

Vatabl. Theodoret.

[h] *Vatabli, & Theodor. expoſitio minùs placet.*

Bernard.

[l] *Bernardi ſenſus eligitur in commendationē diuinæ miſericordiæ.*

Iſaiæ 1.

Ibidem.

Crediderim [l] Ieremiam hoc in loco rationem habuiſſe ad illam magnam Dei miſericordiam, ſecundùm quam Deus miſit vnigenitum Filium ſuum ortum ex carne Hebræa in remedium eius gentis, & vniuerſi orbis; ſolet enim Spiritus ſanctus in magnis calamitatibus hoc vnum oſtendere remedium præſentiſſimum; quo pacto locutus eſt regius vates *in Pſalm. 50.* cùm dicit, *& ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam.* Quo in loco, ſicut eleganter aduertit Genebr. alluſio eſt ad magnam illam miſericordiam diuinam, ſecundùm quam Deus præordinauit venturum Verbum in carne; quo pacto loquitur D. Petrus in ſua Canon. 1. cap. 1. *Secundùm miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem per Chriſtum*: ſic enim amplificat Dauid magnitudinem ſui ſceleris, vt quod nullum aliud remedium habuerit, quàm miſericordiam [m] ſummam, & infinitam, ſecundùm quam, *homo factus eſt.* Ita prorſus loquitur Ieremias, nullum, ſcilicet, remedium habuiſſe gentem Hebræam, ne omnino euerteretur, niſi miſerationes, & miſericordias diuinas, ſecundùm quas Verbum omnino erat ex carne Hebræa; propterea fulcrum gentis Hebrææ appellari ſolet: quo pacto loquitur Iſaias in c. 6. *Et erit in oſtenſionem, ſicut terebinthus, & ſicut quercus quæ expandit ramos ſuos, ſemen ſanctum erit id, quod ſteterit in ea.* Quem locum ita legit Vatabl. & Brixian. ſicut vlmus, & quercus, cum fulcrum ei ſubmittitur, ſemen ſanctum fulcrum eius: quæ fuit ratio, cur nato iam Chriſto Domino dictum ſit, *iam ſecuris ad radicem arboris admota eſt.* Quo pacto intelligendus eſt alius locus Michææ in cap. 5. *& tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael, & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis: propter hoc dabit Dominus eos vſque ad tempus, in quo parturiens pariet.* Similis igitur eſt locus Ieremiæ, cum ait, *miſericordia Domini, quia non ſumus conſumpti*; velle enim

51.

[l] *Credit author, referendam eſſe ſententiam prophetæ ad beneficium incarnationis,* Pſalm. 50.

1. Petr. 1.

[m] *Quæ per antonomaſiā magna dicitur* Dei miſericordia *in Scriptura.*

Iſaiæ 6.

Vatbl. Brixian. Matth. 3.

Michææ 5.

enim videtur, ideo ooo eſſe penitus euerſum genus Hebræum, quia ex eo naſciturus erat Deus in carne, quæ magna diuina miſericordia ſtare fecit geotem illam.

Trimetri octaui Carmen ſecundum.

HETH. *Noui diluculo: multa eſt fides tua.*

§. IV.

Ad Literam, & Allegoriam.

Quàm fidendum diuinæ pietati, quæ noua ſemper beneficia, & celeriùs, quàm ſperabatur, maximum omnium eſt elargita.

52. IN hoc ſecundo verſu ſub litera, *Heth*, eſt plena oratio diuinæ confidentiæ, in qua Ieremias fatetur pluta ſe inueniſſe io diuina miſericordia, quàm cogitauerat. Eſt autem illud ſciendum, errore linguæ ſanctæ deceptos fuiſſe plurimos, qui exiſtimarunt [n] *noui*, verbum eſſe, cum nomen adiectiuum ſit in plurali numero. Addendum autem eſt, non eſſe culpandam vulgatam editionem, cum transfert, *noui*, quod adiectiuum oon poteſt eſſe, neque miſericordiæ, neque miſerationum, eſſet enim vertendum, nouæ, ſcilicet, ſunt miſerationes tuæ in matutinis; etenim negandum noo eſt, plerunque fieri ſolitum ab interptete vulgaro, vt ſequatur potiùs regulas Hebraicas, quàm Latinas, atque proinde, quaodocunque nomen, *cadorim*, ſit nomen ſubſtantiuum maſculinum in plurali numero, & nullo modo fœmininum, tranſtulit vulgatus [o] in maſculino genere, ſequutus Hebraiſmum, eſto miſeratiooes, ſiue miſericordiæ fæminini generis ſint in lingua Latina, cuius rei appooemus vnum, vel alterum exemplum: *Apocal. cap.* 11. dicitur, *hi ſunt duo candelabra in conſpectu Domini ſtantes*, ſtantia legendũ fuerat, ſi Latinè legendum eſſet; verùm quia Græcè candelabrũ fæminei generis eſt, tranſtulit *ſtantes candelabra*: Sic Sap. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis*; ſi beoè Latinè dicendum eſſet, vertendum fuerat hic, ſcilicet, ſpiritus: pluta ſunt huius generis exempla in diuina Scriptuta, proinde non eſt, cur protetuè vulgata editio accuſetur; ſciens enim, & volens interpres Latinus ita tranſtulit, quam tranſlationem retinendam omnino cenſuit correcta biblia Sixti V. Iam igitur ſenſus eſt, non ſolùm multam eſſe miſericordiam diuinam, ſed ſingulis diebus nouam; ita enim eam commendat Ieremias.

[n] *Decipiuntur, qui, noui, verbum putant, cum ſit adiectiuum.*

[o] *Vulgata editio eruditè defenditur.*

Apocal. 11.

Sapient. 1.

53. Ego autem exiſtimo Ieremiam perſiſtere in prophetia Verbi Incaroati, quam vocat multam & excellentem miſericordiam, qua ſola ſignificauit remedium tantis calamitatibus adhiberi poſſe; ſolent enim Hebræi, quidquid rarum,[p] & excellens eſt, nouum appellare: quo pacto intelligendus eſt locus Matth. 26. *Non bibam à modo de hoc genimine vitis, donec illud bibam nouum in regno Patris mei:* quibus verbis oſtendit, excellentiſſimum gaudium & rarum futurum eſſe io cælo, longè aliud à gaudio huius ſæculi. Sic in Pſalm. 95. 97. 149. *Canticum nouum* appellat regius vates rarum, & excellens: id quod bene aduertit Nicetas *orat.* 43. *Nazianz.* Vnde iam videmus non ſolùm multas appellaſſe Ieremiam diuinas miſericordias, & miſerationes, ad ſignificandam Incarnationem Verbi, ſed nouas, raras, & excellentes; hoc enim ſignificat vox, *nouum*, plerunque in ſacra Scriptura, vt iam nulla ſit dubitatio, Ieremiam conſolatum fuiſſe ſuas calamitates, magna, rara, & excellenti diuina miſericordia, qualis planè appellanda eſt diuini Verbi Incarnatio.

[p] *Noui apud Hebræos idē, quod mirum, & excellens.*

Matth. 26.

Pſal. 149.

Diluculo. Theodoret. exiſtimat orationem eſſe in his verbis dicentis Ieremiæ, [q] *renoua eos veluti diluculum matutinum*; vocauerat enim Ieremias calamitatem ſuam tenebras, propterea diluculum appellat mutationem earundem calamitatum ad felicem ſtatum, ſic enim Paraphraſticè locum bene intelligit. Verùm interpretando verbum ex verbo, ita potiùs legendus eſt locus, quemadmodum Pagn. [r] legit, quem ſequitur Iſidor. Brixian. *Noua ſunt quolibet manè miſericordiæ tuæ*, ſeu *noua in matutinis*; quod Chaldaicus textus ita expreſſit eleganter, *Miracula noua depromit diluculo*, id eſt, ſingulis quibúſque diebus illuceſcit noua, & miraculoſa miſericordia Dei in nos; Hebræi [s] etenim, quod celeriter fieri dicunt, illud manè, ſiue diluculo fieri aſſerunt: quo pacto intelligendus eſt locus in Pſalm. 45. *Adiuuabit eam Deus manè diluculo*; loquitur autem de protectione Dei in ſanctam Eccleſiam, aſſeritque eam, non ſolùm eſſe multam, & magnam, ſed celerem, & opportunam; quo pacto Ieremias videtur appellaſſe Verbi Incarnationem diuinam; quo pacto videtur intelligendus locus in *Pſalm.* 109. cum regius vates dixit, *Ex vtero ante luciferum genui te*, id eſt, ante diluculum, ante auroram, hoc eſt, celerrimè, & in ipſo inſtanti æternitatis te genui: vel ſi de diuina Incarnatione ille locus ſit, quemadmodum plerique graues Authores voluerunt, ita ſignificat vates, celerem, & opportunam Verbi diuini in carne generationem: id quod voluit Theodoret. cum paraphraſticè dixit, *renoua eos, vt diluculum*, quaſi ſit oratio deprecantis Ieremiæ pro futura renouatione tempore Meſſiæ.

54.

Theodor.

[q] *Paraphraſis Theodoret. laudatur.*

Pagnin.

Brixian.

[r] *Sed potiùs Pagnini & aliorum interpretatio ex Hebræo.*

Hebr. Text.

[s] *Hebraiſmus.*

Pſal. 45.

Pſal. 109.

Theodor.

Certum igitur ſit, cum *diluculo* dixit Propheta hoc in loco ſignificare voluiſſe diuinas miſerationes oon ſolùm multas eſſe, ſed [t] celeres etiam, & opportunas, ita vt in ſubueniendo quaſi miraculoſa ſit diuina miſericordia: vnde Cyprian. *epiſt.* 1. ad Donatum, vocat diuinam miſericordiam *gratiam maturantem*. Similiter loquitur Tertull. in lib. de patientia. *Cum rurſus*, inquit, *ad ſuam miſericordiam maturaſſet*. Multa ea de re dixit Bernard. *ſerm. de conuerſione D. Pauli.* Similia habet idem Bernard. *ſerm.* 3. *ſuper miſſus eſt*, cùm ponderat, miſſum Angelum à Deo dixiſſe Virgini; *Dominus tecum. Ita ne*, inquit, *velocior fuit Angelo Deus, & feſtinante nuncio, celerior ipſe peruenerit ad terras.* Erit videndus Cyprian. *ſerm. de Cœna Domini*, vbi agens de celeritate, qua Deus miſeris ſubuenire ſolet, ita dixit ipſe Chriſtus Dominus, derelictorum perſonam agens in cruce, etiam in vltimis, conſtitutis feſtinans illuc in adiutorium adeſt, & re io actu poſita non differt beneficium. Sed repente indulgentiæ celeris documentum eiuſdem ſtatuit, & exemplum latroni, inquiens, *hodie mecum eris in paradiſo.* Io quam ſententiam exiſtimauit Hieronym.

55.

[t] *Commendatur maximè celeritas diuina miſericordia.*

Cyprian.

Tertull.

Bernard.

Cyprian.

Hieron. Canon. 6. Hieronym. ſuper Iſaiam, intelligendum locum Cantic. 6. *Quæ eſt iſta quæ progreditur, quaſi aurora*; legit enim Hieronym. *quæ properat ſicut diluculum*, ad remedium afferendum, quaſi indueri ſponſa mores ſui ſponſi accelerantis in remedium miſerorum. Eſt igitur hic locus de celeritate diuina.

§. V.

Ad Allegoriam.

Mirabilis Incarnationis Myſterium, diuina, quod pietas ſpopondit, fide item diuina pronuba peractum eſt.

56. *Multa eſt fides tua.* TErtia iam eſt pars orationis Ieremiæ, in qua commendat diuinam miſericordiam à certitudine; etenim fides hoc in loco ſignificat certitudinem [a] diuinarum promiſſionum, & quamuis præcedentia omnia accommodatè de Incarnatione intelligenda eſſent, hæc vltima pars ſine dubio de promiſſa Incarnatione intelligenda eſt, ſecundùm quam promiſſionem, & fidem ſibi pollicetur Ieremias felicitatem, & libertatem etiam à præſenti calamitate, qua premebatur. Sciendum autem eſt inter alias ſignificationes, quas nomen, *fides*, habet, apud probatos Authores, accipi ſolere pro fidelitate, ſiue pro conſtantia in dictis, & factis, eſtque virtus appellata fides pertinens ad voluntatem, quæ conſtantiam præbet promiſſionibus; ſic enim eam definit Cicero lib. 1. officior. *Fides eſt dictorum, & conuentorum* [x] *conſtantia, & veritas*: ita loquitur D. Auguſt. *de Spiritu, & litera, cap. 31.* & *lib. de mendacio, cap. 20.* & *epiſt. 19. ad Hieronym.* Vnde eleganter dixit Chryſolog. *ſerm. 2. de Natiuit.* fidem eſſe pronubam Incarnationis, id eſt, diuinam promiſſionem. In quam ſententiam erit intelligendus locus obſcurus Michææ in cap. 7. *Dabis veritatem Iacob, & miſericordiam Abrahæ*; quaſi miſericorditer promiſerit [z] Deus oriundum ſe eſſe ex ſua carne, veraciter autem perfecerit tandem Incarnationem in Iacob; etenim miſericorditer promiſſa eſt Abrahæ, ex promiſſis autem, & ea veritate earundem promiſſionum data eſt Incarnatio Iacob, id eſt, Hebræis; in qua ſignificatione accepit Paulus nomen, *fides*, ad Rom. 3. dicens, *Nunquid incredulitas eorum fidem Dei euacuauit*, id eſt, veracitatem Dei. Sic igitur diuinus Ieremias commendat certitudinem diuinæ miſericordiæ, cum dixit, *multa eſt fides tua*, vt non ſolùm ſit magna miſericordia Dei, verùm etiam opportuna, & certa.

[a] *Quin & certitudo, præſertim in promiſſa Incarnationis beneficio.*

Cicero.

[x] *Fides hic pro dictorum conſtantia & veritate excipitur.*

Auguſt. Chryſol.

Michæ. 7.

[z] *Quod enim Deus miſericorditer promiſerat, veraciter adimpleuit.*

Roman. 3.

Trimetri octaui Carmen tertium.

HETH. *Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.*

57. QValis ſit ſignificatio horum verborum, facile apparet ex conſueto loquendi modo Hebræorum, & ex phraſi frequenti in ſacra Scriptura, [a] qua ſolet partem appellare hæreditariam portionem, retributionem, denique omne bonum, iuxta illud Pſalm. 72. *Pars mea Deus in æternum*, id eſt, mea retributio, ſeu vniuerſum meum bonum perpetuum, erit Deus. Sic Pſal. 118. *Portio mea Domine, dixi, cuſtodire legem tuam*, id eſt, hoc vnum eſt meum officium, hoc vnicum bonum, cuſtodia legis tuæ; & Pſ. 141. *Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium.* Iob in cap. 20. *hæc eſt pars hominis impij à Deo, & hæreditas verborum eius à Domino.* Eſt igitur ſententia Ieremiæ, Deum vnicam, & ſolam hæreditatem ſuam eſſe vnicum, & ſolum bonum, quod volebat, & quod ſperabat. Reſtat inquirere vnde Ieremias hanc certam concluſionem collegerit. Exiſtimo autem talem eſſe [b] diſcurſum Ieremiæ; poſitus enim inter ruinas patriæ, inter vniuerſum populum florentiſſimum, partim interemptum, partim miſerè captiuum ductum in Babyloniam, conſiderata rerum inconſtantia, & fragilitate, atque imbecillitate regnorum, ſtatuit in corde ſuo, nulla alia in re, ſecuras eſſe ſpes, præterquam in vno Deo, vt qui ſolus ſtabile, certum, & æternum bonum ſit, nihil enim tam oſtendit inconſtantiam rerum, quàm earundem caſus, præſertim ſi excellentia, & magna cadere videamus; vnde opportunè Ieremias dixit, *Pars mea Dominus, dixit anima mea, propterea expectabo eum.* Similis locus eſt apud Tragicum in Troade, ſi parua licet componere magnis, vbi introducit Hecubam Troianorum reginam, euerſa patria, & florentiſſimo regno in ſimilem cognitionem veniſſe de rerum omnium inconſtantia, cum dixit,

Quicunque regno fidit, & magna potens
Dominatur aula ——
Me videat, & te Troia: [d] *non vnquam tulit*
Documenta fors maiora, quàm fragili loco
Starent ſuperbi, columen euerſum occidit
Pollentis Aſiæ. —

Proinde opportunè Ieremias ex conſideratione inconſtantiæ rerum, ſuas vniuerſas ſpes tranſtulit in vnicum Deum, qui ſolus ſtabilis, & æternus eſt; hanc enim Philoſophiam collegit ex ruina patriæ. Erit videndus de hoc argumento Auguſt. 10. *de Ciuit. Dei, cap. 15.* & *Pſalm. 29. ad finem 2. enarrationis.* Similia habet Pſal. 72. *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt, ponere in Deum ſpem meam*, & ſuper Pſal. 66. cum ponderat ea verba Iob c. 1. *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſit nomen Domini benedictum.* Videtur accommodatus locus ad hunc diſcurſum amplificandum apud Senecam, in vltima epiſt. *Tunc beatum te eſſe iudica*, inquit ille, *cum tibi ex te gaudium omne naſcatur, cum in his*, [c] *quæ homines eripiunt, optant, cuſtodiunt, nihil inueneris, non dico, quòd malis, ſed quod velis*: propterea ſolam ſuam ſpem in Deo politam eſſe dixit Ieremias, conſiderata, & perſpecta rerum inconſtantia.

[a] *Secundùm phraſim Scripturæ pars, idem quod portio hæreditaria.*

Pſal. 72. Pſal. 118. Pſal. 141.

Iob 20.

[b] *Litera diſcurſum conſtituitur, & ratio.*

Tragic.

Auguſt. Pſal. 72.

Iob 1.

Seneca.

[c] *Beatus qui nihil inuenit, quod velit, in iis, quæ homines eripiunt.*

TRACTATVS VI.

De expoſitione noni & decimi Trimetri, ſub literis, TETH, *&* IOD. Siue, *De patientia confidentia, & eminentia ſuper omnia*

Trimetri noni Carmen primum.

TETH. *Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum.*

§. I.

Ad Literam.

Niſi patientiam Ieremiæ in aduerſis ſpes firma fulciret, foret vtique illi inferno deſperatior vita præſens.

58. INcipit diuinus Ieremias de patientia diſſerere, cuius per occaſionem commendat ſpem, [a] quæ veluti fulcrum patientiæ eſt, quemadmodum eleganter dixit Ephrem in lib. de virtutibus, & vitiis. *Patientia*, inquit ille, *ſpe fulcitur, ſpes autem non confundit*; quæ philoſophia ſatis accommodata erat ad ferenda aduerſa, quæ patiebatur Ieremias; etenim vnica ſpes relinquitur in malis, quæ miſeris mœroris medicina eſt, quemadmodum dixit Nicetas *orat.* 16. *Nazianz.* commentatus eiuſdem locum dicentis ſpem eſſe accommodatum in malis pharmacum. Quem locum proſequitur Elias Creten. orat. 3. contra Iulian. *Neque enim*, inquit, *quidquam animæ in dolore verſanti, mederi poteſt, vt ſpes in Deum.* Quod Bernard. eleganter proſequitur ſerm. 4. de aſcenſione; *Dico vobis, quòd non mihi tolerabilior multo videretur exilij huius habitatio*, [b] *quàm gehenna, niſi Deus reliquiſſet nobis ſemen fiduciæ, & expectationis, quam eleuatus eſt in nubibus, & ſpem fecit credentibus dicens, niſi ego abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* Similia dixit Ambroſ. ſuper Pſalm. 118. ſerm. 9. *Bonum*, inquit, *eſt ſuſtinere, & expectare ſalutare Dei; quis enim ſuſtinet Dominum, niſi ſtudio charitatis? quis eſt, qui ſperat, niſi qui optat, & diligit? quod enim ſperamus, per patientiam expectamus; ergo qui ſperat, ſuſtinet, qui ſuſtinet in patientia, vtique excludit affectus.* Eſt igitur hæc oratio Ieremiæ hominis conſtituti inter extremas calamitates, ac docentis, in remedium earum, neceſſariam eſſe patientiam per ſpem. Quæ doctrina ſatis accommodata eſt, præſertim ſi ab eo tradatur qui in extremo periculo poſitus eſt, quemadmodum eleganter notauit Auguſt. *tract.* 37. *ſuper Ioannem*, cum quærit, cur non deſcenderit Chriſtus Dominus de cruce, quando ei dictum eſt, *Si filius Dei eſt, deſcendat de cruce, & credemus in eum, quia patientiam* [c] *docebat, ideo potentiam differebat*; ſi enim quaſi commotus ad eorum verba deſcenderet, victus conuitiorum dolore putaretur; prorſus non deſcendit, fixus permanſit, quando voluit abſceſſurus, atque ita potentiam noluit oſtendere ad fidem, ſed crucifixus permanſit in exemplum patientiæ.

[a] *Spes fulcrũ patientiæ.* — Ephrem. — Nicetas. — Nazianz. — Creten. — Bernard.

[b] *Vita præſens deficiente ſpe, gehenna foret.* — Ambr.

Aug.

[c] *Quia patientiam docebat Chriſtus, non deſcendit de cruce.*

59. Poſtremò erit videndus Bernard. ſerm. 9. ſuper Pſalm. *Qui habitat*: quo in loco ponderat eleganter ſingula verba huius carminis, cum propheta dixit, *Bonus eſt Dominus ſperantibus in eum, animæ quærenti illum. Vbi ſanè*, inquit Bernard. *& ipſam numeri diſcretionem prudenter aduerte, quod ſperantes quidem in eo pluraliter dixerit, quod hoc videatur commune* [d] *multorum; quærentem verò eum ſingulariter, quod ſingularis ſit puritatis, ſingularis gratiæ, ſingularis perfectionis non modò nihil ſperare, niſi ab eo, ſed nihil quærere niſi eum*: proinde Ieremias videtur deſcribere his verbis hominem pium, & fidelem, credentem ſcilicet, ac ſperantem ea, quæ credidit, & denique credita, & ſperata quærentem; huiuſmodi enim hominibus promittitur benignitas, & fidelitas Dei; bonus enim ſignificat benignum, & beneficum. Quo ſenſu dictum eſt in Pſalm. 68. *quærite Deum, & viuet anima veſtra*: quibus verbis promittitur omnis felicitas animæ quærenti Deum ſecundùm modum loquendi ſacræ Scripturæ, de qua Bernard. dixit in lib. de diligendo Deo, poſt medium, *Bonus es Domine animæ quærenti te*, [e] *quid ergo inuenienti?*

Bernard.

[d] *Cur ſpes ſit multorũ, inquiſitio verò Dei paucorum.* — Pſalm. 68. — Bernard.

[e] *Si Deus quærenti bonus, quid erit inuenienti?*

Trimetri noni Carmen ſecundum.

TETH. *Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei.*

HEbraicè ita videtur legendus locus, *Bonum expectet & ſilens ſalutem Domini.* Rem clariùs expreſſit Paraphraſis Chaldaica, *Bonum eſt expectare, & ſilere donec veniat ſalus Domini.* Sententia huius loci talis eſt, ſemper vtile, & honeſtum fuit in malis à Deo remedium [f] ſperare ſine querelis; etenim quemadmodum dixit Ephrem. in loco citato, *miſer eſt, & infelix, qui patientiæ expers eſt*; non damnat autem Ieremias gementes, & clamantes præ magnitudine doloris, ſed diuinam Dei prouidentiam inter labores accuſantes; alterum enim eſt oſtendere vim doloris, alterum verò impatientiam: qua de re videndus eſt Chryſoſtom. *hom. vltima ad Titum.* Aug. *Pſalm.* 54. & *epiſt.* 115. Ambroſ. *ſerm.* 6. *de ſacrament.* & *ſuper epiſt. ad Epheſ. cap.* 4. *& lib. de officiis, cap.* 3. *&* 21. 60.

Hebraicè. — Chaldaicè.

[f] *Remedium ſine querelis præſtolãdum eſt, vt immittatur.* — Ephrem. — Chryſoſt. — Auguſt. — Ambr.

61. Bene autem aduertit Guillelm. Geneb. *in com. ſuper Pſalm.* perperam textum Græcum, [g] atque etiam vulgatam editionem nomen abſtractum, *ſalutis*, tranſtuliſſe, *ſalutare*, præſertim cum de Meſſia ſaluatore prophetia eſt, vt ita oſtenderet, non ſolam formam Dei ſalutem operatam fuiſſe, ſed perſonam conſtitutam ex humanitate pariter, & diuinitate; quod etiam ponderauit Auguſt. *epiſt.* 120. *ad Honor. lib. de verbis Apoſtoli ſerm* 3. *In quæſtionibus ſuper Exod. quæſt.* 98. *& lib.* 1. *contra aduerſarium legis, cap.* 11. Vnde iam fit non ſolùm Ieremiam agere de ſalute, & libertate à Chaldæis, ſed etiam de remedio, & ſalute à peccato futura per Meſſiam Chriſtum ſeruatorem.

[g] *Textum Græcum & vulgata cur ſemper vertant ſalutare pro ſalute.* — Genebrard. — Auguſt.

Trimetri noni Carmen tertium.

TETH. *Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua.*

§. II.

Ad Literam & Mores.

Docet hic locus, nullum facilè toleraturum aduerſa, cui conſuetudo non fuit ſuſtinendi

ſuſtinendi dura; eſt enim duriſſimum ad laborem animal, manſuetus homo.

62. PRoſequitur Ieremias inchoatam doctrinam de patientia; etenim idoneus prædicator patientiæ eſt, qui plura aduerſa eſt paſſus. Vnde eleganter dixit Nazianz. ad Philagrium: *Morbo crucior, & gaudeo, non quia crucior, ſed quia aliis ſum magiſter patientiæ; etenim doctrina viri* [h] *per patientiam noſcitur:* quemadmodum dixit ſapiens *Prouerbior.* 19. Ita igitur ſuos populares inſtituit ad patienter ferenda aduerſa, dicens, *Bonum eſt viro:* quo in loco illud certum ſit, ex modo loquendi Hebræorum, nomen, *vir*, indefinitè ſumptum diſtribui pro ſingulis hominibus, eritque ſenſus, vtile erit vnicuique hominum, vt ſit hæc doctrina de patientia vniuerſalis, non ſolùm ad ſuos populares Hebræos, ſed etiam ad omnes homines.

Nazianz.

[h] *Doctrina viri per patientiam noſcitur.*

Prou. 19.

63. Scio, *iugum*, hoc in loco exponi [i] pro lege Dei; quamuis enim obedientia iugum eſſe ſolet obedientibus, ita locum intelligit Paraph. Chaldaica, *Bonum*, inquiens, *eſt viro, ſi docuerit animam ſuam, vt portet iugum præceptorum Domini ab adoleſcentia ſua:* ſic Paraphraſis Chaldaica hunc locum intelligit: ita Cyprian. *in lib. de ſingularitate clericorum*; Ieremias docuit ſanctitatis pondus ſingulariter portandum eſſe, hoc eſt, pietatis pondus: ita etiam Ambroſ. *in orat. de obitu Val.* D. Ephrem. *in Paraneſ. 44. de timore Dei.* Verùm Theodoret. & Rupert. per *iugum*, hoc in loco intelligunt [l] patientiam in tolerandis rebus aduerſis: quæ expoſitio de mente Theodoreti, non eſt aliena à priori; etenim patientia eſt germana pietatis, quemadmodum ille explicat locum Pauli ad Hebræos 12. vbi Paulus de patientia Sanctorum Martyrum agens ita dixit: *habemus impoſitam nubem teſtium, vt per patientiam curramus*, id eſt, nubem martyrum, quem locum ita explicuit Theodoret. Pietatis ſunt nobis vndique propoſita exempla; eſt enim proprium piorum hominum patientia, quemadmodum dixit Bernard. epiſt. 16. ad Eugenium, *Fideli homini*, inquit Bernard. *magis inter flagella fidendum eſt, vt quidam ait; non enim eſt vir fortis, cui non creſcit animus in ipſa rerum difficultate; namque pietas, ſiue religio Christiana inſtituit ad patientiam*, vt videre eſt apud Matth. *cap.* 5. proinde portare iugum, vtrumque ſignificat, & aduerſa ferre, & diuinis præceptis inſtitui.

[i] *Iugum hic acceperunt Patres pro lege Dei.*

Chald. Par.

Cyprian.

Ambr.

Ephrem.

Theodoret.

Rupert.

[l] *Alij verò commodiùs pro patientia in aduerſis, quæ germana pietatis eſt.*

Hebræor. 12.

Theodoret.

Bernard.

64. Poteſt verò plurimum ad patientiam conſuetudo tolerandi ea, quæ dura, & aſpera ſunt; nam quemadmodum docuit Seneca lib. 1. de tranquil. animi, *neceſſitas fortiter ferre docet*, [m] *conſuetudo facilè:* In quam ſententiam addidit eleganter, *nullo melius nomine de nobis natura meruit, quàm cum ſciret, quibus ærumnis naſceremur, calamitatum molimentum, conſuetudinem inuenit, citò in familiaritatem grauiſſima adducens: nemo duraret, ſi rerum aduerſarum eandem vim aſſiduitas haberet, quam primus ictus; aſſueſcendum itaque conditioni ſuæ, & quàm minimè querendum de illa:* Vnde Plutarch. *in lib. de educat. liberorum*, à conſuetudine mores inſtituit dicens, *morales virtutes nihil aliud eſſe, quàm aſſuefactionem.* Quam viam ſequutus eſt Ieremias hoc in loco, aſſuefaciens adoleſcentiam [n] ad patientiam, & ad pietatem; nam ea ætas procliuior eſt ad ruinam, proinde prima, quæ inſtituenda ſit, quemadmodum docuit Plato lib. 6. de legib. *In omnibus viuentibus*, inquit, *prima ipſa germina, ſi aptè cœperint, ad naturæ ſuæ virtutem, vim habent ſummam ad finem ſibi debitum imponendum, quod in plantis* [o] *euenit, & in brutis, tum ſylueſtribus, tum etiam manſuetis, & in hominibus euenit; hominem autem, manſuetum eſſe animal dicimus, ſi tamen cum natura felici, rectam quoque diſciplinam fuerit aſſequutus, in diuiniſſimum, manſuetiſſimumque animal ſolet euadere.*

Seneca.

[m] *Nullus facilè tolerabit aduerſa, cui neceſſitas non ſuis paſſa durum.*

Plutarch.

[n] *Adoleſcentia ad patientiam aſſueſcenda vt mueſcat.*

[o] *Sicut planta tenera, diuiniſſimum animal homo patiens, & manſuetus.*

65. Ex quibus concludit Plato à prima pueritia inſtituendum eſſe hominem in pietate, ac patientia: ita etiam habet Plato *in dialog. de Philoſophia à pag. 5. & in Alcibiade à pag. 15.* quem ſequutus eſt Ariſtotel. 1. *Politic. cap.* 2. & 2. *Ethic. cap.* 2. Proſequitur hoc argumentum D. Ambroſ. *lib. 1. de officiis, cap.* 17. & lib. *de interpret. Iob. cap.* 7. Vbi eleganter docet, in adoleſcentia maximè neceſſariam eſſe diſciplinam, eam enim ætatem liberiorem reddit naturæ humanæ conditio, ita habet Ambroſ. *Adoleſcentia eſt inualida viribus,* [p] *infirma conſiliis, vitio calens, faſtidioſa monitoribus, illecebroſa deliciis; in tanto igitur, ſeu fragoſo, & periculoſo mundi turbine, cur tanta naufragia improuida adſcribûtur ætati?* propterea Dauid dixit, *delicta iuuentutis meæ ne memineris.* Eget igitur adoleſcentia peculiari inſtitutione, ne libera ſibi relinquatur, quemadmodum mala anus docebat pudicum Hippolytum, apud Senecam in Hippol. ita enim ait:

Plato.

Ariſtot.

Ambr.

[p] *Mala adoleſcentia. & pericula.*

——— *Propria deſcribit Deus*
Officia, & æuum per ſuos ducit gradus
Lætitia iuuenem, frons decet triſtis ſenem.

Tragicus.

Et cætera, quæ proſequitur, vt perſuaderet adoleſcenti liberam viuendi rationem, & petulantem, quaſi propriam adoleſcentiæ. Similem doctrinam impugnat Chryſoſt. *hom.* 10. *ſuper cap.* 3. *Matth.* Erit videndus Bernard. *lib. de ordine vitæ.* Vnde D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 189. docet optimam educationem eſſe puerorum in locis religioſis; etenim vt ſapiens dixit Prouerb. 22. *Adoleſcens iuxta viam ſuam, & cum ſenex fuerit, non recedet ab ea.* Quam legem præſcribit Ieremias hic adoleſcentiæ, [q] quam inſtituendam docet in pietate, & patientia, vt inter pericula ſecurus maneat vir.

Chryſoſt.

Bernard.

D. Thom.

Prou. 22.

[q] *Remedium in diſciplina eſt.*

Trimetri decimi Carmen primum.

IOD. *Sedebit ſolitarius, & tacebit quia leuauit ſuper ſe.*

§. III.

Ad Literam, & Mores.

Fructus animæ quærentis Deum ab adoleſcentia ſua eſt ſecuritas, & conſtantia in aduerſis, ex quo veram Philoſophiam, ſeu monaſticam adipiſcetur.

VSque adeo dependet hæc ſententia ex præcedentibus verſibus, vt fuerint, qui exiſtimarint eam pertinere ad verſus præcedentes ſub litera *Teth*; [r] falluntur tamen, quia iuxta artificium, quo vſus eſt Ieremias in hoc 3. cap. ſub vnaquaque litera alphabetica tres verſus eſſent incluſi; ſi verò hæc ſententia pertineret ad præcedentes verſus, *Iod* duos tantùm verſus haberet, 66.

[r] *Falluntur qui hūc verſum ad præcedentem colligunt.*

contra

contra artificium huius 3. capitis. Oſtendunt igitur hæc verba, [s] quem fructum colligat ea anima, quæ Deum quæſierat à ſua prima adoleſcentia, & inde collectam eſſe conſtantiam, & ſecuritatem inter aduerſa quæque: quibus verbis inſinuat veram philoſophiam, vel potiùs monaſticam viuendi rationem, liberam à mundi perturbationibus, ſecutam inter tempeſtates ſæculi.

[s] *Fructus quærentis Deum ab adoleſcentia.*

Naziang. Quem locum proſequitur Nazianz. *orat.* 28. Animum verè philoſophicum, ne dicam monaſticum diſcribens, propoſita ob oculos magna, & vehementi tempeſtate; talem enim exiſtimat eam, quæ viribus humanis eſſe ſolet, quam tuto poſitus loco intuetur vir philoſophos, ſiue monaſticus: id quod alia ſimilitudine eleganti explicat, *eſt*, inquit, *quædam in Phebolis arbor, quæ cum cæditur, viret; & aduerſus ferrum certat, ac ſi de re noua, modo nouo loquendum eſt, morte viuit, ſectione pullulat, & cum abſumitur, creſcit:* quam ego exiſtimo eſſe eam arborem, cuius meminit Horat. cum dixit:

Horat.

Duris vt ilex tonſa bipennibus
Nigra feraci frondis in Alcide,
Per damna, per cædes ab ipſo
Ducit opes, animúmque ferro.

Petita ſunt hæc ex Horat. *lib.* 4. *carm. ode* 4. in qua commendat virtutem Romanorum in tolerandis aduerſa dicens,

Idem.

Fortes creantur fortibus, & bonis.
Doctrina ſed vim promouet inſitam
Rectique cultus pectora roborant.

Lamb. Ad quem locum Dionyſ. Lamb. aduertit pulchrè, ſatis non eſſe ad patientiam, [t] & conſtantiam, innatam vim, & virtutem à parentibus collatam, ſed pernecеſſariam eſſe optimam inſtitutionem in pietate, & tolerantia, vt conſtantes euadere poſſimus. Quæ eſt doctrina Ieremiæ hoc in loco; ſed vt redeamus ad Nazianz. ex ea ſimilitudine petita ab arbore detonſa, & virente, ita rem proſequitur: *Mihi verò huiuſmodi planè videtur eſſe vir philoſophus; floret enim inter cruciatus; ac vitæ moleſtias, virtutis ſegetem exiſtimat, atque in aduerſis geſtit, & gloriatur, & in diuerſis idem ſemper ſuique ſimilis permanet:* ac tandem rem concludens, ita dixit: *Vt in ſumma dicam, duo hæc ſuperari nequeunt,* [u] *Deus, & Angelus; tertium & philoſophus in materia expers materiæ, in corpore incorruptus, in terra cæleſtis, in paſſionibus impaſſibilis, omnibus rebus vinci ſe facilè ferens, præterquam in animi magnitudine.* Proſequitur hoc argumentum Cicero *lib.* 3. *Tuſcul. quæſt.* inquiens: *Hic eſt ille vultus ſemper idem, quem Xantipes prædicare ſolebat in viro ſuo Socrate; eodem enim vultu aſſerit ſemper vidiſſe Socratem exeuntem domo, & redeuntem.*

[t] *Non ſatis ad patientiã bona indoles, niſi accedat inſtitutio diſciplinæ.*

Nazianz.

[u] *Tria, quæ ſuperari nequeunt.*

Cicero.

67. Licèt autem in confirmationem adducere huius ſententiæ elegantem diſcurſum, quem fecerat Iuſt. Lypſ. *in lib. de conſtantia, cap.* 6. inter alia ita habet: *Vidiſti in ſcutis quorundam, nec ſpe, nec metu, in te conueniet, qui vere x, ve liber, ſoli Deo ſubiicere; immunis à iugo affectuum, & fortunæ, vt fluuij quidam per media Maria tranſire dicuntur, & ſeruare ſuam vndam; ſic tu per tumultus circunfuſos, vt ſalſedinem nullam trahas ex hoc pelago mœrorum, iacebis, conſtantia te attollet: vacillabis, ſuſtinebit: tu eripe te, & erige, atque ad hunc portum nauim flecte, vbi ſecuritas, vbi pax habitat, in quod perfugium à turbis, & curis, quem ſi bona fide ſemel retinueris, non turbet, & iam ſi ruat patria tua, ſtabis ipſe inconcuſſus, vmbi circum te cadant, & fulmina, & tempeſtates, clamabis vera magnáque voce, medius tranquillus in vndis.* Qui diſcurſus non eſt diſſimilis illi, quem fecerat Ieremias hoc in loco. Erit videndus D. Chryſoſt. *tom.* 5. *lib.* 3. *contra vituperatores vitæ monaſticæ.* & Bernard. *in die Natali Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli.* Mihi etiam videtur elegantiſſimus ille chorus apud Senec. in Thieſte, actu 2.

Iuſt. Lypſ.

Chryſoſt.

Bernard.

Rex eſt, qui poſuit metus Tragic.
Et diri mala pectoris:
Quem non ambitio impotens,
Et nunquam ſtabilis fauor
Vulgi præcipitis mouet. & cætera,

Rem tandem concludens ita habet:

Qui tuto poſitus loco
Infra ſe videt omnia
Occurritque ſuo libens
Facto, nec queritur mori.

Et paulò inferiùs:

Rex eſt, qui metuit nihil;
Rex eſt, quique cupit nihil
Hoc regnum [x] *ſibi quiſque dat.*

[x] *Quod regnum ſibi quiſque dare poſſit.*

Sic enim paucis mutatis noſter loquitur Ieremias: proinde verbum, *ſedere*, hoc in loco, ſignificat conſtantiam in aduerſis rebus, quam pietas, ſiue diurna patientia à prima adoleſcentia docuit.

Solitarius. 68. Maior aliqua eſt dubitatio de voce, *ſolitarius*, etenim Hieronym. exiſtimat, per eam ſignificaſſe Ieremiam, ſolitudinem, ſiue vitam ſolitariam, quæ aptiſſima eſt ad rerum diuinarum contemplationem. Quæ expoſitio verior videbitur, ſi locus iſte legendus ſit, quemadmodum plerique [z] codices veteres habent, *quia leuauit ſe ſupra ſe:* quibus verbis ſatis ſignificatur diuinarum rerum contemplatio. Non eſt autem dubium ſolitudinem, ſiue vitam ſolitariam aptiſſimam eſſe ad contemplationem Dei, quemadmodum dixit Philo *in lib.* 10. *oracul.* cum quærit, *cur Deus legem dederit in eremo?* docétque id factum eſſe, *vt ſublatis perturbationibus aptum hominem inueniret, ſicut medici non nutriunt ægrotos, niſi poſtquam radices morborum exſiccauerint.* Ea de re erit videndus Nazianz. *orat.* 1. *Apolog.* in qua definit veram religioſi hominis formam, & viam oſtendit veram ad contemplationem: *nihil*, inquit, *mihi fortunatius eo homine videbatur, qui clauſis, compreſſiſque corporis ſenſibus, atque extra carnem, & mundum poſitus, in ſéque collectus, nec niſi ſumma neceſſitate impellente, quidquam rerum humanarum attingens, atque ſecum in ſe, & cum Deo colloquens, ſuperiorem rebus in aſpectum cadentibus, vitam agit, diuináſque ſpecies, puras ſemper, nec vllis terrenis, errabundiſque formis permixtas in ſe ipſo circunfert, ac Dei, diuinarúmque rerum purum ſpeculũ eſt & in dies efficitur, lucíque lucem, obſcuriori clariorem adiungens, ac futuri æui bono fruitur, & cum Angelis verſatur, ac licet adhuc in terris agens, terram deſerit, atque ab ſpiritu in cælo collocatur.* Talem deſcribit Nazianz. philoſophicum animum, ſeu potiùs monaſticum, cuius principium eſt à ſolitudine, ſeu à vita ſolitaria.

Hieron.

[z] *Si plerique alij codices ſint ſequendi, agitur hic de vita ſolitaria.*

Philo.

Nazianz.

69. Votum autem aduerſis in rebus ſemper in quouis animo prudenti fuiſſe confugere ad ſolitudinem [a] eleganter docuit Cicero in lib. 1. de offic. *Multi autem*, inquit, *ſunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem expetentes, à negociis publicis*

Cicero.

[a] *Quam ſẽper habuerunt in votis veri Philoſophi, & prudentes.*

publicis ſe remouerint, ad otiúmque perfugerint, in his & nobiliſſimi Philoſophi, & quidam homines ſeueri, & graues, nec populi, nec principum mores ferre potuerunt, vixeruntque nonnulli in agris delectati re familiari; his idem propoſitum fuit, quod regibus, vt nec qua re egerent, nec cui parerent, libertate vterentur, cuius proprium eſt, ſic viuere, vt velis. In quem ſenſum Nazianz. *orat.* 28. adduxit eum locum Iob in cap. 39. *Onager in deſerto ſolutus eſt liber:* ſuper quæ verba erit videndus Auguſt. & Elias Cret. commentator Nazianzeni. Idem Nazianz. erit videndus orat. 1. apol. *Vitam*, inquit, *ſolitariam, quam in maximis, grauiſſimíſque periculis Deo vouiſſem*: & cætera, quæ proſequitur eleganter in eandem ſententiam. Ex quibus iam patet, ſolitariam vitam accommodatam [b] eſſe ad contemplationem, atque ad animi tranquillitatem, eandémque perpetuò, votum fuiſſe eorum, qui vehementibus perturbationibus agitabantur: vnde mirum non eſt, ſi vitam philoſophicum, & monaſticum deſcribens Ieremias eum faciat fugientem ad ſolitudinem, & deſerentem ea, quæ animum turbare poſſunt.

Nazianz. & alij.

[b] *Vtpote ad tranquillitatem animæ accommodatiſſimam.*

70\. Non tamen videtur hic locus agere de homine ſolitario, ſi accuratiùs expendatur; potius enim loquitur de homine [c] deſtituto omnibus bonis, id enim ſonat vox Hebræa, quàm tranſtulit vulgatus Interpres, *ſolitarius*, ſignificat enim hominem miſerum, ſpoliatum, ac deſtitutum patria, libertate, & amicis, rebúſque omnibus; eadem enim vox poſita eſt à Ieremia, *cap.* 1. *Thren.* quando dixit, *Quomodo ſedet ſola Ciuitas*, vt ſignificaret vrbem Ieruſalem deſolatam eſſe. Hoc ſuppoſito, ſic totus locus intelligendus eſt, manebit ille vir deſolatus, & tamen tacebit, nec diuinam prouidentiam accuſabit. Ratio verò tantæ patientiæ in tam aduerſa fortuna illa erit, quia à prima adoleſcentia ſuis impoſuit humeris diuinæ pietatis iugum, patientiæ, ac tolerantiæ aſſuefactus eſt: quo loco id neceſſariò aduertendum, correctam eſſe lectionem huius loci à ſummo Pontifice Sixto V. pro eo enim, quod plerique codices habebant, *ſedebit ſolitarius, & tacebit, quia eleuabit ſe ſupra ſe*, [d] emendata biblia ita habet, *quia leuauit ſe ſuper ſe*, vt non ſit ſermo de viro contemplatiuo, ſed potiùs de eo, qui legem Dei importauit à prima adoleſcentia, vt colligitur ex textu Hebræo, & Græco; imò Rabbi Salom. ita legit, & intelligit, *ſedebit tacitus inter grauiſſimas calamitates, quia Deus impoſuit hoc decretum, vt ſolus ſedeat, & taceat.* Confirmatur magis expoſitio hæc, quia verbum Hebræum [e] tranſlatum à vulgato, *leuauit*, non ſignificat mentem eleuare, ſed potius onus portare, vt ad legem Dei referatur, non ad contemplationem.

[c] *Secundùm veriorẽ ſenſum ſermo eſt de viro omnibus bonis deſtituto.*

[d] *Colligitúrque ex emendatione Sixti V. ad hunc locum.*

Rab. Salom.

[e] *Confirmatúrque ex Hebræa litera.*

Trimetri decimi Carmen ſecundum.

IOD. *Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes.*

§. IV.

Ad Literam, & Mores.

Verè pœnitentis conditiones ſunt, taciturnitas, abiectio omnis ſolicitudinis, & humilitas; iis munitus non timebit aduerſa quæque, ſed illis ibit obuiam iniuriarum auidus, & laborum, Chriſti Seruatoris veſtigia ſubſequutus.

Rabbi Abraham exiſtimat hunc locum intelligendum eſſe de profunda humilitate, vt ſit ſenſus, *humiliabit ſe vſque ad terram*, ſeu *ſubmittet ſe Deo, donec os in terram ponat*, talis enim habitus corporis eſt maximæ humilitatis indicium. quo pacto D. Hieron. rectè ponderat id, quod *Matth. cap.* 26. dicitur, Chriſtum Dominum oraturum ad Patrem procidiſſe in faciem ſuam, id eſt, pronum in terram oraſſe. Ponit igitur hic Ieremias conditiones [f] hominis pœnitentis, quarum altera eſt tacere, altera omnem ſollicitudinem in Deum conijcere, vltima eſt humilitas. Quod verò dixit, *ſi forte ſit ſpes*, non eſt oratio hominis dubitantis de diuina miſericordia, ſed potiùs de ſua pœnitentia. Similis eſt locus apud Ioelem *cap.* 2. vbi loquens de excidio Hieroſolymitano per Chaldæos, prouocans Hebræos ad pœnitentiam, & humilitatem dixit, *quis ſcit, ſi conuertatur Deus, & ignoſcat*; non dubitauit Propheta de diuina miſericordia, ſed potiùs de hominum conuerſione, quemadmodum eum locum interpretatur D. Hieronym. & Ropert. Qualis locus eſt 2. *Reg.* 16. Cùm enim à quodam maledictis impeteretur Rex Dauid, ita dixit, *Dimittite vt maledicat iuxta præceptum Domini, ſi forte reſpiciat Dominus afflictionem meam*: quem locum proſequitur Chryſoſtom. *hom.* 35. *ſuper Mattheum.* vnde bene notauit Gregor. Magn. Magdalenam exiſtimaſſe nihil non impetrari poſſe humilitate; [g] inde ſedens exoſculata eſt humilis pedes Chriſti Seruatoris. Sic quoque hoc in loco Ieremias, dum de remedio ſalutis agere vellet cum Deo, priùs humilitatem Deo obiecit. 71.

Rab. Abr.

Hieron.

Matth. 26.

[f] *Tres conditiones hominis pœnitentis.*

Ioel. 2.

2. Reg. 16.

Chryſoſt.

Gregor.

[g] *Prima Deo obiicienda eſt humilitas à pœnitente.*

Trimetri decimi Carmen tertium.

IOD. *Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis.*

Pulchrè D. Ambroſ. *ſuper Pſalm.* 118 *ſerm.* 8. dixit, *Patientia humilitatis indicium eſt, & ideo quando deſolata, atque deſtituta erat Ieruſalem, dixit Ieremias, dabit percutienti maxillam ſuam*; vt non ſe ſubducat iniuriæ, nec declinet cædis dolorem, ſed percutienti maxillam offerat, ſiue ei, qui percutere incipit, ſiue ei, qui iam percuſſerat, vtrunque enim locus ſonat, vt illud euangelij compleretur, *qui te percuſſerit in vna maxilla, præbe ei & alteram*, & propheticè hoc poſitum eſt, vt doceret Ieruſalem, id eſt, Eccleſiam Iudæorum non aliter [h] eſſe ſeruandam, niſi per euangelij diſciplinam, vt cum cœperit præcepta euangelij ſeruare, & operibus implere mandatum Domini, tunc iugum captiuitatis de ſuæ animæ ceruice deponat. Hæc eſt mens Ambroſij. Ieremias igitur inter fructus patientiæ, & pietatis ſeruatæ ab adoleſcentia, enumerat extremam humilitatem, eandémque ſpontaneam, qualis erat exhibitio faciei in percuſſionem, & ſpontanea tolerantia opprobriorum. 72.

Ambroſ.

[h] *Non aliter liberanda eſt Iudæa à captiuitate quàm per euangelij obſeruantiam.*

Certum autem eſt percuſſionem in facie, ſemper 73.

per

1.Cor.11.
Ioan.18. & 19.
Mich.5.

per grauiſſimam fuiſſe : vnde Paul. 1. *Corint.* 11. laudans Corinthiorum patientiam, dixit, *toleratis, ſi quis vos in ſeruitutem redigit, ſi quis in faciem vos cædit:* vnde Ioannes *in cap.* 18. *&* 19. *ſui Euangelij* notat Chriſtum Dominum per ſummam humilitatem plagas accepiſſe à Iudæis iuxta prophetiam Michææ, *in cap.* 5. *Percutiet maxillam iudicis Iſrael.* Eſt enim ea pars hominis diuina, & ſacra, quemadmodum nos latè docuimus *in cap.* 2. *verſ.* 10. Ex doctrina Philoſophorum, & ſanctorum Patrum; vnde percuſſio [l] in facie ſacrilegium exiſtimatur, & grauiſſima iniuria, vtpote, quia læſa ſit diuina pars hominis, vnde pro grauiſſima iniuria hîc poſita eſt à Ieremia. Non eſt verò exiſtimandum Ieremiam hoc in loco voluiſſe, pium, & fidelem hominem debere ſuam ingerere faciem, vt iniuriam, & contumeliam accipiat, quemadmodum inſipienter voluit Ioannes Eremita apud Caſſian. *Collat.* 16. *cap.* 20. exiſtimabat enim Ioannes Eremita [l] ſub colore fucatæ patientiæ perfectionem Euangelicam ſuaſiſſe eos, qui maxillam alteri verberandam ingerebant ſine vlla vtilitate; ita enim intelligebat ea verba Euangelica, *ſi quis te percuſſerit in vna maxilla, præbe ei alteram,* quod quidem falſiſſimum; nec enim Chriſtus Dominus gaudet iniuriis noſtris, ſed potiùs iubet, vt alteram maxillam præbeamos, ſi ea ratione fraterna ira placanda videatur. Doctrina eſt D. Chryſoſtomi *hom.* 16. *ad Epheſ.* quod eleganter etiam dixit Valerius Maxim. lib. 5. cap. 2. *Rectè,* ait, [m] *ſpecioſius aliquando iniuriæ vincuntur beneficiis, quàm mutui odij pertinacia.* Quando igitur ita oportuerit, licebit præbere alteram maxillam: exiſtimo tamen Ieremiam hoc in loco voluiſſe humilitatem ſignificare, & patientiam extremam, per animi præparationem ad iniurias; hæc enim ſola ſufficit ad veram humilitatem, ne videamur excitare fratres in nos ad peccandum. Diſſeruit hac de re D. Auguſt. *lib.* 1. *de ſermone Domini in monte cap.* 34. *&* 36. *lib.* etiam 22. *contra Fauſtum. cap.* 76. *& epiſt.* 5. *ad Marcellinam.* Chryſoſt. *hom.* 18. *ſuper Matth.* Hilarius *cap.* 4. *ſuper Matth.* Doctrina eſt D. Thomæ. collecta ex Auguſtino. 2. 2. *queſt.* 43. *a.* 8. *in ſolutionibus ad argumenta.*

[l] *Percuſſio in facie, ſacrilegium putatur.*

Caſſian.
[l] *Error Ioan. Eremitæ corripitur circa percuſſionem maxillæ.*

Chryſoſt.
Valer. Max.
[m] *Specioſius vincuntur iniuriæ beneficiis, quàm vindicta.*

Auguſt.
Chryſoſt.
Hilarius.
D. Thom.

74 *Saturabitur opprobriis.* { Bene notauit D. Ambr. *ſerm.* 10. *ſuper Pſal.* 118.

Ambr.

Extremam humilitatem eſſe iniuriis, & contumeliis affici; & propterea Ieremias ad diuinam miſericordiam commouendam, patientem extrema introducit hominem, cum dixit, *ſaturabitur opprobriis, quo faciliùs,* inquit, *Dominus moueat miſericordiam, complurium deformitate miſerabilis.* In quam ſententiam erit videndus Chryſoſtom. *homil.* 12. *ſuper.* 2. *ad Corint.* vbi aſſerit extremam humilitatem eſſe contumeliis affici, interpretatus ea verba Pauli, *per gloriam, & ignominiam, per infamiam, & bonam famam: Ignominiam,* inquit, *ferre, magnam, ac præclarum eſt, non enim ea ſolùm, quæ in corpore fiunt, forti, ac generoſo animo ferenda ſunt,* [n] *ſed ea etiam, quæ ſolum animum perturbant; neque enim hæ leues tumultus excitare conſueuerũt.* Ipſe quippe Ieremias, cum alioquin multas calamitates pertuliſſet, ad has fatiſcebat, & animo frangebatur; nam cum opprobriis, & conuitiis laceſſeretur, dicebat, *non prophetabo, neque loquar vltra in nomine Domini,* ſicut habemr *Ierem.* 20. Dauid etiam pluribus in locis probro ſe eſſe deplorabat; & Chriſtus Dominus ad Apoſtolos verba faciens *Matth.* 5. ita habet: *Cùm dixerint omne malum aduerſùm vos, gaudete, & exultate, quoniã merces veſtra multa eſt in cælis;* at qui non tantam mercedem conſtituiſſet, niſi ingens eſſet difficultas, atque certamen: nam cum quis in cruciatibus verſatur, corpus cum anima dolores patitur, hoc enim habet dolor, quod corpus, & animam afficiat; verùm in probris, & maledictis, animus duntaxat vexatur: multi certè his ſolis proſtrati ſunt, & animæ ſuæ iacturam fecerunt, atque ipſi quoque Iob vulneribus, & vlceribus ea probra grauiora fuerunt, quibus ab amicis oneratus fuit; nihil enim eſt, quod his, qui doloribus premuntur acerbiùs accidere poſſit, quàm eiuſmodi oratio, quæ eorum animos mordere, ac vellicare queat.

Chryſoſt.

[n] *Plerunque amariùs mordent maledicta, quàm malefacta.*

Ierem. c. 20.
Matth. 5.

In quam ſententiam erit videndus Ioann collator. *collat.* 22. *cap.* 13. vbi ait, *ſenex Alexandrinus, cùm apud Alexandriam turbis infidelium circumfuſus, non ſolùm maledictis, ſed etiam grauiſſimis impellentium vrgeretur iniuriis, eique à ſubſannantibus diceretur, quid miraculi Chriſtus veſter, quem colitis, fecit? Ille inquit, vt his, ac maioribus, ſi intuleritis,* [o] *non mouear, nec offendar iniuriis;* vſque adeo magnum exiſtimauit, contumeliis affici, vt hoc vnum miraculum ſufficeret ad Chriſti diuinitatem oſtendendam. Proinde eleganter dixit Philo *lib.* 1. *de vita Moyſis,* eos ſolos verè triumphatores eſſe, qui æquo animo iniurias illatas pertulerunt: ponderat enim eleganter Ægyptios propter contumelias illatas Hebræis, ab ipſis fuiſſe ſpoliatos, quaſi victores Hebræi eſſent, victi, ac proſtrati Ægyptij, cùm tamen plurimas acceperint ab Ægyptiis iniurias, & contumelias; ſpolia tamen Ægyptiorum, ſecum detulerunt Hebræi, victores quaſi eſſent, non qui iniurias intulerunt, ſed qui tulerunt. Addenda ſunt, quæ eleganter dixit Philipp. Beroald. *lib.* 9. *de transformat. Apules,* vbi commendat de Theophraſti ſententia, veteres Athenienſes, qui diuinas aras contumeliæ poſuerunt; etenim iniuria, & contumelia diuinos reddit homines? quod D. Ambroſ. eleganter dixit lib. 2 ſuper Luc. cap. 3. *Iniuriarum,* inquit, *acerbitate proditur Deus:* quæ omnia ea mente diximus, vt oſtenderemus accommodatè Ieremiam humilem, [p] & patientem hominem deſcribere, cùm eum auidum iniuriarum introducit; ſic enim docuerat pietas Dei, & longa patientiæ experientia. 75

Collator.

[o] *Miraculũ Chriſti eſt ſi non frangamur iniuriis.*

Philo.

Beroald.

Ambr.

[p] *Verè patiens auidus iniuriarum.*

Eſt autem aduertendum, *ſaturari,* in ſacra Scriptura, interdum accipi, pro auidè aliquam rem velle, ſeu, in eam ſe ingurgitare: quo pacto loquitur D. Auguſt. *in lib. de patientia,* cum dixit, *Martyres impiorum opprobriis ſaturati ſunt:* ita loquitur Iſaias cap. 53. *pro eo quod laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur.* Ita loquitur Iob in c. 16. *Percuſſerunt maxillam meam, ſaturati ſunt pœnis meis,* id eſt, multas mihi, & auidè pœnas inflixerunt. Sic quoque Ieremias hoc in loco de viro patiente dixit, *ſaturabitur opprobriis,* id eſt, auidè contumelias patietur, & in eas ſe ingurgitabit; proinde *ſaturari*, non ſignificat hoc in loco, ad ſatietatem, & faſtidium perueniſſe, ſed potiùs [q] auidè voluiſſe contumelias, & opprobria. Quem loquendi modum eleganter Tertull. *in lib. de patient. cap.* 3. expreſſit, cùm de Chriſto Domino ita dixit, *Nunquid ſubeunda morti, & contumeliis opus fuerat? ſed ſaginari voluptate patientiæ diſceſſurus volebat, deſpicitur, verberatur, deridetur, fœdis veſtitur, fœdioribus coronatur, miraa æquanimitatis fides, qui in hominis figura propoſuerat latere; nihil de* 76

Aug.
Iſaiæ 53.
Iob 16.

[q] *Quid per ſaturari hic eleganter ſignificatur.*

Tertull.

impatientia

impatientia hominis imitatus eſt: hinc vel maximè Phariſæi Dominum agnoſcere debuiſſent, quia patientiam huiuſmodi nemo hominum perpetraret: id eſt, quod iam ſuprà dixerat Ambroſ. *iniuriarum ſuarum acerbitate proditur Deus.* Ex quo loco Tertull. vtrunque colligimus, & quid ſignificet *ſaturari opprobriis* in ſacra Scriptura, & hunc locum propriè, & propheticè de Chriſti Domini [e] patientia agere in ferendis opprobriis, & contumeliis; in eo enim videtur conuenire vniuerſa Eccleſia, vt totius hic verſus, *dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobriis*, de Chriſto Domino ſit intelligendus, ſi non ad literam, ſaltem propheticè, quemadmodum dixit Tertullian, Ambroſ. *ſerm.* 10. *ſuper Pſalm.* 118. Burgenſ. *addit. vnica ſuper.* 3. *c. Threnorum.* Rupertus Abbas in Com. ſuper hunc locum: *Quis autem*, inquit, *hominum pariter homine illo iugum portauit ab adoleſcentia ſua, qui cum in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens? ille ergo ſingularis patientia dedit maxillam ſuam percutienti, &* iuxta Iſaiam in cap. 50 *dabit corpus ſuum percutientibus, & genas ſuas vellentibus, faciem ſuam non auertet ab increpantibus, & conſpuentibus, & huiuſmodi*, inquit Rupert. *ſaturabitur opprobriis.* Quamuis igitur Ieremias in homine patiente inſtituat ad literam ſuos Hebræos ad ferenda æquo animo opprobria, quæ certa erant à Chaldæis victoribus in miſeros captiuos Hebræos; tamen non repugnarem paulo maiora videndo, eidem ſubiiſſe in mentem opprobria, & contumelias Chriſti [f] ſeruatoris ab hominibus, pro hominibus illatas, eaſdem ad literam in hoc verſu ſcriptas reliquiſſe.

Ambr.

[e] *Chriſtus iniuriarum acerbitate proditur Deus.*

Tertull. Ambr. Burgenſ. Rupert.

Iſaias. 50.

[f] *Forſitan propheticè hic de Chriſto agitur.*

TRACTATVS VII.

De expoſitione 11. *&* 12. *trimetri ſub literis* CAPH, *&* LAMED. Siue, *de patientiæ fructu, quem diuina Prouidentia in ſuppliciis noſtris procurat.*

Trimetri vndecimi Carmen primũ.

CAPH. *Quia non repellet in in ſempiternum Dominus.*

§. I.

Ad Literam.

Non ſuſtinebit vtique patiens fruſtrà, quandoquidem Deus non indignatur, vt perdat, ſed vt terreat; vt ſic humiliatos, quos ex corde, nunquam deſpicit, miſericorditer ſubleuet.

77. IAm incipit diuinus Ieremias oſtendere, quem fructum quiſque vir patiens, & fortis ex ſua patientia [a] à Deo accipiat, docens ingenium, & naturam diuinam non eſſe propenſam in ſupplicium, ſed potius ad remedium, proindéque quamuis aliquando puniat, non fore diuturnam eius punitionem, ſed terminum, & finem habituram; quod ſiquando ea diuturnior videatur, docet deſperandum non eſſe, quia quamprimùm Deus propitius aderit adiuuando. Docuit hoc Tobias in ſua hiſtor. cap. 3. *Non delectaris in perditionibus noſtris, quia poſt tempeſtatem tranquillum facis, & poſt lachrymationem, & fletum, exultationem infundis.* Locus obſcurus, & elegans eſt in hanc ſententiam apud Iſaiam, quemadmodum inter cæteros vidit D. Hieronym. *in Com. ad eum locum*, ſic enim habet Iſaias loquens in perſona diuina: *Indignatio non eſt mihi quis dabit mihi ſpinam, & veprem in prælio*: Vbi Deus fatetur alienam à ſua natura eſſe indignationem. Erit item videndus Iſaias in eodem cap. cum ita dixit: *Nunquid iuxta plagam percutienti ſe percuſſit eum in menſura contra menſuram? eum abiecta fuerit, iudicabis eam*: loquitur autem propheta de ingenio [b] diuino in puniendis ſuis fidelibus, quos amat. Senſus autem huius loci talis eſt: An aliquando Dominus percuſſit populum ſuum ſicut percuſſerat hoſtes populi ſui Sennacherib, & Pharaonem? quaſi dicat, nunquam. Commendat igitur propheta Dei clementiam ex eo, quia puniuerat ſuos Hebræos in menſura, & in remedium potiùs quàm in exitium. Proſequitur hunc locum D. Hieronym. *in fine Com. ad cap.* 28 *Iſaiæ*, eleganti ſimilitudine petita à re ruſtica.

[a] *Quis fructus patientiæ à Deo.*

Gabr. à Caſtro in Threnos Ieremiæ.

Tobiæ. 3.

Hieron. Iſaiæ.

[b] *Ingenium diuinum in puniendis fidelibus.*

In hanc ſententiam erit videndus Auguſtin. *tract.* 7. *ſuper Ioann.* cum deſcribit modum, & menſuram, qua Deus ſecundùm ſuam miſericordiam plerunque ſolet punire peccatores; *ſi*, inquit, *tibi non dederit ſalutem corporis, non tibi proderit illam habere, quoniam multi innocentes ægrotant in lectulo, & ſi ſani fuerint procedunt ad ſcelera committenda, quàm multis obeſt ſanitas, Latro innocentiùs ægrotat, ſceleratè ſanus eſt: vnde ergo ſciſti, quod non vult te ſanare Deus? adhuc tibi expedit flagellari. Vnde ſcis, quod putre eſt, quod ſecat medicus, agens ferrum per putridam? non ne nouit modum, qui facit, & quo vſque faciet? nunquid vlulatus eius, qui ſecatur, retrahit manum medici artificiosè ſecantis? ille clamat, ille ſecat, crudelis, qui non audit clamantem, an potiùs miſericors? quia vulnus perſequitur, vt ſanet ægrotum. Talis eſt diuina miſericordia, caſtigat, vt remedium afferat.* Erit videndus in hanc ſententiam D. Ambroſ. *lib.* 1 de patient. cap. 4 *Expectat*, inquit, *Deus conuerſionem, vt reuertatur & ipſe ad gratiam, quæ ſi nullus lapſus nobis irreperet, in nobis perſeueraret; ſed quia peccatis noſtris contrahimus offenſam, indignatur*, [c] *vt humiliemur; humiliamur vt digni ſimus magis miſeratione, quàm pœna; doceat te Ieremias dicens, quia non repellet in ſempiternum Dominus*: quod etiam dixerat regius vates Pſalm. 102. *Non in finem iraſcetur Deus, neque in æternum indignabitur*: non eſt igitur natura diuina prona in ſupplicium, ſed potius in remedium, id quod docere voluit Ieremias cum dixit; *quia non repellet in ſempiternum Dominus.*

***

78.

Aug.

Ambr.

[c] *Deus indignatur vt humiliemur.*

Pſalm. 102.

Trimetri vndecimi Carmen ſecundum.

CAPH. *Quia ſi abiecit, & miſerebitur ſecundùm multitudinem miſericordiarum ſuarum.*

79. IN hoc ſecundo verſu ſub litera *Caph*, verbum Hebræum, pro quo vulgatus interpres tranſtulit, *abiecit*, [d] ſignificat afflictionem. Eo vſus eſt Iob *in cap.* 19. *verſ.* 1. cum dixit, *vſquequo affligitis animam meam?* ſignificat enim internam animi mæſtitiam, atque dolorem præſertim eum, qui ex contemptu, humiliatione, & abiectione oritur, atque ex ſeueriori increpatione, verbo, aut opere: ſicut enim verbum, *miſerendi*, beneuolentiam ſignificat, profuſum fauorem, gratiam, & charitatem; ita verbum, *abiiciendi*, his contraria ſignificat, quia ſub his verbis diuinus Ieremias oſtendit eam puniendi rationem, & cauſam fuiſſe in Deo, vt penitus miſericorditer reciperet, quos tam acerbè puniuerat: hic enim eſt finis diuini [e] ſupplicij, ſicut innuit Ieremias hoc in loco, & in cap. 2. ſui vatic. *Fruſtra*, inquit, *percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt.* Similia dixit Iſai. cap. 9. *Populus non eſt reuerſus ad percutientem ſe.* Amplificauit hunc locum Chryſoſt. *totis* 3. *libris de prouidentia*, *& hom.* 6. *in Ioan.* ad illa verba: *Ecce quem diligis infirmatur*; & *tom.* 5. *hom.* 3. *in fine*, *& hom.* 6. *& hom.* 47. *eodem tomo.* Auguſt. *in lib. de patientia, cap.* 14. & *lib.* 83. *quæſt. q.* 82. Proſper. *in lib. ſentent. ſent.* 42.

[d] *Verbũ Hebræum ſignificat afflictionem.* Iob 19.
[e] *Finis diuini ſupplicij.* Ierem. 2. Iſai. 9. Chryſoſt. Auguſt. Proſper.

Trimetri vndecimi Carmen tertium.

CAPH. *Non enim humiliauit ex corde ſuo: & abiecit filios hominum.*

80. EXiſtimauit D. Hieronym. hæc verba vniuerſaliora eſſe, pertinereque ad eum amorem, & dilectionem, qua Deus diligit omnes homines quos cum aliquando punit, non deſpicit ex corde ſuo, neque abiicit à procuratione ſolatij ſui, ita vt nolit vltra propter tranſgreſſiones eorum curam habere, & ope ſuæ pietatis ſuſtentare, imò potiùs propter ſuam bonitatem ſuſtinet eos in multa patientia ſua, vt de vaſis iræ faciat vaſa miſericordiæ; non igitur de corde [f] ſuo deſpicit miſeros homines. Erit videndus hac de re D. Saluian. in Biblioth. Patr. tom. 5. & in lib. quem fecit de Prouident. Dei; *Exacerbamus*, inquit, *Deum impietatibus noſtris, & ad puniendum nos trahimus inuitum; cùmque eius natura ſit, vt nulla iracundiæ paſſione moueatur: tanta tamen in nobis peccatorum exacerbatio eſt, vt per nos cogatur iraſci, vim, vt ita dixerim, pietati ſuæ, ac manus quodammodo afferimus miſericordiæ ſuæ; cùmque eius benignitatis ſit, vt velit perpetuò parcere, cogitur tamen malis noſtris, ſcelera, quæ admittimus, vindicare.* Similia dixit Greg. *hom.* 16. *in Ezechiel.* Chryſoſt. *hom.* 5. *de pœnitent. tom.* 5.

Hieron. [f] *Deus miſeros non deſpicit ex corde.* Saluian. Gregor. Chryſoſt.

81. Accommodatè autem Spiritus ſanctus hoc in loco in Hebræa voce, non dixit, *& abiecit filios Adam*, ſed potius, *filios virorum*; [g] hoc enim ſignificat vox Hebræa, quàm vulgatus tranſtulit *filios hominum*; Voluit enim Spiritus ſanctus ſignificare diuinam Prouidentiam non abiicere inter grauiſſima pericula viros excellentes, & conſtantes aduerſis in rebus; filij enim Adam, ignaui, & inconſtantes ſolent appellari in ſacra Scriptura, ſicut patet ex Pſalm. 48. *Quique terrigenæ, & filij hominum*, quemadmodum bene ponderauit ad eum locum Genebrard. plebei enim, & ignobiles, nulla natiuitatis origine illuſtres, quos terræ filios Poëtæ appellarunt, filij Adam nominantur in ſacra Scriptura; ſemper enim vera nobilitas tolerantiam oſtendit, quemadmodum dixit Seneca epiſt. 60. *Vir ſapiens ad omnem incurſum inuictus eſt, & interritus, non ſi paupertas non ſi luctus, non ſi ignominia impetum faciant, pedem referent, ad ſummum ſapiens, vno Ioue minor eſt*: quod autem de ſapientia dixit Seneca, de nobilitate quoque dicendum eſt, eſt enim coniuncta cum ſapientia nobilitas, & ſicut aduerſia rebus ſapientia oſtenditur, ſic quoque nobilitas.

[g] *Filij hominum dicũtur viri conſtantes, filij Adã ignaui.* Pſal. 48. Genebrard. Seneca.

Eſt in hanc ſententiam illud Poëtæ 4. Æneid. cum Virgiliana Dido ita probauit nobilitatem ſui Æneæ, ita enim habet: 82.

Credo equidem (nec vana fides) genus [h] eſſe Deorũ,
Degeneres animos timor arguit:

quaſi velit, eſt enim argumentum ingenitæ nobilitatis tolerantia aduerſis in rebus: quod etiam notauit *lib.* 1. *Thebaid.* vbi inter cætera ita dixit:

Nam vos haud humiles tanta ira decet.

Eſt quoque elegans Comitis Pompei ſymbolum apud Hieron. Rocel. ſolem enim affigi iuſſit inter nubila, cuius hæc erat addita ſententia, *hinc clarior.* Vt autem ſacra prophanis addamus, erit videndus Ambroſ. *ſerm.* 16. *&* 22. *ſuper Pſ.* 118. cum explicat locum Cantic. in cap. 8. *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, quia fortis vt mors dilectio.* Quem locum ille intelligit de vera nobilitate Chriſtiana, quæ poſita eſt in imitatione Chriſti crucifixi, & in vera patientia: ſtigma namque, ſiue inſignia [i] Chriſtianæ nobilitatis, patientia eſt; à patientia enim Chriſti deriuatur noſtræ tolerantia, & nobilitas, quemadmodum prædixerat Iſaias de Chriſto crucifixo in cap. 53. *Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum.* Illud etiam addendum eſt, quod iam moriturus Æneas ſuo Aſcanio dixit; cum enim arctiſſimè amplexatus, atque poſtremum oſculum eidem reddens, ſic iam ferme moriens dixit:

Diſce puer, virtutem ex me, verùmque laborem,
Fortunam ex aliis.

Ex quibus iam fit appoſitè Ieremiam dixiſſe loquendo cum Hebræis in extremis calamitatibus conſtitutis, *non enim humiliauit, & abiecit ex corde ſuo filios hominum*, id eſt, non ſolet Deus præſtantes, & excellentes viros inter labores relinquere; ſuadet enim ad patientiam, & tolerantiam Hebræos, quaſi diceret,

Durate, & vóſmet rebus ſeruate ſecundis.

Eſt enim via ad ſecundas res tolerãtia in aduerſis.

Virgil. [h] *Genus Dei ſunt viri fortes.* Rocell. Ambroſ. Cantic. 8. [i] *Stigma Chriſtianæ nobilitatis patientia eſt à Chriſto deriuata.* Iſai. 53. Virgil.

Trimetri duodecimi Carmen primum.

LAMED. *Vt contereret ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ.*

§. II.

Ad Literam.

Deus vniuerſos mortales; non tantùm peccatores, veluti vinctos in carcere, ſub cuſtodia in mundo tenet, ſuo tempore puniendos, vt reſipiſcant.

83. Rab. Salom. Theodor.

BEne Rabbi Salomon notauit ad hunc locum, ſententiam præſentem pendere ex ſuperiori carmine, cum quo neceſſariò hic locus coniungendus eſt, vt veram, & perfectam ſententiam teddat. Suffragatur Theodoret. exiſtimans diuinum Ieremiam hoc in loco contra eos agere, qui diuinam Prouidentiam[l] accuſant, putantes Deum humanas res, neque curare, neque eiſdem prouidere: digreditur enim aliquantulùm diuinus Ieremias ex occaſione loci ad agendum de diuina Prouidentia in flagellis, & ſuppliciis hominum, oſtendens vniuerſa mala à diuina Prouidentia ordinata eſſe, vt homines à peccatis reſipiſcant, non vt eoſdem ſuppliciorum magnitudine obruat; proinde vniuerſalis eſt hæc ſententia de Dei prouidentia ad omnes mortales, quos *Vinctos terræ* appellat, ſicut ſtatim latiùs dicemus inferiùs.

[l] *Inuehitur in eos Propheta, qui diuinam prouidentiam accuſant.*

84. Vt igitur aperiamus difficultatem præcipuam, & vocam huius verſus, aduertendum eſt, D. Hieronym. interpretatum fuiſſe, *vinctos terræ*, de peccatoribus, qui in ſordibus[m] manent, & peccata peccatis contexere ſolent, ſunt enim hæc verba Hieronymi, *Nec plangit*, inquit, *Ieremias eos, qui peccare cœperunt, ſtatímque per pœnitentiam peccare deſierunt; non eſt enim iuſtus, qui faciat bonum ſuper terram: ſed loquitur de iis, qui longo funiculo peccata protraxerunt.* vnde Numer. *in cap.* 19. legimus, vaccam rufam, cuius cinis expiatio eſt populi, non aliter immolari, & offerri ad altare Domini, niſi quia terrena opera non fecerat, & iugum non traxerat, nec vinculis iugi Nabuchodonozor fuerat alligata; & in Iſaia cap. 3. *Pro cingulo veritatis filiæ Sion cinguntur funicule:* ſic enim Iſaias deſcribit mulieres Ieroſolymæ deformatas tempore captiuitatis Babylonicæ, *& erit pro ſuaui odore fœtor, & pro zona funiculus*; & in cap. 5. ita dolet Iſaias, *væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis:* quem locum Hieronym. intelligit de progreſſu in ſceleribus; huiuſmodi autem peccatores appellat *vinctos terræ*, quorum finis[n] deſperatio eſt, quemadmodum feciſſe legitur Achitophel. 2. *Reg.* 17. & Iudas proditor, quorum alter Dauid, alter Dominum Seruatorem prehenderunt, fune longiſſimo trahentes peccata ſua, periere ſuſpendio, putantes malum conſcientiæ præſenti morte finire, & nihil eſſe poſt mortem exiſtimantes: *Non igitur*, inquit Hieron. *ea mente diuina Prouidentia ſolet mortales punire, quæ deſperantes ſe ipſos ſuſpendunt, quos vinctos terræ appellauit Ieremias, quia progreſſu peccatorum, quaſi quibuſdam vinculis innodantur, vnde non aliter exire poſſe*[o] *credunt, quàm per ſuſpendium.*

[m] *Vincti terræ peccatores ſunt non reſipiſcentes*, Hieron.

Num. 19. Iſai. 3. Iſai. 5. Hieron.

[n] *Quorum finis deſperatio eſt.* 2. Reg. 17.

[o] *& exitus per ſuſpendium.*

85. Aliis placet per *vinctos terræ*, ſignificare voluiſſe Ieremiam vniuerſos[p] mortales; eſt enim periphraſis, ſiue, circumlocutio elegantiſſima, qua ſacra Scriptura deſcribit mortales, ſiue homines, vt quiſque noſtrum intelligat, ſe ligatum, & comprehenſum, vel, detentum eſſe à Deo, quaſi in carcere, vnde nullus hominum exibit, niſi mortis ſupplicio punitus, iuxta ſententiam latam à Deo, *In quacunque hora comederis ex eo, morte morieris.* Ad quem locum alludere videtur regius vates *in Pſal.* 68. agens de redemptione hominum per crucem Chriſti; quo in loco inter cætera ita dixit: *Quoniam exaudiuit pauperes Dominus, & vinctos ſuos non deſpexit.* Quem locum pulchrè intellexit Cyrill. Alex. *ſuper Iſaiam cap.* 49. vbi ait: *Quid autem precatur Dauid, niſi vt illi de mortis vinculis liberentur? & ideò dixit, vinctos ſuos non deſpexit; diſrupit enim omnium vincula, dicens iis, qui in vinculis erant, Exite.* Senſus igitur huius loci talis eſt, non ea mente Deus ſolet punire miſeros homines, quos *vinctos terræ* appellat, vt omnino perdat, ſed potiùs, vt remedium afferat ſingulare.

[p] *Vincti terræ, dicuntur etiã mortales omnes in terra viuentes.*

Pſal. 68. Cyril. Alex.

Trimetri duodecimi Carmen ſecundum.

LAMED. *Vt declinaret iudicium viri in conſpectu vultus Altiſſimi.*

PRo huius verſus intelligentia aduertendum eſt, declinare iudicium,[q] non eſſe aliud, quàm non iuſta lance merita ponderare, ſed iuſtitiæ libram in alteram partem degrauare; eſt enim libra, iuſtitiæ perpetuum ſymbolum, nam ea menſura librare ſolemus iuſtiſſima pondera; ſic quoque per iuſtitiã, quod cuique debeatur, expenditur; ac proinde iudicium declinare, eſt aliquem iniuſtè punire, inclinãdo ſeu declinãdo in partem iniquã. Niſi potiùs magis placeat, quod Hieron. dixit, vt declinare iudicium, nihil aliud ſit,[r] quàm diuertere; eritque ſenſus, Non ſolet Deus quenquam hominem punire, & punitum relinquere, non aduertendo ad eius merita, ſed potiùs iuſtè iudicat. Quæ expoſitio non multum differt à priori metaphora, per quam diuinus Ieremias ſignificare voluit, æquiſſimam eſſe Dei iuſtitiam repertam in hominum ſuppliciis. 86.

[q] *Declinare iudicium idem atque degrauare.*

Hieron. [r] *Sine diuertere.*

Addidit autem, *in conſpectu vultus Altiſſimi*, id eſt, coram Deo, ſiue in diuino tribunali; de more enim Hebræorum,[s] pro relatiuo, repetitur antecedens; erat enim dicturus, *in conſpectu ſuo*, Hebræa phraſi dixit, *in conſpectu vultus Altiſſimi.* Quod mihi non caſu factum eſſe videtur, ſed potiùs ita poſitum ad oſtendendum in ſupremo tribunali nullam prorſus cadere debere iniuſtitiam: quod voluiſſe videtur Abraham *Geneſ.* 18. cùm dixit, *Abſit à te Domine, vt occidas iuſtum cum impio; non eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc.* Similis locus eſt eſt ille Iob in cap. 8. *Nunquid Dominus iniuſtè aget, aut qui omnia facit, turbabit iuſtitiam?* Eſt enim ſimilis querela apud Prophetam Abach. *in cap.* 1. vbi conqueritur de ipſo Deo, quod paſſus ſit, rectum iudicium ſuum à Chaldæis vinci contra Hebræos; ſic enim habet: *Quare oſtendiſti mihi iniquitatem, & laborem, videre prædam, & iniuſtitiam contra me, & factum eſt iudicium, & contradictio potentior? propter hoc lacerata eſt lex, quia tu Domine, qui iuſtè iudicas, & vim omnem prohibere potes, pateris potiores eſſe, qui potentiores ſunt: quod homines videntes, contra leges agunt,* 87.

[s] *Phraſis Hebræa non ſine myſterio.*

Gen. 18. Iob 8. Abach. 1.

& iniuſtè indicant. Proinde aptiſſimè Ieremias altiſſimum vocauit tribunal Dei, atque etiam potentiſſimum; propterea enim hoc in loco poſita eſt vox Hebræa, *alior*, quæ ſignificat potentiſſimum, & altiſſimum, cum Abraham *cap.* 18. *Geneſ.* eandem proſequutus ſententiam Dominum appellauit, non potentiſſimum, ſed potiùs opulentiſſimum; vſus eſt enim eo nomine diuino, *Sadai*, quod abundantiam, & opulentiam ſignificat; [t] quæ duæ res plurimum poſſunt in ſupremo iudice, vt non corrumpatur, opulentia, ſcilicet; & abundantia: etenim nihil aget perperam, vel propter lucrum, vel propter timorem, qui opulentiſſimus eſt; & potentiſſimus. Satis proinde confirmauit Ieremias non poſſe Deum quenquam hominum iniuſtè iudicare, vt qui potentiſſimus, & opulentiſſimus ſit.

Gen. 18.

[t] *Opulentia, & potentia in iudice neceſſaria.*

Trimetri duodecimi Carmen tertium.

LAMED. *Vt peruerteret hominem in iudicio ſuo; Dominus ignorauit.*

88. GAudent Hebræi repetitionibus, & maximè Prophetæ, quibus plerunque vtuntur ad rem [u] amplificandam; propterea Ieremias, quod dixerat in præcedenti verſu aliis verbis reperit in hoc carmine; eadem enim eſt vtriuſque loci ſententia, cum idem ſit, declinare iudicium viri, *in conſpectu vultus Altiſſimi, & prauertere hominem in iudicio*; quod in hoc carmine dixit Ieremias: quæ verba ita legenda ſunt ex textu Hebræo, *Domino non eſt hoc viſum*, ſeu *Deo non placuit*, vel *non eſt hoc ingenium diuinum.* Paraphraſis tamen Chaldaica, ſatis conuenienter ad ea, quæ dicta fuerant in præcedenti verſu, ita potiùs legit, & interpretatur, *fieri non poteſt, vt hoc in conſpectu Domini non reueletur*, vt ſit altera pars, quæ in ſupremo [x] iudice reperitur, ne erret ex ignorantia; vnde ſententia ſemper iuſta & vera ſit vt quæ lata ſit ab eo, qui agendorum habet ſupremam ſcientiam, qui opulentiſſimus, & potentiſſimus eſt. Erit videndus hoc in loco Rupert. vbi ſatis commendat diuinam clementiam, & iuſtitiam dicens: *O laudabilis ignorantia, ô pura ſimplicitas, ô ſimplex diuinitatis puritas, omnes vinctos terræ indiſcretè ſub pedibus ſuis conterere, v. g. Caim, & Abel; Iacob, & Eſau, ignorauit, & alios per gratiam ſaluare, alios per iuſtitiam conterere nouit, declinare iudicium viri ignorauit, in conſpectu vultus Altiſſimi, & tres pueros in camino ignis conſeruare ſapiens iudex nouit, & prauertere hominem, id eſt, de recto, prauerſum facere, in iudicio ſuo ignorauit, & de prauerſo iuſtum, &* [z] *rectum facere nouit.* Neſcit igitur Deus æquè iuſtum, & impium punire, ſed punire, ſed punit impium, & ſanctum ſaluat magis, & iuſtificat per flagella. Non igitur ex ignorantia agit Deus, quando calamitatibus exercet probos viros.

[u] *Repetitionibus rem amplificant Propheta.*

Hebraicè.

Chald. Par.

[x] *Altera ſupremi iudicis conditio eſt ſumma ſcientia,*

[z] *Secundùm quàm diſcernit bonum à malo.*

***

TRACTATVS VIII.

De expoſitione decimitertij & decimiquarti trimetri ſub literis MEM, *&* NVN. *Siue, De inſeparabilitate Prouidentiæ à Deo, & remedio iniuſtæ hominum querimoniæ.*

Trimetri decimiterrij Carmen primum.

MEM. *Quis eſt iſte, qui dixit, vt fieret, Domino non iubente?*

§. I. Ad Literam.

Viuentis more brutorum eſt, diuinam prouidentiam denegare, quæ cum iuſtitia in Deo, fœdere non modò æterno copulatur, ſed Creatori adeo propria eſt, vt nequeat alicui communicari creaturæ.

COnclusio eſt contra blaſphemantes, atque negantes [a] diuinam in Deo prouidentiam, aſſerentéſque omnia caſu, & forte fortuna euenire in his inferioribus: colligitur autem hæc concluſio ex præmiſſis in ſuperioribus, in quibus oſtenderat Ieremias, Deum nos non humiliare & flagellare, vt perperuò perdat, ſed potiùs, vt perditos in viam reducat, vt ſit hic locus de diuina prouidentia non deſerente homines etiam in extremis calamitatibus conſtitutos. Ita hunc locum intellexit Theodoretus, Brixianus, Rupert. Abbas. Verùm antequam diſcurſum de prouidentia proſequamur, explicandus erit Hebraiſmus, quo vtitur Ieremias in hoc verſu; ſic enim legendus eſt locus, *quis eſt, qui dixit, fuit hoc, & Dominus non præcepit*, vel potiùs, *quis hoc dixerit, aliquid fieri, quod Dominus non præcipiat?* quod idem eſt, ac dicere, nihil eſt factum, quod iubente Domino factum non ſit, & prouidente. Sententiam autem per interrogationem protulit, quia [b] interrogatio iracundis accommodata eſt, qualis videri voluit propheta contra prophanos negantes diuinam prouidentiam. Erit autem videndus Areopagita. *lib. de diuin. nominib. cap.* 2. vbi comparat diuinam bonitatem in prouidendis creaturis, [c] ſigillo, quod cum vnum & idem ſit, in diuerſis tamen ceris imprimitur. Quam ſimilitudinem elegantiùs explicuit Bonauent. *in* 1. *diſt.* 37. *q.* 1. probans, præſentiam Dei, quoad omnes effectus reperiri in creatura ad inſtar ſigilli: quemadmodum enim impreſſio ſigilli non conſeruatur in materia rara, niſi ſigillum ſit præſens, ſic quoque vniuerſa bonitas, & conſiſtentia creaturarum à diuina pendet prouidentia. Similia habet Chryſoſt. *tom.* 5. *hom.* 10. vbi vtitur ſimilitudine 89.

[a] *Concluſio contra negantes prouidentiam Dei in caſtigatione malorum.*

Theodor. Brixian. Rupert. Ab.

Hebraicè.

[b] *Quare per interrogationem ſententiam profeſſat Propheta.*

Dionyſ.

[c] *Diuina prouidentia ſigillo comparatur.*

ſimilitudine animæ à corpore recedentis, *talis*, inquit, *eſt prouidentia, ſi ab homine recedat.* Similia dixit Ariſtot. *in lib de mundo*, ex Orpheo in hymnis, *Cuncta vides, cuncta audis, & cuncta gubernas.*

Ariſtot.

90\. Accommodatè autem ad hunc locum Auguſt. Eug. dixit *Pſal. 138.* has duas veritates eſſe indiuiduas in Deo, iuſtitiam, ſcilicet, & prouidentiam: *Sicut enim*, inquit ille, *eſt infinita iuſtitia, & ſanctitas Dei in ſe, & in homines; ſic prouidentiam quandam naturalem comitantem ab æterno Spiritus ſui magnitudinem eum habere putandum eſt*: & cætera quæ proſequitur Eugubin. in eandem ſententiam, ſunt enim hæc inter ſe connexa, & æterno fœdere copulata Iuſtitia, & Prouidentia in Deo, ad orbem, & res omnes gubernandas; actum enim eſſet de rerum natura, ſi prouidentia Deo deeſſet, vel iuſtitia. Bene autem notauit Alex. Alenſ. *1 p.q.26. memb.5.art.1.* vbi quærit Vtrùm Deus poſſit prouidentiam alicui creaturæ communicare, qua ſe ipſam moderari poſſit? Reſpondétque[d] negatiuè, quemadmodum neque communicare poteſt independentiam à Deo; neque enim ſatis prouiſum fuiſſet illi creaturæ, cui ſua prouidentia commiſſa eſſet, vſqueadeo noſtra prouidentia coniuncta eſt, cum diuino eſſe; proinde meritò Athæi ſunt appellati Democritus, & Epicurus, qui diuinam prouidentiam in dubium vocauerunt, quemadmodum bene notauit Lactant. *lib. 1. de vera religione, cap. 2.* Euſeb. Cæſar. *lib. 14 de præpar. euang. cap. 1.* Chryſoſt. *hom 4. in 1. ad Corinth.* Ac proinde meritò Hierem. dixit per ſummam iracundiam aduerſùs prophanos Athæos diuinam prouidentiam negantes, *quis eſt iſte, qui dixit, vt fieret, Domino non iubente?* Erit videndus Nazianz. *orat. 1. apolog.* vbi latiſſimè docet, cur diuina prouidentia interdum puniat iuſtos, interdum verò improbos homines? *Omnia*, inquit, *facit Deus, atque immutat, & velut per circulum vniuerſum hunc mundum gubernat; ita vt, ex aere, aqua, ex aqua terra, ex terra ignis producatur: ſic ex diuitibus pauperes, ex pauperibus diuites; qui dat, vt impius nunc ſupra cedros Libani aſpiciatur; nunc deiectus, & in nihilum redactus, vt ſic quidem ipſius impietatem cantu, ac celeri pede percurrere poſſimus, nec enim eſt, cur virilem animum detineant hæ tam variæ[e] viciſſitudines rerum*; minus autem vitile erit propter eas diuinam negare prouidentiam, ſicut Ieremias conqueritur hoc in loco.

Eugubin.
Alex. Alenſ.
[d] *Deus non potiſt ſuam prouidentiam alicui communicare creaturæ.*
Lactant.
Euſeb Cæſ.
Chryſoſt.
Nazianz.
[e] *Viciſſitudines rerū non detineant animum virilē.*

Trimetri decimitertij Carmen ſecundum.

MEM. *Ex ore Altiſſimi non egredientur nec mala, nec bona?*

91\. PRoſequitur accuſationem contra negantes prouidentiam diuinam, quam inchoauerat in præcedenti verſu. Eſt autem in hoc carmine repetenda ea particula, *quis eſt iſte, qui dixerit, ex ore*, ſcilicet, *Altiſſimi, non egredientur nec mala, nec bona?* eſt autem *egredi ex ore Altiſſimi*, idemquod ex imperio,[f] ex præcepto, ex ordine diuino: proinde Theodoret. pulchrè dixit, *Deus non mandauit bona, nec mala*: Per bona autem, & mala intellexit Ieremias proſpera, & aduerſa, quemadmodum grauiores Interpretes notarunt.

[f] *Ex ore altiſſimi, id eſt, ex imperio Dei.*
Theodor.
Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

Exiſtimo autem ea ratione dixiſſe prophetam, *ex ore Altiſſimi*, id eſt, longè diſtantis Dei, vel potiùs habitantis in diſtantiſſimo loco, non minuere prouidentiam Dei in his inferioribus gubernantis; quod mihi notaſſe videtur diuinus Amos *cap. 9.* cum ait, *qui ædificat in cælo aſcenſionem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terram fundauit*, id eſt, qui regiam ſuam altiſſimo in cælo conſtituit; eſt enim cælum propria ſedes Dei; *faſciculum* autem *ſuum* vocat electos,[g] & prædeſtinatos, teſte Hieronymo, & Ruffino, ita ſignificans, non proinde ſeparatos, & alienos à diuina prouidentia eſſe homines in terra habitantes, quia Deus altiſſimo in cælo ſuum poſuit tabernaculum, proinde *faſciculum Dei* eos vocat, quaſi colligatos[h] cum Deo, & ſua prouidentia, qualis querimonia eſt illa in Pſal. 90. *altiſſimum poſuiſti refugium tuum*; eſt enim oratio hominis pij conſtituti inter extremas calamitates, ac dolentis, quod diſtantiſſimum habeat confugium in ſuis calamitatibus, poſitum, ſcilicet, in cælo, in quo tanquam in aula regia Deus ſolet ſe communicare ſuis cælitibus. Verùm in ea oratione illud accepit reſponſum, *non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo: quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te.* Quibus verbis oſtenditur, diſtantiam loci,[i] diuinam non minuere prouidentiam; eſto enim in cælo habitet, Deus indiſtans eſt à rebus humanis, atque præſens omnibus, habétque fideliſſimos miniſtros ſuæ prouidentiæ diuinæ Angelicos Spiritus.

Amos 9.
[g] *Faſciculus Dei ſunt prædeſtinati.*
Hieron.
Ruffinus.
[h] *Quaſi cum Deo colligati, quamuis in altiſſimo loco habitet.*
Pſal. 90.
Idem.
[i] *Diſtantia enim localis non minuit diuinam prouidentiam.*

Erit videndus Theodoret. *in com ſuper Pſ. 18.* ponderans ea verba, *non eſt, qui ſe abſcondat à calore eius*; legit ille, *Non eſt qui ſe abſcondat ab oculis eius, ſeu à lumine eius*: conſequens autem eſt, vt quem Deus videt, caléfaciat. Quibus habet ſimilia D. Ambroſ. *lib. 1. de offic. cap. 14.* vbi de Deo dicit, Deum omnia noſtra videre, & ſcire, propterea omnibus prouidere. Conſequentia dixit Ambroſ. *in lib. de Abraham, cap. 5.* ponderans ea verba Dei, *deſcendam & videbo, Quia*, inquit, *eminùs poſiti multa neſcire poſſunt.* Deus igitur indiſtans[l] eſt à nobis, quamuis in cælo habitet; neque enim rectè humanis rebus prouidere poteſt qui vel longè eſt à nobis, vel Angelos non habet miniſtros, per quos ſeparata gubernet: malè ergo intulerunt prophani deſertores prouidentiæ diuinæ ex eo aſſerentes nec mala, nec bona à Deo eſſe, quoniam altiſſimus, & ſeparatiſſimus eſt à nobis. 92.

Theodor.
Pſal 18.
Ambroſ.
Idem.
[l] *Quia Deus vbique indiſtans eſt.*

Trimetri decimitertij Carmen tertium.

MEM. *Quid murmurauit homo viuens vir, pro peccatis ſuis?*

COllectio eſt, ſiue conſequutio[m] in his verbis, contra eos, qui diuinam negarunt prouidentiam, vt ſit ſenſus. Si omnia ſunt ordinata à diuina prouidentia, ita vt in nobis nihil fiat, niſi Deo iubente vel permittente. Quæ eſt ratio, cur audeat homo vilis murmurare, quando à Deo pro ſuis ſceleribus punitur, vel quando videt pœnas ſuis ſceleribus debitas: *hominem viuentem*, 93.

[m] *Illationem facit contra negantes prouidentiam.*

[n] *Homo viuens, id eſt, more brutorũ viuens.*

appellat [n] hominem more brutorum viuentem; nec enim murmurare debet, ſed potiùs cognoſcere diuinam prouidentiam. Verbum autem Hebræum, pro quo vulgatus Interpres, tranſtulit, *murmurauit*, ſignificat potiùs ſe affligere, vel impatienti animo ferre ea, quæ à diuina prouidentia deriuantur mala: eſt enim ea cogitatio ſalubre remedium in aduerſis, quò ſpectat vniuerſa hæc oratio Ieremiæ, quæ nititur patientiam ſuadere in rebus aduerſis, & quia à diuina prouidentia veniunt, & quia ſceleribus noſtris

Bernard. debita. Videndus erit D. Bernard. *lib. 2. de conſider. prope finem*, vbi ait, *Magnus qui incidit in aduerſa, non excidit vel parum a ſapientia.*

Trimetri decimiquarti Carmen primum.

NVN. *Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum.*

§. II.

Ad Literam & Mores.

Ille Deum iniuſtè accuſat in aduerſis, qui ſeipſum non nouit, quare probus intellectus ſe ipſum videns, rectà ad Deum tendit, puráſque poſt ſui accuſationem ad cælum manus leuat, paratus in omne ſupplicium Dei vindicantis.

94. PVlchrè diuinus Propheta tandem oſtendit, vnde ortum habeant iniuſtè [o] querelæ ſceleratorum hominum contra diuinam prouidentiam, docétque non aliunde ortas eſſe, quàm ex inconſideratione ſuorum ſcelerum, atque ex obliuione ipſorum; etenim conqueruntur de diuina prouidentia, quia ſcelera non intuentur; ea enim ſi viderent, continuè ad Deum iuſtiſſimè punientem conuerterentur; hoc enim fine, & hac lege aduerſa à Dei prouidentia ordinantur, & diriguntur, vt deuios, & errantes ad viam reducant, eſt enim hoc proprium laborum, ſicut latiùs iam ſuprà diximus. Erit tamen videndus

[o] *Vnde ortũ habeant iniuſtæ contra Deum malorum querimoniæ.*

Philo. Philo *in lib. legis allegor.* vbi hoc proſequitur argumentum, quòd ſcilicet, in aduerſis rebus, verus & probus intellectus, non ad ſui innocentiam, ſed potiùs ad diuinam prouidentiam confugere debere, propter ſcelera, quibus implicatus detinetur: *Verus*, inquit, *intellectus ſe ipſum fugiens* [p] *confugit ad Deum*; etenim, vt idem Philo dixit, in lib. de ſomniis, *qui ſeipſum valde cognoſcit, valde contemnit; qui autem ſe ipſum ſpernit, eum, qui eſt, cognoſcit; eſt enim via ad Deum*, [q] *penetraſſe improbam animam*; quod Ieremias hoc in loco dixit, *ſcrutemur vias noſtras, & quæramus, & conuertamur ad Dominum.*

[p] *Verè intelligens ſe ipſũ fugiens confugit ad Deum.*

[q] *Via ad Deum eſt animæ ſuæ agnoſcere improbitatem.*

95. Bernard. In eandem ſententiam erit videndus Bernard. *ſerm. 5. in dedic. Eccleſ.* agens de geminæ conſideratione ſui ipſius, *Excludit*, inquit, *miſeria diſſimulatio miſerationem, nec dignatio locum habet, vbi fuerit præſumptio, prouenit autem compaſſionem humilis confeſſio paſſionis.* Eſt videndus Gregor. Magn. lib. 21. moral. cap. 6. *Qui peccatorem*, ait, *ſe eſſe intelligit, iam ex parte aliqua iuſtus eſſe incohauit, atque id, quod non iuſtus fecerat, ex eo, quòd iuſtus eſt, accuſat, qua accuſatione ſua Deo inhærere incohat, dum rectum contra ſe iudicium proferens, hoc in ſe, quod illi ſentit diſplicere, damnat.* Eſt igitur accommodata via, vt dicebam, ad promerendum Deum adiutorem, ſi, noſtras rimantes conſcientias, ſcelera noſtra potiùs accoſemus, vnde calamitates ortum habuerunt, quàm diuinam prouidentiam. Similis mihi videtur locus ille *in Pſal. 15.* vbi regius vates inter aduerſa

Gregor.

Pſal. 15. ita dixit, *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum, ideo increpuerunt me renes mei*, id eſt, gratias Deo ago, quia inter meas calamitates conſuluit, & ordinauit cogitationes meas; per, *renes*, enim ſignificat Propheta, occulta quæque ſuæ mentis; ſolebat enim regius vates, ſicut ipſe

Pſal. 73. dixit in *Pſal. 73.* ſingulis noctibus ſuam ſcrutari conſcientiam, *renuit*, inquit, *conſolari anima mea, cogitaui dies antiquos*; quemadmodum locum in-

Baſil. & alij. telligit D. Baſil. Theodoret. & Euthym. inde enim conſequitur prouidentiæ diuinæ apta cogitatio,

Pſal. 73. ſicut ipſe ait eodem Pſalm. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo, ne commouear*: quod Ieremias dixit; *ſcrutemur vias noſtras, & quæramus, & conuertamur ad Dominum.*

Trimetri decimiquarti Carmen ſecundum.

NVN. *Leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cælos.*

ANtequam aperiamus obſcurum Hebraiſmum in hoc ſecundo verſu contentum, aperienda eſt mens Ieremiæ hoc in loco. Præſcribit igitur orationis formam, & habitum orantis, qui dixerat priùs ſcrutandam eſſe conſcientiam: oportet igitur orantem expanſis manibus ad Deum orare, quæ de re nos iam ſupra aliquid diximus ex Patribus, aduertentes in oratione eleuandas eſſe manus, atque puras à ſceleribus attollendas. quod dixit Tertullian. *in apolog. cap. 30.* & Chryſoſt. *tom. 5. hom. 79.* quærens cur manus inter orandum eleuentur, *quia*, inquit, *manus ſunt multorum ſcelerum miniſtræ, propterea quaſi à ſceleribus iubentur eleuari*, quod etiam dixit Philo *in lib. de victimis.* Ad rem tamen mihi loquutus videtur Tertull. & ad mentem huius loci in apolog. loco citato, *expanſis manibus*, inquit, *Deum orare ſolemus, expanſos vngula dilacerant, cruces ſuſpendunt, ignes lambunt, gladij guttura detruncant, paratus eſt ad omne ſupplicium ipſe habitus orantis* [r] *Chriſtiani*; quæ mihi per quam maximè videntur quadrare cum præſenti ſententia Ieremiæ; poſtquam enim, inquit Ieremias, diſcuſſa noſtra conſcientia, inuenerimus iuſtiſſimè à Deo nos puniri pro noſtris ſceleribus, eleuemus manus parati ad omne ſupplicium; hic enim habitus eſt orantis diuinam miſericordiam, & ſuam agnoſcentis impietatem. 96.

Tertull.

Chryſoſt.

Philo.

Tertull.

[r] *Habitus orantis Chriſtiani.*

Eſt autem obſcurus [ſ] Hebraiſmus in his verbis, *leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum*; etenim ſi Hebræa veritas attentiùs inſpiciatur, ita potiùs videtur legendus locus, [t] *leuemus cor noſtrum ad manus*, ſiue *ad palmas*, ſeu potiùs 97.

[ſ] *Hebraiſmus obſcurus.*

[t] *Veritas Hebræa qualis habeat.*

Rab. Salom. — rius *ad plantas:* quem locum Rab. Salom. exponit, *ad nubes*, id eſt, *in cælum:* quo pacto intelligendus eſt locus Iob *in cap.* 36. cum ait, *In manibus abſcondit lucem*, id eſt, in nubibus occultauit lucem: quem locum eleganter exponit Eugub. aduertendo vocem Hebræam æquiuocam eſſe, ſignificatéque & nubes, & plantas, quaſi hic locus Ieremiæ ſit alluſio [a] ad eum locum Iob, quem plerunque Ieremias imitatur in ſuis Threnis, ac ita ſignificare, non eſſe conquerendum de diuina prouidentia in calamitatibus, ſed leuandum cor ad nubes, quæ lucem operiunt, vt recedant, & ſecunda ſint omnia: nec enim nouum eſt in ſacra Scriptura per lucem nubibus obuolutam ſignificari aduerſa quæque. Iob igitur in eo loco formam præſcribit orendi inter calamitates, petita ſimilitudine à tempeſtate nubila, & pluuioſa; etenim quando lux inhorruit tenebris, orante interdum viro ſancto diſcutiuntur nubes, & placida, ſerenáque redduntur vniuerſa; hoc enim ſignificant ea verba Iob, *in manibus abſcondit lucem:* quem locum ita Chaldæus interpretatur, *& præcipit, vt decedant propter orantem.* Hoc igitur Ieremias videtur etiam inſinuare. Niſi magis placeat allegoria [x] Panigarolæ; exiſtimat enim legendum eſſe, *leuimus manus noſtras ad plantas*, ſignificat etiam nomẽ Hebræum *& plantas pedum*, & *volas manuum*, quaſi voluerit Ieremias, iam inde ab eo tempore in calamitatibus confugiendum eſſe ad vulnera Chriſti Seruatoris. Niſi tamen magis placeant ea, quæ diximus paulò ſuperiùs ſequendo vulgatam editionem, Ieremiam ſcilicet præſcribere voluiſſe habitum, [z] & formam orandi, eleuando ſcilicet ad Deum, & mentem & manus.

Iob 36.

Eugub.

[a] *Videtur alluſio ad locũ Iob ſimilem.*

Panigarol.

[x] *Allegorica expoſitio non diſplicet.*

[z] *Sed veriùs ad formam orandi refertur locus ab Authore.*

Trimetri decimiquarti Carmen tertium.

NVN. *Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus, & idcirco tu inexorabilis es.*

§. III.

Ad Literam, & Mores.

Pudicè petit, qui nec poſtulare præſumit, faſſus tantùm ſuam indignitatem ad veniam; quod enim meritis deeſt, verecundia ſupplebit.

98. NOn ſolùm præſcripſit Propheta in præcedenti ſecundo verſu habitum orantis, ſed & formam [a] orationis in hoc tertio nec non & ipſam orationem tradidit, vt iam nulla ſit querela de diuina prouidentia, ſed potius acerba peccatorum accuſatio, propter quæ, calamitates venerunt. Aduertendum autem eſt in Hebræo, non haberi, *idcirco*, ſed potiùs ita legendum eſſe locum; *nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus, tu inexorabilis es*, ſeu *non pepercisti*; vt [b] pudica ſit oratio, quaſi Propheta non audeat apertè veniam poſtulare, ſed negatam dicendo, ſeu oſtendendo, Deum admonet officij ſui, quaſi ſit ſenſus loci; Nos rebellauimus, & exacerbauimus, hoc eſt ingenium fragilis naturæ humanæ, tu non condonaſti, te autem decet miſericordia, & condonatio, quia ea eſt via tua, & ingenium diuinum artificioſè referens, & naturæ humanæ miſeram conditionem in peccando, & diuinæ miſericordiæ promptitudinem in parcendo, vt ſic pudica oratio remedium inueniat. Expreſſit hoc elegantiſſimè D. Bernard. *in lib. de gradibus humilitatis* ponderans eam orationem, quam mortuo Lazaro fecerunt ſorores eius ad Chriſtum Dominum Ioann. 11. *Domine ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus, non præſumat orare, nec deſiſtat plorare. Quid eſt quod dico? an forte vllum remanet ſpei refugium, vbi oratio non inuenit locum? audi credentem, audi ſperantem, nec tamen orantem. Domine*, inquit, *ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus: fides* [c] *aliquando recipit, quod oratio non præſumit.* Tunc Bernard. rem proſequens ita addidit, *O ſanctæ mulieres, Chriſti familiares, ſi fratrem veſtrum amatis, cur eius miſericordiam non flagitatis, de cuius potentia dubitare, pietate diffidere non poteſtis? Reſpondent, ſic meliùs, tanquam non* [d] *orantes oramus, ſic efficaciùs, tanquam diffidentes confidimus, exhibemus fidem, prohibemus affectum, ſcit ipſe, cui non eſt opus, vt aliquid dicatur, quid deſideremus; ſcimus quidem, quòd omnia poteſt, ſed hoc tam grande miraculum, tam nouum, tam inauditum, & ſi eius ſubeſt potentiæ, multum tamen excedit vniuerſa merita humilitatis noſtræ. Sufficit nobis potentiæ locum, pietati dediſſe occaſionem, malentes patienter ſpectare, quid velit, quàm impudenter quærere, quod fortaſſe nolit; denique quod noſtris meritis deeſt, verecundia* [e] *fortaſſe ſupplebit:* Diſce in his magis piè gemere, quàm petere præſumptuoſè, pietatis æſtum pudoris temperans vmbra, conceptam precis fiduciem verecundia ſuppreſſit: ſic enim ſancti & pij homines orare ſolent. Repetit idem Bernard. illud de D. Petro, inquiens, *Petri quoque poſt grauem lapſum lachrymam quidem video,* [f] *ſed precem non audio, nec tamen de indulgentia dubito: Diſce verecundia decorare fidem, reprimere præſumptionem;* talem deſcripſit Ieremias orationem, cum orando ad Deum dixit, *Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es*: in qua oratione nihil poſtulat, ſed ſuam miſeriam, & calamitatem diuinæ clementiæ exponit, dans potentiæ locum, & pietati occaſionem. Illud autem aduertendum omnino eſt hoc in loco, quod bene notauit Hieron. Ieremiam in his verbis nullo modo agere de remiſſione culpæ, nam ad culpam remittendam, ſemper præſto eſt diuina clementia, ſed agere de pænis [g] temporalibus, noſtris ſceleribus debitis, quas aliquando Deus remittere non vult, ita poſtulanti peccantium vtilitate, atque diuina prouidentia in exemplum cæterorum hominum.

[a] *Forma orationis in aduerſis.*

Hebr. lect.

[b] *Pudica oratio non petit.*

Bernard.

Ioann. 11.

[c] *Fides recipit, quod oratio non præſumit.*

Bernard.

[d] *Et meliùs impetrat qui non flagitat.*

[e] *Quod enim meritis deeſt, verecundia ſupplet.*

Bernard.

[f] *Non videntur in ſanctis preces ſed lachrymæ.*

Hieron.

[g] *De pænis temporalibus hic agitur ad literam.*

TRACTATVS IX.

De expoſitione decimiquinti & decimiſexti trimetri, ſub literis SAMECH, *&* PHE. Siue, *De inexorabili Iudice.*

Trimetri decimiquinti Carmen primum.

SAMECH. *Operuiſti in furore, & percuſsiſti nos: occidiſti, nec pepeciſti.*

§. I. Ad Literam.

Operuit Dominus vultum ſuum Hebræis in vndictam cæcitatis illorum, & ſignum, cùm tamen iis, qui per pœnitentiam lucem quærunt, nunquam non pateat diuina pietas.

99. PRoſequitur Ieremias inchoatam orationem ad Deum, atque explicat, quo pacto Deus ſit factus inexorabilis; ſicut enim iudices ſolent facere, prolata ſententia capitali, continuò ſe domi continent, ne precibus, aut miſericordiæ locus pateat, nemini conceſſo ingreſſu, talis [a] Deus redditus videtur, poſtquam ſemel decreuit miſeros Hebræos punire. Ita loquitur Iſai.c.59. *Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum, & peccata veſtra abſconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.* Qualis eſt locus Ezechiel in cap.4. *& tu ſume tibi ſartaginem ferream inter te, & inter ciuitatem, & pones eam in murum ferreum inter te & ciuitatem.* Hieronym. interpretatur, inter Prophetam, & vrbem, poſitam eſſe grandem iram Dei, quæ nullis precibus fatigetur: conſidera miſericordiam [b] diuinam, vt quo iuſtitiæ ſeueritatem exerceat opus fuerit, vel ferreo muro, vel atra nube interiecta inter gloriæ ſuæ tribunal, & ſceleratorum ergaſtulum. Eſt igitur hic modus loquendi ſignificatiuus Deum exaudire nolle; qui enim non vult miſereri, oculos auertit à miſeria, vel oculos operit ne videat; conſequens enim eſt, vt ſi videat, propitius remedium afferat. Erit videndus Paulus Vvidner. Iudæus conuerſus *in lib. de locis*, quo in loco aſſerit clauſam eſſe portã, à die, quo templum fuit deſtructum, ſicut docuit Rab. Eleazer, qui ait, *à die, quo deſtructa fuit Ieruſalem, quædam tabula ferrea poſita fuit inter Ieruſalem, & Patrem eorum cæleſtem*; ſicut dicitur Ezechiel. 4. Ex quo colligitur, quod Deus totaliter clauſit ianuam cæli Iudæis, quia interdum orationi non patet cælum, [c] cum ſemper pateat pœnitentiæ. Idem Vvidner. ex loco Pſalm. 94. *Hodie ſi vocem eius audieritis*, probat, ſi pœnitentiam egerint, conſequuturos eſſe ſalutem. Sic intelligit illud Cantic. 5. *Aperi mihi ſoror mea*, vbi quidam Rabb. *aperi mihi aperturam vnam pœnitentiæ, quemadmodum eſt foramen acus, & ego aperiam vobis aperturas miſericordiæ, per quas poterunt intrare currus.*

[a] *Deus operit vultũ ſuum, ne videat, quos punire decreuit.* Iſai. 59. Ezech. 4.

[b] *O ſummam pietatẽ Dei.*

Vvidnerus. Rab. Eleaz.

[c] *Etſi orationi non ſemper pateat cælum, bene tamen pœnitentiæ.* Vvidner. Pſal. 94. Cantic. 5.

Trimetri decimiquinti Carmen ſecundum.

SEMECH. *Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio.*

100. IDeſt, *tanquam nubem ponens inter nos & ſe aduerſus factus eſt nobis*, quemadmodum hunc cum intelligit Brixianus, Theodoret. & Hieron. Dicitur autem Deus, *nubem ponere*, [d] quando exaudire non vult ingratas preces: ſeu, quando caligine quadam, & nubilo cæcitatis mens obuoluitur, ne radio diuinæ contemplationis illuſtrari mereatur: quod proſequitur eleganter Gregor. Magn. *lib. 28. moral. cap. 9.* cum ita habet, *menti noſtræ terrenis voluptatibus aſſuetæ curarum ſuarum phantaſmata iudicio ſuo obiicis, quibus eam, in ipſius orationis intentionem confundis, & quam deſideriis infirmis deditam non ignoras, rectè cæcatam ab intuenda huius tuæ perſpicuitatis reuerberas, vt cum in te intenditur, à te cogitationum ſuarum nubilo reflectatur, & quæ terrena hæc aſſiduè cogitat, quia vult, hæc etiam tollemur & quæ non vult in oratione.* [e] Quæ eſt ratio cur Hebræi non exaudiantur inter tot calamitates, quia impœnitentes ſunt, nec quærunt remedium animæ, ſed terræ felicitatem, non cognoſcentes præſentia mala eſſe propter crudelem Meſſiæ Seruatoris necem, quod ſcelus dum non cognoſcunt impœnitentes, ab ea cæcitate, in qua ſunt, non liberantur.

Brixian. Theodor. Hieron.

[d] *Deus nubẽ inter nos, & ſe ponit, cum non vult exaudire inſignum noſtræ cæcitatis.* Greg Magn.

[e] *E contra verò nubila diſcutit, ab eo, cui vult miſereri.*

Trimetri decimiquinti Carmen tertium.

SEMECH. *Eradicationem, & abiectionem poſuiſti me in medio populorum.*

SIne dubio Ieremias in hoc carmine deſcribit præſentem ſtatum gentis Hebrææ poſt extremum excidium per Romanos, ſicut Paul. Burg. & D. Hieronym. apertiſſimè teſtantur; recenſentes enim omnes calamitates, quas perpeſſi ſunt Hebræi in Babylonia, exiſtimant Prophetam in his verbis deſcribere [f] poſtremam calamitatem per Romanos. Mihi autem efficaciter videtur alluſionem eſſe in his verbis, [g] *eradicationem, & abiectionem* ad locum Iſaiæ in cap. 11. *Egredietur virga de radice Ieſſe*, quod de trunco ſemiſecto transferendum eſſe diximus *Geneſ.* 49 dum Iudæ benedictionem explicaremus, quaſi detruncata ſit, veluti arbor quædam gens Hebræa in Babylonia, cuius tamen adhuc radices in terra relictæ fuerint, quando, ſcilicet, Babylonyca captiuitate oppreſſa eſt, non tamen eo tempore fuit eradicata, ſicut hodierna die eſt, ac proinde poſt captiuitatem Babylonicam de trunco ſemiſecto pulcherrimum virgultum pullulare potuit, ſicut Iſaias teſtatur: nunc autem non poteſt, cum ſit penitus eradicata arbor ea; propterea Ieremias dixit, *eradicationem poſuiſti me in medio populorum.* 101.

Burgenſ. Hieron.

[f] *D. Hieron. hunc locum refert ad poſtremam captiuitatem.*

[g] *Mens Auctoris.* Iſaiæ 11.

Obſeruarunt autem appoſitè peritiores in lingua ſancta, ſemel, & in hoc loco tantùm reperiri in ſacra Scriptura vocem Hebræam, [h] quam tranſtulit vulgatus Latinus, *eradicationem*, quæ æquiuoca ſatis eſt, ſignificátque purgamentum, ſcopationem, abraſionem, & eradicationem, quæ omnia conueniunt cum noſtra vulgata editione; ea enim, quæ eradicantur, tandem vt purgamenta in ſterquilinium proiiciuntur. Senſus igitur eſt, ſumus apud omnes, vt ſordes, & purgamenta, id eſt, res abiectiſſima, & abominabilis; quo pacto loquitur Paulus 1. ad Corinth. 4. *tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus omnium peripſema* 102.

[h] *Verbũ quod hoc tantùm loco reperitur in Hebræo.*

1. Cor. 4.

ripſema Per amplificationem, & maiorem explicationem addit Propheta, *& abiectionem*, id eſt, reddidit rem abiectam vbique terrarum gentem Hebræam, & abominabilem; tales enim facti ſunt Hebræi poſt Chriſtum occiſum, vnde Imperator. *lib. 19. de Iudæis in C. Theodoſian.* tetrum nomen appellat Iudæorum, ſicut dixerat Oſeas in cap. 8. *Deuoratus eſt Iſrael, nunc factus eſt in nationibus, quaſi vas immundum.* Similia habet Ammian. Marcell. *lib.* 2. quo in loco, fætentes Iudæos appellat, atque ita communiter per orbem appellatos eſſe refert; imò addit, quòd Imperator Marcus, cum per Palæſtinam tranſiret, & Ægyptum peteus, fætentium Iudæorum, & tumultuantium ſæpe tædio perſitus, dolenter exclamaſſet, *O Marcomani, ô Quadi, ô Sarmathæ, tandem alios vobis deteriores inueni*; Iudæos, ſcilicet. Quibus ſuffi agatur ea tranſlatio, qua vtitur Bened. Arias. Montan. ad hunc locum; conuenienter enim ad ea, quæ de Iudæis dixerat Marcus Imperator, vertit ille vocem eam, quam vulgatus dixit, *abiectionem*, [l] nauſeam, ſeu tædium. Plura hac de re videnda ſunt apud Cardin. Baron, *tom. 1. annal. anno 372. c. 31.* Ex quibus ſatis conuincitur germanum, & verum ſenſum huius carminis eſſe miſerum ſtatum, quem per orbem habent miſeri Iudæi poſt ſacrilegium Chriſti Seruatoris crucifixi.

Oſeæ 8.
Amm. Marc.
At. Montan.
[l] *Iudæi nunc, abiectio, nauſea, tædium omnium nationum.*
Car. Baron.

Trimetri decimiſexti Carmen primum.

PHE. *Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici.*

§. II.

Ad Literam.

Quia non exaudierunt Hebræi Prophetas in tempore ſuo, iuſto Dei iudicio interminatas non modò in lege pænas incurrerunt, ſed ipſa illis medicina ſalutis, nempe prophetia, verſa eſt in laqueum; & in manu pſeudoprophetarum illorum.

103. IAm ſuprà *cap. 2. verſ. 16.* aliqua diximus, quæ pertinent ad maiorem explicationem huius carminis, inde [l] ea petenda ſunt, ne toties repetantur. Illud ſolùm aduertendum reſtat, *aperire os*, [m] ſignificare, loqui contra aliquem, & eum irridere.

[l] *Vide ſupra.*
[m] *Aperire os ſuper aliquē, idem, quod quod irridere alterum ſecūdum phraſim Hebræã.*

Trimetri decimiſexti Carmen ſecundum.

PHE. *Formido, & laqueus facta eſt nobis vaticinatio, & contritio.*

104. DVplex poteſt eſſe ſenſus horum verborum; alius, quem ſequitur D. Hieron. vt ſignificent, tandem Iudæis eueniſſe laqueum, & formidinem, quæ veteres prophetæ dixerunt euentura eſſe: Iſaias enim *in cap. 24.* ita dixit, *formido, & fouea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ, & erit, qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam, & qui ſe explicuerit de fouea, tenebitur laqueo.* Vel ſaltem ad malos prophetas referendus eſt locus, quorum falſa vaticinia cauſa fuerunt omnium malorum Hebræis, quemadmodum cecinit Oſeas *in cap. 9. & 5.* [n] Si primam expoſitionem ſequamur, talis erit ſenſus horum verborum, Vaticinatio prophetarum, cui non credidimus, deiecit nos in formidinem, laqueum, & contritionem, qualis eſt ille locus Ierem. cap. 21. *dabo Sedeciam regem Iuda, & ſeruos eius, & populum eius in manus regis Babylonis*; propter huiuſmodi vaticinationem, cui non credidimus, formidamus, illaqueamur, cædimur, & in neruum mittimur, & omnibus malis conterimur, quemadmodum Rupert. hunc locum intelligit poſt Lyranum, & D. Hieronym. Vel etiam poteſt talis eſſe ſenſus, vt vaticinatio ponatur pro falſa prophetia; cum enim Prophetæ componere debuiſſent res Hebræorum contra Babylonios, eorum falſa prophetia cauſa & ratio fuit formidinis, & extremi excidij, quemadmodum hunc locum intelligit D. Thomas.

Iſai. 24.
[n] *Duplex horum verborū expoſitio, & vtraque conciniens valde.*
Ierem. 21.
Rupert.
Lyran.
Hieron.
D. Thom.

Sunt, qui exiſtiment, aliter legendum eſſe hunc locum, inter quos eſt Rabbi Dauid, Rab. Salom. quos ſequitur Lyran. ac alij; putarunt enim legendum eſſe; [o] *Vaſtationem*, pro *Vaticinatione*: ita tamen legit D. Hieronym. & grauiores alij Latini Patres: quibus ſuffragatur textus Græcus, imò & Paraph. Chaldaica, quódque magis eſt, ita legit biblia Latina correcta, quæ omnino ſequenda eſt; imò & vox Hebræa non eſt aliena ab hac ſignificatione; nanque ea ſignificat eleuationem, ſiue onus, qualis eſt plerunque minabunda prophetia; eſt enim in his verbis alluſio ad ea onera, quæ eleuantur, & proiecta in terra colliduntur, & conteruntur, vnde rectè poſt vaticinationem, vel, eleuationem hoc in loco ſequitur contritio, qualis eſt ille locus in Pſal. 101. *Quia eleuans alliſiſti me.* Rectè proinde obſeruanda eſt vulgata editio, nec in ea aliquid variandum. 105.

Rab. Dauid. & Rab. Sal.
Lyran.
[o] *Tertia expoſitio iuxta lectionē Rabbinorum, non probatur.*
Hieron.
Pſal. 101.

Trimetri decimiſexti Carmen tertium.

PHE. *Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus, in contritione filiæ populi mei.*

IN quo carmine nihil omnino notandum exiſtimaui, indoluit enim ſolùm Ieremias, ſicut fieri ſolet in grauiſſimis calamitatibus, dicens ſuos oculos in lachrymas conuerſos eſſe propter excidium ciuitatis Ieroſolymæ, conſueto enim Hebraiſmo ciuitatem appellauit filiam populi ſui, quod expreſſiùs dixit Chaldaica Paraph. 106.

tanquam riuos aquarum manauit oculus meus lachrymas propter confractionem Synagogæ populi mei.

***

TRACTATVS

TRACTATVS X.

De expoſitione Trimetri decimiſeptimi, & decimioctaui, ſub literis AIN, & SADE.

Siue, *De continuando fletu in aduerſis, déque extrema malitia perſequentium.*

Trimetri decimiſeptimi Carmen primum.

AIN. *Oculus meus afflictus eſt nec tacuit, eo quòd non eſſet requies.*

§. I.

Ad Literam, & Mores.

Non ceſſandum à lachrymis, in calamitate, quandoquidem nulla iuſto dolori menſura, præſertim ſi in cauſa doloris fuit vagus oculorum aſpectus, quippe diues lachrymarum theſauro, ſolatium pariter, & remedium inueniet.

107. BEne aduertit D. Hieron. ad hunc locum Ieremiam ſignificare voluiſſe in hoc carmine [a] non eſſe ceſſandum à lachrymis, & oratione, quovſque Deus remedium afferat, propitiuſque fiat, ſicut feciſſe legitur Anna Samuelis mater 1. *Reg.* 1. quæ poſtquam orauit, *vultus eius non ſunt amplius in diuerſa mutati*; ad quem ſenſum Brixian. tranſtulit hunc locum, *Oculus meus defluat, nec quieſcat, neque admittat requiem.* Clariùs tamen vulgatus Interpres tranſtulit, vt ſignificaret nullam futuram lachrymarum intermiſſionem, quia nulla erat ceſſatio calamitatum, proinde cum fluxu malorum, fluebant quoque lachrymæ, eo quòd non erat vlla calamitatum [b] remiſſio, ſiue ceſſatio; ſemper autem opportunum remedium in malis occurrentibus fuerunt cadentes lachrymæ, quæ mihi ſatis videntur probare, ſeu potiùs declarare eam regulam, quam Seneca tradidit in lachrymis. *epiſt.* 70. cum dixit, *hoc habet inter reliqua mala dolor, quòd non ſupernacuus tantùm, ſed ingratus eſt*; qui locus, vt obſcurus eſt, ſic etiam elegantiſſimus: *luctus*, inquit Seneca, *plerunque redundat, verùm plerunque vt ingratus, quamprimùm obliuiſcitur eius, quem dolebat, cum iuſtus dolor nunquam redundet*, [c] *nec vnquam terminum habeat*; quemadmodum eleganter dixit Ambroſ. in funebri oratione Satyri fratris ſui, *cum maior*, inquit, *eſt cauſa mœrendi, finis mœrendi excluditur.* Iuſtiſſimas igitur ſuas eſſe lachrymas aſſerit diuinus Ieremias, quarum, ſcilicet, iuſtiſſima ſit cauſa, & ratio, proinde nunquam ſuperfluas, nec vnquam eas ingratas fore affirmauit.

[a] *Non ceſſandum à lachrymis,*

1. Reg. 1.

Brixian.

[b] *Dum non remittitur calamitas.*

Seneca.

[c] *Iuſtus dolor, nunquã redundat, aut terminum habet.*

Ambroſ.

Trimetri decimiſeptimi Carmen ſecundum.

AIN. *Donec reſpiceret, & videret Dominus de cælis.*

IN hoc etiam carmine, nihil video, quod notandum ſit, præter ea, quæ iam ſuprà diximus: in eo enim ſolùm Ieremias docet, inſtandum eſſe in oratione, & lachrymis, quoad vſque Deus reſpiciat, & videat, id eſt, propitius fiat; interdum enim Deus inexorabilis oſtenditur, quia vult, vt cum eo efficaciùs precibus agamus, ſicut latè docuit D. Chryſoſt. *hom.* 4. *ſuper epiſtol. ad Rom. in morali.* 108.

Chryſoſt.

Trimetri decimiſeptimi Carmen tertium.

AIN. *Oculus meus deprædatus eſt animam meam, in cunctis filiabus vrbis meæ.*

LOcus hic obſcurus, & elegans eſt, in quo prima occurrit expoſitio D. Hieronymi, [d] qui exiſtimat, Ieremiam cauſam ſui doloris, & ſuarum lachrymarum voluiſſe aperire cum dixit, *oculus meus deprædatus eſt animam meam, reddit*, inquit, *Ieremias cauſam, cur dixerit oculum ſuum afflictum eſſe, eo quòd non eſſet requies, quoniam cum per incuriam aſpectûs, patefactus fuerit tentationi aditus, vix tranquillitatem inueniet animus turbatus, niſi illi ſubuenerit diuinæ pietatis intuitus.* Vnde Iob 31. dixit: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nec cogitarem quidem de virgine; nanque vt cogitationes caſtas ſeruare potuiſſet, fœdus cum oculis pepigit, ne prius incautus aſpiceret, quod poſtmodum inuitus amaret*; tandem rem colligit Hieronym, *penſandum*, ſcilicet, *eſſe, quanto moderamine coercendi ſint oculi*: quibus addenda ſunt ea, quæ Rupert dixit, & D. Nazianz. *orat.* 6. *pag.* 346. Quibus dixit ſimilia Ariſtot. 9. Ethic. cap. 12. *Per oculos*, inquit, *maximè eſt, & oritur amor*; & Clem. Alex. in pædag. lib. 3. cap. 11. *melius eſt labi pedibus, quàm oculis; eſt enim in oculis magna pernicies, eſto ea pars hominis nobiliſſima ſit, proinde prudenter moderandi, & continendi ſunt oculi* [e] *in ſuo officio.* Cuius rei illud vnicum ſufficeret exemplum ex illo 2. *Reg.* 11. cum legitur Dauidem, alioquin virum ſanctiſſimum, cum incautè vidiſſet Bethſabee, lethaliter vulneratum fuiſſe, vſque adeo periculoſi ſunt oculi. Id quod ſuo malo edoctus regius vates dixerat Pſal. 118. *Auerte oculos meos ne videant vanitatem.* Vnde pulchrè dixit Ambroſ. Pſalm. 118. ſerm. 16. *Oculo vtamur in videndi munere, neque in eo eſt oculi vel culpa, vel probitas; oculi enim eſt officium, nuntiare quæ viderit; oculi eſt, vt intuendo, officio fungatur; tuum eſt cauere, quod videris, oculus meretricis laqueus amatoris; ideóque Saluatoris ſententia plena eſt iuſtitia, dicentis, qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo, oculum abſoluit, mentem ligauit.* Proſequitur idem argumentum D. Ephrem Syrus paren. 37. tom. 2. *Grauis*, inquit, *ac vehemens proditor eſt oculus* [f] *vagus, atque diſtractus; nam cæteræ affectiones, atque perturbationes animi recentem habent*

tentationis 109.

Hieron.

[d] *Iuxta D. Hier. cauſa continui doloris Ieremiæ, extitit incautus aſpectus.*

Iob 31.

Rupert. & alij.

[e] *Oculi in ſuo officio continendi.*

2. Reg. 11.

Pſal. 118.

Ambroſ.

D. Ephrem.

[f] *Oculus vagus, vehemens animi proditor.*

Digitized by Google

tentationis ardorem; bellum autem oculorum, & præſens, & abſens dolore affligit animam, praua concupiſcentia inflammans mentem. Exempli gratia, audiuit quis ſuauem muſicorum concentum, & præterit, præterea luctus vocem audiuit, & planctus, dulcem muſicorum concentum depulit. Similiter guſtauit quis mel, præterea verò aliquid acerbiſſimatum deguſtauit ſpecierum, & acerbitas mellis dulcedinem ex gutture rejecit, cæterum vagi, atque diſtracti oculi bellum, [g] & præſente, & abſente materia comburit mentem per concupiſcentiam. Id quod eleganti ſimilitudine expreſſit Ioan. Chryſoſt. *hom. 3. de verbis Iſaiæ,* vbi petita ſimilitudine à re venatoria, oſtendit cohibendos eſſe oculos, ne aliquid videant, quod animam interimat; *Vt enim cerua, quam inter nemora transfigit paſtor, licet effugiat, & euadat venatoris manus, quia tamen confixa pererrat, nihil ex fuga vtilitatis reportat: talis eſt anima læſa concupiſcentiæ oculo, ex laſciuo, curioſóque aſpectu.* Vtitur eadem ſimilitudine D. Ephr. *lib. 1. in ſerm. 1. de iudicio, & retributione,* cuius initium eſt, *Aduertite fratres mei.* Sæpenumerò dixit, *aliqui veſtrum laſciuè nemine prohibente mulierem aſpexit, & cogitationem ſceleris admiſit, prætериitque illico; ſimilis eſt ille* [h] *capreæ ſpiculo transfixa, quæ cum venatorum manum euaſit, ſagittam tamen ſecum in corde geſtans, abiit.* Quam elegantem ſimilitudinem expreſſit Poëta in eodem argumento agens de Didone incautè vulnerata Æneæ amore 4 *Æneid.*

[g] *Oculi bellū etiam abſēte materia pungit.*

Chryſoſt.

Ephrem.

[h] *Elegans ſimilitudo eiuſdem rei.*

Virgil.

Vritur infelix Dido, totáque vagatur
Vrbe furens, qualis conjecta cerua ſagitta,
Quam procul incautā nemora inter Creſſia fixit
Paſtor agens telis, liquitque volatile ferrum
Neſcius, illa fuga ſyluas, ſaltúſque peragrat
Dictæos: hæret lateri lethalis arundo.

Sic ſatis exprimitur laſciuus aſpectus in animo, qui vel incautus, vel de longè feriens animam perturbat, & enecat: Videndus erit Chryſoſt. *hom. 17. in Matth. & hom. 55.* D. Baſil. *orat. 8. de temperant.* Plutarch. *in lib. de Curioſit.* Gellius *lib. 6. cap. 3. & lib. 3. cap. 1.* Valer. Max. *lib. 6. cap. 8.* Hæc de oculis diximus propter D. Hieronym. aſſerentem per oculos deprædatam fuiſſe ſuam, ſuorúmque animas à laſciua concupiſcentia.

Chryſoſt. & alij.

110. Nihilominus tamen vetus [i] ſenſus huius loci longè alius eſſe videtur; nec enim inter patrias ruinas ſolam laſciuam concupiſcentiam deploraſſe credendum eſt Prophetam Ieremiam: proinde exiſtimant hæc verba referenda eſſe ad grauiſſimum dolorem, quem Propheta conceperat propter euerſam vrbem Hieruſalem, cæteráſque omnes vrbes Iudæ, vt ſit ſenſus, Oculi mei mihi flendo animam abſtulerunt, cum viderem filias vrbis meæ, id eſt, cæteras vrbes Iudæ euerſas; cuius enim animum non ab imis viſceribus extraxiſſet tam miſerum ſpectaculum? Sicut enim iam diximus, vehemens dolor comprimit cor, & eius humorem exprimit, qui in cerebrum ſublatus vi caloris, & cerebri frigiditate temperatus in lachrymas reſoluitur per oculos fluentes, ita vt extrahi videatur anima, propterea dixit, *oculus meus deprædatus eſt animam meam.*

[i] *Vetus expoſitio huius loci.*

111. Crediderim tamen peculiarem dolendi rationem habuiſſe Ieremiam hoc in loco, quòd omnes ſuas lachrymas exſiccatas, & exhauſtas vidiſſet, quod non niſi in grauiſſima, [l] & extrema calamitate fieri conſueuit; ſolent enim lachrymæ plerunque deficere, cum calamitas grauis eſt, & extrema, quemadmodum pulchrè dixit Seneca Tragicus *in Œdipo actu 1.* vbi Œdipus deplorat deeſſe lachrymas in regni ſui ruina his elegantiſſimis verbis:

[l] *In grauiſſima calamitate lachrymæ deficiunt.*

Fletúque acerbo funera & queſtu carent,
Quin iſta iam ſi pertinax clades mali
Siccauit oculos, quódque in extremis ſolet
Periere lachrymæ.

Tragic.

Erit autem maior amplificatio huius loci ſi per lachrymas vniones intelligamus; ſolent enim lachrymæ plerunque vniones ſignificare, ſicut colligitur ex *Pſal. 55.* ad ea verba, *Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo;* Qui locus ex Hebræo ita potiùs legendus eſt, *poſuiſti lachrymas meas in ſacco tuo;* ita autem lachrymæ in ſacco poni non conſueuerunt, ſed vniones. [m] Iuuat ad hanc intelligentiam verbum, quo vſus eſt vulgatus Interpres, cum dixit, *oculus meus deprædatus eſt animam meam;* iam enim deprædari ad vniones potius, quàm ad lachrymas referri videtur. Erit videndus Pier. Valer. *lib. 18. § lachryma.* vbi diligenter aduertit, quòd cùm quidam ſomniaſſet ſe magnam inuenturum vnionum, ſiue gemmarum vim, re delata ad coniectores, largum lachrymarum profluuium, eundem habiturum interpretati ſunt, nam lachrymæ, & gemmulæ prorſus idem ſunt; quod ipſum refert Pierius *lib. 41.* ſibi eueniſſe inter ſomnia. Ex quibus iam colligitur veram, & germanam hanc eſſe expoſitionem, in qua dolet Ieremias ſibi penitus exhauſtas eſſe lachrymas, quod non niſi in grauiſſimis calamitatibus euenire ſolet, & vt [n] pretium lachrymarum oſtenderet dixit, *oculus meus deprædatus eſt animam meam;* nec enim deprædari ſolent niſi ea, quæ pretioſa ſunt.

Pſal. 55.

[m] *Lachrymæ vniones.*

Pier. Valer.

Idem.

[n] *Quarum pretiũ oſtendit hic Propheta, in modo loquendi, quo vtitur.*

112. Non eſt aliena ab hac expoſitione, ea quam inſinuare videtur Vatabl. & Brixian. ita enim legunt hæc verba, [o] *oculus meus vindemiauit animam meam,* metaphora ſumpta à fructibus, qui ab arboribus non colliguntur, niſi maturi, atque dulciſſimi; quaſi doleat Ieremias, oculos ſibi vindemiaſſe dulciſſimas lachrymas: etenim in dolore nihil lachrymis dulcius eſt, nec animi dolorem magis leuat, quod eleganter dixit Euripides in Troade:

Vatabl. Brixian.

[o] *Concinnit præſenti expoſitioni aliorum lectio.*

Euripid.

Valde ſuaues ſunt lachrymæ afflictis hominibus,
Et muſa, quæ triſtitiam continet.

Eleganter illud etiam proſequitur Auguſt. lib. 4 confeſſ. cap. 7. *Quando,* inquit, *dolebam de morte amici in ſolis gemitibus, & lachrymis erat mihi aliqua requies.* Accommodatè igitur Ieremias dolet, in dolore ſibi defuiſſe lachrymas.

Auguſt.

113. Quanuis autem hæc expoſitio mihi vehementer placuerit, mihi etiam non diſplicet ea, quam commentatus eſt Rab. Salom. [p] Exiſtimat enim non diſſimile eſſe vniuerſum regnum Iudæ cadaueri alicuius demortui hominis; tunc ita legit, & interpretatur locum, *oculus meus fœdauit animam meam in cunctis filiis vrbis meæ;* nam iuxta præceptum Leuit. *in cap. 21.* Sacerdotibus mandatur ne mortuos defleant, ita enim habetur eo in loco: *Dixit quoque Dominus ad Moyſem, loquere ad Sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos: Non contaminetur Sacerdos in mortibus ciuium ſuorum, niſi tantùm in conſanguineis ac propinquis, ſed neque in principe populi ſui contaminabitur.* Fœdatam igitur, & contaminatam dolet Ieremias ſuam animam, eo quòd defleuerit regnum, & vrbes Iudæ euerſas, & quaſi mortuas, cum tamen ipſe ſacerdos eſſet de genere Leuitico, at-

Rab. Salom.

[p] *Rab. Salom. expoſitio etiā probatur.*

Leuit. 21.

que

quæ de ſacerdotibus, qui erant in Anatoth, quemadmodum ipſe teſtatur in principio ſuæ prophetiæ.

Trimetri decimioctaui Carmen primum.

SADE. *Venatione acceperunt me quaſi auem inimici mei gratis.*

§. II.

Ad Literam & Allegoriam.

Ille ſolum modò ſine cauſa per extremam malitiam oppreſſus eſt gratis qui peccatum non fecit Chriſtus Dominus; nequaquam verò Iudæi, qui multis ſceleribus, & contentione, vtrunque excidium meriti, hoſtes in ſuam pernitiem prouocauerunt.

114. NOn eſt certum inter graues Authores, ad quem præcipuè pertineat hæc oratio,[q] cùm ea referri poſſit & ad gentem Hebræam, ſiue Synagogam, & ad ipſum Prophetam Ieremiam, vel potius ad Chriſtum Seruatorem crucifixum. Quod igitur pertineat ad Gentem Hebræam euerſam, & captiuam à Chaldæis, velle videntur ſapientiores [r] Rabbini, inter quos primus eſt Rabbi Salom. *in com. ſuper Cantic. Cant. in cap. 2.* Quo in loco ita interpretatur ea verba ſponſi: *Adiuro vos filias Ieruſalem per capreas, ceruóſque camporum, ne ſuſcitetis, nec euigilare faciatis ſponſam quoad vſque ipſa velit. Ideo*, inquit, *adiurauit filias Ieruſalem per illa animalia tenella, & inermia, potiùs quàm per alia, vt ſignificaret Eccleſiam Iſraeliticam interdum perſecutionem paſſuram ab impiis, quaſi capream, & ceruum à venatoribus, hæc enim animalia præda ſunt venatorum.* vnde perſecutiones meritò venationes appellantur à Ieremia hoc in loco. Sic quoque in Pſ. 90. *Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium.* Sic quoque Moyſes *Geneſ.* 10. Nembroth venatorem maximum coram Deo appellauit, id eſt, impium tyrannum, quemadmodum voluit Ioſeph. 1 *antiq. cap.* 9. Ambroſ. *Pſal.* 118. *ſerm.* 8. Etenim nullum in ſacra Scriptura venatorem iuſtum inuenimus, nec ſanctam, & iuſtam aliquam venationem; ſic enim Hebraiſmus explicandus eſt, quo vtitur Ieremias hoc in loco, *venando venati ſunt me*, id eſt, magno, & incredibili odio ſunt me proſequuti, idque gratis, cum non offenderim Chaldæos, quamuis grauiter in Deum peccauerim.

[q] *Dubitatur, an pertineat hic verſus ad Prophetã, an ad Chriſtum, an ad Ieruſalem?*

[r] *Rabbini totum referunt ad gentem Hebraam.*

Rab. Salom. Cantic. 2.

Pſal 90.

Gen. 10.

Ioſephus.

Ambr.

115. Eſt autem ſatis ambigua hæc vox Hebræa *Chinem*, quam attulit Ieremias hoc in loco, pluréſque habet ſignificationes, ſignificat enim *fruſtra, ſine aliqua vtilitate, ſine cauſa, & ſine ratione*, quemadmodum bene notauit Lyranus ac alij Hebraiſantes. Totius igitur loci talis erit ſenſus de mente Rabbinorum, quaſi ita de ſe loquatur Synagoga Hebræorum, ſeu gens Hebræa, Inſidiis, & machinamentis, atque dolis me ceperunt, & non viribus, quaſi auem, quæ laqueis, & retibus capi ſolet, ita vt nihil ei proficiant alæ; neque enim aliqua induſtria profuit Iudæis, ne caperentur, id quod gratis factum eſſe aſſerunt ſine cauſa, & cum neminem Aſſyriorum læſerint Iudæi. Quæ expoſitio mihi [ſ] placere non poteſt, tum quoniam totis viribus pugnatum eſt à Chaldæis contra Iudæos, tum etiam, quia nec liberè, & ſine cauſa, nec denique ſine vtilitate id factum eſt: ſæpius enim Chaldæi prouocati à rebellantibus Hebræis pugnarunt, eoſdémque ſuperarunt, cum magna præda, euerſa vrbe, & regno opulentiſſimo, quod idem dicendum exiſtimo de excidio per Romanos.

Lyran.

[ſ] *Sed refellitur ab Authore egregiè.*

Meliùs multo D. Hieron.[t] exiſtimat locum referendum eſſe ad Chriſtum Seruatorem, cui ſuffragatur Paulus Burgenſ. ita vt ad literam Ieremias doleat mortem Chriſti Seruatoris ab impiis Iudæis illatam gratis, & ſine aliqua vtilitate, imò cum maximo eorum diſpendio, perpetua ſeruitute, exilio, & infamia. Cùm enim in hoc tertio capite ſicut ſuprà præfati ſumus, interitum illuſtrium virorum doleat Ieremias, credibile valdè eſt inter eos præcipuè deflere voluiſſe mortem Meſſiæ Seruatoris, cuius ipſe Ieremias figuram agit. Doloſum autem fuiſſe hoc ſcelus docet late D. Auguſt. *ſuper Pſal.* 63. vbi doloſum fuiſſe peccatum dixit, & ſine cauſa, atque vtilitate, imò in pernicie ipſorum, quemadmodum plerunque euenire ſolet doloſis, iuxta ea, quæ habentur 2. *Reg.* 17. vbi agitur de doloſo conſilio Achitophelis, qui propterea propter ſuum dolum laqueo ſe ſuſpendit, de quo putat Theodoret. *q* 35. *ſuper lib.* 2. *Reg.* compoſuiſſe Regem Dauid 5. Pſalm. vbi dicitur, *Ecce parturiit iniuſtitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem, incidit in foueam, quam fecit.* Etenim ſicut dicitur Prouerb. 3. *Dominus deludit illuſores*, & cap. 14. *non inueniet fraudulentus lucrum*, & cap. 28. *qui decipit iuſtos in via mala, in interitu ſuo corruet.* Aptiſſimè proinde conueniunt hæc verba cum morte Chriſti illata à Iudæis per ſummum dolum, gratis, & ſine vtilitate, imò cum maximo eorum diſpendio: quamuis non negauerim hanc eandem ſententiam quadrare cum Ieremia, quem Iudæi per dolum, & gratis oppreſſerunt. Quæ [u] expoſitio non erit aliena ab ea, quam modo poſuimus, cum Ieremias figuram agat Chriſti Seruatoris.

116.

Hieron.

Burgenſ.

[t] *Hieron. locum refert ad Chriſtũ crucifixum.*

2. Reg 17.

Theodoret.

Pſal. 5.

Prouerb. 3. 14. & 28.

[u] *Quæ ſententia magis probatur ab Authore.*

Placuit magis aduertere ad id, quod dixit Ieremias gratis ſe captum eſſe ab inimicis ſuis, videtur enim redegiſſe malitiam ad extremum vſque gradum, vt quæ non ſatis habuerit lædere innocentes, ſui cum aliqua vtilitate, ſed eoſdem læſerit ſine vlla vtilitate, ſed cum maximo diſpendio, contra eam regulam, quam tradit Seneca Tragicus *in Medea actu* 3. 117.

Cui prodeſt ſcelus, is fecit. Tragicus.

Quemadmodum etiam eleganter dixit Cicero, *pro Roſcio*, Lucius Caſſius, quem Pompeius Romanus veriſſimum & ſapientiſſimum iudicem putabat, itidem in cauſis[x] quærere ſolebat, cui bono fuiſſet; ſiquidem vita hominum eſt, vt ad ſcelus nemo ſine ſpe ponatur, atque cum emolumento accedere: quaſi certum ſit neminem, quamuis malum, quempiam lædere velle, ſui ſine vtilitate; etenim quempiam læſiſſe ſine emolumento, imò cum diſpendio, extrema[z] malitia eſt, quod pulchrè aduertit Plutarch. in lib. de diuitiarum cupiditate: *Sicut*, inquit, *vſuraios magis vituperamus, & odimus, quàm leones, & vrſos,*

Cicero.

[x] *Iuſſè quæſitum in cauſis apud Romanos.*

[z] *Extrema malitia quæ?*

Plutarch.

quod

quod illæ beſtiæ homines interficiunt, nec interfecto-rum vllus eſt illis vſus; ita maiore digni ſunt odio, qui propter illiberalitatem, & ſordes, mali ſunt, quàm qui propter intemperantiam; auferunt enim alijs ea illi, quibus vtendi nullam habent faculta-tem. Exiſtimóque in eandem ſententiam intelli-gendum eſſe locum Sapient. *in cap.* 2. cùm ſcele-ratiſſimi homines dixerunt: *Venite, coronemus nos roſis, antequam marceſcant*, præſertim ſi ex Hebræo legatur locus, & accuratè intelligatur, *venite, coronemus nos calicibus roſarum, antequam calices ſe explicent in flores, & in roſas*: quibus verbis extremam ſuam malitiam expreſſerunt, cum nullam inquiſierint ſui vtilitatem, aut pul-chritudinem, ſed damnum in alienis roſetis, quod grauiter damnauit in Iuda proditore D. Leo [a] *ſerm.* 16. *de Paſſione*, cum ita amplificando mali-tiam Iudæ dixit: *vnde facinus commercij tui? non ideo deteſtandum, quia Dominum viliter æſtimaſti, ſed quia etiam Redemptorem tuum, ne tibi parceret, vendidiſti*, id quod in Hebræa gente mihi notaſſe videtur Ieremias eum dixit, *venatione ceperunt me, quaſi auem inimici mei gratis*, id eſt, ſine aliqua ſui vtilitate, imò cùm maximo ſui diſpen-dio me interfecerunt, vt non haberent re-medium.

Sapient. 2.

Hebraicè.

D. Leo.

[a] *Iuda ſũma fuit malitia in proditione.*

Trimetri decimioctaui Carmen ſecundum.

SADE. *Lapſa eſt in lacum vi-ta mea, & poſuerunt lapidem ſuper me.*

§. III.

Ad Literam, Allegoriam, & Mores.

Quamuis moraliter hæc de Iudæis in pro-fundo peccatorum merſis, ac duro aſ-ſuetudinis lapide opertis, poſſint intel-ligi; verius ad literam de Ieremia miſſo in lacum cænoſum, ſeu lapidibus oppreſſo in Ægypto: multo autem ve-riùs de Chriſto Domino lapidibus ap-petito à Iudæis: ac denique veriſſimè de eius ſepulchro in lapide viuo exciſo veniunt per allegoriam intelligenda prophetìcè.

118. HVius ſecundi carminis ſub litera *Sade*, ſen-tentia ſatis etiam eſt ambigua, [b] vt quæ re-ferri poſſit ad gentem Hebræam oppreſſam à Chaldæis, & ad ipſum Ieremiam coniectum in lacum à ſuis popularibus Hebræis; & quod ma-gis puto, ad Chriſtum Seruatorem interemptum & ſepultum ab Hebræis. Placuit Theodoreto, [c] cui ſuffragatur Brixian. locum intelligere de gente Hebræa oppreſſa à Chaldæis per ſummam iniuriam, & crudelitatem: *Porrò*, inquit, *luget, & conqueritur Ieremias Propheta videns hoſtes conuitiantes, & probra populo obiicientes, quos dixit venatos eſſe, & proieciſſe in lacum malta-*

[b] *Agitatur dubitatio ſimilis præcedenti de quonam intelligatur hic verſus.*

Theodoret. Brixian.

[c] *Theodor. & Brixian. de Hebræis intelligũt hæc.*

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

tos, lapidémque impoſuiſſe, quibus declarat ma-lorum pondus immenſum. Idem etiam voluit D. Gregorius [d] Magnus *lib.* 26. *moral. cap.* 24. quamuis alia ratione; exiſtimat enim hæc ver-ba pertinere ad gentem Hebræam, non pro-pter calamitates, quas paſſa eſt à Chaldæis, ſed propter inueteratam malitiam, diu, mul-túmque conſuetam in gente Hebræa; diſſerit enim eo in loco latiſſimè de peccatoribus deſ-peratæ ſalutis, quales ſunt, qui in prauam conſuetudinem venerunt peccandi, vnde nun-quam, vel ſine magna difficultate euadere po-terunt: tunc inter cætera ita dixit Ieremias, imò D. Gregorius, *vnde Ieremias, dum Iudæam iniquitatibus longa conſuetudine obrutam fuiſſe conſpiceret, in lamentis ſuis ſub eius ſpecie ſemet-ipſum deplorat dicens, lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper me; in lacum quippe vita labitur, cum labe iniquitatis inquina-tur, lapis verò ſupraponitur, cum etiam dura conſuetudine mens in peccato deuoratur, vt etſi velit exurgere, iam vtcunque non poſſit.* Ita D. Gregorius locum elegantet intelligit, vt moraliter [e] ſit intelligendus de gente Hebræa praua in moribus, corrupta in conſuetudine peccandi, ad literam verò ſit intelligenda de Ie-remia Propheta miſſo in carcerem cœnoſum à ſuis popularibus Hebræis. Quæ expoſitio mihi non diſplicet, ſi tamen ita intelligatur, vt diximus.

Greg. Magn.

[d] *Itē & Gregor Magn. ſed alia de cauſa.*

[e] *Moraliter enim locum exponit de gente Hebræa.*

Veriùs fortaſſis de Chriſto Domino intelli-getur locus, quemadmodum D. Cyprian. [f] vo-luit in explicatione ſymboli, vbi ita habet: *Se-pultus quoque perhibetur Chriſtus Dominus, & lapis magnus poſitus ad oſtium monumenti, accipe quid de hoc propheticus ſermo per Ieremiam dixe-rit: mortificauerunt in lacu vitam meam, & po-ſuerunt lapidem ſuper me*; ita enim Cyprianus hunc locum legit, quæ lectio maximè quadrat cum verbo Hebræo, *ligauerunt in carcere vitam meam*, ſeu *conſtrinxerunt*, quemadmodum legit Rab. Salom. *concluſerunt me in carcere, vbi pene vitam finiui.* Quod L X X. dixerunt, *occiderunt in lacu vitam meam, & impoſuerunt lapidem ſu-per me.* Quæ ſatis oſtendunt ea, quæ facta ſunt Ieremiæ, quemadmodum conſtat ex cap. 37. ſui vaticinij, vbi dicitur Ieremias in carcerem miſ-ſus, vnde neceſſaria mors ſequebatur, quo loco nulla fit mentio lapidis ſuper lacum poſiti; ea ta-men videtur fuiſſe conſuetudo illius gentis, vbi aliquis in lacum, velut in carcerem mittebatur, vt lapide pariter impoſito concluderetur, quemad-modum factum legitur Daniel. *cap.* 17. atque ita de mente Cypriani ad literam [g] concluſus in car-cere oſtenditur Ieremias, & ſepultus in terra la-pide ſuperimpoſito Chriſtus Dominus. Quam-uis negandum non ſit plus aliqoid ſignificare vo-cem Hebræam, quam tranſtulit vulgatus Inter-pres, *poſuerunt lapidem ſuper me*; ſonat enim, *iecerunt lapides in me*, hoc eſt, *lapidauerunt me.* Vnde Paraphraſis Chaldaica habet, *lapidauerunt me.* Non eſt autem dubium Hebræos apud Matth. lapidare voluiſſe Chriſtum Seruato-rem, & vt omnia conueniant inter ſe ſe, fictum ſcilicet cum figurato, de Ieremia refertur, lapidibus [h] obrutum ab Hebræis in Ægypto interiiſſe.

119. Cyprian.

[f] *Cypr prophetice hæc refert ad Chriſti ſepulturã, verius iuxta fontem Hebræum.*

Hebraicè.

Rab. Salom.

LXX. Interp.

Ierem. 37.

[g] *Quamuis ad literã de Ieremia miſſo in lacũ veniant intelligenda.*

Par. Chald.

[h] *Seu de eodẽ lapidibus obruto.*

***

Digitized by Google

Trimetri decimioctaui Carmen tertium.

SADE. *Inundauerunt aquæ ſuper caput meum : dixi : Perÿ.*

120. PErtinent hæc verba ad eandem ſententiam, ac proinde de eadem[l] perſona, ſiue gente, de qua præcedentia verba intelligenda ſunt, éſtque in illis illa frequens metaphora, qua ſolet ſacra Scriptura, per aquas, extremas calamitates ſignificate, ſicut babetur in Pſalm. 68. *Intrauerunt aquæ vſque ad animam meam*, & Pſalm. 87. *Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.* Per aquas igitur intelligit[l] Propheta metaphoricè omnia pericula, & quæcunque nobis videntur dura & intolerabilia. Nec erit alienum ab boc loco, ſi is de Gente Hebræa intelligendus ſit, per aquas populos Gentium ſignificari; eſt enim conſuetum per aquas in Scriprora ſacra Gentiles[m] ſignificari, Ierem. 47. *Ecce aquæ aſcendunt ab aquilone*, id eſt, populus, ſeu exercitus maximus Cbaldæorum; nanque ſtatim Ieremias ſe explicando dixit, *& erunt in torrentem, & inundabunt terram.* Quod etiam dixit Ezechiel. in cap. 26. *Cum aſcendere fecero ſuper te voraginem, & operuerint te aquæ multæ*; quod explicauit Ioannes *in ſua reuel. cap.* 17. cum ait, *Aquæ, quas vidiſti, vbi meretrix ſedet, populi ſunt, & gentes, & linguæ:* quo pacto D. Hieronym. intelligit ea verba Iſaiæ cap. 20. *Onus deſerti maris, mare*, inquit, *dicitur Babylon*[n] *propter multitudinem habitantium in ea.* Sic pariter Rabbi Salom. præſentem locum intelligit, *ſuperfuſa*, inquit, *eſt aqua in caput meum*, ſeu, *natauerunt aquæ, & redundauerunt ſuper caput meum*, id eſt, populi mundi, vt, inquit Rab. Salom. Quaſi ſit oratio Gentis Hebrææ, oppreſſæ à gentilibus hominibus poſt excidium Chaldæorum, & poſt excidium Romanorum, crucifixo iam Chriſto Domino. Magis tamen placet,[o] vt per aquas metaphoricè intelligat Ieremias hoc loco extremas calamitates, ſicut de more ſacræ Scripturæ, ſicut iam ſuprà notauimus. Quod autem addidit Ieremias hoc in loco, *& dixi, perÿ :* hunc ſenſum habet : videns me in tanto periculo conſtitutum, dixi, actum eſt de me, atque de vita mea, ſiue, exciſus ſum, vel ſublata eſt anima mea; vtrunque enim ſonat verbum Hebræum, quo pacto locutus eſt Ezech. in cap. 37. *Periit*, inquit, *ſpes noſtra, abſciſi ſumus.* ſimiliter Iſaiæ in cap. 38. *Præciſa eſt velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer, ſuccidit me.*

[l] *Ad eandem perſonã pertinet hic verſus cui præcedens applicatur.*
Pſal. 68. & 87.
[l] *Prior expoſitio.*
[m] *Per aquas quandóq; in Scriptura intelligitur populi multi.*
Ierem 47. Ibidem. Ezech. 26. Apocal. 17. Hieron. Iſaiæ. 20.
[n] *Vnde ob multitudinẽ Babylon mare dicitur.*
Rab. Salom.
[o] *Poſterior expoſitio magis probatur.*
Ezech. 37. Iſai. 38.

TRACTATVS XI.

De expoſitione trimetri decimi-noni, vigeſimi, vigeſimiprimi & vigeſimiſecundi, ſub literis COPH, RES, SIN, *&* THAV. *Siue, De fortuna deſperata extremo eleuamento.*

Trimetri deciminoni Carmen primum.

COPH. *Inuocaui nomen tuum Domine, de lacu nouiſſimo.*

§. I.

Ad Literam & Allegoriam.

Clamans ſanctus Ieremias ad Deum in perſona Hebræorum extremè laborantium Chriſtum Dominum præfigurat orantem pro Eccleſia ſua in mediis tentationum fluctibus periclitanti.

ANTEQVAM ad ſenſum huius loci accedamus, explicandus eſt duplex Hebraiſmus, 121.
[a] qui in his verbis continetur; alter eſt, *nomen*, hoc in loco poſitum eſſe pro ipſo Deo, ſicut frequenter fieri ſolet in ſacra Scriptura. Sic intelligendus eſt locus Apocal. 2. *Suſtinuiſti propter nomen meum*, id eſt, propter me; ſic enim locum intelligunt eruditiores Interpretes. Sic quoque intelligendus eſt ille alius locus Apoc. 3. *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt veſtimenta ſua*, id eſt, habes pauciſſimos homines; *nomen* enim eo in loco, pro te poſitum eſt. Sic Ioann. in cap. 1. *qui crediderunt in nomine eius*, id eſt, in Deo. Atque ita locutus eſt Ieremias hoc in loco, *inuocaui nomen tuum Domine*, id eſt, te ipſum inuocaui.

[a] *Duplex Hebraiſmus hoc verſu continens exponitur.*
Apoc 2. & 3. Ioan. 1.

Alius verò Hebraiſmus eſt, *de lacu nouiſſimo.* 122.
ſeu vt eſt in Hebræo, *de lacu profunditatũ*, hoc eſt, de extremo, & grauiſſimo periculo, de loco calamitoſo; quo pacto loquitur regius vates, cum dixit, *de profundis clamaui ad te Domine*, hoc eſt de locis calamitoſis, vel de extremo vitæ periculo, atque diſcrimine.

Pſalm. 129.

His ſuppoſitis, eadem hypotheſis, vel ſuppoſitio ſeruanda eſt in hac ſententia[b] explicanda, 123.
quæ fuerat in præcedenti carmine; videtur enim Ieremias loqui de ea calamitate, quam ipſe paſſus eſt, quando coniectus eſt in lacum cænoſum; vel potiùs perſonam agit populi Hebræi paſſi extremas calamitates: ſolent enim ſancti viri aliena mala quaſi propria exiſtimare, atque dolere, quemadmodum dixit Cyprian. ſerm. 5. de lapſis. *Bonus paſtor in vulnere gregis ſui vulneratur*, quæ vox eſt Pauli 2. ad Corinth. 11. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Qua de re erit videndus Auguſt. *Pſalm.* 55. explicans ea verba Pauli, & idem Auguſt. *Pſalm.* 98. vbi ait, *quanto maior charitas, tanto maiores plagæ de peccatis alienis.* Si verò hic locus de Chriſto Seruatore intelligatur, nihil mirum eſt, ſi noſtras calamitates ſuas reputet, qui dixit cap. 18. Zachar. *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei.* Erit videndus Nazianz. *orat.* 12. *de pace*, cum ait eleganter, *Deum noſtrum prolapſionibus noſtris afficimus detrimento.* Quæ ratio eſt, cur plùs punire ſoleat eos, qui homines offendunt,[c] quam qui Deum lædunt, vt qui magis doleat noſtram calamitatem, quam ſuam. Eſt igitur in his verbis oratio Chriſti Seruatoris conſtituti iam in extremo mortis articulo, quod Hebræi ſolent dicere *in lacu nouiſſimo*, perſonam

[b] *Similiter applicandus hic verſus, atque duo præcedentes.*
Cyprian. 2. Cor. 11. Auguſt. Zachar 18. Nazianz.
[c] *Cur Deus ampliùs puniat qui homines, quàm qui ſe offendunt.*

[illegible]

tamen agentis totius generis humani. Qualis eſt ea oratio *in Pſalm.* 21. cum Chriſtus Dominus ita dixit, *Deus Deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti? longè à ſalute mea verba delictorum meorum*: derelictum, & deſtitutum à Deo Chriſtum Seruatorem eſſe dixit Propheta Dauid, idque tempore mortis, quemadmodum pulchrè interpretatus eſt Euſeb. Cæſar. quod ipſum ſignificat [d] metaphora huius loci; qui enim clamat *de lacu nouiſſimo*, longè à Deo repoſitus clamare dicitur. Quo in loco illa pulcherrima regula notanda eſt ad interpretandas Scripturas, quam tradidit D. Auguſt. *lib.3. de doctrina Chriſtiana, cap. 31. & Pſalm.90. con.2. & Pſalm.37.* explicans illa verba: *Non eſt pax oſſibus meis*, & Hieronym. *in Iob cap.* 29. ſi tamen Comm. ille Hieronymi eſt. Regula autem illa [e] talis eſt, Cum Chriſtus Dominus loquitur in Pſalmis, vel in Prophetis, aliquando loquitur ex perſona capitis ſolius; aliquando verò ex perſona ſuorum membrorum, vel corporis ſui, id eſt, Eccleſiæ: qua in re illa ſeruanda eſt lex, quòd quando oratio non conuenit capiti, qua caput eſt, de membris ea intelligenda eſt, ratione quorum etiam capiti conuenire dicitur. Quo pacto intelligenda eſt hæc oratio ſi de Chriſto ea intelligatur perſonam agente totius ſuæ Eccleſiæ, [f] quo pacto *de lacu nouiſſimo* clamare dicitur, quamuis perſona illius hominis Verbum diuinum eſſet.

Pſal.21.

[d] *Quid ſignificet, clamare de lacu nouiſſimo.*

Auguſt. Pſal.37.

Hieron.

[e] *Regula maximè obſeruanda pro intelligentia ſacræ Scripturæ.*

[f] *Ex quo deducitur quo pacto hic locus Chriſto conueniat.*

Trimetri deciminoni Carmen ſecundum.

COPH. *Vocem meam audiſti: ne auertas aurem tuam à ſingultu meo, & clamoribus.*

§. II. Ad Literam.

Rectè poſtulat ſanctus Ieremias, vt Deus ſeruet, ſecum ad populum ſuum leges amicitiæ, ſuſcipiens in aduerſis deprecantis preces, quas in priori felicitate placidè audiebat; ſed ô ſumma pietas! non ſatis Deus habet liberare afflictos, niſi à timore præueniat eos imminentis ruinæ.

124. IN his verbis ea eſt conſueta proſopopœia, qua figura ſolemus Deo aures attribuere, cum tamen Deus aures non habeat. Vocem igitur audire, eſt orationem accipere, vt ſit ſenſus huius loci, [g] Aliquando meam orationem beneuolus accepiſti: quod igitur ſæpiùs feciſti, illud nunc vt facias poſtulo, quando maximè mihi tuum auxilium neceſſarium eſt; clamantem igitur exaudi, atque vocem emiſſam ab imo pectore cum ſingultu. Qui locus ita legendus eſt ex Hebræo, *ne abſcondas aurem tuam ad reſpirationem, ſiue ad clamorem meum.*

[g] *Senſus literæ.*

Hebr.text.

125. Plus aliquid in eadem oratione notauit Paraphraſis Chaldaica, cum ita tranſtulit, [h] *Orationem meam ſuſcepiſti in tempore illo, & nunc ne obtures aurem tuam ad ſuſcipiendam orationem*

[h] *Quæ ex Hebræo elucidatur, amplius ex Chald. Par.*

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

meam, vt in ſpatium deducas me propter deprecationem meam. Videtur enim ad clementiam reuocare Deum ea antiqua amicitia inter vtrunque quaſi velit, Quem ſæpiùs audiuiſti familiariter loquentem, cum proſpera, & ſecunda erant omnia, eundem audi modò miſerè clamantem, cum omnia aduerſa ſunt; hoc enim veræ amicitiæ lex poſtulat, vera nanque amicitia in aduerſis maximè oſtenditur, quod eleganter dixit Euripid. in ſua Iphigenia, *Tunc amicus eſſe firmum conuenit, quando maximè iuuare poteſt iam felicior*: quod Eccleſiaſt. dixit cap.6. *Amicus eſt medicamentum vitæ, & immortalitatis*, nanque amicitiæ officium eſt deſperatæ miſeriæ, & deploratæ fortunæ extremum alleuamentum; neque enim amici relinquendi ſunt aduerſis in rebus. Rectè igitur Ieremias probat Deum adiuuare debuiſſe gentem Hebræam, vel ſe ipſum, & exaudire in extrema calamitate, quos audierat dum felicia erant omnia.

Euripid.

Eccleſiaſt. 6.

Trimetri deciminoni Carmen tertium.

COPH. *Appropinquaſti in die, quando inuocaui te: dixiſti: Ne timeas.*

QVem locum ita legit Paraphraſis Chaldaica, *Applicaſti Angelum vt liberaret me in die, quo oraui te, dixiſti in verbo tuo, Ne timeas.* Quibus verbis ſignificauit Propheta modum [i] omnem, quo Deus vtitur, vt pios, & ſanctos homines, non ſolùm ſaluos, ſed etiam ſecuros reddat. Proinde mihi videtur in his verbis ineſſe tacitam ſimilitudinem petitam ab eo, qui procul poſitus miſit aliquem, qui defenderet periclitantem, & ne mora interpoſita conſtitutus in calamitate exiſtimaret nullum ſibi eſſe remedium in periculo, clamando is, qui procul eſt, Bene ſperate fecit miſerum, & periclitantem ſecurum reddidit, clamando nihil eſſe, quod timeret, cum præſto eius adſit auxilium. Ita prorſus Paraphraſis Chaldaica vult intelligendum eſſe hunc locum, vt ſit de cura, & prouidentia, de protectione, & præſidio, quo Deus ſolet tueri ſanctos, & pios homines, eoſdémque ſecuros reddere inter pericula. In quem ſenſum facit ille locus Gen. 19. cum Angelus Dei ita loquitur ad Loth, *feſtina in montem, & ſaluare ibi, quia non poſſum facere quidquam, donec ingrediaris illuc.* Non enim ſatis habuit Deus ſanctum Loth ab incendio liberaſſe, [l] ſed etiam liberum, & ſecurum eum eſſe voluit à timore incendij, & ab odore ignis: qualis locus eſt *Apocal. cap. 7.* vbi Angelus Domini non priùs permiſit vaſtatores Angelos præuertere orbem, quàm notaſſet pios, & ſanctos viros in frontibus ſuis. Similiter dixit Ezechiel. in cap.9. *Omnem autem, ſuper quem videritis Thau, ne appropinquetis ei*; non ſolùm enim Deus pios homines ſignificatos eſſe voluit, ſed ſatellitibus mandauit, ne ad eos appropinquarent, vt non ſolùm eos ſaluos haberet, ſed & ſecuros, quod voluit regius vates in Pſalm. 90. *Qui habitat in adiutorio Altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Ipſe liberauit me de laqueo venantium, non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Cadent à la-* 126.

[i] *Modus, quo Deus ſanctos iuuat in periculis.*

Gen. 19.

[l] *Non tantùm Deus liberat ſanctos, ſed à timore præmunit.*

Apoc.7.

Ezech.9.

Pſal 90.

tere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Sit igitur certum de prouidentia, & protectione Dei in Chriſtum Seruatorem, in ſanctum Ieremiam, atque etiam in omnes pios, & fideles homines, hunc verſum Ieremiæ eſſe, quo oſtendit eos non ſolùm liberos, ſed etiam ſecuros eſſe à calamitatibus Deo protegente.

Trimetri vigeſimi Carmen primum.

RES. *Iudicaſti Domine cauſam animæ meæ, Redemptor vitæ meæ.*

§. III.

Ad Literam, & Allegoriam.

Aptiùs hæc innocentiæ proteſtatio, atque diuinæ defenſionis patrocinium in extrema calamitate ſancto Ieremiæ, & Chriſto Domino Agno innocentiſſimo adaptari poteſt, & debet, quàm Iudæis ingratiſſimis, qui diuinorum beneficiorum memoriam, niſi dum opprimerentur, non recolebant, quique præter innumera flagitia in vtrunque patrata, nullam poterant prætendere innocentiam.

127. CRediderim totum hoc carmen aptiùs conuenire Chriſto Domino, vel Ieremiæ Prophetæ, quàm populo Hebræo; neque enim populus idololatra ſuam innocentiam ita potuit commendare, ſicut ea commendatur in hoc carmine. Verius igitur hæc verba innocentiſſimo Chriſto Domino conueniunt, vel ſaltem diuino Ieremiæ, quamuis Theodoret. velit ad gentem [m] Hebræam pertinere præſentem verſum, & ſequentes. Quæ expoſitio aliquam probabilitatem habebit, ſi ei addatur commentarium Rab. Salom. dicentis hæc verba dicta eſſe in perſona populi Hebræi, ea tamen referenda ad priſtina tempora, quando Deus iuſto ſuo iudicio liberabat populum Iſraël ab aduerſariis, ſicut feciſſe legitur in exitu ab Ægypto; ſenſúſque talis erit: *Iudicaſti Domine*, id eſt, conſueuiſti iam inde à temporibus antiquis gentem Hebræam liberare ab iniuſtè perſequentibus eam, vt ſit in his verbis expreſſum ingenium [n] ingratorum hominum, qui tunc beneficiorum recordatur, cum aduerſa ſunt omnia, de quibus dixit eleganter Seneca lib. 6. de beneficiis, cap. 30. *Vt gratus eſſe poſſis, iratis diis opus eſt:* conſequitur enim rerum abundantiam obliuio, ſicut notauit Ioſeph Patriarcha, vt habetur *Gen.* 40. in pincerna Pharaonis in carcere comprehenſo, cui Ioſeph prædixerat libertatem, *& tamen ſuccedentibus proſperis oblitus eſt interpretis ſui*; quo facto admonitus Ioſeph in memoriam huius ſceleris duos filios, quos genuit ab eo euentu nominauit, alium Ephraim, alium Manaſſem, id eſt, alterum abundantiam, alterum obliuionem, volens, quaſi gemellos eſſe fratres ex eodem vtero abundantiam, [o] & obliuionem. Multo melius notauit Cicero Ingenui animi eſſe cui multum debeas, eidem multum velle debere, vt perpetuò gratus ſis. Erit videndus D. Auguſt. *in lib.* 10. *de Ciuitate cap.* 4. cum remedium adhibet, ne obliuio noſtra diuinam beneficentiam occludat: *Deo*, inquit, *feſtis diebus, ſtatutiſque dicamus, & ſacramus memoriam, ne volumine temporum ingrata ſubrepat obliuio.* Si igitur hic locus ita exponatur, ſatis probabiliter de gente Hebræa intelligi poteſt; mihi tamen potiùs placet [p] præſentia verba intelligere de Chriſto Domino excitato à mortuis, ſeu potiùs de Ieremia educto de carcere cænoſo.

Theodor. — [m] *Hæc verba ad Hebræos probabiliter referuntur & quare?* — Rab. Salom. — [n] *Ingrati ingenium.* — Seneca. — Gen. 40. — Cicero. — [o] *Abundantia, & obliuio gemelli fratres.* — Auguſt. — [p] *Poſterior expoſitio de Chriſto, ſeu Ieremia præfertur.*

128. Vt autem hoc clariùs fiat, notanda ſunt ea verba, *iudicaſti cauſam animæ meæ*; eſt enim phraſis Hebræa, [q] quam Paraph. Chald. ita expreſſit, *contendiſti Domine cum agentibus litem in animam meam, redemiſti me de manibus eorum*; quod idem eſt, ac dicere, ſuſcepiſti defendendam meam cauſam, ſiue omnes lites, quas aduersùs me tentarunt; patrocinatus es enim cauſæ animæ meæ: qualis eſt ille locus Iſaiæ in cap. 1. *Iudicate pupillo*, id eſt, defendite cauſam pupilli miſeri. Verba autem, quæ ſequuntur, *Redemptor vitæ meæ*, expoſitiones ſunt prioris miſericordiæ, quæ Hebraicè ita legenda ſunt, *redemiſti vitam meam à morte, quam*, ſcilicet, *machinabantur mihi.* Similiter dixit Chaldaica Paraph. *redemiſti de manibus eorum vitam meam*, vt ſit oratio Ieremiæ Prophetæ ad Deum pro beneficio redemptionis ſuæ, id eſt, facta eo tempore, quo de profundo lacu eductus eſt, & quando ordinaria annona Deo ita prouidente, à Rege Sedecia ei conſtituta eſt, quemadmodum ipſe Ieremias dixit in cap. 38. ſui vaticinij.

Chald. Par. — [q] *Et in phraſi Hebræa fundatur quo ad Ieremiã.* — Iſai. 1. — Chald. Par.

129. Poteſt etiam hæc oratio eſſe Chriſti Seruatoris, quemadmodum inter cæteras bene notauit Paſchaſ. quaſi loquatur Chriſtus Dominus iuxta regulam præcedentem, [r] quam tradidimus ex D. Auguſt. & in perſona capitis, & in perſona membrorum ſuorum, quaſi cauſa, ſiue innocentia, vel iuſtitia in morte Chriſti ad ipſum caput pertineat; innocenter enim Chriſtus Dominus occiſus eſt: Redemptio autem, ſiue remedium pertineat ad ſua membra, id eſt, ad Eccleſiam. Eadem enim paſſio Chriſti, & iuſtitia Chriſti Seruatoris eſt, & redemptio, ſiue remedium totius Eccleſiæ, quaſi ſit hæc oratio amantis Dei, cuius tam propria ſunt bona, quàm mala eorum, quos amat: quod eleganter dixit Hilar. lib. 2. de Trinit. *Humilitas eius noſtra nobilitas eſt, contumelia eius noſter honor eſt:* quem locum proſequitur Bernard. ad ea verba Canticor. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.* In hanc quoque ſententiam eſt elegans quædam gloſſa Rabbi Menatch. *ſuper cap.* 3. *Geneſ.* vbi de ſententia aliorum Rabbinorum [s] ita de Deo dixit, *ſalus Iſrael, ſalus Dei eſt*; id quod probat ex illo Zachar. cap. 9. *Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluator.* Vox autem pro qua vulgatus reddidit, *Saluator* dans ſalutem actiuè, Hebraicè legenda eſt paſſiuè, non quòd Deus ſaluatione indigeat, cum ſit ſumma ſalus, & ſumma innocentia, ſed quoniam gaudet Deus ſalute Iſrael, vel hominum, perinde ac ſi ſua eſſet. Erit videndus Origen. *tract.* 14. *ſuper Matth.* cum de hoc argumento ita dixit, *conſtituto in carcere membro*

Paſchaſ. — [r] *Qualiter Chriſto Domino hæc adaptentur.* — Hilarius. — Bernard. — Rab. Menat. — [s] *Amplius roboratur vltima expoſitio ex Rabbinorũ gloſſa.* — Zachar. 9. — Origen.

[a] *membro myſtico ipſe non eſt ſolutus à carcere, qui dixit, cum ipſo ſum in tribulatione*: proinde oratio eſt Chriſti Seruatoris morientis in his verbis, qua oſtendit & ſuam innocentiam, & noſtrum remedium; eius enim charitas noſtra mala ſibi propria reddiderat, atque bona.

[a] *Chriſto tribuuntur quæ membris illius myſticè conueniunt.*

Trimetri vigeſimi Carmen ſecundum.

RES. *Vidiſti Domine iniquitatem illorum aduerſum me: iudica iudicium meum.*

130\. Rab. Salom. HVnc locum non malè Rab. Salom. exiſtimat pendere ex præcedenti, [b] eiúſque ſenſum talem eſſe, *Vidiſti Domine Chaldæos, quia crudeliter abuſi ſunt victoria, quam de Hebræis reportarunt; iudica iudicium meum liberando me ab eorum crudelitate, ſicut facere conſueueras iam olim*; refert enim vetera Dei beneficia, vt eum ad noua magis moueat.

[b] *Pendet hic verſus à præcedenti ſecundùm Rabbinos, referturque ad vetera beneficia Hebræorum.*

131\. Crediderim tamen locum potiùs referendum eſſe ad Chriſtum Seruatorem, [a] & ad Ieremiam: hoc autem in loco ita eſt iſta ſententia legenda ex Hebræo, *vidiſti Domine peruerſionem meam*, ſeu *mei*, id eſt, vidiſti, quàm peruersè, & iniquè meam cauſam egerint populares mei Hebræi; ſatis enim multa loca ſunt in ſacra Scriptura, ex quibus apertè colligitur, quàm iniuſtè Hebræi accuſauerint, & damnauerint Chriſtum Seruatorem, & Ieremiam vatem. Et vt meliùs hic locus intelligatur, & plura alia in ſacra Scriptura, aduertendum eſt id, quod collegimus ex varia lectione diuinorum librorum, *iudicium*, ſcilicet, interdum ſignificare in ſacra Scriptura, meritum; [b] quo ſenſu intelligendus eſt locus Ezechiel. cap. 7. cum ait, *& ſecundùm iudicia eorum iudicabo eos*, vbi, *iudicia*, ſignificant merita, ſecundùm quæ iudicatur, & fertur ſententia. Vnde Origenes dicere ſolet, *ex iudiciis peccatoris iudicat Deus peccantem*, id eſt, ex meritis. Vlteriùs *iudicium* in ſacra Scriptura accipitur vt aliquid diſtinctum à iuſtitia, quo pacto iudicium ſignificat officium iudicis, iuſtitia autem ſignificat ipſum ius, quod ad aliquem pertinet; in qua ſignificatione ſenſus horum verborum talis erit, *Iudica iudicium meum*, id eſt, aſſume tibi officium iudicis in mea cauſa iudicanda.

[a] *Autor autem de Ieremia & Chriſto Domino potiùs intelligenda putat.*

[b] *Iudicia quandóq; in Scriptura ſumuntur pro meritis, aliquando pro officio iudicis.*

Ezech. 7. Origenes.

132\. Imò & aliam ſignificationem habet ſæpiùs repetitam in ſacra Scriptura ipſum iudicium, ita vt ſignificet [a] eam partem ſententiæ, ſiue officij iudicis, qua reus condemnatur: iuſtitia verò ſignificet alteram partem iudicis, ſiue officij iudicis, qua innocens abſoluitur. Videtur autem Ieremias, ſiue Chriſtus Dominus prouocare ab Hebræis impiis iudicibus ad Deum iudicem de ſententia iniqua: quo pacto intelligendus eſt locus 2. *Reg. cap.* 8. vbi dicitur Dauid *feciſſe iudicium, & iuſtitiam populo*, id eſt, damnaſſe nocentes, & innocentes abſoluiſſe. Sic quoque de Salomone filio eius dicitur 3. *Reg. cap.* 3. de iudicio, quod exercuit in meretrices, quando filium mandauit veræ matri dari, *iuſtitiam fecit*, cùm verò manere fecit aliam ſine filio, *iudicium*; quo pacto intelligendus eſt locus Iſaiæ in cap. 5. *Expectaui, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas; & iuſtitiam, & ecce clamor*, id eſt, quando rei puniendi erant, abſoluti pronunciantur, quæ ſumma iniquitas eſt, quando abſoluenda erat innocentia, damnata eſt; ex qua iniquitate vehemens clamor excitatus eſt aduersùs iudicantem: ita intelligendus eſt locus ex Pſal. 88. *iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis tuæ*: & Pſal. 118. *fecit iudicium, & iuſtitiam.*

[a] *Iudicium, id eſt, condẽnatio, iuſtitia abſolutio.*

2. Reg. 8. 3. Reg. 3. Iſai. 5. Pſal. 88. & Pſ. 118.

Trimetri vigeſimi Carmen tertium.

RES. *Vidiſti omnem furorem, vniuerſas cogitationes eorum aduersùm me.*

133\. BEne explicat vim vocis Hebrææ [b] Paraphraſis Chaldaica cum ita habet: *manifeſta eſt coram te omnis vindicta eorum, omnis cogitatio eorum contra me*: nanque vox Hebræa, pro qua vulgatus tranſtulit, *furorem*, vindictam potius ſignificat, ſeu ſtudium vlciſcendi, quaſi aliqua iniuria affecerit ſuos populares Chriſtus Dominus aut diuinus Ieremias, cuius quærant vindictam; ſic quoque, *vidiſti Domine vniuerſas cogitationes eorum aduersùm me*, ſiue ea, quæ in me machinantur: in hoc autem carmine nihil ampliùs notandum eſt, quàm conſueuiſſe Hebræos vindicantem, ſiue vlciſcentem appellare [c] furentem, ſiue ira percitum.

Par. Chald. [b] *Vim vocis Hebrææ ſatis exprimit Paraphraſis Chaldaica.*

[c] *Vlciſcens, furens appellatur.*

Trimetri vigeſimiprimi Carmen primum.

SIN. *Audiſti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorum aduersùm me.*

Carmen ſecundum.

SIN. *Labia inſurgentium mihi, & meditationes eorum aduersùm me tota die.*

134\. IN his duobus verſibus nihil de nouo notandum reſtat, ſiquidem de iniuriis, & opprobriis in Chriſtum Seruatorem, & Ieremiam, de quibus in illis agitur, [d] iam ſuprà multa diximus; proinde accedamus oportet ad tertium verſum in quo aliqua eſt difficultas.

[d] *Prætermittuntur hi verſus, quia de his iam ſatis ſuprà.*

Carmen tertium.

SIN. *Seßionem eorum, & reſurrectionem eorum vide: ego ſum pſalmus eorum.*

135\. QVibus verbis ſignificat Propheta, nihil aliud curare ſuos hoſtes, quàm de ſua iniuria, vel ruina; hoc enim eorum perpetuum votum dicit eſſe, hanc eſſe vniuerſam eorum cogitationẽ; nihil enim aliud, vel cogitãt, vel agunt. Id quod ſignificatũ eſſe voluit per eam phraſim Hebræã, *ſedentes*,

ſcilicet, *& reſurgentes*, id eſt, quando maximè otioſi, vel negotioſi, id eſt, perpetuò, & ſemper: noſtra enim [e] omnis vita his duobus motibus quaſi concluditur; quo ſenſu dictum eſt Pſal. 138. *Tu cognouiſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam*; ſignificat enim Propheta vniuerſas actiones ſuorum hoſtium ortum habuiſſe ab aliqua imaginatione nocendi Chriſto Domino, vel Ieremiæ; impulit enim eos ad ſurgendum aliqua pernicioſa imaginatio in Chriſtum, quæ eadem eoſdem ſedere fecit: ſicut enim vniuerſus motus humanus aliqua præuia fieri conſueuit imaginatione, ſic quoque eorum omnis actio, ſiue motio ex odio fieri ſolet; ſiue enim ſedeant, ſiue conſurgant, in perniciem Chriſti Seruatoris, & Ieremiæ ſurgunt, & ſedent. Eſt autem hæc moleſtiſſima fortunæ [f] commutatio, maledictis, & opprobriis ab eis verberari, qui propter ſordidam vitam fabula, & opprobrium erant populi, quemadmodum dolet, cum ait, *Nunc in eorum canticum verſus ſum, & factus ſum illis in prouerbium.* Hieronym. autem exiſtimat locum quadrare omnino cum Chriſti morte, & paſſione; *nanque in ſeſſione*, inquit, *exprimit Propheta habitum iudicantis, in reſurrectione verò ſtudium perficiendi id, quod moliebantur, & quod iniquè penſarunt, opere nefario voluerunt conſummare; cogitata nanque diu multúmque, iniquitas peior, & crudelior eſſe ſolet, proindéque ſedentes de cruce cogitarunt, ſurgentes cruci affixerunt Chriſtum Seruatorem.*

[e] *In phraſi Hebræa pro ſedere, & reſurgere omnis vita clauditur humana.* Pſal. 138.

[f] *Moleſtiſſima fortunæ commutatio.*

Trimetri vigeſimiſecundi ſub litera THAV, Carmen primum.

THAV. *Reddes eis vicem Domine iuxta opera manuum ſuarum.*

§. IV.

Ad Allegoriam.

Deſcribitur duritia cordis Iudæorum poſt mortem Chriſti Domini, quorum hæreditarium malum eſt à primis parentibus deriuatum, culpam, cuius pænitere debuerant, excuſare.

136. POſtremum hoc eſt trimetrom in cap. 3. in quo Ieremias vaticinatur vniuerſa mala, quæ patiuntur Hebræi per orbem diſperſi, propter ſacrilegam mortem Chriſti Seruatoris, quemadmodum hunc locum interpretantur grauiores Authores. Eſt autem aduertendum ſactos viros, id eſt, Prophetas non ſolere [g] mala imprecari, ſed potiùs ſub forma imprecationis vaticinari, quemadmodum Auguſt. dixit *lib. 1. de ſermone Domini in monte, cap. 35. & 41.* & *ſuper Pſ.* 118. ad ea verba, *conſtitue ſuper eos peccatorem*, & *Pſalm.* 27. ad ea verba; *da illis ſecundùm opera eorum.* Similia dixit Hieron. 1. *Threnor.* ad ea verba: *vindemia eos, ſicut vindemiaſti me*: quamuis enim hæc verba formam optandi, vel, imprecandi habeant, prophetica potiùs ſunt: erit etiam videndus D. Thom. 2. 2. *q.* 85. *a.* 8. vbi aſſerit, non eſſe negandum liberum eſſe ſanctis hominibus vti huiuſmodi imprecationibus [h] in temporalia bona, vel mala, quæ pro peccatis à Deo ſolent infligi, vt corrigantur, & reſipiſcant peccatores, vel conformando voluntatem ſuam voluntati diuinæ: licet igitur malè imprecari ſub aliqua tamen ratione boni, nunquam tamen ſub ratione aliqua mali. Planè autem conſtat ex hoc loco formam loquendi propheticam eſſe, & non imprecatiuam; per futurum enim legendus eſt locus, & non per imperatiuum, vt quidam legunt. Quod autem dixit, *reddes eis vicem*, magis explicat Hebraicus textus, *reddes eis retributionem.*

[g] *Sancti non imprecantur mala, ſed vaticinantur.* Auguſt. Pſal. 118. Pſal. 27. Threnor. 1.

D. Thom.

[h] *Quantùm & imprecari poſſint temporalia mala ſub ratione boni alicuius.*

Trimetri vigeſimiſecundi Carmen ſecundum.

THAV. *Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum.*

HIc locus valde obſcurus eſt, neque adhuc conſtat inter probatos Authores de eius [i] vera ſententia. Quem locum ita legit Hebræus textus, *dabis eis tegumentum cordis, imprecationem tuam eis*: Chaldæus; *dabis eis contritionem cordis, & defatigatio tua defatigabit eos.* Nititur locum explicare Vatablus legens, *dabis eis clypeum cordis, vallabis eos afflictionibus.* Vnus Hieronym. locum explicauit, exiſtimans intelligendum eſſe de Hebræis, quos permiſit obdurari diuina prouidentia propter Paſſionem Chriſti Domini; ſe ipſum explicauit D. Hieron. [l] clariùs multo, quàm nos id perficere poſſimus, cum ita ait: *Labor quippe Domini apparens inter homines, paſſibilis eius humanitas fuit, quam Iudæi ſuperbè ſapientes, dum diſcernerent, deſpexerunt, eúmque immortalem credere dedignati ſunt, quem in natura paſſibili mortalem viderunt; eúmque eius humilitatem conſpicerent, ſuperbiæ faſtu indurati, ſumma cura moliti ſunt, ne eorum mentes ſancta prædicantium verba penetrarent. Dum ergo eis Dominus vicem malorum redderet, dedit illis ſcutum cordis laborem ſuum, quia recto iudicio inde eos contra ſe ſuperbè obſtinatos exhibuit, vnde ipſe pro nobis infirmitate laborauit,* [m] *repulerunt quippe à ſe verba prædicantium, qui dedignati ſunt in Domino infirma paſſionum: laborem igitur Domini contra eundem Dominum ſcutum cordis habuerunt, id eſt, ratio, cur non crediderunt patienti, fuit eius labor, & infirmitas, qui ſuperbè ſapientibus eo deſpectiùs apparuit, quo propter eos humilis fuit; quo pacto iam olim Adamus peccauerat, qui requirenti Domino, cur lignum vetitum tetigiſſet, non ad ſe culpam retulit, ſed à muliere, quam ei dederat Deus, ſe accepiſſe, reſpondit: vt quaſi reatum ſuum obliquè in authorem ſuum retorqueret, qui ei mulierem dederat, quæ talia perſuaſerat; ſerpens verò iam non requiritur, quia neque eius pœnitentia requirebatur; illi autem, quorum pœnitentia requirebatur, ſcutum nequiſſimæ defenſionis contra iuſtiſſima correctionis verba protulerunt, vnde huc vſque in vſum peccantium trahitur, vt culpa, cum arguitur, defendatur, & vnde finiri reatus debuit, inde cumuletur.* 137.

[i] *Locus de cuius ſenſu adhuc non conſtat inter Authores.* Hebr. text. Chaldæus. Vatabl. Hieron.

[l] *Rem videtur attigiſſe D. Hieron.*

[m] *Dum laborem Domini, id eſt, carnis aſſumptæ infirmitatē ſcutum Iudæorum intelligit,*

Qui doctiſſimus commentarius D. Hieronymi oſtendit, hæreditarium malum Hebræos à primis parentibus peccatoribus accepiſſe, vt culpam, cuius pænitere debuerunt, quaſi ſcuto accepto 138.

defenſionis

[a] *Quo ſe tuebantur contra Deũ nolentes credere Chriſti diuinitatem.*

[a] defenſionis ſuæ armati ſurgant, atque ipſam humilem Chriſti Paſſionem, quæ noſtra redemptio eſt, & Chriſti labor, pro ſcuto, quo ſe tueantur, accipiant; nolentes credere humilem crucifixum Ieſum remedium, & redemptionem eſſe noſtrorum ſcelerum, inde excuſationes ad credendum, quærentes, vnde maximè credere debuerunt. Similia dixit Rupert. Abbas in comment. ad hunc locum: *Laborabis*, inquit, *Domine vſque ad mortem in peccatis eorum, & hoc erit eis ſcutum cordis vt non credant in te, pro eo, quòd te laboraſſe adeo, audierunt.* Rem magis explicauit [o] D. Bonauent. eodem loco cùm ait: *Dabis eis, non agendo, ſed permittendo, laborem tuum, pœnalitatum, & anguſtiarum, quas in cruce ſuſtinuiſti, ſcutum cordis, vt merito iniuriarum, quas Chriſto intulerunt, intrare in ipſos non poſſint verba prædicationis.* Totidem verbis rem proſequitur Gregor. Magn. *hom. 22. in euang.* Ex quibus iam colligitur Ieremiam voluiſſe ſignificare de mente Hieron. atque aliorum Patrum, in his verbis poſitam eſſe rationem, & cauſam cur Hebræi in Chriſtum crucifixum non credant; ea autem eſt, quia dedignantur crucifixum, Deum habere; crucem enim, & humilitatem Chriſti ſuis cordibus apponunt, tanquam ſcutum, ne fides crucifixi ingrediatur.

Rupert.

Bonauent.

[o] *Clarius idem ſenſus expreſſus à D. Bonauent.*

Gregor.

§. V.

Ad Literam.

Pro dilatatione cordis impiorum Iudæorum in calamitate iuſti Ieremiæ, reddidit Deus extremam mæſtitiam pariter, & cordis compreſſionem.

139. SI quis autem exiſtimet hunc ſenſum eſſe Propheticum; proindéque aliud ad literam eſſe exhibendum, quod conuenire poſſit Ieremiæ [p] Prophetæ, de quo ad literam etiam in hoc carmine agitur, & in ſuperiori, ſicut nos iam diximus; aduertat id, quod mihi bene notaſſe videtur noſter Luſitanus eruditiſſimus in lingua ſancta; colligit enim ex Hebræo alluſionem eſſe in his verbis ad ea, quæ paulò ſuprà dicta ſunt, cum Propheta dicit, *ego ſum pſalmus eorum*, id eſt, *lætitia, & gaudium eorum*. Certum autem eſt in bona Philoſophia, quòd in gaudio & lætitia cor ipſum dilatatur, tunc ſenſus erit, *redde tu illis æquali lance ſcutum cordis*, id eſt, [q] compreſſionem cordis, pro dilatatione, hoc eſt, extremam mœſtitiam pro gaudio; ludit enim Ieremias eleganter in verbo Hebræo, eſt enim inter vtranque vocem Hebræam magna ſimilitudo, inter eam, ſcilicet, quæ ſignificat [r] pſalmum, atque eam, quæ ſignificat ſcutum; vnde reſultat ea ſententia, pro dilatatione cordis, & lætitia, *Dabis eis compreſſionem cordis*, ſiue extremam triſtitiam; vnde bene Rabbi Dauid vertit, *dabis eis apoſthema cordis*, quod operimentum appellatur, ſicut in graui animi deliquio fieri conſueuit: quo pacto grauiſſimi Authores exiſtimant intelligendum eſſe locum Iſai. in cap. 6. *Incraſſa cor populi huius*, ſeu *impingua*; vertunt illi, *operimentum cordis da populo huic.* Fit igitur iam hunc locum ita interpretatum, & Ieremiæ, & Chriſto Domino conuenire.

[p] *Ad literam verò aliter locus de Ieremia exponitur.*

[q] *Scutum, id eſt, cõpreſſio.*

[r] *Scutum & pſalmus in voce Hebræa ſimilitudinẽ habent.*

Rab. Dauid.

Iſai. 6.

Quod autem attinet ad aliam vocem, quam tranſtulit vulgatus Interpres, *laborem tuum*, legunt alij, *ſtultitiam* [ſ] *tuam*, alij, *imprecationem tuam*, vulgatus autem, *laborem tuum:* iam autem diximus, laborem, hoc in loco ſignificare poſſe paſſionem Chriſti de mente D. Hieronymi, atque aliorum: cum qua lectione conuenit ſatis ea, quæ vertit, *ſtultitiam tuam*; [t] clarum enim eſt paſſionem Chriſti exiſtimatam fuiſſe à pluribus ſtultitiam. Iam autem vtraque lectio quadrare poteſt cum Ieremia, etenim *laborem tuum*, vocat eum, quo afficiuntur viri ſancti propter Deum: *ſtultitiam* autem dixit, quia pauidum, & ſtultum [u] cor ſolet eſſe improbis hominibus, ſicut dicitur Deut. 28. *Dabis eis cor pauidum*; ad quem locum alludere videtur is, qui legit, *dabis eis imprecationem*, ſiue *iuramentum tuum.* 1[illegible]

[ſ] *Labor, idem atque ſtultitia.*

[t] *Stultitia Dei, paſſio Chriſti.*

[u] *Siue ſtultitia ſit pauor populi.*

Deut. 28.

Trimetri vigeſimiſecundi Carmen tertium.

THAV. *Perſequêris in furore, & conteres eos ſub cælis Domine.*

QVibus verbis ſatis oſtenditur pœna, quam patiuntur perfidi Hebræi [x] diſperſi per orbem propter mortem Chriſti Seruatoris; neque enim tot mala vidit Ieremias ventura ſupra ſuos populares Iudæos propter iniurias ſibi illatas; non enim videtur condignum tanto ſupplicio illud ſcelus niſi per hyperbolem locus intelligatur. Eſt igitur ſenſus huius loci, Tolles eos de ſub tuo vaſtiſſimo cælo: Hebraicè ita legendus locus, *Perſequêris in furore, & conteres eos ſub cælis Domine:* quo pacto Paraphaſis etiam habet, *deſtrues eos de ſub cælis celſitudinis Domini:* ſolent enim Hebræi ea, quæ magna ſunt, appoſito nomine Dei, magna ſignificare: qualis eſt ea locutio Geneſ. 19. *Pluit Dominus ſuper Sodomam ſulphur, & ignem à Domino de cælo*, id eſt, multum ſulphuris, & ignis. Sic illud Iſaiæ, *& gloria Domini in te videbitur*; id eſt, magna gloria. Vnde iam colligitur verus ſenſus huius verſus, perſequêris perfidos Hebræos, eoſdémque conteres calamitatibus vbique terrarum ſub vaſtiſſimo cælo tuo. Hactenus de hoc §. capite. 141.

[x] *Pœna diſperſionis Iudæorum in vniuerſo mũdo pro ſacrilegio in Chriſtum perpetrato hic prædicitur.*

Text. Hebr.

Paraph.

Gen. 19.

CAPVT QVARTVM.

Aleph.

QVOMODO obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum?

Beth.

Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli?

Ghimel.

Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto.

Daleth.

Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius in ſiti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

He.

Qui veſcebantur voluptuoſè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.

Vav.

Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ ſubuerſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus.

Zain.

Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores.

Heth.

Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis: adhæſit cutis eorum oſſibus: aruit, & facta eſt quaſi lignum.

Teth.

Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame: quoniam iſti extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ.

Iod.

Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus earum, in contritione filiæ populi mei.

Caph.

Compleuit Dominus furorem ſuum, effudit iram indignationis ſuæ: & ſuccendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.

Lamed.

Non crediderunt reges terræ, & vniuerſi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hoſtis & inimicus per portas Ieruſalem.

Men.

Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates ſacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum.

Nvn.

Errauerunt cæci in plateis, polluti ſunt in ſanguine: cúmque non poſſent, tenuerunt lacinias ſuas.

Samech.

Recedite polluti, clamauerunt eis: recedite: abite, nolite tangere: iurgati quippe ſunt, & commoti dixerunt inter Gentes: Non addet vltrà, vt habitet in eis.

Phe.

Facies Domini diuiſit eos, non addet vt reſpiciat eos: facies ſacerdotum non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt.

Ain.

Cùm adhuc ſubſiſteremus, defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum, cùm reſpiceremus attenti ad gentem, quæ ſaluare non poterat.

Sade.

Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum, appropinquauit finis noſter: completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter.

Coph.

Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cæli: ſuper montes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis.

Res.

Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus: In vmbra tua viuemus in Gentibus.

Sin.

Gaude, & lætare filia Edom: quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.

Thav.

Completa eſt iniquitas tua filia Sion, non addet vltrà vt transmigret te: viſitauit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperuit peccata tua.

PRO OEMIVM.

COnſequens iam eſt, vt ad quartam partem huius lamentationis cum Ieremia accedamus, in qua * deplorat excidium templi Hieroſolymitani, quod vnicum, & maximum fuit totius Orbis miraculum. Poſtquam igitur in cap. 3. Ieremias defleuit illuſtrium virorum interitum, inter quos primùm doluit Chriſti Seruatoris mortem, quam artificioſè ſignificauit, vnam, & eandem literam alphabeticam ter repetendo in eodem carmine, in numero enim ternario 1.

* *Quarta pars lamentationis de excidio templi Salomonis.*

artificioſè

[b] *Ratio artificij literarij in tertio capite.*
[c] *Ordo in hoc cap. qui & in primo & ſecundo.*

[b] artificioſè doloris magnitudinem ſignificauit; tandem reuertitur ad prius artificium, quo vſus fuerat [c] in prima & ſecunda lamentatione, vnumquenque enim verſum ab vna tantùm litera alphabetica exorditur. Sic igitur rem aggreditur Ieremias Propheta.

TRACTATVS I.

De expoſitione 1. & 2. *carminis ſub literis* ALEPH, & BETH. Siue, *De templi, & Sacerdotum eius deturpatione.*

Carmen 1.

ALEPH. *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum.*

§. I.

Ad Literam.

Deplorat ſanctus Ieremias templum Dei, quod auro ſolido ornatum adeo terribili conflagrauit incendio, vt auri color flauus, quem non lædit ignis, ſed perficit, in turpem nigredinem verſus ſit.

2. Est autem hoc in loco particula (*Quomodo*) admirantis pariter, & dolentis, ſic enim Ieremias dolet, & admiratur auguſtiſſimum, & ſanctiſſimum templum euerſum, pollutũ, & prophanatum, & cauſas tantarum ruinarum indagat; quemadmodum pulchrè notauit Paul. Burg. *add. vnic. ad hoc cap.* 4. docens primam [d] cauſam fuiſſe innocentem ſanguinem effuſum ſanctorum prophetarum Zachariæ, Iſaiæ, atque aliorum, & præſertim innocentis Chriſti ſeruatoris. Fuit alia ſecunda cauſa præſtolatio, & poſtulatio auxilij ab alio, quàm à Deo; cùm enim Nabuchodonoſor obſideret vrbem, Rex Sedecias ad Pharaonem Ægypti regem conuolauit auxilium poſtulans, propter quod tradidit eos Dominus in manus Chaldæorum, qui templum, & vrbem euerterunt: quod ſatis ſignificauit Ieremias in 17. carmine, cum dixit, *cum adhuc ſubſiſteremus, defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum.*

[d] *Cauſa deſtructionis templi Hieruſalem.*

3. Et vt propiùs ad rem accedamus, aduertendum eſt, ſi veritatem ex Hebræo [e] velimus cognoſcere, potius ita vertenda eſſe hæc prima verba huius carminis, *quomodo obſcuratum eſt aurum, mutauit ſe aurum*, nam vtrobique in Hebræo vox eſt, quæ aurum ſignificat, cum hac tamen diſtinctione, quod ſecundo loco non ſolùm aurum ſignificat, ſed aurum optimum, ſiue maſſam auream, teſte Rabbi Dauid; quamuis Rabbi Ionath. dixerit eam vocem ſignificare margaritas, id quod ſatis [f] oſtenditur *in Cant. cap.* 5. Vbi eadem vox reperitur, cum Sponſa commendans Sponſi ſui pulchritudinem dixit, *caput eius aurum optimũ*; Symmachus vertit, *caput eius lapis pretioſus*; quem citat D. Ambroſ. *Pſalm.* 118. *ſerm.* 15. notans Symmachum vertiſſe *lapidem aureum*, fortaſſis inculcare volentem coronam ex lapide pretioſõ, & auro contextam, quam ſponſus in capite geſtabat, iuxta illud, quod dicitur *in Pſal.* 20. *Poſuiſti in capite meo coronam de lapide pretioſo*: vnde Rabbini vertunt, *lapidem pretioſum*, alij *maſſam* [g] *auream*; vnde Hebræus habet ad hunc locum, *mutabitur auri maſſa bona.* Solet igitur interpres Latinus hanc vocem ſecundam Hebræam interdum transferre *gemmas*, ſiue *margaritas*, interdum *tincturam*, ſiue *colorem optimum*; quo pacto intelligendus eſt locus obſcurũs *in cap.* 28. Iob, *non conferetur tinctis Indiæ coloribus*, cum tamen in Hebræo legendum ſit, *non conferetur auro Ophir*; videtur enim interpres voluiſſe ſignificare, aurum micans, [h] & purum, quo ſenſu hoc in loco videtur vertiſſe, *mutatus eſt color optimus*, volens ſignificare, præclarum illum fulgorem, quo puriſſimum aurum fulgebat in templo, mutatum eſſe. Quam lectionem ſatis probat locus citatus ex Iob, cum per Indiæ colorem intelligit puriſſimum aurum; cum enim plura ſint auri genera, illud optimum, & fulgentiſſimum eſſe dicitur, quod India gignit, atque ita Aquila, quinta & ſexta editio legunt eum locum Pſalm. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato*; vertunt illi, *in tinctura*, ſiue *in colore*, idem exiſtimantes eſſe *aurum, tincturam, & colorem*; quemadmodum pulchrè aduertit Hieron. *epiſt.* 140. *ad Princip. virginem*, namque à colore colligitur puritas auri, & bonitas, vnde non eſt alienum, vt per colorem aurum intelligatur, cum nota, [i] & ſignum probatiſſimi auri, ſit color. Cum igitur Ieremias hoc in loco dixit, *quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus*, deplorat templum igne ſucceſum, quod ſolido ex auro ornatum erat, in quo aurum fumo, & flamma obſcuratum ſit, repetendo eandem rem, vt magis incendium amplificaret.

[e] *Elucidatur vulgata lectio ex Hebræo fonte.*
Text. Hebr.
Rab. Dauid.
Rab. Ionath.
[f] *Vocem pro qua vulgatus vertit aurum, alij legunt lapidem pretioſũ.*
Cant. 5.
Symmach.
Ambr.
Pſalm. 20.
[g] *Alij maſſã auri.*
Iob. 28.
[h] *Alibi legitur, tinctura nobilis, ſeu aurum micans.*
Pſalm. 44.
Hieron.
[i] *Auri enim optimi color, probatiſſimũ ſignum.*

Crediderim tamen illud ea mente factum fuiſſe à Ieremia, vt magnitudinem incendij, quo deflagrauit templum factum magis oſtẽderet; quod vt meliùs intelligatur, erit videndus Plin. *lib.* 33. *natur. hiſt. c.* 3. vbi agens de puriſſimo auro ita dixit: *Præcipua gratia huic materiæ, quia rerum vni, nihil igne deperit, tum etiam in incendiis, rogiſque durante materia, imò quo ſæpius arſit, proficit ad bonitatem, aurique experimentum ignis eſt; vt ſimili colore rubeat, quo ignis, atque ipſum obryſum vocant.* Ex quibus conſtat purum aurum, nec in materia, nec in colore [l] lædi ab incendio, vel ab igne. Cum igitur Ieremias hoc in loco dixit, mutatum eſſe colorem optimum auri, vel maſſam auri bonam; ſicut eſt in Hebræo, tam amplificando ita dixit, vt oſtenderet, vſque adeo magnum fuiſſe incendium templi, vt color optimus auri, qui proficere ſolet in igne, fuerit mutatus, & maſſa auri ſolidi, & optimi defluxerit in incendio. Eſſe autem hæc verba de templo intelligenda apertè docuit Paraph. Chaldaica, quæ ita habet: *Quomodo obſcuratum eſt aurum, domus ſanctuarij, mutatus eſt ſplendor Palatij electi, ſparſa ſunt margarita ſancta in capite omnium viarum?* Quæ poſtrema verba aliquid referunt ad lapides, ex quibus templum conſtructum erat, quod *ſanctitas*, ſiue 4.

Plinius.
[l] *Purum aurum, neque in colore læditur ab igne.*
Par. Chald.

Hieron.

ſiue *ſanctuarium* appellatur. Meliùs tamen Paraphraſis,cui ſuffragatur D.Hieronym. ad ſacros lapides, ſiue ad gemmas pretioſas illud referendum putat, quæ in ſummi Pontificis ornamentis prælucebant,præſertimque in rationali; eſt enim hyperbolica locutio, qua ſignificatur prophanatas eſſe gemmas ſacras,quæ tantùm in ſanctuario viſebantur; eas tamen milites Chaldæi per plateas, & publicas vias deferebant, prophanando ea, quæ ſacra erant, quod Hierem. dixit hyperbolicè, *diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omnium platearum.*

§. II.

Ad Allegoriam & Mores.

Auri color optimus in turpem mutatus, degeneres oſtendit Iudæorum mores à Patriarchis, & Prophetis ſuis: nec non, & religioſorum hominum apud noſtros deſidiam, primam viuendi regulam deſerentium.

5. Theodor. [m] *Exponitur locus metaphoricè.*

THeodoretus autem exiſtimat totum locum metaphoricum [m] eſſe, & Ieremiam ad literam loqui de pietate, & cæteris virtutibus, in quibus degenerarunt Iudæi ſuæ ætatis à pietate, & virtutibus ſuorũ maiorum: ſi enim conferantur actiones eorum,qui eo tempore viuebant,cum religione,& pietate Patriarcharum, obſcuratũ aurum, & mutatus optimus color videbuntur. Ita locum intelligit Rupert.ita D.Greg. 18.*mor c.* 19. inter cæteros etiam,eleganter Bern.*ſerm* 82.*ſuper Cant.* Nec eſt alienum à communi conſuetudine,vt per aurum vera, [n] & germana pietas intelligatur, quia ſicut rubiginis, & putrefactionis neſcium eſt aurum; ita pietas, & virtus, quemadmodum ex Platone pulchrè notauit Celius Rodig. *lib.* 13. *lect.antiq.cap.* 21. Dixit hoc Plato *lib.* 3.*de Repub.* cùm eleganter ait, In mentibus generoſis ineſſe quoddam aurum diuinum, ac proinde huiuſmodi animas non indigere humano auro,ſed potiùs illud facilè contemnere, [o] vt ne, ſcilicet, ab eo coinquinentur. Similis eſt locus apud Ambroſ. *ſuper Pſal.* 118. *ſerm.* 15. Quibus ſuffragatur D. Hieronym. Erit videndus Seneca *lib.* 2. *de benef. cap.*43. cum ait, *Decoloratur autem id, cuius color non mutatur, ſed vitiatur:* quem locum adducit Pontan. ad declarandam eam allegoriam, quam affert Poëta 8. *Æneid.* vbi ad declarandam ſynceram antiquorum virtutem eadem metaphora vſus eſt, qua vtitur Ieremias hoc in loco, cum ita habet:

(Rupert. Gregor. Bernard. — [n] *Aurũ vera & germana pietas.* — Rodigin. — Plato. — [o] *Cur generoſi contemnant aurum.* — Hieron. Ambr. Seneca. — Pontan.)

Virgil.

Aureáque (vt perhibent) illo ſub Rege fuere
Secula: ſic placida populos in pace regebat,
Deterior donec paulatim ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi.

[p] *Decolor ætas, idem quod vitioſa ætas.*

Eſt autem decolor [p] ætas vitioſa, in omni enim vitioſo corpore ineſt peſſimus color; alludit enim Poëta ad naturam metalli, quam cernimus diſcolorem, ſic enim ſignificauit mores mutatos in prauos. Hanc eandem metaphoram exiſtimant grauiſſimi Patres ineſſe in his verbis Ieremiæ, cum dixit, *Quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus:* ad ſignificandam pietatem, & religionem veterùm Patriarcharum decoloratam, ſiue mutatam eſſe in ſuis poſteris. Niſi velis hunc ſenſum moralem, [q] & allegoricũ potius eſſe,priorem autem literalem, & germanum.

[q] *Fortaſſe hic ſenſus moralis, prior verò literalis.*

6. Placuit autem addere huic commentario elegantem ſenſum moralem pertinentem ad vitam religioſam, & monaſticam, quam afferemus ipſis verbis D. Hieronymi [r] exiſtimantis hunc locum agere de ſanctis, & religioſis hominibus; putat enim aurum ſignificare excellentiam religioſæ ſanctitatis, colorem autem optimum, religioſam reuerentiam; per ſacros autem lapides religioſas perſonas intelligit. Aurum igitur obſcuratur, cum terrenis actibus ſanctitatis religioſæ vita polluitur; color optimus mutatur, cum quorundam, qui agere religioſè credebantur, anteacta exiſtimatio minuitur; nam cùm quilibet poſt ſanctitatis habitum terrenis ſe actibus interſerit, quaſi colore permutato ante humanos oculos, eius reuerentia deſpecta palleſcit. Sanctuarij quoque lapides per plateas diſperguntur, cùm cauſa ſæcularium foras lata itinera expetunt hi, qui ad ornamenta Eccleſiæ internis myſteriis, quaſi in ſecretis ſanctuarij; ad hoc quippe ſanctuarij lapides fiebant, vt intra ſancta ſanctorum in veſtimento ſacerdotis ſummi apparerent. Cum verò miniſtri religionis honorem redemptoris ſui, ex merito vitæ non exigunt, ſanctuarij lapides in ornamento non ſunt: ſed diſperſi iacent per plateas, cum ſcilicet perſonæ ſacrorum ordinum, voluptatum ſuarum latitudini deditæ, terrenis negotiis inhærent. *Et notandum*, inquit Hieronym. *quod non nos diſperſos in plateis, ſed in capite platearum dicit, quia cùm terrena agunt huiuſmodi, ſummi videri appetunt.* Cætera videnda ſunt apud Hieronymum.

(Hieron. — [r] *Senſus planè moralis ex D.Hieron.*)

Carmen 2.

BETH. *Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli?*

§. III.

Ad Literam, & Mores.

Firmitudo, & robur auri fit vaſe fictili infirmior in manu impiorum, quibus decor, & ſublimitas, in ſqualorem vertitur, & rubiginem.

SOlus D. Hieronym. eorum quos ego viderim ſuper hunc locum, exiſtimauit [s] conuenienter intelligendum eſſe hunc verſum, atque hanc ſententiam dependere à primo carmine huius capitis, vt quemadmodum deplorauerat templum euerſum in primo carmine, ita deplorauerit in hoc ſecundo miniſtros templi pollutos, & prophanatos, quos [t] filios Sionis appellat, quia templum in monte Sione fundatum erat. Quæ expoſitio non eſt aliena à circunſtantia loci, & à rerum conſequentia: certum enim eſt inclytos ſacerdotes templi, quaſi gemmulas pretioſas optimo in auro inſertos eſſe; vnde Paulus Burg. latiùs exiſtimat [u] intelligendum eſſe locum de omnibus, ſcilicet, Hebræis, qui propter pietatem diuinam filij Sionis appellabantur, & propter 7.

([s] *Singularis Hieron ſententia.* — [t] *Dicuntur filios Sion eſſe ſacerdotes.* — Burgenſ. — [u] *Alter Burgenſis.*)

ter diuitias illius generis opulentiſſimè, & lautiſſimè induebantur.

8. Crediderim tamen locum intelligendum eſſe de viris [a] Principibus, inter quos erant filij Ioſiæ Regis, qui in palatio Regis Sionis ſunt educati, quaſi regij, palatini, inclyti, & generoſi, filij Sionis ſint appellati, & eo quòd regium palatium in monte Sione prope templum erat ædificatum, quaſi deploret Ieremias inclytos, & nobiles, & aptiſſimè compoſitos principes, debiles, & quaſi ignobiles redditos eſſe. Aduertendum autem eſt *primum aurum* ex proprietate vocis Hebrææ [b] ſignificare aurum purum, ſyncerum, germanum, illibatum, ac defæcatum, quod Luſitanè dicitur *de 24. Quilates*, ſicut pulchrè notauit Gregor. Nicen. *orat. 13. ſuper Cantic.* tales enim erant inclyti, & generoſi Hebræorum; vnde Hebraicè ita vertendus videtur locus, *generoſi; æquiparati, & collati, auro primo adæquari poſſunt*; ſic etenim Paraphraſis Chaldaica habet, *quorum imagines*, id eſt, vultus, *ſimiles erant auro*, hoc eſt, ſplendebant ſicut aurum; talis enim erat eorum nobilitas, & ornatus, reputati autem ſunt, & habiti viles ſicut *vaſa teſtea*. Quem locum Theodoret. exiſtimat diſſimilem non eſſe illi, qui eſt apud Iſai. cap. 30. *Comminuetur, ſicut conteritur lagena figuli contritione prævalida, & non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.* Quo in loco duplex ſimilitudo reperitur in vna, & eadem teſta lutea; oſtendit enim eos debiles factos eſſe, quemadmodum vaſa teſtea; inutiles etiam, quia contrito vaſe luteo inutile omnino redditum eſt; tales per Orbem vel inclyti Hebræorum habiti ſunt, debiles, & inutiles, quod mihi voluiſſe videtur Ieremias hoc in loco.

[a] *Autoris placitum.*
[b] *Aurum ex propriet. linguæ ſancta ſumitur pro puriſſimo.*
Niſſen.
Par. Chald.
Theodor. Iſai. 30.

TRACTATVS II.

De expoſitione 3. & 4. Carminis ſub literis, GHIMEL *&* DALETH. *Siue, De immiſericordia extremè laborantium ad ſimilia paſſos.*

Carmen 3.

GHIMEL. *Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos, filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto.*

§. I. Ad Literam.

Potuit flectere feriſſimas lamias in excidio Hieroſolymæ paruulorum miſeria, ſed non feriora parentum corda ad ſuos filios.

9. HVius loci talis paraphraſis eſſe poteſt, [a] Etiam crudeliora animalia ſolicita ſunt de partubus ſuis eos educando, & plena vbera eiſdem adhibendo; immenſa autem tribulationis magnitudo effecit, vt incolæ Sionis, ſiue homines Hieroſolymitani ipſius naturæ obliti ſint, & interfectis pluribus, pluribus autem in ſeruitutem redactis, perſimiles redditi ſunt ſolitariis ſtruthionibus, quæ oblitæ ſuorum partuum per deſerta loca errant. In his autem verbis explicandis eſt difficultas, quæ pendet à voce, *lamia*, de qua multi multa dixerunt. Philoſtratus igitur in Apollonio lamias dixit eſſe laruas, [b] ſiue lemures, quas dixit eſſe ad venerem, & amorem propenſas, & carnes humanas, maximéque formoſiorum appetere eſurientes, quæ libidinis cupiditate alliciant eos, quos prætetea cupiant deuorare. Similia dixit Antonius Verderius. *in lib.* cui titulum fecit, *Imagines Deorum*, vbi dixit, [c] *lamias fœminas eſſe pectore tenus formoſiſſimas, cætera verò ſquamoſa eſſe*; id quod deducit ex pluribus antiquis Autoribus. Similia dixit Diodor. Sycul. *lib.* 20. & Ariſtophan. *in Veſpa*, ſicut refert Matth. Rader. *lib.* 10. Martial. *epig.* 3. atque etiam *lib.* 2. Plura dixit Celius Rodigio. *lib.* 20. *lect. antiq. cap.* 5. Quibus fauere videtur Gregor. Magn. *lib.* 19. *moral. cap.* 11. cùm ait, *lamias hæreticos eſſe habentes faciem humanam, ſed belluinam impietatem; dum enim mammam nudant, tunc errorem ſuum liberè prædicant.* Verùm Philippus Beroaldus *in com. ſuper Apul. lib. 1. transform.* aſſerit *lamias, priſcos appellaſſe, magas* [d] *voratrices puerorum.* Meminit elegantter earum Horat. in arte poëtica, inquiens,

Ne pranſæ lamiæ puerum viuum extrahant aluo.

Meminit earum Ariſtotel. *lib. de moribus ad Nichomach.* vbi deſcribit mulierem in Ponto fuiſſe, quæ mulierum grauidarum aluos aperiret, & perſecate, pueroſque inde tractos deuorate.

[a] *Paraph. ex Theodor. non inepta.*
Philoſtrat.
[b] *Lamia quid?*
Verderius.
[c] *Altera ſententia de lamiis.*
Diodorus. & alij.
Beroald.
[d] *Alij lamias magas dixere paruulorum ſanguinem ſugentes.*
Horat.

10. Hæc colligere potuimus ex veteribus Anthoribus in commentario huius loci; exiſtimo tamen vocem Hebræam æquiuocam eſſe, & ſignificare quidquid crudele, ferinum, & inhumanum eſt; vnde Paraphraſis Chaldaica *ſerpentes* vertit pro lamiis, etiam LXX. interpret. ita Brixian. & Theodoret. vt ſenſus ſit, [e] Nihil tam ferum eſt inter bruta animantia, quod non docuerit natura educare ſuos partus, verùm contra ipſam naturam parentum, præ calamitatum magnitudine Hebræi ſuos partus educare obliuiſcuntur. Meminit huius rei D. Auguſt. *lib.* 50. *homiliar. hom.* 38. Stobæus *ſerm.* 81. ex Euripide: *vna*, inquit, *quædam eſt communis lex, & diuinum inſtinctum, vt videlicet nullum non animal, natum ex ſe fœtum amet.* Dixit ſimilia Plutarch. *in lib. de educat. liber. lactis confectio, & diſpenſatio ſufficit ad declarandam naturæ prouidentiam, atque induſtriam, quia pariendi, & alendi finis eſt, non neceſſitas, ſed amor.* Quod etiam proſequitur Nazianz. *in carminibus ad Patrem ſuum*; in quibus oſtendit naturale eſſe feris ſuos fœtus alere; *nam vituli quoque plenæ parentum vbera fronte premunt.* Huius igitur naturalis amoris obliti Hebræi [f] in obſidione à Chaldæis præ calamitatum magnitudine educandorum filiorum obliti ſunt. Fortaſſis ad hunc locum alludit ea parabola [g] Lucæ *cap.* 6. in quo Chriſtus Dominus explicuit crudelitatem diuitis epulonis, *ſed & canes veniebant*, & ea alia, quæ habetur Luc. 12. cum de crudelitate Iudæorum conqueſtus Chriſtus Dominus dixit. *Hieruſalem, quæ occidis prophetas.*

Par. Chald.
XXX. Interp.
Brixian.
Theodor.
[e] *Senſus literæ.*
Auguſt.
Stobæus.
Plutarch.
Nazianz.
[f] *Crudelitas nimia Hebræorum fuit primi excidij tempore.*
Luc. 16.
[g] *Alluſio ad loca euangelij.*
Luc. 12.

Crudelis

11\. *Crudelis ſicut ſtruthio in deſerto.* Multa de ſtruthione, de eius ingenio, & natura dixerunt grauiſſimi Authores. Plinius,[h] ſcilicet, Rodigin. & Ælianus *lib.* 14. *cap.* 19. Albert. Magnus *lib.* 23. D. Iſidor. *lib.* 12. *cap.* 7. atque alij plerique. Sed ea vera ſunt, quæ de eodem animali refert ſacra Scriptura, præſertim *in lib. Iob. cap.* 39. vbi agens de diuina prouidentia in adminiſtrandis neceſſariis, etiam minimis animantibus ita dixit: *Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij, & accipitris, quando derelinquit oua ſua in terra, obliuiſcitur quòd pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat, duratur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui*; quo in loco Iob commendat diuinam prouidentiam in alendis pullis ſtruthionis, quos animal ferum, & inhumanum nec alit, nec defendit, ſed oblitum naturalis [i] charitatis, oua relinquit, quæ parturiuit, non fota, & filios non educat contra natiuam omnium animantium charitatem; quibus tamen Deus ita relictis ſua prouidentia præſto adeſt, adminiſtrando omnia neceſſaria. Erit videndus in hanc ſententiam Michæas propheta, *in cap.* 1, cum dixit, *& faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum*; quæ verba ita legenda ſunt ex Hebræo, *& luctum quaſi filiarum ſtruthionum*, quod de filiis, ſiue pullis ſtruthionum intelligit Rab. Dauid, qui à parentibus, vbi educuntur ex ouis, vel vbi oua parturierunt, relinquuntur. Sic igitur amplificauit Ieremias crudelitatem [l] Hebræorum in alendis paruulis ſuis, idque, quia eorum obliti ſunt præ magnitudine dolorum, & calamitatum, quo tempore euerſa eſt Ieroſolyma à Chaldæis, & obſidione oppreſſa. Rupertus exiſtimat hunc locum pertinere ad præſentem ſtatum Iudæorum, nec enim ſuos partus vera doctrina educant, & alunt, ſed potius eoſdem enecant, dicentes, *ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros*, ſimiles ſtruthionibus, quæ nec aues ſunt, cum tamen alas habeant, quibus volare nequeunt: ſic & Hebræi, quamuis virtutem habere videantur, ſolam virtutis imaginem referunt, nihil ſublime ſapientes, ſed perpetuò humi reptantes.

[h] *Qui de ſtruthione ſcripſere.* Plinius. Rodigin. Ælianus. Alb. Magn. D. Iſidorus.

Iob. 39.

[i] *Struthio, naturalis in filios Charitatis obliuiſcitur.*

Michææ. 1.

Rab. Dauid.

[l] *Cui aſſimilatur ſæuitia Hebræorum erga filios ſuos.*

Rupert.

Carmen 4.

DALETH. *Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius in ſiti: paruuli petierunt panem: & non erat, qui frangeret eis.*

§. II.

Ad Literam, & Mores.

Obliuiſcitur naturalis charitatis mater, quæ ſibi potiùs, quàm ſuis paruulis procurat in extrema fame.

12\. PEndet hæc oratio neceſſariò ex præcedenti carmine, eſtque eiuſdem ſententiæ amplificatio; proponit enim Ieremias ante oculos lactentes infantulos [m] præ ſiti areſcentes; & paruulos etiam iam grandiores, quàm lactentes præ fame pereuntes, quibus crudeles matres nec lac propinabant ad extinguendam ſitim, nec parentes miniſtrabant cibos, quibus reficerent extremam famem; ſimiles ſtruthionibus, quæ oblitæ ſuorum partuum, non quærunt quæ neceſſaria ſunt ad eos alendos in fame. Appoſitè autem dixit Ieremias, *adhæſit lingua lactentis ad palatum eius*, quia conſumptionem humoris naturalis, quo corpora ſuſtentantur, maximè tenella, & aluntur, conſequitur grauiſſima ſitis, vnde lingua faucibus ſolet adhæreſcere poſt longam inediam. Id autem, quod addidit, *Paruuli petierunt panem, & non erat,*[n] *qui frangeret eis*, frequens eſt locutio in ſacra Scriptura, ſecundùm quam frangere panem, idem eſt, quod neceſſaria ad cibum præparare, eademque famelicis communicare. Sic igitur propheta ſignificat extremam fuiſſe famem, in qua matres, ſi quid cibi inueniebant, potiùs ſibi, quàm filiis præparabant contra natiuam charitatem, qua ſolent parentes filiolis ſuis alimenta quærere: qua de re dixit multa Auguſt. *Pſalm* 58. Ambroſ. *lib.* 2. *de Iacob. & vita beata, cap.* 1. & *in lib. de Nabuthe cap.* 5. vbi eleganter deſcribit paternam charitatem in filios. Vide Abbatem Senenſ. intelligentem hunc locum de doctrinæ inopia, qui habetur in Bibliotheca Patrum.

[m] *Cùm videant eos areſcentes præ ſiti.*

[n] *Et fame pereuntes, & non ſubuenirent eis.*

Auguſt. Ambr.

Abb. Senen.

TRACTATVS III.

De expoſitione 5. & 6. carminis ſub literis HE, & VAV, Siue, *de luxus mercede.*

Carmen 5.

HE: *Qui veſcebantur voluptuosè, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.*

§. I.

Ad Literam.

Non potuerunt non in tantam venire calamitatem Hebræi, vt ſtercora amplexarentur, cùm adeo voluptuosè viuerent, vt ſericis induti, & luteis, ſuper oſtrum cubarent, & veſcerentur: ſed heu! quantùm deterior illorum ſors, qui cum in deliciis legis fuiſſent, nunc turpes, & aniles fabulas, velut ſtercora, amplexantur, & laudant.

PROSEQVITVR Ieremias famem, quæ graſſata eſt in Iudæa, maximéque in ciuitate Hieruſalem, quando obſeſſa fuit à Chaldæis, vel etiam à Romanis, cuius meminit Ioſephus, *7. de bello cap.* 8. Pulchrè autem aduertit Theodoret. prophetam inſinuare voluiſſe pariter luxum, [a] & extremas voluptates, in quibus Iudæi viuebant, 13.

Ioſephus. Theodoret.

[a] *Ex priori luxu dira famis neceſſitas declaratur.*

bant, quandiu eorum ſtetit reſpublica, & regnum, vt iuſtiſſima pœna ſint puniri, qui ſplendide epulabantur, & viuebant, qui oſtro, & auro induebantur, iidem enecti iacebant in viis, qui pretioſis; & delicatiſſimis veſtibus induebantur, vaſtata vrbe iacebant ſuper ſtercora cubantes, quorum colore naturali putabant indigentiæ frigoris, & nuditatis ſe poſſe ſubuenire.

14. Inſuper hæc eadem verba videtur propheta addidiſſe, nequis exiſtimaret ad ſolos inopes, & egenos peruenisſe extremam famem, ſed etiam ad opulentos, & ad eos, qui propter rerum abundantiam in ſumma voluptate, & luxu viuebant; ſic enim deſcribere ſolet ſacra Scriptura vanas delitias, & luxum, quemadmodum videre eſt 2. *Reg. cap.* 1. vbi Rex Dauid in morte Saulis regis ita flere mandauit vniuerſum populum: *flete ſuper Saul, qui veſtiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui veſtro.* Vnde legendus videtur hic locus, *qui nutriebantur in croceis*; ſic enim legunt L X X. interpretes, eſt enim *crocus* apud Græcos,[c] granum, atque illud potiſſimum, quod ad tingendas veſtes rubrum admodum, & cortici arbuſculæ adnatum, verè legitur, cuius meminit Plinius *lib.9. cap.* 41. cùm inquit, *circa Emeritã Luſitaniæ in maxima laude eſſe dicitur illud granum*; & lib. 16. cap. 8. *Crocis infectorius eſt, ſiue intinctorum, in his granis, ſeu crocis, parui, rubrique vermiculi*[d] *gignuntur optimi odoris, qui paulò poſt crocis exeuntes, ac vino albo præſtanti inſperſi, mox areſacti contunduntur in puluerem rubeſaciendis lanis laudatiſſimum; hinc vermis, & purpura.* Idem prorſus eſt in ſacra Scriptura, qualis eſt ille locus Iſaiæ in cap. 1. *& ſi fuerint rubra, quaſi vermiculus, velut lana alba erunt*: hoc autem habitu induebantur Principes viri, vnde *Matth.* 27. Iudæi Chriſtum ſeruaturum per irriſionem coccinea veſte induerunt. Erit videndus Plinius lib. 9. à cap. 36. vſque ad cap 41. *Purpura*, inquit, *ſignificat quidquid illuſtre, eximium, regiumque eſt*; proinde non conuenit hic locus niſi delicioſis hominibus: quod etiam proſequitur Nazianz. *orat.* 1. *in Iulian.* Elias Cretenſ. *ibidem.* Niſſenus *in funebri orat. de Praxilla Imperatrice.* Caſſiodorus *lib.* 1. *epiſtolar. epiſt.* 2. *& lib.* 12. *epiſt.* 4. Quod etiam ſignificauit Poëta 2. *Georgic.* cum ait,

[b] *Præſertim cùm hæc pernodis ad principes, & opulentes.*
2. Reg. 1.
L X X. Interp.
[c] *Quid crocus apud Græcos.*
Plinius.
[d] *Ex quo vermiculi optimi odoris rubeſaciendis lanis aptiſſimi*
Iſai. 1.
Matth 27.
Plinius.
Nazianz.
Elias Cret.
Niſſenus.
Caſſiodor.

Vt gemmam bibit ſarrano dormiat oſtro.

Virgilius.

Sarra enim olim vocabatur *Tyrus*, à piſce *Sar*; vnde ſarranum[e] oſtrum ſignificat laudatiſſimam, & regiam purpuram; proinde aptè ita legendus videtur eſſe locus hic, *qui nutriebantur in croceis*,[f] erat enim hic habitus verè regius, verè deliciarum.

[e] *Sarranum oſtrum quid.*
[f] *Senſus literæ prior.*

15. Repugnat tamen vulgata[g] lectio, eadémque correcta a Sixto V. quæ habet, *qui nutriebantur in croceis.* Pro vera igitur intelligentia huius loci aduertendum eſt, vocem Hebræam, *Tolah*, ſignificare vermiculum; vnde ſi verbum ex verbo vertendum eſſet, ita legendus erat locus, *qui nutriebantur ſuper vermiculum*, vel *in vermiculo.* Hoc ſuppoſito, volunt aliqui, inquibus eſt Marc. Marin. nec omnino diſſentit Pagninus, vermem hoc loco ſignificare veſtes[h] ſericas, ex eo, quia filij bombicum, qui vermes ſunt, ſerica texere ſolent, ac proinde exiſtimant appoſitè vertiſſe vulgatam editionem, *qui nutriebantur in croceis*: verùm magis appoſitè de eorum ſententia vertendum erat, *qui nutriebantur in ſericis.* Tota igitur difficultas in eo poſita eſt, cur vulgata editio croceum verterit pro vermiculo? Erit igitur videndus Plinius[i] *lib.* 21. *cap.* 6. *&* 7. & præſertim Philo Carpatius Epiſcopus *in Com. ſuper c.* 4. *Cantic.* vbi de croco ita dixit: *Crocus*, inquit, *nobiliſſima eſt maximi odoris, folio anguſto, in capillamenti modum, florem cæleſtis arcus perſimilem, calicis modo ab anguſto in latum ſe ſe explicantem habet: intra quem fructum triplicem veluti apicem coloris flammei, ex vna radice duplici filo lutei coloris binos inde monſtrum profert, ad cuius inſtar veſtes præſertim fœmineæ texuntur pulcherrimæ.* Eſt locus apud Poëtam 1. *Æneid.* in quo deſcribitur ea palla pulcherrima, quam Troiani muneris loco reginæ Didoni dederunt; ſic enim eo in loco habetur.

[g] *Cui tamen repugnat vulgata lectio,*
Marc Mar. Pagninus.
[h] *Secundùm quã in croceis, idem eſt, atque in ſericis, & effœminatis veſtibus.*
Plinius.
Carpatius.
[i] *Quæ ſententia perquàm eruditè fundatur ex prophanis Autoribus.*

——— *Pallam ſignis, auróque rigentem*
Et circum textum croceo velamen acantho
Ornatus Argiuæ Helenæ: quos illa Mycenis
Extulerat.

Virgilius.

Conſentit Plinius in loco citato, vbi ita habet: *Lutei video honorem antiquiſſimum in nuptialibus flammeis totum fœminis conceſſum.* Sic etiam deſcribit ornatum Catullus ſuum Cupidinem.

Catullus.

Quam circumuerſans huc illuc ſæpe Cupido,
Fulgebat crocina candidus in tunica.

Sic quoque Poëta 7. *Æneid.* auroram pulcherrimam deſcribens dixit:

Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis.

Virgilius.

& 1. Georgic. dixit.

Thitoni croceum linquens Aurora cubile.

Idem.

Ex quibus iam infero, veram ſententiam huius loci, quam aſſequi potuimus, aſſerentes propterea vulgatam editionem, & Paraphraſim Chaldaicam, vermiculum tranſtuliſſe croceum: dicit enim vulgata editio; *qui nutriebantur in croceis*,[l] vel *ſuper crocea*, ad ſignificandos effœminatos mores illius temporis, & propterea non purpuram tranſtulit, quia regium indumentum erat, ſed potiùs eum colorem, qui fœminis, potiùs quàm viris conueniat; tales enim erant mores illius gentis. Nobis fauere videtur Theodoret. cum ait, cauſam tantorum malorum fuiſſe peccatum; quod comparat ſtatim in verſu ſequenti peccato Sodomorum dicens: *Et maior facta eſt iniquitas filiæ populi mei, peccato Sodomorum.*

[l] *Senſus germanus literæ ex mente Autoru.*
Theodoret.

16. Videtur igitur diuinus vates, veterem maiorum inculcare frugalitatem, accuſando poſterorum luxum, & effœminatos mores tantarum calamitatum cauſas, ſicut etiam dixit Amos 6. in cap. 6. *Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem pſalterij.* Sic quoque Ieremias dixit, Hebræos voluptuosè viuentes, & qui ſericis, & luteis veſtibus induebantur, & ſuper oſtrum veſcebantur, in ipſis plateis interiiſſe, & viliſſimis veſtibus indutos fuiſſe, ſeu ſuper ſtercora iacuiſſe. Nobis tamen non diſplicet Rupertus,[m] qui locum metaphoricum eſſe voluit, & prophetice ſignificare filios regni cæleſtis, quales erant Iudæi obſeruantes legem, amplexatos fuiſſe ſtercora, id eſt, veteres cæremonias, quas Paulus vocat detrimentum, & arbitratur vt ſtercora.

Amos. 6.
Rupert.
[m] *Ruperti Metaphorica expoſitio.*

Carmen 6.

V A V. *Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ ſubuerſa eſt*

in momento, & non ceperunt in ea manus.

§. II.

Ad Literam.

Si grauior pœna Hebræorum, quàm Sodomæ fuit, quia diuturnior, quanto grauior culpa illorum, peccato huius?

17. TOta difficultas huius loci poſita eſt in explicanda ſignificatione vocis Hebrææ, pro qua vulgatus interpres tranſtulit, [n] *iniquitas*; eſt enim ea æquiuoca, & plura ſignificat in ſacra Scriptura. In primis enim ſignificat reatum, qui ex culpa oritur, cui merito debetur aliqua pœna; vnde factum eſt, vt plerunque pro ipſa pœna ponatur, plerunque autem pro culpa, vnde pœna orta eſt. Qualis eſt locus ille 2. Reg. 14. *Si memor eſt iniquitatis meæ, interficiet me*; vbi iniquitas [o] culpam ſignificat: Similiter in Pſalm. 50. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea*; vtrobique iniquitas culpam ſignificat: ſæpius autem eadem vox pro pœna ſceleribus debita accipitur. Qualis eſt ille locus, *In me ſit Domine hæc iniquitas*, [p] id eſt, hæc pœna. Sic quoque neceſſariò de Chriſtu Domino intelligendus eſt locus Iſaiæ. cap. 53. *Poſuit Deus in eo iniquitates omnium noſtrûm*, id eſt, reum fecit omnium pœnarum, quæ noſtris ſceleribus debebantur. Similiter in Pſalm 68. *appone iniquitatem ſuper iniquitatem*, id eſt, pœnas aggraua, ſiue multiplica: in qua ſignificatione videtur Ieremias locutus [q] hoc in loco. dicens, *maior effecta eſt iniquitas*, id eſt, ſupplicium, ſiue pœna Ieroſolymæ, pœna & ſupplicio Sodomorum; nanque Sodoma ſubuerſa eſt in momento, calamitas autem Ieroſolymæ, diu, multúmque durauit; ea autem pœna, quæ diuturnior eſt, grauior eſt, quemadmodum conqueritur regius vates de morte eorum, qui in voluptate vixerunt *in Pſalm. 72.* vbi ita habet: *Non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plagu eorum*; quæ verba ita intelligenda ſunt ex Hebræo, *non ſunt contritiones*, ſiue *vinculu morti eorum*; quæ eſt periphraſis poëtica extremæ ſenectutis, quaſi dicat, perueniunt ad extremam ſenectutem, quo tempore, vt fructus valde maturus ex arbore ſponte decidit, ſic eorum anima à corporis vinculo ſoluitur: quod magis explicat, cum dixit, *non eſt firmamentum in plagu eorum*, id eſt, non laborant diuturna aliqua ægritudine: quo enim diuturnius eſt ſupplicium, eo grauius.

[n] *Verbum pro quo hic ponitur iniquitas,*

2. Reg. 14.

[o] *Quandoq; ſignificat culpam,*

Pſalm 50.

[p] *Quandoque & pœnam culpa debitã:*

Iſaiæ. 53.

Pſalm. 68.

[q] *Quo vſurpari ſenſu hic videtur à Ieremia.*

Pſalm. 72.

18. Erit videndus Nazianz. *orat.* 36. vbi pulchrè docet, ad diuinam miſericordiam pertinere breuiores reddere pœnas [r] debitas peccato Adami, cuius hæc ſunt verba: *Atque hic quoque tamen, mortem, ac peccati præciſionem elucratur, ne malum immortale eſſet, itáque pœnu ipſu in miſericordiam ceſſit: ſic enim Deum ſupplicia inferre perſuaſum habeo*: exiſtimat enim Nazianz ad diuinam miſericordiam pertinere, non diuturna pœna punire ſcelera, ſed breuiſſimâ, quod eleganter dixit Menand. cum ait, *Aliquando beneficij loco mortem dare iis, quos Deus amat, ita vt eis, non vitam eripuiſſe, ſed mortem dediſſe putandum ſit*; præſertim, quia ſicut eleganter dixit Cicero *orat.* 4. *in Catil.* id qood dictum refert in Caium Cæſar. *mortem eſſe a Diis immortalibus conſtitutum, non ſupplicij cauſu conſtitutum, ſed aut ob neceſſitatem naturæ, aut laborum, & miſeriarum quietem; etenim quamuis mors, omnibus ſit finis, multis on remedium eſt*; qoemadmodum dixit Seneca in lib. de conſolat: ad Martiam. *mors omnibus finis, multis remedium, quibuſdam votum, de nullis melius merita, quam de his, ad quos venit, antequam* [s] *inuocetur.* Etenim ſicut Sophocles dixit, *mors extremum omnium malorum eſt*; proinde grauiſſima eſt ea pœna, cum mors quæritur in calamitatibus, & non inuenitur: qualem deſcribit pœnam inferorum Ioann. in ſua reuelat. cap. 9. *Quærent homines mortem, & non inuenient eam; deſiderabunt mori, & mors fugiet ab eis*: ex quibus iam fit, mortem, & calamitates eo eſſe leuiores, qoo breuiores.

Nazianz.

[r] *Abbreuiata pœna miſericordia beneficium.*

Nazianz.

Menand.

Cicero.

Seneca.

[s] *Mors de quibus ſit meliùs merita.*

Sophocles.

Apoc. 9.

Aduerteodum tamen eſt, ne aliquis ſcrupulus remaneat in tradita doctrina, verum oon eſſe perpetuò, quod Seneca dixit ioco citato, [t] *mortem inexpectatum eſſe feliciſſimam*; quod etiam retulit Plutarch. *in vita Cæſar.* à Cæſare dictum fuiſſe, *optimam mortem eſſe inexpectatam*; quamuis enim negandum non ſit, ſæpius raptos fuiſſe ſanctos viros repentina morte, quemadmodum notauit Origen. *cap.* 1. Iob ad illa verba, *repente vehemens irruit ventus à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos*; ſæpius tamen Deus ſolet longa morte inter cruciatus exercere ſanctos viros, ſicut bene proſequitur Chryſoſt *hom. 1. ad populum.* Auguſt. *epiſt. 121. ad Probum. cap. 14. & Pſalm. 133.* Greg. *hom. 4. in Euangel. & lib. 27. moral. cap. 11. & lib. 19. cap. 5.* Erit videndus hac de re Seneca *in lib. de Prouident.* cum quærit, cur Deus paſſus ſit Catonem Vticenſem non vno vulnere cadere? ſimilia habet D. Bernard. *ſerm. 26. in Cantic.* cùm deplorat mortem Fratris ſui Gerardi. Eſt tamen conſtituenda differentia inter mortem ſanctorum [u] hominum, quamuis longa illa ſit, & interitum impiorum, quamuis breuis, & ſine dolore ſit: quam eleganter conſtituit D. Ambroſ. *in Com. ſuper Pſalm. 72.* cum interpretatur ea verba, *non eſt reſpectus morti eorum*, vbi exiſtimat legendum eſſe locum, *non eſt reclinatio in morte eorum*; laborantes enim ſe reclinare conſueuerunt, peccatores autem reclinari non poſſunt in morte; de illis enim dicitur, *dorſum eorum ſemper incurua.* Vnde diues ille delicioſus, cuius meminit D. Lucas in Euangelio, ſe inclinare non poterat in inferno, ſed vix ad Abraham, noo totum ſe, ſed oculos tantùm conuertebat. Iam igitur inſertur intellectus ad præſentem [x] locum Ieremiæ, vt voluerit maiorem fuiſſe pœnam Ieroſolymæ, quia diuturnior fuit, quàm calamitatem Sodomorum, qui ſubitò deflagrarunt de cælo io puncto miſſo incendio. 19.

Seneca.

[t] *Gentilium de repentina morte placitum corripitur.*

Plutarch.

Origen. Iob. 1.

Chryſoſt.

Aug.

Gregor.

Seneca.

Bernard.

[u] *Differentia mortis iuſtorum à morte impiorũ vnde ſumenda.*

Ambr. Pſalm. 72.

[x] *Senſus litera propter.*

Verùm adhuc reſtat difficultas illis verbis enodanda; nec enim conſtat inter bonos Authores, quid Ieremias voluerit ſignificare per illa verba, *& non ceperunt in ea manus*: [z] quæ verba ita legenda ſunt ex Hebræo *non irruerunt*, ſeu *non caſtrametatæ ſunt in eu manus*, vel *exercitus*; ſatis enim notum eſt apud Hebræos, *manus*, ſignificare vires, ſiue robur: ſic Iſaias *in cap. 45. & non ſunt ei vires*, ſeu, *manus*, vt eſt in Hebræo. Iob *in c. 40. & manus debiles roborubis.* 20.

[z] *Poſtrema ſententiæ prior expoſitio.*

Hebr. Text.

Iſai. 45.

Iob. 4.

Sed ſi non placet hic modus loquendi, quaſi minùs vſitatus ab Hebræis, [a] placebit fortaſſis Ieremiam voluiſſe ſignificare ouilam ex vrbibus 21.

[a] *Altera ex Hebræo ſenſu deducitur.*

Sodomorum

Sodomorum fuiſſe præſidio oppreſſam; vſitatum enim eſt in ſacra Scriptura, vt *Iad* ſignificet non ſolùm manum, ſed etiam potentiam, robur, locum, ſiue terminum. Sic intelligendus eſt locus 2. Reg. 18. *& vocauit titulum nomine ſuo, & vocatus eſt locus Abſalom.* vbi in Hebræo locus eandem vocem Hebræam habet, quæ manum etiam ſignificat; vnde non eſt aliena expoſitio à litera Hebræa, ſi per ea verba, *& non ceperunt in ea manus*, intelligamus nullam ex vrbibus Sodomorum grauì hoſtium præſidio oppreſſam fuiſſe, cùm *manus* ſignificet etiam vrbem,[b] vel locum in veritate Hebræa: magis tamen placet id, quod iam diximus, nullum exercitum caſtrametatum fuiſſe ad eas vrbes, ſed ſubitò conflagraſſe.

2. Reg. 18.

[b] *Manus in Hebræo ſignificat & vrbē & locum.*

22\. Aliam inſinuat [c] expoſitionem D. Hieronym. quam fortaſſe collegerat ex Paraph. Chaldaica, quæ ita vertit hæc poſtrema verba, *& non manſerunt in ea Propheta*; quaſi verò grauius fuerit peccatum Hieruſalem, quàm peccatum Sodomorum; quoniam Ieruſalem præter legem naturalem, habuit Moyſem legiſlatorem, & diuinos Prophetas veritatem prædicantes, quos non habuit Sodoma; propterea grauius fuit peccatum Ieruſalem, quia in maiorem gratiam peccauit. Huius loci ſimilis eſt ille Matth. cap. 11. *Væ tibi Coroſaim, væ tibi Bethſaida; quia ſi in Tyro & Sydone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cinere, & cilicio pænitentiam egiſſent.* & in cap. 10. Luc. *& tu Capharnaum, nunquid vſque in cælum exaltaberis, vſque in infernum deſcendes? quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in te, fortaſſis manſiſſent vſque in hunc diem.*

Hieron. Par. Chald.

[c] *Tertia expoſitio Hieronym.*

Matth. 11.

Luc. 10.

23\. Non nego grauius [d] peccatum ex hoc capite fuiſſe peccatum Ieruſalem, quàm Sodomorum; ſed Ieremias ſolùm intendit oſtendere, grauius fuiſſe ex grauitate pœnæ: proinde magis placet ea expoſitio, quæ colligitur ex litera Hebræa: propter quam rationem Brixian. vtranque inuoluit, volens oſtendere ex grauitate pœnæ grauitatem peccati.

[d] *Authoris iudicium.*

Brixian.

TRACTATVS IV.

De expoſitione 7. & 8. carminum ſub literis Zain, *&* Heth. Siue, *De proſpera, & aduerſa fortuna Iudæorum.*

Carmen 7.

Zain. *Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores.*

§. I. Ad Literam.

Vetus felicitas Hebræorum deſcribitur, cum in abſtinentiæ maceratione viuentes, omni pulchritudine decori, minùs ſplendeſcerent naturæ, & gratiæ donis.

ANTEQVAM ad expoſitionem huius loci accedamus, ſtatuendum eſt, quod ſit eius argumentum, & materia; neque enim placet id, quod Rupert. [a] dixit, Nazaræos vocaſſe Ieremiam hoc in loco ſanctos viros illius gentis, quales fuerunt Abraham, Iſaac, & Iacob, Moyſes, atque alij; etenim non videtur agere Ieremias de maioribus Hebræorum, ſed potiùs de iis, qui eo tempore viuebant, quorum decorem amiſſum deplorat dicens, *Candidiores Nazaræi eius niue.* Magis placet ſententia Hieronymi [b] exiſtimantis deploraſſe Ieremiam deperditam pulchritudinem populi Hebræi in ornatu templi, & Sacerdotum. Explicuit Lyran. Hieron. dum aſſerit, de Sacerdotibus, & Leuitis agere Ieremiam. Addidit aliquid inſignis Dominus meus Fr. Ludouic. de Sotto Maior ad Hieron. *in Cant. cap.* 1. ad ea verba, *nigra ſum, ſed formoſa*; vbi ait, Ieremiam in illis verbis, *Candidiores Nazaræi eius niue*, loqui de hominibus Deo ſacris, & religioſis, quales erant Nazaræi, Sacerdotes, & alij miniſtri: non eſt enim dubium apud veteres Hebræos, religioſum hominum inſtitutum fuiſſe Deo ſacrum, & deuotum, quemadmodum apertè habetur *Numer. cap.* 6. vt aduertit Rab. Salom. & elatiùs Ioſephus 4. *antiq. cap.* 4. huiuſmodi autem homines, Nazaræi, ſiue ſeparati appellabantur, de quibus ita habetur cit. Numer. loco: *loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos: vir, ſiue mulier, cum fecerint votum, vt ſanctificentur, & ſe voluerint Domino conſecrare, à vino, & omni, quod inebriare poteſt, abſtineant: nouacula non tranſibit per caput eius, vſque ad completum diem, quo Domino conſecratur.* In qua ſignificatione communiter Nazaræi appellantur in ſacra Scriptura; hoc enim vox Hebræa propriè ſignificat. Non eſt autem negandum ſæpiùs in ſacra Scriptura hanc vocem [c] ſignificare *dilectum*, ſiue *ſeparatum*, inter cæteros: quo pacto loquitur Iacob *in cap.* 49. *Geneſ.* benedicens filium ſuum dilectum Ioſeph, *fiant*, inquit, *in capite eius, & in vertice Nazaræi inter fratres*; id quod voluiſſe videtur D. Paul. dicere de Chriſto Domino *ad Hebr.* 7. cum ita habet: *Talis decebat, vt nobis eſſet Pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus.* In qua ſignificatione ſolet Scriptura accipere quidquid pulchrum, dilectum, quidquid optimum, & ſeparatum eſt a cæteris omnibus. 24.

Rupert.

[a] *Pro expoſitione Ruperti ſenſus relinquitur circa vocem Nazaræi.*

Hieron.

[b] *Hieron. ſententia probatur, quaſi Nazaræi hic pro religioſis hominibus accipiantur.*

Lyran.

Sotto Maior.

Cantic. 1.

Rab. Salom.

Ioſeph.

Numer. 6.

[c] *Eadem vox dilectum, & ſeparatum ſignificat, & inter cæteros eximiū quid.*

Gen. 49.

Hebr. 7.

Hoc ſuppoſito accedimus ad intellectum huius loci; videtur enim Ieremias introducere ſanctam ciuitatem Ieruſalem,[d] ſeu potiùs vniuerſam Iudæam optimè, quaſi matremfamilias prouidam educantem ſuos filios. & vernas, qualem introducit Horat. *in lib. Epod. ode* 2. in qua deſcribit beatam vitam hominis agricolæ, inter cuius laudes introducit prouidam matronam vxorem eius, lautè, & bene educantem vernas ſuos, totámque familiam his verbis: 25.

[d] *Introducitur hic Ieruſalem veluti materfamilias.*

Poſitóſque vernas, ditis examen domus,
Circum renidentes lares.

Quem locum imitatus eſt Martial. *lib.* 3. *Epigrammat. epigram.* 44.

Martial.

Cingunt ſerenum lactei focum vernæ.

Lacteos appellauit [e] candidos, & bene educatos ſeruos, quales eſſe ſolent in diuite familia. Sic igitur locus intelligi poteſt de omnibus Hebræis, quos Ieroſolyma, ſiue Iudæa educauerat lautiſ-

[e] *Familia lautè educata, candida dicitur.*

ſimè,eoſque vocat Nazaræos ſuos,id eſt, ſeparatos,& dilectos inter cæteros; tales enim fecerat Hebræos diuina prouidentia,eoſdem tamen belli calamitas,nigros,exangues,& deformes reddiderat,quæ [f] noſtra eſt expoſitio ad hæc verba, & videtur germana.

[f] Proprius & germanus literæ ſenſus ex mente Autoris.

26. Non negauerim tamen de ſacerdotibus, de miniſtris templi, de religioſis hominibus illius gentis locutum fuiſſe Ieremiam in hoc carmine, [g] quemadmodum voluit Hieron. Nicol.de Lyra. Paul. Burg *addit. vnica ad cap. 4. Ierem.* In qua ſignificatione difficilior eſt locus,tem tamen planè aſſecutus eſt Brixian. exiſtimat enim vſque adeo fertilem eſſe Palæſtinam, vt vel eos homines,qui voto abſtinentiæ tenebantur, pulchros, albos, purpureos, & gemmis pretioſis ſimiles redderet, *hac eadem tamen*, inquit Brixianus, *prouincia graſſante bello, & fame ita eos denigrauerat, vt vix cognoſci poſſent in publica platea*, inde argumentum ducens à minori ad maius, oſtendens quales redderet cæteros homines non abſtinentes,ſed lautè viuentes.

[g] Locus iam datur priori expoſitioni. Hieron. Nic de Lyra. Paul.Burg. Brixian.

27. Eſt igitur in his verbis triplex ſimilitudo, cui neceſſariò addenda eſt quarta, [h] quibus Ieremias ſignificat pulchritudinem, & optimam corporis conſtitutionem Nazaræorum dicens, *Candidiores Nazaræi eius niue*; etenim conſtitutionem corporis ex albedine,& rubedine optimam eſſe ducuit Galen. *in arte parua*, ponens inter ſigna complexionis colorem ex rubore, & candore cõcretum, additque crines flauos, & modicè criſpos. In quam ſententiam dixit Tybul *lib. 3. eleg. eleg 4.*

[h] Quatuor ſimilitudines ex quibus optima corporis conſtitutio. Galenus. Tybulus.

Candor erat, qualem præfert Latonia Luna,
Et color in niueo corpore purpureus.

Sic etiam felicitas [i] temporum ſignificatur; nanque veteres de ſentent. Pythaguræ, alba, ſeu candida omnia bona, fauſta, feliciaque eſſe iudicabant. Vnde eſt illud Perſij *in Satyr. prima.*

[i] Et priorum temporum felicitas declaratur. Pytagoræ. Perſius.

—— Per me equidem ſint omnia protinus alba.

id eſt, fauſta, & felicia. Valet enim hæc [l] ſimilitudo ad vtrunque ſignificandum, & priorum temporum felicitatem, & optimam conſtitutionem illius gentis, quæ in niueo colore exprimitur.

[l] Prima ſimilitudo ex colore optimo.

28. Secunda verò ſimilitudo eſt in [m] ſequentibus verbis, *nitidiores lacte*, vt ſit ſenſus huius loci, Nazaræi eius ſpectabiles vultu, & ſani coloris: expreſſerunt LXX. hãc ſimilitudinẽ elegantibus verbis, ita dicentes, *ſuper lac congelati ſunt*: & ne quiſpiam exiſtimaret candidos ad inſtar niuis eſſe Nazaræos ob infirmam valetudinem, addidit Ieremias, *nitidiores lacte*, id eſt, *bene curatos, renidentes, & leues*, ſolent enim Hebræi per lac ſignificare ſolidum, & verum colorem, in quo nulla ſit corruptio. Vnde eleganter Rabbi Salom. *Cantic. cap. 5.* exiſtimat ea verba ſponſæ, *oculi eius ſicut columba ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lota*, exiſtimat, inquam, laudaſſe oculos ſui ſpõſi à duplici [n] colore vero, & ſolido, à nigredine in pupilla, à candore in albugine; albuginem autem dixit lotam eſſe lacte, quia puriſſima erat in ea albedo, candidiſſima, & immunis ab omni næuo, proinde lacteam eam dixit. Quo pacto etiam Iacob 49. *Geneſ.* ita laudauit filium ſuum Iuda, *Dentes eius lacte candidiores*, id eſt, ſine aliqua corruptione; non enim parua laus [o] in pulchritudine dentes habere candidos, integros, & æquales; quo pacto ſponſus laudauerat ſponſam in cap. 6. *Dentes eius ſunt grex caprarum, quæ aſcendunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis*; id eſt, dentes habet albos, integros, & æquales. Ita prorſus Ieremias lacteum dixit candorem in Nazaræis, vt integram, ſynceram, & ſolidam albedinem ſignificaret.

[m] Secunda ſimilitudo ex renidentia. L X X. Interp. Rab. Salom. Cantic. 5. *[n] Oculorum color melior.* Gen. 49. *[o] Non parua laus in pulchritudine, dentes ſani, & albi.* Cantic 6.

29. Tertia ſimilitudo reperitur in illis verbis, *rubicundiores [p] ebore antiquo.* Quæ verba difficilia ſunt; neque enim ita apertè conſtat de qua rubedine ea intelligenda ſunt, vtrum ne de natiua rubedine, quæ in ebore reperitur, an verò de eo rubore, quo infici ſolebat ebur apud veteres; etenim conſtat, veteres conſueuiſſe [q] purpura elinire ebur ad pulchritudinem, ſicut dixit, antiquiſſimus Homerus, *lib. 4. Iliad.*

[p] Tertia ſimilitudo ex flauo rubore. *[q] Quoniam enim veteres purpura olinirent ebur.* Homer.

Veluti cùm quapiam ebur mulier purpura tinxit.

Sic quoque loquitur Poëta 12. *Æneid.* deſcribens Lauiniæ pulchritudinem,

—— Veluti violauerit oſtro
—— Si quis ebur —— & in 1. *Æneid.*
Quale per artem lucet ebur.

Virgilius.

& alius Poeta 2. *amorum*, cum ita habet:

Aut quod nec longis flaueſcere poſſit ab annis,
Mæonis Aſſyrium fœmina tinxit ebur.

Ex quibus patet Ieremiam potuiſſe ſignificare pulchritudinem ſuorum Nazaræorum, petita ſimilitudine ab eburnea tabula albiſſima, eadémque depicta, & violata pulcherrima purpura, ſicut fieri conſueuerat à veteribus hominibus.

30. Verùm plus aliquid voluiſſe videtur Ieremias in his verbis: comparat enim pulchritudinem Nazaræorum cum innata rubedine, quæ in ebore ipſo tempore reperitur. Verùm non conſtat inter probatos Authores ebur ab ipſo tempore purpuraſcere, ſed potius flaueſcere, quemadmodum Plinius dixit lib. 8. cap. 3. cum ait, *dentium candore intelligi iuuentam elephantis; nam ſenibus flaueſcunt dentes.* Vnde iam difficilis redditur hic locus, *rubicundiores ebore antiquo*, cum ebur [r] antiquum rubeſcere non ſoleat. Pro explicatione igitur horum verborum erit videndus Aul. Gel. lib. 2. cap. 26. *Rufus color*, inquit ille, *à rubore quidem appellatus eſt, ſed cum aliter rubeat ignis, aliter ſanguis, aliter oſtrum, aliter crocus; has omnes varietates latina oratio ſingulis, propriiſque vocabulis non demonſtrat, omniaque iſta ſignificat vna ruboris ſignificatione.* Vnde quòd ruber in ſacra Scriptura, non oportet, quòd ſanguineſcat, aut purpureſcat, ſed ſatis eſt, ſi flaueſcat, vel aureſcat, aut quauis alia ratione ſplendeſcat. Vnde iam bene intelligitur locus, cum ſuos Nazaræos vocauit Ieremias, *rubicundiores ebore antiquo*; ſolet enim ebur ab ipſo tempore flauo colore pulcherrimo infici, cuius coloris cæſaries Nazaræorum erat; flaua enim cæſaries apud Hebræos in magno erat pretio, ſicut patet de crinibus Dauidis, Abſalonis, Salomonis: vnde pulchrè notauit Ioſephus lib. 8. antiq. cap. 2. *Pulcherrimos iuuenes, qui Salomonem comitabantur, auri ramentis quotidie capillum ſpargere ſolitos vt ad ſolarem radium fulgor de capitibus eorum reflecteretur.* Id quod etiam feciſſe legitur Antonius Verus Imper. Roman. apud capitolinum. Planè igitur iam conſtat, quid voluerit Ieremias dicere, cum de Nazaræis ita dixit, *rubicundiores ebore antiquo*, id eſt, flauentes [ſ] ſunt crines. Iam enim diximus ex Galeno, optimam conſtitutionem corporis humani oſtendi ex candore, & rubore, & ex flaueſcentibus capillis moderatè criſpis.

Plinius. *[r] Cum ipſum nunquam rubeat naturaliter, ſed flaueſcat, dicitur tamen rubeum, & quare.* Aul. Gelius. Ioſephus. *[ſ] Senſus literæ propriſſimus.* Galenus.

31. Quarta ſimilitudo [t] poſita eſt in illis verbis, *ſapphiro pulchriores*, quamuis ſint, qui velint, non eſſe quartam ſimilitudinem in his verbis, ſed quandam

[t] Quarta ſimilitudo ex ceruleis interuenientibus venis,

quandàm appoſitionem, & amplificationem ad
præcedentem ſimilitudinem: ſic enim aliqui le-
gunt, *rubuerunt colore pluſquam gemma, ſapphiri*
excìſionis quaſi gemmula exciſa de ſapphiro, quem-
LXX. Interp. admodum LXX. legerunt, *ſuper lapide ſapphiro*
exciſio eorum. Verùm vulgata ita prorſus legit, vt
neceſſariò fatendum ſit, quartam eſſe ſimilitudi-
nem in his verbis Exiſtimo ego hanc ſenten-
tiam non eſſe diſſimilem ab ea; quæ habetur
Cantic. 5. *Cantic. in cap.* 5. cum ſponſa in laudem pulchritu-
Text. Hebr. dinis ſui ſponſi dixit, *venter eius eburneus diſtin-*
ctus ſapphiris, quo in loco veritas Hebræa ita
habet: *venter eius ebur*, vel *quaſi ebur candidum*
inuolutum ſapphiris, ſeu *velatum*, vel *coopertum*
ſapphiris; vocauit enim ventrem eius tabulam
eburneam candidiſſimam, ſiue vas eburneum, in
quo latent ſapphiri. Etenim quemadmodum in
[a] *Quasi in corpore candido veluti ſapphiri ſparguntur in ebore.* vaſe eburneo ad pulchritudinem relucent ſap-
phiri; ſic in corpore bene conſtituto. & candidiſ-
ſimo, quale erat corpus ſponſi, ſparſæ viſebantur
venulæ ſapphiri coloris ad pulchritudinem.
Tales erant Nazaræi, de quibus Ieremias agit.

32\. Crediderim etiam eos ſignificare voluiſſe ru-
Par. Chald. bicundos ſecundùm faciem; fauet Paraph. Chald.
quæ ita habet, *veluti ſapphirus eorum facies*: no-
Plinius. bis fauet Plinius *lib.* 37. *natur. hiſtor. cap.* 9. qui
quoſdam ſapphiros cæruleos, quoſdam purpu-
reos eſſe tradit, omnes tamen aureis punctis col-
Rab. Abrah. lucentes: vnde Rabbi Abraham totum hunc lo-
cum vertit, *rubicundiores gēmis ſapphiri exciſiones*,
vt ad rubedinem vultus referatur hæc ſententia,
& ad cæleſtem colorem, qui toto in candido
[x] *Colligit Autor totius carminis ſenſum.* corpore viſebatur. Tales igitur [x] ſuos educabat
Nazaræos, ſiue Principes, vel ciues, & clientes
ſuos Ieroſolyma, ſeu potius Iudæa, quæ propter
ſingularem cæli temperiem, aëris ſalubritatem,
ſoli vbertatem, pecorum, auium, piſcium, fru-
menti, vini, & olei, ac balſami copiam, Dei ore,
Exod. 3. lacte, & melle fluere ſæpiùs dicta eſt *Exod.* 3. &
paradiſus Domini, ac figura cæli, vt mirum non
ſit, ſi Nazaræos abſtinentes tales reddiderit, pro-
pter ſoli vbertatem, & clementiam.

Carmen 8.

HETH: *Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis: adhæſit cutis eorum oſſibus, aruit, & facta eſt, quaſi lignum.*

§. II.

Ad Literam.

Quemadmodum florente cultu Dei apud Hebræos, omnis pulchritudo floruit inter illos; ſic deperdita pietate, omnis decor amiſſus.

33\. TAles reddere ſolet fames, vel etiam pulcher-
rimos, nigros ſcilicet, ac deformes deficiente
[a] *Nigredo in Scriptura magnā calamitatē oſtendit.* ſucco natiuo: verùm Ieremias infelicem, & ad-
uerſam fortunam Iudæorum ita deſcribit: ſo-
lent enim nigra [a] in ſacra Scriptura magnitudi-

nem calamitatis oſtendere, & res quaſlibet tri-
ſtes, aduerſas, ac deſperatas. Sic locutus eſt Na- Nahum. 2.
hum propheta, in cap. 2. *Facies omnium ſicut ni-*
gredo ollæ, id eſt, præ magnitudine calamitatis eo-
rùm facies exuſtæ, pallentes, ac deformes, quem-
admodum locum intelligit Hieronym. *Ioelis in* Hieron.
cap. 2. Sic quoque Iſaias cap. 13. *Vnuſquiſque ad* Iſaiæ. 13.
proximum ſuum ſtupebit, facies combuſta vultus
eorum Ita neceſſariò intelligendus eſt locus, [a] in [a] *Locus perdifficilis explanatur ex Pſal.* 67.
quo laborant omnes grauiores Authores, Pſalm.
67\. *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ*
dealbatæ, poſteriora eius in pallore auri, id eſt, ſi
iaceatis inter ollas, ſeu inter vaſa fuliginoſa, &
nigredinis plena, id eſt, ſi res veſtræ ſint maximè
aduerſæ, atque calamitoſæ, & inſtar nigrarum ol-
larum viles, Deo fauente citò fient, & reddentur
ad inſtar columbæ, cuius albæ, argentatæ, & au-
ratæ ſunt pennæ.

Magis placebit locus, ſi accuratè inſpiciatur; 34
videbitur enim omnino idem cum præſentibus
verbis Ieremiæ, & eiuſdem argumenti vtraque
eſt ſententia, ſi mea me non fallit exiſtimatio.
Occaſionem dedit ita exponendi locum Pierius Pier. Valer.
Val. *lib.* 22. *de columba*, ſub titulo, *Semiramidis pro-*
cacitas. Agit igitur Regius vates in eo loco de
miſera hac obſidione Ieroſolymitana, & de ca-
ptiuitate Hebræorum per Babylonios, quorum
verborum talis eſt ſenſus: Si iaceatis ſub ſorti-
bus, vel inter ſortes militum victorum, qui co-
lumbam argenteam in vexillo ferunt, cuius dor-
ſum rutilat quaſi aurum fuluum, hoc eſt, etiamſi
Babylonij de veſtra ſalute, & vita ſortiantur,
quamuis nigra, & aduerſa ſint omnia, tandem
Deo fauente euaderis à iam aduerſa fortuna; ſo-
litos enim eſſe Babylonios [b] effigiatam geſtare [b] *Columbæ effigiem geſtabant Babylonij in militari ſigno, ſicut Perſæ aquilam, & quare.*
columbam in militaribus vexillis, ſicut Perſas
aquilam, teſtis eſt Diodor. Sicul. *lib.* 3. *c.* 8. quem-
admodum refert Pierius Valer. loco citato, imò
aperte colligitur ex noſtro Ieremia cap. 25. *dere-*
liquit quaſi leo vmbraculum ſuum, quia facta eſt
terra eorum in deſolationem à facie iræ columbæ, Dyodor. Syc.
à facie iræ furoris Domini, id eſt, deſolata eſt Iu- Ierem. 25.
dæa à gladio, ſeu exercitu Nabuchodonoſor, cu-
ius vexillum militare erat columba in memo-
riam Semiramidis [c] reginæ Babyloniæ, quam [c] *Fabulabantur enim Babylonij Semiramidē verſam fuiſſe in columbam.*
conuerſam in columbam fabulabantur. Idem
Ieremias *in cap.* 46. eadem figura vſus eſt cum ait:
Surge, & reuertamur ad populum noſtrum, & ad
terram natiuitatis noſtræ à facie gladij columbæ;
id eſt, exeamus de terra Babyloniæ. Similiter Ie- & cap. 46. & cap. 50.
remias cap. 50. *à facie gladij columbæ*: Sic enim
Hieronym. perpetuò vertit vocem Hebræam,
quamuis alij verterint *à facie gladij inebriantis, &*
deuaſtantis; intelligit enim Hieronym. per co- Hieron.
lumbam Nabuchodonoſor Regem.

Quibus omnibus ſi addas lectionem [d] He- 35.
bræam ad illa verba, *inter medios cleros*; ſic enim [d] *Iuuatur expoſitio ex Hebraicā lectione.*
reliquerunt LXX. interp. vocem Græcam, quæ
ſortem ſignificat, cùm vox Hebræa potiùs ſigni-
ficet *lebetes*, vel *tripodes*, vel *ollas*, efficies veriſſi- LXX. Interp.
mum ſenſum, nec diſſimilem à præſenti loco
Ieremiæ, cùm dixit: *Denigrata eſt ſuper carbones*
facies eorum, id eſt, deuenerunt ad extremam for-
tunam in obſidione per Babylonios; quod ipſum
voluit Regius vates, cum dixit: *ſi dormiatis inter*
medios cleros, id eſt, inter fuliginoſa loca, quando
vos occupauerit exercitus, cuius vexillum deſ-
criptam habet columbam, deargentatam, &
deauratam, qualis erat exercitus Nabuchodono-
ſor, tunc addidit Regius vates partem aliam illius

comparationis, quæ ſignificat felicitatem, cùm
Pſalm. 67. dixit, *dum diſcernit cæleſtis reges ſuper eam, niue dealbabuntur in Selmon*, id eſt, quando Deus iudicauerit, vel profligauerit hoſtes Ieruſalem, ipſa niueſcet, quaſi nix, quæ in ſupremo monte Selmon reperiri ſolet, id eſt, fauſta, & fælicia erunt omnia Ieroſolymæ. In illis autem verbis, *& non ſunt cogniti in plateis*, elegans eſt amplificatio Prophetæ, quæ ſignificat vſque adeo deformatos fuiſſe Nazaræos, vt neque in publicis plateis, neque in foro, quò conuenire ſolent omnes, à quopiam cognoſcerentur.

35. *Adhæſit cutis eorum oſſibus.* Prouerbialis forma loquendi hæc eſt, qua ſignificatur inter oſſa & pellem nihil interiacere; adhæret enim ipſis oſſibus nuda cutis: ſic enim extremam [e] maciem ſignificare ſolemus, quemadmodum bene notauit Genebrard. in com. ſuper Pſal. 101. ad ea verba, *adhæſit os meum carni meæ*, id eſt, inter oſſa & pellem nulla eſt caro intermedia: ſolet enim ſacra Scriptura interdum carnem pro pelle accipere, ſicut bene aduertunt ſapientiores Rabbini. Quod autē addidit Ieremias, *aruit, & facta eſt quaſi lignum*, alluſio eſt ad eam arborem ſecus decurſus aquarum plantatam, quæ fronduerat, & floruerat, atque vberes fructus reddere ſolebat; hæc autem extincto humore, truncum informe, & aridum relicta eſt. Tales facti ſunt Nazaræi pulcherrimi olim, & candidiſſimi, nunc autem ad inſtar aridi alicuius ligni deformes viſuntur. Similis eſt locus *Pſalm.* 21. in quo Dauid in perſona Chriſti Seruatoris de cruce pendentis ita dixit: *Aruit tanquam teſta virtus mea*; vox enim, pro qua vulgatus tranſtulit *virtus*, ſignificat *virtutem, fortitudinem, virorem*, ſiue *humorem radicalem*, quo corpora noſtra viuunt, & venuſtatem, ac ſuauitatem natiuam conſeruant: vult enim Propheta ſignificare corpus ſuum, vel potius Chriſti Seruatoris tempore crucis exhauſtum virtute ſua, ſeu virore, vel ſucco illo, quo corpora humana vegetantur, creſcunt, & viuunt, quales factos eſſe ſuos Nazaræos Ieremias dixit.

[e] *Prouerbialis locutio extremam maciem ſignificans.*
Genebr.
Pſalm. 101.
Pſalm. 21.

§. III.

Ad Allegoriam.

Religioſorum hominum cæleſtes mores apud Hebræos olim pietate florentes, tum apud noſtros maiori cum laude, ſicut nullis valent pretioſarum rerum ſimilitudinibus adumbrari, ita deficiente obſeruantia, nec decoris vim retinent, nec figuram.

36. EXiſtimo autem in hoc carmine pulchram eſſe allegoriam, qua ſignificatur ſtatus religioſus, [f] quandiu florebat apud Hebræos, & inter nos floret, æternúmque florebit, quemadmodum proſequitur Gregor. Magn. *lib. 32. moral. cap. 23.* nec minùs eleganter Rupert. Abbas ſuper hæc duo carmina Ieremiæ: etenim Gregor. voluit, niuem de cælo cadentem ſignificare mores cæleſtes, & pene diuinos, quales in religioſis hominibus inuenire ſemper oportuit; lac autem ex carne exprimitur, quæ in inferioribus nutritur; per lac autem temporalis adminiſtratio, ſiue doctrina ſignificatur, *nec enim*, ſicut eleganter dixit Rupert. *religioſo homini ſat eſt candeſcere, niſi dulceſcat in lacte proximis ſuis*: lac enim præter albedinem, dulcedinem habet; parum autem erat eos niue candidiores eſſe, niſi fuiſſent nitidiores lacte, id eſt, parum fuiſſet ſibi propria munditia candidos fuiſſe, niſi venientibus ad ſe per ſermonem ſuum guſtum præbuiſſent [g] dulcedinis æternæ, verùm cùm candidi, & nitidi fuiſſent, paſſionibus ſuperatis quendam purpureum traxiſſent ruborem. Tandem *ſapphiro pulchriores*, id eſt, cæleſtibus manſionibus non indecentes; ſapphirus enim ſereni cæli colorem refert. Nunc autem cum tanta eſſet eorum pulchritudo, denigrata eſt facies ſuper carbones: deſtituti ſunt omni gratia, qua videbantur olim Nazaræi: nec ſunt cogniti in plateis; quis enim eos dignetur cognoſcere, quòd filij Abraham ſint? canitur enim in plateis, *Semen Chanaam, & non Iuda; Pater tuus Amorrhæus erat, & mater tua Cethea, cutis exaruit*, id eſt, religio, quæ candere vt nix, nitere vt lac, debuerat, facta eſt quaſi lignum perdita venuſtate fructuum, delapſa pulchritudine foliorum. Ita Rupert. allegoriam proſequitur de Hebræis, quorum deperdita religione, [h] denigrata eſt facies, nec ſunt cogniti vt filij Abraham. Gregorius autem de religioſis hominibus locum intelligit, qui neceſſariò erit videndus.

[f] *Status religioſus floruit apud Hebræos.*
Greg. Magn.
Rupert.
[g] *Sapiens oportet religioſi in verbis dulcedinem æternæ vitæ.*
Rupert.
[h] *Deperdita religione Hebræorum denigrata eſt facies.*
Gregor.

TRACTATVS V.

De expoſitione 9. 10. & 11. Carminum, ſub literis, TETH, IOD, CAPH. *Siue, De extrema famis neceſſitate tempore obſidionis Ieruſalem.*

Carmen 9.

TETH. *Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame: quoniam iſti extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ.*

§. I. Ad Literam.

Merito tolerabiliorem ducit gladij occiſionem, ea famis neceſſitate, in qua matres filiorum carnes coxiſſe, & comediſſe viſa ſunt.

EST in his verbis comparatio inter miſeram mortem ex fame, & cæteras omnes, 37.
quam miſeram vocat Ieremias inter alias, quemadmodum aliquando dixerat Homer. 12. *Odyſſ.*

Dura quidem miſeris mors eſt mortalibus omnis,
At periiſſe fame res vna miſerrima [a] *longè eſt.*

Vnde miſeram eam appellauit Horat. *lib. carm. ode* 21. & Cicero *lib. epiſt. ad Atticum.* Erit videndus hac de re locus optimus apud Liuium *lib. 4. decad. 1.* non longè ante medium: *Quo tempore,*

Homer.
[a] *Fame mori miſerrimum.*
Horat.
Cicero.
Liuius.

pore, inquit, *urbem inceſſit maxima rei frumentariæ inopia, & annonæ præfectus primus creatus eſt L. Minutius ex primariis, multi ex plebe, ac diutina fame cruciarentur, capitibus obuolutis ſe ſe in Tyberim proiiciebant.* Similia habet D. Hieron. Amos in cap. 8. *Verum*, inquit, *narrat hiſtoria tam Latina, quàm Græca, quàm barbararum gentium, nihil fame durius, quæ ſæpe compellit obſeſſos veſci humanis carnibus, eſtque antiquum Græcorum prouerbium, Fame mori miſerum eſt.* Illud igitur dolet Ieremias hoc in loco ſuos populares homines fame interiiſſe, quæ mors [b] miſerrima eſt inter cæteras. Eſt autem legendus locus in Hebræo, *quia iſti fluxerunt perfoſſi à frugibus agrorum*, id eſt, reſoluti ſunt in tabum, & ſaniem, non alio telo, quàm ſterilitatis, & inopia annonæ, ac rerum neceſſariarum; appellat enim famem telum. Quo pacto etiam locum intelligit Paraph. Chaldaica, quamuis obſcuriùs loquatur. Ad quem locum erit videndus Theodoret. cum docet, duplici ratione crudeliorem fuiſſe mortem famis quàm belli; in primis, quia mors belli celerior eſt, hæc autem diuturnior; deinde, quia ſuadeat ea, quæ ſunt omnino nefanda, & obſcæna, vnde à veteribus fames *malè ſuada, & obſcæna* appellatur: hac igitur morte interierunt plerique ex Hebræis in obſidione per Chaldæos, & etiam per Romanos.

Hieron.

[b] *& inter cæteras mortes acerbiſſimum.*

Hebr. Text.

Par. Chald.

Carmen 10.

IOD: *Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus earum, in contritione filiæ populi mei.*

§. II.

Ad Literam, & Mores.

Litigat intra Dei præcordia diu miſericordia cum iuſtitia, ne puniat ſceleratos; ſed eò peruenit malitia delinquentium, vt Deus conceptum furorem tenere non poſſit; ſed heu! quanta cum pernicie hominum complet illud?

38. PEndet hoc carmen ex ſuperiore, in quo Propheta proſequitur obſcænam famem gentis ſuæ, quo tempore obſidione tenebatur à Chaldæis, vel potiùs à Romanis; eſtque in his verbis vehemens, & acerba amplificatio, cum dixit mulieres natura ſua miſericordes, & quarum propria eſt commiſeratio, nec ſolùm mulieres miſericordes, ſed matres, eaſdémque propriis manibus dilaceraſſe tenellos ſuos infantes, eoſdémque igne torruiſſe, & intra ſua viſcera miſiſſe ad ſedandam obſcænam famem, quas [c] epulas ſibi paraſſe dixit nefandas in contritione filiæ Sion, id eſt, quando exciſa eſt Ieroſolyma per Chaldæos, & per Romanos. Deſcribit ſceleſtas has epulas Philo *in lib. de execrationibus*, quas eueniſſe populo Hebræo dixit propter læſam diuinam pietatem, & æternum numen: *Tanta*, inquit, *erit rerum victui neceſſariarum penuria, vt neque ab humanis quidem abſtineat carnibus, iiſque charorum, vel coniunctiſſimorum, nec dum exterorum; nam & Pater guſtabit de filio, & Mater veſcetur filiæ viſceribus, ſemperq; fortiorem paſcet infirmior cibo execrabili*; quales fuerunt epulæ mactatis Thieſtæ filiis; eſt autem nota hiſtoria, cuius tragœdiam egit Seneca, quando Atreus Thieſti fratri ſuo filios in epulas dedit, quod ſpectaculum auerſatum [d] ſolem ipſum fugiſſe referunt Poëtæ; *hoc enim eſt*, inquit, *Deos quod pudeat*: ita veteres deteſtabantur ſcelus. Ita diuinus Ieremias illud amplificauit; eleganter autem Philo in loco citato, interpretatur locum *Deut.* 28. agens de imprecationibus in eos, qui legem Dei non ſeruarunt, inter quas hæc præcipua eſt, *Mittet Dominus ſuper te famē, & eſuriem, & increpationem in omnia opera tua, quæ tu facies, donec conterat te, & perdat velociter propter adinuentiones tuas peſſimas, in quibus reliquiſti me.* Deinde meminit huius obſcæni ſceleris, & addidit, *ſit cælum, quod ſuper te eſt, æneum, & terra, quam calcas, ferrea.* Ad quem locum aduertit optimè Philo, non ſolùm comminationem eſſe in fruges, ſed etiam diuinum oraculum comminatum fuiſſe bella, & quæ inde ſequentur mala; nam ære, ferróque conſtat armorum fabrica, & propterea dixit, *ſit cælum, quod ſuper te eſt, æneum, & terra ferrea.* Ex quibus conſtat Ieremiam in hoc carmine, & ſequentibus aduertiſſe ad illud oraculum *Deut.* 28. Atque etiam conſtat ex hoc carmine ortum eſſe prouerbium pro re ſceleſtiſſima, *Hebræa* [e] *cœna*, vetius quàm illud vulgatum, *cœna Thieſtea.*

[c] *Execrabiles omnino epulæ ex filiorum carnibus.*

Philo.

Seneca.

[d] *Quas & ipſe ſol videre non ſuſtinet.*

Philo.

Deut. 28.

Philo.

[e] *De quibus in prouerbiū abiit, Hebræa cœna.*

Carmen 11.

CAPH: *Compleuit Dominus furorem ſuum; effudit iram indignationis ſuæ; & ſuccendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.*

§. III.

Ad Literam.

Videtur hic ad literam prophetia eſſe de excidio Ieruſalem per Romanos; tunc enim funditus euerſa, & ſolo æquata eſt, non verò per Chaldæos.

EXiſtimo in hoc carmine completam eſſe alluſionem, [f] quam ſupra fecerat Ieremias inter ſupplicium Ieroſolymæ, & Sodomæ; & quoniam dixerat longè acerbius fuiſſe ſupplicium Ieroſolymæ, quia diuturnius, ne quiſpiam exiſtimaret defuturum incendium, quale de cælo in ſceleratas vrbes deſcenderat, addidit Propheta, *& ſuccendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius*: complere autem hoc in loco furorem, eſt opere complere, ſeu conſummare. Eſt autem totus locus metaphoricus, petitus ab homine, qui diu, multúmque furorem continuit intra ſe ſe, qualis eſt locus *in Pſalm.* 38. vbi Dauid fatetur diu continuiſſe iram conceptam in Semei eum de monte irridentem, *Dixi: Cuſto-* 39.

[f] *Alluſio huius excidij ad Sodomæ ſupplicium.*

diam vias meas, obmutui, & ſilui à bonis: concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Similiter hoc in loco ſignificauit Ieremias, Deum diu [g] continuiſſe intra ſe furorem de more hominum, tandémque effudiſſe vniuerſam indignationem. Ita loquitur diuinum oraculum Ezech. in c. 5 *& complebo furorem meum, & requieſcere faciam indignationem meam in eis, & conſolabor,* id eſt, conſummabo, & opere complebo conceptum furorem, ac deflagrabit ira mea; quò enim peccata magis creſcunt, eò magis accenditur diuina indignatio, quod Paulus dixit ad Roman. 2. *Tu autem ſecundùm impœnitens cor tuum theſauriſas tibi iram in die iræ.* Interim enim, dum ad exitum non perducitur furor diuinus in Deo, diſceptare videntur inter ſeſe clementia, & iuſtitia, hæc vt puniat, illa vt ſupplicium differat. quam diſceptationem deſcribit Iſaias in cap. 57. *non in ſempiternum litigabo, neque vſque ad finem iraſcar.* Quo pacto intelligendus eſt locus Gen. 6. *Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt,* id eſt, non coërcebo intra me in æternum litem iuſtitiæ, & miſericordiæ; nec enim contendent perpetuò clementia, & ira, ira accelerando vindictam, clementia detinendo ſupplicia; tandem puniendus eſt homo totus delitioſus, totus voluptatibus plenus. Id quod ſignificare voluit Ieremias hoc in loco cum dixit, *compleuit Dominus furorem ſuum,* id eſt, diu conceptum furorem opere compleuit Dominus.

[g] Deus continet diu irā.

Ezech. 5.

Roman. 2.

Iſai. 57.

Gen. 6.

40. Hîc autem aduertendum eſt crudeliùs [h] ſæuire compreſſam iram, iuxta illud oraculum Valer. Maximi, *lib. 1. de dictis, & factis antiquorum,* cum ait, *lento gradu ad vindictam ſui diuina ira procedit, tarditatemque ſupplicij grauitate compenſat:* id quod proſequitur Greg. Mag. *lib.* 26. Moral. *Bene, inquit, nequitia Cham peccante ſignificata eſt, cui à patre dicitur, Maledictus Chanaan; & quid eſt, quod Cham peccante, Chanaan filius eius ſententiam vltionis accepit? quid eſt quod non ipſe, ſed in poſteritate percutitur, niſi quod reproborum hic quidem inulta proficiunt pœna, ſed in poſterum feriuntur? grauior eſt enim pœna, quæ tardior venit.*

[h] vt grauiùs puniat, quò tardiùs.

Valer. Max.

Greg. Mag.

41. *Et effudit iram indignationis ſuæ.*] Verbum *effundere* ſignificat vim magnam indignationis, ſiue iræ, quam ſatis inculcauit propheta ſimul addendo diuinam iram, furorem, & indignationem; ſatis enim ſignificauit propheta diuinam iram addendo furorem, iram, & indignationem, eandémque effuſam: terminus [i] autem effuſæ iræ, & diuini furoris fuit deſolatio totius vrbis, atque incendia, vſque ad extrema fundamenta; ſic enim puniuntur grauiſſima ſcelera, qualia erant Iudæorum. Videtur autem hæc prophetia de ſecundo excidio [l] eſſe, per Romanos ſcilicet, in quo funditus euerſa eſt vrbs Hieruſalem, & incendio deflagrauit ſanctiſſimum templum: hoc autem modo euerſa non videtur vrbs Hieruſalem, ſicut ex Ieremia in cap. 5. ſui vaticinij, *Aſcendite,* inquit, *muros eius, & diſſipate, conſummationem autem nolite facere,* cum tamen hoc in loco dictum ſit, *& deuorauit fundamenta eius.* Erit videndus Ioſephus, *lib. 7. de bello Iudaico, cap.* 10. vbi ait, Romanorum incendio deflagraſſe templum, deinde vniuerſam vrbem. Clariùs cap. 18. eiuſdem lib. *Iubet,* inquit, *Cæſar totam funditus eruere vrbem, atque templum, relictis quidem turribus, quæ præ alijs eminebant, muríque tantum quantum ciuitatem ab occidente cingebat, id quidem vt eſſet caſtrum illic cuſtodiæ cauſa relinquendum, turres autem vt poſteris indicarent, qualem ciuitatem, quámve munitiſſimam Romanorum virtus obtinuiſſet: tandemque ſexageſimo ſcilicet poſt anno ab eo excidio Ælius Adrian. Imperator Romanus eaſdem Hebræos nouà molientes ſuadens [m] euertens turres, & muros ab imis fundamentis deuorans,* vt ait diuinus Ieremias, *vniuerſamque eam partem terræ ſale conſperſit,* iuxta vaticinium Chriſti, *nec lapis ſuper lapidem relictus eſt,* quemadmodum narrat Euſebius *lib. 4. cap. 6. hiſtor. Eccleſiaſt.* Nicephor. *lib. 6. cap.* 24. atque ita videtur Deus compleſſe furorem, & indignationem ſuam in vrbe Ieroſolyma, quemadmodum voluit Ieremias in hoc carmine.

[i] Ira Dei terminus deſolatio.

[l] Prophetia hic de ſecundo excidio.

Ierem. 5.

Ioſephus.

[m] Quo tempore funditus euerſa eſt Hieroſolyma.

Euſeb.

Niceph.

TRACTATVS VI.

De expoſitione 12. 13. 14. *&* 15. *Carminum, ſub literis* LAMED, MEM, NVN, SAMECH. Siue, *de infirmatione vrbium à malitia inhabitantium.*

Carmen 12.

LAMED: *Non crediderunt Reges terræ, & vniuerſi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hoſtis, & inimicus per portas Hieruſalem.*

§. I.

Ad Literam.

Hieruſalem confeſſione hoſtium inſuperabilem, loquentium ad aures populi Prophetarum maligna adulatio, vna cum iniuſta cæde iuſtorum, præſertim verò Chriſti Domini, captu facilem reddiderunt.

MAgnitudinem, & fortitudinem vrbis Hieruſalem, tum naturæ, tum artis oſtendit Ieremias, vt nullis viribus humanis expugnari poſſe ſignificet, de qua ſcilicet vniuerſi reges totius orbis illud conceperant, [a] Ieroſolymam inexpugnabilem eſſe ex ſitu, & artificio. Ita Hecuba *actu* 1. apud Senec. de ſua Troia dixit, 42.

Stat auidus irâ victor, & lentum Ilium
Metitur oculis ——
Victamque quamuis videat, haud credit ſibi
Potuiſſe vinci. ——

Sic quoque Sueton. Tranquil. dixiſſe refert Titum, quando euerſa eſt Hieruſalem; ſeu potius, vt aduertit Beroald. in Tito. vbi ita habet, *Refert Philoſtratus lib. 6. de vita Apollonij, gentes finitimas propter victoriam rerum Iudaicarum voluiſſe coronare Titum, qui tali honore indignum ſe eſſe reſpondit,*

[a] Hieruſalem inexpugnabilis credebatur.

Tragicus.

Suetonius.

Beroald.

dit, [b] *non enim ſe eſſe auctorem talium operum, ſed Deo iracundiam contra Iudæos monſtranti ſuas manus præbuiſſe.* Euiſdem veritatis eſt teſtis Ioſephus 7. *de Bello*, c. 16. *Intro Titus ingreſſus, & alia, & ciuitatis munitiones, ac turrium cautes miratus eſt, quas tyranni per dementiam deſeruerunt, conſpecta quidem eorum ſolida altitudine, itemque magnitudine, ſubtilique lapidum compagine ſingulorum, quantùmque paterent, vel quantum erigerentur, Deo*, inquit, *planè adiuuante pugnauimus, & Deus erat, qui detraxit ab iſtis munimentis Iudæos, nam quæ hominum manus, aut quæ machina ad iſtas valerent?* ita dixiſſe refert Ioſephus, Titum, quando ingreſſus eſt euerſam vrbem, quæ quadrant cum verbis Ieremiæ præſentibus.

Ioſephus.

Carmen 13.

MEM. *Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates ſacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum.*

43. REddit Ieremias cauſam, & rationem in hoc carmine cur hoſtes viam inuenerint ad expugnandam Hieruſalem naturæ, & artis viribus munitiſſimam, eámque nullam aliam eſſe docet niſi peccata [c] publica illius gentis; ſolent enim hæc, vrbes & regna euertere. Id quod voluit Ieremias ſcriptum relinquere, vt pariter ſuum oſtenderet dolorem propter euerſam vrbem Hieruſalem, & vt exemplum cæteris omnibus oſtenderet, qua via, & ratione vrbes, & imperia in ruinam irent. Inter alios autem Patres, qui hac de re multa dixerunt, erit videndus D. Maximus, *hom.* 1. *de Natiuit.* qui hac de re multa dixit, & eleganter, ita enim eo in loco habet: *Hi mores*, ſcilicet praui, *& vita huiuſmodi ampla itinera, & largiſſimas* [d] *vias barbaris nationibus in exitium communis ſalutis aperuerunt; hi mores plebem Dei inimicis gentibus miſeræ ſeruitutis iugo addicunt; hi mores armatos diſſipant populos, & munitas diruunt ciuitates, & quid plura? quidquid potentiæ, quidquid virtutum videmus in hoſtibus, corruptione vitæ noſtræ, noſtraque infidelitate nutritur.* Duas igitur cauſas diuinus Ieremias in hoc carmine oſtendit, propter quas euerſum fuerit templum Hieruſalem, & ſancta ciuitas, cum alioquin iudicio omnium Principum totius orbis, expugnari non poſſe crederetur; propter falſos, ſcilicet, prophetas, & propter ſanguinarios ſacerdotes, qui palam, & publicè cauſam dederunt, vt innocentes interficerentur.

[c] *Peccata publica in ruinam ciuitatum.*

D. Maxim.

[d] *Largiſſimas vias faciunt.*

44. Quod autem falſi [e] prophetæ cauſæ fuiſſent tantorum malorum, colligit eleganter Abulenſ. *ſuper lib. 4. Reg. cap. 35. quæſt. 2.* vbi quærit, cur Sedecias rebellauerit? & inter alias cauſas eam affert, *Prophetarum*, ſcilicet, *falſitatem*, qua de re loquitur in cap. 23. 27. & 28. Quam etiam cauſam, & rationem aſſignauit Ezech. *in cap.* 22. cum ita habet: *Prophetæ autem eius liniebant eos abſque temperamento*; adulatores enim vocant falſos prophetas quia ea, quæ à principibus iniquè fiebant, laudabant. Quem locum ita legunt LXX. Interpretes, *prophetæ autem vngêtes eos*, vbi adulationem [f] de more ſacræ Scripturæ vnctioni comparauerunt; atque ita legendus eſt locus ex Pſal. 34. *molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula*; vnde rex Dauid *in Pſalm.* 140. vehementer à Deo poſtulat, ne huiuſmodi ſcelus in eius incidat cogitationem, cum inquit, *oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* In quam ſententiam dixit Ezechiel. cap. 13. *Quaſi vulpes in deſertis prophetæ tui Iſrael erant; non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio in die Domini.* Aduertendum autem eſt vocem Hebræam, pro qua vulgatus tranſtulit *in deſertis*, ſignificare rupturas, ſeu loca ſepium diſrupta, per quæ beſtiæ ingrediuntur vineas; tunc elegans eſt ſimilitudo in his verbis, Cuſtodes populorum, quales ſunt prophetæ, [g] & ſacerdotes, de more vulpium per ipſas ſepium rupturas ingreſſi ſunt in vineam, id eſt, per ipſas Principum appetitiones, quas ſicut rupturas perficere debuerunt, vt euertant omnia, qualis eſt querela ea *Cantic.* 2. cum dolet ſponſa dicens, *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.*

[e] *Falſi prophetæ tantorum malorum cauſa.*

Abulenſ.

Ezech. 22.

LXX. Interp.

[f] *Quare adulatores dicâtur vngêtes.*

Pſal. 34.

Pſal. 140.

Ezech. 13.

[g] *Male ſacerdotes, & prophetæ de more vulpium demoliuntur vineas populorum.*

Cantic. 2.

45. Similis doctrina eſt apud Plutarch. *in lib. de diſcrimine adulatoris, & amici*, vbi latiſſimè docet, compendioſam viam eſſe ad euertendum regna, [h] & imperia, *ſi vitiis nomina virtutum apponamus*, ſicut fieri conſueuit ab adulatoribus in perniciem Reipublicæ. *Verum*, inquit, *cum iam vitia virtutum nominibus laudantur, vt iam pecces, non modò dolens, ſed gaudens, atque detrahitur peccatis pudor, ea nimirum res Siculos ſubuertit, quod Dionyſij, Phalaridiſque crudelitatem, iuſtitiam, & ſceleratorum odium vocarent adulatores: eadem Ægyptum perdidit, quòd Ptolemæi muliebritatem, hilarum, ac tympanorum ſculpturas, religionem, & Deorum cultum appellarent: eadem Romanorum mores tam integros ad nihilum redegit, quod Antonij libidinem, & delitias, humanitatem, & hilaritatem vocarent*; cùm tamen ea via eundum non eſſet: proinde meliùs multò eſt, inuenire eos, qui remedium adhibeant, quàm qui decipiant adulando, quemadmodum feciſſe legitur Moyſes *in Pſalm.* 105. de quo dixit diuinum oraculum, *ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius*, vel *in prærupitione*, ſtetit Moyſes orando in parte rupta, vt remedium inueniret à Deo, qua parte ingrediuntur adulatores omnia perdendo. Hæc igitur eſt querela Ieremiæ in his verbis propter peccata prophetarum eius, quaſi velit. Si petaris, qua via, & cauſa ingreſſi ſint hoſtes in munitiſſimam ciuitatem Ieroſolymam, nullam aliam cauſam eſſe dixit, præter falſorum prophetarum peccata, & adulationes.

Plutarch.

[h] *Compendioſa via ad euertenda regna adulatio.*

[i] *E contra verò remediū in obiurgatione.*

46. *Et iniquitates ſacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum.* Quid autem ſignificent hæc verba, dubium [l] eſt, inter grauiores interpretes. Sunt qui velint, locum eſſe intelligendum de hoſtiis humanis, quas ſacerdotes offerebant in Thophet, ita iubente rege Manaſſe, ſicut dicitur 4. *Reg.* 21. Vel potius de ſanguine iuſtorum, [m] & innocentium intelligendus eſt locus, quo redundauit Hieruſalem, ſicut eodem loco dicitur. *inſuper, & ſanguinem innoxium fudit Manaſſes multum nimis, donec impleret Hieruſalem vſque ad os.* Sunt qui velint [n] locum intelligendum eſſe de morte Chriſti Seruatoris, de morte Ioannis Baptiſtæ, de morte Zachariæ, & Iſaiæ, aliorumque ſanctiſſimorum virorum, qui ſuadentibus ſacerdotibus ſunt occiſi. Vtcunque autem locus intelligatur, cauſa

[l] *Graue dubium de qua ſanguinis effuſione hic.*

[m] *Alij de ſacrificiis innocentum.*

4. Reg. 21.

[n] *Alij de Chriſti ſanguine, & prophetarum.*

excidij

excidij Ieroſolymitani teducitut in crudeles, & ſanguinarios ſacerdotes Hebræotum.

Carmen 14.

NVN. *Errauerunt cæci in plateis: polluti ſunt in ſanguine: cúmque non poſſent, tenuerunt lacinias ſuas.*

§. II.
Ad Literam & Allegoriam.

Ridere ſubit Iudæorum hypocriſim, qui cum non timerent effundere ſanguinem innocentium per plateas Ieruſalem, ita vt paßim incurrerint in corpora occiſorum, maximo tamen ſtudio veſtium colligerent lacinias, ne polluerentur: Sed non impunè eis ceſſit peruicacia, quandoquidem & in primo excidio per Chaldæos parem vicem receperunt; & multo acerbiorem in ſecundo per Romanos, quanto atrocior Chriſti Seruatoris occiſio ſupra cæterorum iuſtorum mortes.

47. HVius catminis, & ſequentis eadem eſt materia, & eadem difficultas; neque enim conſtat, [o] de quibus ſit hæc otatio, & quos cæcos ettantes per plateas vocauetit Ieremias, & quorum ſit ſanguis, quo polluti eſſe dicuntut. Ptima igitut expoſitio eſt Hebræotum, quam tefert Brixian. quanuis ei fauete non videatur: intelligunt autem Hebræi pet etrantes cæcos homines natura carentes, vel ſaltem fottuito, quorũ magna erat mulsitudo, ſicut tefert Ioſephus, Philo & Egeſippus, eo tempore quo capta eſt Ieroſolyma à Romanis, tunc ſenſus erit; [p] Tanta erant homicidia in vtbe Ieruſalem, vt cadauera iacetent per vias, & ſanguis defluetet occiſorum; in quem etrantes per viam incuttebant neceſſariò, atque eo polluebantut, quanuis lacinias veſtium colligetent, ne polluerentur; atque ita volunt Hebræi amplificationem eſſe in hoc catmine præcedeotium vetborum Ieremiæ, *& iniquitas Sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorum*, cuius tanta fuit copia, vt neceſſatiò in eum incutterent cæci ettantes. Quæ expoſitio mihi videtut nimis humilis.

[o] Incertũ de quibus loquatur Ieremias in his duobus carminibus.

Brixian.

Ioſephus. Philo. Egeſipp.

[p] Senſus, quẽ colligũt Rabbini.

48. Proinde fortaſſis [q] hypetbolyca eſt amplificatio, qua Ieremias ſigoificauit multitudinem occiſotum, qui tempore belli pet plateas iaccbant, in qoos incurrebant cæteri Iudæorum ſine ſenſibus, & ſine oculis errantes ptæ dolote in media vtbe: tanta autem etat copia ſanguinis, vt penè eo demergi, & opptimi viderentur, ita vt vix apptehenſis eorum veſtibus extrahi poſſint à ſanguine, à quo demergebantut, quemadmodum euenire ſolet iis, qui a redundante flumine tapiuntur: ſic enim Propheta pulchettima hypetbule oſtendit occiſorum multitudinem in pænam innocentium, qui ab Hebtæis occiſi ſunt. Verùm Lyran. viderur exiſtimaſſe locum ptopheticum eſſe, atque partem in his verbis eſſe præcedentis ſententiæ; nanque exiſtimauit in his verbis eſſe alluſionem ad ſanctos Mattytes, quorum pars ſine oculis ettabaot, & incuttebant in cadauera Sanctorum iacentia, quorum ſanguine polluebantut, quia noo videntes, pedes ſuper effuſum ſanguinem ponebant, & cum non poſſent incedete, veſtes colligebant, ne contaminatentut. Eiuſdem ſententiæ mihi videtut Paulus Burgenſ. *addit. vnica ſuper hoc cap. 4. Ieremiæ.*

[q] Per hyperbolem alter ſenſus præfertur.

Lyran.

Burgenſ.

49. Rem magis ad ptopheriam [r] tedocit Rupert. Abbas, qui totum hunc locum intelligit propheticè de miſero ſtatu Hebræotum hodietno, quo ſcilicet errant, & vagantur cæci ſine duce, & ſine principe, ídque proptet mortem innocenris Chtiſti Sernatoris. Videtur autem in his verbis alluſio eſſe ad illud *Geneſ.* 4. de innocentis Abelis motte, in cuius vindictam quaſi ſanguinolentus Cain vagus, & profugus erraưit per Orbem: quod bene pondetauit Auguſt. *Pſalm.* 77. & D. Proſper. *lib. 6. de promiſſionib. p. 1. cap. 6.* Sic igitur eleganter Rupert. hunc locum intelligit, *Parum*, inquit, *eſt, non crediderunt, inſuper, & ipſum occiderunt, & occidendo menſuram ſuorum patrum impleuerunt; idcirco errauerunt cæci in plateis, ita vt exemplo Sodomorum non poſſent inuenire oſtium, quia polluti ſanguine eius, qui dicit, Ego ſum oſtium, cúmque non poſſent tenere eum* (hoc enim ſubauditut) *tenuerunt lacinias ſuas*, [ſ] id eſt, cum veram non apptehenderint iuſtitiam, inanes cætemonias, vanas, & pannoſas ſectati ſunt catnis iuſtitias, quibus detinentur; atque ita locus eſt de Hebtæis intelligendus, qui proptet mottem innocentis Chriſti, cæci & ſine bonote ertant per Otbem, eius ſanguine, ſiue motte iofames, & polluti.

Rupert. Ab.

[r] Sed magis ad propheticã reducitur locus.

[ſ] Iudæi hoc tempore lacinias tenuere & tenent.

Carmen 15.

SAMECH. *Recedite polluti, clamauerunt eis; recedite, abite, nolite tangere: iurgati quippe ſunt, & commoti dixerunt inter Gentes: Non addet vltra, vt habitet in eis.*

§. III.
Ad Literam, & Allegoriam.

Admonentur populares, ne ſanguine iuſtorum per plateas effuſo ſe contaminent, quando & ſanguinarij Sacerdotes, ne polluerentur è patria effugerunt: niſi magis ſit irriſio Chaldæorum, vel potiùs Romanorum in Iudæorum hypocriſim, & crudelitatem.

50. QVoniam verò hic locus obſcurus [t] eſt, vt ei aliqua lux adhibeatur, præmittenda eſt vtraque verſio, & Hebraica, & Chaldaica: Hebraicè autem

[t] Obſcuritas literæ ex Hebræa & Chaldaica elucidatur.

Lect. Hebr. autem, ita intelligendus eſt locus: *Recedite immundi, clamauerunt ad eos, recedite, recedite, ne tangatis; quippe auolarunt, etiam commoti ſunt, dixerunt in gentibus, Non addent habitare.* Par. Chald. Paraphraſis autem Chaldaica, ita ad verbum habet: *recedite à pollutis, clamauerunt eis populi, recedite, recedite, ne accedatis ad eos, quia abominabiles, & vagi ſunt: dixerunt cum eſſent in abundantia ſua, quod non addent, morari inter populos.*

51\. Sequentes igitur tres explicationes, quas in præcedenti carmine poſuimus (pendet enim ſententia à præcedenti) eodem ordine tres alias [u] conſequentes expoſitiones, & prioribus reſpondentes oſtendemus in expoſitione huius carminis. Prima igitur expoſitio [x] erat Hebræorum exiſtimantium locum eſſe intelligendum de cæcis natura, aut fortuitò incurrentibus in cadauera mortuorum, atque eorum ſanguine ſe polluentibus, qui effuſus fuerat à ſanguinariis ſacerdotibus: conſequenter in hoc carmine admonitio popularis eſt Hebræorum ad eoſdem cæcos, ne ſanguine ſe polluant effuſo, oſtenditque ſanguinarios ſacerdotes propter neſanda homicidia defugiſſe a propria patria nunquam reuerſuros. Rem ita eleganter proponit Ieremias, vt eam quaſi præſentem videre videamur, cum inquit, *recedite polluti*, ſeu vt eſt in Hebræo, *recedite pollutum*, id eſt, fugite locum ſanguinolentum, ita Paraphraſis locum explicat, *recedite à polluto, ne pergatis ea via, qua vos greſſus veſtri dirigunt, ne incidatis in ſanguinolentum locum, qui tam prope vos eſt; nolite tangere, ne vos contaminetis ſanguine mortuorum.* Ita enim monere ſolemus iamiam propinquos homines alicui periculo. Fauet huic expoſitioni vox Latina, qua vſus eſt vulgatus Interpres, cum dixit, *iurgati ſunt*; ſicut enim bene notauit Cicero *lib. 4 de Rep.* iurgati, iurgare, & inde iurgium inter ſodales, & amicos eſſe ſolet, *ſi iurgant*, inquit Cicero, *beneuolorum concertatio eſt, lis inimicorum non iurgium dicitur, iurgium autem eſt inter contribules; inter vicinos, & amicos.* Sicque hæc verba erunt Hebræorum ad cæteros Hebræos cæcos, eoſdem deterrentes, & admonentes ne ſe polluant ſanguine effuſo.

Triplex expoſitio in hoc carmine, ſicut in præcedenti.

Prima expoſitio Hebræorum literalis & ſimplex.

Cicero.

52\. Quamuis vox Hebræa alias ſignificationes contineat, ſicut bene aduertit Rabbi Dauid, ſignificat enim velociter abire, vnde Rabbi Abraham ita habet: *fuit illis pluma ſicut auis, nec aliter deuolarunt, quàm ſi auium pennas habuiſſent*, quaſi ſit totus hic locus referendus ad malos ſacerdotes, qui iuſtorum, & innocentium ſanguine vniuerſum orbem compleuerunt, & poſt ſcelus patratum aufugerunt non reuerſuri ad patrios lares: quod Ieremias deſcribit præmiſſa tamen admonitione ad cæcos ne incurrant in ſanguinem, vt rem omnino ante oculos proponat, & magis creſcat oratio, & amplificatio.

Rab. Dauid. Rab. Abrah.

53\. Probabilius [z] crediderim irriſionem eſſe Chaldæorum, ſeu potius Romanorum in Iudæos vulneratos, & cadentes per plateas; irrident enim eorum pollutiones, & contaminationes à ſanguine, & oſtendunt eos exules futuros, nec reuerſuros in patriam vnquam. Eſt ſimilis locus apud Michæam in cap. 2. *In die illa ſumetur ſuper vos parabola, & cantabitur canticum cum ſuauitate, dicentium, Depopulatione vaſtati ſumus*; cum hæc vobis aduerſa, & calamitoſa euenerint, hoſtes veſtri aſſument parabolam, ſeu lugubre carmen, de vaſtatione veſtra canent multa voluptuosè, per irriſionem imitantes miſeros Iudæos ſuam deplorantes calamitatem, flectendo vocem, atque frangendo lugubribus accentibus, vt ſic magis dolorem moueant: ſic prorſus videtur intelligendus hic locus, vt ſit irriſio contaminationum Iudaicarum.

[z] Secunda noſtrorum mixta.

Mich. 2.

54\. Paulus Burgenſ. *add. vnic. ſuper hoc cap. Ieremiæ*, exiſtimat [a] in his verbis eſſe clamorem Gentium contra Hebræos pollutos ſanguine Chriſti ſeruatoris; poſtquam enim Chriſtum interemerunt per ſummam iniuſtitiam, & ingratitudinem, à cunctis hominibus totius orbis pelluntur tanquam prophani, infames, polluti, & indigni hominum conuictu, & commercio. Id quod Ieremias dixerat in cap. 24. *Dabo vobis in commotionem cunctis regnis terræ*: vnde bene notauit Philo Hebræus *in lib. de legat. ad Caium Cæſar.* Hebræos tempore Imperatorum trans Tyberim habitaſſe Romæ, Martialis autem *lib. 1. Epigram. epigram. 37.* & Iuuenal. *Satyr. 14.* eleganter aduertunt, id factum fuiſſe, quia eos, quaſi pollutos, & infames, ſeparatos eſſe voluerunt à cæteris ciuibus Romanis, quemadmodum bene etiam notauit Matth. Rader. *in comm. ſuper cit. locum Martialis.* vnde in Conc. Matiſc. *cap. 1.* anno 575 celebrato, & in Conc. Aurelianenſi 3. vetitum [b] eſt, vſque ad ſecundam Sabbathi in Paſchate, id eſt, vſque ad feriam ſecundã poſt Paſcha, eos per plateas ambulare. Id quod edicto Cuberti Gallorum Regis firmatum eſt: qua de re erit videndus Cæſ. Baron. *tom. 1. annal. anno 272. cap. 30. 31. & 32.* & Lorin. ſuper acta Apoſtolor. *verſ. 52.* Erit etiam videndus Paul. *lib. 7. hiſtor. Francor.* cum docet à Gallia [c] pulſos fuiſſe qui ab Hiſpania pulſi à Sezibuto Rege in Galliam ſe receperant, & patrum ferè memoria anno 1493. Catholici Reges Fernandus, & Eliſabeth eos expulerunt ab Hiſpania, & à noſtra Luſitania pulſi ſunt regnante Emanuele Rege: ab Anglia verò anno 1290. vt refert Polydorus Virgilius; & ſanctæ memoriæ Summus Pontifex, & vir diuinus Pius V. ab vniuerſo patrimonio Eccleſiæ eos reiecit, deſignans tamen certum locum apud Anchonam, & in vrbe Romæ, in quo doceri poſſent, ſi forte audire vellent veram & ſanctam doctrinam Chriſti Seruatoris.

Burgenſ.

[a] & tertia tota prophetica.

Ierem. 24.

Philo.

Martial.

Iuuenal.

Raderus.

[b] Inſigne edictum aduerſus Iudæos.

Baronius.

Lorinus.

Paulus.

[c] Qui ſæpius à natione Chriſtianorũ iuſtiſſimè ſũt expulſi.

55\. Ex quibus iam colligitur accommodatè ſatis ad hæc verba, *recedite polluti, clamauerunt*, voluiſſe doctiſſimum Paulum Burgenſ. conditione Hebræum, religione, & pietate ſanctiſſimum virum, hæc verba pertinere ad præſentem ſtatum Iudæorum, qui perſeuerantes in ſua perfidia vagantur per Orbem, quaſi polluti, & infames: non eſt valde aliena expoſitio Ruperti Abbatis ab hac expoſitione, quam ſequuti ſumus, Burgenſ. Erit autem neceſſariò videndus Rupertus Abbas.

Burgenſ.

Rupert.

56\. Cætera autem, quæ ſequuntur apud Ieremiam ſcilicet, *iurgati quippe ſunt, & commoti dixerunt inter gentes, Non addet vltra, vt habitet in eis.* explicanda ſunt iuxta expoſitiones varias, quas poſuimus. Aduertit autem Rabbi Dauid, verbum *iurgare*, in ſua radice Hebræa ſignificare *volare*, vt ſit ſenſus, Propterea volauerunt, non aliter, quàm ſi pennas habuiſſent aptas ad volandum: quæ lectio non eſt admodum aliena à circunſtantia, & veritate huius loci; ita enim ſignificatur Hebræos poſt Chriſti mortem deuolaſſe à patriis ſedibus. Melius tamen eſt, vt ſequentes vulgatam lectionem, quæ veriſſima eſt propter æquiuocationem verbi Hebræi, legamus, & vertamus,

Rab. Dauid.

quoniam

quoniam iurgati ſunt, ſiue *contentioſi fuerunt contra Deum, propterea talia paſſi ſunt*; eſt enim [d] auitum ſcelus Iudæorum, in Deum rebellare. Suffragatur ſequens verbum, *& commoti ſunt*, quod verbum non ſignificat paſſione aliqua moueri, vt ira, odio, amore, vel dolore, ſed potius ſignificat loco moueri: voluit enim Ieremias ſignificare Hebræos propter idololatriam, & propter homicidia ſanctorũ hominum, imò potius propter mortem Chriſti ſeruatoris vagos errare per orbem incertis ſedibus, omnibus inuiſos, ab omnibus pulſos, quaſi pollutos, & infames.

[d] Auitum ſcelus Iudæorum.

57. *Dixerunt inter gentes, Non addet vltra, vt habitet in eis.* Bene exponunt Rabbini [e] hæc verba, vt ſit eorum ſenſus: Poſtquam cognouerunt gentiles cauſam, & rationem propter quam Hebræi tot mala patiuntur, iudicauerunt fore vt nunquam amplius reuerterentur de exilio, neque habitarent patrias ſedes: quibus habet ſimilia Theodoret. Quamuis verò in Hebræo textu ita habeatur, *non addent vltra, vt habitent in eis*, vulgatus tamen interpres exiſtimauit accommodatius legendum eſſe in ſingulari numero, *non addet vltra vt habitet in eis*, ſcilicet, Deus; quemadmodum inter eos habitauerat propter ſingularem amorem, quo eos proſequebatur, quandiu templum ſtetit, vnde accola Hieruſalem vocari ſolitus eſt Deus, quemadmodum ipſe de ſeipſo dixit apud Iſaiam c. 37. *Cuius ignis eſt in Sion, & caminus eius in Hieruſalem.*

[e] Omnino probatur Rabbinorum expoſitio.

Theodoret.

Iſai. 37.

TRACTATVS VIII.

De expoſitione Carminum 16. 17. *&* 18. *ſub literis* Phe, Ain & Sade. Siue, *De cauſis iræ Dei diuidentis Hebræos.*

Carmen 16.

Phe. *Facies Domini diuiſit eos, non addet, vt reſpiciat eos: facies ſacerdotum non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt.*

§. I.

Ad Literam & Mores.

Exulare fecit Deus Hebræos ob irreuerentiam in ſacerdotes, & in ſenes crudelitatem.

58. Vsitata eſt locutio in ſacra Scriptura, qua per faciem, [a] iram, & indignationem ſignificare ſolet; elucent enim in facie animi motus, atque ita quando ſerena eſt, tranquillitatem, & pacem oſtendit; quandò verò perturbata, indignationem, vel iram. Quo ſenſu intelligendus eſt locus ex Pſalm. 17. *Vultus autem Domini ſuper facientes mala*, id eſt, Deus torvè intuetur peccatores; quo ſenſu dixit Agar ancilla Abrahami *Gen. 16.* de Sara domina ſua, *à facie Saræ dominæ meæ fugio*, id eſt, ab ira, vel à facie turbata Saræ fugio. Sic quoque eſt vſitata hæc locutio ad vtramque partem apud Ierem. in cap. 21. ſuæ prophetiæ, in quo Deus ita loquitur: *Poſui faciem meam ſuper ciuitatem hanc in malum, & non in bonum*, id eſt, iratus, & non placatus intuitus ſum Hieruſalem. Quando igitur Ieremias dixit, *facies Domini diuiſit eos*, ſignificare voluit indignationem diuinam vagos, & errantes Iudæos à propriis ſedibus diſperſiſſe per orbem.

[a] Facies Domini in Scriptura, quid.

Pſalm. 17.

Gen. 16.

Iſai. 21.

Exiſtimat autem Rupert. non ſine fundamento de ciuilibus diſſenſionibus intelligendum eſſe hunc locum, quibus ſcindebatur in diuerſas partes populus Hebræus, quando obſeſſus erat ab hoſtibus; fuiſſe autem plures diuiſiones eo tempore docet Ioſephus: nihil autem tam ſolet regna, & vrbes euertere, quàm diſcordia ciuilis, quemadmodum pulchrè dixit Scilurus Scytharum Rex apud Plutarch. *in lib. de garrulitate*, qua de re dixit Cato, *ciuitatis venenum* [b] *eſſe diſcordiam*; neque enim quidquam perniciofius eſt ciuitatibus ipſa diſcordia, vnde ortum habuit oraculum Saluſtianum ab omnibus repetitum, [c] *Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.* Quamuis autem diuinæ iræ, & indignationis opus ſit, vt diuidantur malè concordes ciues inter ſe ſe, ſicut factum eſt in obſidione Ieroſolymæ, Ieremias in hoc carmine potiùs videtur amplificaſſe ſuperiorem ſententiam, diſperſos, ſcilicet eſſe Hebræos per orbem, quia ſcilicet ira diuina, ſeu facies Dei eos diſperſerat, nunquam reuerſuros. 59.

Rupert.

Ioſephus.

Plutarch.

[b] Diſcordia ciuitatis venenum.

[c] Prouerbium Saluſtianum.

Facies ſacerdotum non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt. Duplicem aſſignat Ieremias in his verbis, cauſam [d] exilij Hebræorum, quod ſcilicet, neque reuerentiam ſacerdotum habuerint, neque ſenectutis aliquam commiſerationem: conueniens autem fuit, vt facies Domini eos diuideret, quos nec ſacra facies ſacerdotum continuerat à crudelitate, nec rugoſa ſenectutis imago, cum tamen ſit præceptum Dei Eccleſiaſt. cap. 7. *Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica* [e] *ſacerdotes eius*: qua de re dixit eleganter Nazianz. orat. 17. pag. 458. *Vnde non tibi præterea ſupplicis cuiuſdam libelli loco, canities hæc offerenda erit, atque annorum numerus, diuturnumque & labis expers ob ſacerdotium, quod ipſi quoque Angeli, tanquam ipſorum cultui minimè impar fortaſſe veneratione proſequuntur*: propter vtranque rationem Iul. Cæſar, quemadmodum videre eſt apud Lucan. *lib.* 12. ſacerdotem Ægyptium ſumma eſt reuerentia proſequutus, propter ſacerdotium, & propter ſenectutem, cum dixit: 60.

[d] Duplex cauſa exilij Iudæorum.

Eccleſiaſt. 7.

[e] Sacerdos honorandus ex præcepto diuino.

Nazianz.

Lucanus.

O ſacris deuote ſenex, quodque arguit ætas,
Non ingrate diis.

Erit videndus Plato *lib. 9. de legib.* cum de reuerentia ſenibus debita dixit, *Quilibet ſeniorem,* [f] *& re, & verbo colat*, & Clem. Alex. lib. 3. pædagog. cap. 3. *Quo magis, inquit, homo feſtinat ad finem, eo eſt venerabilior, cum Deum ſolum habeat ſeniorem; nam Deus quoque eſt æternus ſenex,* [g] *qui eſt iis, qui ſunt, antiquior*; vnde *antiquum dierum* illum vocauit Propheta Daniel. *in cap.* 7.

Plato.

[f] Et ſenior re & verbo colendus.

Clem. Alex.

[g] Deus enim æternus ſenex.

Erit hac de re videndus Quintil. *lib.* 12. *orat. Inſtit. cap.* 10. & Gellius, *lib.* 2. *cap.* 15. vbi dicit, *maiores natu apud Romanos à minoribus colebantur ad inſtar Dei, & parentum.* Debita igitur eſt 60.

Quintilian.

Gellius.

reuerentia

reuerentia ſacerdotibus, & commiſeratio ſenibus propter longæuam ætatem. Quod eleganter dixit Diogen. Cynicus, quem refert Laertius *lib. 6. de vitis Philoſoph.* rogatur enim aliquando Cynicus, quid in vita miſerrimum exiſtimaret, reſpondit, *ſenem egenum, ſiquidem vbi naturæ præſidiis homo deſtituitur, tunc fulcienda eſt extraneis rebus ætatis imbecillitas:* merito igitur Ieremias crudelitatis accuſat ſuos Hebræos, quòd nulla commiſeratione mouerentur in ſenes, quando deſperata omnia erant, & infirma, longæuaque eorum ætas.

Laertius.

62\. Mihi autem non [h] diſplicet Ieremiam in his verbis accuſare ſuorum, & irreuerentiam, & crudelitatem in ſeipſum, qui ſacerdos, & ſenex erat; etenim Phaſur, ſicut dicitur *lib. 4. Reg.* Ieremiam prophetam, ſacerdotem & ſenem percuſſit, & miſit eum in neruum, qui erat in porta Benjamin. Scio Theodoret. exiſtimaſſe [i] hæc verba referenda eſſe ad Chaldæos, vel Romanos tempore obſidionis, quorum nulla fuit pietas in ſenes, nec reuerentia in ſacerdotes; verùm conuenientia rei aliud ſignificare videtur, niſi dicas abruptam eſſe hanc ſententiam, in qua ſit epiphonema clauſulam ponens vniuerſæ ſententiæ.

[h] *Autoris placitum circa literam.*

Theodoret. [i] *Theodoreti ſenſus ad eadem.*

Carmen 17.

AIN. *Cum adhuc ſubſiſteremus, defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum, cum reſpiceremus attentè ad gentem, quæ ſaluare non poterat.*

§. II.

Ad Literam, & Mores.

Qui deſperatis rebus non à Deo, qui ſolus poteſt ſaluare, ſed ad vana hominum præſidia confugerunt, miſerrimè peribunt, vt Hebræi in fragili Ægyptiorum baculo confidentes.

63\. EST in his verbis Hebræorum aliud ſcelus, propter quod euerſa eſt Iudæa; etenim deſperatis in rebus, cum [l] à Deo poſtulandum eſſet auxilium, ad homines confugerunt, quæ ſumma iniquitas eſt, iuxta id, quod Ieremias dixerat in cap. 17. *Maledictus homo, qui confidit in homine;* quod etiam dixerat Iſaias agens de eodem argumento in c. 31. *Væ, qui deſcendunt in Ægyptum ad auxilium, in equis ſperantes, & habentes fiduciam ſuper quadrigis, quia multæ ſunt, & ſuper equitibus, qui prævalidi nimis, & non ſunt confuſi ſuper ſanctum Iſrael, & Dominum non requiſierunt;* auxilium enim diuinum ſolum poſtulandum, & expectandum eſt à Deo perditis omnino rebus, alioquin grauis iniuria Deo fit; id quod optimè aduertit D. Hieronym. hoc in loco, *quando,* inquit, *populus à ſacerdotibus, & prophetis corripiebatur pro ſceleribus ſuis, non ad Deum conuerſi ſumus per pœnitentiam, neque ad ſuam miſericordiam confugimus, vt eius ope ab hoſtibus eriperemur, ſed forinſecus ab aliis gentibus auxilium quærebamus, quod eſt extremæ dementiæ.*

[l] *Non ab alio quàm à Deo quærendum auxilium.*
Ierem. 17.
Iſai. 31.
Hieron.

Eſt tamen hoc in loco peculiaris difficultas, de quo auxilio locutus fuerit Ieremias, & à quibus illud expectauerint Hebræi; nanque D. Hieron. & Theodoret. quibus ſuffragatur Rupert. Abbas, exiſtimant Ieremiam locutum fuiſſe hoc in loco de eo auxilio, quod poſtularunt Hebræi ab Ægyptiis, quod nullo modo eos ſaluare potuit; fruſtra [m] enim ab illis ſolatia expectabant, qui ſe ipſos nullo modo defendere potuerunt à Chaldæis: ſicut enim bene aduertit Ioſephus anno 4 à captiuitate Babylonica. Nabuchodonozor obſidione oppreſſit Ammonitas, Moabitas, atque etiam Ægyptios, eoſque captiuos duxit in Babyloniam pariter cum transfugis Iudæorum ab Hieruſalem in Ægyptum, vnde apparet, quàm vanum auxilium expectauerint Hebræi ab Ægypto. Erit videndus Ieremias *in cap.* 37. in quo agit de auxiliaribus copiis, quas Hebræi ab Ægyptiis poſtularunt, & eaſdem in fugam verſas dicit à Chaldæis: eſtque locus optimus in hanc ſententiam *Iſaiæ* 30. vbi Iſaias ita dixit hac de re: *Væ filij deſertores, vt faceretis concilium, & non ex me, & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, qui ambulatis, vt deſcendatis in Ægyptum, & os meum non interrogaſtis, ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Ægypti in ignominiam:* quæ ſatis conueniunt cum præſentibus verbis Ieremiæ dum ait, *defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum.* Eſt etiam videndus Ioſephus *lib. 10. de bello, cap.* 10. imò *lib.* 10. *antiq.* quo in loco ita dixit: *Ægyptius autem audito in quibus anguſtiis eſſet Sedecias ſocius, aſſumpto valido exercitu Iudæam petiit, eam volens obſidione liberare; at Babylonius intermiſſa obſidione obuius illi proceſſit, & vno prælio victum* [n] *tota Syria expulit.* Patet igitur certum eſſe Hebræos expectaſſe auxilium ab Ægyptiis inconſulto Domino, quando adhuc templum Hieroſolymitanum ſtabat, ad quod confugere potuerunt, cum nondum euerſa eſſet Hieruſalem, nec Iudæa capta; meritóque proinde vanum auxilium expectabant, quando in extremo periculo ab alio, quàm à Deo illud expectabant.

64\.
Hieron.
Theodoret.
Rupert.
[m] *Niſi fruſtra velis remedium, vt Hebræi fugientes ad Pharaonem,*
Ioſephus.
Iſaiæ 30.
Ioſephus.
[n] *Quibus fuit vana auxiliatio Ægyptiorum.*

Non repugnabo dicentibus hunc [o] locum intelligendum eſſe de excidio per Romanos, ac proinde non potuiſſe Ieremiam dicere Hebræos poſtulaſſe auxilium ab Ægyptiis; eo enim tempore fœderati erant Ægyptij cum Chaldæis, atque inter vtranque gentem pax optima erat; ſed potius videtur locus intelligendus de auxilio, quod poſtularunt ab Idumæis, quemadmodum refert Ioſephus *lib. 5. cap. 17. & lib. 6. cap.* 1. *& lib. 7. cap.* 11. Conſtat enim ex Ioſepho *lib. 7. de bello, cap.* 13. Titum Imperatorem Romanum in oratione, quam habuit vltimam ad Hebræos exprobraſſe eis, quòd legationem miſerint trans Euphratem nouarum rerum gratia, quæ miſſa videtur ad Parthos, à quibus poſtularunt auxilium, quando vrbi imminebat obſidio Romana; atque ita de Romanis locus videtur intelligendus, cum Ieremias ſolùm dicat Hebræos expectaſſe auxilium vanum, non autem dixerit, à quibus illud expectauerint.

65\.
[o] *Quadrat hic locus & tempori ſecundi excidij per Romanos.*
Ioſephus.

***

Carmen 18.

SADE. *Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum; appropinquauit finis noſter: completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter.*

§. III. Ad Literam.

Liberum non erat Hebræis intra mœnia pedem mouere propter continuam hoſtium infeſtationem, quibus non minor animi fluctuatio ob inopiam conſilij, cum ſe omni deſtitutos cernerent auxilio, quæ omnia in ſecundo excidio per Romanos veriùs ad literam adimpleta ſunt.

66. CONcludit Ieremias aſſerendo nullam reliquam eſſe Hebræis ſpem ſalutis, vt qui nullum potuerint ſperare remedium ab aliis, neque vllum inuenirent intra vrbem. Quo in loco eſt notandum verbum Hebræum, quod tranſtulit, *lubricauerunt*; potius enim [p] ſignificat *inſidiari*; qui enim lubricam viam alteri facit, eidem inſidiatur, vt cadat; proinde nulla eſt diuerſitas inter vtranque lectionem, cum idem ſit lubricare, ſeu lubricam reddere viam ad ruinam, atque inſidiari; quamuis Paraphraſis Chaldaica legat, *diſſipauerunt ſententias noſtras.* Quæ [q] lectio nouam reddit ſententiam, veſtigia enim, ſiue greſſus pro conſilio interdum habet ſacra Scriptura, ſicut patet Iob cap. 11. *Forſitam veſtigia Dei comprehendes:* appellat autem veſtigia Dei occultas rationes, & vias diuinæ prouidentiæ: certum eſt autem, vt ſæpius notauit Ioſephus, nullum apud Iudæos fuiſſe certum conſilium, neque vllam certam rationem tempore obſidionis, quod in bello ſemper pernicioſum fuit, cuius præceps ſolet eſſe occaſio; certum tamen debet eſſe iudicium, & celerrimũ, quo morbo laborarũt Hebræi eo tempore. Verùm hæc expoſitio aliena eſt à circunſtantia loci, vt patebit ex ſequentibus.

[p] *Verbũ Hebræum potius ſignificat inſidiari, quàm lubricari.*

Chald. Par.

[q] *Lectio Chaldaica diſſicilis eſt,* Iob 11.

67. Nanque Rabbi Salom. eleganter aduertit ſententiam huius [r] loci hanc eſſe, *inſidiati ſunt greſſibus noſtris, ne ambularemus in plateis noſtris*; liberum enim non erat Hebræis intra mœnia ambulare propter machinamenta hoſtium, quæ intra vrbem mittebantur, ſicut fieri ſolet in vrbibus obſeſſis: vnde ſi accuratiùs litera Hebræa videatur, ita legenda [ſ] erit, *Venati ſunt greſſus noſtros adeundo per plateas.* Docet hoc eleganter Ioſephus *lib. 7. de bello. cap. 5.* & Egeſippus *lib. 5. cap. 20.* vbi ita feciſſe docet Titum in obſidione Ieroſolymitana; vnus agger, è regione munitionis, cui nomen Antonia, per mediam ductus erat piſcinam, quam ſtruthiam vocabant; hunc aggerem 30. cubitorum in altitudinem fecerat. Repetit eadem Cornel. Tacit. *lib. 4 ſua hiſtor.* agens de obſidione Ieroſ. per Titum Imperatorem: *Titus*, inquit, *quando impetum & ſubita belli locus abnueret, aggeribus certare ſtatuit.* Erit videndus Iuſtus Lypſ. *lib. 2. de militia veteri*; cui titulus eſt, *de machinis, tormentis, & telis*, vbi latè docet in obſidionibus extruendos eſſe aggeres & torres ad infeſtandos hoſtes intra vrbem, ſicut deſcribit Syl. Italicus

Rab. Salom.

[r] *& aliena à præſenti loco.*

[ſ] *Germanior ſenſus iuxta veritatẽ Hebraicam.*

Ioſephus. Egeſippus.

Tacitus.

Lypſius.

——ſubit arduus agger, Sylius.
Imponitque globos pugnantum deſuper vrbi.

Quod etiam docuit Zozymus lib. 2. de obſidione Byzantij: *Incumbens*, inquit, *oppugnationi vrbis Conſtantinus, & aggeres æquali altitudine cum muris excitans, turres in eis conſtituit ligneas altiores ipſis muris, ex his, qui oppidum defendebant, telis, ſagittiſque petebantur.* Quod Ieremias dixit hoc in loco, *lubricauerunt veſtigia noſtra in itineribus platearum noſtrarum*, ſeu, *venati ſunt greſſus noſtros abeundo per vias noſtras*; id quod factum eſſe docet Ioſephus *lib. 7. de bello, cap. 5.* in obſidione [t] per Romanos. Quod autem illud ipſum factum ſit in obſidione per Chaldæos, colligitur manifeſtè *ex lib. 4. Reg. cap. 25.* proinde bene addidit Ieremias, *appropinquauit finis noſter, completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter*; id eſt, actum eſt de nobis, quia nullum ſupereſt iam auxilium, neque remedium, vel ab exteris, vel intra vrbem.

Zozimus.

Ioſephus.

[t] *qui & in obſidione per Romanos verificatur.*

Carmen 19.

COPH. *Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cæli, ſuper montes perſecuti ſunt nos; in deſerto inſidiati ſunt nobis.*

§. IV.

Ad Literam.

Fortè lamentatur ſanctus Ieremias eam noctem fugæ Sedeciæ Regis, in qua fuit à ſuis derelictus, & captus à Chaldæis.

SVb his verbis aliqua latet hiſtoria, à qua pendet verus, & germanus ſenſus eorum; credibile autem eſt Ieremiam deplorare noctem eam, quando Rex [u] Sedecias cum principibus regni fugiens oppreſſus eſt à Chaldæis, ſicut dicitur 4. Reg. 25. & Ierem. 39. & 52. Sic enim dicitur loco cit. Regum. *Et omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ, quæ eſt inter duplicem murum ad hortum Regis; porrò Chaldæi obſidebant in circuitu ciuitatem. Fugit igitur Sedecias per viam quæ ducit ad campeſtria ſolitudinis, & perſecutus eſt exercitus Chaldæorum Regem, comprehenditque eum in planitie Iericho, & omnes bellatores, qui erant cum eo diſperſi ſunt, & reliquerunt eum.* Ad quem locũ videtur alludere Ieremias in his verbis. Verùm D. Hieron. [x] locum exiſtimat intelligendum de tota celerrima victoria Chaldæorum, ex qua propter eorum dexteritatem, & celeritatem nullus euadendi locus relictus eſt Hebræis; quod vt ſignificaret Ieremias, vſus eſt ſimilitudine aquilarum, quarum velociſſimus eſt volatus, & acutiſſimus viſus ad prædam rapiendam, ſicut dixit Pindar. *in Nemeis.* Vndè eleganter addidit Pierius *lib. 19.* Aquilam ſoli fulmini cedere in velocitate; quod aduertit D. Hieron. cum explicando hæc verba ita dixit, *per rapidum auium volatum intelligit validam, & velocem perſecutionem* 68.

[u] *Videtur tangi fuga, & comprehenſio Ioſiæ Regis.* 4. Reg. 25.

Hieron.

[x] *Hieronym. de celerrima Chaldæorum victoria intelligit.*

Pindar. Pierius. Hieron.

ſecutionem

ſecutionem hoſtium, qui intra patriam conſtitutos, & deſerta patria fugitiuos nimia crudelitate inſecuti ſunt nemine relicto: id quod etiam aduertit D. Ambroſ. *ſerm. 29. ſuper Pſal.* 118.

Ambr.

69. Congruenter autem per allegoriam locum intelligit Rupertus [a] Abbas, eúmque coniungit cum præcedentibus verbis: *Venit*, inquit, *citò finis noſter; velociores enim fuerunt perſecutores noſtri aquilis cæli; perſecutores autem noſtri ſunt peccata noſtra, de quibus dixit Deus ad Caim, nónne ſi bene egeris, recipies? ſi verò malè, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit*: id eſt, *pœna peccati intercludet effugium; peccata nanque noſtra velociora fuerunt aquilis cæli, quia vbi peccata ſunt, ſtatim in foribus adſunt ſupplicia, ita vt nullus fugiendi locus relinquatur.*

Rupert. [a] *Allegoria Ruperti.*

TRACTATVS VIII.

De expoſitione carminis 20. ſub litera Res. *Siue*, *De morte Ioſiæ Regis, ſeu potius Chriſti Domini, & ſeruatoris noſtri.*

Carmen 20.

Res. *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus.*

§. I. Ad Literam.

Totius regni, & vrbis Ieroſolymæ inter lamentationes non potuit non miſcere Propheta lugubre de Ioſiæ Regis interitu carmen, cùm in eo omnis illius gentis tunc ſpes conciderint.

70. Avrevs eſt hic locus, [a] pariter & difficillimus, propter varias expoſitiones magnorum Interpretum, qui in eo exponendo diuerſas vias ſecuti ſunt, quorum fundamentum eſt vulgata lectio, præſertim ſi coniungatur cum Hebræo textu, & propter locum *lib. 2. Paralip. in cap. 35.* vbi ita legitur: *Mortuus eſt Ioſias, & ſepultus eſt in Mauſoleo Patrum ſuorum, & vniuerſus Iuda, & Ieruſalem luxerunt eum, Ieremias maximè, cuius omnes cantores, atque cantatrices in præſentem diem lamentationes ſuper eum replicant, & quaſi lex obtinuit in Iſrael, Ecce ſcriptum fertur in lamentationibus.* Proinde exiſtimauerunt plerique poſtremam hanc partem Threnorum Ieremiæ ſcriptam eſſe in lachrymas Ioſiæ: ita D. Hieron. & Rab. Salom. [b] & fermè omnes Hebræi: vnde Hieron. in prœmio lamentationum ita dixit: *lamentationes prædictæ non ſolùm ſuper vrbis Ieruſalem vaſtationem, & Iudaici populi captiuitatem, ſed etiam ſuper Ioſiæ regis occaſum ſcriptæ ſunt, ſicut liber dierum verborum demonſtrat.* Fauet Lyran. & aptiſſimè Ioſephus *lib. 10. antiq. cap. 5.* vbi loquens de morte Ioſiæ regis ita habet, *luxit eum populus multis diebus, lamentis, & triſtitia, mortem eius proſequens Ieremias etiam epicœdium ei ſcripſit lugubri carmine, quod nunc quoque extare videmus: hic propheta inſtantem vrbi captiuitatem Babylonicam, & noſtri etiam* [c] *ſæculi clades prædictas mandauit literis*; quæ vltima verba Ioſephi omnino obſeruanda ſunt. Conſtat autem ex *lib. Paralip. citato*, & ex hoc loco Ioſephi, lamentationem Ioſiæ regis inſeruiſſe Ieremiam huic lamentationi totius vrbis & regni; neque enim apparet alia lamentatio, qua Ieremias deplorauerit Ioſiam, niſi hæc, quam præ manibus habemus: quam difficultatem vellem, vt enodaſſet ille, qui mordicus defendit nullo modo hunc locum intelligendum eſſe de rege Ioſia, cum hæc expoſitio non ſit aliena à circumſtantia huius loci, & à rerum euentu, vnde ea [d] placuit Hieronymo *in comm. ad hunc locum, & ſuper Zachariam cap. 12. & lib. 2. contra Pelagian.* Eam amplexatus eſt S. Thomas, & Lyran. eam ſequitur Pagnin. & Brixian. atque etiam Varabl. nouiſſimè noſter Luſitanus Petrus de Figeira: quódque magis eſt, eam amplexatus eſt inſignis Dominus meus Fr. Ludouicus de Sotto Maior. *in comm. ſuper Cantic. cap 7.* ad ea verba, *ſicut purpura Regis iuncta canalibus*; nec ſolùm eam amplexatur, ſed aſſerit ita voluiſſe Tertull. *lib. 3. contra Marcion.* aſſerens prophetice eum voluiſſe intelligere hæc verba de Chriſto Domino, quamuis ad literam de Ioſia rege locutus fuerit Ieremias.

[a] *Locus difficillimus ob interpretationũ LXX. varietatem.*
2. Paral. 35.

Hieron.
Rab. Salom.
[b] *Rabbini fermè ad literam de Ioſia rege exponunt.*

Lyran.
Ioſephus.

[c] *Quem & Ioſephus extendit ad ſui ſæculi clades.*

[d] *Ita ſentiũt & graues Autores Latini.*
Hieronym.
S. Thomas
& alij.

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

§. II.

Ad Literam.

Sicut poſtero quoque tempore delicias generis humani dicit populus Romanus Titum Cæſarem ob ſuauitatem morum, atque tranquillitatem, & pacem, quibus ſub illo hominum genus frueretur: ſic Hebræi Ioſiam regem ſpiritum oris ſui, quaſi in eo ſolo viuerent, pronunciabant, & Dominum à Deo vnctum.

Appellat autem regem Ioſiam *ſpiritum oris noſtri*, ſeu, ſpiritum narium noſtrarum, vt ſignificaret vitam, quam viuebant Hebræi, in Ioſiam Regem referendam eſſe; propter pacem, & tranquillitatem enim illius gentis quandiu vixit Ioſias, ſpiritus [e] erat, quo omnes reſpirabant, & quo vita eorum conſeruabatur. Nam Hebræi animam, aërem, ſiue ſpiritum vocabant, non quòd exiſtimarent eam aërem eſſe, ſed quia principium erat reſpirationis, quod Plato dixit in Cratilo, quia anima, cum adeſt corpori, cauſa ipſi eſt, vt viuat, quia reſpirandi vim, & principium habet; ſimul enim ac reſpiratio deſerit corpus, interire ſolet, vnde anima à reſpirando ſpiritus, ſiue ſpiraculum vitæ appellatur, qualem vocabant Hebræi Ioſiam regem, quandiu viuebat, non minus enim pendebat ſalus, tranquillitas, & vita omnium à Rege Ioſia, quàm pendet communis vita ab aëre quem reſpirat, & à quo refrigeratur. 71.

[e] *Quare Ioſias dictus ſpiritus oris noſtri.*

Plato.

Quod autem dixit *Chriſtus Dominus*, Hebraicè habetur *Meſſia Ieouath*, quæ verba ſi transferan- 72.

tur in nominandi caſum, dubium non eſt, quin de Meſſia ſint interpretanda; eorum enim ſenſus talis eſt, *Spiritus oris noſtri Chriſtus Deus captus eſt in peccatis noſtris.* Certum enim eſt oomen, *Ieouath*, quod idem eſt, atque *Deus*, nemini præter Deum, conuenire in recto, quanuis in obliquo nobis omnibus conueoiat: proinde rex Dei, ſiue vnctus Dei, quanuis conueniat Chriſto domino [f] ſecundùm carnem, aliis etiam conuenire poteſt à Deo. Vnde Ioſias rex Dei, ſiue vnctus Dei iure vocari poteſt, ſiue vocatus eſt, ſicut de Saule legimus in ſacra Scriptura plerunque. Notanter autem vulgata editio non tranſtulit, *Chriſtus Deus*, quia nomen, *Deus*, commune Deo eſt cum creaturis.

[f] Cur etiam dicatur Chriſtus Dominus.

73\. Quòd ſi quis inſtare voluerit, *Dominus*, hoc in loco idem eſſe, quod Deus, cum Domino reſpondeat [g] in Hebræo, *Ieouath*, quod idem eſt, atque Deus. Reſpondendum eſt ex Hebraico textu, nomen Chriſtus, in regimine eſſe, vt conſtat ex vocalibus, quibus diſtinguitur, proinde ſecundùm regulas grammaticæ Hebraicæ ſequēs nomen ſubſtaotiuum *Ieonath*, in genitiuo debet eſſe, atque ita transferendus erat locus, *Spiritus oris noſtri Chriſtus Domini*, ſeo Chriſtus Dei; parum autem refert, quod in nominatiuo tranſtulerit vulgatus, ſic enim tranſtulit Hieron. Etenim *Zachar. 12. & lib. 2. contra Pelagian. & in Com. adhunc locum*, apertè aſſerit locum intelligendum eſſe de rege Ioſia, cum tamen legat: *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus*; parum enim refert, ſic vel aliter vertere, dummodo ſententia ſit eadem. Sicut enim bene aduertit D. Hieronym. cum agit de optimo modo interpretaodi ſacras Scripturas, laudans præceptom Horatij dicentis,

[g] Obiectio ex Hebræa litera ſoluitur.

Hieron.

Idem.

Nec verbum ex verbo curabit reddere fidus
Interpres.

Et *in epiſt. ad Aug.* docet, *ſenſum ſe potius ſeruaſſe, quàm verborum ordines*: & in epiſt. *ad Sunìam, & Frete*, & *in Com. ſuper Amos in cap. 5.* ad illa verba; *emigrare vos faciam erans Damaſcum*, vbi ait, Apoſtolos, & viros [h] Apoſtolicos in exponendis teſtimoniis de veteri teſtamento, non verba conſiderare, ſed ſenſum, neque eadem ſermonum calcare veſtigia, dummodo à ſententia non recedant. Proinde quanuis in Hebræo habeatur *vnctus Domini*, ſeù *rex Domini*, pulchra eſt ea lectio, quam habet vulgata, *Chriſtus Dominus*: ita etiam legit Paraphraſis Chaldaica locum intelligens de rege Ioſia, cuius hæc ſunt verba, *Rex Meſſias, qui erat dilectus nobis ſicut ſpiraculum ſpiritus vitæ*, &c. Non eſt igitur cur ex vulgata lectione conuincamus locum intelligendum eſſe de ſolo Chriſto ſeruatore ad literam.

Amos. 6.

[h] Viri Apoſtolici, non verba, ſed ſenſum attendunt in verſione ſacra Scripturæ.

§. III.

Ad Literam.

Aufert Deus plerunque reges iuſtos, & fortes propter peccata populi, vtque poſſit ſine impedimento punire ſceleratos; detinent enim diuinam vindictam ſancti homines.

74\. *Captus eſt in peccatis noſtris.* } HEbraica lectio ita potiùs habet, *Captus eſt in foſſis eorum*; aduertit enim Rabbi Salom. Ioſiam Regem exercitum paraſſe contra Ægyptios, ſicut conſtat ex *lib. 4. Reg. cap. 23* quo tempore Ægyptij foueas, vel caueas fecerunt occultas, in quas incidentes Hebræi cum appropinquaſſeot ad exercitum Ægyptiorum, capti ſunt omnes, & occiſus [i] Rex Ioſias, quod videtur notaſſe Ieremias hoc in loco; vel potius dicendum eſt fuiſſe occiſum propter peccata Hebræorum; hoc enim inſinuant hæc verba, *captus eſt in peccatis noſtris*, ſeu, propter peccata noſtra. Quod autem addidit Ieremias, *cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus*; ſignificat [l] ſub tua protectione ſperabamus nos viuere poſſe inter gentiles finitimos homioes; vmbra nanque in ſacra Scriptura ſignificat protectionem, & præſidium, qualis eſt ille locus *Geneſ.* 19. eum Loth dixit, *habeo duas filias, abutimini eis, dummodo viris iſtis nihil mali faciatis, quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei*, id eſt, coofugerunt ad meum præſidium, ſiue protectionem. Sic Oſeæ in cap. 14. *Conuertentur ſedentes in vmbra eius*, id eſt, in protectione. qualis eſt locus *Cantic.* 2. cum ſponſa dixit, *ſub vmbra illius, quem deſideraui, ſedi*; etenim Eccleſia fatetur ſecuram eſſe ſe, atque tutam ſub præſidio, & [m] protectione Chriſti ſeruatoris, quemadmodum locum intelligit Ambroſ. *ſuper cap. 15. Lucæ.* Hoc igitur Hebræi dicebant de Rege Ioſia, ſcilicet, ſub præſidio illius regis nihil ſibi timendum fore à finitimis hoſtibus.

Rab. Salom.

4\. Reg. 23.

[i] Qualiter captus Ioſias ab Ægyptiis.

[l] Omnem ſecuritatem ſub Ioſia ſibi pollicebantur Iudæi

Gen. 19.

Oſeæ. 14.

Cantic. 2.

[m] Quam tamen ſola Eccleſia ſub Chriſto Domino conſequuta eſt.

Ambr.

75\. Si quis autem quærat, quorſum Ieremias inſeruit lameotatiooi patriæ ſuæ, atque totius regni Iudæ, lamentationem [n] Ioſiæ regis, qui iam diu occiſus erat? Sciat epiphonema elegans eſſe in his verbis iuxta regulas Quintiliani *lib. 8. c. 5.* poſtquam enim Ieremias plures rationes, & cauſas attulit deſolationis totius regoi Iudæ, dolenter acclamauit in fine, aſſerendo vltimam, & extremam rationem, & cauſam, ſcilicet, interitum ſancti Regis Ioſiæ: ſolet enim Deus, quando regnum aliquod, vel vrbem euertere vult, ſanctas reliquias, & ſanctos viros ſeparare; ſicut enim eleganter dixit Philo, *vir ſanctus fulcrum generis humani eſt*, vnde *Geneſ.* 19. noo priùs Angelus incendium apposuit ciuitatibus infamibus, quàm ſe reciperit ſanctiſſimus Loth in montem altiſſimum; quod etiam Tragic. dixit de ſuo Hectore:

[n] Cur Ieremias hic deploret Ioſiæ occaſum.

Quintilian.

Philo.

Gen. 19.

Culmen patriæ, mora [o] fatorum, tecum cecidit,
Summuſque dies Hectoris idem, patriæque fuit.

Præſertim ſi de rege ſaocto ſermo ſit; eſt enim rex, quaſi baſis, & columna, ſupra quam, quaſi ſupra fundamentum innititur omne imperium, atque regnum.

[o] Vir ſanctus & fortis culmen patriæ, & mora fatorum.

Tragicus.

76\. Erit videndos neceſſariò locus ex 1. *Paral. cap.* 28. vbi legitur, Dauidem morientem iam, ex ſolemni teſtamento mandaſſe filio Salomoni, vt ex auro puriſſimo efformaret ſimilitudinem quadrigæ, & Cherubinorum extendentium alas ſuas, & velantium arcam teſtamenti. Vbi aduerto fieri mandaſſe ſimilitudinem quadrigarum, & vectores fieri Cherubinos ex auro, ſignificando nullo modo arcam fœderis, in qua reliquiæ ſanctæ illius gentis continebantur, mouendam eſſe ab eo loco; nanque ſi reliquiæ ſanctæ à ſancta ciuitate mouerentur, videbat eam continuò ruituram, ſicut conſtat ex alio loco *lib. 2. regum, c. 15.* quando enim fugiens Abſolonem filium ſuum vidit poſt eum ſacerdotes defereotes arcam Domini, conuerſus ad Sadoch ſacerdotem dixit: *Reporta arcam Dei in vrbem; ſi inuenero gratiam in oculis Domini reducet me.* Maluit enim ſine arca Domini

1\. Paral. 28.

2\. Reg. 15.

ni exulare, quàm vt ſine eadem arcá ſancta ciuitas Hieruſalem caderet; erat enim quaſi fulcrum illius vrbis arca fœderis, qua ſublata ruitura eſſet continuò Hieruſalem, ſicut factum legitur *Ezechiel. cap.* 11. in ea viſione, in qua legitur obiecta arca Dei prophetæ, & mota à loco ſacro; ſic enim dicit Ezechiel: *Eleuauerunt Cherubin alas ſuas, & rota cum eis, & gloria Dei erat ſuper eam, & aſcendit gloria Domini, & ſtetit ſuper montem, qui eſt ad orientem vrbis.* Ad quem locum dixit Theodoret. *Receſſerunt de ciuitate Cherubin gloriam Dei inſidentem*, id eſt, arcam Dei vehentia, *ſteteruntque ſuper montem Hieruſalem.* Eſt autem hic mons oliuarum, è quo etiam monte Saluator noſter aſcendit in cælum. Meritò igitur & eo quoque tempore, cum in humana figura apparuiſſet, duaſque in vna perſona naturas oſtendiſſet, & quidem diuinam per ignem ſignificatam, humanam per electrum declaratam, lata contra Hieruſalem ſententia proficiſcitur, & in cælum conſcendit in ſignum eorum, quæ propterea futura erant, etenim poſt crucem & mortem ſeparata arca, & Chriſto Domino à Hieruſalem, nec lapis ſuper lapidem relictus eſt, ſicut dicitur *Matth.* 24.

Ezech. 11. — Theodoret. — Matth. 24.

77. Hieron. Placet magis D. Hieronymus cum ad hunc locum Ezechielis ita dixit: *Stabat gloria Dei, qua de Hieruſalem diſceſſerat ſuper montem oliuarum, vt inde perituram, arſuramque cerneret vrbem*; quod Chriſtus Dominus dixerat Ioann. 14. *Surgite, eamus hinc, & relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* Ioſephus quoq; Hebræus refert auditam in templo vocem Angelorum, & fortitudinum cæleſtium, quæ priùs in vrbis præſidio erant, *fugiamus ex his ſedibus*; mirumque in modum gloria Domini quæ deſeruit templum Iudæorum, ſtat ſuper montem oliueti, & in crucis [p] ſignum ſpectat templum quondam Iudaicum in fauillas, & cineres diſſolutum; ſed tamen eo tempore gloria Dei ſeparata erat à ſancta ciuitate Hieruſalem. Videndus erit Euſeb. Cæſar. *lib. 6. demonſt. Euang. cap.* 18. vbi conciliat eum locum Ezech. cum illo Zachariæ in cap. 14. *Stabunt pedes eius in illa die ſuper montem oliuarum.*

Ioan. 14. — Ioſephus. — [p] *Prodigia, quæ præceſſerunt vltimũ excidiũ Ieroſolymæ.* — Euſeb. Cæſ. — Zachar. 14.

78. Ezech. 12. Nec minùs elegans eſt ad hunc diſcurſum amplificandum locus eiuſdem Ezechiel. *in c.* 12. cum diuinum oraculum ita eum allocutum eſt: *Tu verò, fili hominis, fac tibi vaſa tranſmigrationis, & tranſmigrabis per diem; tranſmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conſpectu eorum, ſi forte aſpiciat, quia domus exaſperans eſt, & efferes foras vaſa tua, quaſi vaſa tranſmigrantis per diem in conſpectu eorum; tu autem egredieris veſpere coram eis, ſicut egreditur migrans.* Deinde iubet diuinum oraculum prophetæ, vt aperiat parietem domus, & per aperturam factam egrediatur coram eis, ſignificans ea via, [q] qua egreſſus eſt vir ſanctus de vrbe, ingreſſuros eſſe hoſtes; egreſſus enim ſancti viri aditum aperuit hoſtibus ad euerſionem: In quem ſenſum exiſtimo locutum fuiſſe Iacob *in cap. 49. Geneſ.* cùm de Simeone, & Leui dixit per prophetiam, *Simeon, & Leui vaſa iniquitatis bellantia, in concilio eorum non veniat anima mea, & in cœtu eorum non ſit gloria mea; quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua aperuerunt murum*; ſiue *eradicauerunt.* Loquitur autem Iacob contra ſcribas, & ſacerdotes, qui oriundi creduntur ex Simeone, & Leui, quorum conſilio occiſus eſt Chriſtus Dominus, & ab eo tempore, quaſi aperti, & eradicati ſunt muri Ieroſolymæ, quo hoſtes Romani ingrederentur; ab eo enim tempore, quo [r] Chriſtus Dominus occiſus eſt in Ieroſolyma, continuò in ruinas ire cæpit eadem ciuitas, quemadmodum eleganter notauit Tertullian. *lib. 5. contra Marcion.* Hieron. *in quæſt. Hebraic.* Rupert. Abbas, atque alij. Vnde eleganter Iſaias cap. 57. *Iuſtus perijt, & non eſt, qui recogitet; viri miſericordiæ colliguntur, & non eſt, qui intelligat*; ſignificans pendere pacem, & tranquillitatem vrbium & regnorum à vita ſanctorum virorum, quos Deus ſeparare ſolet, vt puniat regna, & imperia. Ex quibus iam colligitur elegans epiphonema eſſe in his verbis, *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus*, de [ſ] Ioſia rege, ſeu potiùs de Chriſto Domino, quo Ieremias concludit, tanquam poſtrema ratione, & cauſa euerſum eſſe imperium Iudaicum, & vrbem ſanctam Hieruſalem, quia rex ſanctus Ioſias ab ea ſublatus eſt, vel potius, quia Chriſtus Dominus occiſus eſt.

[q] *Quà egrediuntur viri ſancti à ciuitate patet deſolationis aditus latiſſimus.* — Gen. 49. — [r] *A die, quo occiſus eſt Chriſtus, in ruinam iuit Hieruſalem.* — Tertul. — Hieron. — Rupert. — Iſaias 57. — [ſ] *Quam appoſitè hic de Ioſia:*

§. IV.

Ad Literam.

Quanuis vtraque hæc de Ioſia rege verè explicentur, longè tamen veriùs de Chriſto Domino eſſe intelligenda euidentiſſimè demonſtratur.

79. NOn eſt tamen negandum ad literam locum de Meſſia [t] ſeruatore intelligendum eſſe de mente grauiſſimorum Patrum, quibus fauere videtur, ſicut diximus, vulgata editio ita legens; *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus*, quod idem valet, atque Chriſtus Deus, quemadmodum plerique voluerunt, inter quos Theodoret. ita habet; *Dicant Iudæi, quem* [u] *ſermo propheticus appellet Chriſtum? quis item ſit ex his, qui apud ipſos Chriſti dicti ſunt, ſiue rex, ſiue propheta, ſiue ſacerdos, qui appellatus ſit Dominus? Nunquam oſtendere poterunt, licet multis vtantur mendacijs: clarum eſt modò, quòd propheta prædixerit Saluatorem, & Dominum noſtrum ab ipſis comprehenſum ob corruptiſſimam impietatem*, & cætera, quæ proſequitur Theodoret, oſtendens idem eſſe Dominum, atque Deum hoc in loco. Similia habet Auguſt. *tom. 4. lib. 2. de Incarnat. cap. 19. & lib. 18. de ciuitate Dei, cap.* 33. Victoria contra Iudæos, 1 *part. cap.* 16. vbi ita legit præſentem locum: *Spiritus oris noſtri Meſſias Deus captus eſt in peccatis noſtris.* ita D. Bernard. *ſerm. 2. de aduentu ſerm. 4. de aſcenſ. Domini, & ſerm.* 6. ita Tertullian. *lib. 5. contra Marcion. cap. 11. & lib. 2. cap. 27. aduerſus Praxeam.* & pluribus alijs in locis, & D. Irenæus *lib. 3. contra hæreſ. cap.* 11. Iuſtinus Martyr. *in apologia 2. ad Antoninum pium.* D. Cyprian. *in expoſitione ſymboli*, cuius hæc ſunt verba: *legite ergo, quod ſcriptum habetis in lamentationibus Ieremiæ, vbi dicitur, ſpiritus vultus noſtri Chriſtus Dominus comprehenſus eſt in corruptionibus noſtris, in quo diximus: Sub vmbra eius viuemus in gentibus. Audis quomodo propheta dicit Chriſtum Dominum comprehenſum eſſe pro peccatis noſtris.*

[t] *Quin & de Meſſia ad literam.* — Theodoret. — [u] *Euidens argumentum Theodoreti.* — Auguſt. — Victor contra Iudæos. — Bernard. — Tertul. — Irenæus. — Iuſtin. M. — Cyprian.

80. Nec D. Hieron. [x] omnino alienus eſt ab hac ſententia, quin potiùs *in Comm. ad hunc locum* vtranque expoſitionem amplexatur, vnde mihi [z] liberum erit vtranque expoſitionem ſequi; eſt enim regula certa in ſacra Scriptura vnum, & eundem locum plures ſenſus ad literam habere,

Hieron. — [x] *Conſentit Hieronym.* — [z] *Authoris ſententia, & fundamentũ.*

quemadmodum bene notauit imperfectus Chryſoſt. *ſuper Matth. hom.* 49. Hieron. *Ierem.* 11. ad illa verba: *Tu autem Domine Sabaoth:* & paulò inferiùs ad illa verba, *propterea hæc dicit Dominus exercituum.* Auguſt. 12. *confeſſ. cap.* 30. D. Thom. 1. *p. q.* 1. *a.* 4. *& in q.* 4. *de potent. a.* 1. Paul. Burgenſ. *addit. ſuper vtranque prologum Nicolai de Lyra;* qui omnes, & plures alij aſſerunt, diuinos Prophetas, præſertimque Dauidem, & Ieremiam ex occaſione ſuarum rerum interdum & de Meſſia loqui. Ad cuius rei confirmationem eſt ille locus ex Pſalm. 2. vbi regios vates, agens de rebellione contra ſeipſum regum finitimorum, quando primò creatus eſt rex mortuo Saule, ex ea occaſione egit de rebellione contra regem Meſſiam in eo Pſalmo, quemadmodum veteres etiam Rabbini voluerunt, ſicut dixit Rabbi Salom. Sic quoque in hoc verſu Ieremiæ credibile eſt deplorare Prophetam & mortem Ioſiæ regis, & mortem Chriſti Seruatoris ad literam, præſertim, quia in his lamentationibus de vtroque excidio egit Ieremias; de primo per Chaldæos, cuius cauſa fuit mors Ioſiæ regis; & de ſecundo per Romanos, cuius cauſa fuit mors Chriſti Seruatoris.

Chryſoſt. Hieron. Ierem. 11. Ibidem. Auguſt. D. Thom. Burgenſ. Rab. Salom.

81. Cætera, quæ continentur in hoc verſu, ſi ſequenda ſit hæc ſecunda expoſitio, intelligenda ſunt eodem modo, quo explicauimus ea ſequentes primam expoſitionem: niſi placeat ea verba, [a] *Spiritus oris noſtri* referenda eſſe ad cap. 2. Geneſ. cum de Deo dicitur, *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ;* vt ſic magis ex creatione, & infuſione animæ rationalis Meſſias Deus oſtendatur. Cætera verò, *cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus*, vel de protectione Chriſti Seruatoris in ſuam Eccleſiam intelligenda ſunt: vel ſaltem [b] de fide Incarnationis, ſub qua militat Eccleſia in hac vita, in qua Deum adumbrantem in carne credit, quemadmodum docuit Auguſt. *lib. 2. de Incarnat.* & præcipuè D. Bernard. *ſerm. 4. in aſcenſione Domini*, cum ita habet: *Viuemus in vmbra eius inter gentes, non inter Angelos vbi puriſſimus oculus, puriſſimum lumen intuebimur; vnde & virtus Altiſſimi obumbrabit Virginem, ne nimio fulgore perſtricta Diuinitatis, fulgorem etiam illa ſingularis aquila tolerare non poſſit.* Idem repetit Bernard. ſerm. 6. de aſcenſione. *Adumbrauit enim Deus ſuam lucem* [c] *ſua carne, vt temperata luce, & adumbrata ſub eius vmbra viuere poſſemus inter gentes.*

Geneſ. 2. [a] *Qualiter Meſſias ſpiritus oris noſtri.*

[b] *Cuius vmbra, fides Incarnationis.*

Auguſt. Bernard.

Idem. [c] *Adumbrat enim diuinitatis ſplendori caro Chriſti, vt videri poſſit.*

TRACTATVS IX.

De expoſitione Carminum 21. *&* 22. *ſub literis* SIN, *&* THAV. Siue, *De deſolatione inimicorum Iudæ.*

Carmen 21.

SIN. *Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.*

§. I. Ad Literam.

Non de Romanis per ſuum Meſſiam euertendis, vt falsò commentantur Rabbini, ſed de Idumæis, qui ruinam Ieruſalem per Chaldæos læti viderunt, hæc ſunt intelligenda; quos iidem Chaldæi deuaſtarunt, licet non ad internecionem.

Obſcurus eſt locus, nec enim conſtat, contra quos hæc oratio, vel comminatio prophetica ſit; [a] videtur enim eſſe contra eos, contra quos agit Pſalm. 136. ad illa verba: *Memor eſto Domine filiorum Edom in die Ieruſalem, qui dicunt: Exinanite, exinanite, vſque ad fundamenta in ea;* nanque Idumæi propter inueteratum odium, & quaſi cum ſanguine communicatum, quod fuerat inter Iacob, & fratrem eius Eſau, vnde Idumæi orti ſunt, quando viderunt Chaldæos diruentes vrbem Ieruſalem, immemores pietatis, & humanitatis, non modò, non doluerunt, ſed magis excitarunt Chaldæos, vt funditus euerterent reliquias vrbis, quibus Ieremias prædicit ſimilem calamitatem. 82.

[a] *Difficultas loci proponitur.* Pſal. 136.

Suam tamen habet difficultatem hæc expoſitio; nanque veteres, & recentiores Rabbini [b] prophetiam hanc contra Romanos eſſe voluerunt, quos exiſtimant deuaſtandos eſſe per ſuum Meſſiam, quem venturum fabulantur: Ita Rab. Dauid Chimi *ſuper Abdiam, & cap. 34. Iſai.* Rabbi Salom. *ſuper Abdiam, & ſuper hunc locum Threnor.* Quod etiam colligunt ex pluribus locis Thalmuld, aſſerunt enim omnes Ieremiam hoc in loco prædicere euerſionem imperij Romani propter euerſionem templi Hieroſolymitani factam ab Imperatore Tito, & propter Iudæos diſperſos per Orbem, quaſi ſenſus ſit horum verborum: Gaudium illud, & lætitia, quam habuiſtis in vrbem Ieruſalem, atque templi euerſionem, in triſtitiam vobis conuertent ô Romani, quia ſuper vos tranſibit quoque calix diuinæ iræ; ſperant enim falsò Hebræi ex hoc loco, & aliis ſibi venturum Meſſiam, & euerſurum imperium Romanum, quod quandiu ſteterit, ſtabit autem perpetuò, exiſtimant nondum veniſſe Meſſiam, quod ſignum falsò ſperant; eſtque manifeſta [c] hæreſis, contra quam agit Paul. Burgenſ. *addit. ſuper Abdiam Prophetam, & addit. ſuper cap. 34. Iſaiæ, & ſuper 7. cap. Daniel.* latiſſimè Petrus Galat. *lib. 4. de arcanis, cap.* 28. Fundamentum, & radicem [d] huius erroris aperuit optimè D. Hier. *in com. ſuper Iſai. cap.* 5. explicans illa verba Prophetæ, *Onus Dumath. Quoniam*, inquit, *litera* Res, *& litera* Daleth *non multum inter ſe differunt forma, & figura, quidam Hebræorum pro Dumath, legunt Romam, volentes prophetiam eſſe imperium Romanum:* ita D. Hier. *ſuper Iſai. c.* 44 ad ea verba, *Boſra, & Edom.* Sic intelligēdus eſt locus Ioelis in cap. 3. *Ægyptus in deſolationem, & Idumæa in deſertum perditionis:* Pro *Idumæa* legunt *Roma*, cum de facto *Idumæa* legendum ſit. Non eſt igitur cur locum de Roma intelligant ex hoc fundamento, cum *Dumath* Idumæam ſignificet. 83.

[b] *Quem Rabbini de Romanorum euerſione per ſuum Meſſiam exponunt.* Rab. Chimi. Rab. Salom.

Burgenſ. [c] *Sed error eſt, & hæreſis manifeſta,* Galatin. Hieron. [d] *Cuius radicē aſſignat D. Hieron.* Idem.

Iſai. 44. Ioel 3.

Adhuc tamen difficultas eſt, in qua orbis parte ſit hæc Idumæa, quam Ieremias dixit eſſe in terra Hus? [e] Quod vt melius intelligamus, erit videndus 84.

[e] *Agitur difficultas propoſita.*

Adricom.

videndus Chriſtianus Adricom. *in theatro terræ ſanctæ, in tabula Manaſſe, pag. 99. n. 95.* vbi ita habet; *Hus, quæ ab 70. Auſitidis terra vocatur, ſita eſt vltra Iordanem in terra Ciniride, regione media inter Palæſtinam, & Celeſyriam,* quemadmodum tradidit D. Hieron. *in traditionibus Hebraicis in Geneſ. cap. 10. & de locis Hebraicis, lib. 5. & Ierem. cap. 25. & Threnor. cap. 4.* Ioſephus *1. antiq. cap. 14.* nomen autem accepit hæc regio ab Hus filio Aram, filij Sem, filij Noe: hæc autem Regio habet à meridie montem Seir, ſiue Edom, quem coluit Eſau, habet etiam Idumæam, & deſertum Arabiæ; plerunque autem Idumæa, & terra Hus eandem prouinciam ſignificant: tunc autem ea propoſitio, *quæ habitas in terra Hus*, [f] ſignificat idem, quod *ad terram Hus*; ſolet enim ſacra Scriptura interdum præpoſitionem, *in*, pro præpoſitione, *ad*, adhibere, qualis eſt ille locus Geneſ. 1. *faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram*; quem locum Paraphraſis ita tranſtulit, *faciamus hominem in imagine noſtra*; atque ita *habitare in terra Hus*, idem eſt, quod *habitare ad terram Hus*, ſeu Idumæam finitimam regioni Hus: credibile enim eſt filios Eſau deſcendiſſe de monte Seir, & occupaſſe vniuerſam planitiem finitimam, vtámque feciſſe Idumæam cum terra Hus.

Hieron. — Ioſephus. — [f] *Reſolutio*, in terra Hus, *idem eſt, atq;* ad terram Hus. — Geneſ. 1.

85. Eſt igitur in his verbis elegans Ironia permixta cum acerba increpatione, & accuſatione; etenim [g] irridentis eſt hæc oratio, ſeu potius in ea eſt amara quædam conceſſio, qualis eſt illa Eccl. 11. *Lætare iuuenis in adoleſcentia tua.* & illa Amos in cap. 4. *Venite ad Bethel, & impiè agite.* Similia dixit Chriſtus Dominus Ioan. 13. *quod facis, fac citius.* & in Apocal. cap. 22. *qui nocet, noceat adhuc; & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc:* qua de re loquitur Quintilian. *lib. 9. cap. 2.* cum ait, *Ironia eſt*, [h] *cum ſimiles imperantibus, vel permittentibus ſumus.* Sic locuta eſt Dido 4. Æneid. *ſequere Italiam.* Cùm igitur hoc in loco Propheta dixit, *gaude, & lætare*, conceſſio eſt, ſiue Ironia, quæ ſono vocis differt à verbis, atque ita verum ſenſum efficit, éſtque amara conceſſio, quæ habet admixtam duram increpationem, reducitque in memoriam veterem iniuriam, cum Idumæam appellauit filiam Edom.

[g] *Ironica ſententia.* Eccl. 11. Amos 4. Ioann. 13. Apocal. 22. Quintilian. [h] *Quid ſit Ironia.* Virgil.

86. Erit autem pro maiori intelligentia videndus locus Geneſ. *cap. 25.* vbi Moyſes refert eam hiſtoriam, ad quam Ieremias videtur [i] alludere in his verbis: Sic enim habet Moyſes: *Coxit autem Iacob pulmentum, ad quem cum veniſſet Eſau de agro laſſus, ait, Da mihi de coctione tua rufa, quia oppidò maximè laſſus ſum, quam ob cauſam vocatum eſt nomen eius Edom*; accuſat enim in his verbis autorem gentis Idumææ impiæ voluptatis, nihil enim tam pudendum eſt & iniurioſum, quàm propter breuem voluptatem, qualis erat voluptas illius cibi, amittere primogenituram, & ſacerdotium. Id quod doluit, & puduit Lyſimachus rex, quemadmodum pulchrè notauit Plutarch. *in lib. de ſera numinis vindicta*; is enim ſiti coactus, cum Getis corpus, vitéſque tradidiſſet vniuerſas, poſtquam biberat, iam factus mancipium, dixiſſe refertur, *heu mea improbitati, qui ob voluptatem tantillam, breuémque, tanto excidi regno!* Id quod mihi notaſſe videtur Ieremias, cum de Idumæa dixit, *Gaude, & lætare filia Edom*, id eſt, gaude, & lætare Idumæa, quæ genus ducis à pudefacto Eſau, & iniurioſo rubore perfuſo; hoc enim ſignificat *Edom*, in contumeliam, rubrum, ſcilicet, vel contumelioſo rubore perfuſum.

Geneſ. 25. [i] *Alludit hic Propheta ad locum Geneſ. 25.* — Plutarch.

Exiſtimo etiam exprobraſſe Ieremiam in his verbis, poſteris omnibus Eſau, hoc eſt, Idumæis, inſignem crudelitatem, quæ tunc maxima eſſe ſolet, quando verecundia [l] maior in facie apparet, quemadmodum eleganter docuit Seneca in epiſt. 11. *Sunt aliqui*, inquit, *qui nunquam magis, quam cum erubuerint, ſint timendi, quaſi omnem verecundiam effuderint. Sulla*, inquit Seneca, *tunc erat violentiſſimus, cum faciem eius ſanguis inuaſerat.* Id quod etiam de Domitiano notauit Cornel. Tacit. cum ait, *ſæuus ille vultus, & rubor à quo ſe contra pudorem muniebat*: quod repetit Plinius, inquiens, *pallor in corpore, & in ore impudicitia multo rubore perfuſa.* Profectò Ieremias in his verbis tacitè notare videtur extremam impudicitiam in Idumæis, & extremam crudelitatem cum eos vocat filios Edom, quaſi eorum ſequentes ingenium, qui tunc maximè impudentes, & crudeles ſunt, [m] cum rubore perfunduntur, & propterea eos vocat filios pudefacti, ſeu rubore perfuſi. 87.

[l] *Crudeles tunc maximè iraſcuntur, cum verecundantur.* Seneca. Tacitus. Plinius. [m] *Impudentia cum rubore crudeliſſima.*

88. Plus aliquid notare videtur in his verbis, auitum ſcilicet odium, & à maioribus [o] deriuatum in poſteros; hoc autem pernicioſum odium eſſe ſolet, præſertim ſi ſit inter conſanguineos; quod eleganter notauit Ariſtot. lib. 7. Polit. c. 7. *à quibus*, inquit, *homines ſibi beneficium deberi putant, ab his iniuria affici ſe, & gratia fraudari debita vidēt*, Hinc illud, *fratrum graues inimicitiæ*; vnde Poëta Latinus 6. Æneid. huiuſmodi ſcelus graui, & acerbo ſupplicio puniri dixit apud inferos, inquiens:

Hi, quibus inuiſi fratres, dum vita manebat.

Elegantiùs fortaſſe, & accommodatiùs ad noſtrū intentum illud dixerat Horat. *in Epod. ode 7.* inquirens originem, & principium ciuilis diſcordiæ inter Romanos:

Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus
Vnquam, niſi in diſpar feris.
Sic eſt: acerba fata Romanos agunt
Scelúſque fraternæ [o] *necis,*
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

Sic quoque impium, & fraternum odium Eſau in fratrem ſuum Iacob, deriuatum eſt in ſuos poſteros Idumæos; propterea nihil mirum eſt, ſi tam crudeliter egerint contra conſanguineos Hebræos, cum quibus ſumma erat neceſſitudo, ac proinde in miſeris eorum rebus ſumma commiſeratio eſſe debuerat; ea enim lege natura [p] nobis plures dedit fratres, vt plures aduerſis in rebus adiutores haberemus. Quod notauit Plutarch. *in lib. de fraterno amore*, vbi inter cætera ita eleganter dixit: *Atqui exemplum huius fraterni natura non longè à conſpectu remouit, ſed in ipſo corpore pleráque neceſſaria fecit duplicia*, [q] *germana, & gemella, manus, pedes, oculos; eo ſignificans omnia hæc ſalutis, & mutui auxilij, non diſſidij cauſa, & pugnæ ſic eſſe diuiſa; illud autem omnibus eſt manifeſtum, naturam ex vno ſemine, atque principio, duos, tres, aut etiam plures fratres generaſſe, non diſcordiæ, aut repugnantiæ cauſa, ſed vt ſeparati ſe ſe mutuò adiuuarent.* Indignum igitur eſt Gentem Hebræam, Idumæos ſibi inueniſſe hoſtes, quos propter ſanguinis coniunctionem ſperabant adiutores, amicóſque futuros: magiſque indignum, quòd hoc odium diuturnum fuerit, & iam inde à viſceribus maternis deriuatum inter Iacob, & Eſau; iniquum autem eſt diu duraſſe odium non

[o] *Odium in poſteros deriuatum quàm pernicioſum, maximè inter conſanguineos.* Ariſtot. Virgilius. Horat. [o] *Origo ciuilis diſcordiæ inter Romanos, fraternæ necis crimen.* [p] *Cur natura plures dedit fratres.* Plutarch. [q] *Natura nō diſſidij cauſa, ſed mutui auxilij duplicat membra corporis.*

ſolùm inter fratres,& conſangoineos, ſed etiam ioter bomines eiuſdem naturæ. Quod optimè dixit Plutarch.vt omittam alios plures, *in quæſt. Roman.quæſt.* 37.cum petit,cur inter ea, quæ diis conſecrantur, lege permiſſum ſit, vt ſola ſpolia [r] tempore corrumpi patiantur, neque enim licet ea reparare,aut reficere. Cuius cauſam vult eſſe, quia eum tempus ſigna contentionum etiam eum hoſtibus habitarum obſcuret, odioſum eſt, & nimij diſcordiarum ſtudij,ea reficere,atque innouare; nam apud Græcos etiam parum laudis adepti ſunt, qui primi lapidea, aut ærea ſtatuerunt trophæa,volentes diuturna reddere odia. Si igitur nefas eſt inter hoſtes odia reficere, ſi ſacrilegom ioter amicos, nefaudum, & omnino impium erit tandiu conſeruaſſe odia inter [ſ] conſanguineos, & fratres, quandiu ea conſeruarunt poſteri Eſau Idumæi, contra domum Iudæ, & poſteros Iacob. Quæ omnia mihi notaſſe videtur Ieremias, & exprobraſſe Idumæis, cum eos appellauit filios Edom, diceus, *Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus*; ſunt enim frequentes huiuſmodi exprobrationes præſertim bominibus iuſto dolore correptis, qualis planè erat Ieremias hoc in loco contra Idumæos.

Plutarch.

[r] *Inter ea quæ diis ſacrabãtur, ſola ſpolia non reficiebantur, & quare.*

[ſ] *Nefandum in fratres odium.*

89\.

[t] *Magna ſuper Idumæos ventura calamitas.*

Ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, & nudaberis.	Satis emphaticè Ieremias magnitudinem calamitatis futuram Idu-

mæis prædixit, vt qui præ doloris acerbitate in ſua calamitate quaſi ebrij, & vino temulenti per vias vagarentur nudi,quod non niſi vehementer ebriis euenire ſolet,ſicut de Noe dicitur Gen. 9. *Bibenſque vinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo*;quo modo loquendi vtitur plerumque ſacra Scriptura ad ſignificandam magnitudinem calamitatis.Ita loquitur Nahum cap. 10. *& agitatores conſopiti ſunt*: Sic Michæas c.2. *ſtillabo tibi in vinum,& in ebrietatem*,id eſt, prophetabo tibi magna ſupplicia, quæ te,ſcilicet, inebrient, noo aliter, quàm fieri ſolet à vino. Appellat autem ſæpius Scriptura ſacra,diuina ſupplicia calicem Domini,qualis eſt locus in Pſalm.74. *Quia calix in manu Domini vini meri plenus mixto*; calix nanque ſymbolum eſt [u] pœnarum, & ſuppliciorum, ſignificatque eo in loco rex Dauid in manu Domini eſſe calicem ad potionandos impios plenum vini meri non diluti diuina miſericordia. Quod autem addidit,*plenus mixto*, incrementum ſignificat diuinæ iræ, atque diuinorum ſuppliciorum; plenum enim dixit mixtione venenoſa,atque rebus infectis veneno. Sic loquitur Ieremias in cap. 15. *Sume calicem vini furoris huius de manu mea,& propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te.* Similiter Ioannes in ſua reuelat.cap. 14 *hic bibet de vino iræ Domini, quod mixtum eſt mero.* Sic quoque intelligendus eſt locus *Matth.in cap.*20. cum Chriſtus Dominus dixit,*Poteſtis bibere calicem,quem ego bibiturus ſum?* quærens vtrùm Apoſtoli pœnas, & cruciatus pati poſſent,quos ipſe paſſurus erat.

Gen. 9.

Nahum. 1.

Michæas. 2.

Pſalm.74.

[u] *Calix ſymbolum pœnarum & ſuppliciorum.*

Ierem 25.

Apoc. 14.

Matth.20.

90\. Eſt grauius difficultas inter patres, de tempore, [x] quo hæc euenerunt Idumæis: volunt enim plurimi hunc locum non eſſe intelligendum de Idumæis, vt quibus nunquam hæc acciderint. Verùm D.Hieronym.*in comm, ſuper Iſaiam lib.* 5. ad illa verba, *Onus Duma*, de Idumæis locum intelligit, quos Chaldæi deuaſtarunt poſt euerſam Ieroſolymam. Ita etiam voluit Cyrill. Alexand. *ſuper Abdiam*: neque oppoſitum voluit Luiſius Legionenſis *in comm. ſuper Abdiam*: imò verò apertè Abdias illud ſignificauit cum ita dixit: *Nunquid non in illa die dicit Dominus, perdam ſapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Eſau? & timebunt fortes tui à meridie, vt intereat vir de monte Eſau. Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confuſio,& peribis in æternum. In die cum ſtares aduerſus eum, quando capiebant alieni exercitum eius,& extranei ingrediebantur portas eius, & ſuper Hieruſalem mittebant ſortem, tu quoque eras, quaſi vnus ex eis.* Similia prorſus dixit Ezechiel. *cap.* 35. Ierem. *cap.* 25. vbi ſuo ordine deſcribit victorias Nabucbodonozor,inter quas enumerat triumphum de Idumæis. Hoc etiam dixerat Regius vates in Pſalm. 136. *Memor eſto Domine filiorum Edom in die Hieruſalem.* Non eſt igitur dubium [z] deuaſtatos fuiſſe Idumæos à Chaldæis, quamuis verum illud ſit, non ita deuaſtatos eſſe, vt reliquiæ non remanſerint, ac proinde fateor longè maiora vaticinatum fuiſſe Ieremiam in his verbis dicentem:*gaude, & lætare filia Edom*; agit enim etiam contra hoſtes ſanctæ Eccleſiæ, quos Edom appellat; ex occaſione tamen eius calamitatis,& deuaſtationis,quæ euenit Idumæis.

[x] *Dubitatur, quo tempore euerſa eſt Idumæa.*

Hieron.

Cyril.Alex.

Luiz.Legion.

Ezech.35.

Ierem.25.

Pſalm.136.

[z] *Autoris reſponſio.*

Carmen 22.

T H A V. *Si completa eſt iniquitas tua filia Sion, non addet vltra vt tranſmigret te: viſitauit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperuit peccata tua.*

§. II.

Ad Literam.

Cum poſſint hæc & ad 1. & 2. excidium Hieruſalem rectè accommodari, ſi de 1. ſermo ſit, conſolatoria ſunt: ſi de 2. potiùs extremum, & perpetuum exterminium Iudæorum continent.

Antequam verum ſenſum eliciamus ex his verbis, erunt repetenda ea, [a] quæ paulò ſuprà diximus hoc cap. 4. *carm.* 6. cum explicaremus ea verba Ieremiæ, *maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum*; vbi diximus, æquiuocam eſſe vocem, *iniquitas*, & interdum ſignificare reatum culpæ, interdum verò ipſam culpam,frequenter tamen pœnam,& ſupplicium peccatis debitum. 91.

[a] *Recolenda ſunt dicta ſuprà.*

Hac ſuppoſita diſtinctione dubium eſt, in qua ſignificatione locutus fuerit Ieremias hoc in loco,cum completam dixit iniquitatem filiæ Sion, id eſt, gentis Hebrææ. Crediderim iniquitatem [b] completam appellaſſe malitiam, ſiue peccatum eorum, qui Meſſiam ſeruatorem interemerunt, quemadmodum illud peccatum appellauit Daniel *in cap.*9.ſicut bene aduertit Theodoret. *orat.* 9.*in Daniel.* ponderans ea verba Angeli ad Dan. *Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum,& ſuper vrbem tuam, vt conſummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum: Pecca-* 92.

[b] *Iniquitas completa hic, præparatio crucis Chriſti eſt.*

Theodoret.

Daniel 9.

tum, inquit, *conſummatum, & præuaricationem antiquam, & auitam, & ad ſummum productam, vocat crucem, quam auſi ſunt illi contra Dominum præparare.* Similia dixit Chryſoſtom. *orat. 2. aduerſus Iudæos.* Euſeb. Cæſar. *lib. 8. demonſt. Euang.* explicans citata verba Danielis, vbi completam iniquitatem appellat productam ad extremum, ita vt ampliùs nequeat augeri; quale fuit ſcelus occiſi Chriſti ſeruatoris. Sic loquitur Chriſtus Dominus Matth. 23. *implete menſuram patrum veſtrorum.* Sic Paulus 1. *ad Theſſal. cap. 2.* imò verò inter [c] prophanos ita loquitur Seneca Tragic. *in Thieſte*, oſtendens eſſe aliquod peccatum completum, ita vt maius eſſe nequeat, cum ita dixit:

An vltra maius, aut & atrocius
Natura recipit? —— Cui quæſtioni ille reſpondit his verbis,
Sceleris hunc finem putas? gradus eſt.

Chryſoſt. Euſeb. Cæſ.

Matth. 23. 1. Theſſal. 2.

[c] *Iniquitas cõpleta apud prophanos Authores quid.*

Tragicus.

Ex quibus iam colligitur, quòd ſtando in hac ſuppoſitione, & in ea ſignificatione iniquitatis, Ieremiam hoc in loco completam iniquitatem ſignificare voluiſſe propter ſacrilegium Chriſti occiſi, quod eſt grauiſſimum omnium ſcelerum, tranſmigratos fuiſſe Hebræos à patriis ſedibus in perpetuum, ita vt iam non ampliùs extorres fiant. Qualis eſt ille locus 1. *Reg. 26. Nunc ego perfodiã eum lancea in terra ſemel, & ſecũdo opus non erit.* Sic quoque voluit Ieremias cum hoc in loco dixit, *non addet vltra, vt tranſmigret te*, ſcilicet [d] in perpetuum eris exul, non remeabis iterum ad patrias ſedes; quod neceſſariò intelligendum eſt de exilio per Romanos; nanque de eo, quod factum eſt a Chaldæis, poſt 70. annos liberati ſunt Hebræi, quemadmodum optimè argumentatur Paul. Burg. *addit vltima ſuper hoc cap.* 4. Sequendo tamen hanc expoſitionem, non video, quam conuenientiam habeant verba ſequentia prophetæ cum præcedentibus, nec enim aliquod vinculum habent inter ſeſe, quæ Ieremias dixit de Idumæis, *Viſitauit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperuit peccata tua*; nec enim poſt excidium Romanorum Deus viſitauit Idumæos.

1. Reg. 26.

[d] *Senſus literæ germanus.*

Burgenſ.

93. Proinde aduertendum eſt diuinas promiſſiones, & comminationes quaſdam eſſe abſolutas, & [e] quaſdam conditionatas; quæ doctrina colligitur ex D. Hieronymo, & ex Theodoreto *ſuper c. 9. Daniel*, ad ea verba, *oraui Dominum Deum meum, & confeſſus ſum, & dixi.* Vbi Theodoret. pulchrè inquirit, quæ ſit ratio, cur Daniel Deum orauerit pro libertate Iudæorum à captiuitate Babylonica, quam ſciebat futuram poſt 70. annos ex promiſſione facta à Deo Ieremiæ prophetæ? Cui difficultati reſpondet Theodoret. *Etiamſi Deus millies nobis aliquid promiſerit, ſi tamen nos promiſſis eius indignos exhibeamus, effectum beneficentiæ eius* [f] *impediemus.* Timens igitur Daniel ne peccata Iudæorum obſtarent diuinis promiſſionibus, preces apud Deum multiplicauit, ne forte peccata ſuorum efficerent, vt Deus ſuam mutaret promiſſionem de libertate Babylonica. Sic quoque exiſtimo hanc prophetiam eſſe conditionatam, *non addet vltra, vt tranſmigret te*, id eſt, non ampliùs exulabis, ſi tamen non peccaueris: atque ita locus intelligi poteſt de primo excidio per Chaldæos. Erit videndus locus Ionæ de comminatione facta Niniuitis, quæ etiam conditionata fuit, non abſoluta.

[e] *Diuina promiſſiones & comminationes abſolutæ, vel conditionatæ.*

Hieron. Theodoret. Daniel. 9.

[f] *Quandoque impediuntur per peccata noſtra, vel per pœnitentiã.*

94. Hoc igitur ſuppoſito, colligo verum ſenſum horum verborum, *completa eſt iniquitas tua*, accipiendo tamen iniquitatem pro pœna debita peccato, quaſi hæc promiſſio ſit [g] conditionalis, in qua Deus pollicetur Hebræis non vltra eos mittendos in exilium poſt captiuitatem Babylonicam, ſi tamen ſanctè, iuſtéque vixerint; Idumæos autem luituros eſſe pœnam ſuorum peccatorum. Si verò locus intelligatur de ſecundo excidio [h] per Romanos, prophetia eſt abſoluta, qua Ieremias oſtendit adæquatam eſſe pœnam ſceleribus Hebræorum, nec iam amplius eos mittendos eſſe in exilium, quia finita eſt eorum pœna. Deinde conuertitur ad Idumæos dicens: *viſitauit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperuit peccata tua*; ibit in exilium Edom, ſiue Idumæa. Quo pacto loquitur etiam Ieremias *in cap. 49. Ego verò diſcooperui Eſau, reuelaui abſcondita eius.* Idem enim eſt Eſau, & Idumæa, cuius author fuit Eſau; eſtque in his verbis acerba alluſio, vel ad ea verba, quæ in carmine præcedenti relicta ſunt de Idumæa, *inebriaberis, & nudaberis*; hoc enim eſt, *diſcooperui peccata tua*: vel potius ad illa, quæ ſunt *in Pſal. 136.* cum Idumæi dicebant, *Exinanite, exinanite*, loquentes cum Chaldæis in excidio Hieroſolymitano. Quæ verba, Hebraicè legenda ſunt; *nudate, nudate, ita vt appareant extrema fundamenta*, quaſi pro ea impietate ſit in his verbis pœna [i] talionis, cum Ieremias dixit, *filia Edom, diſcooperuit peccata tua.*

[g] *Senſus literæ pro primo excidio, conditionalis,*

[h] *Pro ſecundo abſolutum.*

Ierem. 49.

Pſalm. 136.

Hebr. Text.

[i] *In ſequenti ſententia pœna talionis minatur Idumæis.*

§. III.

Ad Allegoriam.

Veriùs fortaſſe hîc credenda allegoria de ſæculi fine, atque de Hieruſalem cæleſti, & Edom gebenna.

95. POtius tamen exiſtimauerim Ieremiam occaſione vtriuſque populi Hebræi, & Idumæi raptum fuiſſe in cogitationem de extrema cõſummatione orbis, quando iam conſummatis ſuis laboribus ſancta *Sion*, id eſt, collectio ſanctorum triumphabit in cælo, & in inferno *Edom*, ſiue congregatio malorum æterna confuſione detinebitur. Ita Hieron. ad hunc locum, & ſuper Iſaiam c. 40. ad ea verba, *loquimini ad cor Hieruſalem, & aduocate eam, quoniam completa eſt malitia eius, dimiſſa eſt iniquitas illius, ſuſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis.* Suffragatur Rupert. Abb. exiſtimans poſtrema verba, *Viſitauit iniquitatem tuam filia Edom*, eſſe contra hoſtes ſupernæ Hieruſalem damnandos æterno ſupplicio, quos confuſos propter peccata reuelata appellat; hoc enim ſignificat *filia Edom*, cõfuſi propter peccata; nanque felicitas, ſiue gloria, propria eſt ſanctorum hominum poſt labores; confuſio autem æterna propria eſt improborum in extrema calamitate; quorum vtrunque in hoc carmine ſignificauit Ieremias. Erit autem videndus Ioannes *in ſua reuelat. c. 3.* vbi ad inculcandam extremam ignominiam impiorum, ita dixit; *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, vt non appareat confuſio nuditatis tuæ*; ſignificans completa iniquitate, id eſt, redemptas laboribus ſanctas animas æterno æuo fruituras, impias verò in æterna confuſione futuras; reuelatis earum ſceleribus, quod Ieremias in hoc carmine inculcare voluit, cum dixit: *Viſitauit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperuit peccata tua.*

[l] *Allegoria de Sion cæleſti, & Edom gehenna.*

Hieron. Iſai. 40.

Rupert.

Apoc. 3.

CAP. V.

.ORATIO IEREMIÆ PROPHETÆ;

Siue,

CAPVT QVINTVM Threnorum.

RECORDARE Domine quid acciderit nobis: intuere, & reſpice opprobrium noſtrum. Hereditas noſtra verſa eſt ad alienos: domus noſtræ ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſque patre, matres noſtræ quaſi viduæ. Aquam noſtram pecunia bibimus: ligna noſtra pretio comparauimus. Ceruicibus noſtris minabamur, laſſis non dabatur requies. Ægypto dedimus manum, & Aſſyriis vt ſaturaremur pane. Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus. Serui dominati ſunt noſtri, non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus noſtris afferabamus panem nobis, à facie gladij in deſerto. Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt à facie tempeſtatum famis. Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. Principes manu ſuſpenſi ſunt: facies ſenum non erubuerunt. Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt: & pueri in ligno corruerunt. Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro pſallentium. Defecit gaudium cordis noſtri: verſus eſt in luctum chorus noſter. Cecidit corona capitis noſtri: væ nobis, quia peccauimus. Proprerea mœſtum factum eſt cor noſtrum, ideò contenebrati ſunt oculi noſtri. Propter montem Sion quia diſperiit: vulpes ambulauerunt in eo. Tu autem Domine in æternum permanebis, ſolium tuum in generationem & generationem. Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri? derelinques nos in longitudine dierum? Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies noſtros, ſicut à principio. Sed proiiciens repuliſti nos, iratus es contra nos vehementer.

§. Vnicus.

Peroratio eſt in hoc capite præcedentium lamentationum.

1. HAc epigraphe, ſiue inſcriptione notatum legitur quintum Caput Threnorum Ieremiæ in vulgata editione, & apud L X X. Interpretes, cum apud Hebræos nullo titulo notetur, ſed ſola litera *He*, præfixa ſit, quæ numerum quinarium ſignificat: bene autem oratio eſt appellata, quia ſicut eleganter dixit Ariſtot. lib. 3. Rhetor. ad Theodecten. cap. 19. *In fine* [a] *orationis maximè idonea eſt diſſoluta, atque per articulum oratio, vt peroratio, & non oratio ſit; ſunt enim articuli, veluti partes.* Vnde rectè notauit Quintil. lib. 6. orator. inſtit. cap. 1. *Peroratio,* [b] inquit, *cumulus quidem eſt, ſiue concluſio totius operis, quæ poſita eſt vel in rebus, vel in affectibus; eſt enim in peroratione rerum repetitio, & congregatio, quæ Græcè dicitur, Anacephalæoſis, à quibuſdam enumeratio dicitur, quæ memoriam iudicis reficit, & totam ſimul cauſam ponit ante oculos; ea tamen lege* [c] *ſunt enumeranda, quæ dicta fuerunt, vt cum pondere aliquo dicantur, & aptis excitanda ſententiis ſunt, & figuris varianda, alioquin nihil odioſius illa nuda repetitione: valet autem plurimum in peroratione, miſeratio, quæ iudicem flecti cogit, ex iis, quæ patitur is, qui rem perorat, aut ex iis, quæ damnatum manent.* Quibus dixit ſimilia Ariſtot. 3. Rethor. cap. 19. *Perorationis,* inquit, *partes* [d] *ſunt vt poſtquam qualia ſint mala & quanta ſint, patefactum eſt, in affectus impellatur is, quem mouere paras: qualis affectus eſt commiſeratio.* Similia dixit *in lib. Rethor. ad Alex.* & Cicero *in partitionibus lib. 1. prope finem.* Quam legem ſeruauit optimè Ieremias [e] in hac poſtrema parte ſuæ lamentationis, vt qui per capita quædam ante oculos præpoſuerit ferme omnia, quæ in enarratione deplorauerat, repetita tamen ea proponit non ſine decore, & nouis lachrymis, ſicut fieri mandauit Cicero in loco proximè citato, cum ait: *quæ oratio eſt, auditorum miſericordiam captans, peroratio eſt, per quam omnia ante oculos ſingillatim mala ponuntur, vt is, qui audit, videre videatur, & re quoque ipſa adſit, & non verbis ſolùm ad miſericordiam ducatur*; qualis planè eſt hæc peroratio Ieremiæ, cum ad veteres lachrymas nouas addens, ita dixit, proponendo omnia mala ante oculos diuinos, vt ad miſericordiam Deum moueat.

Ariſtot.
[a] *Oratio in fine lamentationis, quaſi peroratio rectè ponitur.*
Quintil.
[b] *Peroratio enim quaſi concluſio eſt totius operis.*
[c] *Non ſine lege tamen, aliàs odioſa erit repetitio.*
Ariſtot.
[d] *Illius partes,*
Cicero.
[e] *Quas impleuit optimè ſanctus Propheta.*
Idem.

TRACTATVS I.

De expoſitione 1. 2. *&* 3. *Carminum.* Siue, *De expoſtulatione Sanctorum cum Deo vindicante.*

Carmen 1.

Recordare Domine, quid acciderit nobis: intuere, & reſpice opprobrium noſtrum.

§. I. Ad Literam.

Sanctus Ieremias modò ad Deum conqueritur humiliter; modò precatur auxilium ſuauiter, modò diuinam prouocat pietatem efficaciter.

EST in his verbis, vt mihi videtur, [a] humilis quædam accuſatio Ieremiæ de diuino Amore 2.

[a] *Prima expoſitio.*

Humiliter accuſat diuinum amorē, qui memorem petit.

Amore non ſeruante veteres amicitiæ leges; eſt enim proprium amoris non deeſſe aduerſis in rebus ſuorum amantium; loquitur enim Ieremias cum Deo more humano, atque de Amore diuino ita agit, quaſi in eum cadere poſſit obliuio, quæ venenum eſt veri amoris; *nanque recordatio*, ſicut dixit Elias Cret. ex Nazianz. *eſt* [b] *quædam quaſi reſumptio, quæ fit cum memoria eſt obliterata per obliuionem, obliuio enim memoriæ amiſſio eſt*; nihil autem prius ſolet nouus amor inducere, [c] quàm obliterationem prioris amoris, quemadmodum pulchrè dixit Poëta 1. *Æneid. de Cupidine, & Didone*, paulatim, inquit, abolere, ſic cum incipit, vt nouum introduceret amorem Æneæ; quod etiam dixit Tibullus *lib. elegiar.* 3. *elegia*. 1. non quòd in Deum, & eius amorem obliuio cadat, ſed ex humano [d] more cum Deo loquitur, vt ſic magis moueat eius commiſerationem: nouerat hæc D. Hieronym. ad hunc locum.

[b] *Recordatio quid.*
[c] *Obliteratur amor antiquus nouo.* Virgilius.
Tibullus.
[d] *Humano more cū Deo loquitur Propheta.* Hieron.

3. Niſi magis placeat, [e] recordari idem eſſe, quod auxiliari; ſic enim plerunque loquitur ſacra Scriptura, imò & Homer. *lib. 4. elegiar. eleg.* 18. & 24. cum ait, *nunc autem recordemur cœnæ*, id eſt cœnemus; *recordemur pugnæ*, id eſt, pugnemus. Sic quoque ſacra Scriptura vtitur nomine recordationis, pro præſtolatione auxilij; eſt enim Dei recordatio hominum remedium: ita loquitur ſacra Scriptura *Geneſ.* 8 vbi dicitur, *recordatus eſt Dominus Noe*, ad ſignificandum ceſſare feciſſe diluuij aquas: quandiu enim non ſubueniebat, immemor videbatur Deus Noe, quemadmodum pulchrè dixit Chryſoſt. *hom. 26. ſuper Geneſ.* & Theodoret. *q. 52. ſuper Geneſ.* cum ait: *Non priſtinam obliuionem deſignat recordatus, vel, recordari, ſed maximam Dei humanitatem denotat, quod ſummo erga Noe amore ſufferit immenſam illam, & infinitam aquarum copiam exhauriri.* Sic quoque *Geneſ.* 30. dicitur Deus Rachelis recordatus, quod ei filium dederit. Denique frequentiſſima eſt ea locutio in ſacra Scriptura, [f] qua ſolet recordationem pro auxilij præſtatione ponere, & obliuionem pro ceſſatione ab ope: quo pacto eſt intelligendus hoc in loco Ieremias.

[e] *Tertia expoſitio. Recordari, id eſt, auxiliari.*
Geneſ. 8.
Chryſoſt.
Theodor.
Gen. 30.
[f] *Secundùm frequentiſſimam Scripturæ phraſim.*

4. *Intuere & reſpice opprobrium noſtrum.* Similis locutio eſt in his verbis; neque enim Deo aliquid occultum eſt, ſed omnia aperta, & præſentia, quod Ieremias dixit in cap. 23. *putas ne Deus è longinquo ego ſum, dicit Dominus?* Sicut enim conſtat ex ſequentibus, oſtendere voluit Deum præſentem eſſe rebus omnibus. Proponit igitur Ieremias præſentia omnia mala, quæ populus patiebatur, vt ſic magis [g] commiſerationem diuinam moueat, reduxitque ea omnia ad opprobria, & calumnias, quia nihil tam excruciat ingenuum hominem inter calamitates, quàm opprobrium, quemadmodum proſequitur Chryſoſtom. *homil 32. in 1. ad Corinth. & hom. 12. ſuper 2. ad Corinth. & hom. 1. de fide Annæ matris Samuelis, tom.* 1. & Auguſt. *epiſt.* 137. Eſt autem illud notandum in hoc primo verſu, ad duo quaſi [h] capita reuocaſſe Ieremiam in eo vniuerſam ſuam perorationem, ad Deum, ſcilicet, deſerentem Gentem Hebræam; & ad homines eandem gentem opprobriis inſequentes; inde enim omnia mala deriuata ſunt, in eos quippe, quos Deus relinquit, conſpiraſſe videntur homines.

Ierem. 23.
[g] *Vt diuinam prouocet pietatem Propheta.*
Chryſoſt.
Aug.
[h] *Ad duo capita hanc perorationem reuocat.*

Carmen 2.

Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos; domus noſtra ad extraneos.

§. II.

Ad Literam.

Deus qui dona ſua etiam cum miraculis conſeruat, eadem in exteros quoque diſpergit ob ingratitudinem poſſidentium; quod ſicut grandis iræ Dei ſignum, ita ſi humiliter proponatur, efficaciſſimum eſt ad conciliandam pietatem remedium.

5. IN hoc carmine [i] artificioſè videtur agere Ieremias cum diuina prouidentia, quærens, & indagans cauſam, & rationem cur Deus Palæſtinam, quam genti dederat Hebrææ, transtulerit ad Chaldæos, cùm prouidentiæ diuinæ propriū ſit ea bona conſeruare, quæ dederat, quemadmodum dixerat Clem. Alex. lib. 3. pædag. c. 12. *bonorum*, inquit, *donator eſt Deus, & conſeruator*; quod ſignificare voluit regius vates *in Pſalm.* 2. cum coniuratis regibus omnibus, atque tyrannis in ſuum regnum, ſeu potiùs in Eccleſiam Meſſiæ Seruatoris, dixit: *Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius*, id eſt, fremant licet tyranni omnes, & coniurati veniant aduersùs meum imperium; nunquam tamen illud euertent: quod enim imperium Deus dedit, illud conſeruabit. Similiter *in Pſ.* 4. in quo agit de rebellione Abſalonis in paternum regnum cum dixit, *Scitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum*: quæ verba ita ex Hebræo vertenda ſunt, *ſcitote quoniam mirum reddet Deus beneficiarium ſuum*, id eſt, regnum quod habeo, diuino beneficio illud accepi, proinde non timeo Abſalonem, atque omnes, qui coniurarunt in meam ſalutem, & regnum, neque eorum vires; ſi enim oportuerit, miracula faciet diuina prouidentia, vt regnum, quod dederat, conſeruet. Vnde Adrianus Imperator in nummis effingi iuſſit Iouis aquilam ei tradentem ſceptrum imperij, vt æternitatem imperij ſignificaret, quod à Deo acceperat. In quam ſententiam videndus erit D. Auguſt. *ſuper Pſ.* 38. ad ea verba, *obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti, amoue à me plagas tuas*; *feciſti*, inquit Auguſt. *me, quaſi opus tuum me conſeruare* [l] *teneris.* Vnde veteres Patres Noe, Abraham, & Iſaac, imò & ipſe Iacobus bona vniuerſa ſua ſuis poſteris reliquerunt ſub diuina benedictione; ſic enim vinculo perpetuitatis ea copulata eſſe exiſtimarunt, quia ſub diuina benedictione relicta ſunt, & proinde perpetuò conſeruanda.

[i] *Prima pars perorationis iſtius, cur Palæſtinam Deus tranſtulerit ad Chaldæos.*
Clem. Alex.
Pſal. 2.
Pſalm. 4.
Pſal. 38.
Auguſt.
[l] *Proprium Dei conſeruare dona ſua.*

6. Nec erit relinquenda hoc loco oratio, quam habuiſſe fertur Iacob *Geneſ.* 32. ad Deum, quando opulentus redibat de Meſopotamia timens fratrem ſuum ei occurrentem in via, dixitque Iacob; *Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Iſaac, Domine, qui dixiſti mihi: Reuertere in terram,*

Geneſ. 32.

terram, & in locum natiuitatis tuæ, & benedicam tibi, in baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & nunc cum duabus turmis regredior, erue me de manu fratris mei Eſau. Cuius orationis eſt hæc vis, & virtus, quaſi ita dixerit Iacob: [m] vniuerſa, quæ in patriam defero, tuo beneficio comparata ſunt, etenim non maiori peculio tranſiui Iordanem, quàm in baculo meo pauper, & indigus omnium rerum, proinde tuum eſt ea conſeruare, quæ tu dediſti, cum omnia tua potius ſint, quàm mea.

[m] *Oratio aptiſſima ad obtinendum auxilii Dei pro conſeruatione domorū ipſius.*

7\. Iam igitur apparet, quàm artificioſa ſit hæc oratio Ieremiæ, *hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos, domus noſtra ad extraneos*; ſicut enim patet *Gen.* 12. cum dictum eſt Abrahæ, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monſtrauero tibi, faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi*, idem quod pollicitus fuerat Iacob, quando ei dormienti apparuit in Luſa Geneſ. 28. *Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac, terram, in qua dormis, tibi dabo, & ſemini tuo.* Dolet igitur Ieremias vniuerſam terram ſanctam, quam promiſerat Deus ſuis maioribus, & diuino beneficio poſſederant tandiu, translatam fuiſſe ad Chaldæos, cum Deus de more ſuo ſoleat ea conſeruare, quæ dederat. Appellat autem Chaldæos alienos, vt magis amplificet dolorem, & prouocet miſerationem diuinam ex indignitate eorum, quibus data eſt terra ſancta; erant enim Chaldæi idololatræ, [n] & impij, quales vocare ſolet ſcriptura alienos, ſicut patet ad Coloſſenſ. 1. *& vos cum eſſetis aliquando alieni, & inimici, nunc reconciliauit vos.* Et ad Epheſ. 2. *Eratis ſine Chriſto alienati à conuerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes*: quam loquendi formam explicauit Paraph. Chaldaica, quæ ita legit: *hæreditas noſtra verſa eſt ad prophanos*; namque prophani alieni ſunt à religione, & pietate Dei, ſeu à fano.

Gen. 12.

Gen. 28.

[n] *Idololatræ alieni dicuntur, & quare.*

Coloſſenſ. 1.

Epheſ. 2.

8\. *Domus noſtra ad extraneos.* } Pars altera eſt huius ſecundi carminis, in qua magis amplificat Ieremias miſerum ſtatum ſuæ gentis, à qua erepta eſt Palæſtina vniuerſa, atque etiam patrimonium cuiuſque familiæ; namque inter alias ſignificationes, quas *domus* habet in ſacra Scriptura, atque etiam apud probatos Autores, ſignificat etiam non ſolùm artificiatam domum, [o] ſed familiam & gentem, vnde *domus Iacob* gentem Hebræam ſignificat *in Pſalm.* 113. *In exitu Iſrael de Ægypto: domus Iacob de populo barbaro*: ſic etiam apud Poetam 9. *Æneid.* dicitur,

Dum domus Æneæ capitolij immobile ſaxum,

id eſt, gens Romana. Similiter 3. *Æneid.* & Seneca *in* Hippolyto, *regiæ proles domus*, id eſt, ex familia regia; præcipuè tamen *domus* ſignificat aurum [p] patrimonium, quo nobilitas conſeruatur; ſolent autem huiuſmodi bona apud noſtros Luſitanos vocari, *Solar.* Ita loquitur Ieremias in cap. 6. *& tranſibunt domus eorum ad alienos agros, & vxores pariter*, id eſt, patrimonium cuiuſque familiæ. Sic intelligendus eſt locus *Exod. cap.* 1. cum de obſtetricibus dicitur, *& timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit illis domos*, quemadmodum Auguſt. velle videtur *lib.* 2. *locution. in Exod.* per *domos* diuitias intelligens, quemadmodum etiam eleganter dicit noſter Oleaſter ex ſententia Hebræorum.

[o] *Plerunque nomine domus, familia intelligitur in Scriptura.*

Pſalm. 113.

Virgilius.

Tragicus.

[p] *Præcipuè verò aurum patrimoniū.*

Ierem. 6.

Exod. 1.

Auguſt.

Oleaſter.

9\. Quæ expoſitio verior apparebit ſi in memoriam repetamus nobilitatem apud pleroſque eſſe virtutem cum auita opulentia coniunctam; quemadmodum dixit Ariſtotel. 4. Politic. 8. *Nobilitas*, inquit, *eſt vetus opulentia, & virtus*: quod magis declarat 5. Polit. 1. *Nobiles exiſtimantur, quibus adeſt progenitorum virtus*, [q] *& opulentia*; & latiùs *in lib. de nobilitate*, qui non extat, eum tamen refert Stobæus in lib. ſentent. cap. 86. *Qui ab antiquis diuitibus, aut antiquis bonis ſunt geniti, nobiles dicebantur.* Vnde nobilitas quaſi partem adiunctam habet opulentiam ad ſui conſeruationem neceſſariam: nihil igitur miſerius eſt quàm domos tranſlatas eſſe ad extraneos, quemadmodum doluit Naboth. *lib.* 3. *Reg. cap.* 21. cùm ad Regem Acab dixit, *Non mihi fiat hoc à Domino meo, vt dem tibi hæreditatem patrum meorum.* Videndus erit Philo *in lib. de execrationib.* cum hoc ipſum, quod dolet Ieremias, domos, ſcilicet, Hebræorum veniſſe ad extraneos, doluit; ſic enim habet Philo, *Videbunt in ædificiorum, & plantationum, ac poſſeſſionum partarum ſuis laboribus hæreditatem ſuccedere gentes hoſtiles in aliena inuaſuras prædia, & apparatu alieno fruituras*; quod etiam dolet Poeta in Tytiro cum dixit,

Impius hæc tam culta noualia miles habebit
Barbarus has ſegetes?

Iam igitur patet, quid voluerit ſignificare Ieremias, cum dixit, *domus noſtra ad extraneos*; [r] deplorat enim vniuerſam Palæſtinam traditam Chaldæis, & patrimonia cuiuſque familiæ poſſideri à barbaris hoſtibus.

Ariſtotel.

[q] *In quo nobilitas apud veteres, ſi virtus adſit.*

Stobæus.

3. Reg. 21.

Philo.

Virgilius.

[r] *Senſus literæ.*

Carmen 3.

Pupilli facti ſumus abſque patre: matres noſtræ quaſi viduæ.

§. III.

Ad Literam.

Rem ſanè diuina miſeratione dignam obijcit propheta orbitatem, & viduitatem gentis Hebrææ deſtitutæ præſidio Regum, & Principum; & quod magis eſt, per receſſum à Deo ſine viro, & Patre in deſolatione viuentis.

10\. Obijcit ante diuinam prouidentiam rem omnino commiſeratione [s] dignam, orbitatem, ſcilicet, viduarum, & pupillorum, qui propter indigentiam rerum omnium Deo prouiſori relicti ſunt conſeruandi; ſicut enim dixit Philo in lib. de victimas offerentibus, *Deus pupillorum, ac viduarum tutelam profitetur, quia hæ maritis, illi parentibus orbati ſunt*, quibus humana ope deſtitutis, nullum prætерea relinquitur auxilium, ideo maxima in diuino ſpes ſupereſt, quia propitium Numen non auerſatur huius generis patrocinium: ſic enim de diuina prouidentia dixit regius vates in Pſalm. 9. *Tibi derelictus eſt pauper, pupillo tu eris adiutor.* Vidua enim & pupillus omnium iniuriis expoſiti, ab omnibus deſtituti proinde tuæ fidei, [t] & tutelæ relicti ſunt conſeruandi. Erit videndus Tertullian. *lib.* 1. *ad vxorem cap.* 8. vbi de protectione Dei in pupillos, & viduas ita dixit: *Iuſtè facite vidua, & pupillo, venite, & diſputemus dicit Dominus; duo iſta nomina, in*

[s] *Res omnino commiſeratione digna orbitas pupilli & viduæ.*

Philo.

Pſalm. 9.

[t] *Soli fidei diuinæ commiſſa.*

Tertullian.

quantum

quantum deſpectui humano, in tantum diuina miſericordia expoſita, ſuſcipit tueri Pater omnium. Quibus ſunt ſimilia, quæ dixit Hieron. *in epiſt. ad Gerontiam: vera,* inquit, *vidua* [a] *ſunt, quæ omni ſuorum auxilio deſtitutæ ſunt, quas paupertas debilitat, & ætas conficit, quibus Deus ſpes eſt, & omne opus oratio.* Ex quibus conſtat, quàm vehementer agat Ieremias cum diuina prouidentia, vt curam, & protectionem habeat gentis Hebrææ, [z] quam viduam, quam vt pupillum miſerum repræſentat ante oculos diuinæ miſericordiæ, cuius proprium eſt protegere, defendere, & conſeruare viduas, & popillos, qui eius ſoli curæ, & protectioni relicti ſunt. Appellat autem gentem Hebræam pupillum propter Ioſiam mortuum, vel propter in ſeruitutem redactum Sedeciam Regem; reges enim in vnoquoque regno vicem parentis ſubeunt, vnde patriæ parentes communiter appellantur, quemadmodum dixit Seneca *in lib. de clementia.* Vbi patrem [x] patriæ eum ſolum Principem appellat, qui cognouit ſibi à Deo poteſtatem datam temperatiſſimam in patriam, veluti parentis in liberos, quorum publicam vtilitatem priuatæ, ac propriæ anteponit. Proſequitur hoc Xenophon, vbi præcipit, vt princeps exiſtimet rempublicam ſuam propriam eſſe domum; incolas [a] propinquos, ac filios, quos omni officio ſibi deuinciri ſtudeat: vnde Homerus Regem appellat, populorum paſtorem. Erit videndus Plato *dialog.* 16. *de republica*, cum diſputat de regno, & *lib.* 7. qui *Minos* inſcribitur. Ariſtot. 8. *Ethicor. cap.* 11. Philo *in lib. de agricultura*, & *in lib. de vita Moyſis.* Ex quibus efficitur, quod cùm Ieremias dixit, *Pupilli facti ſumus abſque patre, matres noſtræ quaſi viduæ.* [b] deploret orbitatem gentis Hebrææ ſine præſidio, & patrocinio regum, & imploret diuinam commiſerationem debitam pupillis, & viduis.

Hieronym. [a] *Vera vidua quæ?*

[z] *Gens Hebræa pupilla & vidua.*

[x] *Rex regni parens, ſi temperans.* Seneca.

Xenoph. [a] *Incolæ regni filij & propinqui.* Homerus. Plato. Ariſtot. Philo.

[b] *Senſus literæ.*

11. Par. Chald. Paraphraſis Chaldaica manifeſtè oſtendit, particulam, *quaſi*, non eſſe veritatis, ſed aſſimilationis: ſic enim legit, *Aſſimilati ſumus pupillis patre carentibus, matres noſtræ quaſi viduæ, quarum viri ierunt ad ciuitates maritimas.* Vnde alius elicitur ſenſus [c] huius loci, quaſi loquatur Ieremias de gente Hebræa à Deo deſerta, tanquam à parente, & coniuge, vt ſit ſenſus. Deſeruit nos Deus, & relicti ſumus quaſi viduæ, cum tamen superſit adhuc viuus, & incolumis Deus, qui loco mariti eſſe ſolebat genti Hebrææ: qualis eſt locus Oſeæ *in cap.* 14. cum diuinum oraculum ita dixit, *quia eius, qui in te eſt, miſereberis pupilli*, id eſt, curam habebis eius gentis, quæ per te facta eſt, quaſi pupillus, ſicut eleganter dixit Philo *in lib. de magiſtratu*, Moyſes ait, Deum vniuerſi rectorem, cui gens Hebræa ſe totam dicauit, eius orbitatem, & ſolitudinem commiſereri; conſtat enim ex Exod. *cap.* 4. Gentem Hebræam fuiſſe appellatam primogenitum, quemadmodum bene aduertit Hieronym. & Cyrillus Alexand. *in Comment. ſuper Oſeam cap.* 14. Gentem igitur Hebræam variis, & extremis calamitatibus agitatam, relictam [d] à Deo quaſi viduam, & pupillum propter ſua ſcelera dolet Ieremias implorans diuinam miſericordiam in eam.

[c] *Alter ſenſus ſecundum phraſim Chaldaicam.*

Oſeæ. 14.

Philo.

Hieron. Cyril. Alex.

[d] *Quaſi eſſet relicta à Deo gens Hebræa.*

***

TRACTATVS II.

De expoſitione 4. 5. & 6. Carminum, Siue, de vita in ſupplicium.

Carmen 4.

Aquam noſtram pecunia bibimus: ligna noſtra pretio comparauimus.

§. I.

Ad Literam, & Mores.

Timent ſapientes malè vti & aquæ potu, ne iuſto Dei iudicio illis conuertatur in ſupplicium creatura Dei, quâ ſicut ferè ſemper abuſi ſunt Hebræi, ita in iuſtiſſimam vindictam communibus creaturarum vſibus deſtituuntur.

CRESCIT oratio de more rem perorantis; poſtquam enim dixit Hebræam gentem patria, priuatiſque, & publicis rebus ſpoliatam eſſe, in hoc carmine, & in ſequenti deplorat ſibi, & ſuis hominibus ſolam vitam [a] relictam fuiſſe in ſupplicium, vt quibus non liceat liberè communibus elementis vti, quæ Deus libera reliquit ad humanos vſus, & ad vitam communem ſuſtentandam; hoc enim ſignificant ea verba quadam ex parte, cum de duobus elementis dixit, *aquam noſtram pecunia bibimus, ligna noſtra pretio comparauimus* id quod, de aqua, & de igne dictum eſt, quod Hieronym. velle videtur, *Duo*, inquit, *elementa ſunt, in quibus maximè nutritur vita humana, & quorum vſus omnibus communis eſt*, quæ ſibi dixit [b] erepta eſſe propter captiuitatem; ignem autem, & aquam pernecessariam eſſe ad vitam ſuſtentandam proſequitur Plutarch. in eo libro, cui titulum fecit, *Aqua ne, an ignis ſit vtilior*, de quibus dixit Pindar. in initio olympiorum, aquam eſſe rerum omnium optimam, aurum verò eſſe flagrantem ignem; vtrunque igitur neceſſarium ad vitam agendam, vtrunque Deus Optimus Maximus liberum relinquit in omnium communes vſus. Quæ igitur duæ res pernecessariæ erant ad vitam agendam, hæ ambę non niſi pretio concedebantur miſeris exulibus, & ſumma inopia laborantibus; nec enim aquam de publico fonte bibebant, niſi pecunia partam; neque ligna de publica ſylua poterant deferre ad præparandum, ſi quid in cibum habebant, niſi ea argento redimerent. Id quod eueniſſe [c] Hebræis in Babylonia dixit Rabbi Salom. explicans hunc locum Ieremiæ. 12.

[a] *Quibus vita ſupplicium.*

Hieron.

[b] *Iis nimirò, quibus ignis, & aqua interdicitur.* Plutarch. Pindar.

[c] *Quod euenit Hebræis in Babylonia.* Rab. Salom.

Ex hoc autem carmine colligitur iuſtiſſimam hanc eſſe pœnam illatam Hebræis, vt in ſupplicium illis fierent ea, per quæ in Deum peccauerant; iuſtiſſimo enim iudicio ſuo ſolet Deus peccata hominum in eorum ſupplicium, & pœnam 13.

[Guarricus.] adhibere; quod eleganter dixit Guarricus Abbas in ſerm. omnium Sanctorum: *Iam nunc quoque vindicat diuina iuſtitia in peccatores, res ipſas, quas amant*, [d] *conuertens in tormenta, & vitia faciens eſſe ſupplicia.* Quod proſequitor D. Auguſt. *Pſal.* 56. Chryſoſt. *in hom. de Beato Philigonio.* Auguſt. etiam *de verbis Domini ſerm.* 17. vnde Dauid, aquam deſiderauerat de ciſterna Bethlehem, libauit eam Domino, ne ei fieret in ſupplicium; ſolent enim ſancti homines conuertere in pœnam ea, quibus delectati ſunt, ne forte in ſupplicium conuertantur à Deo, ſicut admonuit Paulus ad Rom. 6. *Vt arma peccati conuertamus in arma iuſtitia.* Erit videndus etiam Auguſt. *in lib. de virginit. cap.* 36. Conſtat autem ſicut Ieremias docuit *cap.* 7. Gentem Hebræam per hæc duo [e] elementa in Deum grauiſſimè peccaſſe. Sic enim ille dixit: *filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cœli, & libent dijs alienis, & me ad iracundiam prouocent.* Iuſtiſſimo igitur Dei iudicio factum eſt, vt aquam Hebræi de publico fonte non niſi pecunia biberent; neque communi igne vterentur, niſi pretio perſoluto, vt eiſdem rebus, per quas peccauerant, punirentur à Deo.

[d Conuertit diuina iuſtitia in pœnam inſtrumenta. August. Chryſoſt.]

[Rom. 6.]

[Ierem. 7. e Per quæ Deum maximè offenderant.]

Carmen 5.

Ceruicibus noſtris minabamur, laſſis non dabatur requies.

§. II.

Ad Literam, & Mores.

Non ſatis habet feritas dominorum crudelium opprimere hominem ſeruitute brutorum, niſi & ipſorum brutorum vſus & iura deneget, nullam miſeris ſeruis laborum viciſſitudines concedens.

14. PArs altera hæc eſt præcedentis ſententiæ, in qua meo iudicio Propbeta ſignificare voluit, neque terra, neque aëre Hebræos vti potuiſſe inter Chaldæos, niſi extrema, [f] & infami ſeruitute illud comparaſſent; etenim nec reſpirare poterant communi aëre, nec in terra viuere, niſi eandem, quaſi bruta animantia araſſent, *minare* enim *ceruicibus* aliquem, eſt eum deducere quaſi animal ad aliud coniunctum, ſicut fieri ſolet in bobus ad arandum; duriúſque aliquid eueniſſe docet Ieremias Hebræis, quibus nulla à duro labore ceſſatio dabatnr, qualis dari ſolet vel miſeris animantibus. Semper autem ignominioſum fuit liberis hominibus ingenuis, collum ſubdere iugo victrici, quemadmodum inter alios eleganter dixit Seneca in Troade, vbi loquens Andromacha cum ſuo Aſtianate, ita ait,

[f Infamis ſeruitus Hebræorũ apud Chaldæos.]

[Tragicus.] *Famulare collo nobili, habeat iugum.*

[Cicero.] Ita loquitur Cicero de natura Deorum: *Itaque impoſuiſtis ceruicibus noſtris ſempiternum dominium.* Verùm illud acerbius eſt, quod Ieremias dixit hoc in loco euenisse Hebræis, quibus impoſitum eſt iugum [g] more brutorum, non hominum. Explicat autem hanc ſeruitutem Rab. Salom. & Rab. Ioſeph ad hunc modum: *ſupra ceruicem noſtram perſecutionem patimur*, id eſt, iugo duriſſimæ ſeruitutis laboramus ad congregandum cibum, & diuitias; ſed nihil nobis in manibus relinquitur de laboribus noſtris, omnia, per exactiones, & varias tributorum, & vectigalium inuentiones rapiunt, & auferunt inimici; cuius ſeruitutis liberationem Deus pollicetur Iſai. in cap. 14. *Et erit in die illa, cum dederit requiem tibi Deus à labore tuo, & à concuſſione tua, & ſeruitute dura, qua ante ſeruiſti. Sumes parabolam iſtam contra regem Babylonis, & dices, quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum, contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium cædentem, populos in indignatione plaga inſanabili ſubijcientem, in furore gentes perſequentem crudeliter.* [Iſai. 44.]

[g Quippe iugum more brutorũ portabant. Rab. Salom. Rab. Ioſeph.]

Carmen 6.

Ægypto dedimus manus, & Aſſyriis, vt ſaturaremur pane.

§. III.

Ad Literam, & Mores.

Docet hic locus, eum qui auxilium, non à Deo, ſed ab hoſte requirit, miſeriorem ſibi comparare ſuis manibus ſeruitutem, quàm fugiat.

PEndet vera intelligentia huius loci ex ſignificatione illius modi loquendi, [h] *dedimus manum*; neque enim ita certum eſt, quid Ieremias ſignificare voluerit per manus dare Ægypto. In primis enim *manus dare*, ſignum eſt obedientiæ, [i] & fidelitatis, quæ Principibus exhibetur, quo pacto 1. *Paralip. c.* 29 quando Salomon in Regem vnctus eſt, vniuerſi Principes, & potentes, imò & cuncti filij Regis Dauid dederunt manus Salomoni, atque ei ſubiecti ſunt; quo pacto ſi loquatur Propheta hoc in loco, duram conditionem oſtendit ſeruiendi Hebræorum Ægyptiis, & Aſſyriis pro frumento in ſumma rerum egeſtate; nihil enim euenire potuit grauius miſeris, quam Barbaris ſeruire propter egeſtatem. 15.

[h Dare manum, quid ſignificet.]

[1. Paral. 29. i Quandoque obedientiam, & ſubiectionem.]

Magis placet vt, *manus dare*, ſit idem, quod conuenire, atque etiam fœdus, [l] & amicitiam inire. Ita loquitur ſacra Scriptura 1. Eſdræ c. 10. *Dederunt manus ſuas, vt eiicerent alienigenas*, id eſt, conuenerunt. Quam locutionem explicauit optimè locus Exod. in cap. 23. *non iunges manum tuam cum impio*, id eſt, non conuenies cum impio: quo pacto intelligendus eſt locus Ezech. in cap. 17. *Et ecce dedit manum ſuam.* Vnde Iuſtin. Hiſtoricus dixit, Darium morientem porrecta manu expiraſſe, quam vnicum pignus fidei regiæ Alexandro dare dixit: vnde manum dare, idem eſt, quod fœdus inire; quemadmodum aduertit Rab. Abraham, in qua ſignificatione ſi Ieremias accipiat *manum dare*, idem eſt, quod pacem, & amicitiam contrahere cum Idololatris, contra fas, & iura diuina, idque propter panem. 16.

[l Aptius tamen hic, fœderis pactionem. 1. Eſdr. 10. Exod. 23. Ezech. 17. Iuſtinus.]

Verùm D. Hieron. ad rem magis locutos videtur, cum extendere manus hoc in loco dixit nihil eſſe quàm in auxilium, & remedium [m] ſupplices tendere manus ad Aſſyrios, & Ægyptios, petita metaphora ab homine cadente, atque alteri manum 17.

[Hieron. m Seu remedij ſupplicẽ implorationem ab hoſtibus.]

Rab. Salom. Brixian. manum porrigente, vt ſubleuet eadentem. Ita præter Hieronym. voluit Rabbi Salom. & eleganter Brixian. vbi aduertit amplificando miſerum ſtatum Hebræotum Ieremiam dixiſſe, *Ægypto dedimus manum, & Aſſyriis, vt ſaturaremur pane*, nihil enim infelicius [n] eſt, quàm cogente neceſſitate, ſupplicem ante hoſtium pedes iacuiſſe, quos aliquando ſuperaueris.

[n] *Quo nihil infelicius.*

TRACTATVS III.

De expoſitione 7. 8. 9. & 10. carminum. Siue, *De iniuſta querimonia malorum filiorum, dum ſuper eos venit ira Dei.*

Carmen 7.

Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus.

§. I. Ad Literam.

Ingenium peruerſæ ſobolis filiorum, vt ſuam probent innocentiam in parentum culpam ſuórum malorum cauſam reiicit.

18. PERSONAM agit Ieremias [a] in hoc carmine, popularium ſuorum Hebræorum, ſicut ſæpe feciſſe legitur in Threnis, & in ſua prophetia; deſumpta autem eſt hæc ſententia ex prouerbiali ſermone, petito principio à diuino oraculo Ezechielis *cap.* 18. vbi dicitur, *Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt*; cuius prouerbij occaſio fuit, ſicut notauit Rab. Dauid, id quod veteres prophetæ dixerunt, Iudam euertendam eſſe propter peccatum Manaſſes, ſicut Iſrael propter peccatum Ieroboam; vnde illi inferebant maiores ſuos idololatrando peccaſſe, poſteros verò pœnas luere idololatriæ ſuorum maiorum, non quòd ipſi non peccauerint; ſed quòd peccauerint ad exemplum maiorum, in quos iuſtiùs fuerat infligenda pœna, vtpote in autores impietatis. Ex quo loco illud colligitur, ingenium [b] peccantium eſſe ſuam in alios culpam reiicere, & plerunque in ipſum Deum, vt innocentes appareant; quod apertè hoc in loco factum eſſe videtur, iniuſtitiæ enim Deum accuſant, quòd innocentes puniat, vt ſuam ipſorum impietatem occultent. Sic Adamus ſuam culpam excuſauit cum dixit, *mulier quam dediſti mihi, dedit*; dum enim accuſare nititur culpam vxoris, Deum accuſat; id quod eleganter notauit Auguſt. *Pſal.* 58. ad illa verba, *non miſerearis omnium, qui operantur iniquitatem. Dicunt*, ait Auguſt. *peccatores, quid vis faciam fato meo? Iam quæris, quid ſit fatum, recurrunt ad ſtellas. Quæris, quis fecerit, & ordinauerit ſtellas? Deus eſt: ergo ad hoc, peccatum tuum defendis, vt Deum accuſes; ideo excuſatur reus, vt culpetur iudex.* Erit videndus Ambroſ. *lib.* 10. *ſuper* Luc. *cap.* 23. vbi poſtquam retulit plures excuſationes, quas potuiſſet afferre D. Petrus in ſui ſceleris defectionem, ita grauiter dixit Ambroſ. *Maluit Petrus ſuum* [c] *accuſare peccatum, vt iuſtificaretur fatendo, quàm grauaretur negando.* De more igitur, & ingenio peccantium Hebræi hoc in loco, dum, ſuum peccatum excuſare contendunt, Deum accuſant, & magis aggrauant peccatum.

[a] *Agit Ieremias perſonã ſuorum popularium.* Ezech. 18. [b] *Ingenium peccantium.* Pſal. 58. Auguſt. Ambr. [c] *Quàm diuersè agant verè pœnitentes.*

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

§. II. Ad Literam.

Qualiter Deus iniquitates Patrum in filiis punire dicatur & ſoleat.

HIc autem neceſſariò dicendum, quo pacto intelligendum ſit, id quod ſæpiùs in ſacra Scriptura habetur, Deum, ſcilicet, ſolitum eſſe ſcelera parentum [d] in poſteros punire, ſicut apertè dicitur Exod. 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me*, & cap. 34. *Dominator Domine Deus, miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis, qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam & quartam generationem.* Ita loquitur Ieremias *cap.* 32. Ad quam difficultatem reſpondit Auguſt. illud intelligendum eſſe de pœnis [e] peccatorum, non verò de culpa. Auguſtinum ſequitur ſchola Theologorum. Fundamentum huius ſententiæ eſt apud Ariſtot. 8. *Eth. cap.* 12. quia filius aliquid eſt, & particula quædam ſuorum parentum, quemadmodum pulchrè dixit Cicero epiſt. 12. ad Brutum. *Nec verò*, inquit, *me fugit, quàm ſit acerbum parentum ſcelera filiorum pœnis lui; ſed hoc præclarum legibus comparatum eſt, vt charitas liberorum, amiciores parentes reipublicæ redderet.* Videtur tráſtuliſſe locum Ciceronis Tertullian. *lib.* 2. *aduerſ. Marcionem. cap.* 15. cuius hæc ſunt verba: *Etſi patrum delicta ex filiis exigebat Deus, duritia populi talia remedia compulerat, vt vel poſteritatibus eius proſpicientes legi diuinæ obedirent. Quis enim non magis filiorum ſalutem, quàm ſuam curet? Sed etſi benedictio Patrum, ſemini quoque eorum deſtinabatur ſine vllo adhuc merito eius, cur non & reatus patrum adhuc in filios redundaret? ſicut* [f] *gratia, ita & offenſa.* Iuſtum igitur eſt, vt parentes in filiis puniantur, quo magis à ſceleribus auocentur, cum duriùs parentes ferant pœnas ſuorum filiorum, quàm ſuas: quod eſt fundamentum cur peccantibus parentibus filij puniãtur, pœna tamen corporali, & non ſpirituali; quod hoc in loco dixit Ieremias, & benè notauit D. Thomas 1. 2. *q.* 87. *a.* 8. *ad* 1. ex Auguſt. *lib. quæſtionum veteris teſtamenti, q.* 8. Quæ vera & germana eſt expoſitio huius loci. 19.

[d] *Quo pacto ſit verũ puniri patres in filiis per Deum.* Exod. 20. & 34. Ierem. 32. Auguſt. [e] *Id de pœnis intelligendũ, non de culpa.* Ariſtot. Cicero. Tertull. [f] *Vt ſicut gratia, ita & offenſa decurreret in poſteros.* D. Thom. Auguſt.

Quamuis Hieronym. *in comm ſuper Ezechiel. cap.* 8. alia via ſoluendam [g] eſſe exiſtimet hanc difficultatem; cui ſuffragatur Lyran. & D. Thom. 2. 2. *q.* 108. *a.* 4. *ad* 1. Auguſt. *contra Adamant. c.* 7. & *in quæſtionib. veteris teſtamenti, q.* 42. Gregorius Magn. 13. *moral. cap.* 31. confert enim Hieronym. locum Ezech. in cap. 18. *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur, filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij*; cum eo loco Exod. 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartã generationẽ, qui oderunt* 20.

Hieronym. [g] *Soluunt alij Patres difficultatem parabolicè.* Lyran. S. Thomas Auguſt. Gregor. Ezech. 18. Exod. 20.

me; exiſtimat enim Hieron. hæc vltima verba intelligenda eſſe de filiis, qui ad exemplũ parentum oderunt Deum, & propterea peculiari pœna puniuntur pro ſuis ſceleribus. Verba Hieron. ſunt hæc: *Duo teſtimonia, quæ ſuprà poſuimus ex lib. Exodi, putabamus non eſſe parabolam, ſed ſimplicem explicari ſententiam, & quanquam non auderemus quidpiam dicere, nec vas fictile loqui contra figulum, quare ita vel ita me feciſti, ſcandalum patiebamur occultum, quòd iniuſtitia videretur Dei, alium peccare, & alium luere pœnas alterius peccati. Sed ex eo, quod ſequitur, eorum, qui me oderunt, comminutionis, ſiuè præcepti ſcandalum ſoluitur; non enim ideo puniemur in tertiam & quartam generationem, quia patres eorum peccauerunt, cum patres potius, qui fuerunt peccatores, puniri debuerint; ſed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum hæreditario*[h] *malo, & impietate in ramos quoque de radice creſcente.* Similia dixit Hieron. *Pſalm.* 65. ad illa verba, *ſed redde retributionem in ſinu eorum*, vbi ita habet Hieronym. *Vnde omnes, qui patrem habent Abraham, & virtutum eius ſimiles eſſe meruerunt, requieſcunt in ſinu eius; neque enim patres, quorum iniquitates nobis, & peccata redduntur, eos debemus accipere, de quorum ſemine noſtra nata ſunt corpora, alioquin ipſe Moyſes, qui dixit peccata patrum filiis eſſe reddenda in 3. & 4. generationem, his qui oderunt eum, ſuam interpretatur ſententiam* Deut. 24. *Non morietur filius propter peccata patrum, ſed vnuſquiſque pro ſuo peccato morietur; proinde filij parabolicè intelligendi ſunt.*

[h] *Quaſi ij filij puniantur, in quibus parentum creuit malitia hæreditariè.* Pſalm. 65.

Deut. 24.

21\. Erit videndus D. Auguſt. cum ait, *Hæc eſt quædam paternitatis ratio, quam non tam pater ipſe conſtituit, quàm filij; nos enim illum imitando patrem facimus, non ille nos creando filios.* Similia habet *epiſt.* 75. & D. Gregor. 15. *Moral. cap.* 31. Quibus habet ſimilia Tertullian. *lib.* 2. contra Marcion. *cap.* 15. vbi ita dixit, *non dicturos*, ſcilicet homines, *neidam vuam patres manducaſſe, & filiorum dentes obſtupuiſſe*, id eſt, *non ſumpturum patrem delictum filij, nec filium delictum patris, ſed vnumquemque delicti ſui reum futurum, vt poſt duritiam populi, edomita duritia legis, iuſtitia iam non genus, ſed perſonas iudicaret; quanquam ſi euangelium veritatis cupias, ad quos pertineat ſententia reddentis in filios patrum delicta, cognoſces ad illos, ſcilicet, qui hunc vltro ſibi ſententiam fuerunt*[i] *irrogaturi, ſanguis eius ſuper capita noſtra, & filiorum noſtrorum.* Quibus verbis, quanuis obſcurè Tertullian. voluit pœnas ſcelerum ſuorum parentum filios non luere, niſi quia imitatores ſunt eorundem.

Auguſt.

Gregor.
Tertull.

[i] *Quique ſententiam in parentes latã ſibi vltro depoſcunt pertinaciter.*

22\. Vt tamen verum fatear, hoc proprium voluit eſſe legis[l] Euangelicæ, in qua paruuli baptizati non puniuntur pro ſceleribus parentum, cùm tamen adulti puniantur, ſi tamen eadẽ imitentur, ſicut voluit Auguſt. *enchyrid. cap.* 46. Gregor. 15. *Moral. cap.* 31. Nicol. de Lyra. *ſuper Ezechiel. cap.* 18. quorum mentem vt ingenuè dicam, penitus non percipio; hinc tamen infertur propoſitum intentum, filios parabolicè[m] appellatos eſſe imitatores eorum, qui primi peccauerunt, quorum iniquitatem portant propter ſcelera, quæ imitantur; quod quanuis verum ſit, negandum non eſt filios propriè dictos, quia aliquid parentum ſunt, interdum portare ſcelera ſuorum parentum, ita diſponente diuina prouidentia.

[l] *Proprietas legis Euangelicæ.*

Auguſt.
Gregor.
Lyran.

[m] *Filij parabolicè dicuntur imitatores maiorum.*

23\. Colligo[n] iam Ieremiam locutum fuiſſe hoc in loco vniuerſaliter, & communiter, ita quod eius ſententia amplectatur vtroſque parentes, & parabolicos, & veros; ita quod eius mens ſit: Patres noſtri, qui primò peccauerunt, & quorum ſcelera exemplaria fuerunt nobis, quieti dormiunt in ſepulchris ſuis, nec patiuntur hæc mala acerba, quæ nos patimur, quia imitatores fuimus eorum; vel ſaltem ſenſus erit, peccarunt patres noſtri, & mortui ſunt, nos autem non ob alia ſcelera, quàm propter peccata eorum, punimur.

[n] *Autor vtramque ſententiam præſenti literæ aptat.*

Carmen 8.

Serui dominati ſunt noſtri; non fuit, qui redimeret de manu eorum.

§. III.

Ad Literam, & Mores.

Nulla maior ſeruitus, quàm ſi dominentur inſipientes in populis; ſed & hæc via eſt, vt barbaris tradantur vrbes, & regna in captiuitatem; quæ manifeſto exemplo Hebræorum comprobantur.

IN principio huius carminis inquirendum eſt, quid ſignificare voluerit Ieremias per ſeruos; eſt enim ſeruus,[o] vox æquiuoca, quemadmodum pulchrè docuit Ariſtotel. 1. *Polit. c.* 3. & 3. *Polit.* 3. Macrobius, *lib.* 1. *Saturnal. cap* 11. Gregor. 21. *Moral. cap.* 18. & *lib. de cura paſtorali p.* 2. *cap* 6. Auguſt. *lib.* 1. *quæſtion. in Geneſ. quæſt.* 153. Ariſtot. autem loco citato ita dixit, *ſunt quidam natura ſerui*, id eſt, propter ignorantiam; quamobrem aiunt Poëtæ, Græcos Barbaris dominari oportere, quoniam idẽ ſit natura Barbarus, & ſeruus, quemadmodum eleganter dixit Seneca epiſt. 66. *Seruiant ergo deteriora melioribus:* quibus dixit ſimilia D. Thomas, lect. 1. ſuper lib. 1. Polit. cap. 3. *Cauſa*, inquit, *huius rei eſt, quia naturaliter non eſt principatus in Barbaris, ac proinde ſoli ſapientes principantur, cum è conuerſo fit,*[q] *ſequitur peruerſio, & inordinatio in mundo*, ſicut dixerat Salom. Eccleſiaſt. 10. *Vidi ſeruos in equis, & Principes ambulantes ſicut ſeruos ſuper terram.* Vnde Plato in *Alcibiade* dixit, *quoſdam ſeruiles pilos in*[r] *animo geſtare*, id eſt, barbaros & ſeruos natura eſſe. Plinius *lib.* 11. *cap.* 37. ait, hirto corde gigni quoſdam homines, natura ſcilicet ſeruos, & barbaros. Ieremias igitur potuit Chaldæos barbaros, & impios hoc in loco ſeruos appellare, ac proinde indignos, qui liberis, ac piis hominibus dominarentur, quales erant Hebræi. 24.

[o] Seruus *nomen æquiuocum.*

Ariſtot.
Macrobr.
Greg Mag.
Auguſt.

[p] *Ignorantes per naturam ſerui prudentiorum, vt olim barbari Græcorum.*

Seneca.

[q] *E contrario, prouenit omnium inordinatio.*

Eccl. 10.
Plato.

[r] *Quidam ſeruiles pilos geſtant in animo.*

De hac ergo ſeruitute poteſt intelligi præſens locus; namque de ea, in quam incurrunt plerique nobiles caſu, fortunáve, non videtur locutus Ieremias: conſtat enim præclara ingenia fuiſſe in ſeruitute nata, de quibus non eſt ſemper verum id, quod Clem. Alexand. dixit *lib.* 4. *ſtromat* ex Platone *lib.* 6. *de legib.* quod Plato etiam acceperat ab Homero, *ſeruis*,[ſ] ſcilicet, *dimidium mentis abſtuliſſe Iouem*, contra quos dixit Seneca eleganter 3. de beneficiis, *Errat*, inquit, *ſi quis exiſtimat, ſeruitutem in totum hominem deſcendere; pars* 25.

Clem. Alex.
Homer.

[ſ] *Seruis dimidium mentis abſtuliſſe Iouem, dixerunt veteres.*

Seneca.

melior

[t] *melior eius excepta eſt, corpora obnoxia ſunt, & adſcripta dominys; mens quidem ſui iuris, quæ à Deo libera, & vaga eſt, vt nec ab hoc quidem carcere, eui incluſa eſt, teneri queat, quominus impetu ſuo vtatur, & ingentia agat, atque in infinitum comes cœleſtibus exeat. Vt corpus igitur eſt, quod domino fortuna tradidit, hoc emitur, hoc venditur; interior* [u] *illa pars, mancipio dari non poteſt; ab hac quidquid venit, liberum eſt.* Quod eleganter expreſſit Diogen. Cynicus apud Laertium *in vitis Philoſophorum*, etenim & eo tempore, quo naufragus in ſeruitutem venit, rogatus quid maximè ſciret, reſpondit,[x] *ſcire ſe homines moderari.* Quod notauit Ambroſ. *de eodem in lib. de Ioſeph cap.* 4. cùm inquit, *Dedit Deus per Ioſeph pijs, qui ſunt in ſeruitute, ſolatium*, [y] *attribuit magiſterium, vt diſcerent etiam in extrema conditione poſſe mores eſſe ſuperiores.* Vnde Cynicus dicete ſolebat etiam in ſeruitute ſe ſcire homines moderari. Multa de hac re dixit Macrobius *lib.* 1. *Saturn. cap.* 11. multa Seneca *epiſt.* 47. & Auguſt. *lib.* 19. *de ciuit. cap.* 16. In quam ſententiam eſt illud Prouerb. 14. *ſeruus ſapiens dominabitur filiis ſtultis*, & cap. 17. *ſeruo ſenſato liberi ſeruient.* Non eſt igitur intelligendus locus Ieremiæ de ſeruis, quos iniqua fortuna ſeruire fecit, cum maximè liberi eſſe deberent; illis enim ſeruire ſemper ingenuum fuit: ſed potius de barbaris,[a] & impiis, qui propter inſitam ignorantiam, & impietatem natura ſerui ſunt, atque digni, qui ab aliis moderentur, in quorum ſeruitutem veniſſe ſuos Hebræos dolet hoc in loco Ieremias. Erit videndus Paul. Manut. in adagiis, adagio, *ſeruorum ciuitas*, de cœtu, & conuentu hominum impiorum, furacium, atque ignobilium; neque immeritò, quia vera, & propria ſeruitus eſt, qua ratio voluptati cedit, quemadmodum pulchrè dixit Chryſoſt. *hom.* 15. *in Geneſ. de caſu Ioſephi*, vt ſic iam pateat, magis impios verè ſeruos eſſe, quanuis maximè liberi eſſe videantur.

26. Veratamen expoſitio [b] mihi ea videtur, quam refert Rab. Ioſeph. ad hunc locum; per ſeruos enim interpretatur filios Cham, [c] qui propter maledictionem paternam Noe in ſeruitutem perpetuam incurrerunt; dati enim ſunt in ſeruos filiis Sem: creduntur verò Babylonij deſcendere à Cham, filij autem Sem, qui domini conſtituti ſunt eorum, Hebræi neceſſariò ſunt. Conqueritur igitur iure Ieremias hoc in loco, verus poſteros Sem [d] Hebræos ſuos populares datos eſſe in ſeruos Babyloniis deſcendentibus à Cham futuris ex maledictione ſeruis Hebræorum: quæ expoſitio petita eſt ex Paraph. Chaldaica, quæ habet; *filij Cham, qui traditi ſunt ſerui filiis Sem dominati ſunt in nos, neque eſt, qui redimat de manu eorum:* huiuſmodi autem ſeruitus, quemadmodum pulchrè dixit Philo in lib. de execrationib. *eſt ingenuis vehementer intolerabilis, grauis etiam dominus inexpugnabilis; quoties autem idem,* [e] *& hoſtis ſimul, & dominus imminet, quis ſuſtinere queat, quando poteſtas ei prebet licentiam lædendi, nec voluntas deeſt propter inueteratum odium?* Quamobrem Deus populo ſuo minatur infenſos dominos, qualis eſt ea comminatio Deut. 28. *Aduena, qui tecum verſatur in terra, aſcendet ſuper te; tu autem deſcendes, & eris inferior*, id eſt, ſerui dominabuntur tibi. Quod grauiter dixit Satyricus,

Aſperius nihil eſt humili, cum ſurgit [f] *in altum,*
Cuncta ferit, dum cuncta timet, deſæuit in omnes,
Vt ſe poſſe putent.

[t] *Verùm pars melior hominis plerunque in ſeruis libera eſt.*

[u] *Interior enim pars mancipio dari nequit.*

Diogenes.

[x] *Scitè dictū.*

Ambr.

[y] *Piis enim, qui ſunt in ſeruitute, in ſolatiū Deus tribuit magiſterium.*

Macrobius.

Seneca.

Prouerb. 14. & 17.

[a] *De his non loquitur Propheta, ſed de impiis, & inſipientibus.*

Paul. Man.

Chryſoſt.

Rab. Ioſeph.

[b] *Literaliter ſenſus Rabbinorum.*

[c] *Filij Cham, à quibus & Babylonij, ex maledictione Noe, ſerui.*

[d] *Hebræi verò liberi ex filiis Sem.*

Par. Chald.

Philo.

[e] *Nihil intolerabilius quàm cum ſeruus, hoſtis & dominus eſt.*

Deut. 28.

Satyricus.

[f] *Nihil enim aſperius humili in altum elato.*

In quam ſententiam mihi pulchrè notaſſe videtur Petr. Galatin. *lib.* 4 *de arcanis cap.* 6. Vbi aduertit Herodem [g] Aſcalonitam alienigenam, & ſeruum Machabæorum factum regem Iudæorum, vniuerſos innocentes pueros mactauit; nihil enim minus facere potuit rex ſeruus: in regno ei ſucceſſit filius eius Herodes Antipater, qui Baptiſtam decollauit, & Chriſtum Dominum interemit. Antipatro ſucceſſit Herodes Agrippa, natura ſeruus, vt qui genitus eſt ex auo ſeruo, & parente; is iuxta ſeruile ingenium poſteros omnes Iudæ, id eſt, tribus regiæ, interfecit, vt regnare poſſet; ſub eo, & regius ſanguis extinctus eſt, & captiua ducta eſt Iudæa in perpetuum à Romanis, vt meritò Ieremias [h] conqueratur hoc in loco dicens *ſerui dominati ſunt noſtri, non fuit qui redimeret de manu eorum:* Videtur enim amplificaſſe illud in hac peroratione, quod dixerat in cap. 1. *facti ſunt hoſtes eius in capite*, hoc eſt, domini redditi ſunt eius hoſtes, & quod magis eſt, potentes, quibus reſiſti nullo modo poteſt, nihil autem infelicius eſt, quàm in ſeruorum incidiſſe ſeruitutem, à qua euadere nullo modo poſſis: id quod grauiter doluit Ieremias in hoc carmine eueniſſe ſuis popularibus Hebræis.

Galatin.

[g] *Quod apertè monſtratur in tribus Herodibus Iudææ regibus.*

[h] *Hæc fortaſſis, & non alia Ieremiæ querimonia in præſenti littera.*

Carmen 9.

In animabus noſtris afferebamus panem nobis, à facie gladij in deſerto.

§. IV. Ad Literam.

Quanuis hæc de Hebræis in Babylonia captiuis poſſint intelligi, veriùs tamen de eiſdem in obſidione Chaldæorum comprobantur.

PRæſentem [i] locum ita legit Paraph. Chaldaica,[l] *In animabus noſtris afferebamus panem alimenti noſtri propter occidentes gladio, qui veniebant de terra deſerti.* Explicanda autem eſt locutio Hebræa, nanque *in animabus afferre panem*, nihil aliud eſt, [m] quàm cum diſcrimine vitæ cibum parare, anima enim pro vita accipitur hoc in loco, ſicut alibi ſæpe in ſacra Scriptura: qualis eſt ea locutio in Pſalm. 118. *Anima mea in manibus meis ſemper, & legem tuam non ſum oblitus*, id eſt, inter pericula vitæ nunquam mihi excidet recordatio legis diuinæ. Sic quoque hoc in loco, *in animabus noſtris afferebamus panem*, id eſt, vitam in extremo ponebamus propter cibum, quemadmodum bene notauit D. Ioannes d. Alua Monachus Carthuſiæ vallis Chriſti, centuria prima cap. 8. *A facie* autem *gladij in deſerto*, nihil aliud eſt, quàm propter inſidiatores, qui deſcendebant à deſerto, & interficiebant miſeros redeuntes ab Hieruſalem. Quo pacto ego intelligendum puto eum locum apud Luc. *cap.* 10 de eo, qui deſcendebat ab Hieruſalem in Iericho, & comprehenſus, & vulneratus à latronibus relictus eſt ſemiuiuos. Nanque de eo deſerto, quod interiacet inter Hieruſalem, & Iericho, locutus videtur Ieremias hoc in loco; ſicut enim dicitur lib. 4. Reg. cap. 25. *Fugit igitur Sedecias per viam, quæ ducit ad campeſtria ſolitudinis*, quæ deſertum 27.

[i] *Secunda pars perorationis.*

Par Chald.

[l] *Prior expoſitio paraphraſtica.*

[m] *Panem in anima afferre idē eſt, atq; in multo periculo victū quærere.*

Pſalm. 118.

D Ioan. d. Alua.

Luc. 10.

4 Reg. 25.

erat ſuprà dictum; ea enim patte obſeſſi Ieroſolymitani [n] ciues egrediebantur de nocte ad quærendum alimentum, quia ea pats minùs coronata erat hoſtibus, quemadmodum volunt Rabbini. Quanuis Hieronym. exiſtimet hæc verba pertinere ad Hebtæos captiuos [o] in Babylonia, qui non ſine periculo vitæ quærebant cibum; mihi autem mngis placet ea expoſitio ptior.

[n] Qualiter & obſeſſi Iudæi cogebantur vitam ſuſtentare. Hieron. *[o] Niſi mauis de captiuis in Babylonia locum intelligere.*

Carmen 10.

Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt à facie tempeſtatum famis.

§. V. Ad Literam.

Pulchra ſimilitudine duriſſima oppreſſio famis deſcribitur.

28. DEplorat Ieremias egreſſum omnem decorem à filiis Sion, idque magnitudine famis; denigrata eſt enim facies, ſqualida, & nigra facta eſt ad inſtar clibani; clibanus autem ſicut Hieronym. dicit, eſt [p] coquendis paoibus ænei vaſculi ducta rotunditas, quæ ſub vrentibus flammis ardet inttinſecus; qua ſimilitudine pulchtè deſcribit Prophera deformes, ſqualidas, & nigras ſuorum hominum facies præ fame. Qualis locus eſt in Pſalm. 20. *Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui*: quæ ſimilitudo maximam habet conuenientiam cum ipſa re; eteoim *thorax*, quæ concauitas ea eſt in animalibus, [q] quæ in pectore reperitur, clibanus appellatur, vnde in faciem facillimè conſurgit exnſtio, & ſqualor, quemadmodum bene notauit Cel. Rod. *lib. 3. lect. antiq. cap. 22. & lib. 4. cap. 21.* imò & Galen. *in opere de motibus liquidis*, cum pectoris concauitatem, per quam ſpititus, vltro, [r] citróque commeant, clibanum appellauit.

[p] Clibanus quid. Pſal 20. *[q] Thorax in animalibus clibanus dicitur.* Rodigin. Galenus. *[r] Ea nempe concauitas per quam vltro, citròq; ſpiritus cōmeant.*

29. Voa autem pro qua vulgatus ttanſtulit, *exuſta*, ſignificat denigratam, obſcutatam, nam corpora noſtra nigra, ſeu atra redduntur per humidi abſumptionem; calor enim ageus in humidum [ſ] denigrat, ſicut dixit Auicenna, *fenn. 1. doct. 4. cap. 1.* quod etiam voluit Theophraſt. ſeu quiuis alius ſit Autot *lib. 10. de coloribus*, cum colorem nigrum fieri dixit, dum aqua, & aër ab igne abſumuntur. Cum igitur fames humidum in corporibus abſumat, neceſſariò entem [t] teddit exuſtam, atram, ſiue nigram; quòd autem fames in corporibus abſumat humidum, & eatinguat, dixit Hippoct. *lib. 7. aphoriſm. aphor. 60.* vbi corpotum hnmiditates fame curati mandauit, dicens: *Humidas carnes habentibus*, [u] *famem adhiberi oportet; fames enim corpora exſiccat; etenim per inediam igneſcit calor innatus, & humidum abſumit, illúdque in nigras fuligines conuertit, quibus infecta cutis nigra redditur, virido, floridóque colore extincto*, quemadmodum diait Galen. *lib. 3. de tuenda ſanitate, cap. 8. & 1. de differentiis febrium, cap. 7.* Ex quibus iam conſtat, cur ea fame fiat exuſtio, & ſqualor in faciebus, quemadmodum hoc in loco deplotat Ietemias.

[ſ] Calor in humidū agēs cauſat nigredinem. Auicenna. *[t] Propterea fames cutem exurit.* Hippocrat. *[u] Humiditate laborantibus fames remedium.* Galenus.

30. Quod autem dixit, *à facie tempeſtatum famis*, Hebraicè, *propter exuſtiones famis*. Quæ locutio conſequens eſt ad ea verba, quæ paulò ſupra diaimus de clibaoo: Hieronymo autem potiùs placuit ita vertere, *à facie tempeſtatum famis*. Ratio autem [x] diuerſitaris in lectione eſt varia ſignificatio vocis Hebtææ, quæ tremorem ſignificat, terrorem, imò & turbinem, quemadmodum tranſtulit Paraphraſis Chaldaica, ad quam aduertiſſe viderut Hieronym. vt pulchta ſimilitudine petita ab agris, quos defotmanit vehemens, & exſiccans turbo, ſic quoque volens defotmaſſe facies ſuorum hominum turbines, ſiue tempeſtates famis, atque ita rotus locus conſtat duabus metaphoris elegantiſſimis.

[x] Vulgata lectio à Paraphraſi Chaldaica differt, & quare.

TRACTATVS IV.

De expoſitione 11. 12. & 13. *Carminum.* Siue, *De inexplebili libidine Chaldæorum in Hebræos.*

Carmen 11.

Mulieres in Sion humiliauerunt, virgines in ciuitatibus Iuda.

§. I. Ad Literam.

Non ſatis fuit, quòd fortunis omnibus, & libertate ſpoliati ſunt Hebræi, niſi & ſacrilega venere, Chaldæorum, matronalis pudicitia, & virginum caſtimonia in oculis populi violarentur.

DEFLAVIT Propheta libertatem ſuotum amiſſam, deinde deformatam, & ſqualidam famem; ab hoc [a] carmine incipit deplorare Gentis ſuæ ignominiam, & dedecus io omni ſexu, in omni ſtatu, in quauis coodiiione, & ætate. Incipit igitut à barbara, & ſacrilega [b] crudelitate Chaldæorum, qua per vim pudicitiam violabant in coniugatis mattonis, arque in virginibus, idque in ſancto monte Sion, vel in ſancta Hieruſalem, quæ propter templum, & ſanctas teliquias ſactata Deo dicebarut; hoc autem ſignificat *humiliauerunt*, quemadmodum conſtat ex textu Hebræo, mulieres in Sion expreſſetunt, quod ſolent victorea batbari victoria inſolentes; éſtque grauiſſimum infortunium, nullam habitam eſſe [c] rationem pudicitiæ, neque in virginibus, neque in vaotatis, vt Iob *cap. 30.* de ſe ipſo ait; *Scortum alius ſit vxor mea, & ſuper illam incuruentur alij, quod nefas eſt, & iniquitas maxima*, præſettim ſi fiat inter proprias vtbes, palam & publicè videntibus ptoptiis maritis, & parentibos. Fortaſſis Ieremias cum dixit, *mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda*, ſigoificat ſactilegam fuiſſe venerem, nec minus ſactilegium eſſe violaſſe virgines [d] in Iuda, quàm mattonas in monte Sion; pudiciriam enim appellauit ſanctus Paulus, *Sanctimonium*, id eſt, virtutem conſecrantem, & ſaoctificantem: Sic Epiphan. *hereſ. 67.* vidend. Tertullian. *in lib. de pudicitia*, vbi ioter cætera ſic habet: *vbi Deus, ibi pudicitia*, vt quaſi templum Dei ſit pudicitia, quam violare eſt ſactilegium committere; eſt 31.

[a] Tertia pars de ignominia Hebræorum. *[b] Nefaria crudelitas Chaldæorū.* *[c] Omnē exercentium impudicitiam in Hebræos.* Iob 30. *[d] Sacrilegium per ſe ſolum violatio virginis.* D. Paul. Epiphan. Tertull.

enim

enim pudicitia decor [e] ſexuum, honor corporum, integritas ſanguinia, fundamentum ſanctitatis, vnde ſacras virgines ſanctimoniales appellari ſolitas docet Auguſt. *Pſal.* 75. & *lib. de ſancta virginitate, à cap.* 17. *& deinceps*; vnde eleganter Propheta dixit, virgines violatas eſſe *in ciuitarib. Iuda*, vt ſignificaret non minus ſacrilegium eſſe ſtuprum virginum, quàm matronale adulterium in ſancta Ciuitate, vſque adeo grauiſſimum ſcelos eſt ſtuprum; vnde iure optimo D. Auguſt. *lib.* 1 *de Ciuit. cap.* 28. quærit, cur Deus [f] permiſerit vt virginum corpora violata fuerint ab aliquibus tyrannis? Ad quem locum ita babet; Alta quidem eſt prouidentia Creatoris mondi, atque rectoris, & inſcrutabilia ſunt iudicia eius; ſi tamen non ablata eſt caſtitas, ſed humilitas perſuaſa. Iam igitur patet Ieremiam deploraſſe ignominiam, & dedecus virginum, & matronarum, quas Chaldæi violarunt inter vrbes Iuda.

[e] *Virginitatis prærogatiua.*

August.

Idem.

[f] *Cur Deus permiſit violari aliquādo ſanctam virginitatem.*

Carmen 12.

Principes manu ſuſpenſi ſunt; facies ſenum non erubuerunt.

§. II. Ad Literam.

Credas licèt Principes populi laqueo ſe ſuſpendiſſe; ſiue fune ligatos fuiſſe in captiuitatem abductos; Quid hoc intolerabilius? Quid illo infelicius?

32. PLures habet bic locus expoſitiones, ſed ea magis placet, quæ ex Hebræo colligitur, quæ habet: [g] *Principes manu ſua ſuſpenſi ſunt*; quaſi velit: Vſque adeo acerba calamitas fuit, vt plerique viri Principes deſperati, putarint laqueo potius eripiendam eſſe vitam, quàm tam acerbè viuere; quod proſequitur Auguſt. 1. *de Ciuitat. cap.* 23. loquens de morte Catonis, *Amici*, inquit, *eius diſſuadebant, hoc factum imbecillioris, quàm fortioris animi facinus eſſe cenſentes, quod demonſtraretur non honeſtas turpia præcauens, ſed infirmitas aduerſa non ſuſtinens*; & epiſt. 61. c. 14. Erit videndus lib. 6. de patient. 17. & Curtius lib. 5. de geſtis Alexand. *Fortium*, inquit, *virorum eſt, magis mortem contemnere, quàm vitam odiſſe*: quod Auguſt. dixit 1. de Ciuit. cap. 21. *Magis mens* [h] *infirma deprehenditur, quæ ferre non poteſt vel duram ſui corporis ſeruitutem, vel ſtultam vulgi opinionem, maiórque animus meritò dicendus eſt, qui vitam ærumnoſam magis poſcit* [i] *ferre, quàm fugere.* Quod eleganter Horat. in Fannio quodam irridet, dicens,

Hoſtes cum fugeret ſe Fannius ipſe peremit.

Vnde pulchrè notauit Beroald. 8. *de transformat.* apud Hebræos, ſi quis ſe occidiſſet, vſque ad ſolis occaſum inſepultum iacere, alias verò gentes ſolere abſcindere manus eius, qui ita ſe occidiſſet, quoniam vt corpus ab anima, ita dexteram à corpore alienam eſſe exiſtimarunt. Fundamentum huius rei attulit D. Thomas 2. 2. *q.* 64. *art.* 5, aſſerens nefas eſſe, [l] ſe quempiam occidere contra naturalem charitatem, contra communitatem, & contra Deum, cuius beneficio vitam accepit; vita enim fundamentum eſt omnium bonorum, quam homo non per ſe acquirit, ſed gratia Dei, & miniſterio ſuorum parentum. Conueniens autem fuit, vt vitæ dominium non homini crederetur, ſed illud Deus ſibi reſeruaret; proinde indecorum, & miſerum eſt, ſicut dolet Ieremias vidiſſe principes viros ſuſpenſos ſuis propriis manibus contra propriam charitatem, contra decus, & fortitudinem, quæ in aduerſis rebus elucet, & contra diuinum præceptum, quod prohibet quempiam ſibi violentas manus inferre.

[g] *Prior expoſitio ex Hebræa litera deducitur, quaſi ſeipſos ſuſpenderunt principes captiui.*

August.

Curtius.

Aug.

[h] *In quo magis cernitur infirma mēs.*

[i] *Fortis enim magis poſcit ærumnas ferre, quàm fugere.*

Horat.

Beroald.

D. Thomas.

[l] *Quare ſit homicidium, ſe ipſum interficere.*

Verùm D. Hieronym. quem ſequutus eſt D. Thomas, exiſtimauit, [m] Principes manibus ſuſpenſos eſſe in equuleo conſtitutos, vel crucifixos, vt theſauros ſuos hoſtibus manifeſtarent, ſicut fieri ſolet à militibus victoribus: eſt autem grande dedecus [n] principibus viris ligatis manibus vel mori, vel captiuos duci, ſicut Tragicus notauit in Troade de Priamo mortuo in ipſo vrbis incendio inter ruinas vrbis, cum ita habet: 33.

Hieron.

D. Thom.

[m] *Poſterior expoſitio præfertur.*

[n] *Principum grande dedecus ligatis manibus mori.*

Non aſſuetas ad ſceptra poſt terga dabit manus.

Tragicus.

Illud enim ſignificare videtur Ieremias in his verbis, oſtendens, nec dignitatis, neque ætatis vllam habitam fuiſſe rationem, ſed promiſcuè, & ſenes, & principes fuiſſe ſuſpenſos manibus poſt terga reuinctis, quod in eodem Priamo expreſſit Tragicus dicens,

——Cum ferox ſaua manu
Coma reflectens regium torta caput,
Alto nefandum vulneri ferrum abdidit,
Placaréque non potuit à cæde efferа
Mortalis aui cardinem extremum prement.

Ibidem.

Sic quoque Poëta 2. Æneid. doluit:

Implicuitque comam læua, dextráque coruſcum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit enſem.

Virgilius.

loquens de eodem Priamo; eſt enim Principum propria maieſtas, [o] ſenum autem authoritas, & reuerentia vtriſque debita. Ieremias igitur docet Chaldæos reueritos non fuiſſe principes, & ſenes Hebræos, [p] ſed propriis manibus, & principes ſuſpendiſſe, & venerandos ſenes iugulaſſe; quod ſpectaculum quamuis ad miſericordiam, & commiſerationem potuiſſet permouere, quanto magis diuinam clementiam? & propterea Ieremias in epilogo ſuarum lamentationum rem omnino miſerandam ante oculos diuinæ miſericordiæ obiicit dicens, *Principes manu ſuſpenſi ſunt, facies ſenum non erubuerunt.*

[o] *Principum propria maieſtas, ſenum authoritas.*

[p] *à Chaldæis deformata, & irriſa fuit.*

Carmen 13.

Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt: & pueri in ligno corruerunt.

§. III.

Ad Literam & Mores.

De infanda venere, niſi operto capite, & ſub verborum metaphoris, gentilis homo non loquitur, quanto magis Chriſtianus?

LIceat mihi illud feciſſe, [q] quod iam olim feciſſe legitur Socrates, apud Platon. *in Phedro, ſiue in lib. de pulchro*: etenim cum de re minùs boneſta dicturus eſſet, non priùs exorſus eſt, 34.

[q] *Autoris modeſtia non vulgaris.*

quàm pallio faciem obuolueret, quemadmodum pulchrè aduertit Marſil. Fiſcin. in argumento illius operis, cum ita dixit: *Conſidera Socratis pudicitiam, nonnulla enim minùs honeſta pronunciaturus,*[r] *obuoluto capite exorditur, mox inuocat Muſas, vt rem minùs honeſtam ipſe ſaltem ſplendore elocutionis honeſtet.* Quod ipſum faciendum nobis eſt, quando cogimur [ſ] de nefanda venere agere; hoc enim eſt argumentum huius carminis, dolet enim diuinus Ieremias adoleſcentes Hebræos à Chaldæis pollutos fuiſſe per ſummam, & nefandam iniuriam; hoc autem perfecit Ieremias ſeruato omni decore, & pudicitia, [t] præſertim ſi conſulamus textum Hebræum, ſic enim ad hunc locum habet Hebræa veritas, *Adoleſcentes ad molendum tulerunt*, ſolet nanque ſacra Scriptura ea, quæ nefanda, & impudica ſunt, quando occaſio ita poſtulat, vt neceſſariò de talibus rebus loquendum ſit, honeſtiſſimis illas verbis ſignificare; nanque ſi veteres, quemadmodum dixit Carondas, quem refert Stobæus, dixerunt, *turpe nemo loquatur*, [u] *ne factis obſcœnis animum inquinet, mentemque impudentia, & ſceleribus repleat*: quibus habet ſimilia Seneca, *lib. 2 contrregister.* cum ita dixit: *Longè diſcedendum eſt ab omni obſcœnitate & verborum, & ſenſuum; ſatius enim eſt in foro quædam detrimento cauſa tacere quàm verecundia.*

[r] *Socratem imitatur pudicum*, Marſil. Fiſc.

[ſ] *Dùm cogitur de nefanda libidine loqui*,

Text. Hebr.

[t] *De qua ſanctus Ieremias perquàm pudicè.*

Stobæus.

[u] *Impudici ſermonis damna.*

Seneca.

35. Proinde nihil mirum eſt, ſi Spiritus ſanctus decorem ſeruauerit hoc in loco, cum de re turpi, & impudica dicendum eſſet neceſſariò propter amplificationem eorum, quæ paſſi ſunt Hebræi à Chaldæis; honeſtiſſimo enim velamine [x] turpitudinem abſcondit, dicens, *adoleſcentes ad molendum tulerunt*, id eſt, nefandè polluerunt autem adoleſcentulos Hebræos; quali locutione vſus eſt Iob *in cap.* 31. cum dixit, *ſcortum alius ſit vxor mea, & ſuper illam incuruentur alij*, in lingua ſancta ita locus intelligendus eſt, *molat alteri vxor mea*, quæ verba, quamuis aliqui præſertimque Hebræi de ſeruitute intelligant, ſolent enim captiui ſerui ſuorum dominorum molere frumentum; negandum non eſt hoc in loco apud Iob, & in verſu Ieremiæ ſermonem eſſe de adulteris, atque de impudica venere ſub honeſta tamen [z] metaphora, qualis reperitur etiam apud prophanos authores, inter quos eſt Horat. *lib. ſerm. Satyr.* 2. cum eleganter de adulteris dixit, *non alienas permolere vxores*, ſicut bene notauit Lambin. ad eum locum ex Theocrito, ſeu potius Fuluius Vrſinus, à quo rem accepiſſe fatetur Lambinus. Sit igitur certum Hieremiam in hoc carmine amplificaſſe honeſtiſſimis tamen verbis iniuriam, & calumniam Hebræorum, poſtquam enim dixit Principes ſibi vim intuliſſe, quæ ſumma iniuria eſt, longè maiorem addidit dicens: *adoleſcentibus impudicè vſi ſunt.*

[x] *Chaldæorũ turpitudinem Hebræa litera magis abſcondit, quàm vulgata*,

Iob 31.

[z] *Sub honeſta metaphora, qua & prophani authores vſi ſunt.*

Horat.

§. IV.

Ad Literam, & Mores.

Hi homines ſe ipſos minùs ſceleratè occiderent, in vtrunque ſexum iniurij, Reipublicæ hoſtes totius orbis finem machinantur, præterea à natura contra ſuas ipſius leges, ſolitis non modò beneficiis fraudantur, ſed acerbiſſimè puniuntur.

Qvod vt magis appareat, videndus eſt Chryſoſtom. *hom.* 4. *ſuper epiſt. ad Roman.* loquens enim de huiuſcemodi hominibus ita dixit: *Hos equidem, iis etiam, qui ſibi ipſis mortem conſciſcunt,* [a] *deteriores eſſe affirmo; præſtiterit enim mori, quàm tanta contumelia accepta viuere, nam qui ſe ipſum interimit, animam à corpore diſſecat, hic animam cum corpore perdit; quodcunque porrò delictum nominaueris, nullum huic peccato par dixeris, qui facta ſua ſentirent, qui patienter ſexcentas vtique mortes obierint, vt ne hoc paterentur; neque enim eſt hac iniuria alia, neque grauior, neque minus rationis habens: neque enim hoc ſolum dico, quòd fœmina effectus ſis, ſed quod perdideris ipſum hoc, ſcilicet, virum eſſe, neque in hanc tranſieris materiam, neque quam haberes, aſſeruaueris ſed communis vtriuſque effectus ſis proditor,* [b] *dignus, quem tum viri, tum fœminæ lapidibus à ſe exigant, tanquam qui vtrunque genus iniuria affeceris.* Erit videndus Plutarch. *in vita Cay Mary*, referens Trebonium militem importunè ſollicitatum à ſuo duce, ipſum tandem ne ſtuprum pateretur, occidiſſe; neque tamen pro cæde punitum fuiſſe à Caio Mario, quin potius honoratum, & capiti illius coronam impoſitam, qualis pro rebus [c] præclarè geſtis in bello, dari conſueuerat. Neque enim dubium eſt, multo eſſe immanius huiuſcemodi [d] ſtuprum pati, quàm eum, à quo vis infertur, interimi; namque iure dixit Paulus Iuriſconſultus *l. iſti quidem*, huius nefandi ſceleris ſine iniuriæ metum maiorem eſſe, quàm mortis metũ: quamobrem iuſtiſſima ob eam rem defenſio, & mors illata, non pœna, ſed potius laude digna cenſetur ſecundùm leges Romanas, quod etiam aduertit Iuſtinian. Cæſar. *nouella* 141. 36.

Chryſoſt.

[a] *Tales homines peius in ſe peccant, quàm ſi ſibi mortem conſciſcerent.*

[b] *Proditores ſunt vtriuſque ſexus.*

Plutarch.

[c] *Præclarè & iuſtè.*

[d] *Immanius nanque huiuſcemodi ſtuprum, quàm ſi occidas ſoiscitantem.*

Iuſtin. Cæſ.

Erit videndus Lucian. quamuis ethnicus, & impius, cum ait: *Leones non inſaniunt in Leones, ſed quæ ſuo tempore accedit venus in fœmineum ſexum concupiſcentiam illorum excitat, taurus armenti dux cum bobus miſcetur, lupas inueniunt lupi, & in ſumma, neque aerem qua perſtrepunt volantes aues, neque quæ humidam ſortita ſunt manſionem, neque aliquod in terris animal congreſſum maris appetit; vos autem quonam nouo morbo delinquentes in mutuam contumeliam accenſi eſtis?* Proſequitur hoc ipſum argumentum Chryſoſtom. *citata hom.* 4. *ad Roman.* ponderans in ſupplicium huius ſceleris, vel de cælo [e] pluuiam cecidiſſe contra naturam, non aquæ, ſed ignis; *propter hoc,* inquit, *pluuia eadem ferebatur contra, quàm ſolita iſta, atque quotidiana ferri ſoleat; neque enim non excitat modò terra vterum ad fructuum generationem, ſed ad ſeminũ ſubciſionem inutilem efficiebat; talis erat nefanda coitio corpus inutilius reddens, quid enim viro corpus ſuum meretricio more proſtituente abominabilius? quid autem ſceleſtius? O vos, & brutis inſipientiores, & canibus impudentiores! nuſquam enim huiuſmodi congreſſus apud eos, ſed agnoſcit proprios terminos natura, vos autem genus* [f] *noſtrum infamius brutorum genere feciſtis mutuis iniuriis: oportuit igitur nefandam hanc maculam igne de celo miſſo expiari, quam iam olim habuerat commune diluuium*, ſicut dicitur Geneſ. 6. *quia, ſcilicet, corruperat caro viam ſuam, excreuit enim aqua extra terminos naturæ præfixos, vt terra iniuriam ablueret.* Ex quibus iam efficitur, elegantem & miſeram amplificationem eſſe in his verbis cum Ieremias dixit, *adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt*; minus enim erat, quòd ſibi manus intuliſſent, quàm quòd adoleſcentibus vis illata ſit 37.

Lucianus.

Chryſoſt.

[e] *Quia in ſupplicium & cælum contra naturam, non aquam, ſed ignem pluit.*

[f] *Infamius hoc genus hominũ, quàm brutorum.*

Genеſ. 6.

in

in nefandam venetem.

38. Erit autem videndus Philo pluribus in locis, vbi oſtendit, huiuſcemodi homines non ſolùm in ſe ipſos, ſed etiam in ipſam Rempublicam [g] peccaſſe, præſertimque *in lib. de vita contemplatiua*, vbi inter cætera ſic habet; *Et maius aliud malum non deeſt populis peſtiferum, deſolationem enim vrbium, & raritatem optimi generis hominum, ſterilitatemque imitantur, qui more imperitorum agricolarum prateritis agris campeſtribus, & feracibus, in aſpera, & ſaxoſa, ſalebroſaque ſementem faciunt ſtatim perituram, neque vnquam ad frugem peruenturam.* Qua eadem ſimilitudine vtitur Diogenes Cynicus apud Laërt. *in vita Diogen.* Similia dixit Philo *in lib. de ſpecialibus legibus*, & Clemens Roman. 6. conſtit. Apoſtolic. cap. 17. *Primi*, inquit, *mundi* [h] *interitum machinantur, qui quod à natura eſt, contra naturam facere conantur.* Suffragatur Plato 8. *de legib.* cum ait, *exquiſitiſſimi, ac peſſimi ſupplicij reos eſſe iſtos, qui dedita opera genus humanum interficiunt.* Nec plura honeſtæ aures ferre poſſunt de hoc nefando ſcelere, quod veteres propterea ſurdum appellarunt; eſt enim odioſum, & iniurioſum in genus hominum.

Philo.
[g] *Neque enim in ſe ſolos, ſed & in rēpublicam maximè iniurij.*
Diogenes. Philo. Clem. Rom.
[h] *Quippe mūdi interitum machinātur.*
Plato.

39. Quod autem dixit Ieremias, *Pueri in ligno corruerunt*, ad commiſerationem diuinam mouendam illud quoque dixit; quem enim non maximè moueat vidiſſe teneros pueros Hebræos prima in ætate, vel crucibus affixos eſſe, [i] vel tandem verberibus interiiſſe? Quamuis enim non deſint, qui de lignea cruce hunc locum intelligant, crediderim probabiliùs de fuſtibus cæſis pueris hunc locum meliùs interpretari; pueros enim in ligno corruiſſe, idem prorſus eſſe videtur, quod crudeliter fuiſſe enecatos verberibus.

[i] *Nimia crudelitas Chaldæorum.*

TRACTATVS V.

De expoſitione 14. 15. & 16. carminum. Siue, De ruina reipublicæ Hebræorum, & religionis inter eos.

Carmen 14.

Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro pſallentium.

§. I. Ad Literam.

Sicut iuuenum lætitia, & ſenum authoritate omnis bene conſtituta reſpublica floret, & viget, ſic vtraque deficiente, corruit, & marceſcit.

40. TAndem in poſtrema [a] parte ſuæ perorationis diuinus Ieremias vehementiùs agit cum diuina miſericordia, vt eam ad ſuorum commiſerationem moueat, oſtendens pulcherrimam rempublicam Ieroſolymæ, caput & ornatum totius orbis, turbatam, ſeu potiùs [b] euerſam eſſe penitus, in qua iam nulla ſit iuſtitia, nulla lætitia, nulla religio, neque aliqua corona regia, cum antea florentiſſima fuerit ea reſpublica, qualem eam deſcribit Regius vates in Pſalm. 86. dicens. *Fundamenta eius in montibus ſanctis, diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.* Ita igitur deformatam Ieroſolymam rege, religione, iuſtitia, & lætitia in extrema peroratione obiicit diuinus Ieremias ante oculos diuinæ clementiæ, vt Deum permoueat.

[a] *Poſtrema pars perorationis Ieremiæ.*
[b] *Hebræa reipublica deſolatio.*
Pſalm. 86.

Duo autem notanda ſunt, vt prior pars huius carminis magis appareat, cum Ieremias dixit, *ſenes defecerunt de portis.* Alterum eſt, apud omnes gentes ſemper habitam eſſe propriam ſenectutis iudicij maturitatem, vnde apud omnes, ad ſeniores delatum eſt iudicandi munus, quemadmodum pulchrè docuit Cicero *in Catone maiori*, vnde *Deut.* 23. oraculum diuinum dixit, *Congrega mihi 70. de ſenioribus Iſrael ad iudicandum*, ſcilicet, populum. Alterum eſt, neceſſariò aduertendum, non vnam ſcilicet, & eandem fuiſſe apud Hebræos iudicandi formam, neque vnum ſolum locum, quemadmodum refert author libri, cuius titulus eſt, *Victoria contra Hebræos*, apud quos, vt conſtat etiam ex Thalmud, triplex fuit [c] curia, quemadmodum etiam aduertit Card. Baronius *tom. 1. annal. anno. 32. cap.* 11. Altera erat conſiſtorium dolatum, in quo 70. ſeniores iudicabant: hæc autem curia ſita erat iuxta muros vrbis prope portam ſicut docuit Adricom. *in ſua Hieroſolyma in theatro Palaſtina.* Secunda curia [d] erat in porta montis domus; altera verò in porta atrij. Refert Ioſephus, *lib. 6. de bello, cap. 6. & 7. de bello, cap.* 13. Hieronym. *tom. 3. epiſtolar. epiſt. 25. ad Fabiolam, manſione* 11. Vnde iam patet, quid Ieremias voluerit cum dixit, *ſenes defecerunt de portis*, id eſt, nulla iam erat iuſtitia in Hieruſalem; defecerunt enim iudices de quauis curia publica Ieroſolymitana; in vnaquaque enim earum peculiares erant cauſæ: [e] in prima enim de pecuniis agebatur, dicebaturque domus iudicij trium virorum: ſecunda autem dicebatur domus iudicij 23. virorum, vel Senedrion paruum, in quo capitales cauſæ agebantur: tertia tandem curia, *domus Concilij 72. virorum* appellabatur, ſiue *magnum Senedrion*, in quo grauiſſimæ cauſæ agebantur pertinentes ſcilicet ad ſummam Reipublicæ, ad tribum, ad legem, ad prophetiam, & ad ſummum ſacerdotem; quæ curia in ſola Hieroſolyma ſita erat, cæteræ verò in aliis etiam vrbibus. 41.

Cicero.
Deut. 23.
[c] *Triplex curia Ieroſolymæ.*
Baronius.
Adricom.
[d] *Earum ſitus.*
Ioſephus.
Hieron.
[e] *Et munia.*

Ad quas curias alludere [f] videtur Chriſtus Dominus Matth. 5. cum dixit. *Ego autem dico vobis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio; qui autem dixerit fratri ſuo, Racha, reus erit concilio; qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis*; facta enim alluſione ad formam iudicij Hebræorum, & ad pœnas corporales, de ſpiritualibus locutus eſt Chriſtus Dominus. *Defecerunt* igitur *ſenes de portis*, nihil aliud eſt, quàm ceſſaſſe publicum iudicium, quemadmodum Chaldaica Paraphraſis expreſſiùs dixit, vnde ortus eſt Hebraiſmus, *fieri in portis*, ſeu *eſſe in portis*, pro palam, & publicè fieri. Quo pacto intelligendus eſt locus [g] ex Pſalm. 9. *qui exſuſcitas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion*; eſt enim antitheſis in illis verbis, eripis me de limine mortis, vt palam, & publicè te laudem. Sic intelligendus eſt alius locus Geneſ. *in cap.* 4. cum Deus dixit ad Cain, *ſin autem malè*, ſcilicet, egeris, *ſtatim in foribus peccatum tuum aderit*, id eſt, quàm primùm publicum fiet. Obſcurus etiam eſt locus bucolicus *Cant. in p.* 7. cum ſponſa dixit, *in portis noſtris omnia poma noua & vetera ſeruani* 42.

[f] *Aptiſſima expoſitio in locū Matt. 5.*
Matth. 5.
[g] *Nec non & in alia loca veteris paginæ*
Pſalm 9.
Gen. 4.
Cantic. 7.

uani tibi, id eſt, iam palam, & publicè noua po-
ma venduntur in noſtra vrbe, ego autem præ
amoris magnitudine ſeruata tibi habeo ea, quæ
vetera erant. Iam igitur conſtat qualis ſit ſenten-
tia prioris partis huius carminis, cum Ieremias
dixit, *Senes defecerunt de portis.*

43. Vt autem pars altera magis appareat, cùm di-
citur, *Iuuenes de choro pſallentium*, ſeu vt habet
Hebr. Text. Hebraicus Textus, *& iuuenes à ſua modulatione*,
ſeu *de domo cantantium*, quemadmodum habet
Chald. Par. Chaldaica Paraphraſis: aduertendum eſt, cuiuſ-
Ambr. que [h] ætatis peculiare officium eſſe, vt docet
Ambroſ. 1. *de officiis, cap.* 17. & Seneca Tragicus
in Hippolyto
[h] *Cuiuſcunque ætatis peculiare munus.*
Tragicus.

——*Propria deſcribit Deus*
Officia, & æuum per ſuos ducit gradus;
Lætitia iuuenem, [i] *frons decet triſtis ſenem.*

[i] *Iuuenis lætitia, triſtis verò ſenectus.*

Proinde accommodatè Propheta iudicandi vim
ſenioribus attribuit; lætitiam autem, ſiue muſi-
cam iuuenibus iuxta communem naturæ ordi-
nem; atque vt ſignificaret nullam iam eſſe læti-
tiam, nec voluptatem in ea republica, dixit, *&*
iuuenes de choro pſallentium, defecerunt, ſcilicet,
ſiue ceſſarunt, atque ita iam non eſt vlla lætitia
publica in Hieruſalem. Similis eſt locus lib. 1.
Machab. 3. Machabæor. cap. 3. *filij alienigenarum erant in ar-*
ce, ibi erat habitatio Gentium, & ablata eſt volu-
ptas à Iacob, & defecit tibia, & cithara.

44. Illud autem ſciendum eſt, in quauis bene con-
ſtituta republica muſicam [l] perpetuò ſuum ho-
norem habuiſſe, propter vtilitates, quas illa ha-
bet, quemadmodum dixit Plutarch. in lib. de
[l] *Muſica reipublicæ neceſſaria.*
Plutarch.
muſica. *Vnde*, inquit, *ciuitates, quæ optimis legibus*
vterentur, maximam ſemper ingenuæ muſicæ curam
Plato & alij. *habuerunt.* Quod etiam dixit Plato *in Philebo,*
& in Lache. Gellius *lib. 19. cap. 9.* Leuinus Lem-
nius *lib. de honeſto animæ, & corporis oblectamen-*
to, vnde Salom. Eccleſiaſt. cap. 2. *fecit mihi can-*
tores, & cantatrices. Qualis autem ea debeat eſſe
apparebit, ſi quis videat Ambroſ. *ſuper Pſal.* 45.
& 47. & Plutarch. *in apophtheg. Laconicis*, cùm
ait, *Lacædemonij modulationibus, & carminibus in-*
cumbebant, & compoſitio quidem erat ſimplex, &
ſeuera, nihilque aliud continebat, [m] *quàm laudes*
eorum, qui generoſè, & vicissent, & pro Spartha
mortui eſſent, & qui beati haberentur, eorúmque
vituperationes, qui timidi fuiſſent: multa hac de re
Rodigin. ſcripſit Celius Rodig. *lib. 9. lect. antiq. à cap. 1. &*
deinceps. Accommodatè autem ad hoc argumen-
Ariſtot. tum locutus eſt Ariſtot. *in lib. de republica*, quos
Valgulius. citat, & refert Carol. Valgulius *in com. ad muſicam*
Plutarchi, vbi inter alia docet muſicam, & alia
ſigna lætitiæ, eſſe [n] ſymbolum tranquillitatis, &
felicitatis in republica; qualem in Ieruſalem
fuiſſe dicitur *lib. 3. Reg. cap.* 3. cum de felicitate
regni Salomonis agitur. *Iuda*, inquit, *& Iſrael*
3. Reg. 3. *innumerabilis ſicut arena maris in multitudine, co-*
medentes, & bibentes, atque lætantes. Quod ele-
ganter concluſit regius vates *in Pſalm.* 86. quan-
do agens de felicitate Ieroſolymæ, de pace, &
affluentia rerum omnium, in ea per acclamatio-
Pſal. 86. nem rem perfecit eo epiphonemate, *Sicut lætan-*
tium omnium habitatio eſt in te. Quaſi velit:
Quid plura dicam de Ieruſalem? eſt ipſa veluti
quædam habitatio totius lætitiæ, quod ſignum
eſt felicitatis. Fallor, ſi non in hanc ſententiam
Cantic. 6. intelligendus eſt locus *Cantic.* 6. cum Rex Salo-
mon laudans felicitatem, & rerum omnium
abundantiam [o] Eccleſiæ Dei per allegoriam di-
xit, *quid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum?*

[m] *Quam tamen Sparthani, non niſi de re ſeria admittebant.*
[n] *Hæc ſymbolum tranquillitatis & felicitatis in republica.*
[o] *Eccleſia Dei noua, chorus pſallentium.*

Eſt autem certum Sulamitem pacificam ſignifi-
care, tranquillam, & abundantem; huius autem
felicitatis conueniens erat publica lætitia, quæ
ſignum felicitatis eſt, propterea dixit, *niſi choros*
Caſtrorum, id eſt, choreas, atque alia ſigna læ-
titiæ. Quemadmodum enim bene aduertit
Aben Eſias, vocabulum Hebræum, quod vulga- Aben Eſias.
tus tranſtulit *chorus*, non eſt bellicum, ſed paci-
ficum. Vnde iam colligo Ieremiam in hac parte
huius carminis, cum dixit, *Iuuenes de choris pſal-*
lentium, voluiſſe [p] ſignificare infelicem ſtatum [p] *Senſus literæ.*
Ieroſolymæ, in qua iam nulla ſint ſigna lætitiæ,
qualia ſolebant eſſe, quando ſecuta erant omnia
in Hieruſalem.

Carmen 15.

Defecit gaudium cordis noſtri: verſus eſt in luctum chorus noſter.

§. II.

Ad Literam, & Mores.

Gaudium, & lætitiam cordis noſtri tam citò proximant mæror & triſtitia, vt fidelior ſit memoria præteritorum bonorum præſenti lætitia.

IN hoc carmine Ieremias oſtendit, vnde ortum 45.
habeant ſigna lætitiæ, atque triſtitiæ, eaque
oriri docet ex corde; nanque ſicut eleganter di-
xit Symmachus lib. 2. epiſtular. epiſt. 7. *lætitia lo-* Symmach.
quax [q] *res eſt, atque oſtentatrix ſui, adeo vt magna* [q] *Lætitia neſcit tacere.*
parti hominum nulla ab ea cautio ſit; & in epiſt.
ſtatim ſequenti: *In ſerenis*, inquit, *frontibus animo-*
rum indicia perleguntur; non enim ſe capit exun-
dantis lætitiæ magnitudo, ſed dedignata pectorum
latebras, ita multa, & candida foras prominet, vt
intelligatur, non ingentior quàm verior. Plura di-
xit hac de re Plutarch. in lib. de garrulitate: *Eſt*, Plutarch.
inquit, *gaudium longè* [r] *comica illa vigilia loqua-* [r] *comica enim vigilia loquacior.*
cius, ſubinde ſe ipſum excitat; non enim tantum
vbi dolor vrget aliquem, ibi manum tenet, ſed &
delectatio vocem in [ſ] *ſe habet, & ſecum linguam* [ſ] *vocem in ſe habet.*
circunducit: vnde pulchrè Ieremias hoc in loco
oſtendit [t] cauſam, cur ceſſauerint ſigna lætitiæ; [t] *Prior expoſitio.*
eam autem oſtendit eſſe, internam cordis tri-
ſtitiam.

46. Videtur autem diuinus Ieremias in his verbis
oſtendere inconſtantiam gaudij, & voluptatis
noſtræ, vt huius plerunque ſolùm relinquatur
memoria; præter enim quàm quod Tragicus di- Tragicus.
xit, *dolor & voluptas inuicem cedunt, breuior vo-*
luptas: Seneca Philoſophus in lib. de conſola- Seneca.
tione ad Polybium: *Longior*, inquit, *fideliórque*
eſt memoria voluptatum, quàm præſentia. Vnde [u] *Fidelior gaudij memoria, quàm præſentia.*
gaudium præteritum, in memoriam reduxit Ie-
remias, cum nullum præſens inueniat; *certiora*
enim ſunt gaudia, quæ abierunt, quàm quæ præſen-
tia ſunt; nanque de illorum fine, nihil iam timen-
dum reſtat, cum præſentia perpetuo timore permi-
xta ſint: nimis enim anguſtat gaudia ſua, qui eis
tantùm, quæ habet, ac videt, frui ſe putat, & ha-
buiſſe eadem, pro nihilo putat; cito enim nos omnis
voluptas relinquit, quæ fluit, & tranſit, & pene an-
tequam

tequam veniat auſertur. Itaque in præteritum [x] *tempus animus mittendus eſt, & quidquid nos vnquam delectauit, recolendum, ac frequenti cogitatione tractandum eſt; longior enim, fideliórque eſt memoria voluptatum, quàm præſentia.* Hoc enim non minùs eleganter reperit idem Seneca lib. 3. de beneficiis cap. 4. *Epicurus*, inquit, *aſſiduè querit, quod aduersùs præterita ſimus ingrati, quoniam quæcunque percepimus bona, non in memoriam reducamus nec inter voluptates numeremus, cum certior nulla ſit voluptas, quàm quæ eripi* [z] *iam non poteſt; præſentia gaudia nondum tota in ſolido poſita ſunt, poteſt illa caſus aliquis abſcindere; futura pendent, & incerta ſunt, quod præterijt, inter tuta poſitum eſt.* Similia habet in *lib de vita beata, cap 6.*

[x] *Propterea in præteritum tempus animus eſt remittendus.* Idem.

[z] *Ea enim ſola eripi nequeunt, quæ præterierunt.*

47. Quanuis autem præteritæ voluptatis recordatio ſæpe iucunda ſit, acerbiorem tamen plerunque reddit calamitatem; nihil enim infelicius eſt, quàm in calamitate [a] memoriam habuiſſe felicitatis anteactæ, quemadmodum ex Euripide retulimus in primo cap. huius operis. Id quod eleganter dixit regius vates *in Pſalm.* 136. loquens per prophetiam de hoc eodem argumento, de quo agit hoc in loco Ieremias, cùm docet memoriàm Sionis, & veteris lætitiæ recordationem, maiora incrementa attuliſſe captiuitati, in qua erant Hebræi, cum dixit; *Super flumina Babylonis illic ſedimus, & flemimus, dum recordaremur tui Sion.* Ad hunc modum mihi locutus videtur Ieremias per amplificationem cùm dixit: [b] *Defecit gaudium cordis noſtri, verſus eſt in luctum chorus noſter*, id eſt, amplificat triſtitiam veteris lætitiæ recordatio.

[a] *Quandoque autem & præteritorum memoria auget præſentia mala.* Pſal. 136.

[b] *Qualiter in præſenti litera.*

§. III.

Ad Literam, & Mores.

Viro religioſo nihil iucundius cultu Dei, cui omnis mœroris cauſa, cùm defecerit.

48. HIeronym. tamen aliter exiſtimat intelligendam eſſe hanc ſententiam, censétque exponendam eſſe [c] de ſacra religione, & de cultu diuino deperdito, quem vocat gaudium cordis ſui, de more ſacræ Scripturæ, [d] quæ ſolet religionem ſacram, & diuinas cæremonias, amorem & gaudium cordis plerunque appellare: qualis eſt ille locus *in Pſal.* 25. quando Dauid exulans à ſancta ciuitate Ieruſalem propter timorem Regis Saulis dixit, nihil ſibi potius eſſe, quàm in ea vrbe vitam agere, *vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuerſa mirabilia tua; dilexi enim decorem domus tuæ.* Quaſi velit: Nulla mihi maior calamitas eſt, & nihil moleſtius, quàm carere laudibus, & cæremoniis ſacris tui templi, quemadmodum pulchrè dixit Card. Bellarm. ad hunc locum. Vult igitur Hieronym. hæc verba referenda non eſſe ad ſigna publica lætitiæ, ſed nouam eſſe ſententiam in his verbis, qua Ieremias ſignificauit deperditam eſſe religionem, & cæremonias ſacras; id quod dolet in cæteris ſequentibus carminibus: quæ ſententia quanuis vera videatur, magis tamen nobis placet [e] ea quæ prior recitata eſt.

Hieron.

[c] *Secunda expoſitio D. Hieronymi.*

[d] *Religio & cultus ſacer in Scriptura ſancta amor & gaudium cordis.*

Pſal 25.

Bellarmin.

[e] *Prior expoſitio antefertur.*

49. Propter vtranque tandem notandus eſt modus loquendi ſacræ Scripturæ, [f] quia in vtrauis expoſitione neceſſaria eſt cognitio illius; conſueta enim locutio eſt, vt pro gaudio in mæſtitiam conuerſo dicatur, *verſus eſt in luctum chorus noſter*, ſiue, *tibia noſtra.* Sic habetur in Pſalm. 29. *Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi*, ſiue, *in tibiam*, ſicut legunt LXX. Interpretes, & bene notauit Eugubinus. Ita dixerat Ieremias in c. 31. *tunc lætabitur virgo in choro*, ſiue *in tibia.* Similis locutio eſt *in Pſal.* 149. *& Pſal.* 150 Aduertendum autem eſt vocem Hebræam, pro qua vulgatus interpres tranſtulit *chorum*, inſtrumentum [g] muſicum ſignificare in choris, choreíſque vſitatum, cuius forma nobis non eſt nota, quemadmodum dixit Hieronym. *in Pſal.* 150. cui omnino ſuffragatur Marin. *in arca Noe.* Verùm idem Hieronym. & Pagninus in theſauro docent, eandem vocem interdum chorum [h] muſicum ſignificare, & ita plerunque Hieronymus transferre ſolet. Libere igitur in vtraque ſignificatione accipi poteſt chorus.

[f] *Pro vtraque tamen notanda ſignificatio vocis, chorus.* Pſal. 29.

LXX Interp. Eugubin. Ierem. 31.

[g] *Quæ inſtrumentum muſicum nobis ignotum,* Hieron. Marin.

[h] *& cantantium cœtum ſignificat.*

Carmen 16.

Cecidit corona capitis noſtri: væ nobis, quia peccauimus.

§. IV. Ad Literam.

Quoniam in conſuetudinario vſu ſacrorum corona geſtabatur, rectè hîc pro coronæ caſu, religionem, & verum cultum Dei deperditum doluiſſe ſanctum intelligimus Ieremiam.

50. VT conuenienter loquamur ad expoſitionem D. Hieronym. in verſu præcedenti, [i] neceſſariò de ſacra religione hic locus intelligendus eſt, quaſi deperdita ſit religio Dei apud Hebræos propter peccatum Idololatriæ: non eſt autem alienum à ſacra Scriptura, & à veteri conſuetudine ſapientum, vt corona [l] religionem ſignificet, & pietatem. Pro qua re erit videndus Theodoret. *ſuper Ezechiel. in cap.* 16. ad ea verba, *& ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi inaures ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.* Quem locum ille moraliter de anima ornata pietate, & cæteris virtutibus intelligit. Inter alia autem ita habet: *Eſt igitur corona* [m] *ea gloria, quæ à pietate, & cultu legis, & ab omnibus bonis comparata ſit.* In quam ſententiam erit videndus locus Exod. 32. *Videns ergo Moyſes populum, quòd eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron*: ad quem locum Targum Hieroſolymitanum ita dixit; *Denudati enim erant corona aurea, quæ fuerat in capitibus eorum cum nomine quadrilitero.* Videntur enim Iſraëlitæ poſt legem acceptam in ſignum fidei, & obedientiæ, quam percuſſo fœdere Deo promiſerant, ornaſſe capita [n] coronis decoris, quod anno ſequenti ſoli Aaroni conceſſum legitur *Exod.* 28. & *Eccleſ.* 45. quemadmodum pulchrè docuit Lyran. Ideo dixit Rab. Salom. quòd per ornatum hîc dictum non intelligantur pretioſa veſtimenta, quæ iam depoſuerant, ſed intelligantur coronæ, quas principales populi impoſuerunt in die dationis legis, quando Dominus locutus eſt eis; tunc

[i] *Prior expoſitio iuxta intelligentiã D. Hieron in carmine præcedenti.*

[l] *Corona religionem ſignificat,* Theodor. Ezech. 16.

[m] *& gloriam à pietate procedentẽ.* Exod 32.

Targ. Hier.

[n] *Iſraëlitæ coronis ornati ſunt cum legem acceperunt,* Lyran. Rab. Salom.

o In ſignũ deſponſationis cum Deo.

tunc enim populus ſuit Deo deſponſatus [o] per ſuſceptionem legis,& religionis, & ideo fuerunt coronati ad modum ſponſæ, & has coronas uon depoſueruot, oſtendentes, quòd volebani eſſe ſubiecti legi,& pietati;ſed quia peccauetunt per Idololatriam, & tabulæ legis erant confractæ, ideo ad eorum confuſionem præcepit Domious eas deponere,*vt ſciam quid faciam tibi*, id eſt, ſi videro te humiliatum:*depoſuerunt ergo filij Iſrael ornatum ſuum à monte Oreb*,id eſt,coronas, quas acceperunt in datione legis. Quòd autem ea cæremonia conſuetx fuerit [p] apud Hebræos & alias gentes,coronandi,ſcilicet,ſponſos,& ſponſas aureis,ſiue floreis coronis, eſt locus *Cantic.* 4. cum Salomon dixit,*veni de libano ſponſa mea, coronaberis de capite Amana.* Talis etixm eſt locus Iſaiæ 61. *Indumento iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum ornatum corona.* Id quod docuit Plinius *lib.* 2. *cap.* 3.*& lib.*22.*cap.*2.*&* 3.Erit videndus Tertull. *in lib.de corona militis, cap.*13. Alexand.ab Alex, *lib.*x.*Genial.dierum cap.*3. Ex quibus iam efficitur veteres ſponſos ſolitos eſſe floribus coronari.

p Mos enim erat apud Hebræos, & alias gentes coronandi ſponſos & ſponſas.
Cantic.4.
Iſai.61.
Plinius.
Tertullian.
Alex. ab Al.

51. Quod autem fiebat in deſponſatione corporum, hoc ipſum fiebat [q] in deſponſatione animarum, quando xd pietatem, & religionem Dei accedebant homines; floribus enim,& interdum auro coronabantur; quo pacto eſt intelligendus locus *Cant.* 3.vbi dicitur:*egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis ſuæ.* Ad qoem locum ita habet Paraphraſis Chaldaica: *Quando venit Salomon vt faceret dedicationem domus Sanctuarij,præco egreſſus eſt in fortitudine,& dixit, Egredimini filiæ Sion,videte habitatores Prouinciarum,& populus Sion, diadema & coronam, qua coronauit domus Iſrael Salomonem in die dedicationis domus Sanctuarij*; quaſi verò religionis gixtia fuerit coronatus Rex Salomõ ab vniuerſo populo;nanque ſolebant ſacris [r] initiati coronari. Id quod docet etiam Ioſephus *lib.*3.*antiq.c.*8. & Rhodiginius *lib.*27.*lect.antiq.cap.* 26. Clariùs Tertull. *in lib. de corona militis, cap.* 9. cum ait; *ſupplices,*[ſ] *ſiue orantes apud veteres coronabantur*: quod aduertit Iacobus Pamelius ad eum locum ex Halano Coppo referente Ariſtophanem Græcum in Pluto: vnde mihi dixiſſe videtur D. Petrus in ſua 1.Canonica, c. 2. *Vos eſtis genus electum,regale ſacerdotium*:quud etiam dixit Ioann. in ſua reuelat. cap. 1. *Christus lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo,& fecit nos regnum, & ſacerdotes.* Vterque autem locus intelligendus eſt noo de verjs ſacerdotibus,[t] ſed de quolibet fideli homine,quemadmodum docuit Baſil. *orat.* 2. *de Baptiſmo cap* 8. Auguſt.20.*de Ciuit.cap.*10.Nanque ſicut dixit D.Leo ſerm.3. in anniuerſaria die ſuæ conſecrxtionis. *Nihil tam regium, quàm ſubditus Deo animus,nihil tam ſacerdotale, quàm vouere Deo. Vnde & in confirmatione fidelium & quadam eſt conſecratio per oleum* [u] *ad inſtar ſacerdotum,& faſcia alba notamur ad inſtar Regum.* Eſſe autem règiam coronam faſciam apud veteres ſtatim in ſequenti §. dicemus latiùs: tamen ex his ſatis colligitur religioſus,& fideles homines in ſignum pietatis,cui deſponſabantur, ſolitos eſſe coronas geſtare, vt iam pateat, quàm ad literam dictum ſit, præſentem [x] verſum intelligendum eſſe de religione,ſiue pietate amiſſa,cum Ieremias ait,*cecidit corona capitis noſtri.* Accommodatè autem ad eam calamitatem, in qua erat, eſt interpoſita à propheta interiectio dolentis, cum dixit,*Væ nobis,quia peccauimus!* quaſi dolens, qoòd propter læſam pietatem,& religionem,ſeu potiùs propter idololatriam ceciderit omnis religio Hebræorum;ſicut enim dicitur Sapient.14. *Infandorum idolorum cultura, omnis mali eſt ratio, & initium.*

q Quod item fiebat in deſponſatione ſpirituali.
Cantic.3.
Chald.Par.
r Inde ſacris initiati coronari.
Ioſephus.
Rhodigin.
Tertullian.
ſ Supplices itē & orantes.
Pamelius.
1.Petr.2.
Apoc 1.
t Quilibet fidelis rex & ſacerdos.
Baſilius.
Auguſt.
D.Leo.
u Propterea in confirmationis ſacramento oleum ſacratum & faſcia alba.
x Senſus literæ myſticus.
Sap.14.

§. V. Ad Literam.

Secundùm literæ corticem propheta regni deplorat Iudaici occaſum, & ruinam principatus Hebræorum.

52. VErùm vt verba ſtatim ſonant [a] in prima ſuperficie D. Ieremias videtur dolere regiam dignitatem cecidiſſe à populo Dei propter ſuorum hominum ſcelera; hoc enim ſignificare videntur hæc verba, *cecidit corona capitis noſtri*; vt ſit ſimilis hæc ſenteotia illi, quæ eſt apud Ezechiel. *in cap.*21. vbi de rege Sedecia, de quo hic etiam egit Ieremias, dixit propheta, *Aufer cidarim, tolle coronam.* Nanque corona perpetuum ſymbolum [b] regium fuit apud omnes gentes. Pro qua re aduertendum eſt,apud veteres regiam coronam pannum fuiſſe, ſiue faſciam candidam,Græco vocabulo dictam, *diadema*,id eſt, ligamentum,ſicut beoe notauit Beroald. *Com. in lib.*10.*Apulei*,& *com.in Sueton. in vita Iulii Cæſar. cap.*79.cum ait:*Ideo tribuni faſciam,quam quidam impoſuerunt ſtatuæ Cæſaris, detrahi iuſſerunt, quia videbatur ſignificare regiam dignitatem.* Vnde Ammian.Marcellin. refert, Pompeio obiectum fuiſſe,regiam dignitatem affectaſſe,quia aliquando crus alligauerat faſcia candida, propter vulnus; [c] *nihil,aientes,referre, qua corporis* [d] *parte ſit faſcia.* Quod Seneca notauit epiſt. 11. *faſciam ſolue,multum enim mali ſub illa latet*; conuenit litera Hebræa cum hac ſignificatione; etenim à verbo Hebræo,*athar*,quod ſignificat ligare, cingere, tueri, ſiue munire, deriuatum eſt nomen, *athereth*,quod *colligamentum* ſignificat,ſiue, *coronam*, quaſi regium inſigne nihil aliud ſit, quàm remedium populi,ſicut bene notauit Alexxnd.ab Alex.*lib.* 1.*cap.* 28. & Iuſtinus Hiſtoricus *lib.* 25. cum refert Alexandrum de capite detraxiſſe faſciam,& vulnus Lyſimachi,[e] quod io capite acceperat, circumligaſſe, vt ſic oſtenderet magis in remedium vulnerum ſuorum inuentum fuiſſe diadema, quàm in ornamentum regum; talia enim eſſe debeot regiæ maieſtatis inſignia. In quam ſententiam notauit optimè Iuſtin.*lib.*4 *ſuæ hiſtor.*veteres pro ſceptris [f] haſta vſos fuiſſe,qua populum maximè defenderent. Vnde Romulus Quirinus dictus eſt,cuius nominis cauſam reddit Poëta,cum dixit,

Siue quòd haſta quiris priſcis eſt dicta Latinis.

Quod notauit etiam Carolus Sigonius in factis Romanorum; qua forte ratione apud Hebræos haſta vtebantur Reges in ſignum regiæ maieſtatis; vnde nunquam Saül ſine haſta inuentus eſt.

53. Qua ratione pulchrè etiam adnotauit Iſidorus Peluſiota *lib.* 1.*epiſt.epiſt.*136. *ad Herminium*, de illo magni honoris inſigni ex candida lana confecto,quod pallium paſtorale, [g] ſiue Archiepiſcopale vocamus;ioter alia enim ita habet:*Id autem amiculum,quod ſacerdos humeris geſtat, atque ex lana,non ex lino confectum eſt, ouis illius,quam Dominus aberrantem quæſiuit,& inuentam humeris ſuis*

a Altera expoſitio ſecundum literæ ſenum & corticem.
Ezech 21.
b Corona enim ſymbolũ regium apud veteres. candida faſcia, ſiue ligamentum.
Beroald.
Ammianus.
c Quæ & in crure putabatur inſigne.
d Nota pro equitibus de la garoteia in Anglia.
Seneca.
Alex ab. Al.
Iuſtin.hiſtor.
e Vide Alexandri Magni humanitatem.
Idem.
f Veteres pro ſceptris,haſta vſi ſunt.
Virgilius.
Sigonius.
Peluſiota.
g Pallium archiepiſcopale refert diadema regium, & bonum paſtorē.

ſuis ſuſtulit, pellem deſignat. Epiſcopus enim, qui typum Chriſti gerit, ipſius munere fungitur, atque ipſo etiam habitu illud omnibus oſtendit, ſe boni illius paſtoris imitatorem eſſe, qui gregis infirmitates ſibi ferendas propoſuit, atque ita remedium ouium factum eſt inſigne Paſtoris.

54\. Talis erat regia corona lanea, vel linea vtilis, quando ex lana,& lino erat;etenim ſicut pulchrè dixit Auguſt.lib.83.quæſtion.quæſt. 36. *Nutrimentum charitatis eſt imminutio cupiditatis; deterior autem reddita* [h] *eſt regia corona, quando aurea facta eſt;tunc enim vtilior regibus, perniciosior populo facta eſt*, vt declaratur ex toto eo textu. *Cod. de aureo coronario*, quemadmodum pulchrè aduertit Iuſtus Lipſius in eo opere de magnitudine vrbis Romæ;etenim diadema lineum, ſiue linea corona,[i] remedium erat populi, aurea verò principis vtilitas, qualis planè erat corona Hebræorum,quando euerſum eſt totum regnum, & ſancta ciuitas, aurea ſcilicet; id quod conſtat ex Pſalm. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato*,Hieronym.tranſtulit,*in aurea corona*;& in Pſalm. 20 *poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo*; Hebraicè, *de auro optimo*: qualis ea erat corona regis Ammonitarum, quam in bello acceperat Rex Dauid,ſicut dicitur 1.Paralip.*cap.* 20.& 2.*Reg.cap.* 12. qua coronabantur Reges Iudæ, quando inaugurabantur, quæ ad eos vſus in templo ſeruabatur, quemadmodum refert Abulenſ.*in 4.Reg.& ſuper lib.1.Paralip.c.* 20. *à quaſt.* 8. *vſque ad* 11.Cum igitur Ieremias dixit, *cecidit corona capitis noſtri*,de hac corona [l] locutus eſſe videtur,vel ſaltem de regia corona Iudæ,quæ cecidit de capite Sedeciæ, quando captiuus ductus eſt in Babyloniam. Quæ expoſitio mihi probabilior viſa eſt:alioquin Ieremias in hac acerba ſua peroratione nihil dixiſſet de regia dignitate amiſſa, quod grauiſſimum infortunium eſt ad extremum in quouis regno.

August.

[h] *Deterior regia corona aurea.*

Lipſius.

[i] *Lanea enim corona remedium populi; aurea verò regis commodum.*

Pſalm 44.
Hieron.
Pſalm.20.

Abulenſ.

[l] *Senſus literæ.*

55\. Fuiſſe autem peccata populi cauſam, cur imperia transferantur, & euertantur regna, dixit eleganter D.Ambroſ. in Apologia Dauid, *regum lapſus pœna populorum eſt*. Quod Eccleſiaſt.dixit, *regnum* [m] *à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias,& iniurias,& contumelias, ac diuerſos dolos*; id quod de caſu hoc regni Iudæ dixit eleganter Chryſoſtom.*homil.* 18.*ſuper* 1.*ad Corinth*: vbi oſtendit coronam regiam Hebræorum, propter eorum ſcelera cecidiſſe,ita enim habet:*Tunc autem oſtendit Nabuchodonozor, quòd eorum vrbem ceperit non ſua virtute, ſed propter eorum peccata; ſi enim pueros ligatos in Babylonia, & in fornacem ardentem deiectos ſuperare non potuit,* [n] *quomodo lege belli ſuperaſſet omnes, ſi tales eſſent?* Vnde perſpicuum eſt,propter eorum grauiſſima peccata captam fuiſſe vrbem, & regnum, ac regiam coronam illius gentis cecidiſſe, quemadmodum dolet Ieremias, dicens: *Cecidit corona capitis noſtri, væ nobis, quia peccauimus.*

Ambr.

[m] *Quare regnum à gente in gentem transferatur.*

Chryſoſt.

[n] *Valde notandum Chryſoſtomi dictum.*

TRACTATVS VI.

De expoſitione 17. & 18. *Carminum.* Siue, *De inſignis mæſtitiæ cauſis.*

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

Carmen 17.

Propterea mæſtum factum eſt cor noſtrum: ideo contenebrati ſunt oculi noſtri.

§. I. Ad Literam.

Proteſtatur ſanctus Ieremias doluiſſe non modò extremè ſuorum popularium, ſed mæroris ſumpſiſſe inſignia, quæ in oculis omnium apparerent.

56\. Ellipticus eſt hic locus,& imperfectus, vt qui dubiam & ancipitem [a] faciat ſententiam;nec enim conſtat certò adquem verſum referenda ſint hæc verba, ad antecedentem ne, an ad conſequentem?Hieronym. igitur exiſtimauit hunc verſum pertinere,pendereque ex præcedenti,cum Ieremias dixit,*Væ nobis, quia peccauimus*; iuſtiſſima [b] enim eſt triſtitia de peccato: *rectè ergo*, inquit ille, *propter peccatum noſtrum cor factum eſt mæſtum, quia vbi iniquitas premendo inſidet cordi,ibi non eſt habitatio Spiritus ſancti, ſiue lætitia.* Qua ratione dixit pulchrè regius vates *in Pſalm.* 50. poſt ſuum adulterium, & homicidium commiſſum, *redde mihi lætitiam ſalutaris tui,& ſpiritu principali confirma me*, quemadmodum aduertit Genebrard. *ad tollendam enim*, docet,*mæſtitiam ex peccato,ortam neceſſariò eſſe vim, & virtutem totius Beatiſſimæ Trinitatis*, [c] *Patris, ſcilicet, adiuuantis,filij merentis, & Spiritus ſancti exequentis; vſque adeo enim hæret mæſtitia peccato.* Erit videndus Chryſoſtom. hom. 5. ad populum. *Propter hoc*, inquit, *triſtitia facta eſt, non vt in morte,nec vt in alia re tali doleamus, ſed vt ipſa ad dolenda peccata vtamur: remedia enim medicinalia propter illos ſolos morbos inuenta ſunt, quos curare poſſunt,non propter illos,quos curare non poſſunt.* Similia dixit *homil.7.ad popul.& ſuper Pſal.* 119.& D.Auguſt.1.*confeſſ.cap.*12.Bernard. *lib. de diligendo Deo.* Philo *in lib de congreſſu quærendæ eruditionis gratia.* Probè igitur D. Hieronymus. Exiſtimauit hæc verba pertinere ad præcedentem [d] ſententiam, quaſi voluerit Ieremias propter nullam aliam calamitatem ad extremam mœſtitiam deueniſſe, quàm propter peccatum, præſertim ſi ſermo ſit de peccato, quo gens Hebræa occidit Regem Meſſiam, de quo etiam magna pars huius diſcurſus Ieremiæ eſſe potuit; nam ea corona, quæ cecidit, Meſſias Dominus eſſe poteſt,qui corona, & conſummatio eſt omnium bonorum.

[a] *Anceps ſententia huius carminis.*

Hieron.

[b] *Iuſtiſſima triſtitia non niſi ex peccato.*

Pſalm.50.

Genebrard.

[c] *Vt reſtituatur lætitia peccatori, totius Trinitatis operatio requiritur.*

Chryſoſt.

Auguſt.
Bernard.
Philo.

[d] *D. Hieron. hanc ſententiam ad præcedentem refert.*

57\. Verùm pluribus placet principium eſſe in his verbis [e] nouæ ſententiæ, pendereque hæc verba ex ſequenti verſu, cum Ieremias dixit, *Propter montem Sion, quia diſperiit, vulpes ambulauerunt in eo*; extrema, inquit, mœſtitia occupauit cor noſtrum,quia Sanctuarium Domini euerſum eſt, & ablata à nobis eſt religio, & pietas in Deum, quaſi ex hoc loco incipiat propheta dolere in hac ſua peroratione euerſum templum, & religionem: quod vt faciat, quamuis ſæpiùs dixerit de lachrymis in ſua lamentatione, extremum [f] ſignificauit hoc in loco earum, per amplificationem,cùm dixit,*ideo contenebrati ſunt oculi noſtri*;

[e] *Cæterum principium eſſe nouæ ſententiæ, plures autumant.*

[f] *Extremum enim continet lachrymarū.*

tales enim lachrymæ debebantur amiſſæ pietati.

58. Quod vt melius intelligatur, de origine lachrymarum repetenda ſunt aliqua, quæ aliquando diximus, ſunt enim perneceſſaria ad hunc locum intelligendum; inter quæ illud primò occurrit, quod dixit Cel. Rhodig. *lib.* 10. *lect. antiq. cap.* 3. cùm aſſerit, *lachrymas* [g] *fieri ex euaporato humore, quem natura ad cor mandauit, in dolore autem lachrymas vbertim fluere, quoniam vi doloris plurima fieri conſueuit euaporatio de corde ad cerebrum, vnde condenſatus vapor, & refrigeratus ſoluitur in manantes lachrymas per oculos, qui calor tunc maximè ſolet euaporare humorem cordis, quando ſubſultat maximè, & impetuoſior eſt ſubſultus, qualis eſſe ſolet in rerum acerbitate, qui fit in compreſſione ex triſtitia, expellitque calorem, & ſpiritus vitales, quando aliqua ſpes* [h] *eſt in acerbitate, ita fieri ſolet; nanque ſi abſit ſpes, ceſſat ille frequens cordis motus,* [i] *imò comprimitur, & meatibus obcæcatis augeſcente calore feruet humor, neque tamen euaporatur.* Ita philoſophatur Rhodiginius de origine lachrymarum, cuius ſi ſequenda ſit ſententia, ſolùm in lætitia, & in calamitatibus, quarum aliqua eſt ſpes remedij, fluent vbertim lachrymæ, non autem in deſperatis rebus; qualis plane calamitas eſt hæc, quam Ieremias deplorat, torrente, ſiue profluuio magno lachrymarum.

Rhodig.
[g] *Origo lachrymarum.*
[h] *Secundum Rhodiginiũ tunc fluunt largiter, quãdo aliqua ſpes manet.*
[i] *Si verò deſit omnis ſpes, comprimuntur.*

59. Proinde magis placet ſententia Eliæ [l] Cretenſis *in comm. ad orat.* 11. *Nazianz.* quæ eſt de morte Gorgoniæ ſororis ſuæ, in ea enim *pag.* 407. explicans ea verba Nazianz. *O lachrymarum fontes, quæ ex afflictionibus ſeminabantur: id,* inquit Elias, *expreſſit Nazianz. quod lachrymarum cauſa eſt; neque enim ab iiſdem principiis lachryma, & lætitia ortum habent; nam lachryma ſpiritu eo, qui circa cor eſt, rei aduerſæ impetu, tanquam ictu quodam oppreſſo naſci ſolet, cùm, ſcilicet, concaua cerebri partes, iis ex mœrore ortis vaporibus oppleta, quos intima caloris contractio ad ſupremas partes mittit, per oculorum meatus tanquam per canales quoſdam humoris molem excutit, atque vt nubes in guttas; ſic etiam vaporum craſſities in lachrymas diſſoluitur.* Ex quibus apparet, ex calore præ triſtitia eiecto ab internis cordis partibus factam eſſe euaporationem, vnde ſoluitur lachrymarum fluuius; non tamen [m] apparet, vnde cæcitas, vel contenebratio fiat vi lachrymarum, qualem ſibi, & ſuis dolet Ieremias eueniſſe in acerba calamitate Hieroſolymitana.

Cretenſis.
[l] *Sententia Eliæ Cretenſ. quòd lachrymæ à ſolo mœrore proueniant.*
[m] *vnde creſcat difficultas literæ huius.*

60. Proinde vt penitus cognoſcatur difficultas huius loci, notanda eſt [n] doctrina ex Galeno *lib.* 10. *de vſu partium, cap.* 11. vbi aduertit, *ſuper canthos oculorum, quos lachrymalia vocamus, neruoſam eſſe carnem, quam medici vocant lachrymarum frenum; pars enim ea, à natura inuenta eſt, vt recipiat humorem, eundémque accommodet oculis, & palpebris, vt ipſorum naturalis ſymmetria conſeruetur ad motuum agilitatem; quandóque enim ſiccitas palpebrarum exuperans, flectendi, atque mouendi difficultatem illis ingerit, humiditatis autem redundantia, infirma redduntur, & cadunt, ſicut in extrema ſenectute fieri conſueuit*, quemadmodum docet Rhodiginius *lib.* 12. *cap.* 4. quando detentoria facultas labefactata eſt. Iam igitur planus [o] eſt ſenſus huius loci; plus enim aliquid Ieremias de ſuis lachrymis in hac peroratione dicere voluit, quàm dixerit in tota lamentatione, de eiſdem inquiens: Talis, ac tanta vis fuit mearum lachrymarum, vt torrentis in modum, obuia quæque ſecum tulerit, corrupta vi detentoria præ magnitudine humiditatis, ceciderunt palpebræ, & contenebratio facta eſt in noſtris oculis, nec ſuas operationes exercere potuerunt læſis viſoriis organis à vi, & magnitudine lachrymarum.

Galenus.
[n] *Pro ſolutione notandum ex Galeno.*
Rhodig.
[o] *Senſus literæ germanus & facilis.*

Carmen 18.

Propter montem Sion quia diſperiit, vulpes ambulauerunt in eo.

§. II. Ad Literam.

Tanti cauſæ mœroris apponuntur, templi ſacri deſolatio, vnà cum regni, & religionis conculcatione ab exteris gentibus.

61. Tandem Ieremias exprimit cauſam [p] ſui iuſtiſſimi doloris, oſtendens eam eſſe rationem, & principium tantarum lachrymarum, & caligationis in oculis ſuis, quia, ſcilicet, Sion, qua in parte vrbis Ieroſolymæ ſacroſanctum templum ædificatum erat, deſolatus eſt. Pro qua ſententia explicanda, ſciendum eſt id, quod docuit Adricomius *in ſua Ieruſalem*, & Hieron. *de laudibus Bethlehem. ad Marcell.* Ioſephus 6. *de bello, cap.* 6. & 15. *antiq. cap.* 14. Sion propriè eſſe vnum de præcipuis montibus, in quibus ſita eſt Ciuitas Hieruſalem, qui mons in ſacra Scriptura [q] *ſanctus* appellatur, ſiue *mons Dei*, ſicut patet in Pſ. 2. *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius*, & Pſal. 91. *Te decet hymnus Deus in Sion*: & Pſalm. 77. *Tribum Ephraim non elegit, ſed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit*: & Pſal. 67. *Mons Sion, mons Dei, mons ſanctus, mons coagulatus*; ſeu vt alij volunt, *mons gibboſus*; [r] eſt enim mons Sion biceps, & diuiditur in montem Sion, & Moria, quæ eſt altera pars eiuſdem montis; & hæc eſt ratio, cur ſacra Scriptura, de vno monte, quaſi de duobus loquatur, vel vice verſa; vtrunque enim nomine Sionis apud ſacros Autores comprehenditur: proinde quamuis templum Dei fuerit ædificatum in monte Moria, [ſ] in quo iam olim ſuum filium ſacrificauerat Abrahamus, quemadmodum notauit Ioſephus 1. *antiq. cap.* 22. & Hieron. *Ierem.* 26. in quo etiam prima figura Chriſti patientis in cruce oſtenſa eſt in ariete de cornibus ſuſpenſo, ad quem locum putauit D. Ambroſ. referenda eſſe ea verba Chriſti Seruatoris Ioan. 8. *Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit*, [t] *& gauiſus eſt*. Similiter Chryſoſt. & Origen. atque elegantiſſimè ſanctus Martyr & Epiſcopus Veronenſis Zeno *ſerm.* 5. *de Abrahamo in bibliotheca Patrum, tom.* 2. vbi pulchrè dixit, *In illo ſacrificio ſolus Deus* [u] *doluit, quia aliam hoſtiam præparauit in remedium hominum*: tamen ſanctitas ſemper refertur ad montem Sion, quia prima, & maxima pars eſt illius montis conſtituti ex duobus: Ex quibus iam fit planus ſenſus huius loci, cùm Ieremias dixit, *Propter montem Sion, quia diſperiit, vulpes ambulauerunt in eo*; quaſi velit diuinus Propheta. [x] Hæc eſt cauſa, & ratio acerbitatis meæ, inde orta eſt triſtitia, & caligatio oculorum præ vi lachrymarum, quia, ſcilicet, doleo montem Sion deſolatum, qua in parte vrbis erat templum

[p] *Cauſa acerbiſſimi doloris.*
Adricom. Hieron. Ioſeph.
[q] *Mons Sion ſanctus per antonomaſiam.*
Pſal. 2. Pſal. 91. Pſal. 77. Pſal. 67.
[r] *Idem mons gibboſus, quia biceps.*
[ſ] *In altero capite, ſcilicet, Moria, olim Iſaac ſacrificium,*
Ioſephus. Hieron. Ambroſ. Ioann. 8.
[t] *in quo Abrahamus vidit diem Chriſti in ſacrificio arietis,*
Chryſoſt. Origen. Zeno Epiſc.
[u] *in quo ſolus Deus doluit, & quare.*
[x] *Senſus literæ.*

templum ædificatum, cum quo pariter interierunt cæremoniæ ſacræ, & ſacrificia, atque religio Dei. Eſt autem mons Sion factus ſtabula alta ferarum; ſic enim prouerbialiter [a] dicere ſolent Hebræi, cum vrbem in ſyluam redactam ſignificant, ſcilicet, *vulpes ambulant in ea.* Hoc ipſum prædixerat Ieremias in cap. 7. *Sion, quaſi ager arabitur, & Ieruſalem in aceruum lapidum erit, & mons domus in excelſa ſyluarum:* quod etiam dixit Michæas in cap. vlt. *Sion, quaſi ager arabitur, & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum, & mons templi in excelſa ſyluarum;* id eſt, alta ſylua occupabit templum Dei, ceſſabitque pietas, & religio, hoc eſt, quod dolet Ieremias in his duobus carminibus.

[a] *Prouerbialiter deſolatio ciuitatis exprimitur.* Ierem. 7.

Mich. vlt.

§. III. Ad Allegoriam.

Syluæ in monte ſancto, & vulpes in templo, hæreticos, & prauos mores in Eccleſiam irrepentes ſignificant.

62. Hieron. QVoniam verò Hieronymo placuit hoc in loco, & in pluribus aliis allegoria, quæ latet in his verbis, *vulpes ambulauerunt in eo*, nobis quoque placuit eam breuiter proſequi; neque minùs enim dolendum eſt, quod occupauerint ſyluæ montem Sion, & templum Dei factum ſit latibulum vulpium, quàm quod hæretici, [a] & praui homines in Eccleſiam Dei irruerint; nec enim alios exiſtimat Hieron. eſſe vulpes, quàm hæreticos. Sic loquitur Hieron. *Ezech.* 13. ad illa verba: *quaſi vulpes in deſertis prophetæ tui Iſrael erunt. Omnes*, inquit, *hæretici propter nequitiam, & fraudulentiam* [b] *vulpibus ſimiles ſunt.* Vnde de impio Herode ſcriptum eſt, *Dicite vulpi huic.* Qua ratione Rex Salom. de hæreticis dixit per allegoriam, *capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineam.* Ad quem locum Bern. ſerm. 67. in Cantic. *Non ſunt contentæ vulpeculæ deſerere viam, niſi & deſertare vineam poſſint.* Erit videndus Plutarch. *in Politic.* vbi ſic ſcribit; *non ſemper incendia de ſacris, publicíſque ædificiis initium ſumunt, ſed ſæpe ex domuncula lucerna parum neglecta ingens erumpit flamma, vel ignis ſenſim conceptus palea, deinde, & cæmentis refocillatus mirum in modum ardere incipit, & primis quibuſque correptis, longiùs ſerpere, & magnam dare ſtragem:* proinde Hieronym. de vitandis talibus vulpibus dixit ſuper epiſt. ad Galat. cap. 5. *Scintilla,* [c] inquit, *res parua eſt, & pene dum cernitur, non videtur; ſed ſi fomitem comprehenderit & nutrimenta ſui, quamuis paruus ignis, inuenerit, mœnia, vrbes, latiſſimos ſaltus, regionéſque conſumit.* Tales ſunt vulpes, ſiue hæretici. Quod etiam pulchrè notauit Cicero *lib. 15. epiſtolar. ad Attic epiſt. 3.* vbi tyrannidem comparat cum mala arbore, *quæ penitus*, inquit ille, *excidenda eſt potiùs, quàm euellenda, ne in perniciem reipublicæ fructificare poſſit; quemadmodum vulpes.* Voluit igitur Hieronym. non minùs dolendum eſſe propter Sionem in ſyluas redactum, in quo fuerat Sanctuarium Dei, & domus orationis, quàm dolendum ſit propter Eccleſiam, in quam irruerunt hæretici, omnia enim perturbant, & euertunt ad inſtar vulpium.

[a] *Allegoricè conturbatio Eccleſiæ per hæreticos.* Idem. Ezech. 13.

[b] *Qui vulpibus propter fraudulentiã aſſimilantur.*

Bernard.

Plutarch.

Hieron.

[c] *Hæreſis ſicut ſcintilla magnũ ſæpe excitat incendium.*

Cicero.

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

TRACTATVS VII. & vltimus.

De expoſitione 19. 20. 21. & 22. carminum. Siue, De votis miſerorum extremis.

Carmen 19.

Tu autem Domine in æternum permanebis, ſolium tuum in generationem, & generationem.

§. I. Ad Literam.

Occupat ſanctus Ieremias reſpondere infidelibus, quòd non ſit ablata diuinæ prouidentiæ ſtabilitas, quantuncunque regnum, & religio Dei conciderint in terra, niſi forte ſit tacita incuſatio ſecuritatis diuinæ in vltima perditione Hebræorum.

NON eſt ita certum, neque conſtat inter præcipuos interpretes, quorſum hæc appoſita ſint hoc in loco à Ieremia: non diſplicet id, quod voluit Lyran. occupationem, [a] ſcilicet, eſſe in his verbis, qua Ieremias reſpondet iis, qui exiſtimare potuerunt pariter cum Sanctuario euerſum eſſe Propitiatorium; qua in parte templi Deus ſedere dicebatur in ſacra Scriptura, & vnde auxilium ferre ſolebat miſeris Hebræis: non igitur, inquit Ieremias, ita eſt, ſed potius diuina miſericordia ſolium, & ſedem habet in ſua æterna, & infinita bonitate; vnde non interiit, nec deſolata eſt diuina [b] propitiatio, quando templum dirutum, & euerſum eſt pariter cum propitiatorio, & arca, ac proinde de ſua infinita bonitate poteſt adhuc eius miſericordia æterna perditis omnino, & euerſis noſtris rebus ſubuenire. 63.

Lyran. [a] *Lyranus putat hic eſſe occupationem.*

[b] *Quòd non ſit ablata diuina propitiatio, quãuis euerſum templum.*

Ego [c] tamen exiſtimo, modeſtam eſſe in his verbis accuſationem, qua Ieremias accuſat tarditatem diuini auxilij, cum tamen ſedeat ſecurus Deus in æterno ſuo ſolio; qualis eſt ille locus in Pſ. 21. *Tu autem in ſancto habitas laus Iſrael.* Eſt autem in his verbis reticentia [d] elegans, quæ obſcuriorem reddit locum, & pulchriorem, ſicut videbimus. 64.

[c] *Authoris ſententia.*

Pſal. 21. [d] *Potius hic reticen in pulchrior, ſed obſcurior.*

Pro hac autem expoſitione ſciendum eſt, [e] cælum propriam, & veram ſedem Dei ſemper fuiſſe, liberam à quauis perturbatione, quamuis omnia Orbis moueantur, ſicut dicitur in Pſal. 2. *Qui habitat in cælis, irridebit eos. & Dominus ſubſannabit eos;* eſt enim periphraſis Dei, quæ diuini Autores ipſum deſcribunt: qualis eſt etiam locus Iſaiæ cap. 63. *attende de cælo, & de habitaculo ſancto tuo, & gloria tua.* In quem locum, & alios ſimiles D. Hieron. cælum [f] per excellentiam dicit eſſe ſolium Dei. Erit videndus Origen. *lib. 2. Periarc.* cum dixit in melioribus mundi requirendum eſſe Deum; non igitur ſolum in templo Hieroſolymitano, eodémque euerſo, & deſolato: 65.

[e] *Pro ſolutione.* Pſal. 2.

Iſai 63.

Hieron. [f] *Cælum per excellentiã ſedes Dei.* Origen.

[g] Ab omni perturbatione libera.

iam igitur conſtat ſolium Dei cæleſte eſſe, [g] liberum à quauis perturbatione, vnde Ieremias hoc inſinuauit dicens, *Tu autem Domine in æternum permanebis.*

[h] Aperitur figura. Pſalm. 6.

66. Tunc aperienda eſt modeſta reticentia, [h] qua cœpit effati diuinus propheta, mediaque in voce reſtitit, ſicut dixit Poëta, & regios vates in Pſalm. 6. *Sed tu Domine vſquequo?* eſt enim in illis verbis reticentia, *ſed tu Domine vſquequo* differes auxilium? talis procul dubio figura eſſe videtur in his verbis, cum tarditatis accuſat Ieremias diuinam clementiam [i] in ſubueniendo, cum tamen tuta, & ſecura ſint omnia Dei, quando perturbata ſunt omnia mundi; qualis, vt dicebam, eſt ille locus Pſalm. 21. *Tu autem Domine in ſancto habitas laus Iſrael*, vbi Regius vates modeſtè videtur accuſare diuinam miſericordiam, quòd nimis tarda ſit in ſubueniendo miſeris; ſedes enim, inquit, ſecurus, nec te moues ad opitulandum, nec progrederis ad auxiliandum, quaſi nihil curans res noſtras, lamentor, & vociferor, & rugio more leonis præ acerbitate doloris, & opem tuam dolenter imploro; tu autem interim in loco ſancto tuo ſedes ſummo otio, & tranquillitate fruens; quaſi verò nihil ad te pertineat quòd ego progenies tua patiar. Talis mihi videtur modeſta accuſatio in his verbis Ieremiæ per reticentiam, vt ſic magis moueat diuinam clementiam ad ſui, & ſuorum commiſerationem. Quæ expoſitio ex loci circunſtantia [l] mihi viſa eſt ſatis probabilis; quando enim affectu aliquo vehementer laboramus, veluti odio, amore, dolore, vel aliis ſimilibus, ſolemus verba interrupta relinquere, & ſententias; quo in ſtatu frequens occurrit reticentia, quemadmodum bene aduertit Quintilian. *lib. 9. cap. 2.* proinde non eſt aliena à loci huius circunſtantia ea, quam diximus, reticentia.

[i] Videtur accuſatio tacita, quaſi Deus tardè ſubueniat, cum in tuto ſedes. Pſalm. 21.

[l] Confirmatur expoſitio ex loci circumſtantia.

Quintilian.

Carmen 20.

Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri? derelinques nos in longitudine dierum?

§. II. Ad Literam.

Satis dulciter queritur D Ieremias, quaſi de læſa charitate Dei in populum ſuum.

67. Hieron.

[m] Connectitur cum præcedenti præſens ſententia ex mente D. Hieronymi

BEne D. Hieronym. exiſtimat [m] hunc verſum pendere ex præcedenti; poſtquam enim Ieremias dixit, æternam, & immutabilem eſſe Dei ſedem; liberam à quauis perturbatione, ita vt Deus propter calamitatem accurentem ſibi, non deſierit auxiliari Hebræis in ſuis calamitatibus, rectè addidit, *quare in perpetuum obliuiſceris noſtri?* eſt enim accuſatio tarditatis in ſubueniendo, quæ frequentiſſima eſt conſtitutis [n] in extremo periculo, quemadmodum dixit D. Hieronym. *in epiſt. ad Cyprian. preſbyterum*, inquiens: *Qui in anguſtia conſtitutus eſt, ſerum ei videtur diuinum auxilium, & propterea deprecatur, vt citò adiutorem Deum ſentiat.* Quæ oratio deſperantis eſſe videtur, & hominis impatientis; cum tamen non ſit, ſed eius perſonam induentis, quemadmodum dixit Baſil. *vt ſi quando non exaudiatur orans, non deficiat; non quòd obliuiſcatur miſereri Deus, ſed cum differt auxilium, videtur oblitus, vt ſic accendat deſiderium,* [o] *& dulcius ſit ſolatium:* Eſt autem hic locus ſimillimus illi ex Pſalm. 6. *Sed tu Domine vſquequo?* & Pſalm. 43. *exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem; quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ?* cum tamen celerrima ſoleat eſſe Dei cura in homines, quemadmodum Cyprian. dixit *epiſt. 1. ad Donatum.* Vbi diuinum auxilium vocat *gratiam maturantem*; & Tertullian. *lib. de pœnitentia*, vbi ait, Deum iterum ad ſuam miſericordiam maturaſſe. Similia Cyprian. *in orat. de cœna Domini.* Eſt igitur in his verbis accuſatio diuinæ tarditatis in præſtando remedio, quando perdita erant omnia Hebræorum.

[n] Conſtitutus in extremo periculo, ſemper tarditatis accuſat diuinum auxilium.

Hieron.

Baſilius.

[o] Quod vtique differtur quandoque, vt dulcius ſit ſolatium, poſt maiora deſideria.

Pſalm. 6.

Pſalm. 43.

Cyprian.

Tertul.

Nobis autem videtur [p] maius artificium eſſe in hac ſententia, Ieremiamque accuſare Deum more dolentis hominis de læſa charitate, atque amicitia cum ſuis hominibus; eſt enim venenum charitatis, ſiue amoris, obliuio. quod eleganter expreſſit Poëta 1. *Æneid.* cum volens ſignificare, amorem Didonis in coniugem ſuum Sichæum ab eius anima excidiſſe, oblitam eam dixit mariti ſui, ſic enim habet Poëta. 68.

[p] Autoris iudicium.

——— at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum
Incipit, & viuo tentat præuertere amore.

Virgilius.

Similiſque locus eſt apud Tibullum *lib. 3. elegiar. eleg. 1.* vbi ex memoria, vel obliuione menſurat amorem inter duos amantes, ita dicens:

Illa mihi referat, ſi noſtri mutua cura eſt,
An minor, an toto pectore deciderim.

Tibullus.

Talis mihi videtur præſens locus, in quo Ieremias conqueritur [q] de læſa charitate, conſequitur enim cadentem amorem obliuio rei amatæ, quaſi verò voluerit Ieremias ſignificare ex perdito amore Dei in Hebræos, ortam fuiſſe eorum obliuionem, tardaſséque remedium; nam quando Deus Synagogam amabat, non longè aberat ad auxilium, quemadmodum eadem Synagoga dixit Cantic. in cap. 2. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos:* quemadmodum Rabbi Salom. & grauiores Hebræi locum intelligunt de auxilio Dei certo, & præſto, quando gens Hebræa vel in Ægypto, vel in Babylonica ſeruitute erat.

[q] Quaſi conqueratur Ieremias ad Deum de læſa charitate; in gentem Hebræam.

Cantic. 2.

Rab. Salom.

Carmen 21.

Conuerte nos Domine ad te & conuertemur: innoua dies noſtros ſicut à principio.

§. III. Ad Literam.

Dogma fidei in hac ſententia continetur, qua monemur, non poſſe nos vtique ad Deum conuerti, niſi miſericorditer à præuenienti gratia adiuuemur: hoc petit Sanctus Ieremias ſuorum nomine popularium, ſciens vnicum, & potentiſſimum in malis remedium extremis.

TAcita occupatio eſt in his verbis, ſiue correctio, qua figura ſolet emendari, vel corrigi, 69.

[e] *Corrigit propheta, quæ forte minus cautè dixerat.*

corrigi,[e] id quod incautè dictum fuerat vel dubitãdo; quoniam autem Ieremias dixerat in præcedenti verſu, *quare in perpetuum obliuiſceris noſtri*; quibus verbis accuſare videbatur Deum læſæ amicitiæ in homines, vel ea de re dubitare, corrigit & emendat, quæ dixerat, aſſerens ſuam, ſuorumque eſſe culpam, quòd à Deo auerſi ſint, non verò Dei: eſtque in his verbis humilis quædam, & vera confeſſio, [f] qua Ieremias in perſona omnium hominum profitetur ſuam imbecillitatem, vt qui peccare potuerit, redire autem ad Deum non potuerit propter infirmitatem naturæ humanæ. Vnde Conc. Trident. ad confirmationem huius dogmatis vtitur hoc oraculo Ieremiæ in *ſeſſ.6.cap.5.* cum ait. [g] *Vnde in ſacris literis, cum dicitur, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis noſtræ admonemur; cum reſpondemus, Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, Dei gratia nos præueniri confitemur.* Id quod proſequitur Auguſt. lib. 2. de peccatorum meritis, & remiſſion. cap. 18. *Quod à Deo nos auertimus*, inquit ille, *noſtrum eſt, & hæc eſt voluntas mala; quod verò ad Deum nos conuertimus, niſi ipſo excitante, & adiuuante non poſſumus, & hæc eſt voluntas bona.*

[f] *Confitetur ſuorum imbecillitatem ad ſalutem, qui fuerant ad peccandũ procliues.*
Tridentin.
[g] *Quod eſt dogma fidei in Conc. Trid. diffinitum.*
Auguſt.

70. Sunt ſimilia, quæ dixit Sanctus Proſp. lib. 1. de vocatione gentium, cap. 26. *De ſua habet mutabilitate, ſi deficit, homo; de gratiæ opitulatione, ſi proficit.* Quod elegantiſſimè proſequutus eſt Bern. *ſerm 85. ſuper Cantica.* exponens ea verba, *in lectulo meo per noctem quæſiui, quem diligit anima mea: Quærit*, inquit, *anima Verbum; quæ priùs* [a] *quæſita ſit à Verbo, alioquin ſemel à facie Dei egreſſa, non reuerteretur, vt videat bona, niſi reuertatur à Verbo. Audi animam profugam, & debilem, quid doleat, & quid petat, erraui*, inquit, *ſicut ouis, quæ perijt, quære ſeruum tuum, ô homo, ſi redire vis; ſed ſi in voluntate res eſt, quid opem flagitas? quid aliunde mendicas, in quo abundas in tibi? Palam igitur eſt, quia vult, & non poteſt, tantus eſt animæ languor, tanta hinc redditur difficultas. Quid enim, ſi vult? iacet voluntas, vbi facultas non ſuppetit; nam voluntas adiacet mihi, inquit Paulus, perficere autem bonum non inuenio.* Eundem ſtatum infirmæ animæ expreſsit Iſaias *in cap. 13.* cum ait, *Quaſi damula fugiens, & quaſi ouis, & non erit, qui congreget.* Qua de re dixit eleganter Baſilius ſuper eadem verba: *ouis nullam habet peculiarem prouidentiam, vt pergat ad inquirendas altiles paſcuas, niſi* [x] *aliquis adfuerit paſtor, qui viam ei præmonſtret ad hæc perquirenda, ouis enim,* ſicut dixit Ariſtotel. lib. 9. de natura animal. c. 3. *ſtultiſſimum animal eſt, ſi à grege ſemel deerrauerit; non ſua ſponte redit ad ſtabulum, niſi quæratur, & compellatur, vſque adeo ſemper eſt neceſſaria opera paſtoris.*

Proſperus.
Bernard. Cantic.
[a] *Non quærit anima Deũ niſi priùs fuerit ab eo quæſita.*
Pſalm. 118.
Iſaiæ. 13.
Baſilius.
[x] *Sicut ouis non regreditur, niſi præueniatur à paſtore.*
Ariſtotel.

71. Proſequitur hoc ipſum Auguſtin. in lib. de bono viduitatis, cap. 17. *Noſtrum eſt velle, ſed voluntas ipſa monetur, vt ſurgat; ſanatur, vt videat; dilatatur, vt capiat; & impletur, vt habeat.* Vnde idem Auguſt. *epiſt.* 107. voluntatem dicit eſſe [z] pediſſequam gratiæ, non autem præuiam; nec enim infirma voluntas, & à Deo auerſa, ad eundem Deum reuerti poteſt, niſi adiuta: quod adumbratum voluit eſſe D. Auguſt. *lib.4. de Trinit. c. 4.* & *tom.* 10. *ſerm. 31. de verbis Domini*, in ea muliere de qua egit Lucas *in cap.* 13. quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis 18. & erat inclinata, nec omnino ſurſum poterat reſpicere: quæ eſt eadem querela, ſeu infirmitas, de qua agit Ieremias hoc in loco cum dixit, *conuerte nos Domine ad te, & conuertemur*; exiſtimauit enim Auguſtin. de natura humana lapſa, ſiue de Synagoga à Deo auerſa, intelligendum eſſe eum locum Lucæ, aſſerens hanc cauſam fuiſſe veniendi Dei in carne, vt auerſam naturam, & Synagogam ad Deum conuerteret. Expreſsè D. Hieron. *ſuper Pſalm.* 109. ad illa verba *de torrente in via bibet, propterea exaltabit caput: Semper*, inquit Hieron. *altus fuit, ſed quando dixit, exaltabit caput, noſtrum exaltauit caput, qui curui non poteramus reſpicere ad cælum, ſed ad terram. Vultis ſcire, quare ipſe exaltauit caput? etiam illam* [a] *mulierem, quam ligauerat Diabolus, ipſe liberauit, exaltauit caput eius, quæ ſemper incuruata fuit.* Erit videndus D. Ambr. ſuper illa verba Lucæ, vbi oſtendit, Chriſtum ſeruatorem ſuo aduentu in typo, & figura illius mulieris inclinatæ ad Deum conuertiſſe Eccleſiam, & humanam naturam lapſam. Quibus habet ſimilia Beda ad eundem locum. Ex quibus iam patet, quàm certa, & vera ſit confeſſio Ieremiæ cum dixit, *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.*

Auguſt.
Idem.
[z] *Voluntas noſtra pediſſequa gratiæ, non præuia.*
Idem.
Luc. 13.
Auguſt.
Pſalm. 109.
Hieron.
[a] *Quod in muliere incuruata per diabolum, & liberata per Chriſtum exprimitur.*
Ambr.
Beda.

§. IV. Ad Literam.

Nihil aliud in votis habent extremè miſeri, niſi priſtinam fælicitatem.

Innoua dies noſtros, ſicut à principio.

72. CVm autem propheta dicit, *Innoua dies noſtros, ſicut à principio*, votum [b] eſt miſerorum hominum proprium; nanque miſeri in extrema calamitate conſtituti, perpetuò ad priſtinam felicitatem, mentem, & cogitationem adhibent: fauſtum igitur, & fælix illud æuum inter aduerſa repetit Ieremias, quando magna erat pietas Patriarcharum in Deum, & magna cura Dei in gentem Hebræam; quando ſumma fælicitas erat illius gentis, & ſumma pariter religio. Talis eſt locus Iob, in cap. 29. *Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundùm dies, quando Deus cuſtodiebat me, quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris?* Talis planè eſt hæc oratio Ieremiæ, quæ in poſtrema parte ſuæ lamentationis vehementi deſiderio ardet illius temporis, quo ſtante firma fide, & religione ſanctorum [c] Patriarcharum ſub cuſtodia, & prouidentia diuina, in ſumma erat felicitate gens Hebræa.

[b] *Votum miſerorum perpetuum ad priſtinam fælicitatem reſpicere.*
Iob. 29.
[c] *Tempore Patriarcharũ fœlicia.*

73. Non eſt autem negandum, neque nos illud inficiari volumus, gentem Hebræam iam olim tempore Patriarcharum [d] in delitiis Dei fuiſſe, à qua felicitate cecidit propter impietatem; quorum vtrunque dixit Tertullian. in Apologeti. cap. 21. *Iudæis erat apud Deum gratia, vbi & inſignis iuſtitia, & fides originalium Autorum; vnde illis, & generis magnitudo, & regni ſublimitas floruit, & tanta felicitas, vt Dei vocibus, quibus & docebantur pro merendo Deo, & non offendendo præmonerentur; ſed quanta deliquerint fiducia Patrum inflati ad declinandum demantes à diſciplina in prophanum modum, & ipſi non confiterentur, probaret exitus hodiernus* [e] *ipſorum, diſperſi, palabundi, & cæli, & ſoli ſui extorres vagantur per orbem ſine homine, ſine Deo, ſine rege.* Quem locum totidem verbis tranſtulit Cyprianus *in lib. de vanitate idolorum ad finem.* Quæ fuit ratio cur ſapientiores

[d] *Qui planè in delitiis Dei fuerunt.*
Tertullian.
[e] *Non ſic poſteri eorum in præſenti.*
Cyprian.

Hebræorum intelligant ea prima verba Cantic. *Oſculetur me oſculo oris ſui*, de Synagoga, ſiue de gente Hebræa, cuius tenerrimo amore deperire Deum dixit Salomō, ad inſtar alicuius ſponſi nouo amore ardentis ſponſæ ſuæ. Eſt optimus locus in hanc ſententiam ille, qui eſt *Eccleſiaſt*. 17. cum Author illius libri ad commendandam felicitatem gentis Hebrææ, & diuinum in eam [f] amorem, ita dixit: *In vnamquanque gentem propoſuit rectorem, & pars Dei Iſrael facta eſt manifeſta, & omnia opera illorum velut Sol in conſpectu Dei, & oculi eius ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum.* Quibus ſunt ſimilia, quæ Moyſes dixit Deut. cap. 10. *En Domini Dei tui cælum, & cælum cæli, & terra, & omnia, quæ in eis ſunt, & tamen Patribus tuis conglutinatus eſt Dominus, & amauit eos, & elegit ſemen eorum poſt eos.* Quod Paulus etiam dixit, *Optabam anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundùm carnem, qui ſunt Iſraëlitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſio, quorum patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem.* & ſimilia habentur 2. *Reg. in cap.* 7. *& in Pſ.* 79. vbi regius vates ita de felicitate illius gentis dixit: *vineam de Ægypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti eam, dux itineris fuiſti in conſpectu eius, & plantaſti radices eius, & impleuit terram*: & cætera. De eadem re erit videndus Philo *in lib. de magiſtratu, & in lib. de charitate*: Iure igitur Ieremias dolet, & optat præteritam ſanctorum Patriarcharum felicitatem, prioréſque eorum annos ſibi poſtulat, & ſuis hominibus cum dixit, *innoua dies noſtros, ſicut à principio.*

Cantic. 1. Eccleſ. 17. [f] *Eximius Dei amor olim in gentẽ Hebraam.* Deut. 10. Roman. 9. 2. Reg. 7. Pſal. 79. Philo.

§. V. Ad Literam.

Videtur hic Propheta Deo in memoriam reuocare promiſſionem olim factam de reuocatione gentis Hebrææ ad fidem Patriarcharum, dum in fine mundi Chriſti euangelium ſuſcipient, & fidem.

74 CRediderim [g] tamen Ieremiam in memoriam reuocaſſe promiſſionem à Deo factam ea de re, id eſt, de conuerſione ad priſtinam felicitatem; quæ promiſſio habetur Deut. 4. *Nouiſſimo autem tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum*; quod ipſa Synagoga fatetur aliquando futurum *Oſea in cap.* 2. ita enim diuinum Oraculum introducit Synagogam loquentem de hac vltima reuerſione, *Ibo, & reuertar ad virum meum priorem, quia tunc melius mihi erat, quàm nunc.* Quod Paul. profitetur *ad Rom.* 11. & expreſsè dixit Malachias in cap. 4. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & filiorum ad patres.* Quem locum D. Auguſt. 20. *de ciuit. cap.* 29. Gregor. Magnus 11. *moral. cap.* 10. Rupert. Abbas, & Lyran. *ad Malach.* intelligunt de conuerſione ad fidem, [h] & pietatem ſanctorum Patriarcharum futuram paulò ante iudicium vniuerſale ex Iudæis; tunc enim eos redituros ad veram fidem, & religionem dixit diuinum Oraculum, quam conuerſionem conſequetur multo maior felicitas, æterna ſcilicet: hoc enim voluit dicere Malachias, cum habet, *& conuertentur corda patrum ad filios, & filiorum ad patres.* Id quod fiet ſancti Prophetæ Eliæ miniſterio, & prædicatione; quod confirmatur ex Luca *cap.* 1. vbi loquens Euangeliſta de Baptiſta, quem ſacra Scriptura officio, & ſanctimonia Eliam vocat, ait, *& ipſe præcedet ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum*, hoc eſt, patres, & filios inter ſe diſſidentes de religione, & fide conciliabit. Atque in vnam, [i] & eandem reducet pietatem: ad quæ tempora promiſſa à Deo mihi videtur Ieremias aduertiſſe cum dixit, *Innoua dies noſtros, ſicut à principio*, quaſi volens; redeant iam tandem priora illa ſecula, conueniant in religione noſtri homines cum ſuis maioribus; ſic enim redibunt meliores anni, & fugient aduerſa omnia, quæ patimur: quod mihi voluiſſe videtur Chaldaica Paraphraſis, cum totum hunc locum ita legit, *Conuerte nos Deus, & conuertemur, ad perfectam pœnitentiam, innouabis dies noſtros in bonum, iuxta tempus dierum bonorum, qui fuerunt à principio.* Quæ [l] quidem non ſolùm ſunt intelligenda de reditu Gentis Hebrææ à captiuitate Babylonica, ſed potiùs de præſenti calamitate, quam miſera gens Hebræa patitur propter ſacrilegium occiſi Meſſiæ, & propter perfidiam in eum; hoc enim vidit propheticè Ieremias, & hoc maximè dolet in hac ſua calamitate.

[g] *Authoris iudicium.* Deut. 4. Oſeæ 2. Malach. 4. Auguſt. Gregor. Rupert. Ab. Lyran. [h] *Conuertentur in fine mundi Iudæi ad fidem Patriarcharum.* Luc. 1. [i] *Reducentur eos Helia ad priſtinam pietatem.* Chald. Par. [l] *Senſus literæ completiſſimus.*

Carmen 22.

Sed proiiciens repuliſti nos, iratus es contra nos vehementer.

§. VI. Ad Literam.

Terminum iræ Dei ſatis artificiosè poſtulat ſanctus Ieremias ex diuturnitate eius: ſeu, diuinam non minùs eleganter miſericordiam implorat, dum omnino deſperantis figuram agens, vltimum lamentandi finem facit.

NEc plura de ſuis lachrymis ſcripta reliquit 75.
diuinus [m] Propheta; hanc enim metam fecit ſuis fletibus; qui locus Hebraicè ita legendus eſt, *quoniam reprobando reprobaſti nos, & iratus contra nos vſque valde.* Verùm Paraphr. Chald. plus aliquid vult eſſe in his verbis, cum ita habet: *Quantus deteſtatione deteſtatus ſis nos, iratus es iam contra nos plus ſatis.* Terminum enim longo furori, ſiue iræ diuinæ poſtulans Ieremias ex eius magnitudine, & diuturnitate, illud ſe conficere poſſe ſperat; quare non eſt cur Vatabl. ita Hebraicè legat hunc locum, *quod ſi reprobando reprobaſti nos, & iratus es vehementer contra nos*; quaſi pendeat [n] hæc ſententia ex præcedenti; de mente enim Rabbinorum exiſtimauit Vatablus repetendum eſſe præcedentem verſum, ne oratio Ieremiæ conſiſteret in ira diuina, ſed in miſericordia.

[m] *Siſtuns lamentationes Ieremia.* Text. Hebr. Chaldaic. Vatabl. [n] *Secundùm Vatabl. pendet hæc ſententia ex præcedenti.*

76.
Ego verò exiſtimo [o] talem ſibi feciſſe finem Ieremiam deplorandi, neque eſſe cur præcedens verſus repetatur, præſertim quia nobis fauent meliores

[o] *Iuxta placitum Authoris, agitur figura deſperantis de ſe.*

meliores codices, & vulgata editio, cuius ſumma eſt authoritas, quæ hoc carmine Ieremiæ orationem concludit: & præterea, quia artificioſa ſatis eſt hæc oratio, cum deſperantis hominis figuram repræſentet; ſic enim efficacius remedium implorat, deſperatis enim in rebus, à ſolo Deo ſperandum eſt remedium, quemadmodum dixit Philo *in lib. de vita Moyſis*, quem refert Euſeb. Cæſar. in Eccleſiaſt. hiſtor. *neceſſe eſt*, inquit, *adeſſe diuinum, vbi humanum ceſſat auxilium; nolite animo concidere, aliud eſt humanum, aliud diuinum auxilium; exitum enim inuenire in rebus dubiis proprium eſt Dei.* Similia habet *in lib. de Legat. ad Caium.* & Ambroſ. *in lib. de Ioſeph. cap. 5. Plus auxilij diuini ibi eſt, vbi plus periculi.* Reducit igitur Ieremias ſuam calamitatem ad eum ſtatum, in quo à ſolo Deo poſſit remedium ſperari. Artificioſa igitur eſt hæc oratio, in qua Ieremias de ſuis, déque ſuorum hominum ſceleribus deſperans, ſeu potiùs deſperantis perſonam agens, ſperat maximè [p] de diuina miſericordia, cum calamitas eorum ad eum ſtatum iam peruenerit, in quo à ſolo Deo ſperandum ſit remedium; nec eum decebat de ſuis hominibus aliter ſperare. In quam ſententiam mihi videntur aptiſſima ea verba, quibus Rex Salomõ ſuos amores concluſit Cantic. 8. *Fuge dilecte mi, aſſimilare capreæ, hinnulóque ceruorum ſuper montes aromatum*; præſertim ſi comparentur cum extremis verbis quibus Ieremias ſuas lachrymas concluſit hoc in loco; etenim Synagoga pro ſua ſingulari charitate, qua Deum diligebat, poterit celerem Dei reditum & poſtulare, & ſperare; propterea dixit, *fuge dilecte mi*, id eſt, cum ſumma celeritate redito. Sicut enim pulchrè dixit Bernard. ſer. 51. ſuper Cantic. *eſt locus inter timorem, [q] & ſecuritatem, tanquã inter laeuam, & ſiniſtram, mediat videlicet ſpes, in qua mens, & conſcientia molli nimirum ſuppoſito charitatis ſtrato, ſuauiſſimè requieſcit. Recta enim ſpes [r] non eſt, niſi de aliqua conſcientiæ bonitate.* quemadmodum dixit Auguſt. *lib. 1. de doctr. Chriſtiana cap. 37. & 38. Pſ. 31. & ſerm. 31. & 16.* atque epiſt. 85. *ſpem ingerit*, inquit, *bona conſcientia*; & *ſerm.* 88. ait: *de multitudine peccatorum naſcitur deſperatio.* Proinde aptiſſimè ſperat reditum Dei Synagoga pro ſua charitate in Deum. Ieremias autem perſonam agens ſceleratæ ſuæ gentis hoc in loco deſperat de eius remediu propter ſcelera, ſperando [s] maximè in diuina clementia, cuius proprium eſt remedium deſperatis in rebus.

Philo.
Euſeb.
Ambr.
[p] *Vt diuina miſericordia maximam oſtẽdat ſpem.*
Cantic. 8.
Bernard.
[q] *Inter timorem & ſecuritatẽ mediat ſpes.*
[r] *Beata ſpes non niſi de conſcientia bonitate.*
Auguſt.
[s] *Senſus litera prior.*

In poſtremis verbis agit Ieremias cum Deo à 77.
decore, & honeſtate, petito fundamento ex natiua clementia Dei, cuius propria [t] eſt breuis ira. Pro qua re eſt aduertendum, verbum Hebræum pro quo tranſtulit noſtra volgata editio, *vehementer*, non ſolùm ſignificare vehementiam, & magnitudinem iracundiæ, ſed diuturnitatem etiam, quod expreſſit Paraphraſis Chaldaica, cum ita intelligit locum hunc: *Quamuis deteſtatione deteſtatus ſis nos, iratus es iam contra nos plus ſatis*; quaſi velit: Solet tempus iracundiam temperare, quod dixit aliquando Sophocles, [u] *Tempus facilis Deus*, quòd omnia ſoleat linire, ac temperare; quod alius dixit, *dies adimit hominis ægritudinem*; atque de ipſo Deo regius vates dixit, in Pſal. 29. *Quoniam ira in indignatione eius*, eſt ira furor breuis, indignatio autem diuturnior. Tam aliena verò eſt diuturna ira à Deo, vt etiam ipſa indignatio breuis ſit. Colligimus igitur à decoro ſeruando Ieremiam cum Deo agere hoc in loco, longior iam eſt ira tua, quàm patiatur ipſius natura, quæ breuis eſt. Propterea cum *nihil violentum ſit diuturnum*, id quod etiam dixit Ariſtot. 12. Metaphyſ. *ſed quamprimùm ad ſuam naturam redeat*, non decet naturam diuinam, cuius propria eſt clementia, tam longa, ac diuturna, imò verò violenta indignatio in noſtram gentem: proinde, [x] loquit Ieremias, quamuis deſperandum nobis videbatur propter noſtra ſcelera in hac noſtra acerba fortuna, feliciter nos ſperare iubet tua clementia, cui repugnat diuturnior iracundia.

[t] *Dei propria breuis ira.*
Chald. Par.
Sophocles.
[u] *Tempus facilis Deus.*
Pſal. 29.
Ariſtot.
[x] *Senſus litera poſtremus.*

Hactenus ſanctus Propheta Ieremias ſuorum 78.
hominum defleuit acerbam calamitatem, cuius lachrymas nos ſumus proſequuti noſtris commentariis, quos Deo Optimo Maximo [x] conſecramus, ſicut & cætera noſtra omnia ſub cenſura Romanæ Eccleſiæ. die 7. Nouembris ann. Domini 1612.

[x] *Autoris proteſtatio.*

Finis Commentationum in Threnos Ieremiæ.

COMMENTARII IN IONAM PROPHETAM.

PROPHETIA IONÆ.

Procœmium.

1. QVi hactenus ſequuti ſumus volantem aquilam, Ioannem dico Euangeliſtam, de laudibus diuinæ charitatis cæteris omnibus altiùs diſſerentem, nunc iam per immenſum pelagus, columbam fugientem proſequimur (ſic enim [a] Ionas interpretatur) ab ipſo profundo maris oppreſſam, & pene triduo ſepultam in balænæ viſceribus; quod pelagus libentius enauigabimus, quoniam ſuperata tempeſtate tandem in littore Chriſtum Dominum à mortuis excitatum inueniemus; ſic enim ipſe viuæ vocis oraculo de ſeipſo interpretatur hoc vaticinium *Matth* 12. Neque alius melior ſui typi [b] interpres potuit eſſe, quàm ipſe, qui inſpirauit prophetas, & futuræ veritatis in ſeruis ſuis lineas anteſignauit. Ionas igitur ſuo naufragio Chriſti Domini paſſionem ſignificat, mundum ad pœnitentiam reuocat, & ſub nomine Niniue ſalutem gentibus annuntiat: vnde eleganter Auguſt. dixit *lib.* 18. *de ciuitate cap.* 30. Ionam non tam ſermone Chriſtum, quàm ſua [c] quadam paſſione propheraſſe, apertiùs profectò, quàm ſi eius mortem, & reſurrectionem voce clamaſſet.

[a] *Ionas interpretatur columba.*

Matth. 12.
[b] *Chriſtus Dominus interpres ſui typi in Iona.*

Auguſt.
[c] *Ionas non ſermone tantùm, ſed reipſa Chriſti figura,*

2. Hieron.

Bene tamen aduertit in procemio huius operis D. Hieronym. ſudoris maximi eſſe totum hunc prophetam referre ad intelligentiam Saluatoris, quòd fugerit, quòd dormierit, quòd præcipitatus in mare ſit, quòd ſuſceptus à cete, quòd eiectus in littus pœnitentiam prædicauerit, quòd contriſtatus ob ſalutem vrbis, cucurbitæ ſit delectatus vmbraculo, quòd reprehenſus ſit à Deo, quòd maiorem curam habuerit herbæ virentis, & ex templo aridæ, quàm tantæ hominum multitudinis; neque enim in omnibus iis poſita eſt figura Chriſti, [d] ſed in illis tantùm, quæ ſibi conuenire dixit Chriſtus Dominus: cæteræ vel pertinent ad nudam hiſtoriam, vel ad ornatum, & ad apparatum figuræ. Rem geſtam adeo manifeſtè poſuit Ionas, vt iuſta ſit querela D. Hieron. qui in procemio huius operis, ita habet: *Scio veteres Eccleſiaſticos, tam Græcos, quàm Latinos ſuper hoc libro multa dixiſſe, & tantis quæſtionibus, non tam aperuiſſe, quàm obſcuraſſe ſententias, vt ipſa interpretatio eorum, opus habeat interpretatione, & multo incertior Lector recedat, quàm fuerat, antequam legeret.* Conſequens igitur eſt, vt [e] poſt ipſam hiſtoriam, quæ ſeſe ſtatim offert legentibus manifeſtè, proſequamur altiorem ſenſum, quàm in ſymbolo ſignificat, & poſtmodum ad noſtram eruditionem oſtendamus receſſum fugientis animæ à Deo: hoc enim docet hæc prophetia, animam profugam, & rebellem, eandémque à Deo comprehenſam, ac tandem ad Deum pœnitentia, & lachrymis reuerſam. Oſtendemus etiam, quæ fugæ cauſa fuerit, odium ne, an timor, an verò pudor Dei; has enim ſolas tres cauſas fugiendi poteſt habere anima à Deo, quemadmodum proſequitur Philo *in lib. de profugis.* Quæ verò pertinent ad tempus, quo hoc oraculum editum eſt: & ad parentes, è quibus natus creditur propheta Ionas, ſtatim in ipſo textu aperiemus, vbi parentem ſuum proprio nomine appellauit. Ne igitur maiori exordio vos detineam, rem, Deo fauente, iam aggredimur.

[d] *In iis tantùm, quæ ſibi Chriſtus Dominus appropriauit.*

Hieron.

[e] *Diſcurſus, & ordo dicendorum.*

Philo.

CAPVT PRIMVM.

Prophetiæ Textus.

ET factum eſt verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge, & vade in Niniuen ciuitatem grandem, & prædica in ea, quia aſcendit malitia eius coram me. Et ſurrexit Ionas, vt fugeret in Tharſis à facie Domini, & deſcendit in Ioppen, & inuenit nauim euntem in Tharſis, & dedit naulum eius, & deſcendit in eam, vt iret cum eis in Tharſis à facie Domini. Dominus autem miſit ventum

tum magnum in mare, & facta eſt tempeſtas magna in mare, & nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum ſuum: & miſerunt vaſa, quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis, & Ionas deſcendit ad interiora nauis, & dormiebat ſopore graui. Et acceſſit ad eum gubernator, & dixit ei: Quid tu ſopore deprimeris? Surge, inuoca Deum tuum, ſi fortè recogitet Deus de nobis, & non pereamus. Et dixit vir ad collegam ſuum: Venite, & mittamus ſortes, & ſciamus quare hoc malum ſit nobis. Et miſerunt ſortes, & cecidit ſors ſuper Ionam: & dixerunt ad eum: Indica nobis, cuius cauſa malum iſtud ſit nobis: quod eſt opus tuum? quæ terra tua, & quò vadis? vel quo ex populo es tu? Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum: & Dominum Deum cæli ego timeo, qui fecit mare, & aridam. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: quid hoc feciſti? (Cognouerunt enim viri, quod à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis.) Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & ceſſabit mare à nobis? Quia mare ibat, & intumeſcebat. Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis: Scio enim ego quoniam propter me tempeſtas hæc grandis venit ſuper vos. Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant, quia mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos. Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Quæſumus Domine, ne pereamus in anima viri iſtius, & ne des ſuper nos ſanguinem innocentem, quia tu Domine, ſicut voluiſti, feciſti. Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare, & ſtetit mare à feruore ſuo. Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hoſtias Domino, & vouerunt vota.

3. IN prima huius capitis parte oſtenditur miſſio Ionæ Prophetæ ad prædicandum verbum Dei in Niniuem vrbem caput totius Imperij Aſſyriorum, & additur fuga ipſius Prophetæ in Tharſis. In ſecunda verò parte deſcribitur tempeſtas, & ſorte deprehenditur illius vehementiſſimæ tempeſtatis cauſam fuiſſe Ionam Prophetam: tandémque in poſtrema parte Propheta non renuens in mare proiicitur, quo facto ſedata eſt vniuerſa tempeſtas. Quas per tractatus de more noſtro expendemus.

TRACTATVS I.

De miſſione Ionæ Prophetæ ad prædicandum Niniuitis.

Et factum eſt verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge & vade in Niniuem ciuitatem grandem, & prædica in ea, quia aſcendit malitia eius coram me.

§. I.

Sicut ingenui eſt non ſimulare, ſed nec quidem poſſe: ita prudentis ad publicum prædicationis munus, non procedere non iuſſum, & à Deo non priùs edoctum.

4. *Et factum eſt verbum Domini.* PRIMA igitur ſeſe offert explicanda particula &, quam voluit ſui oraculi principiũ eſſe Propheta: inter alios autem Interpretes, eam voluit eſſe [f] emphaticam Theophylact. hoc in loco, & Rupert. imò & Gregorius Magnus *hom. 1. in Ezech.* exiſtimant enim artificioſam eſſe hanc

[f] *Particula, & emphatica, ſecundum Theophylactum.*

orationem, qua Propheta Ionas externa verba cum interna viſione copulat, magiſque exordium petendum eſſe ab ipſa mente Prophetæ diuino ſpiritu afflata, quàm à coniunctione, &; continuat enim Propheta ea, quæ audiuit, & non incipit; qui effectus eſt cogitantis animi, & multa meditantis, atque afflati diuino lumine; ſolent enim [g] Prophetæ non ſeruare ordinem prioris, & poſterioris in verbis externis, quamuis ſemper verum ordinem in mente ſeruent, quemadmodum ex traditione Rabbinorum accepit Hieronym. *Iſai.* 16. & 21. & Nahum. *in cap.* 2. Hierem. *in cap.* 8. Credibile enim valde eſt, priùs Deum propoſuiſſe Prophetæ amplitudinem, & maieſtatem eius vrbis, ad quam mittebatur, cuius imperio paria eſſe ſcelera oſtendit; hoc tamen præmiſſo, relictis Hebræis ad Niniuitas mittitur Propheta, qua re perturbatus rem aggreditur à coniunctione, *& factum eſt verbum Domini.*

[g] *Continuat enim præcedentia, quæ tacentur.*

Hieronym.

Ex hoc autem loco illud deducitur ad noſtram eruditionem externa verba cohærere debere cum [h] mente interna nobili, & liberaliter educata, quemadmodum aduertit Adamantius ad illa verba Ezechiel: *& torquem circa collum tuum.* Ad quem morem alluſiſſe videntur nobiles Romani, de quorum collis pendebant bullæ aureæ ad ſimilitudinem cordis aureis catenis ſuſpenſæ; eſt enim nobilitatis ſignum veritas, quod videtur ſignificare ille locus Prouerb. 3. *Miſericordia, & veritas te non deſerant; circunda eas gutturi tuo:* qua de re videndus eſt Philo in lib. *Quis ſit hæres rerum diuinarum, & in lib. de Ioſeph.* vbi oſtendit, veritatem eſſe lucem, & addit: *Simulare ego nihil poſſum, ego enim* [i] *ingenuus ſum:* quod præſertim in ſacerdotibus requiritur; quos etiam legiſlator 5.

[h] *In nobili anima cohærent verba cum mente.*

Origen.

Prouerb. 3.

Philo.

[i] *Ingenuus ſimulare non poteſt.*

legiſlator Moyſes in rationali, quod in pectore geſtabat ſummus Sacerdos de collo ſuſpenſum aureis annulis ſcriptum erat hoc elogium: *veritas, & doctrina*, ſiue, *veritas, & reuelatio:* nihil enim ſacerdos reuelare debet, quod priùs in mente non habuerit: cohærere enim debent verba ſacerdotis cum mente ſacerdotis. Niſi forte & illud etiam placeat ex hac particula deducere, nihil [l] temerè loquendum eſſe, ſed id ſolùm, quod diu, multúmque cogitatum fuerit, nam *verbum temere emiſſum, redit per iugulum*, quemadmodum pulchrè dixit Seneca. Sunt huius rei ſymbolũ lapides pretioſi illi, qui de collo ſummi Sacerdotis aureis catenis vtrinque pendentes fulgebant; lapides enim, qui iactari ſolent, viles, ſunt, & pernicioſi plerumque, quales fuerunt illi quibus obrutus eſt Naboth Iſraëlita 3. *Reg.* 21. & Stephanus Leuita *Actor.* 7. pretioſa verba cum ratione [m] ſunt colligata; vilia, & pernicioſa temerè iactantur: illa decori ſunt, non aliter quàm gemma collo; hæc dedecori. Quare non immeritò Menander ea verba Chelonis ſapientis, quæ in foribus Delphici templi aureis literis deſcripta erant, *Noſce te ipſum*, ita interpretatur; *nihil temere aut dicendum, aut agendum eſt.*

[l] *Sed nihil temerè loquendum.*

Seneca.

3. Reg. 21.
Actor 7.

[m] *Pretioſa enim verba cum ratione ſunt colligata.*

Menand.

6. Nobis tamen non placet hoc in loco expoſitio Theophyl. neque enim particula, &, emphaſim [n] aliquam habet, ſed ornatus gratia apponitur more Hebræorum, apud quos redundat plerunque particula, &, quemadmodum teſtatur Origen. *hom.* 19. *in Num.* Auguſt. *Pſal.* 4. Euthym. *Ioan.* 7. Oecumen. *ad Rom.* 2. & rem tanquam certam Hieron. ſupponit hoc in loco; neque enim rarò particula, &, ponitur in principiis librorum ſacrorum, vt patet in Exod. & Leuit. in Num. & in lib. Ioſue, in Ruth, & in omnibus libris Regum. Quod etiam vſitatum eſt apud prophanos Autores Hebræos: nam Ioſeph filius Gurionis principium quinque librorum ſuæ hiſtoriæ fecit particulam, &, ita enim incipit, & *factum eſt*; nullum igitur hoc in loco [o] myſterium habet particula, &, ſed redundat more Hebræo.

Theophyl.

[n] *Emphaſim Theophylact. non probat Autor.*

Origen.
Auguſt.
Euthym.
Hieron.

Ioſeph.

[o] *Nullũ habet hic myſterium particula &, ſed ex Hebræo more redundat.*

7. Si igitur ſequenda eſſet phraſis Hebraica, & non verbum ex verbo transferretur, ita potiùs transferendum eſſet hoc oraculum in noſtra vulgata editione: *Factum eſt verbum Domini ad Ionam Prophetam.* Quæ loquendi forma frequentiſſima eſt in ſacra Scriptura, & ſolemnis apud Prophetas ad ſignificandum alicui ſpiritum [p] propheticum fuiſſe communicatum, quemadmodum colligit D. Ambroſius ſuper illis verbis Luc. 3. *& factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem:* quibus verbis Baptiſta Propheta oſtenditur; nihil enim aliud eſt, quàm ei communicatam fuiſſe diuinam reuelationem; hoc enim ſignificant hæc verba, ſicut etiam oſtendit Cyril. Alexand. *ſuper Oſeam.* Cui expoſitioni ſuffragatur Chaldaica Paraphraſis, quæ ita prorſus habet ad hunc locum: *factum eſt verbum prophetiæ Domini.* Notandum tamen eſt idem eſſe *viſionem Dei*, & *verbum Domini*, vtrunque [q] enim ſignificat reuelationem diuinam, quemadmodum colligit D. Hieronym. *Iſai. in cap.* 1. & *in principio Abdiæ*; nanque Iſaias ita exorditur ſuum vaticinium, *viſio Iſaiæ*, & ſtatim addit, *audi cælum, & auribus percipe terra, quia Dominus locutus eſt*; nec enim viſa proponit videnda, ſed audita loquitur; & Abdias ita habet, *viſio Abdiæ, Hæc dixit Dominus ad Edon*; & Amos: *verba Amos, qui fuit in paſtoribus Tecue, quæ vidit ſuper Iſrael.* Idem igitur eſt *verbum Domini*, [r] & *viſio Domini*, ad ſignificandum diuinum ſpiritum datum fuiſſe alicui, quemadmodum hoc in loco datur Ionæ Prophetæ.

[p] *Verbũ Domini factum eſſe idem eſt, atque ſpiritũ propheticum alicui fuiſſe communicatum.*

Ambroſ.
Luc. 3.
Cyril. Alex.
Chald. Par.

[q] *Verbum Domini idem eſt, atque reuelatio diuina,*

Hieron.
Iſai 1.

Abdias.
Amos.

[r] *& viſio Domini.*

8. Docet autem hic locus, neminem niſi miſſum [s] poſſe officium docendi præſtare, quemadmodum oſtendit Paulus ad Rom. 10 *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* & ad Hebr. 5. *Nec quiſquam ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatus eſt à Deo:* vnde congruenter D. Chryſoſt. *hom.* 10 *in Matth.* exiſtimauit hæc verba impoſuiſſe [t] præceptum Ionæ Prophetæ eundi ad prædicandum verbum Dei; iuſta enim eſt ea admiratio Platonis, quam habet *in* 2. *dialog de Repub.* vbi admiratur eos, qui volentes imperium, & magiſtratus ſuſcipiunt, & vltro aliorum malorum emendationem aggrediuntur, *nam omnis magiſtratus non ſibi vtilitatem parit, ſed ſubditis, ſi rectè adminiſtretur.* Platoni ſuffragatur Auguſt. lib. 19. de Ciuit. cap. 19. *Locus*, inquit, *ſuperior ſine quo populus regi non poteſt, etſi ita teneatur, & adminiſtretur vtiliter,* [u] *tamen indecenter appetitur.* Quam eandem ſententiam repetit ex Auguſtino, D. Proſper. *ſentent.* 66 & *lib.* 3. *de vita contemplatiua cap.* 28. In quam ſententiam videndus eſt Chryſoſt. *hom.* 1. *ad Tit.* vbi diſputat, quatenus nobis liceat dignitates Eccleſiaſticas appetere. Vnde D. Paul. 1. *ad Tim.* 1. docet in principio naſcentis Eccleſiæ diuinas fieri ſolitas eſſe [x] reuelationes, quibus ad magiſtratus Eccleſiaſticos, viri Eccleſiaſtici electi oſtendebantur: quod ſignificant ea verba Pauli, *hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, ſecundum præcedentes in te prophetias*; id eſt, ſecundùm diuinas reuelationes, ſeu viſiones, quæ tuam electionem in Epiſcopum præceſſerunt; ſolebant enim diuina declarari reuelatione Epiſcopi, quemadmodum eum locum notauit Chryſoſt. & Theophylact. Sic enim electus eſt Paulus in Apoſtolum *Actor* 13. vnde Euſeb. Cæſ. *lib.* 6. *cap.* 21. refert in ordinatione Fabiani ſummi Pontificis columbam fuiſſe cælitus delapſam; quo ſigno diuinum Oraculum oſtendebat ratam eam fuiſſe electionem. Quod argumentum etiam proſequitur Philo *in lib. de charitate, ſtatim in principio*, vbi oſtendit, non niſi diuina reuelatione Moyſem elegiſſe in Ducem populi Ioſue; hoc enim ita fieri ſolebat, *antequam ambitio pernicioſa ſacrilegij forma*, ſicut Cyprian. ait, in orat. de ieiuniis, & tentationibus, *nihil intentatum relinquit, in ſinu* [y] *enim ſacerdotum dormit, vbi ſub vmbra recubat, in ſecreto thalami ſe fraudulenter occultat, faxitque Deus, ne vnquam ad ea tempora veniamus, quorum iuſta eſt ea querela apud Plutarch. in vita Coriolan. non* enim, inquit, *dignitates argento, aut alio corruptelarum genere tunc impertiebantur; diu ſiquidem poſt emptio, & venditio illa ſera prorupit, & inter concionis ſuffragia, ſe ſe argentum immiſcuit: hinc iudiciorum, hinc exercituum corruptela vnius dominia ſubuertit vrbem, auro captiua ſeruiunt arma, vt ſapienter dixiſſe videatur, qui Romanum populum ex eo tunc primum periiſſe inquit, qui primus epulum ei, largitionémque dedit.* Congruenter igitur Chryſoſt notauit hæc verba, & *factum eſt verbum Dei*, præceptum eundi impoſuiſſe Prophetæ; nec enim, niſi præcepto impoſito ad dignitates Eccleſiaſticas viri [z] ſancti accedunt, quod de ſe ipſo teſtatur Paulus 1. *ad Tim* 1. cum ait, *Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundum im-*

[s] *Nemo niſi miſſus ad prædicandum procedat.*

Rom. 10.
Hebr. 5.
Chryſoſt.

[t] *Ionæ ad hoc impoſitũ fuit præceptum.*

Plato.

Auguſt.

[u] *Locus enim publicus licet decenter adminiſtretur, ſemper indecenter appetitur.*

Proſper.
Chryſoſt.
1. ad Tim. 1.

[x] *Vnde in principio naſcentis Eccleſiæ, non niſi per reuelationem Dei ad publica munia accedebatur.*

Chryſoſt.
Theophyl.
Actor. 13
Euſeb. Cæſ.

Philo.

Cyprian.

[y] *Sic que factũ eſt, quandiu ambitio in ſinu non dormiuit ſacerdotum.*

Plutarch.

Chryſoſt.

[z] *Nec viri ſancti niſi præcepto impoſito ad dignitates accedunt*

1. Tim. 1.

perium

naui tibi, id eſt, iam palam, & publicè noua poma venduntur in noſtra vrbe, ego autem præ amotis magnitudine ſeruata tibi habeo ea, quæ vetera erant. Iam igitur conſtat qualis ſit ſententia prioris partis huius carminis, cum Ieremias dixit, *Senes defecerunt de portis.*

43\. Vt autem pars altera magis appareat, cùm dicitur, *Iuuenes de choro pſallentium*, ſeu vt habet Hebraicus Textus, *& iuuenes à ſua modulatione*, ſeu *de domo cantantium*, quemadmodum habet Chaldaica Paraphraſis: aduertendum eſt, cuiuſque [h] ætatis peculiare officium eſſe, vt docet Ambroſ. 1. *de officiis, cap.* 17. & Seneca Tragicus in Hippolyto

Hebr. Text. — Chald. Par. — Ambr. — [h] *Cuiuſcunque ætatis peculiare munus.* — Tragicus.

——Propria deſcribit Deus
Officia, & æuum per ſuos ducit gradus;
Lætitia iuuenem, [i] frons decet triſtis ſenem.

[i] *Iuuenis lætitia, triſtis verò ſenectus.*

Proinde accommodatè Propheta iudicandi vim ſenioribus attribuit; lætitiam autem, ſiue muſicam iuuenibus iuxta communem naturæ ordinem; atque vt ſignificaret nullam iam eſſe lætitiam, nec voluptatem in ea republica, dixit, *& iuuenes de choro pſallentium*, defecerunt, ſcilicet, ſiue ceſſarunt, atque ita iam non eſt vlla lætitia publica in Hieruſalem. Similis eſt locus lib. 1. Machabæor. cap. 3. *filij alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio Gentium, & ablata eſt voluptas à Iacob, & defecit tibia, & cithara.*

Machab. 3.

44\. Illud autem ſciendum eſt, in quauis bene conſtituta republica muſicam [l] perpetuò ſuum honorem habuiſſe, propter vtilitates, quas illa habet, quemadmodum dixit Plutarch. in lib. de muſica. *Vnde*, inquit, *ciuitates, quæ optimis legibus vterentur, maximam ſemper ingenuæ muſicæ curam habuerant.* Quod etiam dixit Plato *in Philebo, & in Lache.* Gellius *lib.* 19. *cap.* 9. Leuinus Lemnius *lib. de honeſto animi, & corporis oblectamento*, vnde Salom. Eccleſiaſt. cap. 2. *fecit mihi cantores, & cantatrices.* Qualis autem ea debeat eſſe apparebit, ſi quis videat Ambroſ. *ſuper Pſal.* 45. *&* 47. & Plutarch. *in apophtheg. Laconicis*, cùm ait, *Lacedemonij modulationibus, & carminibus incumbebant, & compoſitio quidem erat ſimplex, & ſeuera, nihilque aliud continebat, [m] quàm laudes eorum, qui generoſè, & vicissent, & pro Spartha mortui eſſent, & qui beati haberentur, eorúmque vituperationes, qui timidi fuiſſent:* multa hac de re ſcripſit Celius Rodig. *lib.* 9. *lect. antiq. à cap.* 1. *& deinceps.* Accommodatè autem ad hoc argumentum locutus eſt Ariſtot. *in lib. de republica*, quos citat, & refert Carol. Valgulius *in com. ad muſicam Plutarchi*, vbi inter alia docet muſicam, & alia ſigna lætitiæ, eſſe [n] ſymbolum tranquillitatis, & felicitatis in republica; qualem in Ieruſalem fuiſſe dicitur *lib.* 3. *Reg. cap.* 3. cum de felicitate regni Salomonis agitur. *Iuda*, inquit, *& Iſrael innumerabiles ſicut arena maris in multitudine, comedentes, & bibentes, atque lætantes.* Quod eleganter concluſit regius vates *in Pſalm.* 86. quando agens de felicitate Ieroſolymæ, de pace, & affluentia rerum omnium, in ea per acclamationem rem perfecit eo epiphonemate, *Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.* Quaſi velit: Quid plura dicam de Ieruſalem? eſt ipſa veluti quædam habitatio totius lætitiæ, quod ſignum eſt felicitatis. Fallor, ſi non in hanc ſententiam intelligendus eſt locus *Cantic.* 6. cum Rex Salomon laudans felicitatem, & rerum omnium abundantiam [o] Eccleſiæ Dei per allegoriam dixit, *quid videbis in Sulamite niſi choros caſtrorum?*

[l] *Muſica reipublicæ neceſſaria.* — Plutarch. — Plato & alij — [m] *Quam tamè Spartbani, non niſi de re ſeria admittebant.* — Rodigin. — Ariſtor. — Valgulius. — [n] *Hæc ſymbolum tranquillitatis & felicitatis in republica.* — 3. Reg. 3. — Pſal. 68. — Cantic. 6. — [o] *Eccleſia Dei nona, chorus pſallentium.*

Eſt autem certum Sulamitem pacificam ſignificare, tranquillam, & abundantem; huius autem felicitatis conueniens erat publica lætitia, quæ ſignum felicitatis eſt, propterea dixit, *niſi choros Caſtrorum*, id eſt, choreas, atque alia ſigna lætitiæ. Quemadmodum enim bene aduertit Aben Eſras, vocabulum Hebræum, quod vulgatus tranſtulit *chorus*, non eſt bellicum, ſed pacificum. Vnde iam colligo Ieremiam in hac parte huius carminis, cum dixit, *Iuuenes de choris pſallentium*, voluiſſe [p] ſignificare infelicem ſtatum Ieroſolymæ, in qua iam nulla ſint ſigna lætitiæ, qualia ſolebant eſſe, quando ſecura erant omnia in Hieruſalem.

Aben Eſras. — [p] *Senſus litera.*

Carmen 15.

Defecit gaudium cordis noſtri: verſus eſt in luctum chorus noſter.

§. II.

Ad Literam, & Mores.

Gaudium, & lætitiam cordis noſtri tam citò proximant mœror & triſtitia, vt fidelior ſit memoria præteritorum bonorum præſenti lætitia.

IN hoc carmine Ieremias oſtendit, vnde ortum habeant ſigna lætitiæ, atque triſtitiæ, eaque orri docet ex corde; nanque ſicut eleganter dixit Simmachus lib. 2. epiſtolar. epiſt. 7. *lætitia loquax [q] res eſt, atque oſtentatrix ſui, adeo vt magna ſpatij hominum nulla ab ea cautio ſit*; & in epiſt. ſtatim ſequenti: *In ſereni*, inquit, *frontibus animorum inducia perleguntur; non enim ſe capit exundantis lætitia magnitudo, ſed dedignata pectorum latebras, ita multa, & candida foras promittit, vt intelligatur, non ingentior quàm verior.* Plura dixit hac de re Plutarch. in lib. de garrulitate: *Eſt*, inquit, *gaudium longè [r] comica illa vigilia loquacius, ſubinde ſe ipſum excitat; non enim tantum vbi dolor vrget aliquem, ibi manam tenet, ſed & delectatio vocem in [s] ſe habet, & ſocam linguam circunducit:* vnde pulchrè Ieremias hoc in loco oſtendit [t] cauſam, cur ceſſauerint ſigna lætitiæ; eam autem oſtendit eſſe, internam cordis triſtitiam. 45.

Symmach. — [q] *Lætitia neſcit tacere.* — Plutarch. — [r] *comica enim vigilia loquacior.* — [s] *vocem in ſe habet.* — [t] *Prior expoſitio.*

Videtur autem diuinus Ieremias in his verbis oſtendere inconſtantiam gaudij, & voluptatis noſtræ, vt huius plerunque ſolùm relinquatur memoria; præter enim quàm quod Tragicus dixit, *dolor & voluptas inuicem cedunt, breuior voluptas:* Seneca Philoſophus in lib. de conſolatione ad Polybium: *Longior*, inquit, *fideliórque eſt memoria voluptatum, quàm præſentia.* Vnde gaudium præteritum, in memoriam reduxit Ieremias, cum nullum præſens inueniat; *certiora enim ſunt gaudia, quæ abierunt, quàm quæ præſentia ſunt; namque de illorum fine, nihil iam timendum reſtat, cum præſentia perpetuo timore permixta ſint: nimis enim anguſtat gaudia ſua, qui eis tantùm, quæ habet, ac videt, frui ſe putat, & habuiſſe eadem, pro nihilo putat; cito enim nos omnis voluptas relinquit, quæ fluit, & tranſit, & pene antequam* 46.

Tragicus. — Seneca. — [u] *Fidelior gaudij memoria, quàm præſentia.*

tequam veniat auffertur. Itaque in præteritum [x] *tempus animus mittendus eſt, & quidquid nos vnquam delectauit, recolendum, ac frequenti cogitatione tractandum eſt; longior enim, fideliorque eſt memoria voluptatum, quàm præſentia.* Hoc enim non minùs eleganter repetit idem Seneca lib. 3. de beneficiis cap. 4. *Epicurus*, inquit, *aſſiduè queritur, quod aduerſus præterita ſimus ingrati, quoniam quæcunque percepimus bona, non in memoriam reducamus nec inter voluptates numeremus, cum certior nulla ſit voluptas, quàm quæ eripi* [z] *iam non poteſt; præſentia gaudia nondum tota in ſolido poſita ſunt, poteſt illa caſus aliquis abſcindere; futura pendent, & incerta ſunt, quod præterijt, inter tuta poſitum eſt.* Similia habet in *lib de vita beata, cap 6.*

[x] *Propterea in præteritum tempus animus eſt remittendus.* Idem.

[z] *Ea enim ſola eripi nequeunt, quæ præterierunt.*

47. Quamuis autem præteritæ voluptatis recordatio ſæpe iucunda ſit, acerbiorem tamen plerunque reddit calamitatem; nihil enim infelicius eſt, quàm in calamitate [a] memoriam habuiſſe felicitatis anteactæ, quemadmodum ex Euripide retulimus in primo cap. huius operis. Id quod eleganter dixit regius vates *in Pſalm.* 136. loquens per prophetiam de hoc eodem argumentu, de quo agit hoc in loco Ieremias, cùm docet memoriàm Sionis, & veteris lætitiæ recordationem, maiora incrementa attuliſſe captiuitati, in qua erant Hebræi, cum dixit; *Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.* Ad hunc modum mihi locutus videtur Ieremias per amplificationem cùm dixit: [b] *Defecit gaudium cordis noſtri, verſus eſt in luctum chorus noſter*, id eſt, amplificat triſtitiam veteris lætitiæ recordatio.

[a] *Quandoque autem & præteritorum memoria auget præſentia mala.* Pſal. 136.

[b] *Qualiter in præſenti litera.*

§. III.

Ad Literam, & Mores.

Viro religioſo nihil iucundius cultu Dei, cui omnis mœroris cauſa, cùm defecerit.

48. Hieronym. tamen aliter exiſtimat intelligendam eſſe hanc ſententiam, censétque exponendam eſſe [c] de ſacra religione, & de cultu diuino deperdito, quem vocat gaudium cordis ſui, de more ſacræ Scripturæ, [d] quæ ſolet religionem ſacram, & diuinas cæremonias, amorem & gaudium cordis plerunque appellare: qualis eſt ille locus *in Pſal.* 25. quando Dauid exulans à ſancta ciuitate Ieruſalem propter timorem Regis Saulis dixit, nihil ſibi potius eſſe, quàm in ea vrbe vitam agere, *vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuerſa mirabilia tua; dilexi enim decorem domus tuæ.* Quaſi velit: Nulla mihi maior calamitas eſt, & nihil moleſtius, quàm carere laudibus, & cæremoniis ſacris tui templi, quemadmodum pulchrè dixit Card. Bellarm. ad hunc locum. Vult igitur Hieronym. hæc verba referenda non eſſe ad ſigna publica lætitiæ, ſed nouam eſſe ſententiam in his verbis, qua Ieremias ſignificauit deperditam eſſe religionem, & cæremonias ſacras; id quod dolet in cæteris ſequentibus carminibus: quæ ſententia quamuis vera videatur, magis tamen nobis placet [e] ea quæ prior recitata eſt.

Hieron. [c] *Secunda expoſitio D. Hieronymi.* [d] *Religio & cultus ſacer in Scriptura ſancta amor & gaudium cordis.*

Pſal. 25.

Bellarmin.

[e] *Prior expoſitio antefertur.*

49. Propter vtranque tandem notandus eſt modus loquendi ſacræ Scripturæ, [f] quia in vtrauis expoſitione neceſſaria eſt cognitio illius; conſueta enim locutio eſt, vt pro gaudio in mæſtitiam conuerſo dicatur, *verſus eſt in luctum chorus noſter*, ſiue, *tibia noſtra.* Sic habetur in Pſalm. 29. *Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi*, ſiue, *in tibiam*, ſicut legunt LXX. Interpretes, & bene notauit Eugubinus. Ita dixerat Ieremias in c. 31. *tunc lætabitur virgo in choro*, ſiue *in tibia.* Similis locutio eſt *in Pſal.* 149. *& Pſal.* 150 Aduertendum autem eſt vocem Hebræam, pro qua vulgatus interpres tranſtulit *chorum*, inſtrumentum [g] muſicum ſignificare in choris, choreíſque vſitatum, cuius forma nobis non eſt nota, quemadmodum dixit Hieronym. *in Pſal.* 150. cui omnino ſuffragatur Marin. *in arca Noe.* Verùm idem Hieronym. & Pagninus in theſauro docent, eandem vocem interdum chorum [h] muſicum ſignificare, & ita plerunque Hieronymus transferre ſolet. Libere igitur in vtraque ſignificatione accipi poteſt chorus.

[f] *Pro vtraque tamen, notanda ſignificatio vocis*, chorus. Pſal. 29.

LXX Interp. Eugubin. Ierem. 31.

[g] *Quo inſtrumentum muſicum nobis ignotum*, Hieron. Marin.

[h] *& cantantium cœtum ſignificat.*

Carmen 16.

Cecidit corona capitis noſtri: væ nobis, quia peccauimus.

§. IV. Ad Literam.

Quoniam in conſuetudinario vſu ſacrorum corona geſtabatur, rectè hic pro coronæ caſu, religionem, & verum cultum Dei deperditum doluiſſe ſanctum intelligimus Ieremiam.

50. VT conuenienter loquamur ad expoſitionem D. Hieronym. in verſu præcedenti, [k] neceſſariò de ſacra religione hic locus intelligendus eſt, quaſi deperdita ſit religio Dei apud Hebræos propter peccatum Idololatriæ: non eſt autem alienum à ſacra Scriptura, & à veteri conſuetudine ſapientum, vt corona [l] religionem ſignificet, & pietatem. Pro qua re erit videndus Theodoret. *ſuper Ezechiel. in cap.* 16. ad ea verba, *& ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi inaures ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.* Quem locum ille moraliter de anima ornata pietate, & cæteris virtutibus intelligit. Inter alia autem ita habet: *Eſt igitur corona* [m] *ea gloria, quæ à pietate, & cultu legis, & ab omnibus bonis comparata ſit.* In quam ſententiam erit videndus locus Exod. 32. *Videns ergo Moyſes populum, quod eſſet nudatus, ſpoliauerat enim eum Aaron*: ad quem locum Targum Hieroſolymitanum ita dixit; *Denudati enim erant corona aurea, quæ fuerat in capitibus eorum cum nomine quadrilitero.* Videntur enim Iſraëlitæ poſt legem acceptam in ſignum fidei, & obedientiæ, quam percuſſo fœdere Deo promiſerant, ornaſſe capita [n] coronis decoris, quod anno ſequenti ſoli Aaroni conceſſum legitur *Exod.* 28. & *Eccleſ.* 45. quemadmodum pulchrè docuit Lyran. Ideo dixit Rab. Salom. quòd per ornatum hic dictum non intelligantur pretioſa veſtimenta, quæ iam depoſuerant, ſed intelligantur coronæ, quas principales populi impoſuerant in die dationis legis, quando Dominus locutus eſt eis; tunc

[k] *Prior expoſitio iuxta intelligentiã D. Hieron in carmine præcedenti.*

[l] *Corona religionem ſignificat*, Theodor. Ezech. 16.

[m] *& gloriam à pietate procedentẽ.* Exod 32.

Targ. Hier.

[n] *Iſraëlitæ coronis ornati ſunt cum legem acceperunt*, Lyran. Rab. Salom.

o In ſignũ deſponſationis cum Deo.

tunc enim populus fuit Deo deſponſatus o per ſuſceptionem legis,& religionis, & ideo fuerunt coronati ad modum ſponſæ,& has coronas non depoſuerunt, oſtendentes, quòd volebant eſſe ſubiecti legi,& pietati;ſed quia peccauerunt per Idololatriam, & tabulæ legis erant confractæ, ideo ad eorum confuſionem præcepit Dominus eas deponere, *vt ſciam quid faciam tibi*, id eſt, ſi videro te humiliatum: *depoſuerunt ergo filij Iſrael ornatum ſuum à monte Oreb*, id eſt, coronas, quas acceperunt in datione legis. Quòd autem ea cæremonia conſueta fuerit p apud Hebræos & alias gentes, coronandi, ſcilicet, ſponſos,& ſponſas aureis, ſiue floreis coronis, eſt locus *Cantic.* 4. cum Salomon dixit, *veni de libano ſponſa mea, coronaberis de capite Amana.* Talis etiam eſt locus Iſaiæ 61. *Indumento iuſtitiæ circundedit me, quaſi ſponſum ornatum corona.* Id quod docuit Plinius *lib.* 2. *cap.* 3. *& lib.* 22. *cap.* 2. *&* 3. Erit videndus Tertull. *in lib. de corona militis, cap.* 13. Alexand. ab Alex. *lib.* 2. *Genial. dierum cap.* 3. Ex quibus iam efficitur veteres ſponſos ſolitos eſſe floribus coronari.

p Mos enim erat apud Hebræos, & alias gentes coronandi ſponſos & ſponſas.
Cantic. 4.
Iſai. 61.
Plinius.
Tertullian.
Alex. ab Al.

51\. Quod autem fiebat in deſponſatione corporum, hoc ipſum fiebat q in deſponſatione animarum, quando ad pietatem, & religionem Dei accedebant homines; floribus enim,& interdum auro coronabantur; quo pacto eſt intelligendus locus *Cant.* 3. vbi dicitur: *egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis ſuæ.* Ad quem locum ita habet Paraphraſis Chaldaica: *Quando venit Salomon vt faceret dedicationem domus Sanctuarij, præco egreſſus eſt in fortitudine, & dixit, Egredimini filiæ Sion, videte habitatores Prouinciarum, & populus Sion, diadema & coronam, qua coronauit domus Iſrael Salomonem in die dedicationis domus Sanctuarij*; quaſi verò religionis gratia fuerit coronatus Rex Salomõ ab vniuerſo populo; nanque ſolebant ſacris r initiati coronari. Id quod docet etiam Ioſephus *lib.* 3. *antiq. c.* 8. & Rhodiginius *lib.* 27 *lect. antiq. cap.* 26. Clariùs Tertull. *in lib. de corona militis, cap.* 9. cum ait; *ſupplices, ſ ſiue orantes apud veteres coronabantur*: quod aduertit Iacobus Pamelius ad eum locum ex Halano Coppo referente Ariſtophanem Græcum in Pluto: vnde mihi dixiſſe videtur D. Petrus in ſua 1. Canonica, c. 2. *Vos eſtis genus electum, regale ſacerdotium*: quod etiam dixit Ioann. in ſua reuelat. cap. 1. *Chriſtus lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum, & ſacerdotes.* Vterque autem locus intelligendus eſt non de veris ſacerdotibus, t ſed de quolibet fideli homine, quemadmodum docuit Baſil. *orat.* 2. *de Baptiſmo cap* 8. Auguſt. 20. *de Ciuit. cap.* 10. Nanque ſicut dixit D. Leo ſerm. 3. in anniuerſaria die ſuæ conſecrationis. *Nihil tam regium, quàm ſubditus Deo animus, nihil tam ſacerdotale, quàm vouere Deo. Vnde & in confirmatione fidelium & quædam eſt conſecratio per oleum u ad inſtar ſacerdotum, & faſcia alba notantur ad inſtar Regum.* Eſſe autem regiam coronam faſciam apud veteres ſtatim in ſequenti §. dicemus latiùs: tamen ex his ſatis colligitur religioſos,& fideles homines in ſignum pietatis, cui deſponſabantur, ſolitos eſſe coronas geſtare, vt iam pateat, quàm ad literam dictum ſit, præſentem x verſum intelligendum eſſe de religione, ſiue pietate amiſſa, cum Ieremias ait, *cecidit corona capitis noſtri.* Accommodatè autem ad eam calamitatem, in qua erat,

q Quod item fiebat in deſponſatione ſpirituali.
Cantic. 3.
Chald. Par.
r Inde ſacris initiati coronati.
Ioſephus.
Rhodigin.
Tertullian.
ſ Supplices itẽ & orantes.
Pamelius.
1. Petr. 2.
Apoc 1.
t Quilibet fidelis rex & ſacerdos.
Baſilius.
Auguſt.
D. Leo.
u Propterea in confirmationis ſacramento oleum ſacratum & faſcia alba.
x Senſus literæ myſtum.

eſt interpoſita à propheta interiectio dolentis, cum dixit, *Væ nobis, quia peccauimus*: quaſi dolens, quòd propter læſam pietatem,& religionem, ſeu potiùs propter idololatriam ceciderit omnis religio Hebræorum; ſicut enim dicitur Sapient. 14. *Infandorum idolorum cultura, omnis mali eſt ratio, & initium.*

Sap. 14.

§. V. Ad Literam.

Secundùm literæ corticem propheta regni deplorat Iudaici occaſum, & ruinam principatus Hebræorum.

52\. VErùm vt verba ſtatim ſonant a in prima ſuperficie D. Ieremias videtur dolere regiam dignitatem cecidiſſe à populo Dei propter ſuorum hominum ſcelera; hoc enim ſignificare videntur hæc verba, *cecidit corona capitis noſtri*; vt ſit ſimilis hæc ſententia illi, quæ eſt apud Ezechiel. *in cap.* 21. vbi de rege Sedecia, de quo hic etiam egit Ieremias, dixit propheta, *Aufer cidarim, tolle coronam.* Nanque corona perpetuum ſymbolum b regium fuit apud omnes gentes. Pro qua re aduertendum eſt, apud veteres regiam coronam pannum fuiſſe, ſiue faſciam candidam, Græco vocabulo dictam, *diadema*. id eſt, ligamentum, ſicut bene notauit Beroald. *Com. in lib.* 10. *Apulei*, & *com. in Sueton. in vita Iulij Cæſar. cap.* 79. cum ait: *Ideo tribuni faſciam, quam quidam impoſuerunt ſtatuæ Cæſaris, detrahi iuſſerunt, quia videbatur ſignificare regiam dignitatem.* Vnde Ammian. Marcellin. refert, Pompeio obiectum fuiſſe, regiam dignitatem affectaſſe, quia aliquando crus alligauerat faſcia candida, propter vulnus; c *nihil, aientes, referre, qua corporis* d *parte ſit faſcia.* Quod Seneca notauit epiſt. 11. *faſciam ſolue, multum enim mali ſub illa latet*; conuenit litera Hebræa cum hac ſignificatione; etenim à verbo Hebræo, *athar*, quod ſignificat ligare, cingere, tueri, ſiue munire, deriuatum eſt nomen, *athereth*, quod *colligamentum* ſignificat, ſiue, *coronam*, quaſi regium inſigne nihil aliud ſit, quàm remedium populi, ſicut bene notauit Alexand. ab Alex. *lib.* 1. *cap.* 28. & Iuſtinus Hiſtoricus *lib.* 25. cum refert Alexandrum de capite detraxiſſe faſciam,& vulnus Lyſimachi, e quod in capite acceperat, circumligaſſe, vt ſic oſtenderet magis in remedium vulnerum ſuorum inuentum fuiſſe diadema, quàm in ornamentum regum; talia enim eſſe debent regiæ maieſtatis inſignia. In quam ſententiam notauit optimè Iuſtin. *lib.* 4 *ſuæ hiſtor.* veteres pro ſceptris f haſta vſos fuiſſe, qua populum maximè defenderent. Vnde Romulus Quirinus dictus eſt, cuius nominis cauſam reddit Poëta, cum dixit,

a Altera expoſitio ſecundum literæ ſonum & corticem.
Ezech. 21.
b Corona enim ſymbolũ regium apud veteres, candida faſcia, ſiue ligamentum.
Beroald.
Ammianus.
c Quæ & in crure putabatur inſigne.
d Nota pro equitibus de la garrotera in Anglia.
Seneca.
Alex. ab. Al.
Iuſtin. hiſtor.
e Vide Alexandri Magni humanitatem.
Idem.
f Veteres pro ſceptris, haſta vſi ſunt.

Siue quòd haſta quiris priſcis eſt dicta Latinis.

Quod notauit etiam Carolus Sigonius in factis Romanorum; qua forte ratione apud Hebræos haſta vtebantur Reges in ſignum regiæ maieſtatis; vnde nunquam Saül ſine haſta inuentus eſt.

Virgilius.
Sigonius.

53\. Qua ratione pulchrè etiam adnotauit Iſidorus Peluſiota *lib.* 1. *epiſt. epiſt.* 136. *ad Herminium*, de illo magni honoris inſigni ex candida lana confecto, quod pallium paſtorale, g ſiue Archiepiſcopale vocamus; inter alia enim ita habet: *Id autem amiculum, quod ſacerdos humeris geſtat, atque ex lana, non ex lino confectum eſt, ouis illius, quam Dominus aberrantem quæſiuit, & inuentam humeris*

Peluſiota.
g Pallium archiepiſcopale refert diadema regium, & boni paſtorẽ.

ſuis

Digitized by Google

ſuis ſuſtulit, pellem deſignat. Epiſcopus enim, qui typum Chriſti gerit, ipſius munere fungitur, atque ipſo etiam habitu illud omnibus oſtendit, ſe boni illius paſtoris imitatorem eſſe, qui gregis infirmitates ſibi ferendas propoſuit, atque ita remedium omnium factum eſt inſigne Paſtoris.

54. Talis erat regia corona lanea, vel linea vtilis, quando ex lana, & lino erat; etenim ſicut pulchrè dixit Auguſt. lib. 83. quæſtion. quæſt. 36. *Nutrimentum charitatis eſt imminutio cupiditatis; deterior autem reddita* [h] *eſt regia corona, quando aurea facta eſt; tunc enim vtilior regibus, pernicioſior popula facta eſt*, vt declaratur ex toto eo textu. *Cod. de aureo coronario*, quemadmodum pulchrè aduertit Iuſtus Lipſius in eo opere de magnitudine vrbis Romæ; etenim diadema lineum, ſiue linea corona, [i] remedium erat populi, aurea verò principis vtilitas, qualis planè erat corona Hebræorum, quando euerſum eſt eorum regnum, & ſancta ciuitas, aurea ſcilicet; id quod conſtat ex Pſalm. 44. *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato*, Hieronym. tranſtulit, *in aurea corona*; & in Pſalm. 20. *poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo*; Hebraicè, *de auro optimo*: qualis ea erat corona regis Ammonitarum, quam in bello acceperat Rex Dauid, ſicut dicitur 1. Paralip. *cap.* 20. & 2. *Reg. cap.* 12. qua coronabantur Reges Iudæ, quando inaugurabantur, quæ ad eos vſus in templo ſeruabatur, quemadmodum refert Abulenſ. *in 4. Reg. & ſuper lib. 1. Paralip. c.* 20. *à quæſt.* 8. *vſque ad* 11. Cum igitur Ieremias dixit, *cecidit corona capitis noſtri*, de hac corona [l] locutus eſſe videtur, vel ſaltem de regia corona Iudæ, quæ cecidit de capite Sedeciæ, quando captiuus ductus eſt in Babyloniam. Quæ expoſitio mihi probabilior viſa eſt: alioquin Ieremias in hac acerba ſua peroratione nihil dixiſſet de regia dignitate amiſſa, quod grauiſſimum infortunium eſt ad extremum in quouis regno.

Auguſt.

[h] Deterior regia corona aurea.

Lipſius.

[i] Lanea enim corona remedium populi: aurea verò regis commodum.

Pſalm 44.
Hieron.
Pſalm. 20.

Abulenſ.

[l] Senſus literalis.

55. Fuiſſe autem peccata populi cauſam, cur imperia transferantur, & euertantur regna, dixit eleganter D. Ambroſ. in Apologia Dauid, *regum lapſus pœna populorum eſt*. Quod Eccleſiaſt. dixit, *regnum* [m] *à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, ac diuerſos dolos*; id quod de caſu hoc regni Iudæ dixit eleganter Chryſoſtom. *homil.* 18. *ſuper 1. ad Corinth.* vbi oſtendit coronam regiam Hebræorum, propter eorum ſcelera cecidiſſe, ita enim habet: *Tunc autem oſtendit Nabuchodonozor, quòd eorum vrbem ceperit non ſua virtute, ſed propter eorum peccata; ſi enim pueros legatos in Babylonia, & in fornacem ardentem deiectos ſuperare non potuit,* [n] *quomodo lege belli ſuperaſſet omnes, ſi tales eſſent?* Vnde perſpicuum eſt, propter eorum grauiſſima peccata captam fuiſſe vrbem, & regnum, ac regiam coronam illius gentis cecidiſſe, quemadmodum dolet Ieremias, dicens: *Cecidit corona capitis noſtri, væ nobis, quia peccauimus.*

Ambr.

[m] Quare regnum à gente in gentem transferatur.
Chryſoſt.

[n] Valde notandum Chryſoſtomi dictum.

TRACTATVS VI.

De expoſitione 17. & 18. Carminum. Siue, *De inſignis mœſtitiæ cauſis.*

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

Carmen 17.

Propterea mœſtum factum eſt cor noſtrum: ideo contenebrati ſunt oculi noſtri.

§. I. Ad Literam.

Proteſtatur ſanctus Ieremias doluiſſe non modò extremè ſuorum popularium, ſed mœroris ſumpſiſſe inſignia, quæ in oculis omnium apparerent.

Eclipticus eſt hic locus, & imperfectus, vt qui dubiam & ancipitem [a] faciat ſententiam; nec enim conſtat certò ad quem verſum referenda ſint hæc verba, ad antecedentem ne, an ad conſequentem? Hieronym. igitur exiſtimauit hunc verſum pertinere, pendereque ex præcedenti, cum Ieremias dixit, *Væ nobis, quia peccauimus*; iuſtiſſima [b] enim eſt triſtitia de peccato: *rectè ergo*, inquit ille, *propter peccatum noſtrum cor factum eſt mœſtum, quia vbi iniquitas premendo inſidet cordi, ibi non eſt habitatio Spiritus ſancti, ſiue lætitia.* Qua ratione dixit pulchrè regius vates *in Pſalm.* 50. poſt ſuum adulterium, & homicidium commiſſum, *redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me*, quemadmodum aduertit Genebrard. *ad tollendam enim*, docet, *mœſtitiam ex peccato ortam neceſſariò eſſe vim, & virtutem totius Beatiſſimæ Trinitatis*, [c] *Patris, ſcilicet, adiuuantis, filij merentis, & Spiritus ſancti exequentis; vſque adeo enim hæret mœſtitia peccato.* Eſt videndus Chryſoſtom. hom. 5. ad populum. *Propter hoc*, inquit, *triſtitia facta eſt, non vt in morte, nec vt in alia re tali doleamus, ſed vt ipſa ad dolenda peccata vtamur: remedia enim medicinalia propter illos ſolos morbos inuenta ſunt, quos curare poſſunt, non propter illos, quos curare non poſſunt.* Similia dixit *homil. 7. ad popul. & ſuper Pſal.* 119. & D. Auguſt. 1. *confeſſ. cap.* 12. Bernard. *lib. de diligendo Deo.* Philo *in lib. de congreſſu quærendæ eruditionis gratia.* Probè igitur D. Hieronymus. Exiſtimauit hæc verba pertinere ad præcedentem [d] ſententiam, quaſi voluerit Ieremias propter nullam aliam calamitatem ad extremam mœſtitiam deueniſſe, quàm propter peccatum, præſertim ſi ſermo ſit de peccato, quo gens Hebræa occidit Regem Meſſiam, de quo etiam magna pars huius diſcurſus Ieremiæ eſſe potuit; nam ea corona, quæ cecidit, Meſſias Dominus eſſe poteſt, qui corona, & conſummatio eſt omnium bonorum. 56.

[a] Anceps ſententia huius carminis.
Hieron.

[b] Iuſtiſſima triſtitia non niſi ex peccato.

Pſalm. 50.

Genebrard.

[c] Vt reſtituatur lætitia peccatori, totius Trinitatis operatio requiritur.
Chryſoſt.

Auguſt.
Bernard.
Philo.

[d] D. Hieron. hanc ſententiam ad præcedentem refert.

Verùm pluribus placet principium eſſe in his verbis [e] nonæ ſententiæ, pendereque hæc verba ex ſequenti verſu, cum Ieremias dixit, *Propter montem Sion, quia diſperiit, vulpes ambulauerunt in eo*; extrema, inquit, mœſtitia occupauit cor noſtrum, quia Sanctuarium Domini euerſum eſt, & ablata a nobis eſt religio, & pietas in Deum, quaſi ex hoc loco incipiat propheta dolere in hac ſua peroratione euerſum templum, & religionem: quod vt faciat, quamuis ſæpiùs dixerit de lachrymis in ſua lamentatione, extremum [f] ſignificauit hoc in loco earum, per amplificationem, cùm dixit, *ideo contenebrati ſunt oculi noſtri*; 57.

[e] Cæterum principium eſſe nonæ ſententiæ, plures autumant.

[f] Extremum enim totnet lachrymarū.

tales enim lachrymæ debebantur amiſſæ pietati.

58\. Quod vt melius intelligatur, de origine lachrymarum repetenda ſunt aliqua, quæ aliquando diximus, ſunt enim pernecellaria ad hunc locum intelligendum; inter quæ illud primò occurrit, quod dixit Cel. Rhodig. *lib.* 10. *lect. antiq. cap.* 3. cùm aſſerit, *lachrymas* [g] *fieri ex euaporato humore, quem natura ad cor mandauit, in dolore autem lachrymas vbertim fluere, quoniam vi doloris plurima fieri conſueuit euaporatio de corde ad cerebrum, vnde condenſatus vapor, & refrigeratus ſoluitur in manantes lachrymas per oculos, quia calor tunc maximè ſolet euaporare humorem cordis, quando ſubſultat maximè, & impetuoſior eſt ſubſultus, qualis eſſe ſolet in rerum acerbitate, qui fit in compreſſione ex triſtitia, expellitque calorem, & ſpiritus vitales, quando aliqua ſpes* [h] *eſt in acerbitate, ita fieri ſolet; namque ſi abſit ſpes, ceſſat ille frequens cordis motus,* [i] *imò comprimitur, & meatibus obcæcatis augeſcente calore feruet humor, neque tamen euaporatur.* Ita philoſophatur Rhodiginius de origine lachrymarum, cuius ſi ſequenda ſit ſententia, ſolùm in lætitia, & in calamitatibus, quarum aliqua eſt ſpes remedij, fluent vbertim lachrymæ, non autem in deſperatis rebus; qualis planè calamitas eſt hæc, quam Ieremias deplurat, torrente, ſiue profluuio magno lachrymarum.

Rhodig.
[g] *Origo lachrymarum.*
[h] *Secundum Rhodiginium tunc fluunt largiter, quando aliqua ſpes manet.*
[i] *Si verò deſit omnis ſpes, comprimuntur.*

59\. Proinde magis placet ſententia Eliæ [l] Cretenſis *in comm. ad orat.* 11. *Nazianz.* quæ eſt de morte Gorgoniæ ſororis ſuæ, in ea enim *pag.* 407. explicans ea verba Nazianz. *O lachrymarum fontes, quæ ex afflictionibus ſeminabantur:* id, inquit Elias, *expreſſit Nazianz. quod lachrymarum cauſa eſt; neque enim ab iiſdem principiis lachryma, & lætitia ortum habent; nam lachryma ſpiritu eo, qui circa cor eſt, rei aduerſa impetu, tanquam ictu quodam oppreſſo naſci ſolet, cùm, ſcilicet, concaua cerebri partes, iis ex mœrore ortis vaporibus oppleta, quos intima caloris contractio ad ſupremas partes mittit, per oculorum meatus tanquam per canales quoſdam humoris molem excutit, atque vt nubes in guttas; ſic etiam vaporum craſſities in lachrymas diſſoluitur.* Ex quibus apparet, ex calore præ triſtitia eiectu ab internis cordis partibus factam eſſe euapotationem, vnde ſoluitur lachrymarum fluuius; non tamen [m] apparet, vnde cæcitas, vel contenebratio fiat vi lachrymarum, qualem ſibi, & ſuis dolet Ieremias eueniſſe in acerba calamitate Hieroſolymitana.

Cretenſis.
[l] *Sententia Eliæ Cretenſ. quòd lachrymæ à ſolo mœrore proueniunt.*
[m] *vnde creſcit difficultas litteræ huius.*

60\. Proinde vt penitus cognoſcatur difficultas huius loci, notanda eſt [n] doctrina ex Galeno *lib.* 10. *de vſu partium, cap.* 11. vbi aduertit, *ſuper canthos oculorum, quos lachrymalia vocamus, neruoſam eſſe carnem, quam medici vocant lachrymarum frænum; pars enim ea, à natura inuenta eſt, vt recipiat humorem, eundémque accommodet oculis, & palpebris, vt ipſorum naturalis ſymmetria conſeruetur ad motuum agilitatem; quandóque enim ſiccitas palpebrarum exuperans, flectendi, atque mouendi difficultatem illis ingerit, humiditatis autem redundantia, infirma redduntur, & cadunt, ſicut in extrema ſenectute fieri conſueuit*, quemadmodum docet Rhodiginius *lib.* 12. *cap.* 4. quando detentoria facultas labefactata eſt. Iam igitur planus [o] eſt ſenſus huius loci; plus enim aliquid Ieremias de ſuis lachrymis in hac peroratione dicere voluit, quàm dixerit in tota lamentatione, de eiſdem inquiens: Talis, ac tanta vis fuit meatum lachrymarum, vt torrentis in modum, obuia quæque ſecum tulerit, corrupta vi deteroria præ magnitudine humiditatis, ceciderunt palpebræ, & contenebratio facta eſt in noſtris oculis, nec ſuas operationes exercere potuerunt læſis viſoriis organis à vi, & magnitudine lachrymarum.

Galenus.
[n] *Pro ſolutione notandum ex Galeno.*
Rhodig.
[o] *Senſus litteræ germanus & facilis.*

Carmen 18.

Propter montem Sion quia diſperiit, vulpes ambulauerunt in eo.

§. II. Ad Literam.

Tanti cauſæ mœroris apponuntur, templi ſacri deſolatio, vnà cum regni, & religionis conculcatione ab exteris gentibus.

61\. TAndem Ieremias exprimit cauſam [p] ſui iuſtiſſimi doloris, oſtendens eam eſſe rationem, & principium tantarum lachrymarum, & caligationis in oculis ſuis, quia, ſcilicet, Sion, qua in parte vrbis Ieroſolymæ ſacroſanctum templum ædificatum erat, deſolatus eſt. Pro qua ſententia explicanda, ſciendum eſt id, quod docuit Adricomius *in ſua Ieruſalem*, & Hieron. *de laudibus Bethlehem. ad Marcell.* Ioſephus 6. *de bello, cap.* 6. & 15. *antiq. cap.* 14. Sion propriè eſſe vnum de præcipuis montibus, in quibus ſita eſt Ciuitas Hieruſalem, qui mons in ſacra Scriptura [q] *ſanctus* appellatur, ſiue *mons Dei*, ſicut patet in Pſ. 2. *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius*, & Pſal. 91. *Te decet hymnus Deus in Sion:* & Pſalm. 77. *Tribum Ephraim non elegit, ſed elegit tribum Iuda, montem Sion, quem dilexit:* & Pſal. 67. *Mons Sion, mons Dei, mons ſanctus, mons coagulatus*; ſeu vt alij volunt, *mons gibboſus*; [r] eſt enim mons Sion biceps, & diuiditur in montem Sion, & Moria, quæ eſt altera pars eiuſdem montis; & hæc eſt ratio, cur ſacra Scriptura, de vno monte, quaſi de duobus loquatur, vel vice verſa; vtrunque enim nomine Sionis apud ſacros Autores comprehenditur: proinde quamuis templum Dei fuerit ædificatum in monte Moria, [s] in quo iam olim ſuum filium ſacrificauerat Abrahamus, quemadmodum notauit Ioſephus 1. *antiq. cap.* 22. & Hieron. *Ierem.* 26. in quo etiam prima figura Chriſti patientis in cruce oſtenſa eſt in ariete de cornibus ſuſpenſo, ad quem locum putauit D. Ambroſ. referenda eſſe ea verba Chriſti Seruatoris Ioan. 8. *Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit,* [t] *& gauiſus eſt.* Similiter Chryſoſt. & Origen. atque elegantiſſimè ſanctus Martyr & Epiſcopus Veronenſis Zeno *ſerm.* 5. *de Abrahamo in bibliotheca Patrum, tom.* 2. vbi pulchrè dixit, *In illo ſacrificio ſolus Deus* [u] *doluit, quia aliam hoſtiam præparauit in remedium hominum:* tamen ſanctitas ſemper refertur ad montem Sion, quia prima, & maxima pars eſt illius montis conſtituti ex duobus: Ex quibus iam fit planus ſenſus huius loci, cùm Ieremias dixit, *Propter montem Sion, quia diſperiit, vulpes ambulauerunt in eo*; quaſi velit diuinus Propheta. [x] Hæc eſt cauſa, & ratio acerbitatis meæ, inde orta eſt triſtitia, & caligatio oculorum præ vi lachrymarum, quia, ſcilicet, doleo montem Sion deſolatum, qua in parte vrbis erat templum

[p] *Cauſa acerbiſſimi doloris.*
Adricom.
Hieron.
Ioſeph.
[q] *Mons Sion ſanctus per antonomaſiam.*
Pſal. 2.
Pſal. 91.
Pſal. 77.
Pſal. 67.
[r] *Idem mons gibboſus, quia biceps.*
[s] *In altero capite, ſcilicet, Moria, olim Iſaac ſacrificium,*
Ioſephus.
Hieron.
Ambroſ.
Ioann. 8.
[t] *in quo Abrahamus vidit diem Chriſti in ſacrificio arietis,*
Chryſoſt.
Origen.
Zeno Epiſc.
[u] *in quo ſolus Deus doluit, & quare.*
[x] *Senſus litteræ.*

templum ædificatum, cum quo pariter interierunt cæremoniæ ſacræ, & ſacrificia, atque religio Dei. Eſt autem mons Sion factus ſtabula alta ferarum; ſic enim prouerbialiter [a] dicere ſolent Hebræi, cum vrbem in ſyluam redactam ſignificant, ſcilicet, *vulpes ambulant in ea.* Hoc ipſum prædixerat Ieremias in cap. 7. *Sion, quaſi ager arabitur, & Ieruſalem in aceruum lapidum erit, & mons domus in excelſa ſyluarum:* quod etiam dixit Michæas in cap. vlt. *Sion, quaſi ager arabitur, & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum, & mons templi in excelſa ſyluarum;* id eſt, alta ſylua occupabit templum Dei, ceſſabitque pietas, & religio, hoc eſt, quod dolet Ieremias in his duubus carminibus.

[a] *Prouerbialiter deſolatio ciuitatis exprimitur.*
Ierem. 7.
Mich. vlt.

§. III. Ad Allegoriam.

Syluæ in monte ſancto, & vulpes in templo, hæreticos, & prauos mores in Eccleſiam irrepentes ſignificant.

62. QVoniam verò Hieronymo placuit hoc in loco, & in pluribus aliis allegoria, quæ latet in his verbis, *vulpes ambulauerunt in eo,* nobis quoque placuit eam breuiter proſequi; neque minùs enim dolendum eſt, quod occupauerint ſyluæ montem Sion, & templum Dei factum ſit latibulum vulpium, quàm quod hæretici, [a] & praui homines in Eccleſiam Dei irruerint; nec enim alios exiſtimat Hieron. eſſe vulpes, quàm hæreticos. Sic loquitur Hieron. *Ezech.* 13. ad illa verba: *quaſi vulpes in deſertis prophetæ tui Iſrael erunt. Omnes,* inquit, *hæretici propter nequitiam, & fraudulentiam* [b] *vulpibus ſimiles ſunt.* Vnde de impio Herode ſcriptum eſt, *Dicite vulpi huic.* Qua ratione Rex Salom. de hæreticis dixit per allegoriam, *capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineam.* Ad quem locum Bern. ſerm. 67. in Cantic. *Non ſunt contentæ vulpeculæ deſerere viam, niſi & deſertare vineam poſſint.* Erit videndus Plutarch. *in Politic.* vbi ſic ſcribit; *non ſemper incendia de ſacris, publicíſque ædificiis initium ſumunt, ſed ſæpe ex domuncula lucerna parum neglecta ingens erumpit flamma, vel ignis ſenſim conceptus palea, deinde, & cæmentis refocillatus mirum in modum ardere incipit, & primis quibuſque correptis, longius ſerpere, & magnam dare ſtragem:* proinde Hieronym. de vitandis talibus vulpibus dixit ſuper epiſt. ad Galat. cap. 5. *Scintilla,* [c] inquit, *res parua eſt, & pene dum cernitur, non videtur; ſed ſi fomitem comprehenderit & nutrimenta ſui, quamuis paruus ignis, inuenerit, mœnia, vrbes, latiſſimos ſaltus, regionéſque conſumit.* Tales ſunt vulpes, ſiue hæretici. Quod etiam pulchrè notauit Cicero *lib. 15. epiſtolar. ad Attic epiſt. 3.* vbi tyrannidem comparat cum mala arbore, *quæ penitus,* inquit ille, *excidenda eſt potiùs, quàm euellenda, ne in perniciem reipublicæ fructificare poſſit; quemadmodum vulpes.* Voluit igitur Hieronym. non minùs dolendum eſſe propter Sionem in ſyluas redactum, in quo fuerat Sanctuarium Dei, & domus orationis, quàm dolendum ſit propter Eccleſiam, in quam irruerunt hæretici, omnia enim perturbant; & euertunt ad inſtar vulpium.

Hieron.
[a] *Allegoricè conturbatio Eccleſiæ per hæreticos.*
Idem.
Ezech. 13.
[b] *Qui vulpibus propter fraudulentiã aſſimilantur.*
Bernard.
Plutarch.
Hieron.
[c] *Hæreſis ſicut ſcintilla magnũ ſæpe excitat incẽdium.*
Cicero.

TRACTATVS VII. & vltimus.

De expoſitione 19. 20. 21. & 22. carminum. Siue, *De votis miſerorum extremis.*

Carmen 19.

Tu autem Domine in æternum permanebis, ſolium tuum in generationem, & generationem.

§. I. Ad Literam.

Occupat ſanctus Ieremias reſpondere infidelibus, quòd non ſit ablata diuinæ prouidentiæ ſtabilitas, quantumcunque regnum, & religio Dei conciderint in terra, niſi forte ſit tacita incuſatio ſecuritatis diuinæ in vltima perditione Hebræorum.

NON eſt ita certum, neque conſtat inter præcipuos interpretes, quorſum hæc appo- 63.
ſita ſint hoc in loco à Ieremia: non diſplicet id, quod voluit Lyran. occupationem, [a] ſcilicet, eſſe in his verbis, qua Ieremias reſpondet iis, qui exiſtimare potuerunt pariter cum Sanctuario euerſum eſſe Propitiatorium; qua in parte templi Deus ſedere dicebatur in ſacra Scriptura, & vnde auxilium ferre ſolebat miſeris Hebræis: non igitur, inquit Ieremias, ita eſt, ſed potius diuina miſericordia ſolium, & ſedem habet in ſua æterna, & infinita bonitate; vnde non interiit, nec deſolata eſt diuina [b] propitiatio, quando templum dirutum, & euerſum eſt pariter cum propitiatorio, & arca, ac proinde de ſua infinita bonitate poteſt adhuc eius miſericordia æterna perditis omnino, & euerſis noſtris rebus ſubuenire.

Lyran.
[a] *Lyranus putat hic eſſe occupationem.*
[b] *Quòd non ſit ablata diuina propitiatio, quamuis euerſum templum.*

Ego [c] tamen exiſtimo, modeſtam eſſe in his 64.
verbis accuſationem, qua Ieremias accuſat tarditatem diuini auxilij, eum tamen ſedeat ſecurus Deus in æterno ſuo ſolio; qualis eſt ille locus in Pſ. 21. *Tu autem in ſancto habitas laus Iſrael.* Eſt autem in his verbis reticentia [d] elegans, quæ obſcuriorem reddit locum, & pulchriorem, ſicut videbimus.

[c] *Alia ſententia.*
Pſal. 21.
[d] *Potius hic reticentia pulchrior, ſed obſcurior.*

Pro hac autem expoſitione ſciendum eſt, [e] cæ- 65.
lum propriam, & veram ſedem Dei ſemper fuiſſe, liberam à quauis perturbatione, quamuis omnia Orbis moueantur, ſicut dicitur in Pſal. 2. *Qui habitat in cælis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos;* eſt enim periphraſis Dei, quæ diuini Autores ipſum deſcribunt: qualis eſt etiam locus Iſaiæ cap. 63. *attende de cælo, & de habitaculo ſancto tuo, & gloria tua.* In quem locum, & alios ſimiles D. Hieron. cælum [f] per excellentiam dicit eſſe ſolium Dei. Erit videndus Origen. *lib. 2. Periarc.* cum dixit in melioribus mundi requirendum eſſe Deum; non igitur ſolum in templo Hieroſolymitano, eodémque euerſo, & deſolato:

[e] *Pro ſolutione.*
Pſal. 2.
Iſai 63.
Hieron.
[f] *Cælum per excellentiã ſedes Dei.*
Origen.

g Ab omni perturbatione libera.

iam igitur conſtar ſolium Dei cæleſte eſſe, g liberum à quauis perturbatione, vnde Ieremias hnc inſinuauit dicens, *Tu autem Domine in æternum permanebis.*

66.
h Aperitur figura.
Pſalm. 6.

Tunc aperienda eſt modeſta reticentia, h qua cœpit effari diuinus propheta, mediaque in vnce reſtitit, ſicut dixit Poëta, & regius vates in Pſalm. 6. *Sed tu Domine vſquequo?* eſt enim in illis verbis reticentia, *ſed tu Domine vſquequo* differes auxilium? talis procul dubin figura eſſe videtur in his verbis, cum tarditatis accuſat Ieremias diuinam clemeotiam i in ſubuenieodo, cum tamen tuta, & ſecura ſint omnia Dei, quandn perturbata ſunt nmnia mondi; qnalis, vt dicebam, eſt ille locus Pſalm. 21. *Tu autem Domine in ſancto habitas laus Iſrael*, vbi Regius vates modeſtè viderur accuſare diuinam miſericnrdiam, quòd nimis tarda ſit in ſubuenienda miſeris; ſedes enim, inquit, ſecurus, nec te moues ad opitulandum, nec progrederis ad auxiliandum, quaſi nihil curans res noſtras, lamenror, & vociferor, & rugin more leonis præ acerbitate doloris, & opem ruam dolenter imploro; tu autem interim in loco ſancto tuo ſedes ſummo otio, & tranquillitate fruens; quaſi verò nihil ad te pertineat quòd ego progenies tua patiar. Talis mihi videtur modeſta accuſatio io his verbis Ieremiæ per reticentiam, vt ſic magis mnueat diuinam clementiam ad ſui, & ſuorum commiſeratinnem. Quæ expoſitin ex loci circunſtantia l mihi viſa eſt ſatis probabilis; quandn enim affectu aliqun vehementer laboramus, veluti odio, amore, dolore, vel aliis ſimilibus, ſolemus verba inrerrupta relinquere, & ſententias; quo io ſtatu frequens nccurrit reticentia, quemadmodum bene aduertit Quintilian. *lib. 9. cap. 2.* proinde non eſt aliena à loci huius circunſtantia ea, quam diximus, reticentia.

i Videtur accuſatio tacita, quaſi Deus tardè ſubueniat, cum in tuto ſedes.
Pſalm. 21.
l Confirmatur expoſitio ex loci circunſtantia.
Quintilian.

Carmen 20.

Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri? derelinques nos in longitudine dierum?

§. II. Ad Literam.

Satis dulciter queritur D Ieremias, quaſi de læſa charitate Dei in populum ſuum.

67.
Hieron.
m Connectitur cum præcedenti præſens ſententia ex mente D. Hieronymi

BEne D. Hieronym. exiſtimat m hunc verſum pendere ex præcedenti; poſtquam enim Ieremias dixit, æternam, & immutabilem eſſe Dei ſedem; liberam à quauis perturbatione, ita vt Deus propter calamitatem accurentem ſibi, non deſierit auxiliari Hebræis in ſuis calamitatibus, rectè addidit, *quare in perpetuum obliuiſceris noſtri?* eſt enim accuſatio tarditatis in ſubueniendo, quæ frequentiſſima eſt conſtitutis n in extremn periculn, quemadmodum dixit D. Hieronym. *in epiſt. ad Cyprian. preſbyterum*, inquiens: *Qui in anguſtia conſtitutus eſt, ſerum ei videtur diuinum auxilium, & propterea deprecatur, vt citò adiutorem Deum ſentiat.* Quæ nratin deſperantis eſſe videtur, & hnminis impatientis; cum tamen non ſit, ſed eius perſnoam induentis, quemadmodum dixit Baſil. *vt ſi quando non exaudiatur orans, non deficiat; non quòd obliuiſcatur miſereri Deus, ſed cum differt auxilium, videtur oblitus, vt ſic accendat deſiderium, o & dulcius ſit ſolatium.* Eſt autem hic locus ſimillimus illi ex Pſalm. 6. *Sed tu Domine vſquequo?* & Pſalm. 43. *exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem, quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ?* com tamen celerrima ſoleat eſſe Dei cura in hnmines, quemadmodum Cyprian. dixit *epiſt. 1. ad Donatum.* Vbi diuinum auxilium vocat *gratiam maturantem*; & Tertullian. *lib. de pœnitentia*, vbi ait, Deum iterum ad ſuam miſericordiam matutaſſe. Similia Cyprian. *in orat. de cœna Domini.* Eſt igitur in his verbis accuſatin diuinæ tarditatis in præſtando remedio, quando perdita erant omoia Hebræorum.

n Conſtitutus in extremo periculo, ſemper tarditatis accuſat diuinum auxilium.
Hieron.
Baſilius.
o Quod vtique differtur quandoque, vt dulcius ſit ſolatium, poſt maiora deſideria.
Pſalm. 6.
Pſalm. 43.
Cyprian.
Tertul.

Nobis autem videtur p maius artificium eſſe in hac ſententia, Ieremiamque accuſare Deum more dnlentis hominis de læſa charitate, atque amicitia cum ſuis hominibus; eſt enim venenum charitatis, ſiue amoris, obliuio. quod eleganter expreſſit Poëta 1. *Æneid.* cum volens ſignificare, amnrem Didonis in coniugem ſuum Sichæum ab eius anima excidiſſe, oblitam eam dixit mariti ſui, ſic enim habet Poëta. 68.

p Autoris iudicium.

——— at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum
Incipit, & viuo tentat præuertere amore.

Virgilius.

Similiſque locus eſt apud Tibullum *lib. 3. elegiar. eleg. 1.* vbi ex memoria, vel obliuione menſurat amorem inter duos amantes, ita dicens:

Illa mihi referat, ſi noſtri mutua cura eſt,
An minor, an toto pectore deciderim.

Tibullus.

Talis mihi videtur præſens locus, in quo Ieremias conqueritur q de læſa charitate, conſequitur enim cadentem amorem obliuin rei amatæ, quaſi verò voluerit Ieremias ſignificare ex perdito amore Dei in Hebræos, ortam fuiſſe eorum obliuionem, tardaſséque remedium; nam quando Deus Synagogam amabat, non longè aberat ad auxilium, quemadmodum eadem Synagoga dixit Cantic. in cap. 2. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos:* quemadmodum Rabbi Salom. & grauiores Hebræi locum intelligunt de auxilio Dei certo, & præſto, quando gens Hebræa vel in Ægypto, vel in Babylonica ſeruitute erat.

q Quaſi conqueratur Ieremias ad Deum de læſa charitate in gentem Hebræam.
Cantic. 2.
Rab. Salom.

Carmen 21.

Conuerte nos Domine ad te & conuertemur: innoua dies noſtros ſicut à principio.

§. III. Ad Literam.

Dogma fidei in hac ſententia continetur, qua monemur, non poſſe nos vtique ad Deum conuerti, niſi miſericorditer à præuenienti gratia adiuuemur: hoc petit Sanctus Ieremias ſuorum nomine popularium, ſciens vnicum, & potentiſſimum in malis remedium extremis.

TAcita occupatio eſt in his verbis, ſiue correctio, qua figura ſolet emendari, vel corrigi, 69.

corrigi,[e] id quod incautè dictum fuerat vel dubitãdo; quoniam autem Ieremias dixerat in præcedenti verſu, *quare in perpetuum obliuiſceris noſtri*; quibus verbis accuſare videbatur Deum læſæ amicitiæ in homines, vel ea de re dubitare, corrigit & emendat, quæ dixerat, aſſerens ſuam, ſuorumque eſſe culpam, quòd à Deo auerſi ſint, non verò Dei: eſtque in his verbis humilis quædam, & vera confeſſio, [f] qua Ieremias in perſona omnium hominum profitetur ſuam imbecillitatem, vt qui peccare potuerit, redire autem ad Deum non potuerit propter infirmitatem naturæ humanæ. Vnde Conc. Trident. ad confirmationem huius dogmatis vtitur hoc oraculo Ieremiæ in *ſeſſ. 6. cap. 5.* cum ait. [g] *Vnde in ſacris literis, cum dicitur, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis noſtra admonemur; cùm reſpondemus, Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, Dei gratia nos præueniri confitemur.* Id quod proſequitur Auguſt. lib. 2. de peccatorum meritis, & remiſſion. cap. 18. *Quod à Deo nos auertimus*, inquit ille, *noſtrum eſt, & hæc eſt voluntas mala; quod verò ad Deum nos conuertimus, niſi ipſo excitante, & adiuuante non poſſumus, & hæc eſt voluntas bona.*

[e] *Corrigit propheta, quæ forte minus cautè dixerat.*

[f] *Confitetur ſuorum imbecillitatem ad ſalutem, qui fuerunt ad peccandũ proclitues.*

Tridentin.

[g] *Quod eſt dogma fidei in Conc. Trid. diffinitum.*

Auguſt.

70\. Sunt ſimilia, quæ dixit Sanctus Proſp. lib. 2. de vocatione gentium, cap. 26. *De ſua habet mutabilitate, ſi deficit, homo; de gratia opitulatione, ſi proficit.* Quod elegantiſſimè proſequutus eſt Bern. *ſerm. 85. ſuper Cantica*, exponens ea verba, *in lectulo meo per noctem quæſiui, quem diligit anima mea: Quærit*, inquit, *anima Verbum; quæ prius* [a] *quæſita ſit à Verbo, alioquin ſemel à facie Dei egreſſa, non reuerteretur, vt videat bona, niſi requiratur à Verbo. Audi animam profugam, & debilem, quid doleat, & quid petat, erraui*, inquit, *ſicut ouis, quæ periit, quære ſeruum tuum, ô homo, ſi redire vis; ſed ſi in voluntate res eſt, quid opem flagitas? quid aliunde mendicas, in quo abundas tu tibi? Palam igitur eſt, quia vult, & non poteſt, tantus eſt animo languor, tanta hinc redditur difficultas. Quid enim, ſi vult? iacet voluntas, vbi facultas non ſuppetit; nam voluntas adiacet mihi, inquit Paulus, perficere autem bonum non inuenio.* Eundem ſtatum infirmæ animæ expreſſit Iſaias *in cap.* 13. cum ait, *Quaſi damula fugiens, & quaſi ouis, & non erit, qui congreget.* Qua de re dixit eleganter Baſilius ſuper eadem verba: *ouis nullam habet peculiarem prouidentiam, vt pergat ad inquirendas altiles paſcuas, niſi* [x] *aliquis adfuerit paſtor, qui viam ei præmuniat, & præmonſtret ad has perquirenda, ouis enim*, ſicut dixit Ariſtotel. lib. 9. de natura animal. c. 3. *ſtultiſſimum animal eſt, ſi à grege ſemel deerrauerit, non ſua ſponte redit ad ſtabulum, niſi quæratur, & compellatur, vſque adeo ſemper eſt neceſſaria opera paſtoris.*

Proſperus.

Bernard. Cantic.

[a] *Non quærit anima Deũ niſi prius fuerit ab eo quæſita.*

Pſalm. 118.

Iſaiæ. 13.

Baſilius.

[x] *Sicut ouis non regreditur, niſi præueniatur à paſtore.*

Ariſtotel.

71\. Proſequitur hoc ipſum Auguſtin. in lib. de bono viduitatis, cap. 17. *Noſtrum eſt velle, ſed voluntas ipſa monetur, vt ſurgat; ſanatur, vt videat; dilatatur, vt capiat; & impletur, vt habeat.* Vnde idem Auguſt. *epiſt.* 107. voluntatem dicit eſſe [z] pediſſequam gratiæ, non autem præuiam; nec enim infirma voluntas, & à Deo auerſa, ad eundem Deum reuerti poteſt, niſi adiuta: quod adumbratum voluit eſſe D. Auguſt. *lib. 4. de Trinit. c. 4.* & *tom. 10. ſerm. 31. de verbis Domini*, in ea muliere de qua egit Lucas *in cap.* 13. quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis 18. & erat inclinata, nec omnino ſurſum poterat reſpicere: quæ eſt eadem querela, ſeu infirmitas, de qua agit Ieremias hoc in loco cum dixit, *conuerte nos Domine ad te, & conuertemur*; exiſtimauit enim Auguſtin. de natura humana lapſa, ſiue de Synagoga à Deo auerſa, intelligendum eſſe eum locum Lucæ, aſſerens hanc cauſam fuiſſe veniendi Dei in carne, vt auerſam naturam, & Synagogam ad Deum conuerteret. Expreſsè D. Hieron. *ſuper Pſalm.* 109. ad illa verba *de torrente in via bibet, propterea exaltabit caput: Semper*, inquit Hieron. *altus fuit, ſed quando dixit, exaltabit caput, noſtrum exaltauit caput, qui curui non poteramus reſpicere ad cælum, ſed ad terram. Vultis ſcire, quare ipſe exaltauit caput? etiam illam* [a] *mulierem, quam ligauerat Diabolus, ipſe liberauit, exaltauit caput eius, quæ ſemper incuruata fuit.* Erit videndus D. Ambr. ſuper illa verba Lucæ, vbi oſtendit, Chriſtum ſeruatorem ſuo aduentu in typo, & figura illius mulieris inclinatæ ad Deum conuertiſſe Eccleſiam, & humanam naturam lapſam. Quibus habet ſimilia Beda ad eundem locum. Ex quibus iam patet, quàm certa, & vera ſit confeſſio Ieremiæ cum dixit, *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.*

Auguſt.

Idem.

[z] *Voluntas noſtra pediſſequa gratiæ, non præuia.*

Idem.

Luc. 13.

Auguſt.

Pſalm. 109.

Hieron.

[a] *Quod in muliere incuruata per diabolum, & liberata per Chriſtum exprimitur.*

Ambr.

Beda.

§. IV. Ad Literam.

Nihil aliud in votis habent extremè miſeri, niſi priſtinam fælicitatem.

Innoua dies noſtros, ſicut à principio.

72\. CVm autem propheta dicit, *Innoua dies noſtros, ſicut à principio*, votum [b] eſt miſerorum hominum proprium; nanque miſeri in extrema calamitate conſtituti, perpetuò ad priſtinam felicitatem, mentem, & cogitationem adhibent: fauſtum igitur, & fælix illud æuum inter aduerſa reperit Ieremias, quando magna erat pietas Patriarcharum in Deum, & magna cura Dei in gentem Hebræam; quando ſumma fælicitas erat illius gentis, & ſumma pariter religio. Talis eſt locus Iob, in cap. 29. *Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundùm dies, quando Deus cuſtodiebat me, quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris?* Talis planè eſt hæc oratio Ieremiæ, qua in poſtrema parte ſuæ lamentationis vehementi deſiderio ardet illius temporis, quo ſtante firma fide, & religione ſanctorum [c] Patriarcharum ſub cuſtodia, & prouidentia diuina, in ſumma erat felicitate gens Hebræa.

[b] *Votum miſerorum perpetuum ad priſtinam felicitatem reſpicere.*

Iob. 29.

[c] *Tempore Patriarcharũ felicia.*

73\. Non eſt autem negandum, neque nos illud inficiari volumus, gentem Hebræam iam olim tempore Patriarcharum [d] in delitiis Dei fuiſſe, à qua felicitate cecidit propter impietatem; quorum vtrunque dixit Tertullian. in Apologeti. cap. 21. *Iudæis erat apud Deum gratia, vbi & inſignis iuſtitia, & fides originalium Autorum; vnde illis, & generis magnitudo, & regni ſublimitas floruit, & tanta felicitas, vt Dei vocibus, quibus & docebantur pro merendo Deo, & non offendendo præmonerentur; ſed quanta deliquerint fiducia Patrum inflati ad declinandum deuiantes à diſciplina in prophanum modum, & ipſi non confiterentur, probaret exitus hodiernus* [e] *ipſorum, diſperſi, palabundi, & cæli, & ſoli ſui extorres vagantur per orbem ſine homine, ſine Deo, ſine rege.* Quem locum totidem verbis tranſtulit Cyprianus: *in lib. de vanitate idolorum ad finem.* Quæ fuit ratio cur ſapientiores

[d] *Qui planè in delitiis Dei fuerunt.*

Tertullian.

[e] *Non ſic poſteri eorum in præſenti.*

Cyprian.

Hebræorum intelligant ea prima verba Cantic. *Oſculetur me oſculo oris ſui*, de Synagoga, ſiue de gente Hebræa, cuius tenerrimo amore deperire Deum dixit Salomó, ad inſtar alicuius ſponſi nouo amore ardentis ſponſæ ſuæ. Eſt optimus locus in hanc ſententiam ille, qui eſt *Eccleſiaſt.* 17. cum Author illius libri ad commendandam felicitatem gentis Hebrææ, & diuinum in eam [f] amorem, ita dixit: *In vnamquanque gentem præpoſuit rectorem, & pars Dei Iſrael facta eſt manifeſta, & omnia opera illorum velut Sol in conſpectu Dei, & oculi eius ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum.* Quibus ſunt ſimilia, quæ Moyſes dixit Deut. cap. 10. *En Domini Dei tui cælum, & cælum cæli, & terra, & omnia, quæ in eis ſunt, & tamen Patribus tuis conglutinatus eſt Dominus, & amauit eos, & elegit ſemen eorum poſt eos.* Quod Paulus etiam dixit, *Optabam anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundùm carnem, qui ſunt Iſraëlitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſio, quorum patres, ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm carnem.* & ſimilia habentur 2. *Reg. in cap.* 7. *& in Pſ.* 79. vbi regius vates ita de felicitate illius gentis dixit: *vineam de Ægypto tranſtuliſti, eieciſti gentes, & plantaſti eam, dux itineris fuiſti in conſpectu eius, & plantaſti radices eius, & impleuit terram:* & cætera. De eadem re erit videndus Philo *in lib. de magiſtratu, & in lib. de charitate:* Iure igitur Ieremias dolet, & optat præteritam ſanctorum Patriarcharum felicitatem, prioréſque eorum annos ſibi poſtulat, & ſuis hominibus cum dixit, *innoua dies noſtros, ſicut à principio.*

Cantic. 1. Eccleſ. 17.

[f] *Eximius Dei amor olim in gentē Hebræam.*

Deut. 10. Roman. 9. 2. Reg. 7. Pſal. 79. Philo.

§. V. Ad Literam.

Videtur hic Propheta Deo in memoriam reuocare promiſſionem olim factam de reuocatione gentis Hebrææ ad fidem Patriarcharum, dum in fine mundi Chriſti euangelium ſuſcipient, & fidem.

74. CRediderim [g] tamen Ieremiam in memoriam reuocaſſe promiſſionem à Deo factam ea de re, id eſt, de conuerſione ad priſtinam felicitatem; quæ promiſſio habetur Deut. 4. *Nouiſſimo autem tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum*; quod ipſa Synagoga fatetur aliquando futurum *Oſeæ in cap.* 2. ita enim diuinum Oraculum introducit Synagogam loquentem de hac vltima reuerſione, *Ibo, & reuertar ad virum meum priorem, quia tunc melius mihi erat, quàm nunc.* Quod Paul. profitetur *ad Rom.* 11. & expreſsè dixit Malachias in cap. 4. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & filiorum ad patres.* Quem locum D. Auguſt. 20. *de ciuit. cap.* 29. Gregor. Magnus 11. *moral. cap.* 10. Rupert. Abbas, & Lyran. *ad Malach.* intelligunt de conuerſione ad fidem, [h] & pietatem ſanctorum Patriarcharum futuram paulò ante iudicium vniuerſale ex Iudæis; tunc enim eos redituros ad veram fidem, & religionem dixit diuinum Oraculum, quam conuerſionem conſequetur multo maior felicitas, æterna ſcilicet: hoc enim voluit dicere Malachias, cum habet, *& conuertentur corda patrum ad filios, & filiorum ad patres.* Id quod fiet ſancti Prophetæ Eliæ miniſterio, & prædicatione; quod confirmatur ex Luca *cap.* 1. vbi loquens Euangeliſta de Baptiſta, quem ſacra Scriptura officio, & ſanctimonia Eliam vocat, ait, *& ipſe præcedet ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iuſtorum*, hoc eſt, patres, & filios inter ſe diſſidentes de religione, & fide conciliabit. Atque in vnam, [i] & eandem reducet pietatem: ad quæ tempora promiſſa à Deo mihi videtur Ieremias aduertiſſe cum dixit, *Innoua dies noſtros, ſicut à principio*, quaſi volens, redeant iam tandem priora illa ſecula, conueniant in religione noſtri homines cum ſuis maioribus; ſic enim redibunt meliores anni, & fugient aduerſa omnia, quæ patimur: quod mihi voluiſſe videtur Chaldaica Paraphraſis, cum totum hunc locum ita legit, *Conuerte nos Deus, & conuertemur, ad perfectam pænitentiam, innouabis dies noſtros in bonum, iuxta tempus dierum bonorum, qui fuerunt à principio.* Quæ [l] quidem non ſolùm ſunt intelligenda de reditu Gentis Hebrææ à captiuitate Babylonica, ſed potiùs de præſenti calamitate, quam miſera gens Hebræa patitur propter ſacrilegium occiſi Meſſiæ, & propter perfidiam in eum; hoc enim vidit propheticè Ieremias, & hoc maximè dolet in hac ſua calamitate.

[g] *Authoris iudicium.*

Deut. 4. Oſeæ 2. Malach. 4.

Auguſt. Gregor. Rupert. Ab. Lyran.

[h] *Conuertentur in fine mundi Iudæi ad fidem Patriarcharum.*

Luc. 1.

[i] *Reducente eos Helia ad priſtinam pietatem.*

Chald. Par.

[l] *Senſus literæ completiſſimus.*

Carmen 22.

Sed proiiciens repuliſti nos, iratus es contra nos vehementer.

§. VI. Ad Literam.

Terminum iræ Dei ſatis artificiosè poſtulat ſanctus Ieremias ex diuturnitate eius: ſeu, diuinam non minùs eleganter miſericordiam implorat, dum omnino deſperantis figuram agens, vltimum lamentandi finem facit.

NEc plura de ſuis lachrymis ſcripta reliquit diuinus [m] Propheta; hanc enim metam fecit ſuis fletibus; qui locus Hebraicè ita legendus eſt, *quoniam reprobando reprobaſti nos, es iratus contra nos vſque valde.* Verùm Paraphr. Chald. plus aliquid vult eſſe in his verbis, cum ita habet: *Quanuis deteſtatione deteſtatus ſis nos, iratus es iam contra nos plus ſatis.* Terminum enim longo furori, ſiue iræ diuinæ poſtulans Ieremias ex eius magnitudine, & diuturnitate, illud ſe conficere poſſe ſperat; quare non eſt cur Varabl. ita Hebraicè legat hunc locum, *quod ſi reprobando reprobaſti nos, & iratus es vehementer contra nos*; quaſi pendeat [n] hæc ſententia ex præcedenti; de mente enim Rabbinorum exiſtimauit Varablus repetendum eſſe præcedentem verſum, ne oratio Ieremiæ conſiſteret in ira diuina, ſed in miſericordia. 75.

[m] *Sitfunas lamentationes Ieremiæ.*

Text. Hebr. Chaldaic.

Varabl.

[n] *Secundùm Varabl. pendet hæc ſententia ex præcedenti.*

Ego verò exiſtimo [o] talem ſibi feciſſe finem Ieremiam deplorandi, neque eſſe cur præcedens verſus repetatur, præſertim quia nobis fauent meliores 76.

[o] *Iuxta placeum Authoris. agitur figura deſperantis de ſe.*

meliores codices. & vulgata editio, cuius ſumma eſt authoritas, quæ hoc carmine Ieremiæ orationem concludit: & præterea, quia artificioſa ſatis eſt hæc oratio, cum deſperantis hominis figuram repræſentet; ſic enim efficacius remedium implorat, deſperatis enim in rebus, à ſolo Deo ſperandum eſt remedium, quemadmodum dixit Philo *in lib. de vita Moyſis*, quem refert Euſeb. Cæſar. in Eccleſiaſt. hiſtor. *neceſſe eſt*, inquit, *adeſſe diuinum, vbi humanum ceſſat auxilium; nolite animo concidere, aliud eſt humanum, aliud diuinum auxilium; exitum enim inuenire in rebus dubiis proprium eſt Dei.* Similia habet *in lib. de Legat. ad Caium.* & Ambroſ. *in lib. de Ioſeph cap. 5. Plus auxilij diuini ibi eſt, vbi plus periculi.* Reducit igitur Ieremias ſuam calamitatem ad eum ſtatum, in quo à ſolo Deo poſſit remedium ſperari. Artificioſa igitur eſt hæc oratio, in qua Ieremias de ſuis, deque ſuorum hominum ſceleribus deſperans, ſeu potiùs deſperantis perſonam agens, ſperat maximè [p] de diuina miſericordia, cum calamitas eorum ad eum ſtatum iam peruenerit, in quo à ſolo Deo ſperandum ſit remedium; nec eum decebat de ſuis hominibus aliter ſperare. In quam ſententiam mihi videntur aptiſſima ea verba, quibus Rex Salomõ ſuos amores concluſit Cantic. 8. *Fuge dilecte mi, aſſimilare capreæ, hinnulóque ceruorum ſuper montes aromatum*; præſertim ſi comparentur cum extremis verbis quibus Ieremias ſuas lachrymas concluſit hoc in loco; etenim Synagoga pro ſua ſingulari charitate, qua Deum diligebat, poterit celerem Dei reditum & poſtulare, & ſperare; propterea dixit, *fuge dilecte mi*, id eſt, cum ſumma celeritate redito. Sicut enim pulchrè dixit Bernard. ſer. 51. ſuper Cantic. *eſt locus inter timorem*, [q] *& ſecuritatem, tanquã inter læuam, & ſiniſtram, mediat videlicet ſpes, in qua mens, & conſcientia molli nimirum ſuppoſito charitatis ſtrato, ſuauiſſimè requieſcit. Recta enim ſpes* [r] *non eſt, niſi de aliqua conſcientiæ bonitate.* quemadmodum dixit Auguſt. *lib. 1. de doctr. Chriſtiana cap. 37. & 38. Pſ. 31. & ſerm. 31. & 16.* atque epiſt. 85. *ſpem ingerit*, inquit, *bona conſcientia*; & *ſerm.* 88. ait: *de multitudine peccatorum naſcitur deſperatio.* Proinde aptiſſimè ſperat reditum Dei Synagoga pro ſua charitate in Deum. Ieremias autem perſonam agens ſceleratæ ſuæ gentis hoc in loco deſperat de eius remedio propter ſcelera, ſperando [s] maximè in diuina clementia, cuius proprium eſt remedium deſperatis in rebus.

Philo. Euſeb. — Ambr. — [p] *Vt diuina miſericordia maximam oſtēdat ſpem.* — Cantic. 8. — Bernard. — [q] *Inter timorem & ſecuritate mediat ſpes.* — [r] *Beata ſpes non niſi de conſcientia bonitate.* Auguſt. — [s] *Senſus litera prior.*

77\. In poſtremis verbis agit Ieremias cum Deo à decore, & honeſtate, petito fundamento ex natiua clementia Dei, cuius propria [t] eſt breuis ira. Pro qua re eſt aduertendum, verbum Hebræum pro quo tranſtulit noſtra vulgata editio, *vehementer*, non ſolùm ſignificare vehementiam, & magnitudinem iracundiæ, ſed diuturnitatem etiam, quod expreſſit Paraphraſis Chaldaica, cum ita intelligit locum hunc: *Quamuis deteſtatione deteſtatus ſis nos, iratus es iam contra nos plus ſatis*; quaſi velit: Solet tempus iracundiam temperare, quod dixit aliquando Sophocles, [u] *Tempus facilis Deus*, quòd omnia ſoleat linire, ac temperare; quod alius dixit, *dies adimit hominis ægritudinem*; atque de ipſo Deo regius vates dixit, in Pſal. 29. *Quoniam ira in indignatione eius*, eſt ira furor breuis, indignatio autem diuturnior. Tam aliena verò eſt diuturna ira à Deo, vt etiam ipſa indignatio breuis ſit. Colligimus igitur à decoro ſeruando Ieremiam cum Deo agere hoc in loco, longior iam eſt ira tua, quàm patiatur ipſius natura, quæ breuis eſt. Propterea cum *nihil violentum ſit diuturnum*, id quod etiam dixit Ariſtot. 12. Metaphyſ. *ſed quamprimùm ad ſuam naturam redeat*, non decet naturam diuinam, cuius propria eſt clementia, tam longa, ac diuturna, imò verò violenta indignatio in noſtram gentem: proinde, [x] inquit Ieremias, quamuis deſperandum nobis videbatur propter noſtra ſcelera in hac noſtra acerba fortuna, feliciter nos ſperare iubet tua clementia, cui repugnat diuturnior iracundia.

[t] *Dei propria breuis ira.* — Chald. Par. — Sophocles. [u] *Tempus facilis Deus.* — Pſal. 29. — Ariſtot. — [x] *Senſus litera poſtremus.*

78\. Hactenus ſanctus Propheta Ieremias ſuorum hominum defleuit acerbam calamitatem, cuius lachrymas nos ſumus proſequuti noſtris commentariis, quos Deo Optimo Maximo [z] conſecramus, ſicut & cætera noſtra omnia ſub cenſura Romanæ Eccleſiæ. die 7. Nouembris ann. Domini 1612.

[z] *Autoris proteſtatio.*

Finis Commentationum in Threnos Ieremiæ.

Digitized by Google

COMMENTARII IN IONAM PROPHETAM.

PROPHETIA IONÆ.

Procemium.

1. QVs hactenus ſequuti ſumus volantem aquilam, Ioannem dico Euangeliſtam, de laudibus diuinæ charitatis cæteris omnibus altiùs diſſerentem, nunc iam per immenſum pelagus, columbam fugientem proſequimur (ſic enim [a] Ionas interpretatur) ab ipſo profundo maris oppreſſam, & pene triduo ſepultam in balænæ viſceribus; quod pelagus libentius enauigabimus, quoniam ſuperata tempeſtate tandem in littore Chriſtum Dominum à mortuis excitatum inueniemus; ſic enim ipſe viuæ vocis oraculo de ſeipſo interpretatur hoc vaticinium *Matth.* 12. Neque alius melior ſui typi [b] interpres potuit eſſe, quàm ipſe, qui inſpirauit prophetas, & futuræ veritatis in ſeruis ſuis lineas anteſignauit. Ionas igitur ſuo naufragio Chriſti Domini paſſionem ſignificat, mundum ad pœnitentiam reuocat, & ſub nomine Niniue ſalutem gentibus annuntiat: vnde eleganter Auguſt. dixit *lib.* 18. *de ciuitate cap.* 30. Ionam non tam ſermone Chriſtum, quàm ſua [c] quadam paſſione propheraſſe, apertiùs profectò, quàm ſi eius mortem, & reſurrectionem voce clamaſſet.

[a] *Ionas interpretatur columba.*

Matth. 12.

[b] *Chriſtus Dominus interpres ſui typi in Iona.*

Auguſt.

[c] *Ionas non ſermone tantùm, ſed reipſa Chriſti figura.*

2. Hieron. Bene tamen aduertit in procemio huius operis D. Hieronym. ſudoris maximi eſſe totum hunc prophetam referre ad intelligentiam Saluatoris, quòd fugerit, quòd dormierit, quòd præcipitatus in mare ſit, quòd ſuſceptus à cete, quòd eiectus in littus pœnitentiam prædicauerit, quòd contriſtatus ob ſalutem vrbis, cucurbitæ ſit delectatus vmbraculo, quòd reprehenſus ſit à Deo, quòd maiorem curam habuerit herbæ virentis, & ex templo aridæ, quàm tantæ hominum multitudinis; neque enim in omnibus iis poſita eſt figura Chriſti, [d] ſed in illis tantùm, quæ ſibi conuenire dixit Chriſtus Dominus: cæteræ vel pertinent ad nudam hiſtoriam, vel ad ornatum, & ad apparatum figuræ. Rem geſtam adeo manifeſtè poſuit Ionas, vt iuſta ſit querela D. Hieron. qui in procemio huius operis, ita habet: *Scio veteres Eccleſiaſticos, tam Græcos, quam Latinos ſuper hoc libro multa dixiſſe, & tantis quæſtionibus, non tam aperuiſſe, quam obſcuraſſe ſententias, vt ipſa interpretatio eorum, opus habeat interpretatione, & multo incertior Lector recedat, quàm fuerat, antequam legeret.* Conſequens igitur eſt, vt [e] poſt ipſam hiſtoriam, quæ ſeſe ſtatim offert legentibus manifeſtè, proſequamur altiorem ſenſum, quàm in ſymbolo ſignificat, & poſtmodum ad noſtram eruditionem oſtendamus receſſum fugientis animæ à Deo: hoc enim docet hæc prophetia, animam profugam, & rebellem, eandémque à Deo comprehenſam, ac tandem ad Deum pœnitentia, & lachrymis reuerſam. Oſtendemus etiam, quæ fugæ cauſa fuerit, odium ne, an timor, an verò pudor Dei; has enim ſolas tres cauſas fugiendi poteſt habere anima à Deo, quemadmodum proſequitur Philo *in. lib. de profugis.* Philo. Quæ verò pertinent ad tempus, quo hoc oraculum editum eſt: & ad parentes, è quibus natus creditur propheta Ionas, ſtatim in ipſo textu aperiemus, vbi parentem ſuum proprio nomine appellauit. Ne igitur maiori exordio vos detineam, rem, Deo fauente, iam aggredimur.

[d] *In iis tantùm, quæ ſibi Chriſtus Dominus appropriauit.*

Hieron.

[e] *Diſcurſus, & ordo dicendorum.*

CAPVT PRIMVM.

Prophetiæ Textus.

ET factum eſt verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge, & vade in Niniuen ciuitatem grandem, & prædica in ea, quia aſcendit malitia eius coram me. Et ſurrexit Ionas, vt fugeret in Tharſis à facie Domini, & deſcendit in Ioppen, & inuenit nauim euntem in Tharſis, & dedit naulum eius, & deſcendit in eam, vt iret cum eis in Tharſis à facie Domini. Dominus autem miſit ventum

tum magnum in mare, & facta eſt tempeſtas magna in mare, & nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum ſuum: & miſerunt vaſa, quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis, & Ionas deſcendit ad interiora nauis, & dormiebat ſopore graui. Et acceſſit ad eum gubernator, & dixit ei: Quid tu ſopore deprimeris? Surge, inuoca Deum tuum, ſi fortè recogitet Deus de nobis, & non pereamus. Et dixit vir ad collegam ſuum: Venite, & mittamus ſortes, & ſciamus quare hoc malum ſit nobis. Et miſerunt ſortes, & cecidit ſors ſuper Ionam: & dixerunt ad eum: Indica nobis, cuius cauſa malum iſtud ſit nobis: quod eſt opus tuum? quæ terra tua, & quò vadis? vel quo ex populo es tu? Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum: & Dominum Deum cæli ego timeo, qui fecit mare, & aridam. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: quid hoc feciſti? (Cognouerunt enim viri, quod à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis.) Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & ceſſabit mare à nobis? Quia mare ibat, & intumeſcebat. Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis: Scio enim ego quoniam propter me tempeſtas hæc grandis venit ſuper vos. Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant, quia mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos. Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Quæſumus Domine, ne pereamus in anima viri iſtius, & ne des ſuper nos ſanguinem innocentem, quia tu Domine, ſicut voluiſti, feciſti. Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare, & ſtetit mare à feruore ſuo. Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hoſtias Domino, & vouerunt vota.

3. IN prima huius capitis parte oſtenditur miſſio Ionæ Prophetæ ad prædicandum verbum Dei in Niniuem vrbem caput totius Imperij Aſſyriorum, & additur fuga ipſius Prophetæ in Tharſis. In ſecunda verò parte deſcribitur tempeſtas, & ſorte deprehenditur illius vehementiſſimæ tempeſtatis cauſam fuiſſe Ionam Prophetam: tandémque in poſtrema parte Propheta non renuens in mare proiicitur, quo facto ſedata eſt vniuerſa tempeſtas. Quas per tractatus de more noſtro expendemus.

TRACTATVS I.

De miſſione Ionæ Prophetæ ad prædicandum Niniuitis.

Et factum eſt verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge & vade in Niniuem ciuitatem grandem, & prædica in ea, quia aſcendit malitia eius coram me.

§. I.

Sicut ingenui eſt non ſimulare, ſed nec quidem poſſe: ita prudentis ad publicum prædicationis munus, non procedere non iuſſum, & à Deo non priùs edoctum.

4. *Et factum eſt verbum Domini.* PRIMA igitur ſeſe offert explicanda particula &, quam voluit ſui oraculi principiũ eſſe Propheta: inter alios autem Interpretes, eam voluit eſſe [f] emphaticam Theophylact. hoc in loco, & Rupert. imò & Gregorius Magnus *hom. 1. in Ezech.* exiſtimant enim artificioſam eſſe hanc orationem, qua Propheta Ionas externa verba cum interna viſione copulat, magiſque exordium petendum eſſe ab ipſa mente Prophetæ diuino ſpiritu afflata, quàm à coniunctione, *&*; continuat enim Propheta ea, quæ audiuit, & non incipit; qui effectus eſt cogitantis animi, & multa meditantis, atque afflati diuino lumine; ſolent enim [g] Prophetæ non ſeruare ordinem prioris, & poſterioris in verbis externis, quamuis ſemper verum ordinem in mente ſeruent, quemadmodum ex traditione Rabbinorum accepit Hieronym. *Iſai.* 16. *&* 21. & Nahum. *in cap.* 2. Hierem. *in cap.* 8. Credibile enim valde eſt, priùs Deum propoſuiſſe Prophetæ amplitudinem, & maieſtatem eius vrbis, ad quam mittebatur, cuius imperio paria eſſe ſcelera oſtendit; hoc tamen præmiſſo, relictis Hebræis ad Niniuitas mittitur Propheta, qua re perturbatus rem aggreditur à coniunctione, *& factum eſt verbum Domini.*

[f] *Particula, & emphatica, ſecundum Theophylactum.*

[g] *Continuat enim præcedentia, quæ tacentur.*

Hieronym.

Ex hoc autem loco illud deducitur ad noſtram eruditionem externa verba cohærere debere cum [h] mente interna nobili, & liberaliter educata, quemadmodum aduertit Adamantius ad illa verba Ezechiel: *& torquem circa collum tuum.* Ad quem morem alluſiſſe videntur nobiles Romani, de quorum collis pendebant bullæ aureæ ad ſimilitudinem cordis aureis catenis ſuſpenſæ; eſt enim nobilitatis ſignum veritas, quod videtur ſignificare ille locus Prouerb. 3. *Miſericordia, & veritas te non deſerant; circunda eas gutturi tuo:* qua de re videndus eſt Philo in lib. *Quis ſit hæres rerum diuinarum*, & in *lib. de Ioſeph.* vbi oſtendit, veritatem eſſe lucem, & addit: *Simulare ego nihil poſſum, ego enim* [i] *ingenuus ſum:* quod præſertim in ſacerdotibus requiritur; quos etiam 5.

[h] *In nobili anima cohærent verba cum mente.*

Origen.

Prouerb. 3.

Philo.

[i] *Ingenuus ſimulare non poteſt.*

legiſlator

legiſlator Moyſes in rationali, quod in pectore geſtabat ſummus Sacerdos de collo ſuſpenſum aureis annulis ſcriptum erat hoc elogium: *veritas, & doctrina*, ſiue, *veritas, & reuelatio*: nihil enim ſacerdos reuelare debet, quod priùs in mente non habuerit: cohærere enim debent verba ſacerdotis cum mente ſacerdotis. Niſi forte & illud etiam placeat ex hac particula deducere, nihil [l] temerè loquendum eſſe, ſed id ſolùm, quod diu, multùmque cogitatum fuerit, nam *verbum temere emiſſum, redit per iugulum*, quemadmodum pulchrè dixit Seneca. Sunt huius rei ſymbolũ lapides pretioſi illi, qui de collo ſummi Sacerdotis aureis catenis vtrinque pendentes fulgebant; lapides enim, qui iactati ſolent, viles, ſunt, & pernicioſi plerunque, quales fuerunt illi quibus obrutus eſt Naboth Iſraëlita 2. *Reg.* 21. & Stephanus Leuita *Actor.* 7. pretioſa verba cum ratione [m] ſunt colligata; vilia, & pernicioſa temerè iactantur: illa decori ſunt, non aliter quàm gemma collo; hæc dedecori. Quare non immeritò Menander ea verba Chelonis ſapientis, quæ in foribus Delphici templi aureis literis deſcripta erant, *Noſce te ipſum*, ita interpretatur; *nihil temere aut dicendum, aut agendum eſt*.

[l] *Sed nihil temerè loquendum.*
Seneca.
3. Reg. 25.
Actor 7.
[m] *Pretioſa enim verba cum ratione ſunt colligata.*
Menand.

6. Nobis tamen non placet hoc in loco expoſitio Theophyl. neque enim particula, &, emphaſim [n] aliquam habet, ſed ornatus gratia apponitur more Hebræorum, apud quos redundat plerunque particula, &, quemadmodum teſtatur Origen. *hom.* 19. *in Num.* Auguſt. *Pſal.* 4. Euthym. *Ioan.* 7. Oecumen. *ad Rom.* 2. & rem tanquam certam Hieron. ſupponit hoc in loco; neque enim rarò particula, &, ponitur in principiis librorum ſacrorum, vt patet in Exod. & Leuit. in Num. & in lib. Ioſue, in Ruth, & in omnibus libris Regum. Quod etiam vſitatum eſt apud prophanos Autores Hebræos: nam Ioſeph filius Gurionis principium quinque librorum ſuæ hiſtoriæ fecit particulam, &, ita enim incipit, *& factum eſt*; nullum igitur hoc in loco [o] myſterium habet particula, &, ſed redundat more Hebræo.

Theophyl.
[n] *Emphaſim Theophylact. non probat Autor.*
Origen.
Auguſt.
Euthym.
Hieron.
Ioſeph.
[o] *Nullũ habet hoc myſterium particula &, ſed ex Hebræo more redundat.*

7. Si igitur ſequenda eſſet phraſis Hebraica, & non verbum ex verbo transferretur, ita potiùs transferendum eſſet hoc oraculum in noſtra vulgata editione: *Factum eſt verbum Domini ad Ionam Prophetam.* Quæ loquendi forma frequentiſſima eſt in ſacra Scriptura, & ſolemnis apud Prophetas ad ſignificandum alicui ſpiritum [p] propheticum fuiſſe communicatum, quemadmodum colligit D. Ambroſius ſuper illis verbis Luc. 3. *& factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem* quibus verbis Baptiſta Propheta oſtenditur; nihil enim aliud eſt, quàm ei communicatam fuiſſe diuinam reuelationem; hoc enim ſignificant hæc verba, ſicut etiam oſtendit Cyril. Alexand. *ſuper Oſeam.* Cui expoſitioni ſuffragatur Chaldaica Paraphraſis, quæ ita prorſus habet ad hunc locum: *factum eſt verbum prophetiæ Domini.* Notandum tamen eſt idem eſſe *viſionem Dei*, & *verbum Domini*, vtrunque [q] enim ſignificat reuelationem diuinam, quemadmodum colligit D. Hieronym. *Iſai. in cap.* 1. & *in principio Abdiæ*; nanque Iſaias ita exorditur ſuum vaticinium, *viſio Iſaiæ*, & ſtatim addit, *audi cælum, & auribus percipe terra, quia Dominus locutus eſt*; nec enim viſa proponit videnda, ſed audita loquitur; & Abdias ita habet, *viſio Abdiæ, Hæc dixit Dominus ad Edom*; & Amos: *verba Amos, qui fuit in paſtoribus Tecue, quæ vidit ſuper Iſrael.* Idem igitur eſt *verbum Domini*, [r] *& viſio Domini*, ad ſignificandum diuinum ſpiritum datum fuiſſe alicui, quemadmodum hoc in loco datur Ionæ Prophetæ.

[p] *Verbũ Domini factum eſſe idem eſt, atque ſpiritũ propheticum alicui fuiſſe communicatum.*
Ambroſ.
Luc. 3.
Cyril. Alex.
Chald. Par.
[q] *Verbum Domini idem eſt, atque reuelatio diuina,*
Hieron.
Iſai. 1.
Abdias.
Amos.
[r] *& viſio Domini.*

8. Docet autem hic locus, neminem niſi miſſum [s] poſſe officium docendi præſtare, quemadmodum oſtendit Paulus ad Rom. 10. *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* & ad Hebr. 5. *Nec quiſquam ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatus eſt a Deo*: vnde congruenter D. Chryſoſt. *hom.* 10 *in Matth.* exiſtimauit hæc verba impoſuiſſe [t] præceptum Ionæ Prophetæ eundi ad prædicandum verbum Dei; iuſta enim eſt ea admiratio Platonis, quam habet *in* 2. *dialog. de Repub.* vbi admiratur eos, qui volentes imperium, & magiſtratus ſuſcipiunt, & vltro aliorum malorum emendationem aggrediuntur; *nam omnis magiſtratus non ſibi vtilitatem parit, ſed ſubditis, ſi rectè adminiſtretur.* Platoni ſuffragatur Auguſt. lib. 19. de Ciuit. cap. 19. *Locus*, inquit, *ſuperior ſine quo populus regi non poteſt, etſi ita teneatur, & adminiſtretur vtiliter,* [u] *tamen indecenter appetitur.* Quam eandem ſententiam reperit ex Auguſtino, D. Proſper. *ſentent.* 66 *& lib.* 3. *de vita contemplatiua cap.* 28. In quam ſententiam videndus eſt Chryſoſt. *hom.* 1. *ad Tit.* vbi diſputat, quatenus nobis liceat dignitates Eccleſiaſticas appetere. Vnde D. Paul. 1. *ad Tim.* 1. docet in principio naſcentis Eccleſiæ diuinas fieri ſolitas eſſe [x] reuelationes, quibus ad magiſtratus Eccleſiaſticos, viri Eccleſiaſtici electi oſtendebantur: quod ſignificant ea verba Pauli, *hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, ſecundum præcedentes in te prophetias*; id eſt, ſecundùm diuinas reuelationes, ſeu viſiones, quæ tuam electionem in Epiſcopum præceſſerunt; ſolebant enim diuino declarari reuelatione Epiſcopi, quemadmodum eum locum notauit Chryſoſt. & Theophylact. Sic enim electus eſt Paulus in Apoſtolum *Actor* 13. vnde Euſeb. Cæſ. *lib.* 6. *cap.* 25. refert in ordinatione Fabiani ſummi Pontificis columbam fuiſſe cælitus delapſam; quo ſigno diuinum Oraculum oſtendebat ratam eam fuiſſe electionem. Quod argumentum etiam proſequitur Philo *in lib. de charitate, ſtatim in principio*, vbi oſtendit, non niſi diuina reuelatione Moyſem elegiſſe in Ducem populi Ioſue; hoc enim ita fieri ſolebat, *antequam ambitio perniciſſa ſacrilegii forma*, ſicut Cyprian. ait, in orat. de ieiuniis, & tentationibus, *nihil intentatum relinquit, in ſinu* [y] *enim ſacerdotum dormit. vbi ſub vmbra recubat, in ſecreto thalami ſe fraudulenter occultat, faxitque Deus, ne vnquam ad ea tempora veniamus, quorum iuſta eſt ea querela apud Plutarch. in vita Coriolan. non enim*, inquit, *dignitates argento, aut vllo corruptelarum genere tunc impertiebantur; diu ſiquidem poſt emptio, & venditio illa ſera prorupit, & inter conciones ſuffragia, ſe ſe argentum immiſcuit: hinc iudiciorum, hinc exercituum corruptela vnius dominio ſubuertit vrbem, auro captiua ſeruiunt arma, vt ſapienter dixiſſe videatur. qui Romanum populum ex eo tunc primum periſſe ſequit. qui primus epulum ei, largitionémque dedit.* Congruenter igitur Chryſoſt. notauit hæc verba, *& factum eſt verbum Dei*, præceptum eundi impoſuiſſe Prophetæ; nec enim, niſi præcepto impoſito ad dignitates Eccleſiaſticas viri [z] ſacri accedunt, quod de ſe ipſo teſtatur Paulus 1. *ad Tim* 1. cum ait, *Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundum im*

[s] *Nemo niſi miſſus ad prædicandum procedat.*
Rom. 10.
Hebr. 5.
Chryſoſt.
[t] *Ionæ ad hoc impoſitũ fuit præceptum.*
Plato.
Auguſt.
[u] *Locus enim publicus licet decenter adminiſtretur, ſemper indecenter appetitur.*
Proſper.
Chryſoſt.
1. ad Tim. 1.
[x] *Vnde in principio naſcentis Eccleſiæ, non niſi per reuelationem Dei ad publica munia accedebatur.*
Chryſoſt.
Theophyl.
Actor. 13
Euſeb. Cæſ.
Philo.
Cyprian.
[y] *Vbi qui factũ eſt, quandiu ambitio in ſinu non dormiunt ſacerdotum.*
Plutarch.
Chryſoſt.
[z] *Ideo viri ſancti nõ niſi præcepto impoſito ad dignitates accedunt*
1. Tim. 1.

perium

perium Dei ſaluatoris noſtri;id eſt,ſecundùm præceptum,ita enim ſonat texrus Græcus;quaſi velit Paolus,ſe nonquam officiom legari,ſiue Apoſtoli feciſſe, niſi illud munus ſibi iniunctum eſſet à Deo,idqoe ſub præcepto.

9. Secuodum, quod colligitur ex hoc loco,illod eſt,abſurdum planè eſſe,velle [b] aliquem alios docere,priuſquam à Deo edoctus ſit;quod aduertit Bernard. *ſerm.* 18. *ſuper Cantic.* eum explicat ea verba ſponſæ,*Oleum effuſum nomen tuum;Cauendum*,inquit, *certè eſt,aut dare , quod nobis accepimus , aut quod erogandum accepimus retinere; quamobrem ſi ſapis,concham [c] te exhibebis, non canalem,hic ſiquidem pene ſeſlicet, & recipit , & refundit;illa verè donec impleatur,expectat,& ſi quod ſuperabundat, ſine ſuo damno communicat.* Quod Salomon dixit in Prouerb.cap.29. *Stultus profert totum ſpiritum ſuum ſimul;ſapiens reſeruat in poſterum:tanta tamen charitatis ſunt , per quos nobis fluenta caleſtia emanant , vt ante effundere , quàm infundi velint ; loqui , quàm audire paratiores , & prompti docere,quod non audierunt.*

[b] Abſurdum eſt,quod edocere velit alios, qui à Deo edoctus non eſt.
Bernard. Cantic. 1.
[c] Concham te exhibeas non canalem.
Prouerb. 29.

10. Si quis autem obiiciat,*Charitas*,vt inquit Paulos 1.Corinth. 13. *non quaerit , quæ ſua ſunt.* Cui obiectioni reſpondit Bernard *non quærit charitas, quæ ſua ſunt , quia ei non deſunt , ſed etiam abundant : vult [d] enim charitas ſibi abundare,quæ poſſit aliis omnibus communicare ; ſeruat ſibi , quantum ſufficiat , vt nulli deficiat ; alioquin ſi plena non eſt, perfecta non eſt. Cæterùm tu frater ,cui firma ſatis propria ſalus noadum eſt, cui charitas aut nulla eſt, aut adeo tenera,& arundinea,vt omni flatui cedat, diſce non niſi de pleno effundere,ne Deo largior eſſe velis,concha imitetur fontem ; nec manat ille in riuum,neque in lacum extenditur, donec ſuis ſatietur aquis.* Similia habet Bernard. *in ſerm. de Ioanne Baptiſta,& lucerna ardente*,vbi ait,*lucere, vanum eſt,ardere tantum.parum eſt;ardere , & lucere perfectum eſt*. Id quod ponderat D. Bernard. Eccleſiaſt.27. *Sapiens permanet vt ſol , ſtultus autem vt Luna mutatur ; ſol enim non ſplendet ſine feruore,& cum feruet acriùs,lucidior oculis exhibetur : ſtultum [e] eſt enim lucere,& non ardere*, quod de Ioanne Baptiſta dictum eſt *Ioan. 5. Ille erat lucerna lucens , & ardens.* Sic igitur vir diuinus Ionas miſſus eſt à Deo,plenus ſcilicet diuino lumine,vt ſic aliis lucere poſſit.

1.Cor.13.
Bernard.
[d] Vult enim charitas ſibi abũdare, quæ poſſit aliis cõmunicare.
Idem.
Idem.
Eccl.27.
[e] Stultum eſt enim lucere, & non ardere.
Ioan.5.

§. II.

Quisnam fuerit iſte propheta , quámque accommodatum ad prædicationis munus nomen habuerit?

11. *Ad Ionam filium Amathi.*} MIrificus propheta foit Ionas,pluresque [f] alias edidit prophetias, quàm hanc , vt conſtat ex lib. 4. Reg.n. 14 anno. 15. *Amaziæ filij Ioas Regis Iuda, regnauit Ierobeam filius Ioas Regis Iſrael in Samaria,ipſe reſtituit terminos Iſrael ab introitu Emath vſque ad mare ſolitudinis,iuxta ſermonem Domini Dei Iſrael , quem locutus eſt per ſeruum ſuum Ionam filium Amathi prophetam , qui erat de Geth, quæ eſt in Opheth.* cum quibus non viden quo pacto cohæreat eà traditio Rabbinorom,cuius meminit D. Hieron. *in prologo ſuper Ionam* , præter alios pleroſque interpretes ſacros;*tradunt*,inquit Hieronym. *Hebræi ,hunc Ionam eſſe filium viduæ [g] Sareptanæ,quem Elias propheta mortuum ſuſcitauit,matre poſtea dicente ad eum;nunc cognoui, quia vir Dei es , & verbum Dei in ore tuo eſt veritas, atque ob hanc cauſam ſic appellatum fuiſſe puerum , Amathi enim in noſtra lingua veritatem ſonat;ex eo enim , quod verum Elias locutus eſt , ille puer,qui ſuſcitatus eſt ,filius [h] veritatis eſt dictus.* Verùm D Hieronymus,quamuis traditionem referat,nec impugnet , ſtatim oſtendit Ionam Getheum eſſe,& Hebræum;proindeque non placet dicere,hunc prophetam fuiſſe gentilem,cum traditio Hebræorum non poſſit euertere veritatem ſacræ Scripturæ aſſerentis *in lib. 4. Reg.* eum [i] Hebræum eſſe.

[f] Ionas plures edidit prophetias.
4.Reg.14.
Hieron.
[g] Ionam tradunt Rabbini filium viduæ Sareptanæ.
[h] Et filium Amathi, id eſt veritatis, dictum.
[i] Sed re vera Hebræus fuit Ionas,

12. Floruit autem Ionas temporibus Amaziæ [l] filij Ioas Regis Iuda, qua tempeſtate refert Hieronym.in principio Oſeæ.Vaticinatus eſt Oſeas, Ioel,Amos,& Abdias ; quo eodem tempore oracula edebat Iſaias,quemadmodum aſſerit D.Hieronym. ex traditione Hebræorum *in præfatione ſuper Ionam* , cui ſuffragatur Auguſt. *lib.* 18. *de Ciuitate,cap.*27.atque Theophylact.hoc in loco, Clemens Alexand. *lib.* 1.*ſtromat.* Euſeb.Cæſar.*in Chronica*, & *lib.* 10. *de præparatione Euangelica, cap. vltimo.*

[l] Floruitque temporibus Amaſiæ Regis Iuda.
Hieron.
Auguſt.
Clem. Alex.
Euſ. Cæſar.

13. Rectè autem , vt ex hoc quoque nomine aliquid colligamus , notauit D. Hieronym. *Ionam*, columbam,[m] *ſiue* dolentem ſignificare,vtrunque enim ſonat oomen Hebræum , quæ quamuis ille, ad Chriſtum Dominum referenda putet, placuit etiam,vt hæc referantur ad eas partes,quas is debet habere,qui officium vaticinandi, ſiue docendi accepit;neceſſum enim eſt habeat vitæ ſimplicitatem, ſiue innocentiam columbinam , & cum [n] innocentia luctui potius, quàm plauſui accommodatam orationem : quorum primum oſtendit Philo in lib. *Quòd deterior potiori inſidiari ſoleat*, vbi ita habet , *fertur in quadam ciuitate optimè conſtituta hunc eſſe morem;vt quoties aliquis impura vita ſententiam vult proferre ad ſenatum,vel ad populum,non ſinatur per ſeipſum hoc facere , ſed à magiſtratu cogatur apud aliquem honeſtum virum eam ſententiam deponere*:vnde rectè Seneca *in lib.* 1.*controuerſ.*oratorem ita definit, *Orator [o] eſt vir bonus , docendi peritus* : amplificat hunc locum Philo in lib.*quòd Deus ſit immutabilis*, cum ponderat id,quod ſacra Scriptura habet,quod ingreſſus ſacerdos in domum Leproſi eam immundam reddebat , & tunc Moyſes dixit , corruptam eſſe omnem terram , cum iuſtum oſtendit eſſe Noe; talis enim virorum ſacrorum debet eſſe innocentia, vt ad eius præſentiam tanquam ad lucernam appareant vel minima vitia populi : vnde meritò Origenes,ſicut refert Epiph.*in hæreſ.Origeniſtar.* cum in concione explicaſſet ea verba Pſalm. 49. *Peccatori autem dixit Deus , quare tu enarras iuſtitias meas , & aſſumis teſtamentum meum per os tuum ?* Complicato libro è concione diſceſſit, ac miſerè eiulare cœpit recordatus ſe Alexandriæ vi perſecutionis adactum fuiſſe ad grana thoris Diis gentium offerenda : innocentiam igitur habeat neceſſe eſt is,qui alios docere inſtituit.

[m] Ionas , columba , ſiue dolens.
Hieron.
[n] Vt cum innocentia vita luctus potius, quàm plauſui accommodetur oratio prædicatoris.
Philo.
[o] Orator enim eſt vir bonus, docendi peritus.
Seneca.
Philo.
Origen.
Epiphan.
Pſalm 49.

14. Quòd autem accommodata debeat moribus eſſe oratio , pulchrè oſtendit Bernard. *ſerm.* 59. cum ait , *Illius doctoris libenter audio vocem , qui non ſibi plauſum,* [p] *ſed mihi planctum mouet*;quem locum proſequitur Auguſtin. *lib.* 4. *de doctrina Chriſtiana,cap.* 25. com ait,de mouendis affectibus,*cum apud Cæſaream Mauritaneam eſſem , videremque pugnam ciuilem inſtitui pro ludo , tunc*

Bernard.
[p] Prædicator verò optimus qui non ſibi plauſum, ſed mihi planctũ mouet.

grauiter,

grauiter, quantum valui, vt tam crudele, ac inueteratum malum de cordibus eorum euellerem dicendo, non tamen me egiſſe aliquid putaui, cum vos audiſſem clamantes, ſed cum flentes, à clamoribus enim ſe delectari, & doceri tantùm; & à lachrymis permoueri, ſeu flecti indicabant: grande [q] nanque dicendi genus, plerunque voces premit, ſed lachrymas exprimit. In quam ſententiam videndus eſt Chryſoſtom. tom. 5. hom. 35. *Hoc*, inquit, *Eccleſias Dei ſubuertit, quoniam nec vos ſermonem audire quæritis compunctiuum, ſed potiùs, quod delectari ſono valeat per bonam compoſitionem, tanquam citharœdos audientes; & nos ſauiter, & ærumnosè facientes veſtras ſequimur complacentias, & concupiſcentias, cum eas deberemus excidere.* Videndus eſt idem Chryſoſt. *lib. 5. de ſacerdotio in principio*, & Ariſtotel. *lib. 10. Ethicor. cap. 2.* cum ita habet: *Quid igitur ſperandum eſt* [r] *à talibus magiſtris, qui iuxta deſiderium*, id eſt, concupiſcentias, *auditorum ad magiſtrorum gradum promoti ſunt, potius quàm ſuis meritis?* Vnde congruenter *in Cantic. cap. 5.* poſtquam cætera omnia laudauit ſponſa in ſponſo ſuo, qui ſibi maximè placebat, illud vnum addidit, *labia eius lilia diſtillantia myrrham primam*; cum vita enim oſtendit congruere orationem, quemadmodum pulchrè oſtendit Niſſen. *orat. 14 in Cantic.* quibus addenda ſunt ea, quæ habet eo in loco Theodor. propterea dicens, labia ſponſi fuiſſe aſſimilata liliis, quia per ſe ſplendent diuini ſermones, licet humani ornamenti nihil habeant, quemadmodum lilia, quæ ſponte ſua naſcuntur in agris, & ſine vlla opera humana creſcunt, & augentur; non enim plauſus quærendus eſt, & ornatus in ſermonibus, ſed planctus: vtrunque igitur nomen Ionæ ſignificat, & vitæ innocentiam, & orationem dolentem.

[q] *Grande nanque dicendi genus lachrymas exprimit.* Chryſoſt.

Ariſtot.

[r] *Quid ſperandū à magiſtris ſecundùm deſideriorum auditorum loquentibus.*

Cant. 5.

Niſſen.

Theodoret.

§. III.

Neſcit tarda molimina diuina pietas in procuranda hominum ſalute.

15\. *Surge, & vade.* VEl potiùs *vade. age*: quæ forma loquendi frequentiſſima eſt apud eos, qui celeriter præparatos volunt habere miniſtros ſuorum mandatorum: qualis eſt illud Poëtæ apud Æneidas, cum ſic Iuppiter alloquitur Mercurium, quem Cæli legatum fabulabantur.

Vade, age Nate, voca zephyros, & labere pennis.

Quo loquendi modo vtitur Lucas, *Actor. 10.* cum diuinum oraculum ita dixit D. Petro: *Surge itaque, & deſcende, & vade*: quanuis autem Deus tam celeres velit habere [s] miniſtros in iis, quæ pertinent ad hominum ſalutem, ſemper tamen eius miſericordia velocior eſt, quemadmodum notauit Guarricus Abb eleganttiſſimè *in ſerm. de prodigo*, & ante eum Bernard. *ſerm. 3. ſuper Miſſus eſt*, vbi ponderat ea verba Angeli, *Dominus tecum, ita ne velocior Angelo fuit Deus, vt feſtinante nuntio, velocius ipſe* [t] *peruenerit à tergo.* In quam ſententiam videndus eſt idem Bernard. *in ſerm. de Conuerſione Pauli*, vbi notauit ea verba Actor. 9. *Subito lux de cælo circunfulſit eum*, *ô verè*, inquit Bernard. *inæſtimabilis diuinæ pietatis dignatio, illuſtrat cæleſti fulgore vel à foris, intus adhuc luminis incapacem, qui nec dum infundi poterat, diuina ſaltem circunfunditur claritate.* Hu-

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

Virgilius.

Actor. 10.

[s] *Quàm celeres vult Deus habere miniſtros ad ſalutem animarū procurādam.*

Guar. Abb.

Bernard.

[t] *Ad quam feſtinante nuntio, velocius ipſe peruenerit.*

Idem.

Actor. 9.

ius autem ſuæ celeritatis, celeres quoque voluit Deus miniſtros habere; quæ fuit ratio cur [u] alatos Angelos effingat ſacra Scriptura, quemadmodum docet Dionyſius Areopag. *de Eccleſiaſt. Hierarch. cap. 4.* vt ſignificaret Angelicam celeritatem, & diligentiam in exequendis diuinis mandatis; quæ fuit ratio, cur à Græcis alatus colatur Ioannes Baptiſta, [x] quemadmodum refert Chryſoſtom *hom. 30 de incomprehenſibili Dei natura.* Quam celeritatem ſatis ſignificant ea verba *Pſalm. 103. Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem*: quibus verbis Dei legati, ſiue miniſtri aſſimilantur iis rebus, quæ natura ſua velociſſimæ ſunt, cuiuſmodi ſunt fulgura, & venti, quemadmodum ad eum locum notaſſe videtur Paraphtaſtes Chaldæus, ita enim vertit, *Qui facit Angelos ſuos veloces ſicut ventos*, ſunt enim Dei miniſtri velociſſimi, non ſegniùs volantes, quàm venti, aut fulgura ipſa; vnde pulchrè Ezech. *in cap. 5.* loquens de Dei miniſtris, quos Seraphinos vocat, dixit eos deuolaſſe *ad inſtar fulguris*, [z] nec ſatis habuit dixiſſe *ad inſtar fulgaris*, ſed addidit, *coruſcantis*, vt incredibilem eorum celeritatem in exequendis diuinis mandatis exprimeret, quanuis fulgura accendantur, ſemper tamen aliqua temporis mora interponitur, qua ignis poſſit materiam ſuperare; coruſcare autem poſſunt vno, & eodem temporis puncto per vniuerſam aëris regionem, ita enim curſum ſuum excitabant, vt arſiſſe fulgura, vel potiùs affulſiſſe iudicares: tales enim decet eſſe obedientiæ miniſtros, *neque enim eos Deus*, ſicut ait imperfectus Chryſoſt. *ad diſcuſſionem, ſed ad honorem ſuum creauit, nec iudices eos voluit eſſe actuum ſuorum, ſed ſeruos* [a] *præceptorum ſuorum.* In quam ſententiam videndus eſt Gregor. Magn. lib 2. in lib Reg. cap. 3. *Vera obedientia, neque præceptorum intentionem diſcutit, neque præcepta diſcernit, neſcit iudicare quiſque perfectè didicerit obedire, præceptum in hoc penſare debet, quod maioris eſt*: quod pulchrè proſequitur Bernard. *in ſerm. de conuerſ. Pauli*, cum ponderat, & laudat ea verba Pauli, *Domine quid me vis facere? hoc verbum*, inquit Bernard. *breue ſed efficax, ſed dignum omni acceptione; quàm pauci inueniuntur in hac perfecta obedientia forma, qui ſuam ita abiecerint voluntatem, vt neque ipſum cor proprium habeant*; quod etiam dixit Caſſian. *lib. 4. de Inſtitutis Cœnobitarum*, cum veros obedientes crucifixos appellat; qui enim crucifixus eſt, non ſolùm non ambulat, quò vult, neque facit quod vult, ſed ab alio moueatur neceſſe eſt, quam ſi propheta Ionas obedientiam habuiſſet, nunquam profugus aufugiſſet *à facie Domini in Tharſis.*

[u] *Ob hanc celeritatem alati finguntur Angeli.*

Areopag.

[x] *Alatus & Baptiſta à Græcis pingitur.*

Chryſoſt.

Pſalm. 103.

Par. Chald.

Ezech. 5.

[z] *Deuolat enim Dei miniſter ad inſtar fulguris coruſcantis.*

Imperfectus.

[a] *In quo vera obedientia forma præſcribitur.*

Greg. Mag.

Bernard.

Caſſianus.

§. IV.

Origo Niniue monſtratur, ad quam veluti ad mundi figuram in Iona Filius Dei deſcendit.

In Niniuen ciuitatem magnam. DE amplitudine huius vrbis dicemus *in cap. 3.* vbi Ionas eius deſcribit vaſtitatem; nunc ſatis ſit dixiſſe de eius authore, & quo tempore floruerit, & qua in orbis parte fuerit fundata. Niniue igitur, quam Plinius *lib. 6. Natur. hiſtor.* Strabo *lib. 16. in principio*, Ptolemæus. *lib. 6. Geograph. c. 1.* referunt, Ninus dicta eſt, primæque Monarchiæ 16.

Plinius.

Strabo.

Ptolemæus.

RR Aſſyriorum

b Niniue Aſſyriorum Monarchiæ caput fundata à Noe, qui & Aſſur c & nepos Noe per Cham ſecundum aliquos.
Geneſ. 10.

Aſſyriorum caput fuit ad Tygrim fluuium b fundata à Nino Semitamis coniuge primo Aſſyriorum Rege, qui etiam Aſſur vocatus eſt. Non deſunt aliqui ex recentioribus, qui velint hunc Aſſur non eſſe nepotem Noe ex Sem, ſed pronepotem c Noe ex Cham, qui Regnum Babyloniæ fundauerat, atque ita intelligunt ea verba Gen. 10. *De terra illa egreſſus eſt Aſſur, qui ædificauit Niniuem*; quaſi hic Aſſur fuerit vnus ex filiis Nembroth, qui Babyloniã fundauerat, indéque egreſſus occupauerit omnem Aſſyriam, cuius autor alius Aſſur filius Sem, quemadmodum dicitur in eodem cap. 16. *Geneſ.* Huius autem opinionis hoc eſt fundamentum primum, quia ſicut habet Euſeb. *in ſua Chronic.* regnante hoc Nino in Aſſyria, natus eſt Abraham; credibile autem non eſt viuere potuiſſe eo tempore nepotem Noe ex Sem, quia à diluuio vſque ad Abraham enumerantur anni 293. vt intelligitur ex *cap. Gen.* 11. Secundum autem fundamentum illud eſt, quia ille Aſſur, qui *Geneſ.* 10. dicitur *egreſſus de terra Sennaar*, qui etiam ædificauit Niniuem, atque etiam alias vrbes finitimas, non eſt ita dictus nomine proprio, ſed potiùs patronymico, ab ea terra ſcilicet, in qua primus imperium habuit, ſicut Cæſares appellantur Romani Imperatores: Perſatum verò Cyri: hic autem ex Noe ortus eſt per Cham: is autem Aſſur, cuius meminit etiam Moyſes *Geneſ.* 10. *in fine*, ex Sem ortus eſt, & Aſſyrios de ſuo nomine appellauit. Quanuis autem hæc vera videantur, magis placet ſententia D. Hieronym. *in quæſtionibus Hebraicis*, cuius priùs Autor fuerat Ioſephus *lib. 1. antiq. cap.* 13. & poſt eos apertiſſimè Auguſt. lib. 16. de Ciuit. cap. 3. *de progenie*, inquit, *Sem exorti ſunt*, d *qui poſtea regnum Nembroth, & alias Ciuitates condiderunt, quarum vna eſt à Nino appellata Niniue, qui etiam Aſſur dictus eſt.* Hæc autem ſententia magis quadrat cum ſacra Scriptura, quanuis alia ſua non careat probabilitate.

Euſeb. — Geneſ. 10. — Hieron. — Ioſephus. — Auguſt.

d Sed meliùs dicitur de progenie fuiſſe Sem.

17. Hieronymus autem hoc in loco, cui ſuffragatur Theodoret. & D. Remigius, omnino ad hunc locum voluit Niniuem ciuitatem magnam adumbraſſe vniuerſum Orbem: Niniue enim pulchram e ſignificat, mundo autem nihil pulchrius oculis corporeis, vnde ab ornatu nomen accepit Κόσμος: cùm ergo Deus quaſi quandam pulcherrimam domum ſeruituro ſibi homini extruxerit, deprauatus eſt homo propria voluntate, & extructa turre ſuperbiæ, meretur ad ſe deſcendentem f filium Dei, vt per pœnitentiæ ruinam conſcendat ad cælum, qui per tumorem ſuperbiæ non potuit, vult enim Hieronym. hæc etiam pertinere ad figuram Chriſti.

Hieron. — Theodoret. — Remigius.

e Niniue mundi figura quia pulchra dicitur,

f Ad quam deſcendens filius Dei per pænitentiam reparauit.

§. V.

Quàm non ſit perſonarum acceptor Deus, qui omnes vbique locorum ad ſalutem & pænitentiam prouocat.

18. *Et prædica in ea.* VErbum, *prædicare*, quo hoc in loco vtitur vulgatus Interpres, apud Hebræos clamare g potiùs ſignificat, quam prædicare, quod idem habetur apud Iſai. in cap. 18. *Clama, ne ceſſes, & quaſi tuba exalta vocem tuam*, quod LXX. Interpretes magis expreſſerunt, vertentes ad hunc locum, *clama in morem præconis*; clamare autem iubetur excidium totius vrbis, ſicut patebit *in cap.* 3. Ex quo loco duo colliguntur, & Dei clementia oſtenditur, qua volt omnes homines ſaluos fieri, neque eſt alicui Prouinciæ alligata, h ſed per totum effunditur Orbem: & miſer etiam ſtatus peccatorum declaratur, à quo non niſi præconis voce excitari potuerunt, cùm tamen eorum malitia, ſiue clamor, ad ipſum etiam ſupremum cælum iam peruenerit. Quod igitur ad primum attinet, Theodoret. *in præfatione ſuper Ionam*, docet hanc Ionæ legationem in Niniuem, Dei clementiam communem in omnes homines oſtendiſſe; neque enim Deus haberi voluit Deus tantùm Hebræorum i cum totius naturæ Deus ſit, atque omnium hominum. Si enim Ageſilao mulctam dixerunt Spartani adiuncto elogio, quod blanditiis, & beneficiis communes ſibi ciues proprios redderet, quemadmodum teſtatur Plutarch. in lib. de Pietate in fratres, *Ageſilaus enim munuſcula mittere ſolebat recenter creatis magiſtratibus, quo eos ſibi proprios, & non publicos redderet.* Quo pacto ferendus eſſet Deus non communis, l ſed peculiaris alicuius tantùm gentis? Hoc igitur ſignificare voluit Deus cum Ionam Prophetam mittit ad prædicandum non Hebræis, ſed potiùs Niniuitis, vt ſic Deus oſtendat, ſe communem eſſe omnium Gentium, quemadmodum enim Deus Hebræarum rerum curam habens, non ad vnunquenque ex plebe, quid agendum eſſet, quidve fugiendum dicebat, ſed vnum aliquem optimum ex omnibus ſeligebat, nunc quidem Moyſem, nunc Ieſum filium Naue, & interdum Samuelem, Eliam, atque alios ſimiles viros, & per vnunquenque eorum leges ferens, & miracula edens adducebat totum populum Hebræum ad ſalutem: ſic prorſus Hebræum populum ex omnibus gentibus elegit, m per quem cæteris omnibus hominibus, ſuam in omnes clementiam oſtenderet; neque enim Deus Hebræorum tantùm fuit, ſed Hebræis primùm reuelatus eſt, vt inde effunderetur in omnes Dei notitia. Id quod ſignificare volunt ea verba Oſeæ *in cap.* 9. quemadmodum teſtatur Theodoret. tum in præfatione Ionæ, tum etiam in expoſitione Oſeæ; ſic enim habet diuinum Oraculum in eo loco: *Speculator Ephraim cum Deo meo, Propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius*, quaſi ſit in his verbis iuſta Dei quetela in populum Hebræum, quem Deus elegerat in prophetam totius Orbis, vt omnes per eum Dei prouidentiam cognoſcerent: Hebræus autem populus, qui conſtitutus fuerat Propheta omnium gentium n ſua impietate, & Idololatria factus eſt omnibus laqueus: hæc eadem fuit ratio cur in liberando populo ab Ægypto tot ſit vſus miraculis Deus; ſic enim & amorem in populum electum oſtendit, & prouidentiam ſuam ſignificauit in omnes gentes, vt conſtat ex illis verbis Raab meretricis *Ioſue in cap.* 2. quæ dicta ſunt ad exploratores Ioſue: *Irruit in nos terror veſter, audiuimus enim quod ſiccauerit aquas Deus maris rubri ad veſtrum introitum, & tranſmiſit vos, quod Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus in cælo ſurſum, & in terra deorſum.* Sic apud Babylonios, cum Danielem leonibus traditum ſeruauit, & pueros à flamma ignis eripuit, ſuperbũ Regem terruit, & per Regem vniuerſam Aſſyriam docuit, Deum Iſraelis verum Deum eſſe, & communem omnium Gentium. Hæc ergo fuit cauſa cur

g Prædicare hic idem atque clamare magna voce.
LXX. Interp.

h Dei clementia nulli Prouinciæ alligata per totum orbem diffunditur.
Theodor.

i Neque enim haberi voluit Deus tantùm Hebræorum cum totius naturæ ſit Dominus.
Plutarch.

l Qui enim ferendus eſſet Deus non communis, ſed peculiaris?

m Sed Hebræum populum elegit Deus ex omnibus gentibus, per quem in omnes homines ſuam clementiam deriuaret.
Theodor.
Oſeæ. 9.

n Qui tamen ſua impietate factus hominibus gentibus laqueus.

Ioſue 2.

cur Hebræus Ionas à Iudæa io Aſſyriam miſſus ° fuerit ad prædicandum, vt ea prouidentia Deus oſtenderetur communis omnium Gentium, non verò proprius & peculiatis Deus tantùm Hebræorum.

° *Propterea Ionas miſſus eſt à Iudæa in Aſſyriam.*

19. Cùm autem in morem præconis clamate iubetur, ſignificare voluit diuinum Oraculum Niniuitas non eſſe blandis vocibus molcendos, ſed ᵖ c●motibus, & terroribus feriendos, equos enim vocis concentibus nullo modo mouebis, qui tobæ ſonitu, & bellico ſtrepitu, ac vociferatione concitantur: homines etiam belluis, quàm homioibus ſimiliotes, non tam rerum cæleſtium ſuauitare delinitos, quàm minarum acerbitate perterritos mouebis. In quam ſententiam videtur adducendus ille locus *Pſalm.* 28. in qoo de efficacia verbi Dei agitur, & de conuerſione gentium teſte Auguſtino, & Hieronymo; arbores enim proceræ, & annoſæ, quales erant Ciues Niniuitæ, magno erant verborum impetu, ſeu potiùs tonitru mouendæ; tales enim de cælo tactas deſcribit regius vates altiſſimas cedros Libani, cum dixit, *vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani, & comminuet eas tanquam vitulum Libani*, id eſt, ſuo tonitru ſterne profundiſſimè fixas cedros, idque cum ſumma facilitate; quantuncunqne enim firmæ, & fixæ ſint, molles, & teneræ redduntur ad inſtar vitulorum in Libano paſcentium, ſeu vt Hieronym. intelligit, diſperget eas, tanquam vitulum Libani, id eſt, non aliter, quàm ſi eſſent vituli in Libano ſalıantes, fugientes, & laſciuientes; tuoc ſenſus eſt, Videte mihi videor cedros Libani audito tonitru confringi, atque excuti, quemadmodum vituli in montibus ſalıitare ſolent, hoc eſt, homines ipſo robore duriores Deo tonante, & cæleſtis doctrinæ clamore permouente ᵍ frangi, reddirque pullis animalium tenerrimis molliores. Quæ fuit ratio, cur clamare iubeatur Ionas ad Niniuitas: & Iſaias 42. de popularibus ſuis Hebræis ita habet: *Surdi audite.* Qua de re videndus eſt Plutarch. *in lib. de auditione*, cum ita habet, *vnica virtuti anſa aures ſunt.* Quod argumentum proſequitur latiſſimè Chryſoſt. *tom. 5. hom. 3. de incomprehenſibili Dei natura:* latiùs multo D. Beroard. *ſerm. 29. ſuper Cantica.*

ᵖ *Peccatores non blandis vocibus mulcendi, ſed clamoribus feriendi.*

Pſal. 28.

Auguſt. Hieron.

ᵍ *Sic enim & ipſo robore duriores animi molles redduntur.*

Iſai 42.

Plutarch.

Chryſoſt.

Beroard.

§. VI.

Non deſcendit Deus ad vindictam niſi importunis malitiæ clamoribus prouocatus.

20. *Quia aſcendit malitia eius coram me.*

QVod autem Ionas addidit, *quia aſcendit malitia eius coram me*, amplificat maximè ſcelera Niniuitarum, quæ Deum nihil minùs cogitantem, quàm de pæna, in eorum ʳ vindictam excitarunt, ſicut ipſe Deus conqueritur *in Pſal.* cum dixit, *doloſè egit in conſpectu meo, vt inueniatur iniquitas eius ad odium.* In quibus verbis latet metaphora hominis diſſimulantis ſe iniurias videre, contumelias audire, ne cogatur eas vlciſci, cogente tamen vel multitudine, vel excitante clamore, neceſſe eſt, vt eas vlciſcatur Deus, qui natura ſua tardus eſt ad vindictam, quemadmodum elegantiſſimè videtur oſtendere regius vates *in Pſalm.* 105. vbi Deus cunctandi ˢ cauſas videtur quærere, ne populum puniat, *dixit, vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in conſpectu eius*, id eſt, pænas dediſſent, niſi ſe obuium, quaſi armatum obtuliſſet in ipſa murorum ruina electus Moyſes, quaſi verò Deo oppoſitus ſit aliquis murus; Deus tamen ne puniat, nullum non obſtaculum ſibi oppoſitum eſſe vult; *cunctatur enim tarda cum ſit numinis natura ad pænas*, quemadmodum dixit Euripides apud Plutarch. *in lib. de ſera numinis vindicta*; qui locus omnino videndus eſt. Cum igitur diuinum Oraculum dixit, clamorem impietatis Niniuitarum ad cælum vſque perueniſſe, ſignificare voluit, importuna eorundem peccata, tardam Dei ᵗ naturam, in vindictam quodammodo excitaſſe. Quod autem vulgatus Interpres dixit, *aſcendit malitia eius coram me*, amplificat maximè magnitudinem iniquitatis ex eo, quia in conſpectu Dei facta dicitur; habet enim peculiarem rationem malitiæ in conſpectu Dei ᵘ peccaſſe, imò in hoc ſolùm vniuerſa malitia peccatorum poſita videtur, ſicut notaſſe videtur prodigus cum dixit, *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam: Pater peccaui in cælum, & coram te.* Sic ſimiliter regius vates *in Pſalm.* 50. dixit, *tibi ſoli peccaui*, cùm in Vriam etiam peccaſſet, & in vniuerſum populum, in Deum ſe ſolum peccaſſe dixit, *quia malum coram te feci*; ſic enim interpretanda eſt particula, *&*, vt potiùs rationem reddat facti, ſicut plerunque ſolet, quàm exerceat officium coniunctionis: hoc etiam voluit ea mulier peccatrix, *ſtans retro ſecus pedes Domini*; *pudebat enim eam*, ſicut eleganter docuit Chryſologus, *eius faciem videre, in cuius præſentia peccauerat*: hoc enim perpetuò ſignificat in Scriptura ſacra, *coram me*: vtrunque igitur facit hic locus, & importunos peccatorum clamores oſtendit, quibus Deus nihil minus volens excitatur in vindictam; & magnitudinem iniquitatis amplificat, cum dicit, in conſpectu diuino commiſſam eſſe.

ʳ *Grandis malitia Deū nihil minùs cogitantem excitat ad vindictam.*

Pſal. 105.

ˢ *Deus enim ad vindictā cunctādi rationes videtur quærere.*

Plutarch.

ᵗ *Sed tardā Dei naturam in vindictā, importuna malitia prouocat.*

ᵘ *Dum in cōſpectu Dei peccare non deſiſtit.*

Pſal. 50.

Chryſolog.

TRACTATVS II.

De verbis illis: *Et ſurrexit Ionas vt fugeret in Tharſis à facie Domini, & deſcendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharſis, & dedit naulum eius, & deſcendit in eam, vt iret cum eis in Tharſis à facie Domini.* Siue, *De fuga Ionæ à facie Domini.*

§. I.

Amor Patriæ, & propriæ exiſtimationis iactura, Ionæ fugam pepererunt.

Et ſurrexit Ionas, vt fugeret.

LIbuit in principio huius tractatus, cauſas inquirere, quas Ionas 21.

propheta habere potuit fugiendi à facie Dei: cum tamen non ignorauerit Dei prouidentiam, & immenſitatem, ſecundùm quam vbique locorum eſt. Hieronymus igitur hoc in loco exiſtimat charitatem [a] patriæ fuiſſe in cauſa, quæ omnes omnium charitates complexa eſt. In quam ſententiam videndus eſt Curtius *in lib. 4. de rebus ab Alexandro geſtis*, cum aſſerit fugientem Darium regem victorem Alexandri exercitum ad Lichum fluuiũ, eúmque pontem proſcindere potuiſſet, ne ab Alexandri militibus caperetur, voluit Rex potiùs inſequentibus iter dare, quàm ſuis fugientibus denegare; ita enim cogebat charitas ſuorum, vt potius ſuos, quàm ſeipſum tueretur. Amor ergo videtur fuiſſe cauſa fugiendi, non Dei, ſed patriæ; nouerat enim Ionas diuino afflatus ſpiritu, tunc petituram vniuerſam [c] domum Iſrael, cum nationes credidiſſent, ne ipſe primus populi ruinam oſtenderet, memor fortaſſis Moyſis, qui *Exod.* 32. dixit. *Si nõ dimittis eum, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti:* ad preces illius ſaluatus eſt Iſrael, & Moyſes de libro non eſt deletus. In quam ſententiam exiſtimat Origen. *lib. 2. contra celſum*, intelligenda eſſe verba Chriſti Domini *Luc.* 22. imò & Gregor. Nazianz. *in apologet. oratione*, cum Chriſtus Dominus dixiſſe legitur, *Pater ſi poſſibile eſt, transfer à me calicem hunc:* qualia ſunt etiam ea verba Chriſti Domini *Ioan.* 12. *Pater ſaluifica me ex hac hora:* videns enim Chriſtus Dominus, qualia populus paſſurus eſſet in vindictam parrati ſceleris contra ſe à Iudæis, non ob aliud, quàm propter beneuolentiam, qua populum illum proſequebatur, voluit vitare futuram paſſionem, quandoquidem propter epotum calicem ſupplicij, videbat vniuerſam Hebræam gentem à Deo deſerendam fore: potuit enim Chriſtus Dominus vltra mortis acerbitatem hoc quoque conſideraſſe, quo ſe magis affligeret: illud enim reſpuit naturalis affectus. Quo pacto intelligendus eſt ille locus *Luc.* 19. cum Chriſtus Dominus *videns ciuitatem fleuit ſuper eam*; & baiulans ſibi crucem *Luc.* 23. dixit, *Nolite flere ſuper me, flete ſuper vos, & ſuper filios veſtros.* Hæc enim omnia pertinere videntur ad charitatem Patriæ. Potuit igitur ſimiliter Ionas videns cæteros alios prophetas miſſos eſſe ad oues perditas domus Iſrael, dolere [a] ſe ſolum inuentum eſſe, qui mitteretur ad Aſſyrios inimicos populi Hebræi, & ad ciuitatem hoſtium maximam; nouerat enim eodem ſpiritu, quo illi credebatur illud præconium, quòd, quando nationes credidiſſent, tunc petitura eſſet domus Iſrael: aliquid igitur humanum paſſus propter Patriæ charitatem, imitatus Cain fugit à facie Dei: hanc eandem cauſam aſſignauit Theophyl. & Gregor. *lib. 6. Moral. cap.* 13.

Hieron.
[a] *Charitas Patria in Iona fuit cauſa vt à Domino fugeret.*
Q. Curtius.
[c] *Nouerat enim, cum nationes, credidiſſent, interituram domum Iſrael.*
Exod. 32.
Origen.
Nazianz.
Luc. 22.
Ioan. 12.
Luc. 19. & 23.
[a] *Vnde dolebat ſe ſolum ad gentes miſſum, cum cæteri Propheta ad Iſrael prædicaſſent.*
Theophyl.
Gregor.

22\. Aliam inuenit Theodoret. exiſtimátque timorem fuiſſe cauſam fugiendi; timuit enim Ionas, ne vana, [b] & falſa videretur eius prophetia. In quam opinionem eum impulit ipſum oraculum minarum, & vltionis plenum; exiſtimauit enim non debuiſſe Deum priùs pœnas declaraſſe, & minas, ſi punire vellet, cum vltionis comminatio, ad pœnitentiam ſit adhortatio. Voluit autem Ionas Niniuitarum potiùs periclitari remedium, quàm ſuam opinionem, cùm tamen Deus ſicut eleganter dixit Ambroſ. *de electione Iuda*, maluerit ſuum periclitari [c] iudicium, quàm affectum. Quæ expoſitio veriſſima eſt, vt conſtat ex eodem Iona *in cap.* 4. cum enim videret Deum pepercisse ciuitati propter ciuium pœnitentiam, ita cum Deu expoſtulauit, *Obſecro Domine, nunquid non hoc eſt verbum meum, cum adhuc eſſem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharſis, ſcio enim, quòd tu Deus clemens, & miſericors es, patiens, & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitiam*; maluit enim videri propheta verax, quàm Deus miſericors in Niniuitas.

Theodoret.
[b] *Alia cauſa fuit, ne vana crederetur eius prophetia, non ſubſecuta perditione Niniuæ.*
[c] *Cum tamẽ Deus maluerit ſuum periclitari iudicium, quàm affectum.*
Iona. 4.

§. II.

Quòd nomine Tharſis, nulla certa regio, ſed maritima, & longinqua loca deſignentur; non tamen reiectis aliorum placitis ex D. Hieronymo probatur.

In Tharſis. QVa tamen in orbis parte poſita ſit ea Tharſis, quam ſibi confugium delegerat orbis propheta, cum fugeret à facie Domini, [d] incertum eſt: neque conſtat inter interpretes, vbinam terrarum ſit. Ioſephus igitur Hebræus *9. antiq. cap.* 11. Tharſum putat eſſe nobilem Ciliciæ [e] vrbem, in quam fugiebat Ionas, in cuius confirmationem aſſerit Ciliciam Tharſum, ſiue Tharſis fuiſſe olim appellatam à nobiliſſima vrbe Tharſis, quæ in ea prouincia fuerat fundata. Ioſephum ſequuti ſunt poſtea graues Authores; quod vt melius intelligatur, videndus eſt locus in Gen. *c.* 10 quem locum optimè commentatur Ioſephus *lib. 1. antiq. cap.* 7. Ioſephum ſequitur [f] D. Hieronym. *in traditionib. Hebraicis*, Hieronymum omnes alij graues Autores. Ex Iapheth qui filius fuit Noe, per quem diuiſæ ſunt inſulæ gentium, ortus eſt Iauan, qui filius fuit Elyſach, Tharſis, Citin, & Dodanin; per hos enim filios occupatæ creduntur illæ orbis partes, quæ inſulæ gentium vocantur: ab Elyſach Æoles, à Tharſis orti ſunt Cilices, vt indicat eius metropolis, Tharſus, ſiue Tharſis nobiliſſima ciuitas Ciliciæ, quæ de nomine ſui authoris nomẽ accepit, & vniuerſam eam prouinciam Tharſum, ſiue Tharſis cognominauit, imò, & vniuerſam eam partem orbis, quæ à Cilicia, & Cappadocia, vſque ad Pontum, & Bithyniam extẽditur, quas poſtea occuparunt filij Tharſis, imò, & mare mediterraneum, quod eas regiones alluit; mare Tharſicum, ſiue Tharſis appellatur: credit igitur Ioſephus ſoluentem à Ioppe Ionam nauigare voluiſſe in Tharſum Ciliciæ per mediterraneum, quem ſequuntur graues authores, inter quos nuper Genebrard. *in Pſalm. 47. verſ.* 7. aſſerit de Tharſo, ſiue de Tharſis vrbe in Cilicia intelligendum eſſe locum Ionæ *in cap.* 1. ad Tharſis enim appellere voluit propheta. 23.

[d] *Incertum qua terrarũ parte fuerit Tharſis.*
Ioſephus.
[e] *Tharſum Ciliciæ putat Ioſephus.*
Gen. 10.
[f] *Quem ſequitur D. Hieronymus, & graues Autores.*
Ioſephus.
Hieron.
Genebr.

Theodoret. tamen, & Theophylact. quibus ſuffragatur Vatablus, & plerique alij grauiſſimi recentiores, exiſtimant eum nauigare voluiſſe [g] in Carthaginem nobilem totius Africæ vrbem, quorum hoc eſt fundamentum, quia Iſaias dixit in *cap.* 23. *Vlulate naues Tharſis*; quem locum vertunt L X X. *Vlulate naues Carthaginis.* Ezechielis etiam 27. *Carthaginenſes negotiatores tui*; vbi pro Carthaginenſibus, *Tharſis* eſt in Hebræo. Similia habet Baſilius *ſuper Iſaiam*, Euthym. etiam, & Auguſt. *Pſalm.* 49. Sumpta occaſione enim à proprietate vocabuli, quod non ſignificabat ſolam Carthaginem, ſed quamuis aliam orbis partem maritimam, quæ emporium eſſet

Theodoret.
Theophyl.
Vatabl.
[g] *Exiſtimant alij cũ Theodoreto eũ nauigare voluiſſe in carthaginem.*
Iſai. 23.
L X X.
Interp.
Baſilius.
Euthym.
Auguſt.

ad

ad merces exportandas: quoniam verò Tyriorum colonia fuit Carthago, & ex Tyro per mare mediterraneum merces deportabant, & exportabāt ex Carthagine, Tharſis dicta eſt Carthago, ex accommodatione tamen. Credunt igitur hi Autores in Carthaginem voluiſſe deſcendere profugum prophetam, ad quam propter mercaturam, potuit ſtatim nauem paratam inuenire.

25. Verùm quoniam pleraque ſunt alia loca in ſacra Scriptura, quæ difficillima redduntur, ſi nomē *Tharſis* ad ſolam Carthaginem accommodetur, placuit potius Hieronymi [h] ſententia hac in re, *in epiſt. ad Marcellam, & in Com. ſuper hunc locum*, aſſerentis, *Tharſis* ſignificare quoduis pelagus altum, ſiue illud ſit Indicum oceanum, ſiue mare mediterraneum. Hieronymum ſequitur Rabbi Salomon, quem refert Genebrard. *Pſalm.* 47. Cui expoſitioni fauent plerique graues Autores. Vnde Symmachus, Aquila, & Theodotion vertentes eum locum Iſaiæ, *Vlulate naues Tharſis, vlulate naues maris* legunt, exiſtimantes *mare*, & *Tharſis*, idem prorſus eſſe, imò, & Paraphraſis Chaldaica eodem in loco *Iamah*, poſuit, quod mare ſignificat. Ex quibus omnibus infertur vniuerſum pelagus, [i] ſiue mediterraneum ſit, ſiue Indicum, *Tharſis* appellari in ſacra Scriptura, & vniuerſas maritimas regiones, quæ accommodatæ ſunt ad merces vltro, citròque exercendas, vocari etiam Tharſis. Quo pacto intelligendus eſt locus ex lib. 2. *Paralip. cap.* 20. vbi dicitur Regem Iudæ Ioſaphat ſocietatem iniiſſe cum Rege Iſrael Ochoſia, vt claſſem facerent, quam mitterent in Ophir, quæ *Tharſis* dicta erat. Eſt autem ea regio in India, quæ creditur Aurea Cherſoneſum, nunc Samatra, [l] in qua Malaca noſtrorum Luſitanorū eſt: credibile enim non eſt ex Aziongabel, qui portus eſt ad oram mari Rubri in oceanum ſitu ſoluiſſe claſſem in mare mediterraneum, vbi Tharſum, ſiue *Tharſis* eſt, ſed ea pars orbis, quæ Ophir in ſacra Scriptura dicebatur apud Iudos, propter frequentiſſimam mercaturam *Tharſis* quoque appellata eſt. Quo pacto intelligendus eſt alius locus ex lib. 3. *Reg. cap.* 10. pro quo conſulendus eſt Ioſephus *lib* 8. *antiquit. c.* 2. attente tamen, quia ea in re, memoria lapſus fuiſſe videtur.

Hieron.
[h] *Sententia D. Hieronymi magis probatur alio in loco, per Tharſis quoduis pelagus ſignificari.*
Rab. Salom.
Symmachus.
Aquila.
Theodot.
Chald Par.
[i] *Omne enim pelagus in ſacra Scriptura & maritima regiones mercibus abundantes, Tharſis appellantur.*
2. Paral. 20.
[l] *Tharſis in India, Ophir, ſeu Samatra dicitur.*
3 Reg. c. 10.
Ioſephus.

26. Eſtque adeo vera hæc ſententia Hieronymi, vt non ſolum mare *Tharſis* ſit appellatum, ſed quidquid etiam maris ſpeciem refert, vt conſtat ex primo Cap *Ezech.* ad ea verba: *& aſpectus rotarum, & opus earum, quaſi viſio maris*: in quem locum ſic habet Hebraica veritas, *quaſi aſpectus Tharſis*; erant enim illæ rotæ, quas vidit Ezechiel ex gemmis ſpecioſis fabricatæ referentibus ſpeciem maris, & propterea *Tharſis* appellatæ. Quo ſenſu dictum eſt *Exod.* 39. in quarto ordine rationalis, ſeu gemmarum, quæ in rationali ſummi ſacerdotis inſertæ erant, erat *Tharſis*, quod vulgatus interpres tranſtulit, *chryſolithus*; oriente enim ſole flauum eſt, ac vibrat mare, vt chryſolithus; cùm autem cæruleum eſt mare, hyacinthus apparet; cùm verò ſol occidit ex aduerſo, purpuraſcit, & carbunculus videtur. Hinc factum eſt, vt ab ſpecie *Tharſis*, quam referunt gemmulæ pretioſæ, *Tharſis* quoque appellentur; eſt enim *Tharſis* [m] nomen in ſacra Scriptura, non ſolùm totius maris, ſed etiam eorum omnium, quæ maris ſimilitudinem referunt, præſertimque gemmarum.

Ezech. 1.
Text. Hebr.
Exod. 39.
[m] *Tharſis in Scriptura ſacra, non ſolùm mare, ſed maris ſimilitudinem ſignificat.*

27. Secundò autem infertur, Ionam non ad aliquam determinatam [n] partem orbis nauigare decreuiſſe, cùm in Tharſis nauigaſſe dicitur; neque enim ad certum aliquem locum eum nauigaſſe hæc verba ſignificant, hoc enim magis conuenit fugitiuo homini, & timido, non locum fugæ otioſè eligere, ſed primam occaſionem arripere nauigandi, atque ita in primam nauem conſcendere, quam paratiſſimam ad ſoluendum inuenerit. Quamuis autem hæc expoſitio Hieronymi maximè placeat, non diſplicent aliæ.

Gabr. à Coſta in Ionam Prophetam.

[n] *Ionas fugiens non certum petebat locum.*

§. III.

In loco à quo Ionas nauigationem accepit, pulchra allegoria de religata ad rupem Andromada inſinuatur.

Et deſcendit in Ioppen.

28. ET vt ſemel vniuerſam Topographiam, id eſt, locorū deſcriptionē abſoluamus, à quibus vel ſoluit Ionas, vel ad quæ appulit, vel appellere contendebat, notandum eſt cum Adricomio Delpho in Theatro terræ ſanctæ, quod nuper in lucem edidit, Ioppe, [o] quæ hodie Iapha, temporibus verò D. Hieron. Iapho, vt teſtatur ipſe Hieronymus in locis Hebraicis, portus eſt in mari Tharſico nobiliſſimus totius Hieroſolymæ, & vniuerſæ Iudææ, quem primum inueniunt religioſi peregrini ſanctæ ciuitatis Hieroſolymitanæ. Eſt autem hic portus in tribu Dan, & in edito monte ſitam habet vrbem, ſeu potius in rupe, ex qua nauigantibus ſeſe primum oſtendit ſancta Ciuitas Hieruſalem; quemadmodum pulchrè aduertit Adricomius: in eo autem portu nunc etiam viſuntur ea ſaxa, ad quæ religata [p] creditur Andromada cum belluæ marinæ deuoranda exponeretur, niſi Perſij beneficio liberata eſſet, quemadmodum ad hunc locum refert D. Hieronym. Res quidem fabuloſa eſt, verùm ſi parua licet cōponere magnis, in hac eadem vrbe tēporibus Chriſti petra fuit, ſiue rupes, ſic enim Cephas, ſiue Petrus interpretatur, ex qua rupe ſancta ciuitas cæleſtis Hieruſalem aſpicitur; neque enim aliunde quàm ab Eccleſia cælum videri poteſt.

[o] *Ioppe quidam a Ioppe, quæ hodie Iapha dicitur.*
Adricomius.
[p] *In qua ad Rupem alligata fingitur Andromadà.*
Hieron.

29. Sicut enim ad ea ſaxa religata creditur Andromada, ſic vniuerſa Deorū vana ſuperſtitio [q] non ligata, ſed ſoluta fuit, vt conſtat ex actis Apoſtolor. vbi refertur diuinum oraculum dixiſſe Cornelio centurioni, *mitte in Ioppen, & accerſi Simonem, qui cognominatur Petrus, hic hoſpitatur in domo Simonis coriarij iuxta mare*; ſoluendus enim Cornelius à veteri ſuperſtitione ad eam rupem mittitur, quæ in Ioppe erat. Potuitque huius rei ſymbolum eſſe id, quod dicitur 2. *Paralip. in c.* 2. vbi dicitur ex Libano monte ad eum vſque portum delata fuiſſe vniuerſa ligna, quæ neceſſaria erant ad conſtruendum templum Hieroſolymitanum: ex Ioppe autem terreſtri itinere vſque ad Hieruſalem deuehebantur. Sic quoque vniuerſa gentilitas crucis, & baptiſmi beneficio, de Libano, & cæteris montibus ad Eccleſiam fundandam vocata eſt, quemadmodum velle videtur ſponſus *in 4. cap. Cantic.* cum dixit. *Veni de Libano, ſponſa mea, veni de Libano, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum*: quæ verba Theodoret. & alij graues Autores intelligunt de Eccleſia vocata ex gentibus, quæ in montibus incultis inter leones, [r] & pardos vitam agebat omnino barbaram; à quibus

[q] *Pulchra allegoria de ſolutione vana Deorum ſuperſtitionis.*
Actorum cap. 10.
2. Paralip. 2.
Cant. 4.
Theodoret.
[r] *Eccleſia vocata ex gentibus inter beſtias ante vitam agebat.*

locis vocatur in Eccleſiam Dei: propterea autem meminiſſe videtur præcipuè eo in loco Sponſus montis Libani, vt ex circunſtantia loci miſerum ſtatum Sponſæ oſtenderet: Mons enim Libanus, prætetquam quòd inuius eſt, propter leones, quos alit, & pardos, perpetua niue frigeſcit, quemadmodum notauit optimè Cornelius Tacitus *lib. 21. ſuorum annalium*, cum ait, *Libanus mons, omnium montium, quos Syria habet, altiſſimus eſt, adeo vt in mediis ardoribus, canus ſit niuibus*; hoc enim notaſſe videtur Sponſus, cum dixit, vulneratum præ amore iam eſſe Sponſi pectus, vel ex vno ſolo aſpectu Sponſæ; Sponſa tamen in mediis ardoribus charitatis Sponſi, non aliter, quàm Libanus cor habebat perpetua niue canum. Hinc igitur præciſæ cedri altiſſimæ, & quæ longas egerant radices in vana ſuperſtitione ad Ioppe ſaxum delatæ, tandem in cæleſtem Hieruſalem deuehuntur.

Tacitus.

TRACTATVS III.

De analogia fugæ Ionæ ad Chriſtum, noſtráque in ea, morum eruditione.

§. I.

Ionas fugiens à facie Domini, verbum æternum è cælo ad nos defugiens præfigurat.

30. QVoniam verò polliciti ſumus in præfatione huius prophetæ dicturos nos eſſe, & ea, quæ ad Chriſtum ex hoc vate accommodantur, & quæ ad noſtram eruditionem inſeruire poſſint, inſerenda eſt in hoc loco pulchra allegoria D. Hieronymi, quem ſequitur etiam Remigius, ſecundùm quam volunt de cælo, quaſi defugiſſe Verbum æternum, & aſſumpta carne ad nos profugum [f] quodammodo veniſſe; qualem enim optauerat Sponſa *in Cantic. cap. 4.* cum dixit, *fuge dilecte mi, aſſimilare capræ hinnuloque ceruorum*; qui enim fugiunt, cætera relinquunt, & ſe ſolos, quanta maximè poſſunt celeritate ad eos deferunt, ad quos confugiunt ſub ea veſte, quæ expeditior ſit ad fugiendum, & accommodatior ad latendum: qualis profectò fuit in Verbo humana caro, in ea enim fugit è cælo iratus Deus in Tharſis, ſiue in mare; ſic enim totus hic mundus appellatur à ſancta Scriptura, & à Patribus, iuxta id, quod dicitur *in Pſalm. 103. Hoc mare magnum, & ſpatioſum*: doluit tamen Rex Meſſias, quòd clamantibus popularibus ſuis Hebræis, *non habemus Regem, niſi Cæſarem*, plenitudo gentium ſubintraret, & frangerentur rami oliuæ, pro quibus oleaſtri virgulta ſuccreſcerent, tantæque pietatis, & amoris fuit in populum propter electionem Patrum, & repromiſſionem ad Abrahã, vt in cruce poſitus diceret: *Pater ignoſce illis, quod enim faciunt, neſciunt*; quaſi profugus igitur Deus ex cæleſti Hieruſalem deſcendit in Tharſis, id eſt, in mundum in carne, ſub qua [c] maximè latere potuit, & ad nos celeriter fugere.

Hieron. Remigius.

[f] *Verbum diuinum aſſumpta carne profugum quodammodo ad nos veniſſe voluit Hieronym. & Remigius.*

Cantic. 4.

Pſalm. 103.

[c] *Sub carne enim maximè latere potuit, & ad nos fugere celerius.*

§. II.

Moraliter.

O quantum periculi in mundi aſpectu! Animam de ſtatu ſuo deiicit in ſeruitutem Dominorum crudelium, & à Deo fugere compellit.

CONſequens iam eſt, vt ex hoc loco incipiamus oſtendere, quam cauſam habere potuerit anima Deum fugiendi, & ſequendi voluptates; cúmque alia non poſſit eſſe, quàm introductus prophanus amor, & expulſus caſtus, & diuinus, quærendum eſt, [a] cur deterior amor nobiliorem expellere potuerit, quod non ita elatũ eſt; qua de re conqueritur Cicero *lib. 2. offic.* cum ait, *nam & voluptates blandiſſimæ dominæ, ſæpe maiores partes animæ à virtute detorquent.* Proſequitur hoc argumentum Philo *in lib.* cui titulum fecit, *quòd merces meretricis non ſit recipienda in ſacrario*, ſicut præceperat Moyſes *Deut.* 23. vbi docendi cauſa admonet, vt vnuſquiſque noſtrum conſideret duas ſe vxores habere inter ſe æmulantes, & contrixantes, quarum vnaquæque contendit ad ſe pertrahere animum: harum alteram diligimus quaſi amicam, blandam, & familiarem, quæ voluptas dicitur: alteram odio proſequimur, vt immitem, hæc virtus eſt; cùm tamen veras amicitias ſimulet voluptas, vt magis decipiat, voluptatem tamen amplexamur, ſicut etiam latè proſequitur Cyprian. *lib. de diſciplina, & bono pudicitiæ* Chryſoſt. *hom. 13. in acta. tom.* 3. ex hac fallaci reſponſione voluptatis expellitur diuinus amor, & prophanus introducitur, ſicut dixerat Ioannes *in ſua Canon. cap. 2. Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo.* Viſo igitur mundo, ſeu Ioppe, quod precioſum interpretatur, deſcendit continuò fugitiua anima à ſancta ciuitate Hieruſalem, in qua tranquillam agebat vitam, ſæpius enim ſenſus deceptus earum rerum imagine, quæ pulchræ videntur, cum pulchræ tamen non ſint, fugiendi cauſas ſolent miniſtrare profugis animabus. Quo pacto Philo *lib. 2. legis allegoriarum*, putat per pulchram allegoriam dictum fuiſſe ab Adamo, cum à Deo peteretur, quam habuerit fugiendi cauſam, *mulier quam dediſti mecum, ipſa dedit mihi de arbore, & comedi; non enim mihi, vt poſſeſſionem ſenſum dediſti, ſed mecum; ipſam enim ſiniſti ſolutam, ac liberam, & quodammodo non obedientem mandatis meis*: Si enim mens voluerit viſui imperare, ne videat, nihilominus viſus videbit; ſic quoque auditus, quoties voluerit vox illaberur: ſimiliterque cæteri alij ſenſus; neque enim Deus ſenſus animali dedit, ſed cum animali; ſenſibile enim ligneum, quod eſt in mente, nemo niſi ſenſus ei dat; quis enim menti dedit cognoſcere corpus, niſi ſenſus? eſtque tanta coniunctio inter ſenſum, & animam, vt rectè reſponderit Eua rogata, *cur feciſti hoc, ſerpens decepit me, & comedi*: quamuis de alia re quæſita videatur, de viro enim interrogata, non de viro reſpondit, ſed de ſe ipſa, ſe ſcilicet comediſſe. Rectè tamen reſpondit, conſequitur enim neceſſariò, vt poſtquam ipſa comedit, comedat quoque & vir eius, continuò enim poſtquam ſenſus percepit rem aliquam, mentis [g] ſequitur amplexus earum rerum, quas in hoſpitium excepit per ſenſus. Quo in loco 31.

[a] *Cur deterior amor nobiliorem expellat.*

Cicero.

Philo.

Deut. 23.

Cyprian. Chryſoſt.

In Canonica Ioan. cap. 2.

[b] *Nempe quid mundi aſpectu allicitur fugitiuus animus.*

Philo.

[g] *Amplectitur enim mens aliqua ſenſus percipit vt pulchra.*

loco illud omnino aduertendum eſt, virum dixiſſe, mulierem ſibi dediſſe pomum, mulierem verò non dixiſſe illud ipſum ſibi dediſſe ſerpentem, ſed potiùs deceptam ſe fuiſſe à ſerpente; ſenſus enim miniſtrare ſolent animæ, quæ acceperunt, volupras decipere, oſtendendo ea pulchra eſſe, quæ tamen fæda ſunt; lætitiam babere, quæ omnino triſtia ſunt; quorum [a] imagine deeeptus animus à ſuo ſtatu deſcendit vagabundus..

[a] *Quorum imagine deceptus animus à ſuo ſtatu deſcendit vagus.*

32. Auguſt. Ioan. 4.

Simili allegoria vtitur Auguſt. *tract. 15. ſuper cap. 4. Ioannis*, eum explicat ea verba, *vade, voca virum tuum: virum autem vocat mentem, ſiue intellectum, hic, inquit Christus Dominus, non eſt tuus vir, duceris enim ſenſu, à prima enim ætate, quinque ſenſus habuit anima hominum, quaſi quinque legitimos viros; ante enim quàm quis ratione vtatur, quod audit, quod videt, quod dolet, quod ſapit, hoc appetit, hoc fugit: appetit quod mulcet, fugit quidquid offendit: hos enim quinque ſenſus mulcet voluptas; offendit dolor. Quandiu igitur ratio non regit, ſenſus dominatur; at poſtquam ratio ſuccedit ſenſibus, ſi ſenſus dominetur, error dominatur; error autem non regit, ſed perdit; errabundus enim eſt animus, qui ſenſibus & voluptate agitur, non verò ratione.* Vnde Auguſt. *Pſ. 49.* eas ſolas virgines prudentes appellauit, de quibus Euangelium dixit, quod diſcernete [b] potuerunt inter ea, quæ à ſenſibus menti obiiciuntur: *Vehemens enim compaſſio eſt*, ſicut ait Philo in lib. 2. legis allegor. *cum brutus ſenſus primatum occupat, non ſecus quàm Dominis oppreſſis à ſuis ſeruis; tunc enim intellectus deflagrat ſenſibus flammam miniſtrantibus.* Videndus eſt Bernard *ſer. 2. de aſſumptione*, vbi pulchrè docet, quàm ſit à ſenſibus cuſtodienda anima, *quia oculus*, inquit, *iſte meus deprædatus eſt animam meam, meſſuit ſegetes, arbores extirpauit, exterminauit vineas, per eum [c] ingreſſus tyrannus Dominum eiecit.* Similia habet Auguſt. *lib. 4. reſponſ. contra Iulian. cap.* 14. vbi docet, quòd per ſenſus voluptas quæritur & animo, & corpore: quibus addenda ſunt ea, quæ idem Auguſt. habet *Pſalm.* 57. cum ait, *homines appetentes ea, quæ foris ſunt, à ſe ipſis exules facti ſunt.* Quod proſequitur Philo *in lib. de congreſſu quærendæ eruditionis gratia, & lib. 2. legis allegoriar.* Quibus in locis inter inter alia ita habet: *Senſus iniuſtam animam, impiam, & fucatam à ſe ipſa longiſſimè diſſipat in voluptatum [d] locum concupiſcentiarum, & facinorum*; & ponderans ea verba Geneſ. *abſcondit ſe Adam à facie Domini, hic*, inquit, *introducitur dogma, quo docemur, omne malum eſſe exulem*; quo pacto de Eſau dicitur, ſicut ſacra Scriptura notauit, *Erat autem gnarus venandi Eſau, & ruri degebat.* & contra Iacob dicitur domum habitaſſe.

Auguſt.

[b] *Vnde illæ ſolùm prudēs qui diſcernere potuit ea, quæ à ſenſibus obiiciuntur:*

Philo.

Bernard.

[c] *ne per eos ingreſſa tyranna voluptas dominā, id eſt, rationē foras eiciat,*

Auguſt.

Philo.

[d] *& in voluptatū locū præcipitat.*

§. III.

Quandoquidem anima per oculos à Deo, & à ſe fugit, clauis figenda Chriſti, quibus longè ſuauiùs, quàm voluptatum aculeis vulnerabitur.

33. CAuendom igitur eſt, ne per ſenſus, & à Deo, & à nobis exules ſimus; illud autem fiet, ſi eum rege vate confixos habeamus ſenſus in lege, & pietate Dei; ita enim ille locus intelligeodus ex Pſalm. 118. *Confige timore tuo carnes meas*: petebat enim ne vi eorum, quæ à ſenſibus menti obiiciuntur falsò, de ſuo ſtatu deiiceretur mens. Clauis igitur figito meos carnales ſenſus, [e] ne ad ſua deſideria rapiantur, & in animam conſurgant, & eam exulare cogant, ſed mortui potiùs peccato facti, eius ducatum ſequantur. Quo ſenſu dictum eſt ab Iſaia *in cap.* 41. ſicut eum locum interpretatur Cyrill. Alex. vbi diuinum Oraculum alloquitur cum Abrahamo, & inter alia beneficia in Abrahamum collata, illud præcipuum fuiſſe oſtendit, *& confortauit eum clauis, vt non moueretur*, vt ſit alluſio in illis verbis ad myſterium crucifixionis Chriſti, quo ſenſu Paul. dixit ad Galat. 2. *Chriſto confixus ſum cruci*, & cap. 6. *Per Chriſtum mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*; ita vt neque Paulus ad mundum, [f] neque mundus ad Paulum accedere poſſit: quod clariùs expreſſit cum dixit, *Nemo mihi moleſtus ſit, ego enim ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti porto in corpore meo*, metaphora ſumpta ab homine crucifixo, qui quocunque ſe vertat, dolet; quaſi velit Paulus, Non eſt cur obiiciatis ea, quæ iucunda videntur, cum ea dolorem potiùs, [g] quàm voluptatem afferant crucifixo.

Pſal. 118.

[e] *Clauis igitur figendi ſenſus, ne animum à ſe faciant exulare,*

Cyril. Alex.

Iſai. 41.

Ad Galat. 2. & 6.

[f] *id eſt, crucifigendo.*

[g] *Cum dolorem potiùs afferāt quàm voluptatem quæ iucunda videntur.*

34. Quamuis autem ea mente fugitiua anima à ſenſibus extra ſe feratur, decepta imagine eorum, quæ læta videntur, cum tamen oon ſint; ad experiendam enim notitiam egreditur à Ioppe in Tharſis, id eſt, à viſione pulchrorum ad experiendam voluptatem eorundem, ſic enim Tharſis interpretatur, *Speculatio gaudij*, quemadmodum eam vocem interpretatur D. Hieron. *Iſai. 23. & Ezech. 27.* cum nihil minus inueniat anima [h] quam voluptatem in voluptatibus, quas falsò ſenſus externus ei obiicit. Id quod ſatis clarè oſtendit regius vates *in Pſalm.* 50. quando enim per oculos, & à Deo, & à ſe fugit, Vriæ vxoris pulchritudinem ſequutos, ſe voluptatem in ea voluptate non inueniſſe planè teſtatur, cum ait, *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui*; reſtitue mihi lætitiam, quam perdidi quærendo aliam vanam lætitiam, *& ſpiritu principali confirma me*, fulcitu me, & hanc labentem animam, gaudio, quale habent viri ſancti, cæterum enim aliud gaodium, gaudium non eſt; quemadmodum eum locum interpretatur Rabbi Dauid. Videndus item eſt Chryſoſt. *ſuper cap. 1. Geneſ.* eum pooderat ea verba Amus in cap. 6. *Ne qui venitis ad diem malum dormientes in lectulis eburneis, & laſciuientes in ſtratis ſuis, tunc*, ſubdit Chryſoſt. *quaſi ſtantia arbitrati ſunt, & non quaſi fugientia.* Pro quibus verbis noſtra vulgata habet, *& appropinquatis ſolio iniquitatis*; dum enim impii ſe gaudere putant, ad extremum iudicium appropinquant. Videndus item eſt Chryſoſt. *hom. 2. in 1. ad Timoth. & hom. 12.* Auguſt. *lib. 2. de ſermone Domini in monte, cap. 38. & 39.* & Seneca *lib. 3. epiſtol. epiſt. 23. Hoc ante omnia fac mi Lucili, diſce [i] gaudere, exiſtimas me detrahere tibi multas voluptates, qui fortuita ſubmoueo, qui ſpes (dulciſſima oblectamenta) deuitandas exiſtimo; imo contrà, nolo tibi vnquam deeſſe lætitiam, volo eam tibi domi naſci, naſcitur autem, ſi modò ſit intra te ipſum, cætera hilaritates adimplent pectus, ſed frontem remittunt, & leues ſunt*: & cætera, quæ proſequitur elegantiſſimè in hanc ſententiam. Videndus item eſt Philo lib. 2 legis allegor. *Si mentem ſubierit cogitatio de Deo, confeſtim accepta benedictione ſanatur ab omnibus infirmitatibus; at ſenſus ſemper dolet, gemitque, & cum doloribus triſtitiiſque*

Hieronym.

[h] *Nihil enim minus inuenit anima quàm voluptatē in voluptatibus.*

Pſal. 50.

Rab. Dauid.

Chryſoſt.

Amos 6.

Chryſoſt.

Auguſt.

Seneca.

[i] *Diſce gaudere.*

Philo.

COMMENTARII IN IONAM PROPHETAM.

PROPHETIA IONÆ.

Proœmium.

1. QVi hactenus ſequuti ſumus volantem aquilam, Ioannem dico Euangeliſtam, de laudibus diuinæ charitatis cæteris omnibus altiùs diſſerentem, nunc iam per immenſum pelagos, columbam fugientem proſequimur (ſic enim [a] Ionas interpretatur) ab ipſo profundo maris oppreſſam, & pene triduo ſepoltam in balænæ viſceribus; quod pelagos libentius enauigabimus, quoniam ſuperata tempeſtate tandem in littore Chriſtum Dominum à mortuis excitatum, inueniemus; ſic enim ipſe viuæ vocis oraculo de ſeipſo interpretatur hoc vaticinium *Matth.* 12. Neque alius melior ſui typi [b] interpres potuit eſſe, quàm ipſe, qui inſpirauit prophetas, & futuræ veritatis in ſeruis ſuis lineas anteſignauit. Ionas igitur ſuo naufragio Chriſti Domini paſſionem ſignificat, mundum ad pœnitentiam reuocat, & ſub nomine Niniue ſalutem gentibus annuntiat: vnde eleganter Auguſt. dixit *lib.* 18. *de ciuitate cap.* 30. Ionam non tam ſermone Chriſtum, quàm ſua [c] quadam paſſione prophetaſſe, apertiùs profectò, quàm ſi eius mortem, & reſurrectionem voce clamaſſet.

[a] Ionas interpretatur columba.

Matth. 12.

[b] Chriſtus Dominus interpres ſui typi in Iona.

Auguſt.

[c] Ionas non ſermone tantùm, ſed re ipſa Chriſti figura.

2. Bene tamen aduertit in proœmio huius operis D. Hieronym. ſudoris maximi eſſe totum hunc prophetam referre ad intelligentiam Saluatoris, quòd fugerit, quòd dormierit, quòd præcipitatus in mare ſit, quòd ſuſceptus à cete, quòd eiectus in littus pœnitentiam prædicauerit, quòd contriſtatus ob ſalutem vrbis, cucurbitæ ſit delectatus vmbraculo, quòd reprehenſus ſit à Deo, quòd maiorem curam habuerit herbæ virentis, & ex templo aridæ, quàm tantæ hominum multitudinis; neque enim in omnibus iis poſita eſt figura Chriſti, [d] ſed in illis tantùm, quæ ſibi conuenire dixit Chriſtus Dominus: cæteræ vel pertinent ad nudam hiſtoriam, vel ad ornatum, & ad apparatum figuræ. Rem geſtam adeo manifeſtè poſuit Ionas, vt iuſta ſit querela D. Hieron. qui in proœmio huius operis, ita habet: *Scio veteres Eccleſiaſticos, tam Græcos, quàm Latinos ſuper hoc libro multa dixiſſe, & tantis quæſtionibus, non tam aperuiſſe, quam obſcuraſſe ſententias, vt ipſa interpretatio eorum, opus habeat interpretatione, & multo incertior Lector recedat, quàm fuerat, antequam legeret.* Conſequens igitur eſt, vt [e] poſt ipſam hiſtoriam, quæ ſeſe ſtatim offert legentibus manifeſtè, proſequamur altiorem ſenſum, quàm in ſymbolo ſignificat, & poſtmodum ad noſtram eruditionem oſtendamus receſſum fugientis animæ à Deo: hoc enim docet hæc prophetia, animam profugam, & rebellem, eandémque à Deo comprehenſam, ac tandem ad Deum pœnitentia, & lachrymis reuerſam. Oſtendemus etiam, quæ fugæ cauſa fuerit, odium ne, an timor, an verò pudor Dei, has enim ſolas tres cauſas fugiendi poteſt habere anima à Deo, quemadmodum proſequitur Philo *in lib. de profugis.* Quæ verò pertinent ad tempus, quo hoc oraculum editum eſt: & ad parentes, è quibus natus creditur propheta Ionas, ſtatim in ipſo textu aperiemus, vbi parentem ſuum proprio nomine appellauit. Ne igitur maiori exordio vos detineam, rem, Deo fauente, iam aggredimur.

Hieron.

[d] In iis tantùm, quæ ſibi Chriſtus Dominus appropriauit.

Hieron.

[e] Diſcurſus, & ordo dicendorum.

Philo.

CAPVT PRIMVM.

Prophetiæ Textus.

ET factum eſt verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge, & vade in Niniuen ciuitatem grandem, & prædica in ea, quia aſcendit malitia eius coram me. Et ſurrexit Ionas, vt fugeret in Tharſis à facie Domini, & deſcendit in Ioppen, & inuenit nauim euntem in Tharſis, & dedit naulum eius, & deſcendit in eam, vt iret cum eis in Tharſis à facie Domini. Dominus autem miſit ventum

legiſlator Moyſes in rationali, quod in pectore geſtabat ſummus Sacerdos de collo ſuſpenſum aureis annulis ſcriptum erat hoc elogiu̇m: *veritas, & doctrina*, ſiue, *veritas, & reuelatio*: nihil enim ſacerdos reuelare debet, quod priùs in mente non habuerit: cohærere enim debent verba ſacerdotis cum mente ſacerdotis. Niſi forte & illud etiam placeat ex hac particula deducere, nihil [l] temerè loquendum eſſe, ſed id ſolùm, quod diu, multúmque cogitatum fuerit, nam *verbum temere emiſſum, redit per iugulum*, quemadmodum pulchrè dixit Seneca. Sunt huius rei ſymbolũ lapides pretioſi illi, qui de collo ſummi Sacerdotis aureis catenis vtrinque pendentes fulgebant; lapides enim, qui iactari ſolent, viles, ſunt, & pernicioſi plerunque, quales fuerunt illi quibus obrutus eſt Naboth Iſraëlita 3. *Reg.* 21. & Stephanus Leuita *Actor.* 7. pretioſa verba cum ratione [m] ſunt colligata; vilia, & pernicioſa temerè iactantur: illa decori ſunt, non aliter quàm gemma collo; hæc dedecori. Quare non immeritò Menander ea verba Chelonis ſapientis, quæ in foribus Delphici templi aureis literis deſcripta erant, *Noſce te ipſum*, ita interpretatur; *nihil temere aut dicendum, aut agendum eſt.*

[l] Sed nihil temerè loquendum.
Seneca.
3. Reg. 21.
Actor 7.
[m] Pretioſa enim verba cum ratione ſunt colligata.
Menand.

6. Nobis tamen non placet hoc in loco expoſitio Theophyl. neque enim particula, &, emphaſim [n] aliquam habet, ſed ornatus gratia apponitur more Hebræorum, apud quos redundat plerunque particula, &, quemadmodum teſtatur Origen. *hom.* 19. *in Num.* Auguſt. *Pſal.* 4. Euthym. *Ioan.* 7. Oecumen. *ad Rom.* 2. & rem tanquam certam Hieron. ſupponit hoc in loco; neque enim raro particula, &, ponitur in principiis librorum ſacrorum, vt patet in Exod. & Leuit. in Num. & in lib. Ioſue, in Ruth, & in omnibus libris Regum. Quod etiam vſitatum eſt apud prophanos Autores Hebræos: nam Ioſeph filius Gurionis principium quinque librorum ſuæ hiſtoriæ fecit particulam, &, ita enim incipit, *& factum eſt*; nullum igitur hoc in loco [o] myſterium habet particula, &, ſed redundat more Hebræo.

Theophyl.
[n] Emphaſim Theophylact. non probat Autor.
Origen.
Auguſt.
Euthym.
Hieron.
Ioſeph.
[o] Nullũ habet hic myſterium particula &, ſed ex Hebræo more redundat.

7. Si igitur ſequenda eſſet phraſis Hebraica, & non verbum ex verbo transferretur, ita potiùs transferendum eſſet hoc oraculum in noſtra vulgata editione: *Factum eſt verbum Domini ad Ionam Prophetam.* Quæ loquendi forma frequentiſſima eſt in ſacra Scriptura, & ſolemnis apud Prophetas ad ſignificandum alicui ſpiritum [p] propheticum fuiſſe communicatum, quemadmodum colligit D. Ambroſius ſuper illis verbis Luc. 3. *& factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem*: quibus verbis Baptiſta Propheta oſtenditur; nihil enim aliud eſt, quàm ei communicatam fuiſſe diuinam reuelationem; hoc enim ſignificant hæc verba, ſicut etiam oſtendit Cyril. Alexand. *ſuper Oſeam.* Cui expoſitioni ſuffragatur Chaldaica Paraphraſis, quæ ita prorſus habet ad hunc locum: *factum eſt verbum prophetia Domini.* Notandum tamen eſt idem eſſe *viſionem Dei*, & *verbum Domini*, vtrunque [q] enim ſignificat reuelationem diuinam, quemadmodum colligit D. Hieronym. *Iſai. in cap.* 1. & *in principio Abdiæ*; nanque Iſaias ita exorditur ſuum vaticinium, *viſio Iſaiæ*, & ſtatim addit, *audi cælum, & auribus percipe terra, quia Dominus locutus eſt*; nec enim viſa proponit videnda, ſed audita loquitur; & Abdias ita habet, *viſio Abdiæ, Hæc dixit Dominus ad Edom*; & Amos: *verba Amos, qui fuit in paſtoribus Tecue, quæ vidit ſuper Iſrael.* Idem igitur eſt *verbum Domini*, [r] *& viſio Domini*, ad ſignificandum diuinum ſpiritum datum fuiſſe alicui, quemadmodum hoc in loco datur Ionæ Prophetæ.

[p] Verbũ Domini factum eſſe idem eſt, atque ſpiritũ propheticum alicui fuiſſe communicatum.
Ambroſ.
Luc. 3.
Cyril. Alex.
Chald. Par.
[q] Verbum Domini idem eſt, atque reuelatio diuina,
Hieron.
Iſai 1.
Abdias.
Amos.
[r] & viſio Domini.

8. Docet autem hic locus, neminem niſi miſſum [s] poſſe officium docendi præſtare, quemadmodum oſtendit Paulus ad Rom. 10 *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* & ad Hebr. 5. *Nec quiſquam ſumat ſibi honorem, ſed qui vocatur eſt a Deo*: vnde congruenter D. Chryſoſt. *hom.* 10 *in Matth.* exiſtimauit hæc verba impoſuiſſe [t] præceptum Ionæ Prophetæ eundi ad prædicandum verbum Dei; iuſta enim eſt ea admiratio Platonis, quam habet *in* 2. *dialog de Repub.* vbi admiratur eos, qui volentes imperium, & magiſtratus ſuſcipiunt, & vltro aliorum malorum emendationem aggrediuntur; *nam omnis magiſtratus non ſibi vtilitatem parit, ſed ſubditis, ſi rectè adminiſtretur.* Platoni ſuffragatur Auguſt. lib. 19. de Ciuit. cap. 19. *Locus*, inquit, *ſuperior ſine quo populus regi non poteſt, etſi ita teneatur, & adminiſtretur vtiliter,* [u] *tamen indecenter appetitur.* Quam eandem ſententiam reperit ex Auguſtino, D. Proſper. *ſentent.* 66 *& lib.* 3. *de vita contemplatiua cap.* 28. In quam ſententiam videndus eſt Chryſoſt *hom.* 1. *ad Tit.* vbi diſputat, quatenus nobis liceat dignitates Eccleſiaſticas appetere. Vnde D. Paul. 1. *ad Tim.* 1. docet in principio naſcentis Eccleſiæ diuinas fieri ſolitas eſſe [x] reuelationes, quibus ad magiſtratus Eccleſiaſticos, viri Eccleſiaſtici electi oſtendebantur: quod ſignificant ea verba Pauli, *hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, ſecundùm præcedentes in te prophetias*; id eſt, ſecundùm diuinas reuelationes, ſeu viſiones, quæ tuam electionem in Epiſcopum præceſſerunt; ſolebant enim diuina declarari reuelatione Epiſcopi, quemadmodum eum locum notauit Chryſoſt. & Theophylact. Sic enim electus eſt Paulus in Apoſtolum *Actor* 13. vnde Euſeb. Cæſ. *lib.* 6. *cap.* 21. refert in ordinatione Fabiani ſummi Pontificis columbam fuiſſe cælitus delapſam; quo ſigno diuinum Oraculum oſtendebat ratam eam fuiſſe electionem. Quod argumentum etiam proſequitur Philo *in lib. de charitate, ſtatim in principio*, vbi oſtendit, non niſi diuina reuelatione Moyſem elegiſſe in Ducem populi Ioſue; hoc enim ita fieri ſolebat, *antequam ambitio pernicioſa ſacrilegij forma*, ſicut Cyprian. ait, in orat. de ieiuniis. & tentationibus, *nihil intentatum relinquit, in ſinu* [z] *enim ſacerdotum dormit, vbi ſub vmbra recubat, in ſecreto thalami ſe fraudulenter occultat, faxitque Deus, ne vnquam ad ea tempora veniamus, quorum iuſta eſt ea querela apud Plutarch. in vita Coriolan. non enim*, inquit, *dignitates argento, aut vllo corruptelarum genere tunc impertiebantur; diu ſiquidem poſt emptio, & venditio illa ſera prorepit, & inter concionis ſuffragia, ſe ſe argentum immiſcuit: hinc iudiciorum, hinc exercituum corruptela vnius dominio ſubuertit vrbem, auro captiua ſeruiunt arma, vt ſapienter dixiſſe videatur, qui Romanum populum ex eo tunc primum periiſſe inquit, qui primus epulum ei, largitionémque dedit.* Congruenter igitur Chryſoſt notauit hæc verba, *& factum eſt verbum Dei*, præceptum eundi impoſuiſſe Prophetæ; nec enim, niſi præcepto impoſito ad dignitates Eccleſiaſticas viri [a] ſancti accedunt, quod de ſe ipſo teſtatur Paulus 1. *ad Tim* 1. cum ait, *Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundùm imperium*

[s] Nemo niſi miſſus ad prædicandum procedat.
Rom. 10.
Hebr. 5.
Chryſoſt.
[t] Ionæ ad hoc impoſitũ fuit præceptum.
Plato.
Auguſt.
[u] Locus enim publicus licet decenter adminiſtretur, ſemper indecenter appetitur.
Proſper.
Chryſoſt.
1. ad Tim. 1.
[x] Vnde in principio naſcentis Eccleſiæ, non niſi per reuelationem Dei ad publica munia accedebatur.
Chryſoſt.
Theophyl.
Actor. 13
Euſeb. Cæſ.
Philo.
Cyprian.
[z] Sæpe factũ eſt, quandiu ambitio in ſinu non dormiret ſacerdotum.
Plutarch.
Chryſoſt.
[a] Ideo viri ſancti nõ niſi præcepto impoſito ad dignitates accedunt.
1. Tim. 1.

perium Dei ſaluatoris noſtri;id eſt,ſecundùm præceptum,ita enim ſonat textus Græcus;quaſi velit Paulus,ſe nunquam officium legati,ſiue Apoſtoli feciſſe, niſi illud munus ſibi iniunctum eſſet à Deo,idque ſub præcepto.

9. Secundum, quod colligitur ex hoc loco,illud eſt,abſurdum planè eſſe,velle [b] aliquem alios docere,priuſquam à Deo edoctus ſit;quod aduertit Bernard. *ſerm.* 18. *ſuper Cantic.* cum explicat ea verba ſponſæ,*Oleum effuſum nomen tuum;Cauendum*,inquit, *certè eſt,aut dare ,quod nobis accepimus , aut quod erogandum accepimus retinere; quamobrem ſi ſapis,concham* [c] *te exhibebis, non canalem,hic ſiquidem pene ſcilicet, & recipit , & refundit;illa verò donec impleatur,expectat,& ſi quod ſuperabundat, ſine ſuo damno communicat.* Quod Salomon dixit in Prouerb.cap.29. *Stultus profert totum ſpiritum ſuum ſimul;ſapiens reſeruat in poſterum:tanta tamen charitatis ſunt , per quos nobis fluenta cæleſtia emanant , vt ante effundere , quàm infundi velint ; loqui , quàm audire paratiores , & prompti docere,quod non audierunt.*

[b] *Abſurdum eſt,quod edocere velit alios, qui à Deo edoctus non eſt.*
Bernard. Cantic. 5.
[c] *Concham te exhibeas non canalem.*
Prouerb. 29.

10. Si quis autem obiiciat,*Charitas*,vt loquit Paulus 1.Corinth. 13. *non quærit , quæ ſua ſunt.* Cui obiectioni reſpondit Bernard *non quærit charitas, quæ ſua ſunt , quia ei non deſunt , ſed etiam abundant : vult* [d] *enim charitas ſibi abundare,quæ poſſit aliis omnibus communicare ; ſeruat ſibi , quantum ſufficiat , vt nulli deficiat ; alioquin ſi plena non eſt, perfecta non eſt. Cæterùm tu frater , cui firma ſatis propria ſalus nondum eſt, cui charitas aut nulla eſt, aut adeo tenera,& arundinea,vt omni flatui cedat, diſce non niſi de pleno effundere,ne Deo largior eſſe velis,concha imitetur fontem ; non manat ille in riuum,neque in lacum extenditur, donec ſuis ſatietur aquis.* Similia habet Bernard. *in ſerm. de Ioanne Baptiſta,& lucerna ardente*,vbi ait,*lucere, vanum eſt,ardere tantum,parum eſt;ardere , & lucere perfectum eſt.* Id quod ponderat D. Bernard. Eccleſiaſt.27. *Sapiens permanet vt ſol , ſtultus autem vt Luna mutatur ; ſol enim non ſplendet ſine feruore,& cum feruet acriùs,lucidior oculis exhibetur : ſtultum* [e] *eſt enim lucere,& non ardere,* quod de Ioanne Baptiſta dictum eſt *Ioan.* 5. *Ille erat lucerna lucens , & ardens.* Sic igitur vir diuinus Ionas miſſus eſt à Deo,plenus ſcilicet diuino lumine,vt ſic aliis lucere poſſit.

1.Cor.13.
Bernard.
[d] *Vult enim charitas ſibi abũdare, quæ poſſit aliis cõmunicare.*
Idem.
Idem.
Eccl.27.
[e] *Stultum eſt enim lucere, & non ardere.*
Ioan.5.

§. II.

Quisnam fuerit iſte propheta , quámque accommodatum ad prædicationis munus nomen habuerit?

11. *Ad Ionam filium Amathi.* } Mirificus propheta fuit Ionas,pluresque [f] alias edidit prophetias, quàm hanc , vt conſtat ex lib. 4. Reg.n. 14 *anno.* 15. *Amaziæ filij Ioas Regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas Regis Iſrael in Samaria,ipſe reſtituit terminos Iſrael ab introitu Emath vſque ad mare ſolitudinis,iuxta ſermonem Domini Dei Iſrael , quem locutus eſt per ſeruum ſuum Ionam filium Amathi prophetam , qui erat de Geth, quæ eſt in Ophtih.* cum quibus non video quo pacto cohæreat ea traditio Rabbinorum,cuius meminit D. Hieron. *in prologo ſuper Ionam* , præter alios pleroſque interpretes ſacros;*tradunt*,inquit Hieronym. *Hebræi , hunc Ionam eſſe filium viduæ* [g] *Sareptanæ,quem Elias propheta mortuum ſuſcitauit,matre poſtea dicente ad eum;nunc cognoui, quia vir Dei es , & verbum Dei in ore tuo eſt veritas, atque ob hanc cauſam ſic appellatum fuiſſe puerum , Amathi enim in noſtra lingua veritatem ſonat;ex eo enim , quod verum Elias locutus eſt , ille puer,qui ſuſcitatus eſt , filius* [h] *veritatis eſt dictus.* Verùm D.Hieronymus,quamuis traditionem referat,nec impugnet , ſtatim oſtendit Ionam Getheum eſſe,& Hebræum;proindeque non placet dicere,hunc prophetam fuiſſe gentilem,cum traditio Hebræorum non poſſit euertere veritatem ſacræ Scripturæ aſſerentis *in lib.* 4. *Reg.* eum [i] Hebræum eſſe.

[f] *Ionas plures edidit prophetias.*
4.Reg.14.
Hieron.
[g] *Ionam tradunt Rabbini filium viduæ Sareptanæ.*
[h] *Et filium Amathi, id eſt veritatis, dictum.*
[i] *Sed re vera Hebræus fuit Ionas,*

Floruit autem Ionas temporibus Amaziæ [l] filij Ioas Regis Iuda, qua tempeſtate refert Hieronym.in principio Oſeæ.Vaticinatus eſt Oſeas, Ioel,Amos,& Abdias ; quo eodem tempore oracula edebat Iſaias,quemadmodum aſſerit D.Hieronym. ex traditione Hebræorum *in præfatione ſuper Ionam* , cui ſuffragatur Auguſt. *lib.* 18. *de Ciuitate,cap.*27.atque Theophylact.hoc in loco, Clemens Alexand. *lib.* 1.*ſtromat.* Euſeb. Cæſar.*in Chronica,* & *lib.* 10. *de præparatione Euangelica, cap. vltimo.* 12.

[l] *Floruitque temporibus Amaſiæ Regis Iuda.*
Hieron.
Auguſt.
Clem. Alex.
Euſ. Cæſar.

Rectè autem , vt ex hoc quoque nomine aliquid colligamus , notauit D. Hieronym. *Ionam*, columbam,[m] ſiue dolentem ſignificare,vtruoque enim ſonat nomen Hebræum , quæ quamuis ille, ad Chriſtum Dominum referenda putet , placuit etiam,vt hæc referantur ad eas partes,quas is debet habere,qui officium vaticinandi, ſiue docendi accepit;neceſſum enim eſt habeat vitæ ſimplicitatem, ſiue innocentiam columbinam , & cum [n] innocentia luctui potius, quàm plauſui accommodatam orationem : quorum primum oſtendit Philo in lib. *Quòd deterior potiori inſidiari ſoleat*, vbi ita habet , *fertur in quadam ciuitate optimè conſtituta hunc eſſe morem,vt quoties aliquis impura vita ſententiam vult proferre ad ſenatum,vel ad populum,non ſinatur per ſeipſum hoc facere , ſed à magiſtratu cogatur apud aliquem honeſtum virum eam ſententiam deponere:*vnde rectè Seneca *in lib.* 1.*controuerſ.*oratorem ita definit, *Orator* [o] *eſt vir bonus , docendi peritus :* amplificat hunc locum Philo in lib.*quòd Deus ſit immutabilis*, cum ponderat id,quod ſacra Scriptura habet,quod ingreſſus ſacerdos in domum Leproſi eam immundam reddebat , & tunc Moyſes dixit , corruptam eſſe omnem terram , cum iuſtum oſtendit eſſe Noe; talis enim virorum ſacrorum debet eſſe innocentia, vt ad eius præſentiam tanquam ad lucernam appareant vel minima vitia populi : vnde merito Origenes,ſicut refert Epiph.*in hæreſ.Origeniſtar.* cum in concione explicaſſet ea verba Pſalm. 49. *Peccatori autem dixit Deus , quare tu enarras iuſtitias meas , & aſſumis teſtamentum meum per os tuum ?* Complicato libro è concione diſceſſit,ac miſerè eiulare cœpit recordatus ſe Alexandriæ vi perſecutionis adactum fuiſſe ad grana thuris Diis gentium offerenda : innocentiam igitur habeat neceſſe eſt is,qui alios docere inſtituit. 13.

[m] *Ionas , columba , ſiue dolens.*
Hieron.
[n] *Vt cum innocentia vita luctus potius, quàm plauſus accommodetur oratio prædicatoris.*
Philo.
[o] *Orator enim eſt vir bonus, docendi peritus.*
Seneca.
Philo.
Origen.
Epiphan.
Pſalm.49.

Quòd autem accommodata debeat moribus eſſe oratio , pulchrè oſtendit Bernard. *ſerm.* 59. cum ait , *Illius doctoris libenter audio vocem , qui non ſibi plauſum,* [p] *ſed mihi planctum mouet;* quem locum proſequitur Auguſtin. *lib.* 4. *de doctrina Chriſtiana,cap.* 25. cum ait,de mouendis affectibus,*cum apud Cæſaream Mauritaneam eſſem , videremque pugnam ciuilem inſtitus pro ludo , tunc* 14.

Bernard.
[p] *Prædicator verò optimus qui non ſibi plauſum, ſed mihi planctũ mouet.*

grauiter,

grauiter, quantum valui, vt tam crudele, ac inueteratum malum de cordibus eorum euellerem dicendo, non tamen me egiſſe aliquid putaui, cum eos audiſſem clamantes, ſed cum flentes, à clamoribus enim ſe delectari, & doceri tantum; & à lachrymis permoueri, ſeu flecti indicabant: grande [q] nanque dicendi genus, plerunque voces premit, ſed lachrymas exprimit. In quam ſententiam videndus eſt Chryſoſtom. tom. 5. hom. 35. *Hoc*, inquit, *Eccleſias Dei ſubuertit, quoniam nec vos ſermonem audire quæritis compunctiuum, ſed potius, quod delectari ſono valeat per bonam compoſitionem, tanquam citharœdos audientes; & nos ſimiliter, & ærumnosè facientes veſtras ſequimur complacentias, & concupiſcentias, cum eas deberemus excidere.* Videndus eſt idem Chryſoſt. *lib. 5. de ſacerdotio in principio*, & Ariſtotel. *lib.* 10. *Ethicor. cap.* 2. eum ita habet: *Quid igitur ſperandum eſt* [r] *à talibus magiſtris, qui iuxta deſiderium*, id eſt, concupiſcentias, *auditorum ad magiſtrorum gradum promoti ſunt, potius quàm ſuis meritis?* Vnde congruenter *in Cantic. cap.* 5. poſtquam cætera omnia laudauit ſponſa in ſponſo ſuo, qui ſibi maximè placebat, illud vnum addidit, *labia eius lilia diſtillantia myrrham primam*; cum vita enim oſtendit congruere orationem, quemadmodum pulchrè oſtendit Niſſen. *orat.* 14. *in Cantic.* quibus addenda ſunt ea, quæ habet eo in loco Theodor. propterea dicens, labia ſponſi fuiſſe aſſimilata liliis, quia per ſe ſplendent diuini ſermones, licet humani ornamenti nihil habeant, quemadmodum lilia, quæ ſponte ſua naſcuntur in agris, & ſine vlla opera humana creſcunt, & augentur; non enim plauſus quærendus eſt, & ornatus in ſermonibus, ſed planctus: vtrunque igitur nomen Ionæ ſignificat, & vitæ innocentiam, & orationem dolentem.

[q] *Grande nanque dicendi genus lachrymas exprimit.*
Chryſoſt.
Ariſtot.
[r] *Quid ſperandu à magiſtris ſecundùm deſiderium auditorum loquentibus.*
Cant. 5.
Niſſen.
Theodoret.

§. III.

Neſcit tarda molimina diuina pietas in procuranda hominum ſalute.

15. *Surge, & vade.* VEl potiùs *vade, age*: quæ forma loquendi frequentiſſima eſt apud eos, qui celeriter præparatus volunt habere miniſtros ſuorum mandatorum: qualis eſt illud Poëtæ apud Æneidas, cum ſic Iuppiter alloquitur Mercurium, quem Cæli legatum fabulabantur.

Vade, age Nate, voca zephyros, & labere pennis.
Quo loquendi modo vtitur Lucas, *Actor.* 10. cum diuinum oraculum ita dixit D. Petro: *Surge itaque, & deſcende, & vade*: quamuis autem Deus tam celeres velit habere [s] miniſtros in iis, quæ pertinent ad hominum ſalutem, ſemper tamen eius miſericordia velocior eſt, quemadmodum notauit Guarricus Abb. elegantiſſimè *in ſerm. de prodigo*, & ante eum Bernard. *ſerm. 3. ſuper Miſſus eſt*, vbi ponderat ea verba Angeli, *Dominus tecum, ita ne velocior Angelo ſuit Deus, vt feſtinante nuntio, velocius ipſe* [t] *peruenerit à tergo.* In quam ſententiam videndus eſt idem Bernard. *in ſerm. de Conuerſione Pauli*, vbi notauit ea verba Actor. 9. *Subito lux de cælo circumfulſit eum*, *ô verè*, inquit Bernard. *ineſtimabilis diuinæ pietatis dignatio, illuſtrat cæleſti fulgore vel à foris, intus adhuc luminis incapacem, qui nec dum infundi poterat, diuina ſaltem circumfunditur claritate.* Hu-

Gabr. à Coſta in Threnos Ieremiæ.

Virgilius.
Actor. 10.
[s] *Quàm celeres vult Deus habere miniſtros ad ſalutem animarũ procurãdam.*
Guar. Abb.
Bernard.
[t] *Ad quam feſtinante nuntio, velocius ipſe peruenerit.*
Idem.
Actor. 9.

ius autem ſuæ celeritatis, celeres quoque voluit Deus miniſtros habere; quæ fuit ratio cur [u] alatos Angelos effingat ſacra Scriptura, quemadmodum docet Dionyſius Areopag. *de Eccleſiaſt. Hierarch. cap.* 4. vt ſignificaret Angelicam celeritatem, & diligentiam in exequendis diuinis mandatis; quæ fuit ratio, cur à Græcis alatus colatur Ioannes Baptiſta, [x] quemadmodum refert Chryſoſtom *hom. 30 de incomprehenſibili Dei natura.* Quam celeritatem ſatis ſignificant ea verba *Pſalm.* 103. *Qui facis Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem vrentem*: quibus verbis Dei legati, ſiue miniſtri aſſimilantur iis rebus, quæ natura ſua velociſſimæ ſunt, cuiuſmodi ſunt fulgura, & venti, quemadmodum ad eum locum notaſſe videtur Paraphraſtes Chaldæus, ita enim vertit, *Qui facit Angelos ſuos veloces ſicut ventos*, ſunt enim Dei miniſtri velociſſimi, non ſegniùs volantes, quàm venti, aut fulgura ipſa; vnde pulchrè Ezech. *in cap.* 5. loquens de Dei miniſtris, quos Seraphinos vocat, dixit eos deuolaſſe *ad inſtar fulguris*, [z] nec ſatis habuit dixiſſe *ad inſtar fulguris*, ſed addidit, *coruſcantis*, vt incredibilem eorum celeritatem in exequendis diuinis mandatis exprimeret, quamuis fulgura accendantur, ſemper tamen aliqua temporis mora interponitur, qua ignis poſſit materiam ſuperare; coruſcante autem poſſunt vno, & eodem temporis puncto per vniuerſam aëris regionem, ita enim curſum ſuum excitabant, vt ardiſſe fulgura, vel potiùs affulſiſſe iudicares: tales enim decet eſſe obedientiæ miniſtros, *neque enim eos Deus*, ſicut ait imperfectus Chryſoſt. *ad diſſenſionem, ſed ad honorem ſuum creauit, nec iudices eos voluit eſſe actuum ſuorum, ſed ſeruos* [a] *præceptorum ſuorum.* In quam ſententiam videndus eſt Gregor. Magn. lib. 2. in lib. Reg. cap. 3. *Vera obedientia, neque præceptorum intentionem diſcutit, neque præcepta diſcernit, neſcit iudicare quiſquis perfectè didicerit obedire, præceptum in hoc penſare debet, quod maioris eſt*: quod pulchrè proſequitur Bernard. *in ſerm. de conuerſ. Pauli*, cum ponderat, & laudat ea verba Pauli, *Domine quid me vis facere? hoc verbum*, inquit Bernard. *breue, ſed efficax, ſed dignum omni acceptione; quàm pauci inueniuntur in hac perfecta obedientiæ forma, qui ſuam ita abiecerint voluntatem, vt neque ipſum cor proprium habeant*; quod etiam dixit Caſſian. *lib. 4. de Inſtitutis Cœnobitarum*, cum veros obedientes crucifixos appellat; qui enim crucifixus eſt, non ſolùm non ambulat, quò vult, neque facit quod vult, ſed ab alio moueatur neceſſe eſt, quam ſi propheta Ionas obedientiam habuiſſet, nunquam profugus aufugiſſet *à facie Domini in Tharſis.*

[u] *Ob hanc celeritatem alati finguntur Angeli.*
Areopag.
[x] *Alatus & Baptiſta à Græcis pingitur.*
Chryſoſt.
Pſalm. 103.
Par. Chald.
Ezech. 5.
[z] *Deuolat enim Dei miniſter ad inſtar fulguris coruſcantis.*
Imperfectus.
[a] *In quo vera obedientia forma praſcribitur.*
Greg. Mag.
Bernard.
Caſſianus.

§. IV.

Origo Niniue monſtratur, ad quam veluti ad mundi figuram in Iona Filius Dei deſcendit.

In Niniuen ciuitatem magnam. DE amplitudine huius vrbis dicemus *in cap.* 3. vbi Ionas eius deſcribit vaſtitatem; nunc ſatis ſit dixiſſe de eius authore, & quo tempore floruerit, & qua in orbis parte fuerit fundata. Niniue igitur, quam Plinius *lib. 6. Natur. hiſtor.* Strabo *lib.* 16. *in principio*, Ptolemæus. *lib. 6. Geograph. c.* 1. referunt, Ninus dicta eſt, primæque Monarchiæ 16.

Plinius.
Strabo
Ptolemæus.

RR Aſſyriorum

[b] *Niniue Aſſyriorum Monarchia caput fundata à Nino, qui & Aſſur* [c] *& nepos Noe per Cham ſecundum aliquos.*

Aſſyriorum caput fuit ad Tygrim fluuium [b] fundata à Nino Semiramis coniuge primo Aſſyriorum Rege, qui etiam Aſſur vocatus eſt. Non deſunt aliqui ex recentioribus, qui velint hunc Aſſur non eſſe nepotem Noe ex Sem, ſed pronepotem [c] Noe ex Cham, qui Regnum Babyloniæ fundauerat, atque ita intelligunt ea verba *Gen.* 10. *De terra illa egreſſus eſt Aſſur, qui ædificauit Niniuem*; quaſi hic Aſſur fuerit vnus ex filiis Nembroth, qui Babyloniã fundauerat, indéque egreſſus occupauerit omnem Aſſyriam, cuius autor alius Aſſur filius Sem, quemadmodum dicitur in eodem cap. 16. *Geneſ.* Huius autem opinionis hoc eſt fundamentum primum, quia ſicut habet Euſeb. *in ſua Chronic.* regnante hoc Nino In in Aſſyria, natus eſt Abraham; credibile autem non eſt viuere potuiſſe eo tempore nepotem Noe ex Sem, quia à diluuio vſque ad Abraham enumerantur anni 293. vt intelligitur ex *cap. Gen.* 11. Secundum autem fundamentum illud eſt, quia ille Aſſur, qui *Geneſ.* 10. dicitur *egreſſus de terra Sennaar*, qui etiam ædificauit Niniuem, atque etiam alias vrbes finitimas, non eſt ita dictus nomine proprio, ſed potiùs patronymico, ab ea terra ſcilicet, in qua primus imperium habuit, ſicut Cæſares appellantur Romani Imperatores: Perſarum verò Cyri: hic autem ex Noe ortus eſt per Cham: is autem Aſſur, cuius meminit etiam Moyſes *Geneſ.* 10. *in fine*, ex Sem ortus eſt, & Aſſyrios de ſuo nomine appellauit. Quanuis autem hæc vera videantur, magis placet ſententia D. Hieronym. *in quæſtionibus Hebraicis*, cuius priùs Autor fuerat Ioſephus *lib.* 1. *antiq. cap.* 13. & poſt eos apertiſſimè Auguſt. lib. 16. de Ciuit. cap. 3. *de progenie*, inquit, *Sem exorti ſunt*, [d] *qui poſtea regnum Nembroth, & alias Ciuitates condiderunt, quarum vna eſt à Nino appellata Niniue, qui etiam Aſſur dictus eſt.* Hæc autem ſententia magis quadrat cum ſacra Scriptura, quanuis alia ſua non careat probabilitate.

Geneſ. 10. — Euſeb. — Geneſ. 10. — Hieron. — Ioſephus. — Auguſt.

[d] *Sed meliùs dicitur de progenie fuiſſe Sem.*

17\. Hieron. Theodoret. Remigius.

Hieronymus autem hoc in loco, cui ſuffragatur Theodoret. & D. Remigius, omnino ad hunc locum voluit Niniuem ciuitatem magnam adumbraſſe vniuerſum Orbem: Niniue enim pulchram [e] ſignificat, mundo autem nihil pulchrius oculis corporeis, vnde ab ornatu nomen accepit Κόσμος: cùm ergo Deus quaſi quandam pulcherrimam domum ſeruituro ſibi homini extruxerit, deprauatus eſt homo propria voluntate, & extructa turre ſuperbiæ, meretur ad ſe deſcendentem [f] filium Dei, vt per pœnitentiæ ruinam conſcendat ad cælum, qui per tumorem ſuperbiæ non potuit, vult enim Hieronym. hæc etiam pertinere ad figuram Chriſti.

[e] *Niniue mundi figura quia pulchra dicitur,*

[f] *Ad quam deſcendens filius Dei per pœnitentiam reparauit.*

§. V.

Quàm non ſit perſonarum acceptor Deus, qui omnes vbique locorum ad ſalutem & pœnitentiam prouocat.

18\. *Et prædica in ea.* VErbum, *prædicare*, quo hoc in loco vtitur vulgatus Interpres, apud Hebræos clamare [g] potiùs ſignificat, quàm prædicare, quod idem habetur apud Iſai. in cap. 18. *Clama, ne ceſſes, & quaſi tuba exalta vocem tuam*, quod LXX. Interpretes magis expreſſerunt, vertentes ad hunc locum, *clama in morem præconis*; clamare autem iubetur excidium totius vrbis, ſicut patebit *in cap.* 3. Ex quo loco duo colliguntur, & Dei clementia oſtenditur, qua vult omnes homines ſaluos fieri, neque eſt alicui Prouinciæ alligata, [h] ſed per totum effunditur Orbem: & miſer etiam ſtatus peccatorum declaratur, à quo non niſi præconis voce excitari potuerunt, cùm tamen eorum malitia, ſiue clamor, ad ipſum etiam ſupremum cælum iam peruenerit. Quod igitur ad primum attinet, Theodoret. *in præfatione ſuper Ionam*, docet hanc Ionæ legationem in Niniuem, Dei clementiam communem in omnes homines oſtendiſſe; neque enim Deus haberi voluit Deus tantùm Hebræorum [i] cum totius naturæ Deus ſit, atque omnium hominum. Si enim Ageſilao mulctam dixerunt Spartani adiuncto elogio, quod blanditiis, & beneficiis communes ſibi ciues proprios redderet, quemadmodum teſtatur Plutarch. in lib. de Pietate in fratres, *Ageſilaus enim munuſcula mittere ſolebat recenter creatis magiſtratibus, quo eos ſibi proprios, & non publicos redderet.* Quo pacto ferendus eſſet Deus non communis, [l] ſed peculiaris alicuius tantùm gentis? Hoc igitur ſignificare voluit Deus cum Ionam Prophetam mittit ad prædicandum non Hebræis, ſed potiùs Niniuitis, vt ſic Deus oſtendat, ſe communem eſſe omnium Gentium, quemadmodum enim Deus Hebræorum rerum curam habens, non ad vnunquenque ex plebe, quid agendum eſſet, quidve fugiendum dicebat, ſed vnum aliquem optimum ex omnibus ſeligebat, nunc quidem Moyſem, nunc Ieſum filium Naue, & interdum Samuelem, Eliam, atque alios ſimiles viros, & per vnunquenque eorum leges ferens, & miracula edens adducebat totum populum Hebræum ad ſalutem: ſic prorſus Hebræum populum ex omnibus gentibus elegit, [m] per quem cæteris omnibus hominibus, ſuam in omnes clementiam oſtenderet; neque enim Deus Hebræorum tantùm fuit, ſed Hebræis primùm reuelatus eſt, vt inde effunderetur in omnes Dei notitia. Id quod ſignificare volunt ea verba Oſeæ *in cap.* 9. quemadmodum teſtatur Theodoret. tum in præfatione Ionæ, tum etiam in expoſitione Oſeæ; ſic enim habet diuinum Oraculum in eo loco: *Speculator Ephraim cum Deo meo, Propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius*, quaſi ſit in his verbis iuſta Dei querela in populum Hebræum, quem Deus elegerat in prophetam totius Orbis, vt omnes per eum Dei prouidentiam cognoſcerent: Hebræus autem populus, qui conſtitutus fuerat Propheta omnium gentium [n] ſua impietate, & Idololatria factus eſt omnibus laqueus: hæc eadem fuit ratio cur in liberando populo ab Ægypto tot ſit vſus miraculis Deus; ſic enim & amorem in populum electum oſtendit, & prouidentiam ſuam ſignificauit in omnes gentes, vt conſtat ex illis verbis Raab meretricis *Ioſue in cap.* 2. quæ dicta ſunt ad exploratores Ioſue: *Irruit in nos terror veſter, audiuimus enim quod ſiccauerit aquas Deus maris rubri ad veſtrum introitum, & tranſmiſit vos, quod Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus in cælo ſurſum, & in terra deorſum.* Sic apud Babylonios, cum Danielem leonibus traditum ſeruauit, & pueros à flamma ignis eripuit, ſuperbũ Regem terruit, & per Regem vniuerſam Aſſyriam docuit, Deum Iſraelis verum Deum eſſe, & communem omnium Gentium. Hæc ergo fuit cauſa cur

[g] *Prædicare his idem atque clamare magna voce.* LXX. Interp.

[h] *Dei clementia nulli Prouinciæ alligata per totum orbem diffunditur.* Theodor.

[i] *Neque enim haberi voluit Deus tantùm Hebræorum cum totius naturæ ſit Dominus.* Plutarch.

[l] *Qui enim ferendus eſſet Deus non communis, ſed peculiaris?*

[m] *Sed Hebræum populum elegit Deus ex omnibus gentibus, per quem in omnes homines ſuam clementiam deriuaret.* Theodor. Oſeæ. 9.

[n] *Qui tamen ſua impietate factus hominibus gentibus laqueus.*

Ioſue 2.

cur Hebræus Ionas à Iudæa in Aſſyriam miſſus [o] fuerit ad prædicandum, vt ea prouidentia Deus oſtenderetur communis omnium Gentium, non verò proprius & peculiaris Deus tantùm Hebræorum.

[o] *Propterea Ionas miſſus eſt à Iudæa in Aſſyriam.*

19. Cùm autem in morem præconis clamare iubetur, ſignificare voluit diuinum Oraculum Niniuitas non eſſe blandis vocibus mulcendos, ſed [p] clamoribus, & terroribus feriendos, equos enim vocis concentibus nullo modo mouebis, qui tubæ ſonitu, & bellico ſtrepitu, ac vociferatione concitantur: homines etiam belluis, quàm hominibus ſimiliores, non tam rerum cæleſtium ſuauitate delinitos, quàm minarum acerbitate perterritos mouebis. In quam ſententiam videtur adducendus ille locus *Pſalm.* 28. in quo de efficacia verbi Dei agitur, & de conuerſione gentium teſte Auguſtino, & Hieronymo; arbores enim proceræ, & annoſæ, quales erant Ciues Niniuitæ, magno erant verborum impetu, ſeu potiùs tonitru mouendæ; tales enim de cælo tactas deſcribit regius vates altiſſimas cedros Libani, cum dixit, *vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani, & comminuet eas tanquam vitulum Libani*, id eſt, ſuo tonitru ſternet profundiſſimè fixas cedros, idque cum ſumma facilitate; quantumcunque enim firmæ, & fixæ ſint, molles, & teneræ redduntur ad inſtar vitulorum in Libano paſcentium, ſeu vt Hieronym. intelligit, diſperget eas, tanquam vitulum Libani, id eſt, non aliter, quàm ſi eſſent vituli in Libano ſalientes, fugientes, & laſciuientes; tunc ſenſus eſt, Videre mihi videor cedros Libani audito tonitru confringi, atque excoti, quemadmodum vituli in montibus ſaltitare ſolent, hoc eſt, homines ipſo robore duriores Deo tonante, & cæleſtis doctrinæ clamore permouente [q] frangi, redditque pullis animalium tenerrimis molliores. Quæ fuit ratio, cur clamare iubeatur Ionas ad Niniuitas: & Iſaias 42. de popularibus ſuis Hebræis ita habet: *Surdi audite.* Qua de re videndus eſt Plutarch. *in lib. de auditione*, cum ita habet, *vnica virtutis anſa aures ſunt.* Quod argumentum proſequitur latiſſimè Chryſoſt. *tom. 5. hom. 3. de incomprehenſibili Dei natura*: latiùs multo D. Bernard. *ſerm. 29. ſuper Cantica.*

[p] *Peccatores non blandis vocibus mulcendi, ſed clamoribus feriendi.*

Pſal. 28.

Auguſt. Hieron.

[q] *Sic enim & ipſo robore duriores animi molles redduntur.*

Iſai 42.

Plutarch.

Chryſoſt.

Bernard.

§. VI.

Non deſcendit Deus ad vindictam niſi importunis malitiæ clamoribus prouocatus.

20. *Quia aſcendit malitia eius coram me.*

QVod autem Ionas addidit, *quia aſcendit malitia eius coram me*, amplificat maximè ſcelera Niniuitarum, quæ Deum nihil minùs cogitantem, quàm de pœna, in eorum [r] vindictam excitarunt, ſicut ipſe Deus conqueritur *in Pſal.* cum dixit, *doloſè egit in conſpectu meo, vt inueniatur iniquitas eius ad odium.* In quibus verbis latet metaphora hominis diſſimulantis ſe iniurias videre, contumelias audire, ne cogatur eas vlciſci, cogente tamen vel multitudine, vel excitante clamore, neceſſe eſt, vt eas vlciſcatur Deus, qui natura ſua tardus eſt ad vindictam, quemadmodum elegantiſſimè videtur oſtendere regius vates *in Pſalm.* 105. vbi Deus cunctandi [s] cauſas videtur quærere, ne populum puniat, *dixit, vt diſperderet eos, ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in conſpectu eius*, id eſt, pœnas dediſſent, niſi ſe obuium, quaſi armatum obtuliſſet in ipſa murorum ruina electus Moyſes, quaſi verò Deo oppoſitus ſit aliquis murus; Deus tamen ne puniat, nullum non obſtaculum ſibi oppoſitum eſſe vult; *cunctatur enim tarda cum ſit numinis natura ad pœnas*, quemadmodum dixit Euripides apud Plutarch. *in lib. de ſera numinis vindicta*; qui locus omnino videndus eſt. Cum igitur diuinum Oraculum dixit, clamorem impietatis Niniuitarum ad cælum vſque perueniſſe, ſignificare voluit, importuna eorundem peccata, tardam Dei [t] naturam, in vindictam quodammodo excitaſſe. Quod autem vulgatus Interpres dixit, *aſcendit malitia eius coram me*, amplificat maximè magnitudinem iniquitatis ex eo, quia in conſpectu Dei facta dicitur; habet enim peculiarem rationem malitiæ in conſpectu Dei [u] peccaſſe, imò in hoc ſolùm vniuerſa malitia peccatorum poſita videtur, ſicut notaſſe videtur prodigus cum dixit, *Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam: Pater peccaui in cælum, & coram te.* Sic ſimiliter regius vates *in Pſalm.* 50. dixit, *tibi ſoli peccaui*, cùm in Vriam etiam peccaſſet, & in vniuerſum populum, in Deum ſe ſolum peccare dixit, *quia malum coram te feci*; ſic enim interpretanda eſt particula, *&*, vt potiùs rationem reddat facti, ſicut plerunque ſolet, quàm exerceat officium coniunctionis: hoc etiam voluit ea mulier peccatrix, *ſtans retro ſecus pedes Domini*; *puduit enim eam*, ſicut eleganter docuit Chryſologus, *eius faciem videre, in cuius præſentia peccauerat*: hoc enim perpetuò ſignificat in Scriptura ſacra, *coram me*: vtrunque igitur facit hic locus, & importunos peccatorum clamores oſtendit, quibus Deus nihil minus volens excitatur in vindictam; & magnitudinem iniquitatis amplificat, cum dicit, in conſpectu diuino commiſſam eſſe.

[r] *Grandis malitia Deū nihil minùs cogitantem excitat ad vindictam.*

Pſal. 105.

[s] *Deus enim ad vindictā cunctādi orationes videtur quærere.*

Plutarch.

[t] *Sed tardā Dei naturam in vindictā, importuna malitia prouocat.*

[u] *Dum in cōſpectu Dei peccare non deſiſtit.*

Pſal. 50.

Chryſolog.

TRACTATVS II.

De verbis illis: *Et ſurrexit Ionas vt fugeret in Tharſis à facie Domini, & deſcendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharſis, & dedit naulum eius, & deſcendit in eam, vt iret cum eis in Tharſis à facie Domini.* Siue, *De fuga Ionæ à facie Domini.*

§. I.

Amor Patriæ, & propriæ exiſtimationis iactura, Ionæ fugam pepererunt.

Et ſurrexit Ionas, vt fugeret.

LIBVIT in principio huius tractatus, cauſas inquirere, quas Ionas 21.

propheta habere potuit fugiendi à facie Dei: cum tamen non ignorauerit Dei prouidentiam, & immenſitatem, ſecundùm quam vbique locorum eſt. Hieronymus igitur hoc in loco exiſtimat charitatem [a] patriæ fuiſſe in cauſa, quæ omnes omnium charitates complexa eſt. In quam ſententiam videndus eſt Curtius *in lib. 4. de rebus ab Alexandro geſtis*, cum aſſerit fugientem Darium regem victorem Alexandri exercitum ad Lichum fluuiũ, cúmque pontem proſcindere potuiſſet, ne ab Alexandri militibus caperetur, voluit Rex potiùs inſequentibus iter dare, quàm ſuis fugientibus denegare; ita enim cogebat charitas ſuorum, vt potius ſuos, quàm ſeipſum tueretur. Amor ergo videtur fuiſſe cauſa fugiendi, non Dei, ſed patriæ; nouerat enim Ionas diuino afflatus ſpiritu, tunc perituram vniuerſam [a] domum Iſrael, cum nationes credidiſſent, ne ipſe primus populi ruinam oſtenderet, memor fortaſſis Moyſis, qui *Exod.* 32. dixit. *Si nõ dimittis eum, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti*: ad preces illius ſaluatus eſt Iſrael, & Moyſes de libro non eſt deletus. In quam ſententiam exiſtimat Origen. *lib. 2. contra celſum*, intelligenda eſſe verba Chriſti Domini *Luc.* 22. imò & Gregor. Nazianz. *in apologet. oratione*, cum Chriſtus Dominus dixiſſe legitur, *Pater ſi poſſibile eſt, transfer à me calicem hunc*: qualia ſunt etiam ea verba Chriſti Domini *Ioan.* 12. *Pater ſaluifica me ex hac hora*: videns enim Chriſtus Dominus, qualia populus paſſurus eſſet in vindictam patrati ſceleris contra ſe à Iudæis, non ob aliud, quàm propter beneuolẽtiam, qua populum illum proſequebatur, voluit vitare futuram paſſionem, quandoquidem propter eorum calicem ſupplicij, videbat vniuerſam Hebræam gentem à Deo deſerendam fore: potuit enim Chriſtus Dominus vltra mortis acerbitatem hoc quoque conſideraſſe, quo ſe magis affligeret: illud enim reſpuit naturalis affectus. Quo pacto intelligendus eſt ille locus *Luc.* 19. cum Chriſtus Dominus *videns ciuitatem fleuit ſuper eam*; & baiulans ſibi crucem *Luc.* 23. dixit, *Nolite flere ſuper me, flete ſuper vos, & ſuper filios veſtros.* Hæc enim omnia pertinere videntur ad charitatem Patriæ. Potuit igitur ſimiliter Ionas videns cæteros alios prophetas miſſos eſſe ad oues perditas domus Iſrael, dolere [a] ſe ſolum inuentum eſſe, qui mitteretur ad Aſſyrios inimicos populi Hebræi, & ad ciuitatem hoſtium maximam; nouerat enim eodem ſpiritu, quo illi credebatur illud præconium, quòd, quando nationes credidiſſent, tunc peritura eſſet domus Iſrael: aliquid igitur humanum paſſus propter Patriæ charitatem, imitatus Cain fugit à facie Dei: hanc eandem cauſam aſſignauit Theophyl. & Gregor. *lib. 6. Moral. cap.* 13.

Hieron.
[a] *Charitas Patriæ in Ionæ fuit cauſa vt à Domino fugeret.*
Q. Curtius.
[a] *Nouerat enim, cum nationes, credidiſſent, interituram domum Iſrael.*
Exod. 32.
Origen.
Nazianz.
Luc. 22.
Ioan. 12.
Luc. 19. & 23.
[a] *Vnde dolebat ſe ſolum ad gentes miſſum, cum cæteri Prophetæ ad Iſrael prædicaſſent.*
Theophyl.
Gregor.

22. Aliam inuenit Theodoret. exiſtimátque timorem fuiſſe cauſam fugiendi; timuit enim Ionas, ne vana, [b] & falſa videretur eius prophetia. In quam opinionem eum impulit ipſum oraculum minarum, & vltionis plenum; exiſtimauit enim non debuiſſe Deum priùs pœnas declaraſſe, & minas, ſi punire vellet, cum vltionis comminatio, ad pœnitentiam ſit adhortatio. Voluit autem Ionas Niniuitarum potiùs periclitari remedium, quàm ſuam opinionem, cùm tamen Deus ſicut eleganter dixit Ambroſ. *de electione Iudæ*, maluerit ſuum periclitari [c] iudicium, quàm affectum. Quæ expoſitio veriſſima eſt, vt conſtat ex eodem Iona *in cap.* 4. cum enim videret Deum pepercíſſe ciuitati propter ciuium pœnitentiam, ita cum Deo expoſtulauit, *Obſecro Domine, nunquid non hoc eſt verbum meum, cum adhuc eſſem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharſis, ſcio enim, quòd tu Deus clemens, & miſericors es, patiens, & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitiam*; maluit enim videri propheta verax, quàm Deus miſericors in Niniuitas.

Theodoret.
[b] *Alia cauſa fuit, ne vana crederetur eius prophetia, non ſubſecuta perditione Niniuæ.*
[c] *Cum tamẽ Deus maluerit ſuum periclitari iudicium, quàm affectum.*
Ionæ. 4.

§. II.

Quòd nomine Tharſis, nulla certa regio, ſed maritima, & longinqua loca deſignentur; non tamen reiectis aliorum placitis ex D. Hieronymo probatur.

In Tharſis. QVa tamen in orbis parte poſita 23.
ſit ea Tharſis, quam ſibi confugium delegerat orbis propheta, cum fugeret à facie Domini, [d] incertum eſt: neque conſtat inter interpretes, vbinam terrarum ſit. Ioſephus igitur Hebræus 9. *antiq. cap.* 11. Tharſum putat eſſe nobilem Ciliciæ [e] vrbem, in quam fugiebat Ionas, in cuius confirmationem aſſerit Ciliciam Tharſum, ſiue Tharſis fuiſſe olim appellatam à nobiliſſima vrbe Tharſis, quæ in ea prouincia fuerat fundata. Ioſephum ſequuti ſunt poſtea graues Authores; quod vt melius intelligatur, videndus eſt locus in Gen. *c.* 10 quem locum optimè commentatur Ioſephus *lib. 1. antiq. cap.* 7. Ioſephum ſequitur [f] D. Hieronym. *in traditionib. Hebraicis*, Hieronymum omnes alij graues Autores. Ex Iapheth qui filius fuit Noe, per quem diuiſæ ſunt inſulæ gentium, ortus eſt Iauan, qui filius fuit Elyſach, Tharſis, Citin, & Dodanin; per hos enim filios occupatæ creduntur illæ orbis partes, quæ inſulæ gentium vocantur: ab Elyſach Æoles, à Tharſis orti ſunt Cilices, vt indicat eius metropolis, Tharſus, ſiue Tharſis nobiliſſima ciuitas Ciliciæ, quæ de nomine ſui authoris nomẽ accepit, & vniuerſam eam prouinciam Tharſum, ſiue Tharſis cognominauit, imò, & vniuerſam eam partem orbis, quæ à Cilicia, & Cappadocia, vſque ad Pontum, & Bithyniam extẽditur, quas poſtea occuparunt filij Tharſis, imò, & mare mediterraneum, quod eas regiones alluit; mare Tharſicum, ſiue Tharſis appellatur: credit igitur Ioſephus ſoluentem à Ioppe Ionam nauigare voluiſſe in Tharſum Ciliciæ per mediterraneum, quem ſequuntur graues authores, inter quos nuper Genebrard. *in Pſalm. 47. verſ. 7.* aſſerit de Tharſo, ſiue de Tharſis vrbe in Cilicia intelligendum eſſe locum Ionæ *in cap.* 1. ad Tharſis enim appellere voluit propheta.

[d] *Incertum qua terrarũ parte fuerit Tharſis.*
Ioſephus.
[e] *Tharſum Ciliciæ putat Ioſephus.*
Gen. 10.
[f] *Quem ſequitur D. Hieronymus, & graues Autores.*
Ioſephus.
Hieron.
Genebr.

Theodoret. tamen, & Theophylact. quibus ſuffragatur Vatablus, & plerique alij grauiſſimi recentiores, exiſtimant eum nauigare voluiſſe [g] in Carthaginem nobilem totius Africæ vrbem, quorum hoc eſt fundamentum, quia Iſaias dixit in *cap.* 23. *Vlulate naues Tharſis*; quem locum vertunt L X X. *Vlulate naues Carthaginis.* Ezechielis etiam 27. *Carthaginenſes negotiatores tui*; vbi pro Carthaginenſibus, *Tharſis* eſt in Hebræo. Similia habet Baſilius *ſuper Iſaiam*, Euthym. etiam, & Auguſt. *Pſalm.* 49. Sumpta occaſione enim à proprietate vocabuli, quod non ſignificabat ſolam Carthaginem, ſed quamuis aliam orbis partem maritimam, quæ emporium eſſet

Theodoret.
Theophyl.
Vatabl.
[g] *Exiſtimant alij cũ Theodoreto eũ nauigare voluiſſe in carthaginem.*
Iſai. 23.
L X X. Interp.
Baſilius.
Euthym.
Auguſt.

ad

ad merces exportandas: quoniam verò Tyriorum colonia fuit Carthago, & ex Tyro per mare mediterraneum merces deportabant, & exportabāt ex Carthagine, Tharſis dicta eſt Carthago, ex accommodatione tamen. Credunt igitur hi Autores in Carthaginem voluiſſe deſcendere profugum prophetam, ad quam propter mercaturam, potuit ſtatim nauem paratam inuenire.

25. Verùm quoniam pleraque ſunt alia loca in ſacra Scriptura, quæ difficillima redduntur, ſi nomē *Tharſis* ad ſolam Carthaginem accommodetur, placuit potius Hieronymi [h] ſententia hac in re, *in epiſt. ad Marcellam, & in Com. ſuper hunc locum*, aſſerentis, *Tharſis* ſignificare quoduis pelagus altum, ſiue illud ſit Indicum oceanum, ſiue mare mediterraneum. Hieronymum ſequitur Rabbi Salomon, quem refert Genebrard. *Pſalm.* 47. Cui expoſitioni fauent pleríque graues Autores. Vnde Symmachus, Aquila, & Theodotion vertentes eum locum Iſaiæ, *Vlulate naues Tharſis, vlulate naues maris* legunt, exiſtimantes *mare*, & *Tharſis*, idem prorſus eſſe, imò, & Paraphraſis Chaldaica eodem in loco *Iamah*, poſuit, quod mare ſignificat. Ex quibus omnibus infertur vniuerſum pelagus,[i] ſiue mediterraneum ſit, ſiue Indicum, *Tharſis* appellari in ſacra Scriptura, & vniuerſas maritimas regiones, quæ accommodatæ ſunt ad merces vltro, citróque exercendas, vocari etiam Tharſis. Quo pacto intelligendus eſt locus ex lib. 2. *Paralip. cap.* 20. vbi dicitur Regem Iudæ Ioſaphat ſocietatem iniiſſe cum Rege Iſrael Ochoſia, vt claſſem facerent, quam mitterent in Ophir, quæ *Tharſis* dicta erat. Eſt autem ea regio in India, quæ creditur Aurea Cherſoneſum, nunc Samatra, [l] in qua Malaca noſtrorum Iuſitanorū eſt: credibile enim non eſt ex Azion-gabel, qui portus eſt ad oram maris Rubri in oceani ſinu ſoluiſſe claſſem in mare mediterraneum, vbi Tharſum, ſiue *Tharſis* eſt, ſed ea pars orbis, quæ Ophir in ſacra Scriptura dicebatur apud Indos, propter frequentiſſimam mercaturam *Tharſis* quoque appellata eſt. Quo pacto intelligendus eſt alius locus ex lib. 3. *Reg. cap.* 10. pro quo conſulendus eſt Ioſephus *lib* 8. *antiquit. c.* 2. aттente tamen, quia ea in re, memoria lapſus fuiſſe videtur.

Hieron.
[h] *Sententia D. Hieronymi magis probatur alio in loco, per Tharſis quodum pelagus ſignificari.*
Rab. Salom.
Symmachus.
Aquila.
Theodot.
Chald. Par.
[i] *Omne enim pelagus in ſacra Scriptura & maritimæ regiones mercibus abundantes, Tharſis appellantur.*
2. Paral. 20.
[l] *Tharſis in India, Ophir, ſeu Samatra dicitur.*
3. Reg. c. 10.
Ioſephus.

26. Eſtque adeo vera hæc ſententia Hieronymi, vt non ſolum mare *Tharſis* ſit appellatum, ſed quidquid etiam maris ſpeciem refert, vt conſtat ex primo Cap *Ezech.* ad ea verba: *& aſpectus rotarum, & opus earum, quaſi viſio maris*: in quem locum ſic habet Hebraica veritas, *quaſi aſpectus Tharſis*; erant enim illæ rotæ, quas vidit Ezechiel ex gemmis ſpecioſis fabricaræ referentibus ſpeciem maris, & propterea *Tharſis* appellatæ. Quo ſenſu dictum eſt *Exod.* 39. in quarto ordine rationalis, ſeu gemmarum, quæ in rationali ſummi ſacerdotis inſertæ erant, erat *Tharſis*, quod vulgatus interpres tranſtulit, *chryſolithus*; otiente enim ſole flauum eſt, ac vibrat mare, vt chryſolithus; cùm autem cæruleum eſt mare, hyacinthus apparet; cùm verò ſol occidit ex aduerſo, purpuraſcit, & carbunculus videtur. Hinc factum eſt, vt ab ſpecie *Tharſis*, quam referunt gemmulæ pretioſæ, *Tharſis* quoque appellentur; eſt enim *Tharſis* [m] nomen in ſacra Scriptura, non ſolùm totius maris, ſed etiam eorum omnium, quæ maris ſimilitudinem referunt, præſertimque gemmarum.

Ezech. 1.
Text. Hebr.
Exod. 39.
[m] *Tharſis in Scriptura ſacra, non ſolùm mare, ſed maris ſimilitudinem ſignificat.*

27. Secundò autem infertur, Ionam non ad aliquam determinatam [n] partem orbis nauigare decreuiſſe, cùm in Tharſis nauigaſſe dicitur; neque enim ad certum aliquem locum eum nauigaſſe hæc verba ſignificant, hoc enim magis conuenit fugitiuo homini, & timido, non locum fugæ otioſè eligere, ſed primam occaſionem arripere nauigandi, atque ita in primam nauem conſcendere, quam paratiſſimam ad ſoluendum inuenerit. Quamuis autem hæc expoſitio Hieronymi maximè placeat, non diſplicent aliæ.

[n] *Ionas fugiens non certum petebat locum.*

§. III.

In loco à quo Ionas nauigationem accepit, pulchra allegoria de religata ad rupem Andromada inſinuatur.

Et deſcendit in Ioppen.

ET vt ſemel vniuerſam Topographiam, id eſt, locorū deſcriptionē abſoluamus, à quibus vel ſoluit Ionas, vel ad quæ appulit, vel appellere contendebat, notandum eſt cum Adricomio Delpho in Theatro terræ ſanctæ, quod nuper in lucem edidit, Ioppe, [o] quæ hodie Iapha, temporibus verò D. Hieron. Iapho, vt teſtatur ipſe Hieronymus in locis Hebraicis, portus eſt in mari Tharſico nobiliſſimus totius Hieroſolymæ, & vniuerſæ Iudææ, quem primum inueniunt religioſi peregrini ſanctæ ciuitatis Hieroſolymitanæ. Eſt autem hic portus in tribu Dan, & in edito monte ſitam habet vrbem, ſeu potius in rupe, ex qua nauigantibus ſeſe primum oſtendit ſancta Ciuitas Hieruſalem; quemadmodum pulchrè aduertit Adricomius: in eo autem portu nunc etiam viſuntur ea ſaxa, ad quæ religata [p] creditur Andromada cum belluæ marinæ deuoranda exponeretur, niſi Perſij beneficio liberata eſſet, quemadmodum ad hunc locum refert D. Hieronym. Res quidem fabuloſa eſt, verùm ſi parua licet cōponere magnis, in hac eadem vrbe tēporibus Chriſti petra fuit, ſiue rupes, ſic enim Cephas, ſiue Petrus interpretatur, ex qua rupe ſancta ciuitas cæleſtis Hieruſalem aſpicitur; neque enim aliunde quàm ab Eccleſia cælum videri poteſt. 28.

[o] *Ciuitas quidam à Ioppe, quæ hodie Iapha dicitur.*
Adricomius.
[p] *In qua ad Rupem alligata fingitur Andromada.*
Hieron.

Sicut enim ad ea ſaxa religata creditur Andromada, ſic vniuerſa Deorū vana ſuperſtitio [q] non ligata, ſed ſoluta fuit, vt conſtat ex actis Apoſtolor. vbi refertur diuinum oraculum dixiſſe Cornelio centurioni, *mitte in Ioppen, & accerſi Simonem, qui cognominatur Petrus, hic hoſpitatur in domo Simonis coriarij iuxta mare*; ſoluendus enim Cornelius à veteri ſuperſtitione ad eam rupem mittitur, quæ in Ioppe erat. Potuitque huius rei ſymbolum eſſe id, quod dicitur 2. *Paralip. in c.* 2. vbi dicitur ex Libano monte ad eum vſque portum delata fuiſſe vniuerſa ligna, quæ neceſſaria erant ad conſtruendum templum Hieroſolymitanum: ex Ioppe autem terreſtri itinere vſque ad Hieruſalem deuehebantur. Sic quoque vniuerſa gentilitas crucis, & baptiſmi beneficio, de Libano, & cæteris montibus ad Eccleſiam fundandam vocata eſt, quemadmodum velle videtur ſponſus *in* 4. *cap. Cantic.* cum dixit. *Veni de Libano, ſponſa mea, veni de Libano, coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum*: quæ verba Theodoret. & alij graues Autores intelligunt de Eccleſia vocata ex gentibus, quæ in montibus incultis inter leones, [r] & pardos vitam agebat omnino barbaram; à quibus 29.

[q] *Pulchra allegoria de ſolutione vana Deorum ſuperſtitionis.*
Actorum cap. 10.
2. Paralip. 2.
Cant. 4.
Theodoret.
[r] *Eccleſia vocata ex gentibus inter beſtias ante vitam agebat.*

locis vocatur in Eccleſiam Dei: propterea autem meminiſſe videtur præcipuè eo in loco Sponſus montis Libani, vt ex circunſtantia loci miſerum ſtatum Sponſæ oſtenderet: Mons enim Libanus, prærerquam quòd inuius eſt, propter leones, quos alit, & pardos, perpetua niue frigeſcit, quemadmodum notauit optimè Cornelius Tacitus *lib.21. ſuorum annalium*, cum ait, *Libanus mons, omnium montium, quos Syria habet, altiſſimus eſt; adeo vt in mediis ardoribus, canus ſit niuibus*; hoc enim notaſſe videtur Sponſus, cum dixit, vulneratum præ amore iam eſſe Sponſi pectus, vel ex vno ſolo aſpectu Sponſæ; Sponſa tamen in mediis ardoribus charitatis Sponſi, non aliter, quàm Libanus cor habebat perpetua niue canum. Hinc igitur præciſæ cedri altiſſimæ, & quæ longas egerant radices in vana ſuperſtitione ad Ioppe ſaxum delatæ, tandem in cæleſtem Hieruſalem deuehuntur.

Tacitus.

TRACTATVS III.

De analogia fugæ Ionæ ad Christum, noſtráque in ea, morum eruditione.

§. I.

Ionas fugiens à facie Domini, verbum æternum è cælo ad nos defugiens præfigurat.

30. QVoniam verò polliciti ſumus in præfatione huius prophetæ dicturos nos eſſe, & ea, quæ ad Christum ex hoc vate accommodantur, & quæ ad noſtram eruditionem inſeruire poſſint, inſerenda eſt in hoc loco pulchra allegoria D. Hieronymi, quem ſequitur etiam Remigius, ſecundùm quam volunt de cælo, quaſi defugiſſe Verbum æternum, & aſſumpta carne ad nos profugum [f] quodammodo veniſſe; qualem eum optauerat Sponſa *in Cantic.cap.4.* cum dixit, *fuge dilecte mi, aſſimilare capræ hinnuloque ceruorum*; qui enim fugiunt, cætera relinquunt, & ſe ſolos, quanta maximè poſſunt celeritate ad eos deferunt, ad quos confugiunt ſub ea veſte, quæ expeditior ſit ad fugiendum, & accommodatior ad latendum: qualis profectò fuit in Verbo humana caro, in ea enim fugit è cælo itutus Deus in Tharſis, ſiue in mare; ſic enim totus hic mundus appellatur à ſancta Scriptura, & à Patribus, iuxta id, quod dicitur *in Pſalm.* 103. *Hoc mare magnum, & ſpatioſum*: doluit tamen Rex Meſſias, quòd clamantibus popularibus ſuis Hebræis, *non habemus Regem, niſi Cæſarem*, plenitudo gentium ſubintraret, & frangerentur rami oliuæ, pro quibus oleaſtri virgulta ſubereſcerent, tantæque pietatis, & amoris fuit in populum propter electionem Patrum, & repromiſſionem ad Abrahã, vt in cruce poſitus diceret: *Pater ignoſce illis, quod enim faciunt, neſciunt*; quaſi profugus igitur Deus ex cæleſti Hieruſalem deſcendit in Tharſis, id eſt, in mundum in carne, ſub qua [t] maximè latere potuit, & ad nos celeriter fugere.

Hieron. Remigius.

[f] *Verbum diuinum aſſumpta carne profugum quodammodo ad nos veniſſe voluit Hieronym. & Remigius.*

Cantic.4.

Pſalm. 103.

[t] *Sub carne enim maximè latere potuit, & ad nos fugere celerius.*

§. II.

Moraliter.

O quantum periculi in mundi aſpectu! Animam de ſtatu ſuo deiicit in ſeruitutem Dominorum crudelium, & à Deo fugere compellit.

COnſequens iam eſt, vt ex hoc loco incipiamus oſtendere, quam cauſam habere potuerit anima Deum fugiendi, & ſequendi voluptates; cúmque alia non poſſit eſſe, quàm introductos prophanus amor, & expulſus caſtus, & diuinus, quærendum eſt, [a] cur deterior amor nobiliorem expellere potuerit, quod non ita clarũ eſt; qua de re conqueritur Cicero *lib.2. offic.* cum ait, *nam & voluptates blandiſſimæ dominæ, ſæpe maiores partes animæ à virtute detorquent.* Proſequitur hoc argumentum Philo *in lib.* cui titulum fecit, *quòd merces meretricis non ſit recipienda in ſacrario*, ſicut præceperat Moyſes *Deut.* 23. vbi docendi cauſa admonet, vt vnuſquiſque noſtrum conſideret duas ſe vxores habere inter ſe æmulantes, & corrixantes, quarum vnaquæque contendit ad ſe pertrahere animum: harum alteram diligimus quaſi amicam, blandam, & familiarem, quæ voluptas dicitur: alteram odio proſequimur, vt immitem, hæc virtus eſt; cùm tamen veras amicitias ſimulet voluptas, vt magis decipiat, voluptatem tamen amplexamur, ſicut etiam latè proſequitur Cyprian. *lib. de diſciplina, & bono pudicitiæ* Chryſoſt. *hom. 13. in acta. tom.* 3. ex hac fallaci reſponſione voluptatis expellitur diuinus amor, & prophanus introducitur, ſicut dixerat Ioannes, *in ſua Canon. cap. 2. Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo.* Viſo igitur mundo, ſeu Ioppe, quod precioſum interpretatur, deſcendit continuò fugitiua anima à ſancta ciuitate Hieruſalem, in qua tranquillam agebat vitam, ſæpius enim ſenſus deceptus earum rerum imagine, quæ pulchræ videntur, cum pulchræ tamen non ſint, fugiendi cauſas ſolent miniſtrare profugis animabus. Quo pacto Philo *lib. 2. legis allegoriarum*, putat per pulchram allegoriam dictum fuiſſe ab Adamo, cum à Deo peteretur, quam habuerit fugiendi cauſam, *mulier quam dediſti mecum, ipſa dedit mihi de arbore, & comedi; non enim mihi, vt poſſeſſionem ſenſum dediſti, ſed mecum; ipſam enim ſiuiſti ſolutam, ac liberam, & quodammodo non obedientem mandatis meis*: Si enim mens voluerit viſui imperare, ne videat, nihilominus viſus videbit; ſic quoque auditus, quoties voluerit vox illabetur: ſimiliterque cæteri alij ſenſus; neque enim Deus ſenſus animali dedit, ſed cum animali; ſenſibile enim ligneum, quod eſt in mente, nemo niſi ſenſus ei dat; quis enim menti dedit cognoſcere corpus, niſi ſenſus? eſtque tanta coniunctio inter ſenſum, & animam, vt rectè reſponderit Eua rogata, *cur feciſti hoc, ſerpens decepit me, & comedi*: quamuis de alia re quæſita videatur, de viro enim interrogata, non de viro reſpondit, ſed de ſe ipſa, ſe ſcilicet comediſſe. Rectè tamen reſpondit, conſequitur enim neceſſariò, vt poſtquam ipſa comedit, comedat quoque & vir eius, continuò enim poſtquam ſenſus percepit rem aliquam, mentis [a] ſequitur amplexus earum rerum, quas in hoſpitium excepit per ſenſus. Quo in loco 31.

[a] *Cur deterior amor nobiliorem expellat.*

Cicero.

Philo.

Deut. 23.

Cyprian. Chryſoſt.

In Cantica Ioan. cap. 2.

[a] *Nempe quòd mundi aſpectu allicitur fugitiuum animus.*

Philo.

[a] *Amplectitur enim mẽs quæ ſenſus percepit vt pulchra.*

loco illud omnino aduertendum eſt, virum dixiſſe, mulierem ſibi dediſſe pomum, mulierem verò non dixiſſe illud ipſum ſibi dediſſe ſerpentem, ſed potiùs deceptam ſe fuiſſe à ſerpente; ſenſus enim miniſtrare ſolent animæ, quæ acceperunt, voluptas decipere, oſtendendo ea pulchra eſſe, quæ tamen fæda ſunt; lætitiam habere, quæ omnino triſtia ſunt; quorum [a] imagine deceptus animus à ſuo ſtatu deſcendit vagabundus.

[a] *Quorum imagine deceptus animus à ſuo ſtatu deſcendit vagus.*

32. Auguſt. Ioan. 4.

Simili allegoria vtitur Auguſt. *tract. 15. ſuper cap. 4. Ioannis*, cum explicat ea verba, *vade, voca virum tuum: virum autem vocat mentem, ſiue intellectum, hic, inquit Chriſtus Dominus, non eſt tuus vir, duceris enim ſenſu, à prima enim ætate, quinque ſenſus habuit anima hominum, quaſi quinque legitimos viros; ante enim quàm quis ratione vtatur, quod audit, quod videt, quod dolet, quod ſapit, hoc appetit, hoc fugit: appetit quod mulcet, fugit quidquid offendit: hos enim quinque ſenſus mulcet voluptas; offendit dolor. Quandiu igitur ratio non regit, ſenſus dominatur; at poſtquam ratio ſuccedit ſenſibus, ſi ſenſus dominetur, error dominatur; error autem non regit, ſed perdit; errabundus enim eſt animus, qui ſenſibus & voluptate agitur, non verò ratione.* Vnde Auguſt. *Pſ.* 49. eas ſolas virgines prudentes appellauit, de quibus Euangelium dixit, quod diſcernere [b] potuerunt inter ea, quæ à ſenſibus menti obiiciuntur: *Vehemens enim compaſſio eſt*, ſicut ait Philo in lib. 2. legis allegor. *cum brutus ſenſus primatum occupat, non ſecus quàm Dominus oppreſſus à ſuis ſeruis; tunc enim intellectus deflagrat ſenſibus flammam miniſtrantibus.* Videndus eſt Bernard *ſer. 2. de aſſumptione*, vbi pulchrè docet, quàm ſit à ſenſibus cuſtodienda anima, *quia oculus*, inquit, *iſte meus deprædatus eſt animam meam, meſſuit ſegetes, arbores extirpauit, exterminauit vineas, per eum* [c] *ingreſſus tyrannus Dominum eiecit.* Similia habet Auguſt. *lib. 4. reſponſ. contra Iulian. cap.* 14. vbi docet, quòd per ſenſus voluptas quæritur & animo, & corpore; quibus addenda ſunt ea, quæ idem Auguſt. habet *Pſalm.* 57. cum ait, *homines appetentes ea, quæ foris ſunt, à ſe ipſis exules facti ſunt.* Quod proſequitur Philo *in lib. de congreſſu quærendæ eruditionis gratia*, & *lib. 2. legis allegoriar.* Quibus in locis inter inter alia ita habet: *Senſus iniuſtam animam, impiam, & fucatam à ſe ipſa longiſſimè diſſipat in voluptatum* [d] *locum concupiſcentiarum, & facinorum*; & ponderans ea verba Geneſ. *abſcondit ſe Adam à facie Domini, hic*, inquit, *introducitur dogma, quo docemur, omne malum eſſe exulem*; quo pacto de Eſau dicitur, ſicut ſacra Scriptura notauit, *Erat autem gnarus venandi Eſau, & ruri degebat*. & contra Iacob dicitur domum habitaſſe.

Auguſt.

[b] *Vnde illæ ſolùm prudẽtes, quæ diſcernere potuit ea, quæ à ſenſibus obiiciuntur:*

Philo. Bernard.

[c] *ne per eos ingreſſo tyranna voluptas dominã, id eſt, rationẽ foras eiciat,*

Auguſt.

Philo.

[d] *& in voluptatũ locũ præcipitat.*

§. III.

Quandoquidem anima per oculos à Deo, & à ſe fugit, clauis figenda Chriſti, quibus longè ſuauiùs, quàm voluptatum aculeis vulnerabitur.

33. CAuendum igitur eſt, ne per ſenſus, & à Deo, & à nobis exules ſimus; illud autem fiet, ſi cum rege vate confixos habeamus ſenſus in lege, & pietate Dei; ita enim ille locus intelligendus ex Pſalm. 118. *Confige timore tuo carnes meas*: petebat enim ne vi eorum, quæ à ſenſibus meis obiiciuntur falsò, de ſuo ſtatu deiiceretur mens. Clauis igitur figito meos carnales ſenſus, [e] ne ad ſua deſideria rapiantur, & in animam conſurgant, & eam exulare cogant, ſed mortui potiùs peccato facti, eius ducatum ſequantur. Quo ſenſu dictum eſt ab Iſaia *in cap.* 41. ſicut enim locum interpretatur Cyrill. Alex. vbi diuinum Oraculum alloquitur cum Abrahamo, & inter alia beneficia in Abrahamum collata, illud præcipuum fuiſſe oſtendit, *& confortauit eum clauis, vt non moueretur*, vt ſit alluſio in illis verbis ad myſterium crucifixionis Chriſti, quo ſenſu Paul. dixit ad Galat. 2. *Chriſto confixus ſum cruci*, & cap. 6. *Per Chriſtum mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo*; ita vt neque Paulus ad mundum, [f] neque mundus ad Paulum accedere poſſit: quod clariùs expreſſit cum dixit, *Nemo mihi moleſtus ſit, ego enim ſtigmata Domini noſtri Ieſu Chriſti porto in corpore meo*, metaphora ſumpta ab homine crucifixo, qui quocunque ſe vertat, dolet; quaſi velit Paulus, Non eſt cur obiiciatis ea, quæ iucunda videntur, cum ea dolorem potiùs, [g] quàm voluptatem afferant crucifixo.

Pſal. 118.

[e] *Clauis igitur figendi ſenſus, ne animum à ſe faciant exulare,*

Cyril. Alex.

Iſai. 41.

Ad Galat. 2. & 6.

[f] *id eſt, crucifigendi.*

[g] *Cum dolorem potius afferãt, quàm voluptatem quæ iucunda videntur.*

34. Quamuis autem ea mente fugitiua anima à ſenſibus extra ſe feratur, decepta imagine eorum, quæ læta videntur, cum tamen non ſint; ad experiendam enim notitiam egreditur à Ioppe in Tharſis, id eſt, à viſione pulchrorum ad experiendam voluptatem eorundem, ſic enim Tharſis interpretatur, *Speculatio gaudij*, quemadmodum eam vocem interpretatur D. Hieron. *Iſai.* 23. & *Ezech.* 27. cum nihil minus inueniat anima [h] quam voluptatem in voluptatibus, quas falsò ſenſus externus ei obiicit. Id quod ſatis clarè oſtendit regius vates *in Pſalm.* 50. quando enim per oculos, & à Deo, & à ſe fugit, Vriæ vxoris pulchritudinem ſequutus, ſe voluptatem in ea voluptate non inueniſſe planè teſtatur, cum ait, *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui*; reſtitue mihi lætitiam, quam perdidi quærendo aliam vanam lætitiam, *& ſpiritu principali confirma me*, fulcitu me, & hanc labentem animam, gaudio, quale habent viri ſancti, cæterum enim aliud gaudium, gaudium non eſt; quemadmodum eum locum interpretatur Rabbi Dauid. Videndus item eſt Chryſoſt. *ſuper cap. 1. Geneſ.* cum ponderat ea verba Amos in cap. 6. *Ne qui venitis ad diem malum dormientes in lectulis eburneis, & laſciuientes in ſtratis ſuis, tunc*, ſubdit Chryſoſt. *quaſi ſtantia arbitrati ſunt, & non quaſi fugientia.* Pro quibus verbis noſtra vulgata habet, *& appropinquatis ſolio iniquitatis*; dum enim impii ſe gaudere putant, ad extremum iudicium appropinquant. Videndus item eſt Chryſoſt. *hom. 2. in 1. ad Timoth. & hom.* 12. Auguſt. *lib. 2. de ſermone Domini in monte, cap. 38. & 39.* & Seneca *lib. 3. epiſtol. epiſt. 23. Hoc ante omnia fac mi Lucili, diſce* [i] *gaudere, exiſtimas me detrahere tibi multas voluptates, qui fortuita ſubmoneo, qui ſpes (dulciſſima oblectamenta) deuitandas exiſtimo; imo contrà, nolo tibi vnquam deeſſe lætitiam, volo eam tibi domi naſci, naſcitur autem, ſi modò ſit intra te ipſum, cæteræ hilaritates non implent pectus, ſed frontem remittunt, & leues ſunt*: & cætera, quæ proſequitur elegantiſſimè in hanc ſententiam. Videndus item eſt Philo lib. 2 legis allegor. *Si mentem ſubierit cogitatio de Deo, confeſtim accepta benedictione ſanatur ab omnibus infirmitatibus; at ſenſus ſemper dolet, gemitque, & cum doloribus triſtiſque*

Hieronym.

[h] *Nihil enim minus inuenit anima quàm voluptatẽ in voluptatibus.*

Pſal. 50.

Rab Dauid. Chryſoſt. Amos 6.

Chryſoſt. Auguſt. Seneca.

[i] *Diſce gaudere.*

Philo.

[l] *Virtutis partus gaudium eſt, ſenſuum verò dolor.*

August. Pſal. 18.

ſtitiſque paris, in doloribus nanque paries, dictum ſenſibus; virtutis[l] *partus gaudium eſt, ſenſuum dolor: doleat igitur ſenſus, perpetuo gaudeat virtus:* quibus habet ſimilia *in lib. de Cherubin,* cum ait, *tunc natus eſt Iſaac,* id eſt, riſus, *cum defecerunt muliebria Sara,* id eſt, *cum debiles voluptates in ſenſibus ceſſarunt, tunc ortum eſt gaudium.* Similia habet D. Auguſt. *Pſalm.* 18. ad ea verba. *Veſpere demorabitur fletus, veſpere fit, quando Sol occidit, occidit autem Sol ab homine, quando fugit à facie Dei, ad cuius conſpectũ gaudere ſolebat, quemadmodũ feciſſe legitur Adamus; deambulante enim Deo in paradiſo ad veſperam ſe occultauerat ab eo, & cum eo omnis voluptas occultata eſt.* Quale igitur gaudium ſit expertus Ionas fugiens à facie [m] Domini in Tharſis, ipſe teſtatur, cum tempeſtatem ſtatim deſcribit, in qua pene ſubmerſus eſt. Sic & anima, quæ experiundi voluptates gratia, à Deo egreſſa eſt, pro voluptaribus plerunque tempeſtates inuenire ſolet decepta earum rerum imagine, quæ voluptates præ ſe ferebant; quas autem habuerit, & inuenerit in ipſa nauigatione Ionæ, inferiùs oſtendemus.

[m] *Quale autem ſit gaudium animæ Deum fugientis propter mundi aſpectum in Iona conſpicitur.*

§. IV. Moraliter.

Bono Prælato requies in deſiderio tantùm eſt, labor verò in vſu; honor, ac vita in neceſſitate; mors in voto pro ſalute aliorum, vel ſi ſolus pereat.

35. Videtur autem hic locus, ſecundò etiam adumbrare eorum morem, qui Eccleſiaſticos honores quærunt, labores fugiunt, quod feciſſe videtur Ionas; ad honorem enim prophetiæ continuò [n] ſurrexit, à labore prædicandi inter Niniuitas, fugit: qua de re videndus eſt Auguſt. *epiſt.* 180. *ad Honoratum*, vbi multa docet, quæ pertinent ad hoc argumentum, quando ſcilicet Epiſcopus debeat perſequutionem pati, & mortem etiam, ſi ita expediat gregi; quibus habet ſimilia *Pſal.* 54. cum explicat ea verba, *Quis dabit mihi pennas ſicut columba? Columba*, inquit Auguſt. *à moleſtiis quærit auolationem, ſed non admittit delectationem*: quibus verbis exprimit affectum verorum prælatorum, quos detinet [o] neceſſitas viuendi inter ſuos, quamuis eoſdem vehementer moueat deſiderium moriendi, & eſſe cum Chriſto, quorum affectum ita exprimit Auguſt. *Conuitia hominum ferre non poſſum, vtinam requieſcam alicubi ab eo ſeparatus corpore, non amore, ne in me turbetur dilectio; collocutione enim prodeſſe non poſſum, orando pro eis forſitan prodero; dicunt iſta homines, ſed ligantur nonunquam non viſco, ſed officio; ſi ergo ligantur cura, & officio, dicant cum Paulo, coarctor autem è duobus deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto multo magis melius; permanere autem in carne, neceſſarium propter vos.* Super quæ verba videndus eſt Auguſt. *lib.* 3. *de doctrina Chriſtiana, cap.* 2. vbi pulchrè aduertit, deſiderium Pauli referendum eſſe ad mortem, neceſſitatem verò ad vitam; mortem enim deſiderabat vehementer, [p] ad vitam cogebat neceſſitas, & vtilitas publica; columba dedicata, ſic enim vocat Paulus, religata affectu, non cupiditate, volare non poterat propter implendum officium, non propter paruum meritum. In quam ſententiã videndus eſt Chryſoſt. *tom.* 5. *hom.* 69. *de oratione, & lib. de Sacerdotio, & lib.* 1. *de compunct. cordis, & lib.* 3. *de Prouidentia*, & Hieron. *q.* 9. *ad Algaſiam, & q.* 7. *ad Heluidiam, & Zachar.* 14. vbi comparat charitatem, & votum Pauli, cum voto Moyſis; quorum Moyſes dixit Exod. 13. *Si non dimittis eis, dele me de libro vitæ*; Paulus verò, *Optabam anathema eſſe pro fratribus meis*: votum tamen Pauli abundanter ſuperauit votum Moyſis, nam Moyſes cum aliis perire volebat; Paulus verò non ſolùm cum aliis perire voluit, ſed ſaluis cæteris omnibus, ab æterna gloria ſolus priuari optabat, atque aliquid pro Iudæis, vltra quàm fas eſt, auſus fuit optare, ſicut docuit Nazianz. *in apologetico.* Atque vtinam tales ſemper habeat Eccleſia magiſtratus, non qui ſurgant ad honores ſed qui labores non fugiant, cum vtilitas ſuorum ita poſtulat; qui enim honores ſolos appetunt ſine onere, non diſſimiles ſunt nauibus onerariis quæ ſi vela ventis expandant ſine onere, faciliime à quacunque tempeſtate obruuntur, quale periculum paſſa eſt ea nauis, in qua Ionas Propheta vehebatur, honores ſequens, labores fugiens.

[n] *Ambitionis eſt ad honores ſurgere, quo labores fugit.*

August.

Pſal. 54.

[o] *Secus boni Prælati, quos neceſſitas detinet in munere.*

August.

[p] *Mortem deſiderat, ſed ad vitam cogit aliorum vtilitas.*

Chryſoſt.

Hieron.

Exod. 13.

Et dedit naulum eius. — *Naulum* pretium [q] eſt pro vectura nauis: LXX. vertunt *dedit naulum ſuum*: Hebraica veritas expreſſè habet affixum fœmininum, quod ſatis indicat referendum eſſe ad nauem, naulum, quod perſolutum dicitur: in quem locum ſic eleganter notauit Theophylact. *dedit autem enauigationis mercedem*, vt ne, vel, ſi non daret, eſſet, quod remoraretur eum, quo minus fugeret: omnia nanque facilia ei videbantur, Patriæ priuatio, maris pericula, mercedis abiectio, dummodo à graui & moleſta [r] prophetandi illa functione eripi queat: hæc enim eſt fugientium conditio, omnia relinquere, quo expeditiores ſint ad fugam; ſicut feciſſe legitur prodigus, qui à ſolo patre accepit, & accepta à patre reliquit, vt fugeret, quod maximè dolendum eſt in fuga animi à Deo, cum omnia potiùs relinquenda eſſent ad Deum ſequendum, ſicut feciſſe legitur mulier Samaritana relicta hydria, & Apoſtoli relictis omnibus. 36.

[q] *Naulũ pretium eſt pro vectura nauis.*

LXX. Interp.

Theophyl.

[r] *Et hoc ſolùm Ionas habens vt à prophetandi munere liberaretur.*

TRACTATVS IV.

De verbis illis: *Dominus autem miſit ventum magnum in mare: & facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitebatur conteri, & timuerunt nautæ; & clamauerunt viri ad Deum ſuum, & miſerunt vaſa quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis.* Siue, *De tempeſtate ſuperueniente in Ionæ nauim.*

§. I.

Monſtrat hæc tempeſtas in Ionæ nauim,

cauendo

cauendo fieri vt eueniat, quod diuinitus diſpoſitum eſt euenire.

37. *Dominus autem miſit ventum magnum in mare, & facta eſt tempeſtas, &c.* INcipit Ionas ſuum deſcribere naufragium; oportet autem hoc in loco notare modum loquendi, quo vtitur Vates cùm dixit, *Nauis periclitabatur conteri:* pro quibus verbis Hebraicè

Hebr. Text.

ita habetur, *Nauis illa cogitabat conteri*, quaſi ſit in illis verbis Proſopopœia, [f] ſecundùm quam figuram, vocem, imaginationem, & cæteros affectus accommodamus: verùm ſicut ait Rabbi Dauid, *continens hoc in loco, accipitur pro contento*, quæ figura etiam frequentiſſima eſt, vt ſit ſenſus, Nautæ exiſtimabant, ſe ſtatim naufragium facturos. Docet autem hic locus, quàm non poſſint humana conſilia reſiſtere diuinis; qui enim effugere ſe poſſe putarit diuinum conſilium nauigando, ibidem obſequitur [t] diuino conſilio, iuxta illud, quod Iob dixit in cap. 5. *Qui comprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilia prauorum diſſipat*; quidquid enim meditatur aſtutia humana contra Deum, totum illud inane eſt, vt meritò de huiuſmodi hominibus dictum ſit in Pſalm. 2. *Qui habitat in cælis, irridebit eos*, id eſt, riſu dignos oſtendet Deus illos qui contra diuina conſilia nituntur. Hunc autem locum proſequitur elegantiſſimè Gregor. Magnus lib. 6. Moral. cap. 12. *Prudenter*, inquit, *Ionas ſapere voluit, cum ad prædicandum Niniuitarum pœnitentiam miſſus, quia electus gentibus Iudæam deſerere timuit, prædicationis officium implere recuſauit, nauim petiit, fugere in Tharſis elegit, ſed protinus tempeſtas exoritur, ſors mittitur, vt ſcilicet cognoſcatur, cuius culpa mare turbetur; Ionas in culpa deprehenditur, in profundum mergitur, cete ſorbente deuoratur, atque illuc geſtante* [u] *bellua peruenit, quò ire ſponte contempſit.* Ecce fugitiuum Dei tempeſtas inuenit, ſors ligat, mare ſuſcipit, bellua includit, & quia authori ſuo obedire renititur, ad locū, quò miſſus fuerat, ſui reus carceris portatur; iubente Deo miniſtrare homo prophetiam noluit, aſpirante Deo bellua prophetam vomuit; ſic etenim diuina prouidentia deludere ſolet humana conſilia: venditus nanque eſt Ioſeph, ne adoraretur, ſed ideo adoratus eſt, quia venditus; aſtutè fratres aliquid machinati ſunt, vt Dei conſilium mutarent, ſed diuino iudicio, quod declinare conati ſunt, renitendo ſeruierunt, inde quippe coacti ſunt Dei voluntatem peragere, vnde hanc aſtutè moliti ſunt commutare; ſic diuinum conſilium, dum [x] deuitatur impletur: ſic humana ſapientia, dum reluctatur comprehenditur: timuerunt fratres Ioſeph, ne ſuperexcreſceret, ſed hoc quod diuinitus diſpoſitum fuerat, cauendo factum eſt, vt eueniret; humana ergo ſapientia in ſeipſa comprehenſa eſt, quæ voluntati Dei vnde per intentionem reſtitit, inde eius impletioni militauit. Sic Saul dum Dauidem ſubiectum quotidiano creſcere virtutum ſucceſſu conſpiceret, ſuam eius filiam ei in coniugium ſpopondit, atque in eius dotem centum ab eo dari Philiſthæos petiit, vt cum prouocatus miles, vltra ſe excreſceret, inimicorum gladiis traditus finiret vitam, ſicut ſcriptum eſt lib. 1. Reg. cap. 18. *Saul autem cogitabat tradere Dauid in manus Philiſtæorum*; ſed Dauid diſpoſitionis internæ fauore roboratus, centum ſe dare promiſit, & ducenta reportauit: cuius operis Saul argumento ſuperatus ſuperna prouidentia inſipientiæ ſuæ conſilio eſt deprehenſus, quia vnde creſcentis militis vitam extinguere ſe credidit, virtutis eius gloriam cumulauit.

[f] *Proſopopœia quid.*
Rab. Dauid.
[t] *Diuino conſilio obſequitur & qui fugit illud.*
Iob. 5.
Pſalm. 2.
Greg. Magn.
[u] *Illuc enim geſtāte bellua Ionas peruenit, quò ire ſponte contempſit.*
[x] *Sic nanque diuinum cōſilium, dum deuitatur, impletur.*
1. Reg. 18.

Quo fortaſſe ſenſu intelligendus eſt ille locus apud Matth. *in cap.* 12. cum petentibus Iudæis ſignum cæleſte, illud acceperunt quod datum eſt à Chriſto Domino, *Generatio praua, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ:* qua enim via effugere tentauit Ionas propheta diuinam prouidentiam, eadem impleuit, ſic & vos, qua via aſtruitis, inquit Chriſtus Dominus, euertere diuina conſilia, eadem implebitis, iuxta illud, quod dictum eſt apud Ioannem in cap. 11. *Expedit vt vnus homo moriatur, & non tota gens pereat:* quod enim Iudæi excogitarunt in interitum Chriſti, hoc in eius gloriam fuit, ſicut ipſe teſtatur *Ioan.* 12. cum dixit, *niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum afferet:* quaſi velit, Miro modo fit, vt quod ſine voluntate Dei agitur, voluntati Dei contrarium non ſit, quia dum in bonum vſum malefacta vertuntur, eius conſilio militant etiam quæ eius conſilio repugnant; nam ſæpe inde perficitur voluntas Dei, vnde repelli putabatur: quod enim Iudæi interimendo Chriſtum tentabant effugere, illud pleniſſimè euenit moriendo, iuxta illud quod eſt in Pſalm. *Solitarius ſum ego, donec tranſeam:* quod explicaſſe videtur Chriſtus Dominus *Ioan.* 12. cum dicit, *& ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum:* vnde rectè dictum eſt illud, *virtutis fortuna comes*; quidquid enim cum virtute, & recta intentione agitur, ſuum ſemper inueniet fæliciſſimum effectum, quemadmodum dictum eſt in Pſalm. 1. *Et omnia quæcunque faciet, proſperabuntur*; non enim eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum, quemadmodum dixit Salomon. in prouerbiis. Reſtat ergo, vt in cunctis, quæ agimus, vim ſupernæ voluntatis inquiramus, cui cognitæ debet vniuerſa noſtra actio famulari, ne etiam ei nolens ſeruiat, ſi hanc ſuperbiens declinet, ſicut feciſſe conſtat Ionam prophetam; dum enim Deum fugere decreuit, fugitiuum tempeſtas inuenit, ſors ligauit, mare comprehendit, nanque comprehendit Dominus [a] ſapientes in aſtutia eorum, quando & hoc in vſum ſuæ voluntatis redigit, per quod ſibi voluntas humana contradicit cauendo.

38. Matth. 12.
Ioan. 11.
Ioan. 12.
Ioan. 12.
Pſalm. 1.
[a] *Comprehēdit enim Dominus ſapientes in aſtutia ſua.*

§. II. Moraliter.

Tempeſtas diuinitus excitata in ſolam Ionæ nauim, docet, nullam aduerſante Deo tranquillitatem fore, & quàm ſit peccatoris indiuidua comes tempeſtas poſt Adami lapſum; quantóque ſæuior animam fugientis Deum, turbo inuadat.

39. QVamuis autem illud verum ſit, quòd tempeſtates ſuas habeant cauſas naturales, ex exhalationibus enim, & aëre commoto fiunt, vnde pleraque ſunt præſagia tempeſtatum, quæ deprehenduntur à nautis longa experientia, ſicut docet

Baſilius & alij. docet D. Baſilius *hom. 7. in examer.* & Ambroſ. *lib. 5. examer. cap.* 9. quibus ſuffragatur Plutarch. *in lib. de cauſis naturalib.* Lariſſimè ea de re agir Plinius *lib. 18. natural. hiſt. cap.* 35. quæ omnia accepit à Poeta ad calcem lib. 1. Geòrgic. Tamen hæc tempeſtas [b] miniſtrata eſt à diuina prouidentia, cuius fortaſſis non potuit eſſe aliquod præſagium, ſedato enim mari, ſola ea pars pelagi agitata eſt, quam nauigabat nauis Ionæ prophetæ, quemadmodum pulchrè colligit Theophyl. Cuius rei illud eſt efficax argumentum, quia aliàs non mitterentur ſortes ad deprehendendam cauſam illius tempeſtatis, ſi tempeſtas communis eſſet. Theophyl. ſuffragari videtur Hieron. cum ait, *In tranquillitate tempeſtas oritur, nihil, Deo* [c] *aduerſante, ſecurum eſt, hos enim comites ſolet habere peccatum*; quemadmodum proſequitur eleganter Guillelm. Am. *in Com. ſuper cap. 3. Gen.* vbi latè docet, poſt peccatum Adami continuò [d] excitatam fuiſſe vehementem tempeſtatem: pro qua re videndus eſt ille locus, qui eſt apud Laertium *in vita Biantis*; cum enim quoſdam impios homines ad Deum clamantes in magna tempeſtate audiſſet, *Sinite*, inquit, *ne vos hic eſſe ille ſentiat*; exiſtimabat enim Philoſophus tempeſtatis cauſam eſſe hominem impium, ab eo enim tempeſtates, ſicut cætera mala proficiſcuntur, quemadmodum dixit Regius Vates *in Pſalm. 44. Verba iniquorum prænaluerunt aduerſùs nos, & iniquitatibus noſtris tu propitiaberis*: opponit enim ille perſequutionibus iniquitates noſtras, quaſi inde emanent omnia mala: ſequitur ergo vehemens tempeſtas [e] fugitiuum hominem à Deo.

[b] Tempeſtas iſta à diuina prouidentia procurata eſt.

Theophyl.

Hieron.

[c] Sequitur enim fugitiuum à Deo vehemens tempeſtas.

Guillel. Am.

[d] Sed longè ſæuior turbo animam fugientis inuadit.

Laertius.

[e] Sequitur fugientem à Deo vehemēs tempeſtas.

40\. Non minor autem tempeſtas inuaſit animam Ionæ, id eſt, fugientis [f] hominis, quàm ea fuit, quæ oppreſſerat nauem Ionæ, quemadmodum proſequitur Nazianz. *orat.* 28. Quibus habet ſimilia Philo Iudæus *in lib. de congreſſu quærendæ eruditionis gratia.* vbi quanuis impiè videatur aſſerere, nullum alium eſſe inferorum locum, quàm animam ſuis perturbationibus agitatam: quem ſequutus eſt Origen. *lib. 2. Periarc.* ſicut refert, & impugnat D. Hieronym. *in epiſt. ad Auitam*: eleganter tamen per hyperbolem expreſſit ſtatum animæ perturbatæ, *Deus*, inquit, *iniuſtam, impiámque animam fugatam à ſe ipſo longiſſimè diſſipat in locum concupiſcentiarum, ac facinorum, qui locus impiorum vocatur aptius, quàm ille fabuloſus apud inferos; re vera enim infernus* [g] *nihil aliud eſt, quàm vita ſcelerati, & execrandi hominis*: quibus habet ſimilia D. Auguſt. lib. 1. confeſſ. cap. 12. *Feciſti Domine, & ſic eſt, vt omnis inordinatus animus ſibi pœna ſit*: ab hac igitur tempeſtate vehementer [h] timendum eſt, potiùs quàm ab ea, quæ in pelago exoritur: pro qua re videndus eſt Hieron. Rocel. *lib. 3. ſuorum ſymbol. in ſymbolo arboris pini*, quam nobilis quidam vir ſibi in ſymbolum acceperat à ventis agitatam, cuius hæc erat ſententia, *quid in pelago?* Quo facto vir ſapiens ſignificauit ſibi neceſſariò recedendum eſſe à Republica, quætendámque vitam aliam tranquillam, ſolitariam, & liberam à forenſi tempeſtate, vt conſtat ex figura arboris, id quod deſumptum eſt è Græco epigrammate, quod Latinum fecit Thomas Morus.

[f] Sed longè ſæuior turbo animam fugientis inuadit.

Nazianz.

Philo.

Origen.

Hieron.

[g] Fit enim infernus vita ſcelerati.

Auguſt.

[h] Ab hac tempeſtate timendum eſt.

Rocell.

Th. Morus.

Pinus ego ventis facilis ſuperabilis arbor,
Stulte, quid vndiuagam me facis ergo ratem?
An non augurium metuis, cum perſequitur me
In terra Boreas, quò fugiam tecum?

Hinc enim orta eſt ea ſententia, *quid in pelago*; effugiat igitur neceſſe eſt viri probi anima tumultus rerum, ne oppreſſa vi tempeſtatis naufragium patiatur, & pretioſa quæque proiiciat in mare. In hanc ſententiam videndus eſt Auguſt. *lib 4. de Ciuit. cap.* 26. cum quærit, cur publicè conſtitutum ſit apud Romanos, ne templum Deæ quietis ſactum intra mœnia vrbis erigeretur: *Indicium*, inquit Auguſtinus, *eſt animi inquieti; neque enim inter forenſes tumultus quies aliqua eſſe poteſt*; cauendum igitur maximè eſt, ne à portu ſacroſanctæ Hieruſalem ſoluat ea anima, quæ cum Deo tranquillam vitam agebat, ne naufragium patiatur, ſicut paſſus fuiſſe legitur Ionas hoc in loco.

Auguſt.

§. III.

O mirum diuinæ vltionis beneficium, tempeſtas timorem inducit, timor ſpem aperit, ſpes ad Deum cogit; docétque calamitas opportunè remedium ſalutis arripere vel neceſſitate cogente, proiiciendo merces in mare!

Timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum ſuum, & miſerunt vaſa quæ erant in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis.

41\. AMplificat adhuc Ionas vim tempeſtatis, tum quia nautæ peritiſſimi in ea re, & ſatis experti timere cæperunt, quod ſignum eſt in tempeſtate ſupremum, cæteri omnes precibus, votis, & clamoribus ad Deum confugerunt; tandem vniuerſa, quæ in naui deportabantur, proiecta ſunt in mare, quo nauis leuior tranſiliret. Duplex autem phraſis Hebræa hìc notanda eſt, cum enim Propheta dixit: *Clamauerunt viri ad Deum ſuum*: Hebræo loquendi modo ſignificauit, vnunquenque clamaſſe, id quod frequentiſſimum eſt in ſacra Scriptura. *Vaſa* autem cum dixit, ſignificauit omnia inſtrumenta bellica & nautica, & denique omnia vaſa, quæ in ea naui conuehebantur, illud enim ſignificat nomen Hebræum, ſicut etiam conſtat ex Matth. 12. *Quomodo poteſt quiſque intrare in domum fortis, & vaſa eius diripere, niſi prius alligauerit fortem?* Vas igitur ſignificat, quidquid in domo, vel in naui aliqua fuerat; vnde deriuatum eſt verbum *conuaſare*, quod ſignificat furto omnia diripere, ſicut Terent. dixit in Phormione: *Aliquid conuaſaſſent, atque hinc me protinus in pedes conijcerent.* Vniuerſa ergo, quæ in naui fuerant, proiecta ſunt in mare, vt exonerata eſſet in tempeſtate, & ne onere depreſſa mergeretur.

[l] Duplex phraſis Hebræa exponitur.

Matth. 12.

Terent.

42\. Illud igitur colligitur ex hoc loco, timorem [m] eſſe virtutis initium, neque enim priùs de Deo cogitarunt nautæ, quàm timuerint, vnde pulchrè dixit quidam, ———

——— *Primus in Orbe Deos fecit timor*,

namque omnis ſanctitas à timore incipit. In quam ſententiam videndus eſt Plutarch. *in vita Cleomenis*, vbi docet, hunc affectum, id eſt, timorem, veteres Lacedæmonios ſolitos fuiſſe diuinis honoribus colere; exiſtimantes, neque Rempublicam, neque ſanctitatem aliter, quàm per timorem contineri poſſe; tunc enim maximè

[m] Timor virtutis initiū.

Plutarch.

ximè homines ad Deum confugiunt, cum deſperatis rebus omnibus timere incipiunt, ſicut hoc in loco factum eſt; quandiu ſerenum fuit mare, nihil minus cogitabant, quàm de Deo, ij, qui naui vehebantur ſecundis ventis: Verùm vbi tempeſtas exorta eſt, ſtatim vates addidit, *& timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum ſuum:* dum enim tempeſtas naufragium minatur, timor in odium conuertit animam earum rerum, quas maximè amabat, & quærebat, & ſpem introducit eius, à quo remedium ſperandum eſt; ſolet enim timor reſerare portas ipſius ſpei, ſicut inter cæteros notaſſe videtur Seneca, *lib. 1. epiſtolar. epiſt. 5.* cum aſſerit timorem, & ſpem inter ſe ſe coniunctos affectus eſſe, quamuis maximè diſſidere videantur, quemadmodum eadem catena, & cuſtodem, & militem copulat. Sic iſta, quæ tam diſſimilia ſunt, pariter incedunt, ſpem metus ſequitur, metum ſpes conſequitur: primam igitur ſalutis viam timor oſtendit; profugus enim animus, ſtatim vt timere cæpit, ad Deum conuerſus eſt: id quod notauit D. Thomas *3. part. quæſt.* 85. duobus extremis articulis, vbi aduertit totius ſanctitatis principium eſſe timorem, qua de re latiùs, Deo dante, dicemus *in cap. 3.*

Seneca.

D. Thom.

45. Docet etiam hic locus, calamitatem [n] opportunam occaſionem eſſe ad Deum quærendum; vbi primùm enim tempeſtas exorta eſt, continuò ad Deum confugiunt ij, quibus imminebat naufragium, quod Rex vates aduertit in Pſalm. 29. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.* Similis eſt locus in Pſalm. 77. *Dum occideret eos, quærebant eum:* & Pſalm. 82. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum.* Proſequitur hoc argumentum D. Auguſtinus *Pſalm.* 50. cum ponderat gemitus Dauidis Regis; *erat enim in infirmitate tribulationis ſuæ, tanto in Deum interior, quanto miſerior ſibi videbatur.* Quem locum amplificat Nazianz. *orat.* 17. cum exponit ea verba, *Bonum mihi quia humiliaſti me*, cùm ea res iuſtificationem pariat, & Dei cognitionem; quippe Petrum imitantur omnes peccatores Dei opem implorantem, cum iam pene mergeretur, quandoquidem ægra anima Deo propinquior eſt, at penuria ipſa efficit, vt ad Deum, qui largiendi poteſtatem habet, noſmetipſos conferamus; quò enim quiſque miſerior eſt, eò minus habet, cuius amore capiatur in terra, ac proinde ad Deum confugiat, neceſſe eſt, ſicut proſequitur Gregorius Magnus *Pſalm.* 31. In quam ſententiam videndus eſt Plutarch. *in vita Romuli*, cum ita habet, *Graſſabatur olim magna peſtis in vrbe Roma, gutta ſanguinis de cælo cecidère, vt ad neceſſarias moleſtias vehemens ſuperſtitio hominum animos occuparet.* Quibus habet ſimilia Liuius *lib. 3. decadis.* 1. Confugiunt ergo homines in calamitate ad Deum.

[n] *& calamitas opportuna ad quærendũ Deũ occaſio.*

Pſal. 29.

Pſal. 82.

Auguſt.

Nazianz.

Plutarch.

Liuius.

44. Tandem docet hic locus in media tempeſtate, non opes, [o] ſed paupertatem remedium naufragis præbere potuiſſe: etenim qui paupertatem fugientes, procelloſum nauigabant pelagus, non mercibus, ſed paupertate inuenire poſſe ſperarunt tranquillitatem; ea enim mente proiecerunt merces in mare. Similis eſt locus apud Iſai. *cap.* 2. cum ita habet: *In die illa proiiciet homo idola argenti ſui, & ſimulachra auri ſui, quæ fecerat ſibi, vt adoraret, & ingredietur ſciſſuras petrarum:* quem locum ita vertit Rabbi Salomon. *Proiiciet vniuerſa pretioſa, quæ habet, fugiens ad ingrediendum cauernas terræ;* ſolent enim diuitiæ impedimento eſſe ad latendum, expeditiores enim ſunt ad fugam pauperes, quàm diuites. Proſequitur hoc argumentum Chryſoſtomus *homil. 6. in epiſt. ad Titum*, cum ita habet: *Sicut eos, qui nudi fugiunt, nemo poteſt facilè tenere, eum verò, qui veſtem poſt ſe trahit, facilè quiduis apprehendit, ſic etiam diues, & pauper exiſtimandus eſt; nam pauper facillimè fugere poterit, diues licet non teneatur, ſuis compedibus irretitus eſt.* Quibus habet ſimilia Pruſper. *lib. 2. de vita contemplatiua, cap.* 13. In quam ſententiam notauit pulchrè Tertull. *in lib. de habitu muliebri, cap. 7.* morem quarundam gentium; *Apud barbaros*, inquit, *quoſdam, quia vernaculum eſt aurum, & copioſum, auro vinctos in ergaſtulis habent, & diuitiis malos onerant, tanto locupletiores, quanto nocentiores:* id quod etiam aduertit Theodoret. Cauter. *lib. 1. variar. lect.* Repetit eandem ſententiam Tertullian. *in lib. de cultu fæminarum, cap.* 10. cum ait: *Quanquam aurum ipſum cuidam genti ad vincula ſeruire referunt Gentilium literæ:* pro qua re videndus eſt ille locus, qui eſt apud Senec. *epiſt.* 14. quem imitatus eſt Tragic. Seneca cum dixit:

[o] *In tempeſtate, non opes ſed paupertas remedium:*

Iſai. 2.

Rab. Salom.

Chryſoſt.

Proſpert.

Tertull.

Theodor. Cauter.

Tertull.

Seneca.

Tragicus.

> *Sollicito bibunt auro ſuperbi,*
> *Quàm iuuat nuda manu captaſſe fontem!*

Rectè igitur, qui in tempeſtate erant, omnia, quæ in naui deuehebantur, proiecerunt in mare, ſperantes non diuitias, ſed paupertatem, [q] tranquillitatem, & ſerenitatem naufragis hominibus, & pene deſperatis afferre poſſe. Conſequens iam eſt, vt ad Ionam Prophetam redeamus, quem in ipſa nauis carina, & inter poſtremas cauernas alto ſomno oppreſſum nautæ inuenerunt.

[q] *& à paupertate tranquillitas maiora ſperatur.*

TRACTATVS V.

De verbis illis: *& Ionas deſcendit ad interiora nauis, & dormiebat ſopore graui: & acceſſit ad eum gubernator, & dixit ei: Quid tu ſopore deprimeris? Surge, inuoca Deum tuum, ſi forte recogitet Deus de nobis, & non pereamus.* Siue, *De Iona dormiente in media tempeſtate.*

§. I.

Prophetam ſanè agere videretur Ionas dum inter medios fluctus ſecurus dormit, niſi fugitiuus Dei eſſet: quare

ex

ex mæſtitia commiſſi ſceleris obdormiſſe potiùs credendum eſt.

45. NIſi nobis conſtaret Ionam fugitiuum hominem eſſe, & profugum à Deo, hic eius ſtatus in media tempeſtate virum philoſophum, & plane propheticum referebat, eſt enim peculiare viro philoſopho [r] nihil in periculis timere, & à cæteris ſepoſitum, & ſeparatum eſſe: id quod aduertit ad hunc locum D. Hieronym. cum ait, *Quantum ad hiſtoriam pertinet, propheta mens ſecura deſcribitur, non tempeſtate, non periculis conturbatur, eundem & in periculo, & in naufragio animum gerens: denique alij clamant ad Deos ſuos, vaſa proiciunt, nititur vnuſquiſque quo poteſt, iſte tunc quietus, & ſecurus, & ad nauis interiora deſcendens, ſomno placido perfruitur.* Quam ſententiam proſequitur Plutarch *orat. 1. de fortuna Alexandri*, cum ait, *Iudicia recta omnibus hominibus putamus ineſſe, quòd naturam vltro ad honeſtatem ducat: Philoſophi autem in hoc præſtant vulgo, quod iudicia habent in aduerſis rebus firma, & roborata.* Similis eſt locus apud Philonem *in lib. de Ioſeph. Vir philoſophus in concha morem ſibi adhæreſcens, etiam ſi conteratur à quopiam, non ægrè fert.* Quæ cauſa fuit, cur Elias propheta *lib. 3. Reg. 19. cap.* ſub vmbra iuniperi dormierit, dum Regina Ieſabel eum quæreret ad mortem. Quod item Petrus feciſſe legitur *Actor.* 12. comprehenſus, & catenatus ab Herode Rege, ſic autem dormiebat: decet enim virum philoſophum inter [ſ] labores ſecuritas, opportunus autem locus ad ſecuritatem, & quietem, eſt locus à cæteris omnibus ſeparatus; ſolitarium [t] enim degere, propheticum eſt, quemadmodum dixit Hieremias in Threnis, *ſedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſupra ſe.* Eſt enim ſolitudo accommodata ad contemplationem, & ad virtutem, quemadmodum latè docet Hieronym. *in epiſt. ad Heliod.* Id quod dixit Regius vates *in Pſalm.* 101. *Similis factus ſum pelicano ſolitudinis, factus ſum ſicut nycticorax in domicilio: vigilaui, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto:* fugiebat enim Regius vates humanos conuictus more triſtium, & lucifugarum auium; mœror enim, & vera philoſophia ad tenebras, & ad loca ſeparata eum adigebat, nam ſolitudo conferre poteſt & ad triſtitiam, & ad philoſophiam, [u] ſeu ad veram prophetiam. Prophetam igitur agere videtur Ionas, dum ſeparatus à cæteris inter medios fluctus dormit, niſi fugitiuus Dei eſſet, quare huius rei alia cauſa quærenda eſt.

[r] *Philoſophi eſt nihil in periculis timere.*

Hieron. Plutarch. Philo. 3. Reg. 19. Actor. 12.

[ſ] *Sed inter labores ſecurum eſſe.*

[t] *Solitarium item degere propheticum eſt.*

Hieremia. Hieron. Pſalm. 101.

[u] *Confert enim ſolitudo ad philoſophiam & prophetiam.*

46. Opportunus igitur locus tum ad triſtitiam, tum ad ſomnum, erant inteſtina nauis, ſiue carina; ad latera enim deſcendit, & inter cauernas recubuit, qui locus & ab ſtrepitu nautarum, & ventorum ſeparatus eſt, & omnino ſomno opportunus. Non placet autem hoc loco id, quod D. Hieronym. velle videtur, ideo [x] deſcendiſſe Ionam ad interiora nauis; ne quaſi Dei vindices fluctus aduerſus ſe videret intumeſcere; credibile enim non eſt, adeo Dei oblitum eſſe Ionam, vt dormire vellet puniente Deo.

[x] *Deſcendiſſe Ionam ad interiora nauis, ne vindices Dei fluctus reſpiceret, credit D. Hieronymus.*

Hieron.

47. Vt igitur clarior hæc ſententia appareat, aduertendum eſt cum Galeno *lib. 1. de cauſis ſymptomatum cap. vltimo*, & *lib. 3. de cauſis pulſuum cap. 9* Somnum non fieri præcipuè ex euaporatione alimenti ab ſtomacho, obſtruentibus vaporibus eos meatus, per quos è cerebro ad ſenſus defluunt ſpiritus animales, quemadmodum voluit [z] Ariſtotel. *in lib. de ſomno, & vigilia & lib. 2. de partib. animal. cap. 7.* Sed [a] potiùs ſomnus fit à natura recipiente, & reuocante ſpiritus animales ad cerebrum, vt deficientes reficiat ad inſtar diligentis Patrisfamilias, qui ſeruos ſuos reuocat à labore, vt eos cibo reparet; ſic etiam & natura nunc abſcondit in cerebro ſpiritus animales, nunc eos infundit refectos in ſenſus, quemadmodum aduertit Plinius *lib. 10. naturalis hiſtoriæ, cap. 75.* Ex hac enim reuocatione ſpirituum vitalium ad cerebrum, ligatio ſequitur ſenſuum externorum, qui ſomnus appellatur, & eſt. Quam philoſophiam ſecutus videtur Cicero *in ſomno Scipionis*, cum dixit, *& vt cubitum diſceſſimus, me, & feſſum de via, & qui ad multam noctem vigilaſſem, artior, quàm ſolebat ſomnus cõplexus eſt.* Cum autem regio apparatu cœnaſſet, ſomnum non refert in cœnam, ſed potius in laborem viæ, & vigilias noctis. Credibile igitur valde eſt, Ionam prophetam, & feſſum de via, & mœſtitia [b] oppreſſum dormiuiſſe: ſolet enim triſtitia ſpiritus colligere ad cerebrum, & externos ſenſus deſtituere, ſi tamen grauiſſima mœſtitia eſt, ſicut plerunque euenire ſolet in animi deliquio, quod videtur docere Lucas *in c.* 22. cum dixit Chriſtum Dominum inueniſſe diſcipulos dormientes præ triſtitia. Quam ſententiam ſequuntur Hieron. Theophyl. & Theodoret. & [c] cæteri omnes grauiores interpretes, dum cauſam ſomni Ionæ prophetæ dicunt eſſe, & itineris fatigationem, & commiſſi ſceleris triſtitiam; mirandum enim non eſt, [d] ſi triſtitia violatæ amicitiæ diuinæ, & itineris defatigatio collegerit animales ſpiritus ad cerebrum, ſicut colligit animæ deliquium, atque ita deſtituerint ſenſus externos, vnde altus ſomnus prophetam occupauit. Quæ expoſitio magis confirmatur ex Theophyl. qui ad hunc locum ita habet: *Nunquid adeo ignauus, & ſocordiæ deditus erat propheta, vt tanto periculo ſuſcitato ipſe dormiret, & ſterteret? quod maximæ ſecuritatis argumentum erat, verum ante subortam tempeſtatem ſopore correptus eſt fortaſſis ex nimia fugæ triſtitia, & defatigatione itineris:* qui ſenſus omnino quadrat cum hominis ingenio, cuius non eſt tam citò incidiſſe in tantam Dei obliuionem. Confirmatur magis hæc ſententia, quia verba Hebræa oſtendere videntur ante tempeſtatem dormiuiſſe Ionam: ſic enim ea vertunt Vatabl. & Pagnin. *deſcenderat ad interiora nauis, & dormiebat*, oppreſſum enim à ſomno Ionam inuenit tempeſtas.

Galen.

[z] *Pro ſolutione nota quid ſomnus ex Ariſtotele.*

Ariſtotel.

[a] *Sed in eo diffiniendo præfertur Galenus.*

Plinius. Cicero.

[b] *Vnde ex mœſtitia potiùs creditur Ionã dormiſſe.*

Luc. 22. Hieron. Theophyl. Theodoret.

[c] *Ita grauiores Autores opinantur.*

[d] *Ex triſtitia numerum violata diuina amicitia.*

Theophyl.

[e] *Iam enim oppreſſum ſomno tempeſtas inuenit.*

Vatabl. Pagninus.

§. II. Moraliter.

Sicut primus peccantis labor eſt latebras quærere, vt in ſordibus ſuis conquieſcat: ita deplorati in malis animi eſt, inter flagella Dei excitantia ad pœnitentiam ſecurum dormire.

HIc eſt verus ſenſus huius loci, ſi tamen ad puram literam inſpiciamus: ſi verò ad naturam peccantium attendamus, quorum ſtatum, & conditionem hæc Ionæ fuga repræſentat, ſecuritatis videtur eſſe, & animi in ipſis ſceleribus acquieſcentis in tanto malo dormire, ſicut proſequitur Hieron. cum ait, *In typo ſomnus prophetæ, & grauiſſimus ſopor, hominem ſignificat ſopore erroris torpentem, cui non ſuffecerat fugiſſe à facie Domini,* 48.

Hieron.

[f] *Grauiſſima peccātis anima deſpādēa.*

mini, [f] *niſi quadam vecordia mens eius obruta ignoraret iracundiam Dei, & quaſi ſecurus dormiret, & profundiſſimum ſomnum ronconare, ſonaret.*

49. Ex hoc autem loco illud primò colligitur, proprium eſſe peccantium latebras quærere, ſicut feciſſe legitur Ionas hoc in loco; continuò enim, vt peccauit, nihil potiùs curauit, quàm modum, [g] quo latere poſſit, ac proinde *deſcendit ad inferiora nauis*, hæc enim eſt peccantium natura, ſicut grauiter & eleganter dixit Philo *lib. 2. legis alleg.* cum ponderat ea verba Geneſ. 3. *Et abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini: Hic introducitur,* inquit Philo, *dogma, quo docemur, omne malum eſſe exulem, virtutis autem exul ſtatim abſcondit ſe à Deo; nam ſi ſapientes conſpiciuntur à Deo, vt pote amici eius, liquet abſcondi malos, & celare ſe, tanquam* [h] *inimicos, hoſteſque rectæ rationis.* Similia habet Ioannes Chryſoſt. homil. 17. ſuper Geneſ. *Talis eſt peccantium natura, & conſuetudo, vt tametſi occultari non poſſint, occultari tamen velint, & ſtudeant.* Proſequitur hanc ſententiam Gregor. Magn. *lib. 22. moral. cap. 13.* cum ita habet, *vſitatum humani generis vitium eſt, & latendo peccatum committere, & commiſſum negando abſcondere, & conuictum defendendo multiplicare: in qua videlicet occultatione, non ſe Domino abſcondit, ſed Dominum abſcondit ſibi; agit, ſcilicet, ne omnia videntem videat; non autem, ne ipſe videatur.* Vnde Ioan. 12. demortuo Lazaro qui ſub magna mole latebat, non dixit Chriſtus, *reuiuiſce,* ſed, *veni foras*, quaſi plus fuerit abſconditum peccatorem à facie Domini, ad lucem, quàm ad vitam reſtituere mortuum. Quæ nequitiæ argumenta ab Adamo accepimus; [i] ſicut enim ille nos peccare docuit, ſic & latere; quod videtur notaſſe Iob. *cap. 31. Si abſcondi, vt homo, peccatum meum*; quaſi velit, hæreditarium eſſe ab Adamo, ſicut peccare, ſic & latere, quod feciſſe legitur Ionas; fugiens enim à facie Domini, ſeceſſit ad inferiora nauis, vt lateret.

[g] *Primus labor peccantis eſt vbi abſcondatur,*
Gen. 30.
Philo.
[h] *Tanquam inimicus Dei, & hoſtis rectæ rationis.*
Chryſoſt.
Greg. Mag.
Ioan. 12.
[i] *Vtrunque ſcilicet, & peccare, & latere ab Adamo didicimus.*
Iob. 31.

50. Secundò colligitur ex hoc loco, proprium eſſe peccantium hominum in ſuis voluptatibus fœdis, & turpibus [l] conquieuiſſe, neque enim aptiorem locum inuenire potuit Ionas ad ſomnum, quàm inferiora nauis, qui locus fœdiſſimus eſt: pro qua re videndus eſt ille locus Ezech. cap. 16. vbi diuinum oraculum de miſero hominis ſtatu ita habet, *Aqua non eſt lota, neque pannis inuoluta, ſed proiecta eſt ſuper faciem terræ in die, qua nata eſt; tranſiens autem vidi te conculcatam, & dixi tibi cum eſſes in ſanguine tuo, dixi, inquam, Viue in ſanguine tuo, & amictum meum ſuper te expandi, & operui ignominiam tuam.* Id quod etiam velle videtur ſponſus *Cantic.* 8. cum in memoriam reducens ſuæ ſponſæ fœdum locum, in quo genita eſt à matre ſua, & in eodem relicta dixit, *ſub arbore malo excitaui te, ibi corrupta eſt, quæ peperit te*: quaſi vellet, Diutius iacuiſſes in loco corruptionis parentis tuæ, niſi te ab eo loco excitaſſem. Videndus eſt Ambroſ. *ſuper Lucam cap. 15.* cum ponderat prodigum filium non potuiſſe inuenire magis accommodatum locum, quam inter porcos, *in ſordibus enim,* inquit ille, [m] *& in fœtoribus viuat, neceſſe eſt ea anima, quæ Deum fugit.* Similia dixit Bernard *in ſerm. de conuerſ. cleric. or. cap. 13. Addicitur fœtoribus meritò, qui receſſit à Deo, vt ſentiat, quam miſerum ſit, & amarum quietis paternæ beatitudinem perdidiſſe.* Hæc igitur fuit cauſa, cur Ionas ad quietem elegerit interiora nauis.

[l] *Non niſi in turpibus vitioſus quieſcit.*
Ezech. 16.
Cant. 8.
Ambr.
[m] *In fœtoribus enim neceſſe eſt vt viuat anima quæ Deum fugit*
Bernard.

[A] *Gabr. à Coſta in Ionam Prophetam.*

51. Docet tandem tertiò hic locus deploratam omnino ſalutem eorum, qui inter flagella excitantia, ſecuri dormiunt, quorum ſtatum refert Ionas; etenim inter frementes fluctus, & quodammodo eum vocantes, dormiebat ſecurus; omnis autem diuina percuſſio, aut purgatio [n] vitæ præſentis eſt, aut initium pœnæ venientis. Pro qua re videndus eſt ille locus apud Hierem. in cap. 3. *Poſtquam conuertiſti me egi pœnitentiam, & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum*: quem locum ita vertit Vatabl. *comploſi manus meas ſuper femur, & erubui*; qui enim inter [o] flagella non erubeſcit, in eo ſtatu eſt, quem maximè deplorat Hierem. *cap. 3.* cum inquit, *frons mulieris meretricis facta eſt tibi*; quod egregiè amplificat Plutarch. *in eo lib.* cui titulum fecit, *de vitioſa verecundia. Melioribus annis,* inquit ille, *in oculis noſtris pupillæ erant,* id eſt, *imagines earum rerum, quæ in oculis noſtris repræſentabantur, verecundæ quadam pupillæ erant; nunc autem meretrices habemus in oculis, quod ſignum eſt deſperatæ ſalutis.* Videndus item eſt Hieremias *in cap. 5.* cum ita habet: *Percuſſiſti Domine eos, & non doluerunt; attriuiſti eos, & noluerunt recipere; indurauerunt facies ſuas ſuper terram.* Proſequitur hoc argumentum Greg. Magn. *lib. 3. moral. cap. 16.* & totidem verbis D. Auguſt. *tract. 60 ſuper Ioannem,* cum ait: *Non eſt dubium, ſic hominis animum eſſe, quemadmodum, & corporis membrum deſperatius ægrotare,* [p] *quando doloris amiſerit ſenſum.* Talis planè Ionas fuit, referens deſperati peccatoris formam, cum inter fluctus ſecurus dormiebat.

[n] *Omnis diuina percuſſio aut purgatio eſt in præſentis, aut initiū pœnæ venientis.*
Hierem. 3.
[o] *Meritò ergo deplorari debet, qui inter flagella non reſipuit, aut erubeſcit.*
Vatabl.
Plutarch.
Hierem. 5.
Greg. Magn.
Auguſt.
[p] *Emortui enim eſt non ſentire dolorem.*

§. III.

Cùm malus per omnia, & ad omnia cæli, & terræ negotia ſit inutilis; pius è contrario adeo per omnia, & omnibus proficuus exiſtit, vt etiam indignis diuinam ſæpe promereatur miſericordiam.

Et acceſſit ad eum gubernator & dixit ei, quid tu ſopore deprimeris?

52. NAturale eſt vnumquenque in ſuo periculo de alio plus ſperare, [q] quam de ſeipſo; vnde nauis gubernator, qui alios debuerat conſolari, cernens diſcriminis magnitudinem, excitat dormientem, & arguit improuidæ ſecuritatis, admonetque, vt cuius erat commune periculum, communis quoque eſſet oratio. Docet autem hic locus peccatorem omnino inutilem eſſe, quemadmodum dixit Philo *lib. 2. legis allegor.* cum ait, *à Græcis impius atopos vocatur* id eſt, *cuius nuſquam vſus eſt.* Similia habet idem Philo *in lib. de congreſſu quærendæ erudit. gratia.* cum explicat ea verba Geneſ. *Eiice ancillam, & filium eius.* Similia ſunt ea, quæ habentur Geneſ. *in cap.* 4. cum oraculum diuinum dixit ad Cain fratricidam, *nunc igitur maledictus eris ſuper terram, vagus, & profugus eris ſuper terram: dixitque Cain ad Deū, Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear: ecce eiicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagus, & profugus ſuper terram*: malitia [r] enim cælo, & hominibus inutilis eſt. Videndus eſt Diogenes Laërtius, *in vita Diogenis,* qui aſſerere ſolebat, impios, & luxurioſos homi-

[q] *Plus quiſquam in ſuo periculo de alio, quàm de ſe ſperat.*
Philo.
Gen. 4.
[r] *Malitia enim cælo & hominibus inutilis eſt.*
Laertius.

nes, non diſſimiles eſſe ficubus, quæ per præcipitia naſcuntur; earum enim fructus homo non guſtat, coroi autem, & vultures comedunt. Amplificat hanc ſententiam Areopag. *in lib. de diuin. nominib. cap. 4. p. 4.* Quo in loco latiſſimè diſſerit de malo, & inter cætera ita habet, *malum eſt præter viam, præter intentionem, præter naturam, præter initium, præter finem, præter voluntatem, præter ſubſtantiam. Eſt igitur malum priuatio, atque defectio, infirmitas, inconuenientia, atque fruſtratio; deſtinatione, pulchritudine, vita, ſenſu, ratione, ac ſede, & cauſa priuatim, indefinitum, infacundum, otioſum, imbecillum, & ipſum nullo modo, nuſquam, & nihil exiſtens.* Pro qua ſententia amplificanda, etiam de prauo homine dixit Rex Salomon cap. 6. in Prouerbiis: *Homo apoſtata vir inutilis.* Similia Chriſtus Dominus *cap. 3. Matth.* vbi oſtendit inutile illud eſſe, cuius nullus eſt vſus, niſi forte, vt ſit, & fiat [f] cibus ignis æterni; ſic enim ſumpta ſimilitudine à re ruſtica de homine infructuoſo, ſiue viro nequam dixit, *Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur.* Et in eodem ſenſu dixit Ioannis 15. *Si quis in me non manſerit, mittetur foras, ſicut palmes, & areſcet, & colligent, & in ignem mittent, & ardebit.* Similis eſt locus Matth. 25. cum de inutili ſeruo dixit Chriſtus Dominus, *Eiicite in tenebras exteriores.* Videndus quoque eſt D. Paulus *in epiſt. ad Philem.* vbi ita dixit de Onezimo, qui aliquando fuerat ſeruus malus, ſeu inutilis, ſiue fur, & profugus: *Obſecro te pro meo filio, quem genui in vinculis Onezimo, qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi, & tibi vtilis:* te vera enim pietas [t] ad omnia vtilis eſt, impietas autem inutilis, ſicut docet idem Paulus 1. *ad Timoth. cap. 4.*

Areopag. — Prouerb. 6. — Matth. 3. — Ioan. 15. — Matth. 25. — D. Paul. — 1. ad Tim. 4.

[f] *Ad nullius vſum, niſi ad cibum æterni ignis inferniconis.*

[t] *E contra verò pietas ad omnia vtilis.*

53\. Vnde Hieremias *in Thren. cap. 4.* deplorat mortem Ioſiæ ſanctiſſimi Regis, cuius pietate, & virtute res Hebræorum ſuſtentabantur; erat enim omnibus vtilis eius pietas; ſic enim habet Hieremias, *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus, captus eſt in peccatis noſtris, cui diximus, In vmbra tua viuemus in Gentibus.* Similis querela eſt apud Iſai. in cap. 57. *Iuſtus perit, & non eſt, qui recogitet.* Quod notaſſe videtur D. Luc. *in actis cap.* 8. cum mortem Stephani dixit deploratam fuiſſe à fidelibus eius temporis, *Curauerũt eum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum.* Denique hac de re videndus eſt Philo *in lib. de ſacrificio Abelis, & Cain,* declarans, quanta commoditas, & vtilitas proueniat vniuerſo generi humano ex vita, & ſalute vnius hominis iuſti, & quanta ſit iactura in eiuſdem obitu, *Equidem*, inquit ille, *quando aliquem bonum virum habitantem in aliqua domo, aut vrbe video, felicitatem ei manſuram perpetuò, & domum, & vrbem illam beatam prædico, ratus tum præſentem felicitatem, tum abſentem ſpectandam cumulatiorem Deo* [u] *vltra modum, & menſuram, diuitias ſuas in gratiam dignorum, etiam in indignos profluere ſolito, quibus, quia ne ſentſcam, mihi precari non liceat, precor vitam longiſſimam, exiſtimans tam diuturnam felicitatem fore hominibus, quàm longum illis vitæ tempus contigerit.* Similia habet *in lib. de migratione Abrahæ,* cum ait, *Re vera, fulcrum generis humani, iuſtus eſt, ſuas dotes communicans, & in publicum vſum conferens, & quidquid apud ſe non inuenit, à Deo ſolo ditiſſimo poſtulat, atque ille cœleſti apte promptuario niuis, & imbris in morem bona depluit affatim, vt omnes terrenæ lacunæ reſtagnent; quamobrem ille ſapiens Abraham expertus per omnia Dei benignitatem credidit, quòd etiamſi delerentur cætera omnia, ſi modo parua virtutis reliquiæ, tanquam* [x] *ſcintilla, ſeruatæ fuerint, ob has ipſas etiam illa miſericordiam conſequutura ſint, vt collapſa reſurgant, & extincta reuiuiſcant, ſcintilla enim vel parua fumigans, ſi afflata fuerit, magnum excitat incendium; ſic & minimum ex virtute reliquum: Oremus igitur, vt ſeu columna in domo, mens in anima, in humano verè genere homo iuſtus permaneat ad calamitatum remedium, nam hoc incolumi de publica ſalute deſperandum non eſt.* Mirum igitur non erit, ſi is qui profugus erat à Deo, & vagus agitabatur per vniuerſum pelagus, quocunque eum ventus ferret, inutilis fuerit in periculo [z] ſuis cõmilitonibus; laborantibus enim cæteris, ſolus profugus Ionas ſecutus dormiebat, quemadmodum increpando hominis deſidiam, & ſocordiam gubernator nauis dixit, *quid tu ſopore deprimeris?* Sunt enim indignationis verba contra hominis ſocordiam in periculis grauiſſimis.

Ierem. 57. — Actor. 8. — Threu. 4. — Philo. — Idem.

[u] *Confert enim Deus ſuas diuitias in gratiam dignorũ etiã in indignos.*

[x] *Sufficitque parua virtutis ſcintilla in medio malorum, vt miſericordiam conſequatur diuinam.*

[z] *Inutilis ergo Ionas ſociis, quia à Deo profugus.*

§. IV.

Vnicum in malis præſidium oratio; per eam quod Deus diſpoſuit, obtinetur, ab iniuria defendimur, & ignominia; cœlum aperitur, quæque peccatum deſtruxerat, reſtituuntur.

Surge, & inuoca Deum tuum ſi forte recogitet Deus de nobis, & non pereamus.

EXaminanda eſt hoc in loco phraſis Hebræa, quæ frequentiſſima eſt in ſacra Scriptura, in qua, ſi [a] *forte,* accipitur pro, *fortaſſe:* qualis eſt locus apud Hierem. 26. *Noli ſubtrahere verbum, ſi forte audiant, & conuertantur;* id eſt, fortaſſis meliora ſequentur conſilia. Similis eſt locus Amos in cap. 5. *Si forte miſereatur Deus exercituum reliquiis Ioſeph;* quod verbum dubitantis Dei [b] non mutat voluntatem, ſed noſtram; videtur enim in his verbis proſopopœia eſſe, ſecundùm quàm figuram humani affectus Deo, & rebus inanimatis attribuuntur; quemadmodum notauit Rabbi Abraham, vt omittam ſactos Authores in re adeo certa commentantes ea verba Geneſ. *Pœnituit Deum, quòd hominem feciſſet.* Cum igitur pœnitentia Deo, vel deliberatio attribuitur, [c] figurata locutio eſt, ſecundùm quam humani affectus Deo dantur; non quòd Deus recogitet, aut pœniteat, ſed quia effectus ita accidunt, ac ſi Deus de nouo deliberaſſet. Senſus igitur huius huius loci talis eſt, ſurge à ſomno, vt precibus cum Deo agas, fortaſſis ita conſtitutum eſt, vt orationibus pellatur hoc malum à nobis. 54

Ierem. 26. — Amos 5. — Rab. Abrah.

[a] *Phraſis Hebræa examinatur, ſi forte.*

[b] *Quod Dei non mutat voluntatem, ſed noſtram.*

[c] *Cum enim Deo deliberatio attribuitur, figurata locutio eſt.*

Videndus autem eſt pro maiori cognitione huius loci D. Thom. *3. contra Gent. cap. 96.* cum agit contra hæreticos aſſerentes per orationes hominum, mutari poſſe voluntatem Dei, ſiue prouidentiam, cum tamen Deus [d] immutabilis ſit, ſicut dicitur 1. Reg. 15. *Triumphator Iſrael non parcet, & pœnitudine non flectetur, neque enim homo eſt, vt agat pœnitentiam.* Similis eſt 55

D. Thom. — 1. Reg. 15.

[d] *Deus enim immutabilis omnino eſt.*

locus

by Google

Malach. 3.

locus Malach 3. *Ego Domiaus, & non mutor*; poſſunt nanque orationes inferiorem ordinem cauſarum ſecundarum immutare, non tamen voluntatem diuinam, quæ vniuerſalior cauſa eſt, & complectitur omnes alias cauſas poſteriores, inter quas ſunt etiam orationes, quæ inſtrumenta nonnunquam ſunt etiam diuinæ voluntatis. Id qood aduertit D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 82. *art.* 2. cum ait, *orationes non eſſe ordinatas* [e] *ad immutandam diuinam voluntatem, & eius diſpoſitionem, ſed quod noſtris precibus obtineatur, quod Deus diſpoſuit.* Quo ſenſu intelligendus eſt Hieronym. *in epiſt. ad Gaudentium*, cum ait, *Dei potentiam impediebant ſerui preces*; explicans ea verba Exod. cap. 23. *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra populum hunc*: eſt enim planè ſingurata hæc locutio, & per proſopopœiam. Similis eſt locus apud Gregorium io dialog. *aoa mutat Deus conſilium, quamuis mutet ſententiam.* Quem locum explicat D. Thomas *locis citatis*, quaſi velit Gregorius, Deum non mutaſſe eam ſententiam, & conſilium, quod exprimit diſpoſitionem æternam, ſecundùm quam ſtatuerat, vt per orationes mutaretur [f] inferiorum cauſarum ordo, quæ poſterior mutatio cauſarum, mutata ſententia diuioa dicitur, non quòd voluntas diuina mutetur, ſed qoòd effectus cauſatum ſecundarum mutatus ſit per orationes.

D. Thom.

[e] *Neque orationes noſtræ Dei immutãt voluntatem, ſed eius diſpoſitioni inſeruiunt.*

Hieronym.

Exod. 23.

Gregorius.

D. Thom.

[f] *Tantummodo inferiorum cauſarũ ordinem immutant.*

56. Ponderat autem eleganter Philo *in lib. de ſomniis*, hoc ſolum nobis relictum eſſe præſidium in malis, [g] orationes ſcilicet; in quam ſenteotiam adducit, & ponderat ea verba Deuter. 24. *Non pernoctabit apud te pignus, ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum, vt dormiens in veſtimento ſuo benedicat tibi*: quibus verbis legiſlator Moyſes præcipit, vt ſi quiſpiam pignoris loco acceperit pallium alicuius, acceptum reddat ante ſolis occaſum; neque enim decet, vt pernoctet in domo creditoris, cum neceſſarium ſit pallium debitori, quo ſolo ſuam turpidinem tegit, & in quo de nocte dormit. Super quibus verbis multa philoſophatur Philo eleganter; neque exiſtimat io ſolo cortice intelligendam eſſe hanc ſententiam, ſed ad allegoriam confugiendum eſſe. Exiſtimat igitur pallium appignoratum, orationem eſſe, *ſicut enim frigoris, atque æſtus iniurias veſtibus pellis à corpore,* [h] *& celat qaa natura velari voluit, ſic & oratio. Interim igitur dum ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus Domini, non eſt relinqaendum hoc amiculum vnum, quo turpitudo tegitur, & grauiſſima onera, quæ nobis imponit vel corporis coniuncti neceſſitas, vel externus aliquis caſus ex improuiſo irruens, dimouentur; quandiu igitur in anima lucet lumen illud diuiniſſimum, reddere debemus orationem oppignoratam, ſeu veſtem, vt homo recepta poſſeſſione propria, turpitudinem vitæ obtegat, quieſcàtque ad præſentiam talis adiutricis, qualis fuit mediator Iacob, qui ante Solis occaſum procubuit, &* [i] *cælos apertos vidit, omnia enim, quæ depopulatur peccatum, oratio reſtituit*, & cætera, quæ proſequitur Philo in haoc ſententiam eleganter, & obſcurè; quare meritò in media tempeſtate ad preces, & vota confugiunt nautæ.

Philo.

[g] *Vnicum nihilominus in malis præſidium, oratio.*

Deut. 24.

[h] *Protegit enim ab iniuria omni, & celat ignominiam noſtram.*

[i] *Ad cuius præſentiã cæli aperiuntur Iacob Patriarchæ.*

***

Gabr. à Coſta in Ionam Prophetam.

TRACTATVS VI.

De verbis illis: *Et dixit vir ad collegam ſuum: venite, & mittamus ſortes, & ſciamus quare hoc malum ſit nobis. Et miſerunt ſortes; & cecidit ſors ſuper Ionam. Et dixerunt ad eum: Indica nobis cuius cauſa malum iſtud ſit nobis: quod eſt opus tuum? quæ terra tua, & quò vadis, vel ex quo populo es tu?* Siue, *De comprehenſione Ionæ per ſortem.*

§. I.

Quòd nautæ cauſam tempeſtatis malum credunt, exiſtimarunt rectè; quod verò ſortibus exquiſierunt, ſuperſtitioſè: non enim omnes probantur ſortes, ſed quæ inſpirante Deo in graui neceſſitate, & præmiſſa oratione mittuntur.

Et dixit vir ad collegam ſuum: Venite, & mittamus ſortes, & ſciamus quare hoc malum ſit nobis.

CREDIBILE valde eſt, Ionam obtemperaſſe guberoatori nauis, iubenti, vt à ſomno excitatus ad orationem ſe conuerteret, & cum Deo ageret de periculo nauis, ſicut coniicit hoc in loco Theophylact. orauit enim Ionas, nihil tamen ſua oratione effecit; neque enim par erat inobedientem à Deo exaudiri, qui perdiderat fugiendo obtinendi fiduciam. Cum igitur nihil orando profecerint, [l] ad ſortes ſe conuertunt, & ſorte exquirunt tanti mali cauſam; hoc enim ſolum ſupereſſe remedium dicebat *vir ad collegam ſuum*, id eſt, mutuo inter ſe ſe ita loquebantur, eſt enim modus loquendi Hebræorum. 57.

Theophyl.

[l] *Quia orando nihil profecerunt, ad ſortes confugiunt nautæ.*

Vt igitur clarior procedat expoſitio huius loci, illud notandum eſt, omnia [m] mala publica, quæ patimur, qualia ſunt peſtes, morbi, fames, bella, tempeſtates, & cætera, pœnas eſſe noſtrorum peccatorum, ſicut latiſſimè docet Cyprian. *tract. 1. contra Demetriaa.* Chryſoſt. *hom.* 37. *in Ioan. cap.* 5. explicans ea verba, *iam amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat*: quibus habet ſimilia Hieron. *Hierem.* 12. ſuper illis verbis, *vſquequo lugebit terra?* videndus item eſt Auguſt. 13. *de Trinit. cap.* 16. cum ait: *Non ſolùm mors carnis, ſed omnia ſæculi mala de peccatorum veniunt fonte.* Similia habet Pſalm. 65. *Omnis terra adoret te, & pſallat tibi*: & *lib.* 1. *de Ciuit. cap.* 9. vnde in Euangelio huiuſmodi mala appellantur peccatorum plagæ, *Marc.* 3. & 5. *Luc.* 7. vnde Chriſtus Dominus *Luc.* 12. ita dixit, *Seruus autem ſciens voluntatem Domini, & non faciens, plagis vapulabit multis.* Conſentanea ſuot, quæ habet Paulus 1. ad Corinth. 11. *Ideo inter vos multi* 58.

[m] *Omnia mala publica pœnæ ſunt peccatorum: ita Patres.*

Cyprian.

Chryſoſt.

Hieron. Ierem. 12.

Auguſt.

Pſal. 65.

Marc. 3. & 5.

Luc. 7. & 12.

1. Cor. 11.

imbecilles,& infirmi. Neque verò ſolùm inter ſacros Autores hoc receptum eſt, ſed etiam [n] inter prophanos,& gentiles,quales planè erant nautæ, qui cum Iona in tempeſtate periclitabantur; exquirunt enim ſortibus illius tempeſtatis cauſam, non aliam exiſtimantes potuiſſe eſſe,quàm graue aliquod ſcelus, ita enim receptum eſt etiam inter prophanos, ſicut videre eſt apud Platonem *lib.4.de legib. & lib. 11.de legib.* Vnde eleganter Tragicus dixit,

[n] *Ita etiam inter Ethnicos receptum.*

Plato.

Tragicus.

Superbos ſequitur vltor à tergo Deus.

Heſiodus.

Id quod etiam notauit Heſiodus cum dixit, *vindictam non admodum remotam eſſe ſectatricem iuſtitiæ,ſed coæmeam,atque ex eadem regione, ſtipiteque pullulantem, quæ* (ſicut pulchrè aduertit Plutarch. *in lib. de ſera Numinis vindicta ad Aſtrin*) *vocatur neceſſitatis,& Iouis filia, ſcelerum vindex,quam nemo flagitioſus vi, aut clam effugere poteſt.* Cum igitur hanc æſtimationem habuerint idololatræ nautæ, ſorte deprehendere conantur huius tempeſtatis [o] cauſam, vt Deum placare poſſent; non aliter autem exiſtimabant Deum placari potuiſſe, quàm humano cruore,ac proinde ſorte quærebant, quæ mactarent; fuiſſe enim conſtat in more poſitum apud barbaros huiuſcemodi ſacrificium,ſicut dixit Poeta *lib.1. Æneid.*

Plutarch.

[o] *Ideo nautæ ſorte inquirunt noxium, vt eius cruore Deum placarent.*

Virgilius.

Sanguine placaſtis ventos,& virgine cæſa.

59\. Si quis autem petat, cur ſortibus illud agendum eſſe exiſtimauerint nauræ, triplex [p] potuit eſſe cauſa. Vel quoniam, quando flagitium multorum eſt,per ſortem eligitur is, qui puniendus eſt,ſicut dixit Cicero *in oratione pro Cluentio: Statuerunt ita maiores noſtri, vt ſi à multis eſſet flagitium commiſſum ſortitione in quoſdam animaduerterent*,quemadmodum etiam docuit Liuius *lib.2. ab vrbe condita*,& Cornel.Tacit *lib.3. annal.* vel quoniam [q] ad pericula ſorte vocabantur homines,ſicut notauit Poeta *9.Æneid.*

[p] *Triplex huius ſortilegij cauſa, vel quia ſorte legebantur damnandi.*

Cicero.

Liuius.

Corn. Tacit.

[q] *Vel quia ſorte homines vocabantur ad pericula.*

Virgilius.

Omnis per muros legio ſortita periclum
Excubat.

Pauſanias.

Et Pauſanias *in ſua Laconica lib.3.* tradidit Limnæum locum eſſe,in quo Dianæ ex oraculo ſorte ducti homines mactabantur. Vel denique [r] quia in ſortibus diuinitatem eſſe exiſtimabant, atque eas tanquam diuinas conſulebant, ſicut notauit Cicero *lib.1.de Diuinat.* Sueton. Tranq. *in Tyberio cap.14.& in Caligula cap.57.* & Plinius *lib. 8. Epiſtolar. Præſens,*inquit,*numen, atque fatidicum indicant ſortes*,& Liuius *decad.1.lib. 1.* non longè à fine. *Ad maximè inclytum in terris oraculum,* inquit Liuius,*mittere ſtatuit, neque reſponſa ſortium vlli alij committere auſus*; Idem enim putabant oracula & ſortes, ſicut docet Lucret. *lib. 4.* Ac propterea gentiles homines ad ſortes confugiunt, tanquam ad aliquod oraculum diuinum. Neque verò apud eos ſolùm ea fuit de ſortibus exiſtimatio, ſed etiam apud ſacros Autores, [ſ] quemadmodum docet Auguſt *concione 2.in Pſal. 30.* cum explicat illa verba: *in manibus tuis ſortes meæ*; ſic enim habet, *videntur enim ſortes aliquid diuinum habere,quo in humana dubitatione diuina indicatur voluntas.* Similem ſententiam habet *in epiſt.ad Honorat.& in lib. 1. de doctrina Chriſtiana*,quod enim per ſortem deprehenſum fuerit occultum peccatum, docet locus apud Ioſue *in cap.7.* Cum enim Acham de anathemate aliquid ſurripuiſſet, propter quod furtum in manibus hoſtium venit Hebræorum exercitus, præcepit Dominus Ioſue,vt ſortibus exquireret, quo peccante populus in manus hoſtium traditus eſſet, & cecidit ſors ſuper Acham;& *lib.1.Reg. cap.14.* Saul ſorte deprehendit Ionatham filium contra parentis præceptum mel comediſſe; & Leuit. *in cap.16.* Ex capris ille mactabatur, quem ſors mactandum eſſe oſtendebat. Nihil igitur mirum eſt,ſi nautæ ad ſortes confugerint, quas diuinas eſſe exiſtimabant, & per quas homines ad pericula vocabantur, ac proinde ſorte inquirendum eſſe ſcelus exiſtimarunt, propter quod orta eſt tempeſtas,& cecidit ſors ſupra profugum Ionam,

[r] *Vel quia in ſortibus diuinitatem exiſtimabant.*

Cicero.

Suetonius.

Plinius.

Tit.Liuius.

Lucret.

[ſ] *Quod etiam ſacri Autores non reſpuunt.*

Auguſt.

Pſal.30.

Idem.

Ioſue.7.

1 Reg.14.

Leuit.16.

Pro vera tamen cognitione huius argumenti; neque enim licitas eſſe exiſtimamus ſortes [t] quaſcunque,niſi quas mouet Deus in vtna; videndus eſt D.Thomas *2.2.q.95.a* 8.vbi ſortes partitur in tres quaſi claſſes,in diſtributrices,conſultrices,& in diuinatrices;ſortilegium autem eſt,& vana ſuperſtitio ſortes conſulere, niſi Deo inſpirante, [u] & in graui aliqua neceſſitate, & præmiſſa oratione,ſicut definiunt Pontifices *26.quæſt.5.* atque aliis in locis. Imò verò & D. Dionyſius *in lib. de Eccleſiaſt. hierarch. p. 3. cap. 5.* noluit ſortibus declaratum fuiſſe Matthiam Apoſtolum *Actor.1.* ſed aliqua alia diuina inſpiratione. Dionyſio ſuffragatur Theophylact. *in Com. ſuper hunc locum Ionæ:* & nouiſſimè Card. Baronius *tom. 1. annal.anno.34.Chriſti c.208.* Vbi aduertit, quòd ſi ſortibus declaratus eſt Matthias, illud factum fuerit ante aduentum Spiritus ſancti; poſt cuius aduentum nunquam ampliùs Apoſtoli ſortibus vſi ſunt. Sequuti igitur fuerunt nautæ in huiuſmodi ſortitione prophanum, & ſuperſtitioſum [x] gentilium morem; erant enim ferme omnes idololatræ,& gentiles.

60\.

[t] *Non tamen omnes ſortes probantur.*

D.Thom.

[u] *Sed ea, quæ Deo inſpirante, in graui neceſſitate,& oratione præmiſſa fiunt.*

Dyoniſius.

Theophyl.

Car. Baron.

[x] *At hi nautæ ſuperſtitioſum gentilium morem ſunt ſequuti.*

§. II.

Deſperatis rebus, ij quibus rerum cura commiſſa eſt,malorum non modò cauſas exquirant,ſed inuenta crimina, ſic cum difficultate credant, vt credita ſine tarditate puniant.

Et dixerunt ad eum. Indica nobis, cuius cauſa malum iſtud ſit nobis.

THeodoretus in limine huius ſententiæ oſtendit ad inſtar alicuius ſcelerati hominis, & in 61.
ſcelere comprehenſi ſortis teſtimonio, in iudicium [z] vocatum fuiſſe Ionam prophetam, & iudicij veram formulam ſequentes nautæ de hominis opificio,de viuendi ratione,de patria,atque de genere eum interrogaſſe, ſicut in iudiciis fieri conſueuit,non dubitantes eum reum fuiſſe alicuius grauiſſimi criminis, propter quod tanta tempeſtas exorta ſit; cogunt igitur propria voce crimen fateri, quem ſors indicauerat nocentem. Atque vtinam illud ita fieret,vt deſperatis in rebus [a] Reipublicæ ij,quibus rerum cura commiſſa eſt, malorum cauſas diligenter exquirerent, quemadmodum hoc loco feciſſe leguntur nautæ ruſtici, & barbari; cùm enim nauis periclitaretur, inquirunt tempeſtatis cauſam, non dubitantes graue aliquod ſcelus eam excitaſſe. Id quod notaſſe videtur oraculum diuinum *Hierem. 23.* cum de malis paſtoribus ita habet: *Vos diſperſiſtis gregem meum,& eiecistis eos,& non viſitaſtis eos*;vbi particula,*&*,cauſalis, & rationalis eſſe videtur,vt ſit ſenſus,Quia non viſitaſtis eos, vobis curæ non fuerunt; neque verò indagaſtis tanto-

[z] *Tanquam Reus in iudicium vocatur Ionas.*

[a] *Vtinam ſic in Republica fieret deſperatis rebus.*

Hierem. 23.

rum

rum malorum cauſas,ſed potius vana cogirabatis eo tempore,quo turbata erant omnia veſtræ Reipublicæ,ſicur idem diuinum oraculum dixit Hierem.22. *Paſtores tuos ventus paſcet*,id eſt,friuola, [b] & vana medirabuntur.

[b] *Sed hen, quàm vana nunc cogitas.*

62. Docet etiam hic locus [c] quales debeant eſſe ij,qui præſident in puniendis vitiis;nanque dubio cum ſit genus hominum nautarum, tamen neque ſortibus quantuncunque diutnis crediderunt ſtatim, neque per itam in mare expoſuerunt Ionam tempeſtatis reum,ſed potiùs ſcelus exquirunt, vt expiari poſſit : neque decet eirò delatoribus credere, neque punire ſine miſericordia. Pro qua re videndus eſt Seneca lib. 1. de ira. *Iudex cond.mnaturus in tribunali procedat non iratus,* [d] *ſed vultu leni.* & lib. 2 de ira. *Dandū ſemper eſt tempus, veritatem enim dies aperit.* Quæ fuit ratio, cur veteres ſoli Saturno aperto capite ſacrificarent, quemadmodum docet Plutarch. *in quæſt.Roman quia veritas eſt filia temporis,& tempus veritatem aperit.* Vnde Deus Geneſ. 18. *deſcendam*,inquit,*& videbo vtrum clamorem, qui venit ad me,opere compleuerint,an non.* Super quibus verbis videndus eſt Gregorius *lib.19.moral.c.14. Ecce malum,quaſi cum difficultate credidit,* [e] *cum audiret, & tamen ſine tarditate percuſſit, cum verum agnoſcendo reperit, vt nobis daret exemplum, quòd maiora crimina & tardè credenda ſunt, cum audiuntur, citiùs punienda, cum veraciter cognoſcuntur.* Conſentanea ſunt quæ babet idem Greg. *hom. in cap. 7. Luc.* cum agit contra Pharisæum reprehendenrem Chriſtum, quòd exceperit Magdalenam mulierem peccatricem; *neceſſe eſt*, inquit,*ſemper vt, cum quoſcunque peccatores aſpicimus, noſmetipſos priùs in eorum calamitatibus defleamus,quia fortaſſis in ſimilibus, aut lapſi ſumus, aut labi poſſumus, & ſic cenſura magiſterij debet ſemper virtute diſciplina vitia perſequi,vt ſolicitè diſcernamus, quia diſtrictionem debemus vitiis, compaſſionem natura : ſi enim ferendus eſt peccator, nutriendus eſt proximus.* Vnde pulchrè dixit Plinius iunior de iis,qui præſunt,*atque ego eum optimum, atque emendatiſſimum exiſtimo, qui ceteris ita ignoſcit,tanquam ipſe quotidie peccet;ita à peccatis abſtinet,tanquam nemini ignoſcat.* Videndus eſt Auguſt.*Pſalm.37.*cum explicat ea verba: *dum commouerentur pedes mei, ſuper me magna loquuti ſunt:miſereri*,inquit Auguſtin.*infirmis, & non inſultare* : quo modo Apoſtolus dixit ad Galat. 6. *fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpiritnales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu manſuetudinis.* Quare meritò Hieremias dixit *in cap. 1. Non nom loqui, quia puer ego ſum,timeo* quemadmodum ait Vatablus, *ne potius puniam,quam inſtituam,quia iuuenis, & pene puer ſum* : huiuſcemodi autem homines potiùs punire, quàm leniter corripere norunt. Petendum [g] igitur eſt exemplum à nautis, qui neque ſtatim ſortibus crediderunt, neque continuò proiecerunt in mare,quem reum tempeſtatis inuenerunt.

Seneca.

[c] *Qualiter cum reo agendum ſit in iudicio.*

[d] *Iudex non irato,ſed leni vultu appareat.*

Plutarch.

Gen 18.

Gregor.

[e] *Malum eſt difficultate credendum, ſed creditum repente puniendum.*

Idem.

Luc. 7.

[f] *Sic tamen ferendus eſt peccator, vt nutriatur proximus.*

Plin. Iunior.

Auguſt. Pſalm. 37.

Galat. 6.

Hieremias cap. 1.

Vatabl.

[g] *Petendum à nautis exemplum recti iudicij.*

§. III.

Rectè quidem exiſtimarunt nautæ otioſum hominem fore pernicioſum, iiſque mali cauſam.

63. *Quod eſt opus tuum?* } Hebraicè *quæ eſt ars tua?ſeu quod eſt artificium tuum?* Gabr. à Coſta in Ionam Prophetam.

Mitatur D. Hieronymus breuitatem verborum, quibus interrogatus eſt Ionas de regione,de perſona,de itinere,de ciuitate;eſt enim ſuccincta, & plena interrogatio,qualis eſt ea apud Poetam.

Hieron.

——— *Iuuenes, quæ cauſa ſubegit*
Ignotas tentare vias? quò tenditis, inquit,
Quod genus, vnde domo, pacem ne affertis, an arma?

Virgilius.

Rectè autem ab artificio incipiunt nautæ exiſtimantes otioſum hominem pernicioſum potuiſſe eſſe;quem enim ſuſpicabantur tempeſtati cauſam dediſſe, eundem otioſum [h] eſſe credebant; etenim nihil agentes, malè agere diſcunt. Vnde *Eccleſiaſtici 33.* habetur, *Mitte ſeruum tuum in operationem ne vacet; multam enim malitiam docuit otioſitas.*ita ait ſapiens Vnde Plato in Timæo dixit,*exercitationes corporis, non ſolùm corpori vtiles, ſed etiam animæ* : quibus habet congruentia D.Hieronym.*Zachar.12.& in epiſt. ad Ruſticum monachum*, cum explicat ea verba Canticor. 1. *apud Amos in cap.9.Nigra ſum,ſed ſpecioſa, quia decolorauit me ſol : corpora vmbris,& otio marcentia,æſtus ſaculi ferre non poſſunt;quæ autem ad certamen præparantur ſole, ſiccata ſuperant mundi iniurias, & benedictionem conſequuntur Spiritus ſancti dicentis, per diem ſol non vret te, neque luna per noctem.* Neque veremur de otio hoc in loco illud dicere,quod Ezechiel dixerat *in c. 16 Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia,* [i] *& otium ipſius,& filiarum eius*; proindeque Deus vbi primùm hominem creauit, *poſuit eum in paradiſo, vt operaretur,& cuſtodiret illum,* Geneſ. 2. neque enim decebat hominem otioſum eſſe. Hac de re videndus eſt Proſper *in lib. reſponſ. & in lib. ſententiarum. ſent. 95.*Baſilius *ſuper Pſalm.24* cum explicat ea verba, *Dominus benedicat populum ſuum in pace.* Auguſt. *lib. de opere Monachorum, & lib.de agone Chriſtiano cap.8.& lib. 2. Retract. cap. 21.* Vnde Theophylact. diligenter aduertit Chriſtum Dominum apud Lucam *in cap.12.*non dixiſſe,*nolite laborare*,ſed potius,*nolite ſollicitè eſſe.* Cum igitur hoc in loco nautæ de artificio quærunt, conantur intelligere, Vtrùm ne Ionas otioſus, an occupatus fuerit; cum enim ab otio omnia mala proueniant, nihil mirum eſſet, ſi ab eodem tempeſtas orta eſſet.

[h] *Primo interrogant de otioſitate.*

Eccleſiaſtici 33.

Plato.

Hieron.

Cantic. 1.

Ezechiel.

[i] *Otium enim omnium malorum cauſa.*

cap. 16.

Gen 2.

Proſperus.

Baſilius.

Pſalm. 24.

Auguſt.

Theophyl.

Luc. 12.

§. IV.

Quando mores hominum reſpondent ſicut ſemina ad regionis habitum, non ſine cauſa, de patria, & genere rei inquirendum.

64. *Quæ terra tua?* } Firmicus Maternus [l] *lib.1. aſtronom.cap. 1.* ita habet: *Quædam gentes à cælo ita formatæ ſunt, vt propria ſint morum vnitate conſpicua : Scythæ immanis feritatis crudelitate graſſantur : Itali ſiunt ſemper regali nobilitate præfulgidi, Galli ſtolidi, Græci leues, auari Syri, Afri ſubdoli, Hiſpani elata iactantia animoſitate præpoſteri.* Vnde veteri prouerbio receptum, mores hominum, & plantarum ſemina ad regionis [m] habitum reſpondere. Quare meritò dixit Vlpianus Iuriſconſultus *in l. quod ſi nolit §.qui mancipia.ff.de ædilitio edicto: Qui mancipia vendunt,nationem cuiuſque in venditione pro-*

[l] *Secundo rogant de patria.*

Firmicus.

[m] *Reſpondēt enim & mores ſicut ſemina ad regionis habitū.*

Vlpianus.

Plato. Ariſtot. Plinius. Galenus.

nunciare debent, plerunque natio ſerui, aut prouocat, aut deterret emptorem. Videndus eſt hac de re Plato in Timeo, *& in Menexeno. & lib. 5. de legibus.* Ariſtoteles item *lib. 7. Politic. cap. 7.* Plinius *lib. 2. natural. hiſtor. cap. 78.* Galen. *in lib. de ſubſtantia virtutum animalium, cap. 9. & in lib.* cui titulum fecit, *Corporis temperaturam animi mores ſequi*; qui omnes aduertunt, influere natale ſolum plerunque in mores hominum, ſicut etiam & parentum mores filij imitantur, iuxta illud

Ierem. 30.

Hierem. 30. *Patres noſtri manducauerunt vuam acerbam, & dentes noſtri obſtupuerunt*; quod elegantibus ſimilitudinibus proſequitur Eſdr. lib. 4. cap. 9. *Qualis ager, talia & ſemina; & quales flores, tales, & tinctura.* Luc. 7. *Non poteſt arbor mala bonos fructus facere.* In quam ſententiam dixit Ambroſ. *lib. 3. de virginib.* loquens de Herodiade: *Quid potuit filia de adultera matre diſcere, niſi damnum pudoris?* Quoniam igitur ſimiles plerunque ſunt filij parentibus ſuis, & in mores hominum influit [a] naturale ſolum, de patria quærunt nautæ, & de genere Ionæ, vt inde probabiliter coniiciant, quod tandem fuerit flagitium, propter quod excitata ſit tempeſtas. Nanque ſicut ait Quintilian. lib. 5. de argumentis: *Gentibus*, inquit, *proprij mores ſunt, nec quidem in Barbaro, Græco, Romano probabile eſt; adeo autem certum eſt inter malos, & in eadem patria neminem poſſe euadere iuſtum, vt prodigij loco ſit, ſi quis iuſtus inueniatur*, ſicut notauit author lib. Iob *in cap. 1.* cum dixit, *vir erat in terra Hus.* quaſi [o] miraculum fuerit inter Idololatras, iuſtum inuentum fuiſſe Iob, quemadmodum aduertunt Patres omnes ad eum locum, imò & ipſe Iob *in cap. 30.* quaſi magnum aliquod de ſe dixit, *frater fui draconum, & ſocius ſcorpionum*: id quod in laudem ſponſæ dictum eſt ab ſponſo, Cantic. 2. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*: pro qua re videndus eſt Chryſoſt. *hom. 13. in Geneſ.* & Gregor. *hom. 38. ſuper Euangelia,* Auguſt. *lib. de Spiritu, & litera, cap. 28. & 29. & lib. 4. contra Iulian. cap. 3. & lib. 1. in Geneſ. cap. 70.* Rectè igitur nautæ indagantes cauſam tempeſtatis, quam ſcelus aliquod excitaſſe credunt, de patria, atque de genere Ionæ inquirunt, exiſtimantes probabiliter patriam, & parentes in mores filiorum influere.

4. Eſdr. 9. — Luc. 7. — Ambroſ. — [a] *Et naturale ſolum in mores hominum influit ſicut parens in filios.* — Quintilian. — Iob 1. — [o] *Adeo vt miraculũ ſit inter Idololatras iuſtum inueniri.* — Iob 30. — Cantic. 2. — Chryſoſt. — Gregorius. — Auguſt.

TRACTATVS VII.

De verbis illis: *Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum, & Dominum Deum cœli ego timeo, qui fecit mare, & aridam. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: Quid hoc feciſti? (cognouerunt enim viri quod à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis.) Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & ceſſabit mare à nobis? quia mare ibat, & intumeſcebat.* Siue, *De patria, origine, & religione Ionæ Prophetæ.*

§. I. Allegoricè.

Hebræum ſe dicit Ionas, quaſi ſeruum poſt culpam, vel quaſi tranſitorem, ſeu fugientem ea, quæ ſæculi ſunt; qui titulus fuit gloriæ Hebræorum, & Chriſtiani hominis debet eſſe proprius.

Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum.

DE Patria interrogatus Hebræum ſe eſſe dixit origine, & religione: quo in loco aduertendum eſt, veteres Græcos, Theophylactum ſcilicet, & Theodoret. & Clem. Alexand. *lib. 5. ſtromat.* ſequutus L X X. Interpretes aliter [p] legiſſe hunc locum, deceptos fortaſſe errore duarum literarum Hebræarum, quarum ſimilitudo reddit plerunque ſenſum ſacræ Scripturæ difficilem, quæ literæ hoc in loco occurrunt. Cùm enim, *Hebræus ego ſum*, vertendum eſſet, *ſeruus Domini ego ſum*, dixerunt: niſi forte magis placeat eos potiùs atendiſſe [q] ad ſententiam, quàm ad verba; is enim, qui in Deum peccauerat, iam non Hebræus, ſed ſeruus habetur, id quod notaſſe videtur Hieron. cum ait, *non dixiſſe Ionam Deum ſe colere, ſed potiùs timere, Deum enim coluiſſe filiorum eſt, timuiſſe ſeruorum*, ſicut diuinum oraculum Malach. 1. dixit. *Si ego Dominus, vbi timor meus? ſi Pater, vbi honor meus?* Exigit enim Deus timeri, vt Dominus, honorari vt Pater, amari vt Sponſus: quæ potuit eſſe ratio, cur LXX. & Patres Græci hoc in loco dixerint, *ſeruus Domini ego ſum*, quaſi iam aliud [r] nomen habere non poſſet, niſi ſerui; etenim quandiu homo à charitate manumiſſus non eſt, ſeruus tantùm eſt, quemadmodum pulchrè dixit Bernard. ſerm. 83. ſuper Cantic. *Seruilis eſt timor, quandiu à charitate non manumittitur, charitas enim foras mittit timorem.* In quam ſententiam videndus eſt ille locus, qui eſt apud Luc. *cap. 15.* cum prodigus ſe agnouit non filium, indignum amore, ſed potiùs ſeruum timore trementem, *iam*, inquit, *non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum de mercenariis tuis*; amorem quippe perdidit filij, ſerui ſaltem quærit timorem, ita tamen amorem perdidit, vt timorem admiſerit, vt qui Dei iam filius non erat amando, ſeruus ſaltem ſit timendo: hæc potuit eſſe ratio, cur Græci Patres dixerint ad hunc locum, *ſeruus Domini ego ſum.* 65.

Theophyl. Theodor. Clem. Alex. — [p] *Aliter legũt LXX atque vulgata.* — [q] *Fortaſſe L X X ad ſenſum textuum verterunt, vt oſtenderent peccatorem.* — Hieron. Malach. 1. — LXX. Interp. — [r] *Quaſi non aliud nomen habere potuerit, qui Dominum offenderat.* — Bernard. — Luc. 15.

Semper tamen vera lectio eſt vulgatæ editionis, quæ hoc in loco vertit, [ſ] *Hebræus ego ſum*: cui fauet litera Hebræa, quæ ita prorſus habet. Suffragatur litera Chaldaica, quæ vertit, *Iudæus ego ſum.* Si quis autem petat, cur ſe potius Hebræum dixerit Ionas, quàm Iudæum? is legat D. Hieronym. hoc in loco, quia ſciſſura decem tribuum à duobus, populo nomen dedit Iudæi, hoc enim nomen tribui Iudæ, & Benjamin, relictum eſt, poſtquam decem Tribus, quæ Iſrael vocantur, à duabus ſeparatæ ſunt, quæ Iuda dictæ ſunt, ſicut patet *lib. 3. Reg. cap. 12.* nomen autem Hebræum communius eſt, ac proinde Ionas communi 66.

[ſ] *Sed meliùs vulgata editio, Hebræum dicit* — Hebræa & Chald. Par. — Hieron.

communi[*] Gentis nomine ſe nominauit. Res tamen dubia eſt inter grauiores Patres; nec enim ita conſtat de origine huius nominis. Hieronymo, cuius grauiſſima eſt hac in re authoritas, placuit, deriuatum eſſe nomen à verbo Hebræo, quod tranſire ſignificat: vnde Hebræus tranſitor eſt, ſiue aduena, ſiue peregrinus, ex eo, quia Abraham Patriarcha[*] Hebræorum de Chaldæa veniens fluuium Euphratem interiectum tranſiuerit, & peruenerit ad Chananæos, inter quos transfluuialis aduena, & peregrinus appellabatur; vnde Hebræi potuerunt nomen inuenire, ſicut notatum eſt Ioſue in cap.24. *Trans flumen habitauerunt Patres veſtri ab initio; ego tuli Patrem veſtrum Abraham de Meſopotamiæ finibus*, pro quo Hebræi legunt, *de trans flumen.* Fauet huic opinioni Paul. Burgenſ. *addit. 2. ſuper cap. 21. Matth.* Verùm Ioſephus Hebræus *lib. 1. antiquit. cap. 7.* cui ſuffragatur Hieronym. *in traditionib. Hebraicis*; exiſtimat enim hoc nomen non eſſe appellatiuum, ſed potiùs[*] patronymicum, & gentilitium, vt colligitur ex eius forma, ac proinde deriuatum eſſe ab Heber filio Sem, vnde Hebræi originem habent, de quo dicitur Geneſ. 10. *De Sem quoque nati ſunt, patre omnium filiorum Heber.* Quibus verbis ſignificatur ampliſſima familia, ſicut conijcit D. Auguſt. *lib. 16. de Ciuit. cap. 16.* Imò ſi attentè legatur Hebraicus textus *Numer. cap. 24.* ſicut aduertit ille, qui Grammaticam Hebræam fecit, quæ circumfertur in Biblijs Complurenſibus, Heber ponitur, quod eſt nomen proprium filij Sem pro vniuerſa gente Hebræa: *Superabunt*, inquit textus ſacer, *Aſſyrios, vaſtabúntque Hebræos*, quod ſignum eſt Hebræorum nomen deriuatum fuiſſe ab eo Patriarcha.

[*] *Quod erat Iſraeliticæ gentis commune nomen.* Hieron.

[*] *Vel deductũ ex eo quòd Patriarcha olim trans flumen habitauerit.* Ioſue 24.

Burgenſ. Ioſeph. Hieron.

[*] *Vel quòd magis probatur patronymicum ab Heber patriarcha.* Geneſ. 10. Auguſt. Numer. 24.

67. Vtcunque tamen ſit, ſemper idem myſterium reperitur in hoc nomine; ſignificat enim fugientem[*] ſiue tranſitorem. Ad quam ſententiam videtur alludere ille locus, qui eſt *Num. 20.* ſicut ponderat Philo in lib. quod Deus ſit immutabilis: *Miſit*, loquitur ſacra Scriptura, *interea nuntios Moyſes de Cades ad Regem Edom, qui dicerent: Hæc mandat frater tuus Iſrael, obſecramus vt nobis tranſire liceat per terram tuam, & non ibimus per agros, neque per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, ſed gradiemur via publica, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinantes, donec tranſeamus terminos tuos*, & cætera, quæ proſequitur eo in loco ſacra Scriptura. Sic autem ea de re philoſophatur Philo: *Ferunt de quodam è priſcis philoſophis, quòd cum ſpectaſſet pompam ſumptuoſiſſimam, ad familiares conuerſum dixiſſe, videte amici, quàm multis rebus opus non habeo, compendio de re maxima, veréque cæleſti gloriatus eſt, miranda verba, ſed mirabilior ſententia: verùm apud[a] Moyſen, non vnius tantùm viri hæc eſt gloria, ſed totius gentis populoſiſſimæ: id hoc argumento liquet, quòd vniuſcuiuſque anima confirmata eſt ad audaciam contra Regem omnium, quæ bona videntur, terrenum Edom: re vera enim quodlibet in ſpecie tantum bonum terrenum, celeriter, inquit, tranſibo per terram tuam. O promiſſionem generoſam, & magnificam! itane, obſecro, ſuperare, tranſire, tranſcurrere quidquid in terra bonum cenſetur, poteritis? nihil ne veſtram properationem remorari poterit? Conſpectum diuitiarum congeſtarum auerſabimini deflexa facie? quid maiorum dignitates, paterni, materníque generis decantatas à multis nobilitates deſpicietis? Gloriam quoque quam homines redimunt, cæteris bonis percurretis omnibus, tanquam rem viliſſimam? Olympia, & cæleſtis animæ ſunt hæc tam ingentia facinora, quæ regione terreſtri iam relicta ad diuinarum naturarum ſubducta eſt conſuetudinem, repleta enim contemplatione verorũ bonorum, meritò adulterina iſta in diem durantia reijcit.* Tales[b] decet eſſe veros fideles, tranſitores, & fugientes ea, quæ huius ſæculi ſunt, ſicut etiam dixit Ambroſ. *in lib. de fuga ſæculi*, vbi bonum, ſeu finem homini in quadam fuga poſitum eſſe ducet; id quod repetit *in lib. de Iſaac, & anima*, petitum ex Platone *in Theæteto*, qua de re videndus eſt Philo in lib. *Quis ſit hæres rerum diuinarum*, & *in lib. de tranſmigratione Abrahæ*, cum explicat ea verba, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua. Aliena*, inquit, *tuum animum, vt à nullo ex his detentus, emergat ſuper omnia ſuperiòr, qualis eſt verus Hebræus.*

[*] *Significat autem fugientem, ſiue tranſitorem.* Numer. 20. Philo.

Idem.

[a] *Hæc maxima gloria eſt totius gentis Hebrææ tranſire per temporalia.*

[b] *Tales decet eſſe veros fideles tranſitores, & fugientes, quæ ſæculi ſunt.* Ambroſ. Philo.

§. II.

Qui præ ſtultitia, ſeu potiùs vitioſo pudore Domini præſentiam fugiebat Ionas, vi tempeſtatis oppreſſus ſic vtrunque correxit malum, vt honeſtè pariter, & prudenter inuerecundus ſuam inobedientiam fateatur: imitari ergo non pigeat reſipiſcentem, qui ſequutus fuerit errantem.

Dominum Deum cæli ego timeo, qui fecit mare, & aridam.

NOn ſatis habuit Ionas dixiſſe ſe genere Hebræum, ſed Hebræorum religionem aperit, quæ in eo poſita eſt, vt Deus verus religioſo timore colatur: Deus autem verus is ſolus eſt, qui cælum, terram, & mare fecit. Occurrit autem hoc in loco conſueta phraſis in ſacra Scriptura, ſecundùm quam idem eſt Deum timere,[c] atque Deum colere, quemadmodum habetur *Deuter. 6.* vbi dicitur, *Dominum Deum adorabis*, Hebraicè autem ita legitur, *Dominum tuum timebis*: quem locum dignatus eſt Chriſtus Dominus *Matth. 4.* interpretari de vero, & religioſo cultu; qui modus loquendi receptus eſt etiam inter prophanos Autores, vt videre eſt apud Plutarch. *in lib. de ſuperſtit.* vbi quærit, Cur religio timoris nomine appelletur, *quia*, inquit, *timor à Græcis vinculum appellatur, & vinculum ſignificat; eſt igitur religio timor,[d] ſiue vinculum, quia qui Deum colit, ab agendo malè, quaſi quibuſdam vinculis ligatus eſt.* Pro qua re videndus eſt Philecticus *in com. ad 1. epiſt. Ciceronis*, vbi ita habet: *Religio, & metus connexa ſunt; nam à timore orta eſt religio*, iuxta id, quod Statius dixit, 68.

Primus in orbe Deos fecit timor.

Propter ſanctitatem enim à nobis remotam, & ſepoſitam, ſæpiùs nobis pauor, & timor incutitur, vnde orta eſt reuerentia maieſtatis diuinæ, quod velle videtur ſponſus cum pulchritudinem ſponſæ laudans dixit, *terribilis vt caſtrorum acies ordinata*, id eſt, quamuis pulcherrima ſit mea ſponſa, omnia in ea ſunt veneranda, & reuerentia, atque maieſtate plena; non enim diſſimilis eſt aciei, quæ quamuis ſpectabilis ſit, formidabi-

Deut. 6.

[c] *Secundùm phraſim Scripturæ, idem eſt timere Deum, atque colere.* Hebr. text.

Plutarch.

[d] *Eſt enim religio timor, ſeu vinculũ.* Philecticus.

Statius.

lis eſt, ex maieſtate nanque rei oritur plerunque reuerentia eiuſdem.

69. Quod fortaſſe voluit Ionas in his verbis; neque enim ſatis habuit dicere ſe Deum timere, [e] ſed timoris cauſam amplificando dixit, ſe Deum cæli timere; eſt enim phraſis, ſiue circunlocutio diuinitatis. Prophetæ nanque & Poëtæ libenter periphraſibus loquuntur, præſertim cùm de Deo agunt; *habitator* igitur *cæli*, idem eſt, quod *verus Deus*, iuxta id, quod dictum eſt *in Pſalm.* 2. *Qui habitat in cælis, irridebit eos:* qua de re videndus eſt D. Hieronym. *ſuper Iſai. cap.* 63. commentatus ea verba prophetæ, *attende de cælo, & vide de habitaculo ſancto tuo.* vbi Hieronym. docet, per excellentiam, cælum dici, & eſſe habitaculum veri Dei, non quòd Deus loco claudatur, ſed quia ea, quæ ſanctiora, & præſtantiora ſunt, illius loci eſſe dicuntur. Quibus habet ſimilia Philo *in lib. de migratione Abrahæ*, & Ariſtotel. *lib.* 8. *Phyſic. com.* 84. cum diſputat, quo pacto primus motor ſit in circunferentia cæli, rectè admonet, *omnes omnium gentium homines exiſtimaſſe verum Deum, cælum habitare propter eius excellentiam, & præſtantiam.* Innuere igitur cum vellet Ionas debitam Deo eſſe reuerentiam, & timorem, appellauit Deum, *Deum cæli*, vt [f] oſtenderet ex ſepoſita, & ſeparata maieſtate Dei, ortam fuiſſe eiuſdem reuerentiam.

[e] *Per timorē Dei, Religionem indicauit Ionas.*

Pſalm. 2.

Hieron. Iſaiæ. 63.

Philo. Ariſtot.

[f] *Addidit verò Deum cæli, vt reuerentiā debitam Deo oſtēderet.*

70. Placet tamen maximè his verbis Ionam agere contra idololatras, qui falſos Deos colebant, quales planè erant ferme omnes, qui in ea naui vehebantur. Omnes igitur [g] arguit Ionas cum dixit, *& Deum cæli ego timeo, qui fecit mare, & aridam*; ſolus enim ille Deus eſt, qui cælum, qui mare, & aridam creauit; cæteri verò omnes non ſunt Dij, ſed Idola, quemadmodum dixit Ieremias *in cap.* 10. vbi diuinum oraculum ita præcipit Iudæis captiuis in Babylonia, *ſic ergo dicetis eis: Dij, qui cælos, & terram non fecerunt, pereant de terra, & de iis, quæ ſub cælo ſunt.* Commendat igitur Ionas Dei omnipotentiam inter idololatras, & ſuam [h] pariter ſtultitiam amplificat, quippe qui tentauerit Deum effugere, qui vbique eſt. Qua de re videndus eſt Auguſt. *ſerm.* 10. *de verbis Domini*, cum ait, *ab illo eligis fugere, & non ad illum; inuenı quò, & fuge:* quem locum proſequitur Philo *in lib. Quòd deterior potiori inſidiari ſoleat*, vbi Caini ſtultitiam notat, qui Deum ſe effugere poſſe putauit; explicans enim Philo ea verba Gen. 4. *à facie terræ, & à facie tua abſcondar: Ergo,* inquit Philo, *cum totum opus Dei nemo effugere poſſit, abſurdum eſt exiſtimare poſſe quempiam effugere ipſum rectorem Orbis.* Ita hunc locum commentantur Theophylact. & Theodoret. atque etiam D. Hieronymus.

[g] *Qua planè confeſſione idololatras apertè redarguit,*

Ierem. 10.

[h] *Et ſuam pariter amplificat ſtultitiam, qui tentauit effugere Deum vbique præſentem.*

Auguſt. Philo.

Theophyl. Theodoret. Hieron.

71. Sed quoniam abſurdum videbatur hominem alioqui ſanctiſſimum, & ſapientiſſimum, qualis planè erat Ionas propheta, vel in eam veniſſe dementiam, vt exiſtimaret ſe poſſe alicubi terrarum, vel pelagi, prouidentem Dei oculum effugere, meritò beneficij loco acceptam refero eam expoſitionem, quæ hanc [i] abſurditatem tollit, in veterem quendam Patrem, quem Elias Cretenſ. *in com ſuper primam orationem Nazianz.* exiſtimat fuiſſe martyrem Methodium, quamuis Iacobus Bilius, *in eiſdem Com* non exiſtimet Methodij fuiſſe opus, ſed potius Origenis, quemadmodum ſe vidiſſe docet in Codice manuſcripto in manu Illuſtriſſimi Cardinalis Glotatingij, ad cuius marginem hæc expoſitio Origenis fuiſſe dicebatur, in quo myſtica hæc erat expoſitio; *quoniam Ionas propheticis oculis Iſraelitarum prolapſionem cernebat, atque ad gentes [l] tranſeuntem propheticam gratiam, hoc etiam in ſeipſo myſticè figurans, à mari autem, & à fluctibus ſumitur, Ioppem relinquens, tanquam ex quadam Ioppe, quæ prius clara, & celebris habebatur, in tempeſtate deuenerit, qualis fuit Hebræorum populus, qui propter ſuam infidelitatem ſuo gaudio vacuus relictus eſt, & inter tempeſtates repertus, tranſlata prophetia gratia ad gentes, hoc enim in ſeipſo adumbrauit Ionas:* Si myſticè igitur locus interpretetur, nihil abſurdum feciſſe Ionam inueniemus.

[i] *A qua abſurditate liberant alij Ionam,*

Elias Cret. Iac. Bilius.

[l] *Putantes ideo fugiſſe Ionam, ne ſuo miniſterio tranſiret prophetia ad gētes ex Iſrael.*

Nos verò ad principium huius vatis, & in ipſa operis præfatione polliciti ſumus, dicturos nos eſſe, quam cauſam habuerit fugiendi hæc anima, fuerit ne odium, an timor, an verò pudor; has enim ſolas tres cauſas fugiendi ſibi potuit prætexere. Poſtulat igitur iam hic locus, in quo ſe anima profuga incipit recipere, dicamus, qua potiſſimùm paſſione ex his tribus fugata ſit. Nazianzenus ergo exiſtimat fugiendi cauſam fuiſſe, ne [m] mendax inueniretur poſt Niniuitarum pœnitentiam: non enim impiorum hominum ſalutem ægrè ferebat, ſed mendacij miniſterium obire præ pudore non ſuſtinebat: expulit igitur eum à facie Dei importunus pudor. Potuiſſe autem vitioſum pudorem eſſe cauſam fugæ docet latiſſimè Philo *in lib. de profugis*, ſicut feciſſe dicitur Agar quæ præ pudore diſceſſit: eſt enim pudor metus ex vituperationis ſpectatione conceptus, ſeu contractio quædam ex dedecoris metu: dedecus autē, nullus eſt, qui non fugiat: hæc autem paſſio plerunque perniciosa eſt, quemadmodum proſequitur Plutarch. *in lib. de vitioſo pudore*, cum ita habet: *Attamen immodicus ille metus, ſuſpicioque infamiæ exiſtimanda eſt ex animo, eo quod ſæpenumero fit in nonnullis, vt dum non minus metuunt audire malè, quàm affici malis, deterreantur ab honeſto, quod non poſſint perpeti infamiam: huiuſmodi autem affectus fouendus non eſt, quia mollis, & imbecillus eſt, & honeſtatis [n] perniciosus.* Eſt locus in hanc ſententiam optimus Eccleſiaſtici *in cap.* 4. *Pro anima tua ne confundaris dicere verum, eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam, & gratiam: nec accipias faciem aduerſus faciem tuam, neque aduerſus animam tuam, ne reuerearis proximum tuum in caſu ſuo.* Quod argumentum proſequitur Bernard. elegantiſſimè *ſerm.* 12. *ad milites templi:* Videndus eſt Auguſt. *lib.* 8. *confeſſ. cap* 2. cum de Victorino Philoſopho ſic habet: *Victorinus, quia verebatur amicos offendere, ideo differebat publicam fidei noſtræ confeſſionem:* eſt enim plerunque verecundia religioni inimica, ſicut patet in Nicodemo, qui de nocte veniebat ad Chriſtum Dominum præ verecundia ſuorum: non eſt tamen laudandus ille animi rigor, & immobilitas, quæ nihil prorſus timet, magiſque curandum eſt, vt ex vtroque fiat accommodata quædam [o] temperatura, quæ & ab immobilitate tollat impudentiam; & à nimia modeſtia tollat imbecillitatem. 72.

Nazianz.

[m] *Alia & verior cauſa fugæ Ionæ ne mendax inueniretur poſt Niniuitarum pœnitentiam.*

Philo.

Plutarch.

[n] *Qui pudor honeſtati perniciosus eſt.*

Eccleſiaſt. 4.

Bernard.

Auguſt.

[o] *Igitur temperanda modeſtia cum immobilitate.*

In quam ſententiam elegans ea eſt ſimilitudo, qua vtitur Plutarch. in loco citato, *Sicut agricola cum euellit ſylueſtre germen, & infrugiferum, ibi validè iniecto ligone ſubuertit radicem, aut admoto igne incendit; cæterùm cùm vitem aggreditur putandam, circunſpectè manum mouet, metuens ne quid ex iis, quæ ſana ſunt, reſecet.* Imò verò elegantior nobis viſa eſt alia ſimilitudo, qua vtitur ad medendam 73.

Plutarch.

Digitized by Google

dendam verecundiæ paſſionem, *quemadmodum*, inquit, *y. qui demoliuntur ædes ſacris ædificiis contiguas, quæ proxima ſunt, & continentia manere ſinunt, ac fulciunt; ita dum immodici pudoris vitium attingimus, cauendum eſt, ne ſimul ea detrahamus quæ contigua ſunt pudori,*[p] *modeſtiam ſcilicet, ac manſuetudinem; nam ſub his latitat, his adhæret vitioſus pudor, palpans, & aſſentans immodicè verecundo, velut humano ciuili, ac ſenſum habenti communem, minimèque rigido.* Temperandus igitur eſt hic affectus, ſicut eum temperaſſe fertur mulier peccatrix *Luc.* 7. quæ pia quadam impudentia domus aditus percurrit omnes, tranſiitque vniuerſas miniſtrorum cateruas, tandemque ipſum conuiuij peruolat ad ſecretum: quæ tamen ita intrauerat, impudentiam pudore temperauit, *ſtans retro ſecus pedes Domini*; & quia ſemetipſam grauiter erubeſcebat intus, nihil eſſe credidit, quod verecundaretur foris, quemadmodum dixit elegantèr Gregor. Magn. Sic prorſus hoc in loco, eam animam, quam puduit propter dedecus Niniuitis prædicare, iam non pudet ſuam palam profiteri ſtultitiam;[q] ſic enim temperata impudentia, pia redditur.

[p] *Et ita reſecandus vitioſus pudor, vt modeſtiam non eradicet vicinam.*

Luc. 7.

Greg. Magn.

[q] *Sicut è contra, temperata impudentia, pia redditur.*

74. Si quis autem quærat, qua vi expulſus ſit vitioſus pudor ab hac anima,[r] tempeſtatem inueniet fuiſſe; ſic enim ad ſe, & ad Deum reuertitur profuga anima: videtur enim hic locus adumbrare hominem peccatorem, & maximè fidelem, iam tamen reſipiſcentem à peccato ſuo; permiſit enim Deus, profugum Ionam ad extremum naufragij periculum perueniſſe, vt ſuo malo addiſceret, quam durum ſit velle diuina præcepta frangere, ſæpe enim calamitatibus afficitur impius, vt hic, quaſi manibus iniectis eius impetum ſiſtat Deus, atque retrahat à præcipitio, quemadmodum dixit Chryſoſt. *tom. 5. hom. 10. de pœnitentia.* Quem locum proſequitur Gregorius *homil. quadam ſuper Euangel. Luc.* cum explicat ea verba, *compelle eos intrare*, quæ verba Gregorius intelligit de iis, qui vocati ſunt, ſed compelluntur vt veniant, *Qui per alta pelagi, quaſi ad grandiores curas huius ſæculi nauigare proponunt, ſemper tamen aduerſis flatibus ad dilectionis ſuæ littora repelluntur, cùmque ſe frangi in deſideriis ſuis aduerſante mundo conſpiciunt, quid de ſe authori ſuo debeant, commonentur, ita vt ad Deum erubeſcentes redeant, qui eum ſuperbientes pro mundi amore deſerebant.* Similia habet idem Gregorius lib. 34. moral. cap. 2. *Cum infirmantur electi, atque in deſideria illicita ruunt, in hoc plerunque diuini numinis manu retinentur, quòd voluntatis miſeræ nullos effectus inueniunt, cùmque eorum votis naſcitur valida contrarietas; ex qua plerunque impoſſibilitate*[s] *corriguntur, dum per infirmitatem complementum denegatur*, quemadmodum diuinum oraculum dixit Oſeæ in cap. 2. *Propter hoc dixit Dominus: Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet, & ſequetur amatores ſuos, & non deprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet, & dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem:* hac enim via Deus plerunque errantes animas reducere ſolet, ſicut patet in prodigo, qui oppreſſus à fame, *in ſe reuerſus dixit, ſurgam, & ibo ad patrem meum*, atque ita fame ad ſe, & ad Deum reuerſus eſt; ab vtroque enim profugus erat. Quo ſenſu D. Bernard. *in ferm. de rogationib.* intelligit ea verba Luc. *in cap.* 11. *Amice accommoda mihi tres panes;* *Ego*, inquit, *amicum venientem ad me, non alium intelligo, quàm me ipſum*, ſicut dictum eſt Iſai 46. *Præuaricatores redite ad cor. Venit ergo amicus profugus fame laborans, tempeſtate laborans, quid faciam huic amico miſero, & miſerabili? omnino enim non habeo quid apponam ante illum; fateor amicus eſt, ſed ego mendicus; feſtina*, inquit (ſecum enim loquitur anima) *diſcurre, ſuſcita amicum tuum illum magnum, quo maiorem dilectionem nemo habet, ſed neque ſubſtantiam ampliorem; quære, pete, pulſa, quia omnis, qui quærit, & petit, accipit, pulſanti aperitur, clama, & dic, accommoda mihi tres panes; his tribus egere me fateor veniente ad me amico cum vxore, & mancipio, deficit quippe ratio mea præ ignorantia veritatis; hic eſt enim coniux, ſine vir amicus; languet & voluntas præ inedia affectionis: infirmatur caro præ inopia fortitudinis; tunc autem ſe recepit amicus, cum neceſſitate oppreſſus eſt.*

[r] *Quod temperamentum in bona fecit tempeſtas.*

Chryſoſt.

Gregor.

Idem.

[s] *Plerunque enim ex impoſſibilitate corriguntur electi:*

Oſeæ 2.

Bernard.

Luc. 11.

Iſai 46.

75. Similia habet Auguſt. *Pſalm.* 57. *Quia tu*, inquit, *fugitiuus eſt cordis tui,*[t] *ab illo, qui vbique eſt, comprehenderis, & ad te ipſum reuocaris.* Reuocatur igitur profuga anima ad Deum, & ad ſe ipſam, quæ pudore transfuga reddita erat per latebras: qua de re videndus Chryſoſtom. *hom.* 1. *ad populum, & hom.* 3. *& hom.* 6. *&* 7. atque etiam *in hom.* 4. *de verbis Iſaiæ.* Auguſt. *lib.* 1. *quæſtion. in Ioſue, quæſt.* 1. *& de verbis Domini ſerm.* 16 *& lib.* 2. *contra epiſt. Petiliam cap.* 67. Proſper. *ſent.* 47. Hieronymus *in epiſt. ad Caſtrutium.* Ambroſ. *lib.* 1 *officior. cap.* 12. Ea igitur[u] anima, quæ pudore acta fuerat à conſpectu Dei, & quæ ſoluerat à Ioppe, deluſa earum rerum imaginibus, quæ pulchræ videbantur, ſequens ea gaudia, quæ ſibi pollicebantur imagines, quas pulchras exiſtimabat, inter tumentes fluctus inuenta eſt, quæ gaudia quæritabat: iam igitur neque fugitat, neque latitat, quia heu! non ita erat, vt ipſa putauerat. Oppreſſa igitur à tempeſtate incipit redire, & à latebris in lucem prodire, ſuam[x] inſcitiam confitendo, quia Dei potentiam nemo deuitare poteſt, vel fugiendo, vel latendo.

[t] *Et à ſeipſis qui fugiunt in cor redeũt.*

Auguſt.

Chryſoſt.

Auguſt.

Proſper.

Hieron.

Ambr.

[u] *Animus enim, quo pudore acta fuerat à conſpectu Domini,*

[x] *Oppreſſa ſuperueniente tempeſtate ſuam inſcitiam confitetur vtiliter.*

§. III.

Adeo conculcatur vir aliàs ſapiens, & ſanctus, etiam ab infimæ ſortis hominibus, ſi palam fiant eius errata, vt ab illius ſibi timeant conſortio, & illum audeant reprehendere: ſed in eo ſalus errantis agitur, ſi confuſione contempta ſuam non celet improbitatem.

Timuerunt ergo viri timore magno. } 76. PRæpoſterus eſt huius hiſtoriæ[a] ordo, quemadmodum notauit D. Hieronym. hoc in loco, nulla enim præmiſſa timoris cauſa vehementer timuiſſe aſſerit omnes nautas; neque enim dixit Ionas aliquid timidum, vel horribile, cùm ſe dixit Hebræum, & cultorem aſſeruit eſſe Dei cæli; propterea addidit, ſe indicaſſe nautis, fugiſſe ſe à conſpectu Dei, neque Dei ſeruaſſe præceptum; hoc autem timendum erat, quemadmodum dixit Theophylact. *perterrefacti ſunt, quandoquidem arbitrarentur potentem illum Deum eſſe, cuius manus nemo euadere poſſit;* iuſtè metuentes,[a] ne ſcilicet, cum transfuga Iona intereant, quorum par eſſet periclitandi cauſa, & in eodem verſarentur omnes periculo, & omnes peccatores ſe eſſe videbant,

[a] *Ordo litera concinnatur.*

Hieron.

Theophyl.

[a] *Iuſtè metuunt nautæ, ne cum transfuga Iona intereunt.*

bant, neque effugere poſſe ſæuientis Dei omnipotentiam: eſt autem peccatum ſuapte natura timidum, vnde *Prouerb.* 28. dicitur, *Fugit impius nemine perſequente:* qua de re videndus eſt Chryſoſt. *hom.* 8. *ad popul.* In quam ſententiam eſt etiã optimus ille locus in Pſ. 50. *Libera me de ſanguinibus*; etenim qui pene puer ſtrangulauerat leonem, qui iam adoleſcens iugulauerat gigantem, grandis iam factus vir vanam demortui Vriæ vmbram timet, talis peccantium natura eſt omnia timere. Nihil ergo mirum eſt, ſi timuerint nautæ timore magno in media tempeſtate qui ſe peccatores, [b] & idololatras agnoſcebant.

Prouerb. 28.

Pſal. 50.

[b] *Cum ſe peccatores agnoſcunt, & idololatras.*

77. *Et dixerunt ad eum: Quid hoc feciſti?*

Colligitur ſecundò ex hoc locò non eſſe aptos ad alios docendos eos, quorum [c] peccata non latent, non enim diſſimiles ſunt euangelico ſali, de quo Chriſtus Dominus Matth. 5. *Quod ſi ſal euanuerit, ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus*; quemadmodum dixit quidam apud Nicephor. *lib.* 10. *cap.* 25. qui fidei transfuga fuerat, & ad eandem redierat, proiectus enim ante fores templorum clamabat, *conculcate me ſalem infatuatum.* Qualis planè oſtenditur Ionas hoc in loco, nam is, qui conſtitutus fuerat à Deo propheta, [d] à ruſticis hominibus, quales ſunt nautæ, reprehenditur; *dixerunt enim ad eum, quid hoc feciſti?* Eſt enim in his verbis manifeſta obiurgatio, quemadmodum præter Hieronymum notauit Theodor. *Hæc*, inquiunt, *non ignorans, quomodo feciſti, cui alios docendi negotium datum fuerat, quomodo ſperaſti Deum vbique præſentem te euadere poſſe? eò vſque turpe eſt non obedire Deo, vt proprius alterum præceptor non ſe ab inſipientibus reprehendi recuſet:* de quibus Ieremias dixit, *ſpectatio Iſrael Domine, omnes, qui te derelinquunt, confundentur, recedentes à te, in terra ſcribentur:* Etenim vatem diuinum, cuius apud omnes ſumma erat authoritas, quia receſſerat à Deo, tanquam vilem transfugam, ignobile genus hominum obiurgat: *quid hoc feciſti?* quod vehementer ſibi accidiſſe [e] dolet regius vates *Pſalm.* 30. cum ait, *Factus ſum, tanquam vas perditum, quia audiui vituperationes multorum commorantium in circuitu.* Contumeliis, inquit, affectus inutilis omnino redditus ſum ad alios docendos, non aliter, quàm vas remotum, & vndique perforatum; ſic enim eum locum explicat Aug cum ait, *viſus mihi ſum periiſſe vſibus diuinis, viuens in hoc ſæculo, & neminem lucrifaciẽs, cum omnes timeant mihi aggregari.* videtur enim regius vates alludere ad eas contumelias, quarum meminit *lib.* 2. *Reg. c.* 16. pleraque enim mala de Dauide Rege publicauerat impius Semei, propter quæ ineptus ſibi videbatur ad alios docendos, quamuis ea iniuſtè obiecta fuiſſent.

[c] *Inutiles sũt ad docendũ, quorum peccata non latent.*

Matth. 5.

[d] *Ideo meritò reprehẽditur Ionas à ruſticis hominibus.*

Theodor.

Ieremias.

[e] *Hoc in ſe deplorat Dauid.*

Pſal. 30.

Auguſt.

2. Reg. 16.

78. Similia docet Philo in lib. *quòd deterior potiori inſidiari ſoleat*, cum pulchra allegoria explicat ea verba Exod. in cap. 4. *Aaron frater tuus leuites, ſcio quòd eloquens ſit, ecce ipſe egredietur in occurſum tuum, & videns te lætabitur corde. Quid opus habuit, poſtquam dixit oraculum, Ecce Aaron frater tuus, addere Leuitam, niſi vt doceret, ſolis viris ſanctis, & [f] ſacris conuenire cogitata perfectæ animæ proferre? mali enim viri ſermo nunquam interpretari poteſt diuina dogmata, pulchritudinem enim ſuam deturpat ſuis contaminationibus. Vnde fertur in quadam bene conſtituta republica, morem eſſe hunc, vt quoties aliquis ciuis impura vita ſententiam vult proferre ad ſenatum, vel ad populum, non ſinatur per ipſum hoc facere, ſed à magiſtratu cogitur apud aliquem honeſtum virum eam deponere, vix authorem hiſtoriæ in auditorum, & ſpectatorum habens numero, adeo neque beneficium quidam ab iniuſtis dignantur accipere, quod exiſtiment hanc vtilitatem corrumpi admixto dedecore:* ineptus igitur propter ſuum peccatum præceptor aliorum eſt factus, qui nautarum diſcipulus oſtenditur, & cui nautæ dicunt, *quid hoc feciſti?*

Philo.

Exod. 4.

[f] *Solis enim viris ſanctis conuenit alios docere, quæ ſunt Dei.*

79. *Cognouerunt enim viri quod à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis.*

Tertiò tandem docet hic locus, animam quæ reſipiſcere cæpit, ſuam non [g] occultare improbitatem, ſed prodere, quæ enim abſcondita latebat in carina nauis, iam palam profitetur ſe peccatricem eſſe, & fugiſſe à facie Domini, cognouerant enim omnes nautæ, *quòd à facie Domini fugeret, quia indicauerat eis*; etenim vulnera detecta in deterius minimè procedunt; non detecta autem, vix, aut ne vix quidem ſanabuntur, quemadmodum dixit Elias Cretenſ. *ad orat.* 1. *Nazianz.* vnde Plutarchus eleganter notauit in eo lib. cui titulum fecit, *num rectè dictum ſit, ita viue, vt nemo te ſentiat vixiſſe; Ego verò*, inquit ille, *dixerim, ne malè quidem viuens latere velis, ſed eſto notus, reſipiſce, pœniteat; ſiue præditus virtute es, ne fias inutilis, ſiue malus es, ne remaneas incuratus: non aliter quàm ſi quis diceret febricitanti, nemo te ſentiat febricitari, nemo te ſciat tenere phreneſim, nec te nouerit medicus; conice te alicubi, vbi lateas cum tuis malis, & in alibi cum tuo vitio, morbo laborans immedicabili, ac pernicioſo, occultans inuidiam, ac ſuperſtitionem, veritus ſeu pulſum exhibere quendam iis, qui mederi poſſunt, ſicut priſci ſuos ægrotos palã curabant, ſic oportebat morbidã vitam, atque animi ægritudines omnibus retegere,* [h] *vt remedium inuenirent.* Videndus eſt Hieron. *Ezech. c.* 18, vbi docet, quòd pectus tundimus pæuitentes, quia pectus humanum, peſſimarum cogitationum theſaurus eſt, atque ita illud arguimus, & peccatũ oſtendimus, quod latet in pectore; quod ſignificaſſe videtur, & compunctum, & perpetuò apertũ Chriſti Domini latus in cruce; etenim in Chriſto Domino pectus in pœnam noſtrorum ſcelerum, & compunctum eſt, & apertum: nam quæ anima dolere cæpit de peccatis, eadem poſtmodum occultare neſcit, ſed perpetuò patere vult pectus in medelam vulnerum; ſic compunctus Dauid clamabat, *tibi ſoli peccaui*; ſic prodigus reſipiſcens dicebat, *pater peccaui*, ſic Phariſæus, *pectus percutiens*, Luc. 18. vulnus oſtendebat, & medicinam quærebat dicens, *propitius eſto mihi peccatori*; ſic mulier peccatrix, quæ lachrymis lauit pedes Domini, ſanguinem vulnerum medico oſtendebat, vt remedium vulneri inueniret; ſunt enim lachrymæ, ſicut eleganter dixit Niſſen. *Cruor eorum vulnerum, quæ in corde impreſſa ſunt.* Sic ſimiliter Paulus non ceſſabat ſe primum peccatorum appellare, traducitur enim vita ſerui, vt appareat humanitas Domini: pateant igitur neceſſe eſt vulnera, [i] vt perpetuò defluant diuinæ medicinæ remedia; *eſt enim extrema ſtultitia*, ſicut dixit Auguſt. Pſalm. 31. *In conſpectu curantis medici ſana membra oſtendere, ægra abſcondere:* Iam igitur Ionas, ſicut quæcunque alia anima, quæ dolere cæpit, non vult ſua dedecora occultare, neque de gloria, vel de ignominia ſua curat, ſed de ſola ſalute, quam famæ anteponit.

[g] *Reſipiſcẽtia ſignum eſt, ſuam non occultare improbitatẽ, ſed prodere.*

Elias Cret.

Plutarch.

[h] *Oportet enim ſicut ægritudinem, ita morbidã vitam retegere vt ſanetur.*

Hieron.

Luc. 18.

[i] *Pateant igitur vulnera, vt perpetuò fluant diuina medicina remedia.*

Auguſt.

Non

80. Non negauerim tamen placuiſſe D. Hieron. in bis verbis, *quid hoc feciſti?* non eſſe aliquam [l] reprehenſionem nautarum in Ionam, ſed potiùs nudam, & liberam ab increpatione omni interrogationem, volentes cauſam cognoſcere fugæ ſerui à Domino, filij à patre, hominis à Deo, in quo aliquod Sacramentum latere exiſtimabant; neque enim ſine myſterio factum videbatur, vt terra deſeratur, & expetantur maria: relinquatur patria, loca appetantur aliena: verùm Hieron. videtur iam præparare hiſtoriam ad inculcandum Myſterium, ſiue Sacramentum diuinæ Paſſionis, quod Ionæ naufragium ſignificat: ſuffragantur huic expoſitioni Hieronymi ſequentia ſtatim verba.

[l] *Non reprehenſionẽ, ſed nudam interrogationẽ de fuga cauſa putat D. Hieronym.*

ſ. IV.

Quem meritò, vt transfugam arguerant nautæ, iam prudenter vt Prophetam conſulunt, & ſapientem.

81. *Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & ceſſabit mare à nobis? quia mare ibat, & intumeſcebat.*

IN his verbis admirabilis cernitur nautarum humanitas, [m] quemadmodum aduertunt Patres; neque enim irruunt in eum, quem cauſam fuiſſe inuenerunt tempeſtatis, ſed potiùs ab eo per ſummam humanitatem remedium quærunt, à quo malum acceperunt, vt ſenſus ſit in his verbis, Quod tandem remedium dabis, quo ceſſet hæc vehementiſſima tempeſtas, & tumentes fluctus componantur? nam magis, ac magis creſſcit pelagus. Notandus autem hic eſt conſuetus modus loquendi Hebræorum, qui vtuntur particula, *&*, pro particula cõiunctiua *vt*: ſic enim hoc in loco dixerunt: *quid faciemus tibi, & ceſſabit mare?* quod idem eſt, ac ſi dicerent, [n] *quid faciemus tibi, vt ceſſet mare?* Similis loquẽdi modus eſt apud Ionam, in c. 2. *Domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea*, Hebraicè, *& veniet ad te oratio mea.* Sic ſimiliter *Gen.* 23. dixit Abrahã, *Intercedite pro me apud Ephron filium Seor, vt det mihi ſpeluncam duplicem*; Hebraicè, *& dabit mihi ſpeluncam duplicem*, qui loquendi modus in his verbis reperitur etiam.

[m] *Admirabilis nautarũ humanitas in Ionam.*

[n] *Phraſis Hebræorum exponitur.* Ionæ 2. Hebraicè. Geneſ. 23.

82. Quod autem dicitur, *mare ibat, & intumeſcebat*, Hebraica etiam [o] phraſi dictum eſt, ſecundùm quam, *ire*, incrementum ſignificat habere, quaſi ſit ſenſus, magis creſcebat mare: qua loquendi forma vtitur Oſeas cap. 14. *Ibunt rami eius, & erit quaſi oliua gloria eius.* Qui modus loquendi conſuetus eſt etiam apud prophanos authores, ſicut patet apud Poëtam 4. *Æneid.* cum ita habet:

Ac veluti annoſam valido cum robore quercum
Alpini Borea, nunc hinc, nunc flatibus inde
Eruere inter ſe certant, it ſtridor, & altè
Conſternunt terra.

Id eſt, creſcit vehementiſſimus ſtridor. Quo ſenſu dixit hoc in loco Ionas, fluctus intumeſcebant [p] vehementiùs, & horrendum ſonabant, idque poſt ſortes, & Ionæ confeſſionem: ex quibus manifeſtè apparebat, cauſam tempeſtatis eſſe Ionam. Ab eo igitur remedium ſperant, à quo tempeſtatem acceperant dicentes, *Quid faciemus tibi?* atque ita quem reprehendebant vt profugum, conſulunt vt vatem, non aliter quam ſtatuas lapideas, quæ in triuijs eriguntur ad oſtendendam viam, ſequimur, non in eo tamen, quod lapideæ ſunt imitantur. Sic dum viam monſtrat Propheta [q] ſequendus eſt; dum malè viuit fugiendus: nam ſermo eſt propheticus, conſilium a ſapiente quærendum eſt; neque enim ſatis eſt conſuluiſſe virum ſanctum, niſi pariter, & ſapienter ſcientem, quemadmodum oſtendit Bernard. *epiſt.* 42. *ad Henriq. Senonenſ. Archiepiſcopum.* Illud etiam oſtenditur ex facto Chriſti Domini apud Marc. *in cap.* 8. quando Petrus ſuadere voluit Chriſto Domino, ne moreretur, *non ſapis*, inquit, *quæ Dei ſunt*; indignus enim conſiliarius iudicatus eſt, quamuis probus vir eſſet, quia ignorans eſſet; is autem, qui ſanabilis eſſe vult, philoſophum deſideret, ſicut dixit Plutarch. *in lib.* cum principibus philoſophandum eſſe. Rectè igitur fecerunt nautæ reprehendentes transfugam, conſulentes Prophetam.

[o] *Altera phraſis enodatur.* Oſeæ 14.

Virgil.

[p] *Intumuerũt vehementiùs fluctus poſt Ionæ confeſſionem, ſed non ab alio remediũ ſperant nautæ.*

[q] *Fugiendus quippe eſt Propheta dũ malè viuit, ſequendus dũ viã mõſtrat.* Bernard. Marc. 8. Plutarch.

TRACTATVS VIII.

De verbis illis: *Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis: Scio enim ego, quoniam propter me tempeſtas hæc grandis venit ſuper vos; & remigabant viri vt reuerterentur ad aridam, & non valebant, quia mare ibat, intumeſcebat ſuper eos. Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Quæſumus Domine, ne pereamus in anima viri iſtius, & ne des ſuper nos ſanguinem innocentem, quia tu Domine, ſicut voluiſti, feciſti. Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare, & ſtetit mare à feruore ſuo, & timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hoſtias Domino, & vouerunt vota.* Siue, *De proiectione Ionæ in mare per manus nautarum.*

ſ. I. Allegoricè.

Vltro ſe ſe offert Ionas ad mortem, quippe qui Domini gerebat figuram, cui mori non fuit neceſſitas, ſed poteſtas: vt homines, quos propter ipſum Pater amiſerat,

amiſerat, ſua voluntaria deiectione Patri recuperaret.

83\. *Et dixit ad eos; Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis.*

Hieron.

[r] *Admiranda Iona magnanimitas, qui culpã non modò non negat ſed pœnã libenter aſſumit.*

ADmiratur D. Hieronymus huius noſtri fugitiui magnanimitatem, [r] qui non tergiuerſatur, non diſſimulat, non negat, ſed qui confeſſus fuerat fugam, pœnam libenter aſſumit, ſe cupiens punire, ne propter ſe cæteri pereant, & ad peccatum fugæ, alienæ quoque delictum addatur necis, quaſi velit, Contra me tempeſtas detonat, me quærit, naufragium vobis minatur, vt me prehendat, & mea morte viuatis; non ignoro in meam pœnam elementa turbari, mihi iraſci, in vos ſæuire naufragium, fluctus ipſi imperant vobis, vt me mittatis in mare; ſi ego ſenſero tempeſtatem, vos recuperabitis tranquillitatem. In quibus verbis Theophylact. tacitam vult eſſe argumentationem deſumptam ex loco à minori ad maius, qua Ionas propheta ſuam inobedientiam [ſ] amplificauit ex comparatione vndarum tumentium, vt ſit ſenſus, Quandiu fluctus exequuti non fuerint diuina mandata, me opprimendo, non ceſſabunt: Ego verò, qui vir propheta fui, fugitiuus ſum, per ſummam inobedientiam, cum purum, & ſine ſenſu elementum, omnino obediens ſit diuinis mandatis.

Theophyl.

[ſ] *Quique ex fluctuum cõtumacia ſuã exagerat inobedientiam.*

84\. Hæc ad nudam hiſtoriam pertinent, ſed nos iam paulo maiora canamus; nanque Ionas, qui huc vſque virum agebat profugum, & peccatorem, iam incipit Chriſti Domini adumbrare paſſionis [t] ſacramentum. *Cum autem in omni beneficio, magni æſtimetur dantis voluntas*, ſicut pulchrè dixit Seneca *lib. 1. de officiis, non exiguam eiuſdem beneficij partem adimit, qui nolens dedit.* Ne igitur magnitudinem beneficij violentia minuat, gratis, & ſponte ſua, morti ſe oſtendit dediſſe, qui dixit, *tollite me, & mittite in mare:* quam fuiſſe cauſam docet Gregor. Niſſen. *orat. 1. de reſurrectione*, propter quam Chriſtus Dominus, antequam immolatus eſſet in cruce cruenter, id eſt, antequam pateretur in cruce, in Sacramento Euchariſtiæ, prius fuerit incruenter immolatus, *Ne quiſpiam putaret, aut proditionem Iudæ, aut Iudæorum violentiam mortis attuliſſe neceſſitatem; propterea vim omnem, & proditionem præuenerat in cœna ſe ipſum prius ſacrificando.* Quod eleganter proſequitur Chryſolog. *ſerm. 37.* cum dixit, *quare illi ſibi ſuſtinent hæc iuberi, qui ſibi in periculo tali ſponte poterant ſubuenire, quando enim multorum ſalus petit vnius mortem, mors in intereuntis arbitrio collocatur, quia & moriturum retardare poteſt ad mortem voluntas, & periclitantis mora periculum præuenire.* Sic vbi totum Domini geritur in figuram, expectatur morientis [u] authoritas, vt mori non ſit neceſſitas, ſed poteſtas, *tollite me, & mittite in mare*, iuxta id, quod dictum eſt Ioan. 10. *poteſtatem habeo ponendi animam meam, nemo tollit eam à me, ſed ego pono eam à me ipſo.*

[t] *Qui huc vſque gerebat profugum Ionas, iã Chriſti cœpit adũbrare paſſionem, morti ſe offerẽs vltro.*

Seneca.

Niſſenus.

Chryſolog.

[u] *Vbi enim totum Domini geritur in figuram, expectatur morientis authoritas, vt mori non ſit neceſſitas, ſed poteſtas.*

Ioan. 10.

85\. Videtur igitur hic locus prædicere ſpontaneam, & liberam voluntatem, ſecundùm quam Chriſtus Dominus propter nos homines mortuus eſt; quod velle videtur Bernard. *ſerm. 2. in Septuageſ.* cum ait, *Immiſit Dominus ſoporem* [x] *in Adamum, & in ſeipſum factus ſecundus Adamus: ille ſoporatus videtur præ exceſſu contemplationis, Chriſtus commiſerationis affectu; in illum ſoporem immiſit veritas, in hunc charitas; propterea deſiderio deſiderauit poſtremum comedere Paſcha, quod ſymbolum erat eius paſſionis.* Videtat enim Chriſtus Dominus apud parentem Deum, medium ſe accommodatum eſſe ad remedium, & ſalutem noſtrûm omnium, & dixit, *tollite* [z] *me, & mitte in mare;* ſic enim ſe per ſummam charitatem obligare voluit ad mortem, quemadmodum docet D. Anſelm. *lib. 1. cur Deus homo cap. 8. & 9.* cui ſuffragatur D. Thomas 3 *p. q. 47. a. 3. in ſolut. ad primum*, vbi ait, *Patrem æternum non tradidiſſe morti filium ſuum, ſed inſpiraſſe ei voluntatem patiendi pro nobis: Chriſtus autem oblatus eſt, quia ipſe voluit, & Dominus*, ſicut ait Iſaias *cap. 53. poſuit in eo iniquitates omnium noſtrûm:* quapropter accommodatè ſatis dictum eſt à Iona, *Scio enim quòd propter me tempeſtas hæc grandis venit ſuper vos.*

Bernard.

[x] *Idem myſterium in Adamo ſopore.*

[z] *Chriſtus Dominus in Iona ſe iuſſit mitti in mare.*

Anſelm.

D. Thom.

Iſai. 53.

Quanuis Bernardus *ſerm. 1. de aduentu Domini* ea verba Ionæ, *propter me tempeſtas hæc grandis venit ſuper vos*, exiſtimet [a] referenda eſſe ad pulchritudinem, maieſtatem, & ſcientiam Verbi æterni: primum enim peccatum Angelorum fuit, quod voluerint habere eam æqualitatem, & altitudinem, quam filius habuit apud Patrem æternum: peccatum verò hominum, quod voluerint habere ſcientiam, quæ propriè eſt Verbi: altitudinem [b] igitur Filij affectauit Angelus, quem zelus Patris percuſſit, ſcientiam ſuſcipere voluit homo, cui Deus non pepercit; *Sed propter filium Angelos perdidit multos, homines vniuerſos: vt ſciat mundus, quia ego diligo Patrem, per me recipiat, quos propter me amiſiſſe videbatur: ſi propter me hæc tempeſtas orta eſt, tollite me, & mittite in mare; Ecce venio, & talem eis me exhibeo, vt quiſquis inuidere voluerit, fiat ei æmulatio,* [c] *& inuidia iſta in bonum.* Spontanea igitur fuit mors Chriſti, ſiue Bernardum ſequantur, ſiue Chryſologum: quibus omnino ſuffragatur D. Hieronymus. 86.

Bernard.

[a] *Magnum myſterium in his verbis aperuit D. Bernard.*

[b] *Quia Angelus affectauit filij Dei altitudinem, & homo ſcientiam.*

[c] *Talem ſe exhibuit filius in carne, vt fieret inuidentibus inuidia ipſa in bonum.*

§. II. Moraliter.

Anima, quæ poſt delictorum confeſſionem, ſe ipſam punire per pœnitentiam non tardat, diuinam non modò miſericordiam ſibi conciliat, ſed merito iuſtitiæ extorquet.

SEd iam ad animam pœnitentem redeamus, quæ vbi primum ſuum peccatum cognouit, rubore, & verecundia ſuffuſa eſt, quòd peccauerit propheta non morem gerens Deo, cum tamen mare obtemperauerit Deo; ſe igitur condemnat [d] inobedientem, & tamen ad diuinam commiſerationem ſe magis accommodatum exhibet, quemadmodum dixit Chryſoſt. cum quærit cur Deus quæſierit ab Adamo, cur peccauerit, & rationem dicit eſſe, vt ſicut in iudicium adducendi, ſqualidi, & ſordentes, triſtes, contempti iudicantibus apparent, vt ex habitu ipſos ad miſericordiam trahant, talis oſtenſus eſt Adamus poſt peccatum, ſicut etiam aduertit Tertull. *in lib. de pallio cap. 3.* cum ait, *pellibus orbus monarcha, vt metallo traditur;* talis etiam reddita eſt hæc anima, poſtquam in ſe conuerſa eſt, plena confuſione, & verecundia, atque accommodata ad diuinam commiſerationem mouendam; non ſatis autem fuit pudore affectam fuiſſe propter inobedientiam, 87.

[d] *Cum ſuam condemnat inobedientiã pœnitens anima, tunc ſe magis diuinæ aptat miſericordiæ.*

Chryſoſt.

Tertull.

ſed

ſed pœnas de ſuo ſcelere ſumit, cum dixit, *tollite me, & mittite iu mare*: neceſſe enim eſt, vt ad miſericordiam [e] iouenieudaio priùs in oobis puoiamus, quæ mala fecimus, ſicut eleganter dixit Auguſtin. *Pſalm.* 50. ab eo verſu, *& à peccato meo munda me. Quo merito id petis? medicus eſt, offer mercedem: Deus eſt, offer ſacrificium; quid dabis, vt munderis? vide quem inuoces? Iuſtum inuocas, odit peccata; ſi iuſtus eſt, vindicat iu peccata? ſi iuſtus eſt, vtique non poterit auferre à Domino iuſtitiam ſuam; implora miſericordiam, ſed attende iuſtitiam; miſericordia eſt, vt ignoſcat, iuſtitia eſt, vt puniat: reſpondeat qui peccauit, Noui iuſtitiam eius, cuius quæro miſericordiam, & ideo nolo, vt me puniat,* [f] *quia ego peccatum meum punio*: ideo & hæc anima conuerſa, quæ miſericordiam quærebat, in ſe ipſam protulit ſententiam, cum dixit, *tollite me, & mittite iu mare.*

[e] Neceſſe eſt etiam ad miſericordiam inueniendam vt prius in ſe punias qua admiſiſt peccata.

Auguſt. Pſalm. 50.

[f] Iuſtè enim petit, vt Deus non puniat, quod homo ipſe iam punivit.

88. Similis eſt locus apud Auguſt. *ſerm.* 35. *ſuper Lucam* cum interpretatur ea verba Pſalmi, *iraſcimini, & nolite peccare; Volo vos iraſci, ſed vt non peccetis; vt autem non peccetis, quibus debetis iraſci, niſi vobis? quid eſt enim homo pœnitens, niſi homo iratus ſibi? vt accipiat veniam, de ſe ipſo exigit pœnam,* & rectè dixit, *auerte faciem tuam à peccatis meis, quoniam peccatum meum ego cognoſco.* Quibus habet ſimilia idem Auguſt. *ſerm.* 36. *ſuper Lucam*, cum de publicano dixit, *iratum fuiſſe contra ſe ipſum, percutiebat enim ille pectus ſuum, & à ſe ipſo pœnas exigebat: propterea Dominus confitenti, & pœnitenti parcebat: rogabat, & percutiebat pectus.* Sic in media perturbatioonm tempeſtate, ita oportet à cælo remedium ſperare, vt à ſe ipſo [g] pœnas de ſuo ſcelere ſumat ea anima, quæ peccauit, ne omnino naufragium patiatur, ſicut feciſſe legitor hoc in loco ea anima, quæ profuga fuerat; ſed tamen conoerſa in media tempeſtate cum dixit, *tollite me, & mittite in mare.*

August. Pſalm. 4.

Pſalm. 50. Idem.

[g] Sic ergo remedium ſperare licet, cū de ſuo ſcelere pœnas ſumit peccator.

§. III.

Tantum poteſt vel ſolum virtutis cadauer, vt in ſummo periculo conſtituti nautæ potiùs velint perire quàm Ionam vltro ſe deuouentem in fluctus mittere.

89. *Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant, quia mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos.*

NOn ceſſat propheta Ionas ſuorum nautarum commendare humanitatem, [h] & clementiam; etenim hæc tempeſtas, atque etiam ſors eom damnauerat in mortem, & ipſe Ionas ſe reum mortis dixerat, illi tamen perſtabant in eadem mente, & aduerſus inſurgentes fluctus magis, ac magis nitebantur, eligentes potiùs perire, [i] quàm perdere: potabant enim abſque ſacramento eius, qui paſſurus erat, poſſe nauem de periculo leuari, cum Ionæ ſubmerſio nauis fuerit releuatio. Eſt autem hoc in loco illud notandum, veteres naues, & remis, & velis inſtructas fuiſſe; nunc enim remis agebaotur, nunc autem velis pro temporis, aut opportunitatis ratione; collegerant iam naotæ vela, ſicut fieri ſolet in magna tempeſtare, & remis propulſabant nauem ad littora, & vim cupiebant facere ipſi naturæ, & naturam vincere nitebantur, ſicot ſonat verbum Græcum, quo hoc in loco vtuntur LXX. interpretes, quemadmodum notauit D. Hieronym. nihil tamen proficiebant, quia maioribus, ac maioribus fluctibus intumeſcens pelagus à littore in altum propellebat oauem, illi tamen verebantur propheram [l] Dei violare, tantum poteſt vel ſolum virtutis cadauer, ſicut pulchrè dixit Seneca, *in ſuo de conſolatione ad Albinam matrem, cap.* 13. extremis fermè verbis, *neque magis*, inquit, *vir iuſtus contemnitur, quàm cùm aedium ſacrarum ruinæ calcantur, quas religioſi homines æquè, atque ſtantes adorant.* Quod eueniſſe videmus profugo Ionæ, quem oullo modo voluerunt violare nautæ, quantumcunque iaceret ſine virtute.

[h] Commendatur iterum à Iona nautarum humanitas.

[i] Qui potius eligebant perire quàm perdere.

LXX Interp. Hieron.

[l] Et in ſummo periculo verebantur prophetam tangere.

Seneca.

§. IV. Moraliter.

Anima, quæ profuga fuit à Deo, vt eò redeat, vnde egreſſa eſt, non ſatis eſt timere, niſi & eadem per veſtigia cum timore reuertatur.

DOcet autem hic locus, quam viam tenere debeat ea anima, quæ profuga fuit, vt eò redeat, vnde egreſſa eſt; eadem [m] enim per veſtigia redire debet, per quæ diſceſſerat, ſicut feciſſe leguntur nautæ, qui à terra ſoluentes, in terram redire conantur. Eſt locus optimus in hanc ſententiam apud Hierem. *in cap.* 31. cum diuinum oraculum de reditu Hebræorum à Chaldæa in Iudæam ita prædicit, hoc eſt, de conuerſione animæ à mundo ad Deum, *Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum iu viam rectam, in qua ambulaſti; reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas.* Quem locum ita vertuot alij: *Conſtitue tibi ſigna, ponito aceruos lapidum, aduerte cor tuum ad ſemitam eius via per quam ambulaſti, & reuertere.* Notanda omnino via eſt, ô Congregatio electorum, quam ſingulis fere diebus Dei ignata tranſis in poteſtatem Sathanæ, vias illas, quibus iter facis, dum adduceris ad tyrannum, titulis ſigna, & altis lapidum [n] aceruis, vt cum tibi erit redeundum in patriam, facilè viam, quam tranſiſti, inuenias. Similis fortaſſis eſt ille locus difficillimus ex Pſalm. 83. *Beatus vir cuius eſt auxiliū abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit iu valle lachrymarum, in loco, quem poſuit;* beatus, qui in corde habet ſemitas adeundi, ſeu quibus adire poſſit ad Deum, à quo aliquando diſceſſerat, in quibus ſingulos fecit lachrymarum fontes, quibus notauit [o] viam, qua ſibi redeundum erát ad Deum. 90.

[m] Eadem via reuertatur anima pœnitens eò vnde egreſſa eſt.

Hieremi. 31.

[n] Ne verò ſemitam redeundi perdat, pone tibi ſigna quibus redeas.

Pſalm. 83.

[o] Beatus qui viam ſibi notauit duobus lachrymarū fontibus.

In hanc ſententiam videndus eſt Chryſoſt. *tom.* 3. *in hom. de Beato Phylogonio*, vbi quærit, qua tandem via euaſerit ea mulier peccatrix, cuius meminit Luc. cap. 7. *Quoniam*, inquit, *feruenti animo, flagranti corde, ardenti fide acceſſit, & ſanctos illos, & ſacros pedes attigit ſolutis capillis, fontibus lachrymarum ex oculis emiſſis, vnguento profuſo; etenim per quæ deceperat homines, per eadem parauit remedia pœnitentiæ; per quæ* [p] *auocauerat oculos intemperantia, per hæc emiſit lachrymas; per capillos arte compoſitos, multos illexerat ad peccatum, per eoſdem, pedes abſterſit Ieſu; vnguento multos inefcauerat, per hoc pedes illius lauit; per oculos igitur, per crines, per vnguentum receſſerat à Deo, per eadem omnino Deo adhæret: proinde tu quoque,* 91.

Chryſoſt.

[p] Vt ſint inſtrumēta ſalutis, quæ fuerant incitiua malorum.

quibus rebus Deum [q] *prouocaſti; per has rurſus facito propitium, eadem per veſtigia rediio.* Quod optat Paulus *ad Rom.* 6. cum dixit, *humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ, ſicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immanditiæ, & iniquitati, ita nunc exhibite membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem*: quemadmodum nautæ qui Ionam deportabant remigarunt, vt eò deducerent Ionam, vnde egreſſi fuerant.

[q] *Vtiq; placandus eſt Dominus per quæ ad iracundiã prouocatur.* Rom. 6.

92. Obiter autem hîc notandum eſt, non ſatis putaſſe hos nautas timendum ſibi eſſe, niſi pariter remigaſſent; oportet enim & timere, [r] & redire. nanque primus ille transfuga Caim perpetuò tremebat, & perpetuò fugiebat, neque vnquam reuerſus eſt ad Deum, à quo fugerat. Sic pariter tremuit vniuerſa terra à conſpectu Dei in carne crucifixi, timuit, & ſtetit, & quæ tremebat, ſuis in viſceribus complectebatur ipſum infernum. Poteſt eſſe huius rei ſimilitudo octauus Orbis, ſiue octaua ſphæra cæleſtis, quæ perpetuò ſuper arietem, & libram agitatur, vt aduertunt Aſtronomi, ſed nondum ab Orbe condito conuerſionem integram fecit, nam in medio curſu identidem reuocatur, vnde trepidationis vocatur ille motus; qualis videtur planè eſſe motus cordis humani; etenim dum aduertit ad diuinam iuſtitiam, & ſua ſcelera grauiſſima librat, tremit: dum ad miſericordiam agni occiſi intuetur, expaueſcit, perpetuò tremit, perpetuò pauet, neque vnquam [s] reuoluitur eò, vnde egreſſum eſt. Quare eſt iuſta illa Dauidis imprecatio, quemadmodum eum locum interpretatur Hieronym. in Pſalm. 82. *Deus meus pone illos, vt rotam: Vide*, inquit Hieronym. *quod Propheta non precatur contra eos, ſed pro eis, pone illos vt rotam, vt qui quaſi fundamentum habent in malitia, in ea non maneant, ſed ab ea moueantur, ſicut rota, quæ facile reuoluitur eò, vnde venerat.* Timent ergo nautæ, & [t] redire conantur eò vnde venerant; remigabant, vt ad terram appellerent, à qua funem ſoluerant: timere enim ſatis non eſt, niſi redeas.

[r] *Pænitens anima non ſatis eſt timere, niſi & redire feſtinet.*

[s] *Tremit enim & impænitẽs cor ſine fructu, quia non regreditur, vnde venerat.* Hieron. Pſal. 82.

[t] *Iuſtè ergo timẽt nautæ, & redire conantur eò vnde venerant.*

§. V.

Cum adeo enorme peccatum ſit homicidium, vt eadem pœna, qua ſerpens, & maiori, quàm Adamus puniatur, iuſtiſſimè verentur nautæ Ionam violare; mitiores profectò in vmbram alieni, quàm populares Iudæi in Chriſtum Dominum.

93. *Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Quæſumus Domine, ne pereamus in anima viri iſtius, & ne des ſuper nos ſanguinem innocentem.*

Antequam verũ ſenſum huius loci colligamus, oportet priùs ſingulas eius particulas percurrere, in ſingulis enim ſingulæ latent difficultates, ex quibus pendet verus intellectus huius loci, atque aliorum quàm plurium in ſacra Scriptura, quæ ex ignoratione horum terminorum, ad intelligendum redduntur difficillima. In primis enim ſciendum eſt, animam hoc in loco pro vita [u] humana accipiendam eſſe, ſicut alibi ſæpiùs, vt patet Geneſ. 19. *Salua animam tuam*, id eſt, ſerua vitam; quo ſenſu dixit etiam Iuuenalis:

I, nunc atque animam ligno committe dolato.

Quo ſenſu dictum eſt Matth. 2. *Defuncti ſunt enim, qui quærebant animam Pueri*: id eſt, mortui ſunt, qui occidere volebant Puerum. Sic Matth. 19. *Qui amat animam ſuam in hoc mundo, perdet eam*, id eſt, qui nimis curat vitam, & vitam, & animam perdet. Quo ſenſu D. Auguſt. *lib. annotat. in Iob cap.* 2. intelligit ea verba eiuſdem libri, *veruntamen animam illius ſerua*, id eſt, ne vitam ei eripias: quem Hebraiſmum notauit Hieronym. *in epiſt. ad Sanam*, explicans ea verba Pſal. 118. *Anima mea in manibus meis ſemper, & legem tuam non ſum oblitus*, [x] id eſt, in manifeſtis periculis nemo me ſeparare poteſt à charitate Dei, quotidie periclitor, & quaſi in manibus meis ſanguinem meum porto: quod Auguſt. fatetur ſe ignoraſſe, quemadmodum aduertit Genebrard. *Pſalm.* 118. Quod igitur Hieronymus explicat, Auguſt. fatetur [y] ſe ignoraſſe: quidquid tamen ſit de mente Auguſtini, hoc in loco, illud certum eſt, animam hîc, & alibi ſæpiùs, vitam ſignificare: ſanguis autem mortem ſignificat, præſertimque innocentis hominis, vt patet Matthæi 24. *Innocens ego ſum à ſanguine huius iuſti*, hoc eſt, à [a] morte innocentis Chriſti. Sic apud Matth. 25. *ſanguis eius ſuper nos*: & Luc. 11. *Et inquiratur ſanguis omnium Prophetarum à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ*, id eſt, exquiratur de nece innocentium Prophetarum ab iniuſto homicidio Abelis, vſque ad mortem innocentis Zachariæ. Quo loquendi modo vſus eſt Rex Dauid *Pſalm.* 50. cum dixit, *Libera me de ſanguinibus, & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam*: hoc vnum poſtulo, vt me liberum eſſe velis ab homicidio innocentis Vriæ.

[u] *Anima hoc loco, idem quod vita.* Gen. 19.

Iuuenalis. Matth. 2. & 19. Auguſt. Iob 1. Hieron. Pſal. 118.

[x] *Hebraiſmus in Pſal. 118. eleganter exponitur à D. Hieronymo.* Genebrard.

[y] *Quod fatetur ſe ignoraſſe Auguſt.*

Matth. 24. & 25. Luc. 11.

[a] *ſanguis verò mortem ſignificat.*

Pſal. 50.

Quod volunt nautæ hoc in loco, eſt, ne ſibi imputetur mors innocentis Ionæ; eſt enim innocentis hominis homicidium grauiſſimum ſcelus, ſicut proſequitur Chryſoſt. *homil.* 19. *ſuper Geneſ.* cum ait, *Ex maledicti magnitudine immanitas flagitij expendetur, & quanto maius fuerit homicidium innocentis* [b] *Abelis, quàm peccatum primi parentis, colligitur ex differentia maledicti; peccante enim Adamo in terram effuſa eſt maledictio, maledicta terra in operibus tuis; peccante verò Caim, quia res pernicioſa eſt homicidium, facinus iniquum, & inexpiabile flagitium, ipſe pœnam luit, maledictus eris ſuper terram; & quia ferme eadem egit, quæ ſerpens, ſicut maledictus eſt ſerpens inter beſtias, ſic Caim* [c] *inter cæteros homines.* Hoc igitur primum fugiunt nautæ dicentes, *& ne des ſuper nos ſanguinem innocentem*, id eſt, mortem Ionæ innocentis: innocentem autem cùm appellant, ſignificare volunt eum eſſe ſine crimine in Deum, palam enim ipſe Ionas confeſſus erat ſe peccatorem eſſe, & inobedientem: innocentem autem vocat ſecundùm vulgarem loquendi modum in ſacra Scriptura, quo is, qui nemini iniurius eſt, & neminem lædit, innocens appellatur: qualis eſt ille locus in Pſalm. 7. *Indica me Domine ſecundùm iuſtitiam meam, & ſecundùm innocentiam meam ſuper me. Non ſibi*, inquiunt Patres, *tribuit vniuerſalem iuſtitiam, ſed eam duntaxat, quæ ab iis, quos nunquam læſerat, violabatur*: id eſt, loquitur de iuſtitia ſua erga ſalutem, cui [d] nunquam nocuit; non autem erga Deum, in quem omnes ſumus iniuſti, & peccatores. Similis loquendi modus eſt in Pſalm. 25. *Indica me Domine, quia ego in innocentia mea ingreſſus*

94\. Chryſoſt.

[b] *Homicidiũ Abelis grauius ſcelus, quàm Adami culpa, & maiori pœna mulctatum.*

[c] *Eandem pœnam, quã ſerpens inter beſtias, Caimus inter homines meruit.*

Pſal. 7.

[d] *Iuſtus dicitur & peccator, qui proximo nunquã nocuit.*

greſſus ſum, id eſt, eſto iudex, & inuenies me neminem læſiſſe vnquam eorum, quos infenſos hoſtes habeo: verentur ergo nautæ, hominem in [e] ſe minimè iniurium occidere.

[e] *Quo ſenſu nautæ Ionam iuſtum dicũt, & innocentẽ,*

95. Senſus igitur huius loci tam talis eſt; Poſtquam nautæ cognouerunt nullum aliud ſibi relictum eſſe remedium ad naufragium fugiendum, quàm Ionam in mare proiicere, quod videbatur omnino alienum ab omni humanitate, hominem ſcilicet, qui neminem eorum læſerat, in pelagus proiecere Prophetam, ne vita erepta ab innocenti homine ipſis noceat, & ne ſibi imponatur ſanguis effuſus innocentis, id eſt, homicidium Ionæ, cum illud factum ſit, quia Deum ita voluiſſe compertum erat, atque ita ſolas [f] manus exhibent nautæ diuinæ voluntati. Iuſta autem eſt hoc in loco illa exclamatio, qua vtitur Hieronym. ita dicens, *O rerum quanta mutatio! populus, qui ſeruierat Deo, dicit, Crucifige; iſtis imperatur vt occidant! Mare furit, tempeſtas iubet, proprium periculum negligentes, de aliena ſalute ſolliciti ſunt, mitiores* [g] *in imaginem, & vmbram Chriſti, quàm ſuos habuerit populares Iudæos Chriſtus Dominus in ſe ipſum, & in ſuam carnem.*

[f] *& ſolas tãtùm manus exhibent diuinæ voluntati,*
Hieron.

[g] *mitiores in vmbram, quam fuerint populares ſui in Chriſtum Dominum.*

96. Non eſt autem illud prætereundum hoc in loco, quod aduertunt præter Remigium, Hieronym. atque alij, tantùm eſſe ſimilitudinem [h] in his verbis cum illis, quibus Pilatus homo Ethnicus de Chriſto dixit, *mundus ego ſum à ſanguine innocentis huius, propterea'que ab eo lauo meas manus*, vt iam non ſimilia tantùm videantur verba, ſed potiùs exemplum, & figura, & vmbra eorum, quæ dicta ſunt à Pilato.

Idem.
[h] *Proteſtatio proiicientium Ionam in mare figura lotionis manuum Pilati.*

VI. Ad Literam, & Mores.

Homo qui iure Creatoris in cætera creata tanquam in ſeruos imperium gerebat, culpæ merito in manus ſeruorum ſuorum traditur flagellandus, vt qui per peccatum deſeruit Deum, ſub quo eſſe debuerat, ſubditus fieret eis, ſupra quos eſſe debuit.

97. Hieron.

Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare, & ſtetit mare à feruore ſuo.

PVlchrè notauit Hieronym. hoc in loco verbum, *tulerunt*, quo vſus eſt Propheta; eſt enim emphaticum, & commendat maximè humanitatem nautarum, quæ in ipſo poſtremo funeris [i] officio omnino perſpecta eſt, nec enim dixit Propheta, *arripuerunt*, non dixit, *inuaſerunt*, ſed, *tulerunt*, *quaſi cum obſequio, & honore portantes, non præcipitantes*, ſicut ait Remigius, *ſed humaniter accipientes mari dederunt Ionam, non aliter, quàm fieri ſolet, cùm quiſpiam defunctus effertur ad tumulum, quem pia, & religioſa amicorum lugentium pompa proſequitur vſque ad ſepulchrum, poſtremum amico defuncto exhibendo honorem.* Tales erant nautæ repugnantes omnes non repugnantem, neque coactum, ſed præbentes manus diuinæ voluntati in pelago tumeſcenti tumularunt, facti [l] potiùs pij funeris, quàm ſanguinolentæ mortis humani miniſtri. Continuò autem, *mare ſtetit à feruore ſuo*, quia inuenit, quem quærebat; veluti ſi quiſpiam fugitiuum perſequatur, & concito pergat gradu, quem poſtquam fuerit conſequutus, ſtat, ac tenet, quem apprehenderit; ita & mare, quod abſente Iona iraſcebatur, in viſceribus ſuis deſideratum tenens, gaudet, & confouet, & ex gaudio tranquillitas [m] redit; celeres enim ſuæ diuinæ iuſtitiæ ſatellites voluit Deus eſſe fluctus marinos, qui fugientem, quanta maximè poſſent celeritate inſequerentur Ionam, & comprehenderent.

[i] *Nautarum humanitas in ſupremo funere Ionæ conſpicitur.*

[l] *Facti enim ſunt pij funeris miniſtri.*

[m] *Redit tranquillitas mari ex gaudio comprehenſionis Ionæ.*

98. August. Afferet autem hic locus ſolutionem eius difficultatis, quam ſibi fecerat D. Auguſt. *tract.* 1. *ſuper Ioan.* cum ait, *ſi omnia quæ facta ſunt, bona ſunt, & propter hominem ſunt facta, quare tam multa mala ab ipſis creaturis homines patiuntur?* amplificat hanc difficultatem Theodor. *q.* 2. *ſuper Geneſ.* cum aſſerit, *medium conſtitutum fuiſſe hominem inter animata, & inanimata, inter ſenſitiua, & intellectiua, vt vtraque tum animata, quam inanimata* [n] *veluti quoddam ei præberent tributum: intellectiua verò, dum eius curam gerunt, beneuolentiam ergà eum demonſtrarent.* Quibus habet ſimilia Niſſen. *in lib. de hominis opificio, cap.* 7. cum ait, *ea ratione creatum fuiſſe hominem* [o] *inermem & nudum, vt omnes creaturæ ei tributum pendentes magis oſtenderent eius imperium in res omnes creatas.* Similia habet Philo *in lib. de mundi opificio*, cum ait, *poſtremam omnium creaturam fuiſſe hominem, vt ſic prima, & princeps omnium oſtenderetur; propter eum enim cætera omnia producta ſunt.* Sed excidit ab hac dignitate peccando, qualis redditus eſt Ionas, qui in manus ſeruorum ſuorum traditus eſt, quo nihil potuit eſſe miſerius, quàm eos acerbos habere Dominos, quos ſeruos ſemper habuit. Proſequitur hoc argumentum Auguſt. loco cit. *culpa hominis eſt*, inquit, *& non iudicis, pœna peccati, non immunitas Dei, quòd homo tam multa* [p] *patiatur à creaturis, quæ ſola ipſius cauſa creata ſunt: quapropter de pœna ſua, peccatum ſuum accuſare debet homo, non iudicem*, ſicut dixit Petrus in ſua Canonica 1. cap. 3. *Et quis eſt, qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis? Sed & ſi quid patimini propter iuſtitiam, beati.*

Theodor.

[n] *Licèt enim cuncta animata creata ſint, vt tributum penderent homini.*

Niſſen.
[o] *& propterea nudus creatus eſt*
Philo.

Auguſt.

[p] *Culpa tamẽ hominis factum eſt, vt tam multa patiatur à creaturis.*
1. Petr. 3.

99. Actor. 28. Theodor.

Hæc fuit ratio, quare Paulus *Actor.* 28. morſus à vipera non ſit læſus: qua de re videndus eſt Theodor. q. 18. ſuper Geneſ. *Vipera cum nihil peccato molle, atque tenerum in Paulo inueniſſet, quia corpus ſibi inconueniens lædere auſa fuerat, de ſe ipſa pœnas ſumens, reſiliens ſe in ignem proiecit:* ſunt enim hæc veluti lora, & flagella, quibus Deus deterrere ſolet homines peccatores, quæ non timent, qui innocenter viuunt, ſi quidem hæc omnia aſſiſtebant Adamo obſequium profitentia. Sic Noe ingredientem in arcam, ſeruorum in morem leo, pardus, & aliæ crudeles beſtiæ ſequebantur: & Danieli aderant famelici leones, qui tamen accedere non audebant, quia in eo videbant characteres diuini imperij: pueros quoque in fornace Babyloniæ reueritus ignis non læſit, non naturæ, ſed pietati reuerentiam exhibens: hæc autem omnia ex eo nobis euenerunt, quia per peccatum homo deſeruit Deum, ſub quo eſſe debuerat, ſubditus factus eis, ſupra quæ eſſe debuit: *Agnoſce igitur Deum*, inquit Auguſt. *qui ſupra te* [r] *eſt, vt agnoſcant te, quæ infra te ſunt.* Multa docet hac de re D. Auguſt. *in lib. de duabus animabus, cap* 7. *& in lib. de Geneſ. contra Manichæos, cap.* 16. Euſebius Cæſar. *lib.* 8. *de præparat. euangelica, cap.* 5. Chryſoſt. *hom.* 10. *ad Populum, & hom.* 9. *in Geneſ.* Denique

[q] *Quas tamẽ non timet, qui innocenter viuit.*

Auguſt.
[r] *In eo enim, quòd Deum qui ſupra eſt cognoſcunt, agnoſcuntur ab illis, quæ infra ſunt.*

D.Leo.

videndus eſt D.Leo Papa *in ſem. de B. Vincentia martyre.* Mirum igitur non eſt ſi fluctus inſurgant aduersùm Ionam,& ſi balæna fauces expandat ad deuorandum peccatorem: ſunt enim hæc flagella,quibus Deus deterrere ſolet,& interdum punire ſuos fugitiuos ſeruos.

§. VII. Ad Literam.

Magna diuini timoris bona,ſine quo non venitur ad fidem, & primam ſalutem;comes quoque virtutum eſt, & ſecura cuſtodia.

100. *Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hoſtias Domino, & vouerunt vota.*

QVi timore humano in media tempeſtate timuerant nautæ,adhuc alieni à fide, & vera Dei religione inuocabant falſos Deos, quemadmodum ſuprà prædixit Ionas cum ait, *& timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum ſuum:* Vnuſquiſque pro more patriæ,& pro inſtitutis ſuæ cuiuſque gentis in auxilium vocabat ſua numina; ſed poſtquam religioſo timore correpti ſunt,iam verum,& ſolum Deum Teragrammatum [t] timuerunt, & inuocarunt, *timor enim Domini fons vitæ,*ſicut Salomon dixit *Prouerb.*14 & Iſai.*in cap.* 26. Secundum lectionem L X X. interpretum *à timore tuo concepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Rariſſimè enim accidit,*ſicut dixit Auguſt in lib.de catechiſandis rudibus cap. 5.*imò verò nunquam, vt quiſquam veniat volens fieri Chriſtianus, qui non ſit aliquo Dei timore perculſus.* Quibus habet ſimilia Ioann.Caſſian.*lib.*4.*de inſtitut.renunciant.cap.*39. *Principium noſtræ ſalutis, eiuſdemque cuſtodia, timor Domini eſt,per hunc enim,& initium conuerſionis,*[t] *& vitiorum purgatio, & virtutum cuſtodia iis,qui imbuuntur, ad vitam perfectam acquiritur.* Hæc enim eſt natura timoris, vt mala effugiat,& remedia quærat,quibus illa poſſit euadere, atque illud experientia compertum eſt, nunquam magis homines de ſua ſalute cogitare, quàm cùm ingens aliquis timor ingruit,vel fulminis cadentis,vel naufragij imminentis;deterriti igitur nautæ vi tempeſtatis Deum verum inuocant, & timent.

[t] *Iam timent nautæ pro timore Deum.*
Prouerb. 14.
Iſai.26.
Auguſt.
L X X. Interp.
Auguſt.
Ioan. Caſſ.
[t] *Qui timor conuerſionis initium, & virtutū cuſtodia eſt.*

101. Oſtendit autem hic locus ordinem, & modum,[u] quem habet infidelis anima ad ſuam ſalutem;oportet enim priùs credat, quemadmodum feciſſe leguntur nautæ clamantes, & deprecantes Deum; nemo autem eum deprecatur, qui non credit:conſequens eſt, vt poſt fidem timor oriatur ex imminenti periculo naufragij, & ex magnitudine diuinæ potentiæ, quam nemo hominum,aut Angelorum euadere poteſt: poſt timorem ſequutus eſt ſtatim religioſus cultus, qui in ſacrificiis, & in votis ſoluendis cernitur, quod beneuolentiæ, ſiue charitatis ſignum eſt efficax; *Maioris enim amoris eſt offerre quod non debes,quàm reddere,quod exigaris,*ſicut ait Hieron.*lib.* 1. *contra Iouinianum.*

[u] *Ordo veniendi ad fidem per timorem.*
Hieron.

***

§. VIII. Ad Literam.

Non ſolùm in Chriſtianis, ſed etiam apud Ethnicos in religione ſumma fuit, vota in tempeſtate maris concepta, quamprimùm exſoluere.

SVnt qui velint hoc in loco per anticipationem dictum eſſe,*& immolauerunt hoſtias Domino,*cùm priùs [x] dicendum foret, *& vota vouerunt,& hoſtias immolauerunt,*ſicut notauit Theophylact. cum dixit, *Eorum verò animis plurimus timor inceſſit, qui expectauerunt hæc, votaque fecerunt, vbi domum redirent, ſe hoſtias immolaturos, & crediderunt hunc Deum, eſſe ſolum omnium rerum Dominum.* Theophylacto ſuffragatur Theodoret. niſi forte magis placeat, nautas in primo littore, ad quod appellere potuerunt, [z] Deo ſacrificaſſe in gratiarum actionem pro beneficio accepto,atque etiam vota concepiſſe,quæ perſoluerent,cum primùm patrios portus apprehenderent,quemadmodum fieri ſolet ab iis, qui in magno aliquo naufragio euaſerunt; ſolent enim tabulas ſuſpẽdere in templis votiuas, quibus ſignificent, ſe beneficio diuino euaſiſſe naufragium, quemadmodum notauit Caius Cotta apud Ciceron.lib.3.de natura Deorum. *Tu, qui Deos putas humana negligere, non ne animaduertis ex tot tabellis pictis, quàm multi votis* [a] *vim tempeſtatis effugerint, in portumque ſalui aduenerint?* quod etiam dixit Horat *li.* 1.*Carmin.ode* 5.*ad Pirrham.* 102.

[x] *Ordo literæ ſacræ conſtituitur.*
Theophyl.
Theodoret.
[z] *Nautæ in primo ad quem appulerunt, portu, Deo ſacrificarunt.*
Cicero.
[a] *Qui mos exſoluendi vota in tempeſtate concepta, apud Ethnicos in vſu.*
Horat.

——— *Me tabula ſacer*
Votiua paries indicat vuida
Suſpendiſſe potenti
Veſtimenta maris Deo.

Quibus habet ſimilia Virgilius. 12.*Æneid.*

Virgilius.

Forte ſacer Fauno foliis oleaſter amaris
Hic ſteterat,nautis olim venerabile lignum:
Seruati ex vndis,vbi figere dona ſolebant
Laurenti Diuo,& votas ſuſpendere veſtes.

Qui ritus etiam [b] apud noſtros homines religioſus eſt, neque ſolùm apud Ethnicos, ſed etiam apud fideles in more poſitum eſt huiuſcemodi vota concipere,ſicut patet Gen. 28. *Votum vouit Iacob,ſi fuerit Dominus mecum,erit mihi Dominus in Deum,& lapis iſte,quem erexi,vocabitur domus Dei;cunctorum,quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.* Similis eſt locus *lib.*1.*Reg.cap.* 6. in quo huiuſmodi oblationes dicuntur factæ à Philiſthæis, qui ad euertendam plagam per mures, & vlcera illatam diuinitùs iuxta numerum ſuarum Prouinciarum fecerunt quinque mures aureos, quos delicti expiandi gratia apud arcam fœderis ſuſpenderunt:religioſum igitur morem vouendi ſequentes [c] nautæ,& Deo vero ſacrificauerunt, atque dona promiſerunt poſituros ſe in templo Dei,ſicut fieri ſolet à religioſis,& naufragis viris. 103.

[b] *Et apud Chriſtianos maximè religioſus.*
Gen. 28.
1.Reg.16.
[c] *Quem & nautæ iſti religioſè obſeruarunt.*

§. IX. Allegoricè.

In eo quòd Ionas plus profuit morti traditus,quàm in vita ſecurus, myſterium paſſionis Chriſti adumbratur,& diuina pietas mirificè exaltatur, quæ & noſtris interdum ſceleribus ad bonum vtitur ipſorum peccantium.

104. NEgari tamen non poteſt iam prophetam huc in loco figuram agere [d] Chriſti patientis, ſicut notauit Tertull. *in lib. de pudicit.* cum ait, *exemplum paſſus eſt Ionas Dominicæ paſſionis, Ethnicos quoque pœnitentes redemptura*: quibus verbis oſtendit, naufragium Ionæ figuram fuiſſe paſſionis Chriſti, per quam facta eſt vniuerſalis redemptio etiam gentium; ſicut enim profectò Iona in mare crediderunt gentes, ſic etiam Chriſto Domino ſepulto. Tertulliano ſuffragatur Hieronym. cum ait, *Ionas in mari fugitiuus, naufragus, mortuus, ſaluat* [e] *nauiculam fluctuantem, ſaluat Ethnicos in diuerſas prius ſententias mundi errore iactatos, & Oſeas, Amos, Iſaias, Ioel, qui eodem tempore prophetabant, populum in Iudæa nequeunt emendare.* Ex quo oſtenditur, ſedari non poſſe naufragium, niſi morte fugitiui. quod dixerat Iſaias *in cap.* 53. *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum*, quod ex labore, & paſſione ſua creſcet, quod Chriſtus Dominus dixerat Ioan. 12. *niſi granum frumenti*, &c. Fuit igitur Ionas moriens vmbra Chriſti ſeruatoris morientis, qui plus profuit moriens, quàm viuens; ſicut enim ſol cum ad occaſum properat, ſi rubicundus occumbat, [f] ſerenum pollicetur craſtinum cælum, quemadmodum veteri prouerbio receptum eſt, & Chriſtus Dominus Matth. 16. *Facto veſpere dicitis, ſerenum erit, rubicundum eſt enim cælum.* Si igitur ex facie cadentis ſolis colligitur ventura ſerenitas, ex vmbra Chriſti morientis, & iam curantis Ethnicos homines, cur non coniiciemus futuram ſerenitatem, & tranquillitatem eiuſdem reſurgentis?

[d] *Ionas figura Chriſti patientis.* Tertull.
Hieron.
[e] *Naufragus enim ſaluat nauiculam, ſaluat Ethnicos.*
Iſai. 53.
Ioan. 12.
[f] *Ex Iona moriente ſicut ex vmbra ſolis cadentis futura per Chriſtum ſerenitas coniicitur.*
Matth. 16.

105. Commendat autem hic locus maximè diuinam miſericordiam, quæ interdum ipſis hominum delictis vtitur in eorum ſalutem, & vtilitatem, quemadmodum ad hunc locum animaduertit Theophylact. *Videnda*, inquit, *eſt diuina & diſpenſatio hic, & conſilium; fugit Ionas ne ſeruentur Niniuitæ, & ecce ſeruantur nautæ, deinde & ipſe, atque ita exuberantius bonum perficitur; ſic & noſtris diuina prouidentia interdum ſceleribus ad bonum vſa eſt*, iuxta illud *Pſalm.* 118. *priuſquam humiliarer ego deliqui, propterea eloquium tuum cuſtodiui.* In quam ſententiam intelligẽdus eſt locus ille obſcurus *Geneſ.* 45. cum Ioſeph Patriarcha dixiſſe legitur fratribus ſuis, *non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum*, &c. cap. 50. *Nolite timere, num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?* In quibus locis Ioſeph ſuos excuſat fratres, quòd eum vendiderint Iſmaelitis, quia ſic Deus voluerit, cuius voluntati reſiſtere nemo poteſt; vt ſit ſenſus; Vos malũ cogitaſtis de me, ſed Deus vertit illud in bonum, vt me exaltaret, & ſaluos faceret vos, & multos populos; ſic enim eum locum interpretatur Chryſoſtom, *homil.* 64. *in Geneſ.* & Ambroſ. lib. de Ioſeph. cap. 12. *Sanctus Ioſeph non tantùm attendit, quod à fratribus fuiſſet miſſus ad mortem, quàm quòd à Deo miſſus fuiſſet ad vitam, & ideo fraterna charitate conatus eſt peccatum illorum excuſare, cauſam ingreſſus ſui in Ægyptum tribuens non illorum impietati, ſed Dei prouidentiæ,* [h] *qui mala conuertit in bonum.* Similia habet Auguſt. *lib.* 9. *confeſſ. cap* 8. *Tu Domine Rector cælitum, & terrenorum ad vſus tuos conuertens profunda torrentis, fluxum ſæculorum ordinans turbulentum, etiam de alterius animæ inſania ſanaſti alteram;* pertinet enim, ſicut ait Auguſt. *in lib. de correp. & gratia. ad Dei potentiſſimam bonitatem, de malis benefacere potius,* [i] *quàm non ſinere mala eſſe; in altero enim oſtendit, quid liberum arbitrium poſſit; in altero gratiæ ſuæ beneficium.* Fugiebat igitur Ionas ne ſeruarentur Niniuitæ, & ecce ſeruantur nautæ, iis enim quos Deus diligit, omnia cooperantur in bonum.

Theophyl.
[g] *Vide diuino diſpoſitionis pietatem, fugit Ionas ne ſeruentur Niniuitæ, & pro ipſo ſeruantur nautæ in naufragio.*
Pſalm. 118.
Gen. 45. & c. 50.
Chryſoſt.
Ambr.
[h] *Vertit enim diuina prouidentia etiam mala noſtra in bonum.*
Auguſt.
Idem.
[i] *Bonitatem Dei magis commendat, quòd de malis bona ornat, quàm quòd mala eſſe non ſinat.*

§. X. Moraliter.

Anima de tentationum turbine erepta, nullum Deo gratius immolabit ſacrificium, quàm ſi diuino timore contuſum cor offerat; quod ſi & veſtes lachrymis madidas ſuſpendat, futuræ ſerenitatis arcum veluti iridem ſibi erigit.

DOcet etiam hic locus, oportere eam animam, quæ à tempeſtate ſæculi, & à naufragio ſuarum perturbationum [l] erepta eſt, hoſtias immolare, & vota vouere omnipotenti Deo; neque aliud melius in ſacrificium poteſt immolari, quàm cor omnino contuſum, & contritum, quale ſolum ſacrificium Deo placere poſſe dixit Regius vates in Pſalm. 50. *Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem; vtique holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies.* Oportet etiam vt madidas lachrymis ſuſpendat Deo veſtes, id eſt, oculos, cæteroſque ſenſus, quibus naufragium paſſus eſt; vt tandem ſerenitatem inueniat, qualis ille arcus, qui in nubibus ſuſpenditur è vaporibus, atque etiam exhalationibus factus cum roribus in lachrymas diſſoluitur, pulcherrimus apparet, ſerenumque pollicetur cælum: ſic etiam feciſſe leguntur primi [n] credentes in Chriſtum, Actorum cap. 2. *Omnia enim vendentes quæ poſſidebant, ante pedes Apoſtolorum deponebant.* Hæc pertinent ad 1. caput. 106.

[l] *Anima de perturbationum naufragio liberata gratiſſimum Deo ſacrificiũ offeret cor contritum.*
Pſalm. 50.
[m] *Et madidas lachrymis Deo ſuſpendat veſtes.*
[n] *Quod fecerunt primi credentes in Chriſtum.*

CAPVT SECVNDVM

Prophetiæ Ionæ.

ET præparauit Dominus piſcem grandem, vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad Dominum Deum ſuum de ventre piſcis, & dixit: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam. Et proieciſti me in profundum in corde maris, & flumen circundedit me: Omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt. Et ego dixi: Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum: veruntamen rurſus videbo templum ſanctum tuum. Circundederunt me aquæ vſque ad animam: abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Ad extrema montium deſcendi, terræ vectes concluſerunt me in æternum: & ſubleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus. Cum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum. Qui cuſtodiunt vanitates fruſtra, miſericordiam ſuam derelinquunt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcunque voui, reddam pro ſalute Domino. Et dixit Dominus piſci: & euomuit Ionam in aridam.

TRACTATVS IX.

De verbis illis: *Et præparauit Dominus piſcem grandem, vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus.* Siue, *De ceto deuorante Ionam.*

§. I. Ad Literam.

Sic Deus ſolet triſtibus læta miſcere, vt multo felicius naufragus Ionas in ventre ceti nauigauerit, quàm intra nauim.

1\. *Et præparauit Dominus piſcem grandem, vt deglutiret Ionam.* CONSEQVENS iam erat, vt Ionas oſtenderet, quale Deus præparauerit nauigium ſuo fugitiuo naufrago, & mari expoſito; pœnitenti tamen, & nauigationem ſecundam tentanti, ne videatur miſer Propheta, humaniores in ſe inueniſſe nautas, quàm Deum, ſed qui iratum [a] in naui ſenſerat Deum, propitium in mari ſentiret, & vbi interitus putabatur, ibi inueniret tutiſſimam cuſtodiam; de ventre enim nauis in pelagus proiectus eſt, de viſceribus belluæ in littore expoſitus, à ſummo ad mortem, ab oratione ad vitam vocatus, atque ita feliciùs multo naufragus in viſceribus ceti nauigauit, quàm in viſceribus nauis; ſic enim interdum ſolet [b] Deus triſtibus læta miſcere, eſt enim admirabilis diuinæ iræ conuerſio, ſicut dixit Hierem. in cap. 10. *qui fulgura in pluuiam facit*, id eſt, qui iram in miſericordiam conuertit, ſicut alius Propheta dixit, *cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis*: nullum enim violentum perpetuum, ſicut dixit Philoſophus 12. *meteor. text.* 54.

[a] *Ionas, qui iratum in naui ſenſerat Deum, propitium in mari ſentit.*

[b] *Sic ſolet Deus triſtibus læta miſcere.*
Iſai. 10.

2\. Præparaſſe autem dicitur Deus piſcem grandem, quem cum præſto adeſſe fecerit naui, vt præcipitem Prophetam continuò exciperet, nec pateretur [c] diutiùs fluctibus agitari, quemadmodum docet Auguſt. epiſt. 49. q. vnic. *Sicut*, inquit, *Ionas ex naui in aluum ceti, ita Chriſtus ex ligno in ſepulchrum, vel in maris profundum.* Quod etiam expreſſit Chryſolog. ſerm. 37. *currit, occurrit, bellua adeſt de profundo totum Dominicæ Reſurrectionis impletura, & proditura, imò & conceptura, & paritura myſterium*; præſto autem eam Deus adeſſe fecit occulta quadam, & ineffabili vi, qua bruta etiam animantia mouet, & præparat in obſequium ſuum.

[c] *Præparauit Dominus piſcem ne pateretur Ionam fluctibus diutiùs agitari.*
Chryſolog.

§. II. Ad Literam.

Tametſi vulgus balænam putet fuiſſe hoc monſtrum marinum, quod Ionam vorauit, & cetum vocetur à Chriſto Domino, nullatenus tamen de certa ſpecie conſtat, ſed piſcis creditur immanis magnitudinis.

3\. QVoniam verò de plebe homines certiſſimum eſſe exiſtimant balænam [d] fuiſſe animal illud, quod deuorauit Ionam Prophetam: vulgus autem hominum ſequutus eſt Interpres Theophylact. cùm ſic fecit Latinum hunc locum, *imperauit Deus balanæ magnæ*, cum tamen vulgatus Interpres cautè dixerit, *& præparauit Dominus piſcem grandem*, verbum ex verbo transferens ex Hebræo textu, neque veritas Hebræa piſcem aliquem peculiarem fuiſſe dixit, ſed ſolùm animal marinum; quæ res propterea fuſiùs aliquantulum tractanda eſt: ſemper tamen illud aduertendum, nihil aliud colligi [e] tum ex ſacra Scriptura, tum ex veteribus Patribus, quàm fuiſſe piſcem grandem: id quod etiam dixit Chriſtus Dominus Matth. 12. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus*; & LXX. Interpretes hunc locum ita vertunt, *& præcepit Dominus ceto magno*: Ioſephus etiam *lib. 9. antiq. cap. 11.*

[d] *Vulgus exiſtimat piſcem hunc fuiſſe balænam.*
Theophyl.

[e] *Nihil camē aliud colligitur ex Patribus, & ſacra Scriptura, quàm fuiſſe grandem piſcem.*
Ioſephus.

cap 11. deuoratum tradidit Ionam à ceto: cetum autem non eſt aliqua ſpecies peculiaris alicuius animalis marini, ſed potiùs genus quoddam complectens balænas, orcas, phocas, atque alia monſtra.

4. Non quòd exiſtimemus propterea hoc animal balænam non fuiſſe, quia balænæ in mare Atlantico educantur, & viuunt, ſicut dixit Baſilius Magnus *hom.7. in examer.* cum ita habet, *Atlanticum pelagus, quod vocant mare Oceanum innatant, non circa ripas, neque circa littora diuerſantes*; quaſi verò non poſſint penetrare mediterraneum mare per Herculeas fauces, in quo pelago res hæc geſta eſt, in mediterraneo, ſcilicet, mari; eas enim nonnunquam ad mediterraneum permeare, docet Plinius *lib.9. natur. hiſt.cap.6.* Sed propterea non aſſertiuè dicimus fuiſſe balænam, quia ſacra Scriptura [f] cetum vocat illud animal ſiue grandem piſcem, cetum autem complectitur omnia aquatilia ingentis magnitudinis, ſicut docet Plinius *lib.9. & 10.natural. hiſtor.* Ariſtot. *lib.3 de hiſtoria animalium, cap.20.* quibus habet ſimilia Ælianus *lib. 9. de hiſtor. animal. cap. 49.* vnde apud Græcos veteri prouerbio receptum eſt, vt quæcunque vaſtiſſima ſunt *cetacea* vocarentur: vnde Homerus *lib. 2. Iliad.* Lacedæmonem nobiliſſimam Græciæ vrbem, *cetoeſſam* appellauit, id eſt, ſimilem cetis marinis vaſtitate, & magnitudine.

Baſilius. *Plinius.* *[f] Cetum vocat Scriptura quod aquatilia ingentis magnitudinis complectitur.* *Plinius. Ariſtot. Ælianus. Homer.*

5. Illud autem hîc notandum eſt omnino, quod cum Ionas dixit præparaſſe Deum piſcem grandem, non eſſe conferendum eum piſcem cum cancris, ſed cum magnis montibus, quibus corporis [g] ſui mole coæquabantur, & qui inſulæ alicuius vaſtiſſimæ ſpecimen præ ſe ferebat, ſicut docet Baſilius *hom.7 in examer.* qua de re videndus eſt Strabo *lib.15.* vbi refert viſum fuiſſe cetum e mari erectum quinquaginta cubitorum. Similia habet Iuba, in iis voluminibus quæ ſcripſit ad C.Cæſarem, vbi tradit cetos ſexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum ſexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intraſſe, vnde Poëta dixit; *& quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore Pontus.*

[g] Præferebat hic piſcis inſulæ magnitudinem, ſeu montis. *Baſilius. Strabo. Iuba. Virgilius.*

6. Cauſa autem, quare longè maiora [h] monſtra in mari reperiantur, quàm in terra, ea eſt, quam tradit Plinius *lib.9. natur. hiſt* humoris, ſcilicet, luxuria, ſiue copia. Hæc diximus, vt vel ex hiſtoria veterum cõſtet cetos inter aquatilia vaſtiſſimos eſſe piſces, & quorum prodigioſa magnitudo ſtuporem audientibus afferat, tamen vix fidem inueniat: ne incredibile videatur, cum legimus, Deum tantùm præparare potuiſſe piſcem, qui integrum Prophetam deuorauerit, eundémque ſaluum, & incolumem per tres dies in viſcèribus conſeruauerit.

[h] Cur maiora monſtra in mari, quàm in terra vagant. *Plinius.*

§. III. Allegoricè.

Qualiter Chriſtus Dominus, cuius hic Ionas expreſſam gerit figuram, fuerit in ſepulchro tribus diebus, & tribus noctibus: grauis difficultas proponitur, & reſoluitur.

7. *Et erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus.* Conſultò hæc verba interpretamur, cum nihil priùs dixerimus de præcedentibus; ex vtraque enim ſententia perfectiſſimè coaleſcit figura Chriſti Seruatoris, cuius pulchritudini aliquid [i] addere, vel adimere, religio eſt; expreſſam enim, & viuam ſui imaginem eam poſuit Chriſtus Dominus, ſpectandam potiùs oculis, quàm aliter tractandam, ne ornatus detrimentum afferat eius maieſtati. Intacta igitur relinquenda eſt figura, ne atteratur, ne aboleſcat. Nos tamen aliquas eius particulas aperiemus, ex quibus pendet cognitio aliquorum difficilium locorum in ſacra Scriptura.

[i] Ionas in ventre piſcis expreſſa Chriſti figura cui addere religio eſt.

Primus igitur hoc in loco ille occurrit Hebraiſmus, qui frequentiſſimus eſt in ſacra Scriptura, quo ſignificatur dies [l] naturalis apud Hebræos: qualis locus eſt ille 3. *Reg. cap.19.* cum Elias Propheta interfecit recreatus cæleſti cibo quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, id eſt, per quadraginta dies naturales: qualis locus eſt apud Matth. in cap. 4. *Et cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Eodem Hebraiſmo vtitur Chriſtus Dominus *Matth.12.* cum dixit, *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.* Ex quibus illud deducitur, Chriſtum Dominum tribus diebus naturalibus fuiſſe ſepultum, & cum his in tribus diebus non tam facile inueniamus tres noctes: grauis [m] difficultas viſa eſt interpretibus ſacris, etenim ſepultus eſt Chriſtus Dominus ad Veſperam feriæ 6. excitatus autem die Dominica, vel ad mediam noctem, vel diluculo ſiue ad horam auroræ, quemadmodum canit Eccleſia, *Aurora lucis rutilat, cælum laudibus intonat:* atque ita ſolis duabus noctibus videtur pernoctaſſe in ſepulchro. Quam difficultatem, vt euadant aliqui; [n] tres eas horas, quibus vniuerſus Orbis eclipſim, paſſus eſt, tertiam volunt eſſe noctem. Alij [o] periculoſiùs errantes aſſerunt integris tribus diebus, & tribus noctibus fuiſſe Chriſtum Dominum in ſepulchro, atque ita vniuerſam œconomiam Eccleſiæ euertunt. Sic enim vel Chriſtus Dominus non paſſus eſt feria 6. vel non reſurrexit die Dominica: vel ſaltem addendus eſt octauus dies hebdomadæ pœnoſæ contra morem aliarum hebdomadarum conſtantium ex ſeptem tantùm diebus. Huic errori Ignatium opponimus tantummodo, qui Chriſtum Dominum in carne vidit, quemadmodum refert Hieronym. *epiſt. 150. ad Edibiam, q. 3.* Ignatius autem *in epiſt. 5. ad Trallianos*, refert, Chriſtum Dominum paſſum fuiſſe feria 6. excitatum verò die Dominica. 8.

[l] Hebraiſmus de die naturali apud Hebræos *3 Reg.19.* *Matth. 4. & 12.* *[m] Grauis difficultas de triduo mortis Chriſti Domini.* *[n] Prima ſententia reiicitur.* *[o] Secunda ſententia non probatur.* *Ignatius. Hieron.* *[p] Sed refutatur ex S. Ignatio.*

Nouam ſolutionem videtur aſtruere illuſtriſſimus Card.Baronius [q] *tom.1. annalium anno 34. Chriſti cap. 158. & 159. & 160.* In cuius confirmationem adducit ſententiam Iſidori Peluſiotæ Ioannis Chryſoſtomi diſcipuli, qui *lib. 1.epiſtolarum, epiſt.114. ad Timotheum lectorem*, ita habet: *Is igitur, qui ſe Ionæ typum expreſſurum receperat, cum eum exactè noſcet, quippe cum etiam Ionæ adeſſet, cum in profundum præceps ageretur, atque è profundo eiiceretur, eum quoque ſine dubio expleuit, tanto nimirum temporis ſpatio in ſepulchro commoratus, quanto Ionas in ceti ventre; ea enim menſura tres illos dies menſus eſt, vt ſicut Ionas non tres dies integros, totidemque perfectas noctes peregit in mari, ſed ex illis duabus extremis partem, ſic etiam Chriſtus Dominus.* Similia [r] habet *epiſt.112. ad Theenoſtum*, atque ita numerantes Hebræo 9.

Baronius. *[q] Noua ſolutio Cardin. Baronij.* *Peluſiota.* *[r] Quam ſumpſit ex Peluſiota.*

mote, fuit Chriſtus Dominus in ſepulchro feria 6. cum nocte ſequenti; ſecundus autem dies fuit à media nocte vſque ad aliam mediam noctem: Tertius verò eam habuit noctem, quæ eſt à media nocte diei Dominicæ vſque ad horam auroræ, quo tempore Eccleſia videtur recipere Chriſtum Dominum excitatum fuiſſe à mortuis, atque ita nullum diem habuit Chriſtus Dominus in ſepulchro ſine aliqua noctis parte. In quo poſita eſt noua ſolutio, quam afferre videtur Card. Baronius. Si verò quiſquam aſſerat potiùs excitatum fuiſſe Chriſtum Dominum ad mediam noctem, quemadmodum volunt ferme omnes Patres Græci, quos ſequitur Euthym. *ſuper Matth.* & Hieronym. *in enar. epiſt. ad Edibiam.* t 50. tunc accurrendum eſſe dicit ad figuratam orationem, & tropum, quo frequẽter vtitur ſacra Scriptura.

Euthym. Hieron.

10. Verùm D. Auguſt. *lib. 3. de doctrina Chriſtiana, cap. 35.* Hanc regulam ſtatuit ad cognoſcendum tempus in ſacra Scriptura: aut enim cognoſcitur ex tropo, & ſynecdoche, aut ex legitimis numeris: hoc modo de reſurrectione Chriſti illa reſoluitur quæſtio: pars enim nouiſſima diei quo paſſus eſt Chriſtus, niſi pro toto die accipiatur adiuncta etiam nocte præterita, non intelligetur vnus perfectus dies, & nox, cuius parte vltima reſurrexit, niſi totus dies accipiatur adiuncto, ſcilicet, die Dominico illuceſcẽte, non poſſunt eſſe tres dies & tres noctes, quibus ſe in corde terræ futurum prædixit. Quo ſenſu intelligendus eſt ille locus apud Luc. *cap.* 9. cum Lucas dicit Chriſtum Dominum transfiguratum fuiſſe poſt dies octo; cum tamen Matthæus *in cap.* 17. aſſerat, id factum fuiſſe poſt 6. dies. Lucas enim cum futuram dixit transfigurationem eſſe poſt octo dies, & partem primam accepit, & partem vltimam temporis; ſicut idem Matthæus fecerat *in cap.* 12. cum dixit, *ſic & filius hominis erit in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus:* quando verò dixit *in cap.* 17. poſt ſex dies transfiguratum fuiſſe Dominum, perfectos, & integros dies numerauit, quales fuerunt omnes ſex intermedij inter duos extremos, quemadmodum Epiphanius aſſerit *de Hæreſibus* Chryſoſt. *hom. 57. in Matth.* Auguſt. 3. *de conſenſu Euangeliſt. cap.* 13. *&* 24. Hanc eandem ſententiam expreſsè poſuit Auguſt. *tom.* 3. *lib.* 4. *de Trinitate cap.* 5. *&* 6. Ipſum autem triduum non totum, & plenum fuiſſe ſacra Scriptura teſtis eſt: ſed primus [c] dies à parte extrema totus numeratus eſt, dies verò tertius à parte prima & ipſe totus: medios autem inter eos, id eſt, ſecundus dies, abſolutè totus fuit: quibus habet ſimilia Hieron. exiſtimat enim per tropum intelligendum eſſe hunc locum, & adducit locum ex cap. 1. *Geneſ.* quo probat mancipari debuiſſe noctem diei Dominicæ reſurrectionis diei; nam & primus dies orbis non ex nocte antecedente, ſed ex ſequenti compoſitus eſt: eſt igitur figuratus hic locus, & per ſynecdochen dictum, Ionam, & Chriſtum fuiſſe in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus.

Auguſt.
[c] Sententia Auguſtini præfertur per ſynecdochem rem exponentis.
Luc. 9.
Matth. 17.
Matth. 12.
Epiphanius. Chryſoſt. Auguſt.
[c] Primus enim dies à parte extrema numeratus eſt; tertius à parte prima: medius verò totus.
Hieron.

§. IV. Allegoricè.

Deſcenderit ne realiter anima Chriſti Domini in triduo mortis ad loca tormentorum in inferno? fueritque cum Patribus in limbo, vſque ad inſtans reſurrectionis? Graues item quæſtiones aliæ reſoluuntur.

11. CVm autem non ſit idem ſepeliri, & deſcendere ad inferos, quorum [u] vtrunque factum eſt in illo triduo, in quo anima Chriſti ſeparata eſt à corpore, & vtrunque repræſentat deuoratio Ionæ, quod enim aſſerit eum fuiſſe in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus, illud omnino eſt, quod Chriſtus Dominus dixerat Matth. 12. *filium hominis futurum in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus:* quod plus aliquid videtur ſignificare, quàm ſepultum fuiſſe Chriſtum Dominum in ſepulchro, quod cauatum erat non in corde terræ, ſed ex lapide ſuper extimam ſuperficiem terræ. Propheta igitur notando circumſtantiam loci, videtur deſcripſiſſe ſedes inferorum, ad quas anima Chriſti vnita Verbo deſcendit, eſt enim inferorum locus ſubterraneus, & [x] in centro terræ poſitus, quemadmodum ſentire videtur Hierunymus Iſai. 14. cum explicat ea verba, *veruntamen ad infernum detraheris: & ad Epheſ* 6. Ezechiel etiam 26. & Ionæ *in cap.* 2. vbi ita ait, *quemadmodum cor animalis in medio eſt, ita & infernus in medio eſſe perhibetur.* Quibus habet ſimilia Plato in Phædone, nec diſſentit D. Auguſt. *lib. 2. retract. cap.* 24. imò retractat id, quod dixerat *lib. 12. de Geneſ. ad literam cap.* 34. Apertè autem ſuffragatur D. Hieronymo idem Auguſt. *Pſalm.* 85 *& lib.* 20 *de ciuit. cap.* 15. Ambroſius igitur *in epiſt. ad Epheſ. cap.* 4. ita habet, *triumphato erga diabolo deſcendit in cor terræ, vt oſtenſio* [z] *eius prædicatio eſſet mortuorum*; quod dixerat D. Petrus *in ſua canonica* 1. *cap.* 3. *Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu, in quo iis, qui in carcere erant, ſpiritibus prædicauit:* ſeparatus enim à corpore, & mortuus, in anima deſcendit ad inferos.

[u] Chriſtus in triduo non ſolùm ſepultus eſt, ſed ad inferos deſcendit.
Matth. 12.
[x] Qui locus in centro terra eſt.
Hieron. Iſai. 14. ad Epheſ. 6. Ezech. 26. Ionæ 2.
Plato. Auguſt.
Auguſt. Ambr.
[z] Oſtendiſſe Chriſtum mortuus, eidem ſuum prædicauit aduentum.
1. Petri 3.

12. Similis prorſus locus eſt apud Tertullianum *in lib. de anima cap.* 55. cum ait, *In ipſis viſceribus terræ abſtruſa profunditas eſt; ſiquidem Chriſtum Dominum in corde terræ triduum mortis legimus expunctum, id eſt, in receſſu intimo, & interno, & in ipſa terra operta, intra ipſam cauato.* Sicut igitur Chriſtus Dominus, quia homo mortuus [a] eſt ſecundùm ſacras Scripturas, & ſepultus ſecundùm eaſdem, forma humanæ mortis apud inferos functus, quod expreſſit Hilarius *Pſalm.* 138. cum explicat ea verba, *ſi deſcendero in infernum, ades; Humana iſta lex neceſſitatis eſt, vt ſepultis corporibus animæ ad inferos deſcendant, quam deſcenſionem Dominus ad conſummationem veri hominis non recuſauit.* Dixerat hoc priùs D. Irenæus *lib.* 5. *aduerſ. Hæreſ. in fine*, cum ait, *Dominus legem mortuorum ſeruauit, vt fieret* [b] *primogenitus à mortuis: commoratus eſt vſque ad diem tertium in inferioribus terræ.* Cui ſuffragatur D. Athanaſ. *in lib. de Incarnat. Sicut enim vaſtum Oceanum natura diuiſit in varios ſinus, qui receptacula eſſe poſſent nauigantium, ad quæ naufragi homines confugerent; ſic prorſus Deus ſinum Abrahæ conſtituit, ad quem reciperentur vniuerſæ animæ fidelium huius ſæculi tempeſtatem fugientes.* Sic enim Nyſſen. *orat.* 1. *de reſurrect. &* Theophyl. *ſuper Lucam cap.* 16. ſinum Abrahæ interpretantur, *quaſi ſit animarum receptaculum periclitantium in ſæculo, quales ſinus maritimi ſunt nauibus, quæ è naufragia euaſerunt.* Quæ eſt ratio, quare Chriſtus Dominus

Tertullian.
[a] Qui a mo... cuum Chriſtum Dominum ſecundum Scripturas, & ſepultum ad inferos deſcendere oportebat.
Hilarius. Pſalm. 138.
[b] Vt legem mortuorum ſeruans fit mortuorum primogenitus.
D. Irenæus. Athanaſ.
Niſſenus. Theophyl.

[c] *Deſcendit autem ad ſinum Abrahæ.*

nus in anima deſcenderit ad ſinum [c] Abrahæ; is enim locus ſanctis animabus conſtitutus erat; interim dum cælum apertum non eſt, atque ita cum animabus ſanctis fuit anima Chriſti vnita verbo, cum demortuis in ſepulchro cadauer vnitum etiam Verbo dormiuit, cum viuentibus ſuper terram ſanguis Chriſti effuſus de cruce, & ne ſine Chriſto eſſent duo latrones ſuſpenſi in aëre, cum eiſdem ſuſpenſus manſit Chriſti ſanguis in cruce: inuenit [d] enim diuina charitas modum, quo vbique eſſet cum hominibus in aëre, in terra, in ſepulchro, in inferno.

[d] *Inuenit modum charitas Dei, quo vbique eſſet cum hominibus in illo triduo.*

13. Certum igitur eſt Chriſtum Dominum ſequendo legem conſtitutam à Deo deſcendiſſe ad ſinum Abrahæ realiter ſecundùm animam, hoc enim eſt, fuiſſe in ventre ceti, ſeu in ventre terræ: non tamen ita certum eſt, vtrùm in toto eo triduo manſerit in ſinu Abrahæ, an verò peruenerit realiter ad loca, in quibus puniuntur animæ damnatorum: quod [e] enim in ſinu Abrahæ tantummodo fuerit ſecundùm realem præſentiam, communior ſcholaſticorum ſententia aſſerere videtur ex D. Thoma 3 *p. q. 52. a. 2. & in 3. ſentent. diſt. 22.* Sunt tamen plerique Patres, [f] qui velle videntur eum etiam deſcendiſſe ad poſtremum inferorum locum. In quam ſententiam citant locum Eccleſiaſtici 14 *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, inſpiciam omnes dormientes.* In hanc ſententiam videtur eſſe Ambroſ. *in lib. de myſterio Paſchæ.* Euſeb. Emiſſ. *in orat. de Paſcha.* Gregor. Nyſſen. *orat. 1. de reſurrectione,* cum ait: *Cor terræ, ad quod Chriſtus Dominus deſcendit in eo triduo, ſedes eſt illius magnæ mentis, quæ diabolus dicitur.* Similia habet Cyril. Hieroſolym. *Catecheſi* 4. expreſsè Auguſt *epiſt. 99.* cum aſſerit, *Chriſtum Dominum deſcendiſſe ad loca inferni, vbi erant dolores, & tormenta.* Eiuſdem ſententiæ ſunt alij antiquiores Patres, quos refert Bellarm. *tom. 1. controuerſ. lib. 4. de Chriſti anima cap. 16.* Cauſam autem huius plenarij deſcenſus ad vniuerſa loca inferni affert D. Fulgent. *lib. 3. ad Traſimund. cap. 30.* cum dicit, *debuiſſe Chriſtum Dominum ad plenum redemptionis effectum deſcendere cum* [g] *anima vſque ad loca tormentorum, ſed non pati vlla tormenta, & cum corpore vſque ad loca corruptionis, ſed non pati corruptionem, ſicut acceperat humanam noſtram naturam ſimilem naturæ peccatrici, ſed tamen ſine peccato.* Probabile igitur eſt in eo triduo penetraſſe animam Chriſti omnia loca infernorum.

[e] *An verò permanſerit realiter vſque ad loca damnatorum communior ſententia negat.*

D. Thom.

[f] *Sed plerique Patres affirmant.*

Eccleſiaſtici 14.

Ambr.

Euſ. Emiſſ.

Niſſenus.

Cyril. Hier.

Auguſt.

Bellarmin.

Fulgent.

[g] *Debuit enim Chriſti anima deſcendere ad loca tormentorum, ſed non pati illa, ſicut & corpus fuit in ſepulchro ſine corruptione.*

14. Neque eſt dicendum, Chriſtum Dominum non fuiſſe apud inferos toto eo triduo, ſed potius ſtatim reuerſum fuiſſe ad paradiſum terreſtrem, quemadmodum falsò dixit Nicephor. *lib. 1. c. 31.* In quam ſententiam citat Chryſoſt. locum tamen Chryſoſt. non oſtendit, in quam ſententiam inclinauit propter eum locum Chriſti ſeruatoris ad latronem, cum dicit, *hodie mecum eris in paradiſo,* quaſi velit Chriſtus Dominus latronem viſurum eſſe Chriſtum Dominum in paradiſo terreſtri, cùm tamen locus aſſerat eadem die viſione beata videndum fuiſſe Chriſtum Dominum à latrone, quam viſionem paradiſum vocat; aliter nullo modo dicendum eſt, Chriſtum Dominum, ſeu eius animam, non fuiſſe tribus diebus, & tribus noctibus in corde terræ, cùm illud ſignificet hoc Ionæ vaticinium, quod expreſsè explicauit Chriſtus Dominus Matth. 12. Apertè hanc ſententiam aſſerit inter alios D. Auguſt *epiſt. 57.* cum ait, *animam* [h] *Chriſti ex inferno remeaſſe in die reſurrectionis;* quæ communis eſt Patrum ſententia. Hæc pertinent ad hunc locum & figuram Chriſti; plura de eadem figura dicturi hoc ipſo cap. cum expoſuerimus ea verba, *& dixit Dominus piſci, & euomuit eum in aridam:* quæ verba complementum ſunt huius figuræ.

Nicephor.

Matth. 12.

Auguſt.

[h] *Communis Patrum ſententia, Chriſti animam non remeaſſe ab inferis niſi in die 3. reſurrectionis.*

Ionæ. 2.

§. V. Moraliter.

Efficaciſſimum ad virtutem conſeruandam, vel augendam in anima pœnitente medium eſt, aſſidua Dominicæ paſſionis meditatio, quando & Ionas per ſolam illius figuram de profundo malorum in ventre ceti reſipuit ſalutariter.

Sed nos iam redeamus ad eam animam, quam conuerſam reliquimus, atque de ſeipſa pœnas iam ſumentem, quæ hoc in loco introducitur viam, & modum quærens, quo poſſit & in virtute conſeruari, & proficere. Eſt autem accommodata via vel paſſionis Chriſti repræſentatio, vel repetita recordatio mortis, quotium vtrunque expreſsè inſinuat deuoratio omnino timenda prophetæ, mortem enim ob oculos proponit, & paſſionem Chriſti repræſentat, quibus nihil efficacius [i] eſſe poteſt ad virtutem vel conſeruandam, vel augendam; & vt à paſſione Chriſti incipiamus, videndus eſt Bernard. *ſerm. 20. ſuper Cantic.* cum ait: *Hoc habet paſſio Chriſti, quod noſtram deuotionem blandius allicit, & iuſtius exigit, & arctius aſtringit, & afficit vehementius; multum enim laborauit in ea Saluator, vt hanc dilectionem non redderet, ſed adderet.* In quam ſententiam dixiſſe videtur ea anima, quæ ex nigra, & deformi reddita eſt pulcherrima Cantic. 1. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Eſt autem certum in ſacra Scriptura myrrham ſignificare mortem, & ſepulturam Chriſti, in cuius ſymbolum Magi, qui ab oriente venerunt myrrham pueto Deo obtulerunt. Senſus igitur eſt eius loci: Si quis petat, quo pacto tandem pulcherrima reddita ſim ex deformi, ſciat hanc vniuerſam meam fuiſſe pulchritudinem inde comparatam, quòd vniuerſam paſſionem mei amoris, id eſt, ſponſi mei in faſciculum quendam collegi, & aptiſſimè compoſui, eundemque inter vbera mea, id eſt, in corde meo [l] ſuſpendi, inde mihi omnis pulchritudo venit. 15.

[i] *Nihil accommodatius ad virtutis profectum, merita, & paſſionis Chriſti meditatione.*

Bernard.

Cantic. 1.

[l] *Inde omnis pulchritudo ſponſæ, quia Chriſti paſſionem in corde geſſit.*

16. Vnde eadem ſponſa, ſiue anima iam conuerſa cæteras omnes adoleſcentulas virgines excitat ad ſuam pulchritudinem imitandam, quam ſibi inuidebant dicentes: *Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, delitiis affluens?* obiicientes ruſticam fœminam, & quæ capras ageret, delicatam eſſe non poſſe, nec verò pulchram. Quibus illa reſpondit: *Egredimini, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua:* quaſi velit vniuerſam ſuam pulchritudinem petitam eſſe ex conſideratione ſui ſponſi ſpinis coronati, & paſſi. Si igitur meam mihi inuidetis pulchritudinem, inquit ſponſa, vobis obiicite ſponſum ſpinis coronatum; hac enim via eandem poteritis habere pulchritudinem. Similis eſt ille locus ex Cantic. *cap. 5.* cùm ſponſa, quæ iacens in lecto ſuo aperire noluit pulſanti ſponſo, atque excuſationes afferens dicebat, *ſpoliaui me tunica*

mea

mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? aperuerit tamen portas, quæſiuerit ſponſum, de nocte per vias adoleſcentula inter hoſtes vulnerata, & ſpoliata, cuius rei cauſam reddens ait, [m] *Dilectus meus miſit manum per foramen, & venter meus intremuit; ad tactum eius ſurrexi, vt aperirem dilecto meo; manus meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima*, id eſt, myrrha tranſmittente, ſiue tranſeunte, hoc eſt, longè, latéque fragranti: quaſi velit ſponſa, ad odorem, ſiue fragrantiam Paſſionis Chriſti, quam myrrha ſignificat, excitatam fuiſſe à lectulo, in quo iacebat, aperuiſſe fores, quæſiuiſſe ſponſum per vias, & plateas; poteſt enim plurimum ad progreſſum in virtute, vel ſola paſſionis Chriſti repræſentatio.

[m] *Expellitur enim omnis de corde pigritia ad ſequendũ Chriſtum, ſi vel ſemel eius paſſione tangatur anima.*

§. VI. Moraliter.

Potentior profectò mortis timor ad conſeruandam innocentiam eſt in homine ipſa immortalitate: ſola enim mortis expectatio totum hominem componit.

17\. NEc minùs nobiſcum poteſt propriæ mortis recordatio, [n] quàm Paſſionis Chriſti repræſentatio ad virtutem conſeruandam, & amplificandam. Quod optimè notauit Laërt. *in vita Zenonis Scythici*; cùm enim Zenon aliquando diuinum oraculum conſuluiſſet, vt modum, & viam inueniret ad rectè viuendum, tale recepiſſe fertur reſponſum, *eris optimus, ſi mortuis concolor ſis*; iuuat enim maximè meditatio [o] mortis ad veram, & perfectam philoſophiam, id eſt, ad vitam honeſtam, & ſanctam inſtituendam. Videndus eſt hac de re Chryſoſt. *hom. 21. in Geneſ.* cùm petit, *cur viuus translatus fuerit Enoch? Quia*, inquit, *inuenit aliquem Deus, qui poterit peccatum Adæ reuocare monſtrando re ipſa, quia nolens mortem humano generi inueheret, ſed propter mandati tranſgreſſionem, nunc viuentem iſtum transfert*, ſicut ſacra Scriptura dicit: *Et placuit Enoch Deo, & non eſt inuentus, eo quòd tranſtulit illum Deus, vides ſapientiam Domini? viuentem tranſtulit, non immortalitatem largitus eſt, ne peccandi metum eneruaret, ſed morti in humanum genus, ſuum ius reliquit, vt timor illius emendationi* [p] *ſeruiat.* Videndus eſt Hieronym. *Eccleſiaſt. in cap....* cùm commentatur ea verba Sapientis, *Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in ſæculum ſtat, oritur ſol, & occidit Sol.* Quibus verbis oſtendit, & in cælo, & in terra ſingulis diebus nobis obiectam eſſe mortis memoriam. Quid enim aliud ſignificat Sol ſingulis diebus occumbendo, quàm mortis humanæ repræſentationem? hoc ipſum ſignificat & terra, quæ perpetuò in ſepulchrum morientium aperta relinquitur, & quæ demortuos excipit, vt morituros recipiat, patet: atque ita reperita memoria mortis plurimum poteſt ad virtutem conſeruandam.

[n] *Nec minùs valet mortis recordatio ad virtutẽ conſeruandam, & augendã.* Laërt.

[o] *Meditatio nanque mortis perfecta philoſophia eſt.* Chryſoſt.

Hieron. Eccleſ. 1.

[p] *Eius mortis in homine ad eius emendationem ſeruatũ à Deo.*

18\. Eſt autem optimum in hanc ſententiam illud conſilium, quod nobis reliquit Epitectus Platonicus in Enchyridio, ſiue, in arte humanæ vitæ cap. 12. cum ait, *quemadmodum in nauigatione* [q] *ſubducto nauigio, ſi aquatum exieris, animo in nauigio intento, eſſe oportet, & continenter ſollicito, ne gubernator vocet, & vinctus tanquam ouis in nauim coniiciaris; quod ſi ſenex es, caue vnquam à naui recedas longiùs, ne quando vocatus es, deficias.* Qui locus, quoniam frequentiſſimus eſt, & communis, amplificari poteſt ex Auguſtino *in lib. de verbis Domini ſecundùm Matthæum, ſerm. 16. & 21. & ſerm 47. & 59. & tract. 33. in Ioann. circa finem, & in lib. quæſt. ex Matthæo, q. 11. & lib. 50. homiliar. hom. 11.* Videndus item Chryſoſt. *hom. 9. in 1. ad Theſſal.* Tertull. *in lib. de anima*, cum ait, *quotidie timet, quotidie ſperat.* Latiſſimè diſputat de memoria mortis Ioannes Scholaſticus in eo opere, quod inſcripſit ſcalam, *gradu 6.* Denique videndi ſunt reliqui Patres cùm commentantur parabolam de ſeruis expectantibus dominum ſuum quando reuertatur à nuptiis, Luc. 12. *Eos enim* [r] *compoſitos eſſe*, ait, *non alia ratione, quàm quia mortem ſperabant.* Poteſt igitur plurimum ad vitam inſtituendam, & noſtræ mortis memoria, & Paſſionis Chriſti repræſentatio: quorum vtrunque præſentem habet ea anima, quæ conuerſa eſt, & pænitentiam egit, cum excepta dicitur in viſceribus ceti.

[q] *Bella ſimilitudo ad mortis retinendam aſſiduam meditationem.*

Auguſt.

Chryſoſt.

Tertull.

Ioan. Scol.

[r] *Vel ſola mortis expectatio totum hominẽ componit.*

TRACTATVS X.

De verbis illis: *Et orauit Ionas ad Dominum Deum ſuum de ventre piſcis, & dixit: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam. Et proieciſti me in profundum in corde maris, & flumen circundedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt. Et ego dixi: Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum.* Siue, *De oratione Ionæ in ventre ceti ſuam lamentantis calamitatem.*

§. I. Ad Literam.

Quòd Ionas vixerit, vbi naufragia digerebantur, debet Reſurrectioni Dominicæ, cuius & figuram oportet eſſe mirabilem, præcedentibúſque miraculis præſignari.

Et orauit Ionas ad Dominum Deum ſuum de ventre piſcis, & dixit.

19\. NIhil mirum dixerat Ionas huc vſque; neq; enim fide caret, quòd tantæ molis fuerit monſtrum marinum in vaſtiſſimo pelago, vt poſſet integrum hominem deuorare: [s] quod autem omnino incredibile videbatur, iam addit in his præſentibus verbis, *& orauit Ionas de*

[s] *Quòd Ionã deuorauerit marinũ monſtrum, fide non caret.*

Hieron. *de ventre piſcis.* Ad quæ verba ſic habet Hieron. *Nec ignoro quoſdam fore, quibus incredibile videbatur tribus diebus, & tribus noctibus in vtero ceti, in quo naufragia* [a] *digerebantur, hominem potuiſſe ſeruari; atque in eo nihil mali paſſum fuiſſe, ſed veluti pro domo vſum fuiſſe ceto, nulla neque mentis, neque corporis facta iactura; ibi enim Deum præſentem ſentit, & qui per inobedientiam à Deo fugerat, naufragus ad Deum conuertitur.* Perita ſunt hæc ex Tertull. in lib. de Reſurrect. carnis, cap. 58. *Mirum eſt, quòd Ionas deuoratus à bellua maris, in cuius aluo naufragia digerebantur, crauerit, & triduo pòſt incolumis expuitur.* Similia habet Chryſoſt. hom. 5. ſuper epiſt. ad Coloſenſ. *Dic mihi, quomodò bellua Ionam habebat in ventre, & non peribat, an non eſt expers rationis? quomodo calor eum non ſuffocauit? quomodo non putrefecit? quomodo, & apud ſe erat, & loquebatur? an non ſunt hæc incredibilia,* [b] *ſi rationem exquiramus? ſin autem fidem, valde credibilia. Dicam & quod eſt hoc amplius: frumentum in ſinu terra corrumpitur, & reſurgit, vide miracula contraria, quorum alterum ab altero vincitur. Eſt mirandum, quòd non putruerit; eſt mirandum, quòd putrefacta reſurrexerint grana: dic mihi, Elias quomodo aſcendit in curru ignis? ignis ſolet vrere, non ſurſum tollere: quomodo tranſlatus eſt Enoch? incluſit Noe in arca, neque hoc magnum eſt, hoc nos docuit in Propheta incluſione in ceto.* Sic vetera quoque præcurſoribus opus habuerunt figuris, quomodo in ſcalis primus gradus tranſmittit ad ſecundum, ſecundus ad tertium, Atque ita huius rei, quia incredibilis videbatur, [c] ſigna præceſſeruit, quo fidem conciliarent miraculo pene impoſſibili, quod adumbrat manifeſtè myſterium Reſurrectionis Chriſti, de quo dicemus latiùs in fine huius capitis.

Tertull.

Chryſoſt.

[a] *Mirabile autem, quòd per triduum vixerit in loco, vbi naufragia digerebantur.*

[b] *Incredibile eſt quidem ſecundum rationem, valde credibile verò ſecundum fidem.*

[c] *Cuius item ſigna præceſſerunt, quo fidem conciliarent miraculo Reſurrectionis Dominicæ.*

§. II. Ad Literam.

Facit Deus locum ſalutis vbi omnino pereundum erat, vt monſtret nullum eſſe locum diuino auxilio imperuium, ſicuti nullum eſt noſtris orationibus non opportunum, túncque ad diuinam præſentiam poſſe animam peruenire, cùm ſe viderit, vt Ionas, omnibus aliis deſtitutam.

20. CVm igitur Ionas oraſſe dicitur, factum id eſt in gratiarum actionem, quòd ſe ſaluum [a] & incolumem inueniſſet, vbi ſe omnino periturum exiſtimabat: qualis eſt ille locus in *Pſ.* 56. eum regius vates ex ea ſpelunca in qua euaſerat regis Saulis iram, clamauit dicens: *Clamabo ad Deum altiſſimum, Deum qui benefecit mihi.* Quibus verbis regios vates amplificat facilitatem, qua Deus ſeruauit fugientem Dauidem in ſpelunca; quam facilitatem expreſſit Chaldaica Paraphraſis cum ait: *Clamabo ad Deum, qui præcepit araneæ, vt texeret in ore ſpelunca telam ad mei defenſionem; vt hoc vidi, Dei omnipotentiam admiratus ad preces, & orationes me conuerti.* Vnde pulchrè Auguſt. Eugub. ea verba Pſalm. 138. *Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui Deus,* putat ex Hebræo ita potiùs vertenda eſſe, *Mihi omnino pretioſa ſunt cogitationes tuæ*; eaſdem enim exiſtimat [a] Dei cogitationes, & Dei amicos; nihil enim magis cogitare videtur Deus, quam de auxilio præſtando iis, quos diligit, ſicut patet in Iona Propheta: vbi enim [a] pereundum omnino videbatur, ibi opportunus locus oblatus eſt ad orationem, & ſalutem.

[a] *Gratias agit Ionas quòd ſe ſaluum præter ſpem videt in aluo piſcis.*
Pſal. 50.

Chald. Par.

Eugub.
Pſal. 135.

[a] *Vide Dei clementiam, vbi pereundum omnino videbatur, ibi opportunus orationi datus eſt locus.*

Docere autem videtur hic locus id, quod Chriſtus Dominus *Ioann.* 4. dixit, fore temporibus Meſſiæ Seruatoris, vt non in ſolo templo Hieroſolymitano Deum & præſentem haberent homines, & ad Deum orationes offerrent, ſed vbique terrarum; quemadmodum docet Auguſt. *lib. de Ordine, cap.* 8. *& ſerm.* 130. cum ait, *Poſt aduentum Chriſti vniuerſum Orbem terrarum fuiſſe quaſi templum: qui enim in ſolo* [b] *templo exiſtimauerat Deum orandum eſſe, & ibi ſolum apparere, nunc ipſum in aluo ceti præſentem inuenit, & gratias illi agit, quòd ſe ſeruauerit incolumem,* quemadmodum ait Theophylact. Similia habet Theodoret. *Ego*, inquit, *qui exiſtimaueram Deum in Hieruſalem tantùm cum Prophetis loqui, eum in ventre ceti præſentem inueni, & precationibus adhibitis ab eo miſericordiam conſequutus ſum; eſt enim hoc proprium aduentus Chriſti Seruatoris, quod vbique exaudiri voluerit Deus.* Similis eſt locus apud Malach. *cap.* 1. eùm oraculum diuinum, ita dixit: *Non eſt mihi voluntas in vobis, ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda.* Qua de re videndus eſt Euſeb. Cæſar. *lib.* 1. *demonſtrat. Euangelica, cap.* 1. *&* 6. & Auguſt. *lib.* 2. *contra aduerſarium legis, & Prophet. cap.* 18. *&* 19. Vnde optimè dixit Chryſoſt. tom. 5. hom. 79. *Neque mihi quiſquam dicat, quòd nequeat ſæcularis homo affixus foro per diem continuum orare, & ad Eccleſiam concurrere; poteſt enim, & quidem facillimè, nam licet in Eccleſia non poſſit, illic in foro poteſt. Sic Ionas in ventre ceti potuit.* Similia habet Proſperus *lib. ſententiarum, ſentent.* 334. & Auguſt. *locis citatis.* 21.

Ioan. 4.

Auguſt.

[b] *Qui enim in ſolo templo putauit orandum, in aluo ceti Deū præſentem inuenit.*

Theophyl.
Theodoret.

Malach. 1.

[c] *Temporibus gratiæ in omni loco offertur Deo ſacrificium.*

Euſeb. Cæſ.
Auguſt.
Chryſoſt.

Proſperus.

Docet autem hic locus, [d] quam facilè ſe conuertat ad Deum ea anima, quam deſtituunt omnia, quæ iucunda ſunt in vita, & aduerſa ſequuntur; quæ enim ſecura dormiebat in naui Dei oblita, in pelago ad Deum conuerſa, orabat ad Deum. Quod argumentum proſequitur Gregor Magn. *Pſalm.* 31. cum ait, *In hoc mundo deſpectus tantò celeriùs trahitur, quantò nihil habet, in quo delectetur, in ſæculo.* Idem Gregor. videndus eſt *lib.* 7. *moral. cap.* 11. *& in Leuitico cap.* 26. Pro qua re eſt ille locus optimus apud Auguſt. Pſalm. 143. *Beatus populus cuius eſt Dominus Deus ipſius: Cum cæteras*, inquit, *ſententias attuliſſet eorum, qui ſibi beati eſſe videbantur,* ſcilicet, *propter diuitias, vel propter honores, propriam adduxit regius vates cum dixit, Beatus populus cuius eſt Dominus Deus ipſius: Tulit*, inquit Auguſt. *omnia de medio cætera, quæ* [e] *dat Deus, & dedit ipſum Deum.* Nihil igitur mirum eſt, ſi ea anima, quæ omnia huius ſæculi amiſerat, ad Deum conuerſa ſit, & cum eo familiariter conuerſetur orando. 22.

[d] *Quàm facilè ſe conuertit ad Deum anima quam deſtituunt temporalia bona.*

Greg. Mag.
Idem.

Auguſt.
Pſal. 143.

[e] *Tolle de medio, omnia quæ dat Deus, & habebis ipſum Deum.*

***

§. III.

§. III. Ad Literam, & Mores.

Præuenit non modò diuina pietas, adiuuando, ipſa pericula, ſed & deſideria periclitantium antecedit; neque vllam inter petitionem, & impetrationem patitur dilationem, niſi forte, vt plenam conferat ſanitatem.

23. *Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me.* DEſcribit Ionas orationem, quam habuit ad Deum, vbi primùm in fauces belluæ incidit. Docet autem hic locus, quàm celerrimè ſoleat Deus adiuuare [f] periclitantem, & ſubuenire naufraganti: quemadmodum ad hunc locum notarunt Hieronym. & Theophylact. neque enim de futuro precatur propheta, ſed de præterito gratias agit, indicans nobis, quòd cùm ex eo tempore, quo præcipitatus eſt in mare, vidiſſet cetum, & tantam corporis molem, & immanes rictus apertos, ſe ore ſorbere, Domini recordatus ſit, & clamauerit, aquis ſedentibus, & clamore inuenient locum; ſtatim enim gratias egit propheta, acceperat enim ex diuina reuelatione ſibi pereundum non eſſe in eo periculo, quemadmodum ipſe propheta docet inferiùs, cum ait, *ſubleuabis de corruptione animam meam*; ſolet enim Deus ipſa pericula [g] adiuuando præuenire, quæ lex in beneficiis dandis optima eſt, ſicut dixit Seneca *lib. 2. de beneficiis, Grauiſſima ſunt beneficia parata facillimè occurrētia, vbi nulla mora fuit, niſi accipientis verecundia. Optimum eſt antecedere deſideria cuiuſque, proximum ſequi; illud melius, occupare, antequam rogemur, quia cum homini probo ad rogandum, os corruat, & ſuffundatur rubore, qui hoc tormentum remittit, multiplicat beneficium; neque enim tulit gratis, qui cum rogaſſet accepit. Vota homines parciùs facerent, ſi palam facienda eſſent, adeo etiam Deos, quibus honeſtiſſimè ſupplicamus tacitè, malumus inter nos precari. Properet igitur licet, ſerò beneficium dedit, qui roganti dedit, ideo diuinanda eſt cuiuſque voluntas, & cum intellecta eſt, neceſſitate grauiſſima liberanda eſt; illud enim beneficium gratiſſimum eſt, quod obuiam venit.* Vnde veteres Romani, ſicut docet Plutarchus *in quæſtionib. Romanis quæſt.* 46. perpetuò apertas eſſe voluerunt fores Hortæ Deæ, vtpote quæ benefica erat, vt ſic magis parata eſſet ad adiuuandum. Quam legem benefaciendi ſeruauit Deus, & hoc in loco cum præuenit orationes prophetæ, & *in Pſal.* 10. vbi dicitur: *Deſiderium* [h] *pauperum exaudiuit Dominus, & præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Solet enim Deus vel ipſa deſideria præuenire auxiliando, quemadmodum cecinit Iſai *cap.* 54. cum dixit, *tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis, & dicet, Ecce adſum.* Priùs enim quàm optandi finem faciat miſer, audit Deus; imò iam præſens adeſt. Pro qua re videndus eſt Ambroſ. *ſuper Pſalm.* 118. cum explicat illa verba Cantic. cap. 5. *Caput meum plenum eſt rore, & cincini mei guttis noctium*: æſtimat enim hæc verba intelligenda eſſe in typo, & figura animæ laborantis, & Verbi diuini miſerentis, & condolentis. *Conſidera*, inquit Ambroſ. *quam celeriter ianuam pulſet, in tribulatione enim poſitos viſitare dignatur, vtque celeriùs adiuuet, ſimilia patitur; non ignara enim mali anima, miſeris ſuccurrere diſcit preſtò.*

[f] *Vide celeritatem Dei in ſubueniendo periclitantibus.*
Hieron.
Theophyl.
[g] *Præuenit namque Deus adiuuando ipſa pericula.*
Seneca.
Plutarch.
Pſalm. 10.
[h] *Imò & orationes ac deſideria periclitantium antecedit diuinum ſubſidium.*
Iſai. 54.
Ambr.
Cant. 5.
Idem.

Quod argumentum proſequitur Cyprian. *in oratione de cœna Domini. Ipſe*, inquit, *Dominus noſter derelictorum perſonam agens in cruce, ſe queritur derelictum, & ne deſperarem etiam in vltimis conſtitutus, feſtinus in adiutorio illico adeſt, & re in arcto poſita non differt beneficium, ſed repente indulgentias celeres, documentum ſtatuit ad exemplum latroni, hodie mecum eris in paradiſo.* Similis eſt locus *in Pſalm.* 119. cum dicitur, *ad Dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me.* Prius enim Deus auxiliatus eſt Dauidi, quàm ipſe potuerit ſuam miſeriam exponere, ſicut patet ex ſequentibus verbis: *Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa.* Nō igitur foras quærendum eſt auxilium, totus habet vnuſquiſque auxiliatorem, ſicut proſequitur Nazianzen. *orat. ad ciues ſuos*, iuxta illud Pſalm. 76. *Memor fui Dei, & delectatus ſum: quid memoria paratius, memor eſto Dei, & delectaberis? ô facilem, & parabilem medicinam! ô celerem curandi rationem! nihil* [i] *inter petitionem, & rei petitæ obtentionem intercedit.* 24.

Cyprian.
Pſalm. 119.
Ibidem.
Pſalm. 76.
[i] *O facilem medicinam, nihil inter petitionem, & obtentionē intercedit.*

Illud tamen obſeruandum eſt, quod Auguſt. notauit in lib. de verbis Apoſtoli ſerm. 3. *Deus & cum differt, adeſt;* [l] *& differendo adeſt, ne præpropeream cum implet voluntatem, perfectam non impleat ſanitatem.* Ex quibus iam conſtat ex ſententia D. Hieronymi per hyperbolem interpretanda eſſe hæc verba; ad ſignificandam enim celeritatem, qua Deus ſubuenire ſolet miſeris, aſſerit, anteceſſiſſe auxilium diuinum orationem, vel deſiderium Ionæ prophetæ. Niſi forte magis placeat diſtinguendam eſſe orationem Ionæ in duo tempora: primum, [m] in quo proximus pelago orauit, & ſecundum in quo de ventre ceti clamauit ad Dominum; quæ duo tempora videtur notaſſe idem vates, cùm addidit, *de ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam.* Vt ſit ſenſus, cum primùm proiicerer in pelagus, tuum auxilium clamando imploraui, certuſque fui de mea ſalute in eo miſero caſu; & quoniam mirum videbatur poſſe hominem conſeruari in viſceribus [n] ceti, ibidem in gratiarum actionem oraui. 25.

Auguſt.
[l] *Quòd ſi Deus differat remedium, eſt vt perfectam impleat ſanitatem.*
[m] *Forte bis orauit Ionas, primò dum proiicitur in mare,*
[n] *Secundò in viſceribus ceti.*

§. IV. Allegoricè.

Chriſtus re ipſa mortuus dicitur in corde terræ, Ionas verò non mortuus in inferis conſtitutus, quia in poteſtate Ionæ vita non fuit, cum fuerit in manu Chriſti mors, & reſurrectio, cuius & orantis in cruce Ionas figuram gerit in ſua lamentatione.

De ventre inferi clamaui, & exaudiſti vocem meam. NOtandum autem hoc in loco maximè illud eſt, quod Theophylact. aduertit, *qui verè*, loquit, *mortuus eſt Chriſtus Dominus, dixit ſe fuiſſe* [o] *in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus, non tamen mortis, aut inferni meminit, qui mortuus apud inferos fuit: Ionas verò in vmbra mortis conſtitutus & nullo modo mortuus inferorum mentionem facit, vt cognoſcamus ſpontaneam, & vo* 26.

Theophyl.
[o] *Chriſtus enim reipſa mortuus in corde terræ fuiſſe dicitur, Ionas verò non mortuus in inf...*

[p] Vt oſtendatur Chriſti mors voluntaria.

Theodoret.

& voluntariam [p] fuiſſe Chriſti Domini mortem, ac reſurrectionem; in ſua enim poteſtate habuit, & mori, & reſurgere, propterea in corde terræ fuiſſe dixit, nec meminit inferni. Similia habet Theodoret. *cum ferè hæc mortifera ſit lex viuentium, Ionas mortuus erat, ac ſola gratia viuebat: hoc verò magis mirabile eſt, quòd is, qui reipſa mortem guſtauit, in corde terræ dixit ſe futurum tribus diebus, & tribus noctibus, ille verò ad mortis ſpeciem & vmbram, inferni ventrem vocat ventrem ceti, quia in poteſtate Ionæ [q] vita non fuit, in Chriſto Domino mors, & reſurrectio voluntariæ fuerunt.* Sit igitur venter ceti venter inferni, ſit ipſe infernus cor terræ, quandiu Chriſtus Dominus in eo fuit.

[q] E contra quòd Iona in poteſtate vita non fuerit.

27. Plerique ex Patribus volunt in hac oratione quam habuit Ionas de ventre ceti, adumbratam fuiſſe [r] eam orationem, quam Chriſtus Dominus habuit ſuæ paſſionis tempore, quemadmodum voluit Hieronym. quem ſequitur Remigius: quibus fauet Ambroſ. *Pſalm.* 45. cum ait: *Denique ipſa oratio ſancti Ionæ docet dominicæ paſſionis eſſe myſterium cùm dixit, clamaui ad Dominum meum in tribulatione mea, & audiuit me de ventre inferni; vides, quia inferni ventrem dixit, non ceti; Dominus autem non in cetum, ſed in infernum deſcendit, vt ſit hæc oratio figura illius, quam Chriſtus Dominus habuit in cruce:* nec enim veretur Theophylact. ventrem inferni dicere crucem, quæ nobis peperit [s] in ſalutem mortem Chriſti Domini. Inde enim clamauit Chriſtus *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* prorſus enim omni diuino auxilio deſtitutus videtur in cruce, quò magis pro nobis pateretur: niſi quod Theophylact. exiſtimat hanc orationem referendam eſſe ad eam orationem, quam Chriſtus Dominus habuit in cruce pro ſalute, & remedio eorum, qui eum crucifigebant; propterea enim clamabat, quia magis torquebatur ab eorum offenſa, quàm ab ipſo crucis ſupplicio. Vtcunque igitur ſit hæc oratio figura eſt eius orationis, quam Chriſtus Dominus habuit morti proximus, ſiue pertineat ad eos timores, quos humana natura Chriſti habuit in in cruce, ſiue ad pœnam, quam conceperat de eorum iniquitate, qui Dominum, & Deum ſuum cruci affigebant.

[r] Orationem Chriſti in cruce figurat oratio Ionæ in ventre piſcis.

Hieron. Remigis. Ambr.

Theophyl.

[s] Crux enim Chriſti nobis peperit mortē in ſalutem.

Idem.

§. V. Moraliter.

Magnum compendium ad ſalutem, magna remedia Deus contulit, vt habeat timidus laudem; ſi vmbræ inferni metus Ionæ fuit vtique ſalutaris, quantum proderit gehennæ, & iudicij timor credentibus peccatoribus?

28. Libet autem hoc in loco illud notare in gratiam eius animæ, quam hucuſque introduximus peccantem, & poſtea pœnitentem, ac iam contemplantem paſſionem Chriſti, & mortem propriam, qua maximè conſideratione, & virtutem acceptam conſeruat, & auget: hæc eadem anima viuens quodammodo ad infernum ducitur, nihil enim tam [t] potens eſt ad vitam, quam inferni, & iudicij recordatio: ſicut proſequitur Chryſoſtomus *hom.* 1. *in actu Apoſtolor.* cum petit, *cur Spiritus ſanctus, ſiue ipſe amor productus, diffuſus fuerit in homines, in igne, & præmiſſo turbine, ad commonefaciendum, ſcilicet, iudicium; cum enim denum accipimus, iam inſtat iudicij, neque examinationis tempus.* Similia habet Clem. Alex. *in oratione hortatoria ad gentes*, non longè à principio, vbi latè agit de medijs, quibus Deus curare ſolet hominum ægritudines, ſiue morbos, id eſt, peccata, & eoſdem in ſalute, & gratia ſanos conſeruare. *Multiplices*, inquit, *habet ſeruator voces ad ſalutem, multiplices modos, & igne terret homines ex columna flammam accendens, quod eſt ſimul gratiæ, & timoris indicium: ſi obedieris, lucem; ſi non obedieris, ignem: vtrunque enim pollicetur vna, & eadem columna & ſupplicium, & remedium, accenſa remedium, ſupplicium ardens; & lucem enim, & flammam habebat, quorum vtrunque repræſentant etiam inteſtina [u] ceti, & Chriſti paſſionem, quod vnicum eſt remedium ad ſalutem, & inferni vmbram, quod extremum ſit ſupplicium. Vtrunque autem iuuat maximè ad ſalutem, & paſſio Chriſti dum applicatur, & infernus dum deuitatur.* Videndus eſt Caſſianus *lib.* 4. *de Inſtit. renunciantium cap.* 39. cum ait: *Principium noſtræ ſalutis, eiuſdemque cuſtodia, ſicuti dixi, timor Domini eſt, per hunc enim & initium conuerſionis, & vitiorum purgatio, & virtutum cuſtodia, iis qui imbuuntur ad perfectionem, acquiritur: eſt enim natura timoris, vt fugiat mala, quæ timet, & remedia non deſerat, quibus illa effugere poſſit. Cum autem anima gehennam maximè timeat, conſequens eſt, vt virtutem conſeruet, ne in eam incidat.*

[t] Nihil tam potens eſt ad vitam ſpiritualem conſeruandam, quàm inferni conſideratio, & iudicij.

Chryſoſt.

Clem. Alex.

[u] Inteſtina ceti inferni vmbram repræſentant.

Caſſianus.

Similia habet Nazianz. *orat. in ſancta lumina*, cum ait. *Vbi timor eſt, ibi quoque mandatorum obſeruatio.* Videndus eſt Cyprian. *in lib. de ſingularitate clericorum*, non longè à principio, vbi diſputat de victoria, quam habemus per timorem, explicans ea verba Prouerb. 14. *Sapiens timendo declinabit ab omni malo: Magnam*, inquit, *diuinæ ſapientiæ conſilium inuentum eſt, vt timoris auxilio liberemur; magna compendia Prouidentiæ, vt aliquando fiat virtus, & victoria per timorem: magna remedia Dominus contulit ad ſalutem, vt habeat timidus laudem.* In quam ſententiam dixit etiam ſapiens Prouerb. 28. *Beatus homo, qui ſemper eſt timoratus:* ſicut aduertit Rabbi Moyſes, explicans ea verba Geneſ. 32. *timuit Iacob valde.* Eſt igitur accommodatum remedium ad ſalutem conſeruandam inferni, & iudicij frequens repræſentatio. Quæ fuit ratio cur Ionas [x] de ventre inferi clamauerit; repræſentat enim eam animam, quæ iam conuerſa eſt per pœnitentiam, & obiecta repræſentatione inferni, remedia quærit, ne ſalutem amittat, quam per paſſionem Chriſti acquiſiuerat. 29.

Nazianz.

Cyprian.

Prouerb. 14.

ibidem. 28.

Gen 32.

§. VI. Ad Literam.

Exaggerat propheta artificioſè per hyperbolem ſuam calamitatem.

Et proiecisti me in profundum in corde maris.

Etſi parū latinè dixiſſe videatur huc in loco vulgatus Interpres, *in profundum in corde maris*, ſatis tamen accommodatè vertit ad Hebraicam veritatem, quæ ita prorſus habet: *proieciſti me in profunditatem in corde marium*, id eſt, in profunditatem, quæ eſt in corde maris: quod L X X. expreſſerunt: *proieciſti me in profundum cordis maris.* Eſt enim conſuetum in ſacra Scriptura medium cuiuſque rei [z] cor appellare, qua phraſi vſus eſt propheta *in Pſalm.* 45. *Propterea* 30.

Hebraicè.

L X X. Interp.

[z] Medium cuiuſque rei in Scriptura, cor appellatur.

non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris, id eſt, etiam ſi ruerent montes ipſi, & in medium maris concurrant, nos tamen nullo modo timebimus. Per hyperbolem igitur dicit Propheta, ſe proiectum eſſe in cor [a] maris, ſiue in medium maris, quia proiectus eſt in viſcera ceti, qui in medio Oceano Athlantico alitur, & viuit.

[a] Per hyperbolem, cor maris, id eſt, maris medium.

31. *Et flumen circundedit me.* Hebraicè, *fluuius circundedit me*: quem locum variè explicant Patres: Theophyl. enim exiſtimat referendum eſſe ad maris inſultus, qui excitabantur ceto ſe demergente, aut emergente à flumine: vel ſaltem referendum eſſe ad flumina, quæ ſe in pelagus exonerant, qui autem in medio maris eſt, à fluminibus circunfluitur. Videtur autem in his verbis [b] potiùs explicatio eſſe præcedentis ſententiæ, ſignificat enim Propheta, ſe vndequaque obrutum eſſe à mari, quod fluuium, ſiue flumen vocat poëticè, atque ita explicat, quid ſit, proiectum ſe in medium maris, ſiue in cor maris.

Hebr. text. Theophyl.

[b] Quà magis exaggerat periculū ſuū Propheta.

32. *Omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.* Hæc addit Propheta ad ampliandam vim periculi, hyperbolicè, [c] & poëticè, in quo fuit, quando proiectus eſt in pelagus. Quæ verba deſumpta ſunt ex *Pſalm.* 41. præſertim ſi Hebraica veritas inſpiciatur, quæ ſic prorſus habet, *Omnes fluctus tui, & procellæ tuæ ſuper me tranſierunt*; quod vulgatus Interpres dixit, *omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.* Vocat autem gurgites aquarum fluctus, qui inter ſe ſe confringuntur, & ad cælum vſque eleuantur flante vento: alios autem vocat fluctus rotantes, & circunuoluentes, quales ſunt illi, quorum meminit Poëta *lib.* 1. *Æneid.*

[c] & poeticè amplificat.

Hebraicè.

Virgil.

——— Aſt illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.

Vt ſit in his verbis [d] alluſio, & ad eam tempeſtatem, quàm paſſus eſt Ionas in naui, & ad illud periculum, in quo fuit proiectus in pelagus, ſicut rectè notaſſe videntur hoc in loco Theophylact. & Theodoret. cum ita prorſus legunt, *Omnes eleuationes tuæ, & fluctus tui ſuper me*; quaſi ſit ſenſus, & eleuatus à fluctibus in naui cum eram, & oppreſſus à mari, quaſi in carcerem coniectus miſer ſum, vniuerſa [e] autem hæc tu voluiſti, & non niſi de tuo mandato fiunt: propterea enim Propheta vocat, *fluctus tuos, & gurgites tuos.* Niſi magis placeat vtrunque referre ad illud periculum, in quo fuit in pelago, quando & aquarum montes, & fluctus reluctantes ſupra ſe audiuit, ex quorum perturbatione in eam incidit mentem, vt diceret Deum, iam non curare res Prophetæ; hoc enim ſignificant verba ſequentia.

[d] Videtur etiam alluſio ad tempeſtatem, quam paſſus eſt Ionas in naui;

Theophyl. Theodor.

[e] quo omnia mala Dei voluntati adſcribit.

§. VII.
Ad Literam.

Eam fuiſſe calamitatis ſuæ magnitudinem dolet Propheta, vt in mentem ſibi venerit, ſe ab illa prouidentia proiectum excidiſſe, qua Deus ſolet piorum hominum res curare, quod eſt omnium malorum ſupremum.

33. *Et ego dixi, abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum.* AMplificat omnino ſuam calamitatem Propheta, & periculi magnitudinem in quo fuit, cum dixit, *& ego dixi, abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum.*, hoc eſt, in præcipitatione mea, ſiue quando primùm proiectus ſum, atque incidi in fauces huius animalis vaſtiſſimi, mecum ipſe conſtitui, atque dixi, omni [f] me auxilio deſtitutum eſſe, & aduerſum habere ſanctum numen, quod mihi præſidium, & ornamentum eſſe ſolebat; proiectum enim eſſe à conſpectu oculorum Dei, eſt, omnino excidiſſe ab ea prouidentia, qua Deus curare ſolet res piorum hominum. Qualis locus eſt in Pſalm. 30. *Ego autem dixi in exceſſu meo, Proiectus ſum à facie oculorum tuorum*, hoc eſt, cogitans magnitudinem mearum calamitatum, in eam incidi mentem, vt dicerem, me planè ab oculorum tuorum facie, & fauore reiectum eſſe; ſuper quem enim Deus intuetur, prouidere ſolet, ne aliquid aduerſum accidat illi, iuxta illud Pſalm. 31. *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris, & firmabo ſuper te oculos meos*, metaphora ſumpta à matre, quæ tenellum infantem inſtituit, quò eundum ſit, viam oſtendit, & defixis, & intentis oculis intuetur eundem ne deerret: ita prouidus oculus Dei intentus eſſe ſolet in pios homines, eos intuetur, viam oſtendit, neque oculos auertit Deus, donec ad exitum perueniant, ne periclitentur.

[f] Dei ſe auxilio omnino deſtitutum gemit Propheta,

Pſalm. 30.

Pſal. 31.

34. Is autem abiectus eſſe dicitur ab oculis Dei, qui in odium Dei incurrit, qualem ſe putabat Ionas, poſtquam [g] per ſummam inobedientiam à facie Dei receſſit: videtur enim in his verbis metaphora ſumpta ab iis, qui extremo ſupplicio condemnati ſunt; tales enim cum traduntur morti iudices, qui eos tradunt, auerſis oculis intuentur, quaſi auerſantes eorum crimen. Exiſtimabat igitur Ionas ſe in morem [h] damnatorum proiectum eſſe à facie Dei, id quod notatum eſt *in Pſalm.* 21. cum dicitur, *Deus Deus meus reſpice in me*: quod verbum in Hebræo non habetur, ſed additum eſt à LXX. Interpretibus, ad commouendam miſerationem Dei, vt reſpiciat derelictum à ſe, & proiectum quodammodo ab oculis diuinæ [i] prouidentiæ.

[g] putans ſe abiectum per ſummam inobedientiam,

[h] & in more damnatorum à facie Dei proiectum,

Pſal. 21.

[i] Atque à diuina prouidentia derelictum.

§. VIII. Allegoricè.

Fluctus Dei ſuper Ionam præfigurant tumeſcentis Synagogæ in Chriſtum perſecutiones, quas tamen Deus non præfiniuit actiuè, ſed paſſiuè: in quibus & Domini caro, vt formam ſerui impleret, ſe à Deo omnino deſtitutam gemit.

ADuertit autem optimè hoc in loco Theophylact. totum hunc locum referendum eſſe ad Chriſtum Dominum, eleuationes autem, & fluctus Dei fuiſſe labores arrogantis, [l] & ſuperbæ Synagogæ, quibus affecit Chriſtum Dominum, qui quoniam iuxta Patris conſilium, ipſum Chriſtum Dominum inuaſerunt, ipſius eſſe dicuntur. Ad maiorem autem explicationem huius loci legendus eſt D. Leo Papa *ſerm.* 6. *de Paſſ.* cum ait, *Multum diuerſum, multùmque contra-* 35.

Theophyl.

[l] Fluctus Dei fuerunt in Chriſto labores arrogantis Synagogæ.

D. Leo. Papa.

rium eſt, id quod in malignitate Iudæorum eſt præcognitum, & quod in Chriſti paſſione [m] *diſpoſitum, non inde proceſſit voluntas interficiendi, vnde moriendi, nec de vno exiſtit ſpiritu atrocitas ſceleris, & tolerantia Redemptoris: neque enim impias furentium manus in ſe immiſit Dominus, ſed admiſit, nec præcipiendo quid faciendum eſſet, coegit, vt fieret, cum tamen ad hoc carnem ſuſcepiſſet, vt fieret. Definiuit* [n] *igitur Deus mortem, non autem definiuit vt Iudas eum traderet, & Iudæi crucifigerent: Paſſio igitur Chriſti à Deo fuit paſſiuè; actiuè autem à Iudæis; ac propterea actio ſceleratiſſima; paſſio verò omnino miſericordia, & pietate plena:* propterea Propheta labores paſſionis appellauit eleuationes Dei, ſiue fluctus Dei, hæc enim diſpoſuerat Deus pro nobis pati.

[m] *Hi tamen aliter in malignitate Iudæorum præcogniti, aliter in paſſione Chriſti diſpoſiti.*

[n] *Definiuit enim Deus mortē Chriſti, ſed non Iudæ proditionem.*

36\. Sunt igitur hæc verba dolentis infirmitatis humanæ [o] in Chriſto, omnino admirantis deſtitutam ſe eſſe ab omni auxilio, & conſolatione ſuperiori, quemadmodum aduertit D. Hieron. cum ait: *Qui formam ſerui acceperam, fragilitatem quoque eius imitatus dixi, Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum, quando eram tecum, & tuo lumine fruebar in te, lumine, à quo eram lumen, non dicebam, abiectus ſum; poſtquam autem veni in profundum maris, & hominis carne circundatus ſum, humanos imitor affectus, & dico, Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum, hoc quaſi homo locutus ſum*; ſicut eleganter proſequitur Tertull. *in lib contra Prax. cap.* 30. explicans ea verba Pſ. 21. quæ ſimilia ſunt, *Deus Deus meus, reſpice in me, vt quid dereliquiſti me? Hæc vox carnis, & animæ eſt, non ſermonis, nec ſpiritus, id eſt, non Dei, propterea emiſſa eſt, vt impaſſibilem Deum oſtenderet, qui ita filium dereliquerit, dum hominem eius,* id eſt, *humanitatem eius tradidit in mortem.* Qua de re videndus eſt Damaſcen. *lib.* 3. *fidei. Orthodox. c.* 15. *&* 18. Sunt etiam elegãtiſſima quæ habet hoc in loco Theophyl. *Tunc etiam,* inquit, *Chriſtus Dominus dixit, vt quid me dereliquiſti? quod ſimile eſt huic, quod ait, Abiectus ſum à conſpectu oculorũ tuorum: quod humano more loquutus eſt; homines enim vbi in tam grandia pericula inciderint, ſe derelictos aiunt. Quod igitur veriſimile erat alios homines de ſe ipſis dicere, hoc ipſe de ſe loquitur.* Quamuis enim Chriſtus Dominus filius [q] Dei eſſet naturalis, & perpetuò eius anima diuinam intueretur eſſentiam, tamen omnia paſſus eſt, quæ propria erant naturę humanæ, ac ſi purus homo fuiſſet: permittebatur enim natura illa aſſumpta à Verbo omnia agere, & pati, quæ propria cuiuſque hominis erant. Dolentis igitur ſunt hæc verba, & formidantis ea mala, quæ patiebatur, ſecundùm portionem inferiorem, id eſt, ſecundùm naturam humanam, quæ abiecta, & derelicta videbatur non ſolùm à diuino auxilio, ſed à ſuperioris portionis conſolatione, vnde nihil deriuabatur in corpus, Deo ita diſponente.

[o] *Verba Ionæ quantũ Chriſto patienti quadrant ſecũdùm quod homo.*

Hieron.

Tertull.

[p] *Similia in Pſalm. 21.*

Damaſcen.

Theophyl.

[q] *Licet enim Chriſtus filius Dei eſſet naturalis, omnia tamen paſſus eſt quæ erant naturæ humanæ.*

§. IX. Moraliter.

Quos Deus amat, ſæpiùs in maioribus exercet periculis, veluti Dux in caſtris periculoſa imperat fortioribus: cæterùm & quos flagellat, feſtinat citiùs ſubleuare.

37\. SI quis autem quærat, quo pacto ea anima, quam nos introduximus huc vſque pænitentem, conuerſam, & iam amicam factam Dei, tamen [r] derelicta ſit à facie oculorum Dei proiecta, quæ non conueniunt cum amicitia diuina, is Senecam legat in ſuo de prouidentia, vbi ſimiliter obiicere videtur contra Dei prouidentiam qua patitur plerunque Deus viros ſanctos interdum aduerſa pati: *At iniquum eſt,* inquit, *bonum virum debilitari, aut confringi, aut alligari, malos integris corporibus ſolutos, ac delicatos incedere; nolite, quæſo, vos expaueſcere iſta, quæ Dij immortales, velut ſtimulos admouent animis; calamitas virtutis occaſio eſt: illos merito quis dixerit, qui nimia felicitate torpeſcunt, quos velut in mari lento tranquillitas detinet; quidquid illis acciderit, nouum veniet, magis vrgent ſæua inexpertos. Hos itaque, quos Deus amat, indurat, recognoſcit, & exercet. Hæc eſt ratio cur Deus ſanctos homines mala valetudine, aut luctu, aut incommodis afficit, quia in caſtris* [ſ] *quoque periculoſa peritiſſimis imperat Dux.*

[r] *Quomuis non videatur conuenire animæ iam, Deo amicæ, & pœnitenti, quod ab ipſius proiiciatur aſpectu;*

[ſ] *Id ſanè expedit, vt periculoſa Deus peritiſſimis imperet.*

Similia habet D. Auguſt. Pſalm. 83. *Accedens ad ſeruitutem Dei, ad torcularia ſe veniſſe putet; eſt enim diuinæ iuſtitiæ proprium non demulcere, & diſſoluere virilem optimi cuiuſque animum.* 38.
Quod proſequitur Iſaias in cap. 54. *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te, in momento indignationis abſcondi parumper faciem meam à te, & miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui.* Quo ſenſu Paraphraſis Chaldaica interpretatur ea verba Cantic. *Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem: dixit Dominator ſæculi populo ſuo Iſraël, ſiue animabus ſanctis, quamuis congregentur omnes populi, qui comparati ſunt aquæ maris, quæ ſunt multæ, non poterunt extinguere miſerationes meas à te,* id eſt, inter labores non eſt exiſtimandum [t] ſanctos homines derelictos eſſe à Deo, *ad veſperum enim demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia*, ſicut dicitur *Pſalm.* 29. ſerò enim irruere ſolent calamitates in ſanctos, ſed primo [u] diluculo feſtinat Deus, vt iiſdem lætitiam afferat. *Flagellat igitur Deus omnem filium, quem amat,* ſiue *quem recipit*, ſicut dicitur *Prouerb.* 3. Quem locum proſequitur Chryſoſt. totis tribus libris de Prouidentia, *& hom.* 61. *in Ioan. cap.* 11. cum explicat ea verba: *Ecce quem amas, infirmatur.* Valebant enim cæteri Hebræorum, quamuis impij eſſent, & ſola ea domus, quam Chriſtus amauerat, laborabat; nam Lazarus ſanctus mortuus erat, vtraque ſoror fratrem defunctum deplorabat. Nihil igitur mirum eſt, ſi animam factam Dei amicam, & iam reconciliatam laborantem videamus, & quodammodo relictam à Deo hoc in loco, Deus enim flagellat omnem filium, quem recipit.

Auguſt.

Iſai. 54.

Chald. Par.

[t] *Neque exiſtimandum Deum vnquam ſanctos in laboribus derelinquere.*

Pſal. 29.

Prouerb. 3.

Chryſoſt.

Ioan. 11.

[u] *Cum feſtinet primo diluculo lætitiã eiſdem afferre.*

TRACTATVS XI.

De verbis illis: *Veruntamen rurſus videbo templum ſanctum tuum. Circundederunt me aquæ vſque ad animam, abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Ad extrema montium deſcendi: terræ vectes concluſerunt me in æternum,*

num, & ſubleuabis de corruptione vitam meam Domine Deus meus. Cùm anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum, vt veniat ad ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum. Siue, *de voto Iona, & deſiderio reuiſendi templum ſanctum pro ſui liberatione.*

§. I. Ad Literam, & Allegoriam.

Quem ſæua pericula repente non exterminant, firmam ſpem ſalutis concipiat; quam ſi confidenti votorum deſiderio proſequatur, aſſequetur vt Ionas eximia Chriſti Domini figura, qui ſuam ſibi gloriam ſecurus in paſſione pollicetur.

39. *Verumtamen rurſus videbo templum ſanctum tuum.* { ALiter habent LXX. hoc io loco, [a] per ioterrugarionem enim legunt hanc ſenteotiam, *putas ne addam, vt videam templum ſanctum tuum?* quos ſequitur Theophyl. & Theodoret. tunc talis poteſt, eſſe ſenſus, *tentabo ne iterum templum ſanctum, quod eſt in Hieruſalem?* quando eoim in medio maris eram, & in ipſis viſceribus ceti, cogitabam me abiectum eſſe à facie tua, & diecbam, viuam, & audebo intueri iterum faciem Dei à qua fugi; vt ſint hæc verba hominis [a] confuſi & pleni verecoodia, quòd aliquando peccauerit in Deum, quem auxiliatorem haboit, & authorem ſalutis in taoto periculo; reus eoim animus per colpam nouit ſe perdidiſſe vultus fiduciam, *nam verecundia*, ſicut dixit Zeno Scythicus in lib de perturbationibus, *eſt confuſio mordens, & præſentia conſpici prohibens*: vnde plerunque rubor ingenuus ſolet obtegere peccantiom facies. Eſt igitur hæc oratio hominis erubeſcentis, & pudore conuicti, ideoque uon audentis eius faciem cooſpicere, in quam peccauerat. Qualis eſt ille locus *Luc. 7.* cum mulier peccatrix dicitur *retro ſtetiſſe ante pedes Chriſti*, & ille alius apud *Luc.* 18. cum publicaous longè ſtans nolebat vel *oculos ad cælum leuare*: qoi affectus eſt hominis planè pœuitentis, & erubeſcentis.

[a] *Hanc ſententiam per interrogationem legunt.* LXX. Theophyl. Theodoret.

[a] *Vt ſint hæc verba hominis confuſi, & pleni verecūdia quòd peccauerit in Deum.*

Luc. 7.

Luc. 18.

40. Vel poreſt talis eſſe ſenſus, ſcio, & noui optimè me tuo beneficio conſeruatum eſſe in viſceribus huius animalis; illud ramen dubito, [a] num hinc ſim egreſſurus, reuerſuruſque in ſanctam ciuitatem, atque ſacrom templum viſurus, in quo poſſim pro reditu oblationes, & vota offerre, ſicut fieri ſolet ab iis, qui è grauiſſimo naufragio, vel ab alio ſimili periculo euaſerunt.

[a] *Vel poteſt eſſe ſenſus dubitantis, num ſit egreſſurus à ventre ceti, vt videat templum aliquādo.*

41. Hieronymus tamen exiſtimat particulam Græcam, pro qua L X X. dixerunt, *putas ne?* per interrogatiooem elatam, vim habere illationis, [b] vt ſit in his verbis quaſi propoſitionis, aſſumptionis, ac ſyllogiſmi extrema cōcluſio, ita vt efficiat buiuſmodi ſenſum: qui volui effugere tuam faciem per ſummam inobedientiam, vehementer periclitatus ſum; ſed is, qui in grauiſſimum periculum incidit, diuino auxilio indiget, vt ab eo liberetur: igitur neceſſe eſt, vt qui à periculo euaſit, in templo Hieroſolymitano donaria votiua offerat, ſicut offerre ſolent ij, qui è naufragio euaſeruot.

[b] *D Hieron. exponit quaſi ſit illatio obligantis ſe ex voto vt templum viſitet pro liberatione concepta.*

Quarum vtraque expoſitio orationem habet promittentis, & vouentis hominis propter periculum, à quo ſe liberandum fore putat: alia autem expoſitio orationem habet dubitantis, ſe ab eo periculo eripi poſſe: omnes [c] autem hæ tres expoſitiones in eo conueniuot, vt oratiooem habeant optantis hominis templum Hieroſolymitanom adire in gratiarum actionem pro beneficio accepto. 42.

[c] *Conueniunt hæ tres expoſitiones in deſiderio adeundi templum pro gratiarū actione.*

Hic autem locus neceſſariò refertur ad reſurrectionem [d] Chriſti Domini, eámque ſignificat, ſicut notauit Hieronym. eum ait, *Non eſt oratio hominis ambigentis ex incerto, ſed ex fiducia comprobantis, atque ita vnus, & idem ſaluator Chriſtus Dominus, quaſi homo poſtulat, quaſi Deus pollicetur, & de ſua, quam ſemper habuit, poſſeſſione ſecurus eſt: in ipſa igitur paſſione filius Dei pollicetur ſibi gloriam,* [e] *quam ſemper in Patre, & apud Patrem habuit, abiectus quamuis fuerit, & deſtitutus à cælo eo tempore in forma ſerui; in forma Dei pollicetur ſibi eam gloriam, quam ſemper habuit.* Hieronymo ſuffragantur Remigius, & Theophylact. corpus autem rectè vocarom eſt hoc in loco, *templum ſanctum tuum*, quia à Deo præparatum eſt corpus, & conſecrata eſt ea caro, quæ vnita eſt Verbo Dei; noo eſt aotem oouum corpus Chriſti vocari templum Dei, imò frequentiſſimè ita appellatur à ſacra Scriptura, ſicut patet *ad Coloſſenſ.* 2. vbi ita Paulus haber: *In ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter*, id eſt, quaſi in templo quodam habitat diuinitas in corpore Chriſti; eſt enim corpus Chriſti [f] templum diuinitatis: Sic enim hunc locum intelligit Hieron. *in epiſt. ad Dardan.* Quod igitur diſſolutum fuerat templum, id eſt, caro, quæ ſeparata fuerat ab anima Chriſti, & à qua receſſerat eadem anima tanquam à templo, iterum reuiſenda erat, atque iterum voienda cum anima, ſicut idem Chriſtus Dominus dixerat *Ioann. cap.* 2. vbi eadem ex ſenteotia Ionæ prophetæ occurrit. Idem enim eſt dicere, *poſſum deſtruere templum hoc, & poſt triduum reædificare illud*, atque dicere, *verumtamen rurſum* [g] *videbo templum ſanctum tuum*, id eſt, iterum mea propria virtute vniam animæ meæ corpus tuum, id eſt, carnem quam tu fabricaſti, & conſecraſti, vt templum totius diuinitatis fieret. 43.

[d] *Hic locus neceſſariò pertinet ad reſurrectionē Chriſti.* Hieron.

[e] *Qui ſecurus in ipſa paſſione ſibi gloriā pollicetur, quam ſemper habuit apud Patrem.* Remigius. Theophyl.

ad Coloſſ. 2.

[f] *Corpus Chriſti templum diuinitatis.* Hieron.

Ioan. 2.

[g] *Idem eſt reuiſere templū hic, atq; reædificare Dominum templum corporis ſui.*

§. II. Moraliter.

Religionis eſt opus deuota ad loca ſancta peregrinatio: & fidei profeſſio myſteriorum veſtigia reuereri, & ad ſatisfaciendum pro peccatis accommoda ſatisfactio.

SEd iam pœnitentem, & conuerſam animam videamus ſponte ſua promittentem, & vouentem ea pœnalia opera, & laborioſa, per quæ poſſit ſatisfacere pro reatu ad pœnam relicto 44.

poſt

[h] *Anima pœnitẽs dimiſſa culpa peregrinando ad loca ſancta reatus ſatisfacit.*
Conc. Cabi.

poſt dimiſſam [h] offenſam; inrer quæ opera neceſſariò ponenda eſt religioſa peregrinatio, quæ pœnitentiæ cauſa fieri ſolet ad religioſa loca; quemadmodum defendit Conc. Cabilon. ſub Carolo Magno celebratum *Can.* 4. eum ita habet: *Eorum deuotionem omnes probare debent, qui pœnitentia cauſa ad limina Apoſtolorum, vel ad alia loca ſancta peregrinantur; cedit enim religioſa peregrinatio in honorem Dei, & ſanctorum, quos tanto labore quærimus, & opus eſt pœnitentia, quia laborioſum omnino: & præterea quia ea loca augent maximè deuotionem*, ſicut proſequitur Hieronym. *in epiſt. ad Paulam, & Marcellam*, vbi ſanctas mulieres inuitat ad viſenda loca ſacra & inter alia ita habet: *Pars fidei eſt, quaſi* [i] *recenſeat natiuitatis, crucis, & paſſionis veſtigia*; quod pulchrè diait Cicero lib. 2. de legib. *Mouetur*, inquit, *neſcio quo pacto, locis ipſis, in quibus eos, quos diligimus, aut admiramur, adſunt veſtigia. Me quidem illæ ipſæ Athenæ non tam operibus magnificis, & exquiſitis antiquorum, quàm recordatione ſummorum virorum delectat.*

Hieron.

[i] *Recenſet enim myſteria quæ viſitat loca, vbi peracta ſunt.*
Cicero.

45\. Theodoret.
Videndus eſt Theodoret. *in lib. de Religioſa hiſtoria cap.* 6. vbi refert, ſanctiſſimum quendam virum nomine Simonem Priſcum vehementer deſideraſſe adorare Deum in monte Sina, in quo Deus ſeruo ſuo Moyſi apparuit, eidemque legis tabulas dedit. Similia refert idem Theodoret. *eodem lib. cap.* 9. de alio religioſo viro. Qui enim ardenter amant, non ſolùm eos, qui amantur deſiderant, ſed etiam illis grata ſunt ea loca, in quibus aliquando fuerunt ij, quos amant. Qualis eſt ille locus Cantic. 2. *ſub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi*: Similéque votum eſt illud Regia Dauidis in Pſalm. 131. *Adorabimus vbi ſteterunt pedes eius*. Videndus eſt Chryſoſt *lib. contra gentes tom.* 3. Hieronym. *epiſt.* 17. *ad Marcell. & epiſt.* 27. *de obitu Paulæ, & epiſt.* 46. *ad Ruſticam, & epiſt.* 154. *ad Deſiderium* Ex quibus locis religioſa peragrinatio ſatis oſtenditur, quamuis oppoſitum voluerit impius [l] Caluinus *lib.* 4. *Inſtit. c.* 12. §. 7. atque alij Hæretici recentiores, & antiquiores, quos refert Bellarm. *tom.* 1. *controuerſ. lib.* 3. *de cultu ſanctorum cap.* 8. Quam etiam vehementer approbat poſt Patres Conc. Trident. *ſeſſ.* 25. Quamuis enim Deus vbique ſit, ſolet tamen magis manifeſtari in vno, quàm in alio loco, vt patet *Gen.* 28. & latè proſequitur Chryſoſt. *hom.* 8. *ad Epheſ. & hom.* 7. *in Matth.* atque etiam D. Auguſt. *epiſt.* 137.

Cantic. 2.
Pſalm. 131.
Chryſoſt.
Hieron.

[l] *Damnatur Caluinus tollens religioſas peregrinationes.*
Caluinus.
Bellarm.
Conc. Trid.
Chryſoſt.
Auguſt.

46\. Religioſo igitur voto, & ſpontaneo videtur hoc in loco promittere [m] ea anima, quæ conuerſa erat ad Deum, iturum ſe in ciuitatem ſanctam Hieruſalem; atque in alia ſancta loca pœnitentiæ cauſa; iuuat enim maximè vidiſſe religioſa loca ad excitandum amorem, atque etiam ad ſatisfaciendum pro ea pœna, quæ relicta eſt dimiſſa culpa; quare meritò diait anima conuerſa: *veruntamen rurſum videbo templum ſanctum tuum.*

[m] *Religioſum enim eſt votum animæ conuerſæ ſi promittat adire loca ſancta.*

§. III. Ad Literam.

Suum amplificat Ionas periculum vt eam, in quam videbatur incidiſſe deſperationem excuſet.

47\. *Circumdederunt me aquæ vſque ad animam meam; abyſſus vallauit me, pelagus operuit caput meum.*

Videtur vates amplificando vim periculi excuſare eam opinionem, ſeu potius deſperationem, [n] in quam videbatur inci-

Gabr. à Coſta in Ionam Prophetam.

[n] *Videtur excuſare Ionas*

diſſe cùm dixit, *Abiectus ſum à conſpectu oculorum tuorum*: quid enim ſperare poſſit is, cuius vita penè oppreſſa erat ab aqua, & qui iam omnino obrutus erat à pelago? Antequam autem ad ſenſum literæ accedamus, oportet ſingulas particulas explicare, ex quibus pendet verus ſenſus huius loci. Certum igitur eſt animam, [o] vitam, in ſacra Scriptura ſignificare, ſicut nos fuſiùs diximus, & patet etiam apud prophanos, præſertimque apud Tragicum *in Medea*:

deſperationẽ, in quã videbatur incidiſſe.

[o] *Anima, vita: ſuprà cap.* 1. *tract.* 7. *num.* 9.
Tragicus.

Animam lenibus credidit auris.

Id eſt, vitam credidit vento. Significat etiam eadem vox, pro qua volgatus dicit hoc in loco, animam, ſpiritum, ſiue anhelitum, quo viuimus reſpirantes, vt patet Iob 41. *Halitus eius prunas ardere facit*; vnde Chaldaica Paraphraſis ad hunc locum Ionæ ita prorſus habet, *Circundederunt me aquæ vſque ad mortem*, hoc eſt, parum abfuit, quin morerer, vndique aquis ingredientibus, & occludentibus ſpiritum, quo reſpirare poſſim. *Abyſſus* [p] autem multitudinem aliquam, ſeu molem ſignificat, cuius profundum eſt incomprehenſibile, & impenetrabile, ſicut dixit Ambr. & Baſilius *in examer.* & præſertim Auguſt. Pſal. 41. *Abyſſus*, inquit, *eſt profunditas quædam impenetrabilis, incomprehenſibilis, & maximè ſolet dici de aquarum multitudine; ibi enim altitudo, ibi profunditas, quæ penetrari vſque ad profundum non poteſt.* Vnde Ariſtophanes author Græcus, *venies ad paludem magnam, & ſine fundo, quam Græci abyſſum vocant.* Atque ita ſenſus verborum erit, *magna vi aquarum vndique oppreſſus ſum.*

Iob 41.
Chald. Par.

[p] *Abyſſus multitudinẽ, ſiue molem ſignificat, cuius profundũ incomprehenſibile eſt.*
Ambr.
Baſilius.
Auguſt.
Ariſtophan.

48\. Maior aliqua difficultas eſt in voce Hebræa, *Sup*, pro qua Vulgatus interpres tranſtulit, [q] *Pelagus*, quæ vox ſatis æquiuoca eſt; ſignificat enim iuncum, ſiue iuncetum, ſeu potius carectum, quod prope ripas fluuiorum naſcitur: vnde varia eſt lectio huius loci; Pagninus [r] enim ita legit, *alga alligata eſt capiti meo*: Rabbi Dauid [ſ] *iuncus, ſiue limus marinus alligatus eſt capiti meo*: Vatablus [t] *carectum implicatum erat capiti meo*: Hieronym. autem & Vulgatus interpres ita transferunt, *pelagus operuit caput meum*: ſignificat enim eadem vox pelagus etiam, eſtque in his verbis artificioſa quædam deſcriptio eius calamitatis, ſiue periculi, quod paſſus eſt Ionas in ſua ſecunda nauigatione: qualis eſt ille locus elegantiſſimus apud prophetam in Pſalm. 68. *Saluum me fac Deus, quia intrauerunt aquæ vſque ad animam meam; infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia; veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* Sic pariter Ionas gradatim [u] amplificat periculum ſuum, Pene, inquit, in meo naufragio ſpiritus vitalis oppreſſus eſt ab vndis, nec ſatia hoc habuit, ſed vndique me vallauit ingens quædam aquæ multitudo; quodque magis eſt, vniuerſum pelagus vidi ſuper caput meum, ita vt limus, ſiue alga marina, quæ naſcitur in radicibus montium, ſeu rupium, quæ latent in mari, circumuoluta ſit capiti meo, ſicut explicare videntur ſequentia verba eiuſdem prophetæ.

[q] *Hebræa vox pro qua vulgatus vertit pelagus, æquiuoca eſt.*
[r] *Pagninus, algam dicit.*
[ſ] *Rab. Dauid limum.*
[t] *Vatablus carectum.*
Vulgatus pelagum.
Pagninus.
Rab. Dauid.
Vatabl.
Pſalm. 68.

[u] *Ex quibus Ionas gradatim amplificat periculum ſui naufragij.*

§. IV. Ad Literam, & Allegoriam.

Proſequitur Ionas in amplificandis deſperationis cauſis, quando eò deuenerat, vnde nullum effugium poſſet ſperari, in quo Chriſti Domini ſepulchrum re-

tinaculis ferreis conſignatum manifeſtè adumbratur.

49. Hieron. [x] *Putat Hieronymus hæc præcedentiũ explicationẽ.* [a] *Extrema enim montiũ ſunt maris fundamenta*

Ad extrema montium deſcendi, terra vectes concluſerunt me in æternum, &c.

HIeronymus [x] exiſtimat in his verbis eſſe expoſitionem præcedentis ſententiæ: in qua dixerat ſe deſcendiſſe ad extremas maris partes, quas hoc in loco vocat extrema [a] montium, ſiue radices montium, vel rupium, quæ in mari ſunt, & ad quas colliduntur naues, quæ naufragium patiuntur. Dixerat enim caput ſuum alga marina circumuolutum fuiſſe, id ne videretur incredibile, addidit ſe deſcendiſſe ad extrema montium, in quibus naſcitur alga marina, quas partes vocat [a] *vectes æternos*, quibus quaſi columnis globus terræ ſuſtentatur, ita Deo volente, quemadmodum dictum eſt in Pſal. 74. *Ego confirmaui columnas terræ*, Dei enim voluntate vniuerſus globus Orbis ſuſtentatur ſuper quibuſdam veluti columnis ædificatus, & fundatus, ne perpetuò moueatur; vectes enim æternos dicit Propheta firmiter retinentes, ita vt infringi nequeant, nec diſſolui ab aliqua vi; eſt enim figurata locutio [b] tota artificioſa, & plena hyperbole cum dicit, ſe ad eas maris partes perueniſſe, in quibus columnæ ſunt, quibus Orbis ſuſtentatur, & carcer, vnde nemo exire poteſt, alludens ad antra, ſiue cauernas, ad quas ſe receperat illud animal vrgente tempeſtate; piſces enim ſicut refert Ælianus *in lib. 9. de hiſtoria animalium cap. 57.* ad imas maris partes ſe recipiunt in hyeme, atque etiam vrgente tempeſtate, & in ſaxorum anguſtias compulſi, atque compreſſi in eorum protectione à frigore quieſcunt. Similia habet Ariſtot. *lib. 4. de hiſtor. animal. cap. 10. & lib. 9. cap. 6.* Credibile igitur valde eſt cetum fugientem tempeſtatem, quæ præceſſerat, ſe recepiſſe ad cauernas ſaxorum in extremo mari, quas Ionas *vectes æternos* vocat, quia inde nullus patebat reditus ad ſuperos, vel quia illis partibus Orbis, quaſi retinaculis quibuſdam retinetur vniuerſus mundus.

[a] *Quas partes vocat vectes æternos, ſeu columnas terræ,* Pſal. 74. [b] *Per figuratam ex hyperboli locutionem.* Ælianus. Ariſtot.

50. Eſt igitur hæc oratio eius hominis, qui in illud periculum deuenit, [c] vnde nullum erat effugium; hoc enim ſignificant *vectes æterni*, ſeu detentiones æternæ, à quibus ſcilicet, ita detinentur homines, vt inde egredi nulla vi poſſint, quod dixit Poëta:

[c] *Significans eò deueniſſe vnde nullum erat effugiũ.* Virgil.

Centum ærei claudunt vectes, æternáque ferri
Robora, nec cuſtos abſit de limine Ianus.

Ex quibus iam colligitur, figuratè, poëticè, & hyperbolicè deſcripſiſſe Prophetam hoc in loco inferorum ſedes ad quas ſibi videbatur deueniſſe in eo naufragio, in quibus nullus ſupereſt reditus, neque aliquod adeſt auxilium ad euadendum, ſicut ij, qui detinentur in carceribus vaſtiſſimis, & fortiſſimis, nullam euadendi ſpem habent. Similis videtur locus in Pſalm. 87. *Æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber*, id eſt, deſtitutus omni ope, & auxilio ad redeundum; *liber* enim ſecundùm phraſim Hebræam, ſignificat ſeparatum, & deſtitutum ab omni ope, & auxilio, quemadmodum de Azaria Rege Iuda dicitur *lib. 4. Reg. cap. 15.* habitaſſe *in domo libera ſeorſum* propter lepram. Fit ergo, vniuerſam hanc orationem Ionæ oſtendere eum fuiſſe deſtitutum omni auxilio vt egredi poſſit ab eo loco, in quo detinebatur.

Pſal. 87. 4. Reg. 15.

51. Allegoria autem eius loci ea eſt, vt *abyſſus extrema* ſignificet [d] mortem Chriſti Seruatoris, quam poſtremam voluit eſſe ſuæ charitatis in nos ſignificationem, cuius caput, ſiue corpus ſubiit ſepulchri ſpecum; ſepulchri autem æternæ detentiones ſunt, niſi vi diuina, quæ in homine Chriſto erat, à ſepulchro excitaretur. Ita hunc locum interpretatur Ambroſ. *ſuper Pſal. 43.* cum habet; *De qua abyſſo dixit Ionas, abyſſus circundedit me nouiſſima, merſit caput meum in fiſſuras montium, deſcendi in terram, cuius ſeræ ſunt æternales*: vtique hoc ad perſonam Ionæ non quadrat, neque conuenit; filius autem Dei deſcendit in fiſſuras montium, quando deſcendit in tumulum, ipſum enim Ioſeph, ſicut Euangeliſta Matth. docuit cap. 27. *poſuit in monimento ſuo nouo, quod exciderat in petra, & aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti.* [e] Quod autem non defuerint vectes ferrei, quibus concluſum corpus perpetuò detinetur in ſepulchro, docet Cardin. Baronius *tom. 1. annal. anno 34. cap. 115.* ex Nicephor. lib. 1. ſuæ hiſtor. cap. 32. *Traditum eſt*, inquit, *nobis lapidem illum, qui in ſepulchro Chriſti operculum fuit, ferramentis quibuſdam fuiſſe perforatum, ferrúmque ingens per vtrunque foramen commiſſum, & in circuli forma circunactum vinculum perpetuum, quod diſſolui non poſſit, niſi magna vi, & magno artificio.* Quod etiam proſequitur Beda *in lib. de ſanctis locis, cap. 2.* vt ſit in his verbis Ionæ manifeſta alluſio ad cauatum in rupe ſepulchrum Chriſti, & perpetuis vectibus ferreis obſeratum; in eadem allegoria eſt Theophylactus hoc in loco.

[d] *Allegoricè abyſſus extrema ſignificat mortem & ſepulchrũ Chriſti.* Ambroſ. Matth. 27. [e] *Quod exciſum fuit in petra, nec defuerũt vectes ferrei.* Baronius. Nicephor. Theophyl.

§. V. Ad Mores.

Verè vectes ferrei ſunt peccata, & malorum profundum, in quibus niſi valida præpotentis Dei manu liberetur, æternis paſſionum vinculis anima detinetur.

52. QVòd autem hæc conueniant animæ, de qua egimus huc vſque, ſatis patebit legenti Nazianz. *orat.* 28. vbi refert, ambulantem ſe aliquando iuxta maris ripas in eam veniſſe philoſophiam, quæ eſt de ſtatu hominis peccatoris, *Quanquam*, inquit, *alioquin iucundiſſimum eſſe ſoleat ſpectaculum, cum tranquillitate mare purpuratum, ac littoribus blandum quidem ac ſuaue alludit, ſed de repente vento magno* [f] *flante excitabatur, & infremebat, fluctúſque, vt in talibus rebus fieri conſueuit, partim procul emergentes, ſéque paulatim in ſummam altitudinem efferentes, ac poſtea decreſcentes ad ripas ſoluebantur, partim in propinquas petras incidentes, atque inde repulſi in ſpumam, atque tenuem aſperginem dilabebantur, & quaſi expuebantur: ex hoc ſpectaculo non nihil vtilitatis ad philoſophiam percepiſſe me ſenſi, non obiter, & negligenter, id, quod oculis obiiciebatur, accepi, ſed in doctrinam mihi hoc ſpectaculum ceſſit; quid enim, inquiebam, an non mare vita hæc noſtra eſt, & res humana? nam & hic quoque multum eſt amaritudinis, & inſtabilitatis; an non venti, tentationes ingruentes, inopinati rerum euentus? quod mihi animaduertit regius vates, cum dixit,*

Nazianz. [f] *Tempeſtas ſubitò maris turbant trãquillitatem, rerum humanarũ figura.*

Saluum

Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam: vt ſit in his verbis noſtri Prophetæ, vna ex ſimilitudinibus, quibus ſacra Scriptura vtitur ad ſignificandum ſtatum miſerum hominis [g] peccatoris, vnde egredi non poteſt, niſi vi diuina; ſicut neque is eripi poteſt à naufragio, qui ad extrema montium, ſiue ad cauernas vltimas maris tempeſtate adactus eſt: ſolet enim Scriptura variis ſimilitudinibus oſtendere hunc miſerum peccatoris ſtatum, qualis eſt ille locus ex Pſal. 142. *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi;* comparatur enim homo peccator terræ omni humore cæleſti deſtitutæ, quæ neque exiguam herbulam germinare poteſt, niſi deſuper irrigetur à cælo.

[g] Moraliter ſignificat hac verbo miſerū ſtatum peccatoris, à quo, niſi vi diuina, egredi non valet.
Pſal. 142.

53. Hunc igitur ſtatum vocat anima pœnitens *vectes æternos*, quia ab eo liberari non poſſet, niſi Deus adiuuaſſet. Videndus eſt Chryſoſt. *homilia 23. ex variis in Matth. locis*: cum ait, *Peccantes à peccato noſtra virtute euadere non poſſumus; ſed ſicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, vbi tempeſtas voluerit; ſic homo diuina gratia auxilio perdito per peccatum, non quod vult agit, &* [h] *niſi Deus valida manu ſoluerit illum, vſque ad mortem in peccatorum ſuorum vinculis permanebit.* Videndus eſt hac de re Philo *in lib. de confuſione linguarum*, cum ait, *Anima noſtra tripartita eſt, pars concupiſcentia eſſe dicitur, pars eius mens & ratio, pars ira: ſicut igitur in naui, nautis, vectoribus, gubernatoribus per dementiam in eius perniciem conſonantibus, & iam qui perdunt, vnà pereunt; ſic inſurgentibus paſſionibus, & perturbationibus in anima, ſpes nulla ſalutis, niſi diuina relinquitur; æternis enim quaſi* [i] *vinculis paſſionum detinetur anima, quaſi alliſa in tempeſtate ad cauernas vltimas maris.* Vnde Philo eleganter dixit *in lib. de congreſſu quærendæ eruditionis gratia*, animam perturbatam paſſionibus non diſſimilem eſſe inferno, vnde nullus patet reditus. Rectè igitur anima conuerſa dixit, ſe detentam fuiſſe per peccatum vinculis æternis.

Chryſoſt.

[h] Niſi enim Deus valida manu ſoluerit peccatorē, vſq; ad mortem peccatorum vinculis detinebitur.
Philo.

[i] æternis enim quaſi vinculis paſſionum detinetur anima, quaſi ad cauernas alliſa maris.
Idem.

ſ. VI.

Secunda eiuſdem loci Allegoria.

Ne deeſſet huius vaticinij corona, iuncis marinis, ex quibus ſpinea Chriſti corona plexa creditur, caput ſuum Ionas in profundo queritur fuiſſe implicatum.

54. SVnt qui velint in his verbis eſſe allegoriam [l] ad coronam ſpineam, quam plectentes milites poſuerunt in capite Chriſti Domini; exiſtimant enim omittendam non fuiſſe coronam Chriſti, ex qua pendet gloria, & corona omnium, quemadmodum docuit Ambroſ. *Pſ. 118. ſerm. 15.* & Caius Papa in epiſt. Decret. ad Felicem Epiſc. tom. 2. Concilior. *Cæteri iuſti acceperunt, non dederunt coronas; ſolus Chriſtus non accepit, ſed dedit.* Vnde Ioan. *in ſua reuelat. cap. 9.* dicit, *In capite eius diademata multa*, iuxta illud, quod eſt in Zacharia Propheta *cap. 6.* vbi ita Propheta loquens de Chriſto, dixit, *Sumes à transmigratione argentum, & facies coronas, & pones in capite Ieſu filij Ioſadech Sacerdotis magni, & loqueris ad illum: Ecce vir oriens nomen eius*, Chaldaicè, *facies coronam magnam, qua ſcilicet, & Meſſiam, & cæteros omnes ſanctos coronare poſſit.* Videndus erit hac de re Iſidor. Peluſ. lib. 1. epiſtul. epiſt. 95. ad Eutbon. Diac. *Siquidem execrationis illius, qua terra poſt mandatum à nobis violatum multata eſt, ſeges ſpinea erat; Dominus autem, vt omnem in ſe ipſo* [m] *morbum curaret, aduenerat, idcirco ſpinea corona, vt victor redimitus eſt, quemadmodum clari, & celebres victores faciūt, qui hoc ipſum telum, cuius ope victoriā conſequuti ſunt, in triumphum geſtant.* Quod voluiſſe videtur ſponſa *in Cantic.* quando ſponſus exiuit foras Ioan. 19. *Portans ſpineam coronam, & veſtimentum purpureum*, in morem Romanorum Imperatorum; ſic enim dixiſſe legitur ſponſa ad eius ingreſſum, *Egredimini, videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua.* Credibile igitur eſt omittendam non fuiſſe coronam capitis noſtri, id eſt, ſpineam coronam Chriſti in hoc vaticinio, in quo agitur de morte Chriſti, de eius ſepultura, de deſcēſu ad inferos, vnde triumphator reuerſus eſt ſolutis doloribus inferni, & ſpoliato barathro, in tanto triumpho cur deerit corona Chriſto patienti, & [n] triumphum agenti?

[l] Altera allegoria horū verborum ad coronam Chriſti ſpineam.
Ambroſ.
Caius Papa.
Apocal. 9.
Zachar. 6.
Chald. Par.
Peluſiota.

[m] Quam Dominus vt omnem in ſe curaret morbum, de ſpinea ſegete accepit:
Ioann. 19.

[n] Ne deeſſet triumphanti corona.

55. Suffragatur huic allegoriæ litera Hebræa, quam ita vertit Rab. Dauid, *iuncus* [o] *alligatus eſt capiti meo*, ſeu potiùs, *carectum implicatum erat capiti meo:* Carices autem acutæ ſunt ſpinæ maiores & duræ, lancinantes, ſiue ferientes acerbè carnem: ex quibus contexta creditur ea corona, quæ capiti Chriſti Domini impoſita eſt, quemadmodum ex recentioribus dixit Cardin. Tolet. *in com. ſuper Ioan. cap. 19* quamuis ea de re nullum habeamus ex antiquis Patribus. Sint hæc fundamenta pro hac allegoria, quæ mira videri non debet, cum ei patrocinetur litera Hebræa, quamuis vulgatus Interpres ei nullo modo faueat.

Hebraicè.

[o] Secundum literam Hebraam, capiti Iona iuncis marinis alligatur, quibus & corona Chriſti, ab aliquo plexa, creditur.
Toletus.

ſ. VII. Ad Literam, & Allegoriam.

Plenus iam ſpei ſalutis Propheta, quia ſe per triduum in ventre piſcis ſentit illæſum, à communi Domino, quaſi ſolius tantùm Ionæ res curet, propriam exigit ſubleuationem: ad figuram illius, qui triduo ſepultus, ſuæ non timuit carnis videre corruptionem.

Et ſubleuabis de corruptione vitam meam.

56. QVò magis vates diuinus amplificauit magnitudinem ſui periculi, eò magis commendauit miſericordiam, & potentiam Dei auxiliantis, & liberantis Prophetam à faucibus mortis; eſt enim hæc oratio [p] hominis pleni ſpei, & omnino bene ſperantis de vita ſua, quando maximè periclitari videbatur. *Subleuabis* igitur, ſeu aſcendere facies, *de corruptione vitam meam*, hoc eſt, ab ipſo interitu, ſeu à non eſſe; vnde enim ſpes mihi orta eſt vitæ meæ, inde oriunda videbatur deſperatio; cum enim impoſſibile eſſet hominem ſaluum, & incolumem conſeruari per tres dies in ventre ceti, impoſſibile etiā erat ab eo loco eundē hominem ſoſpitem eripi; ſicut igitur me potuiſti cōſeruare viuū per tres dies in eo loco, ſic ab eodem me ſaluum, & incolumē eripies.

[p] Hæc oratio eſt hominis iam pleni bonæ ſpei, quòd ex vltimo periculo liberabatur.

57. Quibus addit blandientis [q] verba cum dixit, *Domine Deus meus*; quibus communem Deum beneficij magnitudine, ſuum quaſi proprium faeit;ita eoim res prophetæ curare videbatur Deus quaſi oullas curaret. In quam ſeotentiam videndus eſt Bernard.ſerm.a.ſuper Pſalm. *Qui habitat* cum expliear ea verba, *Dixi Domino, Suſceptor meus es tu Deus meus: Poſſunt*, inquit, *omnia dicere, Creator meus es tu, quia Deus omnia creauit, poſſũt omnia animalia dicere, Paſtor meus es tu, quia Deus omnia animantia paſcit; poſſunt omnes homines dicere, Redemptor meus es tu, quia Deus nos omnes redemit: at verò Suſceptor meus es tu, is tantùm dicere poteſt, qui habitat in adiutorio Altiſſimi.* Vnde addidit, *& Deus meus*, cur non *Deus noſter?* quia in creatione & redemptione cæteriſque communibus [r] beneficiis eſt Deus omnium, ſed in tentationibus ſuis tanquam proprium eum habent ſinguli electorum; ſic enim paratus eſt ſuſcipere cadentem, & eripere fugientem, & naufragantem liberare, vt videri poſſit relictis omnibus aliis ei ſoli operam dare. Poteſt enim eſſe io hanc ſeotétiam hæc pulchra ſimilitudo: Si cadentem primogenitum infantulum ab alto aliquo loco nona mater vidiſſet, continuò, ſi quæ io manibus habet, proiicit, vt expeditas manus exhibeat ad recipiendum præcipitem infantulum, omnia deſerit, vt filio non deſit, ſic filio occurrit, vt omnia relinquat, ita de caſu filij ſollicita eſt, vt tota in eo ſit, totaque ſolius filij mater ſit: Sic Deus ita curare [ſ] viſus eſt Ionę prophetę res in naufragio, quaſi nullas alias orbis curaſſet, proinde blandiendo dixit, *Domine Deus meus*, beneficij magnitudine communem Deum, qoaſi proprium appellans.

[q] Quibus addit blandientia verba, Deus meus ex magnitudine beneficij, quaſi proprius eius cõmunis Deus.
Bernard. Pſalm 90.

[r] Licet enim ex beneficiis communibus Deus ſit omnium, in tentatione tanquã propriũ eum habent electi.

[ſ] Sic res Ionæ in naufragio viſus eſt Dominus curare; quaſi nihil aliud attenderet.

58. Quod verò attinet ad allegoriam, hic locus agit de eo homine, qui per tres dies, & tres noctes in ſepulchro fuit, eſtque in his verbis prophetia de eo articulo fidei, in quo profitemur poſt crucem [t] ſepultum fuiſſe Dominum; ſic enim volunt Hieronym. & Remigius, quibus etiam ſuffragatur Theophylact. exiſtimant enim hunc locum ſimilem eſſe illi, [u] qui eſt in Pſalm. 15. *Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem*; vtrobique enim eadem eſt ſententia, quia non decuit, vt caro Chriſti, quam in templum ſuum ſanctificauerat Deus, ab inſtanti conceptionis, reſoluta eſſet tabe in ſepulchro. Vnde Rabbi Iſac in Midraſtillim ait, *Etiam caro eius habitat in tuto, quod non dominabitur in eo ſcholex, aut vermis.* Sic Rabbi Abraham, *non patieris, vt ego, quem ſanctificaſti, ſentiam corruptionem, & meum corpus in ſepulchro putreſcat, & in puluerem redigatur, imò pulchrius multo de ſepulchro exurget, quàm de viſceribus parentis Virginis.* Quæ nullo modo de Dauide Rege intelligi poſſunt, cuius corpus reſolutum creditur in ſepulchro. Eſt igitur hæc [x] oratio ſperantis Chriſti reſurrectionem ſui corporis, antequam putreſcat in ſepulchro. Neque verò mirandum [z] eſt, ſi ſuam reſurrectionem à ſepulchro, ab alio, quàm à ſe ipſo ſperare videatur Chriſtus Dominus, cum dixit, *& ſubleuabis de corruptione vitam meam.* In primis enim hæc verba hominis ſunt: deinde quia conſuetum eſt in ſacra Scriptura Chriſtum Dominum ſuam reſurrectionem referre in Deum, ſiue in Patrem ſuum, vt patet apud Paul. *ad Rom.* 4. *&* 10. *&* 1. *ad Corinth.* 6. *&* 15. *&* 2. *ad Corinth.* 4. quibus in locis Paulus affirmat Chriſtum Dominum excitatum fuiſſe à mortuis à Deo, ſiue à Patre, & Spiritu ſancto: externæ [a] enim operationes totius ſunt Trinitatis. Eſt hæc breuis allegoria pro articulo ſepulturæ Chriſti, quem profitemur.

[t] Allegoricè prophetia eſt in hoc loco de Chriſto Domino in ſepulchro.
Hieron. Remigius. Theophyl.
[u] Similis eſt locus Pſalm. 15.
Rab. Iſac. Rab. Abrah.

[x] Eſt igitur oratio ſperantis Chriſti ſui corporis reſurrectionem.
[z] Nec mirum ſi referat eam in Patrem, cum loquatur ſecũdùm quod homo.
ad Rom. 4. 1. Corinth. 6. & 15. & 2. Cor. 4.

[a] Reſurrectio verò ſicut opera omnia ad extra, eſt à tota Trinitate.

§. VIII. Moraliter.

Sicut horribilia Ionæ pericula cautam docent eſſe animam eam, quæ nunquam cecidit; ita & inſperata illius ſalutis ſpes deſperatam eſſe non vult eam, quæ cecidit.

59. Qvoniam verò anima in eo ſtatu, in quo diximus, relictam fuiſſe poſt peccatum, à quo ſuis viribus reſurgere non poterat, in deſperationem fortaſſis incurrere poſſet, ſit hic locus pro noſtra doctrina de ſpe [b] virtute ſupernaturali, quam Deus in nobis reliquit poſt peccatum, vt credere, & ſperare poſſemus à ſolo Deo auxilium in eo ſtatu. Vnde Aug. *in titulo Pſalm.* 50. ita dixit; *Hic Pſalmus ſicut cautos docet eos, qui nunquam ceciderunt, ſic deſperatos eſſe non vult, qui ceciderunt: quiſquis ergo peccaſti, & dubitas agere pœnitentiam pro peccato tuo deſperando ſalutem tuam, audi Dauid gementem, ſi tibi non potuit intercludi peccatum, ſpes veniæ non intercludatur; ſola enim ſpes*, quemadmodum idem Auguſtin. dixit *lib.* 8. *de Ciuit. cap.* 15. *diſtinguit inter dæmones, & homines; niſi enim Deus*, ſicut dixit Iſaias *cap.* 1. *reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus*, metaphora ſumpta à re ruſtica, vbi cum exiguam meſſem collegimus, querimur, vix ſemina ſupereſſe: vix igitur deperdita gratia, & charitate, nobis relicta eſt ſpes, quæ quaſi [c] ſemen eſt totius vitæ ſpiritualis.

[b] Moraliter hic locus cõmendat ſpem ſupernaturalem, quæ in peccatore à pio Deo conſeruatur.
Auguſt.
Idem.
Iſai. 1.
[c] Relinquitur enim in peccantibus quaſi ſemen vitæ ſpiritualis.

60. Pro qua re videndus eſt Philo *in lib. de Abraham, & in lib.* quòd deterior potiori inſidiari ſoleat, *ſperare*, inquit, *proprium hominis eſt*, tanquam ij, qui non ſperant extra naturam rationalem cenſeantur, ac ſi ſolus homo ſit, qui ſperat, & bona ſe ſuſtinet ſpe; ſpem enim in foribus, ſeu ianitricem collocauit natura, intus verò cæteras virtutes, quas adire licet nemini, qui non priùs hanc vnam demeruerit; poſt ſpem ſecundum locum tenet pœnitentia peccatorum, & correctio; vnde eleganter aduertit D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 17. *art.* 8. ſpem priorem eſſe generatione charitate, & recedente [d] charitate ſpem non recedere, quam nobis reliquit Deus in ſeminarium vitæ ſpiritualis in voluntate. Notanda tamen eſt ea probatio quam D. Thomas affert in confirmationem eius veritatis, ea autem talis eſt: Quando proceditur ab imperfectioribus ad perfectiora, priùs generatur id, quod minùs perfectum; cum ergo actus ſperandi ſequatur actum amoris [e] concupiſcentiæ, & non actum amoris amicitiæ, priùs eſt in Deum ſperare, quàm Dei amicum eſſe, ac proinde læſa amicitia diuina, integra & ſalua remanet ſpes. Vnde pulchrè Philo aduertit tranſlatum fuiſſe Enoch, qui gratioſus dictus eſt, id eſt, in melius mutatum; hoc enim per allegoriam ſignificat tranſlatum fuiſſe; quæ tranſlatio verſionem, & mutationem ſignificat vitæ, quæ facta eſt, poſtquam homo ſperare cœpit; hæc enim mutatio fieri nequit ſine ope diuina, quam homo ſperat per ſpem ſibi nunquam defuturam etiam in extremis periculis, imò quò maior eſt calamitas, [f] eò maiorem ſinum expandit ſancta ſpes, ſperandu

Philo.
D. Thom.
[d] Ideo autem recedente charitate non deperditur.
Idem.
[e] Quia non ſequitur amicitiã Dei, ſed concupiſcentiam illius in nobis.
Philo.
[f] Eſt autem ſpes eo maior quo grauior calamitas ingruit.

rando non quancunque miſericordiam, ſed eam, quæ in extremo malo ſufficiat, qualis ſperanda eſt à Deo miſericordia, quam anima omnino oppreſſa perturbationibus, & à paſſionibus ſuperata dixit, *& ſubleuabis de corruptione vitam meam Domine Deus meus.*

TRACTATVS XII.

De verbis illis: *Cum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum. Qui cuſtodiunt vanitates fruſtrà, miſericordiam ſuã derelinquunt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcunque voui reddam pro ſalute Domino. Et dixit Dominus piſci, & euomuit Ionam in aridam.* Siue, *de exaudita oratione Ionæ, & eiuſdem eiectione in aridam.*

§. I. Ad Literam.

Vel ſola Dei recordatio in afflictione dilatat cor, cælum penetrat, Deum à ſede ſua euocat, ſibique præſentem reddit, quem modò abſentem inuocarat.

61.

Cum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſũ, vt veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuũ.

[g] *Verbum, anguſtiari, in Hebræo multiplicis ſignificationis.* Pſalm. 72.

VERBVM Hebræum pro quo tranſtulit vulgatus interpres, *anguſtiaretur*, [g] ambiguum eſt, ſignificat enim deficere, anguſtiari, operiri, excedere, ſicut patet ex Pſalm. 72. *Operti ſunt iniquitate*; quo in loco idem verbum Hebræum eſt, id eſt, induti ſunt, & quodammodo cooperti ſunt iniquitatibus; quod

Pſalm. 141. etiam verbum habetur *in Pſalm.* 141. cum dicitur, *in deficiendo ex me ſpiritum meum*, id eſt, quando meus animus defecit, ſeu quando inuolui, & operui in me ſpiritum meum, metaphora ſumpta à rebus, quæ complicari ſolent, vt in anguſtiori loco recipiantur; quando enim vehemens aliqua perturbatio terrorem, & metum incutit nobis, contrahitur quodammodo cor, & in anguſtum redigitur, atque operitur triſtitiæ tenebris; omnia enim hæc ſignificat vnum, & idem nomen Hebræum. In ea igitur perturbatione, inquit Ionas, quam paſſus ſum, quando me primò deuorauit

[h] *Præſertim verò arctiſſimam Ionæ de monſtrat agoniam,*

cetus, ad eas anguſtias redactus ſum, vt meus mihi animus pene defeciſſe videretur, cùm tanta calamitas nihil me de mea vita ſperare permitteret; quidquid tamen impoſſibile videbatur, fieri poſſe putaui vel ſola Dei auxiliantis recordatione, quod ſatis explicat ille locus ex Pſalm. 76. *Memor fui Dei, & delectatus ſum*, id eſt, animus meus puſillus, & anxius factus eſt, verum adueniente [i] Dei recordatione dilatatus eſt.

Pſalm. 76. [i] *Quam tam̃ Dei recordatione potuit alleuiare.*

62. Illud etiam hîc notandum eſt, quod iam ſuperiùs aduertimus, particulam, *vt*, nonnunquam apud Hebræos [l] accipi pro particula, *&*, atque vice verſa; vnde ſi verbum ex verbo ex Hebræo transferendum eſſet, ita potius legendum erat, *Cum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum, & veniet ad te oratio mea*, ſeu, *vt veniret ad te* [m] *oratio mea in templo ſancto Hieroſolymitano, in quo ſoles orationes audire, atque etiam ſacrificia accipere*; videtur enim Ionas alludere ad eum locum, qui eſt in *lib. 3. Regum cap.* 8. vbi ſic legitur Deum oraſſe Regem Salomonem in dedicatione templi, *quod ſi peccauerint tibi, & captiui tui ducti fuerint in terram inimicorum, & egerint pœnitentiam in corde ſuo, & orauerint te contra viam terræ ſuæ, quam dediſti Patribus eorum, & ciuitatis, quam elegiſti, & templi, quod ædificaui nomini tuo, exaudies in cælo, in firmamento ſolij tui orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum, & propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi.* Videtur igitur Ionas de ventre ceti aduersùs templum, vel ſaltem poſtulaſſe, vt eo ſaluo, & incolumi dignaretur Deus eius orationes in templo ſancto Hieroſolymitano exaudire, vel potiùs vim orationis commendat, quæ de ventre ceti penetrauerit [n] vſque ad ſummum cælum, quod Ionas hoc loco vocat templum ſanctitatis Dei, ſiue Deo conſecratum; ſic enim hunc locum etiam Theophylact. intelligit: clariùs Hieronym. quem ſequitur Remigius, quaſi velit tam promptum eſſe Deum ad audiendas orationes miſerorum hominum, vt de ſupremo cælo exaudierit orantem prophetam in profundo maris, & in extremis montium cauernis. Id quod miratur Tertull. *in lib. de Orat.* cum ita habet, *Dei aures ſonum expectant? Quomodo ergo oratio Ionæ de ventre ceti per tanta beſtiæ viſcera ab ipſis abyſſis per tantam æquoris molem ad cælum potuit euadere?* Atque ita hæc oratio eſt hominis ſperantis, nihil ſibi ſiniſtrum euenire poſſe, licèt in extremo periculo conſtituto, cum eius oratio ab eo loco, in quo erat, potuerit ſupremum cælum penetrare.

[l] *Particula, vt, idem valet, atque &, inter Hebræos.*

[m] *Dirigit orationem ſuam Ionas ad templum,* 3. Regum. 8.

[n] *Adeo efficaciter, vt cælum penetrauerit.*

Theophyl. Hieron. Remigius. Tertull.

63. Videndus eſt Aug. *in com. ſuper Pſal. 4.* cum explicat ea verba, *in tribulatione dilataſti mihi. Tanta eſt*, inquit, *vis orationis, vt iam præſentem* [o] *ſibi fecerit, quem modò, vt abſentem Deum inuocauerat*, cum dixit, *Cum inuocarem exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ.* Videndus eſt Chryſoſtom. *tom. 5. hom. de incomprehenſibili Dei natura.* Auguſt. *tract.* 1. *in epiſtolam Ioannis.* Cyprian. *epiſt.* 26. Sicut igitur hæc verba referuntur ad templum Hieroſolymitanum, ſiue potiùs ad ſupremum cælum, docet hic locus orationem eſſe eam, qua potuit Ionas à periculo [p] liberari, quemadmodum Euſebius *lib.* 11. *hiſtoriæ Eccleſiaſt. c.* 33. refert, Theodoſium Imperatorem præſidio orationis, magis quàm armorum à grauiſſimo periculo fuiſſe liberatum.

Auguſt. Pſalm. 4.

[o] *atque Deum ſibi fecerit præſentem, quem modò vt abſentem inuocauerat,*

Chryſoſt. Auguſt. Cyprian. Euſebius.

[p] *Et Ionam denique à periculo liberauerit.*

†

§. II.

§. II. Allegoria.

Dum Ionas ſua pro oratione obſecrat, Chriſtum Dominum præſigurat pro oratione populi ad Patrem perpetuò deprecantem.

64. Hieron.

Hieronymus hoc in loeo attentè notauit nouum orandi genus eſſe in bis verbis, cum Ionas dixit, *Domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea*; eſt enim oratio [q] pro oratione, precatur enim, vt oratio eius ad templum Dei conſcendat, atque ita bic locus referendus eſt ad ſacerdotium [r] Chriſti, ſic enim Remigius Hieronymum explicat: loquitur Chriſtus quaſi Pontifex, qui petit vt preces populi per eum ad templum Dei áſcendant, *Omnis nanque Pontifex*, ſicut Paulus dixit ad Hebræos 5. *ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis.*

[q] *Nouũ orandi genus, oratio pro oratione.*
Remigius.
[r] *ad ſacerdotium Chriſti Dominio referendum.*
Ad Hebr. 5.

65. D.Thom.

Qua de re videndus eſt D. Thom. *3. p. q. 22. art. 1. in corpore*, cum docet, officium ſacerdotis eſſe, diuina hominibus tradere, & humana Deo offerre; mediator [f] enim eſt inter Deum, & hominem, ac proindè offerre debet ante Deum preces, & orationes Eccleſiæ. Vnde Ambroſ. de Chriſto ſacerdote dixit in lib. de Iſaac, & anima, cap 8. *Ipſe ſie vox noſtra, per quam loquamur ad Patrem*; proptereáque Eccleſia nullam orationem ſolet offerre, niſi per Chriſtum, nouit enim nullam exaudiri poſſe, niſi ab eo offeratur, *Omnis enim oratio, quæ non fit per Chriſtum, peccatum eſt*, ſicut dixit Auguſt. *Pſalm.* 108. & Proſperus *eodem Pſalm.* vnde apud Patrem Deum perpetuò ſedet Chriſtus Dominus, non ſolùm quia æqualis eſt Patri, ſed etiam, quia aduocatus [t] eſt ante Patrem pro Eccleſia ſua; ſedere enim ſtatus eſt hominis implorantis auxilium, quemadmodum dixit Pierius Valerian. *lib. 43. de ſymbolis Ægyptius*: vnde Homerus introducit Vlyſſem ſedentem apud Alcinoum, cuius auxilium implorabat, & Dionyſ. Alicarnaſ. Marcium Coriolanum apud Actium Tullium Volſcorum Principem, cuius opem inuocabat in auxilium: ſic & mulier peccatrix ſedebat ſecus pedes eius, cuius auxilium inuocabat; ad ſacerdotem enim pertinet pro populo orare. Qua de re multa diximus in Commentario *ſuper 1. Ioann. epiſtolam cap. 2.* in illis verbis, *Aduocatum habemus apud Patrem.* Cum igitur Chriſtus Dominus orat pro oratione [u] populi ſui, officium ſacerdotis exercet. Poteſt etiam hic locus referri ad eum ſtatum, quem habuit anima Chriſti in horto; quando dixit, *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*; cum enim anguſtiaretur addidit, *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat calix iſte à me*, & moriens in manus Patris commendauit animam ſuam. Quæ omnia quadrare cum præſenti ſententia Ionæ videntur.

[f] *qui mediator inter Deũ & hominem.*
Ambroſ.
Auguſt.
Proſperus.
[t] *perpetuò apud Patrem ſedet aduocatus,*
Pier. Valer.
Homerus.
Alicarnaſſ.
1. Ioan. 2.
[u] *pro oratione populi ſemper orans.*

§. III. Ad Mores.

Vtilis profectò ea erit vitæ afflictio, quæ non in conuitia in Deum, ſed ad fundendas preces animorum impulit.

66. DOcet hic locus, quam vtilitatem percipere poſſit anima ex eo miſero ſtatu, in quem ſe viderat incidiſſe, & à quo nullis humanis viribus reſurgere poterat; Dei enim tunc [x] recordata eſt non in conuitia, ſed in auxilium eius implorauit opem, & non prouidentiam damnauit; Deum inuocauit, non accuſauit: ſolent enim plerique in tentatione Deum accuſare, quòd fragilem dederit naturam tentationibus expoſitam, & perturbationibus obnoxiam, ſic Deum accuſantes, & ſuum excuſantes peccatum: de quibus D. Auguſt. putat intelligenda eſſe ea verba Pſal. 58. *Non miſerearis omnium, qui operantur iniquitatem, indigni enim ſunt, quibus tu miſerearis, illi, qui cum implorare debeant* [y] *Dei auxiliantis opem, eius innocentiam accuſant*: qua de re videndus eſt Chryſoſt. *hom. 27. ſuper 1. ad Corinth.* cum ait, *non eſſe Deum accuſandum, quòd homines fecerit corporeos, non eſt enim cauſa malorum corpus; neque enim iniuſtum fecit Abelem corpus, neque Angelos ſanctos non habere corpus: vnde grauiùs peccauit Adam, quàm Eua, nanque Eua culpam retulit in ſerpentem, Adam autem in Deum*, cum dixit, *mulier quam dediſti mihi*, &c. Non eſt igitur accuſandus Deus in tentatione, ſed potiùs auxilium eius implorandum, quemadmodum feciſſe legitur Ionas [z] hoc in loco, cum dixit, *cum anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum*: hoc eſt, in eo grauiſſimo meo periculo, Dei ſubiit mihi recordatio, qui amico affectu erga homines eſſe ſolet, Dei igitur recordatus ſum, non vt eum accuſarem, ſed vt eum implorarem.

[x] *Vtilitas ex miſerrimo ſtatu ea colligitur, vt Dei recordetur miſer,*
Auguſt. Pſal. 58.
[y] *non in conuitia, ſed vt auxilium implores.*
Chryſoſt.
[z] *Qualiter feciſſe Ionam legimus in ventre ceti.*

§. IV. Ad Literam.

Qui ab alio, quàm à vero Deo in periculis auxilium implorant, vanè, gentilicè, ſuperſtitiosè, & fruſtrà laborant, & in ſe ipſos ſunt immiſericordes.

Qui cuſtodiunt vanitates fruſtra, miſericordiam ſuam derelinquunt.

QVamuis hæc verba non videantur cohærere cum præcedenti ſententia, cohærent tamen maximè; 67.
poſtquam enim Ionas expertus eſt diuinam miſericordiam, & diuinum auxilium, quo per tres dies conſeruatus eſt in ventre ceti, conſequens erat, vt omnes homines admoneret, ne aliunde, [b] quàm à Deo miſericordiam ſperarent; vana enim, & inania ſunt, quæcunque alia auxilia, quæ à Deo non ſunt. Non placet autem Theodoret. quatenus exiſtimat hæc verba eſſe in nautas, quos vanos vocat Ionas, quia ſorte vana, & falſa eum proiecetunt in mare. Cui expoſitioni videtur fauere ea verſio, quæ eſt apud Vatablum *qui obſeruant ſortes vanitatis*, id eſt, ſortes falſas; ſic enim ad hunc locum habet Theodoret. *Re falſa, & vana, edocti nautæ, ſorti obtemperantes, me nulla venia in mare tradiderunt.* Conſtat autem ſæpiùs ex *cap. 1.* Ionam commendaſſe [c] clementiam, & miſericordiam nautarum in ſe ipſum, ac proinde non poſſunt hæc verba contra eos eſſe.

[b] *Non aliunde quàm à Deo præſidiũ in periculis ſperandum.*
Theodor.
Vatabl.
[c] *Reiicitur Theodoret. hæc verba aduerſus nautas exponens.*

68. Varia autem eſt lectio huius loci, nam in Hebræo ita eſt, *qui cuſtodiunt vanitates nihili*, LXX. *qui cuſtodiunt vana, & mendacia*: Hieronymus, *Qui cuſtodiunt vanitates fruſtrà*, vt fini hæc verba referenda ad prophanos, [d] & ſuperſtitioſos homines, qui auxilium à falſis, & vanis idolis ſperant,

Hebraicè.
LXX Interp.
Hieron.
[d] *Hieronym. refert eadem in ſuperſtitioſos gentiles.*

rant, cum remedium à ſolo vero Deo expectandum ſit, ſicut Hierem. docet *in cap.* 14. *Nunquid ſunt in vanitatibus gentium, qui pluant?* Hieron. vertit, *in ſculptilibus gentium.* Similiſque locus erit ille ex Pſalm. 30. *Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacuè, ego verò in Domino ſperaui:* qui enim vel ab alio, quàm à Deo remedium vel ſperant, vel quærunt, non diſſimiles ſunt hominibus mendacia cuſtodientibus, & ſolidam veritatem, & miſericordiam relinquentibus.

Hierem. 14.
Pſalm. 30.

69\. Vel potiùs eſt hic [e] locus in ingratos homines, accuſat enim Ionas quoſdam, qui beneficiorum ſtatim obliuiſcuntur, quæ à Deo acceperunt, cum tamen beneficij accepti meminiſſe ſemper oporteat, dati perpetuò obliuiſci, qua in re imitandi nobis ſunt fertiles agri, qui multo plus referunt, quàm acceperint. Vnde Cicero dixit lib. 2. de officiis, *pauper, ſi bonus eſt vir, ſi referre gratiam non poſſit, quia beneuolus eſt, habere poteſt; neque enim natura* [f] *pauperē aliquem fecit ad gratias habendas, quæ enim meminit, ſine impendio gratus eſt,* ſicut dixit Seneca lib. 3. de benefic. *hoc quod non operam exigit, non opes, non fœlicitatem, qui non præſtat, nullum habet, quo lateat patrocinium, præſertim ſi de beneficiis diuinis agenda ſit gratia,* de qua loquitur hoc in loco Ionas. Pro qua re videndus eſt elegantiſſimus locus apud Bernard. *in ſerm.* 1. *in c. ieiunij*, cum explicat ea verba: *vnge caput tuum. Quod dederat, repetit Chriſtus Dominus, vt non minus habeas, ſed ne* [g] *tibi pereat, quidquid ad Deum referre volueris; ſiquidem & fluminis aqua, ſi ſtare cœpit, putreſcit, & inundatione facta ſuperuenientes repellitur: ſic planè, ſi gratiarum ceſſat decurſus, vbi recurſus non fuerit, non modò, non nihil augetur ingrato, ſed & quod acceperat, vertitur ei in perniciem.*

[e] Vel potiùs eſt hic locus in ingratos.
Cicero.
[f] Natura pauperē nullum fecit ad gratias habendas.
Seneca.
Bernard.
[g] Ne tibi pereat, quod ſupereſt, Deo offer.

70\. Vnde Philo dixit in lib. de plantatione Noe, *Nihil eſt Deo magis proprium, quàm benefacere, nihil* [h] *creaturæ, quàm gratias agere, cum tamen nihil rependere valeat; nam ſi quid aliud retribuere voluerit, id inueniet, iam antea, non ad creaturā offerentis, ſed ad ipſius omnium poſſeſſionem pertinere: ergo qui didicimus, vnum ſolum opus nobis competere ad honorem Dei faciens, videlicet gratiarum actionem, eam ſemper, & vbique meditemur.* Quo pacto intelligendus eſt ille locus *Pſal.* 56. vbi poſteaquàm regius vates enarrauit beneficia omnia diuina, quæ à Deo in eum collata ſunt, quando Saül rex eum quærebat, vt interficeret, ſtatim addidit, *Exurge gloria mea, exurge pſalterium, & cithara;* ſuam enim animam, & cætera muſica inſtrumenta admonent, vt dormientem excitent à ſomno ad agendam gratiarum actionem pro beneficiis acceptis; ſed ſtatim ſe ipſum corrigit, quaſi neceſſaria non ſit alicuius admonitio [i] ad excitandum gratum hominem, *exurgam,* inquit ille, *diluculo,* id eſt, antequam me excitetis, iam inuenietis vigilantem gratum Dauidem. Non igitur Ionas eſt ſimilis hominibus, qui acceptorum beneficiorum ſtatim obliuiſcuntur, ſed perpetuam eorum habet recordationem; hoc enim ſignificant ſequentia verba, cum dixit, *ego autem in voce laudis immolabo tibi;* ſui enim ipſius obliuiſcitur, qui Dei miſerentis obliuiſcitur: ita putat Theophyl. intelligendum eſſe hunc locum de ingratis, ſcilicet, hominibus, in quorum numero non vult eſſe Ionas Propheta.

Philo.
[h] Creatura propriū gratias agere.
Pſal. 56.
[i] Ideoq; gratus animus non indiget admonitione.
Theophyl.

71\. Sed placet magis, vt hic locus referatur ad idololatras [l] homines, qui miſericordiam expectant à falſis Diis, cum ea ſola à vero Deo eſſe poſſit; hoc enim ſignificant ea verba, *qui cuſtodiunt vanitates fruſtra, miſericordiam ſuam derelinquunt.* Quo pacto intelligendus eſt ille locus Pſal. *Semel locutus eſt Deus, & duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia;* id eſt, hæc duo in ſolo Deo vniuntur poteſtas & miſericordia, cætera omnia nec miſereri, nec adiuuare poſſunt. Videndus eſt Auguſt. *in Pſalm.* 48. cum explicat ea verba Pſalmi, *Deus noſter refugium, & virtus: Sunt alia,* inquit ille, *refugia ſine virtute, ad quæ, dum confugimus, timemus, quales ſunt falſi* [m] *Dij, refugia ſcilicet, falſa, caſſa, & inania.*

[l] Sententia D Hieron. magis probatur.
Auguſt. Pſal. 48.
[m] Falſi ſunt enim, & caſſa refugia ſine Deo.

§. V. Allegoricè.

Iudæi cuſtodientes ſepulchrum Chriſti, dormientes cuſtodierunt miſericordiam, vigilantes autem quæſierunt vanitates.

72\. QVòd verò attinet ad allegoriam huius loci, exiſtimat Theophylact. hæc verba referenda eſſe ad eam vanam, & inermem cuſtodiam, [n] qua Iudæi cuſtodierunt ſepulchrum Chriſti; nolebant enim eum reſurgere, à cuius reſurrectione mundi pendebat remedium, ſuam relinquentes miſericordiam, vanitates quærebant: quos irridet eleganter Petrus Chryſol. *ſerm.* 37. cum dixit, *miror, quòd Iudæus Chriſtum requirat, quem inter duos latrones feraliter collocarat; commiſit malè, cuſtodit impiè, iniquius requirit, Chriſtus perire non poteſt, ſed tu eum tibi tuo ſcelere perdidiſti, dormientes cuſtodiunt* [o] *miſericordiam, vigilantes mendacia, & vanitates ſequuntur.* Putat autem D. Hieronym. quem ſequitur Remigius, cætera Prophetæ verba intelligenda eſſe de Chriſto Domino, qui à morte deuoratus eſt, pro ſalute noſtrûm omnium, & ſe ipſum in gratiarum actionem perpetuò ante Patrem offert, ſacrificium pariter, hoſtia, & ſacerdos.

Theophyl.
[n] Allegoricè hæc refert Theophyl. ad cuſtodiam ſepulchri Chriſti per Iudæos.
Chryſolog.
[o] qui dormientes cuſtodiunt miſericordiam, vigilantes quærunt vanitates.
Hieron.
Remigius.

§. VI. Ad Mores.

Non deſerit nos vnquam miſeratio diuina, niſi vltro priùs deſeratur à nobis.

73\. DOcet verò hic locus paratam ſemper eſſe Dei miſericordiam, & vltro ſe offerentem, quam nos ſponte [p] noſtrâ relinquimus, ſicut ait Ionas, *qui cuſtodiunt vanitates fruſtra, miſericordiā ſuam derelinquunt.* Quo ſenſu intelligendus eſt ille locus ad Hebr. 12. *contemplantes ne quis deſit gratiæ Dei;* videtur enim quodammodo miſericordia diuina ſingulos homines inuitare, ſed hominum ingrata conditio eam reſpuit. Videndus eſt Chryſoſt. *hom.* 18. *ſuper epiſt. ad Roman.* in illis verbis, *tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem:* videndus eſt D. Bernard *ſerm.* 3. *de Epiphan. Domini,* cùm explicat illa verba, *vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? Hinc,* inquit, *datur intelligi, quemadmodum humanum flagitantes conſilium, diuinum amiſerunt* [q] *ducatum, & conuerſos ad terrenum documentum, ſignum cæleſte deſerunt; vltro ſe obtulerat Deus vt adiuuaret, & duceret, vltro ducentem Deum reliquerunt, quærentes mendacia, & vanitatem, veram miſericordiam deſeruerunt, cum tamen nullo modo deſerenda ſit miſericordia propter mendacium, & vanitatem.*

[p] Miſericordiam Dei vltro reliquit, qui ad vana confugiunt.
Hebr. 12.
Chryſoſt.
Bernard.
Matth. 2.
[q] Amittunt enim diuinū ducatum ad terrena conuerſi documenta.

§. VII.

§. VII. Ad Literam, & Allegoricè.

Quòd nulla apud veteres oblatio pro ſalute ſine laude, & libamine, conuiuiúmve ſine vini calice in orbem ducto, ſymbolum fuit Euchariſticæ victimæ.

74. *Ego autem in voce laudis immolabo tibi.* SEnſus huius loci talis poteſt eſſe, vt dicat Ionas, non alij, ſed tibi perpetuò acceptam referam eam ſalutem, & vitam, quam habeo, in voce confeſſionis, ſiue laudis, agnoſcendo me tuo beneficio conſeruatum fuiſſe, pietatem, & clementiam tuam perpetuò laudabo, à qua ſola potui liberari ab eo periculo, in quo ſum; Dei enim ſolius eſt ſalutem, & vitam dare, datamque conſeruare. Dupliciter [r] autem poteſt intelligi id, quod Ionas dixit, *in voce laudis immolabo tibi*; vel ita vt laudes, & hymnos in honorem Dei appellet ſacrificia, per tranſlationem tamen, ita vt polliceatur ſe Deo oblaturum oblationes, & laudes in ſacrificium pro ſalute accepta; & præterea cætera omnia redditurum eſſe, quæ vouerat, dum eſſet in ventre ceti; qualis locus eſt ex Pſalm. 49. *immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua.* Vel poſſunt ſignificare hæc verba, non ſine [f] laude, & hymnis ſibi ſacrificandum eſſe in templo, more eorum, qui pro ſalute accepta ſacrificare ſolent. Vnde Vatablus ita vertit hæc verba, *voce gratulatoria tibi ſacrificabo quæcunque voui, ipſa ſalus Domini eſt*, id eſt, quia ad Dominum ſpectat ſalus. Similia habet Theophylact. cum exiſtimat hæc verba referenda eſſe ad ſacrificia ſalutaria, qualia fieri ſolebant in lege, non ſine libatione, pro ſalute accepta: qualis eſt ille locus ex Pſalm. 115. *Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo*: id eſt, calicem ſalutiferum, vel teſtem, & indicem ſalutis meæ offeram, & ſacrificabo, ſiue libabo Domino vinum in gratiarum actionem, pro vita, & ſalute mea eius beneficio conſeruata: alludit enim ad veteres [t] legis cæremonias, in quibus nulla oblatio pro ſalute ſine libatione, & nullum feſtum, ſiue conuiuium, in quo calix vini non benediceretur, & in orbem daretur conuiuantibus in gratiarum actionem, charitatis, & communionis ſymbolum, ſicut aduertit ex veteri rituali, & cæremoniarum libro Hebræorum Cæſar Baron. *tom. 1. annal. anno. 33. cap. 39.* ſic etenim docet Rabbi Dauid. *comm in Pſalm.* 115. cum *calicem ſalutaris accipiam*, explicat, *calicem ſalutis attollam*; ſic enim commemorabo in gratiarum actionem ſalutem, quam Dei beneficio accepi. Similia habet Rab. Moyſes.

[r] Duplex ſenſus huius ſententia.
Pſalm. 49.
[f] Non ſine laude & hymnis ſacrificandum.
Vatabl.
Pſalm. 115.
[t] Nullo item oblatio apud veteres pro ſalute ſine libatione.
Cæſ. Baron.
Rab. Dauid.

75. Commodè autem res transfertur ad ſacramentum Euchariſtiæ, cuius typus [u] fuerunt ea libamina, ſeu ſacrificia, quæ pro ſalute accepta, vel conſeruata offerri conſueuerant apud Hebræos, imò & apud gentiles, quemadmodum docet Athenæus *lib. 1. cap. 9.* Quo ſenſu intelligendus eſt ille locus obſcurus apud Lucam *in cap.* 22. de ſecundo calice poſt cœnam typicam, cum gratias agens Chriſtus Dominus dixit, *Accipite, & diuidite illum inter vos, à modo non bibam de hoc genimine vitis, quouſque regnum Dei veniat.* Conſuetum enim erat apud Hebræos, quando pro ſalute ſacrificabant, Patremfamiliâs [x] ſingulis de familia ſua propinare calicem in gratiarum actionem. Ex quibus colligitur hunc poſſe eſſe ſenſum horum verborum Ionæ, *Ego autem in voce laudis immolabo tibi*, id eſt, conuiuium faciam, libabo tibi vinum, ſicut fieri ſolet à noſtris Hebræis, quandu pro ſalute conſeruata in gratiarum actionem vota perſoluunt.

[u] In typum Euchariſtia.
Luc. 22.
[x] mos erat vt calicem propinaret Paterfamilias ſingulis de familia pro ſalute.

§. VIII. Ad Literam.

Quanuis incertum ſit, quo loco Ionas fuerit à ceto expoſitus: probabiliùs creditur ad ſinum Iſicum prope Seleuciam fuiſſe eiectum.

Et Dixit Dominus piſci, & euomuit Ionam in aridam. HOc miraculo & Chriſti Reſurrectio figurata eſt ad viuum, & ſpes confirmata totius noſtræ carnis reſurgentis; vtrunque enim poſtulabat, non minus, quàm fuit hoc documentum, ad ſui fidem, ſicut latiùs dicemus inferius: frequentiſſimè autem in Scriptura, dicere, [z] pro, imperare, ponitur, ſicut patet Geneſ. in cap. 1. *dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux*, ſeu *imperauit*, vel *voluit*. Sic etiam hoc in loco voluit Deus, vt cetus reuomeret Ionam, & hoc ei imperauit, vt ipſum ſaluum, & incolumem, atque integrum in littore exponeret poſt tres dies: ſolent enim prophetæ ea, quæ diuino afflatu fiunt, per imperium facta eſſe dicere, ſicut patet *lib. 3. Reg.* vbi dicitur Deum præcepiſſe mulieri viduæ Sareptanæ, vt Eliæ prophetæ cibum miniſtraret, id eſt, diuinitus eam impuliſſe, qua de re videndus eſt Auguſt. *ſerm. 12. de tempore*, & Rab. Moyſes *lib. 2. doctoris cap. 28.* Quia igitur Deus inſtinctu quodam diuino cetum impulit, [a] vt ad litus accederet, & Ionam euomeret, ei præcepiſſe dicitur, ſicut ad hunc locum eleganter dixit Theophylact. *præcipitur per diuinam potentiam balena, quæ ſtatim inexplicabili quadam ratione ad diuina maieſtatis voluntatem mouetur, & incolumem, atque illeſum vatem reddidit.* 76.

[z] Dicere Dei in Scriptura idem, quod imperare.
Gen. 1.
3. Reg.
Auguſt.
Rab. Moyſ.
[a] Inſtinctu diuino Deus cetum impulit, vt Ionam euomeret.
Theophyl.

Hic autem locus poſitus eſt in ſtatu coniecturali, neque enim conſtat [b] inter Patres, quibus orbis in oris expoſitus fuiſſet Ionas; neque enim credibile eſt, enauigato mediterraneo Mari in Oceanum Indicum veniſſe cetum per fretum Guaditanum, indéque nataſſe per tres ſolùm dies vniuerſam maritimam regionem Aphricæ, & ſuperato tormentoſo promontorio, ſiue bonæ ſpei, tandem perueniſſe ad Sinum Perſicum, vnde non reſtat longa via ad Niniuem vrbem, quæ caput fuit Aſſyriæ, quanuis enim id fieri potuerit vi diuina, nulla ſe offert ratio, cur credamus ita factum eſſe. 77.

[b] Quo enim loco expoſitus ſit Ionas, non conſtat.

Quare Iſidorus Clarus Brixianus *in Com. ſuper hunc locum*, propter ſolam authoritatem Ioſephi Hebræi *in libro 9. antiq. cap. 11.* exiſtimat expoſitum fuiſſe prophetam [c] in littore maris Euxinij, ſiue maris maioris; quem ſequitur Ioann. Cathard. & Carolus Sigonius *in com. ſacra hiſtoria Sulpitij*: quæ ſententia ſola Ioſephi authoritate nititur, alioquin credibile non eſt expoſitum [d] fuiſſe vatem in ea orbis parte, quæ maximè diſtat à Niniue vrbe, vnde propheta tam longum faceret 78.

Brixianus.
Ioſephus.
Cathardus.
Sigonius.
[c] Secundùm Ioſephū creditur, expoſitum in littore maris Euxinij.
[d] Sed opinio iſta reiicitur.

Google

faceret pedeſtre iter, nam inter mare Euxinium: & Niniuem vrbem vaſtiſſima terrarum ſparia interiaceot, eademque deſerta, per quæ oon eſt credibile voluiſſe Deum vt propheta peregrinus iter faceret ſolus;interiacet enim Colchis,Iberia, Albania, Armenia vniuerſa, atq; aliæ vicinæ Prouinciæ.

79. Propterea aliis placuit expoſitum fuiſſe vatem prope Syriæ fines in littore maris Syriaci prope [e] Seleuciam vrbem, quæ ciuitas eſt prima Syriæ,quemadmodum docet Strabo *lib.11.& 14. atque 15.* neque aliud volunt, qui aſſerunt expoſitum fuiſſe ad ſinum [f] Iſicum, ad eam enim orbis partem Syriacum mare eſt: vnde breuior eſt via ad Niniuem ciuitatem; quàm fuerit à littore maris Euxinij: probabile [g] autem valde eſt, ibi expoſitum fuiſſe vatem, vnde breuius eſſet iter io Niniuem vrbem.

[e] *Aliis placuit fuiſſe expoſitum prope Seleuciam.* Strabo.
[f] *Siue ad ſinū Iſicum vnde breuiter eſt via ad Niniuem.*
[g] *Quod magis probatur.*

80. Certiſſimum tamen eſt, quòd ab ea parte, in qua expoſitus fuit Ionas ad ciuitatem vſque Niniuem tantam eſſe diſtantiam, vt credibile nullo modo ſit,nondum ſordibus [h] ablutum, quas fortaſſis attulerat ex viſceribus ceti, ad Niniuem appuliſſe prophetam,*neque enim viri ſancti ſordes amant*, quemadmodum ex recentioribus dixit quidam.

[h] *Id tamen certiſſimum non iuiſſe Ionam ad prædicandum ſordidatum. ſicut exierat à ventre ceti.*

§. IX. Allegoria.

Sic cum reſurrectione Dominica quadrat Ionæ in littus eiectio, vt illi facto, tempore, & loco ſimilis, noſtram item reſurrectionem mirificè confirmet.

81. Figoratam verò fuiſſe hoc in loco Chriſti ſeruatoris reſurrectionem, adeo manifeſtum eſt, vt iaio non iodigeat confirmatiooe; vnde Chryſoſt. & OEcumenius per alluſionem [i] ad hunc locum exiſtimant intelligenda eſſe ea verba Actor.2.*quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni*,metaphora ſumpta à piſce, qui poſtquam deguſtauit eſcam cum hamo, vehementer excruciatur,ſicut feciſſe credibile eſt cetum, poſtquam Ionam deuorauit:talis reddita eſt mors poſtquam demortuum Chriſtum excepit,neque enim priùs ceſſauit,quàm ſaluam,& iocolumem, immortalem, & impaſſibilem redderet, quem mortuum acceperat; tunc enim dolores depoſuit, quibus cruciabatur,cùm eum viuum expuſuit.

[i] *Manifeſta alluſio reſurrectionis Chriſti ad hunc locum.* Chryſoſt. OEcumen. Actor. 2.

82. Quadrat autem eum hac figura id, quod diximus de Iona, [l] eum ſcilicet expoſitum fuiſſe in littore Syriaco,hoc eſt, inter gẽtes,non inter Hebræos,vt oſtendatur mortem relictam fuiſſe ſanguinarijs Hebræis, nobis verò immortalem reſurrectionem,ſicut pulchrè notauit Baſilius *c.11. Iſai.*cùm explicat ea verba, *& erit ſepulchrum eius glorioſum. Iudæis mortem reliquit, gentibus gratuitam reſurrectionem,quod illi clamaſſent, ſanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros: mors poſtulata relicta eſt Hebræis, nobis verò expetita reſurrectio:* dum Ionas in aridam Syriacam expoſitus creditur, *ſic enim aſcendit de interitu vita,* quemadmodum notauit Theophylactus.

[l] *Eſt enim in expoſitione Ionæ ſumma cum reſurrectione Chriſti conformitas.* Baſilius. Mat. 11.
Theophyl.

83. Confirmata autẽ eſt hoc [m] miraculo ſpes vniuerſæ noſtræ reſurrectioois,quæ maximè periclitatur,dum morientibus omnibus hominibus neminem reſurgentem vidimus; quæ fuit cauſa, vt in quocunque [n] ſtatu hominis editom fuerit aliquod miraculum ad confirmandas iacentes ſpes noſtræ reſurrectionis, ſicut latè docet D. Thomas ad Hebr.lect.2. *Atque ita in lege Naturæ demortuo Abele tranſlatus eſt Enoch; in lege ſcripta Elias aſſumptus,Ionas poſt tres dies reiectus: in lege autem gratia longè illuſtriori miraculo poſt tres dies,non deuoratus ſolum,ſed demortuus, reſurrexit Chriſtus Dominus immortalis.*

[m] *Confirmatur etiam hoc miraculo ſpes reſurrectionis noſtra,*
[n] *Quia in omni ætate ſingulariter corroborata fuit,* D.Thom.

84. Similia habet Tertullian. in lib. de Reſurrectione carnis cap. 58.*quod veſtimenta, & calceamenta filiorum Iſrael quadraginta illis annis indetrita,& inabſoleta manſerunt, quo Babylonij ignes trium fratrum Hebræorum, nec tiaras nec ſarabalas, quanquam Iudæis alienas, laſerunt, quod Ionas deuoratus à bellua maris, in cuius aluo naufragia digerebantur,triduò poſt incolumis expuitur, quod hodie* [o] *Enoch, & Elias nondum reſurrectione deſpuncti,quia nec morte defuncti, quia tamen de orbe translati, & hoc ipſo iam æternitatis candidati, ab omni vitio, & ab omni damno immunitatem carnis ediſcunt, cuinam fides teſtimonium ſignant? niſi quia credi oportet, hæc futuræ integritatis eſſe documentum.* Videndus eſt Auguſt. *ſerm.* 143. vbi ita ait: *Propria fides eſt Chriſtianorum, reſurrectio mortuorum,hanc in ſeipſo Chriſtus caput noſtrum fecit, & exemplum fidei nobis præſtitit, vt hoc haberent membra,quod præceſſit in capite:*quibus habet ſimilia *ſerm.147.hæc fides*, inquit, *eſt noſtra, hoc donum Domini noſtri Ieſu Chriſti nobis in carne promiſſum eſt,& in ipſo præceſſit exemplum.* Sicut igitur Ionas poſt tres dies in aridam poſitus eſt,ſic etiã expuſitus eſt iterum viuus [p] Chriſtus Dominus in mundo poſt tres dies:ſic pariter vniuerſa noſtra mortalitas in aridam, ſiue in cælum exponetur immortalis, & impaſſibilis in communi carnis reſurrectiooe.

Tertull.
[o] *Et multis comprobata exemplis,*
Auguſt.
Idem.
[p] *Præſertim verò Ionæ & Chriſti Domini miraculo.*

85. Si quis autem quærat, cur non ſtatim poſt mortem reſurgant noſtra corpora,legat Bernard. ſerm.3.in feſto omnium Sanctor. *Acceperunt iam* inquit,*ſuas ſinguli ſtolas,ſed non veſtientur duplicibus,donec veſtiamur & nos,quomodo de Patriarchis, & prophetis* ait Apoſtolus *ad Hebr.* 11. *Deo melius aliquid pro nobis prouidente,vt non ſine nobis conſummarentur*;non quòd animæ Sanctorum iam non videant Deum,ſed quòd pignoris [q] loco depoſita ſint apud nos eorum corpora, Deo ita diſponente, vt noſtrum omnium memores ſint io cælo.

Bernard.
Hebræor.11.
[q] *Non reſurgunt autem illico poſt mortem ſanctorum corpora,vt ſint nobis pignoris loco.*

§. X. Ad Mores.

Anima,quam poſt peccatum labores inuenerunt,per eoſdem conſcientiæ puritatem, & quietem pariter adipiſcetur.

Reliquum iam erat profugam à Deo animam per inobedientiam,tandem poſt labores, & naufragium ad Deum conuerſam, tandem ad eam pacem reſtitueretur,vnde ablata eſt peccando;ſolet enim plerunque Deus per aduerſa huius ſæculi animam deducere ad tutum, & tranquillum ſtatum, quem ſola pura conſcientia [r] reddere poteſt. Vnde eleganter Bernard. notauit *in ſerm quodam de D.Benedicto* explicans ea verba, *ſedebo in monte teſtamenti,& ero ſimilis Altiſſimo: millia millium*,inquit Bernard.*miniſtrant ei, & tu ſedebis? Seraphin ſtabant,& non ſedebant,quid laboraſti,vt iam ſedeas?* Sic enim loquitur cum primo Angelo Bernardus,recenter creato, qui ante-

[r] *Quietem animæ ſola pura conſcientia reddere poteſt.*
Bernard.

quam laboraſſet, ſedere volebat, cum non eatut quies, niſi [f] laboribus. Videndus eſt Tertul. *in lib. de corona militis*, cum ootauit priùs Chriſtum Dominum guſtaſſe fel io cruce, quàm mel in littore: priùs io cruce ſalutatom fuiſſe Regem Iudæorum, quàm in cælo Regem gloriæ declaratum. Videodus eſt Aug. *ſerm. 2. ſuper Pſ. 36.* cum explicat ea verba pſalmi, *à Domino greſſus hominis dirigentur, & viam eius volet.* Videndus eſt etiam Hieron. *in Pſal. 66.* Sic igitur ea anima, quæ labotauetat, taodeio poſt tres dies in aridam, hoc eſt, in pacem, & tranquillitatem reſtituta eſt.

Tertull. [f] *Neque aliter quàm laboribus comparatur.*

August. Pſal. 36.

Hieron.

CAPVT TERTIVM

Prophetia Ionæ.

ET factum eſt verbum Domini ad Iomam ſecundò, dicens: Surge, & vade in Niniuem ciuitatem magnam, & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. Et ſurrexit Ionas, & abiit in Niniuem iuxta verbum Domini: & Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. Et cæpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius, & clamauit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur. Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis, à maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbum ad Regem Niniue, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore Regis, & Principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quidquam, nec paſcantur, & aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines, & iumenta; & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam loquutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.

TRACTATVS XIII.

De verbis illis: *Et factum eſt verbum Domini ad Ionam ſecundò, dicens: Surge, & vade in Niniuem ciuitatem magnam, & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. Et ſurrexit Ionas, & abiit in Niniuem iuxta verbum Domini, & Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. Et cæpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius, & clamauit & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.* Siue, *De prædicatione Ionæ in Niniue.*

§. I.

Ad Literam, & Mores.

Propheta, qui imperantem non ſenſerat Dominum, liberantem intellexit, vt continuò obediret.

Et factum eſt verbum Domini ad Ionam ſecundò, dicens: Surge, & vade in Niniuem ciuitatē magnam.

1\. EDoctus iam propheta ſuo oaufragio diuinis obtemperare præceptis, ſecundò [a] mittitur à Deo in Niniuem ciuitatem, cuius præceptom diſcutere ampliùs noluit, ſed continuò ſurrexit obediens, & qui imperantem oon ſenſerat Dominom, liberantem intellexit. Docet aotem hoc tertium caput, quanta ſit vis veræ pœnitentiæ, quæ pariter ſolo & cælo æquauit vrbem omnium maximam: etenim ſimitum eſt id, quod in libro Ioſue dicitur *cap. 6.* quòd mœnia Iericho euerſa fuerint non aliis machinis, quàm clāgentibus ſacerdotum tubis, & clamantibus vniuerſis militibus: magis mirandum eſt, quòd ſolius vnius hominis voce, eiuſdémque peregrini euerſa [b] ſit ea ciuitas, quæ omnium maxima erat, & io melius ſtatim reparata, quemadmodum docet Auguſt. lib. 2. de Trinitate cap. 24. *Euerſa eſt Niniue, quæ mala erat, & bona ædificata eſt.* Quibus habet ſimilia idem Auguſtinus Pſal. 50. *Euerſa eſt in malo, ædificata eſt in bono: ſicut euerſus eſt Saulus perſequutor, ædificatus eſt Paulus prædicator.* Atque vtinam ita euerterentur vrbes omnes totius Orbis, quæ non ſic euertuntur, vt ſint, quod non erant, & non ſint, quod erant, potiùs ædificaotur, quàm deſtruuntur.

[a] *Secundò mittitur Ionas ad Niniuem.*

Ioſue 6.

[b] *Quæ ſolius Ionæ prædicatione euerſa eſt, & reparata:* August.

2\. Non eſt autem nobis immorandom io his verbis, cum iam ſatis dixerimus de hoc argumento, atque etiam de materia huius Prophetiæ,

[c] De qua prædicatione Ionæ ſuprà tract. 1. §. 1. & 2.

tiæ, [c] & concionis, ad quam miſſus eſt Ionas ad initium capitis primi: vbi diuinum oraculum præcepit Ionæ Prophetæ, vt in Niniuem ad prædicandum proficiſceretur, & argumentum ſuæ prædicationis docuit, cum dixit, *Surge, & vade in Niniuem Ciuitatem grandem, & prædica in ea, quia aſcendit malitia eius coram me.* Quapropter properantes ad ea, quæ nouam difficultatem habent, explicabimus ſequentia verba.

§. II. Ad Literam.

Amplitudinem Niniue Hebraica litera per figuram, vulgata verò ſimpliciter declarat; ea autem traditur in ambitu quindecim leucas habuiſſe Hiſpanicas, longitudinis quatuor, latitudinis verò tres.

3. *Et erat Niniue ciuitas magna itinere trium dierum.* { ID quod vulgatus Interpres hoc in loco omiſit, peculiarem habet difficultatem; ſic enim potiùs habet Hebraica veritas, *erat autem Niniue ciuitas magna* [d] *Deo*: Chaldaicè, *erat autem Niniue ciuitas magna coram Deo*: quem Hebraiſmum ita potiùs interpretandum putat Theodoretus quem ſequitur Theophylact. *Magna dicitur, quia plurimi eam faciebat Deus, cùm in ea magnam hominum multitudinem produxiſſet.* Elegantiùs multo D. Chryſoſtomus homil. de Iona Propheta, tom. 1. *Statim*, inquit, *Ionas de vocabulo vrbis hortatur, & vrbem laudando prædicit futuram veniam, quaſi peccatis omnino minima fuerit ea Ciuitas, Deo autem magna; parua ſceleribus, miſericordia grandis.* Videtur autem in his verbis potiùs Hebraiſmum eſſe, qui ſæpiùs occurrit in Scriptura; cùm nomen Dei appoſitum alicui rei, eius [e] magnitudinem, & amplitudinem ſignificat, ſiue honeſta ſit res, ſiue turpis. Sic intelligendus eſt ille locus Geneſ. 1. *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas*, id eſt, vehemens turbo mouebat aquas. Sic Iob in cap. 1. *Ignis Dei cecidit de cælo*, id eſt, magnum incendium. Similis eſt locus Iob in cap. 6. *Sagitta Domini*, id eſt, dolores acerbiſſimi. Sic ſimiliter *Ciuitas magna Deo*, hoc eſt, vaſtiſſima, quam ſcilicet trium dierum ſpatio vix quiſquam poſſet perambulare, ſicut aduertunt grauiores Interpretes, Pagninus, Iſidor. Clar. Brixianus, Franciſcus Vatablus, quibus apertè fauet vulgatus Interpres, cum ſimpliciter dixit, *Niniue erat ciuitas magna*, omiſſo [f] nomine Dei, ad oſtendendum Hebraiſmum eſſe, & phraſim ſacræ Scripturæ, qua ſignificat ea, quæ magna ſunt ſimpliciter, magna Dei eſſe, ſiue magna Deo.

Hebraicè. Chaldaicè.

[d] Particulâ Deo omiſſâ vulgatus, quam veritas Hebraica importat:

Theodor. Theophyl. Chryſoſt.

[e] per Hebraiſmum ſignificans rei magnitudinem.

Geneſ. 1. Iob 1. & 6.

Pagnin. Brixian. Vatabl.

[f] Significationem expreſſit vulgatus omiſſo Hebraiſmo.

4. Verùm ex recentioribus cuidam [g] non placet hæc expoſitio Hebraiſmi; tum quia quando nomen Dei apponitur ad ſignificandam magnitudinem alicuius rei, non additur adiectiuis nominibus, ſicut hoc in loco factum eſt, cum dicitur, *Ciuitas magna Deo*; ſed potiùs nominibus ſubſtantiuis, vt *Cedrus Dei, iuſtitia Dei, montes Dei*, id eſt, altiſſimi montes. Quod quanuis apud eum videatur fortiſſimum fundamentum, nobis [h] non ita videtur; præſertim cùm idem prorſus ſit *magna Deo, & magnitudinis Dei*; ſic enim nomen adiectiuum Hebræum vertendum eſt, quod tanquam certum ſupponunt grauiores Interpretes. Probabilius videtur id, quod [i] addidit, hunc Hebraiſmum Chaldaicam Paraphraſim ita vertiſſe, *Niniue ciuitas magna coram Domino*: qualis eſt ille locus Geneſ. 10. *Ex hinc prouerbium, quaſi Nembroth robuſtus venator coram Domino*, id eſt, qui ſæpiſſimè robuſtiſſimus fuit vir; id enim, quod coram Deo tale eſt, certiſſimè ita eſt, quaſi ſit factum in conſpectu diuino. Quo pacto interpretandus eſt ille locus ex *Pſal.* 50. cum regius vates dixit, *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci*, id eſt, te ſolum offendi, qui te ſolo ſpectante adulterium commiſi, quanuis enim meum adulterium latere potuit humanos oculos, nunquam tamen latere potuit diuinos. Atque ita illud dicitur magnum, vel paruum, certum, vel incertum quod [l] coram Deo fieri dicitur; de quocunque enim alio aſpectu poſſumus diuerſa opinari, de diuino minimè, quia certiſſimus eſt aſpectus, ſeu oculus diuinus. Quoniam igitur incredibile videbatur tam vaſtam eſſe vrbem Niniuem, vt vix potuerit itinere trium dierum peragrari, meritò addit Propheta, *magna Deo*, ſiue *coram Deo*, vel, *in conſpectu diuino*, ne magnitudo vrbis fidem adimeret.

[g] cuius expoſitionem non admittit quidam;

[h] ſed refellitur in eo:

Gabr. à Coſta in Ionam Prophetam.

[i] ſed probatur, quod addit.

Geneſ. 10.

Pſal. 50.

[l] Nempe magnum dicitur & certum quod ſit coram Deo.

Vtcunque tamen hic Hebraiſmus accipiatur, 5.
ſemper ſignificat vaſtiſſimam fuiſſe vrbem Niniuem, de cuius magnitudine videndus eſt Strabo *lib. 2. ſua Geograph. pag. 171. & lib. 16. pag. 534.* & Marcus Antonius Moretus *variar. lect. lib. 6. c. 17.* Omnium accuratiùs ea de re ſcripſit Didor. Syc. *lib. 1. & lib. 3.* qui deſcribens vaſtiſſimæ vrbis [m] ambitum, eam aſſerit conſtare ex ſtadiis 480. id eſt, ex 600. milliariis, quæ decem & quinque perficiunt leucas Luſitanas: longitudinem verò fuiſſe docet, ſtadiorum 150. id eſt, quatuor leucarum cum dimidia: latitudinem verò, ſtadiorum 90. id eſt, trium leucarum, ſex ſtadiis minùs: Hieronym. eam adeo vaſtam deſcribit, vt vix potuerit per gyrum tribus diebus percurri; ac proinde non deſunt qui velint, eam per ambitum habuiſſe 20. leucas Hiſpanicas. Verùm ſatis, ſupérque erat ea magnitudo, quam docuit Didor. Syc. vt peragrari vix poſſit ab homine prædicante per vicos, & plateas, atque fora, vt ſatis, ſupérque feciſſe, ſit credendus is, qui ſingulis diebus peragraſſet quinque leucas prædicando, & clamando propter flexus viarum, & impedimenta, quæ occurrunt.

Strabo. Moret. Didor. Syc.

[m] Ambitus Niniue 15. leucas, longitudo 4. latitudo 3. conſtabat.

Hieron.

Dubium modò eſt, Vtrùm cæperit Ionas pri- 6.
ma die [n] qua ingreſſus eſt vrbem, in primis tantùm quinque leucis, quæ ſtatim occurrunt ingredienti vrbem prædicare, quæ tertia pars erat longitudinis vrbis; an verò vniuerſam vrbem, quæ vix trium dierum ſpatio peragrari poterat, vna & eadem die peragrauerit; tales enim eſſe ſolent, quorum pedibus timor alas addidit, ſicut præter Theophyl. notauit Hieronym. cum ait, *& ille præcepti, & ſuperioris naufragij memor viam trium dierum vnius diei feſtinatione compleuit, quanquam ſint*, inquit Hieron. *qui ita ſimpliciter intelligant, quòd in tertia tandem* [o] *parte vrbis prædicauerit, & inde ad reliquos confeſtim prædicationis ſermo peruenerit*: qui modus accommodatior videtur ad prædicandum, na fatuus videatur Propheta Dei.

[n] Quo die itineris, & qua parte vrbis prædicationem cæperit Ionas.

Theophyl. Hieron.

[o] In tertia putant aliqui, ſed D. Hieronym. credit in prima.

§. III. Ad Literam.

Ex conformitate ad veritatem Hebraicam, vulgata editio in numero quadraginta dierum comminationis diuinæ, præfertur verſioni Septuaginta, qui vel tres, vel quatuor ponere viſi ſunt:

7. [p] *Maieſtas, & grauitas prædicationis Ionæ notatur.*

Et clamauit, & dixit: Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur.

NOtanda eſt dictionis breuitas, & ſeotentiæ maieſtas [p] paucis contenta verbis, quibus potuit Ionas aduena, & peregrinus homo vrbem omoium maximam euertere, ſeu potiùs ad Deum conuertere; plerunque enim vocabulis, tanquam cortinis velantur ſententiæ, quemadmodum grauiter, & eleganter dixit Plutarch. *in lib. de audiſione.* Cùm enim quidā philoſophus interrogaretur, Vtrùmne ſibi placeret Diogenis tragœdia, quæ recitata fuerat, opportunè reſpondit, ſe eam non vidiſſe, quòd vocabula eius conſpectum intercluſerint; ſicut enim eorum, qui ad tibiam canunt, errores plerunque latent auditores, ita abundans, atque ornatu ſuperbiens dictio animum auditoris præſtringit, ne rem, de qua agitur, intelligat: quod vitium fugit Ionas propheta, cum dixit: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.* De quo argumento videndus eſt Cyprian. epiſt. 1. ad Donat. *In iudiciis*, inquit, *in concione pro roſtris opulenta facundia volubili ambitione iactetur, cum de Domino vox eſt, vocis pura ſynceritas, non eloquentia viribus nititur ad fidei argumenta, ſed rebus; accipe non* [q] *diſerta, ſed fortia, nec ad audientia popularis illecebram pulchre ſermone fucata, ſed ad diuinam indulgentiam prædicandam rudi veritate ſimplicia, accipe quod ſentitur, antequam dicitur.*

Plutarch.

Cyprian.

[q] *Ad res enim fidei, nō diſerta, ſed fortia requirenda.*

8. Videndus eſt Auguſt. *lib. 4. de doctrina Chriſtiana cap. 24.* & Bernard. *ſerm. 59. ſuper Cantic.* cum ait, *illius doctoris libenter audio vocem, qui non ſibi plauſum ſed mihi planctum mouet; vere turturem exhibes, ſi gemere doceas; & ſi perſuadere vis, gemendo potius, quàm declamando ſtudeas oportebit.* Similia docet Chryſoſtom. tom. 5. homil. 38. ſtatim in principio, *Hec*, inquit, *Eccleſiam* [r] *Dei ſubuertit, quoniam nec vos audire quæritis ſermonem compunctiuum, ſed potiùs, qui delectare ſono valeat per bonam compoſitionem, tanquam cytharedos audientes; & nos ſimiliter, & ærumnosè facientes veſtras ſequimur complacentias, & concupiſcentias, etiam cum eas deberemus exſcindere.* Similia habet Chryſoſt. *lib. 5. de ſacerdot. in principio.* Quare meritò Ionas propheta breui vſus eſt ſermone, accommodato tamen ad perſuadendum ſine fuco, & ſine aliqua verborum pompa.

Auguſt.
Bernard.
Chryſoſt.

[r] *Euertit enim Eccleſiā ſermo non cōpunctiuus.*

Idem.

9. Vt igitur certa ab incertis ſeparemus, ſciendum eſt L X X. Interpretes, quorum grauiſſima eſt authoritas, longè [f] aliter tranſtuliſſe hæc verba Ionæ; ſic enim potius habent, *adhuc tres dies, & Niniue ſubuertetur*: quos ſequuntur Patres Græci fermè omnes, vt videre eſt apud Theophylact. & Theodoret. quibus ſuffragatur Chryſoſtom. *hom. de Iona propheta tom. 1. & de Pœnitent. hom. 1. tom. 5.* laudátque præterea Niniuitas, quòd triduam temporis anguſtiis imminentem plagam potuerint à ſe repellere per pœnitentiam imò ex latinis D. Auguſtin. *Pſalm. 50.* ita legit, & Seuerus Sulpitius *lib. 1. ſacra hiſtoria.*

[f] *Vertunt longè aliter hūc locum,* adhuc tres dies, *&c.*

Theophyl.
Theodoret.
Chryſoſt.
Auguſt.

D. autem Iuſtinus Martyr. *in dialog. cum Tryphone*, aliam [t] exiſtimat eſſe lectionem, & verſionem LXX. Interpretum; ſic enim potius habet, *adhuc 43. dies, & Niniue ſubuertetur.* Huius ſententiam ſequutus eſt Melchior Canus *lib. 11. de locis cap. 5.* Auguſtinus autem *lib. 18. de ciuitate Dei cap. 44. & quæſt. 769.* confugit ad allegoriam; fatetur tamen Ionam ita dixiſſe, *adhuc quadraginta dies*, quamuis videatur aſſerere eoſdem potuiſſe, *adhuc quadraginta tres dies*; exiſtimauit enim Spiritum propheticum habuiſſe interpretes. 10.

Seuer. Sulp.
Iuſtinus M.

[t] *Quam & Iuſtinus M. multo aliter ex eiſdem legit,* adhuc quadraginta tres dies.

Canus.
Auguſt.

Verùm ne ſemper ſupponendo ea, quæ certa ſunt, res omnino certa ignoretur, illud obiter hîc aduertendum eſt, vt omnino cognoſcamus, quanta [u] ſit authoritas LXX. Interpretum. Ioſephus igitur Hebræus *lib. 12. antiquit. cap. 2.* & Philo *in lib. de vita Moyſis*, Ariſthæus *in lib. de 72. interpretib.* Tertullian. *in apologetico cap. 8.* Epiphan. *in lib. de menſuris, & ponderib.* aſſerunt Ptolemæum Philadelphum Ægypti regem vocaſſe ex ſingulis Tribubus Hebræis ſenos viros petitos in vtraque lingua Hebræa & Græca, qui ſpatio 72. dierum totum vetus teſtamentum Græcum fecerunt, id quod ita factum eſſe exiſtimarunt D. Iræneus *lib. 3. cap. 25.* Cyril. Hieroſolymit. *Catecheſ. 4.* Clemens Alexand. *lib. 1. ſtromat.* & Aug. *lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 42.* vt in ſingulis cellulis [x] binos concluderet, ex quibus exierunt tranſacto 72. dierum ſpatio, cum eadem omnino ſinguli tranſlatione; quo facto aperta oſtenditur reuelatio eius tranſlationis; ac proinde eam authoritatem habebit, quam habent ea, quæ dictata ſunt ab Spiritu ſancto, neque mirum erit, ſi tres dies quadraginta additi ſint hoc in loco à L X X. Interpretibus. 11.

[u] *Quanta ſit authoritas.*

LXX. Interp.
Ioſephus.
Philo.
Ariſthæus.
Tertullian.
Epiphanius.
Irenæus.
Cyril. Hier.
Clem. Alex.
Auguſt.

[x] *qui in ſingulis cellulis bini, & bini concluſi vniformem ediderunt tranſlationem.*

Verùm D. Hieronymus oppoſitæ omnino eſt ſententiæ; neque enim exiſtimat ſingulos in ſingulis cellulis fuiſſe receptos, ſed omnes in eadem [z] aula conuenientes tranſtuliſſe totum vetus teſtamentum ſummo conſenſu; ſic enim ille ſcribit *in præfatione ſuper Pentateuchum*: in cuius confirmationem adducit Ariſthæum *in lib. citato de 72. interpretibus*, qui negotio præfuit: quibus ſuffragatur Euſeb. Cæſar. *lib. 8. de præparat. Euangelica cap. 1.* 12.

Hieron.

[z] *Vel vt Hieron. credit, omnes ſimul in eadem aula conuenientes.*

Nihilominus tamen non videtur negandum peculiari modo Spiritum ſanctum hos homines illuminaſſe in tranſlatione ſacræ Scripturæ, vt vates [a] potius videantur, quàm tranſlatores: quæ ſententia communis eſt omnium Patrum, quos latè refert Robert. Bellarm. *tom. 1. controuerſ. lib. 1. de Verbo Dei, cap. 6.* neque à cæteris Patribus receſſit D. Hieronym. imò illis omnino ſuffragatur, cum aſſerat *in præfatione 1.* in Paralipom. *Si verſio* LXX. *interpretum integra haberetur, vt ab eis edita fuit, ſe fruſtra laboraturum in transferendis Bibliis*, & præfat. 2. dicit, *Septuaginta interpretes Spiritu ſancto plenos, quæ vera ſunt, tranſtuliſſe*: doletque maximè præfatione in Eſdram, corruptam eſſe LXX. verſionem. Ad quem ſenſum intelligendus eſt ipſe Hieronym. cum de verſione L X X. interpretum conqueritur *in præfatione ſuper Pentateuchum, & in quæſtionibus Hebraicis: & in lib. de optimo genere interpretandi ſacram Scripturam, & in epiſt. ad Suniam, & Fretellam.* Quibus in locis reprehendit [b] corruptam verſionem L X X. interpretum; non illam primam, germanam 13.

[a] *Vnde potius vates, quàm tranſlatores dicuntur.*

Bellarmin.
Hieron.

[b] *Sed corrupta iā eſt huiuſmodi trāſlatio in multis.*

Google

Philo. Ariſthæus.

germanam,& veram,quam ipſi ediderunt, inter quam, & veritatem Hebræam ſumma fuit conſenſio,quemadmodum docet Philo *in lib.de vita Moyſis*,& Ariſthæus *in lib.citato*, aſſerentes conclamatum fuiſſe ab omnibus viris doctis conuenire inter ſe ſe vtranque veritatem, Hebræam,& Græcam, quando primò in regia Bibliotheca Ægypti repoſita eſt ea verſio,quam poſtea potuit aliquis corruptè transferre ex ea, quæ repoſita eſt:vnde fortaſſis ortum habuit [c] hic error,quem præ manibus habemus, vt tres dies dixerint pro quadraginta diebus.

[c] *In quibus hic error potuit enumerari.*

14 Iam igitur non eſt dubium de vulgata lectione hoc in loco, quæ omnino quadrat cum veritate [d] Hebræa, in cuius etiam confirmationem hæc topica, & probabilis ratio adducitur ex D. Hieronymo in *Comment. ſuper hunc locum*; & ex D. Auguſt.*lib.2.de conſenſu Euangeliſtarum c.16.* vbi ait, *Ideo quadraginta dies Niniuitis fuiſſe conſtitutos, vt per tot dies accommodatos humiliationi pænitentium intelligeretur in ieiuniis ſua defleuiſſe peccata, & Dei miſericordiam impetraſſe; eſt enim numerus quadragenarius, & non ternarius aptus ad ieiunium,ad orationem,ad ſaccum,& ad lachrymas.* Vnde quadraginta diebus ieiunaſſe fertur Moyſes *Exod.34.*totidemque dies ieiunauit propheta Elias fugiens Reginam Iezabel *lib. 3. Reg. cap.3.* quem numerum ſacratiſſimũ [e] fecit Chriſtus Dominus ſuo ieiunio in deſerto: vnde quaſi hæreditario iure ad nos peruenit quadrageſimale ieiunium, ſicut docet D. Ignatius epiſt. 8. ad Philipp. *Quadrageſimale*, inquit, *ieiunium, ne aſperneris, continet enim conuerſationis Dominicæ exemplum.* Quibus habet ſimilia D. Hieronym. *lib.2.aduerſ.Iouinian & epiſt.54.ad Marcellam.*

[d] *Sola igitur vulgata editio indubitata,quæ ſummè quadrat cum litera Hebræa in numero 40. dierum.* Hieron. Auguſt.

Exod 34. 3.Reg.3.

[e] *Quem fecit ſacratiſſimũ ad pænitentiam Chriſti Domini ieiunium.* D.Ignatius. Hieron.

15. Videndus eſt Auguſt. *ſerm. 69.* cum ait, *ſanctum, & ſalutarem eſſe quadrageſimæ curſum, quo adducitur ad miſericordiam peccator, iuſtus ad requiem, patent omnia [f] cœli ad indulgentiam, & peccator ad confitendum, & lingua ad poſtulandum, verè ſpirituale animarum ver,* (vt vocat Chryſoſtomus *ſerm. de ieiuniis*) *& ſpiritualis Aprilis,quo pateant, & aperiantur omnia, terra, fontes,flores,arbores, olim Deus quadraginta diebus pluit ad purgandum mundum, nunc autem quadraginta miſeretur ad hominem purificandum.* Vnde in ſerm. citato eleganter conijcit D. Aug. opportunè dictum fuiſſe Geneſ. 50. *Medicos Ioſeph,quadraginta diebus balſamo,ſimilibuſque aliis odoribus perfudiſſe cadauer parentis Iacob ad ſignificandum aliquid pænitentiæ, eo quadrageſimo die, ſeu ſpatiò quadraginta dierum, quo [g] peccata omnino ſepeliuntur;eſt enim conſecratus pænitentiæ quadragenarius numerus.* Propterea & Maria Magdalena, & balſamo, & lachrymis animi ſui ægritudines curauit,& peccata ſua penitus ſepeliuit,in cuius ſignum per quadraginta dies curatum eſt cadauer Iacob,totidemque dies ad pœnitendum dati ſunt Niniuitis.

Auguſt.

[f] *In quo & cœli patent ad indulgentiam,* Chryſoſt.

Auguſt.

[g] *Et peccata omnino ſepeliuntur.*

§. IV. Ad Literam.

Terminum Deus euerſionis Niniue non poſuit, ne redderet ſecuros pœnæ, quos perpetuò voluit eſſe pænitentes.

16. Chryſoſt. QVærit autem congruenter Chryſoſt. *homil. 15.ſuper 1. ad Corinth.* cur Deus non appoſuerit [h] comminationi terminum, & conditionem, ſi ſcilicet, non conuertantur ad Deum, ſed potiùs abſolutè dixerit,ſine termino, & conditione, *Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.* Similis eſt locus Pauli. *1.ad Corinth.* 5.ad quem locum petit etiam Chryſoſt.cur Paulus tradiderit Sathanæ fornicatorem illum, cum quo loquebatur, *in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti*: Videbatur enim potiùs dicendum, Sin autem, vt par eſt, pœnitentiam egerit, confirmabimus in eum charitatem,ſed ſpectat,vt fornicator opus faciat, & tunc ipſe gratiam accipiet: nam ſi hoc dixiſſet ab initio,ſoluiſſet eius metum; non enim dedit fornicatori ſpem veniæ, ſed iubet eum tota vita eſſe in pœnitentia, ne promiſſione eum redderet ſocordiorem. Non dixit,Tradite eum Sathanæ quoadusque pœnitentiam agat, vt cum pœnitentiam egerit, tradatur Eccleſiæ, ſed quid dixit?Vt ſaluus ſit in extremo die. Meritò igitur propheta abſque vllo termino, & conditione dixit,*Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*,ne ſecuros redderet, [i] quos perpetuò volebat pœnitentes;metus enim attentos reddit,quos plerunque ſolet ſecuritas miſericordiæ diſſoluere. Proſequitur hoc argumentum eleganter Chryſoſt. *hom. 14. ſuper epiſt. ad Roman.* vbi ita habet:*quemadmodum in Niniuitis ſententia indefinitè pronunciata, ac nulla bona ſpe oſtenſa magis terruit,& ad pænitentiam egit;ita Deus plerunque ſolet,extrema minari, vt ad pænitentiam adducat.*

[h] *Cur nullã comminationi diuinæ terminum appoſuerit Ionas?* 1.Cor.5.

[i] *Ne ſcilicet redderet ſecuros, quos perpetuo volebat eſſe pœnitentes.* Chryſoſt.

Quæ fuit ratio cur *Exod. 32.* dixerit Moyſi, 17.
Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos,& deleam eos;quod factum eſt,vt Moyſen adduceret ad ſuſcipiendum pro illis ſupplicationes. Quæ fuit ratio, cur nobis precum [l] donum dederit Deus,id quod fecit,non ipſe obſecrationis indigens, ſed vt ne ipſi dum ſimpliciter ſalui ſimus, deteriores reddamur: Videndus eſt Origenes *hom. 1. in Hierem.* vbi inter alia ita ait: *Deus ad benefaciendum promptus;ad puniendum autem eos, qui pœna digni ſunt, diſſimulat, cum poſſit tacens ſine conteſtatione venturi punire eos, quos dignos ſupplicio iudicaret,nunquam hoc facit, ſed etiamſi condemnauerit dixit, quod ſibi ſemper dicere propoſitum eſt, vt liberentur à condemnatione per pænitentiam,qui damnati fuerant per delictum.* Condemnati erant Niniuitæ peccatores à Deo, cum dicitur,*Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*; ſed noluit Deus cum ſilentio [m] punire damnatos,& dans eis locum pœnitentiæ, & conuerſionis,miſit ad gentes Hebræum Prophetam, vt dicente illo,*Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*,qui condemnati fuerant, non perirent, ſed agentes pœnitentiam impetrarent miſericordiam Dei; ſic qui in Sodomis iam erant exitio deſtinati,vt manifeſtum eſt ex ſermonibus Dei cum Abraham, tamen quod ſuum erat, Angeli fecerunt, volentes eos ſaluare, qui ſe indignos ſalute iudicauerant, hæc dicentes ad Loth, *eſt tibi aliquis hic gener, aut filij, aut filiæ?* Neque verò ignorabant, non eſſe eos ſequuturos Loth, ſed oſtenderunt ſuam pariter,& eius,qui eos miſerat, benignitatem in homines: quibus addendum eſt ſub tribus Regibus Iudæ vaticinatum fuiſſe Hieremiam captiuitatem Babyloniæam populi, vt quos peccatum in ſeruitutem Babyloniçam adegerat, pœnitentia reduceret; terrores enim Domini potiùs admonitiones ſunt ad miſericordiam,quàm ſupplicij promulgationes.

Exod.32.

[l] *Ideo & nobis dedit precum donum.*

Origen.

[m] *Non punit autem cum ſilentio.vt det locũ pœnitentiæ.*

[n] *Et ea propter multis ... antea conſtatur veram damnationem.*

Eſt igitur hæc ſententia Ionæ non abſoluta 18.

Gabr. à Coſta in Ionam Prophetam.

ſimpliciter, ſed conditionalis, niſi ſellicet pænitentiam[o] egeritis, *adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur.* Quod ingenium Dei, ſe timuiſſe dicit Ionas *in cap.* 4. quando primum à diuino oraculo miſſus eſt in Niniuem, *Obſecro Domiae, nanqnid aon hoc eſt verbum meum, cam adhuc eſſem in terra mea? propter hoc praeoccupaui, vt fugerem in Tharſis; ſcio enim, quia tu clemens, & miſericors es.* Quare non eſt audiendus idem Origenes, cum aſſerit hæc verba, ſimiliaque alia quæ reperiontur apud Prophetas non eſſe dicta à Deo, ſed addita à Iona; pro qua re videndus eſt D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 71. *art.* 5. & Greg. Magn. *hom.* 1. *in Ezechielem.*

[o] Semper tamen diuina comminatio conditionem ſecum fert, niſi egerit pænitentiam.

Origen. — D. Thom. — Greg. Magn.

§. V. Ad Literam.

Verè quidem per pænitentiam euerſa eſt Niniue peccatrix in malo, & erecta in bono.

19. NOn diſplicet tamen id, quod addit D. Aug. *lib.* 21. *de Ciuit.* ad conciliandum hunc[p] locum: *De malis*, inquit Auguſt. *omnes facti ſunt optimi, quæ gratiſſima Deo euerſio eſt.* Quo pacto idem Auguſt. exiſtimat intelligenda eſſe illa verba Pſalm. 109. *Iudicabit in nationibus, implebit ruinas. Imò ſic iudicat in gentibus, vt repleat ruinas; nam quando in fine iudicauerit, damnabit ruinas: quas igitur replebit ruinas? quiſquis à nomine eius timuerit, cadet; cum ceciderit, euertetur, quod erat, vt ædificetur, quod non erat; ſic enim fit ruina conſtruenda. Nam ſi permaneas in mala altitudine, tunc deijcieris, quando non ædificaberis; de talibus enim dictum eſt, deſtrues eos, & non ædificabis eos.* In quam ſententiam videndus eſt Philo *in lib. de confuſione linguarum*, cum ponderat ea verba Gedeonis, Iudic. 8. *Cum reuerſus fuero victor in pace, deſtruam turrem hanc.* Egregia, inquit Philo, *comminatio, dicens animam hoſtiliter affectam erga malos; cùm enim[q] mens conuertitur, deſtruitur quod auerſum fuerat, & quod iure admireris, huius demolitionis tempus eſſe, ait, non bellum, ſed pacem; mentis enim ſtabilitate, & quiete, quam pietas ſolet parere, ſubuertitur omnis ratiocinatio, quam ædificauerat impietas; turris autem ea Phanuel dicitur, id eſt, auerſio Dei.* Videndus eſt Hieron. ſuper 1. cap. Ionæ: *Extructa turre ſuperbia, meruit homo ad ſe deſcendentem filium Dei, vt per pænitentiæ ruinam ad cælum conſcendant, qui per tumorem ſuperbiæ non potuerunt.* Vnde meritò petit D. Bernard. *ſerm.* 3. *Apoſtol. Petri & Pauli*, vt vnuſquiſque noſtrûm patiatur, vt ea turris euertatur, quæ in altum per ſuperbiam ædificata fuerat. *Vt quid*, inquit, *tam rigidus es in tuam perniciem? inclinare potiùs, vt meliùs[r] erigaris, & ne prohibeas frangi, quod diſtortum eſt, vt poſſit meliùs ſolidari.* Quamuis autem hæc expoſitio non diſpliceat; commendat enim maximè virtutem pænitentiæ, per quam ciuitas Niniuitarum ita euerſa eſt, vt poſt quadraginta dies fuerit in melius ædificata: placet tamen magis[ſ] prior expoſitio, vt ſit ea ſententia Prophetæ, *Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur*, non abſoluta, & definita ſimpliciter, ſed conditionata; niſi ſcilicet Niniuitæ pænitentiam egerint, euertetur vniuerſa eorum ciuitas continuò, quæ conditio quadrat maximè cum diuina miſericordia.

Auguſt. — [p] Aliter D. Auguſt. exponit, quaſi euerſa fuerit Niniue peccatrix. — Pſal. 109. — Philo. — Iudic. 8. — [q] Cum enim mens conuertitur, deſtruitur quod auerſum erat à Deo. — Hieron. — Bernard. — [r] vt in melius erigatur per pænitentiam. — [ſ] Sed prior expoſitio ſinaliter eligitur.

§. VI. Allegoria.

Ionas poſt naufragium, pænitentiam, & ſalutem Niniuitis importans, præmonſtrat, poſt reſurrectionem Chriſti vniuerſis gentibus lucem Euangelicam eſſe propalandam.

SEd iam ad inſtitutum interpretandi modum reuertamur, atque ita conſequens eſt, vt poſtquam de veritate verſionis huius loci, & de germana, & literali intelligentia diximus, ad allegoriam, quæ de rebus Chriſti agit, accedamus. 20.
Sponte igitur poſt naufragium pergit Propheta ad prædicandum Niniuitis pænitentiam, & ſalutem, hominibus alienis à cultu, & religione Hebræorum, quod feciſſe legitur Chriſtus[t] Dominus poſt ſuam paſſionem; priùs enim Euangelium Iudæis prædicauit, poſtea verò Gentibus vniuerſis, iuxta id, quod eſt apud Matthæum, *euntes docete omnes gentes*; continuò enim poſtquam reſurrexit,[u] apertas eſſe voluit Gentibus omnibus Euangelij portas. In quam ſententiam videndus eſt Chryſoſt. *hom.* 19. *ſuper epiſt. ad Roman.* cum explicat ea verba Pauli, *per lapſum illorum ſalus contigit Gentibus*; vbi petit, an non niſi propter Iudæos nos vocari, ſaluatique fuiſſemus? certè ante illos nequaquam, ſed conuenienti poſt ordine, atque ita cum diſcipulis præciperet, Ite ad perditas oues Iſrael, non ita dicebat, ſed potiùs, *ad oues, quæ perierunt ex domo Iſrael*; oſtendens quòd ad eas poſtea, quæ erant ex Gentibus oporteret illos adire. Et Paulus non dixit, neceſſarium eſt annunciari vobis ſermonem, ſed potiùs, *Oportuit primùm vobis annunciari*; oſtendens, quòd & nobis ſecundò enunciari oportuiſſet; *quod ſi lapſus eorum diuitia ſunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ ſunt Gentium, quanto magis plenitudo eorum?* Igitur ſi iratus Iudæis tanta largitus eſt Gentibus, eiſdem reconciliatus, quid non elargietur? Eſt igitur in his verbis Prophetæ Ionæ manifeſta allegoria eorum, quæ pertinent ad publicationem Euangelij Chriſti, quam ante paſſionem oportuit fieri Iudæis, poſt reſurrectionem autem Gentibus; ſicut & prophetia Ionæ, quæ ad pænitentiam, & ſalutem pertinebat, ante naufragium,[x] concluſa erat intra terminos Iudææ, poſt naufragium autem vſque ad Niniuitas diuulgata: in quo planè Ionas Chriſtum Dominum reſurgentem adumbrauit, & gentibus poſt reſurrectionem prædicantem.

[t] Præclara allegoria ad Chriſtũ, Dominum. — [u] qui continuò poſt reſurrectionem apertas eſſe voluit ſalutis portas gentibus vniuerſis. — Chryſoſt. — [x] Sicut prophetia Ionæ ante naufragium intra terminos Iudææ concluſa poſt naufragium Niniuitis patuit.

§. VII. Ad Mores.

Anima per pænitentiam ſanata poteſt, & debet aliis eſſe exemplo & ſaluti.

QVòd verò attinet ad mores componendos, ea anima quæ per[z] pænitentiam, & poſt labores in tuto conſtituta fuerat, iam incipit in gratiarum actionem operam dare, vt ſuo exemplo alios ad reſipiſcentiam perducat, qualis eſt ea anima, de qua agitur *in cap.* 4. *Euangelij Ioannis*; mulier, inquam, Samaritana, quæ vbi primùm 21.

[z] Anima per pænitentiam ſanata, continuò alios ad reſipiſcendũ adducere ſatagit.

illuminata

Digitized by Google

illuminata eſt, *continuò reliquit hydriam ſuam, & abiit in ciuitatem, & dixit illis hominibus: venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci*; eſt enim hoc ingenium animi verè illuminati, continuò alios illuminare: qualis eſt etiam ille locus Dauidis poſt pænitentiam in Pſalm. 50. *Docebo iniquos vias tuas*, &c. quæ ſatisfactionis ſpecies, eſt, Intendam in conuertendis aliis: ruina enim magnorum virorum nobis ad cautionem, [a] & ad pænitentiam exempla præbere ſolent, quemadmodum latè docet D. Hieron. *in epiſt. ad Saluin.* & Chryſoſt. *tom.* 5. *hom.* 4. *& hom.* 57. *& hom.* 6. *de pænitent.* videndus eſt Bernard. ſerm. 3. de fragment. ſeptem miſericordiarum. *Liberaliter agit, ignoſcit plenariè diuina benignitas; ita vt vbi abundauit delictum, propter fiduciam peccantium, ſed pænitentium, ſoleat & gratia ſuperabundare:* teſtis eſt Paulus Gentium Doctor, qui plus omnibus cum diuina gratia laborauit: teſtis eſt Matthæus de telonio in apoſtolatum electus: teſtis Petrus, cui poſt trinam negationem totius Eccleſiæ paſtoralis cura commiſſa eſt: teſtis famoſiſſima illa peccatrix, cui in ipſo conuerſionis ingreſſu tanta multitudo dilectionis conceſſa eſt. Quis accuſauit Mariam, & oportuit pro ſe eam reſpondere? Si Phariſæus murmurat, ſi Martha conqueritur, ſi ſcandalizantur Apoſtoli, quid perditio hæc? Maria tacet, Chriſtus excuſat, & laudat tacentem; ſunt enim ruinæ ſanctorum exempla diuinæ miſericordiæ ad pænitentiam peccarorum: ac proinde [b] accommodatior fuit Ionas poſt lapſum ad pænitentiam prædicandam, quàm fuiſſet ante naufragium.

Ioan. 4.
Pſal. 50.
[a] *Ruina enim magnorū virorum nobis ad pænitentiam exemplum eſt ſalutare.*
Hieron.
Chryſoſt.
Bernard.
[b] *Proindéque accommodatior Ionas ad prædicandam pænitentiam poſt lapſum.*

22. Videndus tamen eſt Auguſt. *in titulo Pſal.* 50. cum admonet, *ne audeant malè viuentes, & ſibi quærant patrocinia peccandi, ne attendant, vnde defendant, quod committere parauerunt, non vnde caueant, quod non commiſerunt, & dicant, ſi Dauid, cur non ego? Si Ionas Propheta, cur non Niniuita? vnde anima iniquior, quæ propterea fecit, quia Dauid fecit, ideo peius, quàm Dauid fecit, quia Dauid nullum ſibi* [c] *propoſuerat exemplum, cecidit lapſu cupiditatis, non patrocinio ſanctitatis. Videat vnuſquiſque fugientem animam ſanctam, & à Deo recedentem, vt caueat, videat eandem pænitentem, atque alias iam adiuuantem, fugientem timeat, pænitentem ſequatur.*

Auguſt.
[c] Sic tamen *videnda ſunt ruina ſanctorum, vt non eorum exemplo peccetur.*

TRACTATVS XIV.

De verbis illis: *Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum, & prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem. Et peruenit verbum ad Regem Niniue, & ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore Regis, & Principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quidquam, nec paſcantur, & aquam non bibant. Et operiantur ſaccis homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus eorum. Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus, & reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt à via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam loquutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.* Siue, *De vera pænitentia Niniuitarum & venia.*

§. I.

Ad Literam, Allegoriam, & Mores.

Niniuitæ prædicationi Ionæ propter ſignum liberationis eius de ventre-ceti, credentes, Iudæorum peruicaciam condemnant, Chriſti Domini Reſurrectioni fidem denegantium, & probant extraneos plerunque vocari, & vocationi diuinæ acquieſcere domeſticis, & familiaribus reluctantibus.

Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum. NOTANDVS eſt hoc in loco modus loquendi frequentiſſimus apud Hebræos; ſolent enim plerunque ita dicere [d] *credere in Deo*, pro *credere Deo*: qualis eſt ille locus Ioannis in cap. 1. *Iis, qui credunt in nomine eius*, id eſt, credunt ei. Vnde Paraphraſis Chaldaica ita habet, *crediderunt verbo Dei*, LXX. autem Interpretes ita potiùs, *Crediderunt Deo*; id enim prorſus eſt *credere Deo*, & *in Deo*, ſecundùm phraſim Hebræam. *Credere* autem *alicui*, ſicut D. Auguſt. docet Pſal. 77. & ſerm. 181. & in lib. de cognitione veræ vitæ cap. 36. *eſt credere, vera eſſe, quæ loquitur is, cui fides adhibetur.* Principium igitur [e] pænitentiæ Niniuitarum fuit fides, quæ adhibita eſt prædicanti homini. Ne quis autem exiſtimet nimis faciles fuiſſe Niniuitas 23.

[d] *Ex modo loquendi Hebræorum, idē eſt credere in Deo, quod credere Deo.*
Ioan. 1.
LXX. Interp.
Auguſt.
[e] *Principium pænitentiæ Niniuitarum fuit fides.*

 in

in credendo, ſciendum eſt ſatis cognitam fuiſſe apud Aſſyrios Hebræorum religionem, & numen, quod Hebræi colebant propter antiquã eius populi deuota, & Dauidis Regis geſta, præſertim cum Meſopotamiæ partem bello cepit. Vnde credibile videtur mandaſſe Deum prophetam Hebræum, qui exitum Niniuitis comminaretur.

24. Deinde apud eos homines ignotum eſſe non potuit nomen Ionæ, [f] quod celeberrimum erat per orbem propter victorias Ieroboami regis comparatas eo vaticinante; ſicut dicitur *lib. 4. Reg. c. 14.* vel denique, quia Ionas eis priùs narrauit ſuam hiſtoriam; vel ſorte, quia fama eius miraculi præceſſit ingreſſum eius in vrbem; neque enim exiſtimo eos priùs credidiſſe, quàm cognouerint miraculum Ionæ prophetæ. Cui ſententiæ ſuffragatur locus Chriſti Seruatoris apud Lucam *cap. 11.* vbi ita dicitur: *ſicut Ionas fuit ſignum Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi huic.* Quibus verbis Chriſtus Dominus videtur ſignificaſſe ad fidem, & pœnitentiam Niniuitarum, factum fuiſſe illud miraculum, ſiue ſignum; idem enim eſt ſignum, & miraculum, quemadmodum rectè ponderat Euthymius ad eum locum. Quare priùs Niniuitæ cognouiſſe videntur hiſtoriam Ionæ, quàm crediderint, & pœnituerint. Non igitur nimis faciles fuerunt in credendo; quid enim perſuadere non [g] potuiſſet homo à piſce deuoratus, & ruſus viuus in aridam expoſitus?

[f] *Cauſa ob quam tam facilè crediderint Niniuitæ Ionæ prædicanti.*

Luc. 11.

Euthymius.

[g] *Quid enim non perſuaderet homo à piſce deuoratus ſine læſione?*

25. Docet hic autem locus, interdum abiectiſſimos homines, & penè perditos à Deo vocati, & vocatos acquieſcere [h] Deo vocanti, cùm tamen ij, qui Dei videbantur familiares reprobentur: quod ſignificatum eſſe voluit Chryſoſtom. in illis verbis Pauli ad Hebr. 2. *Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit*; fugientes enim Angelos à cælo, in quo creati fuerant, reliquit Deus; terga autem vertentes homines in terra apprehendit; metaphora ſumpta ab hominibus fugientibus, quos veſtibus prehendimus, ne fugiant, Angelos reliquit, homines apprehendit. Quapropter ea de re admonitos nos eſſe voluit Paulus 1. ad Corinth. 1. *Videte vocationem veſtram, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus.* Vnde ponderat optimè hoc in loco Theophylact. ſignificanter dictum fuiſſe, *viri Niniuitæ*, [i] hoc in loco, id eſt, nihil non abſurdè ante facientes, venefici, incantatores, dæmonibus agitati, vero Deo crediderunt, omnibus delitiis referti ieiunarunt, molles, & effæminati ſaccum ſibi habitum fecerunt, diſcipuli facti ſunt hominis pauperis, & ignobilis: Iudæi verò, & Moyſen, [l] & prophetas ridentes, & Deo minimè obſequentes Deicidæ facti ſunt, iuxta illud, quod eſt apud Matth. cap. 20. *Publicani, & meretrices præcedent vos in regno Dei.* Qua de re videndus eſt Auguſtin. *lib. 50. homiliarum, homil. 23. & lib. 22. contra Fauſtum c. 68.* Hæc pertinent ad mores: quod autem referat hic locus in vita Chriſti, & cuius rei allegoria ſit, opportuniùs dicemus inferiùs.

[h] *Abiectiſſimi, & perditi plerumque homines Deo acquieſcunt, cum familiares reprobantur.*

Chryſoſt.
Hebræ. 1. 2.

1. Corint. 1.

Theophyl.

[i] *Agunt pœnitentiã Niniuitæ.*

[l] *Iudæi vero irrident prophetas & Deum occidunt.*

Matth. 20.
Auguſt.

§. II.

Prædicant Niniuitæ ieiunium inſtante ruina, quia nouerunt carnis pericula, non poſſe, niſi de ſuo incommodo inſtaurari, neque vires ſpiritus niſi de infirmitate carnis eſſe reficiendas.

Et prædicauerunt ieiunium, & veſtiti ſunt ſaccis à maiore vſque ad minorem.

26. Hebraicè, *clamauerunt ieiunium*, id eſt, publicè, & palam conclamatum eſt ieiunium. LXX. Interpret. ita vertunt, *voce præconis ieiunium, & cilicio vnuſquiſque indutus eſt, cuiuſcunque conditionis fuit*, ſiue nobilis, ſiue ignobilis, ſiue magiſtratus, ſiue priuatus vir: quemadmodũ [m] Theophylact. & Theodoret. hunc locum intelligunt, ſiue *cuiuſcunque ætatis fuerint*, ſicut voluit Hieronym. ſenes, iuuenes, viri, infantes; omnes denique induti ſunt cilicio: fœlix ea reſpublica, in qua commune malum, communi pœnitentia expellitur.

Hebraicè.

LXX Interp.

[m] *Eleuatur locus pœnitẽtia Niniuitarum ex aliis verſionibus.*

27. Ea igitur anima, quæ profuga fuerat à Deo, ad eundem reſtituta, dux [n] facta eſt pœnitentiæ, atque ita de more ducis in bello, publica præconis voce in aciem vos vocat milites pœnitentes, ieiunantes, & cilicio armatos: quod pulchrè notaſſe videtur D. Hieronym. ad hunc locum, cùm aſſerit, *quaſi in aciem produxiſſe pœnitentiam ſuis armis paratam ad victoriam comparandam: ſaccus enim, & ieiunium arma* [o] *ſunt pœnitentium, auxilia peccatorum ante ieiunium, & ſic ſaccus antè, quod occultum eſt, & poſtea, quod palam, & ſi è duobus vnum eſt ſubtrahendum, magis ieiunium abſque ſacco; quàm ſaccum eligam abſque ieiunio; etenim caro de ſuo proprio incommodo inſtauratur*, ſicut pulchrè dixit Tertullian. *in lib. de Reſurrect. carnis cap. 8.* & Bernard ſerm. 1. in cap. ieiunij, *mens impinguatur in ieiunio*, ſicut dictum eſt in Pſalm. 32. *vt alat eos in fame.* Nam carnis infirmitas robur ſpirituale auget, & vires ſubminiſtrat: fortitudo verò carnis debilitatem operatur ſpiritus, virtute Chriſti compenſatur infirmitas carnis, ſicut dixit Bernard *ſerm. 66. ſuper Cantic.* Qua de re videndus eſt Niſſen. *in lib. de Virginit. cap. 22.* Greg. Magn. *lib. 4. moral. cap. 30.* Philo in lib. cui titulum fecit, *reſipuit Noe a vino.* Plutarch *in lib. de tuenda bona valetudine.*

[n] *Anima profuga à Deo ad eum rediẽs fit pœnitentia dux.*

Hieron.

[o] *Saccus & ieiunium pœnitentia arma.*

[p] *Caro enim de ſuo proprio incommodo inſtauratur.*

Tertul.
Bernard.
Pſalm 32.

Bernard.
Niſſenus.
Greg. Mag.
Philo.
Plutarch.

28. Non eſt enim dubium ſpirituales vires [q] miniſtrare ieiunium: vnde anteſignanus pœnitentiæ dux Ioannes Baptiſta ſyluestri melle, & locuſtis in deſerto paſtus, veſtitus de pellibus camelorum, nec vinum, & ſiceram bibens, repletus eſt Spiritu ſancto, & ſic in aciem prodiit, cuius exercitus ea aquila poteſt eſſe ſignum, quam vocat Ælianus reginam volantum; inter aquilas enim, non ea, quæ carnibus paſcitur, ſed ea, quæ rore cæleſti, atque herbis, regina dicitur volatrum; quam ſibi ſymbolum fecit illuſtriſſimus Cardinalis Franciſcus Gonzaga, ſicut refert Hieron. Roſer. *in ſuis ſymbol.* aquilam enim ſuper viridem truncum ſibi ſymbolum fecit, cuius hæc erat ſententia, *bella gerant alij*: quaſi velit, ſit alterius pugnæ ſignum aquila, ea verò, quæ regina volantum eſt, & quæ à carnibus [r] abſtinet, pœnitentis hominis ſymbolum eſt, qui rebelles appetitiones ſubiugare conatur. Non eſt igitur dubium per ieiunium vniuſcuiuſque animam virtutes, & vires comparare ad victoriam, ſicut patet ex hoc loco, & ex eodem illud deducit Auguſt. in lib. quæſtion. noui, & veteris teſtamenti q. 120 *Magna*, inquit, *ex parte ieiunia neceſſaria ſunt: ſub Heſter enim regina, cum Iudaicus populus in periculo poſitus eſſet,*

[q] *Et ieiuniũ vires miniſtrat ſpirituales.*

Ælianus.

Roſerius.

[r] *Aquila quæ à carnibus abſtinet, pœnitentia ſymbolum.*

Auguſt.

eſſet,ieiuniis ſuffragantibus liberatus eſt: & Niniuitæ cum [t] *euerſionis ſuæ præſcriptum diem à propheta audiuiſſent, ieiunio indicto euadere meruerunt.*

[t] *Ieiunij indictio præſcripto euerſionis oraculo fuit.*

29. Videndus eſt D. Auguſt. *lib. 9. quæſtion. in Geneſim q.* 160. Similis eſt locus apud Ambroſ. ſerm. 40. *legimus in propheta, cum Niniue ciuitati ſubuerſio diuinitus immineret, & iuxta ſententiam Dei deſtruendi eam tempus ingrueret, conſiſtentes in ea, aliud non habuiſſe præſidium, niſi abiectis crapuloſis epulis ieiunia continuata ſuſcipere, addere nanque ſolet vires ieiunium ad victoriam ſpiritualem.*

Idem. Ambr.

30. Nec ſatis habuerunt Niniuitæ ieiunium ad vires exercendas, ſed ſaccum præterea induerunt in morem militum, qui interdum addere ſolent ea, quibus protegantur vires naturales, loricam, ſimiliaque alia, qualis planè eſt [s] ſaccus ad pœnitentiam, ſiue cilicium, ſicut docet Amos cap. 8. *Inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, & ſuper omne caput caluitium:* ſicut fieri ſolet in magnis periculis. Hoc autem factum eſſe conſtat, obſidentibus Aſſyriis Samariam, vt quod armis non poterant efficere Samaritani, cilicio perficerent; qualis eſt ille locus Ioelis in cap. 1. *Plange quaſi virgo accinctu ſacco:* & 4. Reg. 6. *viditque omnis populus cilicium, quo veſtitus erat Rex ad carnem intrinſecè;* & Iſai. 3. *decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit, & pro criſpanti crine caluitium, & pro faſcia pectorali cilicium.* Similique habitu indutum introduxit Ioannes Euangeliſta *in ſua reuelat. cap. 6.* ſolem in poſtremo die: *& ſol factus eſt niger, tanquam ſaccus cilicinus:* his viribus, atque his armis [u] in aciem proceſſit omnis Niniuitarum exercitus, fortior ad commiſerationem, quàm ad pugnam.

[s] *Saccus verò lorica ad pœnitentiam.* Amos. 8.

Ioelis. 1. 4. Reg. 6. Iſai. 3. Apoc. 6.

[u] *Quibus tecti armis fortiores Niniuitæ ad cõmiſerationem, quàm ad pugnam.*

§. III. Ad Literam, & Mores.

Peruenit quidem ad Regem Niniue vtile poſtremo in loco conſilium, cuius tamen in vſu prudentiæ primus, cum primùm Dei potentiam agnouit, ſuam omnino abiecit, ſciens Deum à Regibus non niſi humilitate vincendum.

31. *Et peruenit verbum ad Regem Niniue.* { NOn ineptè dictum eſt à quodam, infelicem omnino eſſe Regum, ac Principum conditionem, qui primè aduerſa audiunt, [x] poſtremi vtilia, non aliter, quàm Oceanus, qui primus vix exortas tempeſtates experitur, poſtremus flumina excipit, poſtquam vniuerſam terram irrigauit: ſic etiam Principes, primi ea quæ nocere poſſunt, poſtremi ea, quæ prodeſſe, excipiunt: etenim iam vniuerſum vulgus Niniuitarum ſaluberrimum Ionæ vaticinium exceperat, cum vix verbum ea de re perueniſſet ad eorum Regem, cum tamen, ſicut docet Bernard. lib. 4. de conſiderat. *non oporteat, vt vitiu, ſiue mala domus ſuæ vltimus ſciat Princeps.*

[x] *Reges primi aduerſa audiunt, poſtremi vtilia.*

Bernard.

32. Qua de re videndus eſt Plutarch. *in lib. cum Principibus philoſophandum eſſe, & in lib. de diſcrimine adulatoris ab amico:* videndus eſt hac de re locus *lib. 3. Reg. cap. 22.* vbi cum Ioſaphat peteret, *Non eſt hic aliquis propheta Domini, per quem interrogemus Dominum? Reſpondit Rex Acab, remanſit vnus, ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi niſi malum;* ſemper enim Principes oderunt [z] eos, qui vera loquuntur. Longè aliter Regius vates, quemadmodum notauit Auguſt. Pſalm. 69. *Auertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi, Euge, euge: plus enim nocent, qui laudant, quàm qui occidunt:* decet enim Principes primos, ea, quæ triſtia ſunt, audire, ſi tamen vera ſua ſunt, vt remedium adhiberi poſſint.

Plutarch. 3. Reg. 22.

[z] *Propterea quod oderunt eos, qui vera loquuntur.* Auguſt. Pſal. 69.

33. *Et ſurrexit de ſolio ſuo, & abiecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco.* { Non eſt autem hoc in loco curandum ſub quo Aſſyriorum Rege hoc euenerit [a] Niniuitis, cum neque ſacra Scriptura illud afferat, neque ex grauioribus Autoribus quiſquam: illud tamen certum eſt, optimum, & ſapientiſſimum Principem eum fuiſſe, quemadmodum eleganter colligit Ambroſ. *orat. 1. in Ionam prophetam,* cum ita habet: *In illa tribulatione, ipſe Rex depoſita imperiali purpura, regali ambitione ſubmota membra ſua cilicio præcinxit, atque in ſacco, & cinere ſe diebus, ac noctibus peruolutauit; ſapiens Rex, qui ſciret, quemadmodum aduerſa ſibi ſuperare deberet, hoſtes enim virtute ſuperabat. Deum humilitate vincebat: ſapiens Rex, qui intelligebat, quibus armis vteretur pro temporis qualitate; cum enim inſidiantur illi homines, apprehendit arma bellica; cum iraſcitur ei Deus, corripit arma iuſtitiæ: ſapiens planè Rex, qui pro ſalute populi,* [b] *ſe magis peccatorem confitetur eſſe, quàm Regem, nec potentiæ ſuæ meminit, vbi potentiam diuinitatis agnoſcit: mira, rex dum ſe regem hominum eſſe non meminit, Rex incipit eſſe iuſtitiæ. Religioſus igitur Princeps, cum ſurrexit de ſolio, cum abſtulit ſtolam regiam à ſe ipſo, cum indutus eſt ſacco, cum ſedit in cinere, non perdidit imperium, ſed mutauit, quia ſine ferro, ſiue iuſtitia pro ciuium ſalute primus vigilat; neceſſe enim erat, vt qui potentior cunctis fuerat, deuotior fieret vniuerſis, & vt* [c] *tota ciuitas ieiunaret, famem ſibi prior indixit:* qua in re illud ſibi propoſuit ſequendum conſilium, quod Gregor. Nazianz. dedit amico ſuo Principi, epiſt. 71. *Purga tribunal tuum, ne eorum vlterius tibi accidat, vt aut malus fias, aut exiſtimeris:* poſſunt autem plurimum ad mores ciuium componendos, exempla optima Principum.

[a] *Quamuis incertum ſit ſub quo Rege Aſſyriorum hæc contigerunt.*

Ambr.

[b] *Sapiens tamen Rex fuit qui pro ſalute populi ſe magis fatetur peccatorem, quàm regem.*

[c] *Vtque tota ciuitas ieiunaret, ſibi prior famem indixit.*

Nazianz.

34. *Et ſedit in cinere.* { Oportet autem ſingulas particulas exponere huius ſententiæ, ex quibus magis appareat verus ſenſus eiuſdem. Sedere ergo [d] ſtatus eſt hominis mœrentis, ſiue dolentis, quemadmodum docuit Pierius Valerian. *lib. 43.* quo ſenſu dictum ab Iſai. 47. *Deſcende, ſede in puluere,* id eſt, luge, dole; quo ſenſu dictum eſt ab Hieremia threnis cap. 1. *Quomodo ſedet ſola ciuitas?* & Pſalm. 126. *Surgite, poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris:* id eſt, continuò poſt mœrorem vobis lætitia orietur; eſt enim ſtatus ſedentis hominis vehementer dolentis, dolor enim, ſi vehemens eſt, occupare ſolet omnes ſenſus, atque omnes vires eorum, quos corripit, neque quidquam agere patitur: non ſolùm autem ij, qui triſtes erant, [e] ſedebant, ſed in cinere ſedebant, & in puluere. Quo pacto intelligendus eſt ille locus apud Iob *in cap. 2.* cum in ſterquilinio ſediſſe dicitur, ſeu in cinere, ſiue puluere, more dolentis hominis, quemadmodum in Hebræo habetur; apud veteres enim homines, hæc poſtrema ſigna doloris erant, ſedere in cinere, caput abradere, veſtes ſcindere, & ſaccum induere,

[d] *Completa expoſitio literæ. ſedere ſtatus eſt hominis mœrentis, ſiue dolentis.*

Pier. Valer. Iſai. 47. 1. Threnor. Pſalm. 126.

[e] *Non ſolùm autem ij, qui triſtes erant, ſedebant, ſed in cinere & puluere.*

Iob. 2.

duere, ſiue cilicium. Qualis eſt ille locus Eſdr. lib. 1. cap. 4. *Cum audiſſem ſermonem iſtum, ſcidi pallium meum,* [f] *& tunicam, & euelli capillos capitis mei, & barba, & ſedi mærens.* Similia habet Clem. Alexand. *lib. 3. Pædag. cap.* 12. tales decet eſſe principes, qui cuſtodes ſuorum eſſe volunt.

1. Eſdr. 4.
[f] *Scindentes pallia, & tunicas ſuas.*
Clem. Alex.

§. IV. Ad Literam, & Mores.

Ea fuit omnium Niniuitarum ad pænitentiam promptitudo, vt Rex populum, & populus Regem ipſum præuenerit.

35. *Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore Regis, & Principum eius.*

Illud occurrit notandum, conſuetum eſſe in lingua ſancta, aliqua verba apponere, quæ neceſſariò ſint explicanda [g] per verbum *facere*: qualis eſt ille locus ad Rom. 8. *Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, id eſt, Spiritus ſanctus facit vt gemamus: quo pacto intelligendus eſt ille locus Pſal. 28. *Dominus diluuium inhabitat:* pro quo LXX. dixerunt, *Dominus diluuium inhabitare facit.* Sic intelligendum eſt hoc in loco, verbum, *clamauit*, [h] id eſt, clamare fecit præconis voce ieiunium, ex ſuo, ſuorúmque optimatum decreto.

[g] *Aliqua verba in ſcriptura neceſſariò explicanda per additionem verbi* facere.
Rom. 8.
Pſal. 28.
LXX. Interp.
[h] *Clamauit, id eſt, clamare fecit.*

36. Illud etiam aduertendum eſt, non deeſſe, qui exiſtimet per anticipationem [i] dictum fuiſſe, omnes ciues Niniuitas clamaſſe ieiunium, & ſaccum, cum tamen hoc in loco dicatur, illud iuſſu Principis mandatum fuiſſe: quod autem factum dicatur ante hoc decretum publicatum, anticipatio eſt, quæ figura plerunque occurrit in ſacra Scriptura, quemadmodum docet D. Auguſt. 3. *de doctrina Chriſtiana, cap.* 36. & Greg. Magn. *in præfat. moral. cap.* 1. Cui expoſitioni ſuffragari videtur Ambroſ. *ſuper* 3. *cap. Ionæ.* Crediderim tamen vtrunque factum eſſe, & prædicante Iona excidium ciuitatis, priuatos homines authoritate priuata ieiunium, & ſaccum clamaſſe, & poſtquam res delata eſt ad Principem, [l] illud ipſum publicatum fuiſſe, & extenſum, non ſolùm ad homines cuiuſcunque ætatis, ſed etiam ad bruta animantia.

[i] *Per anticipationem dictum quod populus ieiunium prædicauerit.*
Auguſt.
Greg. Magn.
Ambroſ.
[l] *Niſi forte & publica & priuata authoritate prædicatum fuit ieiunium.*

§. V. Ad Literam, & Mores.

Prudentiſſimo Niniuitæ conſilio, vniuerſale iumentis, & pueris indixere ieiunium, quò poſſent vehementiùs eorum clamoribus ad pænitentiam prouocari, vtque nullus non pateret aditus in tanta vrbe miſericordiæ diuinæ, quando nullus in ea erat impænitentiæ locus; conſiderantes nanque quod fecerant, noluerũt moderari quid facerent.

37. *Homines, & iumenta, & boues, & pecora, non guſtent quidquam, & aquam non bibant, & operiantur ſaccis homines, & iumenta.*

Hoc fuit Principis optimi decretum, quod præconis voce per totam vrbem diuulgatum eſt. Commendat autem maximè hic locus regis prudentiam, quemadmodum aduertit Ambroſ. ſuper hæc eadem verba, *qui non ad vicinas gentes legatos miſit ad auxilia imploranda armata, ſed ad Deum per ieiunia, & lachrymas: cur enim peteret ab alio,* [m] *qui intra ſe inuenire poſſet, quod quærit?* Congruenter autem petunt Patres ad hunc locum, cur infantes, & bruta etiam animantia abſtinere iuſſa ſint à cibo, & potu? *Quia*, inquiunt, *fame oppreſſa partim mugientia, partim & balantia hominibus vehementiores* [n] *lachrymas mouere poſſent, quibus iram flecterent diuinam:* poſſunt plurimum lachrymæ ad diuinam iram placandam. Vnde rectè monuit vulgares ſuos Hebræos Hieremias cap. 9. ſui vaticinij, *docete filias veſtras lamentum:* videbat enim nullis aliis viribus potuiſſe ſuſtentari, ne caderet vrbs Hieroſolymitana, quàm lachrymis, quemadmodum pulchrè docuit Auguſt. *lib. contra aduerſarium legis, & Prophetarum*, cum aſſerit ad lachrymas referendam eſſe Orbis ſtabilitatem: illud enim ſignum dedit Deus in principio Orbis, quo certi eſſent homines, periturum iam non eſſe Orbem, arcum poſuit in nubibus cæli, eundémque roridum ad inſtar lachrymarum; cadere enim non poterat Orbis quem lachrymæ ſuſtentabant. Vnde Sixtus Senenſis *in Bibliot. ſancta tom. 1. lib. 5. ann.* 67. inter Patres aſſerit receptum eſſe illud in ſignum datum fuiſſe Caino, ne à quopiam occideretur, cum vagus, & profugus eiectus eſt à facie Domini, in ſignum, inquam, ei datum eſt, vt perpetuò fleret; quis enim auderet occidere hominem lachrymantem? tantum valent lachrymæ ad vim repellendam.

Ambroſ.
[m] *Prudentiſſimi regis cõſilium, non ab alio peteret, quod in ſe potuit inuenire*
[n] *Iuſſa ſunt autẽ & animantia ieiunare, vt ſuis mugitibus vehementiores lachrymas poſſent mouere,*
Hierem. 9.
Auguſt.
Sixt. Senenſ.

Videndus eſt Nazianz. *orat.* 11. & Ioannes Climac. quem refert Elias Cretenſ. in com. ſuper orat. 11. Nazianz. *Pauci*, inquiunt, *inuenti eſſent, qui ſalutem* [o] *conſequerentur, ſi lachrymæ non inuentæ fuiſſent: etenim baptiſmus priſtina expurgat vitia, lachrymæ quæ ſequuntur mala.* Vnde factum eſt, vt inter omnes calamitates eam maximè defleat Hierem. *Thren. cap.* 3. quod flendo exilium ſuorum Hebræorum, & excidium vrbis Hieruſalem, perdiderit lachrymas, quas natura & Deus ad peccata deflenda ſolùm dederat. Sic enim ait, *Oculus meus vindemiauit animam meam*, ita enim Hebraicè legendus eſt locus, quem vulgatus Interpres ita transfert, *Oculus meus deprædatus eſt animam meam*; deflentes, ſcilicet, oculi ea mala, quæ præſentia intuebantur, quaſi per furtum ab anima abſtulerunt omnes lachrymas, quibus peccata populi deflenda potiùs fuerant, quàm mala. Rectè igitur ieiunium, & cilicium brutis etiam animantibus indictum eſt à Niniuitis, vt lachrymas excitarent animantia in hominibus, quibus diuinam flecterent iram: neque enim quidquam [p] Deus negare ſolet lachrymantibus, ſicut eleganter proſequitur regius vates in Pſal. 55. *Poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo*, ſeu potiùs; vt eſt in Hebræo, ad modum eorum, qui offerunt libellos ſupplices, *Poſuiſti lachrymas meas in ſacco tuo; ſicut in promiſſione tua: tunc conuertentur inimici mei retrorſum:* id eſt, in libro tuo ita ſcriptum eſt, ſeu potiùs, fletus iſti mei ſcripti ſunt in tuo libro: videtur enim Dauid agere cum Deo ex obſignatis tabellis, hoc eſt, iam obſignaſti meas lachrymas, ab eo tempore cadant inimici mei. Hæc igitur eſt ratio propter quam ieiunium, & cilicium

38.
Nazianz.
Io. Climac.
Elias Cret.
[o] *& per lachrymas ſalutem inuenirent.*
Thren. 3.
[p] *Neq; enim quidquam Deus negare poteſt lachrymantibus.*
Pſal. 55.

Digitized by Google

cilicium ad bruta etiam animantia extenſum ſit.

39. Aliam autem [q] afferr Ambroſ. *in comm.* ſuper 3. & 4. cap. Ionæ, *Iubet*, inquit, *Rex omnem ſexum, omnem ætatem, omnia viuentia epulis abſtinere; additur religioſo exercitui numerus, cum in tali exercitatione etiam infantia, & bruta animantia militare compelluntur; pietas enim creditur eſſe in tali cauſa, paruulis etiam, & brutis animantibus cibi ſubſtantiam denegare; non enim ſufficiebat ad placandum Deum peccantium ſatisfactio, niſi ſeniorum quoque peccata paruulorum innocentia deploraret, & fletibus [r] alienis delicta ſua iuuenes abluerent.*

Ambroſ.
[q] *Aliã cauſam addit Ambroſ. ieiunij innocentium.*
[r] *Vt ſcilicet alienis fletibus ſua peccata deflerẽt criminoſi.*

40. Theodorus verò Antiochenus in comment. ſuper Ionam, *Propterea*, dicit, [ſ] *cibum, & potum interdictum fuiſſe animantibus, quia ad hominum pertinent vſum.* Cui ſententiæ ſuffragatur Ambroſ. *in lib. de Noe, & arca cap.* 10. cum quærit, *cur pariter cum homine in diluuio oppreſſa fuerint omnia animantia terræ, quæ tamen nihil peccauerant? Quia*, inquit Ambroſ. *imperatore occiſo, neceſſe eſt occidantur omnes milites, nec enim obtruncato capite cætera membra eiuſdem capitis viuere poſſunt, cum non propter ſe, ſed propter hominem fuerint creata animantia; deleto homine à facie terræ, propter quem condita fuerant, oportet ea pari ve delerentur occaſu: indecorum enim erat, ſi homine [t] ieiunante, & ſacco induto aliquid eiuſdem hominis aliter cerneretur quàm in ieiunio, & ſacco:* id quod aduertit Plutarch. *in vita Alexandri*, cum docet Alexandrum Regem in morte Epheſtionis amici, quem vnicè diligebat, ſuum totondiſſe caput, quod ſignum erat mœrentium, atque etiam omnium equorum, & animantium, quæ regia erant, vt mœrente Rege, omnia quæ Regis erant, aliquam ſignificationem mœſtitiæ exhiberent. Vnde non placet Theophylact. cum aſſerit, per ſaccos, quibus Propheta dicit, induta fuiſſe animantia bruta, intelligendam eſſe ſimilem afflictionem, non verò, quòd bruta animantia fuerint induta cilicio: par tamen eſt credere aurea ornamenta detracta fuiſſe animantibus, & adhibitos ſaccos, vt nullum voluptatis veſtigium in tanta vrbe relinqueretur, quo faciliùs diuina [u] miſericordia in eam ingredi poſſet.

Theodorus Antiochen.
[ſ] *Theodor. Antiochen. tertiam reddit cauſam ieiunij in brutis: quia ad hominum vſum pertinent.*
Ambroſ.
[t] *Indecorum enim erat ſi homine ieiunante in ſacco aliquid eius aliter cerneretur.*
Plutarch.
Theophyl.
[u] *Quo facilius in tantam vrbem Dei miſericordia ingredi poſſet.*

41. Si quis autem quærat hoc in loco, cur cum virtus poſita ſit in mediocritate quadam, quemadmodum aſſerunt Philoſophi, tantum exceſſerint in pænitentia Niniuitæ, vt ad bruta vſque animantia peruentum ſit pænitendo? Is audiat Cyrill. aſſerentem, *grauiſſimum eſſe in [x] pænitentia exceſſum, ſi tamen ad charitatis normam compoſitus ſit, ornat vehementer huiuſmodi exceſſus Eccleſiam Dei*, iuxta id, quod dicitur *in lib. 3. Reg. c. 6.* cum agitur de fabrica templi, *& fecit in parietibus Cherubin, & palmas, & picturas varias, quaſi prominentes de pariete, & egredientes, & anaglyphica, id eſt, ſculpturas aſperas, & prominentes, atque texit eas auro:* quando enim ea, quæ excedere videntur in pænitentia ad normam charitatis [y] compoſita ſunt, atque charitatis quodammodo concluſa, non minùs ornant Eccleſiam Dei, quàm aſperæ celaturæ ex auro prominentes decori erant veteribus parietibus templi; ſunt enim exẽpla virtutum, quemadmodum Paulus docere videtur in eo diſcurſu, quem fecit de laudibus veræ fidei ad Hebr. 11. *Alij*, inquit, *ludibria paſſi, & verbera experti, inſuper & vincula, & carceres, lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egẽtes, anguſtati, afflicti, in ſolitudinibus errantes, in montibus, ſpeluncis, & cauernis terræ:* quorum exemplo dum excedere videntur in pænitentia, quis non moueatur ad pænitendum? Videndus eſt Niceph. *lib. 11. Eccleſiaſt. hiſt. c. 36.* cum interrogat Dorotheum Monachum, cur ſuum ſupra modum mortificaret corpus? eundémque [a] reſpondiſſe aſſerit, *quia idem corpus me enecare contendit.* Videndus eſt Philo *in lib. de congreſſu quærendæ erudit. gratia*, vbi diſſerit de caſtigando, & mortificando corpore, quin etiam de dulcedine eius laboris, cum pro Deo, & pietate accipitur. Exceſſus igitur pænitentiæ ad charitatis normam compoſitus Eccleſiæ potiùs ornamentum eſt.

Cyrill.
[x] *Quamuis autem grauiſſimus ſit in pænitentia exceſſus:*
3. Reg. 6.
[y] *Si tamen ad charitatis normam componatur, Eccleſiã ornat, veluti ex auro celatura.*
Hebr. 11.
Nicephor.
Philo.
[a] *Appoſita reſponſio aſſignatã ſe nimiùm per pænitentiam.*

§. VI. Ad Literam.

Iubentur non modò homines expanſis ad cælum manibus diuinam miſericordiam implorare, ſed & animantium vocibus ſupplicare.

Et clament ad Dominum in fortitudine.

42. MOre Hebræo clamare in fortitudine. ponitur [b] pro fortiter, clamare, ſiue, vehementer clamare: cum enim apud Hebræos non ſint plurima aduerbia, ita plerunque ſolent addere nomen ſubſtantiuum pro aduerbio: vnde, *eſſe in amaritudine*, ſignificat, amarè viuere; in lenitate vera loqui, ſignificat leniter loqui. Poſſunt autem hæc verba referri & ad homines, & ad bruta etiam animantia, famelica enim animalia ſuas [c] voces, & quaſi ſupplicationes etiam offerre videbantur ad Dei inclinandam clementiam.

[b] *Phraſis Hebræa, qua vehementia clamoris exponitur.*
[c] *Tum hominum, tum brutorũ clamor fuit:*

43. Nihilominus tamen Theophylact. exiſtimat ea verba ſolùm referenda eſſe ad homines cum legit, *& clament ad Dominum* extensè, quo aduerbio ſignificatur ille habitus corporis, quo homines ſolent Deum [d] orare in maximis calamitatibus, expanſis ſcilicet manibus; natura enim nos docuiſſe videtur expanſis manibus orare, quaſi accepturi ſimus aliquid ab eo, quem oramus. Quo pacto Deum orandum eſſe docet Auguſt. lib. 2. ad Simplic. quæſt. 4. *cum aliquis de induſtria orare decreuerit, oportet, vt membra componat accommodata ad mouendum animum, & diuinam miſericordiam.* Qualis fuit ille corporis habitus, quo oraſſe dicitur Moyſes Deum Exod. 17. *Cùm eleuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael; ſin autem remiſiſſet, ſuperabat Amalech. Manus autem Moyſis erant graues; Aaron autem, & Hur ſuſtentabant manus eius ex vtraque parte ne caderent.* Qui enim manus extendit, cum petit, ſignificat ſe non [e] deſperare acceptutum eſſe quod poſtulat, quemadmodum conſtat ex hoc loco Exodi, & latè docet Pierius Valerian. *lib.* 35. quod notaſſe videtur Horat. *in Ode.*

Theophyl.
[d] *Vel tantùm hominũ expanſis ad cælum manibus diuinam miſericordiã expectantiũ.*
Auguſt.
Exod. 17.
[e] *Qui enim manus extendit, cum petit, ſpem accipiendi ſignificat:*
Pier. Valer.
Horat.

Cælo ſupinas ſi tuleris manus.

Qualis eſt ille locus apud Poëtam:

——— Oculos ad ſydera lætus
Extulit, & cælo palmas cum voce tetendit.

Qui mos orandi receptiſſimus erat apud Aſſyrios, ſicut docet Ammianus *lib. 18.* cum ait, *apud Aſſyrios recepta poſt tergum manus, hominem ſignificant*

Ammian.

Digitized by Google

[f] *Sicut à cõtra recepta poſt tergum manus, deſperationem.*
[g] *Prior expoſitio magis placet.*
Philo.

[f] *ſignificant captiuum, ſupplicem, & pene deſperatum.* Videndus eſt Philo *in lib. de Victimis*, cùm exponit caput 1. & 3. Leuitici. Quanuis autem hæc expoſitio Theophylacti non diſpliceat, alia tamen [g] communior, & fortaſſe verior eſt.

§. VII. Ad Literam, & Mores.

In publicis calamitatibus non ſunt fugiendæ vrbes, ſed ſcelera; proditor enim patriæ eſt, qui cum poſſit eam pœnitendo ſaluare, fugiendo deſerit perituram.

44. *Et conuertatur vir à via ſua mala, & ab iniquitate, quæ eſt in manibus eorum.*

Hoc eſt, vnuſquiſque conuertatur à ſua praua viuendi ratione, & ea deſerat peccata, in quibus nunc eſt, & quæ modò operatur; ſic enim ſubuenire poterit cadenti vrbi. Qui locus aptè docet publica mala ortum habere a peccatis hominum, proindeque in publicis calamitatibus, [h] non eſſe fugiendas vrbes, ſed ſcelera. Quod argumentum proſequitur eleganter D. Maximus homil. 1. in natiuitatem Iuannis Baptiſtæ: *Hi mores*, inquit, *praui, ſcilicet, & vita huiuſmodi ampla itinera, & largiſſimas vias in exitium communis ſalutis aperiunt; hi mores, armatos diſſipant populos, & munitas diruunt ciuitates: quidquid potentia, quidquid virium videmus in hoſtibus, corruptione vitæ noſtræ, noſtraque infidelitate nutritur.*

[h] *In publicis malis, non ſunt fugiendæ vrbes, ſed ſcelera.*
D. Maxim.

45. Ambr.

Videndus eſt Ambroſ. *enarrat. 2. ſuper cap. 3. Ionæ*, cum docet, quo auxilio vtendum ſit in publicis calamitatibus, *neque*, inquit, *ſtatim deſperandum eſt de ſalute, cùm* [i] *excidium imminet, ſed peccata potiùs relinquenda ſunt, & ad Deum confugiendum*, quemadmodum fecerunt Niniuitæ, qui audientes vrbem euertendam eſſe, non deſperarunt, ſed quanto proximum annunciabatur excidium, tanto magis religioſis actibus armabantur, nec reliquerunt euertendam vrbem ſuam, ſed in ea potius permanſerunt: ſapientes, ſcilicet, vt quæ ciuium vexabatur peccatis, ciuium orationibus ſaluaretur, & cui perditionem mala conuerſatio ciuium intulerat, eidem ſalutem deuotio religioſa conferret; iuſtum enim erat, vt quos paſſa fuerat peccatores, eoſdem haberet proprios defenſores, ciuitati enim, non niſi propter peccata infertur excidium; deſine ergo peccare, [l] & ciuitas non peribit. Quid fugis patriam? Si vis ſaluus eſſe, tua potiùs ſubterfuge peccata; ſi tu peccare deſieris, victus eſt inimicus, & inclinata diuina miſericordia, iuxta illud, quod dictum eſt *Geneſ.* 18. Abrahamo, per decem, ſcilicet, viros iuſtos poſſe patriam ſaluari: igitur ſi iuſti ſunt, qui relinquunt, quapropter iniquus ciuis eſt, qui peccando ruinam Patriæ parat? Nanque Loth ſolus liberauit Segor, & magis valuit ad liberandam integram vrbem vnius gratia, quàm ad eandem euertendam multorum peccata, exeunti enim illi de Sodomis, hoſpitiique vſa Segor concedit; quod ſi iuſto hoſpitij donatur ciuitas, quanto magis patria? proditor [m] igitur patriæ eſt, & parricida communis libertatis, & communis parentis, qui cum geſſit pœnitendo vitam mutare, non mutat, ſed patriam deſerit fugiens ad hoſtem; deſertor enim patriæ eſt, qui in magna calamitate patriæ, peccata non fugit, ſed patriam. Aliter fecerunt Niniuitæ, prædicato enim per Ionam excidio vrbis, vrbem non fugiunt, ſed peccata.

[i] *Nec ſtatim deſperandum cum imminet excidium.*
[l] *Sed deſine peccare, & ciuitas non peribit.*
[m] *Proditor enim patriæ eſt, qui cum poſſit, eam pœnitẽdo ſaluare, fugiendo deſerit perituram.*

§. VIII. Ad Literam, & Mores.

Particula dubitationis Deo in ſacra pagina niſi ſecundùm morem noſtrum attribuitur, vel grauitatem peccatorum proteſtatur, quæ licet ſpem veniæ omnino non deiiciat, turbat tamen.

Quis ſcit, ſi conuertatur & ignoſcat Deus.

Similis eſt locus apud Ioelem prophetam *in cap.* 2. vbi dicitur, *quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem?* Quem locum Hebræi doctores exiſtimarunt propter appoſitam particulam, *ſi*, quæ ſententiam reddit obſcuram, & dubitationem introducit, quam habere non poteſt vates diuinus de celeritate diuinæ miſericordiæ in recipiendis pœnitentibus peccatoribus; quam D. Cyprian. & Tertull. *in lib. de pœnitentia*, gratiam [n] maturantem appellarunt, de qua multa dixit Cyprian. *in orat. de cœna.* Etenim ſi *Gen.* 46. vbi Iacob patriarcha ſaluum, & incolumem vidit filium Ioſeph, quem occiſum, & dilaniatum à feris exiſtimabat magno labefactatus amore, irruit in oſcula, & amplexus filij: qualis etiam fuit ille pater Euangelicus, cuius meminit Lucas cap. 15. *Cùm adhuc longè eſſet, vidit eum pater, & miſericordia motus eſt, & accurrens cecidit ſuper collum eius, & oſculatus eſt eum:* Quo pacto dubitandum eſt de diuinis [o] viſceribus? ea ſcilicet, commouenda non eſſent, cum videant non vnum, aut alterum filium reuertentem, ſed vrbem omnium maximam ad ſe conuerſam, lachrymis, ieiunio, cilicio, & clamoribus à minimo vſque ad maximum, ab homine vſque ad iumenta parentem Deum quærentem, præſertim cum Iſaias dicat, & ex parte Dei nobis polliceatur, *eritque antequam clament, ego exaudiam*, id eſt, celerrimè præueniam adiuuando veſtras preces: quod etiam dixerat Regius vates Pſalm. 9. *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua*; & Pſalm. 31. dixit, *Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Non eſt igitur cur Ionas apponeret hoc in loco particulam [p] dubitationis, quo tardam redderet miſericordiam in recipiendis, & audiendis lachrymis peccatorum.

46. Ioelis 2.
Cyprian.
Tertull.
[n] *Cum diuina miſericordia gratia maturans ſit.*
Gen. 46.
Luc. 15.
[o] *Quo pacto de ea poſſet dubitari, quòd non cõmoueretur ad pœnitentium lachrymas?*
Iſai.
Pſalm. 9.
Pſalm. 31.
[p] *Superfluit ergo hoc loco particula dubitationis, ſecundùm Hebræos.*

47. Proinde exiſtimant Hebræi ſine particula dubitantis legendum eſſe locum Ioelis, ſimiliaque alia, vt ſenſus ſit, quis cognoſcit peccata ſua, conuertatur, & Deus ea condonabit. Quæ expoſitio vim inferebat literæ ſacræ, & repugnat Patribus; & præterea abſurda eſt, vt patet ex circumſtantia loci; nec enim dubitare potuerunt Niniuitæ ſe in peccatis eſſe, cum ad lachrymas, & cilicium, & ad ieiunium confugerint in ruina vrbis; ſciebant enim propter ſua grauiſſima peccata vrbem cadere poſſe. Non igitur ea verba, *quis ſcit*, introducunt dubitationem de propriis peccatis, ſciebant enim optimè ſe in peccatis eſſe: quapropter nullo modo eſt tollenda [q] particula, ſi, quanuis dubitationem videatur ſignificare.

[q] *Sed nullo modo tollenda, & quare.*

48. Secunda igitur expoſitio eſt D. Ambroſ. *lib. 2. de pœnitent. cap. 5.* cùm explicat ea verba *Actor.* 8. quæ ſunt D. Petri ad Simonem magum. *Pœni-* Actor. 8.

nitentiam

Hierem. 26. Matth. 21. Ioan. 8.

tentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Si enim, inquit Ambroſ. *putandum eſt Petrum dubitaſſe de miſericordia Dei in Simonem, ſimilis profectò erit dubitatio Dei in ſimilibus verbis, quæ ſunt apud Hierem. cap.* 26. cùm loquitur diuinum oraculum ad Hierem. ad hunc modum: *Noli auferre verbum, forſitan audient, & auertantur.* Similis eſt locus *Matth.* 21. cùm de patrefamilias dicitur, *mittam filium meum dilectum, forſitan ipſum verebuntur:* & Ioan. 8. *ſi hæc enim ſciretis, & Patrem meum forſitan ſciretis.* Ex quibus locis dici non poteſt Deum ignoraſſe, quid futurum eſſet: ſed conſueto [e] loquendi modo apud Hebræos ſacra Scriptura vtitur verbis dubitantis, cùm de re agit, de qua nulla poteſt eſſe dubitatio: quo loquendi modo vtuntur etiam prophani Authores, vt patet apud Homerum *lib. 6. Iliadis*, cum Andromacha maritum Hectorem conatur à pugna auertere his verbis:

[e] *Secunda expoſitio eſt, vt accipiatur particula dubitationis ſecundum morem hominũ.*

Homer.

Generoſe perdet te tuum robur,
Nec miſereris filij tui, nec mei
Quæ fortaſſis vidua ero?

Appoſita eſt ergo particula, *forſitan*, dubitantis in re, de qua nulla poterat eſſe dubitatio: quomodo videtur interpretandus hic locus Ionæ, atque ille alius ſimillimus apud Ioelem *cap.* 2. vt particula, *ſi*, nullam ſignificet dubitationem, cum tamen eam denotare videatur.

49. Quamuis ergo hoc verum ſit, cùm de Deo ſermo eſt, in quem nulla poteſt cadere dubitatio de re aliqua, non tamen videtur negandum verba dubitantis, ſi hominis ſint, aliquam habere dubitationem, & eandem ſignificare, qualia planè ſunt hæc verba Regis Niniuitarum, *quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus?* quibus videtur inculcare [f] grauitatem ſuorum peccatorum, quæ tam grauia erant, vt vix locum relinquerent bene de remedio ſperandi, non quòd diuina miſericordia ſubuenire nolit, ſed quoniam tanta erant peccata, vt vix miſericordiam mereantur: valet autem plurimum ad pœnitentiam agendam pro peccatis, ſi quis ita ſperet bene de Deo, vt dubitet de grauitate ſuorum peccatorum; quemadmodum eleganter notauit Auguſt. *ſuper Pſalm.* 30 cum ponderat ea verba prophetæ, *Miſericordia tua, & veritas tua ſuſceperunt me; attende quia bonus es, attende quia iuſtus es, amo bonum, timeo iuſtum, amor, & timor producunt me.* Similia habet Pſalm. 41. cum explicat ea verba, *ad me ipſum anima mea turbata eſt. Nunquid,* inquit Auguſt. *à Deo turbata eſt anima? ad me turbata eſt, ab incommutabili reficiatur, ad mutabile perturbatur, noui quia iuſtitia Dei maneat, vtrùm mea maneat, neſcio, terret enim me Apoſtolus dicens, qui ſe putat ſtare, videat ne cadat. ergo quia non eſt firmitas mihi in me, neque eſt mihi ſpes* [t] *de me, ad me ipſum turbata eſt anima mea.*

[f] *Verùm, potior ſenſus eſt, vt his verbis inculcet Niniuitis ſuorum grauitatem peccatorum.*

Auguſt. Pſal. 30.

Pſal. 41.

[t] *Quaſi ſpem veniæ non dejicit, omnino turbat.*

50. Ioel 2. Hieron.

Videndus eſt Hieronym. ſuper Ioelem cap. 2. *Quis ſcit, ſi conuertatur Deus?* quibus verbis dicit Hieron. non eſſe ceſſandum à pœnitentia: *Ego enim,* inquit Ioel, *hortor ad id, quod meum eſt, ad pœnitentiam ſcilicet, & Deum ineffabiliter eſſe clementem agnoſco, dicente Dauide, miſerere mei Deus ſecundùm magnam miſericordiam tuam, & ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum; ſed quia profundum diuitiarum ſcientiæ Dei non poſſumus cognoſcere, ſententiam tempero, & opto potius,* [u] *quàm præſumo dicens, quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat Deus?* quibus verbis rationem dubitandi oſtendit D. Hieronym. de noſtra ſalute, quandiu in cælo non ſumus, vt perpetuò pœnitentiam agamus, quia ſemper certi ſumus de peccato, ſemper incerti de venia. Sunt igitur hæc verba timentium quòd veniam non acciperent propter grauitatem, & magnitudinem delictorum.

Pſal. 50.

[u] *Nec ſinit veniam præſumere, ſed ad ſummum optare.*

Hieron.

§. IX. Ad Literam.

Deus qui adeo ab omni ira, & furore alienus eſt, vt ſi quando venerit vindicare, operiri ſtudeat, & latere, quique in ſupremo iudicio apparebit tranquillus, ad morem tamen noſtrum iraſci quandoque dicitur, & furere.

Et reuertatur à furore iræ ſuæ, & non peribimus?

QVod autem propheta addidit, *& reuertatur à* 51.
furore iræ ſuæ, more [x] hominum loquitur, neq; enim Deus paſſionem iræ habere poteſt; hæc enim paſſio, quemadmodum dixit Seneca *lib.* 1. *de ira*, non ſolùm Deum, ſed quemcunque virum probum dedecet: cæteris enim affectibus aliquid quieti, & placidi ineſt, hic totus concitatus, & in impetu eſt, doloris, ſanguinis, ſuppliciorum, quam breuem inſaniam meritò dixerunt aliqui ex veteribus, ruinis ſimillimam, quæ ſuper id, quod oppreſſerunt, franguntur. Non poteſt igitur hæc paſſio in Deo eſſe. quod multis oſtendit Plutarch. in lib. de duabus literis, quæ in foribus templi Delphici legebantur, & Damaſc. *lib.* 1. *fidei Orthodox. cap.* 14. Lactant. *in lib. de ira Dei cap.* 6. Auguſt. 9. *de ciuit. cap.* 5. expreſsiùs *lib.* 1. *confeſſ. cap.* 4. cum de diuina ſimplicitate, & immutabilitate ita habet, *Amas, nec æſtuas, zelas & ſecurus es,* [z] *pœnitet te, & non doles, iraſceris, & tranquillus es.*

[x] *More humano loquitur propheta iræ paſſionem Deo tribuens.*

Seneca.

Plutarch. Damaſc. Lactant. Auguſt.

[z] *Deus enim immutabilis eſt, & omnis paſſionis expers.*

Videndus eſt Gregor. Magn. 32. *moral. cap.* 7. 52.
cùm explicat hæc verba Hieremiæ cap. 25. *deſerta eſt terra ab ira columbæ, à facie furoris Domini;* quod enim dixerat, *ab ira columbæ*, illud vocat furorem Domini, columba namque valde ſimplex animal eſt; & quia in Deum nulla furoris inæqualitas ſerpit, furorem Domini iram columbæ appellauit, vt diuinæ iræ vim imperturbabilem demonſtraret; & iram dixit, & columbæ, ac ſi apertiùs diceret, diſtrictum iudicium inconcuſſus exerit, qui permanens manſuetus iniuſtos punit, & videbitur in poſtremo iudicio [a] tranquillus iuſtis, iratus reprobis, quorum vtrunque ſignificauit Ioann. *in ſua reuelat.* cum dixit cap. 6. *Dicent impij montibus, Cadite ſuper nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni.* Maluit enim dicere Ioannes cùm loqueretur de ſecundo aduentu Chriſti Domini ad iudicium, *ab ira agni*, quàm ab ira leonis, quamuis & leo, & agnus Chriſtus Dominus dicatur in ſacra Scriptura, vt intelligeremus, quàm meritò iraſcatur Deus in impios, cùm natura ſua mitiſſimus ſit velut agnus; vel ſaltem vt oſtenderet nos reddidiſſe agnum iratum, cum natura ſua mitis ſit; quemadmodum videtur notaſſe Hierem. in Threnis, cap. 3. *operuiſti in furore:* quæ verba alius ita vertit, *poſuiſti tentorium furoris tui*, quaſi vellet, alienam omnino eſſe à Deo iram, & furorem, ita vt ſub tentorio quodammodo latere videatur [b] Deus, cùm iratus introducitur: faciliimè igitur in

Greg. Mag. Hierem. 25.

[a] *Et videbitur in ſupremo iudicio tranquillus.*

Apocal. 6.

Threnor. 3.

[b] *Qui latere videtur, dum iratus introducitur.*

YY clementiam

elementiam conuertitur diuina ira, quod ſignificauit Propheta cum dixit, *& reuertatur à furore iræ ſuæ*, eſt enim furor ira quædam breuis.

§. X. Ad Literam.

Ea eſt diuinæ bonitatis pietas, vt mala ſæpiùs comminetur, ne inferat ea, quippe ad primum pœnitentiæ motum placatur.

53. *Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.*

Chryſoſt.

CLemẽtis Dei opus eſt, ea plerunque comminari hominibus, quæ inferre iiſdem minimè vult, quod Chryſoſt. notauit hom. 45. ad populum. *Gehenna cum regno operatur in nobis*, id eſt, comminatio gehennæ, tantum operatur in nobis, quantum promiſſio regni cæleſtis; ideo enim Deus comminatur mala, [c] vt ne inferat illa, ſicut apertè patet ex hoc loco: qualis eſt etiam ille alius Hierem. cap. 18. *repente loquar aduerſùs gentem, & aduerſus regnum, vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud: ſi pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſum eam, agam & ego pœnitentiam à malo, quod cogitaui, vt facerem ei.* Cuius rei ſatis clarum eſt hoc exemplum Niniuitarum; nanque miſertus eſt Deus ad eorum clamores, & lachrymas, ſuper malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis: ad primum [d] nanque virtutis ingreſſum Niniuitarum, conuerſus eſt Deus ad Niniuitas: eſt autem prima virtus fugiſſe vitium, ſecunda autem, bonitatem ſequi, iuxta illud Pſalmi... *Declina à malo, & fac bonum*; quemadmodum proſequitur Chryſoſt. *hom. 16. ad Epheſ. & hom. 14. ſuper Matthæum*, cuius exemplum Hebræi ſunt, quibus non ſatis fuit receſſiſſe ab Ægypto, niſi terram promiſſionis ingrederentur, quorum vtrunque feciſſe conſtat Niniuitas, & vitia reliquerunt, & ad lachrymas, & pœnitentiam confugerunt.

[c] *Ideo Deus comminatur mala, ne inferat illa.*
Hierem. 18.

[d] *Ad primum nanque reſipiſcentiæ motum placatur ira Dei.*
Chryſoſt.

54. Nequis autem exiſtimet, *malitiam* hoc in loco ſignificare *iniquitatem*, cuius Deus non poteſt eſſe cauſa; ſciendum eſt, malitiam plerunque eas ſignificare minas, quibus Deus minatur laborem, & afflictionem, non quòd natura ſua mala ſint, quomodo enim [e] mala eſſe poſſunt, quæ malitiam prohibent? nominibus tamen nobis conſuetis, minas vocauit *malitiam*, vt quæ vexare, & fatigare poſſint homines; atque ita *malitia* [f] ſignificat afflictionem, & laborem, ſicut docet D. Hieronym. *in cap. 1. Ionæ*, illis verbis, *ſciamus quare hoc malum ſit nobis. & in epiſt. ad Amandum, & Matth. 6.* illis verbis, *ſufficit diei malitia ſua*: & Tertull. *lib. 2. aduerſus Marcionem*, vbi dies malos, pro, laborioſos, accipiunt; qualis eſt ille locus Pſalm. 4. *In die malo liberabit eum Dominus*, hoc eſt in die laborioſo. Simili loquendi modo vtitur Homerus in Odyſſæa lib. 3. *Vt celerrimè*, inquit, *malitiam fugeremus*, id eſt, tempeſtatem. Similis locus eſt apud Poëtam cum ait, *Aſſuetúmque malo ligurem*, id eſt, labori deditum. Ad pœnitentiam ergo Niniuitarum pollicetur Deus conuertendam eſſe euerſionem vrbis.

[e] *Labor & afflictio quomodo mala ſunt, quæ mala prohibent?*
1. Ionæ.
Hieron.
[f] *Malitia ſignificat afflictionem more noſtro.*
Matth. 6.
Pſal. 4.
Homerus.
Virgil.

§. XI. Allegoria.

Euertendam prædicat Ionas Niniuem, & Chriſtus Dominus Hieroſolymam; conuertuntur tamen ad Deum Niniuitæ ex miraculo liberationis Ionæ de ventre ceti, ſed non credunt Iudæi Chriſto Domino à mortuis reſurgenti.

SVpereſt iam, vt ad calcẽ huius capitis dicamus 55.
quid in eo reperiatur, quod figura ſit Chriſti ſeruatoris; memini enim dixiſſe me ſuperiùs hoc ipſo in capite Ionã fuiſſe typum Chriſti ſeruatoris, quod prædicauerit poſt ſuum naufragium Niniuitis gentilibus hominibus, quod feciſſe cõſtat Chriſtum Dominũ poſt ſuam reſurrectionem; continuò enim iuſſit prædicari ſuum Euangelium gentibus vniuerſis. Id quod volunt Aug. *epiſt. 49. q. vlt. & lib. 18. de Ciuit. cap. 44.* & Hieron. Remig. & Rupert. Verùm quod attinet ad excidium vrbis vaticinatum Niniuitis, figura fuit Ionas eius euerſionis, quam [g] prædixerat Chriſtus Dominus futuram de ciuitate Hieroſolymitana, ſicut patet *Luc. 19.* cùm de Ciuitate Hieruſalem dixit Chriſtus Dominus, *& circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te & ad terram proſternent te*: & Matth. 23. *Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta*: quod factum eſt anno ſecundo Veſpaſiani Imperatoris, ſicut refert Ioſephus *lib. 2. de bello, cap. 10.* Chriſtus autem Dominus fuerat paſſus anno 18. Tyberij Cæſaris, à quo anno ad annum vſque excidij Hieruſalem elapſi ſunt 40. anni, ſicut præter Suetonium, & alios, teſtatur Cardin. Baron. *tom. 1. annalium.* In eo igitur typus fuit Chriſti ſeruatoris Ionas Propheta, quod velle videtur ille locus Lucæ cap. 11. *Nam ſicut Ionas fuit ſignum Niniuitis, ita erit filius hominis generationi iſti*; ſicut docet Ambroſ. cum ait, ſcilicet, *aduertere licet, & maieſtatis oraculum, & pietatis indicium: nanque Niniuitarum exemplo & prædicitur [h] ſupplicium, & remedium demonſtratur: vnde etiam Iudæi debent non deſperare indulgentiam, ſi velint agere pœnitentiam.*

Auguſt. & alij.

[g] *Prædictio euerſionis Niniues figura fuit euerſionis Hieroſolyma, quam prædixit Chriſtus Dominum.*
Luc. 19.
Matth. 23.
Ioſephus.
Baronius.
Lucæ 11.
Ambroſ.
[h] *In exemplo Niniuitarum ſupplicium prædicens & remedium demonſtrans.*

Clariùs oſtendit Iuſtinus Martyr in dialogo 56.
cum Triphone, in eo fuiſſe figuram Ionæ Chriſti ſeruatoris, quòd prædixerit euertendam eſſe vrbem. *Cum Chriſtus*, inquit, *apud vos clamet daturum ſe vobis eſſe ſignum Ionæ Prophetæ, & hortetur vos, vel poſtquam ab inferis excitatus eſſet, eorum malorum, ac ſcelerum, quæ commiſiſtis, vos pœniteat, non modò vos non pœnituit, cum eum à mortuis excitatum eſſe diceretis, ſed quemadmodum dixit, viros delectos in totum Orbem miſiſtis, qui dicerent, ſectam quandam impiam, & legibus contrariam excitatam fuiſſe à Ieſu quodam Galilæo impoſtore.*

Iuſt. Mart.

Ne quis autem exiſtimet, non fuiſſe Chriſti 57.
Domini inter Iudæos cognitam [i] reſurrectionem ſicuti nos iam diximus, notam fuiſſe apud Niniuitas Ionæ liberationem à naufragio, quæ ſymbolum fuit, & mortis Chriſti, & reſurrectionis eius; videndus eſt Paulus 1. *ad Corinth. 15.* vbi dicit, Chriſtum Dominum poſt ſui reſurrectionem apparuiſſe pluſquam 500. fratribus. Cuius habet ſimilia Matthæus *cap. 28.* & receptum fuiſſe hoc miraculum reſurrectionis docet Ioſephus *lib. 18.*

[i] *Fuit autem Chriſti reſurrectio nota Iudæis, ſicut & liberatio Ionæ Niniuitis.*
1. Cor. 15.
Matth. 28.
Ioſephus.

Digitized by Google

lib 18. *antiquitatum*, *cap.* 4. Sic enim ille habet de Ieſu Chriſto crucifixo à Pilato, *apparuit enim eis tertia die viuus, ita vt diuinitus de eo vates hoc, & alia multa prædixerint miranda; non tamen Iudæi crediderunt ei, qui poſtquàm Ionas eſt.* Totum igitur hoc tertium caput duo oſtendit, in quibus Ionas figura fuit Chriſti ſeruatoris. Primum,[l] eſt, quod prædicauerit Ionas gentilibus hominibus poſt ſuum naufragium, ſicut Chriſtus Dominus poſt ſuam reſurrectionem. Secundum eſt, quòd prædixerit euertendam eſſe vrbem Niniuitarum, quemadmodum Chriſtus Dominus prædixerat euertendam eſſe vrbem Hieruſalem. Hactenus de figura Chriſti ſeruatoris; quæ enim[m] ſequuntur in cap. 4. iam non pertinent ad figuram Chriſti.

[l] *Hoc ſecundo cap. in duobus Ionas repræſentat Chriſtum.*

[m] *Quæ ſequuntur non pertinent ad figurã Chriſti.*

CAPVT QVARTVM

Prophetia Ionæ.

ET afflictus eſt Ionas afflictione magna, & iratus eſt, & orauit ad Dominum,, & dixit: Obſecro Domine, nunquid non hoc eſt verbum meum, cum adhuc eſſem in terra mea? propter hoc præoccupaui, vt fugerem in Tharſis; ſcio enim, quia tu Deus, clemens, & miſericors es, patiens, & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia. Et nunc Domine tolle quæſo animam meam à me, quia melior eſt mihi mors, quàm vita. Et dixit Dominus: Putáſne bene iraſceris tu? Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate, & ſedit contra orientem ciuitatis, & fecit ſibimet vmbraculum ibi, & ſedebat ſubter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati. Et præparauit Dominus Deus hederam, & aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbra ſuper caput eius, & protegeret eum (laborauerat enim) & lætatus eſt Ionas ſuper hedera, lætitia magna. Et parauit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum, & percuſſit hederam, & exaruit. Et cùm ortus fuiſſet Sol, præcepit Dominus vento calido, & vrenti: & percuſſit Sol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat: & petiuit animæ ſuæ, vt moreretur, & dixit, melius eſt mihi mori, quàm viuere. Et dixit Dominus ad Ionam: Putaſne bene iraſceris tu ſuper hedera? Et dixit, bene iraſcor ego vſque ad mortem. Et dixit Dominus: Tu doles ſuper hederam in qua non laboraſti, neque feciſti, vt creſceret, quæ ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte periit. Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt plus quàm centum viginti millia hominum, qui neſciunt, quid ſit inter dexteram, & ſiniſtram ſuam, & iumenta multa.

TRACTATVS XV.

De verbis illis: *Et afflictus eſt Ionas afflictione magna, & iratus eſt, & orauit ad Dominum, & dixit: Obſecro Domine, nunquid non hoc eſt verbum meum cum adhuc eſſem in terra mea? propter hoc præoccupaui, vt fugerem in Tharſis; ſcio enim, quia tu Deus clemens, & miſericors es, patiens, & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia. Et nunc Domine tolle quæſo animam meam à me, quia melior mihi eſt mors, quàm vita. Et dixit Dominus: Putas ne bene iraſceris tu?* Siue, *De expoſtulatione Ionæ cum Deo.*

§. I. Ad Literam.

Quamuis propter gloriam Dei afflictum fuiſſe Ionam veroſimile ſit, longè tamen veroſimilius eſt, propter ſui nominis opinionem in tam grauem mærorem incidiſſe.

Et afflictus eſt Ionas afflictione magna.

NON eſt merus pleonaſmus in his verbis, qua figura nonnunquam ſuperflua adduntur in oratione, appellatúrque,[a] Latinis ea figura *Cumulatio*, ſiue *Adiectio*; qualis eſt ea locutio apud Poëtam, *ſic ore locuta*; & illud in Euangelio, *aperiens os ſuum docebat eos*; & illud, *gauiſi ſunt gaudio magno*: creſcit enim triſtitia Ionæ, cum dixit ſe afflictum fuiſſe afflictione magna, plus enim aliquid eſt, afflictione magna aliquem afflictum eſſe, quàm ſimpliciter afflictum eſſe, pro- 1.

[a] *Pleonaſmus, Latine Cumulatio.*

b Sed non eſt in his verbis ſola cumulatio. LXX. Interp. Theophyl. *c Vehementer enim dolet Ionas, ne quaſi perturbator, & mendax haberetur à Niniuitis.* Theodoret.

inde non eſt ſola [b] cumulatio in his verbis. Statim autem addit cauſam huius triſtitiæ, cum dixit, *& iratus eſt*, ſeu vt vertunt LXX. *confuſus eſt*, cauſam iræ oſtendentes fuiſſe confuſionem; videtur enim vates doluiſſe, ſe mendacem, vanúmque videri poſſe prophetam, quam cauſam Theophylact. aſſignat eius triſtitiæ, quam habuit Ionas: *Non doluit*, inquit, *Ionas, quod ſeruatis inuideret; eſt enim inuidia aliena ab ea animi viri Domini Iona: cæterum quia periculum erat, ne ipſe mendax* [c] *haberetur, & quaſi perturbator à Niniuitis, vehementer dolet.* Cuius etiam ſententiæ eſt Theodor. cum ait, *vereor ne mendax habear.*

d Vel etiam propter gloriã Dei, intercidere ne putarent donum prophetia. Theophyl. Chryſoſt. Roman.9.

2. Verùm idem Theophylact. ſeipſum explicare videtur, cum dixit, *non doluiſſe propter ſe, ſed propter gloriam* [d] *Dei, ne*, ſcilicet, *gratia Dei, & dono prophetia intercidente Deus Iſraelis à gentibus vituperaretur*: qualis videtur eſſe ille locus apud Paul.9.*ad Roman.* quemadmodum interpretatus eſt Chryſoſt.*homil.* 16. *ſuper epiſt.ad Roman.* Sic enim Paulus ait: *quoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordis mei, optabam anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundùm carnem, qui ſunt Iſraelitæ, quorum adoptio eſt filiorum, & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa:* tunc ita habet D. Chryſoſt. *Dicebant omnes inter gentes, quòd digni habiti ſunt filij Dei, qui legem acceperunt, qui primi Deum nouerunt, qui ante vniuerſum orbem Deum coluerunt, & promiſſiones acceperunt, relicti ſunt Hebræi, & pro illis introducti, qui nunquam Deum cognouerunt; hæc autem, qui dicebant, Deum conuitiis afficiebant, quod Paulus ægrè ferens, ac pro Dei gloria dolens,* [e] *dicebat, Optabam anathema eſſe, vt Hebræi ſalui fierent, & huiuſmodi conuitium ceſſaret, ne videretur Deus illorum maiores decepiſſe, quibus dona pollicitus eſt.* Ne igitur falſa haberetur diuina promiſſio, doluit Paulus, & optauit anathema fieri, ſicut doluiſſe videtur Ionas hoc in loco propter Dei gloriam, ne vanum haberetur eius vaticinium apud gentes. Quanuis autem hæc expoſitio non diſpliceat, magis tamen placet prior; videtur enim Ionas aliquid humanum paſſus [f] propter ſe, & propter ſuos populares Hebræos.

e Quo ſenſu dicitur Paulus optare anathema eſſe pro fratribus.

f Sed vero ſimiliter creditur Ionam paſſum fuiſſe aliquid humanum.

§. II. Ad Literam.

Blandiendo accuſat Ionas Deum, & ſuam excuſans fugam conqueritur, ſe in id fuiſſe miſſum vt mendax haberetur.

3. LXX. Interp. Hieron.

Obſecro Domine, nunquid non hoc eſt verbum meum, cum adhuc eſſem in terra mea? propter hoc præoccupaui, vt fugerem in Tharſis.

ALiter LXX. vertunt hunc locum: quibus ſuffragatur D. Hieronymus; pro eo enim, quod noſter vulgatus dixit, *obſecro*, in Hebræo eſt particula, [g] *hana*, quæ interiectio eſt deprecantis, & ſignificat blandientis affectum, quemadmodum notauit Pagninus in theſauro linguæ ſanctæ; quoniam enim Ionas accuſare videbatur Deum iniuſtitiæ, quòd cum miſerit, [h] blandiendo temperat id, quod dixerit, quaſi velit, hæc cauſa fuit fugiendi, ſi miſericordem, & clementem te dicerem, atque indulgentem malitiæ hominum, nullus ageret pœnitentiam: ſi crudelem, & iudicium annunciarem ſolum, ſciebam hoc tuæ non eſſe naturæ; quare in dubio poſitus malui fugere, quam aut pœnitentes leuitate decipere, aut te prædicare, quod non eras: quare mihi potiùs fugiendum fuit in Tharſis. Suam itaque excuſat fugam, & blandiendo [i] occultè Deum accuſat, quòd hominem miſerit prophetam, vt mendax, & vanus haberetur.

g Particula, hana, blandientis affectum ſignificat. Pagninus.

h Blandiendo temperat Ionas, quæ Deũ arguere videbantur.

i Suam excuſans fugam & querens de iniuria.

§. III. Ad Literam.

His quinque nominibus diuina miſericordia eleganter deſcribitur, quæ noſtris ita malis commoueri ſolet, vt conſolatione videatur indigere.

Scio enim, quia tu Deus clemens, & miſericors es, patiens, & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia.

NOn ſunt hæc nomina ſynonyma, ſed ſingula peculiariter opes diuinæ miſericordiæ explicãt; quod enim vulgatus interpres tranſtulit, *clemens*, Hebraicè, 4.
benignum ſignificat, & propenſum ad gratis condonandas iniurias; quæ virtus cum in vnoquoque homine neceſſaria ſit, in Principe, [l] & in Deo omnino neceſſaria eſt, quemadmodum dixit optimè Seneca lib.1.de clement.cap.6. *Quanta ſollicitudo, & vaſtitas ſit, ſi nihil relinquitur, niſi quod Iudex ſeuerus* [m] *abſoluerit, peccauimus enim omnes, alij grauia, alij leuiora peccata.*

l Clementia in Principe omnino neceſſaria. Seneca.

m Nam ſi cũcta iudex ſeuerus abſoluerit, nihil niſi vaſtitas relinquetur.

Videndus autem eſt Gregor. Nazianz *orat.*17. cum omnes hortatur ad clementiam, & benignitatem, *nihil*, inquit, *tam diuinum homo habet, quam benignitatem, ac beneficentiam.* Id quod ante eum dixerat Cicero in orat. pro Ligario, *Homines ad Deum nulla re propius accedunt, quàm ſalutem hominibus dando*: quod proſequitur Iacobus Bilius in citata orat. Nazianz. Similia habet Chryſoſt. hom.37. ſuper Matth. *Nihil certè, nos*, inquit, *vſque ad ſimilitudinem* [n] *Dei ſic effert, atque extollit, quemadmodum libera magnificentia, & copioſa collatio.* Eſt igitur vnum ex diuinis nominibus, quibus Dei miſericordia oſtenditur, *clementia*, ſiue *gratioſa condonatio* iniuriarum in Deum. 5.

Nazianz. Cicero. Baſilius. Chryſoſt.

n Sicut à cetera clementia nos ad ſimilitudinem Dei extollit.

Et miſericors es. Secundùm nomen diuinũ eſt, *miſericors*, id eſt, qui quaſi maternis viſceribus [o] præditus eſt. Id quod Remigius ſic explicat, *qui miſerum habet cor*, id eſt, qui alienis in malis quodammodo [p] vulneratur; ſic enim docet Ariſt. 2.*lib. Rethoricorum ad Theod. cap.*8. Damaſc.*lib.*2.*fidei Orthodox.cap.*14. Aug.9. *de ciuit.cap.*5. Quanuis autem negandum non ſit miſericordiam in ſe imperfectionem quandam dicere, & perturbationem in nobis, triſtitiam enim inuoluit, & dolorem de aliena miſeria; neganda propterea miſericordia à diuinis viſceribus, quemadmodum notauit D. Thomas 1. p. q. 21.a.3. *eſt enim in Deo ſecundum effectum, non autem ſecundùm compaſſionis affectum: ſubleuare enim alienam miſeriam ad diuinum pertinet miſericordiam; dolere autem de aliena miſeria ad hominum pertinet miſericordiam.* Atque ita miſericordia diuina [q] poſita eſt in remedio alienæ miſeriæ; miſericordia humana in dolore: non ergo perturbatur Deus cum miſeretur noſtrum, quod eſt ſecundum nomen eius. 6.

o Miſericors, id eſt, maternis viſceribus præditus. Remigius.

p Seu qui alienis in malis quodammodo vulneratur. Ariſtotel. Damaſc. Auguſt. D.Thom.

q Miſericordia diuina poſita eſt in remedio alienæ miſeriæ, humana verò in dolore tantùm.

Patiens. Addit autem propheta & tertium nomen, quod eſt, *patiens*, id quod Hebraica 7.

ca veritas ira explicat, [a] *latus naribus*, id eſt, qui
[a] *Latus naribus non citò accenditur ad vindictam.* non citò accenditur, [f] neque feſtinat Deus ad vindictam; nanque qui anguſtiores habens nares, celeriores ſunt ad iram, & vindictam; qui verò latas habent nares, facilius calidam animam expirant. Sic Deus facilem acceſam iram, & æſtuãtem exhalat. Quo ſenſu intelligendus eſt ille lo-
Pſal. 29. cus Pſalm. 29. *Quoniam ira in indignatione eius*; ira enim furor breuis eſt, indignatio autem multo exactior, & diuturnior. Cùm igitur Deus indignatur, breuiter & celeriter indignationem re-
[f] *Ita ira Dei citò tranſit, vt non tam indignari, quàm iraſci dicendus ſit.* mittit, citóque placatur, vt non tam indignari, quàm iraſci dicendus ſit: vnde meritò aliqui vertunt, *momentum in ira eius*; neſcit enim celeriter punire. Qua de re videndus eſt Plutarch. *in lib. de ſera Numinis vindicta*, vbi Euripides conque-
Plutarch. ritur, quòd Deus tardus ſit ad puniendum. *Cunctatur*, inquit, *Deus, talis eſt Numinis natura, cùm tamen nulla in re, minimè tamen in paruorum animaduerſione, tardam eſſe Deum deceat, vtpote qui in perpetrandis ſceleribus minimè tardi exiſtant, ſed vehementi impetu ferantur.* Verùm, quoniam
August. Proſper. ira inueterata fit odium, vt refert Auguſtin. *epiſt.* 149. *& epiſt.* 87. & Proſper. *lib. ſententiar. ſent.* 320. oportuit tardam potiùs eſſe vindictam, ſiue
Epitectus. iram diuinam; ſicut enim dixit Epitectus *in arte*
[t] *Qui amore & ira laborant, neceſſe eſt vt mora maximè vtantur.* *humana vita c.* 12. *Quoniam hi duo affectus ira, & amor vehementiſſimi ſunt, neceſſe eſt, vt qui illis laborant*, [t] *tempore, & mora maximè vtantur, quod enim ratio nequit, ſæpe ſanant dies*, quemadmo-
Tragicus. dum Tragicus dixit *in Agamemnone*.

8\. Chryſoſt. Plutarch. Videndus eſt Chryſoſtom *hom* 22. *ad Roman.* 12. *de ira ad Neronem cap.* 19 *& lib.* 3. *cap.* 12. *& cap.* 42. *&* 43. Plutarch. *in lib. de iracundia, & in lib. de ſera Numinis vindicta*; apud quem Architas Tarentin. dixit, cum domeſticos ſuos in re familiari negligentes inueniret, *valete*, inquit,
[u] *Vide temperantiã hominis ethnici.* *quia iraſcor* [u] *vobis*. Videndi Patres *ſuper Pſal* 4.
Pſalm 4. Chryſoſt. Auguſt. explicantes ea verba eiuſdem, *iraſcimini, & nolite peccare*, præſertimque Chryſoſt. *tom.* 5. *hom.* 29. *&* 30. *&* 31. *& lib.* 3. *de ſacerdot.* Auguſt. *lib. de ſermone Domini in monte cap.* 20. *& lib.* 50. *homiliar. hom.* 40.

9\. Quod igitur Ionas hoc in loco voluit, cùm Deum patientem appellauit, eſt, Deum eſſe tardum ad vindictam, & facilem ad deponendam iram; loquitur autem de Deo more hominum, cùm tamen Deus nullis affectibus moueatur.

10\. *Et multæ miſerationis.* | Quartum tandem nomen eſt, *& multæ miſerationis*, id eſt, *diues in miſericordia*, ſicut cum vocat
Epheſ. 2. Roman 9. Paulus ad Epheſ. 2. *Deus autem, qui diues eſt in miſericordia*, & ad Roman. 9. *Nunquid opulentiam*
[x] *Dei opulentia, & diuitiæ miſericordia.* [x] *bonitatis eius, aut ſuſtinentiæ, & longanimitatis contemnis?*

11\. *Et ignoſcens ſuper malitia.* { Quod verò vltimo loco additur, *& ignoſcens ſuper malitia*, id eſt, *ſuper afflictionem*: quod enim vulgatus interpres tran-
Ioëlis. 2. ſtulit, *ignoſcens*; Ioël. *in cap.* 2. vertit, *præſtabilis ſuper malitia*; deriuatum eſt enim nomen Hebræum à verbo Hebræo, quod ſignificat pœnitere, ſiue
Pagninus. Rab. Dauid. conſolari, quemadmodum aduertit Pagninus *in theſauro*, & Rab. Dauid *in lib. radic.* quaſi ita Deus pœnitere ſoleat de afflictione quam hominibus
[z] *Ita Deum noſtra mouet afflictio, vt videatur egere conſolatione.* dedit, vt iam videatur egere [z] conſolatione ad morem parentum, quos conſolari ſolemus, ſi quid aduerſum paſſi fuerint eorum filij. Quem
Cyprian. locum Cyprian. *in epiſt. de bono patientiæ, & lib.* 4. *epiſtolar. epiſt.* 2. *& ſerm.* 5. *de lapſis*, ita protſus vertit, *miſericors, & pius eſt, & patiens, & multæ miſerationis, & qui ſententiam flectat aduerſus malitias irrogatam.*

Videntur autem hæc quinque nomina pertinere ad diffinitionem [a] diuinæ miſericordiæ, 12.
quibus præter Ionam vtitur Ioel *in cap.* 2. Regius vates *Pſalm.* 85. volentes exprimere ad viuum miſericordiam Dei, quam melius multo expreſſit Zacharias *in Cantic. Luc.* 1. cum dixit, *per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto*; vnico enim verbo Dei in carne, quod de paternis [b] viſceribus ortum eſt, ſatis declarata eſt miſericordia Dei vnico verbo, ſed quinque vulneribus, vt miſericordia Dei in noſtris vulneribus vulnerata etiam eſſet de more miſericordiæ humanæ, placuit enim Deo [c] ea commiſeratio, quæ in humana miſericordia cernitur.
[a] *Definitio miſericordiæ diuinæ quinque nominibus exponitur.* Ionel. 2. Pſalm. 85. Luc 1. [b] *Sed clariùs per viſcera paternæ miſericordia declaratur.* [c] *Placet enim Deo forma miſerationis humana.*

§. IV. Ad Literam.

Quoniam naturale eſt homini voluptate potius carere, quàm dolorem pati, elegit potius Ionas vita priuari, quàm in dolore iniuriæ viuere, id tamen niſi de licentia Dei prudentiſſimè non optauit.

[y] *Et nunc Domine, tolle quaſo animam meã à me, quia melior eſt mihi mors, quàm vita.* { Poteſt hoc in loco anima propriè interpretari pro anima, quæ altera pars eſt hominis, vel etiam pro vita, quam affert, & efficit anima rationalis, ſicut ſæpe vſurpatur in ſacrã Scriptura; vtraque enim interpretatio quadrat ad hunc locum, & vtroque modo anima à nobis tollitur, cum morimur: eſt enim *mors*, ſicut Philoſophi definiunt, *ſeparatio*, vel *diſſolutio animæ à corpore*, cum qua pariter diſſoluitur vita. Amplificat igitur Ionas miſerum [d] ſtatum, in quo erat; in eo enim eligebat potius mori, quàm viuere: qualis eſt ille locus Iob in cap. 7. *Quamobrem elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea*: quale fuit votum Moyſis Numer. 11. *Obſecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis*: & Elias propheta lib. 3. Reg. cap 19. *ſufficit mihi Domine, tolle animam meam, neque enim melior ſum, quàm patres mei*, id eſt, non ſum dignus vita longiori; quàm fuerit vita meorum parentum. Notandum autem eſt cum Theophyl. id, quod maximè facit ad amplificandam hanc ſententiam, in viſceribus ceti [e] vitam optaſſe Ionam, & ſperaſſe, in eo autem ſtatu mortem potiùs voluiſſe; cùm enim mors terribiliſſima ſit, vt dixit Philoſoph. *quis eſt*, quemadmodum refert Cicero in lib. de finibus. *cui non refugiat ſanguis, atque exalbeſcat metu mortis?* tamen in eo ſtatu erat propheta, vt potiùs eligeret mortem, quàm vitam, *& cum nemo ſit, qui non magis dolorem fugiat, quàm voluptatem appetat* teſte Auguſt. *lib.* 83. *quæſtionum, quæſt.* 36. & Ariſtotel. *lib.* 3. *Ethicor. cap.* . . . cum ait, *difficilius eſt dolores ferre, quàm voluptatibus abſtinere*: eligebat potius propheta voluptate vitæ carere, quàm dolorem pati, in quo erat: quæ extrema amplificatio eſt ſui doloris.
13\. [d] *Amplificat Ionas miſerũ ſtatum ſuum mortem eligens in vita.* Iob 7. Num 11. 3. Reg. 19. Theophyl. [e] *Qui vitam in morte optauerat.* Ariſtot. Cicero. Auguſt. Ariſtot. [f] *Extrema doloris amplificatio eſt mortem appetere.*

14\. Cautè autem dixiſſe videtur propheta, *tolle animam meam à me*, vt ſignificaret neminem poſſe appetere mortem, niſi ſub ea conditione, vt maius, ſcilicet, malum effugiat, mi-

pus enim malum bonum videtur, ſicut docet D. Thomas 1. 2. q. 15. cum ait; *mortem ratione ſui non poſſe expeti, aliunde autem poſſe, propter, ſcilicet, alicuius boni adeptionem, vel fugam alicuius vehementis mali*, ſicut ipſe docet *in 3. ſentent. diſt.* 17. & 18. neque illam licet appetere in eo ſtatu, niſi ita Deo [g] viſum fuerit, cuius eſt hæc vita, qua viuimus, quemadmodum notauit Paulus *Actor.* 17. ex authoritate Arati Poëtæ vetuſtiſſimi, qui dixit, *in ipſo enim viuimus, mouemur, & ſumus*, & 1. Reg. 2. *Dominus mortificat & viuificat*; quod expreſſit Chriſtus Dominus *Luc.* 12. cum dixit, *ſtulte hac nocte repetent animam tuam à te.* Dixit hoc Socrates apud Platonem *in dialog.* 24. qui *Phædon* inſcribitur, vbi nos appellat poſſeſſionem Dei, & aſſerit Deum nos in [h] cuſtodia poſuiſſe? vnde nobis non licet exire ſine eius licentia, quam poſtulaſſe videtur Ionas cum dixit, *tolle, quæſo, animam meam à me*; doleo enim vehementer ita viuere, ſi deſit vel veritas Prophetæ, vel authoritas vaticinio.

D.Thom.

[g] *quam non licet optare, niſi Deo ita viſum ſit.*

Actor. 17. 1. Reg. 2. Luc. 12. Plato.

[h] *Poſitis enim in diuina cuſtodia, niſi de licentia eius exire non licet.*

15. Eſt autem plerunque beneficium diuinum mortem [i] pro vita dare, quemadmodum dixit Menander Poëta,

[i] *Mors plerunque beneficium.*

Menander. Cicero.

Quem Dij amant, moritur iuuenis.

Quod optimè dixit Cicero *orat.* 4. *in Catilin.* ex C. Cæſaris authoritate, qui dicere ſolebat, mortem à diis immortalibus, non eſſe ſupplicij cauſa conſtitutam, ſed ob neceſſitatem naturæ, ſeu laborum, aut miſeriarum quietem. Qua de re videndus eſt Nazianz. *orat.* 38. loquens de morte Adami, quæ in pœnam data eſt à Deo, cum ita habet, *hic quoque mortem, ac peccati præciſionem elucratur, ne malum* [l] *immortale eſſet, ita pœna ipſa in miſericordiam ceſſit; ſic enim Deum inferre ſupplicia perſuaſum habeo.* Videndus eſt Chryſoſt. *hom.* 4. & 5. *ad populum*, & Auguſt. *Pſalm.* 141. explicans illud, *educ de cuſtodia animam meam*: & *tract.* 9. *in epiſt. Ioannis.* videndus eſt Epitect. *in lib. de arte humana, cap.* 5. cum ait, *turbant homines, non res ipſæ, ſed quæ de rebus habentur opiniones, vt mors ſi ſic eſſet, Socrati acerba eſſet.* Quod igitur voluit Ionas Propheta illud eſt, ſe in eo ſtatu eſſe, vt beneficij loco à Deo accipiat pro vita mortem.

Nazianz.

[l] *Mors data Adamo, ne malum eſſet immortale.*

Chryſoſt. Auguſt. Pſal. 141. Epitectus.

§. V. Ad Literam.

Quoniam iracundia ſola poteſt ratione ſanari, voluit pius Dominus vt rationem quæreret Ionas, qua poſſet conſolationem inuenire.

16. *Putas ne bene iraſceris tu?* ANtequam ſenſus huius loci explicetur, examinanda eſt particula æquiuoca, *bene*, [m] quæ ita prorſus legitur apud Hebræum textum, *putas ne, bene fecit, venit ira tibi*; quo in loco illud verbum, *fecit*, aduerbialiter accipitur, vt ſit ſenſus, *Putas ne, bene iraſceris*, ſiue vt LXX. vertunt, *vehementer contriſtatus es tu?* Vnde Pagninus vertit, *vehemens ira eſt tibi.* Exiſtimat igitur Theodoret. diuinum oraculum voluiſſe, vt Ionas rationem quæreret, [n] qua poſſet conſolationem inuenire, & iniuſtam videret ſuam eſſe iracundiam; nam inferiùs hoc in ipſo capite propoſito exemplo; iniquam, & iniuſtam eſſe Prophetæ iram, oſtendit Deus, hîc autem ...

[m] *Particula*, bene, *æquiuoca eſt hic.* Hebraicè.

LXX Interp. Pagnin. Theodor.

[n] *Voluit Deus vt Ionas rationem quæreret qua poſſet conſolationem inuenire.*

dium quærit, clarum autem eſt, pernicioſum iræ affectum ſola ratione curari poſſe, quemadmodum proſequitur Philo *lib.* 2. *legis allegoriar.* explicans ea verba ſacræ Scripturæ, imponens ſuper rationale iudiciorum doctrinam, & reuelationem, quæ erant in pectore Aaronis, quando ingrediebatur ſactariũ coram Domino, quod remedium appoſitum eſt contra iram; eſt enim iracundiæ [o] hoc proprium ratione curari. Quod ponderat idem Philo, *in eodem lib.* cum explicat illa verba ſacræ Scripturæ, *ſumptum Moyſes pectuſculum, vt offerret coram Domino de ariete conſecrationis*, *Decebat*, inquit, *conſiderata tota anima pectus deſumere ex ea, quod ad iracundiam pertinebat, vt ſublata parte, in qua reſidebat ſedes ira, anima in pace perpetuò degeret; auſertur autem non à quouis animali, ſed ab ariete conſecrationis, quia eſt hoc animal natura ſua iracundum; quapropter & fabri machinarij plerunque inter inſtrumenta oppugnationis vtuntur arietibus.* Sic & in Iona, arietinum aliquid quoniam erat, quo voluit vniuerſam vrbem Niniuitarum quatere, & euertere, rationem quærendam eſſe dixit oraculum diuinum [p] ad temperandam iniuſtam iram.

Philo.

[o] *Iracundia enim propriũ eſt, ſola ratione curari.*

[p] *Propterea ratione temperat Deus Iona iram.*

Videndus eſt Seneca *in lib.* 3. *de ira*, vbi pulcherrima ſimilitudine vtitur ad oſtendendum 17.
hoc vnicum eſſe remedium contra iram, rationem ſcilicet adhibere; *Pars*, inquit, *ſuperior mundi, & ordinatior, ac propinqua ſyderibus, nec in nubem cogitur, nec in tempeſtatem impellitur, nec verſatur turbine, omni tumultu caret, inferiora fulminans: eodem modo ſublimis animus quietus ſemper, & in ſtatione tranquilla collocatus, intra ſe premens, quibus ira contrahitur.* Eſt igitur vera ſententia huius loci, Vehementior eſt ira tua ô Ionas, [q] quàm deceat hominem Prophetam; ſi enim cauſam, & rationem quæras, inuenies iniuſtam eſſe.

Seneca.

[q] *oſtendens eum plus iuſto iraſci.*

§. VI. Ad Mores.

Voluntatem Dei ille perfectè exequitur, qui neque propriæ vtilitatis, neque gloriæ Dei prætextu ab impoſito ſibi diſcedit onere.

DOcet autem hic locus, vt ad noſtrum inſtitutum redeamus, ſicut præfati ſumus in principio huius vatis, qualis debeat eſſe mens, & voluntas eorum, qui miniſtri ſunt diuinæ voluntatis; ſolum enim curare debent, vt perficiant [r] munus ſibi à Deo impoſitum, ne forte videantur vel ſuam quærere vtilitatem, vel gloriam Dei in eo ponere, in quo minimum eſt: quæ fuit ratio, quare Angelus Domini, ſicut patet *Exod.* 4. voluerit Moyſem Dei ſeruum diſtricto gladio interficere, quemadmodum refert Theodoret. *quæſt.* 14. *ſuper Exod.* dixerat enim Moyſes Exod. 3. *Quis ſum ego vt vadam ad Pharaonem regem Ægypti?* præpara alium tibi idoneum, quem mittas. Minabatur ergo Angelus illi pœnas metum metu repellens, dignus enim videbatur ſupplicio Moyſes, quia Deo iubenti non fuerat obſequutus, ſed legationem accuratiùs examinauit, ſicut ponderat Chryſoſt. imperfectus *ſuper Matth.* cum ait, *non ad diſcuſſionem ſuam, ... ad honorem ſuum creauit te Deus, neque*

18.

[r] *Illius item vt miniſtri, munus tantummodo eſſe Deo obſequi.*

Exod. 4. Theodor. Exod. 3. Chryſoſt.

[ſ] *iudicem*

[s] Neque enim Deus hominẽ vult eſſe iudicem ſuarũ actionum, ſed ſeruum.

[s] *indicem te eſſe voluit actuum ſuorum, ſed ſeruum præceptorum ſuorum.*

Similia habet Gregor. Magn. *lib.* 2. *ſuper lib* 2. *Reg. cap.* 3. cum ait, *vera obedientia neque præceptorum intentionem diſcutit, neque præcepta diſcernit, neſcit iudicare* [t] *quiſquam, qui perfectè didicerit obedire, præceptum in hoc penſare debet, quod maioris eſt.* Qua de re videndus eſt Sulpit. in dialogo de virtutibus D. Martini. *Qui enim non exequitur, ſed diſcutit diuina mandata, imbecilles, & minus ratos habeat ad opus miniſtros ſuos:* quemadmodum ſignificaſſe videtur regius vates, *in Pſalm.* 43. cum dixit, *Tu es ipſe Rex meus, & Deus meus, qui mandas ſalutes Iacob*, ideſt, ex eo te Regem, & Deum pariter agnoſco, quia miniſtros habes Angelos, celeres, præſtos, fideles, & incorruptos, ita vt idem ſit per eos mandare, & perficere; neque enim cunctantur, aut rationes quærunt, ſed continuò exequuntur mandata tua; fit enim plerunque, vt incuria miniſtrorum, [u] authoritas, & poteſtas ſuperioris malè audiat apud populum, ſicut exprimit hic locus Ionæ Prophetæ; dum enim conqueritur, quòd opere non ſit completum eius vaticinium, diuinam miſericordiam in diſcrimen adducit; decet enim potiùs Deum pœnitentis populi miſericordia commoueri, quàm authoritatem Prophetæ; præſertim quando eadem nullo modo periclitatur: magis enim pertinet ad gloriam Dei miſericordia, quàm veritas, ſiue authoritas Prophetæ.

19. Greg. Magn.

[t] Neſcit autẽ iudicare, qui perfectè didicerit obedire.

Sulpitius.

Pſal. 43.

[u] Ne iniuria miniſtrorum authoritas ſuperioris male audiat.

TRACTATVS XVI.

De verbis illis: *Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate, & ſedit contra orientem ciuitatis, & fecit ſibimet vmbraculum ibi, & ſedebat ſubter illud in vmbra, donec videret, quid accideret ciuitati. Et præparauit Dominus Deus hederam, & aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbra ſuper caput eius, & protegeret eum, (laborabat enim,) & lætatus eſt Ionas ſuper hedera lætitia magna.*

Siue, *De ſeceſſu poſt munus publicum.*

§. I. Ad Literam.

Egreſſus Ionas de ciuitate ſedit contra orientem, vt de ritu patrio oraret verſùs templum, & occidentem Solem, quem & veterrima noſtra templa reſpiciebant, vt doceremur ad orientem orare.

20. *Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate & ſedit contra orientem ciuitatis.* SI rectus ordo hiſtoriæ ſeruaretur, hæc verba fuerant prætmittenda ſtatim poſt prædicationem Ionæ Prophetæ; continuò enim poſtquam prædicauit Niniuitis, egreſſus eſt à ciuitate expectans finem ſuæ propheriæ, [x] & cum poſt quadraginta dies, nihil eorum, quæ prædixerat vidiſſet, apud Deum non ſine dolore conqueſtus eſt, quòd vanus vates videri poſſet. Verùm non hunc ordinem ſeruauit Ionas in ſcribendo, ſed poſt pæniteotiam Niniuitarum miſericordiam Dei in eoſdem addidit, vt oſtenderet ſine [y] intermiſſione miſericordiam diuinam ſequutam fuiſſe pænitentium hominum lachrymas, & hanc fuiſſe rationem, cur Propheta, hiſtoriæ filum præciderit, docet Theophylactus.

[x] Ordo hiſtoriæ cõtexitur ad literam.

[y] quem Propheta meritò omiſit, vt miſericordia diuina celeritatem commendaret.

Theophyl.

21. Quod autem hic expedit dici; *contra orientem ciuitatis*, vel ab oriente ciuitati, ideo factum eſſe videtur, quia ſancta ciuitas [a] Hieroſolymitana, ſedes Dei erat eo tempore, vnde oracula petebantur, & in qua ſitum erat tribunal diuinæ iuſtitiæ, à quo præmia boni, & ſupplicia mali expectabantur: vnde enim Deus ius dicere videbatur Orbi vniuerſo, poſita erat ad occidentem vrbis Niniue, ac proinde quia ab occaſu malum in eam vrbem venturum ſperat Ionas Propheta, tugurium ſibi fecit ad orientem Solem, [b] vbi tutus eſſe poterat. Nobis tamen placet propterea ab oriente fuiſſe poſitum Prophetam, vt inde de ritu patriæ orare poſſet Deum verſùs templum Hieroſolymitanum, atque verſùs occidentem Solem: Hebræi [c] enim ad occidentem adorabant, quemadmodum refert Hieronym. *Ezechiel. cap.* 8. & Ariſthæus *lib. de* 72. *interpretibus*, deſcribens ſitum templi Hieroſolymitani: imò verò diuinum Oraculum ſatis illud oſtendit, *Ezech. in cap.* 8. cum docet inter veſtibulum, & altare poſitos fuiſſe viros, qui dorſa vertentes contra templum Dei facies ad orientalem plagam ſpectantes haberent.

[a] Sedit autẽ ad orientem, id eſt, verſùs Hieruſalem,

[b] vt tutus ab occaſu ſolis eſſe poſſet,

[c] vel vt oraret Deũ verſùs occidentem de ritu Hebræorum.

Hieron. Ariſthæus. Ezech. 8.

22. Similia habet Clemens Alexand. lib. 7. ſtromat. *Quæ*, inquit, *erant ex templis antiquiſſima,* [d] *reſpiciebant ad occidentem, vt qui ſtant, vultu conuerſo ad imagines docerentur verti ad orientem:* quamuis aliter velit Cælius Rodiginus *lib.* 12. *variar. lection. cap.* 9. licèt apud nos hic orandi ritus non obſeruetur; verſùs enim orientem adoramus, quemadmodum teſtatur Clem. Romanus *lib.* 7. *Conſtit. cap.* 44. & Tertullianus *in apologetico, cap.* 16. Ibidémque Iacobus Pamelius *annotat.* 247. quem tranſtulit Baronius *tom* 1. *annal. anno Chriſti*, 58. Videndus eſt item Iuſtinus Martyr *reſponſione ad Orthodoxos* 118. oſtendens eam conſuetudinem orandi verſùs orientem petitam fuiſſe ab [e] Apoſtolis, indéque ad nos deriuatam. Quibus ſuffragatur Origenes *hom.* 5. *in Numer.* Credibile igitur valde eſt ad eam Orbis partem Ionam Prophetam ſe compoſuiſſe, vnde ad morem ſuorum popularium Hebræorum verſùs occidentem oraret Deum.

***

Clem. Alex.

[d] Veterrima noſtra templa reſpiciebant ad occidentem.

Cælius Rod. Clem. Rom. Tertull. Pamelius. Baronius. Iuſt. Mart.

[e] Conſuetudo orandi verſùs orientem introducta ab Apoſtolis.

Origen.

§. II. Ad Mores.

Conſentaneum eſt homini libertatis ſtudioſo poſt publica munia ſeceſſum quærere; ſolitarius enim non modò quietè viuit, ſed ex alto cuncta infra ſe, tuto poſitus loco videt.

Hieron. [l] Statim poſt publica munia peracta ad ſolitudinē fugiendum. Cicero.

23. DOcet autem hic locus, quemadmodum voluit Hieronymus continuò poſt publica munera [l] peracta confugiendum eſſe ad ſolitudinem, & ad loca ſeparata ab vrbibus; quod cicero notauit *lib. 1. officior*, cum dixit, *multi ſunt, qui eam, quam dico, tranquillitatem expetentes à negotiis publicis ſeſe remouerunt, ad otiumque perfugerint, in his, & nobiliſſimi philoſophi, & quidem homines ſeueri, & graues; nec populi, nec Principum mores ferre potuerunt, vixeruntque nonnulli in agris delectati re familiari, his idem propoſitum fuit, quod regibus, & ne qua re egerent, nec cui parerent, libertate vterentur, cuius proprium eſt, ſic viuere, vt velis.*

Bernard. [g] Nam ſi in cauerna latibulis turbinis, quid erit in mediis fluctibus?

24. Conſentaneum dixit Bernard. epiſt. 42. *Si ego lateas in cauerna, & quaſi ſub modio non lucens, ſed fumigans, ventorum tamen impetus, nec ſic declinare ſufficio, ſed continuis tentationibus, variiſque fatigatus impulſibus, inſtar vento agitata arundinis, hac illacque circumferor, quid poſitus ſupra montem, & ſupra candelabrum?* In quam ſententiam adduci poteſt illud ſymbolum ex Hieronymo Roſelio *lib. 3. ſymbolor.* de pino arbore, quæ nauis facta conqueritur, ſicut nos diximus ſuperiùs.

Roſelius.

25. Videndus eſt Auguſtin. *lib. 4. de ciuitate Dei cap.* 16. vbi quærit, cur Romani ſolum templum Deæ quietis extra mœnia vrbis ædificauerint, neque vnquam reduxerint in vrbem? Indicium eſt, eos exiſtimaſſe in vrbibus, & in publicis officiis, neque pacem, neque animi tranquillitatem inuenire poſſe, ac proinde quietem quærendam eſſe extra vrbem: multa enim de hoc argumento ſcribit Nazianz. *orat. 1. & orat. 3. in laudem Heronis*: quibus habet ſimilia Elias Cretenſ. *pag. 618. & 619.* Videndus eſt Ambroſ. *in lib. de fuga ſaculi*, cum explicat illud Pſalm. *quis dabit mihi pennas, & volabo? Vbi ergo*, inquit, *volatus, ibi quies.* Similia habet idem Ambroſ. *in lib. de Iſac. & anima cap. 3. & cap. 8.* cum explicat ea verba Geneſ. *Et egreſſus fuerat ad meditandum in agrum inclinata iam die;* & illa etiam Cantic. 8. *veni dilecte mi, egrediamur in agrum.* Videndus eſt etiam Gregor. 30. *moral. cap.* 12. explicans ea verba, *quis dimiſit onagrum liberum:* & Niſſenus *in lib. de hominis opificio, cap. 13.*

Auguſt. Nazianz. Elias Cret. Ambr. Pſalm. Idem. Geneſ. Cantic. 8. Greg. Magn. Niſſenus.

[h] Propterea ſuum exequutus Ionas officium continuò de ciuitate egreditur.

26. Poſtquam igitur ſuum officium [h] executus eſt Ionas propheta in noſtrum exemplum, egreditur columba, vel dolens, ſic Ionas enim interpretatur, de iſtiuſmodi ciuitate, & habitat contra orientem, vnde ſol oritur; etiam eſt ibi in tabernaculo ſuo, vbi labentia quæque tempora contemplatus ſpectat, quid ſupradictæ ciuitati eueniat; hoc enim ſolet eſſe ingenium hominis ſolitarij, ſicut dixit Hierem. in threnis cap. 3. *ſedebit ſolitarius, & tacebit, quia leuauit ſe ſupra ſe.* Quod etiam dixit Tragicus in Thieſte, *qui tuto poſitus loco infra ſe vidit cuncta.* Quem locum proſequitur eleganter D. Bernard. *ſerm. 1. in feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli*, & Philo *in lib. de Ioſeph.* cum pulchrè dicit, *oportere virum ciuilem eſſe ſomniorum interpretem.* Talis fuit Ionas poſt exactum prædicandi munus.

Threnor. Tragicus. Bernard. Philo.

§. III. Ad Mores.

Eſt magnum ſolitudinis periculum, ſingularitas; euertit enim non ſolùm vrbes, ſed & cælum ipſum.

27. QVooiam verò Ionas iterum incipit figuram agere animæ fugientis, & recedentis à Deo, & quæ non Dei ſed ſuam propriam quærat gloriam, poteſt hic eius egreſſus ab vrbe in malam partem interpretari; qui enim à cæteris ſeparantur, [i] ſingulares videri volunt, *ſingularitas autem*, vt docet Bernard. ſerm. 2. de Reſurrect. *euertit non ſolùm vrbes, ſed & cælum ipſum, vt patet in ruina Angelorum: Quid mirum*, inquit Bernard. *ſi timemus, fratres, ne forte puſillam hanc vineam Domini depaſcere ſingularis ferus incipiat? quantos enim cæleſtis vineæ palmites prima illa ſingularitas* [l] *conculcauit, vbi enim ſtabat vniuerſitas Angelorum? nunquid caruit ſingularitatis vitio, qui ſedere velle præſumpſit? offendit profectò charitatem, qui ſcindit vnitatem.* Videndus eſt idem Bernard. ſerm. 6. de aſcenſione Domini: *Falleris Thomas ſancte, ſi videre Dominum ſperas à collegio Apoſtolorum ſeparatus, non amat veritas angulos, non ei diuerſoria placent, in medio ſtat diſciplina, communi vita, communibus ſtudiis delectatur.* Non ita Ionas propheta dum ſingularem animam repræſentat, à cæteris enim ſeparatus ſperabat euerſionem vrbis.

[i] Forte & hic Ionæ receſſus ſingularitatis notari poteſt. Bernard.

[l] Quæ adeo pernicioſa eſt, vt cælū euerterit, in iis, qui ceciderūt ſpiritibus. Idem.

§. IV. Ad Literam, & Mores.

Neque prophetæ quandoque, quæ prædicunt, diuinæ prouidentiæ ſecreta perſpiciunt: ſed neque quæ Dei occulta myſteria non ſcrutatur anima, firmius ædificium conſtruit, quàm tugurium.

Et fecit ſibimet vmbraculum ibi, & ſedebat ſubter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati.

28. EX his verbis ſatis conſtat ea doctrina, quæ eſt apud D. Thomam. 2. 2. *quæſt.* 173. *artic.* 4. vbi docet, *prophetas etiam veros inſtrumenta* [m] *eſſe diuinæ prouidentiæ, neque enim omnia penetrant omnino, quæ Spiritus ſanctus intendit, cum eos prophetare iubet: interdum enim ſolet Deus minas adhibere ad pœnitentiam mouendam, cum tamen propheta ignorans ſit de ea Dei intentione.* Qualis planè eſt hic locus, ex quo patet, Ionam prophetam, neque vnam, neque alteram ſui vaticinij [n] partem perſpectam habuiſſe: magis tamen inclinat ſe in eam partem, vt exiſtimaret vrbem euertendam non eſſe propter Dei ingenium, quod facilè ſua natura flectitur ad miſerationem: fit enim plerunque Deus ſimilis hominibus iratis, qui gladium diſtrictum erigunt ad feriendum eum, in quem ira exardeſcunt, quo conſternato commiſeratione moti, iacentis homini

D. Thom.

[m] Prophetæ in multis puro ſunt inſtrumenta diuinæ prouidentiæ.

[n] Neque enim Ionas alterā partem ſuæ prophetiæ perſpectā habuit.

minis miſeri, ferientes reuocant manus. Talis planè fuit Deus in Niniuitas, minatus enim eſt ſupplicia, quibus conſternatis, & collachrymantibus, miſericordia commotus eſt. Non erat igitur cur Ionas expectaret [o] exeidium vrbis ſua mala punientis: hæc fuit cauſa, cur ſibi fecit tuguriolum ad orientem, vnde ſpectaret rei euentum.

[o] *Sed expectanis vrbis excidium.*

29. Docet autem hic locus animam recedentem à Deo, cuius iterum figuram agit Ionas, nihil firmius potuiſſe ædificare, quàm debile tugurium ſine fundamento; etenim malus à Deo fugiens [p] ad infirmum auxilium confugit; caret enim domicilio exul ab vrbibus, ſicut dixit Cain, *vagus, & profugus ero ſuper terram.* Quod etiam ſacra Scriptura docet, cum de hirſuto, & vitiis vario Eſau loquitur, *Erat autem Eſau gnarus venandi, & ruri degebat:* non eſt enim apta malitia morum popularix, vt virtutis ciuitatem inhabitet, ex qua clementer fugatur ruſticitas; ècontra de Iacob dicitur, quòd domum habitabat; ciuitas enim ſapientum, propria ipſa virtus eſt, in hanc quiſquis admitti nequit, exulat; ideo obſtetrices, quoniam timebant Deum, fecerunt [q] ſibi domos. Nanque qui ſcrutantur occulta Dei myſteria, quod eſt conſeruare viuos maſculos, ædificant virtutis opera, ſicut eleganter proſequitur Philo *lib. x. legis allegoriar. non longè à principio:* nihil igitur mirum eſt, ſi is, qui à Deo receſſerat, neque diuinæ ordinationi omnino adhærebat, ſeparatus ab vrbe nullum firmius erexit ædificium, quàm tugurium.

[p] *Animæ recedens à Deo firmius nihil ædificat, quàm tugurinolum.*

[q] *Qui verò timent Deu ædificant ſibi domos.* Philo.

§. V. Ad Literam.

Magnum inter Doctores diſſidium de ſpecie huius arbuſculi, ſoluit æquiuocatio Hebreæ vocis, quæ & cucurbitam, & hederam ſignificat, ſi addas, de rigida hedera poſſe intelligi.

30. *Et præparauit Dominus hederam, & aſcendit ſuper caput Ionæ.*

FOrtaſſis ex ramis virentibus hinc inde conquiſitis ipſe ſibi tugurium fecerat Ionas ad ardentis ſolis iniurias repellendas, quibus areſactis ſedentem prophetam in tugurio, vndequaque ſol, & æſtus oppugnabat: quapropter vna, & eadem nocte vicide vmbraculum Deus præparauit, ſiue voluit, vt aſcenderet hedera in patulos diffuſa ramos ſuper totum tugurium, ita vt iam liber eſſet propheta ab ardentis ſolis iniuriis. Verùm quamuis Deo facillimum fuerit, tam celeriter hederam in vmbraculum producere, nobis omnino difficilis eſt cognitio illius herbæ; neque enim inter grauiores Patres [r] à temporibus D. Hieronym. conſtat quale fuerit hoc arbuſculum; eſt enim Hieronym. in tranſlatione huius periodi notatus à veteribus, quòd pro eo quod LXX. Interpretes tranſtulerunt [ſ] *cucurbitam*, vertit ille, *hederam:* in quam ita dixit Ruphinus lib. inuectiuar. *Poſtquam mundus & omnia perurgentur: ad finem inſcribamus etiam in ſepulchris veterum, vt ſciant, & ipſi, qui hic aliter legerunt, quòd Ionas non habuit vmbram cucurbitæ, ſed hederæ, & cum voluerit legiſlator, neque hederæ, ſed virgulti.* In quem Hieronym. ita iocatur, *Cantilius*, id eſt, grandis aſinus, *tardus, & hebes, de antiquiſſimo genere Corneliorum; ſiue vt ipſe iactat, Aſini Polionis dudum dicitur Romæ me accuſaſſe ſacrilegij,* [t] *quòd pro cucurbita, hederam tranſtulerim; timui enim, ne ſi pro cucurbitis hederæ naſcerentur, vnde occultè viueret, non haberet.*

[r] *Non conſtat inter Patres de ſpecie huius arbuſculi.* Hieron. LXX. Interp.

[ſ] *Tranſtulerunt cucurbitam.* Ruphinus.

[t] *Quaſi malè tranſlatoris arguitur Hieronymus à Ruſino.*

31. Non eſt diſſimilis reſponſio eiuſdem Hieron. ad Auguſtin. eadem de re; cùm enim Auguſtin. *ad Hieronymum epiſt.* 10. diceret, quendam Epiſcopum Aphricanum publicè cùm legeret hederam, inclamantibus Græcis, & Hebræis, [u] aliter haberi in Hebræo textu, atque aliter Patres perpetuò vertiſſe, cui Hieronym. *epiſt.* 11. in hæc verba reſcripſit: *dicis me Ionam prophetam malè interpretatum fuiſſe, neſcio quid, & ſeditione populi conclamante, & quid ſit illud, quod malè interpretatus ſum ſubtrahens, auferens mihi occaſionem defenſionis meæ, ne quidquid dixeris me reſpondente ſoluatur, niſi forte, vt annos plurimos cucurbita venit in medium, peto à te, vt quieſcentem ſenem, olimque veteranum militare non cogas, & rurſus de vita periclitari; tu qui iuuenis es, & in pontificali culmine conſtitutus, doceto populos, & nouis Aphricæ frugibus Romana tecta locupletato, mihi ſufficit cum auditore, & lectore pauperculo in angulo monaſterij ſuſurrare.* Ad eum ſtatum hic locus adduxit Hieronymum, vt non ſolum offenſus videatur à Ruſino eius hoſte, ſed etiam ab amico Auguſtino, & ſancto.

Auguſt.

[u] *Imò & ab Aphricanis Doctoribus.* Hieron.

32. Vnde idem Hieronym. *in com. ad hunc locum, & in epiſt. ad Auguſtin. citata*, fatetur [x] obſeruata proprietate vocis Hebrææ, neque hederam, neque cucurbitam fuiſſe vertendum, *cum vox Hebræa ſignificet genus virgulti, vel arbuſcula lata habens folia in modum pampini, & vmbram denſiſſimam, ſuo ſe ſuſtinens trunco in Palæſtina creberrimè naſcitur, & maximè in arenoſis locis, mirùmque in modum ſi ſementem in terram iecerit, citò confota conſurgit in arborem, & intra paucos dies, quam herbam videras, arbuſculum ſuſcipis: ſed ſermo latinus hanc ſpeciem non habet: verùm timui grammaticos, ne licentiam inuenirent interpretandi, vel beſtias Indiæ, vel montes beſtiæ. Sequuti tamen* [z] *ſumus veteres interpretes, qui & ipſi hederam tranſtulerunt, qualis fuit Symmachus, Aquila, & Theodotion.* Imò verò Rabbi Salomon in eadem eſt ſententia D. Hieronymi, cum ait, *genus herbæ eſſe magnæ, habens ramos multos, quibus obumbrat:* & Rabbi Abraham in Com. *Sapientes*, inquit, *Hiſpaniæ dicunt, quod eſt, cucurbita*, vel, *cucumis, & non eſt via ad ſciendum quid ſit*, vnde Paraphraſis Chaldaica illud ipſum nomen reliquit.

[x] *Sed eodem D. Hieronym. teſte, vox Hebræa, neque hederã, neque cucurbitam propriè ſignificat, ſed virgultum.*

[z] *Sequutus tamen D. Hieronym. veteres interpretes, tranſtulit hederã.* Symmac. Aquila. Theodotion. Rab. Salom. Chald. Par.

33. Proprium igitur nomen cùm non eſſet ad ſignificandum illud virgultum, vicinum [a] accepit Hieronymus; id quod fieri optimè poſſe docet Melchior Canus, *lib. 2. de locis cap.* 14. afferendo plurima exempla ex ſacra Scriptura; licet enim interpretibus ſacris, quando aliqua arbor eſt, vel herba incognita Græcis, & Latinis, neque proprium habent nomen ad eam ſignificandam, ex vicina nomen petere, vt res intelligatur, ac proinde rectè vulgatus interpres hoc in loco incognitum virgultum hederam appellauit: quæ ſententia accuratiùs ſi inſpiciatur, non omnino placebit, alioquin liceret in ſacra Scriptura, ſimiam hominem appellare, propter ſimilitudinem, quæ eſt inter vtrunque.

[a] *Vicinum nomen accipiens, quia proprium nõ haberet.* Canus.

34. Magis tamen placet id, quod aſſerunt ex recentioribus

[b] *Magis tamen placet dicere diſſidy cauſam extitiſſe nominis Hebræi æquiuocationem.*

Pagnin.

centioribus [b] quidam ad hunc locum Ionæ, nomen herbam, *chichaon*, æquiuocum, ſicut pleraque nomina Hebræa æquiuoca ſunt propter linguæ Sanctæ penuriam in voce, ac proinde vnum, & idem nomen ſignificare cucurbitam atque hederam, quemadmodum fatetur Pagninus *in theſauro*, ac proinde liberum fuit, & cucurbitam hoc in loco vertere, atque hederam; nanque vtrunque arbuſculum iuxta circunſtantiam loci accommodatum eſt ad vmbram faciendam, in quem vſum productum fuit à Deo prope tugurium Ionæ Prophetæ: quare non eſt cur Hieronym. ita conqueratur de iis, qui cucurbitam vertunt, & non hederam, cum vtrunque [c] ſignificet vox Hebræa, & vtrunque accommodatum fuerit ad vmbram: quæ ſententia omnino vera videtur.

[c] *Vtrunque enim ſignificat vox Hebraa, & cucurbitam, & hederam.*

35\. Plinius.

Niſi etiam arrideat, quod colligitur ex Plinio *lib. 16. natural. hiſt. cap.* 34. vbi latè de hedera agit, atque addit, *eſt & rigens hedera, quæ ſine adminiculo ſtat ſola, omnium generum ob id vocata, ciſſos, cum alia ſæpe humi repat*: id quod accepit à Theophraſto *lib. 3 cap.* 18. hæc autem nomen proprium Latinum non habet, ſed accepit nomen commune generis: vnde recta eſt verſio eorum, qui hederam tranſtulerunt, ſi tamen addatur ea diſtinctio quam affert D. Hieronym. inter hederam, quæ ſerpit, & hederam [d] rigidam, ſiue ſtantem; ſi enim hoc modo vocem Hebræam interpretemur, conuenient omnia inter ſe ſe.

Theophraſt.

[d] *Vel denique ſi nomine hedera intelligatur rigida illa & ſtans. omnia cohærent optimè.*

36\. Arias Mon.

Quamuis autem prima ſtatim fronte verum videatur id, quod aſſerit Benedictus Arias Montanus, eum aſſerit eam fuiſſe plantam, quæ à Latinis vocatur [e] *ricinus*, à noſtris, *figueira de inferno*; eam autem ſcribit Dioſcorides arbuſculum eſſe, ſiue fruticem ſimilem ficui, ſed minora habentem folia, ſimilia platano, ſed maiora, lenia, & nigriora: quæ deſcriptio conuenire videtur cum ea, quam tradit Hieronymus. Verùm credibile non eſt potuiſſe hoc [f] latere D. Hieronym. qui aſſerit ſermonem Latinum vocem non habere, quæ exprimat hoc arbuſculum, cùm tamen Dioſcorid. *lib. 4. cap.* 158 ita habeat, *Romani ricinum vocant*. Plinius *lib. 15. natural. hiſtor.* non vnum ſolum, ſed quatuor eius arbuſculæ nomina affert, proindéque [g] non videtur dicendum, ricinum fuiſſe, ſed potiùs hederam, ſicut vertit vulgatus Interpres, quamuis non ſit omnino aliena à voce Hebræa ea tranſlatio, quæ vertit, *cucurbitam*, cum ad vtrunque ſufficiat idem nomen Hebræum.

[e] *Montanus ricinum fuiſſe putat.*

Dioſcorid.

Hieron.

[f] *Verùm non potuit hoc latere D. Hieronym.*

Dioſcorid.

Plinius.

[g] *ideóque reijcitur hæc interpretatio.*

37\. Magna igitur lætitia affectus eſt Ionas, ſub ea vmbra; recreatus enim tantiſper eſt à Sole, à quo vehementer offenſus erat, interim dum Deus hederam non præparauit in tentorium aduerſus ſolis iniurias.

§. VI. Ad Mores.

Recedens à Deo anima, nihil niſi fugax gaudium, & animi commotionem inueniet; quippe pueriliter à gaudio tranſmutatur in dolorem.

38\. Docet autem hic locus animam recedentem à Deo, verum gaudium, dum quærit, fucatam, & [h] adumbratam voluptatem ſolùm inuenire; ea enim mente Ionas recedens à ciuitate tugurium poſuit ſibi ad orientem, ſequutus Dei conſilium, qui paradiſum voluptatis ad orientem condidit, ſicut eleganter philoſophatur Philo *lib. 1. legis allegoriarum*, vbi ita habet: *locus autem proprius paradiſo Eden*, id eſt, *deliciæ; virtuti enim conuenit pax, voluptas, gaudium, in quibus ſunt veræ deliciæ, quia ad orientem eſt vſus paradiſi plantatio, nunquam enim occidit, neque extinguitur, ſed perpetuò lux eius ſuapte natura oritur.* Et in lib. de Cherubin, cum agit de egreſſu Caini à paradiſo, *Exiuit*, inquit, *à facie Dei Cainus, & habitauit in terra Naid, contra Eden, interpretatur enim Naid* [l] *commotio, Eden deliciæ; illud malitia concutientis animi ſignum, hoc virtutis priuationem affectuum afferentis: nanque qui recedit à Deo, dum verum gaudium quærit, fucatum inuenit, quod mouere ſolet animam, non tamen tranquillam reddere.* Vnde pulchrè idem Philo dixit eodem libro, *tunc natus eſt, Iſaac,* Id eſt, riſus, ſiue gaudium, *cum deſierunt muliebria Saræ*, id eſt, debiles voluptates: quibus habet ſimilia Bernardus *in ſermone de Magdalena*. Fallitur igitur Ionas, ſiue anima recedens à Deo, dum ad orientem ſedens ab occaſu ſuam expectat conſolationem.

[h] *Anima Deũ fugiens adumbratam ſolùm voluptatem poteſt inuenire.*

Philo.

[l] *& animi commotionē.*

Bernard.

Docet etiam hic locus, quàm ſit puerile ingenium peccantium, quemadmodum ex hoc loco colligit Theophylactus cum ita ait, *ſimplicis hominis mores demonſtrat hic locus, ingeniúmque puerorum: pueri enim facilè qualicunque* [1] *occaſione adueniente ad gaudium, & dolorem tranſmutantur, ſicut patet in Iona, qui facilè ex ea triſtitia, in qua erat, conuerſus eſt in magnam lætitiam ad ſolum conſpectum naſcentis hederæ, quæ ſunt puerilia, & humanæ leuitatis oblectamenta.* Pro qua re videndus eſt Philo *in lib. de congreſſ. quærend. erudit. grat.* cùm ponderat ea verba ſacræ Scripturæ, *quando diuiſit Altiſſimus gentes, & diſperſit filios Adam, terrenos, ſcilicet, omnes, quos nullius videndi cæleſtis cupides abegit, diſperſos, extorres, & exules; nullus enim malus vel domum habet, vel ciuitatem, vel vllum ſocietatis ius, ſed inſtabilis diſpergitur paſſim vagus, & errabundus, nunquam valens ſubſiſtere; neque enim inuenire poteſt veram tranquillitatem, qui falſam voluptatem quærit*, quemadmodum dixit Iuuenalis *in Satyra* 13. 39.

Theophyl.

[1] *Peccator vt veluti puer ad gaudium & dolorem qualicunque occaſione tranſmutatur.*

Philo.

Mobilis, & varia eſt fermè natura rationalis.

Iuuenalis.

Quod ſibi optabat Nazianz. cum dixit in Carmine

Nazianz.

Deſine iam mea mens, incerta ſede vagari,
Dum carni te adiungis, vbi vitiſque propinquas.

Fixa igitur perpetuò manet virilis [m] mens bonis veris adhæreſcens; ea autem, quæ puerilis eſt, perpetuò agitatur decepta ſpecie falſorum bonorum, quæ facillimè mutantur; qualem adumbrat animam Ionas hoc in loco, dum facilè ab ira ad lætitiam magnam conuerſus eſt.

[m] *E contra verò virilis mens bonis veris perpetuò adhæret.*

* * *

TRACTATVS

TRACTATVS XVII.

De verbis illis: *Et parauit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum, & percuſſit hederam, & exaruit: & cùm ortus fuiſſet Sol, præcepit Dominus vento calido, & vrenti: & percuſſit Sol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat; & petiuit animæ ſuæ, vt moreretur, & dixit, melius eſt mihi mori, quàm viuere. Et dixit Dominus ad Ionam: Putas ne bene iraſceris tu ſuper hedera? Et dixit: Bene iraſcor ego vſque ad mortem. Et dixit Dominus: Tu doles ſuper hederam, in qua non laboraſti, neque feciſti, vt creſceret, quæ ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte periit. Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt pluſquàm centum viginti millia hominum, qui neſciunt, quid ſit inter dexteram, & ſiniſtram ſuam, & iumenta multa?*

Siue, *De reconuentione Ionæ.*

§. I. Ad Literam.

Vno die creuit hedera, & altero properauit naſcendo vermis, vt læderet eam; vmbraculi autem euerſionem ſequutus vehementiſſimus æſtus Ionam pene in amentiam adduxit.

40. *Et parauit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum & percuſſit hederam, & exaruit. Et cùm ortus fuiſſet Sol, præcepit Dominus vẽto calido, & vrenti, & percuſſit Sol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat.*

[m] *Die vna excreuit hedera, ſequẽti verò exaruit.*

Chald. Par.

ALII vertunt: *Preparauit ergo Deus poſtero die, cum aurora oriretur, vermem quendam, qui hederam læderet, & exareſceret:* Chaldaica Paraphraſis ita prorſus habet: *preparauit Dominus vermem ſub aurora aſcenſu ſequentis diei, ita vt die vna excreuerit hedera,* [n] *ſequenti verò exaruerit.* Cum enim aurora ſequentis diei aſcenderet ſuper terram, vt initium afferret lucis, exaruit hedera: id eſt, primo diluculo ſequentis diei. quæ locutio planè poëtica eſt, & vatibus etiam diuinis familiaris; aſcendere videntur ſuper nos cæli partes, quæ receſſerant à nobis, quando Sol recedens noctis vmbram reliquit, qualis eſt ea locutio Geneſ. 32. *Dimitte me, iam enim aurora aſcendit.* Quo loquendi modo vſus eſt Poëta Latinus, cùm dixit: Geneſ. 32.

Interea ſurgens aurora reliquit. Virgil.

Properaſſe [o] enim videtur naſcendo vermis, vt hederam læderet, & vmbraculum Ionæ Prophetæ prorſus euerteret.

[o] *Properauit enim naſcendo vermis, vt læderet hederam.*

41. Vnde congruenter ſequitur; *& cum ortus fuiſſet Sol, præcepit Dominus vento calido, & vrenti, & percuſſit Sol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat:* expreſſit hoc Vatablus, cum ita vertit, *& adduxit Deus eum torrentem, vt Sol feriret caput Ionæ, & pene exanimatus eſt;* hoc enim ſignificat verbum Hebræum, pro quo Hieronymus tranſtulit, *æſtuabat:* quemadmodum enim aduertit Pagninus in theſauro, ſignificat, deficere, & laſſari, ita vt non poſſit pedibus quis conſiſtere, ſed animum quaſi exhalet. Qualis eſt ille locus *Amos* 8. vbi idem verbum Hebræum legitur, *In die illa deficient virgines pulchræ, & adoleſcentes in ſiti:* vnde LXX. accommodatè tranſtulerunt, *præ nimio calore, animi deliquium* [p] *paſſus eſt Propheta;* quod verbum Hieronymus ita vertit, *& æſtuabat;* hæc autem vox apud noſtros æquiuoca eſt, ſignificat enim flagrare, ſiue feruere, ſeu potiùs fluctuari, & agitari ad morem amentis hominis. In quo ſenſu eo verbo vſus eſt Auguſt. 8. *de Ciuit. Dei.* Senſus igitur talis eſt, Vbi vmbraculum hederæ euerſum eſt à vermiculo corrodente radices, ſequutus eſt vehementiſſimus æſtus, ita vt vi caloris ad amentiam prope & extremam impatientiam redactus fuerit Ionas Propheta.

Vatabl. Hieron. Pagnin. Amos 8. LXX Interp. Auguſt.

[p] *Illico autẽ poſtquã exaruit hedera, præ nimio calore deliquiũ paſſus eſt Ionas.*

§. II. Allegoria.

Antequam oriretur Sol iuſtitiæ, virebat vmbraculum legis Moyſaicæ, & non arebat Iſrael: poſtquam autem ille ſurrexit, qui dixit, Ego ſum vermis, & non homo, percuſſit vmbraculum & virorem perdidit Synagoga.

42. QVanuis autem Ionas Propheta iam non ſit typus Chriſti, poſtquam prædicauit Niniuitis, [q] adeo tamen eum rebus Chriſti quadrat ea allegoria, quam Hieronymus deduxit ex hoc loco, vt hîc neceſſariò inſerenda ſit. Pro qua re notandus eſt ille locus apud Iſaiam in cap. 1. *Et derelinquetur filia Sion, ſicut vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario.* Ad quem locum ſic habet Rab. Dauid. *Eleganter Propheta dixit ſicut tugurium in horto, nanque in horto ſemper manet hortulanus, quia perpetua eſt olerum ſucceſſio, per cuſtodiam autem Iudæi intelliguntur, abſtulit enim Deus ab eis ſuam Deitatem, id eſt, peculiarem preſentiam, & fauorem, atque adeo ipſa lex Moyſaica non fuit perpetuò permanſura, ſed ſolum ad tempus, ad inſtar tugurij in cucumerario, hoc eſt, ad vmbram faciendam, quouſque colligeretur ille botrus*

[q] *Adhuc cum rebus Chriſti conueniens in ea allegoria reperitur.*

Iſai. 1. Rab. Dauid.

trus pretioſus, & ſpecioſus, proptereaque ex ceſpite compactum fuit tugurium, & ventis expoſitum, quia in vmbraculum tantummodo fuerat compoſitum.

43. Ad quem ſenſum Hieronym. putat intelligendum hunc locum, cùm ait: *Antequam orietur ſol iuſtitia, virebat* [t] *vmbraculum, & non arebat Iſrael; poſtquam ille ſurrexit, & tenebræ Nimuitica eius luce diſcuſſæ ſunt, paratus vermis in craſtinum aſcenſione diluculi, de quo Pſalm. 21. inſcribitur, pro aſſumptione matutina, & qui abſque ſemine de terra oritur, & dicit, Ego ſum vermis, & non homo, percuſſit vmbraculum, quod deſertum auxilio Dei omnem virorem perdidit; ſynagoga enim veluti hedera conſita, & conſeruata* [ſ] *eſt adumbrandi cauſa, egeratque altas radices in Patribus, quas Chriſtus factus vermis ſubterraneus in eo triduo, quo fuit apud inferos, momordit, & euertit vniuerſum vmbraculum cæremoniarum antiquarum; id quod factum eſt in aſcenſu matutino, ſiue ad horam auroræ reſurrectionis. Verùm poſtquam ſol terram luſtrauit*, id eſt, coutinuò poſt teſurrectionem [t] Chriſti, *hedera exſiccata eſt*, id eſt, *ſynagoga, & acceſſit ventus vrens ab oriente*, hoc eſt, *Spiritus ſanctus à Filio, ſicut à Patre procedens, & vim, atque naturam accipiens, conuerſionem gentium operatus eſt, quam prauidentes prophetæ æſtuarum*, id eſt, multum, diúque doluerunt, quòd euerſam viderent ſuam gentem. Placuit autem hanc allegoriam hic afferre propter aptiſſimam ſimilitudinem, quam habet cum tebus Ionæ prophetæ: Qui plura hac de te voluerit, legat Hieronym. atque Remigium.

[t] *Virens namque vmbraculum legis, orto ſole iuſtitia exaruit.* Pſalm. 21.

[ſ] *Synagoga enim veluti hedera adũbrandi tantùm cauſa conſeruabatur.*

[t] *Vnde continuò poſt reſurrectionem Chriſti eſt exſiccata.*

Hieron. Remigius.

§. III. Ad Mores.

Rerum mundanarum viciſſitudinem, Ionæ monſtrat hedera, quódque inuicem cedunt ſemper dolor, & voluptas.

44. Docet autem hic locus nihil in hac vita vehementer amandum eſſe; in hac enim hedera cogitanda eſt rerum omnium inconſtantia, varietas, & viciſſitudo; quidquid à nobis amari [u] poteſt in vita, valde fluxum, breue, & tranſitorium eſt, & ad eius radices oritur vermis eas ſtatim euertens: quemadmodum proſequitur Epictetus *cap.* 24. & Elias Cret. *orat.* 3. *Nazianz. in Iulian. pag.* 137. *litera E.* quibus habet ſimilia Chryſoſt. *hom.* 2. *ſuper epiſt. ad Roman.* vnde rectè Tragicus dixit:

Dolor, & voluptas inuicem [x] *cedunt, breuior voluptas.*

Quare rectè conſulit Epictet. *cap.* 8. vt ſingulis in rebus, quæ vel delectant, vel ipſi ſeruiunt vſui, vel diliguntur, quales ſunt conſideremus exorſi à minutiſſimis; ſi ollam diligis, conſidera te ollam diligere, nam ea confracta non perturbaberis; ſi filium, aut vxorem, conſidera te hominem diligere, nam eo mortuo, non perturbaberis: quod ſi feciſſet Ionas, quando primùm lætatus eſt propter creſcentem hederam, proculdubio perturbatus non fuiſſet eadem areſcente.

***

[u] *Quidquid amari poteſt in vita fluxũ & breue.*
Epictet.
Elias Cret.
Chryſoſt.
Tragicus.
Epictetus.
[x] *Dolor & voluptas inuicem cedũt.*

§. IV. Ad Mores.

Tunc conſtabit, qua mente poſſideas, ſi rem tibi doleas ablatam, quam poſſederas; ſapiens enim in huiuſmodi iactura, non perdit inuitus, ſed libens reddit quæ ſua non putat.

Secundò docet hic locus, iniuſtè nos poſſidere bona huius vitæ, cùm iniuſtè [a] doleamus ablata, vt proſequitur Gregor. Magn. 31. *moral.* cum ait: *Tunc conſtat, qua mente poſſideamus aliquid, quando nobis aufertur.* Similia habet Auguſtin. 3. *de doctrina Chriſtiana cap.* 18. *Non eſt in carendo difficultas, niſi cum eſt in habendo cupiditas.* Vnde rectè dixit vir doctiſſimus quidam, *magnum eſt ô anima, ſi te parua non impleant; optimum ſi mala diſpliceant, pulcherrimum ſi horreas turpia, ſempiternum, ſi temporalia pendas parui.* In quam ſententiam dixit optimè Plutarchus *in orat. conſolat. ad Apolloniam, Nullo modo nobis dolendum eſſe in amiſſione rei temporalis, quamuis pereat, quia tales res non ſunt noſtra, ſed eorum, qui eas auferunt, quàndo volunt.* Quod argumentum proſequitur Philo *in lib. de Cherubim*; proinde rectè admonet Epictetus, *vt nonnunquam in huiuſmodi iactura dicamus, Illud perdidi,* [a] *ſed, illud reddidi*, quam philoſophiam, ſi Ionas ſequutus fuiſſet, proculdubio non doluiſſet, quando exſiccata eſt hedera. 45.

[a] *Ea bona vitæ iniuſtè poſſidentur, quæ iniuſtè dolemus ablata.*
Greg. Mag.
Auguſt.
Plutarch.
Philo.
Epictetus.
[a] *Sapiẽs enim non dicit perdidi, ſed reddidi.*

§. V. Ad Mores.

O quàm fluida mundi gloria accedente conſcientiæ verme, qui ſi non mordeat, obduratæ malitiæ ſignum eſt.

Placuit ad hunc locum eam etiam adiungere doctrinam, quam ex eo colligere videtur, quamuis obſcurè, Theophylact. *ad finem Comm. Ionæ prophetæ* cum docet, vmbram hederæ, ſiue cucurbitæ, hoc eſt, gloriam huius mundi videri nos refrigerare in hoc afflictionum æſtu, ideóque à nobis experitam eſſe, donec eam feriat conſcientia, cui nihil latere poteſt; areſcunt enim ea, quæ florere videbantur, & languent [b] accedente conſcientiæ verme: eſt enim conſcientia violati luminis, aut perperam veluti quædam triſtis cogitatio, vel morſus, quo accedente verme, nihil amplius florere poteſt, quemadmodum pulcherrimum videretur, ſicut ſatis apparet in hedera læſa à vermiculo, *ſic tamen viuitur*, quemadmodum Plinius dixit lib. 3. epiſtol. *vt multi famam, pauci conſcientiam vereantur, cum nihil magis timendum ſit, quàm conſcientia.* Signum autem eſt, altiſſimas [c] radices illud malum egiſſe, quod neque conſcientia accedente læditur. 46.

Theophyl.
[b] *Conſcientia verme ſauciatæ areſcunt, quæ florere videbantur.*
Plinius.
[c] *Illud autem altiſſimas radices malum egit, quod à conſcientia non læditur.*

§. VI. Ad Literam.

Prætereundum nequaquam eſt, quod Ionas in ventre ceti vitam deſiderat, qui ſub hedera exſiccata mortem poſtulat.

Et

47. *Et petiuit anima ſua, vt moreretur,& dixit, melius eſt mihi mori, quàm viuere.*

HEbraiſmus eſt in his verbis, [d] quo ſignificatur Ionam ſibi mortem optaſſe, qualis eſt ille locus lib. 3. Reg.c. 19. *Cùmque veniſſet, & ſediſſet ſubter vnam iuniperum, petiuit animæ ſuæ, vt moreretur:* id eſt, mortem ſibi precabatur, poſuit enim animam ſuam pro ſeipſo Hebraica phraſi; pendet autem hæc oratio ex ſuperioribus, quemadmodum claré colligitur ex Vatablo ad hunc locum; ſenſus enim eſſe poteſt, Orto autem ſole, & calido vento æſtus feruebat ſuper caput Ionæ prophetæ, ita vt penè exanimatus animo ſuo mortem poſtularet, atque diceret in eo ſtatu optandam ſibi potiùs eſſe mortem, quàm vitam. Cui ſententiæ ſuffragantur Theophyl. & Theodoret. cùm dicunt, *Adeo viribus deficiebat*, [e] *vt ita prorſus diceret, melius eſt mihi mori, quàm viuere.* Quo in loco illud omnino notandum eſt, in extremo vitæ periculo Ionam conſtitutum in profundo maris vitam optaſſe, ſub hedera exſiccata mortem poſtulaſſe, quale ſolet eſſe ingenium eorum, qui voluptates huius ſæculi vehementiùs, quàm par eſt, appetunt.

[d] *Hebraiſmus mortem optantis.*
3.Reg.19.
Vatabl.
Theophyl.
Theodoret.
[e] *Adeo nanque viribus Ionas deficeret, vt mori magis eligeret, quàm viuere.*

§. VII. Ad Literam, & Mores.

In feruore ſolis æſtuatus Ionas iam non comprimit iram, ſed voluptatis iacturam magis ſentit, quàm vitæ.

48. *Et dixit Dominus ad Ionam: Putas ne bene iraſceris tu ſuper hederam? & dixit: Bene iraſcor ego vſque ad mortem.*

QVandiu veritas prophetiæ periclitabatur, propter clementiam diuinam, & miſericordiam in principio huius capitis, ſilentio propheta, ſimilem Dei interrogationem comprobauit. Verùm vbi exſiccata [f] eſt hedera, vehementer iratus reſpondit: *Bene iraſcor ego vſque ad mortem*, id eſt, adeo iuſta eſt mea indignatio, vt præ ira mori etiam cupiam; quæ verba ita vertunt LXX. *Putas ne vehementer iraſceris?* hoc eſt, multa ne eſt ira tua? tunc aptiſſima eſt reſponſio, Vehementer iraſcor, atque tanta mea eſt ira, vt pene emoriar. Quæ ſententia eadem prorsùs videtur, quàm ea, quam exprimit vulgata verſio, cuius talis eſt ſenſus, Bene, ſiue iuſtè iraſcor, adeoque iuſta [g] mea eſt ira, vt pene moriar præ iracundia. Qualis eſt ille locus Iſaiæ 38. *Ægrotauit rex Ezechias vſque ad mortem*, id eſt, lethali morbo affectus, proximus fuit morti.

[f] *Vbi hedera exſiccata eſt, iam non comprimit iram Ionas.*
LXX Interp.
[g] *Sed adeo iuſtam proclamat, vt mortem appetat.*
Iſai.38.

49. Qui locus docet plus interdum ab hominibus timeri periculum voluptatis, [h] quàm vitæ, ſicut proſequitur Tertull. in lib. de ſpectaculis cap. 2. *Quam ſapiens*, inquit, *ſibi videtur argumentatrix ignorantia humana, præſertim cum aliquid eiuſmodi de gaudiis, & de fructibus ſæculi meruit amittere; nam mortem etiam vt debitam ſtultus non extimeſcit, melius multo philoſophi, qui ne voluptate caperentur, oculorum voluptates ſibi ſuſtulerunt.*

[h] *Ea eſt hominum dementia vt plus voluptatis iacturã, quàm vitæ timeant.*
Tertull.

***

§. VIII. Ad Literam.

O mira Dei benignitas, quæ non dedignatur ex ratione ſe oſtendere miſericordem.

Tu doles ſuper hederam in qua non laboraſti, neque feciſti vt creſceret, quæ ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte periit! & ego non parcam Niniue ciuitati magnæ!

INcipit diuinum oraculum areſcentis, & creſcentis hederæ parabolam explicare; diuino enim conſilio factum eſt, vt ſubitò creſceret hedera, & ſubitò deficeret, vt inde occaſionem & anſam arriperet Deus oſtendendi prophetæ iniuſtam eius 50.
fuiſſe querelam, & iniquam iram; breuiter enim ex rei euentu texuit argumentum petitum ex loco à minori [i] ad maius, vt vel ipſo propheta iudice iniqua oſtendatur fuiſſe eius [illegible] expoſtulatio: in quo argumento ſingulæ voces ſingulas habent apologias contra reſp[illegible] prophetæ; ſic enim Deus exorditur: Tu doles, tu homo cum ſis, Ego Deus; tu cauſa hederæ, ego propter Niniuem ciuitatem omnium [illegible]ximam; tu propter hederam, quæ nec te laborante, nec te colente creuit, ſed potius te dormiente, *filia enim noctis ſata eſt hedera, & filia noctis aruit*; ſic enim habet Hebraiſmus ad hunc locum, id eſt, Tu doles, quia hedera vna nocte orta, vna nocte perierit, cur ego non doleam propter ciuitatem, quæ mea æterna prouidentia condita eſt, beneficiis aucta, clementia conſeruata? quare potius miranda [m] fuit mea clementia, quàm timenda authoritas tui vaticinij.

[i] *Areſcit* [illegible]
[m] [illegible] *potius* [illegible] *clementiam, quam* [illegible] *Ionæ authoritatem*

Docet autem hic locus, quàm ſoleat parentum viſcera mouere quæcunque miſeria eorum, quos genuerunt, præſertimque viſcera Dei, ſicut notaſſe videtur Iob *in cap.* 10. cum dixit, *opus manuum tuarum opprimes*: quibus verbis ex eo mouet Iob diuinam clementiam, quia opus fuerat Dei; vnde Hebraicè ita legitur, *& opprimes laborem manuum tuarum.* Quo ſenſu Iacob, Gen. 49. de Ruben filio primogenito, dixit, *Principium doloris mei*, Hebraicè, *principium laboris mei*; quia in parentibus dolor oritur, vnde labor: ergo ſi iuſtus dolor prophetæ [n] videbatur propter areſcentem hederam, ſeu propter populares ſuos Hebræos, iuſta fuit cenſenda neceſſariò commiſeratio Dei propter homines, quos filios genuit, quos educauit, quos gubernauit, quos amplificauit. 51.

Iob.10.
Gen.49.
[n] *Nam ſi iuſtus dolor prophetæ ſuper hederam, quam non ſeuerat, quantò iuſtior Dei miſericordia ſuper homines quos genuit!*

§. IX. Ad Literam, & Mores.

Conuincitur iniuſtitiæ Ionæ querela, qui enim fieri poterat, vt Deus non ignoſceret ciuitati, in qua tot millia erant innocentium, quando vel vnus tantùm iuſtus integram domum, vel vrbem reddit felicem?

In qua ſunt plus quàm centum viginti millia hominum, qui neſciunt,

AMplificatio eſt ad conuincendam iniuſtam querelam prophetæ, & ad oſtenden- 52.

ZZ dam

quid ſit inter dexteram, & ſiniſtram ſuam, & iumenta multa. dam [o] cauſam propter quam inclinata diuina ira fuerat; ſic enim tacitè diuinum oraculum videtur argumentari, ſi enim oportuerit moueri in tot myriades infantium, qui propter paruam, & primam ætatem neſciunt adhuc diſtinguere, quid ſit eorum dextera, quidve ſiniſtra manus, ſicut in vulgari prouerbio dicitur: magis enim placet hæc expoſitio: quando igitur Deum mouere non potuerunt filiorum pœnitentium [p] lachrymæ, ſaltem debuiſſet permouere & infantium, & brutorum animantium innocentia.

[o] *Conuincitur & iniuſta Ionæ querela, vel ex innocentia tot millium hominum,*

[p] *Quæ non poterat non mouere Deũ, quando eum pœnitentia lachryma nõ mouiſſent.*

53. Docet autem hic locus Deum interdum propter bonos, prodeſſe etiam aliis hominibus, quia plerunque melius eſt prodeſſe malis propter bonus, quam [q] bonis deeſſe propter malos. In quam ſententiam eſt illa parabola de zizania Matth. 13. *Serui autem dixerunt ei: Vis, imus, & colligimus ea? & ait, Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum.*

[q] *Deus potiùs ducit prodeſſe malis propter bonos, quàm bonis deeſſe propter malos.*

Matth. 13.

Videndus eſt Philo in *lib. de ſacrificio Caim, & Abel*, eum ait: *Equidem, cum aliquem bonum virum habitantem in aliqua domo, vel vrbe video, & domum, & vrbem illam beatam prædico, ratus eã perpetuam felicitatem manſuram propter* [r] *virum iuſtum, quem ciuem habet; ſolet enim Deus prodeſſe malis propter bonos.* Vnde Hieremias *in Threnis cap.* 3. meritò deplorat Ioſiam regem demortuum, quo ſoſpite ſtabant vniuerſi reges Iudæorum, *Spiritus*, inquit, *oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris, cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus.* Apertiùs illud docet Iſaias cap. 57. *Iuſtus perit, & non eſt, qui recogitet*, propter eum, ſcilicet, conſeruatos fuiſſe cæteros, quamuis malos. Eſt igitur aptiſſima reddita cauſa [s] à diuino Oraculo, cur ciuitas Niniuitarum euerſa non fuerit, tot infantium, & brutorum animantium innocentia: qualis vtinam ratio nobis perpetuò patrocinetur. Atque hactenus de Iona Propheta. 54.

Philo.

[r] *Cur vnus iuſtus totam domum, vel vrbem felicem reddit.*

Thren. 13.

Iſai. 57.

[s] *Aptiſſima cauſa miſericordia diuina reddita eſt in tot infantium innocentia.*

Laus Deo Optimo, Maximo.

ANNOTA

ANNOTATIONES IN MALACHIAM PROPHETAM.

CAPVT PRIMVM.

LITERA TEXTVS.

ONvs Verbi Domini ad Iſrael in manu Malachiæ. Dilexi vos, dicit Dominus, & dixiſtis: In quo dilexiſti nos? Nónne frater erat Eſau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob, Eſau autem odio habui? & poſui montes eius in ſolitudinem, & hæreditatem eius in dracones deſerti. Quod ſi dixerit Idumæa: Deſtructi ſumus, ſed reuertentes ædificabimus, quæ deſtructa ſunt: Hæc dicit Dominus exercituum: Iſti ædificabunt, & ego deſtruam, & vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus eſt Dominus vſque in æternum. Et oculi veſtri videbunt, & vos dicetis, Magnificetur Dominus ſuper terminum Iſraël. Filius honorat patrem, & ſeruus dominum ſuum: Si ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Et ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? dicit Dominus exercituum ad vos ô Sacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuum? Offertis ſuper altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo, quod dicitis, Menſa Domini deſpecta eſt. Si offeratis cæcum ad immolandum, nónne malum eſt? Et ſi offeratis claudum, & languidum, nónne malum eſt? Offer illum Duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. Et nunc deprecamini vultum Dei, vt miſereatur veſtri (de manu enim veſtra factum eſt hoc) ſi quomodo ſuſcipiat facies veſtras, dicit Dominus exercituum. Quis eſt in vobis, qui claudat oſtia, & incendat altare meum gratuitò? non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in Gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum eſt nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum. Et vos polluiſtis illud in eo, quod dicitis: Menſa Domini contaminata eſt: & quod ſuperponitur contemptibile eſt, cum igne qui illud deuorat. Et dixiſtis: Ecce de labore, & exſufflaſtis illud, dicit Dominus exercituum, & intuliſtis de rapinis claudum, & languidum, & intuliſtis munus: nunquid ſuſcipiam illud de manu veſtra, dicit Dominus? Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino, quia Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in Gentibus.

PROLOGVS.

§. I.

De tempore huius vaticinij.

1\. INter Prophetas minores, imò inter omnes tempore fuit poſtremus Malachias, vt patet ex *lib. 4. Eſdr. cap.* 1. qui liber quamuis non ſit canonicus, eſt tamen agiographus, id eſt, ſanctus. Eo igitur in loco dicitur, poſtremum inter Prophetas fuiſſe Malachiam, quod etiam aſſeruit Auguſt. *lib.* 18. *de Ciuit. cap.* 36. Hieronym. *in epiſt. ad Paulin. & in comment. ſuper Malach.* ibidem Theodor. & Cyrill. & tandem poſt omnes Benedict. Arias Montan. *in prolog. Prophet. Minor. & ſuper Malach.* quod apertiſſimè patet 4. Eſdr. 1. Auguſt. Hieron. Theodor. Cyrill. Arias Mont.

ex argumento, circa quod verſatur eius prophetia, nam Zachar. & Aggæus, vt videre eſt *lib.* 1.
1.Eſdr.1. *Eſdræ cap.* 1. eo tempore, quo templum Domini per Zorobabelem inſtaurabatur, de templi inſtauratione dixerunt: conſtat autem inter Patres Malachiam coætaneum fuiſſe Zachariæ, & Aggæo. Cùm igitur nihil prorſus dixerit de fabrica templi, ſignum eſt, extructo, & perfecto templo eum vaticinatum fuiſſe. Nos igitur ab hoc poſtremo vate ea mente initium ſumendum exiſtimauimus, quia plerique minorum prophetarum commentarios, qui ediderunt, ab Oſea, qui primus eſt, auſpicantes, vix vnquam ad finem peruenerunt. Pauca igitur præfabimur in limine huius commentarij, eadem tamen pernecesſaria ad intelligentiam huius vatis, & cæterorum.

2. Illud igitur primo loco ſciendum eſt, prophetas minores ab Hebræis vocari, *treaſſar*, vocabulo Chaldaico, quod duodenarium numerum ſignificat, qui ſemper ſacratiſſimus fuit in Scriptura: non vocantur autem minores, [a] vel quia minorem authoritatem habeant, quàm maiores; vel, quia multò poſt maiores prophetas vaticinati fuerint, conſtat enim vtroſque diuino Spiritu afflatos fuiſſe, & hoc teſtantur principia ſuarum viſionum, nec de hoc dubitauit aliquis ex ſanctis Patribus. Eos ſatis commendat diuina Scriptura
Eccl.49. Eccleſiaſt. 49. *Oſſa duodecim prophetarum pullulabunt de loco ſuo, qui corroborauerunt Iacob, & ſe redemerunt in fide virtutis ſuæ*, id eſt, nunquam excidet memoria duodecim prophetarum, ſed perpetuò reuiuiſcet, qui ſuis vaticiniis populum confirmauerunt, & tandem ſemper ſe veraces oſtenderunt. Quòd autem non fuerint poſteriores tempore maioribus prophetis, elegantiſſimè
Arias Mont. oſtendit Arias Montan. in communibus diſputationibus prophetarum, & ſatis illud indicat Scriptura ſacra, cum Oſeas, Amos, Michæas, & Iſaias ſub eiſdem regibus vaticinati fuerint, in diebus ſcilicet Ioathan, Achaz, & Ezechiæ Regum Iudæ. Ratio igitur cur minores dicti fuerint, aſſignata
Auguſt. Hieron. eſt ab Auguſt. 18. *de ciuit. cap.* 29. & ab Hieron. *in prolog. prophet. minor. & in epiſt. ad Paulin.* quæ præponitur Bibliis; ea autem eſt, quia alij prophetæ maiores plura oracula cum ediderint, iuſtum volumen impleuerunt, minores verò, quia breuiſſima vaticinia reliquerunt, ita nuncupati ſunt, & eorum oracula in vnum volumen coaceruata, ne ſingula ſeparata amitterentur.

[a] Prophetæ minores, cur ita dicantur.

3. Secundò notandum eſt, vt propiùs iam accedamus ad noſtrum vatem; veteres Hebræos [b] tres hominum notaſſe ætates, quibus diuini vates ſua oracula ediderunt. Prima pertinet ad illud tempus, quo nondum dirutum erat templum Hieroſolymitanum, qua ætate vaticinatus eſt Iſaias, Amos, Oſeas, & Abdias, qui primus omnium fuiſſe creditur ab Hebræis. Secunda pertinet ad templi miſerrimam euerſionem, qua ætate vaticinatus eſt Hieremias, & Ezechiel, vt conſtat ex eorum oraculis. Extrema tandem ætas fuit ſub ipſa templi inſtauratione, quæ ab Hebræis vocatur *dies [c] viſitationis*, quæ appellatio deſumpta eſt
Hierem. 29. fortaſſis ex Hierem. 29. cum cœperint adimpleri in Babylone 70. anni, *viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum*; quo tempore vaticinati ſunt Zachar. & Aggæus populum prouocantes ad templi ædificationem, reſtitutis Iudæis à Babylonia, in qua captiui detinebantur, reſtitutis per Cyrum Perſarum regem. Quoniam verò cùm primùm Iudæi in patriam reuerſi ſunt ſub duce Zorobabele, vix prima templi fundamenta iacta ſunt propter finitimorum iniurias, & maximè quia tunc temporis regnabat Cambiſes, ſeu Aſſuerus Iudæis infeſtus, ac proinde ab opere ceſſatum eſt, donec Darius imperium Perſarum accepit, ſub quo iterum, qui apud Babylonem fuerant, reſtituti ſunt, & inchoatum templum cœpit ædificari ſuadentibus diuinis oraculis per Zachariam, & Aggæum, vt conſtat ex lib. 1. *Eſdræ* 1.Eſdr.5.
cap. 5. quo tempore putat Hieronym. probabiliter *in prologo ſuper Malachiam* vaticinatum fuiſſe eundem Malachiam; ductus hoc argumento, Hieron.
quia nec tempus, nec reges aſſignauit, ſub quibus ſua oracula ediderit, vt ſolent facere alij prophetæ, *ſicut*, inquit Hieronym. *Pſalmi ſine titulis, eius ſunt autoris, qui antecedentem pſalmum ſcripſit; ſic etiam ad ætatem eam pertinent ea oracula, quæ ſine tempore, & ſine regibus edita ſunt, ad quam pertinent antecedentia oracula.* Cum igitur Aggæus & Zachar. qui priores videntur fuiſſe noſtro Malachia ſub rege Dario [d] vaticinati fuerint, credibile eſt ſub eodem rege prophetaſſe noſtrum Malachiam, & ita ſentiūt communiter Patres, Theodoret. Cyrill. & alij: nec rectè impugnatur Hieronym. à quibuſdam recentioribus aſſerentibus Hieronymum voluiſſe eodem fermè tempore, & de eodem prorſus argumento noſtrum Malachiam dixiſſe, cum Hieronym. apertè in eo ponat ſimultatem temporis, quod omnes tres ſub Dario vaticinati fuerint, quamuis Malachias paulo poſt vtrunque, ſic enim habet Hieronymus ex *Eſdra cap.* 1. *& Malach.* 1. *Eſdras poſt Aggæum, & Zachariam, qui ſub Dario prophetauerunt, fuiſſe credendus eſt.* Eſdr.1. & Malach.1.

[b] Tres ætates notarunt veteres Hebræi.

[c] Tempus inſtaurationis templi, dicitur dies viſitationis.

[d] Malach. vaticinatus eſt tempore Darij regis. Theodoret. Cyrillus.

§. II.

De materia huius prophetiæ.

Eſt igitur in hoc vate quaſi peroratio quædam continens finem, & intentum cæterorum prophetarum; in eo enim poſita videntur vniuerſa eorum oracula, vt pietatem, id eſt, Dei cultum, & religionem hominum animis penitus inſerant; eſt enim in religione poſita ipſa hominis ratio, vt hominem definire videtur Eccleſiaſt. 4.
cap. 12. *Deum [e] time, & mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo*; quaſi velit autor illius libri, eum non eſſe inter homines referendum, qui Deo debitum obſequium, per religionem, & pietatem non rependit, vnde Iob *cap.* 1. concludens laudes viri perfecti dicit, *erat vir ſimplex, & rectus, ac timens Deum.* Neque enim perfectus eſſe poteſt is, qui Deum nō colit, hoc enim ſignificat Deum timere, imò vt notauit Chryſoſtom. *hom.* 13. *ſuper primam ad Timoth. cap.* 5. & Rabbi Moyſes *in lib. æquiuocor. cap.* 145. ea eſt vera hominis diffinitio. Idem docuit elegantiſſimè Iob *in cap.* 28. poſtquam enim ſapientiam commendaſſet ex collatione earum rerum, quæ nobis gratiſſimæ videntur, ſapientiam concludit, nihil aliud eſſe, quàm religionem, ſuis verbis, *Ecce timor Domini eſt ſapientia*; neque enim meliùs potuit ſapientiam commendare. Notauit autem optimè Auguſtin. *lib.* 12. *de Trinit. cap.* 14. in pleriſque codicibus Latinis clariùs haberi eum locum, *Ecce cultus veri Dei, & religio, ſapientia eſt.* quo pacto LXX. habent; verùm in Hebræo potiùs habetur prior lectio: pulcherrimè dicit Eccleſiaſticus *cap.* 1. ad eandem ſententiam, *initium ſapientiæ timor Domini,*

Eccl.12. *[e] Timor reuerentialis Deo debitus.* Iob.1. Chryſoſt. Rab. Moyſ. Iob.28. Auguſt. Eccl.1.

ni, hoc eſt prima, & perfecta ſapientia, cultus, & religio Dei eſt. Quibus in verbis latet elegantiſſimus Hebraiſmus, id enim, quod præcipuum eſt in vnoquoque genere, initium dicitur, quæ phraſis habetur Eccleſiaſt. 11. *Breuis in volantibus eſt apis, & initium dulcoris*, id eſt, regula totius dulcedinis, vt eſt in prouerbio; quod ipſum dixiſſe videtur Eccleſiaſticus de religione, vt ſit ſenſus, Pietas, ſeu religio eſt menſura [f] totius ſapientiæ, vnde merito regius vates *Pſalm. 13. & 52.* principium totius inſipientiæ dixit eſſe impietatem illis verbis, *Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus*, ſeu vt Hebraicè habetur, *dixit demens, & ingratus*; hoc ſignificat nomen, *Nabal*. Ad quem locum pulcherrimè notauit Hilar. *propterea impietatem ſanè dixiſſe in corde, quia erubuit tantum monſtrum in lucem afferre:* pulchriùs Auguſt. *propterea in corde, dixit, quia timuit ne ſi foras prodiret impietas, creaturæ omnes concurrerent ad imperium perdendum.*

Eccl. 11.

[f] *Pietas, & religio eſt menſura ſapientia.*

Pſalm. 13. & 52.

Hilarius.

5. De pietate dixit pulcherrimè Philo Iudæus lib. de Decalog. *ſicut*, inquit, *principium omnium optimum Deus eſt, ſic & virtutum pietas, & religio eſt:* & in lib. de pœnis, & præmiis, *ſunt quidem*, inquit ille, *omnes virtutes virgines, omnes pulchræ, ſed harum chorum ducit pulcherrima pietas.* Videndus eſt idem Philo *lib. de Agricult. pag. 175. & lib. 3. legis allegoriar. pag. 54.* notauit Plutarch. *in vita Theſei*, nobilibus commiſſam eſſe [i] curam rerum diuinarum: id quod etiam dixit Pheneſtel. *in lib. de magiſtrat. & ſacerdot. Roman. ſtatim in principio*, & Ambroſ. *in lib. de Benedict. Patriarch. in benedictione Ioſeph, omne ſanctum primogenitum, vnde & Leui, non ætatis ordine, ſed ſacra ſucceſſionis prærogatiua primogenitus meruit nuncupari*, & Plato *in lib. de regno*, eoſdem fuiſſe docet olim reges, & ſacerdotes; qua de re diximus aliqua cum explicaremus illum locum, *Tu es ſacerdos in æternum*, Pſalm. 109. Non incongruè etiam videtur dixiſſe Plutarch. *in vita Gracchorum*, cum Numantini opulentiſſimam prædam libenter obtuliſſent Tiberio Graccho, ex tota præda ſolum thus accepit præparatum ſacrificandi gratia, quia, ſcilicet, ex nobiliſſima familia Gracchorum erat; ad nobiles autem primò pertinet ſacrificare, & Ianus, quem veteres putabant fuiſſe Noe, vt notauit Fabius pictor *in prima part. de aureo ſæculo*, & meminit etiam eius rei Beroſus Chaldæus, *vinum, & far primos homines docuit, magis ad ſacrificium, & religionem, quàm ad eſum, & potum*; etenim conſentaneum eſt, vt eleganter notauit Gregor. Niſſen. & Baſilius in examer. *Cùm à Deo, viuere, & omnia quæ vitam conſequuntur, acceperimus, in eundem omnia, tanquam in fontem referàmus, eundémque perpetuo obſequio, & cultu, vt Dominum, & parentem agnoſcamus:* ſi enim arbores ſuis frondibus, & floribus, cæterique ſyluarum, & nemorum honores, tellurem parentem, à qua vitam acceperunt, in memoriam tanti beneficij, anniuerſario obſequio quodammodo ornare videntur, cur homines Autorem Deum pietate non colent? præſertim, cùm, vt notauit D. Thomas 2.2. *quæſt. 81. art. 7. in corpore*, *Qualibet res perficiatur per hoc*, [g] *quod ſubditur ſuo ſuperiori, ſicut corpus per hoc, quod viuificatur ab anima, viuens redditur, & aer per hoc quod illuminatur à ſole, ex tenebroſo lucidus, & pulcherrimus fit, mens autem humana tunc perfecta eſt, cùm Deum reueretur, & colit.* In hac enim ſubiectione poſita eſt eius perfectio. In quam ſententiam mihi facere videtur ille locus apud Ionam *in cap. 1.* quæſitus enim à nautis, cuius eſſet? nullo alio potiore honore ſe iudicauit [h] poſſe honeſtari, quàm Dei cultoris, ſic enim habet, *Hebræus ego ſum, & Deum cæli timeo*; eodémque in loco videtur cauſam reddere, quare Deum colat, addidit enim, *qui fecit mare, & aridam*, quaſi velit, conſentaneum eſſe, vt Deus ab eo colatur, qui principium, & fons eſt omnium rerum. Cùm igitur crimen desertæ pietatis à cæteris omnibus prophetis ſatis deploratum ſit, vnus omnium Malachias rem pulcherrimè perorauit, voluit enim diuinus vates poſteritati vniuerſæ inculcare cauſam, & rationem, cur Deus populum ſibi chariſſimum reliquerit, atque etiam futuris temporibus, præſertimque Chriſtianis hominibus, quibus iam quodammodo illuceſcebat aurora, læſæ pietatis exemplum ſemper verendum ob oculos proponere. Accuſat igitur vates impietatem Iudæorum, & ingratitudinem præſertim in ſacerdotibus, vt notauit Auguſt. *lib. 18. de ciuit. cap. 35.* & quoniam aliqui dubitabant de prouidentia ea tempeſtate, eorum errorem impugnat, & oſtendit, fore aliquando, vt pœnis prouidentiam diuinam agnoſcant, quam beneficiis diuinis aſpernati ſunt, idque temporibus Chriſti Domini, quando ab eis ſacerdotium auferretur.

Philo.

Philo.

Plutarch.

[i] *Sacrificare maximè pertinet ad nobiles.*

Pheneſt.

Ambr.

Plato.

Pſalm. 109.

Fabius.

Beroſus.

D. Thom.

[g] *Qualibet res perficitur per hoc quod ſuperiori ſubijcitur.*

Ionæ 1.

[h] *Cultus, & timor Domini, hominem honeſtat.*

Auguſt.

TRACTATVS I.

De qualitate huiuſmodi Prophetiæ.

Text. Onus verbi Domini ad Iſraël in manu Malachiæ.

DIximus iam ſuprà, quæ fuerit ratio cur Malachias in hoc titulo neque reges notauerit, neque tempus ſub quo vaticinatus fuerit; ea autem erat, vel quoniam Malachias, & Eſdras non diſtinguuntur, vt paulo inferiùs examinabimus; vel quoniam, vt voluit Hieronym. cum Malachias ſcripſerit, & vaticinatus fuerit poſt Aggæum, & Zachariam, tanquam titulus ipſius Malachiæ proponuntur, præſertim cum eadem tempeſtate ſcripſerit. Eſt autem non leuis controuerſia inter interpretes huius loci de ſignificatione huius verbi, *Onus*, cum ea particula ſatis ambigua ſit apud Hebræos, ſignificat enim maſſa, vt notauit Pagnin. onus, pondus, prophetiam, eleuationem, ſiue aſſumptionem. 6.

§. I.

Triſtia, & oneroſa prædicit Malachias.

PRo maiori igitur explicatione huius particulæ, & pro aliquali cognitione prophetiæ, notandum eſt cum D. Auguſt. *ſuper Geneſ. ad litteram tom. 3. lib. 12. cap. 9. 10. 11. & 12.* idemque notat D. Thom. *ſuper epiſt. ad Hebræos, cap. 1. lect. 1. & 2.2. quæſt. 147. art. 1.* & Caietan. *ſuper epiſt. ad Hebr. eodem c. 1.* & Iſidor. quem refert D. Thom. *loco cit.* & poſtremo loco Pelbart. ex familia D. Franciſci *in roſar. aur. tom. 2. ſub titulo* 7.

Auguſt.

D. Thom.

Caietan.

Iſidor.

Pelbart.

gratiæ 6. tom. loquutiones diuinæ diſtinguuntur ſecundùm ordinem poteotiatum apprehenſiuarum; ſicut eoim in nobis ſunt potentiæ exiernæ ſenſitiuæ, qualis eſt viſus, auditus, & cæteri ſeoſus caterot, ſunt etiam potentiæ ſenſitiuæ internæ, qualis eſt phantaſia, & imaginatio, & denique eſt potentia apptehenſioa, & intellectiua, quæ eſt ipſe intellectus: ita quoque Deus

[l] *Tribus modis loquitur Deus cum Prophetis.*

cum Prophetis tribus modis loquitur; [l] Primo imagines ſenſitiuas caternis ſenſibus obiiciendo, quo pacto *Gen.* 18. vidit Abtaham tres Angelos; & Moyſi, *Exod.* 3. apparuit Angelus in rubo. Secundo modo obiiciuntur Prophetis rerum ſpectra, & ſimulachra, non ſeoſibilia per ſenſus extetnos, id eſt, non percepta à potentiis eaternis, ſed in imaginatione offeruntur, quo pacto Ioánnes Euangeliſta varias rerum faeies vidit, & Hierem. *in cap.* 1. vidit ollam ſucceuſam flante aquiloue, quæ ſignificabat incendium Hieroſolymitanum, & *Matth.* 1. Angelus Domini apparuit Ioſeph in ſomnis. Tettio modo fit locutio nullis obiectis rerum imaginibus, ueque in ſenſu interno, neque in ſenſu externo, ſed ſolo lumine illuſtrante intellectum vatis, infundente Deo nouas ſpecies intelligibiles, quales habuit Adam, vel ſaltem illuſtrando veteres, vt ex eis certas notitias eruat Propheta; quo pacto Iacob motti ptoximus de Chtiſto vaticinatus eſt, *non auferetur ſceptrum de Iuda, donec veniat, qui mittendus eſt*; qui modus prophetandi nobiliſſimus eſt. Sicut enim nobiliùs intelligit demooſtrationes geometricas, qui ſine figuris ſenſitiuis intelligit; ſic quoque nobilior eſt ea cognitio vatum, quæ ſine ſenſatis ſimilitudinibus fit. Quo pacto Rea Dauid, 2. *Reg.* 23. aſſerit, Deum ſecum locutum fuiſſe, *Mihi locutus eſt fortis Iſrael, ſicut lux auroræ oriente Sole manè abſque nubibus rutilat*, hoc eſt, viſione clata, ueque per rerum ſimilitudines imaginatias, ſed procul pulſis nubibus, quemadmodum Sol fotmoſus matotinus ſe ſe nobis offett. Neque verò oppoſitum dicendum eſt in ſententia Ariſtotelis *lib.* 3. *de anima, cap.* 8. quo in loco aſſetit, intellectum poſitum in contemplatione neceſſariò debere aduertere ad rerũ imagines, quæ reſeruantur in imaginatiua; quanuis enim propter naturalem conneaionẽ quando intellectus intelligit, potentiæ interiores ad ſua peculiaria obiecta aduertere debeant, nonnunquam tamen propter vehementem applicationem adimitur concurſus potentiæ imaginatiuæ ſenſitiuæ, & ita videtur velle Ariſtotel. 3. *de anima, text.* 9.

[l] *Prophetia diuiditur in ſenſitiuam, imaginatiuã, & intellectiuam.*

Hinc orta eſt ea diuiſio [l] prophetiæ in ſenſibilem, imaginariam, & intelligibilem; ſeu, vt voluit D. Thom. *ad Hebr.* in ſenſitiuam, imaginatiuam, & intellectiuam. Propheta igitur nonnunquam obiectum ſuæ functionis vocat verbum Dei, nonnunquam viſionem Dei, nonnunquam onus verbi Dei. Eſt autem hæc notata differeotia in has tres loquendi formulas à veteribus, vt aduertit Bened. Arias Montan. *in quæſt. communib. ſuper Prophetas minores*, quòd *verbum Dei*, authorem prophetiæ fuiſſe inſinuat Spiritum ſanctum, *viſio* autem notat ſuſceptorem, ſeu eum, cui diuinum conſilium reuelatum eſt; qua ratione Prophetæ olim omnes, *videntes* nuncupabantur; illi enim abſentes, & longè poſiti futura præuidebant: quando verò prophetia pertinet ad aliquem peculiarem hominem, ſiue ad aliquam prouinciam, cui per Prophetam reuelaoda eſt, vocatur *onus verbi Dei*.

Gen. 18. Exod. 3. Hierem. 1. Matth. 1. 2. Reg. 23. Ariſtot. D. Thom. Arias Mont.

Hoc igitur ſuppoſito, iam magis explicabitur 8.
prima particula huius vatis. Græci omnes, cuius prioceps videtur fuiſſe Chryſoſt. *ſuper Iſai.* 1. *prope principium.* Theodotet. expreſsè *hoc in loco, & ſuper Nahum, & Abacuh.* Theophylact. etiam *in* 1. *Nahum.* & denique Baſilius Magnos *ſuper Iſai. cap.* 1. volunt vocem Hebræam, pro qua vulgatus vertit, *onus verbi Dei*, ſignificare aſſumptionem, & ecſtaſim, qua mens prophetarum à ſenſibus ſeparata Spiritu ſancto ita diſponente prædictionem, ſeu vaticinium accipit reuelandum tamen aliis, quod ſatis inſinuat Græca litera, quæ ſic habet, *aſſumpsio verbi Domini ſuper Iſraël*, vt legit Hieron. & LXX. imò etiam omnes Græci. Neque videtur aliena hæc expoſitio à textu Hebræo, vt iam ſuprà notauimus ex Pagn. qui vult vocem, *maſſa*, ſignificare eleuationem, portationem, & ecſtaſim; deducitur enim à verbo Hebræo ſatis æquiuoco, quod ſignificat ferre, ſuſtinere, portare, eleuare, reſpondétque noſtro verbo Latino, *fert*, vt notauit Valla *lib.* 5. *cap.* 13. & Gellius *cap.* 18.

Chryſoſt. Theodor. Theophyl. Baſilius. Græcè. Hieron. LXX. Interp. Pagnin. Valla. Gellius.

Verùm longè pulchrior videtur ſententia D. 9.
Hieron. euius hæc eſt regula certa: Quotieſcunque in Prophetis ponitur, *onus* [m] *verbi Dei*, ſignificatur, grauem & triſtem prophetiam imminere iis, quibus talis reuelatio fit. Ita D. Hieron. *ſuper Iſaiam, cap.* 13. & 15. & *Abacuch* 1. & *Nahum.* 1. & *ſtatim in limine Malachiæ.* Quæ ſententia ex eo placet, quia iuxta regulam traditam à Concil. Trid. *ſeſſ.* 4. vulgata editio ſemper defendenda, & pro authentica habenda eſt, & cum ea vertat, *onus verbi Dei*, ſignum efficax eſt, longè probabilius eſſe, *onus verbi Dei*, ſignificare durum, & mœſtum nuntium, quàm eleuationem, ſeu ecſtaſim propheticam. Cui ſententiæ ſuffragatur Aquila, qui ad hunc locum vertit, *Pondus verbi Dei.* Licet autem hæc ſententia ſatis probabilis ſit, non diſplicet tamen eorum intellectus, qui exiſtimant *onus* ſignificare hìc, officij rationem, quodcunque enim munus, onus nobis impoſitum Luſitaoè vocamus. Vnde Plin. Iunior *in epiſt. ad Maur. lib.* 1. *epiſtolar.* laudatum à ſe adoleſcentem propterea dicit, non omnino laudaſſe, *quia diligo*, inquit ille, *adoleſcentem ardentiſſimè ſicut meretur, ſed hoc ipſum amantis eſt, non onerare eum laudibus.* Vnde Varro notauit, *onus*, ſi probè ſcribendum ſit, aſpirandum eſſe; deducitur enim ab honeſto. Vnde Antigonus apud Ælian. regnum nobilem ſeruitutem dixit eſſe; & apud Curt. *lib.* 7. *de rebus Alexand.* dixiſſe fertur quidam Alexandro, *magnum onus ſuſtines in capite regium inſigne*, qua de re videndus eſt Nazianz. *in Apolog. orat.* 1. *per tot.* Eſt igitur viro probo, vt conſtat ex hoc loco, quælibet officij [n] ratio, onus potius, quàm gloria. Vnde ſenſus huius loci talis erit, Munus iniunctum Malachiæ Prophetæ publicandi verbum Dei ad Iſrael, quod munus, *onus* vocari poteſt, vel ſaltem, vt vult Hieron. talis eſt ſenſus huius loci, Triſtis, & dura prophetia, proinde onus vocata, qua prædicitur ſeparandum fore à populo Iudaico ſacerdotium, quilibet enim ſenſus probabilis eſt.

[m] *Onus verbi Dei ſignificat triſtem prophetiam.*
Hieron. Aquila. Plin. Iunior. Varro. Ælianus. Curtius. Nazianz.
[n] *Quodcunq; munus, onus nobis potius quàm gloria.*
Hieron.

Obiter autem hic notandum eſt, quanta ſit ſeparatio, quæ à Deo per peccatum fit; eo enim 10.
munere mittitur Malachias ad populum, quo ſignificatur maximè Deum ab eo diſceſſiſſe; legatus enim non niſi ad abſentes, eoſdémque remotiſſimè poſitos, mittitur; hoc autem per peccatum factum fuiſſe docet Philo in lib de congreſſ. quær. erud. grat. *Deus iniuſtam animam, & impiam,*

[o] *Peccatum maximè facit diſtare hominem à Deo.*
Philo.

piam, & à ſe fugatam longiſſimè diſſipat, cum vir-
tus eandem vicinam reddat cælo. vnde pulcherri-
Niſſen. mè notauit Niſſen. *in orat.5.de Beatitud.ſtatim in*
principio, viſionem, quam vidit per ſomnium Ia-
cob, ſcalam, ſcilicet, pertingentem vſque ad cæ-
lum, nihil aliud ſignificare, quàm vitam, cum
virtute coniunctam; hæc enim breuiſſima ad
cælum via eſt, aliarum alias excipientium beati-
tudinum altitudo efficit, vt ipſi Deo appropin-
quetur; prorſus autem vt ſapienti per ſapientiam,
& per puritatem puro appropinquamus, ita bea-
to per viam beatitudinum conciliamur, & per
peccatum ab eo omnino diſſimiles omnino ſepa-
ramur. Similia dixit Ariſtotel. quem refert Eu-
Eugub. gub. Pſal.1. *Vir probus res eſt maximè Deo vicina,*
Fulgent. *improbus verò maximè ſeparata.* Cui ſententiæ
ſuffragatur D. Fulgent. *lib.de prædeſtin.* cum aſſe-
rit, iniquitates ſecundùm altitudinem cæli à ter-
Auguſt. ra elongaſſe Deum à ſe ipſo. Qua de re elegan-
tiſſimè conqueritur D. Auguſt. lib.1. de doctrin.
Pſal. 113. Chriſt. & lib.11. de Ciuit. cap.25. *Si enim Dauid*
Pſal. 113. *admiratus dixit, mare vidit, & fugit,*
quanto mirabilius eſt hominem, quem Deus ad
ſui imaginem fecit, deſerto ſummo bono ad humilia
quæque toto impetu ferri? Id quod etiam notauit
Dionyſ. Dionyſ. *de diuinis nominib. cap.4.4.p.* & Chryſoſt.
Chryſoſt. *hom.2.in epiſt.ad Epheſ.* qua forte ratione dictum
eſt à Dauide, *in circuitu impij ambulant*, vt ſigni-
ficaret quanta velocitate à Deo ſeparentur, &
quàm breui temporis ſpatio remotiſſimi à Deo
p Sunt pecca- efficiantur, ſimiles p enim ſunt corporibus glo-
ta veluti cor- boſis; inter corpora autem, ea quæ rotunda
pora globoſa. ſunt, & globoſa, velociùs mouentur, & celeriùs
à ſuo termino ſeparantur. Quam eandem ra-
tionem volunt eſſe ſancti Patres, cur Deus *Ge-*
neſ. 3. Adam quaſi abſentem quæreret, cum ta-
men nihil abſens eſſe poſſit à diuina præſentia.
D. Thom. Dixit in hanc ſententiam optimè D. Thom. *in*
additionib. ad 3.p.q.17.a.1. in corpore, non ſolùm
peccatum longiſſimè à cælo poſuiſſe peccato-
rem, ſed cælum quodammodo concluſiſſe, &
propterea in Eccleſia relictæ ſunt claues ad ape-
riendum cælum clauſum per peccatum. Hæc
igitur eſt ratio cur Malachias legatus ſit miſſus
ad Iſrael, quem peccatum diſtantiſſimum fecerat
à Deo.

11. Congruenter autem additum eſt nomen ineffabile Tetragrammaton ad conciliandam reue-
rentiam, & attentionem ſuæ legationi; de cuius
nominis prærogatiuis videndus eſt Rab. Moyſ.
Rab. Moyſ. *in lib. perplex. cap.61.62. & 63.* Paul. Burg. *in 1.p.*
Burgenſ. & *ſcrut. cap.10.* Ioſeph. *lib.2. antiq. cap.12.* Epiphan.
alij. *hæreſ.4.* Euſeb. Cæſ. *lib.9. de præpar. euang. cap.* 4.
Philo Iudæus *lib. de vita Moyſis.* Hieronym. *ad*
Epheſ. 3. ad illa verba, *à quo omnis paternitas.*
Si igitur parentibus reuerentia debetur, multo
maiorem attentionem, & reuerentiam affert ſuis
dictis Malachias, cum dicit autorem ſuæ lega-
tionis eſſe eum, vnde emanat vniuerſa paternitas,
nam nomen ineffabile ipſum eſſe ſignificat pri-
mum & principium totius eſſe.

§. II.

Ad quos facta fuit hæc reuelatio.

12. VErùm quoniam reuelatio facta Malachiæ
alicui publicanda erat, conſequens eſt, vt
dicamus, Vtrùm omnibus duodecim tribubus fa-
cta fuerit, an verò Iſrael ſit pars aliqua ſeparata à
Iuda? & in primis, vt notauit Guillelm. Hamer. Hamer.
ſuper Geneſ. cap.32. quo in loco docet non ſolùm
noſtra ætate, verùm etiam apud veteres corrup-
tam eſſe interpretationem nominis Iſrael; cum
enim Hebræi viderent, ſequendo germanam in-
terpretationem, nos maximam occaſionem habe-
re ad increpandam eorum perfidiam, corruptè in-
terpretari ſunt nomen; ex eo enim habemus paſ-
ſionem Chriſti in figura, quando gens Hebræa
præualuit contra Verbum in carne, vt optimè di-
xit Theophyl. in com. ſuper Oſeæ, c.12. *Præuali-* Theophyl.
turus ſignificatur populus Iudæus aduerſus magni
conſilij Angelum; quæ eſt interpretatio nominis
Iſrael. q Suffragatur D. Aug. *ſuper lib. Iudic. c.49.* q Iſrael quid
lib. 7. Iacob præualuit Angelo, id eſt, *Chriſti infir-* ſignificat.
mitati, quia ita voluit vt ab iis, quæ oportebat, in Auguſt.
paſſione perferret. Idem docet *lib. 3. contr. Maxim.*
cap.23. & lib.12. contr. Fauſt. Manich. lib.26. Cyril. Cyril.
Alex. *lib.6. in Gen.* & Hieron. *in quæſt. Hebraicis,* Hieron.
qui putat nomen Iſrael ſignificare *fortē cum Deo,*
ſeu, *præualentem contra Deum*; quod ſatis clarè
oſtenditur ex *cap.32. Geneſ.* quo in loco hæc no- Gen. 32.
minis mutatio facta eſt. *Nequaquam*, inquit ora-
culum diuinum, *Iacob vocaberis, ſed Iſrael, quia ſi*
contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra ho-
mines? Idem docet elegantiſſimè Ioſeph. lib. 1. Ioſeph.
antiq. cap. 17. *Significat nomen Iſrael Hebraica*
lingua eum, qui aduerſus Deum ſtetit. Cui ſuffraga-
tur elegantiſſimè Pagnin. *in theſauro.* Denique Pagnin.
apertiſſimè hoc eſt apud Oſeam cap. 12. *In vte-* Oſeæ 12.
ro ſupplantauit fratrem ſuum, & in fortitudine
ſua directus eſt cum Angelo. Quo in loco Oſeas
voluit aſſignare rationem vtriuſque nominis, vt
notauit D. Hieron. *in com. ſuper Oſeam*; fuit enim Hieron.
ſemper pulchrum r ab euentu aliquo nomen r Nominis
imponere, non caſu, neque fortuito, habet impoſitio ab
enim nominis commutatio in ſacra Scriptura aliquo euētu,
myſterium, vt notauit Hieronymus *in quæſtionib.* pulchra.
Hebraicis ſuper Geneſ. cap. 14. & patet in Abra-
hamo, cuius nomen Deus mutauit, facturus
eum parentem multarum gentium, quod etiam
videre eſt in D. Petro, qui Simon antea dictus,
Ioann. 1. & *Matth.* 17. *Cephas* dictus eſt, hoc Ioann. 1.
eſt *lapis*, ſeu *rupes.* Sic ſimiliter in nomine Matth. 17.
Pauli, nam Saulus Hebræo nomine dictus in
admirabili ſua conuerſione, *Paulus* dictus eſt,
id eſt, *admirabilis*, ſeu *ſegregatus*, vt pulchrè
colligitur ex radice Hebræa, & ex Commen-
tariis D. Hieronym. *in epiſt. ad Philemon.* qui in- Hieron.
terpretatur nomen Pauli ſignificare admirabi-
lem. Vnde quemadmodum Chriſtus Dominus
apud Iſaiam *cap. 9.* admirabilis dictus eſt: quo Iſai. 32.
enim in loco vulgata editio habet, *vocabitur*
nomen eius admirabilis, Hebraicè eſt, *Peleh*,
vt notauit Rabbi Dauid: vnde videtur deriua- Rab. Dauid.
tum nomen Pauli probabiliter: fuit autem cer-
tiſſimum, vt quemadmodum in vocatione Petri
ad apoſtolatum, nomen Chriſti fuit communi-
catum Petro, eſt enim Chriſtus Petra, vt Paul.
teſtatur 1. *Corinth.* 10. ſic etiam Paulo nomen
Chriſti communicatum eſt, ſecundùm quod ad-
mirabilis dictus eſt, ne Paulus inferior videre-
tur Principe Apoſtolorum; peritum eſt enim
admirabile nomen eius ab admirabili conuerſio-
ne eius. Dixit etiam in hanc ſententiam Sueto-
nius in Auguſto, *inter Romani imperij Cæſares,*
vix alius quiſpiam eſt, cui tot felicitatis tituli ac-
ceſſerint, vt Auguſto; hinc ob res ampliſſimè, &
ſumma moderatione geſtas Senatus Romanus Au-

guſtum nuncupauit, non ſolùm nouo, ſed etiam ampliſſimo cognomine. Sic ſimiliter Papirius propter egregiam tacendi virtutem, ſuæ familiæ nomen *prætextati* dedit, qua de re videndus eſt Aulus Gellius *in ſuis noctibus lib.* 1. & Macrob. *in ſaturnalib. lib.* 1. Similiter Corneliæ genti Scipionum nomen euenit ob egregiam pietatem, qua Cornelius parentem luminibus captum vice baculi regebat. Ex quibus iam colligimus pulcherrimum nomen Iſrael impoſitum fuiſſe Iacob propter egregiam victoriam, quam habuit contra Angelum, ſignificatque, *contra* [s] *Angelum ſtantem*; quo in loco adumbrata fuit paſſio Chriſti, in qua gens Hebræa Deum in carne quodammodo ſuperauit. Neque placet vulgaris interpretatio, qua Iſrael dicitur *videns Deum*, quamuis eam videantur amplecti Nazianz. *lib.* 2. *ſua Theologia* & Hieronym. *cap.* 1. *&* 44. *ſuper Iſai.* Hactenus de notatione ſeu etymologia nominis Iſrael.

Gellius. Macrob.

[s] *Iſrael ſignificat contra Angelum ſtantem.*

13. Reliquum igitur eſt, vt oſtendamus, cui potius ex Hebræis facta fuerit hæc reuelatio, cum Iſrael non æquè omnibus Hebræis accommodetur, imò vt conſtat ex lib. Regum, peculiare nomen [t] fuit decem tribuum poſt ſeparationem factam ſub Hieroboamo, nam duæ (Iuda & Benjamin) vocantur communi nomine Iuda, vt colligitur ex lib. 3. *Reg. cap.* 12. & ex lib. 2. *Paralip. cap.* 10. cuius rei latiſſimè meminit Ioſeph. *lib.* 8. *antiq. cap.* 3. namque mortuo Salomone rege, & Iudæ, & Benjamini tribus communibus ſuffragiis Roboamum Salomonis filium regem ſibi elegit, reliqua verò multitudo ab ea die defecit à regno Dauidis, & Hieroboamo imperium detulit, quod regnum dictum eſt *Ephraim* in ſacra Scriptura, quia rex erat Hieroboam de tribu Ephraim: vocabatur etiam regnum Samariæ, quia eius gentis metropolis fuerat Samaria, peculiarique nomine dicta eſt ea gens *Iſrael*, quia maiorem partem gentis Hebrææ continebat. Huius autem ſeparationis meminiſſe videtur Zacharias per occaſionem *cap.* 11. illis verbis, *& præcidi virgam meam ſecundam, quæ appellatur funiculus, vt diſſoluerem germanitatem inter Iudam, & Iſrael.* Quo in loco licèt, vt aliqui volunt, [u] propheticus ſermo agat de contentione inter Hircanum, & Ariſtobulum fratres de regno Iſrael, alluſio tamen facta eſt ad tempora Roboami & Hieroboami, ſub quibus res Iudæorum inclinari cœperunt, & facta eſt ſeparatio inter Iudam, & Iſrael. Verùm poſt reditum à Babylonia, & in temporibus ſecundi templi, de quo agitur *lib.* 1. *Eſdræ cap.* 1. *&* 2. indifferenter vtraque gens dicta eſt Iſrael, vt notauit D. Hieronym. fortaſſis quia ex decem tribubus pleri que ad duas, ſeu ad Iudam confluxerant, vt ſic melius poſſent templum ædificare. Videtur autem Deus hoc ampliſſimo nomine [x] eos ingratitudinis notare, & fortaſſis in memoriam reducere beneficia primis eorum parentibus collata, quod ſcelus inter Perſas, apud quos captiui fuerant Iudæi, grauiſſimum erat, vt meminit Xenophon. *lib.* 1. *de Cyripædia*, id eſt, de educatione regis: *Grauiſſimis,* inquit ille, *pœnis Perſarum gens ingratos homines puniebat:* hanc igitur ingratitudinem ampliſſimo hoc nomine Iſrael, videtur Deus accuſare. Senſus horum verborum [z] iam eſt, reuelatio per Malachiam publicata populo Iudæorum, vt amplectitur omnem familiam Iudæorum, id eſt, vtrunque regnum, & Iſrael, & Iudæ.

[t] *Iſrael nomine intelliguntur decē tribus: Iuda vero & Benjamin excepto.*

3. Reg. 12. 2. Paralip. 10. Ioſephus.

Zachar. 11.

[u] *Quem alloquitur & Iudam Malachias.*

1. Eſdræ. 1. & 2. Hieron.

[x] *Quorum ingratitudinem coarguit.*

Xenoph.

[z] *Litera paraphraſis.*

Text. In manu Malachiæ.

§. III.

De prophetarum vi ad ſuadendum.

PLacuit ſingulas particulas huius tituli exponere, quia pleraque neceſſaria continent, & ad intelligentiam noſtri Malachiæ, & cæterorum vatum; præſertimque exponenda eſt hæc phraſis, *in manu Malachiæ*, cum frequentiſſima ſit in ſacra Scriptura. Et in primis obiter notandum eſt, non per linguam, ſed potiùs per manum Malachiæ reuelationem, ſeu prophetiam fuiſſe publicatam, vt intelligant prophetæ, & prophetarum ſucceſſores, id eſt, verbi Euangelici concionatores, non ſolùm lingua, [a] ſed etiam manu, id eſt, opere euangelizandum eſſe: habet enim prophetarum vita diuinam quaſi vim ad ſuadendum, & inter ethnicos dicit optimè Horat. *in arte poetica*: 14.

Segnius irritant animos dimiſſa per aures
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

In quam ſententiam dicit optimè Nazianz. *in orat. de laudibus Baſilij fratris ſui prope finem. Quis ignorat,* inquit, *quod omnis oratio ab operibus diſiuncta, vana per ſe ſit, & non ſubſiſtat? at natura operum in ſubſtantia, atque veritate* (id quod dicitur) tunc addit elegantiſſimam ſimilitudinem. Quemadmodum enim, cum in pala annuli optima quædam inſculpta forma appatet ſigillo impreſſa cera inſitum ſculpturæ decorem in ſeſe transfert, totam ſignaculi effigiem ſuis expreſſam referens figuris, at nemo bene diſpoſitum, & artificioſum ſculpturæ decorem oratione ita deſcriptum exhibere poterit, vt is, qui in cera effictam, atque efformatam pulchritudinem oſtendit: Eodem modo ſi alius quidem oratione celebret virtutem, alius verò ſuam ipſius vitam virtute exornet, efficaciorque oratio ſublimis fuerit ea laus, quæ per vitam repræſentetur; vtrunque & orationem, ſcilicet, & virtutem in Baſilio copulatam fuiſſe docet in eandem ſententiam Greg. Nazianz. *in oratione de laudibus Baſilij* cum ſic habet. *O clariſſime Baſili, tonitruum erat oratio tua, fulgur vita.* Qua de re, ne diutius immoremur, videndus eſt elegantiſſimus locus orationis 11. eiuſdem Nazianz. prope principium: non eſt tamen aſpernanda eorum doctrina, qui malè viuunt, ſi tamen catholica fuerit, & ſyncera, cum Dominus dicat: *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, quæcunque ergo dixerint vobis, ſeruate, ſecundum verò opera eorum nolite facere.* Igitur vt ad Hebraiſmum accedamus, qui frequentiſſimus eſt in ſacra Scriptura, Pagnin. *in theſ.* exiſtimat *manum* ſignificare duram, & fortem prophetiam; ſic enim habet, *Prophetia, quæ venit cum fortitudine, & potentia, vocatur Iad,* Ezechiel. cap. 1. *fuit manus Domini ſuper eum*, id eſt, fortis prophetia. Verùm potiùs exiſtimauerim manum ſignificare inſtrumentum; eſt enim frequentiſſimum in Hebræa lingua, ponere præpoſitionem, *in*, ad ſignificandam cauſam inſtrumentalem, quæ præpoſitio redundat apud Latinos. Vnde D. Hieron. & L X X. ponunt *in*, quoties inſtrumentum ſignificant, Pſalm. 43. *neque enim in gladio ſuo poſſederunt terram*, id eſt, gladio ſuo: *Geneſ.* 48. inquit Iacob filio ſuo Ioſeph, *do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Sic etiam docet Auguſt.

[a] *Non lingua tantum ſed manu prædicandum.*

Horat.

Niſſenus.

Nazianz.

Matth. 23. Pagnin.

Ezech. 1.

Hieron. LXX Interp. Pſalm. 43.

Gen. 48.

Auguſt. *in lib. de interpret. ſanct. cap. 15.* Id autem quod per inſtrumentum fit, per manum fieri dicitur, quia aptiſſimum ad agendum inſtrumentum manus eſt, & maximè ſe communicat; vnde

[b] *Manus eſt ſymbolum libertatis.* Pſal. 109.

ſymbolum [b] libertatis apud veteres eſſe ſolebat, vt fuſiùs notauimus Pſal. 109. verſu. *ſede à dextris meis.* Similiter igitur *in mann Malachiæ*, per Malachiam tanquam per inſtrumentum ſignificat factam fuiſſe reuelationem. Huius rei extant pleraque exempla in ſacra Scriptura, & in primis

1. Eſdr. 3.

1. Eſdræ cap. 3. *& ſteterunt ſacerdotes in ornatu ſuo cum tubis, & Leuitæ filij Aſſaph in cymbalis, vt laudarent Deum per manus Dauid regis*: quem

Ioſephus.

locum ſic legit Ioſeph. *lib. 10. antiq. cap. 3. Accedentes ſacerdotes cum tubis, & Leuitæ Aſſaphique progenies canebant ſacros hymnos in Dei laudem à Dauide compoſitos.* Eſt igitur ſenſus huius tituli, reuelatio publicata populo Iſrael per Malachiam prophetam.

§. IV.

Quiſnam fuerit homo Malachias?

15. [c] *De genere & nomine Malachiæ.* Origen. Hieron. Aggæi. 1.

SVpereſt ergo, vt genus, & nomen [c] noſtri vatis oſtendamus, de quo cùm nihil certum habeatur in Scriptura, variæ ſunt ſententiæ Patrum: & in primis Origen. atque alij, quos refert D. Hieronym. *in prologo huius vatis, & comm. ſuper Aggæum cap. 1.* illis verbis; *& dixit Aggæus nuntius Domini de nuntiis Domini.* Hi exiſtimarunt

[d] *Aliqui errarunt credentes Malachiam fuiſſe Angelum.*

Malachiam fuiſſe Angelum [d] in carne, & Ioannem Baptiſtam, Aggæum, & Iacob: verùm hanc ſententiam Hieronym. & cæteri Patres nullo modo amplectendam eſſe aſſerunt. Non eſt tamen negandum nomen noſtri vatis Diuinum, & Angelicum eſſe, cùm ſignificet *Angelum meum*, ſeu *Angelicum*, eſt enim nomen Hebræum eum addita litera *Iod*, quæ pronomen eſt primæ perſonæ, ſicut patet in oratione illa Chriſti pendentis in cruce, *Heli Heli*, id eſt, *Deus meus, Deus meus.* Non eſt autem mirum eum Angelum dictum fuiſſe, cùm mores ſacerdotum argueret; decebat autem ſacerdotes reprehendere eum, qui ſi non natura, ſaltem nomine, & inculpata vita

Cyprian. Hieron. Rupert.

Angelus eſſet, vt notauit Cyprian. *lib. 1. epiſtolar. epiſt. 3.* Hieronym. igitur *locis citatis, & in prologo duodecim prophetarum*, cui ſuffragatur Rupert. Abbas, & veteres Rabbini, & nouiores etiam,

Rab. Dauid. [e] *Exiſtimant alij fuiſſe Malachiam Eſdram ſacerdotem.* Eſdr. 1. 9.

quos refert Rabbi Dauid, exiſtimant [e] hunc Malachiam fuiſſe Eſdram ſacerdotem, cuius præcipuum fundamentum eſt, quia Malachias agit de ſacerdotibus, qui alienigenas duxerunt vxores, qua de re agit liber primus Eſdræ *in cap. 9.* Magis cogit traditio Rabbinorum, quæ hac in re magnæ eſt authoritatis; & præterea, quia Eccleſiaſticus

Eccl. 49.

cap. 49. cum laudauerit viros inſignes eius ætatis, & inter eos Zorobabelem, & Neemiam, qui poſt Eſdram à Babylone reuerſus eſt, nunquam tamen meminit Eſdræ, qui eius ætatis ſacerdos erat, & ferme princeps illius gentis. Coniectura igitur valde probabilis eſt, propterea Eſdræ non meminiſſe, quia inter minores prophetas ſub nomine Malachiæ fuerat laudatus. Itemque eſt alia coniectura,

1. Eſdr. 5. & 6.

in 1. lib. Eſdræ cap. 5. & 6. Aggæi, & Zachariæ mentio fit, non tamen Malachiæ, cuius non videtur alia ratio, quàm quia Malachias, & Eſdras vnus & idem fuit.

16. [f] *Sententia recentiorum.*

Verùm inter recentiores [f] Montan. cui ſuffragatur D. Cyrill. *ſuper hunc vatem* & D. Auguſtin.

Montan. Cyrill. Auguſt. Euſeb. 4. Eſdr. 1.

lib. 18. de ciuit. cap. 16. exiſtimauit nullo modo Malachiam fuiſſe Eſdram: quæ ſententia poteſt confirmari ex Euſebio *in Chronicis*, & ex 4. *lib. Eſdræ in cap. 1.* quanuis ille liber ſit agiographus, quo in loco ſic habetur: *Inter prophetas fuit Malachias, qui etiam Angelus Domini dictus eſt.* Mihi

Epiphan.

verò pro multis eſt authoritas Epiphanij *in lib. de vita prophetarum*, cuius ſunt hæc verba: *Malachias propheta ex tribu Zabulon emicuit poſt reditum populi de Babylone; natus perhibetur in Sophat terra Zabulonis; is ab ineunte ætate, dum iuuenis, vitam inculpatam egiſſe fertur. Cæterùm cum populus vniuerſus non minori ſanctimonia, quam manſuetudine eum præditum coleret, nomen Malachiæ ei indidit,* [g] *quod ſonat Angelum; erat enim forma quàm præſtanti, & in prophetia viſus eſt, vt Angelus, ſe inſtituere, & declarare; ante diem verò adhuc iuuenis fato vita functus eſt, iuxtaque maiores ſuos in proprio agello ſepultus eſt:* hactenus Epiphanius.

[g] *Malachias, id eſt, Angelus.*

Quiſquis igitur fuerit Malachias, ſiue Eſdras, vt Iudæi exiſtimarunt, ſiue quilibet alius, hoc ſaltem habemus, ob vitæ ſanctimoniam Angelum dictum fuiſſe: conuenientiſſimum autem erat, vt ſicut præcurſor legis gratiæ Angelus dictus fuit, ſic quoque finis, [h] & meta totius prophetiæ, Malachias, ſub eo enim tacuit vniuerſum vaticinium ſub lege, Angelus quoque diceretur, vt ſic bene vtraque extrema vtriuſque legis inter ſeſe cohærerent.

[h] *Finis idem vaticinij veteris.*

Noluit tamen vulgatus interpres eorum ſententiam ſequi, qui exiſtimarunt Malachiam ab officio dictum fuiſſe, & non eſſe nomen perſonæ: nanque cùm in codicibus Hebraicis, & Græcis, non legatur ea extrema particula, *propheta*; vulgatus tamen eam addidit, vt ſignificaret Malachiam, non ſolùm eſſe prophetam, ſed eius proprium, perſonaléque nomen eſſe Malachiam. Nos verò obiter dicemus aliqua de prophetia ad plenam cognitionem totius huius loci. 17.

Propheta igitur, & prophetia nomen Græcum eſt à verbo Græco, *prophimi*, quod eſt *prædico*; vel à *prophitelo*, quod eſt *vaticinor*; quanuis D. Thomas & Pelbart. *in roſario aureo, titulo gratia, 6. tom. §. 40.* putant nomen *propheta*, deriuatum eſſe à *Panos*, quod ſignificat apparitionem. Veruntamen non videtur deductum eſſe hoc nomen ab eo verbo, cum inter prophetiam, & apparitionem ſit diſcrimen; [i] quòd apparitio eſt de quibuſcunque rebus, prophetia autem de iis, quæ procul ſunt; ita quod apparitio primò dicit relationem viſibilis ad videntem, prophetia vice verſa. Verom tamen eſt, quòd prophetia addit ſupra viſionem, manifeſtationem rerum viſarum, vnde prophetare, in diuinis literis, ſignificat occultas res viſas publicare. Ex quibus intelligemus prophetas priùs eſſe *videntes*, & poſtea *reuelatores*, id quod elegantiſſimè docuit Rabbi Moyſes *ſuper cap. 28. Geneſ.* docens eos Angelos, quos Patriarcha inter dormiendum aſcendentes, & deſcendentes vidit, eos prophetas eſſe, priùs tamen aſcenderunt, quàm deſcenderunt, vt ſcilicet diuinum ſpiritum exciperent, quem poſtea populo communicarent. Cui ſententiæ ſuffragatur D. Auguſt. *in comm. ſuper Pſalm. 44.* vbi docet eos Angelos eſſe verbi enarratores: multo elegantius tract. 7. ſuper Ioannem. *Vide*, inquit, *aſcendentem, ſcio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim raptum fuiſſe vſque ad tertium cælum, ſiue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit, & audiuit arcana Dei; aſcendentem audiſti,* 18.

D. Thom. Pelbart. [i] *Prophetia, & apparitio differunt.* Rab. Moyſ. Gen. 28. Auguſt.

andi

andi deſcendentem, non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, quaſi carnalibus, quaſi paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam, ecce deſcendit, qui aſcendit, & cætera. Sic nobis vir diuinus Auguſt. videtur formulam tradere Euangelici prædicatoris, quem ille nititor oſtendere *tom. 3. omnibus libris de doctrina Chriſtiana*, & præſertim *lib. 4. extremis capitibus*. Sicut enim Prophetæ priùs [l] videntes ſuot, ſic poſtea prophetæ. Neque eoim quiſquam docendi munus, præſertim earum rerum, quæ mentem excedunt, exercere poteſt, priuſquam eas videat. Id quod elegaotiſſimè Auguſt. io D.Paulo oſtendit 2. *Corinth.* 11. cum Paulus dicit, *etiam ſi ſim imperitus ſermone*, tunc ſic Auguſt. elegantiſſimè, *Addidit*, inquit, *Paulus, ſed non ſapientia, quia ſine ſapientia doctor gentium eſſe non poterat*. Suffragator Dionyſ. *cap. 1. Eccleſ. Hierarch.* cum docet, officium ſacerdotis eſſe, *vt illuſtratus illuſtret, & illuminatus illuminet*. In quam ſententiam pulcherrimè ponderauit Hieronym. *in epiſt. ad Fabiolam, de veſte Sacerdotali*, & Philo *lib. 3. de vita Moyſis*. Sacerdotem in pectore geſtare debere veritatem, & reuelationem, hoc eſt, poſtquam conceperit veritatem, eandem publicare debet. Eſt tamen hæc differentia [m] inter viſionem, & prophetiam, quòd viſio prophetica euidentiam habet, ad quam non poteſt peruenire lumen naturale, quia imperfectum eſt; neque lumen fidei quia quamuis certum ſit, inuidens eſt; nec verò lumen gloriæ neceſſarium eſt, quia ſecundùm lumen propheticum non attingitur Deus in ſe, ſed potiùs vt principium earum rerum, quæ pertinent ad diſpoſitionem hominum. Quæ doctrina colligitur ex D. Thom. 2. 2. *q. 171. a. 3.* & ex *q. 175. a. 4. & ex Comm. eius ſuper Iſaiam. cap. 1. & q. 12. de veritate art. 3.* & hactenus de titulo huius vatis.

[l] *Priùs viſio, quàm prophetia.*
2. Cor. 11. Auguſt.
Dionyſ.
Hieron.
[m] *Differentia inter vtramque.*
D.Thom.

TRACTATVS II.

De prædeſtinatione Iacob, & reprobatione Eſau, ſuper illis verbis textus: Dilexi vos, dicit Dominus.

§. I.

Amor Dei diſcretionis inter homines principium, & cauſa.

19 AD maieſtatem huius oraculi amplificandam ſatis accommodarè in principio huius vatis addiderunt LXX. *Ponite corda veſtra*, vt pulchrè notauit Theodoret. & D. Hieronym. quæ verba, neque in codicibus Hebræis reperiuntur, neque in Chaldæis, neque verò in vulgata editione, quorum verborum talis poteſt eſſe ſenſus, animos adhibete docebo, ſeu quod idem eſt, acertimè animaduertite; eſt enim quaſi præparatio quædam ad ea, quæ ſequuntur; neceſſariam enim indicarunt LXX. præparationem ad excipiendam attentè querimoniam de diuino læſo amore, ſicut & Socrates, vt optimè notauit Plato *in dialog. de amore, ſtatim in principio*. In eo enim conuiuio, in quo de amore dicturus erat, lotus, & calceatus diſcubuit, id quod ipſe rarò faciebat, vt pulcher ad pulchrum accederet, ſicut ille dixiſſe fertur. Vt igitur cum Deo rem aggrediamur, non diſplicet ea ſententia, quæ poſita eſt apud eundem Platonem *in Sympoſio*, id eſt, dialogo de Amore; quo loco ex ſententia Socratis diuino numine afflati vt ille aiebat, *amor eo die dicitur [n] genitus ex paupertate, quando alma Venus inter Deos orta eſt*. Pro quo loco, quia elegantiſſimus eſt, libuit ſic breuiter præfari. Veteres in ea ſententia fuerunt, vt nefas eſſe iudicarent, naturæ arcana in vulgus proferre palam, qua de cauſa alij fabularum integumentis vt priſci Theologi, inter quos numerãtur Orphæus, & Muſæus; alij ænigmatibus, vt Pythagorici, & Academici ſequuti Babylonicos, & Ægyptios, vt refert Clem. Alex. *lib. 5. ſtromat.* & Ariſtoteles *lib. 14. de ſacratiore parte diuinæ ſapientiæ*, (ſi tamen is liber Ariſtotelis eſt.) quem morem inter noſtros ſequutus videtur Areopag. in ſuis operibus, eundémque communem eſſe inter Theologos, & in ſacra Sriptura docet Auguſt. *lib. quæſtionum 83. q. 68.* ſuper illa verba Apocalypſ. 10. *Signa, quæ loquuta ſunt ſeptem tonitrua, & noli ſcribere*, vbi non veretur Auguſt. dicere, *quædam in diuinis Scripturis obſcurè dicenda eſſe, vt magis aliqui obtundantur*, id eſt, ne paſſim omnibus pateant myſteria Dei. Qua de re videndus eſt Auguſt. *tom. 3. lib. 4. de doctrina Chriſtiana, cap. 8. & lib. 2. cap. 6.* Sic igitur Socrates apud Platonem mihi adumbraſſe videtur dependentiam, quam habent omnia noſtra bona à diuino amore, cùm aſſeruit, paupertatem amorem [o] genuiſſe eo die, quo alma Venus in cælis edita eſt, neque enim exiſtimandum eſt, ſapientiſſimum philoſophum, qualis fuit Socrates, talem de amore habuiſſe opinionem, vt exiſtimauerit eum non fuiſſe vetuſtiſſimum. Id quod pulchrè notauit Marſil. Ficin. ad principium eiuſdem conuiuij, *Sed potiùs putauit eo die, quo vniuerſa pulchritudo cum Deo fuit, fuit autem ſemper, amorē etiam fuiſſe, quo Deus ſe pulchrum, & bonum perpetuò diligit*. Verùm quoniam *Amor tunc maximè ſentitur*, vt docet Auguſt. lib. 10. de Trinit. *cùm [p] eum prodit indigentia*; indigentia quoque noſtra, quæ ſumma eſt, diuinum amorem quodammodo genuiſſe videtur, cum noſtram ab eo dependentiam oſtendit. Cui ſententiæ pulcherrimè ſuffragatur Nazianz. *orat.* 2. cum quærit, cur præter amantium morem Patriarcha Iacob poſtquam ſeptem annis pro Rachel deſeruierit, addiderit, *& videbantur illi dies pauci præ amoris magnitudine*; hoc enim ſolemne eſt inter amantes, vt ipſe Gregor. notauit. cùm dixit, *dies vnus deſiderio laborantibus totius vitæ inſtar eſt*, cui ſimilis eſt ſententia Theocryti in Bucolicis,

Vna dies cupidis ſenium mortalibus affert.

Id quod etiam elegantiſſimè dixit Virgilius *in Melibæo*; poſtquam enim infelicia quæque amanti imprecatur, addidit.

Si mihi non hæc lux tanto iam longior anno eſt.

Cauſam reddit Nazianz. *Propterea tandiu vim amoris tolerauit, vt ei breue videretur vitæ ſpatium præ amoris magnitudine, quia aſpectu rei concupitæ fruebatur, quæ ſi abeſſet, amoris etiam impatientia deperiret proculdubio Patriarcha; eſt enim præſentia [q] amantis veluti locus naturalis in quo conquieſcunt omnia.* Inter alios hoc pulcherrimè dixit Poëta *in Elog. 7.*

Omnia nunc rident, at ſi formoſus Alexis

Montibus

LXX. interp.
Theodor.
Hieron.
Plato.
[n] *Amoris in cælo natiuitas.*
Clem. Alex.
Ariſtot.
Areopag.
Apoc. 10.
Auguſt.
[o] *Paupertas amorem genuit.*
Ficinus.
[p] *Amorem prodit indigentia.*
Nazianz.
Theocrit.
Virgilius.
Nazianz.
[q] *Præſentia amãtis amãti naturalis eſt locus.*
Virgilius.

Montibus his abeat, videas, & flumina ſicca.

Tibullus. Similem locum habet Tibullus *lib. 2. elegiar.* Ex quibus iam colligimus, quo ſenſu Socrates dixerit, paupertatem amorem genuiſſe; ſi enim indigentia amorem prodit, ſumma omnium indigentia, quæ in nobis fuit, maxime videbitur amorem genuiſſe, ante cuius communicationem, non ſolùm ſumma fuit paupertas, ſed ipſum nihil. Areopag. Oſtendit hoc elegantiſſimo exemplo Areopag. lib. de diuin. nomin. cap. 4. *Quemadmodum Sol iſte, non cogitatione, aut electione, ſed eo ipſo, quod eſt, illuminat omnia, quæ pro modo ſuo participationem lucis admittunt, ita & ſummum illud bonum Solem ſuperans (non ſecus atque obtuſam imaginem primitiua excellis forma) ipſa ſua ſubſtantia omnibus, quæ ſunt, pro captu cuiuſque ſuæ bonitatis, immitit radios.* Bonauent. Similia docet Bonauentura aſſerens vniuerſam noſtram bonitatem, & eſſe, eſſe velut impreſſionem ſigilli in aqua, quod ſi auferatur, impreſſio quoque ſigilli auferetur. Talis eſt amor diuinus, ex cuius communicatione omnia bona habemus, ipſum ſcilicet, eſſe, & viuere; ſi tamen Amor Dei auferatur, omnia pariter labuntur. In quam ſententiam pulcherrimè Rab. Moyſ. *lib. 1. doctoris*, mihi dixiſſe videtur, cum aſſerit. Rab. Moyſ. Omnes creaturas in amorem, tanquam in parentem, referendas eſſe, ſic enim ille habet: *Quoties in 1. Gen. habetur, & dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux, per volitiones, ſunt ea imperia explicanda, nanque a voluntate diuina, ſeu ab amore diuino omnia bona deriuantur tamquam ab immediato principio:* quem amorem [f] veteres vocarunt *cœleſtem Venerem*, vt teſtatur Pier. Valer. *in ſymbol. lib. 35.* ſub titulo *Venus genitrix*, veteres verò Theologi Græci, eundem amorem Dei, vnde omnia læta & bona proueniunt, *Michaelem* vocarunt. Non eſt autem dubitandum ab eodem fonte, omnia bona etiam ſupernaturalia prouenire.

[f] *Amor diuinus variis nominibus ab antiquis appellabatur.* Pier. Valer.

20. In his ergo verbis, *dilexi vos* (quæ non ſine affectu proferenda ſunt,) latet Apoſiopeſis, [g] quæ Latinè dicitur *reticentia*, & indignantibus familiaris eſt, vt notauit Quintilian *in inſtit. orator.* cuius exemplum extat apud Virgil. *Æneid. 1.*

[g] *Apoſiopeſis, id eſt, reticentia.* Quintil. Virgil.

Quos ego, ſed præſtat motos componere fluctus.

Quæ oratio defectiua eſt, & in qua aliquid per reticentiam deſideratur, quaſi ſit ſenſus, *Quos ego perdam*; ſic pariter in his verbis, *dilexi vos*, aliquid deſideratur, vt colligitur ex omnibus, quæ huc vſque diximus, tunc ſenſus erit, Si velitis in memoriam reducere ea beneficia, quæ veſtris parentibus Abraham, & Iſaac, imò, & vniuerſo populo contuli, hæc enim non tam obiicio, quàm amoris, & beneuolentiæ læſæ vos accuſo; generoſus enim quiſque animus, non tam dolere ſolet, quòd beneficia in ingratos homines collata fuerint, quàm quòd ſui amoris nulla habita fuerit ratio. Hæc igitur defectiua oratio, plena eſt [h] diuinis beneficiis; dilexi, igitur vos eo amore, quo me ipſum diligo; dilexi vos eo amore, vnde pendet viuere, & eſſe; dilexi vos eo amore, vnde omnia bona naturalia deriuantur; denique dilexi vos eo amore, à quo procedunt bona tam naturalia, quàm ſupernaturalia; exiſtimamus enim, vt paulò inferiùs oſtendemus, hoc in loco ad literam adumbratam fuiſſe, & æternam prædeſtinationem, quam immediatè dicemus pendere à diuina voluntate.

[h] *Deficit Deus verbis, & ſuperabundat donis.*

21. Hieron. Videtur autem D. Hieronym. velle, diuinum oraculum hoc in loco agere tantùm de diuina iuſtitia punitiua, cùm aſſerit, *dicendo, dilexi, præſens negat, cum præteritum agnoſcit*; quaſi velit: Iam nullo modo populum Iudaicum diligo, tranſlatus enim [i] meus amor eſt; non putat igitur Hieronym. comminationem hanc eſſe de genere eius, de qua Salom. in Prouerb. cap. 3. *Deus flagellat omnem filium, quem recipit*; hoc enim pertinet ad paternam charitatem, vt pulchrè docuit Chryſoſt. *totis tribus libris de diuina Prouidentia, & hom 61. in Ioannem cap. 11.* illis verbis: *Ecce quem diligis infirmatur*; & Nazianz orat. 15. pag. 447. *Paterna beneuolentia argumentum eſt increpatio, quo circa non graue eſt plagis affici, ſed plaga meliorem non fieri, grauiſſimum eſt, & acerbiſſimum*; Suffragatur pulcherrimè Auguſt. *lib. 3. contra epiſtolam Parmeniani*, vbi diſtinguit inter charitatem ſeueritatis, & charitatem manſuetudinis, ex Paulo 1. Cor. 4. *Vultis in virga veniam ad vos, an in ſpiritu manſuetudinis?* & lib. 2. contra epiſtolas Petiliani, cap. 67. *Sicut eſt plerumque fallax adulatio, ſic ſemper miſericors iuſta correctio.* Videndus eſt Auguſt. *lib de patientia, cap. 14. & lib. 83. quæſtion. quæſt. 21.* Verùm Hieron. cum tranſlatum dicit eſſe amorem, has comminationes non paternæ charitatis, ſed potiùs punitiuæ iuſtitiæ effectus eſſe voluit, & flagella, quæ peccatum, quaſi vmbra corpus, ſequuntur; de quibus agit Auguſt. *lib. 6. contra Iulian. cap. 8. & Pſal. 58.* & Gregor. *lib. 7. moral. cap. 7.* Qua de re integrum librum fecit Plutarc. *de ſera*, ſcilicet, *Numinis vindicta*. Tragicus Poëta de huiuſmodi pœnis dixit, *ſequitur ſuperbos vltor à tergo Deus.* Videndus eſt Cyprian. *tract. 1. contra Demetrianum.*

[i] *Tranſlatus amor Dei à Iudæis ad alias nationes:* Prouerb. 3. Chryſoſt. Ioann 11. Auguſt. 1. Cor. 4. Hieron. Auguſt. & alij.

22. Non crediderim autem omnino tranſlatum fuiſſe amorem diuinum ab ea gente, [k] cùm adhuc ex ea non fuiſſet natus rex Meſſias totius amoris principium, ſed potius illud, *dilexi*, Hebraiſmum continet, quo præteritum pro præſenti apud eos vſurpari ſolet, qualis eſt ille apud Ioan. 11. *Ego credidi, quia tu es Chriſtus filius Dei viui*; non quòd Martha non crederet tunc temporis eſſe filium Dei, ſed more Hebraico locuta eſt. Sic ſimiliter interpretanda ſunt ea verba, *Qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.* Non eſt autem negandum Deum etiam peccatores diligere, ſcilicet, non qua peccatores ſunt, cùm Paul. *ad Rom. 5.* aſſerat: *Commendat autem Deus charitatem ſuam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundùm tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt.* Item Matth 5. *Diligite inimicos veſtros, vt ſitis filij Patris veſtri, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos.* Vnde falſa eſt Biantis ſententia apud Laërtium; is enim cum in media tempeſtate impios homines clamantes, & Dei auxilium imprecantes audiret, *Silete*, inquit, *ne vos ille hic eſſe ſentiat*: neque vera eſt ſententia cæci apud Ioan. 9. *Scimus, quia peccatores Deus non exaudit.* nanque vt pulchrè notauit Auguſt. tract. 44. ſuper Ioan. *Verbum adhuc eſt cæci, nec dum perfectè illuminati.* Quæ eadem eſt ſententia Auguſt. *lib. 50 homil. hom 43. & lib. 1. retract. cap. 1. & lib. ad Oroſium, cap. 9.* Nanque Chananæam peccatricem exaudiuit Dominus, *Matth. 15.* & Publicanum, *Luc 8.* Qua de re videndus eſt D. Thom. *1. 2 q. 178. a 2. ad 1. & q 83 a 16. in ſolut. ad 1.* Vnde Hieronym. cùm tranſlatum dicit amorem diuinum à populo Hebræo, ſecundùm præſentem iuſtitiam videtur loqui, non autem ſecundùm diuinam prædeſtinationem;

[k] *Sed non eo tempore quo Malachias prophetauit.* Ioann. 11. Pſal. 118. Rom. 5. Matth. 5. Laërt. Ioann. 9. Auguſt. Matth. 15. Luc 8. D. Thom. Hieron.

tionem; quamuis enim Deus prædeſtinatos in peccato exiſtentes non diligat ſecundùm præſentem iuſtitiam, diligit tamen ſecundùm diuinam prædeſtinationem. Quæ ſententia eſt Gabr. *in 3. diſt.* 10. deſumpta ex Auguſtin. *in tract. de correct. & gratia cap. 9. tom. 7.* Quo in loco Auguſt. ex instituto hanc quæſtionem tractauit, *ſunt enim filij Dei*, inquit, *qui nondum ſunt nobis, & ſunt iam Deo.* De quibus Ioan. 11. dixit, quia Ieſus mortuus erat pro gente, vt filios Dei diſperſos congregaret; ſunt enim filij Dei in memoriali Patris inconcuſſa ſtabilitate conſcripti; vnde multo magis diligit Deus prædeſtinatum [a] in peccato, ſecundùm tamen diuinam prædeſtinationem, quàm reprobum in gratia, licet reprobus ſecundùm præſentem iuſtitiam filius Dei ſit, quia longè maiora bona communicabit efficaciter prædeſtinato, id eſt, diuinam, & æternam gloriam. Quare quamuis Deus Hebræorum gentem, qua peccatricem non diligeret ſecundùm præſentem iuſtitiam, tamen extrinſeca dilectione eam diligebat, vtpotè, quam prædeſtinauerat ad generationem Filij ſui ſecundùm carnem; neque enim tunc temporis tantùm aliquem Deus dicitur diligere, cùm in eum beneficia confert, ſed etiam cum benefacere decreuit. Quod pulcherrimè oſtendit Auguſt. *loco citato*, explicans ea verba Roman. 8. *Quos autem praſciuit, & prædeſtinauit, illos & vocauit*, id eſt, ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ: *Verùm eo tempore*, inquit Auguſt. *multi vocandi erant, tamen verba præteriti* [a] *temporis poſuit de rebus etiam futuris, tanquam iam fecerit Deus, quod vt faceret ex æternitate diſpoſuit, ideo de illo dixit Iſaias, Qui fecit, quæ futura ſunt.*

Gabriel. Auguſt.

[a] *Prædeſtinatos in peccato exiſtentes Deus amat.*

Roman. 8.

[a] *Verba de præterito in æternitate pro futuro.*

23. Eſt autem magna differentia inter hanc dilectionem, & illam, quæ eſt ſecundùm præſentem iuſtitiam; namque hæc emanat à voluntate abſoluta diuina, ea verò, quæ eſt ſecundùm præſentem iuſtitiam, deriuatur à velleitate diuina, id eſt, a voluntate conditionata Dei, quæ non eſt omnino infæcunda, ſed præſentem iuſtitiam operatur, & ſimilia bona.

24. Congruenter autem diuinum oraculum poſuit nomen ineffabile Dei, de cuius prærogatiuis aliqua notauimus in titulo huius vatis; inter cæteras hæc præcipua eſt, quòd ſignificat ipſum fontale eſſe, vt loquitur D. Dionyſ. vt ſic magis ingratum [b] Iudæorum animum accuſaret; namque, vt pulcherrimè docet Plato, ſi honeſtum eſt amatoribus gratificari apud omnes gentes, quæ bene de amore ſentiunt, diuinius erit amato gratificari, ſi tamen amet. Quod vt melius intelligamus, placuit adducere locum Platonis. Achillem Thetidis filium, vt falsò exiſtimarunt, Dij in beatas inſulas tranſtulerunt viuentem, quoniam cùm audiſſet à matre moriturum eſſe, ſi Hectorem occidiſſet in bello, illud tamen placuit eligere, vt amatori ſuo Patroclo auxilium ferret, & mortem ipſius vlciſceretur; neque ſolùm pro ipſo mori paratus fuit, ſed etiam illo perempto inſuper mortem obire voluit, quam virtutem Dij admirati, ipſum excellenter honorarunt, quod amatorem ſuum adeo multi feciſſet, & quia, vt Æſchilus notauit, Princeps erat iunior, & pulcherrimus. Iam autem pulchritudo [c] non modò homines amatores non reddit, verùm etiam eos ſuperbos facit, vnde pulchrè dixit quidam:

Et rigidos moro forma ſuperba facit.

Et Chryſoſt. hom. 20. in Paul. ad Epheſ. *Externa*, ait, *corporis pulchritudo, plena eſt multa ſuperbia, & arrogantia*, & paulò infrà, *ex pulchritudine naſcuntur faſtus, & contemptus.* Iure igitur admirantur Achillem iuuenem, qui cum amari dignus eſſet, pro ſuo amatore vitam dedit, diuinior eſt enim, qui ſic amat. Cùm igitur Deus, vt Dionyſ. teſtatur, ſit ipſum bonum, ipſum amabile, ipſum pulchrum, ſumma erit impudentia, ſi non ametur à nobis, namque *impudentia*, [d] vt bene notauit Xenoph. lib. 2. de educat. Cyri, *comes indiuidua eſt ingratitudinis*, vnde pulchrè de ingratis dixit Menand. *Ingrato homine terra nihil peius creat.* Quis enim non amore eius vehementer inflammetur, qui totius bonitatis, & pulchritudinis fons, & origo eſt, ſi tamen vel tenue humanitatis veſtigium habeat? ſi enim nubes, quæ ex vaporibus, & exhalationibus terreis componuntur, ſedulo obſequio, quaſi in memoriam accepti beneficij in iucundiſſimum rorem reſoluuntur, quo terra fæcunda redditur; cur igitur Hebræi, imò, & nos omnes non eius amore excitabimur, qui nos amando præuenit? *nulla enim maior eſt ad amorem prouocatio*, vt inquit Auguſtin. in lib. de catechizandis rudib. *quam præuenire amando, & nimis durus eſt animus, qui ſi amorem noluit impendere, noluit tamen rependere.* Vnde ipſe Auguſtin. *in ſoliloquiis cap.* 18. bene notaſſe videtur, quanta ſit gratitudinis vis, cum ſic habet: *Sicut nulla hora eſt, vel punctus, quo tuo beneficio non vtar, ſic nulla debet eſſe hora, qua te non habeam ante oculos; ſcio namque quòd ingratitudo multum tibi diſplicet, quæ radix eſt totius mali, & ventus deſiccans, & vrens omne bonum.* Vnde pulcherrimè D. Leo I. notauit, Deum ſua beneficia annuis honoribus conſecraſſe, aliquando menſtruis, aliquando ſeptimo quoque die, vt ſic magis nos excitaret, & frequentiùs ad exhibendum gratum animum Deo: qua de re conqueritur Chriſtus *Matth.* 16. quòd Iudæi diligentiſſimè obſeruarent temporum diuerſitates, & viciſſitudines, tempora verò beneficiorum ingrati non notarent, ſic enim habet: *Facto veſpere dicitis, Serenum erit, rubicundum eſt enim cælum; & mane, Hodie tempeſtas, rutilat enim triſte cælum; faciem autem cæli diiudicare noſtis, ſigna autem temporum non poteſtis ſcire.* In quo optimè notatum eſt a quodam, gratitudinem in dies magis augeri, ſatisfactio enim pro delictis ipſa perpeſſione obligationem minuit, at gratiarum actio pro beneficiis diuinis magis augetur; hæc enim donum etiam eſt, & inde noua oritur obligatio gratitudinis: quare merito D. Auguſtin. *in epiſt. ad Ianuarium quæ eſt 119. cap.* 5. putauit vniuerſam actionem Beatorum, [e] poſitam eſſe in gratiarum actione, cui ſuffragatur Dionyſ. Carthuſ. *ſup. c. 21. Apocal.* Hæc igitur tacita commemoratio amoris, exprobratio eſt immemoris beneficij. Dum igitur diuinum oraculum Iudæis obiicit diuinam dilectionem læſam pariter etiam obiicit ea omnia, quæ diuinum amorem conſequuntur, cùm amor diuinus fæcundus ſit, & diſſimilis [f] à noſtro; nos enim cum amamus, conuenientiam, & rationes amoris in amato inuenimus, ille rationes amoris in amato ponit. Obiicit etiã his verbis Deus peculiarem aſſiſtentiam, & peculiaria beneficia in eam gentem, tam circa ſtatum reipublicæ, bonaque temporalia, quàm circa animam, illis enim data eſt lex, illis reuelationes prophetarum factæ ſunt, & tandem ex ea gente oriundus erat Rex Meſſias.

Dionyſius.

[b] *Ingratitudo Iudæorum.*

Plato.

[c] *Pulchritudo non amorem, ſed ſuperbiam generat in homine.*

Chryſoſt.

Dyoniſ.

[d] *Ingratitudinis comes impudentia.*

Xenoph.

Menand.

Auguſt.

D. Leo I.

Matth. 16.

Auguſt.

[e] *Beatitudo in gratiarum actione.*

Carthuſian.

[f] *Diſcrimen Amoris diuini à noſtro.*

Text.

Text. Et dixiſtis: In quo dilexiſti nos?

§. II.

Beneficia impudenter negat, qui obliuiſcitur.

25. Beneficia diuina per ſummam impudentiam videntur negare Hebræi, imò potius eorundem obliuiſcuntur, quod ſignum eſt extremæ ingratitudinis; nanque vt optimè notauit Seneca (Seneca.) lib. 3. de beneficiis ad Lucil. *Ingratus eſt, qui beneficium reddit ſine vſura, ingratus qui beneficia recepiſſe negat, ingratus qui diſſimulat, ingratus qui non reddit, ingratiſſimus qui obliuiſcitur; eſt enim extrema* [g] *ingratitudo obliuio beneficiorum.* ([g] *Extrema ingratitudo Iudæorum.*) Vnde D. Hieronym. (Hieron.) ſic pulcherrimè addit ad hunc locum, *Hebræi reſpondent ea temeritate, qua peccant obliti beneficiorum Dei.* In quibus verbis figurata locutio eſt, continet enim hæc ſententia antipophoram,[h] ([h] *Antipophora quid.*) id eſt, tacitam ſubiectionem, ſeu obiectionem; ea autem figura tunc reperitur quando aduerſarij obiectioni tacitæ occurrimus, eiuſque dicta, & ſententias nobis proponimus ad hoc ſolum, vt illis reſpondeamus; qualis planè repetitio eſt hoc loco continens tacitè obiectionem, cuius talis poteſt eſſe ſenſus, Iactas tuum in nos amorem, ſi nos amas, vbi ſunt tui amoris ſigna? nunquam tamen licuit alicui creaturæ dicere, *in quo dilexiſti nos?* cum tot clariſſima extent amoris, ſeu dilectionis diuinæ veſtigia. Sed nihil mirum eſt, ſi ingratiſſimum genus hominum, qualis eſt Iudæorum gens, ſic Deo obiiciat, cum ipſum Dominum gloriæ cruci affixerit. Cui expoſitioni fauet apertiſſimè Chaldaica Paraphraſis (Chald. Par.), quæ expreſſam obiectionem hîc ponit, cuius ſunt hæc verba: *Quod ſi dixeris, In quo dilexiſti nos?* & colligitur ex vulgatiſſimo Hebræorum vſu; quotieſcunque enim apud eos præteritum ponitur cum coniunctione, *&*, interpretandum eſt per futurum; ſenſus igitur erit, *& dicetis, In quo dilexiſti nos?* Eorum tamen inſaniæ, & ingrato animo dignatus eſt Deus pro ſua clementia reſpondere.

Text. Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob, Eſau autem odio habui? & poſui montes eius in ſolitudinem, & hæreditatem eius in dracones deſerti.

§. III.

Pertineat-ne hic locus ad regnum temporale Iacob, an etiam ad prædeſtinationem eiuſdem, & reprobationem Eſau?

26. Hic locus propter ſui difficultatem nouam poſtulabat præfationem, eſt enim dubium, Vtrùm [i] ([i] *Proponitur loci difficultas.*) ſolùm de primogenitura temporali Iacob agat Malachias hoc in loco, an verò de diuina, & æterna prædeſtinatione in duobos fratribus adumbrata, ſecundùm quam eliguntur in Dei perpetuam viſionem, quicunque prædeſtinati ſunt? Nos igitur rem altiùs aliquantulùm, quàm à communibus huius loci enarratoribus fieri ſoleat, explicabimus. Si igitur ſola extima, & prima ſuperficies huius loci aſpiciatur ad literam, agit tantùm de beneficiis diuinis in Iacob, & poſteros eius collatis, quæ tot fuerunt, vt ſi conferantur cum pœnis, quibus puniuit Eſau, & gentem Idumæam, quæ ab Eſau propagata eſt, Eſau videatur Deus odiſſe. Notauit autem optimè quidam, & videtur eſſe ſententia D. Hieronymi in his verbis non negaſſe Iudæos beneficia diuina Patribus collata, neque libertatem à Babylonica ſeruitute, quæ recentiſſima erat; ſed id totum referendum putarunt in merita Patriarcharum Abraham, Iſaac, & Iacob. Cui obiectioni reſpondet oraculum diuinum, non obiiciendo noua beneficia, ſed referendo vetuſtiſſima, quæ præceſſerunt omnia merita Patriarcharum, nam eo tempore, quo ex eadem matre Rebecca, & ex eodem Patre Iſaac, & denique ex eodem partu gemelli fratres nondum geniti erant, Iacob minorem natu *dilexit Deus, Eſau autem odio habuit,* id eſt, Iacub,[l] & eius poſteros benedixit, iuxta ea ([l] *Beneficia in Iacob.*) verba exodi 4. *filius meus primogenitus Iſrael,* & (Exod. 4.) Deut. 7. *te elegit Dominus Deus tuus, vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui ſunt ſuper terram;* (Deut. 7.) & Paul. Roman. 9. *Quorum eſt adoptio, & gloria, & teſtamentum, & legiſlatio, & cultus, & promiſſiones, & ex quibus Chriſtus quoad carnem, qui eſt ſuper omnia benedictus.* (Roman. 9.) Poſteritatem verò Eſau odio habuit, quam ſemper ſeruire coegit populo Iudaico. Eſt autem Idumæa vt teſtatur Abrahamus Ortelius *in theatro orbis, in tabula Palæſtinæ,* & Hieronym. *ad Dardan.* montuoſa, (Ortelius. Hieronym.) ita vt vel ex ipſo Prouinciæ ſitu colligere poſſent Iudæi quanto amore eos Deus proſequeretur, cùm Idumæis dederit [m] incolendos montes aſperos, & ſaxa prærupta accommodatiora ad vitam ferarum, quàm ad vitam hominum; ([m] *Mala ſors Eſau.*) hæc autem deuaſtata eſt per Nabuchodonozor, id quod ſignificat propheta illis verbis, *poſuit montes eius in ſolitudinem.* Ita hunc locum interpretantur Hieronym. Theodoret. Iſidor. & nouiſſimè Arias Montanus. (Hieron. Theodoret. Iſidor. Arias Mont.) Præterea hæc gens ſemper ſub imperio Iudæorum fuit præſertim temporibus Dauidis, & Salomonis regis, imò, & poſt Babylonicam captiuitatem, ita vt ſi ex euentu rerum coniiciendum ſit, verior videatur ſententia Plinij *lib. 13. natural. hiſtor.* (Plinius.) cùm dicit, *nobiliſſimam, & victoriæ argumentum arborem palmam in Iudæa naſci,* quàm quod in 3. Georgic. Poëta:

Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas. (Virgilius.)

Per hæc autem ſenſibilia ſigna carnalibus hominibus Deus ſuum odium oſtendit, non quòd in Deo paſſio odij ſit, vt bene notauit Baſilius *Pſal.* 37. & Lactant. Firmian. *in lib. de ira Dei.* (Baſilius. Firmian.) Hæc in cortice ſignificare voluit Malachias, verùm nos paulò maiora canamus.

Notandum verò eſt id, quod maximè facit ad intelligentiam cæterorum vatum, in vno, & eodem loco ſacræ Scripturæ plures interdum latere ſenſus, [n] ([n] *Duplex ſenſus in Scriptura.*) alterum qui ſe ſtatim offert mediocriter laboranti, alterum verò abſconditum, & diuinum: vtriúſque meminerunt veteres Hebræi, vt pulchrè docet Galatin. *lib. 1. contra Iudæos c. 6.* (Galatin.) 27. Primum ſenſum vocant *verbum paruum:* Secundum verò *verbum magnum.* Qua de re pulcherrimè agit Rab. Moyſ. *in tract. 1. lib. More,* & vir doctiſſimus Guillelm. Hamer. *in com. ſuper Gen.* (Rab Moyſ. Hamerus.) cùm explicant locum Prouerb. *cap. 25.* Qui locus talis eſt, *Mala aurea in lectulis argenteis, qui loqui-* (Prou. 25.)

tur verbum in tempore ſuo. Quem locum licèt aliter interpretetur venerabilis Beda, cùm ſic habet: *Verba ſapientiæ opportunè dicta non tantùm comparantur aureis malis in lectulis argenteis, ſed ſunt metaphoricè mala aurea, mala quidem, quia de arbore vitæ, id eſt, de ſapientia Dei ſunt orta; aurea verò quia charitatem mentibus audientium infundunt; in lectulis verò, quia tranquillitatem, & quietem afferunt; argenteis verò, quia ſplendore fulgent veritatis: aurea igitur mala ſuperaddidit ornatui lectorum, quiſquis diuina eloquia ſpiritualibus plena ſenſibus adiungit opportuno tempore rudioribus doctrinis.* Verùm locus elegantiſſimus eſt, maximè ſi conſulamus textum Hebræum, qui ſic ad verbum habet, *Poma aurea in cancellaturibus argenteis verbum dictum ſecundùm ambas ſuas facies:* quem locum ſapientiores Rabbinorum de vtroque ſenſu Scripturæ ſacræ intelligunt; eſt enim verbum Scripturæ ſanctæ ſicut pomum aureum in cancellatura argentea, ſeu in retiaculis argenteis, ac ſi dicat, neceſſarium eſſe vt ſenſus [o] exterior in Scriptura ſit precioſus velut argentum, interior verò multo nobilior ſit, ſicut aurum; oportet enim vt in ſenſu externo ſit aliquid quod nos deducat in conſiderationem interioris, quemadmodum enim pomum aureum veſtitum argento mirabili artificio interdum ex ipſa operis nobilitate, & artificio exteriori videntem prouocat ad contemplandam id, quod interius eſt, aurum ſcilicet; ſic prorſus, & verba noſtri Prophetæ, cùm tam accuratè deſcribant & ortum, & regnum duorum fratrum, Eſau, & Iacob, deducunt nos in cognitionem diuini amoris, à quo pendet prædeſtinatio diuina; atque ita vnus, & idem locus duos ſenſus [p] literales habet; alterum pertinentem ad regnum Iacob temporale; alterum verò ad diuinum prædeſtinatorum ſtatum. Quod quidem ſæpiùs fieri ſolet à prophetis, vt notauit Hieronym. *Iſaiæ* 17. *&* 21. & *Hierem* 8. & *Nahum* 2. Prophetas ſimul, & de rebus ſuis agere, & de rebus etiam Chriſti: quemadmodum enim vna, & eadem tabula varios poteſt habere colores, ſic aliqua Scripturæ loca varios ſenſus; vt Exod. 12. *Os non comminuetis ex eo*; loquitur autem ibi Moyſ. de Agno Paſchali, quibus verbis ſignificare etiam voluit celeritatem, qua Hebræos tranſtulit ab Ægypto, & præterea in ſanctiſſimo corpore Chriſti, tempore paſſionis; neque minimum os comminuendum eſſe, vt teſtatur Ioan. *cap.* 19. Eſt enim omnis ſenſus verus [q] excogitatus à Propheta, vt docet Auguſt. *lib.* 3. *de doctrina Chriſtiana*, *cap.* 23. *&* 28. Non eſt igitur incommodum ſi hic locus pertineat etiam ad diuinam prædeſtinationem, præſertim cum Paul. *Roman.* 9. de prædeſtinatione eum interpretetur: neque ſancti Patres, præſertim Hieronym. oppoſitum voluit, cum aſſeruit myſticè hunc locum Malachiæ tractatum fuiſſe à Paulo de diuina prædeſtinatione, quia vſitatum ſatis eſt eum ſenſum appellari myſticum, ſeu allegoricum, [s] non quòd re vera literalis non ſit, ſed interior, & diuinior.

Bedal. — Hebraicè. — [o] *Vtriuſque nobilitas.* — [p] *Duo ſenſus literales hic.* — Hieron. — Exod. 12. — Ioan. 19. — [q] *Omnis ſenſus verus eſt excogitatus à Propheta.* — Auguſt. — [s] *Senſus myſticus literalis etiam.*

28. Noſtræ expoſitioni ſuffragatur Auguſt. multis in locis: eam poſuit clariſſimè Paul. Burg. *in* 1. *addit. huius cap.* Senſus igitur loci ſublimior talis erit, [t] qui quidē pertinet ad omnes homines, præſertimque ad prædeſtinatos; [f] neque enim Deus loquitur hic tantùm cum carnalibus filiis Iacob, ſed potiùs cum ſpiritualibus Iſraelitis. Si vultis ergo mei amoris argumentum, & ſignum efficax, iam inde ab æterno dilexi efficaci dilectione Iacob, & eius poſteritatem, Eſau autem reprobaui, eiúſque poſteros. Quæ expoſitio cohæret optimè cum his, quæ paulò ſuprà docuimus, cum diximus amorem diuinum, de quo læſo Deus conqueritur per Malachiam, non ſolùm referendum eſſe ad temporalia bona, & beneficia in populum Hebræum collata, ſed latiùs ſumendum eſſe in tota ſua amplitudine, vt ſcilicet complectitur diuitias omnes ſupernaturales, & bona, quæ prædeſtinatos conſequuntur. Secundò in confirmationem huius expoſitionis eſt authoritas Sanctorum Patrum, & in primis Theophyl. *ſuper epiſt. ad Roman. cap.* 9. hunc locum ſine aliqua hæſitatione de diuina prædeſtinatione intelligit. Auguſt. *tom.* 3. *Enchyrid. ad Laurent. cap.* 98. *&* *tom.* 4. *lib.* 1. *quæſt. ad Simplician. quæſt.* 2. vbi vult hunc locum Malachiæ intelligendum eſſe de diuina prædeſtinatione, & clariſſimè *epiſt.* 105. *ad Sixtum presbyter.* vbi diſputat de diuina prædeſtinatione; quo in loco ſic habet: *Ad probandum nulla merita diuinam prædeſtinationem precedere, adducit Apoſtolus Malachiæ locum in cap.* 1. *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui*; qui Propheta longè poſterior fuit, vt intelligeretur hoc apertum poſtea per Prophetam, quod antequam illi naſceretur, erat in Dei prædeſtinatione per gratiam. Hæc etiam ſententia communior eſt inter doctores Scholaſticos, quorum authoritas grauiſſima eſt, maximè in rebus fidei.

[t] *Communis prædeſtinatio, & reprobatio in duobus fratribus adumbratur.* — Theophyl. — Auguſt.

Primò igitur ex hoc loco ſequitur, prædeſtinationem immediatè à diuino amore [r] emanare 29.
licèt præſupponat actum intellectus, minùs tamen principaliter, neque eſt ſubiecta prouidentiæ diuinæ, ſed prouidentiam connotat. Eſt autem prædeſtinatio potiùs pars ſubiecta amoris, & charitatis diuinæ, quod manifeſtè diuinum oraculum videtur inſinuare hoc loco, cum dixit de prædeſtinatis, *Iacob dilexi, Eſau autem odio habui.* Quæ videtur eſſe ſententia Fulgentij *lib.* 7. *ad Monymum.* Bernard. *epiſt.* 107. Anſelm. *ſuper cap.* 8. *Roman.* Hugo *lib.* 1. *de Sacram.* 2. *part. cap.* 21. Quibus ſuffragatur Theophyl. *ad Rom.* 8. cum ait, *Velim intelligas prædeſtinationem eſſe optimam Dei, & immutabilem voluntatem.* Chryſoſt. *ad Epheſ.* 1. *hom.* 2. vbi declarans quid ſit prædeſtinare, aſſerit, nihil aliud eſſe, quàm nos ſibi Deum per dilectionem ſeparaſſe; & plerique ex veteribus aſſerunt, ſcire in diuina prædeſtinatione nihil aliud eſſe, quàm amare, ita aſſerit Origen. *ſuper cap.* 8. *ad Roman.* Vnde quando dictum eſt à Chriſto Domino de virginibus fatuis Matth. 25. *Neſcio vos*, idem eſſe, quod *non amo vos*; atque ita præſcire, [u] nihil aliud eſt, quàm prædiligere, vt notauit Auguſt. *de bono perſeuerantiæ*, *cap.* 28. & *lib. de prædeſtinat. Sanctorum*, *cap.* 10. aſſerit prædeſtinationem eſſe præparationem gratiæ, quæ ſine præſcientia eſſe non poteſt, vbi clarè Auguſt. oſtendit, quòd quamuis actus intellectus diuini ad prædeſtinationem requiratur, præcipuè tamen prædeſtinationem conſiſtere in actu amoris. Eandem ſententiam poſuit Bonauent. *in* 1. *diſt.* 40. *art.* 1. *q.* 2. & *ibidem* Scot. cum ſuis, quorum fundamenta, quia non eſt noſtri inſtituti afferre hoc in loco, conſulto omittimus, & pro multis nobis eſt noſter Malachias, qui prædeſtinationem hoc in loco videtur referre in diuinum amorem, cum dixit, *Dilexi vos, dicit Dominus.*

[r] *Amor prædeſtinationis fons.* — Fulgent. — Bernard. & alij. — Chryſoſt. — Origen. — Matth. 25. — [u] *Præſcire idem, quod diligere.* — Auguſt. — Bonauent. — Scotus.

Hanc

Roman. 9.

Hanc ſententiam etiam ſatis videtur confirmare verbum Græcum, quo vſus eſt Paul. *Romanor* 9. cum dixit, *quos præſciuit, hos & prædeſtinauit*, nam pro eo, quod noſtra vulgata habet, *prædeſtinauit*, Græcè habetur, *proorizo*, quod potiùs ſignificat actum voluntatis, quàm intellectus, vt notarunt peritiores in lingua Græca. Vnde quanuis verbum, *prædeſtino*, apud Latinos æquiuocum ſit, ſi tamen recurramus ad fontem, vt fieri docet Auguſt. ſublata æquiuocatione inueniemus, * prædeſtinare potiùs dicere actum voluntatis, quàm intellectus. Præterea cum Bonauentura ſic eandem ſententiam oſtendimus, nam inter diuinos actus immediatè exequutiuus eſt amor; neque enim amor in ſui communicatione conſortem admittit; idque non ſine ratione; ſi enim potentia appetitiua ſenſitiua potentias exequutiuas applicat ad agẽdum non medio aliquo imperio, ſic etiam voluntas diuina non requiret actum practicum, quem imperium vocant (licet oppoſitum non ſit improbabile:) nanque ſi voluntas ad exequendos actus amoris præſupponeret imperium, manifeſtus progreſſus in infinitum daretur, quod eſt contra Philoſophos.

Auguſt.
* *Prædeſtinare eſt actus voluntatis.*
Bonauentur.

§. IV.

An prædeſtinatio, ſeu reprobatio habeat cauſam in meritis, ſeu demeritis hominum.

30. * *Prædeſtinatio & reprobatio ante merita & demerita.* Hieron.

SEcundò colligitur ex hoc loco, prædeſtinationem, & reprobationem non fuiſſe ex meritis, * aut demeritis noſtris, ſed ex ſummo diuino amore, neque oppoſitum voluit Hieron. *in comm. ad hunc locum*, cum ſic habet, *Porrò dilectio, & odium Dei, vel ex præſcientia naſcitur futurorum, vel ex operibus*: & *q.10. ad Hedibiam*, exponẽs illud, *Nunquid iniquitas eſt apud Deum? Vaſa*, inquit, *miſericordiæ non ſolum populus gentium eſt, ſed etiam ij, qui ex Iudæis credere voluerunt.* Ex quibus oſtenditur, non gentes eligi, ſed hominum voluntates. Similia docet idem Hieron. *in epiſt. ad Galat.* exponens illud, *cùm autem placuit ei, qui me ſegregauit.* Ioan. Chryſoſt. Rom. 9. & hom. 1. ad Epheſ. *Quod ſi homines*, inquit Chryſoſt. *quando eligunt, optima ſibi deligunt; multo magis diuinum eligi, & diuinæ benignitatis indicium erit, & virtutis eorum, qui eliguntur.* Conſentanea docet *ad Epheſ. hom. 1. & Matth. 13.* Theophyl. etiam & Theodor. *ſuper cap. 8. & 9. ad Rom.* imò & Auguſt. *lib. propoſ. in epiſt. ad Roman.* affirmat, * Deum elegiſſe Iacob ex fide, quam in ipſo præuidit. & lib. 80. quæſt. q. 68. *Hæc voluntas Dei iniuſta non eſt, venit enim de occultiſſimis meritis; præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo quanuis nondum ſint iuſtificati, digni tamen efficiuntur iuſtificatione, & idem præcedit in aliis peccatoribus, quo digni ſunt obduratione.* Quam ſententiam cum poſtea Auguſt. retractaſſet, vt conſtat ex *lib. 1. retract. cap. 25.* & ex aliis locis eiuſdem Auguſt. viſa eſt contra ſententiam patrum antiquorum, vt conſtat ex epiſtola Proſperi ad Auguſt. de ea re, ſic enim habet: *Multi ſeruorum Chriſti, qui in Maſſilienſium vrbe conſiſtunt in ſanctitatis tuæ ſcriptis, quæ aduerſus Pelagianos ſcripſiſti, contrarium putant Patrum opinioni, & Eccleſiaſtico ſenſui.* Similis eſt epiſtola Hilarij ad eundem Auguſtinum. *Domine beatiſſime, ac toto affectu deſiderande, hæc ſunt, quæ Maſſiliæ, vel aliis etiam Galliæ locis ventilantur, nouum, & inutile eſſe prædicationi, quod quidam ſecundùm Dei propoſitum eligi dicantur, & hoc non ſolùm aliorum Catholicorum teſtimoniis, verùm etiam ſanctitatis tuæ diſpoſitione antiquiore ſe probare teſtantur.* Similiſque eſt difficultas de præuiſione peccati reſpectu reprobationis, qua de re videndus eſt Sixt. Senenſ. *in bibliothec. ſancta, lib. 6. annot. 251.* vbi quàm plures Patres refert, qui voluerunt præuiſionem peccati eſſe cauſam reprobationis.

Chryſoſt.
Theophyl. Theodorus Auguſt.
* *Oppoſitum videntur docere aliqui patres.*
Proſper.
Hilarius.
Sixt. Senenſ.

Verùm in oppoſitum eſt oraculum \[b\] Malachiæ, *Nonne frater erat Eſau?* quibus verbis planè videtur aſſerere, neque merita, neque demerita præcedere debere noſtram reprobationem, & prædeſtinationem, quæ ſententia eſt Magiſtri ſentent. præſertim de reprobatione *in 1. diſt. 41.* quem ſequitur S. Thom. *1. part. q. 23. art. 5. ad 3.* quo in loco, vt conciliemus \[c\] doctores ſacros, ſciendum eſt, reprobationem duplicem eſſe; alteram permiſſiuam, alteram punitiuam, & hæc peccatum præſupponit, de qua loquuntur ſancti Patres, cum aſſerunt reprobationem præſupponere demeritum; illa verò nullam cauſam ſupponit, ſed pendet à mera voluntate Dei. Quam ſententiam ſequitur Ambroſ. *lib. 1. de vocatione gentium, cap. 7.* Auguſt. *Pſ. 30. concio 2. in fine, & lib. quæſt. ad Simplician. q. 2.* ac proinde quoties ſancti Patres videntur aſſerere reprobationis dari cauſam, intelligendi ſunt de reprobatione punitiua, non verò de permiſſiua: neque verò ab hac ſententia videntur poſſe diſcedere Doctores Scholaſtici, ſi tamen res accuratiùs expendatur. 31.

\[b\] *Reſolutio ex præſenti loco deſumpta.*
Magiſtr. D. Thom.
\[c\] *Conciliātur Patres.*
Ambroſ. Auguſt.

Hinc etiam habemus ſolutiones \[d\] ad authoritates Patrum, qui velle videntur, prædeſtinationis dari cauſam; vel enim dicendum eſt cum D. Proſpero in loco citato, quæ epiſt. Proſper. habetur *tom. 7.* Auguſt. ante lib. de prædeſtinatione Sanctorum, dicendum, inquam, eſt, ſanctos Patres ante Auguſt. exiſtimaſſe demerita præuiſa eſſe cauſam reprobationis; cuius ſententiæ veteres Patres fuiſſe videtur innuere Auguſt. cùm cætera fundamenta D. Proſperi ſoluit, ad authoritatem verò ſanctorum Patrum nihil dixit, fortaſſe quia veritas ea non fuerat ſatis illuſtrata eo tempore; ſolet enim Deus diuerſis temporibus, diuerſis etiam in locis lucernas ſuas ponere, id eſt, doctores ſacros ad illuminandas veritates. A temporibus igitur Auguſtini hæc veritas aperta eſt, cui ſuffragator Ambroſ. *lib. 1. de vocatione gentium, cap. 7.* Videndus Auguſt. *epiſt. 15. ad Sixtum, cap. 3. & 16. & in lib. de prædeſtinat. Sanctorum, cap. 8. & 9.* Anſelmus etiam *ad Roman. 9.* qui omnes aſſerunt prædeſtinationis non dari cauſam. Vel etiam dicendum eſt cum D. Thoma *1. part. quæſt. 23. art. 5. in corpore*, Sanctos Patres ante Auguſtinum voluiſſe, alicuius effectus prædeſtinationis dari cauſam, non tamen merita præuiſa eſſe cauſam omnium effectuum prædeſtinationis. 32.

\[d\] *Soluuntur obiectiones factæ.*
Proſper. Auguſt.
Ambroſ. Auguſt.
D. Thom.

* * *

Gabr. à Coſta in Ionam Prophetam.

Text. Et poſui montes eius in ſolitudinem, & hæreditatem eius in dracones deſerti.

§. V. Moraliter.

Miſeria hominis poſt peccatum, & remedium à principio.

33. OBiter autem in ſequentibus verbis, quæ iam ſuprà in exteriori ſenſo ſunt explicata, oſtendemus miſerum hominis ſtatum poſt peccatum, præſertim cùm hæc verba faciliùs accommodentur reprobis (vt videre eſt apud Hieronym. *ſuper Abdiam*, & nos latiùs explicabimus paulò inferiùs,) quàm veris Idumæis. Vt igitur rem auſpicemur, placuit ſententia Plinij *lib. 7. naturalis hiſtoriæ in proœmio*, vbi poſtquam conſiderauit attentiùs hominis pulchritudinem, hęc verba addidit: *Cauſa hominu videtur cuncta genuiſſe natura, magna & ſæua*[e] *mercede contra tot ſua munera, vt non ſit ſatis exiſtimare, parens melior homini, an nouerca fuerit ſæuior, cui nihil ſponte præter flere dedit.* Cui ſimilia docet Niſſenus lib. de hominis opificio cap. 7. *Homo creatus eſt egens neceſſariorum, dignior commiſeratione, quàm imperio*; videtur enim Niſſen. eo loco contemplatus fuiſſe hominis gratia omnia fuiſſe creata, verùm propter peccatum miſerrimum ingreſſum habuiſſe in mundum. Cui ſuffragatur Plutarch. *in lib. de natiua in progeniem ſuam charitate*, quo in loco vir ethnicus videtur agnouiſſe, quales nos reddiderit peccatum, ſic enim habet: *nihil eſt tam informe, vel immundum vt homo, ſi eum conſpicias cum naſcitur, cui vni neque purum quidem dedit natura in lucem ingreſſum, ſed ſanguine imbutum, ac tabo aſperſum,*[f] *ac iugulatum potiùs, quàm naſcentem referens.* Vnde pulcherrimè quidam Franc. Gregorius *tom. 1. problematum probl. 59.* per allegoriam dixit, quamuis ille malè videatur negare ſenſum literalem huius loci; ſemper enim admittendum eſt pellibus indutum fuiſſe à Deo Adamum, ſiue illæ fuerint ex animãtibus, quas Adam ſtatim vbi creatus eſt, in gratiarum actionem pro beneficio creationis ſacrificauit, ſeu fuerint ex arboribus, vt Theodor. voluit; neque enim placet ſimpliciter ſententia Theodoreti *quæſt. 39. ſuper Geneſ.* cùm poſt multa addidit, *non oportet adhærere nuda litera ſacra Scriptura, tanquam vera, ſed theſaurum in litera latentem quærere.* Quæ verba non ita ſunt intelligenda vt ſonant, alioquin admitteremus errorem in Scriptura ſacra, quod impium eſt. Voluit igitur Theodoret. præter externum ſenſum, quærendum eſſe interiorem.

Hieron. Plinius. [e] *Sæua merces natura.* Niſſenus. Plutarch. [f] *Veluti qua iugulandum emittit hominem.* Georgius. Theodorus. Theodoret.

34. Hoc igitur ſuppoſito, non eſt inepta eius allegoria, quæ fuerat ante Origen. ſecundùm quam vult Adamum indutum fuiſſe pellibus candidiſſimi agni occiſi ab origine mũdi, vt ſic ab imminentibus malis protegeretur, & à ſyluestribus feris, de quibus hic agit Malachias, id eſt, meritis paſſionis Chriſti protegitur, alioquin ſpoliatus omnibus viribus per peccatum facillimè à feris perderetur, id eſt, à malo dæmone, rebellantibus in ſuum dominum. Qua de re pulcherrimè Chryſoſtom. *tom. 1. hom. 1. & 9. in Geneſ. & tom. 5. homil. 11. ad populum.* Auguſtin. *lib. 2. contra Iulian. cap. 2. & lib. 3. de Geneſ. ad literam cap. 15. & lib. 9. cap. 17. & lib. de Gen. contra Manich. cap. 16. & tract. 1. in Ioan.* & Leo Papa *in ſerm. de D. Vincent. M.* & Gregor. Magn. 2. *moral. cap.* 10. Elegantiſſimè Dauid eundem ſtatum deſcribit Pſal. 73. *Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi*; quo in loco videtur agere de anima à Deo deſerta, pręſertim ſi ſequamur Paraphraſim Chaldaicam, *ne tradas ſylueſtribus feris animam turturis tua:* Videtur enim anima ſine Deo ſpem referre turturis[h] auiculæ, quæ ſine coniuge querula, & inermis inter voraces aues volitat: talis eſt anima diuinis nudata præſidiis, omnibus virtutibus ſpoliata, draconum habitaculum facta; qualem ſtatum hic videtur deſcribere Malachias, cum dixit, *Poſuit montes eius in ſolitudinem, & hæreditatem eius in dracones deſerti*, qui vix vnquam eam reuiuiſcere patientur, ita vt de huiuſmodi ſtatu mihi pulcherrimè dixiſſe videatur Niſſen. *in orat. in Natal. Domini*, propterea Angelos admiratos fuiſſe in ortu Chriſti Domini, Deóque gloriam attribuiſſe, quia in terra pax, ſic enim habet. *Ob hoc ſpectaculum gaudio perfuſi ſunt ſancti Angeli, quia in terra, quæ prius deteſtabilis erat, quæ ſpinis, & tribulis plena ſolitudo erat, quæ damnatorum exilium, quæ belli regio, hæc pacem ſuſcepit.* Talis fuerat hominum natura ſine Deo; ſi enim externis deſtitutus præſidiis Iob, id eſt, ea protectione diuina, qua eius bona externa conſeruabantur, talis redditus eſt, qualem eum optimè deſcribit Chryſoſtom. *homil. 5. ad popul.* ſcilicet, *Perennis vermium fons, tabifici humoris riuulus, ſedens in ſterquilinio, inanimato luto animatum lutum radens ex feliciſſimo ſtatu*; qualis credenda erit anima,[i] quæ propter grauiſſima ſcelera, quæ quotidie ſceleribus addit? demeretur auxilia illa maiora, quibus ſancti homines conuertuntur, gratia ſpoliata, virtutibus nuda, denique expoſita draconibus, qualem eam videtur deſcribere Malachias hoc in loco, ſiue per allegoriam, ſiue in ſacratiori ſenſu literali, cum dixit, *Poſuit montes eius in ſolitudinem, & hæreditatem eius in dracones deſerti.*

Origen. [g] *Adamus indutus agni pellibus pro defenſione ab inimico.* Chryſoſt. Auguſt. Leo. Greg Magn. Pſalm. 73. Par. Chald. [h] *Anima nudata gratia inſtar turturis vidua.* Niſſenus. Chryſoſt. [i] *Ex miſeria corporis miſeria animæ à Deo derelicta bene colligitur.*

TRACTATVS IV.

De exterminio Idumææ ſempiterno.

Text. Quod ſi dixerit Idumæa, Destructi ſumus, ſed reuertentes ædificabimus quæ deſtructa ſunt, hæc dicit Dominus exercituum.

§. I

Quare malunt impij caſui, & fortunæ ſua mala, quàm Dei iuſtitia, & potentiæ adſcribere.

PRæcedentibus verbis magis amplificat diuinum oraculum odium Dei in poſteros Eſau, qui montem Sehir, ſeu Idumæam incolebant, quorum verborum talis poteſt eſſe ſenſus, *Si dixerint Idumæi, Deſtructi ſumus*, ſeu, vt legit Paraphraſis Chaldaica, *depauperati ſumus*, & infimam conditionem ſuam temporum varieta- 35.

Chald. Par.

tibus

tibus, & fortunæ viciſſitudinibus aſcripſerint,élioraque facta ſperauerint, afferentes, facilli-mum ſibi fore euerſa reficere; talis enim ſolet eſſe aduerſis in tebus ſtultotum [a] ſermo, vt notauit Chryſoſt. quem refert Olympiodor. *in catena aurea Patrum Græcorum* ſuper Iob cap. 1. prope finem. *Temerarius, ac fortaitus eſt rerum humanarum curſus, ſed longè* [b] *ſapienter*, inquit ille, *Iob: ſicut Domino placuit, ita factum eſt*, Quæ fuit ratio, cur veteres fortunam rotundæ ſphæræ inſiſtentem effinxerint, non vt rerum dominam oſtenderent, vt velle videtur Appelles, cum eam in ſolio ſedentem depinxit, ſed potiùs, quia cum nihil volubilius ſit rota, quæ vna, & eadem linea, & accedit, & recedit, & aſcendit, & deſcendit, ita vt quod primum erat, vltimum euadat, & vice verſa: Vnde Plutarch. *in lib. de fortuna Romanorum*, ad ſignificandam ſtabilitatem Imperij Romani, ſic ait, *fortuna traiecto Tybri, poſitis alis, exutis talaribus, abiecta inſtabili, & veſtigia fallente pila, ita Romam ingreſſa eſt, quod indicium erat, eam ibi conſtanter permanſuram, neque aliò auolaturam*; quod priùs de eodem imperio dixerat Poëta;

a Fortunæ adſcribunt ſtulti viciſſitudines vt aſſerant in ſua manu remedium.
Olympiod.
b Sed longè ſapiunt qui in Deum cuncta referunt.
Plutarch.
Virgilius.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono,
Imperium ſine fine dedi.

Ad hunc igitur ludentis fortunæ motum intruducit Malachias Idumæos [c] dicentes, *deſtructi ſumus, ſed reuertentes ædificabimus*; quaſi dicat diuinum oraculum, Exiſtimabunt fortaſſis Idumæi hæc infortunia, humanarum rerum potiùs eſſe conditionem, quam diuinæ prouidentiæ effectum; id quod maaimè ſignificat, *depauperati*, quod in Hebræo eſt, pro *deſtructi*, & quo pacto Paraphraſis dicit etiam, id eſt, redacti ſumus ad paupertatem, talis eſt humanarum rerum conditio, vt ex diuitibus pauperes, ex pauperibus diuites reddat: ſic nobiſcum, inquiunt Idumæi, actum eſt, ſed non ita [d] fiet, inquit oraculum diuinum.

c Idumæorum ſutura introducuntur.
d Decidetur.

Text. Iſti ædificabunt, & ego deſtruam.

36. HEbraiſmus videtur eſſe in his verbis, vt colligitur ex illo Pſal. 126. & notauit Brixian. & poſt eum Genebrard. *com. in eundem pſalmum*, ædificare [e] in ſacra Scriptura, non ſolùm ſignificat domos, templave conſtruere, ſed etiam omnia, quæ pertinent ad familiam, vt liberos, honores, & diuitias. ita velle videtur Pſalm. ille, *Niſi dominus ædificauerit domum*; Exod. 1. *quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos.* Sic igitur hoc in loco ſignificauit diuinum oraculum non ſolùm euertendas eſſe vrbes Idumæorum, ſed & res eorum familiares, idquod ſignificat verbum, *depauperati ſumus*, pro quo vulgata vertit, *deſtructi ſumus*, ad vtrunque ſignificandum. Oſtendit igitur Malachias his verbis, non caſu, neque fortuito eos hæc mala paſſos eſſe, [f] ſed diuino conſilio; eorum enim diligens, & aſſiduum ſtudium, conſtans, & certa calamitas conſequetur, ita vt facile quiſquam coniicere poſſit, Deum illis infenſum eſſe.

***

Brixian.
Genebr.
e Ædificare in ſacra Scriptura, quid ſignificet.
Pſalm. 126.
Exod. 1.
f Mala non caſu, ſed Dei conſilio in Idumæos.

Text. Et vocabuntur termini impietatis.

§. II.

Cur Deus exterminauerit Idumæos.

EXtremum impietatis ſupplicium eſt, cum ad perpetuam infamiam in eorum terminis ve- 37.
ſtigium fore dicit Idumææ iniquitatis, ſolent enim grauiſſima ſcelera, qualia ſunt proditionis, & impietatis huiuſcemodi ſupplicio puniri, cuius rei extat pulcherrimum exemplum apud Tit. Liuium *decad. 1. lib. 4.* cum L. Quintius Dictator creatus bona Spurij Melij affectantis Romanum imperium publicauit, *Domum deinde*, inquit Liuius, *vt monimento area eſſet oppreſſa nefariè ſpei dirui* [g] *extemplò iuſſit, hic æquimelium appellatum eſt.* Simile exemplum extat *Gen.* 19. quo in loco dicitur, ignem cecidiſſe ſuper ciuitates infames, quo conflagrarunt, & incolæ illarum, & omnia viuentia, ita vt ſola ſupplicij veſtigia remanſerint. Ex quibus facilè quiſquam coniicere poſſet, qualis eorum fuerit vita, quorum ſola vmbra relicta eſt. Quo ſenſu voluit Auguſt. *in Pſal.* 75. ſtatuam ſalis, in quam conuerſa eſt vxor Loth, [h] adumbrare deſertores ſacræ profeſſionis, qui liberati à Sodomis, & in via poſiti retro reſpexerunt; nam tales veluti ſtatuæ ſalis ſuper terram inutiles ſunt veſtigium potiùs diuini ſupplicij, quàm hominis religioſi; qua de re videndus eſt Hieronym. *lib. 1. contra Iouinian.*. cui ſuffragatur Ambr. *lib. 3. de Virginit.* Talis eſt pœna Idumæorum, quam ſignificat Malachias hoc loco, & maximè Iſaias cap. 49. *Et erit Idumæa deſerta, & omnis, qui tranſibit, ſtupebit, & ſibilabit ſuper omnes plagas eius, ſicut ſubuerſa eſt Sodoma, & Gomorrha, & vicinæ eius, ait Dominus*; & Ezech. 25. *dabo vltionem meam ſuper Idumæam, & auferam de ea hominem, & iumentum, & faciam eam deſertam.* Similiter Abdias, qui breue oraculum contra Idumæam publicauit, comminationibus tamen, & ſuppliciis magnum, *Idumæa*, inquit, *operiet te confuſio in æternum.* Talis igitur eſt ſenſus huius loci, Ea regio, ſeu prouincia, quæ ſuis terminis circumſcribitur, Idumæa ſcilicet, vocabitur regio impia; neque enim deuaſtata eſt, & in ſola ſui vmbra relicta, caſu, aut fortuito, ſed diuino conſilio; ex magnitudine enim ſupplicij facilè coniicere poterunt circumuicinæ gentes, diuini potius iudicij, quàm fortunæ tantas eſſe ruinas. Id quod aptiſſimè colligent, cùm perpetuam in eos iram videant exerceri, ita vt exemplum videantur eſſe Idumæi miſerorum damnatorum.

Liuius.
g Extremum ſupplicium.
Gen. 48.
Auguſt.
h Religionis deſertores adumbrantur per ſtatuam ſalis in quam conuerſa eſt vxor Loth.
Hieron.
Ambr.
Iſai. 49.
Ezech. 25.
Abdias.

Congruenter quæret fortaſſis hic aliquis, quæ 38.
fuerit culpa tantis punita ſuppliciis, quoniam eam non exponit Malachias; videtur tamen apertiſſimè poſita apud Abdiam ſub his verbis, *propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te confuſio in æternum.* Quo in loco, vt teſtatur Hieronym. & communes expoſitores huius loci, cauſa redditur propter quam Deus tanta ſeueritate vſus eſt contra Idumæos; ea autem erat impietas, [i] in fratrem ſuum Iacob, id eſt, contra Iudæos, qui à Iacob oriuntur; quamuis autem ſemper Idumæi infeſtiſſimi hoſtes fuerint Iudæorum, maximè eo tempore, quo oppreſſi ſunt Iudæi à Chaldæis, vt conſtat ex *Pſalm.* 136. quo in loco Idumæi iam pene defeſſos Chaldæos excitabant ad prædam, vt au-

Abdias.
i Deus ſupplicijs afficit Eſau, & eius poſteros propter odium que Iacob, & eius poſteros proſequebantur.
Pſal. 136.

thor illius Pſalmi dicit, *Memento Domine filiorum Edon in die Hieruſalem, qui dicunt, Exinanite, exinanite vſque ad fundamenta in ea*; licèt enim impium ſit, iniurioſum eſſe fratri, impium & inhumanum eſt, eum, qui graui aliqua calamitate premitur, iniuria afficere eo tempore quo in calamitate eſt, contra quos dictum eſt à Propheta Pſal. 68. *Quoniam quem tu percuſſiſti, perſequuti ſunt, & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt, appone iniquitatem ſuper iniquitatem.* In quam ſententiam eſt locus Nazianz. *orat.* 10. vbi poſtquam determinauit, per miſericordiam in fratres homines proximè [l] ad Deum accedere, ſic enim habet: *Da operam vt non ſolùm opibus, ſed etiam pietate, non ſolùm auro, ſed etiam virtute ſis locuples; cura vt proximo tuo idcirco ſis præſtantior, quàm beniguior; fac calamitoſis ſis Deus, Dei miſericordiam imitando; nihil enim tam diuinum habet homo, quàm de aliis bene mereri*: poſtea concludit Gregor. contra Idumæos, ſeu potiùs contra reprobos, quorum figuram Idumæi agunt, *An tu benignitatem, non neceſſariam, ſed tibi liberam eſſe putas? ac non legem, ſed conſilium? hoc quoque ipſe magnopere vellem, ſed me ſiniſtra illa manus terret, & hædi, & probra, quæ ab eo, à quo illic collocati ſunt, conijciuntur, non quia manus alienis bonis attulerunt, nec quia templa diripuerunt, aut adulterium perpetrarunt, aut aliud quidpiam, ex his, quæ interdicta ſunt admiſerunt, hoc ordine mulctati ſunt; ſed quia Chriſtum pauperem minimè curauerunt, quia immiſericordes fuerunt in fratres ſuos: Eſuriui enim*, inquit ille, Matth. 25. *& non dediſtis mihi manducare*, &c. Qua de re videndus eſt Auguſt. *ſerm.* 35. Impij enim Idumæi propterea dicuntur, quia per ſummam iniuriam oppreſſos fratres [m] Iudæos, non modò conſolati ſunt in ſuis malis, verùm etiam mala addiderunt, quibus fortaſſis mitiores fuerunt Chaldæi, nanque crudeliùs feriunt vulnera amicorum ſeu fratrum, quàm hoſtium, iuxta illud Pſ. 54. *Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique; tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus*: tunc addit Propheta ad inſinuandum hoc eſſe extremæ impietatis, *Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes.* Expreſſit hoc optimè Plutarch. *in Bruto*, cum agit de morte Cæſaris, *Cæſar cum à multis iam ſancius foret, & obſiſtere vellet ſe ſe conſpiceret, vbi vidit Brutum gladium in ſe nudatum afferentem, capus veſte obtegens, corpus vulneribus liquit*; potiùs enim iudicauit Cæſar corpus omnino interimendum vulneribus relinquere, quàm amici hominis in ſe armatam manum videre; ad quam impietatem non niſi poſt grauiſſima ſcelera homines perueniunt; eſt enim veluti cumulus, & complementum omnium malorum. Hæc igitur fuit ratio, cur tam acerbè puniti fuerint Idumæi à Deo, quoniam calamitoſis fratribus Iudæis iniurij fuerunt in ipſo tempore calamitatis.

Pſal. 68. — Nazianz. — [l] *Per miſericordiam in fratres approximant homines ad Deum.* — Auguſt. — [m] *Crudeliſſimum eſt proprium amicũ offendere.* — Pſal. 54. — Plutarch.

Text. Et populus, cui iratus eſt Dominus in æternum.

§. III.

Quo tempore impleta fuerit hæc prophetia?

39. Hæc verba difficillima ſunt [n] propter illam particulam *in æternum*; nec enim conſtat quo tempore, & à quibus facta fuerit tanta clades Idumæorum, ita vt vrbes eorum, & res familiares omnino euerſæ fuerint, nec vnquam potuerint priſtinum ſtatum recuperare. Similis eſt locus apud Abdiam, *propter interfectionem, & iniquitatem Iacob operiet te confuſio, & peribis in æternum*: quam difficultatem primus mouet, qui nouiſſimè ſcripſit in Prophetas minores Pater Ribeira de Societate Ieſu; nam Chaldæi fœderati fuerunt Idumæorum, Idumæóſque ſocios habuerunt in euertenda Hieroſolyma, & licèt inter Chaldæos, & Idumæos aliquando poſt excidium Hieroſolymitanum aliquod diſſidium fuerit, non tamen conſtat eos funditus euerſos fuiſſe. Quæ fuit ratio cur D. Hieron. *in comm. ſuper Abdiam*, hanc proſpiciens difficultatem, cùm vatem illum explicare cœpiſſet, de veris Idumæis, ad extremum ſic ſcripſit, *hæc vtrùm facta ſint, Deus viderit; poſſunt enim ex parte per quingentos annos à Babylonica captiuitate vſque ad Chriſti aduentum eſſe completa.* Quare ad ſaniorem ſenſum ſe conuertit Hieronym. cùm de veris Idumæis videat difficillimum eſſe locum; obſcurior redditur, ſi [o] conſulamus hiſtorias Iudæorum, ex eis enim conſtat, nunquam omnino euerſos fuiſſe Idumæos, imò potiùs ſemper vſque ad tempora Chriſti, & nomen, & gens Idumæa floruit; nam tempore Darij Regis, qui poſt Babyloniceam captiuitatem fuit, Idumæi coacti ſunt reddere Iudæis partem Iudææ, quam occupauerant tempore euerſionis Hieroſolymitanæ, vt tradit Ioſephus 12. *antiquit. cap.* 11. Quæ hiſtoria habetur etiam *lib.* 1. *Machab. cap.* 5. poſtea verò, vt idem Ioſephus refert, *lib.* 13. *antiq. c.* 17. tempore Hircani Pontificis bellum geſſerunt cum Iudæis, & victi coacti ſunt Iudæorum religionem ſuſcipere, quos poſtea ab ea ſeruitute liberauit Pompeius Magnus, teſte Ioſepho *lib.* 14. *antiq. cap.* 8. imò potiùs ab eo tempore adeo floruerunt Idumæorum res, vt Iudæi plures reges habuerint Idumæos. Nanque Antipater Idumęus, & Idumæorum dux filium habuit Herodem ex fœmina Idumæa, qui à Romanis rex creatus eſt Iudæorum, eiúſque poſteri in Iudæa regnarunt vſque ad euerſionem Hieroſolymitanam per Titum, & Veſpaſianum, imò & eo tempore in auxilium miſerunt contra Romanos viginti millia Idumæorum, ita aſſerit Ioſephus *lib.* 4. *de bello Iudaico, cap.* 6. & Iſaac prædixerat Gen. 27. *Viues in gladio, & fratri tuo ſeruies, tempúſque veniet, cum excuties, & ſolues iugum eius de ceruicibus tuis*; loquebatur autem cum Eſau, qui caput, & principium fuit Gentis Idumææ. Non igitur omnino extincti ſunt Idumæi, vt velle videtur Malachias, cum dixit, *& vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus eſt Dominus in æternum.*

40. [p] Verùm pro aliquali cognitione huius loci, (verſamur enim in ſtatu coniecturali) notandum eſt, vocem Hebræam, *Halam*, æquiuocam eſſe; id quod aduertit Pagnin, *in theſauro*, & ſignificat ſæculum, perpetuum, æternum, ſempiternum; & præterea ſignificat tempus longum, non tamen æternum: quo poſito ſæpiùs in Scriptura, lex vetus, vocatur æterna, id eſt, diu duratura, vt latiùs notauimus comm. ſuper Pſalm. 109. verſ. *Tu es Sacerdos in æternum.* In qua vltima ſignificatione videtur Malachias dixiſſe hoc in loco, *& populus, cui iratus eſt Dominus in æternum*, id eſt, per longum tempus, ita vt euerſio hæc fuerit

[n] *Locus difficilis ad hiſtoriam.* — Abdias. — Ribeira. — Hieron. — [o] *Maximè ſi conſulantur Iudæorum memoria.* — Ioſephus. — 1. Malach. 5. — Gen. 27. — [p] *Sed congruenter exponitur.* — Pagnin. — Pſal. 109.

fuerit facta paulo poſt excidium Hieroſolymitanum per Chaldæos, duraueritque diu, vt colligi videtur ex Hierem. 25. niſi forte velis, hunc locum referendum eſſe ad illud tempus, quo Idumæi oppreſſi ſunt ab Hircano filio Simonis fratris Iudæ Machabæi, vt refert Ioſephus filius Gorion. *lib. 4. hiſtor. Iudaic. cap* 4. cuius hæc ſunt verba: *Et proficiſcens inde Hircanus venit in terram Edon, & percuſſit Debiram, atque Mareſſam ciuitates Idumæorum, humiliauit ſuperbiam Edon, ſubiiciens eos ſeruituti tributi vſque ad tempus captiuitatis; vinxit enim eos, & ligauit compedibus, circuncidens eos vſque ad tempus captiuitatis vrbis, quæ facta eſt per Titum.* Cui ſuffragatur Ioſephus Flauius *lib.* 13. *antiquit. cap.* 17. Quæ ſententia non diſplicet omnino, quia non conſtat de maiori clade Idumæorum, in qua, ſcilicet, & vera religio Patrum fuerit perdita, & vrbes captæ, & euerſæ, quæ rerum facies ſufficit vt gentem aliquam euerſam fuiſſe dicamus.

Hierem. 25.
Ioſephus filius Gorion.
Ioſephus.

41\. Niſi magis placeat hunc locum interpretari tantùm de Idumæis [q] figuratis, id eſt, de reprobis, præſertim cùm verſiculus ſuperior in ſacratiori ſenſu agat de reprobatione, & prædeſtinatione; ſunt autem reprobi diuinæ iuſtitiæ, & iræ perpetua exempla. Quæ expoſitio ex eo confirmatur, quia ſæpe euenire ſolet maximè apud Prophetas, vt cùm à principio inſtituerent prædicere aliquid futurum, imagine alterius rei maioris permoti ſermonem ſuum transferant ad maiora, vt notauit D. Hieronym. *Iſai.* 16. *&* 21. eſtque prouerbium inter Rabbinos, *In prophetis non eſſe prius, aut poſterius, neque ſemper ſeruare ordinem temporis, & hiſtoriæ*; quare non eſt omnino inepta interpretatio, ſi Idumæorum dicamus tranſlatum fuiſſe Malachiam ad reprobos. Quam ſententiam non videtur reiicere D. Hieronym. *hoc in loco, & ſuper Abdiam*; eam poſuit Paul. Burgenſ. *in addit. ſuper hunc Prophetam*, cui ſuffragatur Rupert. Abbas *ſuper Abdiam*, & Ribeira, qui nouiſſimè ſcripſit in Prophetas minores. In reprobos igitur maximè quadrat hæc ſententia, vtpote qui perpetuò ſunt damnati, *& vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus eſt Dominus in æternum.* Quocunque tamen modo locum intelligas, veriſſima eſt ſententia oraculi diuini, licet de eius euentu, non ita clarè nobis conſtet.

[q] *Altera expoſitio myſtica.*
Hieron.
Burgenſ.
Rupert.
Ribeira.

Text. Et oculi veſtri videbunt.

§. IV.

In obſequium piorum ſunt & bona, & mala impiorum.

42\. QVod aliquando diximus in Pſalm. 57. verſ. *Lætabitur iuſtus.* hoc ipſum nobis repetit nunc Malachias, cum euerſis Idumæis, qui miſerrimis rebus Iudæorum inſultabant, fore dicit, vt vel renuentes Iudæi faterentur diuinum in eos amorem, hoc enim ſignificat, *oculi veſtri videbunt*, id eſt, ſumma cum voluptate aſpicietis eorum euerſionem eiſdem oculis, quibus eos vobis inſultare vidiſtis: pertinet autem hæc ſententia ad homines [r] imbecilles, qui non niſi ſenſu ducuntur. In quam ſententiam eſt Nazianz. *orat. 2. pag.* 273. de his, qui ſolùm ex præſentibus bonis amorem Dei colligunt, & odium ex malis, vt commentator Elias Cretenſ. ad eundem locum, & hos vocat admiratores ſcænæ, qui vſque ad ſtuporem magnum hoc theatrum admirantur; in ſcæna enim, quidam heroum perſonam ſubeuntes, atque hiſtrionico more per totum diem ludentes, ſpectatores decipiunt, iam autem inclinante die per laruarum detractionem manifeſti redditi; miſeri quidam & ridiculi, qui prius graues, & venerantes eſſe videbantur, deprehendi ſolent. Sic Idumæi, quos aliquando felices exiſtimabatis, verùm & per detractionem laruarum citiſſimè eoſdem miſeros inuenietis, qui aduerſis veſtris in rebus inſultabant; ſi enim aliquando integri fuerunt, & felices, potiùs propter vos fuit, quàm propter illos, vt vos, ſcilicet, exercerent, ſicut Ioſue 19. Gabaonitæ manſerunt in populo Dei, vt ligna, & aquam illi portarent; ſeruantur enim plerunque, & tolerantur improbi, vt bonos [s] exerceant, & eoſdem cælo dignos reddant. Qua de re videndus eſt Auguſt. *ſerm. 78. de tempore*, & exponens illud Pſalm. *Reges Arabum, & Sabba*, vult propterea tyrannos conſeruatos fuiſſe à Deo, quia nobiliſſima munera obtulerunt Eccleſiæ, Martyres, ſcilicet, qui in Eccleſia non fuiſſent, ſi tyranni conſeruati non fuiſſent. Item Pſal. 49. *Perſecutio*, inquit, *Eccleſiæ, ſiue à dracone, ſiue à leone nunquam ceſſat, & magis metuenda eſt, cum fallit, quàm cum ſæuit.* Vnde Auguſt. Eugub explicans Pſal. 36. in verſ. *Subditus eſto Domino, & ora eum*, ex Hebraico fonte paulò aliter legit, *aduerſis*, inquit, *in rebus tace Deo*; neque te enim decet querulum, & importunè gementem eſſe eum, cui calamitates in virtutis exercitium datæ ſunt. Videndus eſt Chryſoſt. *hom.* 1. *ad populum, & in epiſt. ad Epiſcopos, & Presbyteros in carcere intruſos*; Niſſen. etiam *in orat. Stephan. Mart.* cum hoſtes, quaſi in orbem poſiti lapides in eum conjicerent, *texebant*, inquit ille, *in orbe victoriæ* [t] *coronam hoſtes, quæ in manibus inimicorum eſt.* Sic ſimiliter Nazianz. ad exprimendam gloriam, quæ in certamine noſtrorum hoſtium oritur, etiam cum nos ſuperare videntur; ſic enim habet. *Eſt apud Poëtas arbor, quæ cum cæditur, viret, & aduerſus ferrum certat, ac ſi de re noua, nouo modo loquendum eſt, quæ morte viuit, & ſectione pullulat, atque cùm abſumitur creſcit*; talis eſt arbor, quam allegoricè deſcribit Beda, & Auguſt. *Pſal.* 1. in eo verſ. *& erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum*, ſeu potiùs, vt eſt in Hebræo, *quod eſt ſuper riuulos aquarum*, id eſt, quod tempeſtatibus floret, neque inter ventos folium amittit, qualem Iob deſcribit Chryſoſt. *hom. 5. ad popul.* & Dydim. quem refert Olympiod. Qua ratione non incepte ille locus Geneſ. 25. *Maior ſeruiet minori*, non ſolùm referri poteſt ad obſequium temporale, ſed etiam ad exercitium virtutis; viuunt enim, & conſeruantur impij in virtutis exercitium. Qua ratione D. Hieron. *tom*, 1 *ad Heliodor. de vita ſolitaria*, maximè prouocat ſanctos homines ad labores, ſic enim habet: *Quid facis in paterna domo delicate miles? vbi vallum? vbi foſſa? vbi hyems acta ſuper pellibus?* Vnde Plato *lib. 26. de regno*, & Plinius *lib. 7. natur. hiſtor. cap.* 56. & idem Plato *in Tymeo* aſſerunt, multas olim publicè propoſitas fuiſſe exercitationes, ne otio virtus langueret. Non eſt igitur mirandum, vt ad rem redeamus, ſi aliquando res Idumæorum floruerint, ſeu potiùs impiorum, quos hic locus videtur adumbrare;

[r] *Imbecillis animus alienis in malis gaudet.*
Nazianz.
Elias Cret.
[s] *Mali tolerantur vt boni exerceantur.*
Auguſt.
Eugub. Pſal. 36.
Chryſoſt.
Niſſen.
[t] *Tyranni martyribus texunt coronas.*
Nazianz.
Auguſt.
Beda.
Pſal. 1.
Chryſoſt.
Olympiod.
Hieron.
Plato.
Plinius.

tales enim potiùs in obſequium piorum conſeruantur, quàm in ſupplicia, vt ſic ſanctorum virtus & creſcat, & floreat.

Text. Et vos dicetis, Magnificetur Dominus ſuper terminum Iſrael.

43. HVius loci talis poteſt eſſe ſenſus: Conſequens igitur erit, vt vos ipſi Iudæi, qui antea negabatis beneficia diuina in vos collata, proprio ore fateamini [a] conuicti beneficiorum magnitudine, cùm, ſcilicet, videritis euerſam Idumæam, Deo debitam eſſe omnimodam gratiatum actionem præſertim ab Hebræis, qui inter tot mala ſalui, & incolumes rebus omnibus conſeruatis, & reſtituto templo, & vrbe fuerint; hoc enim, ſignificat, *ſuper terminum Iſrael*, Seu vt Chaldaicus textus habet, *qui amplificauit terminos Iſrael*. Id quod clariùs dixit Rab. Abraham, *Vos habitantes & manentes in terminis Iſrael laudabitis Deum, quòd in veſtra regione ſitis, cum vicinorum Idumæorum deſolata ſint omnia.* Ita Hieron. Theodoret. & recentiores omnes. Sic igitur per hæc ſenſibilia ſigna amoris carnalibus Iudæis ſui amoris diuitias oſtendit Deus, tunc ſequentibus verbis eorum ingratitudinem accuſat.

[a] *Magnitudo beneficiorum Dei ingratos conuincebat Iudæos.*

Chald. Text. Rab. Abrah.

Hieron. Theodor.

TRACTATVS V.

De Ingratitudine Iſraelitarum.

Text. Filius honorat patrem, & ſeruus dominum ſuum.

§. I.

Iura gentium, & naturæ fregerunt ingrati erga Deum & rebelles Iudæi.

44. SIc igitur Deus ſuam querimoniam contra Iudæos exorditur. Eſt autem duplex officij [a] faciendi ratio, altera oritur ex beneficiis acceptis, hæc autem duplex eſt adhuc, vt notauit D. Thomas 2.2. *quaſt.* 101. *art.* 1. & *quaſt.* 80. *art.* 1. cùm enim & eſſe, & viuere à Deo acceperimus & à parentibus noſtris, hinc oritur duplex officij ratio, quarum altera dicitur religio, quæ eſt erga Deum, per quam virtutem debitum cultum ei præſtamus; altera quæ pietas dicitur, & hæc eſt erga parentes, per quam, quàm maximam gratiam poſſumus parentibus exhibemus, de qua videtur hic agere Malach. hæc autem, vt Philo Iudæus notauit *in lib.* qui titulum fecit, *quòd deterior potiori inſidiari ſoleat*, in noſtram potiùs vtilitatem data eſt à Deo, quàm in parentum, neque enim legiſlator dixit, *honora patrem tuum, & matrem tuam*, vt bene ſit illis, ſed potiùs, *vt bene* [b] *ſit tibi.* Similia docet idem Philo *in lib. de Decalogo*, exponens hoc præceptum; proptereaque elegantiſſimè Ariſtotel. 8. *ethicor.* Deos, & parentes in honore æquaſſe videtur, cum dixit, neque Deos, neque parentes quemquam pro dignitate colere poſſe. Cuius rei ea eſt ratio; quam aſſignauit D. Thomas 2.2. *quaſt.* 122. *art.* 5. cùm agit de honorandis parentibus, *quia*, inquit, *parentes ſunt principia prima, modumque cauſandi habent Dei*; proptereaque Paul. dixit, *ex quo omnis paternitas*, id eſt, Deus eſt omnium rerum parens, cum ab eo res omnes ſuum eſſe accipiant, parentes verò, quia communicant eundem modum conferendi eſſe ſuis liberis, propterea peculiarem reuerentiam merentur. Cui ſententiæ pulcherrimè ſuffragatur Ioſephus Iudæus *lib.* 4. *antiquitatum c.* 8. Cogita quòd etiam Deus læſis parentibus offenditur, quod & ipſe eſt generis humani parens, & ad ſe pertinere exiſtimat, quæ ab hominibus parentibus inferuntur, cum quibus illi communis eſt appellatio. Et hæc eſt ratio, cur *benedictio* [c] *parentis firmet domos filiorum, & maledictio matris eradicet fundamenta*, vt dicitur Eccleſiaſtici 5. Cui ſententiæ ſuffragatur Ambroſius in lib. de benedict. Patriarch. *Qui benedicebantur à parentibus, benedicti erant, & qui maledicebantur, maledicti erant; ideo enim hanc prærogatiuam parentibus donauit Deus, vt filiorum in patres pietas prouocaretur; prærogatiua enim parentum diſciplina eſt filiorum.* Vnde Plato 11. de legib. *Quinis igitur mente præditus timet, & colit parentum preces, vt qui ſciat eas in multis eſſe impletas.* Vbi Plato innuere videtur, parentum imprecationes, ſi non ex opere operato, vt loquuntur Theologi, ſaltem ex opere operantis eas effectum habere: conſequens autem fuit, vt quemadmodum parentes eundem modum operandi habent, & communicandi eſſe cum Deo; ſic etiam, & eorum imprecationes operaturæ eſſent; qua de re videndus eſt Auguſt. 5. 5. *de ciuit. cap.* 8.

[a] *Duplex officij faciendi ratio.*

D. Thom.

Philo.

[b] *Pietas in parentes filiis vtilior.*

Ariſtotel.

D. Thom.

[c] *Benedictio parentum, vel maledictio.*

Eccl. 5.

Ambr.

Plato.

Auguſt.

Hæc autem pietas adeo naturalis eſt, vt etiam in animantibus [d] reperiatur; refert hoc Ariſtot. *lib.* 9. *hiſtor. animal. cap.* 14. quo in loco aſſerit, ciconiam auem ſenes parentes educare ſolitam eſſe: eſtque Ægypriis pietatis ſymbolum; quare capitale fuit apud plurimas gentes hanc auem occidere: quas refert Plinius, & Pier. *lib.* 17. *ſub titulo, hoſtis profligatus.* Videtur enim Deus etiam brutis animantibus propter pietatem longæuam vitam [e] conceſſiſſe, hinc longæua ciconia dicitur. Hæc fuit ratio, cur lex Moyſaica tam dura in puniendis cæteris ſceleribus, nullam pœnam ſtatuerit contra impios parricidas; exiſtimauit enim fieri non poſſe filium parentem interimere, à quo accepit eſſe, & viuere, & omnia bona, quæ vitam conſequuntur. Notauit optimè Plutarch. *in Romulo*, & refert inter egregias eius laudes, quòd nullam parricidij pœnam determinauerit, homicidium autem omne voluerit parricidium vocari, quòd hoc impium exiſtimauit, illud impoſſibile. Vt igitur iam colligamus aliquid ſumpta pietate vel pro amore filiorum in parentes, vel pro amore omnium noſtrum in Deum, & in parentes, à quibus omnia noſtra bona emanant, talis videtur eſſe prior pars diſcurſus diuini hoc in loco, vel ipſa natura duce (id quod etiam in brutis animantibus experimur) filij ſuis parentibus pietatem præſtare ſolent. 45.

[d] *Pietas in parentes communis & brutis,*

Ariſtot.

Plinius. Pierius.

[e] *Ob quam longior illis vita conceditur.*

Plutarch.

Alia verò pars huius diſcurſus diuini ad timorem pertinet, & eam reuerentiam, quam ſerui ſuis dominis [f] exhibere ſolent. Hoc autem, vt clariùs eluceſcat, notandum eſt, ne quis erret ambiguitate vocabuli, ex Ariſtotel. *lib.* 3. *Polit. cap.* 3. ſeruorum plures eſſe ſpecies. Nam apud nonnullas gentes ſerui ſunt ij, qui in ſordidis artibus verſantur, quales ſunt opifices mercenarij, quos mœchanicos dicimus, idemque Ariſtotel. *lib.* 1. 46.

[f] *Timere debemus Deum, tanquam ſerui Dominum.*

Ariſtot.

Polit

*Polit.cap.*3.ait,quoſdam homines eſſe natura ſeruos, quales ſunt barbari, & ignorantes. Verùm non videtur oraculum diuinum de huiuſmodi - ſeruis hoc loco agere, ſed de vulgaribus ſeruis, quos pretio emimus,aut in bello iuſto comparauimus,quos Ariſtotel.vocat 8.*Ethic.cap.* 11. *animata inſtrumẽta*,de quibus refert Plato, *in dialog. 6.de legib.*illud ex Homero,*Iouem dimidium mentis auferre iis,quos voluit eſſe ſeruos.* De his igitur noſter Malachias dixit,*filius honorat patrem ſuum, & ſeruus dominum ſuum*; eſt enim in his verbis figurata locutio per Zeugma, vt velle videtur D.Hieronym. *filius honorat patrem ſuum*; fit autem zeugma, cum eſt vnius verbi ad diuerſa reductio,id eſt,quando vnum,& idem verbum cum aliquo nomine conſtituitur expreſsè, & cum alio tacitè ſubauditur, vt docent Grammatici; huius exemplum eſt apud Poetam, *Hic illius arma, hic currus fuit*;vbi neceſſariò intelligendum eſt, hic illius arma fuerunt. Ita igitur D. Hieronym. verbum,*honorat*,conſtituendum putauit,& cum filio, & cum ſeruo,idque per zeugma;neque id mirum videri debet,cùm verbum, *honorat*, ſuam habeat latitudinem, filius enim cum charitate, ſeruus cum timore dominum colit:omnis enim honor, ſeu timor oritur ab excellentia [g] eius, cui talis honor exhibetur,vel quia excellens eſt, vel quia nociuum eſt;eſt enim honor,ſeu timor,actus quidam depreſſiuus voluntatis, ortus ex apprehenſione eius à quo ſuperamur vel in magnitudine excellentiæ,vel in ratione nociui: ex magnitudine excellentiæ oritur timor, & honor reuerentialis,quem etiam Beati habent in patria ex conſideratione diuinæ magnitudinis,ex ratione verò nociui, ſeu ex conſideratione diuinæ iuſtitiæ, oritur timor ſeruilis; qui enim operantur ex timore, vt ſerui operantur,nanque vt dicit Ariſtot. 5.Meth.cap.2.*liber eſt is, qui cauſa ſui eſt; ſeruus, qui non cauſa ſui,ſed quaſi ab extrinſece*, id eſt, à metu,*operatur,cum nulla ei vis inferatur.* Id quod pulchrè dicit Oſeas *cap.* 11. *In funiculis Adam traham eos,& in vinculis charitatis.* Sic enim pulchrè commentatur Rabbi Dauid,*comparatio*; inquit,*eſt inter Ephraim, & Iſrael, quòd Ephraim traxerit Deus funiculis, quo pacto vituli, & tauri trahuntur,per vim,ſcilicet, per ſupplicia, per timorem, eo ſcilicet modo, quo ſerui trahuntur; Iſrael verè in funiculis Adam,id eſt, in vinculis hominis, id eſt,nulla vi, ſed amore, quo pacto decet homines liberos trahi.* Quare Hieronym. latiùs interpretatus vocem Hebræam,*Canod*,quæ æquiuoca eſt, & extenditur ad honorem,& reuerentiam, quæ à ſeruis dominis exhibetur, hunc locum per zeugma interpretatur, vt ſit ſenſus, *filius honorat patrem ſuum, & ſeruus* etiam *dominum* honorat *ſuum*: vel poteſt etiam dici, orationem hanc defectiuam eſſe,in qua ſubintelligẽdum ſit verbum *timet*, ita vt ſit ſenſus,*filius honorat patrem ſuũ,& ſeruus dominum ſuum* timet, vt ſit zeugma non integrum, in quo ſcilicet deſideratur aliquod verbum,vt eſt illud apud Poëtam,*Diſce puer virtutem ex me,verumque laborem, fortunam ex aliis*; notauit Seruius ſupplendum eſſe verbum, *Opta*, quod videtur deſiderari in extrema parte illius ſententiæ; ita velle videtur Paraphraſtes Chaldæus, cùm priori loco poſuit verbum, *honorat*, poſteriori verò poſuit, *ſeruus reueretur dominum ſuum*: ita interpretatur Rabbi Dauid, & Rabbi Abraham. Licet autem *timor* interdum ſeruilem, interdum reuerentialem, & filialem timorem ſignificet,ſæpiùs tamen in ſacra Scriptura [h] accipitur pro actu religionis,quo Deum colimus, vt notauimus in principio huius vatis, cùm aliqua præfati ſumus de pietate & religione erga Deum. Qua de re multa docet Olympiodor. in catena aurea patrum Græcorum.*ſuper Iob. cap.* 1. ſuper illis verbis, *& erat ille homo verus, & irreprëhenſibilis*; qua forte ratione potuit hic accipi verbum *timor*.

Idem. Plato. Homerus. Hieron. Virgilius. [g] *Vnde oriatur honor ſeu timor.* Ariſtot. Oſeæ.11. Rab. Dauid. Hieron. Virgilius. Seruius. Chald.Par. Rab. Dauid. Rab. Abrah. [h] *Timor ſæpius in ſacra Scriptura accipitur pro actu religionis.* Olympiod. Iob.1.

47. Verùm nos ſequuti D. Hieron. exiſtimamus hunc locum pertinere ad timorem ſeruilem. Senſus igitur huius loci talis eſt, vt docet Hieron. Loquitur diuinum oraculum cum Iudæis, qui ſub Zorobabele, & Ieſu filio Ioſedech, & Eſdra ſacerdote de captiuitate ſunt reuerſi; hoc enim diuino beneficio factum erat, & peculiarem reuerentiam poſtulabat erga Deum, quando aliæ rationes timoris non eſſent. Sic igitur diuinum oraculum querimoniam concludit, Conſuetum eſt apud barbaras etiam gentes,filios reuerentiali charitate parentes ſuos colere, conſuetum eſt etiã apud omnes, ſeruos dominis ſuis iure ſeruituris debita obſequia exhibere, eoſque ſeruili timore reuereri. Cum ergo & officium parentis ſemper egerim, cum vos nullis veſtris meritis genuerim,educauerim, defenderim, & in populum meum elegerim, vbi filialis reuerentia, quæ propter hæc beneficia debetur:& cum vos ſaluos, & incolumes in patriam reduxerim de Babylonica ſeruitute,quo facto apertè videtis meos vos eſſe ſeruos, vbi ſeruorum reuerentia erga Dominum: Nulla igitur ſpes remedij eſt, poſtquam amor,& timor in vobis non eſt, vt pulchrè dixit Nazianz.*orat.*1.*pag.*22.

Hieron. Nazianz.

48. Obiter autem hîc notandum eſt, timorem ſeruilem,vt conſtat ex hoc loco,[i] non eſſe peccatum,præſertim cum huc vſque aſſertum ſit, hanc reuerentiam,ſeu animi contractionem ortam eſſe ex conſideratione vehementer nociui, id eſt, eius qui nobis nocere poteſt malo aliquo arduo, quam veritatem contra nouiores hæreticos, & præſertim contra Lutherum *in ſerm. de pœnit.* determinauit,inquam,eam Concil. Trident. ſeſſ. 6.can.8. *Si quis dixerit gehennæ metum, per quem ad miſericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus,vel à peccando abſtinemus,peccatum eſſe, peccatoreſque peiores facere, anathema ſit.* & *eadem ſeſſ.cap.*6.& paulò ante, idem definierat Leo X. in Bulla condemnationis Lutheri. Pro qua re, quoniam ad alia properamus,videndus eſt Caſtro *aduerſ.hæreſ.verbo,timor* & Rophenſ *art.*6*contra Lutherum*,& D. Thom. 2.2.*quæſt.* 19.*per totam*. Neque timor ſeruilis dicitur à ſeruilitate,quæ eſt conditio,qua quis peccaret,ſi non adeſſet;ſed potius dicitur ſeruilis à ſeruitute, quæ tunc eſt, quando non amore, ſed timore operamur;de quo timore Malachias agit, eo enim modo ſerui dominos reuerentur.

[i] *Timor ſeruilis non eſt peccatum.* Conc. Trid. Leo.X. Caſtro. Rophenſ.

Text. Ad vos ô ſacerdotes.

§. II.

Deum magis contemnit, qui irreligioſè colit.

49. Congruenter ſatis in Hebraico textu ea verba,quæ ab aliquibus cum priori ſententia coniunguntur,ſcilicet,*dixit Dominus exercituum*, principium potiùs,ſunt huius orationis,atque ita

Hebr.text.

legendum

legendum eſt : *Dixit Dominus exercituum ad vos ô Sacerdotes.* Cui lectioni ſuffragator Chaldaica

Chald.Par.

Paraph. quæ ſic habet : *dicit Dominus exercituum vobis ſacerdotibus.* Id quod propterea factum videmr, quia obiurgatio facta erat ſacerdotibus; neqoe enim ſatis putaoit diuioum oraculum honeſtè actum eſſe cum ſacerdotibus, quanuis vel ſolam vmbram veri ſacerdotis præ ſe ferrent, ſi eos, is [l] reprehenderet, qui & nomine, & morum ſanctitate, Angelus dictus erat, qualis erat Malachias, ſed addidit; *Dicit Dominus exercituum*, quaſi velit Malachias, Non mea hæc eſt reprehenſio, ſed vobiſcum Deus ipſe agit; imò verò eum introducit in maieſtate, hoc enim ſignificat *Dominus exercituum*, id eſt, Deus totius virtutis, & potentiæ. Vnde optimè notauit Cypr. *lib.* 1. *epiſt. epiſt.* 3. Chriſtum, *Ioan.* 18. percuſſum à ſeruo Pontificis in facie, nihil aduerſus Pontificem dixiſſe, ſed ſuam tantùm innocentiam demonſtraſſe, idque vt notauit Cyprianus, *propter reuerentiam ſacerdotis.* Si ergo noſtri ſacerdotij vmbræ, veteres ſcilicet ſacerdotes tanta cum reuerentia tractantur à prophetis, vt neque Malachias ipſe eos audeat reprehendere, qualis erit reprehenſor veri ſacerdotis Euangelici, de quo Nazianz. *orat.* 1. *apolog.* ſic ait, *Sacerdos, qui cum Angelis ſtabit, cum Archangelis glorificabitur; ad ſupernum altare ſacrificia transmittit, cum Christo ſacerdotio fungetur; figmentum inſtaurabit, imaginem exhibebit, ſuperno mundo opificem aget, & vt quod maius eſt, dicam, Deus eſt, aliósque deos facit.* Super quem locum videndus eſt commentarius Eliæ Cretenſ. *in eandem orat. pag.* 115. *& deinceps.*

[l] *Reuerentia debita ſacerdotibus.*

Cyprian.

Nazianz.

Cretenſis.

Text. Qui deſpicitis nomen meum.

50. VT paululùm accedamus ad difficultatem huius [m] loci, quæ maxima eſt inter doctores ſacros, priùs ea, quæ præambula ſunt, examinabimus. Eſt igitur ſatis vſitatum in Scriptura ſacra, vt quotieſcunque Deus læditur in cultu, & religione, & maximè in ſacrificiis exhibendis, toties eius nomen pollutum, ſeu contemptum eſſe dicatur, vt colligitur ex Auguſt. *lib.* 3. *locut. de Leuitico*, & nuper notauit Cornel. Ianſen. *in ſua cõcordia, cap.* 41. ſuper illa verba *Sanctificetur nomen tuum*; & optimè docet Pagnin. *in theſaur.* Cui ſuffragatur Eugub. Pſal. 8. *Nomen*, inquit ille, *Dei Hebraico loquendi more ſignificat memoriam, formam, maieſtatem, excellentiam, & gloriam Dei, qua per læſum cultum, & religionem, maximè læditur, & deſpicitur*; præſertim ſi hoc fiat à ſacerdotibus, quorum ſumma debuit eſſe reuerentia, & [n] cura circa res diuinas, ne maieſtas Dei in nobis periclitetur, præſertim cùm vel malus ſpiritus reuerentiam Deo negare non poſſet, vt notauit Didymus ſuper illa verba Iob c. 1. *Tange omnia, quæ habet, ſi non in facie benedixerit tibi.* Qua de re videndus eſt Auguſt. *lib. de mendacio, cap.* 10. Cui ſuffragatur Philipp. Presbyter *in comment. ſuper Iob cap.* 1. & Chryſoſt. *homil.* 4. *de patient. tom.* 1. Sic igitur habet Didymus, *pro diris precationibus, & maledictis, benedicet, à diabolo poſitum eſt, in quo verbum ſpecioſum adhibuit, ne Deo cui ſummus debetur honor, irreuerentiam attribueret*: hinc apud veteres ſumma [o] ſemper religio fuit in ſacrificiis, ita vt neque acerbiſſimi caſus ſacrificantes perturbauerint, vnde meritò Liuius *lib.* 2. *ab vrbe condita.*

[m] *Locus difficilis.*

Auguſt.
Ianſenius.

Pagnin.
Eugub.

[n] *Reuerentia Deo debita.*

Didymus.
Iob 1.

Auguſt.
Philipp.
Chryſoſt.

[o] *Sacrificium religioſè præſtandum.*
Liuius.

commendat Puluillum Horatium, qui conſecrans ædem Ioui, ita contempſit nuncium demortui filij, vt mortuum inſepultum abiici mandaret, ne ab incæpto opere deſiſteret, & ne luctus religionis actum minùs decorum redderet. Similia de Xenophonte refert Valer. *lib.* 5. Cùm enim ſacrificium ſolemne perageret, & inter ſacrificandum è duobus filiis maiorem natu in prælio mortuum eſſe accepiſſet, non propterea à ſacrificio ceſſauit, ſed tantummodo coronam depoſuit & vbi cognouit eum ſtrenuè pugnando occubuiſſe, in capite eam repoſuit, tanta reuerentia erat etiam apud prophanos in rebus diuinis: multo tamen maior fuit ea, de qua *Geneſ.* 22. vt bene notauit Guillelm. Hamer. in comment. ſuper Geneſ. *Nam Puluillus demortuo filio à ſacrificio non abſtinuit, & Xenophon coronam depoſuit*: at Abrahamum diuino, & forti animo neque viuens filius, & in ſacrificio interimendus detinere potuit, quominus promptè, & ſumma cum reuerentia ſacrificaret: *ergo ſi tanta reuerentia in veteri ſacerdotio fuit, quanta deſideranda eſt in noſtro ſacrificio? in quo ipſe Chriſtus immolatur, & cui Angeli aſſiſtunt*, vt optimè notauit Elias Cretenſ. *orat.* 1. *pag.* 116. Id quod ille colligit ex Gregor. Nazianz. *in eadem orat.* Non quòd hac pietate, & reuerentia Deus iuuetur, vt notauit Philo Iudæus *in lib. cui titulum fecit*, Quòd deterior potiori inſidiari ſoleat. *Pietas*, inquit ille, *ad cuius curam pertinet Deum colere, nefas eſt, vt dicatur, aliquid conferre, in quo iuuetur Deus; nihil eſt enim, quod Deum adiuuet, rei nullius indiget*; ſed potiùs, vt notauit Cyprian. commentatus ea verba Matth. 6. *Sanctificetur nomen tuum, Vt gloria*, inquit, *maieſtáſque Dei in* [p] *nobis appareat.* Similia docet Chryſoſt. ibid. *Da*, inquit, *nobis eam viuere vitam, vt per nos nomen tuum glorificetur.* Cui ſuffragatur Ambroſ. *lib.* 1. *de Sacrament.* Conqueritur igitur Deus his verbis, maieſtatem, & reuerentiam ſuam contemptam eſſe à ſacerdotibus, quorum officium eſt eandem integram, & ſacratiſſimam ſeruare, quibus propterea tot præcepta erant in Leuitico, & maximè cap. 10. *Vinum & omne, quod inebriare poteſt, non bibetis, quoniam intrabitis in tabernaculum teſtimonij, vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum, & prophanum, inter pollutum, & immundum, doceatiſque filios Iſraël omnia legitima mea*: illi autem non ſolùm præceptum non ſeruabant, verùm ſocij erant eorum, qui gloriam, maieſtatem, & nomen Dei contemnebant, temere ſacrificantes.

Val. Max.

Hamerus.

Cretenſ.

Philo.

Matth. 6.
Cyprian.
[p] *Pietas non Deum, ſed nos iuuat.*
Chryſoſt.
Ambroſ.

Leuit. 10.

Text. Et dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuum?

SImilis eſt hæc oratio illi, quæ paulò ſuprà facta eſt, *& dixiſtis: In quo dilexiſti nos?* Eadémque figura in ea reperitur, quæ antipophora dicitur, id eſt, tacita obiectio contra dicta, ſimiléma que, ſeu potiùs maiorem impudentiam continet, cum eorum ingratitudinem notet, quorum propria erat gratitudo; nam ſacerdotes à gratiarum actione ſacrificia auſpicabantur, & maximè apud noſtros. Nam primis naſcentis Eccleſiæ temporibus ſacrificium Miſſæ à gratiarum actione inchoabant Chriſtum ſequentes, qui præmiſſa gratiarum actione ſolum conſecrauit in cæna, vt notauit Matthæus *cap.* 26. & Marc. 14. Vnde Diſcipuli Emaus cognouerunt 51.

Matth. 26.
Marc. 14.

Chriſtum

Chryſoſt. Christum in fractione panis, eo quòd in principio gratias egit. Vnde Chryſoſt. *homil.* 22. *in* 2. *ad Corinth.* & *hom.* 26. *in Matth.* Euchariſtiam [q] ſacram gratiarum actionem interpretatur; eſt enim hoc Sacramentum, quaſi quædam recordatio beneficiorum Dei. Id quod etiam notauit Tertull. *lib.* 1. *aduerſus Marcion.* imò & Paul. Burgenſ. 1. *Corinth.* 10. cum agit de inſtitutione huius diuini Sacramenti, ſanguinem Chriſti vocat calicem benedictionis, id eſt, calicem gratiarum actionis; eſt enim phraſis diuinæ Scripturæ, per benedictionem, gratitudinem, ſeu gratiarum actionem ſignificare. Cùm igitur ſacerdotum munus ſit, & à gratiarum actione, & in gratiarum actione, poſitum, iniquiſſima eſt in ſacerdotibus ingratitudo erga Deum; impudenter igitur dicitis ô ſacerdotes, qua in re contempſimus tuam gloriam, & maieſtatem?

[q] *Euchariſtia, id eſt, gratiarum actio.*
Tertull.
. Cor. 4.

Text. Offertis ſuper altare meum panem pollutum.

§. III.

Malè procurata ſacrificia potiùs impietas, & obliuio polluta, quàm cultus Dei ſunt.

52. VAriè interpretatur hic locus à Doctoribus ſacris, eúmque difficilem reddunt duæ particulæ; prima, *ſuper altare*; ſecunda, *panem pollutum*; & ab hac poſtrema particula incipiemus, ex ea enim pendet cognitio alterius. Hieronym. igitur exiſtimat, [r] panes propoſitionis eſſe eos, de quibus hic agit Malachias, ſequutus veterem Rabbinorum traditionem, de quibus panibus dicitur in Leuitico cap. 24. *Accipies quoque ſimilam, & coques ex ea duodecim panes:* de quibus agit etiam Ioſephus *lib.* 3. *antiq. cap.* 7. cùm deſcribit menſam ſuper quam proponebantur, quæ etiam elegantiſſimè deſcribitur *Exod.* 37. Vult igitur Hieronym. pollutum propterea panem dici à Propheta, *quia ſacerdotes eius ætatis veterem ritum in offerendo pane propoſitionis non ſeruabant; debuerant enim conficere panes propoſitionis ex tritico, quod ipſi fererent, ipſi demeterent, ipſi molerent, ipſi demque coquerent. Vos autem ſuper menſam* [ſ] *meam (hoc enim ſignificat altare) ponitis quoſcunque panes vulgares prophanis manibus confectos, atque ita pollutis, & temeratis Sacramenta, hoc eſt, religioſa ſigna, quibus Deus colitur.* Hæc Hieronym. cui ſuffragantur, & alij noniores. Quæ ſententia ex eo probabilis eſt, quoniam nonnunquam altare pro menſa accipitur, vt paulò infrà ipſe Malachias fecit; eſt enim maxima ſimilitudo inter menſam, & altare, vt patet Ezechiel. 41. *Altaris ligni trium cubitorum altitudo*, ſeſéque ſtatim exponit diuinum Oraculum, *hæc eſt menſa coram Domino:* & 1. *Corinth.* 10. menſa ponitur [t] pro altari, *Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe.* Igitur Hieronym. exiſtimat pollutam fuiſſe eam menſam, in qua panes propoſitionis proponebantur, non ſecundùm traditiones veterum. Qua de re hîc conqueritur Malachias.

Hieron.
[r] *Prima expoſitio de panibus propoſitionis,*
Leuit. 24.
Ioſephus.
Exod. 37.
[ſ] *quaſi ritè non conficerentur.*
Ezech. 41.
1. Cor. 10.
[t] *Menſa pro altari.*

53. Verùm Rabbi Dauid vult hoc in loco ſermonem eſſe de [u] ſacrificiis, non verò de panibus propoſitionis ſolùm, ita vt ſit ſenſus, Inter ſacrificandum vobis conſecratis nobiliſſimas victimas per ſummam auaritiam, tenues verò, languidas, claudas, debiles, & ſcabioſas mihi offertis, & ſacrificatis in meo altari. Quæ ſententia ex eo maximè placet, quia ipſe Malachias paulò inferiùs ſtatim ſe explicando addidit, *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? & ſi offeratis claudum, & languidum, nonne malum eſt?* Confirmatur hæc expoſitio ex Paraph. Chaldaica, quæ ad hunc locum habet: *Vos offertis ſuper altare meum ſacrificium abominabile:* Sic igitur habet Rabbi Dauid, *Panem pollutum*, id eſt, *victimam, ſeu ſacrificium, quod Hebraicè dicitur Corban, ab admonendo, admonetur enim altari hoſtia:* adducitque loca aliqua Scripturæ ſacræ ad oſtendendum interdùm victimas, & ſacrificia [x] panem vocari, Leuit. 21. *Incenſum enim Domini, & panes Dei ſui offerunt ſacerdotes*; Hebraicè ſic eſt vertendum, *quia incenſa, ſeu concremata panem Dei ſui offerunt*, vbi apertiſſimè loquitur de ſacrificiis, panémque ponit pro quacunque re oblata. Et Leuit. 3. *Adolebit ea ſacerdos ſuper altare in pabulum ignis, & oblationis Domini*; Hebraicè ſic habetur, *Adolebit ſacerdos in altari panem incenſi Domino.* Et Numer. 28. iuxta fontem Hebræum, *oblationem meam, panem meum, ad incenſa mea, odorem ſuauem meum obſeruabitis, vt offeratis mihi in tempore opportuno.* Quibus in locis colligitur, *Lechem*, non ſolùm ſignificare panem, ſeu cibum, ſed potiùs, ſacrificium. Neque nobis omnino placet, quod Pagnin. *in theſauro*, & Rabbi Dauid, aſſerunt, in omnibus locis citatis, *Lechem*, ſignificare *carnem*, potiùs, quàm *ſacrificium*; accommodatius enim eſt, & frequentius, *panem* ſignificare *ſacrificia:* ſunt enim ſacrificia veluti fercula quædam ſuauiſſima, [z] quibus Deus quodammodo nutritur, non quidem in ſe, ſed in nobis; tunc enim nos augemur & creſcimus, & nutrimur, cùm cæremoniis, ſacrificiis, & cultui Dei operam damus: qua formula loquendi vſus eſt Paul. ad Galat. 4. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* non ait, *donec formetur Chriſtus* in ſe, ſed, *in vobis*; qui enim in ſe perfectus eſt, in nobis per fidem formatur denuò, creſcit per charitatem, & augetur. Sic per infidelitatem, & peccata diminuitur in nobis, qui in ſe perfectus eſt.

Rab. Dauid.
[u] *Secunda ſententia locum intelligit de ſacrificiis.*
Par. Chald.
Rab. Dauid.
Leuit. 21.
[x] *Panis accipitur pro quacunque victima, quæ offertur.*
Leuit. 3.
Numer. 28.
Pagnin.
Rab. Dauid.
[z] *Sacrificiis tanquã ferculis Deus nutritur.*
Galat. 4.

Vt igitur iam colligamus aliquid, [a] accuſat diuinum Oraculum ſacerdotes ſacrificantes ſuper altare Domini victimas pollutas. Quæ ſen- 54.
tentia magis placet, tum quia accommodatior eſt textui ſacro; tum etiam quia nunquam altare in ſacra Scriptura ponitur pro menſa, quamuis menſa aliquando ponatur pro altari: ac proinde non videtur intelligendus locus de panibus propoſitionis, quamuis & ea ſententia non omnino diſpliceat, maximè quia eſt D. Hieronymi; ſecundam tamen ſententiam ſequuntur nouiores homines, Iſidor. Arias Mont. P. Ribeira. Non eſt autem ſequenda ea verſio, quam poſuit Vatablus, [b] qui vult propter ea fundamenta allata, aliter omnino vertendum eſſe hunc locum ex Hebræo, *qui offertis ſuper altare meum obliuionem pollutam*; debuit enim potiùs authenticam lectionem probare, & poſtmodum difficultatem ſoluere, non verò propter difficultatem, veritatem noſtræ editionis relinquere; niſi forte ſequatur hanc vltimam expoſitionem Rabbi Dauidis, atque ita loco victimarum claudarum, & debilium, ponat *obliuionem pollutam*, ad inculcandam

[a] *Reſolutio Authoris.*
Iſidor.
Arias Mont.
Ribeira.
Vatabl.
[b] *Reiicitur Vatabl.*

Digitized by Google

candam malitiam,& impietatem ſacerdotum,qui cum ratione officij,& pro peccatis, ea quæ optima ſunt,offerre debuiſſent, deterrima offerebant, quæ ſumma eſt,eademq; turpiſſima Dei obliuio.

Text. Et dicitis: In quo polluimus te?

55. EXplicat propheta id,quod aliquàtulum obſcurè paulò ſuprà dixerat, & nos latiùs annotauimus in eo verſu, *In quo deſpeximus nomen tuum?* Hic autem planè oſtendit nomen ſignificare gloriam,& maieſtatem Dei,quæ in ſacrificiis maximè læditur, ſi ritè non fiant:non eſt autem putandum nos poſſe polluere ipſam diuinam pulchritudinem in ſe,ſed quoniam malis, & immundis ſacrificiis,& hoſtiis,qui Deum colunt,bi quantum eſt in ſe,Deum polluere videntur, cum talibus ſacrificiis efficiant,vt alij prauam de Deo concipiant opinionem,vtpote,qui talibus ſacrificiis delectetur; vel quoniam cum populus negligenter, & ſine reuerentia Deum a ſacerdotibus coli videat, eundem paroi facit, & contemnit. Quare ſatis religioſè in ſacrificio Miſſæ, quod inter cætera diuinum eſt, à temporibus Apoſtolorum cæremoniæ introductæ ſunt, vt docet Iſidor. *lib.de officiis*, & Remigius *in lib.de officio Miſſæ*.& Auguſt.*tom 2.epiſt.ad Paulin.59.* quas poſtea ſancti Patres auxerunt, vt ſanctiſſimum hoc ſacrificium cum maxima reuerentia celebraretur. Et patet hoc ex D.Gregor.*lib. 7.epiſt.c.67.* & ex variis decretalibus, in quibus cæremoniæ denuo introducuntur. Iuſta igitur eſt querimonia Dei contra ſacerdotes, qui propter auaritiam Deum contemptibilem reddebant, nec de eius gloria curabant. Longè aliter Paul. vt commentatur Theophylact. Rom. 9. *Optabam anathema fieri pro fratribus meis,quia videbat ad gloriam & nomen Dei amplificandam pertinere, & vt bene homines ſentirent de fide promiſſionum, quæ factæ fuerant Iudæis, & credebant eaſdem eſſe præſtandas,libenter, inquit Paulus, præferam gloriam Dei gloriæ meæ propriæ. Renuntio meis omnibus bonis, inquit Paulus, etiam quæ ſita ſunt in Dei fruitione, vt gloria Dei apud omnes ſanctificetur.* Quem locum ſic interpretatur D. Hieronym. *quæſt. 9. ad Algaſiam.*& *quæſt.7.ad Edibiam,& Zachar.14.* Chryſoſt.*lib.3.de ſacerdotio*,& item *lib. 3. de prouidentia* & Nazianz.*in Apologetico*.

Iſidorus.
Remigius.
Auguſt.
Gregor.
Roman 9.
Theophyl.
Hieron.
Chryſoſt.
Nazianz.

Text. In eo,quod dicitis: Menſa Domini deſpecta eſt.

§. IV.

Extrema ſanè,& incurabilis malitia, cui ſacra obtenditur religio.

56. PEndet cognitio huius loci ex verſ.præcedenti,*offertis ſuper altare meum panem pollutum*, atque ita iuxta ea, quæ eo in loco diximus, talis erit huius loci ſenſus: In eo polluitis altare meum, in quo offeruntur ſacrificia, vel ſaltem menſam, in qua ponuntur panes propoſitionis, quia dicitis eam indignam eſſe omni reuerentia, illud enim ſonat nomen, *deſpecta*, namque participia paſſiua Hebræa vim habent nominis [c] in *bilis*, ſenſuſque eſt, menſa Domini deſpicabilis eſt,id eſt,indigna prorſus reuerentia, & cultu religioſo:hoc enim diſcrimen eſt inter nomina in *bilis*,& participia paſſiua,quale eſt, *deſpecta*, vt notauit Hieronym.*ad Philemon.* dicens, *dilectus appellari poteſt & is, qui dilectione indignus eſt, diligibilis autem is tantum dicitur, qui amore dignus eſt*,id quod expreſſit Poëta *Eglog.5.*

[c] *Participia Hebræa vim habent nominum in bilis.*

Hieron.

At tu ſume pedum, quod me cum ſæpe rogaret,
Non tulit Antigenes,& erat tunc dignus amari.

Virgilius.

Id eſt, erat amabilis. Sic etiam menſa Domini deſpecta eſſe potuit, verùm indignè, & iniuſtè: vos autem in eo polluitis menſam Domini, quòd dicitis, eam eſſe deſpicabilem, id eſt, indignam omni reuerentia; ſic interpretantur hoc participium recentiores omnes. Quo etiam ſenſu Dauid dixit, *Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus*, id eſt,contemptibilis,ſeu contemni dignus. Pſalm.118.

Si verò petas,quæ fuerit ratio, cur ſacerdotes, 57.
quibus ſumma fuerat religio ante euerſum templum à Chaldæis in tractandis rebus ſacris, poſt reditum de Babylonia [d] tam negligenter ſe geſſerint in eiſdem?D. Hieronym.aſſerit, eam fuiſſe rationem,quoniam reuerſi à Chaldæa, nec dum templo ædificato habitantes in caſulis, & in ruinis vrbis exiguum altare extruxerant, quod non eiuſdem gloriæ,& maieſtatis, ac priſtinum erat, *ideóque putabant deeſſe religionis ſanctimoniam, quia deerat ædificij gloria, & maieſtas.* Verùm fortaſſis, quo tempore Malachias ſuum oraculum promulgauit, iam templum conſtitutum erat,vt probabiliter diximus in præfatione: ſed prauam eam conſuetudinem retinuerunt Iudæi ædificato iam templo, quam antea habuerant in tuguriis ſacrificantes ſine reuerentia: vel quoniam,quamuis conſtructum eſſet templum, nondum tamen perfectum, & abſolutum erat, & in eo decore,& pulchritudine, qua fuerat ante excidium, ac proinde falsò putabant Iudæi, non tantam religionem Deo deberi;quaſi verò cultus Deo debitus à loci amplitudine pendeat, & non potiùs ab eius excellentia, à quo omnia pendent, & prætetea,vt monuit Arias Montan.quia in templo iam non erant reliquiæ, qualis erat arca Domini, neque inter ſacrificandum ea fortaſſis miracula fiebant,de quibus agit Ioſephus;micabant enim lapilli illi in rationali plus ſolito, quoties Deus ſe propitium fore populo pollicebatur. Quæ miracula,vt teſtatur Ioſephus, multò ante Chriſti aduentum ceſſarunt.

[d] *Vnde imminuta religio poſt reditum ab exilio Babylonico.*

Hieron.

Ioſephus.

Verùm Rabbi Dauid, cauſam irreuerentiæ di- 58.
cit eſſe ſingularem [e] auaritiam ſacerdotum,quam aliqua virtutis ſpecie celare conabantur, vt fit plerunque. Sicut enim hedera natura humilis, non niſi arboribus adhæreſcit, aliter enim humi ſerperet,ſic nonnunquam vitia quædam cùm per ſe conſiſtere nequeant, virtutibus adhæreſcunt, earúmque veſtes induunt, vt de mendacio dixit Athanaſ.1.*orat.contra Arianos*, & D. Hieronym. Hierem. 23. *Mendacium ſemper imitatur veritatem; niſi enim aliquam veritatis ſimilitudinem habuerit,decipere non poteſt.* Vnde pulchrè à ſanctis Patribus,huiuſmodi vitia, *ſimiæ virtutum* vocantur. Sic ſimiliter ſacerdotes templi auaritiam religione occultabant,talis enim ſolet eſſe auaritia, vt etiam res ſacras prophanare audeat. Vnde merito Tertullian. *in lib.de cibis Iudaicis*, explicãs locum Pauli 1.ad Timoth.*radix omnium malorum cupiditas*, de auaris locum intelligendum putat,quamuis aliter Auguſtin.*lib.1. de libero arbitrio cap.3.*& *lib.3.cap.17.*& *lib.14.de ciuit.c.15.* Verùm D.Thom.1. 2.*quæſt.84. art.2.* non putat ineptam

Rab. Dauid.
[e] *Auaritia veterum ſacerdotum.*
Athanaſ.
Hieron.
Tertull.
Auguſt.
D.Thom.

Philo. Chryſoſt. Hieron.

ineptam eſſe ſententiam Tertulliani, *namque ad executionem omnium vitiorum, radix eſt auaritia.* Idem docet Philo *lib. de Decalog. cap.* 132. exponens illud, *Non concupiſces*, & Hieronym. *ad Heliodorum*, Chryſoſtom. *hom. de malis à nobis auertendis. & hom.* 64. *in Matth.* 19. Hinc Epiphan. pulchrè auaritiam appellat *Deum* [f] *huius ſæculi.* Hæreſ. 66. Quæ fuit ratio, quoniam ſcilicet, auaritia etiam ſacra prophanare ſoleat, cur Poëta elegantiſſimè dixerit,

Epiphan. [f] *Auaritia Deus huius ſæculi.*

Virgilius.

—— Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

Horat. Cicero. Hieron.

Et Horat. *lib.* 3. *carmin.* auaritiam vocat *materiam omnis mali.* Videndus eſt Cicero hac de re in paradoxo, *quod ſolus ſapiens diues ſit.* Vnde Hieronym. *ad Euſtochium de cuſtodienda Virginitate*, in qua epiſtola multa dicit contra auaros, præcipuè notaſſe videtur hoc vitium alienum eſſe debere à ſacerdotibus. Id quod ille oſtendit in D. Petro Actor. 3. *Petrus Apoſtolus inquit ad mendicum claudum ſedentem prope portam templi. Argentum, & aurum non habeo, quod autem habeo tibi do, ſurge, & ambula. At nunc multi licèt ſermone taceant, operibus loquuntur, fidem, & miſericordiam non habeo, quod autem habeo argentum, & aurum, hoc tibi non do.* & paulò pòſt narrat Hieronym. factum cuiuſdam monachi, *quidam ex fratribus*, inquit ille, *parcior magis, quàm auarior, & neſciens triginta argenteis venditum fuiſſe Dominum, centum ſolidos quos lina texendo acquiſierat, moriens dereliquit. Initum eſt inter Monachos conſilium, quid facto opus eſſet; alij pauperibus diſtribuendos eſſe dicebant, alij dandos Eccleſiæ, nonnulli parentibus remittendos. Verùm Macharius, & Pam, atque Iſidorus, & cæteri, quos patres vocant, ſancto in eis loquente Spiritu, decreuerunt, ſepeliendos eſſe cum eodem, dicentes, Pecunia tua tecum ſit in perditionem.* Quod quidem factum eſt vel propter ſolam ſpeciem auaritiæ in homine religioſo. Quali igitur pœna punientur ij, qui per ſummam auaritiam optimas quaſque victimas ſibi coacervabant, debiles verò, & claudas Deo immolabant? Hoc igitur prætextu mali ſacerdotes, & auari ſuam auaritiam occultabant, aſſerentes Dei menſam nullis noſtris rebus indigere; id quod hac ratione concludebant: Si Deus nobiliſſimas victimas ſibi ſacrificari vellet, proculdubio, non viliſſimas, & abiectiſſimas victimarum partes ſibi depoſceret ad ſuam menſam, quales ſunt, adeps, & ſanguis, quæ nulli ferè hominum vſui ſunt ad eſum ſuum: ergo ſolùm voluit abiectas partes ſibi offerri, cætera conſeruari in ſacerdotum vſus, ac proinde parum referre, ſi tenues, & debiles victimæ in altari mactentur, & ſic religione [h] auaritiam occultabant, ſicut malus diſcipulus ſub miſericordiæ ſpecie importunam cupiditatem. Qua de re videndus eſt Auguſt. *lib.* 7. *quæſt. ſuper lib. iudic. cap.* 49. & *lib.* 10. *de ciuit. cap.* 1. & *cap.* 20. vbi quærit, *Cur Deus mactatione victimarum delectaretur?* Duaſque reddit rationes; altera eſt, *quia cum Iudæi in Ægypto aſſueti fuiſſent huiuſmodi ſacrificiis, voluit Deus eodem religionis modo coli mutato tamen fine, ita quod id, quod Idolis offerebatur apud Ægyptios, in Iudæa offerretur, ne propter conſuetudinem in idololatriam prolaberentur: vel quia oportuit veri ſacrificij varia eſſe ſigna ad varios eius effectus, virtutes, & prærogatiuas oſtendendas.* Verùm nos vlterius aliquid quærimus, cur de victimis, ſanguis, [i] & adeps Deo offerrentur? Rabbi Dauid huius rei eleganter

[e] *Quàm reprehenſibilis in ſacerdotibus euangelicis.*

[h] *Auaritia religione obtenditur.*

Auguſt.

[i] *Cur Deus ſanguine & adipe magis gauderet in victimis?*

Rab. Dauid.

rationem reddit, *propterea, ſcilicet, Deum ſanguinem, & adipem animalia ſibi offerri voluiſſe, quia oportet veros Dei cultores, belluinas, & rebellantes cupiditates ſacrificare in Dei honorem, idque quamprimùm*, quod optimè dicit Hieronym. in eo verſiculo, *Beatus qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram:* Vult enim eo in loco per allegoriam ſignificari pullulantes appetitiones, & inordinatos animi motus ſtatim frangendos eſſe ad petram, quæ Chriſtus eſt. Vnde Chryſoſt. notauit *hom.* 5. *ad populum* diuino beneficio factum eſſe, *vt quemadmodum vermis ex ligno naſcitur, qui lignum ipſum perdat, & abſumat, ab ipſo originem habens; ſic & triſtitia, quæ eſt verum peccatorum ſacrificium, & mortis memoria, quæ efficax remedium eſt ad peccata fuganda, de peccato* [l] *orta ſunt, & peccatum euertere ſoleat.* Vnde Ariſtot. 7. *Ethic.* dicit, *intemperantem in eo diſtare ab incontinente, quòd intemperans non pœniteat, incontinens maximè; propterea hic morbus curabilis eſt, ille nullo modo.* & propterea eleganter Chryſoſtom. *hom.* 7. & 5. *ad popul.* probat: *propter hoc triſtitia facta eſt, non vt in morte, & in alia re tali doleamus, ſed vt ipſa ad delenda peccata vtamur; remedia enim medicinalia, propter illos tantùm morbos facta ſunt, quos curare poſſunt, & non propter illos, quos curare non poſſunt.* Vnde optimè Nazianz. *orat.* 11. *pag.* 416. morientis ſororis ſuæ lachrymas *mutas* vocat, nec habentes *pondera vocis*; illæ enim tantùm viuæ [m] dicuntur, quibus peccatum deploratur, quo ſanctiſſima fœmina carebat. Et hæc fuiſſe videtur ratio, cur natura, non vnum, ſed duos veluti aquæ ductus nobis dederit; duos dico oculos, quibus non dolor, vt Plinius volebat, ſed potiùs peccata in lachrymas diſtillata, foras prodirent quàm primùm, fieretque de eis ſacrificium Deo gratiſſimum; nihil enim quidquam pulchrius Chriſtus Dominus ſol iuſtitiæ in pectore Petri peccatoris generare potuit ad eum conuerſus, quàm pretioſas gemmulas, lachrymas dico, quibus peccatum abluitur. Conuenienter igitur Rabbi Dauid, propterea ſanguinem, & adipem in ſacrificiis Deo offerri dicit, quia oportuit belluinas appetitiones, id eſt, peccata in Dei honorem ſacrificari, Deuſque ad ſacrificium, remedium addidit, non foris quærendum, [n] ſed in ipſo peccatore, qualis eſt triſtitia, lachrymæ, & gemitus, vt quàm primùm fieret eorum oblatio, & ſacrificium.

Hieron. Pſalm. 136.

Chryſoſt.

[l] *In radice mali eiuſdem medicina.*

Ariſtot.

Chryſoſt.

Nazianz.

[m] *Lachrymæ viua peccatū delent.*

Plinius.

[n] *Remedium peccati in quo?*

Text. Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt?

§. V.

Quo minoris pretij ſacrificium, eo religioſiùs procurandum?

59. NOn erit abs re, ſi dicamus aliqua de particula, *ſi*, quæ hoc loco ponitur à Malachia, cum eius varius [o] ſit vſus in ſacra Scriptura, & præſertim pertinet ad explicationem huius loci, qui propter huius vocis ambiguitates, ambiguus quoque eſt. Interdum enim hæc particula, interrogantis eſt, vt patet ex illo Matth. 12. *ſi licet ſabbatho curare?* id eſt, licet ne ſabbatho curare? & Luc. 22. *Domine ſi percutimus gladio?* id eſt, percutiemus ne gladio? & Actor. 1. *Domine, ſi in tempore hoc reſtitues regnum Iſrael?* id eſt, reſtitues ne re-

[o] *Particula, ſi, varias habet ſignificationes.*

Matth. 12.

Luc. 22.

Actor. 1.

gnum Iſrael? Qua forte ratione noſter vulgatus
hoc in loco notulam interrogandi poſuit, quæ in
Hebræo non reperitur, niſi forte contenta in hac
Hebraicè. particula, *ſi*, cum ſic habet, *ſi offeratis cæcum ad
immolandum, non ne malum eſt?* cum in Hebræo
ſic potiùs habeatur, *ſi offeratis cæcum ad immolan-
dum, non eſt malum*; quaſi ſit ſenſus. Secundùm
veſtram ſententiam, qui exiſtimatis contempti-
bile eſſe altare Dei, ac proinde quibuſcunque vi-
ctimis in eo ſacrificandum eſſe, hoc malum non
erit.

60. Verùm accommodatiorem aliam ſignificatio-
nem ſaltem ad hunc locum habet hæc particula;
ſignificat enim aduerbium temporis *cùm*, ſeu,
Iſai.4. *quando*, vt patet Iſaiæ 4. *Si abluerit Dominus
ſordes filiorum Sionis*, id eſt, quando lauerit: &
Ioann. 12. Ioan. 12. *Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia
traham ad me ipſum*, id eſt, cùm exaltatus fuero.
Sic ſimiliter hoc in loco aduerbium temporis ſi-
gnificat; vult enim Deus his verbis notare tem-
[p] *In quo polluebant altare veteres ſacerdotes.* pus, quo Iudæi eius altare [p] polluebant, & reli-
gionem; illud autem dixit eſſe quando claudas,
& cæcas victimas offerebant. Concludere autem
videtur hæc ratio duplici via, vt bene notauit
Arias Mont. Arias Montan. & colligitur ex verſiculo ſequenti,
Hieron. & partim eſt ratiocinatio facta à D. Hieronymo,
quæ talis eſt. In oblationibus, quæ offeruntur,
nemo deteriora offerre ſolet; quæ prima ratio
eſt, cur vos ô Iudæi, victimas languidas, cæcas,
& claudas, denique deterrimas non debeatis mi-
hi ſacrificare, præſertim (quæ eſt altera pars
huius diſcurſus) cùm de bonitate victimarum
Leuit. 22. lata ſit vobis lex Leuit. 22. *Si cæcum fuerit*, ſci-
licet animal, *ſi fractum, ſi cicatricem habens, ſi
papulas, aut ſcabiem, aut impetiginem, non offere-
tis ea Domino; Vos autem*, inquit Hieron. *è Ba-
Hieron. bylonica ſeruitute in patriam reſtituti, Sacerdotes,
& Leuitæ illicitas Deo victimas offertis, quod nec
ratio ita fieri dictat, neque lex patitur: licet enim
non noſtras omnes diuitias Deus ad ſui religionem
[q] *Victima nõ pretioſa, at ſelectiſſima.* poſtulet, ſed quaſdam, eaſdémque modicas, non
decet tamen eaſdem in ſuo ſaltem genere, [q] ſelectas,
puráſque non eſſe.*

61. Facto igitur probauit Oraculum diuinum, ſa-
cerdotes Dei religionem polluere ſacrificantes
contra offerentium rectam conſuetudinem, &
contra legem de ſacrificiis in Leuitico latam, ea,
quæ deteriora ſunt, amplificátque ſceleris ma-
gnitudinem in verbo, *ad immolandum*, quaſi di-
cat, Si quis munus offerat ex deterrimis, is con-
tra vrbanitatem; verùm in ſacrificio offerre Deo
authori, & parenti ea, quæ deteriora ſunt, quis
non videat ſummam eſſe iniquitatem? Longè
meliùs Abel, qui pinguiora de gregibus offere-
Ioſeph. bat Deo, de quo optimè notauit Ioſephus *lib. 1.
antiquit.* (vt per tranſitionem hoc dicamus:) quo
[r] *Sacrificium Abel cur Deo placuit.* in loco rationem quærit, cur [r] munera, quæ à
Caim oblata fuerant de terra, id eſt, de frugibus,
non fuerint accepta, quæ verò de pecoribus, gra-
tiſſima fuerint Deo: *Ratio*, inquit, *eſt, quia Deus
maximè gaudet ſpontaneis, & à natura ipſa ortis,
potiùs quàm iis, quæ auari hominis ingenio, cum vio-
lentia quadam producta ſunt.* Cui ſententiæ ſuf-
Suidas. fragatur Suidas author Græcus, cum ſic habet.
*Abel primogenita ſacrificans Deo, Dei amatorem
ſe magis oſtendit eſſe, quàm ſui; vnde & propter
hanc bonam voluntatem laudatus eſt, Caim verè
impiè ſibi prima germina reſeruans, Deo verè ſe-
cunda offerens, meritò abiectus eſt.*

Text. Offer illud Duci tuo, ſi pla-
cuerit ei?

ARgumento à minori ad maius, confirmat 62.
diuinum Oraculum id, quod antea dixerat.
Eſt igitur talis argumentatio, Offer munus cæ-
cum, claudum, & ſcabioſum Duci, ſeu Regi, vel
Principi tuo ſi placuerit ei, Id eſt, certè placere
non poterit ei tale munus, imò ſingularem in-
iuriam ſibi factam putabit, cùm talia non niſi
vulgaribus hominibus, iiſque pauperrimis elar-
giatur. Sunt autem notandæ in hoc verſiculo
duæ [s] phraſes Hebraicæ, quæ frequentiſſimæ ſunt [s] *Duæ phraſes Hebraæ.*
in ſacra Scriptura. Altera eſt, particulam, *ſi*, in-
terdum habere vim negationis, vt patet in
Pſal. 94. *Quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt* Pſal. 94.
in requiem meam; id eſt, non intrabunt in
terram promiſſam. Sic ſimiliter in Pſalm. 98. Pſal. 98.
Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar, id
eſt, non mentiar; eſt enim ea forma iurandi Ec-
clyptica, id eſt, defectiua, vt notauit Chryſoſt. Chryſoſt.
& nouiſſimè Genebrard. *Pſal. 94. & 88.* Senſúſ- Genebr.
que huius iuramenti talis eſt; Habeat mendax,
vel, Non ſim Deus, ſi hoc fecero. Sic ſimiliter
hoc in loco vim habet negandi particula, *ſi*;
cum Malachias dicit, *ſi placuerit ei*, Id eſt, nullo
modo placebit. Clariùs exprimit vim huius
phraſis Hebraicus textus, qui ſic habet, *nunquid* Hebraicè.
placebit ei? Cui ſuffragatur Paraphraſis Chal-
daica totidem verbis: *ergo ſi Dux, vel quilibet
alius Dominus, talia non accipiet, cur Deo optimo
maximo, cui tanquam omnium noſtrum parenti, &
authori, optima quæque potiùs debentur, eadem of-
fers, quæ tuus Princeps non accipiet.*

Text. Aut ſi ſuſceperit faciem tuam?

IN his verbis continetur altera [t] phraſis fre- 63.
quentiſſima in Scriptura; eſt autem in illis fi- [t] *Altera phraſis Scripturæ.*
gura quædam, quæ dicitur *Epizeuxis*, qua fit an-
te dictorum expoſitio, vel declaratio, quale eſt
illud apud Poëtam, *Tolle fuga Turnum.* Quam Virgil.
ſententiam mox declarat per eandem figuram,
cùm dixit, *Atque inſtantibus eripe fatis.* Eſt au-
tem ſuſcipere faciem alicuius, Hebraico loquen-
di modo, idem quod aliquem honorare, atque
ita in his verbis, *aut ſi ſuſceperit faciem tuam*, eſt
declaratio prioris ſententiæ, præceſſerat enim,
non placebit ei tuum munus: ſequitur ſtatim ex-
poſitio, non hilari facie te excipiet, non te ho-
norabit, quo pacto hanc phraſim exprimit Pa-
raphraſis Chaldaica.

Text. Et nunc deprecamini vultum
Dei.

§. VI.

*Sacerdotibus Dei cultum negligentibus
quid aliud, quàm irriſio Omnipotentis
reſpondebit?*

EST hic locus aliquantulum [u] obſcurus, tum
inter ſacros expoſitores, tum inter Rabbinos, 64. [u] *Loci obſcuritas.*
& præſertim ſi legamus cum L X X. vt teſtatur
Hieron. (eorum enim lectio & difficilem reddit LXX. Interp.
hunc locum, & diuerſum à noſtra vulgata efficit
ſenſum)

ſenſum) talia eſt enim expoſitio, *Conuertimini ad pænitentiam, & orate pro operibus manuum veſtrarum*, Id eſt, pro veſtris ſceleribus, vt ſit in his verbis totius orationis concluſio, qua diuinum Oraculum ſacerdotes ad pænitentiam prouocat. Verùm hanc expoſitionem reiicit Hieron. quia non videtur ſtare cum ſequentis natura, quæ pars eſt huius verſiculi talis, *ſi ſuſcipiam ex vobis facies veſtras*, id eſt, non vos honorabo, neque veſtras orationes exaudiam: non videtur enim accommodatè Malachias ad pænitentiam prouocare, quam denegandam vaticinatur, quare Hieronym. ſine aliqua figura locum interpretatur, cui ſuffragatur Rabbi Dauid, & Rabbi Abraham. Senſus autem talis eſt: [x] *Quia obtuliſtis cæcas, & clandas victimas, ô ſacerdotes, agite pænitentiam, ſi quomodo miſereatur veſtri Deus*, id eſt, fortaſſis veſtri miſerebitur Deus. Clariùs Rabbi Dauid, *ſi conuerſi fueritis ad Deum, & ex corde eundem deprecati fueritis, adhuc miſerebitur veſtri, & vobis benefaciet*: ita Lyra, & Dionyſ. atque alij.

Hieron.
Hieron.
Rab. Dauid.
Rab. Abrah.
[x] *Prima expoſitio prouocat ad pænitentiam.*
Rab. Dauid.
Lyra.
Dionyſ.

65. Verùm quanuis hic ſenſus aptiſſimus ſit, poteſt alius elegantiſſimus eſſe,[z] vt ſit alluſio in his verbis ad officium ſacerdotis habens pulcherrimam Ironiam permixtam. Quam expoſitionem poſuit Rabbi Sel. & recentiores expoſitores huius loci. Eſt igitur officium ſacerdotis medium eſſe inter Deum, & homines; id quod eleganti ſimilitudine explicat Areopag. in lib. de cæleſti Hierarch. cap. 13. *Vt Sole fulgente, & radiante primæ ſubſtantiæ, id eſt, tenuiores, & ſimpliciores, quales ſunt Orbes cæleſtes, aër, & ignis influente luce replentur, & ſic lucem in ſubſtantias alias transfundunt; ita dimnis in rebus fieri oportet, vt Pontifices, & ſacerdotes, quia ſunt Deo ſimiliores, & coniunctiores ſacram doctrinam veluti lucem, ipſi primùm recipiant, eámque alijs tradant, & eos illuminent.* Quæ fuit ratio, cur Ieremias dixerit, vt commentatur Elias Cretenſ. in orat. 1. apolog. Gregorij Nazianz. pag. 11. *Quis dabit capiti meo fontem lachrymarum?* Quem locum ille intelligit de Pontificibus, & ſacerdotibus, quaſi ſit ſenſus: Lachrymas video accommodatas eſſe ad quæcunque ſceleta abluenda; verùm cum ſacerdotes [a] capita ſint populorum, & per eos à cælo in nos omnia bona deriuentur, non quaſcunque lachrymas vellem, ſed fontem perpetuò ſcaturientem; neque enim minori lachrymarum vi eorum crimina poſſunt lauari; eos autem puros, candidos, & integros vellem, congruenter enim ſacerdotes ex hominibus aſſumpti ſunt, vt notauit D. Thom. ad Hebr. 5. *Vt homines haberent ad quem recurrerent in terris viſibilem, ſcilicet Deum.* Clariſſimè id dixit Paul. in eod. cap. *Omnis nanque Pontifex ex hominibus aſſumptus, vt offerat dona, & ſacrificia pro peccatis.* Videndus eſt Auguſt hac de re *lib. 1. de doctrina Chriſt. ſtatim in prolog.* vbi conſtituit, propterea ſacerdotes à Chriſto Domino fuiſſe electos, *vt viſibilem quaſi Deum in terris haberemus.* Eos autem oportet virtute cæteros excellere, vt pulchrè notauit Nazianz. cùm ſic habet: *Alij verò ad Eccleſiæ perfectionem paſtores, ac magiſtri ſint, qui virtute, coniunctione, familiaritate ad Deum, vulgo ſublimiores ſint ratione animæ ad corpus*, id eſt, quanto ſublimior eſt anima corpore; ſi enim tales ſacerdotes non fuerint, nec diuinas illuſtrationes participabunt, neque eaſdem nobis communicabunt.

[z] *Secunda expoſitio de munere ſacerdotali.*
Rab. Sel.
Areopag.
Cretenſis.
[a] *Sacerdos fons lachrymarum in populos.*
D. Thom. Hebr. 5.
Auguſt.
Nazianz.

Gabr. à Coſta in Malachiam Prophetam.

66. Si verò quis obiiciat cum Petiliano, quem refert Auguſt. *lib. 2. contra literam Petiliani, cap.* 105. ea verba, quæ habentur 1. Reg. cap. 2. *Si peccauerit populus, orabit pro eo ſacerdos; ſi autem peccauerit ſacerdos, quis orabit pro eo?* Quam ſententiam innuit etiam apertè Malach. hoc in loco, maximè ſi per Ironiam intelligatur: videtur enim velle preces mali ſacerdotis, inutiles, & ſine fructu eſſe. Sic enim habet: *& nunc deprecamini vultum Dei, & miſerebitur veſtri?* poſtquam ſcilicet ſceleſti eſtis, & exemplum totius impietatis, cur Deus vos exaudiet? Verùm D. Auguſt. [c] in loco ſuprà citato, vult in illis verbis 1. *Reg.* 2. factam eſſe præparationem ad ſummum ſacerdotem Chriſtum Dominum, qui pro omnibus orauit, & pro quo nullus orare poteſt: qualis figuratur *Leuit.* 16. Quod verò attinet ad locum Malachiæ, notandum eſt, ſacerdotis ſacrificia duplicem fructum habere; alterum ex opere operato, qui non dependet à bonitate miniſtri, ſed ſemper producitur, niſi recipiens obicem opponat: alius verò eſt, ex opere operantis, qui pendet à bonitate miniſtri: ad priorem partem pertinent orationes ab Eccleſia inſtitutæ, quæ ex quadam congruitate merentur diuina auxilia, quibus non fraudamur ob malitiam miniſtri, cum Eccleſia vniuerſa eas offerat, quod notauit D. Thom. *3. part. quæſt.* 82. *art.* 6. & *ibid.* Caiet. Quæ ſententia ex eo patet, quia efficacia principalis agentis non tollitur à malitia miniſtri, vt patet in eleemoſyna, quam iniquus ſeruus iuſſus à domino pauperi diſtribuit: hæc de orationibus nouæ legis.

Auguſt.
[b] *Obiectio.*
1. Reg. 2.
Auguſt.
[c] *Solutio.*
D. Thom.
Caietan.

67. Verùm cùm in lege veteri [d] mortua animantia offerrentur, quæ per ſe Deo placere non poterant, ſacerdotes ſacrificantes contra leges de ſacrificiis, & ſine charitate, Deo placere non poterant; hæc eſt igitur vis alluſionis, Oportet ſacerdotes ſine crimine eſſe, vt pro nobis interpellent apud Deum; tunc ſequitur Ironia, *Eſt autem Ironia*, vt docet Quintilian. *diſſimulatio, ſiue irriſio, cùm, ſcilicet, pronunciatione ipſa, nos diuerſa oſtendimus ſignificari ab eo, quod verba ſonant*, vt patet in illo Æneid. *I, ſequere Italiam ventis*, nihil enim minus voluit ſignificare regina Dido, quàm diſceſſum Æneæ in Italiam. Sic ſimiliter in eod. lib.

Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis
Tùque puérque tuus, magnum & memorabile nomen.

Quam orationem, niſi pronunciatio adiuuet, fateri videbitur quod negare contendit. Extant huius rei pleraque exempla in ſacra Scriptura, & in primis 3. Reg. 18. *Clamate voce maiori, Deus eſt enim Baal*: & Eccleſiaſt. 11. *Lætare iuuenis in adoleſcentia tua*; ſenſus enim eſt contrarius, imò in iuuentute laborandum eſt, cùm vires ſuppetunt. Celebris eſt etiam ea Ironia, quæ habetur *Geneſ.* 3. cum per alluſionem Deus dixit, *Ecce Adam factus eſt, quaſi vnus ex nobis*; nihil enim minus ſignificare voluit diuinum Oraculum.

[d] *Tertia expoſitio irridens preces ſacerdotum.*
Quintil.
Virgil.
3. Reg. 18.
Eccleſ. 11.
Gen. 3.

68. Talis prorſus eſt figura in his verbis. Cùm enim ad ſacerdotes pertineat pro populo orare apud Deum, irriſio manifeſta eſt, cum Propheta dicit, *& nunc deprecamini vultum Dei, vt miſereatur veſtri*: quorum verborum talis eſt ſenſus, [e] Cùm tales ſitis, vt qui Deum non modò ad pietatem, & miſericordiam non prouocetis, ſed potiùs eum irritetis, polluta ſacrificia offerentes, *deprecamini vultum Dei, vt miſereatur veſtri*,

[e] *Senſus germanior litera.*

Rab. Sel.

quaſi dicat, minimè miſerebitur: ita hunc locum interpretatur Rabbi Sel. quem ſequuntur omnes ferè recentiores. Congruenter addit propheta, *de manu veſtra factum eſt hoc*, id eſt, *vos tendes à culpa diſto*, rationem reddens huius rei, id eſt, ratio, quare veſtra ſacrificia, & orationes non ſuſcipiantur à Deo, ea eſt, quia offertis Deo victimas claudas, & cæcas, quales nemo Principi ſuo offerre audebit. Ita D. Hieronym. Et hæc eſt ratio cur Deus vos non honorabit, hoc enim ſignificat, *ſuſcipere faciem*, vt paulò antè diximus.

Text. Quis eſt in vobis, qui claudat oſtia, & incendat altare meum gratuitò?

§. VII.

Proh dolor! non ſat eſt ſacerdoti in quolibet opere taxata merces, niſi oblationes ipſas ſanctas, vt filij Heli decimauerit.

69. [f] *Difficultas loci ex lectione vulgata.*

Hic etiam locus ſuam habet [f] difficultatem propter lectionem Hieronymi, qui hoc in loco videtur omiſiſſe particulam, *Non*, quæ ſenſum reddit faciliorem. Quam lectionem ſequuntur multi, & inuenitur in correctioribus Bibliis. Etenim [g] ſenſus talis eſt, *Quis etiam in vobis, & claudat oſtia, & non incendatis altare meum fruſtra*: quaſi dicat, Tantum abeſt, vt veſtra ſacrificia mihi placeant, vt ex vobis omnibus, ille mihi gratior ſit, qui portas templi clauſerit, ne huiuſmodi ſacrificia offeratis, & ita prorſus eſt in Hebræo. Cui lectioni, & expoſitioni ſuffragatur Par. Chald. ad hunc locum; quæ ſic habet: *Quis etiam hic in vobis eſt, vt claudat oſtia domus ſanctuarij mei, vt non offeratis ſuper altare meum ſacrificium abominabile?* Similis eſt lectio LXX. interpr. Probatur inſuper hæc expoſitio, quia optimè conuenit cum verſiculo ſequenti, *non eſt mihi voluntas in vobis*. Notandum tamen ſemper eſt, particulam illam (*gratuitò*) ſi locus negatiuè legatur, transferendam eſſe per *fruſtrà*, ſeu *in vanum*, quod Luſitanè dicitur, *de balde*; cuius ſimilis eſt locus Iſaiæ 1. *Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra, incenſum abominatio eſt mihi*: & Prouerb. 1. *abſcondamus tendicula contra inſontem fruſtra*: & paulò pòſt, *fruſtra iacitur rete ante occulos pennatorum*.

[g] *Prior ſenſus iuxta alias lectiones elegantiſſimus.*
Hebraicè.
Chald. Par.
Iſai. 1.
Prou. 1.

70. Hieron. [h] *Sed ex Hebræo fonte comprobatur Hieron. verſio, & ſenſus.* Exod. 21. Rab. David. Pagninus.

Verùm D. Hieronym. ſequutus fortaſſe vim Hebraici verbi, quod deducitur à verbo (*Chanan*) & ſignificat gratificare, putauit hoc aduerbium, ſignificare, *gratuitò*, ſeu, *gratis*; vt patet ex illis verbis Exod. 21. *Egredietur gratis abſque pecunia*, vbi ponitur idem aduerbium, & tamen ſic Latinè exprimetur, vt bene notauit Rab. David *eo in loco, & in lib. radic.* Obſeruat etiam diligenter Pagnin. *in theſauro*, quo in loco, nunquam transfert hoc aduerbium in *fruſtra*. Hæc igitur fortaſſis fuit ratio, quare D. Hieronym. negationem abſtulerit; tunc talis erit ſenſus. Cùm decimas accipiatis omnes miniſtri templi à ſummo Pontifice vſque ad eum, qui ignem ſupponit ad cremanda holocauſta, neque enim quiſque veſtrum ſine mercede ſuum obſequium præſtat, cur negligenter, & auarè cultum meum miniſtratis? ferendum enim id aliquo modo fuiſſet, ſi ſine præmio fieret; verùm cum decimas vobis dederim, qua ratione tegere poteritis veſtram auaritiam & irreuerentiam peiora ſacrificantes? ita Hieronym. Cyrill. & Haimod. qui ſenſus pleniſſimus eſt, & ſine figura, quamuis prior valde probabilis ſit, & maximè conformis cum fonte Hebræo, præſertim cum in aliquibus exemplaribus correctis Latinis inueniatur particula, *non*, ſicut eſt in Hebræo, & Chaldaico textu.

Hieron. Cyrill. Aymon.

71. Obiter tamen hîc notandum eſt ex doctrina D. Hieronymi ad hunc locum, æquum eſſe, vt is, qui rebus Eccleſiæ ſeruit, decimis [i] à populo alatur. Nec enim Hieronym. voluit reprehendere ſacerdotes, quoniam mercede, & ſtipendio res ſacras faciebant, ſed auaritiam eorum accuſat, qui præter decimas, optimas victimas ſibi reſeruarent, non contenti ſtipendio à Deo ſibi conſtituto. Quod enim non ſit ſimoniacum decimis ali, apertè docet Paulus 1. *Theſſal.* 2. & 2. *Theſſal.* 3. & 1. *Timoth.* 5. *Qui bene præſunt preſbyteri, duplici honore digni ſunt*, id eſt, grandi ſtipendio digni ſunt, quo indigni omnino erant auari ſacerdotes temporibus Malachiæ.

[i] *Sacerdotes ali debent à populo.*

TRACTATVS VI.

De commutatione veteris ſacrificij in nouum Altaris Sacramentum.

Text. Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra: ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.

§. I.

O ſumma Dei bonitas, qui vetera ſcelera grandioribus caſtigat beneficiis!

Extremum malorum [a] eſt à Dei excidiſſe volũtate, inde enim cum omnia pendeant, 72.
vt latiùs diximus in principio huius capitis, neque noſtra Deo grata eſſe poſſint, cum bona non ſint, nec verò Deus noua dabit, propterea quàm congruenter addidit vates, *& munus non ſuſcipiam de manu veſtra*, quaſi ſit ſenſus; Non placetis mihi, ac proinde neque veſtra ſacrificia, abiiciam ea, & eorum loco nouum ſacrificium ſubſtituam mihi gratiſſimum: talia enim ſolent eſſe ſupplicia Dei, vt dum grauiora mala comminatur, maioribus nos cumulet beneficiis; minatur enim diuinum oraculum; quaſi extremum malorum mutandum eſſe ſacerdotium, nec acceptanda fore ſacrificia Iudæorum; tunc addit: verùm loco

[a] *Extremum infortunium.*

loco veſtrorum ſacrificiorum, in quibus offerebatis boues, & hircos mortuos, diuinum ſacrificium ſubſiſtam, [b] in quo ipſum verbum in carne immolabitur, non ſolùm in Iudæa, ſed etiam in vniuerſo orbe. Neque verò ſine cauſa tanta rerum mutatio facta eſt, vt pulchrè notauit Philo Iudæus *in lib. de victimis*, cum aſſerit, propterea legiſlatorem tam accuratè petere ſibi offerri victimas ſine macula, vt offerentium mores notaret. Quare cùm Iudæorum mores corrupti eſſent, vt ipſi maculatis victimis ſignificabant, Deo grati eſſe non potuerunt, neque eorum munera; *impoſſibile eſt enim eorum ſacrificia grata eſſe, qui placere Deo non poſſunt.* Id quod etiam dicit Plato in Alcibiade ſecundo, ſeu in lib. de oratione. *Indignum eſſet*, inquit, *ſi ad ſacrificia, & munera noſtra reſpicerent Dij, & non ad animam; nam ſi quis ſanctus, & iuſtus ſit, hoc multo magis reſpiciunt arbitror, quàm ad ſumptuoſas has pompas, ac ſacrificia, quæ nihil prohibet eos, qui multum & in Deos, & in homines peccarunt, tum priuatos homines, tum reſpublicas ſingulis annis perficere.* Multa docet in hanc eandem ſententiam pulchrè Marſ. Ficin. *in prolog. eiuſd. lib. Platonis*: hinc eleganter dixit Cyril. Alexand. lib. 2. contra Iulian. *Coniunctos, & Deo aſſimilatos ſanctam victimam offerentes oportet; vult enim Deus à nobis coli, & per ſanctam conuerſationem dum mens ipſi aſſimilatur, & in animabus noſtris pulchritudo eius inſcribitur.* Igitur propter ſceleratos mores Iudæorum, & præſertim propter læſam religionem meruerunt audire, *Non eſt mihi voluntas in vobis, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra.*

[b] *Promittitur ſacrificium Euãgelicum.*
Philo.
Plato.
Marſ. Ficin.
Cyril. Alex.

Text. Ab ortu enim ſolis vſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus.

§. II.

Deum creaturæ fulgurant, dies diei enuntiat, ſydera laudant vniuerſa, quem Iudæorum infidelitas malignè colit.

73. ANtequam ad verum, & germanum ſenſum huius loci accedamus, reiiciemus ingenioſum cuiuſdam[c] recentioris ſenſum, minùs tamen verum, in quo explicãdo aliqua ſunt ſcitu digna, & propterea paululum in eo immorabimur. Illud igitur neceſſe eſt, præmittamus, quod notauit Chryſoſtom. hom. 5. in 1. Cor. cap. 1. *Mundum*, ſcilicet, *eſſe inſtar libri, ad cognoſcendam Dei virtutem, & maieſtatem*: cui ſuffragator Baſilius *homil. 7. in examer.* & Hieronym. Ezech. 1. *Quamcunque creaturam aſpicimus*, inquit Hieronym. *fulgurat Dei notitiam.* Similia docet Euſeb. Cæſ. *in orat. de laudibus Conſtantini Magni*, & Auguſt. *lib. de vera religione, cap. 5.* & Philo Iud. *in lib. de plantatione Noe*, vbi aſſerit, ipſam enarrationem operum Dei, eſſe ſufficientiſſima in laudem ipſius, cum & multæ creaturæ Deum laudent. Vnde quemadmodum Appelles, [d] perfectiſſima ſua opera, vt docet Plinius *lib. 35. nat. hiſtor.* exponebat in parte domus propendenti tranſeuntibus; ſic Deus pulcherrimum hoc mundi opus noſtris oculis expoſuit, vt perpetuò contemplaremur ſapientiam & virtutem artificis, atque, vt par eſt, ex huiuſmodi cognitione eum coleremos. Latè hanc *Gabr. à Coſta in Malachiam Prophetam.*

[c] *Expoſitio cuiuſdam recentioris expenditur.*
Chryſoſt.
Baſilius.
Hieron.
Euſeb. Cæſ.
Auguſt.
Philo.
[d] *Mundi fabrica nobis Apelles tabula.*
Plinius.

ſententiam proſequitur Dauid *in Pſalm. 18.* in quo pulchrè innuit, quanta cum alacritate omnes creaturæ Deum oſtendere contendant: vnde accommodatiſſimè Euthym. Hieronym. & Rabbi Sel. explicant ea verba Pſalmi, *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam; ſuccedenti dies*, inquiunt, *dies antecedens præſtat, & communicat ſcientiam Dei, quaſi non ſatis putauerit ſuum officium feciſſe, ſi ſolum ipſe Deum enunciaret, ne fortè tanti boni ignorantia daretur per obliuionem venturi diei.* Ex hac igitur notitia ab ipſis ſolùm orta creaturis gentes vbique Deum colunt, licet qui tandem is ſit, ignorent, vt pulchrè Auguſtin. notauit 10. de ciuit. cap. 4. *Quis verè ſacrificandum cenſuit, niſi ei, quem Deum aut ſciuit, aut putauit, aut finxit?*

Euthym.
Hieron.
Pſalm. 18.
Rab. Sel.
Auguſt.

74. Sic igitur iam quidam ingenioſè interpretatur locum, [e] minùs tamen verè: præpoſitio Hebræa pro qua noſter vulgatus vertit *ab*, æquinoca eſt, & per plures alias præpoſitiones, explicari poteſt: vtpote per, *A, de, ex*, & *è*; atque ita præpoſitio Hebræa duplicem ſenſum arcanum habet, ſcilicet, *ab ortu ſolis vſque occaſum*, id eſt, à puncto orientis, vſque ad punctum occidentis ſolis, mea gloria, & maieſtas nota eſt. Efficit etiam hunc alium ſenſum: Ex ortu, & occaſu ſolis perpetuo, & inuariabili, vel etiam ipſæ barbaræ gentes me Deum colunt, & venerantur, idque per totum orbem: apertiſſimè enim colligitur potentia, & maieſtas Dei ex curſu ſolis, & lunæ, cæterorumque aſtrorum, vt pulchrè notauit Auguſt. Eugub. in comment. ſuper Pſalm. 8. præſertim in verſu, *Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos*; quem locum per Hebraicam lectionem ſic exponit: *Poſuiſti confeſſionem tuam, ſeu odam*[f] *tuam in cælis; quamuis enim admirabilis ſis, ex iis, quæ in terris pulcherrima feciſti, longè tamen mirabilior es, propter perpetuum, & infallibilem cælorum curſum, aſtrorumque varietatem, & concordiam, ita vt vel ex ipſa ſola, te Deum omnes venerentur.* Quare vt tandem colligamus, ſenſus talis erit: *Non eſt*, inquit *oraculum diuinum, cur recipiam veſtra ſacrificia, imò ea omnino mihi diſplicent, cum ſine reuerentia deteriora offeratis. nanque inter gentes, quæ fidem non habent, neque leges diuinas, neque reuelatam cognitionem, ſed ſolùm confuſam, & obſcuram, quam per ſenſum poterunt ex creaturis decerpere, longè nobiliora ſacrificia mihi offerant, non in Iudææ prouincia tantùm, ſed per totum Orbem. non eſt igitur cur mihi placeant veſtra ſacrificia, quia ſi conferuntur cum ſacrificiis gentilium, vilia, & ſordida ſunt.* Probabiliorque fortaſſis videbitur hæc expoſitio propter verbum præſentis temporis, *& in omni loco offertur*, quod conuenire non poteſt cum ſacrificio offerendo temporibus Meſſiæ. Verùm hæc [g] expoſitio, quando aliud non haberet, eſt contra vnanimem, & communem ſententiam Patrum, quos paulo inferiùs citabimus.

[e] *Ingenioſa, ſed minus vera ſententia.*
Eugubin.
Pſalm. 8.
[f] *Cœli odam Deo canunt.*
[g] *Reiicitur iſta expoſitio.*

§. III.

De ſacrificiorum differentiis apud veteres. Prænotandum primum ad principalem expoſitionem.

75. IGitur vt rem aggrediamur, explicandæ ſunt duæ particulæ in hoc verſu, quæ rem difficilem reddunt, præſertimque verbum, *ſacrificatur*, [h] de quo controuerſia eſt inter noſtros, & Hebræos,

[h] *Verbum ſacrificare ambiguum in ſacris literis.*

Google

bræos; pro eo enim, quod noſtra vulgata habet, *ſacrificatur*, in Hebræo eſt, *Mactar*, deductum à verbo, *Catar*, quod ſignificat, *ſuffire, ſuffumigare, adolere*, quod Luſitanè dicitur, *perfumar*. Vnde, vt bene notauit Rabbi Dauid *in lib. radic.* idem verbum poteſt eſſe nomen ſignificans, *ſuffimentum, ſuffitum, ſeu thymiama*. Cui ſuffragatur Pagnin. *in theſauro*, & Rabbi Abraham *in comment. ad hunc locum*, qui etiam notarunt hoc verbum ſignificare *ſacrificium*; quibus ſuffragatur Hieronym. & alij periti in lingua ſancta, ſecundùm quos propria etiam ſignificatio huius verbi eſt, *ſacrificare*, iuxta illud *Hierem.* 44. quod enim Hebraicè habetur, *non eſt ſuffimentum quod ſuffiſtis in vrbibus Iuda*, Hieron. tranſtulit, *nunquid ſacrificium, quod ſacrificaſtis in vrbibus Iuda?* & 1. Reg. 3. *In excelſis ipſe ſacrificabat*, Hebraicè eſt, *ſuffumigabat*. Ex quibus colliges hoc verbum non ſolùm iis ſacrificiis conuenire, quæ incendebantur in odorem ſuauitatis, vel quæ inter ſacrificandum cremabantur, ſed in vniuerſum omnibus, quæ in Dei cultum abſumuntur, ſiue per ſanguinem, ſiue per ignem, id eſt, quæ vel mactabantur, vel etiam mactata incendebantur. Sed quoniam vetera ſacrificia, non ſolùm mactabantur, ſed etiam incendebantur, poſitum eſt verbum *ſuffire*, pro *ſacrificare*, vt patet ex præparatione Abrahæ ad immolandum filium *Geneſ.* 22. vbi docet Moyſes, præparatum eſſe ferrum, & ignem ad ſacrificium: & Poëta dixit:

Rab. Dauid. Pagnin. Rab. Abrah. Hieron. Hierem. 44. 1. Reg. 3. Gen. 22.

Virgil. *Tum rite ſacratas in flammam iugulant pecudes*,

neque hoc mirum eſt, cum verbum, *mactare*, ponatur etiam pro, *ſacrificare*, vt conſtat ex eo cap. Gen. 22. *Extenditque manum ſuam, vt immolaret filium*, Hebraicè eſt, *vt mactaret*: Leuit. 1. *Mactabit vitulum armenti coram Domino*, id eſt, ſacrificabit, & Poëta *in* 4. *Æneid.* dixit,

Geneſ. 22. Leuit. 1.

Virgil. *Mactant lectas de more bidentes.*

Plutarch. & Plutarch. in vita Themiſtoclis, Dum in naui prætoria ſacrificaret, ſeu mactaret hoſtias.

76. Quare non eſt audiendus Porphyrius [l] Atheus *in lib. de abſtinentia ab vſu carnium*, quem refert & impugnat Cano 12. *de locis*, *cap.* 12. §. *illud deinde*, & Euſeb. Cæſar. *lib.* 1. *de præpar. Euang. cap.* 6. quo in loco aſſerit, Porphyrium exiſtimaſſe ſolùm ex fumo herbarum, & florum ſuauiter olentium ſacrificia fieri poſſe, ad quod alludere videtur Poëta, cum dixit:

[l] *Porphyrij deliramentũ.* Cano. Euſeb. Cæſ.

Virgilius. *Verbenáſque adole pingues, & maſcula thura.*

De huiuſmodi etiam ſacrificiis loqui videtur *in* 6. *Æneid.*

Idem. *Tu Marcellus eris, manibus date lilia plenis,*
Purpureóſque ſpargam flores, animámque nepotis
His tandem cumulem donis.

Verùm Porphyr. nullo nititur fundamento; quamuis enim vſitatum fuerit in floribus, & in frugibus ſacrificia fieri, non eſt negandum frequentiſſima etiam fuiſſe in pecoribus, vt patet ex cap. 3. *Geneſ.* Quo in loco dicitur, Abelem ſacrificaſſe de adipibus gregis, & nos etiam probabiliter diximus initio huius capitis, Adamum in pecore ſacrificaſſe ſtatim ac creatus eſt, ac proinde quamuis hìc poſſit eſſe ſenſus huius verbi, *in omni loco incenſum, ſiue thymiama offertur*, id eſt, & in omni loco ſuffitur, & offertur; tamen ex proprietate verbi, vt notauimus, ſenſus, germanus [k] eſt is, quem ponit noſtra vulgata, *& in omni loco ſacrificatur*: vbi maximè notandum eſt, quod quamuis hìc ſit verbum præſentis temporis, *offertur*, in Hebræo tamen eſſe participium paſſiuum, cui ſi adiungas verbum ſubſtantiuum futuri temporis, futurum ſignificabit, indeterminatum enim eſt ad tempus præſens, præteritum, & futurum, ac proinde quocunque modo verti poterit. Verùm conſuetum eſt apud Prophetas futura ſua præſentia facere, ad ſignificandam ineffabilitatem vaticinij.

Gen. 3.

[k] *Proprior acceptio huius verbi ſacrificare hic.*

§. IV.

Prænotandum ſecundum & tertium, quid per gentes hîc, quidve ſacrificium apud noſtros?

77. NOtandum præterea eſt, particulam, *in gentibus*, ſæpiùs in ſacra Scriptura ſignificare [m] alienos à cultu, & religione Dei, quos Græci vocant, *Ethnicos*, nos verò vulgari nomine, *Gentiles*; populus autem, Iudæi tantum vocabantur propter pietatem, & religionem; quaſi verò is ſolus populus diceretur, qui Deum religioſè colebat. Id quod notaſſe videtur Dauid *Pſal.* 116. in quo vtrunque populum videtur hortari ad Deum propter beneficium redemptionis, vt locum videtur interpretari Paulus Romanor. 15. & Deuter. 32. *Lætamini gentes cum plebe eius*: quo etiam pacto D. Petrus *Actor.* 4. intelligit locum Pſal. 2. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Conuenerunt*, inquit, *in ciuitate iſta aduerſus puerum Ieſum Herodes, & Pilatus cum gentibus, & populis Iſraël*, vbi per gentes Romanorum cohortem intelligit. Sic ſimiliter Malachias diſtinguere videtur inter populum, & gentes, ſeu gentiles, vt iam non ſolùm Iudaicus populus, populus Dei dicatur, ſed vniuerſus Orbis, cum peculiari ſacrificio Deum colat; & cùm ſacrificium vnum ſit, vnus quoque populus eſt; nam ab vnitate ſacrificij, vnitatem & formam accipiunt populi.

[m] *Quid per Gentes ſignificatur hic.* Pſal. 116. Rom. 15. Actor. 4. Pſal. 2.

78. Placuit etiam notare verbum, *ſacrificare*, ambiguum [n] eſſe apud Patres, & in ſacra Scriptura. Sacrificium igitur ſi latè ſumatur, dictum eſt, à ſacro faciendo, ſeu eſt ipſum ſacrum factum; vtrunque enim ſacrificium dicitur, & actio conſummatiua, & ipſa res circa quam actio talis verſatur. Notauit hoc D. Gregor. 1. *quæſt.* 1. *cap. Multi*, & Iſidor. *lib. de officiis*. Rem dubiam fecit D. Auguſt. *lib.* 10. *de Ciuit. cap.* 4. *& cap.* 5. 6. *&* 7. vbi velle videtur omnia opera bona, eſſe ſacrificia; ſic enim *in cap.* 6. definit ſacrificium: *Verum ſacrificium*, inquit, *eſt omne opus, quod agitur, vt ſancta ſocietate inhæreamus Deo, relatum, ſcilicet, ad eum finem, quo veraciter beati eſſe poſſimus.* Similia docet Hieronym. lib. 2. comment. in Amos cap. 5. *Si obtulerimus*, inquit, *holocauſta, cuiuſmodi eſt ieiunare, dare eleemoſynas, pudicitiam polliceri, quæ holocauſta ſunt, verè non ea ſuſcipit Dominus?* Quæ locutio figurata eſt, & vſitata tum in ſacra Scriptura, tum etiam apud prophanos Authores, quæ vocatur *vſurpatio*, cuiuſmodi eſt illa apud Poëtam, *faciéſque ſimillima lauro*: vbi per catachreſim facies lauro accommodatur, cùm tamen laurus faciem non habeat. Verùm ipſe D. Auguſt. *lib.* 1. *contra aduerſarium legis, & Prophetarum*, & lib. 10. *de Ciuitat. cap.* 6. veram affert rationem ſacrificij: *Vnum*, inquit, *genus appellant ſacrificium in pecore trucidato, aut in aliqua re terrena conſiſtens*, quæ de facto clarior ponitur à D. Thom. 2. 2 *quæſt.* 85. *art.* 3. *ad* 3. &

[n] *De ſacrificij acceptione apud PP.* Gregor. Iſidor. Auguſt. Hieron. Virgil. Auguſt. D. Thom.

à Theo

Theophyl. & alij.

à Theophylact. *in cap.3. ad Hebr.* & à Chryſoſt. *hom. 18. ad Hebr.* quam etiam tradit Melchior Cano *lib. 12. de locis ſacris, cap. 12.* & nouiſſimè Guillel. Alanus lib. 2. de ſacrificio Euchar. cap. 4.

[o] Sacrificium quid.

[o] *Sacrificium eſt oblatio alicuius rei ſenſibilis per aliquam actionem conuerſiuam vel conſumptiuam ipſius, facta Deo ad ſoluendum tributum vniuerſalis dominij, vel alicuius magni beneficij in nos.* Ex qua definitione colligitur, cætera Sacramenta non eſſe ſacrificia, cum non ſint oblationes. Hinc etiam colligitur, decimas, religioſos etiam homines, & noſtra bona opera non eſſe ſacrificia, quia ſacris actionibus non conſumuntur.

79. Pſal. 50. Hæc autem diuiſio in ſacrificium preſſè, & latè, reperitur apertè in Scriptura, Pſal. 50. *Si voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique, holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo cor contritum & humiliatum:* & apud Oſeam. *Miſericordiam volo, & non ſacrificium;* eſt enim verus, & proprius effectus [p] ſacrificij, vt docet Philo in lib. de victim. *Vt Deus coram hominibus publicè colatur;* hoc autem per ſacrificium internum fieri non poteſt. Neceſſe igitur fuit ponere aliquod ſacrificium externum, de quo dicit Ariſtotel. lib. 12. Metaphyſ. *Ad populum continendum ſacrificiorum religionem conſtitui oportet.* & 6. Ethicor. inter magiſtratus, ſine quibus reſpublica conſiſtere non poteſt, poſuit ſacrificos, vt videre eſt apud Pompon. Lætum, & Pheneſtell. *in lib. de ſacerdotib. Roman.* Similia docet idem Ariſtot. lib. 7. Polit. cap 8. *Si memoria vetera repetamus, nullam politiam iuxta natura præſcriptum inſtitutam inueniemus, ſine ſacrificio:* & Paul. *ad Hebr. 7.* aſſerit, populum legitimatum fuiſſe ſub ſacerdotio Leuitico, tranſlatóque ſacerdotio tempore Chriſti, legem, & populum eſſe mutandum.

Philo. *[p] Sacrificij proprius effectus.*

Ariſtot.

Pomp Læt. Pheneſtel. Ariſtot.

Hebr. 7.

Text. Et in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.

§. V.

Inſignis prophetia de inenarrabili, & auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.

80. Eſt igitur in his verbis perpetua, & manifeſta, & elegantiſſima antitheſis; antitheſis autem (ne errore vocabuli laboremus) eſt rhetoricus color, cum contraria contrariis opponuntur, quam figuram Quintilian. vocat, *contentionem,* cuius exemplum eſt, *vicit pudorem libido, timorem audacia.* Senſúſque talis eſt: [q] vos offertis victimas claudas, & languidas, veniet aliquando tempus, quando integrum, & mundiſſimum ſacrificium mihi offeretis, corpus, ſcilicet, Chriſti; vos offertis in Iudæa, mihi autem eo tempore per totú Orbem ſacrificabitur; nam vbique nota erit mea fama, & gloria: ſed mutato ſacrificio, mutabitur & veſter ſtatus; vos nunc eſtis meus populus, ſed eo tempore, ex toto orbe mihi fiet populus. Quam prophetiam impletam iam docet Ioan. cap. 4. *Venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu, & veritate.* Ad quem locum Cyrill. Alexand. ſic habet: *Præſens aduentus ſui tempus ſignificat, in quo figuras legis in veritatem, & vmbram, in cultum ſpiritualem per euangelicam doctrinam tranſmutari inſinuat.* Quibus verbis, & religionis cultum mutandum eſſe docet, & ſuam religionem non eſſe addictam alicui certo loco, ſicut ſub lege Moyſis, ſed cùm vbique Deus ſpiritus ſit, vbique colendum eſſe, & ita hunc locum Malachiæ intelligit [r] S. Thom. 2. 2. *quæſt. 84. art. 3. in ſolut. ad 1.* & per locum Ioannis *in cap. 4. cit.* eundem exponit; neque enim Chriſtus Dominus apud Ioannem ſacratiſſimum templorum vſum tollere voluit, cùm per ſenſibilia neceſſe ſit, mentem & animam noſtram eleuari: ſed tantùm voluit, religionem, & cultum ſuum iam non eſſe addictum certo loco, neque cæremoniis Iudaicis, vt videtur ex eo colligere loco Theophylact. & Auguſt. *tract. 5. ſuper Ioan. & lib. 83. quæſtion. quæſt. 20.* locum verò Malachiæ ſic interpretantur omnes enarratores, [ſ] ſi vnum excipias Benedict. Ariam Montan. de quo in principio huius verſ. ita D. Auguſt. *lib. 1. contra aduerſ. leg. & Prophet. cap. 19. & 20.* cuius ſunt hæc verba: *Vnde alius Propheta dixit,* ſcilicet Malachias, *ad eum qui carnaliter eſt Iſrael: Non eſt mihi voluntas in vobis, & hoſtiam non accipiam de manibus veſtris, quia in omni loco offertur nomini meo hoſtia pura.* Quem locum exponit per alium ex Pſal. 49. *Deus, qui vocauit terram à ſolis ortu vſque ad occaſum,* vt dicitur in Pſal. *Cui terra,* id eſt, *cui populo diceret diffuſo ab ortu ſolis vſque ad occaſum, Non accipiam de domo tua vitulos, immola Deo ſacrificium laudis; quod eſt autem ſacratius laudis ſacrificium, quam in actione gratiarum? & vnde maiores ſunt Deo agendæ gratiæ, quàm pro ipſius gratia per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, quod totum fideles in Eccleſia ſacrificio ſciunt, cuius vmbra fuerunt omnia priorum genera ſacrificiorum.* Quo etiam pacto Chryſoſt. eundem locum exponit *homil. in eundem Pſalm.* Similia docet Auguſt 18. *de Ciuit. cap. 35.* Euſeb. Cæſ. *lib. 1. demonſt. Euangel. cap. 1. 6. & vlt.* & Irenæus M. lib. 4. contra Valent. cap. 32. *Chriſtus noui teſtamenti nouam docuit oblationem, quam Eccleſia ab Apoſtolis accipiens in vniuerſo mundo Deo offert, de qua in duodecim Prophetis Malachias ſic ait, Non eſt mihi voluntas in vobis,* &c. ſignificans quòd prior populus ceſſauit offerre. Ad quem etiam locum videtur alludere D. Martialis coæuus Apoſtolis *in epiſt. ad Burdigalenſ. cap. 3.* cùm ait, *Sacrificium offertur in ara, neque homini, neque Angelo, neque ſolum in ara ſanctificata, ſed vbique offertur Deo oblatio munda.* Apertiſſimè Damaſcen. *lib. 4. fidei Orthodox. cap. 4.* Ibidem Clitouæus. plura refert per ſuas ætates Ioannes Garecius *in lib. de veritate Corporis Chriſti in Sacramento Altaris centur. 1.* Quem etiam locum pulchre enarrat Guillelmus Alanus *lib. 2. Euchar. cap. 4. & 5.*

Quintil. *[q] Germana & vera expoſitio per antitheſim,*

Ioann. 4.

Cyr. Alex.

D. Thom. *[r] quam elicit S. Thom. & confirmat,*

Theophyl. Auguſt. *[ſ] eſtque communis Patrum,*

Pſal. 49.

Chryſoſt. Auguſt. Euſeb. Irenæus.

D. Martial.

Damaſc. Clitouæus. Garecius.

Alanus.

81. Denique Concilium Trident. [t] expoſuit hunc locum Malachiæ ſeſſ. 22. cap. 1. *Hæc quidem illa munda oblatio eſt, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari poteſt, quàm Dominus per Malachiam nomini ſuo, quod magnum futurum eſſet in gentibus, in omni loco mundam eſſe offerendam prædixit.* Res igitur clarior eſt, quam vt confirmatione egeat; nam quoties verbum, *ſacrificatur,* in Scriptura ponitur, pro actu externo ſacrificandi accipitur, niſi addatur particula diminuens, qualis eſt, *ſacrificium laudis, hoſtia vociferationis,* & *ſacrificium confeſſionis:* ex adiunctis enim facilè

Conc. Trid. *[t] & in Conc. Trident. expreſſa.*

colligere poſſumus, impropriè ſacrificium accipi. Deinde quia hoc ſacrificium vnum dicitur eſſe in orbe, noſtra verò bona opera, plura ſacrificia ſunt. Accedit præterea, quia alioquin nullum conſtitueretur diſcrimen inter ſacrificium Iudæorum, & noſtrum, neque nos haberemus peculiare ſacrificium, cùm omnia opera noſtra bona communia nobis ſint cum Iudæis, neque noſtrum ſacrificium ſuccederet eorum ſacrificiis, cùm orationes, & ieiunia nullis ſacrificiis ſuccedant, ſed in vtraque lege communia ſint. Cùm ergo de peculiari ſacrificio diuinum oraculum loquatur, neceſſariò fatendum eſt, hunc locum intelligendum eſſe de eo ſacrificio per quod populus Chriſti diſtinguitur à Iudaico, illud verò eſt, in quo offertur corpus Chriſti.

82. Verùm ne quis ſcrupulus remaneat in hoc verſu, notandum eſt, ſacrificium de quo agit Malachias hoc [a] in loco, non eſſe illud, quod in cruce celebratum eſt cruentum; illud enim ſacrificium vnica actione conſummatum eſt, quanuis effectum habeat æternum. Neceſſe tamen fuit in Eccleſia relictam eſſe aliquam hoſtiam, quæ ſacrificaretur in cultum, & religionis ſignum, ſine quo conſiſtere non poteſt reſpublica, neque politia aliqua, vt iam ſuprà notauimus. Fuit autem ſacrificium [b] crucis vtriuſque legis terminus, nanque vterque populus & Iudaicus, & Chriſtianus, tendit in ſacrificium crucis: ſed hæc eſt differentia, vt notauit Auguſt. lib 20. contra Fauſtum, cap. 21. *quòd ante aduentum per victima ſimilitudinem promittebatur ſacrificium crucis, poſt aduentum per ſacramentum, memoria celebratur*; & ſic non in ſacrificium crucis, ſed in ſacrificium altaris mutata ſunt vetera ſacrificia, quod videtur ſignificare Cyprian. *ſerm. de cœna Domini*, cum aſſerit carnem Dominicam ita fuiſſe in ſacramentum, & hoſtiam conficiendam, vt non ſectione, aut comeſtione, aut alia commutatione deficiat, ſed ſic præparandam, vt ſemper offeratur, & nunquam deficiat; *qua*, inquit, *ſublata aut conſumpta, nulla eſſet oblatio, aut religio.* Similia docet Chryſoſtom. *ad Hebr.* 9. cum ait, *hoſtiam noſtram, quam Eccleſia offert, eſſe inconſumptibilem.* Euſeb. Emiſſ. *homil.* 15. vocat *perpetuo currentem redemptionem, perpetuam oblationem, & peremnem victimam.* Eleganriſſimus etiã locus eſt apud Lact. Firmian. *lib. 4. diuin. inſtit. cap.* 14. vbi ait, *Ieſum ſacerdotem confeciſſe ſibi templum magnum*, id eſt, *Eccleſiam, in qua eternum habeat ſacerdotium ſecundùm ordinem Melchiſedech*: & Arnobius ſuper Pſalm. 109. *Per myſterium*, inquit, *panis, & vini factus eſt ſacerdos in æternum, ita vt in cruce innocentis Abelis ſacrificium impleretur in ſacramento altaris diuini Melchiſedech.*

[a] Sacrificium hic pro incruento ſumitur.
[b] Crux Chriſti vtriuſque legis terminus.
August.
Cyprian.
Chryſoſt.
Euſ. Emiſſ.
Lact. Firm.
Arnobius.

83. Neque verò obſtare poteſt ea obiectio, quam poteſt aliquis facere de ratione ſacrificij: Per actionem ſacrificam ſacrificium ex parte obiecti conſumitur; iam verò Chriſti corpus in altari non conſumitur, nanque poſt reſurrectionem ſuam incorruptibile eſt, ac proinde ſacrificium non poteſt eſſe, neque apparet in qua actione poſita ſit ratio ſacrificij. Ad hoc enim reſpondemus cum Dionyſ. Areopag. *c. 3. de Eccleſiaſt. Hierarch.* ſacrificij rationem [x] poſitam eſſe in conſecratione. Sic enim ait, *Ipſa ſacramenti confectio myſtica ſymbolica ſacrificatio eſt.* Huic ſententiæ manifeſtè ſuffragatur Richard *art.* 16. Nec diſſentit D. Thomas 3. *part. quæſt.* 80. *art.* 12. *ad.* 3. Quanuis autem per eam actionem non conſumatur Chriſti corpus, per eandem tamen habet modum mortificatum, ſeu immolatitium, id eſt, ſine aliqua operatione vitali organica, id eſt, pendente à corpore.

[x] Propria ratio ſacrificij in Euchariſtia conſecratione.
Areopagita.
Richard.
D. Thom.

84. Verùm Nazianz. *orat.* 17. *pag.* 485. *num.* 25. vocat ſanctiſſimum Altaris ſacrificium *ſalutis ſuæ ſymbolum*, id eſt, *typum*: iam autem typus nihil aliud eſt, quàm imago, & figura rei, non autem res ipſa: ergo videtur ſacrificium altaris imaginem, & figuram eſſe cruenti ſacrificij, non verò ſacrificium: quo modo loquendi vſus eſt etiam Tertullian. *lib. 4. contra Marcion.* cum ſacrificium Altaris vocat, *figuram & ſignum ſacrificij crucis*: & Auguſtin. *aduerſus Adamant.* Pro qua difficultate videndus eſt Iacobus Bilius *in orat.* 11. *Gregorij Nazianz.* in qua Nazianz. Gorgoniæ ſororis ſuæ mortem deflet. Signum igitur, & typus dicitur ſacrificium altaris, vel quoniam ſpecies externæ panis, & vini ſignificãt ipſum Chriſtum Dominum ſub illis contentum: vel certè, quoniam ſacrificium hoc memoriale eſt, & repræſentatiuum [a] ſacrificij crucis, verum tamen ſacrificium in ſe; ratio enim ſimilitudinis, & imaginis, non tollit eius realem veritatem; duobus enim modis aliqua per ſimilitudinem deriuantur ab aliquo; primo modo, participando tantùm rationem ſimilitudinis, & imaginis, cum tamen nihil minùs ſint, quàm id, quod repræſentant, quo pacto ſpecies impreſſa in ſpeculo ſimilitudo tantùm eius eſt, à quo in ſpeculo impreſſa eſt, & depicta imago Cæſaris, imago tantùm eius eſt, & non Cæſar: ſunt aliqua quæ ita per ſimilitudinem, & imaginem deriuantur, vt verè in eo genere exiſtant, in quo exiſtunt ea, quorum ſunt imagines. Sit huius rei, & ſacratiſſimi ſacrificij hoc nobiliſſimum exemplum. Filius, qui eſt Verbum Dei æternum, per modum ſimilitudinis emanat à Patre, & eſt Patris figura, & character expreſſiua referens omnia, quæ in Patre ſunt, cùm tamen non minùs ſit Deus, quàm Pater æternus: Eadem ferme ratione, & eodem producendi modo vſum eſt Verbum in carne in conſtitutione huius ſacrificij, vt nobis ſenſibile exemplum ſuæ diuinæ generationis relinqueret, & diuinæ charitatis memoriam: voluit enim vt ſacrificium incruentum altaris imago eſſet ſacrificij crucis, & ab eo per modum ſimilitudinis deriuaretur, ea tamen lege, vt non minùs in hoſtia ſacrificium eſſet, quàm in cruce fuerat.

Nazianz.
Tertullian.
Auguſt.
Bilius.
[a] Qualiter idem ſacrificium ſignum ſit mortis Chriſti.

85. Quod ſi petas, quæ fuerit ratio, cur [b] Chriſtus Dominus hoc ſacrificium inſtitueret ante mortem, cùm tamen imago ſit eius ſacrificij, quod in cruce peractum eſt? Rationem huius rei videtur aſſignare Auguſtin. lib. 4. de Trinit. cap. 13. *Vt ſic oſtenderet, nec in cruce ſublatam fuiſſe animam inuito, ſed voluntate depoſitam*: quod clatiùs dixit Niſſen. *orat.* 1. de reſurrect. *Ne, quis*, inquit, *putaret, proditionem Iudæ, aut violentiam Iudæorum mortis attuliſſe neceſſitatem; nam & proditionem Iudæ, & vim Iudæorum preuenit in cœna ſeipſum ſponte ſacrificando*: & præterea, quia vt pulchrè notauit Plinius lib. 31. natur. hiſtor. *fontes qui ab occaſu ſolis in orientem defluunt, ſalubriores, & dulciores ſunt.* Id etiam notauit Hipocrat. de loco aëris, & aquæ, cum ſic dixit: *Maximè verò laudare oportet eas, quarum fluxiones ad ſolis exortum erumpunt, & præcipuè æſtiuum*: & Galen. *in lib. de bonitate aquæ cap.* 3. poſt initium: *fontanea autem aquæ quæ ad orientem vergunt, humiditate, tenuitate, & odoris bonitate cæteras excedunt*; quæ communis eſt ſententia

[b] Cur inſtitutum ſit ſacramentum altaris ante mortẽ Chriſti.
Auguſt.
Niſſenus.
Plinius.
Hipocrat.
Galenus.

Iſaac. tentia medicorum, vt docet Iſaac medicus *in lib. de vniuerſalib. dictis*: cuius rei hæc eſt ratio, *quia facilius caleſcunt, & frigeſcunt, ac proinde leuiſſima ſunt*, vt probat Galenus *lib. 1. de ſanitate tuenda*. Ea igitur lege hoc ſacrificium ad occaſum ſolis conſtitutum eſt, vt ſuauiùs, & dulciùs flueret; vnde non ſine numine Malachias vocem Hebræam poſuit pro oblatione, quæ ſacrificium ſignificat, neque ſolum ſacrificium, ſed ſacrificium offerendum ad occaſum ſolis.

Galen.

86. Commendat autem dignitatem [e] huius ſacrificij ipſum Verbum in carne, quod offertur, & propterea ſacrificanti ſacerdoti aſſiſtunt Angeli trementes, vt docet Nazianz. *orat. 1. pag. 116.* & *ibidem* elegantiſſimè Elias Cretenſ. & Chryſoſt. lib. 6. de ſacerdotio. *Per id tempus*, inquit, *& Angeli ſacerdoti aſſiſtunt & cœleſtium poteſtatum vniuerſus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus Angelorum choris plenus eſt*. Idem docet Chryſoſtom. *hom. 41. in 1. Cor.* Ergo ſi ſanctiſſimi Angeli mirantur, & clamant, hymnóſque concinunt ante aram, in qua immolatur Verbum in carne, quales nos decet eſſe, pro quibus cruentè in cruce, & incruentè in altari hoſtia ſacrificatur.

[e] *Dignitas ſacrificij inuenienti.* Nazianz. Creten. Chryſoſt.

87. Neque verò putandum eſt D. Hieronym. *hoc in loco*, & Theodoret. *ibidem* & Auguſtin. *lib. 2. contra literas Petiliani*, Tertullian. *lib. 3. contra Marcion. cap. 22.* & *lib. aduerſus Iudæos cap. 5.* exiſtimaſſe Malachiam in hoc verſiculo de oratione tantùm agere, & non de ſacrificio: cum Auguſtin. expreſsè *lib. 1. contra aduerſarium legis, & Prophetar.* & Hieronym. *Zachariæ cap. 8.* de ſacrificio locum intelligant, præter ſanctos Patres, quos ſuprà citauimus. Quod autem videantur de oratione eum intelligere, explicat pulcherrimè Iacob. Pamel. *in com. ſuper Tertull. lib. 3. contra Marcion. cap. 22. num. 177. & in lib. de orat. cap. 1. num. 1. Oratio*, inquit ille, *poſt orationem Dominicam accipitur per oratione* [d] *myſtica, ſeu ſacrificio altaris, quod non ſanguine, ſed myſtica prece celebratur*: quod voluiſſe videtur Chriſtus *Ioan. 4.* cum dixit, non iam in templo Hieroſolymitano, ſed vbique orandum eſſe, hoc eſt, ſacrificandum; orare enim eo in loco accipitur pro ſacrificare, nam que alias orationes præter ſacrificium, liberum erat Iudæis priuatis in domibus facere. Ne igitur longiores ſimus, de hoc ſacrificio videndus eſt Auguſtin. *lib. 4. de Trinit. cap. 14.* Theodoret. *Dialog. 1.* Euſeb. *lib. 7. demonſtrat. Euangel. c. vlt.* Damaſc. *lib. 4. fidei Orthodox. cap. 14.* & *ibidem* eius commentator Clitouæus. D. Leo I. *ſerm. 8. de paſſione*. Cuius ſunt hæc verba: *Nunc carnalium ſacrificiorum varietate ceſſante omnes differentias hoſtiarum, vna corporis, & ſanguinis tui complet oblatio*; neque enim tantus ſacerdos, quantus fuit Chriſtus Dominus, minorem hoſtiam habere debuit, quàm ſuum proprium corpus.

Hieron. Theodoret. Auguſt. Tertullian.

Pamelius.

[d] *Sacrificium altaris myſtica oratio.*

Auguſt. Theodoret. Euſebius. Damaſc. Clitouæus. D. Leo. I.

TRACTATVS VII.

De blaſphemiis veteris populi in ſua ſacrificia.

Text. Et vos polluiſtis illud, in eo quod dicitis: Mēſa Domini contaminata eſt, & quod ſuperponitur, contemptibile eſt, cum igne, qui illud deuorat. Et dixiſtis: Ecce de labore, & exſufflaſtis illud, dicit Dominus exercituum, & intuliſtis de rapinis claudum, & languidum, & intuliſtis munus: nunquid ſuſcipiam illud de manu veſtra, dicit Dominus? Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino; quia Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.

§. I.

Iudæi dicteria iacientes in ſua ſacra, ea vana, & irriſione digna fecere.

Text. Et vos polluiſtis illud.

Conuenienter notauit Hieronym. in principio huius verſus, orationem prophetæ à ſacrificio altaris, ad miſerum Iudæorum ſtatum [a] conuerſam eſſe, ſic enim habet: *Ita futurorum texit vaticinium, vt præſens tempus Iudæorum non deſerat*. Talis igitur eſt ſenſus huius loci: cùm ita magnum, & glorioſum ſit meum nomen inter gentes, vos tamen ſacerdotes Iudæorum polluiſtis illud; ſic enim ex Hebræo verti poteſt, in quo potiùs verbum eſt præſentis temporis, quàm præteriti; voluit tamen vulgatus interpres in præterito reddere, quod tunc temporis fiebat ad ſignificandam actus continuationem, durationem, & perpetuitatem. Hæc igitur eſt ratio, cur veſtra ſacrificia abiiciam, quia veſtro cultu, & religione prophanaſtis meum nomen; ſic enim ſacrificantes feciſtis, vt irent gentes illud abominabile eſſet, idque à vobis factum eſt, vel factis ſolùm, vel verbis ſimul, & factis. 88.

Hieron.

[a] *Vates veſtit orationē in vniuerſum ſacerdotem.*

Text. In eo quod dicitis: Menſa Domini contaminata eſt, & quod ſuperponitur, contemptibile eſt, cum igne qui illud deuorat.

Cyrillus ſic fermè hunc locum explicat, Non dicunt hoc verbis, [b] ſed factis; qui enim non adhibet honorem altari ſancto, quem debet, facto dicit illud eſſe pollutum, vt in Pſalm. 13. *Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus. Factis*, inquit Cyrillus, *hoc dixit, & non verbis; qui enim ita viuit, quaſi non habeat Deum, factis Deum negat*. Verùm D. Hieronym. & Rabbi Sel. imò & textus Hebræus, non ſolùm facto, ſed etiam verbo pollutum altare à ſacerdotibus, & à populo aſſerunt; ſic enim habet Rabbi Sel. *Locutio, ſeu ſermo eius, hoc eſt circa altare vſitatus in labiis veſtris, talis eſt, vilis eſt cibus eius (vos dicitis dico) id eſt, de altari; eſt enim apud vos quaſi prouerbialis ſermo*. Hebraicè autem ſic legitur, *& ſermo eius, vilis eſt cibus eius*, id eſt, ſermo, quem [c] ſacerdos habet perpetuò in ore, talis eſt, vilis eſt cibus eius, vel ſic, 89.

Cyrillus.

[b] *Peccator factis Deum negat.*

Pſal. 13.

Hieron.

Rab. Sel.

[c] *Dicteria ſacerdotum in vetera ſacrificia.*

ſic, vilis fructus eius, & contemptibilis, qualia ſunt inteſtina animalium, ſanguis, & adeps: Interpres verò vulgatus vſus eſt neceſſaria licentia ad reddendum clariorem ſenſum: cùm enim in Hebræo ſit vox, quæ ſignificat & cibum & comedentem, ſic rem expreſſit: *Menſa Domini contaminata eſt, & quod ſupponitur, contemptibile eſt, cum igne, qui illud deuorat*; quod enim Hieron. transfert, *contemptibile*, debet eſſe id, quod in altari offertur, ſiue contemptibile eſt altare, & ignis, qui eodem modo conſumit vilia, & abiecta ſacrificia, quo optima, & pinguia, quaſi dicat, quid prodeſt, ſi offeramus optima, cum ignis omnia, quæcunque illa ſint, conſumat? Ita Hieronym. putauit vertendam eſſe dictionem Hebræam, quæ propter varietatem vocalium, & ſignificat cibum, & deuorantem, iam autem in altari, ſolus ignis deuorat ſacrificia. Rem clariſſimè expreſſit Paraph. *Polluiſtis nomen meum, in eo, quod dicitis: menſa Domini contemptibilis eſt, & contemptibiliora ſunt dona, quàm ea*: quaſi ſit ſenſus, Meum altare contemnitis, & contempto altari vt omnia conueniant, dicitis, oblationes, & munera eiuſdem bonitatis debere eſſe, ſcilicet, contemptibilia, vel potiùs ea, quæ communiter offeruntur, viliſſima ſunt, cuiuſmodi eſt ſanguis; quare non neceſſe eſt, optima quæque offerre, hîc vulgatiſſimus iorer vos eſt ſermo.

Text. Et dixiſtis: Ecce de labore, & exſufflaſtis illud, dicit Dominus exercituum.

Brixian. Rab. Dauid.

[d] *Inuehitur oraculum & in populi oblationes,*

Text. Hebr.

[e] *Seu potiùs in Deum exſufflationes.*

Par. Chald.

Rab. Ioſeph.

90. LOcus eſt difficilis, & elegantiſſimus, placet autem hîc maximè, quod notauit Iſidor. Brixian. & Rabbi Dauid. quæ eſt ſententia communis Rabbinorum, hanc orationem non eſſe iam ad ſacerdotes, ſed ad [d] populum offerentem ſacrificia, talis autem eſt ſenſus horum verborum, ſecundùm Hieronym. & Haimon, atque alios: *Neque ſufficit prioris ſermonis impietas, ſed etiam hoc dixiſtis: De Babylonica captiuitate reuerſi ſumus, hoſtibus præda fuimus, multum in longo itinere laborauimus, pauperes ſumus, qualiacunque habere potuimus, offerimus, & hæc dicendo exſufflaſtis veſtra ſacrificia, id eſt, exſufflatione mea ea digna reddidiſtis, que pudeſſe moſar delles*, ſeu potiùs, vt eſt in Hebræo, [e] *me exſufflaſtis*; mihi enim & non ſacrificio facta eſt iniuria, exſufflare enim aliquem eſt, eum iniuria afficere ſibilando quod Luſitanè dicimus, *moſar*. Verùm aliter Paraphraſis, *& excuſſitis illud*, id eſt, proiicitis in terram victimam per contemptum, quando eam offertis. Cui lectioni ſuffragatur Rabbi Ioſeph. qui hunc locum ita videtur exprimere, *Ipſi dicunt, quòd laborant propter defatigationem oblationis, quam ſuis humeris afferunt, dicentes, quòd eſt pinguis, & carnoſa, verum oppoſitum eſt, quia tenuis, & macilenta eſt, vel leui flatu eam deiicies in terram.*

[f] *Qui ſenſus magis placeat Autori.*

Rab. Abrah.

91. Placet autem maximè id, [f] quod ex recentioribus doctiſſimus quidam notauit, ea lectio, quam poſuit Rabbi Abraham, *Ecce qui, vel quantus labor? que trabalho tamanho*, nanque defectiuum eſt nomen Hebræum, cui ſi addas literam, quæ deficit, commodè ita vertere potes cum Rabbino, ſenſúſque tunc erit: *Ecce qui, vel quantus labor noſter eſt in quærendis victimis pinguibus, neque enim alias vult Deus, & hæc dicentes, me exſufflaſtis*: ita enim D. Hieronym. ex Hebræo legendum vult, & Rab. Sel. notauit hanc particulam correctam fuiſſe, & pro, *me*, poſitum fuiſſe illud. Vtroque tamen modo ſenſus eſt idem, ſcilicet, faciſtis ſacrificia veſtra exſufflatione digna, id eſt, quæ tanquam leuiſſima quæque & inania, vel leui flatu proiiciantur, ſicut notauit Hieron. in Aggæo cap. 1. *Et ecce factum eſt minus, intulis in domum, & exſufflaui illud*, vel annihilaui; ea enim, quæ vel leui flatu agitantur, [g] nihil prorſus eſſe videntur, talia vos reddidiſtis veſtra ſacrificia, cum me contemnitis in illis.

Hieron.

Rab. Sel.

Hieron.

[g] *Ingratum ſacrificium à ſe ipſo annihilatur.*

Text. Et intuliſtis de rapinis claudum, & languidum, & intuliſtis munus, nunquid ſuſcipiam illud de manu veſtra, dicit Dominus?

FAlsò veſter labor iactatur, cum nullus prorſus fuerit; neque in afferendis victimis ad altare, cum illæ tenuiſſimæ ſint; neque etiam in eiſdem nutriendis, cum furto fuerint ſublatæ: vos verò de veſtris ſi offertis, claudam, & languidam victimam offertis, vel potiùs etiam de iis, quæ per furtum comparatæ ſunt viliores offertis: non ſuſcipiam igitur, neque mihi grata erunt veſtra ſacrificia per furtum ablata, & à furibus ad altare admota; neque enim Deo placere poſſunt latrocinia. 92.

Text. Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino.

§. II.

Iudæi auarè, & malè rem diuinam procurantes, iure ſacerdotio priuati ſunt, & religione.

PVlchrè ex recentioribus notauit quidam, ſimillimam hanc eſſe reprehenſionem Dei ad 93.
populum, ei quæ fuerat ad ſacerdotes: ſicut enim oraculum diuinum arguendo ſacerdotes prædixit pariter transferendum eſſe Sacerdotium, & oblationem; ſic in hoc verſiculo cum populo agens, transferendum dicit populum, & cultum, ac religionem Dei à Iudæa in gentes deriuandam eſſe illis verbis, *& nomen meum horribile in gentibus*, quæ ad religionem pertinent, vt paulò inferiùs examinabimus. Verbum igitur Hebræum, pro quo vulgatus dixit, *doloſus*, [h] ſignificat non ſolùm malum corde cogitare, ſed ex tali cogitatione in opus exire aſtutè, & callidè, vt notauit Rabbi Dauid in comment. ad hunc locum, *Cogitans*, inquit, *cogitatione, & faciens aſtutè*; & Rabbi Abraham expreſsè videtur notaſſe in proprietate huius verbi Iudæorum malitiam, cum dixit, *Maledictus cogitans*, quaſi velit, peccaſſe grauiſſimum eſt, & deterrima quæque obtuliſſe Deo; verùm id præmeditatò, & conſultò feciſſe, excedit omnem malitiam. Videndus eſt hac de

[h] *Doloſus quis?*

Rab. Dauid.

Rab. Abrah.

ſeq

Digitized by Google

Hieron.

te D. Hieronym. 1. *cap. Amos.* vbi quoſdam conſtituit gradus peccatorum, quorum primus eſt de peccato cogitaſſe, ſecundus poſt cogitationem conſultò in opus exire, quod peccatum longè grauius eſt; talis autem fuit eorum fraus, & dolus; integras, & perfectas victimas, & maſculas habebant, inter eas tamen alias tenues, & ſcabioſas. Optimas igitur ſibi aſſeruabant, & deterrimas Deo offerebant, aſſerentes ſe meliores non habere, vel ſaltem eas eſſe meliores, qua in re doloſè cum Deo agebant. Sit igitur maledictus is, qui doloſè, & fraudulenter cum Deo agere auſus eſt, & qui putauit ſe Deum poſſe fallere, id eſt, ſit priuatus omni gratia, omni fructu, & omni cæleſti adiutorio, atque etiam omnia ei in malum cedant, ſicut bonis peccata etiam in bonum cedunt.

94 Quod autem dixit Oraculum, *qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat Deo debile*; notandum eſt, *maſculum*, eo in loco integrum, [l] & perfectum ſignificare, ſicut Plinius notauit lib. 11. natur. hiſtor. cap. 14. *Religio*, inquit, *tributum eſt, ne ſexus alter vſurpetur, quàm maſculus*, hinc thus perfectum, & rotundum, maſculum vocatur, & ad ſacrificandum aptum eſt, vt iam ex Poëta notauimus,

Plinius.
[l] *Maſculum id eſt, atque integrum & perfectum.*

Virgilius.

Verbenáſque adole pingues, & maſcula thura.

& Perſeus *in Satyr. 5.* bilem maſculam vocat, id eſt, perfectam: vnde vt Elias Cretenſ. pulchrè notauit *in com. ad 1. orat. Nazianz. pag.* 103 propterea fœminæ [l] pecudes pro peccatis offerebantur, vt conſtat ex Leuit. *cap 4. & 5.* id quod fiebat ad ſignificandam fragilitatem, & imperfectionem eorum, qui peccant, quæ benè in fœmineo ſexu repræſentatur; eſt enim imbecillitatis ſymbolum fœmina, vt bene notauit Iſidor. Brixian. *in comment. ad 2. cap. Geneſ.* & Alex. Alenſ. 2. *p. q. 58. memb. 4. §* 2. cum aſſerit hominem à fœmina debilitatem accepiſſe, cum pro coſta caro ſubſtituta eſt; fœminam verò, ſi quam conſtantiam, & perfectionem habet, à coſta Adami accepiſſe. Non igitur hoc in loco *maſculum*, ſexus tantùm qualitatem notat in victima, ſed etiam integritatem, & perfectionem, vt conſtat ex verbis ſequentibus, *& votum faciens immolat debile Domino*, id eſt, imperfectum; quamuis enim tolerabile eſſet vitium, in victimis, quæ ex legis præſcripto immolantur, in ſpontaneis [m] tamen, & in iis, quæ ex voto offeruntur, nullo modo ferendum eſt. Ex quibus iam colligitur ſenſus huius verſiculi, qui integram, & intactam victimam, cum poſſit offerre, offert claudam, & languidam, idque per dolum, ſit maledictus, & careat omnibus bonis, vtpote qui auſus ſit fraudulenter cum Deo agere, qui omnium rerum etiam minimarum conſcius eſt. Ad quem locum ſic eleganter Hieronym. & Cyrill. *Si non habes maſculum, nihil tibi nocet maledictio; hac autem dicendo oſtendit, eos habere, quæ optima ſunt, & offerre quæ mala, quod impium eſt.*

Perſeus.
[l] *Fœmina cur pecudes offerebantur pro peccato.*

Brixian.
Alex. Alenſ.

[m] *Spontanea accuratiora ſint.*

Hieron.
Cyril.

Text. Quia Rex magnus ego dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.

95. TAlis fortaſſis poteſt eſſe ſenſus huius loci, quaſi velit diuinum Oraculum aſſignare partes optimi regis, quarum præcipua eſt ſcientia, ſicut docet Orphæus in ſuis hymnis.

Cuncta vides, & cuncta audis, & cuncta gubernas.

Orphæus.

Tunc demum Rex aptus eſt ad gubernandum, cum earum rerum ſcientiam habet, quæ gubernandæ ſunt. Quæ ratio eſt, cur Deus maximè recenſeatur nomine Sapientis, vt notauit Nazianz. *orat. 1. pag. 89. & 90.* pulchrè Eugubin. Pſal. 138. verſ. *mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me.* quem locum explicat elegantiſſimè: *Mirabilis eſt ſcientia tua præ me*, id eſt, *excelſior præ me eſt ſcientia tua, non poſſum eam effugere, exaltata eſt, & præualet ſuper me*; tunc erit ſenſus huius verſiculi Malachiæ, *Non poteſtis me per fraudem decipere, etenim Rex magnus ſum, cognitionémque habeo rerum omnium, quam nullus veſtrûm effugere poteſt per dolum, præſertim cum Deus ſim.* Verùm communior [n] expoſitio ſanctorum hæc eſt, vt ſit in his verbis tacita quædam argumentatio, qualis fuit ea, quam ſupra explicauimus ad illa verba, *offer illa Duci tuo, ſi placuerit ei*; quæ enim eo in loco ad ſacerdotes facta eſt argumentatio, eadem ad populum reperitur, quæ talis eſt: *Munera offerre ex iis, quæ vitioſa ſunt Principi, aut Optimatibus, iniquum eſt: non decet igitur eadem mihi offerre, quia Rex regum ego ſum, & præterea Deus, vtpote religioſo cultu vbique colendus inter Gentes*, hoc enim ſignificat nomen *horribile*, ſeu vt L X X. vertunt, *illuſtre*, vel potiùs vt ex Hebræo colligitur, *Omni religione dignum eſt nomen meum*; nam, vt ſæpiùs notauimus, timor religionem Dei ſignificat, vt patet *Deut. 6.* & refert Matth. 4. *Dominum tuum adorabis*, Hebraicè, *timebis*: & Gen. 31. *Iurauit Iacob per timorem patris ſui*, id eſt, per [o] fidem, & religionem patentis ſui: & Ionas *cap. 1.* interrogatus cuius eſſet, reſpondit, *Hebræus ego ſum, & Deum cæli timeo*, id eſt, colo; quæ vera & propria ratio hominis eſt, vt definit Chryſoſt. *hom. 15. in 1. Timoth. cap. 1.* Deum ſcilicet timere. Similia docet Auguſt. *in lib. de moribus Eccleſiæ, cap. 15.* & Rab. Moyſ. lib. 1. perplex. cap. 145. *Non ſapientem*, inquit, *Scriptura Iob vocauit, ſed Deum timentem*, id eſt, religioſum. Cui ſententiæ ſuffragatur Origenes aſſerens improbos homines, & ſine religione, [p] & cultu Dei, *non homines, ſed hominum imagines eſſe.* Idem ferme dicit Euſeb. Cæſar. *lib. de præpar. Euangel. cap. 5.* & Philo Iudæus *in lib. de Abrah.* huius rei rationem reddit, *Homo*, inquit ille, *qui diuinos typos, id eſt, Dei imaginem, & notas corrumpit, & confundit, is neque hominis nomine dignus eſt: nam ſi quis natura charactere inſignitus, propter flagitioſam electionem, hoc eſt, peccando, eundem typum iniuria afficit, vt à Propheta audit, Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis.* Propter igitur deperditam religionem extremis verbis huius capitis vaticinatur Malachias transferendum eſſe populum à Iudæa in gentes per vniuerſum Orbem, id quod ſignificat, *& nomen meum horribile in gentibus*, id eſt, venerabitur inter gentes nomen meum. [q] Numeratis igitur beneficiis in Iudæos, & probata eorum ingratitudine à Sacerdotibus ſacrificium auferendum, & in aliud longè illuſtrius transferendum, tandémque relinquendum eſſe populum Iudæorum, & fidem Chriſti, & religionem propagandam eſſe inter gentes, concludit in hoc capite Propheta.

Nazianz.
Eugub. Pſal. 138.
[n] *Litera ſenſus communior.*
L X X.
Deut. 6.
Matth. 4.
[o] *Fides & religio in timore Dei ſunt.*
Gen. 31.
Ion. 1.
Chryſoſt.
Auguſt.
Rab. Moyſ.
Origen.
[p] *Improbitas ſolam relinquit hominis figuram in homine.*
Euſeb. Cæſ.
Philo.
[q] *Dira comminatio in Iudæos.*

***

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

Litera Textus.

ET nunc ad vos mandatum hoc, ô ſacerdotes, Si nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper cor, vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum: mittam in vos egeſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris, & maledicam illis: quoniam non poſuiſtis ſuper cor. Ecce ego proiiciam vobis brachium, & ſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum, & aſſumet vos ſecum. Et ſcietis quia miſi ad vos mandatum iſtud, vt eſſet pactum meum cum Leui, dicit Dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo vitæ, & pacis: & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labiis eius: in pace, & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt. Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandaliſaſtis plurimos in lege: irritum feciſtis pactum Leui, dicit Dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege. Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid non Deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſque noſtrûm fratrem ſuum, violans pactum patrum noſtrorum? Tranſgreſſus eſt Iuda, & abominatio facta eſt in Iſrael, & in Hieruſalem, quia contaminauit Iudas ſanctificationem Domini, quam dilexit; & habuit filiam dei alieni. Diſperdet Dominus virum, qui fecerit hoc, magiſtrum, & diſcipulum de tabernaculis Iacob: & offerentes munus Domino exercituum. Et hoc rurſum feciſtis, operiebatis lachrymis altare Domini, fletu, & mugitu, ita vt non reſpiciam vltra ad ſacrificium, nec accipiam placabile quid de manu veſtra. Et dixiſtis, quam ob cauſam? quia Dominus teſtificatus eſt inter te, & vxorem pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Nonne vnus fecit, & reſiduum ſpiritus eius eſt? & quid vnus quærit, niſi ſemen Dei? Cuſtodite ergo ſpiritum veſtrum, & vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. Cum odio habueris dimitte, dicit Dominus Deus Iſrael: operiet autem iniquitas veſtimentum eius, dicit Dominus exercituum: cuſtodite ſpiritum veſtrum, & nolite deſpicere. Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris, & dixiſtis: In quo eum fecimus laborare? In eo quod dicitis: Omnis qui facit malũ, bonus eſt in conſpectu Domini, & tales ei placent: aut certè vbi eſt Deus iudicij.

TRACTATVS VIII.

De vindicta violatæ religionis; ſuper illis verbis Textus:

Et nunc ad vos mandatum hoc ô ſacerdotes: ſi nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper cor, vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum: mittam in vos egeſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris, & maledicam illis; quoniam non poſuiſtis ſuper cor. Ecce ego proiiciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum, & aſſumet vos ſecum.

§. I.

Cum talis oporteat quòd ſit ſacerdos, vt per eum glorificetur Deus ab hominibus, quantum & quale crimen Iudæorum trahentium populum ad peccatum?

Et nũc ad vos mandatũ hoc ô ſacerdotes.

1. EMphaſim habet particula, ad, videtúrque ſignificare ſatis rem confirmatam eſſe, ſcilicet, irreligioſos eſſe ſacerdotes in ſuſcipiendis malis victimis, & in eiſdem ſacrificandis Deo, neque populum pietatem habere, cum vilia Deo offerant. Verùm oratio ad vos potius conuertitur ô ſacerdotes, & non ad populum; ô ſacerdotes, penes quos ſumma debuit eſſe obſeruantia in rebus ſacris tractandis, ad vos eſt hæc legatio, in quibus priùs, & clariùs vitia notantur, de quibus dixit elegantiſſimè Chryſoſtom. *lib. 3. de ſacerdot. & lib. 6.* quemadmodum in corporibus lucidis, & ſplendidis facile animaduertimus quodlibet vitium, vt patet in lapillis pretioſis, ſic in ſacerdotibus, quorum vita, vt Gregor. *in paſtor. p. 2. cap. 1.* dixit, *tantum debet actionem populi tranſcendere, quantum à grege vita* * *paſtoris diſtare ſolet*; ab eis enim

Chryſoſt.

Gregor.

* *Sacerdos à populo diſtat ſicut paſtor à grege.*

Nazianz. enim virtutes, & vitia in populum deriuantur facillimè, vt notauit Nazianz. *orat. 1. in Apologet. pag. 46. Neque enim*, inquit ille, *indelebilem tincturam pannus, vel fœtidum, & ſuauem odorem res admotæ ita contrahunt, vel exitialis quidam vapor in aërem diffunditur, ac per aërem animantia occupat (quod quidem peſtis eſt, & appellatur) quam ſubditi antiſtitis improbitate celerrimè impleri ſolent*: quare iure optimo quanuis populus peccauerit, & ſacerdotes, ad ſolos ſacerdotes legatio miſſa eſt: Ad vos igitur, inquit Malachias, quos imitandos populis dedi, ad vos, penes quos ſacratiſſima debuit eſſe rerum cura diuinarum, ad vos nominatim eſt hoc præceptum, ne poſt hac recipiatis tales victimas, neque eas in altari offeratis: ita Rabbi Sel. & reliqui expoſitores.

Text. Si nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper cor, vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum.

2\. Phraſis Hebræa eſt, *ponere ſuper cor*, pro eo quod Latinè dicimus, diligenter aduertere: [Aggæi. 1.] cuius ſimilis eſt locus Aggæi in cap. 1. *Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras*, id eſt, omnino aduertite veſtram viuendi rationem. Talis igitur eſt ſenſus huius loci: Hoc eſt illud, quod vobis in memoria & animo penitus eſſe debet, Dei gloriam, & maieſtatem non lædere, officium [b] ſacerdotis religioſe, & ſyncerè facientes, ne veſtro exemplo populus, & cæterum hominum volgus nomen meum contemnat; tales enim debent eſſe mores, & vita ſacerdotum, vt Deum glorificent, [Matth. 5.] ſicut Chriſtus Dominus *Matth. 5.* Apoſtolis dixit, *ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt glorificent Patrem veſtrum*, vt notauit Auguſt. *lib. 5. de ciuit. cap. 14.* & multo melius *in lib. de ſermone Domini* [Auguſt.] *in monte, cap. 21. Non ergo*, inquit Auguſt. *tantum dixit, vt videant bona opera veſtra, ſed addidit, & glorificent* [c] *Patrem veſtrum, vt hoc ipſum quòd homo per bona opera placet hominibus, non ibi finem conſtituat, ſed propterea placeat hominibus, vt Deus glorificetur; hoc enim laudantibus expedit, vt non hominem, ſed Deum honorent*, ſicut in ipſo homine quem portabat Dominus oſtendit, vbi admiratæ ſunt turbæ paralytico ſanato [Matth. 9.] Matth. 9. *& timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit talem poteſtatem hominibus.* Similia docet Gregor. [Gregor.] *in moralib. lib. 19. c. 14. & in paſtorali 3. part. c. 36.* Vnde iuſtiſſima fuit ea vetus conſuetudo, quam [Plinius.] refert Plinius *lib. 16. natur. hiſtor. cap. 4.* vbi aſſerit veteres homines, ſoli Deo coronam dare ſolitos [Homer.] eſſe; id quod ab Homero accepit, qui ſolum cælum coronandum dicebat, quo facto ſignificabant, vniuerſa noſtra opera ad manifeſtandam gloriam Dei eſſe debere, ſicut & vniuerſa opera Dei, tam creationis, quàm iuſtificationis, eò tendunt, vt manifeſtetur gloria, & iuſtitia Dei, vt [Rom. 9. Epheſ. 10.] docet Paul. *Rom. 9. & ad Epheſ. 10.* vt quidam non ineptè dixit, *animalia ea, quæ apud Ezechiel. 1. & Apocal. 4. ſtabant ante thronum plena oculis ante, & retro, ſignificare ſanctorum curam, & præſertim ſacerdotum* [d] *in gloria Dei oſtendenda, ne vel in minimo læderetur*; id quod hoc in loco ſacerdotibus incumbere docet Malach. cùm dixit, *ſi nolueritis ponere ſuper cor, vt detis gloriam nomini meo.*

[b] *Sacerdotis munus.*

[c] *In ſacerdote. Dei gloria neceſſaria.*

[d] *Vt ſuo muneri ſatisfaciat.*

Gabr. à Coſta in Malachiam Prophetam.

Text. Mittam in vos egeſtatem.

§. II.

Cum tanta ſit paupertatis dignitas in ſacerdote, vt ei natura obediat, eam tamen, quoniam ſupra modum fugiebant Iudæorum ſacerdotes, fructum auaritiæ conſequuti ſunt.

NOtare videtur populi & ſacerdotum auaritiam, vt aduertit Hieronym. ſenſuſque talis erit: vos dicitis præ inopia non poſſe meliores hoſtias offerre, efficiam ego vt id veriſſimum ſit redigendo vos ad extremam paupertatem. Eos igitur deterret egeſtate, quaſi extremo malo; nihil enim acerbius eſt auaris, quàm paupertas, quanuis ipſa à ſapientibus inter bona numeretur, vt pulchrè dicit Tragic. 3. [Tragicus.]

Solliciti bibunt [e] *auro ſuperbi:*
Quàm iuuat nuda manu captaſſe fontem.

[e] *Mille in aureo pocula cura.*

De paupertate eſt elogium illud apud Diogen. Cynicum, qui aſſerebat Deo proximiores eſſe pauperes, quàm cæteros, quippe qui paucioribus indigeant. In quam ſententiam eſt elegantiſſimus illic locus apud Iſai. 2. *In die illa proijciat homo* [Iſai. 2.] *idola argenti ſui, quæ fecerat ſibi vt adoraret, vt ingrediatur ſciſſuras petrarum.* Qui locus quanuis ad literam pertineat ad eos, qui relictis ſuis bonis, auro ſcilicet, & argento, quæ veluti ſimulachra colebant in excidio Hieroſolymitano, ad cauernas confugiebant. Quo ſenſu ſatis etiam exprimitur paupertatis laus, proficit enim fugientibus inopia, quibus copia fortaſſis obfuit.

4\. Verùm Rabbi Sel. de extremo iudicio locum intelligit, *proijciet fugiendo, vt ingrediatur, vel ad ingrediendum*; neque enim eum auro ingredi poſſunt. Similia docet Chryſoſtom. hom. 6. in cap. 3 ad Titum. [Rab. Sel. Chryſoſt.] *Sicut eos, qui nudi fugiunt, nemo facilè tenere poteſt, eum vero, qui veſtimentum poſt ſe trahit, facilè quiuis apprehendit, ſic & pauper, & diues: nam ſi ille capiatur, facilè effugere poteſt: hic ſi non teneatur, ſuis compedibus irretitus eſt.* Similia docet Proſper. *lib. 2. de vita contemplat. cap. 13.* [Proſper.] & idem Chryſoſtom. hom. 2. ad populum. *Cernis pauperes ſuccinctos, & expeditos ad omnia.* Elegantiſſimè Nilus, autor Græcus, relatus in catena [Nilus.] aurea Patrum Græcorum ſuper Iob, *pag. 25.* prope medium, *Nudus*, inquit ille, *nunquam, aut vix per inſidias capi poteſt, ideóque Ioſeph ille pudicitiæ athleta voluptati illum tenere conanti, res quæ habent commercium cum corpore tanquam indumenta foras eiecit, in quo primum hominem imitatus eſt, qui nudus cum virtute in paradiſo verſabatur.* Videndus eſt Chryſoſtom. *hom. 5. ad populum*, vbi [Chryſoſt.] ſic ait: *Cùm malus Angelus ad ſummam inopiam redegit Iob, neque lædere quidem potuit; niſi enim in fimo eum collocauiſſet, tantum cumulum diuitiarum non cognouiſſemus; neque enim eſt tantus regis ſplendor ſedentis in ſolio, quantus fuit Iob ſedentis in ſterquilinio, quandoquidem regalem ſellam mors excidit, illam autem regnum cælorum.*

[f] *Opes fugæ impedimenta.*

5\. Non eſt igitur paupertas [g] onus, vt docet Aug. *lib. ſoliloq.* quo in loco oſtendit amplitudinem pauperis ex titulo *Pſalm. 15.* ſic enim ille Pſalmus notatus eſt, *humilis, & pauperis Dauidis*, ſeu potiùs, vt ex Hebræo vertitur; *Aurum puriſſimum*, [Auguſt.]

[g] *Paupertas ſine onere.*

elegantiùs in ſerm. 22. *Pauper es, diues es, onus illius, non pauperis illius.* Quod ſi ex effectis pretia rerum æſtimanda ſunt, ſatis id confirmauit D. Petrus Actor. 3. *Aurum, & argentum non habeo, quod autem habeo, tibi do:* ſi aurum non habet, ſanitatem dedit, *ſurge, & ambula*, non potuit ſuſtinere iuſſionem pauperis regibus dominans, pauperis [h] imperium etiam natura non pertulit; ille enim claudus erat ex vtero matris ſuæ: debilitas itaque, quam ei inuexerat natura, vi pauperis iubentis excluſa eſt, ſed pauperes, vt bene notauit Auguſt. *ſerm.* 110. diuites etiam ſunt: *Audite ergo me*, inquit Auguſt. *eſto verus pauper, eſto humilis. Nam ſi de ipſa pannoſa, & vlceroſa paupertate gloriaris, quia talis fuit ille, qui ante domum diuitis iacebat pauper, attendis quia pauper fuit, & aliud non attendis, lege ſcripturas, & inuenies quod dico. Lazarus pauper fuit, ſed is, in cuius ſinum leuatus eſt, diues fuit; contigit mors inopem illum, & auferri ab Angelis, quò? in ſinum Abrahæ, hoc eſt, in ſecreto, in quo erat Abraham, Abraham autem opulentiſſimus fuit, & tamen diues pauper fuit, non enim [i] arca ſine nummis, ſed animus pauperem reddit.*

Actor. 3.
[h] *Eiuſdem in naturam imperium.*
Auguſt.
[i] *vera paupertas.*

6. Hæc autem, quæ huc vſque diximus, paupertatis bona ſunt, ſi tamen ea ſponte feratur, namque aliter ad extremum vſque orientem eam auari fugiunt, non tam diuitias quærentes, quàm paupertatem velut monſtrum fugientes, vt pulchrè notauit Horat. in eo carm.

Horat.

Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.

Quod igitur auaris hominibus durißimum, inquit oraculum diuinum, id vobis certiſſimè eueniet, extrema ſcilicet rerum omnium indigentia, quæ oratio eſt ad ſacerdotes.

Text. Et maledicam benedictionibus veſtris.

7. Hieronym.

CÆterùm ſequentia in textu verba variè exponuntur, nam D. Hieron. putat ea duplicem ſenſum efficere poſſe, *Maledicam*, inquit Hieron. *benedictionibus veſtris*, id eſt, *mittam* [l] *in vos egeſtatem omnium rerum & bona veſtra in mala conuertam, pro copia inopiam, pro diuitiis egeſtatem habebitis, & pro felicitate miſeriam:* quem ſenſum ſequitur Vatablus. Cyril. & Rabbi Dauid, quamuis Rabbi Dauid magis videatur ſuffragari ſequenti expoſitioni. Pro quo notandum eſt id quod docet Philo *in lib. de charitate*, quo loco aſſerit imprecationes Moyſaicas, quæ referuntur *in cap.* 27. & 28. *Deut.* ratas ſemper, & firmas fuiſſe, vel etiam, vt notauit Rabbi Dauid, imprecationes ſacerdotum, quæ in templo habebantur, quarum perpetuam efficaciam impetrauerat Rex Salomon a Deo, vt conſtat ex lib. 3. Reg. cap. 28. *Si clauſum fuerit cælum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco iſto pænitentiam egerint, exaudi eos in cælo, & dimitte peccata ſeruorum tuorum, & da pluuiam ſuper terram, quam dediſti populo tuo.* Maledicam igitur benedictionibus illis, quibus vos benedixi extructo templo; neque enim efficaciam habebunt veſtræ orationes, quod extremum malorum eſt. Qui ſenſus videtur accommodatior, & grauior, eumque ſequitur Lyran. & Rabbi Sel. quaſi dicat diuinum Oraculum. Niſi [m] præcepta mea obſeruaueritis, præſertim ea, quæ pertinent ad cultum, & religionem, non modò ſummam indigentiam habebitis rerum omnium, verùm neque veſtris orationibus, quidquam à me impetrabitis. Vtrunque ſenſum refert Cap. *Multi 1. q. 1.*

[l] *Auaritiæ fructus.*
Vatabl.
Cyrill.
Rab. Dauid.
Philo.
Rab. Dauid.
3. Reg. 28.
Lyran.
Rab. Sel.
[m] *Germanior ſenſus literæ.*

Text. Et maledicam illis.

QVod autem ſequitur apud eundem vatem *& maledicam illis*, ſeu vt in Hebræo eſt, *& maledicam illi*, repetitio eſt ad rem magis confirmandam; eam enim vim habet repetitio, vt Rabbi Dauid exponit; taliſque eſt ſenſus: Ab eo tempore, quo cæpiſtis me contemnere in oblatione veſtrarum hoſtiarum, maledixi benedictionibus veſtris, ſed nunc addo nouam maledictionem; ſeu potiùs. Huc vſque maledixi benedictionibus, quas efficaces eſſe volui, quando primum templum extructum, id tamen ſub conditione pendebat, niſi ſcilicet, me ſyncerè, religioſéque coleretis; verùm nunc maledicam vobis perpetuò, neque ſub aliqua conditione, quippe cùm certus ſim, vos non audituros eſſe meam legationem. Elegans etiam eſt expoſitio, quam poſuit Rabbi Abraham: *Sic feci hactenus non audiendo veſtras preces, & ſic deinceps faciam.* Ex quibus apertè colligitur, plerunque mala [n] publica, qualia ſunt peſtes, fames, & bella, propter læſam pietatem euenire, vt ſatis confirmat hic locus, in quo prædicitur extrema inopia propter irreuerentiam offerentium. Similis eſt locus apud Plutarchum in vita Romuli: *Cum olim graſſaretur peſtis magna in vrbe Roma, guttæ ſanguinis è cælo ceciderunt, vt ad neceſſarias moleſtias, vehemens ſuperſtitio*, id eſt, religio, *hominum animos occuparet.* Similia docet Liuius *lib.* 3. *decad.* 1. quo in loco docet, impietate læſum diuinum Numen, pietate placandum eſſe. Elegantiſſimè etiam Aggæus Propheta cap. 1. *Seminaſtis multum, & intuliſtis parum, quamobrem dicit Dominus exercituum? quia domus mea deſerta eſt, propter hoc prohibiti ſunt cæli ne darent rorem, & terra contraxit germen ſuum: Non ſolùm*, loquit Hieron. *cæli pluuiam non dederunt, quibus irrigata humus fruges facit, ſed neque rorem quidem matutinum, atque nocturnum, vt arentes agri ſaltem humore aliquo temperarentur, terra quoque deuorauit, agricolis non reddituta ſementem, & quæ ſponte ſolet gignere, auaro fiat tenuis; denique propter impietatem, ſpes ſæpius in oculis erit, luctus in manibus, id eſt, lætas ſegetes ad tempus vſque meſſis vidiſtis, verùm in ipſo tempore meſſis, lachrymas colligetis*; id eſt, exiguus, tenuis, & ferè nullus prouentus erit quod nos ſæpiùs noſtris temporibus euenire dolemus, & eſt conuenientiſſimum ſupplicium, vt quemadmodum Authorem noſtrorum omnium bonorum deſerimus ingrati, ſic bona omnia nos deſerant. *Eſt enim ingratitudo*, vt inquit Auguſt. lib. ſoliloq. cap. 18. *ventus* [o] *quidam diſſecans, & vrens omnia bona.* Pietate igitur potiùs Deus colendus eſt. Non eſt autem (vt ad rem redeamus) improbanda lectio vulgata, quæ habet, *& maledicam illis*, vt benè notauit quidam, cum in Hebræo ſit, *& maledicam illi*; eſt enim Hebraiſmus notus, & ſignificat, non ſolùm omnes imprecationes veſtras, & benedictiones maledicam, ſed ſingulas ſingulis maledictionibus proſequar, hoc enim ſignificat, *maledicam illi.* 8.

Rab. Abrah.
[n] *Mala publica ob læſam pietatẽ.*
Plutarch.
Liuius.
Aggæi 1.
Hieron.
Auguſt.
[o] *Ingratitudo ventus vrens.*

Text.

Digitized by Google

Text. Ecce ego proiiciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum, & aſſumet vos ſecum.

ſ. III.

In pœnam violatæ religionis, ipſa religio impiæ, & cæremoniæ iam abolitæ velut ſtercora ſupra Iudæorum facies, & mentes relictæ ſunt.

Ecce ego proiiciam vobis brachium.

9. HÆc verba peculiarem habent [p] difficultatē propter æquiuocationem Hebræam, & proinde poſſunt pertinere ad priorem ſententiam, & rurſus nouum ſenſum efficere diſtinctum, & independentem à priori, ſic enim Hebraicè habetur, *Ecce ego deſtruam vobis ſementem.* Suffragatur Chaldaica lectio, quæ habet: *Ecce ego deſtruam vobis prouentum frumenti*; & ita hunc locum intelligit Rabbi Abraham, & Rabbi Dauid, & Rabbi Sel. quem ſenſum ſequuntur etiam Vatablus & Pagnin. Talis igitur eſt ſenſus huius loci, pendens ex priori ſententia, [q] *Ea maledictione vos maledicam, vt nihil colligatis ex veſtris ſegetibus; deſtruam enim ſemina veſtra, ne aliquid ex eis vobis proueniat.* Verùm quoniam editio vulgata aliter habet, (cui omnino adhærendum eſt) placet maximè ea expoſitio, [r] quam affert Bened. Arias Montan. petita ex æquiuocatione verbi Hebraici, *Zarach*, ſignificat enim hoc nomen, & *ſemen*, & *brachium*, ſeu, *armum*, qui iuxta legem ſcriptam *in Leuit. cap. 7.* cedebat in vſum ſacerdotis. Eſt autem notiſſimum inter oblationes, quaſdam eſſe de ſimplicioribus rebus, qualia ſunt frumentum, & oleum, & huiuſmodi alia, quæ munera dicebantur, & hæc immolabantur: alia verò erant, quæ potiùs ſacrificia dicebantur, quoniam cruentæ mactabantur, qualia ſunt animalia. Eſt igitur in his verbis metaphora, ſumpta ab irato Domino in importunum, & impium ſeruum, proiiciente in eius faciem vniuerſa, quæ eius miniſterio offeruntur. Sic igitur Deus, per Malachiam: Vniuerſa quæ mihi offerre ſoletis, tam quæ ſimplicia ſunt, quàm quæ magis compoſita ſunt, adhæreſcere faciam faciebus veſtris, diſplicent enim mihi munera veſtra. Verùm D. Hieron. Aymon. & Cyrill. quibus videtur ſuffragari lectio LXX. [ſ] per *brachium*, *armum* tantùm *dextrum* intelligunt, vt ſit ſenſus: *Ecce ego pertæſus ſacrificiorum veſtrorum proiiciam in facies veſtras armum dextrum*, qui iuxta leges Leuitici vobis de ſacrificio debebatur in veſtram ſuſtentationem.

[p] *Proponitur loci difficultas.*
Hebraicè. Chaldaicè. Rab. Abrah. & alij.
[q] *Rabbinorū ſenſus.*
[r] *Sed melior & alter.* Arias Mont.
Hieron. Aymon. Cyrillus. LXX. Interp. [ſ] *& alter.*

Text. Et diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum.

10. AVerbo Hebræo, quod *ſubſilire*, & *tripudiare* ſignificat, quia cum exultatione fit, & quoniam ſimilis ferme eſt agnorum ſaltatio, *Gabr. à Coſta in Malachiam Prophetam*, agnum quoque ſignificat: vnde pulchrè LXX. pro eo quod in Pſalm. 117. habemus, *Conſtituite diem ſolemnem in condenſis*, habet Hebræus text. *ligate agnum funibus*: quibus verbis non ineptè includitur vaticinium [t] paſſionis Chriſti, qui ligatus ductus eſt vſque ad cornua altaris, id eſt, vſque ad crucem; neque enim legimus vnquam in Scriptura agnum immolandum funibus deductum eſſe vſque ad altare; quis enim agnum anniculum candidiſſimum, & ſine macula, ad ſacrificium duriſſimo fune deferat, & non potiùs in vlnis? Solus igitur immaculatus agnus Dei ligatus legitur deductus vſque ad crucem, vnde non ſine myſterio Ioann. Euang. *cap. 19. ſui Euang.* dixit, *Miſit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem.* Similia habet Matth. *cap. 27.*

Pſal. 117. Hebraicè.
[t] *Pulchrum de Chriſti paſſione vaticinium.*
Ioann. 19.
Matth. 27.

Vt igitur iam aliquid colligamus, ferè omnes Rabbini ad hunc locum ſic habent: *Et ſpargam in facies veſtras ſtercus belluarum veſtrarum, ſeu agnorum veſtrorum, qui præcipuè ſolemnibus diebus ſacrificari ſolent*; propterea que vates dixit, *ſtercus ſolemnitatum*, viliſſima enim mihi ſunt veſtra ſacrificia, ea autem, quæ viliſſima ſunt, ſtercora vocantur: quo pacto Cicero, *in lib. de Oratore, ſtercus curiæ Glauciam* dixit, id eſt, viliſſimum hominem. Sic ſimiliter, *Proiiciam in facies veſtras*, quæcunque offerre ſoletis tanquam viliſſima; nanque ſordent mihi munera veſtra. Non diſplicet omnino ſententia Theodoreti, qui vult brachium, & pectuſculum, quæ ſacerdotibus debebantur, conuertendum eſſe in ventriculum ſtercoris receptaculum, quo inficiantur ſacerdotum facies, [o] ſtercore, ſcilicet, ſuarum cæremoniarum fœdatæ, quæ, vt elegantiſſimè notauit Auguſt. *Pſalm. 77.* vt ſignum eſſent occiſi innocentis Chriſti, ſicut etiam in Caim poſitum eſt ſignum, ne propter parricidium ab aliquo occideretur: quamuis Ioſephus Iudæus *in lib. contra Appionem Gram.* inter laudes Iudæorum referat eos nunquam à patriis inſtitutis circa diuinum cultum declinaſſe: id tamen in pœnam ſceleris ſui datum fuiſſe pulchrè docet Sueton. Tranquil. in Domitiano Cæſare, *Præter cæteros*, inquit ille, *Iudaicus fiſcus auctus eſt, ad quem deferebantur, qui intra vrbem Iudaicam viuerent vitam, imò memini vidiſſe me adoleſcentulum, cum à procuratore, frequentiſſimóque concilio conſpiceretur ſexagenarius ſenex Iudæus an circunceptus eſſet: tam turpes, & fœda reddita ſunt cæremoniæ Iudæorum, vt eis, quaſi ſtercore fœdati ab omnibus irrideantur, & explodantur*: Bene igitur Malachias vaticinatur, [x] *diſpergam ſuper vultus veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum.* 11.

Cicero.
Theodorus
[o] *Pœna fœdata religionis ipſa religio improba.* Auguſt.
Ioſephus.
Suetonius.
[x] *Vaticinium de ſpurcitia Iudæorum.*

Text. Et aſſumet vos ſecum.

VEl, vt vertitur ex Hebræo, *Iniquitas veſtra adducet vos ad hoc opprobrium, & ignominiam; eritis ab omnibus contempti, ſemper facies deturpatas habebitis; infames eritis, & vos omnes irridebunt, eò vos perduxit ſumma impietas.* 12.
Quibus verbis videtur vaticinari perpetuam ignominiam, & infamiam Iudæorum. Cui expoſitioni ſatis atteſtantur noſtra tempora.

Hebraicè.

⁂

TRACTATVS IX.

De pacto veteris ſacerdotij cum Leui, ſuper. illis verbis Textus:

Et ſcietis, quia miſi ad vos mandatum iſtud, vt eſſet pactum meum, cum Leui, dicit Dominus exercituum: Pactum meum fuit cum eo vitæ, & pacis, & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat.

13\. Brixian. ISIDORVS Brixian. ſic prorſus intelligit hunc locum, *Scire debebatis has oblationes eſſe tantùm vmbras, & ſigna quadam externa pacti mei inter verum Leui Chriſtum Dominum, & me ipſum.* Accommodatiùs tamen Rabbi David, cui ſuffragatur Theodoret. & Cyrill. *Ita inſto, ne videar frangere pactum quod pepigi cum tribu Leui.* Fauet Hieronym. ita inquiens; *ex eo quod vos abiicio intelligetis, ipſum eſſe me, qui quondam elegi patrem veſtrum Leui, & per Leui Aaron, & vobis ſacerdotij gloriam condonaui, vt eſſet pactum meum, ſiue teſtamentum meum cum Leui, & æterno mihi ſacerdotio miniſtraret*: quibus verbis, vt pulchrè notauit Bened. Arias Montan. comparatio potiùs fit, quàm cauſa redditur ad magis amplificandam malitiam, & impietatem Iudæorum, quaſi ſit ſenſus, *Eo vos adduxit veſtra iniquitas,* [a] *vt pactum etiam conſtitutum inter me & Leui, irritum feceritis, tanta fuit veſtra malitia.*

Rab. Dauid. Theodoret. Cyrillus. Hieron. Arias Mont.

[a] *Qui pactū Dei cum Leui fecerunt irritum.*

Text. Pactum meum fuit cum eo vitæ, & pacis.

§. I.

Sacerdos in ea pacis tranquillitate viuat Dei ſocius, quò nullus rerum turbo perueniat.

14\. Hieron. DEſcribit propheta perfecti ſacerdotis officium. Vt igitur à D. Hieronymo preſbytero rem aggrediamur, ille hunc locum intelligit [b] de vita, & pace ſpirituali: ſic enim ille habet, *Vita, & pacis nomine, non huius arbitremur, quæ nobis cum beſtiis, & cunctis animantibus communis eſt, ſed illius qui dicit, Ego ſum vita, de quo etiam dicere poſſumus, & pax noſtra.* Eſt autem prima veluti operatio in vita ſpirituali pax cum ſit verus, & primus effectus charitatis, qua viuimus, & mouemur ſpiritualiter; ad amorem enim pertinet inclinationes diuerſas vnire in vnam, vt dixit Dionyſ. *de diuinis nominib. cap.* 4. quæ vero perfectè fit per pacem ſpiritualem, nam concordia, vt ait D. Thomas 2.2 *queſt.* 29. *art.* 1. dicit *vnionem diuerſorum appetituum inter ſeſe*, verùm [c] pax hanc concordiam ſupponit, & addit vnionem appetitionis vnius & eiuſdem potentiæ, ita vt voluntas, quæ domina eſt, non ſolùm ſibi habeat obtemperantes cæteras potentias ad nutum, & in ſeipſa vnicam tantùm habeat volitionem, in quo maximè Deo aſſimilatur, vt pulchrè notauit Elias Cretenſ. *in com. ad Gregor. Nazianz. in Apologet. orat.* 1. cùm aſſerit, in tranquillitate animi poſitam eſſe imaginem Dei, in quo vnum, & idem velle eſt. [d] Vnde Plato pulchrè dixit, *viro ſancto talis eſt tranquillitas, qualis ſolet eſſe ſupra extremos montes; nullis enim agitatur eius anima perturbationibus, quemadmodum neque extrema montium ventorum impetum ſentiunt.* Et Philoſophus *in Ethic.* dixit, felicitatem poſitam eſſe in otio, hoc eſt, in tranquillitate: vnde notauit Nazianz. orat. 28. *Duo hæc ſuperari nequeunt, Deus,* [e] *& Angelus; tertium & Philoſophus in materia materiæ expers, in terra cæleſtis; neque enim* (vt notauit D. Thom. lib. 1. de Conſolat. proſ. 5.) *extollitur in proſperis, nec deprimitur in aduerſis, ſed ſemper idem eſt; nanque pax ſuauiſſimam harmoniam internam reddit, & fortiſſimam aciem aduerſùs omnia mala exponit.*

[b] *Expoſitio D. Hieron. de pace ſpiritu.*

Dionyſius. D. Thom.

[c] *Concordia ſupponitur ad pacem.*

Cretenſ.

[d] *Tranquillitas Dei imago.*

Plato. Ariſtot. Nazianz.

[e] *Tria inſuperabilia.*

D. Thom.

15\. Vnde ſanctiſſimè decretum eſt in ſynodo Chalcedonenſi *can.* 4. cum agit de monachis, ſiue ſolitariis, Monachos per vnanquanque prouinciam, & ciuitatem ſubiectos eſſe debere Epiſcopis, & quietè viuere, & intentos eſſe tantummodo ieiuniis, & orationibus in locis, in quibus ſæculo renunciarunt, *nanque*, vt pulchrè ait Gregor. Magnus lib. 30. cap. 12. *negotiis ſæcularibus mens hominis vehementer atteritur, quamuis in eis vehementer deſudet; quaſi enim quodam iugo ſeruitutis premunt proſpera dum appetuntur, premunt aduerſa, dum formidantur.* Vnde Paulus omnino ſacerdotes arcet à negotiis ſæcularibus pacem, & tranquillitatem animi perturbantibus 2. Timoth. *Nemo militans Deo immiſcet ſe ſæcularibus negotiis.* Qui locus, quamuis ſecúdùm ſententiam Patrum Græcorum Chryſoſtomi, OEcumenij, Primarij, Theophylacti, & aliorum, intelligatur de militibus ſæcularibus (legunt enim, *Nemo militans immiſcet ſe negotiis ſæcularibus*, id eſt, *nullus eorum, qui militiam hanc ſæcularem profitetur, vt bonus tandem miles euadat, perturbari vult negotiis ſæcularibus.*) Verùm Ambroſ. ad eum locum, & Cyprian. *lib.* 1. *Epiſtolar. epiſt.* 9. legunt potius, *Nemo militans Deo*, vt intelligatur locus de ſacerdote, imò & Iuſtinian. Cæſar eos ab iis omnibus oneribus liberos eſſe voluit *in L. Generaliter c. de Epiſcop. & cleric.* vbi ſic habet, poſtquam eos exemit ab omnibus ſæcularibus negotiis: *Propter hoc ipſum beneficium eis indulgemus, vt omnibus aliis derelictis Dei omnipotentis miniſteriis inhæreant*; nanque, vt pulchrè dixit Baſil. explicans ea verba, *vbi ego ſum, illic ſit & miniſter meus; prorſus ab omni perturbatione mundana alienus eſſe debet verus ſacerdos, & miniſter Dei, vt cum Deo eſſe poſſit: vbi ergo,* inquit Baſilius, *eſt Chriſtus Rex regum? In cœlo ſine dubio; tuus ibi ô Chriſti miles dirigendus* [f] *eſt curſus, obliuiſcere quidquid in terris refrigerij habere potes; miles enim non domos ædificat, non comparandis agrorum poſſeſſionibus vacat, alimenta miles habet à rege.* Quæ fuit ratio cur Deus in diſtributione, & diuiſione terræ promiſſionis nullam partem aſſignauerit Leuitis, ſed aliorum fructibus eos voluit ſuſtentari, ne aſſidua rerum temporalium cura ab animi tranquillitate, & pace ſepararentur, qua Deus maximè colitur, & anima beatiùs viuit, *nam ſine vita gratiæ cætera putreſcunt, quemadmodum corpus ſine anima*, vt inquit Chryſolog. Pactum igitur,

Greg. Magn. 2. Timot. Chryſoſt. OEcumen. Primar. Theophyl. Ambr. Cyprian. Baſilius.

[f] *Habitatio ſacerdotis.*

tur, inquit Deus, ſtatutum eſt inter Leuitas, vt eis pacem, & vitam ſpiritualem daremus, vel ſaltem eorum precibus, & ſacrificiis, populo. Hæc fuſiùs diximus, tum propter commendandam tranquillitatem, & animi pacem, quam Deus in ſacerdotibus requirit, tum etiam, vt amplificaremus ſententiam D. Hieronymi.

§. II.

Per ſacerdotum miniſterium, ſi rectè ſe gererent, populo Hebræorum ex pacto Dei debebatur vita, & pax corporalis.

16. VErùm iuxta ſententiam Rabbinorum, pactum vitæ, & pacis dicitur, non de ſpirituali,[g] ſed de vita, & pace, qua vulgariter viuimus, vt ſit ſenſus: Solemni pactu ſtatutum eſt, vt ſacerdotum miniſterio, & ſacrificiis, vitam, & pacem etiam hanc corporalem habeat populus Iſrael: non eſt enim negandum inter bona, quæ à Deo habemus, numerandam eſſe vitam hanc, quam viuimus, quam tãquam neceſſariam etiam medicamentis conſeruandam eſſe ſcripſit Paul. *ad Timoth. 1. cap. 5.* cum dixit, *vtere modico vino propter ſtomachum.* Quod ſi obiicias, cur ergo ſi donum Dei vita eſt, ea negata eſt viro ſanctiſſimo Timotheo? Reſpondet Chryſoſtom. *hom. 1. ad popul. & in comm. ſuper eundem locum Pauli, & hom. 10. ad Timoth. 2. cap. 4.* Chryſoſtomi autem ea præcipua eſt ratio, quia ſic meliùs conſeruatur ſanctorum modeſtia; ſi enim ſancti homines huiuſmodi defectus non paterentur, facilè ab omnibus Dij haberentur, & hæc eſt ratio cur Paulus permiſſus eſt ſtimulo carnis laborare, vt notauit Auguſtin. *epiſt. 121. ad Probam. cap. 14. & Pſalm. 130.* & Gregor. *homil. 4. in Euangel.*

[g] *Secunda expoſitio Rabbinorum de pace externa.*

1. Thim. 5. Chryſoſt. Auguſt. Gregor.

17. Nec propterea negandum eſt, vitam hanc noſtram donum Dei eſſe, & neceſſariam præcipuè ad Deum colendum, qua ratione Paul. loco citato, eam conſeruandam docet, vt notauit Ambr. ſuper eum locum, & Auguſtin *epiſt. 121. cap. 3. & 13.* vbi admonet Probam viduam, *vt curam habeat ſuæ*[h] *valetudinis, nam hoc fas eſt etiam viris ſanctis: alioquin non diceret Paulus, vtere modico vino propter ſtomachum:* neque aliam rationem reddit Dauid, cur in morbo longiori vitam à Deo poſtulauerit, quàm quia mortui religioſi eſſe non poſſunt, ſic enim habet Pſalm. 6. *Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi?* Hanc autem expoſitionem confirmauit Rabbi Dauid in ſacerdote Phinees, qui non ſolùm vitam, & pacem à Deo impetrauit, verùm etiam & ſibi, is enim vixit trecentos annos, & Aaron 120. huic autem Deus videtur promiſiſſe perpetuitatem in ſacerdotio, iuxta ea, quæ habentur *cap. 25.* Numer. *Phinees filius Eleazari filij Aaron ſacerdotis requieſcere facit furorem meum à filiis Iſrael, quoniam æmulatus eſt zelum meum contra eos. Ecce ego dabo ei teſtamentum pacis, & erit ipſi, & ſemini eius poſt eum teſtamentum ſacerdotij ſempiternum.* Ad quam pacem, & vitam videtur alludere noſter Malachias, iuxta ſententiam Rabbi Dauid, & Rabbi Abraham.

Ambr. Auguſt.

[h] *Cura valetudinis paci neceſſaria.*

Pſalm. 6. Num. 25. Rab. Dauid. Rab. Abrah.

18. Verùm placet maximè expoſitio Rabbi Sel. qui elegantiſſimè ſic voluit hunc locum intelligere. *pactum vitæ, & pacis,* id eſt, *pactum*, quo vita populo concedebatur,[i] & pax cum Deo erat, quandiu ſacerdotes in officio fuerunt, ſicut Phinees fecit, qui ſuis precibus, & religioſa vita pacem inter Deum, & populum compoſuit; & vitam Iſraeli populo impetrauit: ad huc enim ſacerdotes inſtituti ſunt, vt rebellantem à diuina maieſtate populum in Dei amorem, pacem, & concordiam reducant. Quæ fuit ratio, cur ſacerdotes deſcriptum orbem in ſuis veſtibus haberent, quem, ſcilicet, ſuis precibus, & ſacrificiis fulciebant: vnde non ineptè quidam intelligit illud Iob. 9. *ſub quo curuantur ij, qui portant orbem.* Imò huic expoſitioni fauet apertè Iſidor. qui ſic vertit hunc locum, *ſub quo curuantur potentiſſimi auxiliatores:* vt ſit ſenſus, ad amplificandam maieſtatem diuinam, ante Deum pallidi tremunt vel ipſi ſacerdotes, qui ſuis ſacrificijs, & orationibus orbem ſuſtentant, pacem conſtituentes inter Deum, & hominem; vnde Chriſtus Dominus, qui verus, & ſummus[l] ſacerdos eſt, mediator dicitur Dei, & hominũ, hanc enim pacem fecit inter Deũ, & hominem, vt velle videtur ea reuelatio, quæ facta eſt Ioanni 10. *Apocalypſ.* quo in loco refert ſe vidiſſe iridem in capite illius magni conſilij Angeli. Iris autem ſignum eſt pacis, vt conſtat ex 9. cap. Geneſ. *Arcum meum ponam in nubibus cœli, & erit ſignum fœderis inter me, & terram.* Vnde Homer. *lib. 3. Iliad.* ad componendam pacem inter populum Troianum, & Græcum dicit miſſam fuiſſe de cœlo Iridem ad Helenam, id eſt, poſitum fuiſſe arcum fœderis:

Rab. Sel.

Gabr. à Coſta in Malachiam Prophetam.

[i] *Tertia expoſitio de pace cum Deo.*

Iob. 9. Iſidorus.

[l] *Chriſtus verus ſacerdos mediator pacis.*

Apocal. 10. Geneſ. 9.

Nuntia Tindaridi cœlo delapſa per auras
Iris adeſt.

Homerus.

Veriúſque multo noſter hic Sol Chriſtus Dominus ſuo aduentu pacem conſtituit, & ſignum fœderis poſuit arcum, de quo Auguſtin *lib. 1. contra aduerſar. leg. & Prophet. Arcus,* inquit Auguſt. *variis coloribus diſtinctus ſanctorum vita eſt, qui lucet à luce Solis Chriſti Domini, quo roſcida illuſtratur obſcuritas, ne diluuio ſpirituali Deus orbem perdat.* Hoc igitur ſignificabat arcus ille, quem Ioannes vidiſſe dicit ſuper caput illius Angeli magni, qui reuelabat myſteria Chriſti; hoc enim pertinebat ad ſummum ſacerdotem Chriſtum Dominum, pacem conſtituere inter Deum, & homines, & hoc nobis ſignificare voluit diuinum oraculum, cum dixit: *Pactum meum vitæ, & pacis,* id eſt, quo populo vita impetrabatur ſacrificiis ſacerdotum, & pax cum Deo conſtituebatur, quæ videtur accommodatior expoſitio.

Auguſt.

Text. Et dedi ei timorem & timuit me.

§. III.

Quantùm vera religio ante Deum tremit, tantùm & ipſam reueretur natura.

HIc obiter notandum eſt, hanc orationem non eſſe ad Leui, neque verò ad Aaronem, 19.
aut aliquem peculiarem ſacerdotem, ſed ad tribum illam, ex qua creabantur ſacerdotes, vt notauit Cyrill. & Hieronym. quamuis aliud velit Theodoret. Præterea ſciendum eſt, vt ſæpius iam notauimus, timorem ſignificare pietatem, & religionem, qua Deum colimus, vt conſtat ex 6. *Deut.* & conſtat ex *cap. 4.* Matth. *Dominum*

Cyrill. Hieron. Theodor. Deut. 6. Matth. 4.

Gen. 31. Ione 1. *tuum adorabis*, Hebraicè eſt, *timebis*. & Geneſ. *Iurauit Iacob per timorem patris ſui*, id eſt, per religionem, & pietatem Iſaac: ſic ſimiliter *in cap. 1. Ionæ*. Senſus igitur huius loci talis eſt, *Dedi ſacerdotibus vt religioſè me colerent*; & clarius ex Hebræo, Hebraicè. *Dedi ea ipſi timorem*, id eſt, dedi ſacerdotibus [m] pacem, & vitam à Deo obtinere propter timorem, id eſt, propter religioſum cultum; nanque pulcherrimè legit Rabbi Dauid, *dedi ea ipſi propter timorem*, idque meritò, etenim vt ait Philo lib. de Decalog. *Sicut rerum omnium principium eſt Deus, ita virtutum pietas:* Ioannes etiam Chryſoſtomus homil. 4. ad populum. *Propterea pueris in fornace Babylonis ignis, factus eſt murus, & veſtis flamma, & fons fornax, & ligatos capiens ſolutos reddidit, mortalia ſuſcepit corpora, & tanquam ab immortalibus abſtinuit, non agnouit natura,* [n] *ſed pietati reuerentiam exhibuit*. Non eſt igitur mirum ſi propter pietatem ſacerdotum, pacem, vitam, & omnia habuerint Iudæi, quæ nobis cumulatiùs euenient, cum Deum ipſum hominem factum noſtri ſacerdotij caput, & principium habeamus, noſtráque ſacrificia longè nobiliora ſint, quanto Sol hic vmbram ſuperat.

[m] *Pietas ſacerdotum*, Rab. Dauid. Philo. Chryſoſt. [n] *quam veneratur ignis & natura*.

Text. Et à facie nominis mei pauebat.

20. VEl vt in Hebræo eſt, idque notauit Pagnin. in Theſauro, *& propter nomen meum contritus eſt*, vel; *à facie nominis mei conſternebatur:* hic autem D. Hieronym. elegantiſſimam timoris definitionem ponit, ſic enim habet: *à facie eius formidarent ſacerdotes, ſiue ſubtraherent ſe, atque contraherent, mentis formidinem horrore corporis indicantes*, [o] *eſt enim timor actus quidam depreſſiuus voluntatis ortus ex apprehenſione eius, à quo ſuperatur vel in magnitudine, vel in excellentia*; ex ea enim conſideratione oritur timor ille, qui reuerentialis dicitur, qualis planè fuit in Petro, vt conſtat ex illis verbis, *Tu mihi lauas pedes?* verè enim Petrus vidit infinitum exceſſum, quo eius imbecillitas à diuina excellētia & maieſtate ſuperabatur; id quod notauit Ambroſ. *cap. 5. ſuper Lucam, & lib. 3. de virginib.* explicans ea verba Petri, quæ ſunt apud eundem Lucam cap. 5. *Exi à me Domine, quia homo peccator ego ſum*, ſtupor enim circundederat eum, ex vehementi reuerentia interna, exteriora etiam membra Petri pauida tremebant, *mirabatur enim*, inquit Ambroſ. *D. Petrus dona diuina, quæ fuit cauſa tanti pauoris conferens ſuam imbecillitatem cum Dei potentia.* Id quod etiam in conſpectu viri ſancti feciſſe legitur vidua ea Sareptana, vt habetur 3. Reg. 17. *Quid mihi, & tibi vir Dei, ingreſſus es ad me vt rememorarētur iniquitates meæ?* quaſi vellet, ad præſentiam veræ virtutis, [p] qualis planè fuit in Elia Propheta, magis innoteſcere hominis peccatoris imbecillitatem, *vbi enim virtus ipſa, vel Dei maieſtas attentius conſideratur, diuino, & interno timore anima vulneratur*, vt pulchrè dixit Chryſoſt. hom. 15. ſuper Matth. *& vulnus animæ per externa timoris ſigna proditur*, id quod eleganter dixit Hieronym. hoc in loco, *me colebant ſacerdotes, ſic nomen meum reuerebantur, vt vel ſolo eo audito, corporis inſolita conſternatione, animi depreſſionem, & reuerentiam ſignificarent.*

Hieron. [o] *Timor quid.* Ambroſ. Luc. 5. 3. Reg. 17. [p] *Cur timeāt peccatores ſanctorum præſentiam.* Chryſoſt. Hieron.

TRACTATVS X.

De perfecto ſacerdote, ſuper illis verbis Textus:

Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labiis eius; in pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate: labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eſt.

§. I.

Veritas vitæ, & linguæ, vnà cum doctrinæ ſcientia, faciunt ſacerdotem cum Deo ambulare, ac multos poſt ſe trahere.

Text. Lex veritatis fuit in ore eius.

PERFECTVM ſacerdotem, eiúſque præcipuas partes iam aggreditur deſcribere Propheta, cuius prima, & præcipua conditio eſt [a] veritas, ita vt ab eo tanquam à fonte veritas petatur, & deriuetur; quibus verbis quantum conijcere potuimus, de ea ſolùm virtute loqui videtur oraculum diuinum, quæ in homine libero maxima ſemper virtus fuit. Pulchrè hoc dixit Plato dialog. 5. de legib. *Veritas itaque*, inquit ille, *omnium bonorum Diis, & hominibus Dux eſt, cuius, qui beatus, ac felix eſſe volet, ſtatim ab initio particeps eſſe debet, vt quamplurimo tempore cum veritate vitam degat.* Vnde apud Ægyptios, vt bene notauit Pierius Valer. *de ſymbolis Ægyptiis*, & Macrob. *in ſuis Saturnal.* in ſignum ingenuitatis nobiliſſimis iuuenibus de collo ſuſpendebatur aurea bulla, (Luſitanè *firmeſa*) ad cordis effigiem compoſita, ſignificantes nihil prorſus ingenuo viro in corde eſſe debere quod palam eſſe non poſſit, id eſt, maximè veraces debere eſſe ingenuos viros: quod ipſum docuit Salom. Prouerb. 31. *Miſericordia & veritas te non deſerant, circunda eas gutturi tuo:* vnde pulchrè Tertull. *lib. ad Martyr. cap. 3.* & Auguſt. *lib. de Ciuit. cap. 15.* in Attilio regulo veritatem boni viri commendat; pulchrè Lucius Flor. de eodem dixit, *Neque vltimo ſiue carceris, ſiue crucis ſupplicio deformata maieſtas eſt.* Hunc autem Attilium regulum Carthaginenſes palpebris reſectis in dolium concluſerunt, in quo vndique aculei eminebant, & ſic eum interemerunt, quæ omnia euadere potuit, noluit tamen propter ſeruandam veritatem, quæ ſummum ornamentum viri probi ſemper fuit. Hæc etiam de ſacerdotis collo pendebat, vt patet in Leuit. & latiùs ſtatim oſtendemus: quæ igitur virtus ornamentum eſt cuiuſcunque viri boni, eadem eſſe debet & ſacerdotis, veritas ſcilicet. 21.

[a] *Veritas ſacerdotum.* Plato. Pier. Valer. Macrob. Prouerb. 13. Tertull. Auguſt. Luc. Flor.

Niſi forte velis, nomine veritatis intelligendam 22.

[b] *Eiuſdem doctrina.* Rab. Abrah.

dam eſſe omnem [b] doctrinam, & diſciplinam, ſic enim Rabbi Abrah. *in com. ad Pſalm.* 1. interpretatur *legem veritatis*, id eſt, *ipſa veritatis regula, & ipſa doctrina*; ad ſacerdotem enim pertinet veritas, non ſolùm ea, quæ in quocunque viro bono eſſe debet, ſed etiam & ea quæ pendet à recondita cognitione rerum diuinarum, & legis Dei: congruenter autem addidit oraculum, *& iniquiquitas non eſt inuenta in labiis eius*; iniquitas autem hoc in loco eſt cogniti iuris peruerſio, & deprauatio. quaſi ſit ſenſus, neminem decepit vt à vero cultu recederet, ſed veram ſemper doctrinam docuit, vt ſic maximè Deo aſſimilaretur moribus, & actionibus, *qui peccatum non fecit, neque inuentus eſt dolus in ore eius*, vt ait Petrus, *ſua* 1. *Canon. cap.* 2. & in Deut. *cap.* 32. *Deus fidelis, & abſque vlla iniquitate, iuſtus, & rectus*; tales enim decet eſſe ſacerdotes, qui in terra Dei imaginem referunt.

1. Petr. 2. Deut. 32.

Text. In pace, & in æquitate ambulauit mecum.

23. [c] *Ambulare cum Deo, quid.* Plato.

AMbulare cum Deo eſt vitam [c] agere philoſophicam, animum ſcilicet, à rebus huius ſæculi ſeparando, & in verarum contemplatione occupando, *hæc enim eſt ala*, vt inquit Plato in Phædro, *qua anima ſurſum petit*, id eſt, recordatione eorum, quæ vidit anima noſtra aliquando cum Deo ambolando, contemnens ea, quæ nunc ſunt, ſurſum reſpicit in illud, quod verè exiſtit, propterea iuſtè ſola ſapientis ſublimis anima eſt, cum ſemper recordatione, quantum fieri poteſt, apud ea verſetur, in quibus eſt Deus, tunc & ipſe diuinus fit, hoc enim eſt ambulare cum Deo in pace. Eleganter id etiam dixit Origenes *in comm. ſuper cap.* 5. *ad Roman.*. explicans ea verba, *iuſtificati ex fide, pacem habemus à Deo. Neque poſthac*, dixit Origen. *caro aduerſetur ſpiritui, neque legi Dei repugnet lex membrorum, ſic enim cum Deo ambulabimus in pace.* Similia docet Nazianz. *orat.* 1. *in Apolog pag.* 102. Clariùs aliquantulum Eſias Cretenſ. in comm. ad eundem locum, [d] *Quid aliud ſignificat ambulare cum Deo in pace, quàm ea, qua Dei voluntati conſentanea ſunt, & ſentire, & agere, neque vllo modo in ipſius offenſionem incurrere?* Quem loquendi modum ſatis explicauit Eccleſiaſticus cap. 44. *Enoch placuit Deo, & raptus eſt.* Sic ſimiliter eundem loquendi modum exponit Chryſoſtom. *homil.* 21. *in Gen.* Quod autem dicit, *in pace*, non admodum mihi ineptum videtur ſi cum Tertull. exponam *in lib. ad Mart.* & cum Cypriano *lib.* 3. *epiſt. epiſt.* 15. & notauit pulchrè Iacob. Pamelius *in comm. ad Tertullian. lib. citato num.* 12. ita vt *in pace ambulare*, ſit cum Deo familiariter viuere; ſicut dare pacem alicui, erat aliquem recipere in ius communicationis. Senſus igitur talis erit; Mecum familiariter viuebāt ſacerdotes, idque in ſumma pace, & ęquitate, nunquam deflectendo à recta viuendi norma; hoc enim ſignificat nomen Hebræum, pro quo vulgatus interpres dixit *æquitatem*, ſonat enim *rectitudinem*: ſicut enim ea linea recta eſt, quæ ad regulam ducitur, ſic via ea recta, quæ legem Dei ducem ſequitur, quæ rectitudo proficiſcitur ex ſumma pace cum Deo, & obſeruantia legis Dei, quæ regula eſt noſtrarum omnium actionum: & contra impij inſtabiles ſunt, [e] vt pote non ſequentes rectam viam, iuxta ea, quæ canit Dauid Pſalm. 1. *Non ſic impij, non ſic, ſed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ*: & Pſalm. 75. *fiant tanquam puluis ante faciem venti*, id eſt, mobiles, & inſtabiles: qua de re videndus eſt Auguſtin. *lib. de vera relig. cap.* 5. & Chryſoſtom. hom. 15. ſuper Matth. *neceſſe eſt enim eum, qui non ambulat cum Deo, vagum, & profugum eſſe*, id eſt, inſtabilem, ſicut notaſſe videtur Moyſ. Gen. 4. *Egreſſuſque Caim à facie Domini, habitauit profugus in terra*, id eſt, *vagus, & mobilis*, vt legit Hieronym. *neque rectum tramitem tendens*. Verùm D. Cyrill. pro *æquitate*, ſiue, *rectitudine*, ſic locum interpretatur, *Dirigens ambulauit ſacerdos mecum*: eſt autem dirigere ambulare [f] recta via nos, & alios ductando, nanque à verbo Hebræo, *Iaſſar*, deducitur nomen Hebræum quod ſignificat ipſam directionem, ſeu in dirigendo, vt ſit ſenſus, Mecum ambulauit ſe ipſum & alios dirigendo in recta via, ſicut notauit Rabbi Dauid *lib. radic.* exponens ea verba Pſalmi 5. *Dirige in conſpectu tuo viam meam*, ſic enim Hebræi eum locum legunt cum D. Hieronymo *ad Funiam, & Phretellam.* de correctione pſalmorum, id eſt, *fac, vt talis mihi videatur tua lex, qualis illa eſt, recta ſcilicet, & plana*, hoc eſt, me ipſum dirige. Sic prorſus Cyprian. hunc locum intelligit, quæ ſententia maximè quadrat cum ſequenti verſiculo.

Cretenſ. [d] *Eiuſdem in phraſis ſecunda ſententia.*

Rom. 5. Origen. Nazianz. Eccleſ. 44. Chryſoſt. Tertullian. Cyprian. Pamell.

[e] *Peccatoris mobilitas non facit iter.*

Pſalm. 1. Pſalm. 75. Auguſt. Chryſoſt. Gen. 4. Hieron. Cyrill.

[f] *Sacerdos via dux & confector.*

Rab. Dauid. Pſal. 5. Hieron. Cyprian.

Text. Et multos auertit ab iniquitate.

HÆc verba duplicem ſenſum efficere poſſunt, *& multos auertit ab iniquitate*, in qua erant; vel ſecundus poteſt eſſe ſenſus, Multos iam penè cadentes, ne caderent defeſſi, vel ſaltem, vtroſque ſuis imprecationibus, & exemplo in viam rectam reuocauit, hoc enim eſt præcipuum munus ſacerdotis, & præſertim pontificis, iuxta ea, quæ dixit Chriſtus Matth. 5. *vos eſtis lux mundi*; paſtores enim, & pontifices diuerſis in locis poſuit Deus, vt inde tanquam ab edito loco lucentes, viam aliis in tenebris oſtenderent, ne errore loci, aut penuria lucis caderent, vt dixit Nazianz. *orat. in ſanctum Baptiſma*, ſic enim interpretatur eum locum Matthæi, *efficiamur luminaria in mundo, verbum* [g] *vitæ ſuſtinentes*, id eſt; *vitalis aliis hominibus vis, & facultas.* Cui ſimilia dixit Nicetas, *neque verò*, inquit, *nobis ipſis tantùm ſcientiæ lumen excitemus, ſed etiam quod maius eſt, veluti luminaria efficiamur.* Elegantiſſimus eſt locus hac de re apud Gregor. *lib.* 10. *moral. cap.* 17. vt oſtendit, quàm bene Paulus lucernæ officium fecerit: *An contempta lampas non erat, quæ tot virtutibus emicans tanta à perſecutoribus aduerſa tolerabat, legatione in carcere fungitur, eius vincula in omni prætorio manifeſtantur, virgis cæditur, lapidibus tunditur, pedibus extra vrbem trahitur, ille tamen ardet, & lucet.* Non minùs elegans eſt alius locus apud eundem Gregor. lib. 27. moral. cap. 5. *Duo in hac vita ſunt genera iuſtorum, vnum videlicet bene viuentium, ſed nulla docentium: aliud verò rectè viuentium, & eadem rectè docentium, ſicut & in cœli facie alia ſtella prodeunt, quas nulla pluuiæ ſubſequuntur; alia prodeunt, quæ arentem terram magnis imbribus infundunt.* 24.

Matth. 5. Nazianz. [g] *Sacerdos pharus vitæ.* Nicetas. Gregor. Idem.

25. Igitur quoties in ſancta Eccleſia, bene quidem viuunt, ſed tamen eandem rectitudinem prædicare neſciunt, [h] ſtellæ quidem ſunt, ſed in ſiccitate noctis natæ, quia exemplo benè viuendi lucere

[h] *Quid doctrina ſupra vitam.*

poſſunt cæteris, pluere tamen prædicationis ver-
bum non poſſint; cùm verò in ea quidem rectè
viuunt, & aliis eandem rectitudinem verbis præ-
dicationis influunt, quaſi ad proferendas pluuias
i Propheta in cælum ſtellæ prodeunt: an non in hoc cælo
ſtella pluuia. aſtrum fuit Moyſes,[i] qui cùm de ſupernis, id eſt,
de monte excelſo, emicuit, corda peccantium qua-
ſi arentem inferiùs terram ſanctæ exhortationis
pluuia ad vbertatem germinis infundit? An non
Iſaias aſtrum pluuiæ oſtenſus eſt, qui in eo, quod
lucem veritatis præuidens tenuit, ſiccitatem infi-
delium prophetando annuntians irrigauit? Sed
quia terra areſceret ſubductis ſtellis pluuiæ, ſi
ſuperna funditùs fluenta ceſſarent, eorum vice
Dominus Apoſtolos miſit, itaque abſtulit ſtellas
l Apoſtoli gurgites. pluuiæ, eius loco, vt imbres effunderet[l] ad inſtar
gurgitum.

26. De his igitur apertè loquitur Malachias, id eſt,
de ſacerdotibus, & maximè de Epiſcopis, vt for-
mè omnes interpretes commentantur, qui non
ſolùm benè viuendo, ſed etiam docendo, & in-
1. Tim. vlt. crepando, alios ad viam reducere poſſint, ſicut
Paulus Timotheum admonet epiſt. 1. cap. vlt.
*Attende tibi, & doctrinæ, insta in illis, hoc enim
faciens, te ipſum ſaluum facies, & eos, qui te au-
diunt*; id eſt, auertes eos ab iniquitate, hoc enim
præcipuum munus Epiſcoporum; non ſolùm
exemplo, ſed etiam & verbo, ac doctrina gregem
Ezech. 33. paſcere, ſicut apud Ezechiel. *cap.* 33. Deus paſtori-
bus comminatur, *ſanguinem verò eius de manu
tua requiram*, id eſt, ſeueriſſimè te puniam, ſi quæ
ex ouibus culpa tua perierit. Id quod etiam Pau-
lus ſe feciſſe docet, cum diſcederet Epheſo, ſic
allocutus eſt Epheſios, & paſtores quàm pluri-
mos, qui ibi aderant, *Conteſtor vos hodierna die,
quòd mundus ſum à ſanguine omnium; non enim
ſubterfugi quo minùs annuntiarem vobis conſilium
Actor. 20. Dei, attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos
Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos.* Vnde eleganter
Gregor. Gregor. Mag. *homil.* 3. *ſuper Ezechiel.* ſic commen-
tatur ea verba prophetæ, *ſcintillæ quaſi aſpectus
æris candentis: Bene ſcintilla*, inquit Gregor, *æs can-
dens dicitur, quia vita prædicantium ſonat, & ar-
det, ardet deſiderio, & charitate, ſonat verbum.* Hoc
autem munus eſſe præcipuum ſacerdotis nobis
ſatis dixit Malach. his verbis, *& multos auertit
ab iniquitate*, quæ virtus iam olim reperta eſt in
ſummis ſacerdotibus.

Text. Labia enim ſacerdotis cuſto-
dient ſcientiam, & legem requi-
rent ex ore eius.

§. II.

Sacerdotis eſt ſcire, & docere.

27. HOc primum obſeruandum eſt, vt clarior
appareat loquendi modus, quo vtitur Mala-
chias, non eſſe legendum, *cuſtodiunt*, vt aliqua
exemplaria latina minùs correcta habent, ſed po-
tius, *cuſtodient*, vt veriores codices habent, & col-
Chald. Par. ligitur ex Hebræo textu, & ex Chaldaica Para-
phraſi, quæ ſic habet; *quoniam labia ſacerdotis
cuſtodient ſcientiam*, & ita verterunt L X X. vt ſa-
Hieron. pienter notauit D. Hieronym. qui etiam in futu-
ro legit: quo ſic poſito ſenſus talis erit, *Cuſtodient*,
Gen. 22. id eſt, cuſtodire facient ſcientiam, id eſt, legem, &
doctrinam Dei, ſicut Gen. 22. *Cognoui quòd timeas
Deum*, id eſt, cognoſcere feci, quòd eſſes Deum
timens: & 1. Timoth. 6. *ô Timothee cuſtodi depoſi-* 1. Timoth. 6.
tum, id eſt, fac, quod tua culpa non pereat doctri-
na ſacra, quæ tibi credita eſt. Quæ expoſitio con-
gruit maximè cum priori ſententia; ſic enim con-
nectitur, Ad ſacerdotes ſpectat reuocare eos, qui
à recta via deuiarunt, cùm ipſi cuſtodire faciant
doctrinam, & legem Dei; habet enim ſe cor ſa- *m Cor ſacer-*
cerdotis, veluti[m] arca teſtamenti, in qua tabulæ *dotis, arca te-*
legis reconduntur, & omnis ſalutaris doctrina re- *ſtamenti.*
cipitur, *vt dent conſeruis ſuis cibaria in tempore* Hieron.
ſuo, vt inquit Hieronym. hîc. Itaque duplex eſt
ſenſus huius ſententiæ, quorum alter pendet ab
altero, vel ſacerdotes cuſtodire faciunt ſcientiam,
cùm rerum diuinarum cognitionem habeant; vel
ſaltem ab eis petitur cognitio iuris diuini, & ſa-
cræ doctrinæ, qui cuſtodes ſunt, & reuelatores di-
uinæ legis, ne eius errore, quiſpiam ab illa defi-
ciat, ſicut Aggæus dixit, *cap.* 2. *Interrogate ſacerdo-* Aggæi 2.
tes legem Dei; ad ſacerdotis enim diſciplinam per-
tinet, interrogatum reſpondere de lege: & Leuit. Leuit. 10.
10. *Vinum, quod inebriare poteſt, non bibetis, quan-
do intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moria-
mini; quia præceptum ſempiternum eſt in generatio-
nes veſtras, vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter
ſanctum, & prophanum, doceatiſque filios Iſrael
omnia legitima mea*: & Deuteron. 33. *Hi cuſtodie-* Deut. 33.
*runt eloquium tuum, & pactum tuum conſeruaue-
runt; docebunt Iacob iudicia tua, & Iſrael legem
tuam*: & paulo infrà: *Perfectio tua, & doctrina tua
à viro ſancto tuo, quem probaſti in tentatione.* Qui- Ibidem.
bus verbis manifeſtè fit alluſio ad id, quod habe-
tur Exod. 28. *Pones autem in rationali iudicij, do-* Exod. 28.
ctrinam, & veritatem: quem locum ſic legunt LXX Interp.
L X X. *date Leui fulgores eius*, ſunt enim valde Par. Chald.
ambigua verba Hebræa; vnde Paraphraſis Chal-
daica intacta reliquit eadem verba Hebræa, tan- Rab. Sel.
quam ſancta, & obſcura: & Rabbi Sel. dixit, ſub
illis verbis latere nomen Dei, ſeu expoſitionem
nominis Dei, quæ ponebant inter plicas pectora-
lis, per quæ lucere faciebant, & perficiebant ver-
ba ſua: & idem Rabbi Sel. Exod. 28. *Per rationa-* Idem.
le, inquit, *iudicij, diiudicabantur, & monebantur de
his quæ facere, aut non facere debebant*: & Rabbi Rab. Abrah.
Abrah. *pectorale iudicium*, id eſt, iudiciorum, &
ſententiarum Dei futurarum. Ex quibus colligi-
mus, etiam apud Rabbinos indubitatam fuiſſe
authoritatem definiendarum rerum fidei, & re-
ligionis penes ſummum fuiſſe ſacerdotem, quem-
admodum etiam apud nos tota authoritas deter-
minandi propoſitiones fidei reſidet in ſummo
Pontifice ſedente in ſede Petri. Id quod colligi
videtur apertiſſimè 1. 2. *quæſt.* 15. *art.* 2. *ad.* 7. quo
in loco docet D. Thomas. hanc virtutem eſſe D. Thom.
penes ſacerdotem legis, ex illis verbis Deut. 17. Leuit. 17.
*Venies ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudices,
qui fuerint illo tempore, qui iudicabunt tibi iudicij
veritatem: ſicut*, (inquit D. Thom.) *penes ſummum
iudicem erat ſumma authoritas in componēdis liti-
bus ciuilibus, ſic apud ſummum ſacerdotem eadem
etiam authoritas erat in componendis controuerſiis
fidei, & interpretanda lege Dei, propterea quod
Moyſes adeundos eſſe dicit, & Iudices, & Ponti-
fices.* Latiſſimè hac de re Albert. Pigius *lib.* 4. *de* Pigius.
Eccleſ. Hierarch. cap. 3. *per totum*, qui videtur in
ea re tranſtuliſſe D. Thomam: clariſſimè Canus Canus.
lib. de locis 5. *cap.* 2. §. *quoniam non decet.* Multo
elegantius Innocent. III. *C. per venerabile.* Vbi Innoc. III.
aſſerit ea verba *Deut.* 17. obſeruanda eſſe in lege
noua, quæ eſt veluti Deuteronomica, id eſt, lex
altera,

altera, vel lex ſecunda: ſicut igitur authoritas
ſumma nunc eſt apud Sixtum Papam, ſic etiam in
lege veteri, videtur fuiſſe apud ſummum ſacer-
Tur.Crem. dotem. Similia docet Tortis Cremata, *in ſumma*
Eccleſ.lib.1.cap. 107. & quod magis nos monet,
Auguſt. eſt elegantiſſimus locus apud Auguſt.*lib. 4.doctr.*
Matth.23. *Chriſtian.cap.*27. vbi explicat locum Matth. 23,
ſuper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Pha-
riſæi; quæ docent, facite: illa ergo cathedra, inquit
Auguſtin. *non eorum ſed Moyſis, cogebat eos bona*
dicere, etiam non bona facientes. Cathedra illa non
[a] *Non poterat à fide deuiare cathedra Moyſis.* *permittebat aliena*, id eſt, non poterat à fide [a] de-
uiare ſedentes in cathedra Moyſis, ſicut neque
errare poterat ſummus Pontifex ſedens in ſede
Petri.

28\. Chryſoſt. Suffragatur Chryſoſtom. *homil.* 3. *ad coloſſenſ.*
*cap.*1. ex quibus iam habemus, quo pacto veteres
ſacerdotes multos auerterint ab iniquitate, quia
ſcilicet, penes eos erat authoritas definiendi, &
declarandi res fidei; neque enim ſolùm veritatem
habebant ſacræ doctrinæ, ſed eandem tenebantur
aliis reuelare, vt pulcherrimè notaſſe videtur
Hieron. Hieronym. *ad Fabiolam de veſte ſacerdotali*, &
Origen. Origen. *hom.* 8. *cap.* 6. *Leuitici*, & Philo Iudæus
Philo. *lib.7.de vita Moyſ.pag.* 58. qui omnes notarunt,
veritatem, id eſt, legis cognitionem, quam ſacer-
dos in rationali geſtabat, reuelatam eſſe debere,
id eſt, propterea à Deo ſacerdotibus datam eſſe,
LXX. vt eam populo communicent: LXX. dixerunt
Interp. pro veritate, & doctrina, *fulgores*, poſiti enim ſunt
ſacerdotes, & maximè Epiſcopi, vt lucernæ ar-
dentes, neque patiuntur aliquem aberrare à via:
[o] *Certior hæc prærogatiua in ſacerdotio Chriſti, quàm in lege veteri.* quod ſi in lege veteri, hæc prærogatiua fuit, [o]
multo magis in ſacerdotio Chriſti erit, in quo
recedente vmbra obſcurans leges, Sol aureus or-
tus eſt, quia neceſſe ſemper fuit eum ordinare
Epiſcopum, qui doctrinam Dei docere poſſit, vt
Timoth.1. manifeſtè aſſerit Paulus *ad Titum* 1. Oportere
Epiſcopum amplecti ſermonem eum, qui ſecun-
dùm doctrinam eſt, fidelem, *Vt potens ſit exhor-*
tari eos in doctrina ſana, & eos, qui contradicunt
Hieronym. *arguere.* Vnde Hieronym. ad eum locum, hoc re-
ferēdum eſſe aſſerit ad ſcientiam, *quia ſi Epiſcopi*
tantum ſint ſancta vita, ſibi poſſunt prodeſſe ſic vi-
uentes, aliis verò non poſſunt; ſi verò fuerint docti, &
ſibi, & aliis; & elegantiſſimè *in Epiſt. ad Ocean* vbi
Idem. ſic ait; *Abſque ſermone, id eſt, doctrina conuerſatio,*
quantum exemplo prodeſt, tantum ſilentio nocet,
nam & latratu canum, & baculo paſtoris luporum
Hieron. *rabies depellenda eſt.* Similia docet idem Hieron.
Epheſ. 4. elegantiſſimè *in Comm. ad Epheſ.* 4. illis verbis,
Idem. *alios autem paſtores, & magiſtros*; vbi congruenter
notauit, quòd non dixerit Paulus, *alios autem pa-*
ſtores, & alios magiſtros, ſed vtrunque coniunxit,
alios autem paſtores, & magiſtros, vt intelligant
reuerendiſſimi Domini Epiſcopi, non ſolùm pa-
ſtores, ſed doctores creatos eſſe, vt notauit etiam
Auguſt. Auguſtin epiſt. 59 ad Paulin. q. 4. *Paſtores autem,*
& doctores, quos maximè diſcernere voluiſti, eoſdem
eſſe puto, neque vnquam dubitarunt ſancti Patres
veteres, præcipuam virtutem in paſtore eſſe doctri-
nam. Videndus eſt Auguſtin. *epiſt.* 7. *& lib.* 4. *de*
Proſperus. *doctrina Chriſtiana, cap.* 12. *&* 13. Proſper. *lib.* 1. *de*
Hieron. *vita contemplat. cap.* 17. *&* 18. Hieron. *lib.* 1. *dialog.*
Chryſoſt. *contra Pelagian.* & Chryſoſtom. *hom.* 15. *in* 1. *ad*
Hilarius. *Timoth. cap.* 5. Imò & Hilarius *lib.* 8. *de Trinit.*
[p] *Epiſcopi eſt docere,* aſſerit, ſummam [p] omnium virtutum Epiſcopa-
lium, eſſe ſcientiam, & hoc etiam voluiſſe videtur
Areopagita. Areopag. *in lib. de Eccleſiaſt. Hierarch. cap.* 1. ſub-
ſtantiam noſtri ſacerdotij eſſe ſacram Scriptu-
ram; quemadmodum enim ædificatori proprium
eſt ædificare, ſic Epiſcopo docere. Videndus eſt
Gregor. *epiſt.* 24. exponens ea verba Iſaiæ 58. Gregor. Iſai. 58.
Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam;
neque enim ſolùm oportet, Prælatos doctos eſſe,
ſed neceſſe etiam eſt, vt doctrinam, quam habent,
populo communicent; vnde veteres Ægyptij pro-
phetas, & rerum diuinarum profeſſores, canes vo-
cantur, oportet enim eos, qui rerum diuinarum
cognitionem habent, ad inſtar canis aſſiduè la-
trare [q] hominum vitia, nunquam inceſſere deſi- [q] *Et ſemper latrare.*
ſtendo, tales apud Hebræos habentur Elias, Hie-
remias, Oſeas, & cæteri; apud Græcos Diogenes
cognomento Canis, cuius extat illud dictum, vt
refert Diogenes Laert. *Se canem laudatorum eſſe*
dicebat, ſcilicet, hominum laude dignorum, ve-
rùm laudantium ad venandum neminem ſecum
exire velle: ſic & noſtra hac ætate diuino Dei be-
neficio, non deſunt religioſiſſimi homines, &
ſanctiſſimi Paſtores, qui & morum ſanctitate, &
vitæ aſperitate, & ſingulari eruditione, Dei ver-
bum, & legem Chriſti non ſine magno fœnore
populo communicent.

Hoc igitur voluit Malachias, cum dicit, *labia* 29.
ſacerdotis [r] *cuſtodient ſcientiam, & legem requirent* [r] *Senſus loci proprius.*
de ore eius; vbi apertè duas præcipuè ſacerdotum
partes ponit, ſcientiam ſcilicet, & ſcientiæ mani- Cyrill.
feſtationem. Congruenter autem id notauit Cy-
rill. nomine *ſcientia* intelligendam hic eſſe co-
gnitionem omnium rerum ad bene, beatéque vi-
uendum; & Bernard. *lib. de diſpenſatione & præ-* Bernard.
cepto, per *legem* intelligit, non id, quod Scriptura
apertè docet, aut recta ratio demonſtrat, hæc
enim per ſe notiſſima ſunt; ſed nomine legis in-
telligenda eſſe ea dubia, quæ abſconditam ali-
quam difficultatem habere poſſunt. Videndus eſt
idem Bernard. *lib. de conſider. in fine*: quibus in
locis non tam voluit Bernard. negare nomine le-
gis intelligendas eſſe quaſcunque vulgares diffi-
cultates, quàm voluit, talem eligendum eſſe in
paſtorem, qui poſſit maiores difficultates, &
abſcondita dubia in rebus fidei, & mutuo reue-
late, ſoluere, elucidare, & clara reddere.

Text. Quia Angelus Domini exer-
cituum eſt,

ſ. III.

Cur à ſacerdote petenda ſit cognitio totius legis.

VT notare videtur Nazianz. *orat.* 1. *in Apolog.* 30.
cap. 102. ſ. 2. cauſam videtur notare, cur à
ſacerdote petenda ſit cognitio totius iuris diuini,
quia ſcilicet, Angelus Dei eſt, id eſt, nuntius, ſeu
legatus Dei, hoc enim ſonat nomen Hebræum,
Cauſa, inquit Nazianz. *quàm præclara ſimul, &* Nazianz.
formidanda, quia Angelus Domini omnipotentis
eſt. Ad quem locum Elias Cretenſ. ſic eleganter Creten.
dixit, *Angelus Domini dicitur ſacerdos, quamuis*
natura ſit homo, [ſ] *quoniam Dei decreta planè, &* [ſ] *Cur ſacerdos Angelus dicatur.*
dilucidè exponit, nec niſi legis explanandæ cauſa
linguam mouet, quod quidem valde honorificum, &
formidabile eſt; honorificum propter ſublimitatis, &
dignitatis magnitudinem; formidabile autem pro-
pter ruinas, quæ hinc oriuntur. Pulchrè notauit
etiam Cyrill. *propterea ſacerdotem Angelum Dei* Cyrillus.
dici,

dici, quia oracula diuina fert, nihil eis addendo, neque detrahendo, ſed vt à Deo accepit, referendo: quo pacto fidem ſuis dictis conciliat regius vates in Pſalm. 48. *Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis*, iuxta ſententiam Patrum Græcorum, quam ſequitur Eugob. quaſi diceret, vera ſunt omnia quæ dicimus, nanque nihil de noſtro apponimus, ſed lingua noſtra agitur tanquam calamus à veloci, ardentiſque ſcriba, non mouetur ſponte calamus, ſed à ſcribente; ſic lingua mea, inquit regius vates, mouetur à Spiritu ſancto, neque fallere poteſt ea lingua, quæ mota eſt ab Omnipotente Deo, quod ipſum voluit Malachias cum dixit, petendam eſſe legem à ſacerdote, qui errare non poteſt in ea ferenda, cùm Angelus Dei ſit, id eſt, nuntius, qui neque verbo quidem diſcedere poteſt à legatione Domini ſui.

Pſal. 48. — Eugubin.

31\. Libuit autem hîc obiicere ea, quæ doctiſſimè Vincent. Lyrenenſ. hac de re diſſeruit, in aureo libello, cui titulum fecit, *contra prophanas hæreticorum nouitates*, ſic enim argumentatur; *ſi non licet addere quidquam in rebus fidei*,[a] *fiet ex eo, ſolam religionem eſſe ſterilem, & fruſtra eſſe potentiam in ſummo Pontifice ad determinandas res fidei.* Cui obiectioni ille reſpondit elegantiſſimè adductis illis verbis Prouerb. 11. *Ne transferas terminos, quos poſuerant Patres tui:* Eccleſ. 10. *Scindentem ſepem mordebit eum ſerpens:* & illud ex Paulo, *O Timothee, depoſitum cuſtodi*, quod Paulus iam penè moriens ei ſolum commendatum eſſe voluit: depoſiti autem ea eſt conditio, vt nihil prorſus ei addendum ſit, neque verò detrahendum, ſed integrum, & ſeruandum, & reddendum: *Habeatur tamen*, inquit Vincent. *non modo aliquis, ſed magnus profectus in fide, & non permutatio; ſiquidem ad perfectum pertinet, vt in ſemetipſa vnaquæque res amplificetur; ad perturbationem, vt aliquid ex alio in aliud transferatur; imitetur animarum religio rationem corporum, quæ licet annorum proceſſu numeros ſuos euoluat, eadem tamen, quæ erat, permanet: multum enim intereſt inter pueritiæ florem, & ſenectutis maturitatem, ſed iidem tamen fiant ſenes, qui fuerunt adoleſcentes; & quamuis vnius, & eiuſdem hominis ſtatus, & habitus mutetur, vna tamen, & eadem materia, vna eademque perſona ſit, parua lactentium membra, magna iuuenum, eadem tamen ſunt:* hoc autem tunc fiet, cum magnorum magiſtrorum, id eſt, ſanctorum Patrum, ſententias ſequuti fuerimus, poſt oraculum diuinum Eccleſiæ viſibilis, ſicut fieri iubet Conc. Trid. *ſeſſ.* 4. illis verbis, *Ad coercenda petulantia ingenia decernit ſancta Synodus, vt nemo ſuæ prudentiæ innixus in rebus fidei, & morum ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram Scripturam ad ſuos ſenſus contorqueat.* Vnde congruenter D. Epiphan. *hæreſ.* 21. & 26. *Gnoſticorum*, aſſerit, neque in verbis[b] diſcedendum eſſe ab ea doctrina, quam Deus reuelauit, & conſenſu Patrum firmata eſt. Cui ſuffragatur D. Hieronym. *in Amos cap.* 3. & *Nahum cap.* 1. & Auguſt. *lib.* 10. *de Ciuit. cap.* 23. & *lib. quæſtionum ex nouo teſtamento, q.* 43. Similia docet idem Hieronym. *in epiſt. ad Damaſcen.* cuius initium eſt, *Quoniam vetuſto.* Congruenter igitur Malachias dixit in rebus fidei adeundos eſſe ſacerdotes, præcipuéque maximum ſacerdotem, quia in rebus fidei nihil prorſus dicere poteſt, quod erroneum ſit, cum officium legati faciat. Similia docet, ſeu potiùs intelligit hunc locum D. Thomas *ſuper epiſt. ad Corinth. cap.* 11. Cætera quæ hîc dicenda forent de nomine Angeli, quod miniſtris Dei accommodatur, latiùs dicemus *cap.* 3. ad illa verba, *Ecce ego mitto Angelum meum.*

Vincen. Lyr. — [a] *Cur rebus fidei nihil addendum.* — Prouerb. 11. — Eccleſ. 10. — Conc. Trid. — Epiphan. — [b] *A doctrina ſacra nec verbis diſcedendum.* — Hieron. — Auguſt.

TRACTATVS XI.

De ſacerdotum præuaricatione, ſuper illis verbis Textus:

Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandaliſaſtis plurimos in lege: irritum feciſtis pactum Leui, dicit dominus exercituum: propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege.

§. I.

Tametſi qui per exceſſum errat ſacerdos, ſibi periculoſiùs cadat; at cæteris damnoſiùs, & turpiùs, qui per defectum à regula declinat.

Text. Vos autem receſſiſtis de via.

HActenus conditiones poſuit Propheta, quibus obſeruatis in magno ſemper honore à populo habiti ſunt ſacerdotes, & à Deo omnia impetrabant; nunc autem iam incipit elegantiſſima antitheſi eos conferre & cum maioribus ſuis, ſcilicet, Moyſe, Aaron, & Phinees, & aliis, & cum legibus, & conditionibus pactionis celebratæ inter Deum, & familiam Leui, vt ex illa collatione luce clariùs appareat, non Deum, ſed impiam, & iniuſtam ſacerdotum vitam celebratũ fœdus, irritum feciſſe. Eſt autem, *recedere à via*, vt notauit Hieron. quem ſequuntur reliqui omnes, *neque in dextram, neque in ſiniſtram declinare, ſed ſemper rectam tramitem tenere*, vt dicitur Deut. 5. *Non declines neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram*; recedere autem à via declinando ad dexteram, eſt in virtute[a] per exceſſum peccare, ſicut optimè notauit Epiphan. *hæreſ.* 59. *Catarorum*, qui puri dicebantur, & vel etiam nomine ſolo à via regia diſcedebant, putantes cuilibet de populo conuenire eam legem, quæ ſacerdotibus nuptias prohibet, quaſi verò hoc mandatum etiã vulgaribus hominibus conueniat; hos autem eleganti ſimilitudine reprehendit beatiſſimus Pater: *Quemadmodum*, inquit, *furioſus calceamenta quidem capiti circundat, & coronam auream pedibus; ſic prorſus hi, qui præceptum de nuptiis ad populum extendunt; hi nanque ſub virtutis ſpecie delirant, eſt enim ſapientis conſilium*, Eccleſiaſt. 7. *noli eſſe iuſtus multùm*, id eſt, *non queiras exceſſo na virtude*, & Hieronym. Iſaiæ 5. *Scripturá ſæpiùs hortatur, vt media via incedamus:* cuius rei rationem reddere videtur D. Bernard. *ſerm.* 4. ſuper Pſalm. *Qui habitat*, idque eleganti ſimilitudine, *Deus ſuorum beneficiorum, & auxiliorum largitionem temperat cum ea nobis communicat:* 32.

Recedere à via quid ſit. — Hieron. — [a] *Peccare per exceſſum in virtute.* — Epiphan. — Hieron. — Bernard.

municat: ſicut enim iſte Sol, neceſſarius quamuis ſit, feruor tamen eius ſi temperatus non ſit, infirmo capiti, & ſplendor eius infirmis oculis nocet; ſic etiam Sol iuſtitiæ, unde dicitur, noli nimium iuſtus eſſe, non quod iuſtitia bona non ſit, ſed quia cùm adhuc infirmi ſumus, oportet ipſa donis gratia temperari, ne forte elationis, aut indiſcretionis vitium incurramus. Eleganter etiam

Idem. lib. ſentent. *Audi ſapientem medicum, qui & ipſum iuſtitiæ ſanguinem minuendum dicit, cui putas venæ parcendum eſt, ſi iuſtitia, & ſapientia egent minutione? quis enim ſanguis vitilior? illud tamen memento, neque nimis iuſtum, neque ebriam ſapientiam, oportere ſapientiam, & iuſtitiam nominari.*

33. Et *ibidem* aduertit Bernardus ipſam etiam diuinitatem [b] quodammodo temperatam fuiſſe, vt ſic nobis accommodatum remedium præberet, ſic enim habet: *Arcus tuus Incarnatio tua eſt, ibi enim velut incuruato ſapientiæ ligno, & pro quodammodo flexu diuinitas ineffabiliter apta cognoſcitur.* Similia docet Nazianzenus orat. 26.

[b] *Temperata diuinitas per carnem.*

Nazianz. *Ne magnoperè*, inquit ille, *iuſtus ſis, nam iuſtitiam defectus, & exceſſus peræquè labefactat, non ſecus atque regulam additio aliqua, atque detractio, neque luce ſplendidior ſis, neque norma rectior.* In quam ſententiam pulchrè Seneca *in lib. de Prouident.* furioſum iuuenem Phaëtontem refert dixiſſe, *humilis, & inertis eſt tuta ſectari, & per alta virtus ibit*: longè melius conſilium eſt apud Tragicum in Hercule furente *actu* 1. *Choro* 2.

Seneca.

Tragicus.

Altè virtus animoſa cadit.

Id eſt, *virtude atrevida cae de mais alta*; quaſi velit, Nihil aliud eam virtutem efficere, quæ media, & regia via relicta, altiorem quærit, quam altam ruinam parare. Videndus eſt Auguſtinus *tract.* 95. *ſuper Ioannem, tom.* 9. *& lib. quæſtion. ex veteri teſtamento, quæſt.* 15. Sic per exceſſum à via receditur.

34. Receditur etiam à via per [c] defectū, quo pacto vulgares peccatores, auari, raptores; quo pacto à via recedunt ſacerdotes, de quibus Malachias hìc agit, non per exceſſum, quemadmodum [d] Angeli peccantes, ſed per defectum ad modum vulgarium hominum, cùm potiùs per exceſſum peccare debuiſſent. Id quod ſatis pulchrè dixit ſeu potiùs de eis dixiſſe videtur Cynicus Diogenes, *Paſtores*, inquit ille, *ſeu ij, qui aliis præſunt, imitari debent chori magiſtros; illi enim tantum excedunt, vt reliqui congruum tonum accipiant.* Cui conſentanea dixit Nazianz. *orat.* 1. *pag.* 48. & 49. vbi aſſerit, eis qui aliorum curam gerunt, non vulgarem virtutem ſufficere, ſed neceſſe eſſe, vt purgatiſſimam, & excellentem habeant, & vt ſe ab omni peccati labe conſeruent; non tamen ſcio, id ne eis ſufficiat, qui alios ad virtutem erudire parant, neque enim ab eo, qui hanc curam ſuſcipit, hoc ſolum requiritur, vt malus non ſit, malum enim eſſe, plerique etiam è vulgo turpiſſimum cenſent. Vt igitur iam aliquid colligamus, emphaſim videtur habere particula, *vos autem*, quaſi ſit ſenſus: [e] vos ſacerdotes, quos reliquis præeſſe volui, vos quos in virtute excellere volui, vos quos ad populum Angelos dedi; vos, inquam, non modò ad inſtar Angelorum non viuitis, ſed neque etiam per exceſſum peccatis, ſed potiùs ad modum vulgi imperiti per defectum à via receditis.

[c] *Peccare per defectum.*
[d] *Angeli peccauerunt per exceſſum.*

Diogenes.

Nazianz.

[e] *Senſus legitimus.*

Text. Et ſcandalizaſtis plurimos in lege.

§. II.

Quorum intererat homines auertere ab iniquitate, hi facti ſunt malorum ductores.

Maniſeſtè oſtendit Malachias, hoſce degeneraſſe à veteribus ſacerdotibus; illi enim 35.
ſuo exemplo, doctrina & moribus multos ab iniquitate auerterunt, vos autem plurimos, qui in fide, & lege ſtabant, infirmos, & debiles reddidiſtis; hoc enim ſignificat verbum Hebræum pro quo vulgatus vertit, *ſcandalizaſtis*, impingere feciſtis, ſeu offendiculum in via poſuiſtis, quo caderent, ſiue malè viuendo, ſiue perſonam accipiendo, ſiue malè docendo; facillimè enim mores eorum, [f] qui præſunt, in ſubditos deriuantur, vt latiùs diximus ex Nazianz. *orat.* 1. *in apologetic. pag* 46. qua de re videndus eſt Gregor. *lib.* 19. *moral. cap.* 4. *& in Paſtor.* 3. *p. cap.* 36 Eſt etiam elegantiſſimus locus apud Plutarchum in lib. cui titulum fecit, *cum Principe philoſophandum eſſe*, quo in loco in eos inuehitur, qui paſtores, & principes mala doctrina imbuunt; *Hi enim*, inquit ille; *non in vnum calicem lethale venenum mittunt, ſed in fontem publicitus ſcatentem, quo vtuntur omnes vti:* neque enim putauit vir ſapiens poſſe in Principe malum eſſe, quod in populum non deriuetur; ſicut neque in fonte venenum quod non redundet in malum publicum; vnde Plato dixit lib. 4. de legib. *Non multo labore, neque longo tempore opus eſt Principi ciuitatis mores immutare volenti, nam ſiue ad virtutis officia, ſiue contra ſubditos perducere velit, ipſe primus viam ingrediatur, per quam cæteri ſequantur euntem.*

[f] *Qualis Prælatus, talis erit & populus.*

Idem.
Gregor.
Plutarch.

Plato.

Vnde ſatis eleganter dixit quidam Poëta: 36.

——*Totus componitur Orbis*
Regis ad exemplum, nec ſic inflectere ſenſus Claudian.
Humanos edicta valent, quam vita regentis
Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus. Plinius.

Plinius etiam lib. 4. epiſtolar. *Vt in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur; nam lux altiſſima facti occultum nihil eſſe ſinit, ſæpe enim id, quod exemplo fit, iure fieri putatur:* & Tragicus in Thyeſte *actu* 2.

Tragicus.

Rex velit honeſta, nemo non eadem volet.

Eſt enim paſtoris, ſeu principis vita, [g] cenſura perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, neque tam imperio nobis opus eſt, quàm exemplo, vt dixit Plinius Iunior. *in Panegyr. Traiani*: vnde eleganter ſatis notauit Auguſt. *tom.* 4 *lib. quæſt. ex nouo, & veteri teſtam. q.* 16. vbi refert Angelum Domini comminatum fuiſſe mortem Moyſi, quoniam per negligentiam peccauerit, vt habetur *Exod.* 4. tunc addit Auguſt. *Idcirco ergo ſic infeſtum Angelum in ſe vidit Moyſes, quia viri ſublimis culpa, graue peccatum eſt: quod ergo à ſummo viro fit, id eſt, à ductore populi, acerbiſſimum peccatum eſt.* Iure igitur diuinum Oraculum [h] hoc in loco ſacerdotes reprehendit, qui ſuo malo exemplo multos iniquos reddiderunt debiles, & infirmos in fide, cùm tamen eorum præcipuum munus eſſet, malos auertere ab iniquitate.

[g] *Princeps perpetua cenſura.*

Plinius Iun.

Auguſt.

[h] *Senſus litt.*

Text.

Text. Irritum feciſtis pactum Leui, dixit Dominus exercituum.

37. PEndete vult Hieronym. hæc verba ex ſuperiori ſententia, quaſi ſit talis ſenſus; infirmos feciſtis multos negligentia veſtræ conuerſationis, vobiſque propterea iuſtiſſimè dicitur, *irritum feciſtis pactum Leui* vitæ & pacis, id enim quod inoentum eſt, vt vita & pax cum Deo habeatur, vos veſtro exemplo corrupiſtis; hoc enim ſonat verbum Hebræum, pro quo noſtra vulgata dicit; *irritum feciſtis*, [l] ſonat enim corrupiſtis, ſeu deleſtis, vos enim ſic viuendo indignos reddidiſtis, quibus promiſſa diuina implerentur.

Text. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, ſicut non ſeruaſtis vias meas.

§. III.

Æquum eſt, vt qui propter homines Deum non veretur, ab ipſis etiam contemnatur.

38. IVſtiſſimo Dei iudicio, hac pœna puniuntur, qui Dei honorem contemnunt, iuxta illud 1. Reg. 2. *Qui glorificauerit me, honorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles*, ſeu vt vertit Iſidor. *ignominia afficientur*; quo in loco tranſlatio ſacerdotij prædicitur propter ſimilia ſcelera, vt bene notauit Auguſtin. *lib. 17. de ciuit. cap. 4. & 5.* & Beda *in comment. ſuper 1. Reg.* Eſt enim ille locus ſimillimus huic noſtro apud Malachiam: nomen autem Hebræum, pro quo nos habemus *contemptibiles, & humiles*, ſignificat, *abiectos, & viles*, neque immeritò, vt pulchrè dixit quidam, quia ſacerdos obſequium Deo præſtare debet; populus autem reuerentiam, & honorem ſacerdoti [l] propter obſequium exhibitum Deo: quare ſicut ſacerdos Deo debitum obſequium non præſtat, ſic populus debitam reuerentiam ei denegabit; & qui obſequium Dei in vulgus hominum tranſtulit, æquiſſimum eſt, vt neque vulgi reuerentiam habeat, quam quærebat, vulgo potiùs placendo, quàm Deo; hoc enim voluit Malachias cum dixit, *ſicut non ſeruaſtis vias meas*, quaſi velit, par pari, ſeu vt Hebræi dicunt, menſura pro menſura, vt ſit pro contemptione, contemptio.

1. Reg. 2.
Iſidor.
Auguſt.
Beda.
[l] *Cur ſacerdoti detur honor.*

Text. Et accepiſtis faciem in lege.

39. ACcipere faciem, phraſis eſt frequentiſſima in ſacra Scriptura, idemque eſt, atque *accipere perſonam*; ſic enim LXX. adhunc locum vertunt, *Accipiebatis perſonas*, ſic & Chaldaica Paraphraſis. Similis eſt locus Pſalm. 81. *Vſquequo iudicatis iniquitatem, & faciem peccatorum ſumitis?* vt notauit Hieronym. & Auguſtin. ad eum locum; id eſt, accepiſtis perſonam & in gratiam nocentis, & impij innocentem condemnaſtis, quod ſcelus grauiſſimum eſt, præſertim in magiſtratibus ad quos pertinet diſtributio bonorum publicorum; hoc autem tunc fit vt notauit Hieronym. ad hunc locum, *quando iudices, non cauſas, ſed perſonas reſpectant*, ſeu potiùs, vt egregiè docuit D. Thom. 2. 2. q. 63. a. 1. in corp. in ſolut. ad. 1. *Quando aliquam* [m] *conſiderationem conſideramus in perſona, quæ non poteſt eſſe cauſa vt ei diſtributio publica fieret, ſicut conſanguinitas dignum aliquem reddit, cui hæreditas deferatur, cui tamen beneficium conferatur, cauſa eſſe non poteſt*: ſic nobilitas ex parte perſonæ conditio eſt, propter quam ei reuerentia debeatur; cui tamen propterea prælatio Eccleſiaſtica detur, cauſa eſſe non poteſt. Denique nonnunquam aliquæ conditiones neceſſariò comitantur perſonam, ad quas reſpicere, non eſt accipere perſonam, vnde Plato in 6. de legib. *Inæqualibus æqualia, inæqualia fiunt, niſi menſuram accipiat*: & Ariſtotel. lib. 3. Politic. cap. vltimo. *Vt corporibus pernicioſum eſſet, ſi cibo, aut veſte pari impares vterentur, ſic de honoribus accipiendum eſt.* Id quod ille explicat elegantiſſimè lib. 5. Ethicor. cap. 5. *Si quis magiſtratum gerens percuſſit quempiam, non decet, vt repercutiatur, & ſi quis eum, qui magiſtratum gerit, percuſſerit, is non ſolum repercutiendus eſt, verum etiam ſupplicio afficiendus*: qua de re videndus eſt Philo Iudæus *lib. de Iudice*, & Lucianus *in Hermothimo*, vbi refert de Areopagitis, ideo noctu, [n] & in tenebris iudicare fuiſſe ſolitos, ne ad dicentes reſpicere poſſent, ſed ad ea, quæ dicerent: quæ eadem forma iudicij fuit apud Thebanos Regem in ſenatu ſedere facientes obcæcatis oculis, ne odio, vel commiſeratione à vera ſententia deijceretur; & Ariſtotel. optimè *lib. 1. Rhetor.* omnino reprehendit eam oratoriæ partem, quæ ad commouendos affectus expoſita eſt, & hac maximè ratione Athenienſium Areopagum laudat, quoniam illam orationis partem a ſuo iudicio relegauerint, *ne vel odio, vel amore faciem in iudicio acciperent*, id eſt, acceptatores perſonarum eſſent in ferenda ſententia; quod cùm ſit grauiſſimum ſcelus in diſtributione bonorum publicorum, grauiſſimum procul dubio eſt in diſtributione rerũ ſpiritualiũ. Qua de re conqueritur Malachias hoc in loco, vt eleganter cõmentatur Rabbi Dauid *in lib. radic.* neque enim querela diuina eſt hoc in loco de iniqua aliqua ſententia lata à ſacerdotibus reſpicientibus potius perſonas, quàm cauſas, ſed potius, vt doctiſſimus Rabbinus inquit, *eſt in his verbis elegantiſſima metaphora, cum ſacerdos prohibetur faciem reſpicere, ſeu accipere, neque enim iudex attendere debet ad genus, formam, ætatem, vel ſexum, quæ maximè apparent in facie*, id quod ſatis explicatur in Leuit. cap. 19. *Non conſideres perſonam pauperis, nec honores vultum potentis*: eſt autem *accipere faciem in lege*, accipere perſonam magnorum in verbo legis, Leuit. 21. *Non offeretis hæc Domino, & non ponetis ex eis ſuper altare*; loquebatur autem Moyſes eo in loco de pollutis oblationibus: *Vos* [o] *autem ô ſacerdotes; cum ipſi, id eſt, nobiles maculoſa offerunt, timetis illos increpare, quia in re faciem accipitis in lege, id eſt, acceptatores perſonarum eſtis.*

LXX. Interp.
Pſalm. 81.
Hieron.
Auguſt.
Hieron.
D. Thom.
[m] *Perſonarũ acceptio.*
Plato.
Ariſtot.
Philo.
Lucianus.
[n] *Noctu iudicia fiebant apud Areopagum.*
Ariſtotel.
Rab. Dauid.
Leuit. 19.
Leuit. 22.
[o] *Loci ſenſus.*

TRACTATVS XII.

De reprehenſione, & comminatione in populum communem: ſuper illis verbis Textus:

Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid Deus vnus

creauit

creauit nos? & cæteris vſque ad finem capitis ſecundi.

§. I

Violarunt Iudæi iura propinquitatis, ne vel ea lege ad verum cultum Dei tenerentur obſtricti?

Text. Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Nunquid non Deus vnus creauit nos?

40. HÆc eſt altera pars [a] huius vaticinij; hactenus enim actum eſt cum ſacerdotibus, qui res diuinas minùs religioſè tractabant, polluias hoſtias accipiendo contra legem: Nunc autem conuertit orationem ad vniuerſam gentem Hebræam, quæ reuerſa fuerat à Babylonica captiuitate; nanque Iudæi redeuntes ad patriam contra legem ſcriptam *Deut.* 7. quòd non acciperent vxores alienigenas, id eſt, alias à religione, & patria, quas nos vulgariter dicimus, gentias; quæ eadem lex habetur *Exod.* 34. illi verò, vel Hebræis vxoribus repudiatis alienigenas ducebant, vel ſaltem Hebræis ſpretis, & retentis fœminis alienigenas in matrimonium accipiebant, quæ ſingularis erat iniuria facta Hebræis fœminis: hic autem neceſſe eſt repetamus cum D. Hieronymo ea quæ habentur *cap.* 9. & 10. *lib.* 1. *Eſdræ*, ex traditione Iudæorum: *Iudæi à Babylonica ſeruitute reuerſi Hebræas vxores repudiarunt, & cum alienigenis vel ætate florentibus, vel cultu corporum pulchrioribus, vel potentum, aut diuitum filiabus matrimonia mutuo celebrabant: eos igitur hoc in loco corripit Malachias, & admonet vt repudiatas vxores Hebræas recipiant.* Ita Hieronym. cui ſuffragatur Rabbi Sel. verùm Rabbi Dauid potius vult, eos non repudiaſſe vxores Hebræas, ſed retentis prioribus, ſpretis tamen, & contemptis, alienigenas accepiſſe; neque oppoſitum voluit Eſdras expreſsè. Quibus ſic breuiter notatis, ſic videtur diuinum oraculum reprehendere gentem Hebræam.

[a] *Secunda pars vaticinij.*

Deut. 7.

Hieron. 1. Eſdr. 9. & 10.

Rab. Sel. Rab. Dauid.

41. Duo maximè ſolent amorem conciliare inter homines, & communitas generis, & cultus idem, id eſt, religio eadem. Cùm igitur patrem vnum habeamus Abraham, idemque Deus à nobis colatur, cur ſorores veſtras, eiuſdem ſcilicet ſanguinis, & religionis deſpicitis, & fœminas alienas & à ſanguine, & religione in coniuges accipitis? Si enim liberum eſſet alienigenas accipere in coniuges, facillimo negotio totum Hebræum genus extinctum eſſet, quod Deus ſibi voluit eſſe in peculium; nam ſi rectè aduertamus, & pulchrè notauit quidam in opuſculo de fraterna beneuolentia, *Natura ideo nobis fratres* [b] *tribuit, vt externis amicitiis minùs indigeremus*: ſed nonnulli ad eam nonnunquam rediguntur inſaniam, vt omiſſa domeſtica neceſſitudine neglectis fratribus in quærendis externis amicitiis ſatagant, qui profectò nihil mihi agere videntur, quam ſi innatum ſibi membrum ſponte abſcindant, factitiumque pro eo conſignare, inſereréque nitantur: id quod etiam ſuo modo maximè obſeruandum eſt in matrimoniis contrahendis in vnaquaque bene conſtituta Republica; neque enim quæreoda ſunt externa matrimonia maximè, cum periclitatur religio, & probatiſſimi mores; quamuis enim cuicunque ſua mens ſit, pleræque tamen ſunt animi vires, quæ ſimul cum corpore à parentibus transfunduntur in filios: & præterea quia filij præceptis paternis imbuuntur, eorúmque mores, quos aſſiduè intuentur, imitari ſolent: quæ ratio fuit ſemper, vt matrimonium contractum inter fidelem, & infidelem, irritum [c] ſit, vt latiùs diſputant Doctores Theologi *in* 4. *diſt.* 39. quia huiuſmodi matrimonia repugnant educationi liberorum, quæ non tantùm poſita eſt in ſubminiſtratione eorum, quæ ad victum pertinent, ſed potius, & multo magis in edocendis optimis moribus. Id quod elegantiſſimè dixit quiſquis ille fuit, qui apoſtillas ſcripſit in Geneſim, quæ falſo ſub titulo D. Thomæ circumferuntur, *Fœmina, vt primo alimento, ſic rudiori doctrina ſuos partus alere tenetur; vir autem familiæ caput, ſubtiliorem doctrinam, hoc eſt, moralem docere debet, quæ non exiguo temporis ſpatio excipitur.* Quæ præcipua ratio eſt, cur longiora [d] ſint noſtra matrimonia, quàm cæterorum animantium. Vnde pulchrè notauit Niſſenus *orat.* 2. *in Examer.* quæ fuerit ratio, cur vir diuinus Moyſes ſimilem demonſtrationem non fecerit conſultationi diuinæ; ſic enim a Deo dictum fuerat, *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, demonſtratio autem talis fuit, *fecit Deus hominem ad imaginem ſuam*, tacuit tamen, *& ſimilitudinem; quia*, inquit, *tunc Deo ſimiles ſumus, cum optimis moribus inſtruimur; hoc autem non exiguè temporis opus eſt.* Id quod etiam bene dixit Crates ille Theban. inter Cynicos philoſophos illuſtris, is enim cum à Nicodramo Citharœdo pugno in facie percuteretur, continuò philoſophus titulum fronti impoſuit, cuius talis erat inſcriptio, *faciebat Nicodramus*; metaphora ſumpta à pictoribus, & ſtatuariis, ij enim, quandiu tabulam, vel ſtatuam perfectam non exiſtimabant, nunquam autem exiſtimabant abſolutam, eo titulo opus nondum perfectum eſſe ſignificabant: ſic prorſus vir philoſophus ſignificauit, in doctrina morali, ſe perfectum futurum, ſi alia, atque alia patientiæ exempla haberet; hæc autem facillimè addiſcitur à parentibus, vt pulchrè dixit Honor. & Arcad. in l. quiſquis ad l. Iulian. maieſtatis, *In filiis*, inquit, *paterni criminis exempla metuuntur*: & Sapient. 3. dicitur, *qui ſapientiam abiiciunt, nequiſſimi filij eorum.* Notauit hoc eleganter Ioſephus *lib.* 4. *Antiq. cap.* 8. prope medium: *Propterea Deus præcepit Iudæis, vt vxores virgines ingenuas ex honeſtis parentibus natas acciperent, quoniam ita obſeruari oportet, ad hoc vt proles naſcatur ingenua, & ad ſtudium virtutis apta, ſi non è turpi, aut illiberali matrimonio ſint nati.* Quam eandem rationem aſſignauit Moyſes *Deut.* 7. *filiam tuam non dabis filio eius*, id eſt, gentili homini, *neque filiam illius accipies filio tuo, quia ſeducet filium tuum, ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat diis alienis.* Elegantibus ſimilitudinibus id ipſum videtur ſignificatum ab Eſdra lib. 4. cap. 9. *Qualis ager, talia & ſemina; quales flores, tales & tinctura; qualis operator, talis & creatio; & qualis agricola, talis agricultura eſt.* Neque enim poteſt bonus filius euadere in moribus, aut in religione, qui præceptorem, neque domeſticum habet, id eſt, parentem: id quod eleganter dixit quidam ex philoſophis, cum videret ebrium in foro, *Illius*, inquit, *pater ebrius fuit.* Extat elegantiſſimum

[b] *Cur fratres dederit natura.*

[c] *Matrimonium inter fidelem, & infidelem ſemper irritum.*

[d] *Cur longiora matrimonia inter homines?* Niſſenus.

Sapient. 3. Ioſephus.

Deut. 7.

4. Eſdr. 9.

epigramma hac de re apud Martial. *lib.6.ad Catullum.* vbi miratur, quòd ebrioſi hominis filia aqnam potaret,

Martialis.

Miror quod Baſi filia potet aquam.

Ariſtot.

Multa dixit hac de re Ariſtot. 1. *Polit.& 3.cap.*8. *& lib. 3.Rhetor.ad Theodect.* tantum faciunt probi parentes ad beoe educandos filios in moribus & religione.

42. Iure igitur, & merito diuioum oraculom boc in loco Hebræos arguit, quod præter fas, & æquum alienigenas ducerent vxores ſpretis Hebræis; ſi enim mores vulgares praui parentes docere non poſſunt, multo minùs docebunt ea, quæ pendent ex diuina reuelatione, qualia planè multa erant, quibus vtebaotur Iudæi, quæ tradere non poterant ſuis filiis fæminæ gentiles. Vnde vetuſtiſſimum impedimentum eſt in contrahendis matrimoniis diſparitas cultus, [e] vt latiſſimè docet Auguſt. in lib. de adulterinis coniugiis primo ad Polent. *Ne nubat,* inquit, *fæmina, niſi religionis viro,* id eſt, fideli: *vel ne vir talem ducat vxorem iubet Dominus in Deut. Monet Apoſtolus, vtrunque præcipit teſtamentum:* & Ambroſ. *lib.de Patriarch.cap* 9. quod dictum relatum eſt in ſanctos Canones *cap. Caue.* 28. *q.*1. illud impedimentum dirimens fuit taotùm cum nationibus, quæ referuntur in *Deut.cap.*7.

[e] *Coniuges religione pares.*
Auguſt.

43. Verùm peculiaris eſt difficultas, Vtrùm huioſmodi matrimonia [f] cum alienigeois contracta irrita fuerint, an potiùs præceptum, quod habetur *Deut.* 7. impediens taotum fuerit, & non dirimens? Qua de re non ita apertè loquitur Aug. *in cit. lib.*1. *de adulter.coniugiis ad Polent.cap.*18. Verùm magis colligitur ex eo impedimentum fuiſſe dirimens. Veteres etiam Theologi non ita clarè loquuntur, vt videre eſt apud D. Thom. *in addit.ad 3.p.q.49.a.3.* & apud Durand. *in 4. diſt.* 39. Inter recentiores tamen expreſsè aſſerit impedimentū fuiſſe dirimens Fr. Antonius da Fonſequa Luſitan. *in annot. ad Caiet.ad cap.7.Deut.* & Sot. *in 4. diſt.39.q.vnic.a.*1. Omolum oouiſſimus Ioſephus Angles *ead.diſt.* Elegantiſſima autem mihi videtur ea doctrina, quam ex D.Thom. refert Sylo. *verb. matrimon.* 8. *q.* 10. cum aſſerit hoc impedimentum uon eſſe diſparitatem fidei, ſed cultus externi tantùm, qui reſpicit obſequium externum tantùm erga Deum, ſecundùm quod filij benè vel malè inſtituuntur à parentibus: verùm [g] eſt tamen, quod vbicunque eſt diſparitas fidei, ibi quoque cultus diſparitas eſt.

[f] *Diſparitas cultus an dirimat matrimonium?*
Auguſt.
D.Thom.
Durand.
Fonſequa.
Sotus.
Angles.
Syluest.
[g] *Reſponſio.*

44. Vt igitur iam tandem aliquid colligamus, iuſtiſſima querela eſt diuini oraculi hoc in loco; cùm enim filiis parentum mores, & religionem plerunque ſequantur, quos præceptores, & educatores habent, iniquum profectò eſt, filios Abrahami, hoc enim ſignificat illa verba, [h] *Nunquid non Pater omnium noſtrum?* id eſt, non ne ab eodem trunco deſcendimos omnes? ab Abrahamo ſcilicet, qui pater eſt gentis Hebrææ, & author, ſeu potiùs, vt Rabbi Dauid vult, (id quod parum refert, cum eadem maneat ſententia,) *Nonne omnes deſcendimus à Patriarcha Iacob, eiuſdem ſcilicet generis omnes, Iſraëlitæ nempe, qui præter ſanguinis, & generis communitatem, eundem Deum colimus, eodem prorſus cultu, & eiſdem prorſus cæremoniis?* Vnde conuenienter ſequitur apud eundem vatem, quaſi quædam concluſio deducta ex duabus prioribus argumentatiunculis, *Quare ergo deſpicis vnuſquiſque fratrem ſuum?*

[h] *Sententia textus.*
Rab. Dauid.

Text. Quare ergo deſpicit vnuſquiſque fratrem ſuum.

§. II.

Pactum inter fratres, qui frangit, vulnerat.

Conſuetom autem eſt apud Hebræos nomine fratrum, ſorores etiam vocare: & vulgare etiam ſemper fuit apod ipſos, oon modò eos, qui ex eodem parente proficiſcuntur, fratres appellare, ſed etiam eos, qui ab eadem gente oriuntor, ſocios in ſanguine, participes in religione. Tuoc talis eſt ſenſos horom verborum. Si iniquum eſt extraneis homioibus fædera, & pactiones frangere, eoſdémque deſpicere, iniquiſſimum erit eas contemnere, quas ſcitis ex eodem genere veſtro ortas eſſe, & earum loco prophanas, id eſt, alienigenas alterius, & religionis, & ſanguinis accipiendo, quo facto citiſſimè extinguetur genus Hebræum, mores, & vera religio amittentur, cùm nihil magis valeat ad pietatem, & religionem conſeruandam, quàm domeſtica parentum exempla. Noo eſt autem hîc prætereundum, id quod in Paraphraſi Chaldaica habetur, quod ipſum eſt in Hebræo textu, pro eo enim, quod nos habemus, *quare deſpicit vnuſquiſque fratrē ſuum?* Chaldaicè eſt, *cur præuaricabimur vnuſquiſque in fratrem ſuum?* Id quod etiam notaſſe videtur D. Hieron. in ſua verſione, vbi potiùs ea verba, quæ ſequuntur, *violans pactum patrum noſtrorum,* dixit, *quamuis aliqui codices mendosè habeant, violans pactum patrum veſtrorum:* quibus verbis ſeipſum Propheta cæteris Iudæis connumerat, [i] cum tamen ionocentiſſimus fuerit, vt præfati ſumus in procemio; ſed tamen propter ſingularem modeſtiam ita loquitor, & vt eius vaticinium magis à populo approbetur, humiliter de ſe ſentiendo, multo magis ſe ſe inſinuat in animos audientium. 45.

Par. Chald.
Hieron.
[i] *Humiliter connumerat ſe inter peccatores.*

Text. Violans pactum patrum noſtrorum.

Satis explicant hæc verba vim Hebræi verbi, pro quo noſtra volgata in ſuperiori dixit, *deſpicit;* illud enim, vt notauit Rabbi Dauid ſignificat, *tranſgredi pactum ſocij ſui, & mentiri illi, qui fidebat ei;* hoc enim grauiſſimum malum eſt, congruentérque propterea ſequitur, *violans pactum,* ſeu, *vulnerando pactum;* qui enim pactum conſtitutum frangit inter duos, nulla ſanguinis, nec religioois neceſſitudine ſociatos, violare fædos dicitur: verùm qui pactom inter fratres conſtitutum frangit, ooo iam violat, ſed vulnerat; maiori enim [l] nexui iunguntur fædera fratrum. Poſſunt autem hæc verba duplicem ſenſum efficere, Primum quem tradit Rabbi Dauid, & cōmendatum à Vatablo, *violaſtis fœdera coniugalia tam ſanctè obſeruata à maioribus noſtris:* aliter tamen alij exponunt, & accommodatiùs iis, quæ huc vſque diximos, violantes ſcilicet legem, quam Deus patribus noſtris dedit in Deuter. cùm dixit, non eſſe accipiendas alienigenas in coniuges, ne genus noſtrum, id eſt, Hebræum, mores, & religio periclitaretur. Quę expoſitio multo magis placet. 46.

Rab. Dauid.
[l] *Pactum inter fratres maiori nexu iungitur.*
Rab. Dauid.
Vatabl.

Text. Tranſgreſſus eſt Iuda, & abominatio facta eſt in Iſraël, & in Hieruſalem.

§.. III.

Qui matrimonij leges non ſeruat, neque fidem poterit conſeruare diuinam.

47. NOn minori elegantia conſtare videtur hîc locus, quàm ille alius in quo triumphat Auguſtin. *lib. 4. de doctrina Chriſtiana, cap. 7. ad finem, ex Amos in cap. 6.* quo in loco ad commendandam vim dicendi ornatè, & copioſè, quæ apud Prophetas reperitur, adducit eum locum, quem variis eloquentiæ luminibus illuſtratum demonſtrat illis verbis, *Va vobis, qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ*; tunc ad finem illud maximè commendat contra eos, qui luxurioſam, & voluptatibus redundantem vitam agunt, neque tamen vlla commiſeratione mouentur eorum, qui extremam miſeriam patiuntur; hoc enim ſignificant, *& non compatiebantur ſuper contritione Ioſeph*: miro enim decore non dictum eſt, nihil patiebantur ſuper contritione fratris, ſed potiùs poſitus eſt pro fratre Ioſeph, ad amplificandam indignitatem ſceleris, vt quicunque frater ſignificaretur eius nomine, cuius ex fratribus fama præclara eſt, vel in malis, quæ pendit, vel in bonis, quæ rependit: *qui tropus*, [m] inquit Auguſt. *neſcio an in illa, quam didiſcimus, & docuimus, arte tradatur?* Non minori elegantia mihi videtur hoc in loco appoſitum nomen, *Iuda*, ad ſignificandam Hebræam Gentem deriuatam ab ea tribu; nam Iudas *laudans* dicitur, [n] ſeu *fidelis*, vt ſatis conſtat ex ea impoſitione, quæ facta eſt *Gen. 29.* quando Lia peperit hunc Patriarcham. Is igitur, qui fidelis eſſe debuit, nomine enim progenitoris Gens Hebræa dicta eſt *Iuda*, à temporibus tranſmigrationis Babylonis, vt pulchrè docuit Ioannes Mercellus *in additionib. ad Pagnin.* & patet Eſter. *cap. 8.* Zachar. 8. & 2. *Reg.* 18. atque ita vel ſolo nomine ſcelus amplificat, is enim, inquam, qui fidelis eſſe debuit, tranſgreſſus eſt, ſeu mentitus eſt ei, qui fidebat illi, quæ ſumma iniquitas eſt: neque minùs amplificat crimen ea particula, quæ ſequitur, *& abominatio facta eſt in Iſrael*: qua de re conſulendus eſt Commentarius noſter in principio huius varis, cùm in titulo multa diximus de nomine *Iſrael*, quod nomen præter quàm quòd ſignificet, fortem [o] eſſe cum Deo, qualis planè fuit Iacob, quando luctatus eſt cum Angelo Domini, tunc enim ei impoſitum eſt, hoc nomen *Iſraël*, indéque deriuatum in Hebræam gentem; vt colligitur ex D. Hieronym. hoc in loco nequaquam ſumitur vt accommodatur decem tribubus, quæ captiuæ detinebantur ab Aſſyriis, ſed potiùs pro iis accipitur, qui ad Cyri Regis imperium pertinebant, & ſub Zorobabele, & Eſdra de Babylonia reverſi ſunt: hæc autem ſola fuit tribus Iuda, cum tamen hoc nomen communius accipiatur pro decem tribubus, quibus hoc nomen impoſitum eſt in ſeparatione, quæ facta eſt temporibus Ieroboam; qua de re agitur *lib. 3. Reg. cap. 12.* & *lib. 2. Paralip. cap. 10.* & apud Ioſeph. *lib. 8. antiq. cap. 3.* vnde aliqui exiſtimarunt diuinum oraculum hoc in loco agere cum decem tribubus cùm dixit, *& abominatio facta eſt in Iſrael.*

Amos 6.

Auguſt.

[m] *Sacri eloquij elegantia maior ſæculari.*

[n] *Iudas laudans ſeu fidelis.*

Mercellus.

[o] *Iſrael fortis.*

48. Verùm magis placet ſententia [p] D. Hieronymi, vt ſit hæc oratio ad tribum Iudæ, quæ in Babylonia captiua fuerat, vt ſit talis ſenſus: *Vos igitur, quibus diuino beneficio hoc nomen impoſitum eſt, Iſrael ſcilicet, quando Patriarcha Iacob luctando Angelum ſuperauit, non ſine diuino auxilio, vt eo facta intacta maneret ea gens, quæ à Iacob originem ducebat, neque læderetur à fratre Eſau*; ex ea enim oriundus erat rex Meſſias; *apud igitur homines ingratos, & immemores abominatio facta eſt, ſeu nefas horrendum, neque ſolum crimen hoc commiſſum eſt apud Babylonios, cum captiui eſſetis, verùm etiam in ipſa vrbe regia Hieruſalem, quæ ſedes erat imperij, totius virtutis, & ſanctitatis exemplum.* vndé & honeſtatis imitatio, & malorum contagiones profectæ latiùs manant, quæ loci circunſtantia grauiſſimè ſcelus amplificauit. Vel potiùs, ſi magis placet expoſitio alia, quæ fortaſſis non differt à priori, vt habeat illa particula, &, emphaſim, in hunc fermè modum, etiam in Hieruſalem, id eſt, etiam in ipſa ciuitate ſancta, quæ cultui diuino inter cæteras conſecrata erat, in qua ſummus ſacerdos, & arca Domini reſidebat; hoc enim abominandum ſacrilegium eſt.

[p] *Sententia D. Hieron.*

Text. Quia contaminauit Iudas ſanctificationem Domini, quam dilexit.

49. VAria eſt expoſitio huius loci, propter variam etiam acceptionem huius nominis, ſanctitatis, ſeu, ſanctificationis, hoc enim nomine appellatur quæcunque res Deo conſecrata, vt patet ex illo Pſ. 113. *Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius*, id eſt, Deo res cõſecrata eſt gens Hebræa: & Hierem. 2. *Sanctus Iſrael Domino primitiæ frugum eius*; quo in loco pro eo quod vulgatus noſter dixit, *Sanctus Iſrael*, Hebraicè eſt, *ſanctificatio eſt Domini Iſrael*, id eſt: res eſt Deo ſacra populus Iſrael: qua loquendi forma hic vſus eſt Malachias, vt placet D. Hieron. [q] qui enim vxorem Iſraelitam repudiabat, aſſumpta eius loco alienigena, rem ſacram violabat, rem Deo conſecratam prophanabat: qui ſenſus maximè conuenit cum iis, quæ dicta ſunt. Verùm Rabbi Dauid, ſanctitatem hanc referendam putauit ad fœdera coniugalia, [r] quæ tam ſanctè celebrata ſunt in terreſtri paradiſo à Deo ideoque à Deo dilecta, à quo, & inſtituta ſunt: quæ fortaſſis expoſitio non differt à priori; in eo enim violata eſt ſanctitas, non quòd matrimonia tantùm læſa ſint, ſed quòd læſa ſint à populo Hebræo, ex qua læſione effectũ eſt, vt res, quæ ſancta erat, & ſacra Deo, prophanaretur: ſicut & expoſitio, quam affert Theodor. ex verſione [ſ] Græcorum; non differt à ſententia Hieronymi, niſi quatenus vniuerſalior videtur, ſic enim habent LXX. *quia contaminauit Iudas ſancta Domini, in quibus dilexit.* Per *ſancta* autem, præcepta diuina intelligũt ſeu legem Dei, eáque præcipuè, quæ circa matrimonia ſtatuta erant *in Deut. cap. 7.* de contrahendo matrimonio cum alienigenis; qua in re maximè periclitatur fides, & religio. Id quod etiam voluit Chald Paraph. quæ hoc in loco dixit, *prophanauerunt qui ſunt de domo Iuda animam ſuam*; ouanque conueniret ſequitur in eadem Paraph. *& placuit eis accipere vxores ſibi filias populorum*, id eſt, idololatras, contra eam ſanctitatem, quæ in populo Dei, & quæritur, & diligitur.

Pſal. 113.

Hierem. 2.

Hieron.

[q] *Expoſitio Hieronymi.*

Rab. Dauid.

[r] *Rabbini expoſitio ſorte non alia.*

Theodoret.

[ſ] *Conſonat textus Græcus.*

LXX. Interp.

Chald. Par.

Text. Et habuit filiam dei alieni.

50. FRequentiſſima phraſis eſt in Scriptura, in qua latiùs patet nomen *filius*, quàm apud nos: nam *filia pharetra*, ſagittam ſignificat, *filia maris*, Tyrus dicitur *Iſai.* 23. vel quoniam inſula ſit, vel quoniam mercimoniis alatur, ſic *filia dei alieni*, cultria idolorum, ſeu idololatra dicitur. Hæc igitur fuit abominatio facta, accipere, ſcilicet, coniuges, idololatras, hoc enim ſignificat verbum Hebræum, *bahal*, pro quo noſtra vulgata dixit, *habuit*; ſignificat enim *poſſidere vxorem*, ſeu, *maritare*, vt conſtat ex loco Eſdræ ſuprà citato, compendioſa enim via [a] eſt ad idololatriam fœmina idololatra, vt patet in Salomone, qui ardentiſſimo amore alieniganis fuit copulatus, vt docet Tertullian. *lib. aduersùs Marcion. cap.* 9. *Salomon*, inquit ille, *audeo dicere, etiam quam habuit in Deo gloriam amiſit, per mulierem vſque in idololatriam pertractus*: & lib. *de præſcriptionib. cap.* 3. & *lib.* 2. *aduerſ. Marcion. cap.* 23. & Cyprian. *epiſt.* 7. *ad Rogantium*, & Ambroſ. quem refert Andræas à Veiga *lib.* 12. *ſuper Concil. cap.* 11. expreſsè videtur aſſerere eum fuiſſe damnatum: D. Auguſtin. *lib.* 22. *contra Fauſtum, cap.* 81. & clariùs 88. *De Salomone quid dicam, quem vehementer arguit ſancta Scriptura, atque condemnat, nihilque de pœnitentia eius, vel in eum, indulgentiam Dei, omnino commemorat?* apertiſſimè eum propter amorem alienigenarum, idololatram fuiſſe docet Scriptura *lib.* 3. *Reg. cap.* 11. cùm ait, *Salomon adamauit mulieres alienigenas*, tunc addit, *non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad veſtras, certiſſimè enim auertent corda veſtra, vt ſequamini deos earum*: de quibus extat illud, quod prudenter ab Ægyptiis dictum eſt de poëtica, *ſi quis futura de inſomnis conſulturus eſt, ab eſu polypi abſtineat, atque à fabis*, quippe quæ quanuis iucundum ſaporem habeant, prodigioſa tamen pariunt inſomnia; perſimilem autem iis dicebant Ægyptij poëticam eſſe, [b] quæ fabulas, amatoriaſque illecebras ſectatur, ipſo quidem dicendi lepore delectabiles, ſed bonis moribus, & honeſtiori diſciplinæ maximè pernicioſas, quales eſſe dixerat vagas, & impudicas fœminas Plato, quas ab inculpabili ſua republica omnino arcendas voluit, *quæ* vt pulchrè dixit Antiſthenes philoſophus, *nihil aliud ſuis amatoribus comprecantur, quàm vt ſanam mentem non habeant*; quod ſi effecerint (efficiunt autem ſæpiùs) omnia euertunt, vt videre eſt in Salomone, & in Ariſtotele philoſophiæ parente, qui non modò mores alienigenæ induit, verùm etiam ei, cui adhærebat fœminæ, immolauit, vt refert Ariſtippus *lib.* 1. *de antiq. deliciis*: Vnde pulchrè notauit D. Hieron. Ioelis cap. 1. *difficilem eſſe inuenire hæreticum*, [c] *qui caſtitatem colat*; veriúſque de fœmina impudentiſſima eſt illud elogium, quod Henricus Rex VIII. Britanniæ in ligneis ædibus regiis ſcriptum eſſe voluit, *Cui adhæreo præeſt*; præfuit enim ea cui adhærebat, quæ mores, & religionem Britanniæ perdidit. Iuſtiſſima igitur eſt querela Dei contra matrimonia cum alienigenis contracta; ex eis enim neceſſariò ſequebatur euerſio religionis.

* * *

[a] *Compendioſa via ad idololatriam.*
Tertullian.
Cyprian.
Ambr.
Veiga.
Auguſt.
3. Reg. 11.
[b] *Poëſis, & mulier ſana menti contraria.*
Plato.
Antiſthenes.
Ariſtippus.
[c] *Hæreticus non inuenitur caſtus.*

Text. Diſperdet Dominus virum qui fecerit hoc, magiſtrum, & diſcipulum de tabernaculo Iacob.

§. IV.

Qui deuiant à fide, iuſtè diuiduntur, & ſeparantur ab Eccleſia; & pro pœna talionis, aqua, & igni illis interdicitur, qui ſacrum ignem, & aquam in ſacrificiis profanarunt.

QVoniam igitur, vt eleganter dixit Tragicus, *Sequitur ſuperbos vltor à tergo Deus*: Quam eandem ſententiam, quaſi tragicè deplorat Iob cap. 9. *Verebar omnia opera mea, ſciens quòd non parces delinquenti*. Poſtquam noſter vates ſcelus, quod abominandum eſſe dixit, enarrauit, ſceleris quam primùm pœnam appoſuit, vt quos amor à peccato non potuit, timor auerteret. Hic autem obiter notandum eſt id, quod iam ſæpius alibi fecimus, malas imprecationes prophetarum, potiùs eſſe futurorum prædictiones, vt docet Auguſtin. *lib.* 1. *de ſermone Domini in monte c.* 35. & 42. & *Pſalm.* 68. quem ſequitur, vt ſolet D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 8. Imò & D. Hieronym. *Threnor.* 1. ſub illis verbis, *vindemia eos, ſicut vindemiaſti nos*, quare non eſt mirum ſi hoc in loco audiamus Hieronym. dicentem, *diſperdat Dominus virum, qui fecerit hoc*; quæ forma quanuis imprecatiua videatur, enunciatiua eſt, ac proinde parum refert, in coniunctiuo, an in futuro legat: hic autem vim maximam habet verbum Hebræum ad ſignificandam pœnam talionis, ſignificat enim non ſolùm diſperdere, ſed etiam diſperdere abſcindendo, & amputando, quo pacto ramus ab arbore diuellitur. Conuenientiſſimum eſt autem hoc ſupplicium, vt qui nefariis coniugiis ſanctitatem, ſeu populum Deo ſacrum diuidebant, ab eodem populo diuiderentur, & abſcinderentur; neque enim in tabernaculo Iacob vlla poteſt eſſe ſeparatio; eſt enim [a] tabernaculum (vt bene notauit Bened. Arias Mont.) *omnium, quæ ad habitandum conſtitui ſolent, domiciliorum ſimpliciſſimum*, & quod non perinde, atque ædes, pluribus partibus, cubiculis, conclauibus, atque atriis diuiſum, ſed vno tantùm velo contentum, cuiuſmodi tabernacula, qui habitant, eos mutua charitate, eiſdem ſtudiis, eiſdem religionis legibus, coniunctiſſimè teneri oportet; vnde neceſſe eſt eos, ab hac ſimpliciſſima viuendi lege ſeparari, qui ſub eodem tabernaculo varias cellulas, id eſt, varias viuendi normas habere tentauerunt, alienigenas in coniuges accipiendo, quæ via facilis eſt ad euertendam veram religionem, quæ vnica ſub tabernaculo Iacob, vel ſub ſynagoga fuit, vt eadem permanet in tabernaculo Iacob, id eſt, in Eccleſia. 51.

Eſt autem hoc loco notandum, ambigua ſatis eſſe verba Hebræa, [a] pro quibus vulgatus dixit, *Magiſtrum, & diſcipulum*; nam Rabbi Dauid, *non remanebit*, inquit, *excitans verbum, & teſtificans, & reſpondens*. Paulò obſcuriùs communiter intelligunt hunc locum Rabbini, *Si diſcipulus ſapiens fuerit, non erit ei magiſter inter ſapientes, & reſpondens inter diſcipulos*: Id eſt, neque diſcipuli magiſtros habebunt, neque magiſtri diſcipulos; 52.

Tragicus.
Iob. 9.
Auguſt.
D. Thom.
Hieron. Thren. 1.
[a] *Tabernaculũ quid ſit.*
Arias Mont.
[a] *Varietas lectionum.*
Rab. Dauid.

pulos; *ſi fuerit ſacerdos, non erit ei filius offerens oblationem Domini*, longè autem Targum: *filium & filij filium*, id eſt, nepotem, *abſcindet*. Quæ varietas lectionum ortum habet ex verbo Hebræo, quod ſignificat excitatorem, indeque magiſtrum; excitat enim præceptor diſcipuli mentem: quæ eadem varietas eſt in alio verbo, quod ſignificat, reſpondentem, ſeu diſcipulum, vel, filium, excitare enim videtur filius ſemen patris.

53. Inter has autem verſiones accommodatior multo eſt noſtra vulgata, cùm ſignificet, neceſſarium fuiſſe diuinum ſupplicium, ne malum latiùs ſerperet, & proinde non modò magiſtrum prauæ religionis,[b] quales ſemper ſolent eſſe, cum matrimonia contrahuntur inter infideles, ſed etiam diſcipuli, id eſt, qui talia audierint, abſcindentur à populo, vel, exilio mulctabuntur, vel, immatura morte interibunt; ita enim vult Hieronym. & hoc ſignificat tabernaculum Iacob, vrbem ſcilicet, vel potiùs, vrbes Iudææ (nam Hebraicè in plurali legitur) & ita vertit Chald. *deſtruet Dominus de ciuitatibus Iacob*; non eſt enim exiguum beneficium Dei, ſi huiuſmodi peſtes maximè à Republica Chriſtiana auferantur, ne ex parua ſcintilla, grande oriatur incendium; ad noſtros enim hæreticos hic locus optimè accommodari poteſt, quamuis propheta hoc in loco ſolùm agere videatur de iis, qui à ſynagoga deficiebant, vel qui proximi erant, vt efficerent adhærentes vxoribus infidelibus, quæ ſæpius huius defectionis cauſæ eſſe ſolent; æquiſſimum eſt autem, vt ferro & igne à noſtris tabernaculis arceantur, *illis enim*, vt notauit Auguſtin. *lib. 2. contra epiſtol. Petiliani, cap.* 8. non longè à principio, *relictus eſt laqueus*, inquit, *proditoris*, ſic enim habet, *& abiit, & laqueo ſe ſuſpendit Iudas, laqueo periit proditor, & laqueum*[c] *talibus reliquit*: qua de re videndus eſt Auguſtin. *lib. 2. contra Epiſt. Petiliani, cap.* 10. & 11. & 66. & 67. ſi enim vt Heſiodus ait, *piaculum eſt fontes turbare, à quibus viuimus*, id quod eleganter videtur plorare ruſticus ille *in Eglog.* 2.

[b] Contra hæreticos noſtri temporis.

Auguſt.

[c] Suſpendium hæreticum hæreditariũ.

Heſiodus.

Virgilius.

Heu Heu quid volui, miſero mihi floribus Auſtrũ,
Et liquidis immiſi fontibus apros?

Veriùs enim clariſſimum fidei fontem turbare ſolent hæretici homines: vnde D. Hieronym. in Hæreticos eſſe voluit eum locum apud Habacuc c. 2. *Væ qui potum dat amico ſuo mittens fel ſuum, & inebrians eum*: quem locum L X X. ſic eleganter verterunt, *Væ, qui bibendam dant proximo ſuo ſubuerſionem turbidam*, vt notauit Elias Cret. *in Apolog. orat.* 1. *pag.* 101. & D. Athanaſ. *in ea epiſt.* quam ad Epictet. Epiſcop. Corinth. ſcripſit, quæ extat apud Epiphan. tom. 2. lib. 3. *Hæretici*, inquit Athanaſ. *proponunt proximo ſuo ſubuerſionem turbidam*; ſubuerſio autem turbida, vt dicit Iacob. Pamelius, doctrina eſt hæreticorum, fucata ſcilicet, meritò igitur huiuſmodi homines *diſperdet Dominus de tabernaculo Iacob*, id eſt, de Eccleſia fidelium, neque ſolùm magiſtros, verùm etiam & diſcipulos, ne mali ſeminarium relinquatur.

Abacu. 2.

LXX Interp.

Cretenſ.

Athanaſ.

Text. Et offerentem munus Domino exercituum.

54. REpetendum neceſſariò hic eſt, verbum *diſperdere*, quæ verba duplicem ſenſum efficere poſſunt; primum cùm D. Hieronymo, remedium, quod præſentiſſimum ſolet eſſe in aliis malis, ſacrificium, ſcilicet, illis nullo modo proderit, namque diſperdet Deus eum, qui pro huiuſmodi hominibus ſacrificium obtulerit; erunt præciſi, maledicti, aqua, & igni priuati, & à ſacrificij participatione omnino excluſi, *quorum ſolum remedium eſt*, inquit Hieronym. *non facere quæ fecerunt*: quæ verba Hieronymi, quomodo interpretanda ſunt, neque ſolùm dicit Hieronym. ſufficit ad ſalutem deſiſtere à peccando, ſed vlteriùs requiritur pœnitentia, vt ipſe ſæpius docet, & præcipuè *in epitaphio Fabiolæ ad Oceanum*, & in epiſt. *ad Ruſticum monachum*, quæ incipit, *quod ignotus ad ignotum*, in qua conieciſſe videtur omnes flores Scripturæ ſacræ pertinentes ad pœnitentiam, incipiens ab eo loco Iſaiæ, *quando conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris*: in quam eandem ſententiam pulchrè intelligit illud Pſalm. 62. *ſitiuit anima mea ad te Deus, quàm multipliciter tibi caro mea; in terra deſerta, inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi; quanquam*, inquit Hieronym. *vehementer te deſiderauerit anima mea, tamen multo te plus carnis meæ labore quæſiui, & tibi in ſancto apparere non potui, donec*[f] *in terra deſerta à vitiis commorarer*. Similia docet in Amos ad illa verba, *Tenentem ſceptrum*. Elegantiſſimus eſt locus eius Ioelis 2. explicans ea verba, *quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſcat?* Quibus verbis videtur Ioel docere, non eſſe ceſſandum à pœnitentia, *ſenſus eſt*, inquit Hieronym. *Ego hortor ad id, quod meum eſt, ſcilicet, ad pœnitentiam, cùm Deum ineffabiliter clementem eſſe acceperim à Dauide, ſed quia profundum ſcientiæ Dei noſcere non poſſumus, ſententiam tempero, & opto potius, quis ſcit, ſi conuertatur? quare quandiu hoc cognoſcere non poſſumus, pœnitentia agenda eſt*. Similia docet Hieronym. ad Furiam, & alibi paſſim.

Hieron.

Pſalm. 62.

Hieron.

[f] Vera pœnitentia vbi ſit.

Amos.

Ioel. 2.

Hieron.

55. Poteſt ſecundus eſſe ſenſus huius loci, quem videtur ſequuta Paraphraſis Chaldaica, & Cyrill. & colligitur ex Eſdra lib. 1. cap. 9. & 10. *Euellam pariter ſacerdotes, qui ſacrificia offerre ſolent, quoniam & ipſi etiam alienigenas vxores acceperunt, par erit eorum pœna*. Cui expoſitioni ſuffragantur maximè L X X. vertentes, *diſperdet Deus de iis, qui offerunt Domino omnipotenti*: ſic ſimiliter ferè omnes Rabbini veteres. *ſi fuerit*, inquit, *ſacerdos, non erit filius offerens oblationem Deo*.

Par Chald.
Cyrill
Eſdr. 1. c. 9. & 10.

LXX Interp.

Text. Et hoc rurſum feciſtis, operiebatis lachrymis altare Domini, fletu, & mugitu, ita vt non reſpiciam vltra ad ſacrificium, nec accipiam placabile quid de manu veſtra.

§. V.

Vir propriæ vxori alienam ſuperinducens lachrymis operit altare Domini.

56. COntinetur in his verbis elegantiſſima ſceleris amplificatio, ſicut optimè dicit[g] Rabbi Abraham ad hunc locum, cum ſic habet, *& hoc ſecundò feciſtis, ſatis enim iniquum erat primum*, quòd viri Hebræi alienigenas acciperent vxores, quamuis ſoluti eſſent; aliud enim poſtulabat cultus diſparitas, & ſanctitas Hebrææ gentis; hoc autem ſecundum multo durius eſt, quòd vxoratus cum fœmina Hebræa accipiat aliam

[g] Expoſitio Rabbinorum.

 æthnicam;

æthnicam; hioc enim factum eſt, vt in templum occurrant fœminæ clamantes,& lachrymis ſuis altare Domini cooperientes, & dicentes, Quid fecimus contra viros noſtros? Seruauimus coniugalia fœdera perpetua fide, illi autem contra fas æquum, miſerrimè nos deſpectas eſſe patiuntur acceptis gentilibus fœminis! Similia docet Rabbi Sel. Eadem refert Hieronym. ex traditione Hebræorum, & addit elegantiſſimè, *Hebræas fœminas lachrymis, planctu, & fœmineo eiulatu*, (quæ omnia poſita ſunt à Propheta ad amplificandam vim doloris) *quodammodo accuſaſſe diuinam prouidentiam, qua non videatur curare res eorum, qui probè viuunt*: in hoc enim videtur Hieronym. ponere ſceleris amplificationem contentam in hoc verſiculo; & quanuis mihi valde placeat expoſitio Rabbi Abraham, multò magis [h] placebit ſi ei addatur hæc ſententia Hieronymi: tunc enim talis erit ſenſus: Graue erat homines Hebræos alienigenas in matrimonium accipere, etiam ſolutos, multò grauiùs coniugatos ſpretis legitimis coniugibus; grauiſſimum verò, & nullo modo ferendum retinere alienigenas clamantibus fœminis Hebræis, & ſuis lachrymis diuinam prouidentiam accuſantibus.

Rab. Sel. Hieron.

[h] *Quam probat Autor ſecundum mentem D. Hieronymi.*

57. Vt igitur ſingulas partes exponamus, *& hoc ſecundò faciebatis*, feciſtis, ſcilicet, vt vxores veſtræ à vobis ſingulari iniuria affectæ ad altare concurrerent clamantes, illúdque lachrymis opertum reddentes, & quodammodo accuſantes diuinam Prouidentiam, quòd humana non reſpiceret, & miſeras non adiuuaret afflictis in rebus; propterea, inquit diuinum oraculum, non accipiam ſacrificium, neque hoſtiam de manu ſacerdotum pro vobis, teſtes enim ſunt veſtræ iniquitatis earum lachrymæ, nanque lachrymis ſuis veluti denſiſſimum velum compoſuerunt, quod inter ſacrificium, & me interpoſitum efficit ne veſtra ſacrificia mihi placere poſſint, neque ſolùm placere non poſſint, ſed etiam neque videri; talis nimis, & natura eſt lachrymarum maximè in miſeris fœminis, quas natura cum inermes reliquerit; lachrymis armauit, ne ſola miſera fœmina ſine præſidio eſſet, vt dixit Chryſolog. ſerm. 79. ad principium, *lachrymis arma vincunt, regna fletibus inclinant, lamentis totam fortitudinem virorum frangunt.* Similia docet Ambroſ. *in lib. de viduis*, explicans illud Pſal. 101. *Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam*, vbi proſequitur eleganter effectus lachrymarum, *Miſericordiam*, inquit ille, *conciliant, laborem minuunt, dolorem leuant, pudorem ſeruant, neque iam miſera ſibi videtur, qua conſolationem in lachrymis habet, in quibus ſunt charitatis ſtipendia, pietatis officia, imò eius ſunt naturæ, vt cum ad maxillas vſque deſcendant tantùm, cælum vſque penetrent, & multo plus aſcendunt, quàm deſcendunt.* Notaſſe mihi videtur hoc eleganter Chryſolog. ſerm. 93. *En mutatur ordo rerum, pluuiam terra cælum dat ſemper, ecce nunc irrigat terra cælum, imò ſuper cælos, & vſque ad ipſum Dominum, imber humanarum profilit lachrymarum, iuxta illud vatis, Et aquæ quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen Domini*: in cælo enim ſolùm lachrymas conſiſtere poſſe, putauit Chryſolog. De eiſdem elegantiſſimè dicit Hieronym. ad Furiam, *ſuis lachrymis*, inquit, *baptiſata fuit meretrix Euangelij*: lachrymis igitur, inquit hoc loco diuinum [i] Oraculum, ſuis vxores veſtræ nubem quidem Deo gratiſſimam efficiunt, vobis verò perobſcuram, vt quæ ſit veluti velum quoddam tegens vel etiam veſtra ſacrificia ne videantur, & ne à Deo recipiantur; neque enim Deus recipere poteſt ſacrificia, cum lachrymæ miſerarum aliud clament: hæc eſt igitur ratio cur veſtra ſacrificia inuiſa ſint Deo.

Chryſolog. Ambroſ. Pſal. 101. Chryſolog. Hieron.

[i] *Senſus loci perelegans.*

Text. Et dixiſtis, quam ob cauſam?

§. VI.

Sibi diſſimulare poteſt homo, ſed non occultare malitiam ſuam Deo.

58. PLacet omnino hîc quod eleganter notauit quidam [l] ex recentioribus ad hunc locum, vbi ponderat Iudæorum malitiam, qui lachrymas vxorum, potiùs earum importunitati, quàm iniuriis à ſe illatis aſcribere tentabant; ſunt enim fœminæ in lachrymas ſuapte natura procliues, quanuis nulla, vel ſaltem parua flendi cauſa ſit, vt bene notauit Ariſtot. & Auicen. 6. *de hiſtor. animal. cap.* 1. & Albert. Magn. *lib.* 8. *de animal. cap.* 1. & Seruius *in comm. Æneid.* 4. ad illud carmen, *lamentis & vlulatu*, hoc eſt, inquit, proprium fœminarum. Similia Plinius Iunior. *lib.* 6. *epiſtolar.* in quas eſt illud apud Iuuenal. *Satyr.* 6.

Tot pariter pelues, tot tintinnabula credas,
Pulſari———

Non eſt ergo mirum, ſi eas colachrymantes audias ſanctiſſime Deus, hæc enim eſt earum natura, flere, & vlulare, etiam ex leuiſſima cauſa; ſic humana calliditas propria ſcelera in alios detorquere ſolet, hoc enim videntur ſignificare ea verba, *quam ob cauſam?* nec tamen potuerunt ſubterfugere oculum qui dormitare neſcit, vt notat Chryſoſt. *hom.* 62. ad ea verba *Gen.* 39. Ioſephi, qui dixiſſe legitur eo loco, *quo modo faciam hoc malũ, & apparebo coram Domino?* In quem locum ſic ait Chryſoſt. *Si fecerimus, vt res ſit clam omnibus, oculum tamen illum, qui dormitare nequit, vitare non poſſumus*: & Auguſtinus ſoliloq. cap. 14. *Magna eſt nobis indita neceſſitas bene viuendi. qui cuncta facimus ante oculos iudicis cernentis.* Licèt ergo Iudæi diſſimulare ſe poſſe exiſtiment ſcelus, nunquam tamen poterunt illud occultare Deo, qui omnia videt: placuit quidem hæc expoſitio ne ſine pondere videantur ea verba, quæ emphatica ſunt: *& dixiſtis, quam ob cauſam?* talis enim eſt ſenſus huius loci. Propterea, inquiunt Iudæi, ſacrificia, oblationes, & hoſtias noſtras non recipis, quia vxorum noſtrarum querelas, & lachrymas vides; id leuiſſimum eſt, cum fœminarum natura vel leuiter læſa in lachrymas ſoluatur. Non placet tamen ea expoſitio, quæ ex iſta ſequitur ad verba ſequentia, nanque minùs grauis, & communis eſt.

[l] *Expoſitio recens.*

Ariſtot. Auicenna. Alb. Magn. Seruius. Plin. Iun. Iuuenalis. Chryſoſt. Gen. 39. Auguſt.

Text. Quia Dominus teſtificatus eſt inter te & vxorem pubertatis tuæ.

§. VII.

Quæ maritum ſuſtinet aduerſarium, Deum certiùs inuenit protectorem.

59. SEquitur ergo, ſi ſtandum ſit in priori expoſitione, mulieres cæteris omnibus auxiliis ſpoliatæ,

m *Prior ſenſus, & facilis.* Rab. Dauid.

ſpoliatæ, m ad vnicam Dei fidem, quam certiſſimam, & integerrimam eſſe patet, confugiunt; quanquam autem earum cauſa cæteris omnibus leuis videatur; à Domino tamen integerrimo teſte veriſſima iudicabitur: quam ſententiam clariùs poſuit Rabbi Dauid, cum ſic habet, *Ille teſtis eſt inter te, & illam; & videt eam tibi non placere, & teſtari poteſt, quàm inique tu cum ea agas.*

n *Alter grauior.* Pſal. 108. Pſal. 98. Geneſ. 2. o *Amor inter coniuges.* Hieron. Theodor. Cyril. Rupert. Ab. Ammian.

60. Verùm multò grauior eſt n alius ſenſus huius loci, qui talis eſt, quia Dominus legem tulit ſuæ voluntatis, teſtem & iudicem locupletiſſimum, quando primò Orbem condidit, teſtificans, & admonens, vt ab omnibus inuiolata ſeruarentur nuptialia fœdera inter virum, & vxorem; ſignificat enim verbum Hebræum non ſolùm teſtem eſſe, ſed teſtando etiam admonere, iuxta illud Pſal. 108. *Cuſtodiui omnia teſtimonia tua*, id eſt, præcepta tua, quæ admonebant me de tua voluntate: & Pſal. 98. *Cuſtodiebam teſtimonia eius.* Fuit huius diuinæ voluntatis teſtimonium illud ſanctiſſimum Geneſ. 2. *Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit* o *vxori ſuæ, & erunt duo caro vna*, id eſt, vna eadémque res: ita D. Hieron. & clariſſimè Theodoret. cui ſuffragatur Cyrill. Vnde notauit Rupert. Abbas lib. 2. in Ioan. *Non vndecunque*, inquit, *ſed de ipſius viri ſubſtantia fecit Deus Euam, vt maior eſſet naturalis dilectio*; in ſignum enim amoris coſtam mariti accepiſſe videtur, idque iure, nam charitas per diuerſas libidines diſperſa, torpeſcit, vt pulchrè notauit Ammianus Marcel. *lib.* 23. tunc talis eſt ſenſus: Quæ ſit voluntas Dei in ſeruando fœdere coniugali, teſtatur ſacratiſſimum illud præceptum, *propter hanc relinquet homo patrem, & matrem: vxorem* autem *pubertatis* eam dixit, quam illi pubes facti acceperũt in coniugem, hoc enim ſignificat vxor pubertatis, id eſt, pueritiæ, & adoleſcentiæ; *iniquum eſt enim*, inquit Hieron. *vt cum coniuges habeatis fœcundas, & veſtrorum laborum ſocias à primulis annis, aliarum vxorum pulchritudinem quærere, quæ meretricibus apta eſt, non vxoribus.* Hinc illud eleganter à Plutarch. in connubialib. præcept. *ille demens, qui oculis vxorem duxerit*, quod ipſum dixiſſe fertur apud Athenæum *lib.* 13. *cap.* 32. Olimpias Alexandri mater de aulico quodam, qui pulchritudine captus vxorem duxerat, *O improbe*, inquit, *oculis vxorem ducis, & non mente, iſta, quam vides formam, meretricibus apta eſt.* Similia docet Chryſoſt. *homil.* 1. *in Matth.* enarrans illud, *Booz autem genuit Obeth ex Ruth*, *Multi in coniugibus optant, quod in meretricibus ſolet quæri*: & Eccleſiaſt. 13. *veſtigium cordis boni, & faciem bonam difficilè, & cùm labore inuenies*; eſt enim graue diſſidium, & lis perpetua inter formam, & pudicitiam. In quam ſententiam libuit afferre illud Paridis apud Poëtam:

Plutarch. Athenæus. Chryſoſt. Eccleſ. 13.

Lis eſt cum forma, magna pudicitiæ.

Eugub. p *Chriſtus pulcher corporaliter.* Pſal. 44. Hieron. Euripid.

61. Verùm ne videamur pulchritudinis hoſtes, præſertim, *cùm*, vt ait Philo Iudæus, quem refert & ſequitur Eugub. Pſal. 44. *Omnis humana pulchritudo ſit quædam participatio diuina*, quam in Chriſto p Domino corporalem fuiſſe videtur velle Dauid Pſalm. cit. in eo verſiculo, *Speciosus forma præ filiis hominum*; ad quem locum dixit Hieron. *decore pulchrior eſt filius hominum*, id eſt, cæteris hominibus; & Rabbini omnes ad eum locum, *formoſus eſt figura, decore, & forma*, conuenit enim maximè cum Imperio Chriſti hæc etiam externa corporis felicitas; vt enim Porphyrius ex Euripide notauit, *prima ſpecies digna eſt imperio*; neque enim crediderim Caietano 3. *p. q.* 13. *a.* 4. *& in comment. ad Pſalm.* 44. aſſerenti Chriſtum Dominum caruiſſe hoc priuilegio naturæ, *quia non decebat, humilitatis, & veræ philoſophiæ præceptorem formoſum eſſe*, ſicut iam olim vitio dabatur Philoſophis; ſed Chriſtus Dominus ita maieſtatem cum pulchritudine temperauit, vt difficilè fuerit, iudicare grauior ne fuerit, an pulchrior? Caietano ſuffragari videtur Tertullian. *lib. de carne Chriſti.*

Caietan. Tertull.

Oppoſitum omnino aſſeruit Auguſt. *Pſ.* 44. Hieron. *ad Principiam.* Niceph. *lib.* 1. *cap.* 40. In quam ſententiam seducendus eſt D. Baſilius *in comm. ad Pſ.* 44. & Cyrill. Alex. Iſai. 53. *Vidimus eum, & non erat aſpectus ei.* Si verò petas, q quæ ſit ratio, cur tantoperè & ſacri, & prophani Authores externam pulchritudinem execrentur? ea eſt, quam poſuit Plato *lib.* 3. *de repub. & in Phædro*, quia pulchritudo ſola hanc ſortem habuit, *quod maximè ſit amabilis*: vnde ortum habuit ea definitio amoris in conuiuio, *Amor eſt pulchritudinis deſiderium.* Hinc eſt illud apud Tragic. *in Hipolyto act.* 2. 62.

August. & alij. Iſai 53. q *Cur pulchritudo corporis vituperetur.* Plato.

Raro forma viris (ſæcula proſpice)
Impunita fuit, te melior Deus
Tutum prætereat———

Tragicus.

Rata eſt adeo concordia formæ, & pudicitiæ, vnde Horat. pulchrè dixit, pulchritudinem facem eſſe, quoniam ad amorem accendat: & Donat. D. Hieron. præceptor, formam ignem, & fomitem appellauit libidinis, ſcilicet, incendio: pulcherrime notauit Ambroſ. *in lib. de virginib.* illud Spurinæ, nobiliſſimæ formæ iuuenis, qui omnium in ſe incitabat amores, & refert Valer. Max. *lib.* 4. *rerum memorab.* verùm in eo pulchrior, quòd vulneribus, oris dignitatem fœdauerit, deformitatémque potiùs voluerit, quam formæ dignitate alienæ libidinis irritamentum. Hæc eſt igitur cauſa; quare non ſit pulchritudo quærenda in vxoribus, quæ meretricibus aptior eſt, ac proinde, vt inquit Hieron. *æquiſſima eſt querimonia veſtrarum vxorum contra vos ô Iudæi, eum iniquum ſit eas relinquere inclinante ætate iam in ſenectutem, quas primulis ſub annis coniuges habuiſtis.* Vnde neque veſtra ſacrificia, neque munera veſtra reſpiciam, quoad vſque abiiciatis alienigenas.

Horat. Donatus. Ambroſ. Val Max. r *Sententia textus plana.* Hieron.

Text. Quam tu deſpexiſti, & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Non ne vnus fecit; & reſiduum ſpiritus eius eſt? & quid vnus quærit niſi ſemen Dei?

§. VIII.

In eo, quòd exemplum bonum parentis optimi, mali filij ſuæ libidini defenſionem prætendebant, peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt.

IAm ſuprà notauimus vim illius verbi, *deſpexiſti*, illud enim in fonte Hebræo ſignificat, vt notauit Rabbi Dauid, violare pactum eius, qui ei fidebat, ſeu mentiri ſocio, hoc enim ſatis oſtendit rei indignitatem, quod ſcilicet Hebræus 63.

Rab. Dauid.

mentitus fuerit coniugi ſuæ circa fœdera coniugalia, quæ Deus voluit eſſe perpetua,& inuiolata, vnde congruenter habet Paraphraſis Chald. (Chald. Par.) *propterea quod Dominus teſtificatus eſt inter te, & inter vxorem iuuentutis tuæ,cui mentitus es.* Additur autem ſtatim,*& hæc particeps tua,& vxor fœderis tui*,id eſt,ea, quæ ſocia tua eſt , cum qua indiuiduam vitæ rationem retinere debes ; ea cum qua pactum matrimonij celebraſti,non ea, quam tu poſtea accepiſti , à te poſtea decepta eſt. Vel poteſt eſſe talis ſenſus , *Vxor fœderis tui* , id eſt, eiuſdem fidei,quam profiteris tu,non alienigena, neque idololatra,qualis ea eſt, quam poſtea accepiſti;nanque nomen Hebræum non ſolùm ſignificat pactum,fœdus, teſtamentum , ſed etiam interdum ſignificat legem. Sequitur autem congruenter,

Text. Nonne vnus fecit,& reſiduum ſpiritus eius eſt?

64. Difficilis omnino eſt hic locus , de cuius expoſitione non conſtat inter Autores ſacros, & Hebræos , nam ſinguli ſingulas ſibi proprias aſtruunt expoſitiones , & vt ab Hebræis rem ordiamur,[f] quibus ſuffragatur Paraph. Chald. quæ ad hunc locum ſic habet,*Nonne vnus fuit Abraham ? vnicus, à quo creatum eſt ſæculum ? Et quid vnus quæſiuit niſi,vt permaneret , & ſtaret ei filius à conſpectu Domini,ſeu à Domino?* ita Paraphraſis: Hoc ſuppoſito ita eleganter Rabbi Dauid interpretatur hunc locum , vt ſit oratio ipſius populi interrogantis prophetam,*Nonne Abraham pater veſter,qui erat vnus, nonne ſic fecit , ſicut nos facimus . relinquens nobiliſſimam fœminam Saram , & eius loco accipiens Agar ancillam ſuam , quamuis erat ei excellentia ſpiritus ?* id eſt, quamuis vnicus, & propheta eſſet , ne videretur ignorans feciſſe. Cui quæſtioni quoniam obiecta introducitur prophetæ , ſic ille reſpondit ſequentibus ſtatim verbis , *& quid vnus quærens ? ſemen Dei* , id eſt, quando Abraham accepit aliam,nihil aliud quærebat in eo acceſſu,quàm ſemen,ſeu filium,quem non habebat ex vxore ſua : id quod ille non niſi de voluntate vxoris ſuæ feciſſe legitur , ſemper fidem coniugalem integram , & incorruptam ſeruans, vel , cuſtodite vos in ſpiritu veſtro , neque quiſquam veſtrum violet vxorem adoleſcentiæ ſuæ,& eius loco accipiat idololatram , & alienigenam;ſequiturque ſtatim,*ne peccet* , cum potiùs eſſe debuerit,*ne pecces* , ſicut manifeſtè colligitur ex Paraph. Chaldaica , quæ in ſecunda perſona legit. Eſt autem frequentiſſima in ſacra Scriptura hæc perſonarum permutatio:quibus verbis abundè propheta videtur ſatisfeciſſe eorum quæſtioni.

[f] Expoſitio Rabbinorum, & Par. Chal. — Par. Chald. — Rab. Dauid.

65. Verùm vt totum commentarium Rabbi Dauid meliùs ad hunc locum percipiamus, pendent enim ſingula verba à ſe inuicem, neque alia ſine aliis integrum ſenſum præſtare poſſunt , ſequitur enim,*ſi oderit quiſque veſtrûm vxorem ſuam , dimittat eam;quod enim ipſam retineat, & animo abijciat,grauiſſimum peccatum eſt* , & hoc eſt , quod propheta dixit, *& operiet iniquitatem ſuper veſtimentum eius*,id eſt,ipſe videtur eam diligere,cum tamen odio habeat,videtur ei adhærere, non aliter quàm veſtis corpori , quod induit , adhærere ſolet , cùm nihil minùs verum ſit. Quæ verba, quamuis alicui ex recentioribus , obſcura videantur , mihi ſatis explicant ſententiam huius loci ; ſic Rabbi Dauid. Quæ expoſitio non tam eius eſt,quàm patris eius Rabbi Ioſeph Kimi , vt notaſſe videtur eleganter Ioan.Mercell. *in addit. ad Pagnin.* quam eandem ſequitur Paul. Burgenſ. *in addit.* 2. quæ expoſitio ex eo reiicitur à Patre Ribeira , quòd nomen Hebræum, *ſephar* , pro *excellentia* ponatur , cum potiùs ſignificet *reſiduum.*

(Rab. Dauid. — Mercell. Burgenſ.)

66. Verùm ego crediderim[t] potius ſapientiſſimis Rabbinis in proprietate verborum Hebræorum, qua in re illi ſapientiſſimi ſunt , & poſt eos Pagnino,Vatablo,& Burgenſ.atque aliis noſtræ ætatis , ita vt ſit ſenſus , *Excellentia ſpiritus fuit illi*, id eſt,fuit vnicus & ſanctiſſimus vir Abraham ea tempeſtate,& ita Paraph.Chald.habet,quam iam ſuprà attulimus. Quamuis autem ea Rabbinis aliqui , inter quos eſt Rabbi Dauid , non per interrogationem legant ea verba , *nonne vnus fecit*, ſeu potius aſſerendo , ſeu negando ad hunc modum,*at non ita fecit*, vt ſit ſenſus :[u] Is,qui vnicus fuit ſua tempeſtate Abraham, non libidinis gratia Agar ancillam ſuam Ægyptiam accepit , ſed potiùs voluit liberos habere, quos non potuit ex Sara. Verùm mihi magis placet prior lectio per interrogationem , quia magis quadrat cum vulgata editione,quamuis & illa lectio negatiua per interrogationem eſſe poſſit.

[t] Quam ſequitur Autor & explanat. — Pagninus. Vatabl. Burgenſ. Par. Chald. — Rab. Dauid. — *[u] Alter ſenſus non multum diſſonus à priori.*

67. Verùm D.Hieronym.[x] longè aliter exiſtimat interpretandum eſſe hunc locum , ita vt illud *vnus*,referatur ad Deum , ſenſuſque talis erit , vt verba Hieronymi fideliter referamus ; *vxor eſt particeps coniunctionis , & fœderis , quæ à Deo de coſta viri facta eſt , & reſiduum ſpiritus eius* , ſiue *Dei*,vt quidam putant , ſiue *mariti* , vt alij ſuſpicantur;poteſt enim referri pronomen,*eius* , & ad Deum,& ad maritum , quaſi propter affectum in duobus videatur quodammodo vna anima ; ſenſuſque talis eſt : Pars altera tui animi eſt coniux tua. Cùm ergo Deus,qui vnus eſt , ex vna , & eadem carne vos creauerit,ex vna etiam , & eadem anima animauerit,vos ita copulauerit,vt liberi ex vobis naſcerentur,vnus enim Deus quid quærit, *niſi ſemen Dei* ? Id eſt , filios de ſtirpe Iſraelitica procreatos. Cùm ergo habeatis fœcundas coniuges,neque vobis deſint liberi , cur pulchritudinem quæritis,quæ meretricibus aptior eſt, quàm vxoribus?

[x] Expoſitio D Hieron. — Hieron.

68. Verùm hæc expoſitio ſua non caret[z] difficultate,& in primis D. Hieronym. hoc in loco non explicat quid ſignificet , *ſpiritus eius*. Reſiduum enim id ſolet dici,quod ex aliqua ſumma, & magnitudine relinquitur, quod nos Luſitanè vocamus,*reliquias*;non apparet autem quo pacto proprietas huius vocis ſtare poſſit cum expoſitione Hieronymi. Verùm D. Hieronym. quamuis non ita clarè , rem tamen explicat illis verbis , quod propter affectum quodammodo vna anima duobus eſſe videatur coniunctis ſpiritu, & mente,ita ſcilicet,vt ſi *reſiduum ſpiritus eius*,referatur ad maritum, ſit veluti quædam ſumma , anima , cuius alia pars eſt in viro , alia verò in fœmina , non quòd vna,& eadem anima animentur , ſed quòd propter affectum vna eademque eſſe debeat in duobus corporibus. Si verò,*reſiduum ſpiritus eius*,[a] ad Deum referatur,talis eſt ſenſus:Vterque tam vir , quàm fœmina de ſumma illa ſpiritus Dei, particulæ quædam ſunt. Videtur enim propheta his verbis alludere ad illud *Geneſ.* quando *Deus inſpirauit in faciem eius*,id eſt,Adami , *ſpiraculum vitæ* , animam creans , eandémque infundens in

[z] A difficultate liberatur ſatis aperè. — *[a] Melior, reſiduum ſpiritus Dei.*

Adamum

Adamum, poſtea verò ex viri coſta effingens Euam, dedit ei reſiduum ſpiritus eius, quaſi partem illius ſpiritus, quem in Adamum infuderat: vt vel ex hac ſignificatione intelligerent ad imaginem Dei fuiſſe factos, vtpote de ſpiritu eius, & prætetea æterno fœdere ſociatos eſſe eos, quorum eſſe ab vno, eodemque ſpiritu fuit.

69.
[b] *Senſus D. Hieron. colligitur.*

Eſt igitur clarior ſenſus D. Hieronymi talis, quando [b] Deus hominem, & mulierem creauit, & eos animauit vno, & eodem ſpiritu, hoc tantùm voluiſſe videtur, ex vnione vt filios haberent eiuſdem ſpiritus: & propterea ex eadem carne, & ex eodem ſpiritu eos eſſe voluit. Sic ſimiliter, qui vos ex eodem genere, & ex eadem religione voluit eſſe, vt filios haberetis eiuſdem ſanguinis, & religionis, id eſt, Hebræos totos, & hoc ſignificat, *ſemen Dei*. Quamuis autem hæc expoſitio non diſpliceat, grauior tamen (cum venia Hieronymi dicam)[c] mihi videtur prior; ea enim magis conuenire videtur cum veritate Hebræa, eſtque breuiſſimè talis: Nonne vnicus erat Abraham Patriarcha, in quo, ſcilicet, fuit excellens, & illuſtris virtutis ſpecies, & tamen Agar accepit in coniugem, & quid vir ille vnicus fecit? quæſiuit ſemen Dei? *filhos debencaon*, id eſt, prolem, quam habere non potuit ex Sara: vos autem non ita facitis, ſed alienigenas accipitis libidinis gratia.

[c] *Sed prior Rabbinorum præfertur.*

Text. Cuſtodite ergo ſpiritum veſtrum, & vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. Cum odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Iſrael.

70.
Chald. Par.

CLariorem reddunt hunc locum verba Chaldaica, quæ ſic habent, *& cauete vobis pro animabus veſtris, & aduerſum vxorem adoleſcentiæ tuæ ne mentiaris*, ſeu, ne iniquè agas. Præcipit igitur Deus Iudæis his verbis, ne libidine, & pulchritudine alienigenarum vincantur, contra eam fidem coniugalem quam promiſerunt perpetuò ſeruandam vxoribus adoleſcentiæ ſuæ; illud enim, videtur ſignificare *cuſtodite ſpiritum veſtrum*, id eſt, cauete ne ſpiritum perdatis peccando & in Deum, & in coniugem.

Text. Operiet autem iniquitas veſtimentum eius, dicit Dominus exercituum, cuſtodite ſpiritum veſtrum, & nolite deſpicere.

71.
[d] *Prima expoſitio Montani contra communem.* Montanus.

REiicit omnino ex recentioribus Montanus [d] eum ſenſum huius loci, quem communior ſententia doctorum ſequitur, neque enim vult prophetam hoc in loco agere de repudiis, ſed potiùs eſſe in his verbis, veluti concluſionem eorum, quæ huc vſque dicta ſunt. Duas nanque Deus amoris rationes in mentem reuocauerat Iudæis, propter quas neceſſe erat Hebræas vxores maximè diligere, ſocietatẽ, ſcilicet, eiuſdem religionis, & ſanguinis, ſeu generis eiuſdem neceſſitudinem, quorum alterum vel negligẽtia, vel iniuria relinquere, flagitioſũ erat, id quod huc vſque vates proſequutus eſt. Verùm ne in concluſione, in qua res vniuerſa definitur (iam enim rem abſoluit propheta) viderentur Hebræi dilectionis negligentiam admittere, quæ leuior culpa erat, ita tamen vt celaretur iniuria, vtrunque aperit diuinum oraculum his verbis: *Ramos egit*, inquit Montan *iniuria veſtra in coniuges Hebræas, ita vt iam nullo modo celari, neque tegi poſſit. Primum iniquum erat, ſed tamen potuit tolerari; hoc ſecundum cum ſit iniurioſum, nullo modo ferendum eſt. Propterea*, inquit, *primo loco poſitum eſt*, *Dixit Dominus Deus Iſrael*; quibus verbis miſericordia diuina ſignificatur, & prouidentia in res Hebræorum; verùm poſt modum appoſitũ eſt, *dixit Dominus exercituum*, quæ enim iniquitas ex negligentia ortum habuit, diuina miſericordia potuit curari; verùm, quæ ad iniuriam proceſſit, iuſtitia diuina opus eſt, vt puniatur.

Quæ expoſitio non mihi omnino videtur exponere ea verba, quæ difficilia ſunt, *cum odio habueris, dimitte.* Quare libuit [e] & nouiſſimam aliam afferre cuiuſdam recentioris doctiſſimi, qui propiùs ad rem accedere videtur, quæ deſumpta eſt ex litera Hebræa, cuius ille peritiſſimus eſt; pendent autem hæc verba ex ſuperioribus, ex eius ſententia, talis autem eſt expoſitio, *& non vnus fecit*, ſubaudi, iniquitatem præuaricandi cum alienigenis, ſed ferè omnes, vt conſtat ex Eſdra; & qui reliquias ſpiritus Dei habuerit, vix vnus fuit, ſed omnes caro facti ſunt, & libidinem ſequuti; neque vnus quidem inuentus eſt, qui quærat ſemen ſanctum, & Iſraeliticum, ſed omnes contendunt, illud profanare. Cauete igitur ne libidini conſentiat ſpiritus veſter, quoniam Dominus odit dimittere, id eſt, dimiſſiones vxorum, eſt enim vſitatum apud Hebræos, infinitiuum ponere pro ſubſtantiuo, vt eſt, *mori morieris*, id eſt, morte morietis: & *viſitare viſitabis*, id eſt, viſitatione viſitabis, & huiuſmodi alia. Sic prorſus hoc in loco, *odit dimittere*, Habraico loquendi modo ſignificat, odit dimiſſiones, vt ſit ſenſus, Cùm tentatis ex odio dimittere vxores hebræas, Deus maximè odit huiuſmodi dimiſſiones. In eo autem quod ſequitur, mihi maximè placet eius expoſitio; vult enim in ſequentibus verbis prouerbium eſſe vulgare apud Hebræos, ſic enim legit eum locum, *operiat autem iniquitas veſtimentum eius*: exiſtimat enim ex Hebræo, ſic prorſus legendum eſſe, *operuit iniquitatem ſuper veſtimentum ſuum*, nam ſub veſte operire, prouerbium non eſt; verùm occultare, abſcondere ſuper pallium, hoc prouerbium eſt: non aliter quàm ſi quiſpiam [f] rem furto ablatam ſuper pallium oſtendat, is enim rem operire dicitur ſuper veſtimentum ſuum, eo enim modo res non tegitur, ſed detegitur, tunc ſenſus talis erit: vos exiſtimatis veſtras iniurias in coniuges latere, verùm eas non tegitis veſtimentis veſtris, ſed detegitis, vt eſt in prouerbio, omnia enim Deo nuda & aperta ſunt. Quæ expoſitio ſaltem in hac extrema parte valde placet, cum aſſerat, prouerbij formam habere ea verba, *operuit autem iniquitas veſtimentum eius*; in eo tamen non placet, quoniam nihil de repudiis dixerit, cùm tamen ex his verbis prophetæ moti fuerint Iudæi ad proponendam eam quæſtionem Chriſto Domino Matth. 9. *Vtrùm liceret dimittere vxorem?* vt bene notauit Cornel *in concordia p. 3. cap. 96. verſic. dicunt illi, quid ergo?* hic autem manifeſtè videtur concedere Malach. repudia licita eſſe, quæ magna difficultas eſt inter Patres; neceſſe eſt explicent expoſitores huius loci, quid voluerit diuinum oraculum cùm dixit. [g] *Cùm odio habueris, dimitte.*

72.
[e] *Altera recentior, & aptior ad Hebræam literam.*

[f] *Prouerbium hic placet magis.*

Matth. 9.

[g] *Difficultas loci in quo ſit.*

Antiquiſſi

73. Par. Chald.

Antiquiſſimũ igitur Paraph. Chaldæũ ſequũtur omnes fermè expoſitores huius loci, qui vt intelligat de repudio agere hoc loco Malachiam; ſic ad verbum rem explicat, *ſi odiſti eam, dimitte eam, dicit Dominus Deus Iſrael, & non operias peccatum in veſtimento tuo, dicit Dominus exercituum, & cauete pro animabus veſtris, & non mentiamini.* Quam lectionem, vt accommodatiorem ſequutus eſt noſter vulgatus Interpres: tunc talis ſenſus erit. Vt ſit oratio populi ad Prophetam, [h] ſcriptum eſt in lege, quod ſi odio habueris vxorem tuam, poteris eam dimittere, nihil igitur mirum eſt, ſi odio habeamus coniuges noſtras: quam expoſitionem amplectitur D. Hieron. & in eius confirmationem addit, ſequentia verba continere reſponſionem Dei ad hanc obiectionem, & in eius confirmationem adducit expoſitionem ſequentium verborum ad hunc modum: *Hæc quidem dicta ſunt in lege, ſed propter duritiam cordis veſtri, ita ſcripta ſunt, vt Dominus explicauit Matth. 19. Verùm pœna veſtro ſceleri debita in veſtro corpore erit, quo anima induitur, ſeu in veſte lacera veſtra iniquitas apparebit; ſolet enim nonnunquam Deus egeſtate ſcelera punire; eſt autem conſuetum in Scriptura, iniquitatem ponere, pro iniquitatis pœna, cauſam, ſcilicet, pro effectu, vt eſt illud Matth. 27. Sanguis eius ſuper nos, id eſt, pœna ſanguini, & morti debita in nobis reperiatur.* Ex quibus patet, nunquam repudia licita fuiſſe; id quod patet ex his verbis iuxta ſententiam Hieron. & grauiorum expoſitorum. Qua in re, ne longiores ſimus, videndus eſt Sixtus Senenſ. in Bibliot. ſancta. *lib. 6. annotat.* 84. & ex Scholaſt. Sot. *in 4. diſt. 33. q. 2. a. 2.* Denique vt paucis colligamus, quæ huc vſque dicta ſunt, breuiſſimè talis videtur eſſe ſenſus huius loci; [i] Solebant olim parentes veſtri dimittere quas odio habebant vxores, id quod permiſſum erat in lege propter duritiam morum veſtrorum, ne ſcilicet eas occideretis, verùm quamuis illud iniquum erat, multo tamen iniquius eſt, eaſdem retinere affligendo, & malè tractando, hoc prætextu, quòd eas non dimittatis; hæc enim iniuria, vt eſt in prouerbio, quamuis vobis latere videatur, ſuper pallium non tegitur.

h Ad literam hic de lege repudij.

Hieron.

Matth. 27.

Hieron.

Sixt. Senenſ.

Sotus.

i Difficultatis reſolutio.

Text. Cuſtodite ſpiritum veſtrum, & & nolite deſpicere.

74. REpetit Propheta eandem ſententiam, quam iam ſuprà poſuerat, vt magis commendet obligationem ſeruandæ fidei coniugalis, incolumis enim erit ſpiritus, & anima, ſi fœdera matrimonij incorrupta ſeruentur.

Text. Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris.

§. IX.

Qui vitæ neceſſitatibus ſe dicit impelli ad peccandum, diuinam prouidentiam in facie Dei negat.

75. HÆc eſt extrema ſententia huius capitis, in qua Propheta introducit Deum iratum contra Iudæos negantes diuinam prouidentiam; qua de re pauca dicemus hoc loco, cum iam multa notauerimus Pſal. 57. verſ. *Lætabitur iuſtus.* Ex his autem verbis colligimus Iudæos non ſolùm opere peccaſſe, ſed etiam ſermone alios ad ſimilia peccata prouocaſſe, falſam doctrinam ſeminantes contra diuinam prouidentiam, quod crimen grauiſſimum eſt; acerbius enim puniri debet is, qui fornicationem malum non eſſe prædicat, quàm is, qui fornicatur. Oſtendit optimè D. Hieron. vnde ortum habuit hæc hæreſis Iudæorum, *Reuerſus*, inquit, *populus de Babylonia, & videns cunctas in circuitu nationes, ipſóſque Babylonios Idolis ſeruientes, abundare diuitiis, vigere corporibus, & bona poſſidere omnia, quæ bona in ſæculo putantur; ſe verò, qui habebant notitiam Dei, ſqualore, inedia, & ſeruitute coopertum, ſcandalizatur, & dicit, Non eſt in rebus prouidentia, omnia caſu feruntur, quin potiùs mala Deo placent, & bona diſplicent; & ſaltem ſi mala diſplicent, vbi eſt iuſtum eius iudicium? Iſtius mali quæſtionem mens incredula futurorum,* [l] gente baixa que ſenaõ Rege ſenaõ pello prezente, *quotidie ſuſcitat in Deum, cum videat impios potentes, & ſanctos homines, humiles, & abiectos; illos rebus omnibus affluere, hos neque ea quidem, quæ ad victum neceſſaria ſunt, habere, & interdum ſurdis auribus, cæcis oculis, & omni parte membrorum vlceribus, & infirmitate depreſſos, qualis in Euangelio Lazarus legitur, qui ante fores purpurati diuitis deſiderabat, micis, quæ abiciuntur de menſarum reliquiis, inopem animam ſuſtentare, diuitem verò tantæ feritatis, & crudelitatis, vt non miſereatur homo hominis, cuius etiam canũ lingua miſeretur, non intelligentes tempus iudicij, & bona ea, non eſſe, quæ perpetua non ſunt, dicunt, mali ei placent, vbi eſt Deus iudicij?* Hactenus Hieron. *Laborare* igitur *feciſtis.* ſi Hebraica litera penitùs inſpiciatur, non ſolùm laborare ſignificat, ſed etiam ex labore laſſum, & fatigatum relinquere, id eſt, [m] ſi labore potuiſſem laſſari, & defatigari, profectò veſtri rumores tales fuerunt, vt quemlibet facillimè defatigare poſſent, verùm Deus eius eſt naturæ, vt neque labore, neque iniuria defatigari, aut opprimi poſſit. Similis locutio eſt apud Paul. ad Epheſ. 4. *Nolite contriſtare Spiritum ſanctum*; & Iſai. 43. *Præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis:* loquitur enim Propheta hoc in loco humano more.

Pſal. 57.

Hieron.

l Abiecti animi eſt præſentia tantum reſpicere.

m Mali de prouidentia rumores Deũ fatigant.

Epheſ. 4.

Iſai. 43.

Text. Et dixiſtis: In quo eum fecimus laborare? In eo quod dicitis, Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Domini, & tales ei placent, aut certè vbi eſt Deus iudicij?

PEr ſummam impudentiam, vt eſt Iudæorum inueteratus mos, Deo, ſeu diuino Oraculo obiiciunt, ſe nullius ſceleris conſcios eſſe, quo Deum laborare fecerint; verùm Propheta ſequentibus ſtatim verbis, eos mendacij arguit, cum dicit, in eo quod dicitis, *Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Dei, & tales ei placẽt, aut certè, vbi eſt Deus iudicij?* In quibus verbis continetur dilemma, cuius hæc eſt prima pars. Ea quæ bona ſunt, cũmuniter impiis hominibus cũmunicantur, qualia ſunt bona corporis, diuitiæ, honores, & cætera, quæ pulchra videntur, cum tamen neque Deum colant, neque virtutẽ ſequantur quæ res ſanctiſſimos etiam homines perturbauit, nunquam tamen ad tantam inſaniã perducere potuit, 76.

vt

ᵃ Impiorum de prouidentia querimonia. Iob 2. Hierem. 12. Ezech. 9. Pſal. 72.

vt prouidentiam negarent, quæ obiectio facta eſt etiã apud Iob in c. 2. *vbi eſt ſpes tua,ᵃ pro qua eleemoſynas faciebas?* & Hierem. 12. *Quare via impiorũ proſperatur? bene eſt omnibus, qui præuaricantur, & iniquè agunt?* & Ezech. 9. & Pſ. 72. quem omnes ſancti Patres notarunt in hanc ſententiam, in quo Dauid pene collapſum ſe fuiſſe fatetur, cum videret fælicia, & ſecunda eſſe ferè omnia impiorum hominum, triſtia verò, & acerba iuſtorum, cùm hoc monſtro ſimile ſit, quòd bona malis eueniant, & mala bonis; ſi enim Deus rerum prouidentiam habet, profectò curare debet ea, quæ pertinent ad iuſtos, & innocentes, vel ſaltem, quæ eſt altera pars huius dilemmatis, vbi eſt iuſtiſſimum eius iudicium, cum tamen videatur ſecundùm menſuram rectè factorum bona hominibus diſtribuere: ſic impij Iudæi contra diuinam prouidentiam ratiocinabantur; verùm loquuntur, vt carnales homines, qui ſolùm mouentur iis, quæ ſenſibus obiiciuntur; nanque in primis bona huius ſæculi, bona non ſunt, vt pulchrè docet Chryſoſtom. *homil. 2. ad popul. & hom. 4.* & Auguſt. *ſerm. 6. de verbis Domini*, explicans ea verba Pſalmi, *Sicut nouacula acuta feciſti dolum. Non admittitur,* inquit Auguſt. *niſi ad ſuperflua noſtra, ſicut capilli in corpore tanquam ſuperflui videntur, & ſine detrimento carnis raduntur; ſic quidquid tibi poteſt facere iratus preſes, quidquid mundus auferre, inter ſuperflua numeratur.* Volnit autem Deus iis, quæ bona videntur huius ſæculi, ſanctos homines carere, vt dixit Theodor. q. 13. ſuper Exod. *Vtᵒ nullus in eis ſit mundi amor, ſicut & Iudæos voluit Deus tot mala fuiſſe paſſos in Ægypto, quia ſi poſt labores deliciarum Ægypti recordabantur, quis illis nullam moleſtiam paſſis, perſuadere potuiſſet redditum ab Ægypto?* Non eſt igitur negandum Deum non eſſe prouiſorem, neque res ſanctorum hominum curare, quibus non ſolet communicare bona huius ſæculi, vt accommodatiores ad gloriam reddantur, & magis futuræ vitæ deſiderio capiantur. Vt enim pulchrè dixit, & veriſſimum eſt in noſtra Theologia Alex. Alenſ. 1. p. q. 26. m. 5. a. 1. *ita Deus curam hominum cum Deitate copulauit, vt poſt orbem conditum, Deus eſſe non poſſit, ſi noſtri curam non habeat;* neque enim poteſt alicuiᵖ communicare ſui ipſius prouidentiam, quo pacto ſanctos homines ſine prouidentia relinquet, *qui proximores ſunt ipſi Deo, eiuſdémque amantiſſimi?* vt ait Plato. Non igitur ſine prouidentia Dei mala huius ſæculi patiuntur, per quæ aptiores redduntur ad cælum, qua via facilius, & meliùs itur ad Deum. Hactenus de hoc ſecundo Capite.

Chryſoſt. Auguſt. Theodor. *ᵒ Cur ſanctis mala eueniunt in hoc ſæculo.* Alex. Alenſ. *ᵖ Prouidentia indelegabilis à Principe.* Plato.

CAPVT TERTIVM.

Litera Textus.

ECce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam: & ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum; & ſedebit conflans, & emundans argentum: & purgabit filios Leui, & colabit eos, quaſi aurum, & quaſi argentum, & erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit Domino ſacrificium Iuda, & Ieruſalem, ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui. Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum. Ego enim Dominus, & non mutor: & vos filij Iacob non eſtis conſumpti. A diebus enim patrum veſtrorum receſſiſtis à legitimis meis, & non cuſtodiſtis. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixiſtis: In quo reuertemur? Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? & dixiſtis: In quo configimus te? In decimis, & in primitiis. Et in penuria vos maledicti eſtis, & me vos configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit Dominus. Si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vſque ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ veſtræ; nec erit ſterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes gentes: eritis enim vos terra deſiderabilis, dicit Dominus exercituum. Inualuerunt ſuper me verba veſtra, dicit Dominus. Et dixiſtis: Quid locuti ſumus contra te? Dixiſtis: Vanus eſt, qui ſeruit Deo: & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes; ſiquidem ædificati ſunt facientes impietatem; & tentauerunt Deum, & ſalui facti ſunt. Tunc locuti ſunt timentes Dominum, vnuſquiſque cum proximo ſuo. Et attendit Dominus, & audiuit & ſcriptus eſt liber monumenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen

men eius. Et erunt mihi ait Dominus exercituum,in die,qua ego facio, in peculium: & parcam eis,ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi. Et connertemini, & videbitis quid ſit intet iuſtum,& impium,& inter ſeruientem Deo,& non ſeruientem ei.

TRACTATVS XIII.

De præcurſore Chriſti Domini. Super illis verbis Textus:

Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.

§. I.

Fuerit ne Ioannes Angelus in perſona?

Text. Eece ego mitto Angelum meum.

1. FELICITER nobis euenisſe video, qui kalendas Iannarij auſpicamur à Beatiſſimo Baptiſta.Is enim,quemadmodum Ianus pater, [a] cui ſacer eſt hic menſis,& qui vetus pareos Noe exiſtimatus eſt à veteribus, qui quoniam vtrunque tempus vidit,& quod fuit ante diluuium, & quod fuit poſt diluuium bifrons effingitur à veteribus;ſic & Beatiſſimus Baptiſta, qui terminus, & meta fuit vtriuſque legis, vt notauit Auguſt. *in ſerm. 3. de Baptiſta*, quo in loco eum vocat *fibulam vtriuſque legis*, gratiæ ſcilicet & ſcriptæ. Verùm ne longo exordio rem in ſe grauiſſimam amplificare velle videamnr,breuiſſimè huius tertij capitis hoc eſt argumentum. [b] Prædicitur in primis aduentus luciferi ante ſolem,id eſt,Baptiſtæ ante Chriſtum, & eius primum aduentum; de hoc enim agit Malachias in hoc capite,dicturus cap. 4. de ſecundo Chriſti aduentu : deinde agit de temporibus Chriſti, & eius operibus; ad extremum tandem impugnat errorem Iudæorum, qui vel diuinam prouidentiam negabant, vel ſaltem iuſtum non eſſe Dei iudicium aſſerebant;quæ impietas maximè oſtendetur in temporibus Chriſti,quando maximè apparuerit prouidentia Dei in ſanctos homines : pertinet autem maximè ad ortum præcurſoris amplificandum particula, *Ecce,* [c] quæ emphatica eſt,& certitudinem, & magnitudinem rei ſignificat, ſicut patet de prophetia natiuitatis Chriſti apud Iſaiam *c. 7.* vbi eadem particula poſita eſt, *Ecce virgo concipiet, & pariet filium:* qua ſimiliter voluit Deus declaratam eſſe natiuitatem præcurſoris Baptiſtæ primis verbis noſtri prophetæ, *Ecce ego mitto Angelum meum;* quaſi ſit ſenſus,miraculum videbitis, & rem omnino ſupra naturam,Ioannem,ſcilicet, Baptiſtam. Vnde quidam non ineptè eum orbis vocauit miraculum : quis enim non fateatur miraculo ſimillimum eſſe,eum puerum, qui primulis ſub annis,nouam & omnino diuinam aggreſſus eſt viuendi rationem? Vnde eleganter dictum eſt à Canizio,Zachariam adhuc infantem Baptiſtam allocutum fuiſſe,quoniam ſciebat eum certiſſimè in deſertum receſſurum, neque eius præſentiam habiturum, propterea quo potuit tempore eum fuiſſe allocutum; qua de re aliqua dicemus,quia dubium eſt inter patres, vtrùm Angelus dictus fuerit à propheta propter morum ſuauitatem, an propter officium legati, quod fecit? Vnde Chryſoſt. *hom. 3 de incomprehenſibili Dei natura*, aſſerit propterea Græcos in ſua Eccleſia Baptiſtam [d] alatum depingere; quæ ratio deſumpta eſt ex D.Dionyſ.4. *de Eccleſiaſtica Hierarch.* vel ad ſignificandam eius ſummam diligentiam in exequendis diuinis mandatis, eos enim, quos præſto eſſe ſcimus ad aliquid obeundum,alas habere, ſolemus dicere, qualis planè fuit Baptiſta: vel potiùs propterea alatus effingitur, ad ſignificandam eius alatam celeritatem in diuina contemplatione; totus enim in vaſta ſolitudine aſſidua mentis contemplatione, quibuſdam veluti alis ferebatur in cælum ſpretis omnibus huius ſæculi.

Chryſoſt.

[a] *Baptiſta vtriuſque legis Ianus.*

August.

[b] *Argumentū huius capitis 3.*

[c] *Particula ecce, ſemper emphatica* Iſai.7.

[d] *Cur Baptiſta dicatur Angelus.* Dionyſ.

2. Id etiam notauit Chryſoſtom.hom. 2. in Ioannem. *Ioannes,* [e] *cum omnibus, quæ ſub cælo ſunt, ſe exuiſſet, aliis magiſtris non indiguit, ſed cælitus eruditus eſt.* Elegantiſſima ſunt ea, quæ habuit Auguſtinus ſerm. 3. de Baptiſta. *Ioannes ante peruenit ad cælum,quàm terram tangeret;ante accepit diuinum ſpiritum, quàm humanum; ante ſuſcepit diuina munera, quàm humana corporis membra; impatiens dux,qui ante quàm perueniret ad corpus, peruenit ad regem;ante rapuit arma,quàm membra; Ioannes antequam Chriſtum præcederet, ſeipſum præceſſit.* Similia prorſus Petr. Chryſolog. *ſerm.* 88. & Hieronym. ad Ruſtic. *Viuebat Baptiſta in eremo, & oculis deſiderantibus Chriſtum, nihil aliud dignabatur aſpicere.* Similia habet Chryſoſtom.hom.38. *Nulli hominum,* inquit, *antequam ad baptiſandum accederet, Deo autem ſoli ſua offerebat colloquia,neminem vidit vnquam conſeruorum,neque ab aliquo horum viſus eſt;non lacte nutritus,non lecto ſuſceptus,non alia re humana vſus, ab ipſis Angelis edoctus eſt; neque enim hominem præceptorem habere potuit is, qui totus moribus Angelus fuit.* Quæ fuit ratio, cur tam citò in deſertum [f] ceſſerit, qui locus contemplationi accommodatiſſimus eſt; ſolet enim viris ſanctis ipſa ſolitudo paradiſus eſſe, vt optimè dixit Hieronym. *ad Ruſticum de viuendi ratione, & in epiſt. ad Paulin. de inſtruct. monachor. & in vita Pauli primi Eremitæ.* Cui eleganter ſuffragatur Nazianz. *orat. 1. in Apolog.* Qua de re ibidem Elias Cretenſ. Videndus eſt etiam Nazianz. *orat.* 16. quam tandem ſententiam latè proſequitur Cicero. *de officiis*,neque minùs eleganter Seneca Trag. *in Hippol. actu* 5. Vnde pulchrè notauit Seruius Sulpit. de quodam Anachoreta, qui cū per quinquaginta annos in deſerto latuiſſet, interrogatus, quare homines tanto tempore vitaret, reſpondiſſe fertur, *eum qui ab hominibus frequentatur, non poſſe ab Angelis frequentari.* Rectè quidem hoc de ſe potuit dicere iſte Pater. Verùm multo magis quadrant hæc in Baptiſtam, qui à primulis annis deſerta incoluit, vnde [g] Angelus pœnitens non immerito eſt appellatus, vt colligitur ex Hieronymo Dan.8. *Cùm agitur,* inquit, *de negotio regnorum, de præparando exercitu, mittitur Raphael, qui prælio præeſſe dicitur, & fortitudo Dei nominatur, vnde eo tempore, quo Deus venturus erat*

[e] *Ioannes penitus exuit hominem.* Chryſoſt. Auguſt.

Chryſolog. Hieron. Chryſoſt.

[f] *Propterea tam citò in deſertum abijt.* Hieron.

Nazianz. Cretenſ. Cicero. Tragicus. Seruius.

[g] *Baptiſta Angelus pœnitens.*

erat in carne, expellendique erant mali dæmones, mittitur Gabriel ante Dominum, qui præfectus eſt præliorum: verùm quando de pœnitentia agitur, neceſſe fuit Angelum pœnitentem mitti, hunc autem Baptiſtam eſſe, quis non videat? Vnde D.Thomas non veretur aſſerere *in 3.p.q.40.art.2.* Multo magis auſteram fuiſſe vitam [h] Baptiſtæ, quàm Chriſti ſeruatoris; quem libentiſſimè ſequitur Caiet. ad eum locum, & colligitur ex Auguſtino *lib.16. contra Fauſtum.cap.30.* Illud tamen notandum eſt cum D.Thoma, conuenienter Chriſtum Dominum ſequutum fuiſſe eam viuendi rationem, quia, ſcilicet, *non egit vitam ſolitariam, neque enim ea accommodata erat ad noſtram ſalutem; neceſſe eſt autem eum, qui communem cum alijs vitam viuit, eorum ſe conuerſationi conformare*, iuxta illud 1.Corinth.9. *Omnia omnibus factus ſum*; oportet tamen eum, qui talem vitam agit, eam miraculis probet: quæ fuit ratio cur Baptiſta, nullum prorſus miraculum ediderit, vt notauit Chryſoſtom. *ſuper Matth.* ſed ſola ſua viuendi ratione, omnes maximè monebat; id quod optimè de eo notauit Ioſephus *lib. 18.antiq.cap. 7.* cuius hæc ſunt verba: *Cùmque magni concurſus ad Baptiſtam fierent à plebe ſalis doctrinæ auida, Herodes veritus eſt, ne tanta hominis authoritas, defectionem aliquam pararet, quod videretur nihil non facturam ex eius authoritate, & conſilio, iudicauit ſatius eſſe, priuſquam noui aliquid oriretur, illum tollere, quàm rebus turbatis ſeram pœnitentiam agere.* Mouet autem maximè dura & aſpera viuendi ratio eius, qui aliquid perſuadere contendit; vnde Ioannes [i] ſine miraculis, miraculo ſimilem abſtinentiam habuit: verùm Chriſtus Dominus miraculis ſuam vitam probauit, dimittens Ioannem ieiunio fulgere, ipſe contraria inceſſit via ad menſam intrans publicanorum. Poteſt igitur, vt iam aliquid colligimus, Baptiſta appellari Angelus à noſtro propheta, vel propter ſingularem animi candorem, & miram abſtinentiam, & denique propter Angelicam contemplationem, ſicut iam ſuprà in prologo huius vatis ex Epiphanio diximus de Malachia, qui Angelus Domini nominatus eſt propter externam, & internam pulchritudinem.

D.Thom. — [h] *Auſterior vita Ioannis quàm Chriſti.* — Caietan. — Auguſt. — 1.Cor. 9. — Chryſoſt. — Ioſephus. — [i] *Ioannes ſine miraculis miraculum.*

3. Non eſt autem putandum, Baptiſtam natura fuiſſe [l] Angelum, vt falsò putauit Origen. quem refert Hieronym. *ad 1.cap.huius vatis*; qui error Origenis habetur *2.tom.in Ioann.* vbi aſſerit multos Angelos incarnatos fuiſſe eo tempore, quo Verbum æternum carnem aſſumpſit, cuius erroris occaſio ſumpta eſt ex præſentibus verbis Malachiæ. Sunt autem hæc eius verba: *Quoniam in ſermone de Ioanne verſamur, commodè ſententiam noſtram, quam de eo habemus, addemus; quoniam verò de eo prophetiam hanc legimus, Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem meam, qui præparabit viam tuam ante te, attendamus num ipſe, qui ſanctorum Angelorum vnus eſt, Seruatoris noſtri præcurſor ad myſterium mittetur? Neque mirum, ſi, cùm primogenitus omnis creaturæ pro ſuo in genus hominum amore corpus induiſſet, Chriſti æmuli aliqui, & imitatores fuerint, qui voluerint ſimili in corpore, eius benignitati miniſtrare:* pluresque alios huius ſententiæ fuiſſe refert Theophylact. *in 1. cap. Ioannis*, & propterea vt homo introducitur ab Euangeliſta, [l] *fuit homo miſſus à Deo, ne quiſpiam fortaſſis propter excellentiam vitæ eum Angelũ fuiſſe exiſtimaret*, vt pulchrè notauit Chryſ. de Iob, qui ſtatim in limine dicitur, *vir erat, quia vitæ illuſtrem explicaturus erat. Auter illius libri,*

[l] *Error circa Baptiſtæ perſonam.* — Origen. — Hieron. — Origen. — Theophyl. Ioan.1. — [l] *Cui errori occurritur in Euangelio.*

Gabr. à Coſta in Malachiam Prophetam.

& à noſtra viuendi ratione longè ſeparatam, ne quis certaminum patientia ſpectata magnitudine, peregrina quadam, & non humana natura eum prædictum fuiſſe putaret, ponit in conſpectu naturam hominis, vt hominis inſtitutum miretur, qui licet natura homo eſſet, virtute tamen multos excelluit. Talis prorſus fuit & Baptiſta, & hæc fortaſſis fuit ratio, cur Eccleſia eius natiuitatem ſolam celebrauerit, imò & Chriſtus Dominus laudauerit eum in vita ſua, ſciebat enim optimè in eo non periclitari illud Prouerb. 11. *Ne laudaueris hominem in vita ſua*; eo enim die, quo ille natus eſt, Angelus aliquis creatus fuiſſe videtur, vel aliquid amplius, quia Angeli poſt ſuam creationem ceciderunt, Ioannes ſemper ſtetit. Is igitur Angelus præcurſor hoc in loco dicitur, qui, vt pulchrè dixit commentator imperfectus in Matth. *Si non eſt audacia dicere, Glorioſior eſt Ioannes, [m] quia homo fuit, & propter virtutis meritum, Angelus eſt vocatus, quàm ſi nomine Angelus, & natura fuiſſet.*

Prou. 11. — [m] *Glorioſior Ioannes cum ſit homo.*

Vel poteſt Baptiſta hoc in loco Angelus appellari ab ipſo officio, & munere legationis; nam vox Hebræa, pro qua vulgatus tranſtulit *Angelum*, æquiuoca eſt, & ſignificat, legatum, nuncium, & Angelum; quod nomen potiùs eſt officij, quàm naturæ, vt notauit Auguſtin. 15. *de ciuit. cap.23. & Pſalm.133.* Chryſoſtom. *hom.* 3. de incomprehenſibili Dei natura. *Si Angeli*, inquit, *diuina mandata non exequerentur, nunquam Angeli dicerentur; ſicut neque homo miles dicitur, niſi conſcriptus ſit ad bellum.* Cuius rei exemplum eſt optimum Iſai. 33. *Ecce videntes clamabunt foris, Angeli pacis amarè flebunt*, quibus in verbis, quamuis videatur latere myſterium aliquod, vt de facto latet, & nos latiùs paulo inferiùs examinabimus, cum Cyrillo Alexand. & Hieronymo, ad literam tamen hoc voluit tantùm Iſaias, Miſerunt Iſraelitæ ad Aſſyrios legatos, quos maximè timebant pacem poſtulantes, qui cum infecta re, ne acceptis pacis conditionibus reuerterentur, in ipſa via miſerè lamentabantur. Quo in loco ſi notaſtis, nuntios, & pacis legatus, Angelos vocauit Iſaias, ſeu potiùs vulgatus interpres; id quod colligitur ex multis locis ſacræ Scripturæ, quod quamuis vox Hebræa æquiuoca ſit, & accipiatur pro Angelo, & nuntio; tamen quoties noſter vulgatus Angelum vertit, [n] maieſtatem ſignificat cius, de quo eſt ſermo; neque enim vulgares nuntios Angelos ſolet appellare, vt patet Geneſ. 32. *Miſitque Iacob nuntios ante ſe.* Similiter & nuntij vocantur illi, qui calamitatem Iob denuntiarunt, & is etiam, qui miſſus eſt ad quærẽdam Rebeccam; quibus in locis eadem prorſus Hebræa vox poſita eſt, quę hìc habetur apud Malachiam. Quare meritò hìc Angelum vulgatus vertit.

4 — Auguſt. Chryſoſt. — Iſai. 33. — [n] *Angelus nuntius cum maieſtate.* — Gen. 32.

§. II.

Sit ne Ioanne Baptiſta aliquis maior in ſanctitate?

5. Libuit tamen hìc aliqua addocere de comparatione inter Baptiſtam, & reliquos ſanctos vtriuſque teſtamenti: quamuis autem omnis comparatio odium pariat, locum non habet hoc prouerbium in ſanctis hominibus, quos vnus, & idem amor coniunctiſſimos fecit: ſed quoniam controuerſa res eſt inter ſanctos Patres, nos eorum ſententias [o] aliquas aſſeremus, neque in

[o] *Patrum ſententia de Baptiſta.*

re grauiſſima de noſtra penuria quidquam dicemus.

6\. Tertull.

ᵖ Tertul. Baptiſtam omnibus præfert.

Vt autem à veteribus incipiamus, vetuſtiſſimus Tertullian. *in carminib. aduerſus Marcion. de collatione Patrum vtriuſque teſtamenti*, Baptiſtam videtur præferre omnibus ſanctis,[p] *Grandis Ioannes ſuper omnes ſemine natos.* Quibus verbis non ſolùm eum cum Prophetis confert, verùm etiam cum omnibus hominibus; neque ſolùm eum parem,& æqualem voluit eſſe ſummis viris, ſed etiam ſuperiorem, vt conſtat ex illis verbis, *ſuper omnes ſemine natos.* Excipiendus tamen ſemper eſt Chriſtus, quem ipſe Baptiſta ſe ſuperiorem eſſe fatetur,& Virgo Mater,quam excipiunt omnes ſancti, ne ſolùm eam admittamus rationem[1] quam affert Petr. Galat. *lib.7.de arcanis, in Thalmud inuentis,cap.* 5. qui vult. *Matth.* 11. *& Luc.*7. Virginem Matrem exceptam etiam fuiſſe in illis verbis, *Inter natos mulierem non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta*; is enim tantùm dicitur ſurgere, qui cecidit; vnde cum Virgo per originale non ceciderit, non dicetur ſurrexiſſe. Comparatio autem Baptiſtæ eſt inter eos, qui contraxerunt peccatum originale, qualis non fuit Virgo Mater.

Galat. Matth.11. Luc.7.

7\. *ᵠ Sequitur Theophylact. Hieronym. Ambroſ. & Euthymius.* Veiga.

Sequitur poſt Tertullianum Hieronymus non [q]*ſuper Matth.*11.eo enim loco nihil minus aſſerit, ſed *lib.*2.*aduerſus Iouinian.* & *lib.* 2. *aduerſus Pelagian.* vt voluit Andr. de Veiga *lib.* 10. *ſuper Conc. cap.*5. apertiſſimè tamen Theophylact. *ſuper Luc.cap.*7. ſimiliterque Ambroſ. & Euthym. *Matth.*11. Extant aliqua loca D.Auguſt. quæ tamen ſi probè intelligantur, illud manifeſtè non concludunt, ſed ſaltem parem, & æqualem omnibus fuiſſe, vt apertiſſimè docet Hieronymus Matth. 11. *Chriſtus Dominus his verbis, non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta, non cæteris Patriarchis, cunctiſque hominibus Ioannem prætulit, ſed Ioannem cæteris exæquauit; non enim ſequitur vt ſi alij maiores eo non ſunt, ille maior aliorum ſit; verùm vt æqualitatem*[r] *cum cæteris ſanctis habet?* quem ſequitur Auguſt. *Pſal.*7. vbi aſſerit, nihil maius vnquam fuiſſe in genere humano Ioanne Baptiſta, nunquam tamen dixit eum fuiſſe maiorem: & *in lib.*2.*contra aduerſarium legis, & prophetarum*, non audet aſſerere eum fuiſſe maiorem cæteris in gratia, & ſanctitate. Similiter & Euſeb. Emiſſ. *hom.* 1. *de Baptiſta*, quo in loco, neque præferendum voluit eſſe eum Euangeliſtæ, neque Principi Apoſtolorum. *Quid eſt*, inquit, *hoc, quod Petro, & Ioanni Chriſtus Dominus Baptiſtam anteponit? Non anteponit, inquit, quoniam his verbis, non eum priorem ſummis, ſed primis pronunciauit æqualem, & fortaſſis pares in meritis voluit eſſe Petrum, Paulum, & vtrunque Ioannem.*

Hieron.

ʳ Sed forte Hieron. tantum æquauit cæteris, ita & Auguſt. Auguſt.

Euſ.Emiſſ.

8\. Chryſoſt. *ˢ Prælationem probat Chryſoſtom.* 1. Cor.15.

Verùm D. Chryſoſtom. ex hac comparatione colligere videtur apertiſſimè Baptiſtam [s] maiorem fuiſſe cæteris ſanctis, idque probabili argumento, (neque enim maiorem euidentiam habet) petito ex 1. Corinthior. 15. *Alia claritas Solis, & alia claritas Lunæ, & aliarum claritas ſtellarum; ſtella enim differt à ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum:* quibus verbis videtur Paul. aſſerere, ſanctos non eſſe pares in gloria, ſicut Philoſophi oſtendunt, neque ſtellas in claritate. Quæ ſententia ſi vera eſt, & Paulus illud voluit, neceſſe eſt aſſeramus, eum maiorem cæteris fuiſſe, qui maiorem habere non potuit: quam rationem affert Chryſoſt. *hom.*17. *ſuper Matth. ad finem, & hom.* 35. *ſuper Matth. & tom.*3. *ſerm. de præmiis ſanctorum, diuerſiſque honoribus Apoſtolorum*, atque ita in cælo primus erit luminare magnum Chriſtus Dominus, vnde omnis claritas ſanctorum deriuatur, ſicut lux ſolaris in cætera aſtra. Secundo loco,luce quamuis aliena lucebit Virgo Mater, tanquam luna candidiſſima. Tertio tandem loco[t] pulchrior inter cætera aſtra, lucifer, qui Solem præit, Baptiſta.

ᵗ Tertium in cælo eidem locum aſſignans.

Illud tamen obiter notandum eſt, nos nolle aſſerere ſanctos omnes, æquales eſſe inter ſe ſe, hoc enim probabile non eſt, imò potiùs definitum eſt in aliquibus conciliis, non eſſe omnes ſanctos pares in gloria. Ita habetur in Concil. Theleoſ. in Africa celebrato authoritate Sericij Papæ: & in Conc. Florent. cuius hæc ſunt verba: *Definimus illorum animas, qui poſt baptiſmum ſuſceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quæ poſt contractam purgatæ ſunt, mox in cælum recipi, & intueri clarè ipſum Deum, meritorum tamen diuerſitate alium alio perfectiorem, hæreſis enim*[u] *eſt aſſerere ſanctos omnes æquales eſſe in gratia, & gloria:* qua de re videndus eſt Gregor. *hom.*13. *in Ezechiel.* & Bernard. *epiſt.* 91. & Cap. *cum ſanctam. de pænitent. d.* 2. Cyprian. *de laude martyrij, & de habitu virginum.* Ambroſ. *in ſerm. de reſurrectione.* & denique D. Hieron. 2. *contra Iouinian.* vbi ex profeſſo diſputat contra hunc errorem. Cum hoc tamen videtur ſtare,duos aliquos[x] ſanctos æquales eſſe in meritis, vt velle videtur Hieron. Auguſt. Emiſſ. & alij. Non negamus tamen diuerſitatem claritatis in cælo pro diuerſis ſtatibus, excedere enim videtur claritas Martyrum claritatem cuiuſcunque alterius ſtatus, vt apertè docet Cyprian. *in loco citato*, vbi confert Martyrium cum Virginitate, & videtur aſſerere omnia Martyrio cedere. 9.

ᵘ Hæreſis eſt dicere omnes ſanctos in gloria eſſe æquales. Gregor. Bernard. Cyprian. Ambroſ. Hieron.

ˣ Hæc tamen inter aliquos conceditur æqualitas. Auguſt. Hieron. Emiſſen. Cyprian.

Hoc iam ſuppoſito, probabiliter dicemus Petrum,[z] Euangeliſtam, & Baptiſtam pares eſſe in gloria. Niſi magis placeat ſententia D. Thomæ 1. 2. q.106.a.4.in corpore: *Non eſt tamen ſperandum, quòd ſit aliquis ſtatus futurus, in quo perfectiùs gratia Spiritus ſancti habeatur, quàm hactenus habita fuerit, & maximè ab Apoſtolis,*[a] *qui primitias Spiritus ſancti acceperunt, id eſt, tempore priùs, & cæteris abundantiùs.* Quibus verbis Apoſtolos omnino ſuperiores cæteris omnibus ſanctis velle videtur D.Thomas. Similia docet idem D. Thomas in diſputatis 1. 2. *q.* 14. *art.* 5. ſi probè intelligatur: quam eandem ſententiam ſequutus fuit nuper Cornel. Ianſ. *in ſua concord. cap.* 47. quo in loco ſic habet. *Apoſtoli tamen poſtea videntur perfectiori ſpiritu donati, & maiores fuiſſe in meritis, vt qui myſteria euangelica videantur perfectè cognouiſſe poſt acceptum Spiritum ſanctum in die Pentecoſtes, & plura pro veritate perpeſſi:* nec negat Dominus plures ſurrecturos, qui maiores forent Ioanne Baptiſta, ſed ad illud vſque tempus nullum perfectiorem ſurrexiſſe. 10.

ᶻ Tres in gloria pares. D.Thom.

ᵃ Apoſtoli ſanctiores aliis ſanctis.

Verùm res dubia eſt,[b] quam non eſt auſus definire Aug. neque Hiero. & vt probabilé ad vtrãque partem eam nobis in ſuis commentariis dedit inſignis Luiz. de Sotto Major. *ſuper Luc.c.*7. hoc tamen commune eſt inter Patres,Baptiſtam[c] ſuperiorem aliquem non habuiſſe in ſanctitate,& & ita decens erat propter prærogatiuas, quas habuit; ille enim à Prophetis vaticinatus eſt, ab Iſaia, ſcilicet, & à noſtro Malachia; imò & à regio 11.

ᵇ Prælatio Baptiſtæ,res dubia. Auguſt. Hieron.

ᶜ In communi ſententia Patrum, Baptiſta ſuperiorem non habuit.

Pſal. 131. Cyril. Chryſoſt. Auguſt. Tertull.

regio vate in eo verſ. Pſal. 131. *Paraui lucernam Chriſto meo:* quem locum de Baptiſta intelligunt Cyrill. Alex. *ſuper Ioan.* & Chryſoſt. Auguſt. etiam *ſerm. 43. de verbis Domini*, & vetuſtiſſimus Tertul. *contra Iudæos*. Eiuſdem etiam ortus Angelico oraculo promiſſus fuit, ſicut ortus Chriſti, imò & ab eodem Angelo, qui vitæ Monaſticæ[d] princeps, & autor fuit, vt ait Chryſoſt. *hom. 1. ſuper Marc. & hom. de Ioan. Bapt.* quo in loco ſic ait: *Conſiderate Monachi dignitatem veſtram, Ioannes princeps eſt veſtri dogmatis.* Similia Hieron. ad Euſtoch. de cuſtodienda Virginitate, *Huius vitæ autor eſt Paulus, illuſtrator Antonius, Princeps Ioannes Baptiſta.* Quibus ſuffragatur Bernard. *in ſerm. de excellent. Baptiſtæ.* & Nicephor. *lib. 1. de Eccleſiaſt. hiſtor. cap. 12. & lib. 8. cap. 39.* Figuratus etiam fuit in Elia, denique totus mitus, idque iure, vt notauit Auguſt. *lib. 50. homiliar. hom. 44.* Propterea magnus fuit Ioannes, quia oportuit vt magnum de Chriſto teſtimonium præbere poſſet.

[d] *Baptiſta Princeps vitæ Monaſticæ.* — Chryſoſt. Hieron. — Bernard. Nicephor. — Auguſt.

12. Vnde congruenter dubitant ſancti Patres, potiùs ne Angelus fuerit dictus hoc in loco Baptiſta[e] à Propheta, propter eximiam ſanctitatem, & Angelicos mores, an potiùs propter officium Nuntij? Communitérque videntor aſſerere, propter vtrunque, vt notauit Euthym. & Theophyl. *Matth. 11.* & imperfectus Chryſoſt. *eodem loco.* Pulcherrimè inter cæteros Beda lib. 1. ſuper Lucam. *Quod Græcè*, inquit ille, *Angelus dicitur, hoc Latinè nuntius dicitur rectè; ergo qui nuntiare ſupernum iudicem mittitur, Angelus vocatur, vt dignitatem ſeruet in nomine, quam explet operatione*; tunc addit: *altum quidem nomen, ſed vita inferior non eſt.*

[e] *Baptiſta dupliciter Angelus.* — Euthym. Theophyl. Chryſoſt. Beda.

13. Nequis verò ſcrupulus remaneat in hoc verſu, notandum eſt, miſſionem[f] duobus modis accipi, aut internè, aut externè: de vtraque loquitur expreſsè Iſaias, & in primis cap. 28. *& nunc*, inquit, *miſit me Dominus, & Spiritus eius:* quæ interna fuit miſſio: & apud eundem Iſai. cap. 6. *Audiui vocem Domini dicentis, quem mittam? & quis ibit nobis? Ecce ego, mitte me.* quæ quidem, vt ex ipſo contextu facto conſtat, externa miſſio fuit; nanque miſſio externa eſt, quæ fit per aliqua ſigna ſenſibilia externa; quo pacto etiam Spiritus ſanctus miſſus eſt, & Verbum æternum etiam in carne apparuit. Nam diuinæ etiam perſonæ, quæ ab aliis procedunt, mitti poſſunt. Congruenter igitur is, qui à tota Trinitate proceſſit, à tota Trinitate etiam mittitur Baptiſta: non dubito autem & internè, & externè factam fuiſſe eam miſſionem, quæcunque autem ea fuerit, non dubito maiorem fuiſſe,[g] quàm eam, quæ facta eſt Moyſi *Exod. 3.* neque enim aliqui Prophetarum contigit Verbum in carne digito oſtendere. Vnde iam patet, quàm falſa ſit ſententia Rabbinorum,[h] aſſerentium hunc Angelum miſſum fuiſſe à cælo, ſicut ait Rabbi Dauid. Nam Rabbi Abraham exiſtimat, hunc Angelum, de quo Malachias agit hoc in loco, eſſe Meſſiam filium Ioſeph, id eſt, de tribu Ioſeph; duos enim expectabant Meſſias Iudæi, vt aliquando fuſiùs dicemus, alterum de tribu Ioſeph, alterum filium Dauid, id eſt, de tribu Dauid, vel de tribu Iuda: Verùm Chriſtus Dominus pro ſua clementia dignatus eſt viuæ vocis oraculo hunc locum Malachiæ explicare[i] de Ioanne Baptiſta *Matth. 11. & Lucæ 7.* & proinde nulla iam dubitatio eſt hunc Angelum eſſe Ioannem Baptiſtam.

[f] *Miſſio duplex.* — Iſai. 28. & 6.

[g] *Ioannis miſſio, maior quàm Moyſis.*

[h] *Error Rabbinorum circa locum iſtum,* — Rab. Dauid. Rab. Abrah.

[i] *Qui omnino de Ioanne intelligendus.*

Text. Et præparabit viam ante faciem meam.

§. III.

Per pœnitentiam præparauit Ioannes facilem & ſecuram in cælum viam.

Phraſis eſt Hebræa[l] ad ſignificandum iam adeſſe Meſſiam Dominum; ſicut enim aurora venientem Solem, quaſi digito oſtendere videtur, ſic Baptiſta ante Chriſtum Dominum; nihil enim vates velle videtur in hoc cap. quam celeritatem Meſſiæ commendare, ſicut patet, tum ex particula, *Ecce*, cum ex his verbis, *ante faciem meam*: qui enim præcedit aliquem venientem, non longè habet eum, qui ſequitur, ſicut ſeruus Dominum ſuum; tum ex verbis ſequentibus, *& ſtatim veniet ad vos Dominator Dominus, quem vos quæritis.* 14.

[l] *Phraſis Hebræa ad præſentiam Meſſiæ declarandam.*

Peculiaris tamen difficultas eſt, cuius nam potiùs hæc oratio ſit? Huius autem difficultatis ea eſt ratio, quia Lucas, & Matthæus[m] in locis citatis, eam paulo aliter legunt, quàm ſit in noſtro Malachia, ſic enim habent: *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Quæ lectio neceſſariò introducit aliam perſonam loquentem, quàm ſit perſona filij, ſcilicet, Patrem æternum, cum filio loquentem: ſi verò ſtandum ſit in priori lectione, oratio videtur Verbi in carne, id eſt, Chriſti Domini, vt commentatur D. Hieronym. ad hunc locum. Videtur autem propterea Chriſtus Dominus eam accommodaſſe potiùs ad Patrem, vt ſic oſtenderet,[n] ſe miſſum eſſe à Patre, & exemplum obedientiæ præberet: non eſt autem incommodum, retenta eadem ſemper ſententia aliquantulum in verbis variari ab interprete, vt notiſſima eſt regula D. Hieronymi, *in lib. de ratione interpretandi*, vbi laudat Horatij præceptum, 15.

[m] *Textus hic paulo aliter in Euangelio legitur.* — Hieron. — [n] *& quare.* — Horat.

Nec verbum verbo curabit reddere fidus
Interpres:

& in epiſt. ad Auguſtin. & in epiſt. etiam ad Suniam, & Fretellam. & Amos cap. 7. Quæ eadem eſt ſententia Ciceronis in lib. de finibus, *Verbum*, inquit Cicero, *è verbo exprimere indiſerti Interpretes ſolent.* Sic igitur Chriſtus Dominus, ſeruata ſemper eadem ſententia, paululùm accommodauit verba ad ſuum inſtitutum; quanuis enim omnes actiones diuinæ ad extra, totius ſanctiſſimæ ſint Trinitatis, vt eſt vulgare axioma Theologorum, ſolet tamen Chriſtus Dominus, eas actiones in Patrem referre, vt oſtendat ſe miſſum eſſe à Patre, & meritum obedientiæ commendet; quam virtutem in ſe oſtendere, vtpote neceſſariam velle videtur ſæpe Chriſtus Dominus, vt elegantiſſimè commentatur Chryſoſt. *hom. 8. ſuper epiſt. ad Hebr.* exponens illud Pſalm. 39. *Sacrificium, & oblationem noluiſti*, ſed tantum aptum corpus ad obediendum, mihi dediſti; hoc enim ſignificat id, quod in alia lectione habetur, *aures autem perfeciſti mihi*, id eſt, purgaſti, vt ad obediendum paratus eſſem: accommodatum enim ſacrificium eum obtuliſſe putauit, qui obedientiam præſtat. Qua ratione Chriſtus Dominus veram rationem[o] ſacerdotis habet, reſpectu ſui corporis, quod in cruce obtulit,

Cicero. — Chryſoſt. — Pſal. 39. — [o] *Chriſtus qualiter ſacerdos & ſacrificium ſimul.*

cum tamen ipſe nullam actionem emiſerit conſumptiuam corporis, in quo eſt ratio ſacrificij. Neque verò Iudæi ſacrificatores potuerunt eſſe tantæ hoſtiæ, ſola autem obedientia id effecit, vt pulcherrimè notauit D. Thomas 3. part. quæſt. 47. art. 1. in corp. *Qui enim, cum poſſit mortem vitare, per obedientiam vitam offert, is ſeipſum ſacrificare probè dicitur*, ſicut eleganter etiam notauit Chryſoſtom, propterea, ſcilicet, dictum eſſe Abrahamo Gen. 22. *non pepercisti filio tuo*, cum tamen Abraham filium non interemerit, tunc ſubdit Chryſoſtom. *per obedientiam gladium cruentauit, & filium enecauit*; quanto magis Chriſtus dicetur ſacerdos obediens vſque ad mortem, quam vitare potuit? Et hæc videtur ratio, quare Chriſtus Dominus toties voluerit oſtendere ſe miſſum eſſe à Patre, vt ſcilicet, obedientiam commendaret, & meritò; nanque ſine obedientia, [p] victoria nulla eſt; vt habetur Prouerb. 21. *Vir obediens loquetur victorias*, quod ponderat optimè D. Thom. 3. *part. quæſt.* 47. *art.* 2. neque militem etiam ſine obedientia vincere vnquam potuiſſe.

D. Thom.
Chryſoſt.
Gen. 22.
[p] *Nulla ſine obedientia, victoria.*
Prouerb. 21.

16. Notandum autem maximè eſt Hebræum verbum pro quo vulgata vertit, *& præparabit*, illud enim ſignificat aptare, præparare, expurgare, ſcopare, & vertere, iuxta illud *Geneſ.* 24. id quod dictum eſt ad ſeruum Abrahami, *Ingredere benedicte Domini, cur foris ſtas? præparaui locum, & domum camelis tuis.* Alius locus eſt *Leuit.* 14. vbi iuxta veritatem Hebræam ſic habetur: *Præcipietque ſacerdos, & expurgabunt domum*, pro quo nos habemus, *præcipiet, vt auferantur cuncta de domo*, Luſitanè, *mandou deſpejar*, & Pſalm. 80. qui incipit, *Qui regis Iſrael, intende*, in eo verſic. *Dux itineris fuiſti in conſpectu eius*; pro quo tranſtulit D. Hieron. ex Hebræo, *præparaſti ante faciem eius auferendo* [q] *impedimentum.* Sic ſimiliter Io his verbis, metaphora ſumpta eſt ab his, qui venturo Regi in vrbem aliquam ſolent optimè componere vias, & eas floribus ſternere, impedimenta auferre, & incompoſita quæque aptare: hoc igitur officium facturum prædicit Malachias Baptiſtam ante ingreſſum Chriſti. Qualis autem fuerit hæc præparatio, videtur docere Zacharias *Lucæ* 1. illis verbis: *& tu puer propheta Altiſſimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius in remiſſionem peccatorum*; docebat enim Ioannes, & inſtruebat ad gratiam. gratiam verò nunquam contulit, vt docet D. Thomas q. 38. 3. p. a. 3. *in corpore.* Habuit enim ſe Baptiſta, quemadmodum ſubalterni artifices diſponentes, & præparantes materiam ad formam, quam ſupremus artifex introducit, ſemper autem neceſſaria fuit hæc præparatio, vt eleganti ſimilitudine oſtendit Chryſoſt. homil. 2. in acta Apoſtolor. *Paulo*, inquit ille, *non ſtatim data eſt gratia, ſed triduum anteceſſit, quo fuit cæcus, atque interim metu purgatur, ac præparatur.* Etenim quemadmodum, qui purpuram tingunt, priùs aliis quibuſdam coloribus præparatur id, quod tincturam accipiet, ne flos dirutus, aut vanidus fiat: ſic neceſſe fuit hominum mentes ante aduentum Chriſti præparatas eſſe baptiſmo, pœnitentia, & doctrina Ioannis; hoc enim ſignificat illud vaticinium Iſaiæ prædicentis, Baptiſtam eſſe vocem clamantem in deſerto, vt pulchrè docet Chryſoſtom. *hom.* 3. *in c.* 3. *Matth.* Et multo elegantiùs Epiphan. lib. 2. contra hæreſ. *Vox*, inquit ille, *præparatiua eſt auditus hominum; primum enim inarticulatam vocem ſolent reddere clamantes è longinquo vocantes eos, qui aliquid ab eis audire debent; & vbi illi vocem ſolam audierint, & mentem ad audiendum aduerterint, aureſque præparauerint, tunc is, qui ſonantem vocem emiſit, de cætero diſtinguit ſermonem, quem dicere voluit: ſic etiam Ioannes vox fuit aures præparans, non enim ipſe erat verbum, ſed is, qui poſt clamorē eius venit.*

Gen. 24.
Leuit. 14.
Pſalm. 80.
[q] *Baptiſta tollit impedimenta viarum.*
Luc. 1.
D. Thom.
Chryſoſt.
Epiphan.

Tribus autem [r] modis præparaſſe videtur ho- 17.
minum mentes, ad aduentum Chriſti, vt docet D. Thomas loco paulò ſuprà citato. Primo docendo, & inculcando illum hominem eſſe Meſſiam, à quo pendet iuſtificatio, & ſalus omnium hominum poſt peccatum Adami: ſecundo modo aſſuefaciendo ad baptiſmum: tertio tandem per pœnitentiam præparando ad gratiam ſuſcipiendam, qui modus valde efficax eſt ad oſtendendum iam adeſſe Chriſtum Dominum, vt pulchrè notauit Gregor. *lib.* 10. *moral. cap.* 12. exponens ea verba Iob, *& cum te extinctum putaueris, orieris vt lucifer. Rectè autem*, inquit Gregor. *lucifero vita ſanctorum comparatur, ſolem quippe præcurrens lucifer nuntiat, & quid nobis ſanctorum innocentia, & pœnitentia, niſi ſequentis iudicij claritatem clamat?* Et fortaſſis, quanuis hoc nullus interpretum notauerit, videtur eſſe vna ex ſolutionibus ad eam hæreſim Iudæorum, quæ recitata eſt in cap. 2. huius vatis ad finem, aſſerentium in Deo non eſſe prouidentiam erga ſanctos homines, vel ſaltem iniquum eſſe eius iudicium, id quod Ioannes falſum eſſe oſtendit piloſo habitu, inſolita vita, & denique totus pœnitentiam oſtendens, quo facto inculcauit, ſanctorum laboribus facilem in cælum [f] viam parari; videtur enim Deus gloriam in manibus mundi poſuiſſe quodammodo, qui eam inde abſtrahere ſine laboribus non patiatur; id quod ſignificauit Ioannes, vt conſtat ex illis verbis Matth. 11. *à diebus Ioannis Baptiſtæ vſque nunc regnum cælorum vim patitur*, vt aliqui volunt, quos refert Corn. Ianſen. *in concord. cap.* 47. quæ fuiſſe videtur ſententia Auguſtini *Pſalm.* 71. exponentis ea verba, *Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent*, quem locum, quanuis non ita ad literam, pulcherrimè tamen intelligit de martyribus, qui gloriam de manibus tyrannorum non ſine labore extorſerunt, proptereàque Eccleſia martyres [t] accipit, ſicut munera oblata à tyrannis, eſt enim hæc vetus conſuetudo Dei, non ſine labore gloriam dare: vnde pulcherrimè Chryſoſtom. *homil.* 2. ad populum, *propterea*, inquit, *ab initio Deus homini laborem alligauit, non puniens, neque ipſum caſtigans, ſed corrigens, & docens, quòd quando ſine labore vitam agebat Adam, à paradiſo excidit, quando laborioſam, in paradiſum raptus eſt Paulus*: & Horat. in hanc ſententiam *lib.* 1. *ſermonum*:

Nihil ſine magno vita labore dedit
Mortalibus.

Similiter & Heſiod. Poeta Græcus,

Ante virtutem dij ſudorem poſuêre immortales.

Qua de re multus eſt D. Hieronym. & præſertim *in epiſt. ad Ruſtic.* & *in epiſt. ad Euſtoch. & Zachar.* 12. *& epiſt. ad Heliodorum*, in qua æmulatus eſt locum Tertulliani *in lib. ad martyr. cap.* 3. Vnde notauit bene D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 187. *art.* 3. *ad* 1. præceptum naturale eſſe de labore; id quod velle videtur Paulus 2. ad Theſſal. 3. *Denuntiamus autem vobis, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre inordinatè ambulante aliter, quàm naturæ* [u] *ordo exigit*: quem locum gloſſa intelligit de iis, qui à manuali labore ceſſant.

[r] *Trina præparatio per Baptiſtam.*
D. Thom.
Gregor.
Iob.
[f] *Labor facilis in cælum via.*
Matth. 11.
Ianſen.
Pſalm. 71.
Auguſt.
[t] *Martyres tyrannorum munera.*
Chryſoſt.
Horat.
Heſiodus.
Hieron.
Tertull.
D. Thom.
2. Theſſ. 3.
[u] *Labor ex natura.*

Videndus

18. Videndus eſt Auguſtin. *tom. 3. lib. de operibus Monachorum*, & Tertollian. elegantiſſimè in lib. de anima: *Plerique*, inquit ille, *in ſumma voluptate* * *interierunt, qua mors violentior eſt, quæ per aliena graſſatur, & per commoda vitam tollit*; quaſi velit, contra hominum naturam eſſe, ea, quæ iucunda, & læta ſunt, iuxta illud Iob cap. 5. *Homo natus ad laborem, vt auis ad volatum*, quaſi velit, tam naturalem eſſe laborem hominibus, quàm naturalis eſt volatus auibus: vnde pulcherrimè D. Hieron. commentatur *in 1. cap. Abacuc.* ea verba Hierem, *Tribulationem, & miſeriam inuocabo Domine*: quibus verbis oſtendit Hieremias laboribus cœlum comparandum eſſe, & ſe in laboribus non modò Deum non oraſſe, vt ab eis ſaluus, & incolumis euaderet, ſed etiã in ipſis laboribus alios de nouo à Deo poſtulaſſe, quoniam hæc viris ſanctis ſemper viſa eſt ad cælum ſecura via. Vnde Cyprianus *epiſt.* 81. aſſerit in laboribus maximè ſolutum, & liberum eſſe hominem: elegantioribus verbis id ipſum priùs dixerat Tertullian. in lib. ad Martyres. *Nihil*, inquit ille, *crus ſentit in neruo, cum animus in cælo eſt, totum hominem animus circunfert, & quo velit, transfert.* Non videtur igitur ineptum ſi dicamus, propterea Malachiam * introduxiſſe hoc in loco hominem innocentem indutum aſpera veſte, & pene ab ipſa abſumptum abſtinentia, atque in deſerto à teneris annis habitantem, qualis fuit Baptiſta, vt oſtenderet Iudæis, laboribus, pœnitentia, & egeſtate, quam ipſi patiebantur, cælum comparandum eſſe: quare non eſt cur in ſecundis rebus impiorum hominum deſperarent. Sic igitur Baptiſta præparauit vias Domini, oſtendendo Meſſiam, à quo omnis noſtra iuſtificatio pendet, verbo, & exemplo pœnitentiam docendo, & denique ad baptiſmum Chriſti præparandum.

August. Tertullian. — * *Violenta mors in voluptate.* — *Iob. 5.* — *Hieron.* — *Cyprian.* — *Tertul.* — * *Intentio prophetæ in hoc vaticinio.*

TRACTATVS XIV.

De primo aduentu Chriſti Domini, ſuper illis verbis Textus:

Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis: Ecce venit dicit Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis ſtabit ad videndum eum?

§. I. * Ad Literam.

Prædicitur reuelatio Chriſti Domini immediatè poſt Ioannis prædicationem.

Text. Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum Dominator.

19. LXX interp. SEptuaginta vertunt, *ſubitò veniet ad templum ſuum Dominus, quem vos quæritis*: Gabr. à Coſta in Malachiam Prophetam.

& vox Hebræa vtrunque ſonat; eſt enim deriuata à nomine Hebræo, quod ſimplicitatem ſignificat, & quia ſimplex omnia celeriter peragit, quia nihil habet, quod impediat, inde deductum eſt aduerbium, quod ſignificat, mox, ſubitò, extemplò, ſtatim. Intereſt autem plurimum ad intelligendum hunc locum cognitio huius vocis, & eius radicis, vt ſtatim apparebit; namque Rabbi Dauid, à proprietate vocis Hebrææ colligere vult, hunc locum agere de ſecundo Chriſti Domini aduentu: *propterea quòd*, inquit, *ille non eſt reuelatus finis, ſeu terminus, neque expreſſus in libro Danielis, ideo dixit, ſubitò*: quaſi ſit ſenſus, inopinatus eius erit aduentus, quia nemo cognoſcet diem eius, quoad vſque ipſe veniat; vnde ait Daniel cap. 12. *clauſi ſunt, ſignatique ſermones vſque ad præfinitum tempus*, id eſt, non conſtat de die eius aduentus: ita Rabbi Dauid, ſeruata proprietate Hebræa. In hoc autem conueniunt omnes Rabbini, ª hunc locum de Meſſia, id eſt, de Chriſto Domino intelligendum eſſe, id quod colligunt ex particula emphatica, ſic enim potius Hebraicè habetur, *ille Dominus*: quod Hieronym. ſignificare volens, non Dominum tantùm dixit, ſed potius tranſtulit, Dominatorem, vt innueret prophetam non agere de quocunque Domino, ſed de eo, qui pariter Deus, & homo eſt, qualis eſt Rex Meſſias, vt locum intelligit Rabbi Dauid: Rabbi Selm. *Dominator*, inquit, *id eſt Deus iudicij*, de quo quæſitum fuerat in cap. 2. quando dicebatur, *vbi eſt Deus iudicij?* Accommodatiſſimè tamen inter cæteros Rabbinos, Rabbi Abraham, qui pro eo, quod in noſtra vulgata eſt, *Dominator*, vocem Hebræam poſuit, *Cauer*, quæ ſignificat *gloriam, & honorem*; quo verbo innuere videtur verum ſenſum huius loci.

Rab. Dauid. — *Dan. 12.* — ª *Communis ſenſus Rabbinorum de Chriſto hic.* — *Rab. Dauid. Rab. Selm.* — *Rab. Abrah.*

Obiter tamen notandum eſt ad intelligentiam 20.
huius loci, veteres ſacerdotes, & Principes Hebræos maiores natu (id quod habetur 1. *Eſdræ cap. 3.*) poſt reditum à Babylonica captiuitate, & extructum iterum templum, defleſſe, & lamentatos fuiſſe, quoniam noui templi fabrica non exæquabat anguſtiſſimam eam domum à Salomone fundatam: vnde Deus per Aggæum prophetam *cap. 2.* ſic eorum lachrymas conſolatur, *Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cælum & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum.* In his igitur verbis, vt colligitur ex Rabbi Abraham alluſio eſt ad illud *3. Reg.* 8. quo in loco Salomonis templum auguſtiſſimum ſanctificatum fuit in nebula quadam e cælo delapſa, quæ ſignum erat gloriæ Dei, & maieſtatis aſſiſtentis in templo: verùm gloria Dei, quæ ſanctificare debuit reædificatum templum, non iam ſub nebula ſperabatur, ſed in ipſa Dei præſentia in carne: hanc igitur gloriam, qua ſanctificandum eſſe templum ſperabant Iudæi, poſt captiuitatem, & extructum iterum templum iam adeſſe videtur vaticinari Malachiam præſentibus verbis, quem ſeorſum afferunt recentiores, & Iſidor. Lyran. & alij.

Aggæi. 2. — *Rab Abrah. 3. Reg 8.* — *Iſidorus. Lyran.*

Verùm adhuc difficultas eſt, ᵇ de quo ingreſſu 21.
in templum loquatur prophetia. Et quamuis aliqui velint de die purificationis, quibus ſuffragari videtur Eccleſia, quæ ea die recitare ſolet hanc prophetiam, & alij de ingreſſu in templum duodecimo ætatis anno, quando Chriſtus Dominus eſt inter doctores inuentus: locus tamen eſt intelligendus ᶜ de ingreſſu in templum, & in ſanctam

ᵇ *Difficultas loci.* — ᶜ *Satisfit quæſtio, & prima obiectioni.*

ciuitatem ad prædicandum poſtquam Baptiſta
officium fecit præcurſoris; ſolitus enim fuit
Chriſtus Dominus in templo docere iuxta illud
Matth. 26. Matth. 26. *Quotidie apud vos ſedebam in templo
docens.* Quod autem in die Purificationis hæc
prophetia recitari ſoleat, id factum eſt ex quadam
accommodatione, vt fieri plerunque ſolet, non
quòd de facto tunc temporis impleta ſit prophe-
tia, ſed quia quadam ex parte, quatenus, ſcilicet,
ipſa Dei gloria Chriſtus Dominus ea die tem-
plum ſanctificauit, ſæpiùs idem ſanctificaturus
docendo poſt teſtimonium Baptiſtæ: de quo in-
greſſu præcipuè hæc prophetia loquitur: quod
Matth. 3. voluit ſignificare ipſe Baptiſta *Matth.* 3. cùm di-
xit, *Qui poſt me venturus eſt, fortior me eſt:* &
Ioann. 1. Ioan. 1. *Medius autem inter vos ſtetit, quem vos
neſcitis: ipſe eſt, qui poſt me venturus eſt:* ad illud
tamen vſque tempus Chriſtus Dominus priua-
tam vitam egit à paucis cognitus, verùm poſt te-
ſtimonium Ioannis ſubitò, & de repente veluti
lux in tenebris orta, reuelatus eſt Rex Meſſias
Chriſtus Dominus.

22. Scio tamen Theodoretum[d] hunc locum in-
Theodor. terpretari de humanitate Chriſti, *qua quaſi quod-*
[d] *Alia obiecta ex Patribus ſoluuntur.* *dam templum eſt Diuinitatis eius*, & adducit in
confirmationem locum Ioannis, *Soluite templum
hoc, ille autem dicebat de templo corporis ſui.* Sen-
Auguſt. tentiam eandem affert, & confirmat D. Au-
guſt. *tom. 5. lib. 18. de Ciuitate, cap. 35.* Alios re-
Hieron. fert D. Hieron. aſſerentes, hunc locum intelli-
gendum eſſe de ingreſſu Dei in animam per gra-
tiam; quæ vltima expoſitio allegorica eſt, nam-
Auguſt. que, vt ait D. Auguſt. in 3. de doctrin. Chriſtian.
cap. 16. & 17. *cum verba Scripturæ ſacræ ſine fi-
gura aliqua accipi poſſunt, & in proprietate accep-
ta ædificant mores, & fidem, non ſunt per meta-
phoram inflectenda.* Quare de templo potiùs
materiali intelligendus eſt hic locus, quàm de
templo ſpirituali, cùm accepto templo in pro-
prietate ſermonis hic locus maximè ædificet fi-
dem, & mores. Quod verò attinet ad aliam
ſententiam Theodoreti, dicimus eſſe potiùs ac-
commodationem, quàm expoſitionem; quare
de eo tantùm ingreſſu ad literam hîc loquitur
Malachias, qui fuit poſt teſtimonium Baptiſtæ,
Lucæ 3. hic autem vt conſtat ex Luca *cap.* 3. fuit trigeſi-
mo ætatis anno Chriſti Domini: Ioannes enim
vocatus eſt à Deo ad munus concionandi, &
præparandi vias eius poſt inſignem pænitentiam,
Matth. 3. iuxta illud Matth. 3. *Ipſe autem Ioannes habebat
veſtimentum de pellibus camelorum*; trigeſimo
etiam ſuæ ætatis anno, moribus, vita, pæniten-
tia, habitu, & ætate prouectus, quæ vera forma
concionatoris eſt: hæc autem præcedere non
potuerunt incarnationem Verbi, neque diem pu-
rificationis: fit igitur conſequens de eo ingreſſu
locutum fuiſſe Malachiam in ſanctam ciuitatem,
& in templum, quando publicè docendo Euan-
gelicam legem reuelauit, quæ de Sion, & de ſan-
cta ciuitate Hieruſalem exitura ſperabatur.

23. Illud tamen obiter notandum eſt efficaciter
[e] *Galatini argumentatio reprobatur.* ex his verbis non colligi,[e] Meſſiam eſſe Deum,
vt nititur Galatin. probare *lib. 4. contra Iudæos*
Galatin. *cap.* 10. Nam eius argumentum facilè ſoluitur,
& fortaſſis irridetur à quocunque perito in lin-
gua ſancta; ſic enim ille videtur argumentari:
Dominus ille veniet in templum ſuum: ſed tem-
plum ſoli Deo erigitur: fit igitur conſequens
Regem Meſſiam Deum eſſe ex proprietate vocis
templi, ſiquidem dicitur ingreſſurus in tem-
plum ſuum. Verùm cum bona venia viri peri-
tiſſimi in lingua ſancta, vox Hebræa potiùs ſi-
ſignificat palatium, ædem, & partem exteriorem
domus, quam vocamus porticum, quamuis mul-
toties in Scriptura pro templo etiam accipiatur;
eſt enim templum quoddam palatium Dei, vt
patet ex Pſalm. 5. *Inclinabo me,* id eſt, adorabo Pſal. 5.
in templo ſanctitatis tuæ, id eſt, in templo ſan-
cto tuo: vbi eadem eſt vox Hebræa, & lib. 1.
Eſdr. cap. 4. *Et audierunt Principes Iuda, & Ben-* 1. Eſdr. 4.
*iamin, quòd filij captiuitatis ædificarent templum
Domino*, vbi eadem vox Hebræa poſita eſt. De-
nique frequentiſſima eſt acceptio eius pro tem-
plo; cauendum tamen maximè eſt, ne ex æqui-
uoca voce in re grauiſſima argumentemur, ne
forte irrideamur à Iudæis, præſertim cùm extent
apertiſſima teſtimonia oſtendentia Diuinitatem
Chriſti, quæ non adducimus, quia non ſunt hu-
ius loci, quamuis ex hoc eodem loco, non obſcu-
rum teſtimonium habeamus: Is enim, qui ante
faciem ſuam promittit ſe miſſurum Baptiſtam,
Deus eſt, qui ingreditur templum, vt conſtat ex
fine huius verſiculi maximè in textu Hebræo,
cum dicitur, *Ecce veniet dicit Dominus exerci-
tuum*, vbi poſitum eſt nomen ineffabile, quod
ſoli Deo accommodatur.

Multò tamen elegantiùs ex eadem voce oſten- 24.
dit D. Hieronym.[f] Meſſiam iam non eſſe ſpe- [f] *Multo vrgentius D. Hieron. argumentum.*
randum, ſed potiùs iam veniſſe; ſic enim argu-
mentatur: Templum Hieroſolymitanum fundi-
tus euerſum eſt: ergo neceſſariò fatendum eſt
Meſſiam iam veniſſe, ſiquidem iam non eſt tem-
plum, in quod ingredi poſſit: vel ſi templum ab
alio inſtaurandum eſt ante aduentum eius, quid
ampliùs eis facturus eſt eorum Meſſias, cum om-
nia reſtituta ſint? Qua de re videndus eſt Tertul. Tertull.
lib. contra Iudæos, cap. 8. & D. Proſper. *in lib. de* Proſperus.
promiſſionib. p. 2. cap. 35. Iacobus Pamel. *in an-* Pamelius.
notationib. ad Tertullian. loco cit. n. 53.

Text. Quem vos quæritis.

§. II.

Chriſtus Dominus in ſua paupertate Diuinitatem diuinitus comprobauit.

QVamuis Hebræorum gens moribus corrupta 25.
eſſet, ſemper tamen ſuum Meſſiam non
modò quæſiuit, ſed etiam impensè deſiderauit,
quamuis alio, atque alio modo; namque im-
probi talem Meſſiam quærebant,[g] quales ipſi [g] *Iudæi Chriſtum non receperunt.*
ficti volebant, diuitem imperio, & viribus po-
tentem. In quam ſententiam notauit optimè
Chryſoſt. *hom.* 8. *in Acta Apoſt.* vbi comparat Chryſoſt.
Iudæos cum eo claudo à natura, qui oblatus eſt
ad portam ſpecioſam templi Diuo Petro, & viſo
eodem Petro, & Ioanne eleemoſynam petebat,
ille autem claudus erat à natura, & argentum
petebat: *Tales,* inquit Chryſoſt. *erant Iudæi clau-
dicantes, & opus erat illis petere ſanitatem; ipſi
autem humi iacentes opes petebant, & Meſſiam
quærebant, qui daret, & non qui ſanare poſſet; qui
autem talem Meſſiam quærunt,*[h] *aurum potiùs* [h] *Quippe aurum potius quàm Chriſtum quærebant.*
quærunt, quàm Deum, vt pulchrè notauit D. Hie-
ron. *ſuper Matth. cap.* 8. illis verbis, *filius autem
hominis non habet, quaſi dicat,* inquit Hieronym.
Cur me propter diuitias ſæculi quæritis, cum tanta Matth. 8.
ſim paupertatis, vt neque hoſpitiunculum habeam, Hieron.
&

& tecto vtar non meo? Aliam aſſignat rationem Chryſoſt. *hom.* 2. *ſuper Matth.* Cui ſuffragatur D. Leo in ſerm. quodam de Natiuitate.

Chryſoſt.

Oportuit, inquit Chryſoſt. *Chriſtum humilem veniſſe, & pauperem, quia neque in bello ſemper Rex cernitur in propria dignitate, ſed purpura, & diademate relictis, militis habitu frequenter induitur, ne cognitus hoſtes in ſe conuertat; Chriſtus è contra, ne agnitus in fugam conuertat hoſtem, ſuóſque antequam manum conſerant, perturbet; ſaluare enim,* [l] *non terrere ſtuduit.* Et idem Chryſoſt. homil. 9. in Acta Apoſt. *Non ita*, inquit, *deſcendit ob ſui infirmitatem, ſed ob ſui virtutem:* id quod explicat eleganter D. Thom. 4. contra Gentes, cap. 55. in ſolut. ad 12. *Quia ſi diuitiis abundauiſſet, & in aliqua maxima dignitate conſtitutus fuiſſet (id quod diuinè geſſit) magis potentiæ ſæculari, quàm virtuti Diuinitatis fuiſſet attributum: vnde efficaciſſimum* [l] *argumentum ſuæ Diuinitatis fuit, quod abſque adminiculo potentiæ ſæcularis totum mundum in melius conuerterit.* Similia docet 3. *p. q.* 40. *a.* 3. Videndus omnino eſt Tertull. *lib. contra Iudæos, cap.* 6. Hæc eſt igitur ratio, cur quæſitus Meſſias à Iudæis non inueniatur; qui enim rem quærit falſo ſigno deſignatam, nunquam inueniet. Ita Iudæi quærentes Meſſiam diuitem, & potentem non inuenient: aliud enim ſignum Angeli paſtoribus tradiderunt, vt patet Luc. 2. *Inuenietis infantem pannis inuolutum.* Ad quem locum exclamat Bernard. *Panni tui, ô Deus, poſiti ſunt in ſignum tuum; in ea enim humilitate fundatur, quidquid gloriæ nobis in cælo communicatur*, vt pulchrè notauit Theodoret. ſuper illis verbis Pſalm. 40. *Beatus qui intelligit ſuper egenum; & pauperem. Promittit*, inquit Theodoret. *vaticinantis ſermo vniuerſam* [m] *beatitudinem ei, qui cognouerit hanc veritatem, Deus egenus.* Videtur autem Theodoret. hanc expoſitionem accepiſſe ex litera Hebræa, quæ ſi ſine punctis legatur, talem reddit ſenſum, *Beatus qui intelligit Deum pauperem, & egenum:* Eſt enim humilitas Chriſti radix, & principium totius beatitudinis, & propterea leproſus percuſſus à Domino, imò & ipſe dolor deſcribitur ab Iſaia; ſub ea tamen miſeria Diuinitas latebat, ſicut *lib.* 3. *Reg. cap.* 18. ſub ea nubecula, quæ viſa eſt à Propheta, quaſi veſtigium hominis grandis, pluuia latebat. Hæc igitur fuit ratio, cur quæſitus Meſſias à Iudæis, non inueniatur, & ſanctis hominibus obuius fiat; illi enim regem quærunt diuitem, ſancti eundem quærunt crucifixum.

Idem.
[l] *Chriſtus humilis ne terreret hoſtem.*
D. Thom.
[l] *Efficaciſſimũ Diuinitatis argumentum in Chriſto.*
Tertull.
Luc. 2.
Bernard.
Theodoret.
Pſal. 40.
[m] *Deus egenus beatificat agnoſcentes.*
3. Reg. 18.

Text. Et Angelus teſtamenti, quem vos vultis.

§. III.

Qualiter dicatur Angelus teſtamenti Chriſtus Dominus?

26. PEndet hæc oratio, vt patet, ex priori ſententia; hîc enim iterum ſupplendum eſt verbum, *veniet in templum ſuum Angelus teſtamenti:* quem locum plurimi ex Rabbinis, & Catholici omnes cum D. Hieronym. [n] de Chriſto Domino intelligunt? Iuuat autem maximè ad confirmationem huius expoſitionis particula emphatica Hebræa, quæ appoſita eſt voci, *teſtamenti:* ſic enim legendum eſt, *Angelus illius teſtamenti*; quod ſignum eſt hîc ſermonem non eſſe de quocunque vulgari fœdere, ſeu teſtamento, qualis Angelus non potuit eſſe Helias, vt videtur admittere Rab. Dauid, qui aſſerit hunc Angelum potuiſſe eſſe Heliam, qui propterea Angelus fœderis dictus eſt, quia zelator fuit fœderis circuncifionis, iuxta illud 3. Reg. 19. *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituũ, quia dereliquerũt pactum tuum filij Iſraël.* Neque verò pro hac ſententia facit illud, quod aliqui dicunt, vt notauit D. Hieronym. quod is, qui in prima perſona dixerat, *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam*, alius introducitur in hoc verſiculo, cum in tertia perſona ſit, *& ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum*, quod ſignum eſt non eſſe Meſſiam eum, qui ingreditur. Reſpondit Hieron. vſitatum eſſe in ſacra Scriptura ita de ſe loqui, quaſi de aliquo tertio, vt patet in libris Moyſis, cum Moyſes de ſe ipſo loquitur, & in libro Iob, ſi tamen ille liber ſcriptus eſt à Iob, & apud Euangeliſtam Ioannem in ſuo Euangelio.

[n] *Fit conſtãs litera de Chriſto Domino.*
Rab. Dauid.
3. Reg. 19.
Hieron.

Eſt autem peculiaris difficultas, [o] cuius teſta- 27.
menti Angelus dicatur Chriſtus Dominus? Hoc enim nomine ſe appellare dignatus eſt apud Iſaiam *cap.* 9. Sic enim LXX. Interpretes vertunt id, quod in noſtra vulgata eſt, *Conſiliarius, magni conſilij Angelus:* quæ lectio optima eſt, vt notauit Leo Caſtrenſ. *ſuper eundem locum*, & ante illum Euſeb. *lib.* 7. *demonſt. Euangel.* & Chryſoſt. *in lib. de Chriſti deitate aduerſ. gentes:* imò & vetuſtiſſimus Tertullian. ſæpiùs *in lib. de Trinitate:* accuratiùs tamen multo *in lib. de carne Chriſti*, vbi explicat, [p] cur ſit dictus *magni conſilij Angelus*, id eſt, *nuntius*, inquit ille, *magni conſilij, officij non naturæ vocabulo; magnum enim cogitatum Patris ſuper hominum reſtauratione ſæculo erat annunciaturus, non ideo tamen ſic Angelus fuit, vt Gabriel, aut Michael, nam & filius à Domino vineæ mittitur ad cultores, ſicut & famuli de fructibus petitum, ſed non propterea vnus ex famulis putabitur filius, quia famulorum ſucceſſit officio.* Similia docet D. Hilar. *lib.* 4. *de Trinit.* Auguſt. 2. *de Trinit. cap.* 13. *& lib.* 18. *de Ciuitate cap.* 35. Imò & Dionyſ. Areopag lib. de cæleſti Hierarch. cap 4. ad finem, *& ipſe*, inquit Dionyſ. *Ieſus magni conſilij Angelus eſt prædicatus, nam quæcunque audiuit à Patre, nuntiauit nobis.* Non eſt igitur dubium, Meſſiam poſſe appellari Angelum, vt patet ex communi conſenſu Patrum; neque igitur mirum erit hîc appellatum fuiſſe Angelum.

[o] *Difficultas loci.*
Iſai. 9.
LXX. Interp.
Caſtrenſ. & alij.
[p] *Reſolutio ex Patribus.*
Hilarius.
Auguſt.
Areopag.

Quod igitur attinet ad expoſitionem huius 28.
loci, mihi videtur locus hîc applicatus [q] à Ioanne *cap.* 1. illis verbis: *Vnigenitus qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarrauit.* Videtur enim locus ſimillimus maximè ſi conſulamus commentarium Theophylacti ſuper illis verbis, *eſt enim*, inquit Theophylact. *confirmatio eius, quod dixerat, lex per Moyſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*; ſic enim videtur argumentari D. Ioan. neque Baptiſta, neque Moyſes gratiam dare potuerunt, ſed cùm eſſent ſerui, & miniſtri ſolùm legalis literæ, legem tantùm promulgarunt; vel ad gratiam præparatunt; Chriſtus autem, qui eſt filius, & vnigenitus, & in ſinu Patris, neque ſolùm Patrem vidit, ſed quæ vidit in Patre, potuit nobis omnibus annuntiare, atque ita merito gratiam nobis dedit: nihil igitur incredendum dixit, nam Moyſes quidem, neque Deum vidit, ſicut neque alius quiſquam, neque potuit nobis manifeſtam de illo enarrationem

[q] *Eadem ex Euangelio Ioannis primo.*
Ioan. 1.
Theophyl.

 dicere.

dicere. Sic prorſus in noſtro vate, præmiſerat præparaturum viam Baptiſtam ad ingreſſum legis gratiæ, nunc autem oſtendit iam adeſſe Angelum, qui reuelaturus eſt legem Euangelicam, is autem nullus minor eſſe potuit, quàm Verbum in carne, propterea quod reuelare debuit magnum illud teſtamentum, ſeu voluntatem Dei, ſeu pactum, quod promiſſum fuerat de templo

Iſai.2. Hieroſolymitano exiturum, iuxta illud Iſai c. 2. *de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem*, quod de lege Euangelica neceſſariò intel-

Pſalm.109. ligendum eſt, & in Pſalm. 109. vt latiùs diximus ad eum verſum, *Virgam virtutis ſuæ emittet Dominus ex Sion.*

29. Neque obſtare debet vocabulum teſtamenti,

r Lex gratiæ cur dicatur teſtamentum.

quod accommodatiſſimè legi [r] gratiæ conuenit, quæ ſanguine Chriſti fuit confirmata; tum etiam, quia verbum Hebræum, non ſolùm teſtamentum, & quancunque vltimam hominis voluntatem, ſed pactum, & fœdus etiam ſignificat; ingreſſus igitur in templum Angelus reuelabit voluntatem Dei circa hominum reparationem per ſanguinem ipſius Angeli, id eſt, Chriſti Domini, in quo ſenſu teſtamentum legem gratiæ ſignificat. Niſi magis placeat teſtamentum ſignificare fœdus, quo promiſſus fuerat Meſſias tum Deu-

Gen.22. ter. 18. tum etiam Geneſ. 22. *In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ*, ſeu potius, vt Hebraicè habetur, & magis oſtendit myſterium incarnationis, *ſemine tuo benedicent ſe omnes gentes*; hoc autem *ſemen*, Meſſias eſt Chriſtus Dominus.

Text. Ecce venit, dicit Dominus exercituum.

30. PEculiaris difficultas eſt in his verbis, præſertim apud Latinos, qui volunt ea potius eſſe principium ſequentis ſententiæ, quàm finem ſuperioris. Verùm abſque vlla controuerſia in tex-

ſ Hæc verba priorem ſententiam perficiunt, & confirmant.

tu Hebræo potiùs pertinent hæc verba [ſ] ad ſuperiorem ſententiam, quæ finem faciunt ſuperiori verſiculo. Quod ſi ita legendum ſit, ſenſus talis eſt, qualis repetitio eiuſdem verbi apud Hebræos ſolet facere, præmiſerat enim, *veniet*, addit nunc, *venit*, ad augendam ſignificationem, id eſt, profectò venit; quoties enim idem verbum repe-

Abac.2. titur, augetur ſignificatio, iuxta Abac. cap. 2. *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet*,

Rab. Dauid. Eugubin. id eſt, ſtatim veniet: id quod notauit Rabbi Dauid, quem refert Aug. Eugubin. in comm. ad Pſal. 44. *Habent*, inquit, *Hebræi verba, & nomina ſua duplicata, quibus exceſſus ſignificatur.* Non eſt autem illud hîc prætereundum promiſſum fuiſſe Meſſiam venturum paulò ſupra; hîc autem iam veniſſe aſſeritur, eſt enim verbum, *venit*, tum apud Hebræos, tum etiam apud Latinos in præterito, ad maiorem certitudinem eius aduentus, id quod vulgare eſt apud prophetas: quocunque tamen modo hæc verba legantur, ſiue vt claudant ſuperiorem ſententiam, ſiue vt ſequentis principium ſint, nullo [t] modo ſententiam mutant.

t Sed neque cum ſuperiori mutant ſenſum.

Text. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis ſtabit ad videndum eum?

§. IV. Ad Literam.

Grauis difficultas, agatur ne hîc de primo, an de ſecundo Chriſti aduentu?

D. Auguſt. *lib. 10 de ciuit. cap. 25.* & Theodor. ſuper hunc locum, exiſtimant [u] prophetam agere de ſecundo Chriſti Domini aduentu; quibus ſuffragari videtur prima fronte D. Hieron. Verùm Cyrill. Rupert. Abbas, Vatabl. & ij, qui nuper [x] ſcripſerunt in prophetas minores, volunt potius hunc locum referendum eſſe ad primum Chriſti Domini aduentum, id quod oſtendunt, quia multa continentur in hoc verſiculo, quæ pertinere non poſſunt ad ſecundum, præſertimque illud, *& erunt Domino offerentes ſacrificium iuſtitiæ.* Et omnino Hieronym. oppoſitum voluit, quamuis obſcurè, ſi tamen attentè legatur in hac poſteriori eſt ſententia. Rem dubiam ſatisfaciunt verba Chaldaica, quæ ſic interpretanda ſunt, *Et quis ſtabit quando reuelabitur, ſeu apparebit, quoniam ira eius, velut ignis liquefaciens?* imò & noſtra vulgata, potius iram, quam miſericordiam videtur oſtendere, ira autem ſeu iuſtitia Dei, potiùs ad ſecundum quàm ad primum aduentum pertinet. Verùm, vt dicebam, D. Hieron. [x] & Cyrill. Alex. *lib. 1. Comment. in Iſai. cap. 4.* ſimilem locum adduxit ex Iſaia. cap. 4. *lauabit Dominus ſordes filiorum, & filiarum Sion, & ſanguinem emundabit de medio eorum ſpiritu iudicij, & ſpiritu combuſtionis;* ille autem locus pertinet potiùs ad primum aduentum Chriſti. 31.

August. u Auguſt. de ſecundo ſentit, & Hieron. prima fronte. Theodoret. Hieron. Cyrillus. Rupert. Vatabl. x De primo intelligunt Recentiores poſt alios Patres. Hieron.

x Quibus aggregatur D. Hieron. per Autorem. Cyril. Alex.

Suppoſito tamen, quòd locus intelligendus ſit de primo aduentu, difficilis eſt expoſitio loci. Iuuat autem maximè ad ſenſum, quem properamus, proprietas verbi Hebræi, pro quo vulgata dixit, *quis poterit cogitare?* quod ſignificat etiam, ferre, vel ſuſtinere. Vnde ex nouioribus quidam ſic interpretatur vocem Hebræam, *Quis poterit vel etiam cogitando, ferre?* Tunc talis erit ſenſus, Quis poterit ſuſtinere tempus illud, quo Rex Meſſias [a] naſcetur? *ſub illud enim tempus*, vt latè proſequitur Ioſephus in lib. de bello Iudaico, *extrema quæque mala patietur populus Hebræorum*, de quo tempore Chriſtus Dominus *Luc. 23.* interpretatur illud Oſeæ 10. *dicent montibus, Operite nos; & collibus, Cadite ſuper nos:* vnde quidam ex recentioribus in hanc ſententiam adducit illud Amos cap. 5. *Væ deſiderantibus diem Domini, ad quid eam vobis? dies Domini iſta, tenebræ, & non lux:* & ipſe Chriſtus in loco citato prædicit eam calamitatem maiorem futuram cæteris omnibus, *erit tunc tribulatio magna.* Prior igitur [b] ſenſus huius loci talis eſſe poteſt, Nullus poterit ferre neque ipſa cogitatione mala, quæ euenient ſub id tempus, quo Rex Meſſias in templum ſuum ingredietur; paulò enim pòſt euertetur templum, longa obſidione premetur ſancta ciuitas Hieruſalem, denique vt cum propheta dicamus, Hebræi in omni laborum fornace excoquentur. Quæ expoſitio non diſplicet, quoniam verba prophetæ iram diuinam minuunt. 32.

a Chriſtus naſcens, terribilis. Ioſephus. Luc.23. Amos.5. b Prior expoſitio.

Alium ſenſum [c] videtur innuere D. Hieron. quamuis obſcurè, qui tamen grauis, & accommodatus eſt, *Si cogitare*, inquit, *diem aduentus eius nemo poteſt præ potentia maieſtatis, ferre quis poterit? Grauitas enim ea, & maieſtas inerat in ore Chriſti, vt vel ſolo aſpectu peccatores deterreret.* Idquod pulchrè notauit Auguſtin. *ſerm. 47. de verbis* 33.

c Secunda expoſitio, de maieſtate vultus Chriſti D. & grauitate. Hieron. Auguſt.

Ioan.7. *verbis Domini*, illis verbis Ioann. 7. *qui ſine peccato eſt veſtrum, prior in illam lapidem mittat; qua iuſtitia illi, tanquam trabali telo percuſſi ſeſe inſpicientes, & reos ſe inuenientes, vnus poſt vnum omnes receſſerunt, relicta eſt miſera cum miſericordia.* Hieronym. Elegantiſſime Hieronym. Matth. 21. *hoc mihi mirabilium eſſe videtur, quod vnus homo, & illo tempore contemptibilis, & in tantum vilis, vt poſtea crucifigeretur, Scribis, & Phariſæis contra ſæuientibus, & videntibus lucra ſua deſtrui, potuerit ad vnius flagelli verbera tantam eiicere multitudinem, menſaſque ſubuertere, & alia facere, quæ infinitus non feciſſet exercitus; igneum enim quoddam, & ſydereum radiabat ex oculis eius, & Diuinitatis maieſtas lucebat in facie, quæ impios fugabat.* Similia docet Origen. Ioan. 18. August. Origen. *tract. 15. ſuper Matthæum*. Hinc eſt, quod Ioannes 18. *armatos milites deiecerit*, ſuper quibus verbis ſic habet Auguſtin. tract. 12. ſuper Ioannem, *Vna vox dicentis, Ego ſum, tantam turbam odiis ferocem, armiſque terribilem ſine telo aliquo percuſſit, repulit, ſtrauit; Deus enim latebat in carne, & ſempiternus dies facibus quærebatur, quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit? neque eſt, quod aliquis vobis obiiciat Mitridatem Regem Ponti, authoritate vultus hoſtem à ſua nece reuocaſſe.* Paradin. Similia docet Gab. Paradin. in ſymbolis Heroicis de Mediolanenſi Duce Galeaceo, qui ciuem ſuum authoritate quoque vultus à ſua etiam nece deterrebat, ita vt ducis effigiem ad viuum expreſſerit, quam ſæpius domi vulnerabat, ne præſentis maieſtas deterreret. Elegantiſ- Plin. Iunior. Val. Max. ſimè Plin. Iun. & multo elegantius Val. Max. lib. 2. cap. 5. ſic habet de Caio Mario. *Marius*, inquit ille, *in profundum vltimarum miſeriarum abiectus ex ipſo vitæ diſcrimine beneficio maieſtatis emerſit; miſſus enim ad eum occidendum ſeruus natione Cymber, & ſenem, & inermem, & ſqualore obſitum, gladium tenens aggredi non ſuſtinuit, ſed claritate viri obcæcatus, abiecto ferro attonitus inde, ac tremens fugit.*

34. Quod autem hoc potuerint ij, qui Reges fuerunt, vel Imperatores, adeo mihi mirum non eſt, cum vel ſola præteritæ fortunæ recordatio eorum maieſtatem verendam reddere potuerit: verùm quòd de paupere homine, & abiecto illud Iſai. 11. dici potuerit, quod canit Iſaias cap. 11. *Percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium*: in quam ſententiam adduci Sapient. 2. ſolet locus ille elegantiſſimus ex lib. Sap. cap. 2. *Improperat nobis peccata legis, & diffamat in nobis peccata diſciplinæ noſtræ, grauis eſt nobis etiam ad videndum*, hoc prorſus mirandum eſt. Ex quibus iam patet poſſe hunc locum referri ad primum Chriſti Domini aduentum; quamuis enim mitiſſimus, & vt agnus venerit, tamen diuina [d] Chriſtus humilitate ſuos terruit hoſtes. quadam maieſtate [d] impios arguebat: ſub ea enim paupertate, & adhuc infans Herodem perturbauit, Iudæam vniuerſam terruit, quis igitur cogitare poterit diem aduentus eius? ſic etiam ſequentia verba interpretanda ſunt, *& quis ſtabit ad videndum eum?* ſeu vt Hebraicè habetur, *quis ſtans erit, quando apparebit?* vt referatur ad impios, qui in aduentu eius ceciderunt, id eſt, ad præſentiam eius humilitatis, quod prædixit Si- Luc. 2. meon apud Lucam cap. 2. *Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum.*

35. Vnde mihi non diſplicet Commentatius eiuſ- [e] Tertia expoſitio de duplici effectu legis Euangelicæ. dem recentioris qui velle videtur, [e] vtrunque effectum legis Euangelicæ hic deſcriptum fuiſſe, alterum iudicij, & reprobationis eorum, qui Euangelio non crediderunt, alterum verò iuſtificationis eorum, qui crediderunt, quorum vtrunque ſignificatum eſt his verbis, *quis poterit cogitare diem aduentus eius*, id eſt, quis cogitando ferre poterit diem illum reſiſtentibus grauiſſimum? quis rurſus tam idoneus eſt, qui lucem illam clariſſimam intueri poterit? Vtrunque profectò humanam facultatem vincit, neque quiſquam eſt, qui vel ſuſtinere alterum, vel ſibi alterum vendicare poſſit, niſi Dei gratia acceſſerit, qua pij, & fideles ad tantam lucem idonei redduntur. Metaphora videtur ſumpta ab his, qui aduerſum ſolem intueri nequeunt, vnde Hieronym. ſic elegan- Hieron. tiſſimè habet: *Quis poterit eum cæcutientibus oculis in ſua claritate conſpicere, qui eſt ſol iuſtitiæ, & in cuius pennis eſt ſanitas?* vtrunque magnum dixit, & cum iuſtitiæ ſolem, & cum ſalutis authorem eum vocauit, verùm iuſtitiam in eo cerni dixit, [f] miſericordiam in nobis potiùs communi- [f] Miſericordia in re, & iuſtitia Dei, in affectu. catam. In quam ſententiam eſt illud Bernard. ſerm. 15. in Cantic. *Benignus eſt ſpiritus ſapientiæ,* Bernard. *& non conſueuit eſſe difficilis ſe vocantibus, qui ſæpe, & antequam inuocetur dicit, Ecce adſum.* Similia docet Auguſtin. *ſerm. 35. de verbis Domini* ex August. Luca, *de Zachæo, ſic dixit Chriſtus, Zachæe deſcende, apud te oportet me manere, in pendulo, ſed non te ſuſpendo, id eſt, non te differo, volens videre tranſeuntem, hodie me apud te inuenies habitantem.* Similia docet idem Auguſtin. Pſal. 4. verſ. *in tribu-* Pſalm. 4. *latione dilataſti mihi*; tardior tamen eſt Deus in actibus iuſtitiæ, id eſt, in puniendo, eſt enim quaſi aliena à diuina bonitate iuſtitia; vnde facilè Deus ad ſuam miſericordiam conuertitur ea ira, iuxta illud Abacuc. in cap. 3. *cum iratus fueris, miſeri-* Abacuc. 3. *cordiæ recordaberis.* Sicut enim philoſophus aſ- Ariſtot. ſerit 12. Met. text. 54. *nullum violentum perpetuum*; vnde neque ira, neque iuſtitia in Deo durare poteſt, ita vt vbi primùm iratus fuerit, miſericordiæ recordetur. Oſtendit hoc elegantiſſimè Iſaias Iſai. 28. *cap. 28* cum deſcribit Deum iratum aduersùs populum, *ſtabit Dominus, & iraſcetur vt faciat opus ſuum, alienum opus ab eo*; alienum dixit, quia inſolitum, & contra eius ingenium eſt punire quemplam, & ſi puniat, magis vt curet, quàm vt August. vulneret, ſicut eleganter ait Auguſtin. Pſalm. 55. verſ. *in ira populos deduces: Ad hoc exagitas tribulatio, vt exinaniat vas, quod plenum eſt nequitia, & impleatur gratia, iraſceris*, inquit Auguſt. *& deducis; ſanas, & ſaluas; terres & vocas, imples tribulationibus omnia, vt in tribulationibus poſitiones recurrant.*

Elegantiſſimè hanc Dei naturam, ſeram, & 36. tardam in puniendo, celerem in miſerendo, adumbrarunt veteres, vt refert Plutarch. *lib. de* Plutarch. *Muſica*, qui Dei effigiem apud Ephos poſuerunt, altera quidem manu arcum, & ſagittas gerentis, in ſiniſtra ſcilicet: altera verò, dextera ſcilicet, gratias: quo facto ſignificarunt tardiorem eſſe Deum ad puniendum, vtpote qui arcum in ſiniſtra gerat, quæ lentiùs mouetur, munera verò, in dextera, quæ velociùs: vnde idem Plutarch. dixit Idem. in lib. de ſera numinis vindicta, *haſce numinis cunctationes in puniendo, inſpectum nonnunquam reddere Deum, Deique prouidentiam. Vtrunque* Hieron. *igitur habebit*, inquit Hieronym. *Rex Meſſias*, [g] [g] Quæ ſic in Chriſto mutata ſunt. *omnis & habet, mirus in puniendo, mirus in miſerando, iuſtitia tamen in eo relucet, in nobis communicata miſericordia.*

TRACT.

TRACTATVS XV.

De munditie, & purgatione humanarum mentium per Chriſtum Dominum ſuper illis verbis Textus:

Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum: & ſedebit conflans, & emundans argentum & purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum, & erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia. Et placebit Domino ſacrificium Iuda, & Hieruſalem ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui.

§. I.

Labores purgant mores, virtutem conflant, & prædeſtinationem indicant.

Text. Ipſe enim quaſi ignis conflans.

37. DVABVS elegantiſſimis ſimilitudinibus oſtendit mondandum eſſe genus hominom à ſuis ſotdibus, quod omnioo pollutom dixetat [Hierem. 2.] Hietemias *cap.* 2. neque vllo modo mundari poſſe, quanuis omnia remedia quæranior, quibus ſordes eluuntur; *Si laueris*, inquit Hieremias, *te nitro, & multiplicaueris herbam borith, maculata es in iniquitate ceram me, dicit Dominus.* Nunc autem Malachias, iam præſens eſſe remedium vaticinatur, quo bominum ſordes mundentur, & quod in terra inueniri non potuit, per Meſſiam [Theodor.] haberi prædixit: vnde congtoente Theodotet. & [Hieronym.] fottaſſis D. Hieron. Lyran. & alij hæc verba in- [Lyra.] telligunt de tribulationibus, quas paſſuri etant fideles in primo Chriſti aduentu; illis enim, quaſi igne, aliena, & peregrina à oostris mentibus [Auguſt.] expugantur, ſicut eleganter ait Auguſt. lib. 1. de Ciuit. cap. 8. ad finem: *Quemadmodum*, inquit, *ſub vno igne, aurum rutilat, palea fumat, ita vna eadémque vis irruens, bonos probat, purificat, eliquat; malos damnat, vaſtat, exterminat.* Similia [Plato.] docet Plato *dialog.* 2. *de repub. ſiue de iuſto.* Ac- [Nazianz.] commodatiſſima eſt etiam ea ſimilitudo Nazian. *orat.* 28. cum aſſerit, apud Poëtas eſſe arbotem, *qua cum caditur, viret, & aduersùm ferrum certat, qua morte viuit, & ſectione pullulat: talis eſt vir Philoſophus*, [a] *floret enim inter cruciatus.* Optima eſt etiam ea ſententia Baſilij, quem refert Olym- [Olympid.] piodor. Patrom Græcorum, *Animi eſt*, inquit, *effeminati, neque quidquam firmitudinis, & ſpei diuina habentis, diſcruciari vehementer, ac rebus ſuccumbere aduerſis*; vt enim vermes inter teneriora ligna procreantur, ita ægritudines, atque moleſtiæ mollioribus hominibus innaſcuntur; eſt enim otium, & tranquilla vita, omoium malorum ſeminatium, ſicut dicit Ezechiel cap. 16. [Ezech. 16.] *Ecce hac fuit iniquitas Sodoma ſororis tua, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius*: imò & hinc eſt illa amoris turpis definitio, qoam refert Laërtius, [Laërt.] *Amor eſt otioſorum occupatio*: qua ratione ſtatuarius ille, quem refert Pauſan. in ſua Corinth. *venerem ſe-* [Pauſanias.] *dentem effinxit*, id eſt, otioſam, & Theophraſt. [Theophraſt.] *Amorem* dixit *affectum animæ otioſæ.* Ad has igitur peſtes extirpandas, vt ignis mittitur Meſſias.

[a] Philoſophus inter cruciatus floret.

38. [Philipp. Presbyter.] Vnde eleganter Philipp. Preſbyter. ſic commentatur ea verba Iob in c. 7. [Iob 7.] *Quid eſt homo quia magnificas eum?* de Iob poſito in extremo malorum. *Homo exigua quadam particula Orbis eſt, & hic quid eſt, aut quantus eſt, vt tam ſolicitam curam impendas, dum eum flagellis, & malis erudis?* & D. Gregor. *lib.* 16. *moral. cap.* 15. ad illa verba, [Gregor.] *probabit me quaſi aurum, quod per ignem tranſit*: [b] *Aurum in fornace ad ſua natura claritatem proficit, dum ſordes amittit: quaſi aurum ergo, quod per ignem tranſit, probantur anima iuſtorum, quibus exuſtione tribulationis, & ſubtrahuntur vitia, & augentur merita.* Similia docet idem Gregor. [Idem.] lib. 5. moral. cap. 14. *hic innocentes pereunt, & recti funditus delentur; ſed tamen ad æternam gloriam pereundo ſeruantur.* Videndus eſt Auguſt. *lib. de* [Auguſt.] *patient. cap.* 14. *& ſequentib. & lib.* 83. *quaſtion. q. vlt.* & Proſper. *lib.* 1. *ſentent. ſent.* 42. [Proſper.] Chryſoſt. *hom.* 61. in ea verba Ioann. [Chryſoſt.] *Ecce quem diligis infirmatur.* & *hom.* 75. *in Ioann.* & *hom.* 1. *ad populum.* Cyrill. Alex. *Iſai.* 33. [Cyrill. Alex.] & Hieron. *lib.* 2. [Hieron.] *contra Iulianum, ante medium.* Itémque Philo [Philo.] Iud. *lib. de congreſ. quærend. erudit. grat.* explicans illud *Exod.* 12. quo loco præcipitur vt azyma edantur cum lactucis agreſtibus. Addendum eſt illud, qood elegantiſſime dixit Areopag. [Areopag.] *diuina iuſtitia proprium eſſe, non demulcere, & diſſoluere virilem cuiuſcunque animum terrenorum bonorum largitione, ſed potius laboribus eundem exercere.* Conſonat in hanc ſententiam ea ſimilitudo, quam affert Nazianz. [Nazianz.] *orat.* 1. *pag.* 8. quam ſic eleganter explicat Elias Cret. [Elias Cret.] eius interpretes: *quemadmodum ſilex ignem, quem intus habet, occultat, ferro autem percuſſus eum effert; ſic etiam vnuſquiſque noſtrum boni & mali delectum inſperſum habet à Deo, verùm à vitioſis affectionibus, qua animi lumen obſtruunt, occultatur; quod ſi quis vel internè, vel externè animo percutiatur, tanquam in memoriam rediens, veritatis ſcintillas edit, vt patet in prodigo, quem ſola egeſtas ad patrem reuocauit.*

[b] Redit aurũ ad natura decorem per ignem.

39. [Veiga.] Vnde elegantiſſimè Andræas à Veiga *lib.* 12. *ſuper Concil. cap.* 13. Prædeſtinatorum [c] ſignum dicit eſſe labores, quos io hac vita patiuntur. Id quod latiſſimè deducit ex Patribus, & ſacra Scriptura; & vt alios omittam, elegantiſſimè Cyprian. [Cyprian.] ita aſſerit in orat. de laude Martyrij, *Quòd vel feris obiicitur corpus, vel imminens gladius non timetur, dignatio oſtenditur, manifeſtatur electio.* Quæ eadem ſententia habetur Eccleſiaſt. 2. [Eccleſiaſt. 2.] *In igne probatur aurum, & argentum, homines verò receptibiles*, id eſt, Deo grati, *in camino humiliationis*, id eſt, tribulationis. Vnde Matthæi 5: [Matth. 5.] *Beati* adhuc in carne dicuntur ij, *qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam*: & elegantiſſimè notauit Caietan. [Caietan.] *in ientaculo de Beatitudinibus*, non ſolos beatos eſſe, qui mortem patiuntur propter nomen Chriſti, ſed eos etiam, qui laboribus exercentur, vtraque enim patientia in ferendo viam ſternit tutiſſimam ad cælum:

[c] Labores ſigna prædeſtinatorum.

&

& hoc videtur ſignificare *quaſi ignis conflans*, id eſt, excoqueos, & purificans nos laboribus, ſicut conflatores metallum ad ſui germanam claritatem reducere ſolent: qui locus ſic explicarus videtur reſpondere qoæſtiooi Prophetæ *cap. 2. ad finem*, cut ſcilicet malorum hominum ſecunda ſint omnia, boooruin verò aduerſa, quod optimè notauit ad bunc locum Hieronymus.

Text. Et quaſi herba fullonum.

40. HÆc eſt altera pats eius ſimilitudiois, qua noſter vates vtitur, vt oſtendat abluendaa eſſe ſordes noſtras per Meſſiam. Sicut autem inter ſordes, quædam ſunt, qoæ leuiùs nos inficiunt, quædam verò, quæ penitus adhæreſcunt, quarum illæ leuiret abluuntur, ſicut leuiter contrahuntur, hæ verò multo difficiliùs, id qood priùs prædixerat Iſaias, vt notauir D. Hieron. Cyril. Alex. & D. Baſil. *Lauabit Dominus ſordes filiorum, & filiarum Sion, & ſanguinem emundabit de medio eorum ſpiritu iudicij, & ſpiritu conſilij:* in quibus verbis perita eſt ſimilitudo ab ĩis, qui ſordes, vel maculas abluunt à veſtibus, & à vaſibus pretioſis, vel etiam à corporibus; ſunt enim quædam ſordes, quæ vel ſola agua moodantur, aliæ verò quæ, non niſi igne purgaotur: ſimilis prorſus eſt hic locus noſtri vatis, ex quo colliges fuiſſe etiam Meſſiam dictum, quaſi ignem, qui ſordes, id eſt, peccata ſceleratorum hominum non aliter expellar, quàm conflarores ſcotiam ab auro, vel ab argento, vr illud mundum reddant. Sciendum eſt autem, herbam fullonum [d] eandem eſſe cum ea, de qua iam ſuprà diximus ex Hierem. 2. quæ Hebraicè vocatur *borith*, de qua variant Interpretes, & Rabbini etiam; deductum videtur nomen à verbo Hebræo, *Barath*, quod eſt emundare, purificare, clarificare, elucidare, iode *borith*, quod à nonnullis vocatur *Sapon.* Luſitanè, *Sabaon*; ita Rabbi Daoid, quia mundat veſtes, & pannos: imò & Chaldaica Paraph. ſic vertit; quanuis Ioannes Mercellus *in additionib. ad Theſaurum lingua ſancta*, materiam eſſe putat, qua vtuntur artifices, ex qua etiam colatur lixiuium, fortaſſis quia compoſita eſt ex illis herbis, quæ aptæ ſunt ad abluendas ſordes, vnde Hieron. ſic interpretatur vocem Hebræam, *herba fullonum*, id eſt, lauaotium. Similia docet Rabbi Ionath. & Rabbi Selom. De qua herba videtur intelligendus Dioſcotid. vt commentatur Laguoa *lib. 2. cap. 152.* quanuis non videatur illa eſſe, quæ vulgo *ſaponaria, laboeira*, vocatur, ſed potiùs, *ſtruthium*, qua vtontor, qui lanas lauant, vt pulcherrimè dixit Rembert. Godoneus lib. 1. de ſtirpib. cap. 21. *Saponariam*, inquit, *vulgo vocant, hanc vocant ab abſtergendo, qua potentia folia pollent ad abluendas ſcilicet ſordes lanarum & veſtium.* Non ſolùm igitur igne, & combuſtione maculas peccatorum grauiſſimorum purgabit, ſed etiam leues ſordes, quæ abluendo facillimè expelluntur; & ignis igitur erit Meſſias, ſeu quaſi ignis, & quaſi herba fullonis, ſeu lauatris, vt nos ad priſtinam munditiem, & decorem reſtituat, vt notauit D. Hieron. *Ipſe iis, qui peccant grauiter, ignis conflans eſt; quibus autem leuia committunt, herba fullonum, vt lotis munditiam reſtituat*; ſunt enim quædam peccata, quæ iam non poſſunt expelli, niſi ignis applicetur, ſicut in metallis fieri ſolet.

Hieron. Cyr. Alex. Baſilius.

[d] *Quid herba fullonum.*

Rab. Dauid. Mercellus. Hieron. Rab. Ionath. Rab. Selom. Dioſcorid. Laguna. Godoneus. Hieron.

41. Ex quibus iam patet hunc locum uon poſſe pertinere ad ſecundum Chriſti [e] aduentum, cum herba fullonum, quæ ad purificandum, & reſtituendum veterem candorem adhibetur, locum iam non habeat in ſecundo aduentu; in quo nullum poteſt adhiberi remedium ad eas ſordes, quas in vita contraximus, ſed in quibus vnuſquiſque peccatis mortuus fuerit, in eiſdem perpetuò manebit. Sed potiùs interpretandus eſt locus de primo Chriſti aduentu, in quo omnes electi mundantur, quod pertinet maximè ad Regem Meſſiam, qui pulcherrimus eſt; ad primum autem pulchrum pertinet omnia pulchra reddere, ſicut ad primum calidum ſpectat omnia calida facere, ſicut Damaſius Platonicus notauit, & vt optimè etiam dixit Eugub. in com. Pſalm. 44 *Deus qualis eſt Rex Meſſias, formoſorum Dominus eſt.* Dum autem pulchritudinem laudamus, quam per Chriſtum habemus, non de ea, de qua dixit Tragicus in Hippolyto, *eſt res formoſa fugax exigo, donum breue temporis, vt velox celeri pede labitur*; hæc autem poſità eſt in [f] externa membrotum compoſitione, cum quadam coloris ſuauitate, quæ ſi conferatur cum ea, quam per Chriſtum habemus, erit illa deformitas: hanc autem pulcherrimè deſcribit Salomon. *in Canticis*, de qua videndus eſt Niſſenus *hom. 2. ſuper Cantic.* ad verba illa *Bona ſunt vbera tua ſuper vinum:* & Bernard. *ſerm. 45. in Cantic.* verſ. *Ecce tu pulcher es.* Elegantiſſimè Gregor. Magn. *comment. ſuper Pſal. 50.* cum commentatur ea verba, *Aſperges me hyſſopo. Quemadmodum*, inquit, *corpus aqua lauat à ſqualoribus ſordium, ita gratia Spiritus ſancti per Chriſtum purgat à maculis peccatorum; neque vlla pulchritudo, qua corpori ineſt, valet decori ſancta anima comparari: quid nanque in corporibus niue candidius? & tamen ſuper niuem anima per Chriſtum dealbatur.* Hæc eſt ratio, cur quaſi ignis venerit, & quaſi herba lauantium.

[e] *Comprobatur hic locus de primo aduentu Chriſti*

Damaſius. Eugub. Tragicus.

[f] *Pulchritudo quid.*

Niſſen. Bernard. Greg. Magn. Pſal. 50.

Text. Et ſedebit conflans, & emundans argentum.

§. II. Prædictio.

Non poterat non eſſe mundum genus hominum, cuius purgationem Rex Meſſias omni diligentia conflaturus ſit.

LAtiùs egimus de ſtatu ſedentis *in commen. ad Pſal. 109.* ſuper illis verbis, *Sede à dextris meis.* Inter alia autem, quæ ſtatus ille ſignificat, potiſſimè ſignum eſt conſilij, id eſt, eius, qui non niſi maturo conſilio in rebus agendis vtitur, qualis deſcribitur optimus dux apud Poëtam de rebus ſuis deliberans, *ſacrata valle ſedebat.* Is igitur, qui ſedet, ſeu ſedens aliquid operatur, eſt, qui non obiret, neque perfunctoriè, ſed omni adhibita induſtria, & conſilio operatur, quod Luſitanè dicitur, *de propoſito:* notauit hoc Euthymius ad ea verba Pſalm. 1. *& in cathedra peſtilentia non ſedit*, cùm explicat ea verba Pſal. 49. *Sedens aduerſùs fratrem tuum loquebaris*, id eſt, de induſtria, & data opera, & cum voluptate. Tunc ſenſus erit, Non poterit non eſſe mundum genus hominum temporibus Meſſiæ, cum ipſe omni cura, & diligentia adhibita illud conflaturus ſit, vt purum reddatur. 42.

Pſal. 109. Virgilius. Euthym. Pſal. 1. Pſal. 49.

Neque

43. Neque nobis diſplicet id,quod eleganter quidam hic ponderauit,patientiam, ſcilicet,Chriſti,[g] qua noſtra peccata mundat, lauat, & curat,vt tandem nos Deo dignos reddat, id quod innuit verbum *ſedere*, ſatis enim, ſoperque erat Chriſtum nos conflare, vt ad eam puritatem nos reduceret, in qua creati ſumos. Verùm non ſatia hoc habuit,ſed ſedens hoc voluit facere, vt patet Ioannia 4. vbi loquens cum muliere Samaritana ſedens ſordidam,& miſeram curauit, neque eum deterruit vulnerum turpitudo, quominùs miſeram in aliam conflaret,& malum, quod propter vetuſtatem incurabile erat, in pulcherrimam verteret cicatricem. Addidit autem propheta, *& emundans argentum*, ad ſignificandam naturæ bonitatem in homine,[h] quæ candida, & pulchra, ſicut argentum producta eſt,vt dicitur Eccleſiaſt. 7. *Deus fecit hominem rectum, & ipſe infinitis ſe miſcuit quæſtionibus*: vertunt alij elegantiſſimè, *& ipſe infinitis ſe miſcuit quiſquiliis*:quod fortaſſis notare voluit Chriſippus apud Diogen.Laert. cum dixit, labores omnes à natura fuiſſe inuentos,non principaliter, ſed vt naturam humanam quodammodo pollueret. Multo elegantiùs id ſignificauit Rabbi Hoſaya, quem refert Galatin, *lib. 2. contra Iudæos cap.* 8. ſuper illis verbis Iſai. cap. 2. *Quieſcite ab homine,cuius ſpiritus in naribus eius eſt,quia reputatus eſt excelſus*; ſic enim Rab. Hoſaya,*in hora qua Deus ſanctus, & benedictus creauit hominem primum ad imaginem,& ſimilitudinem ſuam, errauerunt in eo Angeli miniſterij, volueruntque dicere coram eo, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus exercituum, ſed Deus ſanctus fecit cadere ſuper eum ſoporem, & mox cognouerunt, quia ipſe erat homo.* Non approbamus expoſitionem, cum locus agat de Meſſia Domino ſecundùm communem ſententiam Patrum,propterea autem eam adduximus,quia optimè oſtendit,qualis fuit noſtra natura ante peccatum. Elegantiſſimè hanc ſententiam proſequitur Niſſen. in ea verba; *faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram: qui enim*, inquit Niſſen. *ad imperandum*[i] *natus erat, factus eſt perturbationum ſeruus.* Similia docet Chryſoſtom.hom.7. ad popul. *Quid eſt*, inquit, *fecit homo ad imaginem,& ſimilitudinem ſuam? principatus imaginem dicit, vt quemadmodum in cælo nullus eſt Deo ſuperior,ſic ſuper terram nullus ſit homine maior. Deus igitur nobis imperium naturale dedit, ne facilè amitteretur;talia enim ſunt ea,quæ non natura adſunt,vt facilè admittant inſidias, & tranſlationem; ſicut leo, qui natura quadrupedibus dominatur; ſicut iisdem & alitibus aquila; ſemper enim cum genere coniuncta eſt regni ſpecies. Nos verò non ita,quoniam id,quod natura habuimus, perdidimus miſeri, cùm natura polluta eſt per peccatum.* Hoc igitur eſt officium Meſſiæ homines reducere ad auream,& argenteam eam ætatem, quam amiſerunt, & ad regiam etiam dignitatem, ad quam reſtituuntur per baptiſmum,cum mundantur, in cuius ſignum candida veſte induuntur ad ſignificandam innocentiam reparatam, quæ regni titulus erat, vt notauit Dionyſ.Areopag.*in 2.c. Eccleſiaſt.Hierarch.*& Ambroſ.*lib. de iis, qui myſteriis initiantur,cap.7.* Hieronym. *epiſt. ad Damaſ.* Nicephorus *lib.12. Eccleſ.hiſtor.cap.* 12. Lactant. Firmian.*in carmin.* Niſi forte velis addere particulam, *quaſi*; tunc talis erit lectio, *Emundans quaſi argentum*, quæ ſimilitudinis particula in Hebræo non reperitur, facilè tamen ſuppletur,& tunc non ſignificat, qualem naturam habuerimus,ſed qualem habere debeamus per Chriſtum, mundam ſcilicet & candidam, vt argentum candidiſſimum.

Margin: [g] *Patientia Chriſti in purgandis peccatis noſtris.* — Ioan. 4. — [h] *Hominis natura ex ſe candida ante peccatum.* — Eccliaſt. 7. — Laertius. — Galatin. — Iſai. 2. — Rab. Hoſaia. — Niſſenus. — [i] *Homo natus ad imperium, quod per peccatum amiſit.* — Chryſoſt. — Dionyſius. — Ambr. — Hieron. — Nicephor. — Lact. Firm.

Text. Et purgabit filios Leui, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum.

§. III.

Vaticinium de ampliori,& puriori ordine ſacerdotali in lege gratiæ.

FOrmam Eccleſiæ videtur deſcribere Malachias, prædixerat enim in cap. 2. transferendum eſſe ſacrificium & ſacerdotium à Iudæis; congruum propterea erat,vt nouos ſacerdotes,& nouum ſacrificium institueret, & cum cæteri fideles mundandi ſint per ſanguinem Chriſti,decebat vt ſacerdotes purgaret, & colaret, quos tanti ſacrificij miniſtros inſtituebat. Neque enim placet omnino id, quod Theodoret. notauit ad hunc locum,eum, ſcilicet, intelligendum eſſe de iis, qui ex tribu Leui fuerunt ad Apoſtolatum accepti,qualis fuit Barnabas, vel ad ſtatum ſacerdotalem,ſicut aſſerit Luc. Actor. 6. *multa etiam turba ſacerdotum obediebat fidei.* Hieronymus tamen ampliorem vult eſſe ſenſum huius loci, cum ait, *In filiis autem Leui omnem intelligit ſacerdotalem dignitatem*, quod de ſacerdotibus Euangelicis videtur intelligendum, *eos enim*, vt ait Areopag. de Eccleſ. Hierarch. cap. 1. *purificando eleuauit ad eam diuini amoris conſiſtentiam, quam Angeli in cælo habent, vt inde vniuerſa pulchritudo ſpiritualis in nos deriuaretur.* Qua de re multa diximus ſuprà in verſ. *lex veritatis in ore eius*, & in Pſalm. 109. verſ. *ſecundum ordinem Melchiſedech.* Eſt autem conſuetum in ſacra Scriptura eodem nomine appellare vmbram,& rem adumbratam; figuram, & rem figuratam: vnde quia tribus Leui figura erat ſacerdotij Euangelici, eodem nomine vocauit ſacerdotes noſtros, quo vocati erant ſacerdotes legis: additque aliam ſimilitudinem ad ſignificandam munditiam ſacerdotum, quæ petita eſt ab auro,quod in igne funditur, vt magis purum reddatur, ſicut 1. Paralip. cap. 22. *Altari autem,in quo adolebatur incenſum, aurum puriſſimum dedit*; ſic Hebraicè habetur, *pro altari ſuffimenti aurum fuſum*,id eſt,aurum colatum; eſt autem colare, guttatim, & ſtillatim liquorem emittere, vt purior, & magis defæcatus conſeruetur, quo verbo vtitur Apuleius *in Gymnoſophiſt.* ſic enim habet, *non illi norunt agrum colere, vel aurum colare.* Tale fuit aurum, ex quo fabricata erat menſa incenſi,purum, ſcilicet,& in igne examinatum: tales etiam ſunt[l] ſacerdotes Euangelici, qui longè præſtantius offerunt, Hebraicè eſt, *fundet eos quemadmodum aurum defæcatum à ſcoria.* Vulgatus autem interpres,non ſatis habuit dicere miniſtros Euangelij fundendos eſſe quemadmodum aurum in igne,ſed colandos etiam,ad ſignificandam omnimodam puritatem in ſacerdotibus requiſitam.

Margin: 44. — Theodoret. — Actor. 6. — Hieron. — Areopagita. — Pſalm. 109. — 1. Reg. 22. — [l] *Pro ſacerdotibus.*

Text.

Text. Et erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia.

§. IV.

Quàm ſanctè in lege gratiæ ſacramenta, præſertim Euchariſtiæ, tractanda.

45. SAcrificium iuſtitiæ offerre, vt colligitur ex variis locis Scripturæ ſacræ, nihil aliud eſt, quàm ſancte, iuſtéque ſacrificare, id eſt, ſine peccato; ita enim hunc locum exponit D. Auguſtio. *lib. 20. de ciuit. cap.* 26. Oſtendit autem hic locus eam doctrinam, de qua diſputant Doctores Theologi *in 4. diſt.* 1. quod, ſcilicet, peccatum ſit diuina ſacramenta [m] in peccato adminiſtrare? qua de re multa docet D. Auguſtio. *lib. 2. contra epiſtol. Parmenian. Donatiſta*, ex quo deſumptus eſt Canon ille qui habetur 1. *q.* 2. vbi citatur locus Iſaiæ in cap. vlt. *facinoroſus qui ſacrificat mihi vitulum, quaſi canem occidat*, & *Can.* omnia, *Omnia ſacramenta obſunt indignè tractantibus, proſunt tamen per eos dignè ſumentibus.* Similis eſt locus in Pſalm. 4. *ſacrificate ſacrificium iuſtitiæ*, id eſt, iuſtè rectéque facta ſint ſacrificia veſtra, quod Chald. Paraph. expreſſit, *calcate, domate concupiſcentias veſtras, & reputabitur vobis veluti ſacrificia iuſtitia*, id eſt, eritis tales, quales ij debent eſſe, qui ſacrificia Deo offerunt. Cùm enim domitæ ſunt paſſiones, & ſedati rebelles animi motus, tunc iuſtè, ſanctéque fit ſacrificium. Cui ſimilia habet Paraphraſtes huius loci, *& erunt coram Domino offerentes ſacrificium cum puritate, ſeu innocentia.* Neque diſplicet commentarius cuiuſdam recentioris, *ſuper Pſalm.* 4. ſi velis hunc locum ad ſacrificium altaris referre,[n] ſicut multi volunt: dicitur nanque Euchariſtia ſacrificium iuſtitiæ, quòd ſcilicet, iuſtificantem gratiam conferat abundantiorem, qualis eſt ille hebraiſmus in eodem Pſalm. verſ. 1. *exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ*, id eſt, Deus me iuſtificans, & abſoluens. Similis prorſus videtur hebraiſmus, *ſacrificium offerre in iuſtitia*, idem enim eſt, quod ſacrificium offerre, quod iuſtificat. Similis loquendi modus eſt apud Paulum, *vultis vt veniam ad vos in virga?* id eſt, vultis vt vos puniam? Sic ſimiliter, offerre ſacrificium in iuſtitia, idem eſt, quod offerre ſacrificium iuſtificans. Non aſſerimus autem ipſum ſacrificium Miſſæ iuſtificare, ſed ſacramentum Euchariſtiæ iuſtificare, quod in Miſſa perficitur, Poſtquam igitur expurgati, & eolati fuerint ſacerdotes, tunc offerre poſſunt ſacrificium mundiſſimum in iuſtitia, id eſt, in puritate; hæc enim potior videtur expoſitio huius loci, & hæc videtur oblatio de qua ſupra in cap. 1. dixerat propheta, *& in omni loco offertur nomini meo oblatio munda*, quod ex communi ſententia intelligendum eſt de ſacratiſſimo Euchariſtiæ ſacramento, & de ſacrificio altaris.

August.

[m] *Sacramenta in gratia tractanda ſunt.*

Idem.

Iſai. vlt.

Pſalm. 4.

Chald. Par.

Pſalm. 4.

[n] *Refertur hic locus ad ſacrificium Miſſæ.*

Text. Et placebit Domino ſacrificium Iuda, & Hieruſalem.

§. V.

Quare ſacramenta nouæ legis dicantur à veteris populi appellatione?

46. TOtus hic locus neceſſariò videtur intelligendus de Eccleſia Chriſti, tum quia ita velle videntur omnes interpretes, tum vel maximè, quia Malachias proximus fuit temporibus Chriſti, ac proinde non potuit prædicere alia ſacrificia, quàm ea quæ offerenda erant in lege gratiæ. Dicitur autem Eccleſiæ ſacrificium Iudæ, & Hieruſalem, quia oblatio ea eſt Eccleſiæ, quæ vetus nomen retinet, propter potiſſimam [o] partem, quæ ex Iudæis eſt, quos Paulus vocat *oliuam*, gentes autem, *oleaſtrum inſertum*: vel etiam quia fundata eſt in Hieruſalem, quæ ſita eſt in tribu Iuda; inde enim ortum habuit Eccleſia. Niſi forte velis factam fuiſſe hic mentionem loci, in quo ſacrificium altaris in cœna inſtitutum eſt, in [p] monte ſcilicet, Sion, qui mons eſt in Hieroſalem, pars autem tribus Iudæ eſt Hieruſalem. Quæ ſententia non diſplicet propter elegantiam, & emphaſim verbi, *placebit*, quod omnino ad ſacramentum Euchariſtiæ videtur referendum; ſic enim potius Hebraicè legendum eſt, *dulce erit ſacrificium Iuda, & Hieruſalem.* Cui ſuffragatur Concilium Colonienſe quod eodem ferè nomine hoc ſacramentum appellauit, *piarum* ſcilicet, *mentium ſolatium, ac delitium.* Obſcurè aliquantulum Hieronym ſic habet ad hunc locum, *cum emundati fuerint, tunc offerent Domino iuſta ſacrificia, & placebit ſacrificium eorum, qui offerunt pro Iuda, & Hieruſalem*, id eſt, pro iis qui Dominum confitentur, & pacem eius mente concipiunt. Similia docet Rabbi Dauid, & cæteri Hebræi, quanuis illi de reparatione tantùm terreſtris Hieruſalem agant, noſtri verò de re figurata per Hieruſalem, & Iuda, qualis eſt Eccleſia Chriſti, quæ eſt *fidelium vnio, & viſio pacis* [q] appellatur, ſicut notauit Hieronymus.

Gabr. à Coſta in Malachiam Prophetam.

[o] *Ex veteri populo potiſſima pars Eccleſiæ.*

[p] *Ex loco vbi fuerunt inſtituta dicuntur ſacramenta.*

Hieron.

Rab. Dauid.

[q] *Eccleſia ſpiritualiter dicitur Hieruſalem.*

Text. Sicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui.

§. VI.

Per legis gratiæ ſacrificia candor ſtatus innocentiæ reſtituendus.

NOtandum eſt, particulam, *ſicut*, non ſignificare omnimodam ſimilitudinem, & comparationem, ſed potius correſpondentiam quandam: vnde pulcherrimè videtur hunc hebraiſmum declaraſſe Iſidor. Brixian. cum ſic habet: *longè magis quàm vnquam antea placuerunt vetera ſacrificia, ei placebit, ac dulce erit hoc ſacrificium.* Vult autem Rabbi Selmon hic fieri comparationem cum illis ſacrificiis, quæ Deo offerebantur [r] in templo extructo à Salomone, quanuis non videatur negandum poſſe etiam comparationem fieri cum ſacrificiis [ſ] Patriarcharum ante legem Moyſis, vt optimè notauit Lyran. Eccleſiam in Canone Miſſæ recepiſſe, ſunt enim hæc Canonis verba, *ſupra quæ propitio, ac ſereno vultu reſpicere digneris, ſicut accepta habere dignatus es munera pueri tui Abel, & ſacrificium Patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos Melchiſedech:* ſenſuſque tunc erit, [t] Sicut tibi ôlim grata fuerunt ſacrificia Patriarcharum, ſic, & multo magis tibi gratum ſit hoc ſacrificium, quod in illis prioribus adumbratum eſt. Hæc communiter interpretes huius loci. 47.

Brixian.

Rab. Selm.

[r] *Alluſio ad ſacrificia templi veteris.*

[ſ] *Vel aptiùs ad ſacrificia Patriarcharum.*

Lyran.

[t] *Senſus loci.*

48. Verùm nobis videtur, [u] particulam, *ſicut*, non ſolùm ſignificare correſpondentiam, ſed omnimodam ſimilitudinem, eſſéque comparationem

[u] *Quem Auctor ad ſtatum innocentiæ elegãtiùs refert.*

inter puritatem ſtatus innocentiæ, & legis gratiæ, quod tacitè innuit D.Hieron. cuius ſunt hæc verba, *Vt quomodo in principio placuerunt Deo, ſic poſt peccatum, & pœnitentiam placere incipient, cum omni fuerint peccatorum ſorde purgati.* Clariùs, & elegantiùs Auguſt lib.10.de Ciuit. c.25. [Ho]ſtia, inquit Auguſt. *ſibi Iudæi ſecundùm legem veteris teſtamenti ſacrificiorum ſuorum præterita tempora pollicentur, non enim tunc in iuſtitia, ſed in peccatis hoſtias offerebant; quapropter exponere nos oportet, quomodo ſit acceptum, quod dictum eſt, Sicut diebus priſtinis, & ſicut annis prioribus, tempus enim illud commemoratur, quo primi homines in paradiſo fuerunt; tunc enim puri, atque integri ab omni ſorde ſe ipſos Deo mundiſſimas hoſtias offerebant, quæ puritas, & munditia per ſanguinem Chriſti habetur.* [a] Similis prorſus videtur locus Iſaiæ *cap.* 65. vbi commentatur Auguſt. & Cyr. Alex. *lib.5.com.in Iſaiam*, quo in loco ſic habet: *Propheta loquitur de ſtatu Eccleſiæ Euangelicæ, ædificabunt domos, & ipſi inhabitabunt, ſecundùm enim dies ligni, erunt dies populi mei; erit enim*, inquit Cyrill. *vita eorum, vt dies ligni vitæ*, id eſt, *ſancta & innocens, qualis fuit in primis parentibus ante peccatum.* Similis igitur videtur alluſio hoc in loco ad ſtatum, ſcilicet, innocentiæ, & ad aurea ſæcula Adami ante peccatum; talis enim animi candor noſtris ſacrificiis, & præcipuè ſacrificio altaris debetur, qualis fuit in noſtris primis parentibus: hoc enim videntur ſignificare hæc verba, *ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui*, id eſt, ſicut heroicis temporibus primi parentes innocentes fuerunt, ſic & ſacerdotes in tempore Chriſti.

Hieron.

Auguſt.

Idem.

[a] *& confirmatur.*

Iſai. 65.

TRACTATVS XVI.

De iudicio diſcretionis per Chriſtum in primo aduentu: ſuper illis verbis textus:

Et accedam ad vos in iudicio, & ero teſtis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum, & non timuerunt me, dicit Dominus exercituum. Ego enim Dominus, & non mutor: & vos filij Iacob non eſtis conſumpti: à diebus enim patrum veſtrorum receſſiſtis à legitimis meis, & non cuſtodiſtis.

§. I.

Loquitur Chriſtus Dominus ad Iudæos vt diſcernat iuſtum & impium.

Text. Et accedam ad vos in iudicio.

49. SATIS oſtendunt hæc verba id, quod paulò ſuprà diximus, frequentiſſimam, ſcilicet, eſſe [a] commutationem perſonarum apud Prophetas, de quo enim dixerat Propheta, *& ſtatim veniet in templum ſuum*, eundem introducit iam in prima perſona, cum habet, *& accedam ad vos*, quæ verba de primo aduentu interpretanda ſunt, ſicut huc vſque fecit, in quo Verbum æternum per carnem ad nos acceſſit homo factus, quo nihil nobis potuit eſſe propinquius; vnde conuenienter habet verbum Hebræum, *& appropinquabo ad vos:* Emphaſim autem habet particula, *vos*, id eſt, ad Iudæos, quorum gratia primò, [b] & principaliter miſſus ſum, vti panem filij priùs acciperent, quàm canes, ſicut eleganter commentatur Tertull. *in lib. de fuga in perſecutione, & in lib. de præſcriptionib. aduerſus hæreticos*, ſic enim habet: *Nondum canibus iactabat panem filiorum, nondum in viam nationum ire mandabat.* Similia docet *contra Marcion. lib.* 4. *cap.* 7. Placet magis cum D. Auguſt. Verbum æternum appropinquaſſe ad Iudæos per realem præſentiam, à quibus carnem accepit, ita enim commentatur Auguſt. ea verba Matth. 15. *Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael.* tract. 47. in Ioan. & tract. 31. *Præſentiam ſuam corporalem ſoli populo Iſrael præbuit, aliis miſit, qui prædicarent, ad populum verò Iſrael & miſit, & venit ipſe.* Multa docet elegantiſſimè in hanc ſententiam D. Thom. 3. *p. q.*42. *a.* 2. vbi aſſerit, Chriſtum Dominum fuiſſe Apoſtolum [c] per ſe Iudæorum, id quod inculcauit Paulus Roman. 5. *Dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis*, id eſt, Apoſtolum Iudæorum: vnde cum imminente paſſione vellent eum Gentiles videre *Ioan.* 12. ſignificans nondum tempus eſſe vt eis manifeſtaretur, reſpondit, *Niſi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, ipſum ſolum manet:* quibus verbis oſtendit, præſentiam corporalem eſſe ad Iudæos, doctrinam verò Euangelicam non eſſe reuelandam gentibus, niſi poſt mortem, meritò enim ſuæ paſſionis dominium, & poteſtatem acquiſiuit in gentes, iuxta illud Ioannis Apocalyp. 2. *Qui vicerit, dabo ei poteſtatem ſuper Gentes, ſicut ego accepi à Patre meo.*

[a] *Secundùm phraſim Scripturæ tranſmutatur facilè perſona loquentis.*

[b] *Chriſtus miſſus primò ad Iudæos.*

Tertull.

Auguſt.

Matth. 15.

D Thom.

[c] *Chriſtus Apoſtolus per ſe.*

Rom. 5.

Ioann. 12.

Apoc. 2.

Quod autem addit Propheta, *in iudicio*, ſimilis locutio videtur cum ea Ioannis 9. *In iudicium ego in hunc mundum veni*, ſic enim Hebraicè habetur apud Malach. *appropinquabo ad vos ad iudicium. Eſt autem iudicium [d] diſcretionis*, vt notauit Auguſt. quo mirabiliter ſeparantur electi à reprobis: quibus verbis oſtendit Propheta iam adeſſe Deum iudicij, quem Iudæi quærebant, qui poſſit cognoſcere qualia ſint vniuſcuiuſque merita, vt deinceps deſinant Iudæi Deum accuſare, quod finitimos gentiles videant iucundè viuere, Iudæos verò infeliciter, cùm tamen ſint pij, & fideles. 50.

Ioan. 9.

[d] *Iudicium diſcretionis.*

Text. Et ero teſtis velox.

§. II.

Venit Deus in mundum viſibilis, vt videremus ipſum noſtrorum ſcelerum oculatum teſtem.

MOdum videtur deſcribere [e] ſui aduentus Chriſtus Dominus, vt teſtis ſcilicet, non ſerus, & tardus, ſed feſtinus, & velox; hoc enim ſignificat vox Hebræa, pro qua vulgatus dixit, 51.

[e] *Prima expoſitio.*

velox,

[f] *Feſtinat quandoque Deus in vltionem.* Rab. Dauid. Chryſoſt.

velox, id eſt, feſtinabo vt ſim teſtis, ſeu, vt iudicium fiat,& in veſtram [f] vltionem; ſic enim hunc locum interpretatur Rabbi Dauid, *quamuis enim Deus tardus ſit, & longaminis ad puniendum*, vt pulchrè habet Chryſoſtomus tom. 5. homil. 29. & 31. de ira & clementia Dei; *quia tamen nos abutimur diuina patientia, repente venit*, ſicut dicitur 1. ad Theſſalonicenſ. 5. *Cum dixerint, Pax & ſecuritas, tunc eis repentinus ſuperueniet interitus*, ſicut elegantiſſimè Gregor. Magn. dixit ſuper illis verbis Pſalm. *Tacui ſemper, & ſilui, vt parturiens loquar, parturiens enim cum dolore eiicit, quod in intimis longo tempore geſtauit: qui ergo ſemper ſiluit, ſicut parturiens loquitur, qui ſine vltione diu hominum facta pertulit, cum dolore repente tamen quantæ animaduerſionis ſententiam ſeruauerit, oſtendit, id eſt, dolens, repente tamen puniet.*

1. Theſſal. 5. Gregor.

52. Dubium autem eſt, quid ſignificet hoc in loco, teſtem eſſe, [g] nanque vox etiam apud nos ambigua eſt. & in primis teſtis dicitur is, *qui teſtimonium fert*, vt notauit Budæus *in pandectis*: dicitur etiam is, *qui ante ſtat*, id eſt, in cuius præſentiæ conſpectu aliquid fit, ſicut Cicer. dixit 3. officior. *Cum verò iurato ſententia dicenda eſt, meminerit ſe Deum habere teſtem*, id eſt, ſe Deum habere præſentem,& in orat. ante exilium. *Apud vos loquor, quos habui innocentia, & virtutis meæ teſtes*; neque ſolùm ſignificat adeſſe præſentem, ſed etiam docendo, admonendo, & cohortando: quo pacto Rabbi Dauid intelligit ea verba Iſai. 55. *Ecce teſtem populi mei dedi eum, ducem, ac præceptorem, conteſtatorem, & exhortatorem.* Nam qui admonet, teſtes interdum adhiber; id quod veteri prouerbio Luſitano, ita fit, & dicitur: tunc ſenſus erit, Ero conteſtator, & admonitor eorum, qui malè viuunt, ad quem effectum feſtinare dicitur.

[g] *Teſtis, quid ſignificet hic.* Budæus. Cicero. Rab. Dauid. Iſai. 55.

53. Nobis verò non videtur aliena [h] expoſitio, ſi nomen, *teſtis*, cum Græcis interpretemur *martyrem*, ſolent enim Græci appellare teſtimonium *martyrium*. Extat huius rei elegantiſſimus locus apud Paulum 1. Timoth. 2. *Vnus mediator Dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus, teſtimonium temporibus ſuis*, Græci dicunt, *martyrium temporibus ſuis.* Inſigne enim martyrium Chriſti Domini, teſtimonium quoque inſigne præbuit veritatis, & voluntatis diuinæ. Sic ſimiliter Tertullianus *in lib. de corona militis, cap.* 9. pro tabernaculo teſtimonij vertit *tabernaculum martyrij*. Cum igitur hanc æquiuocationem in verbo, *teſtis*, Græci reperierint, talis poteſt eſſe ſenſus huius loci, Ero feſtinus martyr, ſeu, [i] feſtinabo ad martyrium pro impiis hominibus. Quæ expoſitio ex eo non videtur reiicienda, cum totus hic locus agat de purificatione, & emundatione per ſanguinem Chriſti.

[h] *Secunda expoſitio.* 1. Tim. 2. Tertull. [i] *Deus cum feſtinatione ad martyriũ iuit.*

54. Verùm quoniam D. Auguſtinus [l] eam approbat expoſitionem ſacræ Scripturæ, in qua ſeruatur vulgaris ſignificatio verborum, & proprietas talis eſt ſenſus huius loci, *Ero teſtis, quia ego noui etiam ea, quæ latent*; ſic enim interpretatur Rabbi Dauid: quibus verbis diuinum Oraculum maximè à peccando arcet homines, cùm Deum ſuorum [m] ſcelerum teſtem oculatum aſſerat; ſicut feciſſe legitur Dauid Pſalm. 15. *Prouidebam Deum in conſpectu meo*, Hebraicè ſic potiùs legitur, *Poſui Deum coram me.* Similia dixiſſe fertur Ioſeph. Geneſ. 39. *Quomodo faciam hoc malum, & apparebo coram Domino?* in quem locum ſic eleganter notauit Chryſoſt. *ſi fecerimus, vt res ſit clam omnibus, oculum tamen illum, qui dormitare nequit, vitare non poſſumus, & ideo illum ſolum timere oportet.* & Clem. in epitome de rebus geſtis D. Petri, pag. 4. *Qui hominem intuetur ſpe latendi, peccare audebit; qui autem Deum omnia intuentem in animo ſuo ſtatuerit, cùm latere ſe minime poſſe intelligat, clam peccare deſiſtet.* Similia elegantiſſimè Auguſtinus lib. 1. ſoliloq. cap. 14. *Magna eſt nobis indita neceſſitas iuſtè, rectèque viuendi, qui cuncta facimus ante oculos iudicis cernentis.* Hinc videtur illud à Dauide dictum, *auerte faciem tuam à peccatis meis.* Quoties enim Dauid videbat ſua peccata diuinum conſpectum nullo modo latere poſſe, toties poſtulabat, ne Deus ea intueretur; videbat enim peculiarem malitiam habere ex eo, quia in conſpectu Dei commiſſa fuiſſent. Pulcherrimè in hanc ſententiam notauit Didymus ſuper Iob ad illa verba, *Egreſſus eſt diabolus à Domino*, eum, ſcilicet, nihil moliri auſum fuiſſe contra Iob in conſpectu Dei, vel enim ipſum pudet [n] impiè agere coram Domino. Similiter Cain egreſſus à facie Domini, fratrem occidit, & Iuda proditionem fecit. Elegantiſſimus eſt locus Auguſtini *ſerm.* 46. Simili enim argumento eo in loco vtitur, vt homines à peccatis arceat, *Deus*, inquit Auguſt. *timendus eſt in publico, & in ſecreto; procedis, videris; intras, videris; lucerna ardet, videt te; extincta eſt, videt te; in cubile intras, videt te; in corde verſaris, vidit te: ipſum time, aut ſi peccaueris, quære vbi te non videat, & fac quod vis.* Similia *lib. 5. confeſſion. cap.* 2. & eleganter in Ethnicos Seneca Tragic. *in Hippol. actu* 1.

Auguſt. [l] *Tertia & vera expoſitio.* Rab. Dauid. [m] *Chriſtus D. noſtrorum ſcelerum oculatus teſtis.* Pſal. 15. Gen. 39. Chryſoſt. Clement. Auguſt. Pſal. 50. Iob 1. Didymus. [n] *Dæmonem puduit peccare coram Deo.* Auguſt. Tragicus.

——Credis hoc poſſe effici
Inter videntes omnia vt lateas Deos?

Teſtis igitur etiam erit maleficis, periuris, cæteriſque ſceleratis hominibus, & grauius eorũ erit peccatum, cum in diuino conſpectu commiſſum ſit; *tunc enim nullum erit ſubterfugium*, vt inquit Hieronym. *cum ipſe qui videt peccatum Iudex ſit, & teſtis*, ſicut etiam dicitur Hierem. 29. *Ego ſum iudex, & teſtis, dicit Dominus exercituum.*

Hieron.

Text. Maleficis, adulteris, & periuris.

55. VAriè poteſt accommodari hic datiuus pro diuerſitate, & varietate expoſitionum ſuperioris ſententiæ; [o] nam ſenſus poteſt eſſe, conteſtabor, docebo, & admonebo maleficos: vel ſi forte placuit ſecunda expoſitio, moriar, martyriúmque patiar pro ſceleratis hominibus, quales ſunt, malefici, adulteri, & periuri: vel denique (quæ fuerat vera expoſitio priorum verborum) Oculatus teſtis ero, non ſolùm eorum peccatorum, quæ palam fiunt, ſed etiam eorum, [p] quæ clam & occultè committuntur, qualia ſunt maleficia, & adulteria: ſignificant autem nomen Hebræũ pro quo vulgatus dicit, *maleficis*, incantatores, diuinos, & præſtigiatores, Luſitanè, *Bruxos*, de quibus dicitur Exod. 22. *Maleficos non patieris viuere*, Hebraicè, *maleficam, ſeu præſtigiatricem non viuificabis*, id eſt, non patieris viuere. Maleficam autem dixit, quoniam hoc vitium proprium eſt fœminarum, ſicut pulchrè notauit Pagninus *in Theſauro.*

[o] *Iuxta expoſitiones datas hic verſiculus aptatur.* [p] *Chriſtum Dominum neque occultiſſima latebant ſcelera.* Exod. 22.

2.Paral.33. ᵠ Manaſſes fuit maleficus. Auguſt. Origen. D.Thom.

Theſauro. Eſt aotem grauiſſimum ſcelus, & ad ſuperſtitionem ſpectat, ſicut videre eſt. 2. *Paralip. cap.* 33. vbi Rex Manaſſes idolulatra, qui deos alienos colebat, lunam, ſolem, & ſtellas venerabatur, qui erexit altare Baali. Denique addita eſt hæc concluſio, ᵠ *obſeruabat ſomnia, ſectabatur auguria, maleficis artibus inſeruiebat.* Eſt autem hoc vitium immediatè contra diuinum cultum, ſicut notauit D.Auguſt. *lib.* 2. *de doctrin. Chriſtiana*, cum ait: *quidquid procedit à ſocietate dæmonum, ſuperſtitio eſt; maleficium autem non fit ſine eorum ſocietate*, vt dixit Origen. *in Periarchon*, & pulchertimè notauit D.Thom. 2. 2. *quæſt.* 95. *art.* 2. cum ait, *Non ſolùm ſuperſtitioſus eſt is, qui dæmonibus ſacrificia offert, verùm etiam is, qui auxilio dæmonis ad aliquid agendum vtitur, quales ſunt malefici.* Merito igitur ij, tanquam impij, & euerſores pietatis in Deum, primò arguuntur.

Text. Et qui calumniantur mercedem mercenarij.

§. III.

Coniuncta eſt iniuſtitia cum impietate, neque enim iniuſtus pietatem, neque qui non pius iuſtitiam colit.

Rab. Selm. Hieron. ʳ Calumniari mercedem quid. Prou. 14. Rab. Dauid. I.Iacob.5. Leuit.

56. NOtanda eſt phraſis Hebtæa, quæ potius ſignificat *non reddere, occupare, non reſtituere rem proximi*, quæ ad cuiuſpiam manus peruenit per depoſitum, per mutuum, aut obligationem, vt merces mercenarij, quam quis tenetur illi reddere. ita habet Rabbi Selm. quod vitium præcipuè poſitum eſt in rebus, & non in verbis. Verum D.Hieronym. frequentiſſimè vertit, *calumniari*, ʳ ſicut eſt Prouerb. 14. *Qui calumniatur egentem*, vt vertit Hieronym. verùm Rabbi Dauid. *in lib. radic.* dixit, *qui occupat pauperem*, vel, *bona pauperis*. Calumniari igitur mercedem nihil aliud eſt, quàm vim facere mercedi, vel retinere mercedem mercenarij: Hieronym. autem ita vertit, *quia ita fit plerunque, non enim ſolùm bona pauperis retinentur, ſed etiam iniurioſi detinentur*, id eſt, *addendo contumelioſa verba.* Cuius oppoſitum commendauit Iacobus in ſua Canon. cap. 1. *Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.* Vnde bonus ille paterfamiliàs Euangelicus vix finito die, & labore dixit, *voca operarios, & redde illis mercedem*; nouerat enim optimè præceptum eſſe in Leuitico, *non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane.*

Text. Et humiliant viduas & pupillos.

Hieron. LXX. Interp. ſ Conſequens eſt, vt qui nō reddit debitum, inſuper opprimat roſtentem.

57. D. Hieronym. ita legit, *qui calumniantur mercedem mercenarij, viduas, & pupillos*, in qua lectione non habetur, *humiliant*, neque in Hebræo textu reperitur: L X X. autem vertunt, *Opprimunt per potentiam viduas, & pupillos.* Congruenter autem videtur additum à noſtro vulgato, *humiliant*, ad exponendum ſ contemptum, quo ſuperbi homines miſeras viduas, & pupillos ſine parentibus tractare ſolent, eos, ſcilicet, humiliando, quod eleganter exprimit verbum Græcum, quo vtuntur L X X. ſignificat enim *nodo digiti percutere*; id quod apud noſtros etiam homines ſignum contumeliæ, & contemptus eſt.

Text. Et opprimunt peregrinum.

Chald. Par. LXX. Interp. Deut. 27. Hebr. lect. ᵗ Secundùm phraſim Hebræā qualiſcunque declinatio iudicij, eſt totam rem perdere. Amos. 5. LXX Interp. Amos 5.

58. CHaldaica Paraphraſis ita habet, *prauertunt ius peregrini*: cui lectioni ſuffragantur LXX. & verbum Hebræum ita prorſus ſonat, *peruerſores peregrini*, ſeu, *inclinatores*; hoc enim verbum habetur Deut. 27. *Maledictus qui prauertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduæ*, Hebraicè, *qui declinat iudicium aduenæ*: declinare autem iudicium Hebraica ᵗ phraſi, eſt iniquam ſententiam ferre, vel operam dare, vt ius non ſeruetur, quæ locutio habetur Amos. 5. *hoſtes iuſti accipientes munera, & pauperes in porta deprimentes*, id eſt, in iudicio: L X X. ſic habent, *conculcantes iuſtum, accipientes commutationes*, id eſt, munera, *& pauperes in portis declinantes*, id eſt, opprimentes pauperes in iudicio: ſolebant enim Iudæi iudicium exercere ad vrbium portas, ne peregrini, & ruſtici homines cogerentur vrbes ingredi, ſicut idem Amos habet eod. cap. *Odite malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta iudicium*, id eſt, reſtituite iuſtitiam ad ſuam propriam ſedem. Eſt autem iniquiſſimum iuſtitiam peregrinis non exercere; ſicut enim facile eſt peregrinis iniuriam inferre, ita iniquiſſimum eſt intuliſſe: vnde eſt illud apud Græcos, *hoſpites nunquam iniuria afficies, etiam occaſionem nactus.*

Text. Nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum.

ᵘ Omnis iniuſtitia ex defectu pietatis in Deū. Plotinus. ˣ Pietas & iuſtitia virtutes ciuiles. Hieron. Cicero. Philo. ʸ Sicut Deus rerum, ita pietas omniū virtutum principium. Iob.1.

59. NOn eſt mirum tot ſcelera fuiſſe inter Hebræos, cùm iam Deum minùs religioſè ᵘ colerent, vt conſtat ex his verbis; ſemper enim pietatis, & religionis vmbra fuit iuſtitia, ſicut elegantiſſimè dixit Plotinus philoſophus, *rectè moderatéque vitæ: adſt rationem*, id eſt, politiam, ita enim ille vocat, *vmbram ſemper fuiſſe religionis*; & in lege ferenda per Moyſen, hic idem ordo obſeruatus eſt, nam prima præcepta ad pietatem ſpectabant, cætera verò ad iuſtitiam, & bonos mores, his enim duabus virtutibus, iuſtitia, ſcilicet, & pietate, omnis hominum ˣ ſocietas continetur, & conſeruatur. Quæ fuit ratio, vt notauit Hieronym. in vita Pauli primi Eremitæ, cur ſanctus ille vir Paulus poſt tot annos hoc ſolum voluerit cognoſcere in deſerto, coleretur ne Deus in terra, & iuſtitia exerceretur. Similia ſunt ea, quæ habet Cicero *in ſomnio*, cum Paulus Scipionis pater, nihil aliud filio commendatum eſſe voluit, cum eum in ſomniis allocutus eſt; ſic enim habet, *ſed ſic Scipio, vt auus hic tuus, vt ego, qui te genui, iuſtitiam cole, & pietatem.* Elegantiſſima ſunt etiam ea, quæ habet Philo Iudæus in lib. de Decalog. *Primum principium rerum omnium* ʸ *eſt Deus, ſicut & virtutum pietas.* Eandémque virtutem *in lib. de præmiis, & pœnis*, vocat, *omnium virtutum ducem.* Auget igitur, & amplificat malitiam Iudæorum illa particula, *me*, id eſt, neque me timent, colunt, & venerantur; ſic enim exprimenda nonnunquam ſunt præterita Hebræa per præſens, quali phraſi vſus eſt D.Matth. *Ego credidi, quia tu es Chriſtus*, id eſt, ego credo; ſæpiùs autem iam notauimus timorem ſignificare religionem, & reuerentiam Dei, ſicut pater Iob in c. 1, *erat vir timens Deum*, id eſt religioſus.

Textus

Text. Ego enim Dominus, & non mutor.

§. IV.

Diſſimulat quidem Deus ad tempus vindictam, ſed non mutat iudicium; ſicut è contra, non perdit amorem, licèt interdum videatur deſerere quos amat.

[a] *Prima expoſitio de immutabilitate Dei.* Hieron.

60. VAriè exponitur hic locus à doctoribus, [a] nanque D. Hieronym. latere vult in his verbis tacitam ſolutionem ad difficultatem, quæ occaſionem habere potuit ex illis verbis prophetæ, *ipſe enim quaſi ignis conſlans, & quaſi herba fullonum;* idcirco, inquit, *dixit, Ego Dominus, & non mutor, quia dixerat, Ipſe enim quaſi ignis conſlans, ne putaremus, eum Diuinitatis naturam mutaſſe, cùm pro nobis, aut Angelus, aut ignis, aut herba fullonum nominatur.* Neque enim carnis aſſumptio mutationem in Deo poſuit, ſicut docent Theologi *in* 3. non enim Verbum æternum naturam aſſumpſit, vt eius ſubiectum, in quo, ſcilicet potentia fuerit receptiua alterius naturæ, quæ eſt ratio, & radix mutationis, ſed potius terminauit naturæ humanæ dependentiam ſuppoſitalem, ſeu perſonalem. Quanuis autem hæc expoſitio elegantiſſima videatur, tamen ipſa verba prophetæ videntur non obſcurè hanc difficultatem ſoluere; neque enim propheta dixit, *ipſe enim ignis conſlans,* ſed potius, *ipſe quaſi ignis conſlans:* vnde non videtur propterea ſolùm addita hæc ſententia, *Ego Deus & non mutor.*

[b] *Secunda expoſitio, de immutabili rectitudine Dei.*

61. Verùm vt aliam [b] afferamus, ita poſſunt hæc verba interpretari, Vos quia videtis pleroſque impunè peccare, neque ſtatim ſuorum ſcelerum pœnas luere, exiſtimatis iam mihi iuſtitiam non placere, ſed potius iniquitatem: ſed non ita eſt, nanque vnus & idem ſemper fui, neque enim diuina natura mutari poteſt, ideo accedam ad vos in iuſtitia. In quam ſententiam eleganter quidam ad hunc locum notauit dictum fuiſſe à D. Iacobo in ſua Canonica cap. 1. *Omne datum optimum, deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio,* id eſt, Deus mutari non poteſt, ſemper ab illo deſcendit lux, nunquam tenebræ, ſemper ab eo æquitas, nunquam iniquitas. Quòd autem Deus nunquam mutetur, ipſi etiam philoſophi cognouerunt, ita enim habet Trimegiſtus, quem refert Cyrill. Alexand. *lib.* 1. *contra Iulianum*, ad finem, *Deus inconuertibilis eſt,* & Ariſtotel. *vlt. Ethicor. &* 12. *Metaphyſ.* Vnde optima eſt gloſſa Rabbi Dauidis, *quia ego Deus non mutor:* ſuffragatur Par. Chaldaica, quæ ſic habet, *quoniam ego Dominus non mutaui pactum meum.*

Iacobi. 1.
Trimegiſt.
Cyril. Alex.
Ariſtotel.
Rab. Dauid.
Par. Chald.

[c] *Tertia expoſitio de infallibilitate diuina prouidentia.* Iſidorus.

62. Elegantiſſima tamen videtur [c] expoſitio Iſidori, qui vult eſſe comparationem inter pœnas impiorum, & diuinam promiſſionem de poſteritate filiorum Iacob perpetuò duratura; ſic enim habet, *Quòd vltio mea non illico ſæuiat in malos, non putetis, propterea nullam futurum iudicium; ſicut enim promiſſio mea irrita eſſe non poteſt, ſic neque minarum obliuiſcar,* vnde conuenienter ſequitur,

Text. Et vos filij Iacob non eſtis conſumpti.

63. PEndet hæc oratio ex ſuperiori, vt patet, in cuius explicatione variant Rabbini, & quantum ego conijcere potui ex Rabbi Dauid, & Rab. Abraham, ex hoc loco ſibi videntur polliceri adhuc felicem [d] exitum habituram gentem Hebræam. Placet tamen maximè expoſitio Rabbi Selm. quæ talis eſt, [e] *quamuis moriamini in iniquitate veſtra, neque de impijs ſumam vltionem in vita, non propterea putandum eſt veſtra ſcelera impunita fore, etenim coram non eſtis conſumpti; nanque melior, & potior veſtra pars, quæ eſt anima, ſupereſt poſt mortem, & hac meritas pœnas luet.* Totidem verbis hunc locum videtur intelligere Paraph. *& vos de domo Iacob,* id eſt, Iudæi, *putatis, quòd is, qui mortuus eſt in hoc ſæculo, liberatus eſt à iudicio, non ita erit.*

Rab. Dauid.
Rab Abrah.
[d] *Inde ſperant Rabbini fœlicitatem.*
Rab. Selm.
[e] *Prima expoſitio quamuis corpus ſubtrahatur pœnæ, non tamen anima.*
Par. Chald.

64. Ea etiam expoſitio videtur optima, quam affert idem Rabbi Selm. ex ſententia aliorum, quæ talis eſt: [f] *non percutio populum, & mutor ad eum,* id eſt, cùm gentem aliquam ſemel percuſſi, nunquam amplius per amorem ad eam ſum conuerſus, eadem ſemper in eos fuit vltio mea; vos autem non ſic, ſtare enim feci gentem Hebræam, & poſt longam, & diuturnam vltionem: vnde eleganter dixit quidam Rabbinus commentatus ea verba Iſaiæ. 45. *In modico dereliqui te: flagella quibus Deus puniuit Hebræos, flagella amoris ſunt:* quod genus ſupplicij vocat Auguſtin. *lib.* 3. contra Epiſtolam Petiliani, *charitatem ſeueritatis:* elegantiſſima eſt ſententia eiuſdem Auguſtini de verbis Domini ſerm. 16. *Talis eſt Deus, quemadmodum mater bubula, aliquando cùm filius importunius ſugit vbera, pede leniter percutit, quia non vult occidere, neque longè ab vberibus propellere.*

[f] *Secunda expoſitio, quòd vltio diuina ad alios immutabilis, in Iſrael non perſeuerit.*
Iſai. 45.
Auguſt.
Idem.

65. Videndus eſt idem Auguſtin. *lib.* 6. *quæſt. ſuper Ioſue quæſt.* 1. & Chryſoſtom. *hom.* 6 *ad populum,* cum ſic habet: *Parentes omnium maximè filios amantes, & menſa prohibent, & flagella infligunt, & alijs infinitis laſciuientes filios corrigunt, & tamen patres ſunt, nec tantùm dum honorant, ſed etiam dum hæc faciunt, & nunc maximè patres ſunt.* Idem argumentum proſequitur Amos in *cap.* 3. ad quem locum videndus eſt D. Hieronym. & Auguſtin. *ſerm.* 15. *de verbis Domini:* tunc talis erit ſenſus huius loci, Gentes alias punio, non tamen ceſſare ſoleo à punitione, vos verò non ſic; ſæpius enim gentem [g] Hebræam diſperſi, ſæpius obſidione oppreſſi, ſemper tamen eadem manſit.

Chryſoſt.
Amos. 3.
Hieron.
Auguſt.
[g] *Sæpe enim olim diſperſos reſtituit.*

66. Videndus tamen eſt D. Auguſtin. *lib.* 20. *de ciuit. cap.* 26. & præſertim *tom.* 4. *in lib. de eſſentia diuinitatis,* vbi elegantiſſimè totum hunc locum expoſuit, *Immutabilis,* inquit, *eſt Deus, quia in natura eius, ira, furor pœnitentia, obliuio, recordatio, & alia his ſimilia nullo modo accidunt:* quibus verbis apertè docet Deum non mutari per obliuionem, ſemper enim eadem ſcelera præſentia intuetur, quare non punit, non quia obliuiſcatur; id quod ille comprobat exemplo Iudæorum, quorum peccata præſentia erant Deo, eos tamen conſeruabat.

Auguſt.

67. Obiter tamen hîc notandum eſt, propterea poſitum fuiſſe nomen Iacob, vt oſtenderet conſeruatam fuiſſe gentem Hebræam, vt promiſſiones Abraham, Iſaac, & Iacob, cæteriſque [h] Patriarchis factæ complerentur, ſicut dixit Hierem. 3. Threnor. *Miſericordia Domini, quia non ſumus conſumpti,*

[h] *Ob merita Patriarcharum.*
Threnor. 3.

conſumpti, quia non defecerunt miſerationes eius: & Iſai. cap. 1. *Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen*, id eſt, reliquias, vt eſt in Hebræo, *quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus*, id eſt, funditus extincti eſſemus, ſicut ioſames illæ ciuitates; verùm propter promiſſiones Patrum ſeruati ſumus. Iſai. 1.

Text. A diebus enim patrum veſtrorum receſſiſtis à legitimis meis.

68. Hieron. Rab. Dauid. DIuus Hieron. & Rabbi Dauid, quibus ſuffragantur cæteri omnes, ita, exiſtimant coniongendam eſſe hanc ſententiam cum ſuperiori, Cum me ſeuerum, & iuſtum iudicem eſſe fatear, ô filij Iacob, tamen vos non eſtis tormentorum acerbitate conſumpti, neque veſtra ſcelera ſunt noua, vt erroris veniam mereamini: ſed hæreditariam habetis impietatem à temporibus veſtrorum Patrum, nanque in Ægypto impij fuiſtis ſub Moyſe duce, idola coluiſtis; temporibus Iudicum, & Regum ſine pietate, & religione, ita vt veſtra iniquitas de antiquitate certare velle videatur cum noſtra miſericordia, longè tamen antiquior eſt miſericordia: ſunt autem legitima ea, quæ ſecundùm legem fieri iubebantur, id eſt, præcepta.

TRACTATVS XVII.

De comminationibus diuinis ad pænitentiam, ſuper illis verbis Textus:

Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixiſtis, In quo reuertemur? Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? & dixiſtis, In quo configimus te? In decimis, & in primitiis. Et in penuria vos maledicti eſtis, & me vos configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreum, & ſit cibus in domo mea, & probate me ſuper hoc, dicit Dominus: ſi non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vſque ad abundantiam, & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ veſtræ; nec erit ſterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes gentes, eritis enim vos terra deſiderabilis, dicit Dominus exercituum.

§. I. Ad Literam.

Prima admonitio: gratia præueniens commendatur, cum noſtræ libertatis admonemur.

Text. Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos.

COMMVNIS eſt expoſitio, vt ſit in his 69.
verbis quædam Dei cohortatio ad pænitentiam; neque enim aliter anima, quæ peccauit, ad amiſſum Deum reuocari poteſt niſi per pænitentiam: hinc eſt illud eleganter dictum à Chryſoſt. hom. 1. ad popul. *Sicut vermis ex ligno naſcitur, & illud rodit, ſuam ab ipſo originem habens*, [a] *ſic & triſtitia, quæ vera pænitentia eſt, de peccato orta eſt, & ipſum abſumit, vnde ortum habuit.* Elegantiſſimè etiam D. Hieronym. *in cap.* 2. *Ioel.* ſuper illis verbis, *ſcindite corda veſtra*, vbi poſt alia, quæ dicit in hanc ſententiam, enumerat beneficia diuina in eos, qui pænitentia ad Deum conuertuntur; poſtquam enim Propheta Ioel ad pænitentiam prouocauit homines, in præmium addidit pænitentibus, [b] *effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.* Quibus verbis non minus donum promiſit, quàm ipſum Spiritum ſanctum. Non eſt tamen negandum, hoc ſine diuina gratia præueniente fieri, ſicut elegantiſſimè docet Auguſt. tum alibi ſæpiùs, tum præſertim *Pſalm.* 77. ſuper illis verbis, *& recordatus eſt, quia caro ſunt ſpiritus vadens, & non rediens: In humeris*, inquit Auguſt. *reportata eſt paſtoris, quæ ſe perdiderat, ouis, dum vagaretur; ſe autem inuenire non potuit, nec omnino inueniretur, niſi paſtoris miſericordia quæreretur; neque ille filius ad ouem non pertinet, qui reuerſus in ſemetipſum dixit, Surgam, & ibo ad patrem meum, & occulta etiam vocatione vocatus eſt.* Videndus eſt Fulgentius *in epiſt.* 7. *ad Venantiam, de pænitentia*: eſt autem in his verbis metaphora ſumpta ab iis, qui peregiè profecti relicto aliquo, cuius amore detinebantur, turpiſſimo amore adhæſerunt, ſicut videre eſt in prodigo, qui relicto patre per extremam luxuriam ad porcos conuerſus eſt, ſed reuerſus antequam ad patrem perueniret, [c] iam patrem domo egreſſum lætabundum in oſcula, & in amplexus ruentem inuenit, ſicut notauit Cyprian. *in ſerm. de vnctione chriſmatis.* & Hieron. *epiſt.* 146. *ad Damaſum.* Vrgentur enim, ſicut ait Chryſoſt. ſerm. 2. de duobus filiis, *Vrgentur*, inquam, *paterna viſcera iterum filium genitura per veniam.* Videndus eſt Auguſt. ſuper illis verbis Pſal. 144. *Miſericors, & miſerator dominus; Miſericors*, inquit Dominus, *in iis, quibus veniam dedit; in iis quibus non dedit, adhuc longaminis; non damnans, ſed expectans, & ipſa expectatione clamans, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: diſtribuit tempora, vocat te nunc, hortatur te nunc, ſpectat te nunc, donec reſipiſcas, & tu tardas, ſpes, & deſperatio timenda eſt in peccato; deſperant enim quidam, vt peccent, ſperant vt peccent; vtrunque periculoſum eſt; quare potiùs cum Propheta ad Deum per pænitentiam conuertamur, ne immoderata ſpe pereamus.* Vtrunque igitur prædicitur hoc in loco, & libertas noſtri arbitrij, & præueniens libertatem [d] gratia Dei, ſicut elegantiſſimè etiam dicit Hieron. *in cap.* 1. *Aggæi* illis verbis,

Chryſoſt.
[a] *Medicina mali ab ipſo malo.*
Ioel. 2.
[b] *Pænitentiæ præmium.*
Pſal. 77.
Auguſt.
Fulgent.
[c] *Præoccupat diuina pietas pænitentem.*
Cyprian.
Hieron.
Chryſoſt.
Pſal. 144.
Auguſt.
[d] *Gratia præueniens & libertas arbitrij.*
Aggæi 1.

verbis, *ſuper vos prohibiti ſunt cæli, ne darent rorem*. *Ego*, inquit Hieron. *arbitror hunc eſſe rorem, de quo Iſaac in benedictione dixit, Detur tibi de rore cæli, & de pinguedine terræ, quo retento terra non profert germen ſuum*: vtrunque enim neceſſarium eſt in peccatoris conuerſione, & libertas arbitrij, & auxilium diuinum.

Text. Et dixiſtis: In quo reuertemur?

§. II.

Secunda admonitio: Ne minus reuereantur homines Deum, quàm iudicem quempiam.

70. Hieronym. Hieronymus ſic habet ad hunc locum, *non intelligentes Iudæos ſe à Deo receſſiſſe, non ſeruando præcepta diuina, neque ſoluendo decimas, & primitias, quærunt ipſi, In quo reuertemur? hoc enim idem eſt, ac ſi dicerent, Quando receſſimus à te, vt redire cogamur?* negare enim videntur impudenter, id quod planiſſimum erat; vel fortaſſis quærunt, quo pacto receſſerint à Deo, hi enim qui per conſuetudinem peccandi, ex diuturnitate, & aſſuetudine [e] peccandi, ſæpius ſe non peccare exiſtimant.

[e] *Aſſuetudo peccandi peccatum non ſentit.*

Text. Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? & dixiſtis: In quo configimus te? In decimis & primitiis.

71. Varia eſt lectio huius loci, propter æquiuocationem verbi Hebræi, quod ambiguum eſt, & ſignificat *ſupplantare, rapere, vi capere, fraudare, deprædari*. Vnde LXX. Interp. ad hunc locum ſic potiùs habent; *Si ſupplantat homo Deum, quia vos ſupplantaſtis me*. Clariùs Hebraiſmum explicat Brixian. cum dixit, *Nunquid vim faciet homo iudicibus, & ſi iudicibus vis non infertur, cur mihi infertur? vos enim non audetis offendere iudicem terrenum*, [f] *& parui penditis offendere vniuerſorum Dominum*. Cui ſuffragatur Paraph. Chald. quæ habet, *An irritat quiſquam iudicem, quia vos irritaſtis me?* In quam ſententiam mihi valde placet id, quod paulò ſuprà notauit Benedict. Arias Montan. pro eo enim, quod in vulgata dictum fuerat, *Receſſiſtis à legitimis meis*, addidit ille nomen Hebræum, quod legitimum, id eſt præceptum ſignificat, non ſolùm præceptum ſignificare, ſed etiam *tributum & ius, quod æquum eſt, quod aliquis accipiat ratione ſcripturæ, vel conſuetudinis*, ſicut dicitur Geneſ. 49. *tantùm terram ſacerdotum non emit*, quia, vt ſonat verbum Hebræum, pars ſtatuta erat, ſeu, cibus ſtatutus erat ſacerdotibus, & comedebant portionem ſuam, Luſitanè dicimus, *foros*. Vis igitur Deo infertur cum decimæ ei non redduntur debitæ & lege naturæ, & lege diuina, & longa conſuetudine. Vnde congruit optimè noſtra lectio vulgata cum veritate Hebræa; eſt enim *affigere*, vel, configere, vehementer lædere, ac proinde in his verbis metaphora eſt ſumpta ab iis, qui iaculo aliquem transfigunt: tunc talis eſt ſenſus, Quando mihi decimas non redditis, & primitias, non aliter me offenditis, [g] quàm ſi telo aliquo mortali transfigatis; quæ enim ſacerdotibus denegantur, Deo denegari dicuntur, quod ſatis conſuetum eſt in Scriptura, vt patet ex eo loco *in Actib. Apoſt.* cum Chriſtus dixit Paulo, *Cur me perſequeris?* offenditur enim Deus in ſuis. Totum hunc locum elegantiſſimè explicat ad literam Pagnin. *in theſauro*, ex ſententia Rabbinorum. Pagnin.

LXX. Interp. — Brixian. — Par. Chald. — Arias Mont. — Gen. 49.

[f] *Verecundior homo in hominē, quàm in Deum.*

[g] *Negatio decimarum quantum Deum offendat.*

Text. Et in penuria vos maledicti eſtis, & me configitis gens tota.

§. III.

Suadet tertiò ipſa miſeria peccato annexa, ad pœnitentiam confugere.

Hebraicè potiùs habetur, *In maledictione vos maledicti eſtis*, eſt enim penuria rerum idem quod maledictio diuina. Vnde ſatis nobis placuit id, quod ex recentioribus quidam dixit, nomen, *maledictionem*, habere particulam emphaticam, & propterea eſſe in his verbis alluſionem ad eam maledictionem, quæ habetur Deut. 24. *Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro.* Sicut enim benedictio diuina non eſt aliud, quàm rerum omnimoda abundantia, ita maledictio eſt earundem penuria, ſicut notauit D. Hilarius Pſalm. 144. *Aperis manum tuam, & imples omne animal benedictione. Vitæ ſubſidia*, inquit Hilar. *nobis ab ipſo ſunt, cum ex virtutis ſuæ fonte, copia in nos eorum, quæ ſibi beneplacita ſunt, exuberat:* eſt enim magna ſocietas inter cælum, [h] & terram in generandis iis, quæ bona noſtra dicuntur, ſicut eleganter dixit Plinius lib. 1. natur. hiſtor. *è cælo decidunt ſemina rerum omnium*: & in hanc ſententiam pulchrè D. Auguſt. *lib. 4. de Ciuit.* Connubium dicit eſſe inter cælum & terram ad producenda ea bona, & ſic interpretatur illud Poëtæ: 72.

Deut. 24. — Hilar. Pſal. 44. — Plinius. — Auguſt. — Virgil.

[h] *Non ſolutæ decimæ tollit coniugiū inter cælum, & terram.*

Tunc Pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ deſcendit.

Id eſt in gremium telluris; tanta enim eſt coniunctio inter cælum, & terram, vt niſi Deus ſua benedictione terram fœcundet, omnia deficiant: id quod voluit & Philoſophus in meteoris cum dixit, *Oportet vt mundus hic inferior ſupernis ſubiectus ſit lationibus, vt inde vniuerſa vis eius regatur*. Contrahente igitur Deo manum, ſumma erit penuria rerum. Ariſtot.

Eſt autem illa particula, *&*, in illis verbis *& vos configitis me gens tota*, emphatica, & rationalis, ad hunc modum, Summa erit penuria, quia vos mihi annuos redditus, primitias, & decimas negatis, in quo me vehementer vulneratis à minimo de plebe, vſque ad ſummum. Habetur autem hæc penuria *lib. 2. Eſdr. cap. 5.* quo in loco ad eam paupertatem deueniſſe Iudæos dicitur, vt in proprium ſubſidium filios venderent. Eſt autem hoc antiquiſſimum [i] ſupplicium, vt qui Deo decimas debitas non ſoluunt, penuria conſumantur. Qui locus maximè notandus eſt in hanc ſententiam. 73.

2. Eſdr. 5.

[i] *Pœna debita non ſolenti decimas.*

***

Text. Inferte omnem decimam in horreum, & ſit cibus in domo mea,& probate me ſuper hoc,dicit Dominus.

§. IV.

Quarta monitio,ex abundantiſſimo fructu beneficiorum Dei, quem ſub iuramento Deus pœnitentibus ſpondet.

74. Hieron. EST hoc frequentiſſimum in ſacra Scriptura, vt notauit Hieronym.*ſuper Amos cap.5.*ſemper aduerſis læta ſubiacere, & poſtquam Deus triſtitiam comminatus eſt & famem, ad eos loquitur meliora promittens: qualis eſt ille locus
Amos.5. apud Amos,5.*Virgo Iſrael cecidit,non adiiciat, vt reſurgat:* eiſdem dixit, *Domus Iſrael quærite, & viuetis:* & apud noſtrum Malachiam, quibus dixit,*in penuria maledicti eſtis*,eiſdem dixit, *inferte decimam, & probate me.* Conſulenda eſt ea do-
D.Thom. ctrina D.Thomæ in hanc ſententiam, quæ habetur 2.2.*quæſt.97.art. 2.in ſol. ad 1.*quo in loco ex occaſione horum verborum aſſerit, Hebræos ſoluendo decimas non tentaſſe Deum;quod enim diuinum oraculum dixit,*& probate me, non eſt intelligendum cauſaliter,ſed conſecutiuè,quia ſcilicet, ſi decimas ſoluerent, experimento probaturi erant*
[l] Probant diuina beneficia ſoluentes decimas. [l] *beneficia diuina:* eſt enim probare Deum, ſeu tentare Deum, grauiſſimum ſcelus, quia nullus experimentum ſumet de eo, de cuius virtute, & veritate certus ſit;vnde velle probare,ſeu experiri diuinam virtutem, & perfectionem, eſt de ea dubitare, quod iniquiſſimum eſt. Vnde con-
Hieronym. gruenter Hieronym. totum locum ſic explicat, *hortor vos, vt inferatis decimas in horreum templi, & habeant ſacerdotes, & leuitæ, qui miniſtrant, cibos; tunc experimento cognoſcetis, quanta beneficia conferre ſoleam in eos, qui fraudare non ſolent ſacerdotes ſua mercede.* Eſt autem hîc obiter notandum ea,quæ pauperibus dantur,ad miſericordiam pertinere,& vocari eleemoſynam;ea autem, quæ ſacerdotibus, & miniſtris altaris, vocantur
[m] Quæ ſacerdotibus debentur honoraria ſunt. [m] honor,ſiue merces honoraria, & pertinent ad iuſtitiam, vt lariſſimè proſequitur Paulus 1.*Ti-*
1.Timoth 1. *moth.5.*maximè illis verbis, *qui bene præſunt preſbyteri,duplici honore digni ſunt*, id eſt, cumulata quadam mercede:quod ſi tanta cura Deo fuit eorum ſacerdotum,qui nudum miniſterium habuerunt in lege,& figuræ tantùm erant noſtri ſacerdotij,vt propter eos Hebræi extremam paterentur penuriam, qualis erit in alendis ſacerdotibus Chriſti, qui verum eius corpus offerre ſolent Deo?

Text. Si non aperuero cataractas cæli.

75. FOrmula iurandi eſt frequentiſſima ſacra Scriptura,ſecundùm quam imperfecta eſt oratio,
Pſal.131. qualis eſt illa in Pſalm. 131. *Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectulum ſtrati*
[n] Forma iuramenti diuini. mei, ſubintelligendum eſt,*moriar*, [n] *antequam ingrediar limen domus meæ*, præſertimque quando aliquid tribuitur Deo, quod non decet maieſtatem eius,& gloriam; qualis plane indecentia eſſet in hoc loco, ſi tota forma iuramenti exprimeretur: ſic enim velle videtur diuinum oraculum,*Si non præſtitero quod promitto,non ſim Deus*, vel ſaltem,*habear mendax*; eſt enim conſuetum in ſacra Scriptura ea,quæ dedecent diuinam maieſtatem tacere, qualis eſt ille locus Iob cap. 2. Iob.2.
Benedic Deo,& morere:Græci habent, *dic verbum contra Deum:*& cap.1.*ſacrificabat Iob quotidie, ne* & 1.
forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in corde ſuo,quod Græci dixerunt, *ne forte mala cogitauerint in corde ſuo contra Deum:* honeſtiori voce dixit Vulgatus interpres, *& benedixerint Deo in corde ſuo.*

Vt autem meliùs intelligatur totus hic locus, 76.
ſciendum eſt,*cataractam*, [o] quod nomen origine [o] Cataracta quid.
Græcum eſt, variè interpretari: nanque Origen. Origen.
*ſuper Geneſ.*quem refert Euſeb. Cæſar. *de præparatione Euangelica lib.6. cap. 9.* & Petrus Aliac. Petr.Aliac.
Preſbyter Cardinalis, *in quæſtionibus in Geneſ.* aſſerunt, cataractas cœli eſſe conſtellationes inundationum productrices. Idem habet *in lib. de ſect.& legib. & in lib.de Aſtrologia, & Theologiæ*
concordia: cui ſuffragatur Guillelm. Pariſienſ. *in* Guill.Par.
1. *parte ſui operis de vniuerſo:*& Entich. Eclinus Entic.Ecl.
Magni Alberti diſcipulus,in Commentariis quos edidit in magnas Albumazaris coniunctiones, quo in loco aſſerit, præceſſiſſe ſtellarum, & planetarum coniunctionem vniuerſam inundationem temporibus Noe, quam vocant *cataractam.*
Hanc ſententiam eleganter impugnauit Auguſt. Auguſt.
5.*de ciuit. cap.* 1. & Procop. *ſuper* 1. *cap. Geneſ.* Procop.
noſtriſque temporibus Hieronym. Harmelin. Harmelin. Sixtus Sen.
Dominican.quem refert Sixtus Senenſ.*in Bibliotheca lib.5.annot.15.& 81.& lib.6.annot.*10. quorum ſententiam in eo reprehendit D. Auguſtin. quòd exiſtimauerit ex conſtellatione poſſe nos cognoſcere futura:non eſt tamen negandum, eas cœli partes,quæ vapores attrahunt, & in pluuias reſoluunt, qualia ſunt de ſtellis ſigna aquatica, cancer,piſces,cataractas metaphoricè vocari; eſt enim in his verbis metaphora ſita, nanque cataracta,vt boni autores notarunt, [p] pendulæ portæ [p] Cataracta, pendula porta.
ſunt,quæ dimitti,aut tolli poſſunt per funes, aut catenas,ſeu feneſtræ ad eum modum constructæ:
Liuius dicit,*pendulas, & recidentes portas cataractas*,ex eo dictæ, quia ex alto decidunt non ſine Liuius.
ſtrepitu,vnde ſæpius accipiuntur pro portis illis, quæ venientem fluuium detinent, quæ vbi apertæ fuerint,non ſine ſtrepitu defluit aqua,quæ detenta fuerat. Metaphora igitur in his verbis eſt ſumpta ab iis portis,quæ aquam detinere ſolent, quæ metaphora conſueta eſt in Scriptura. Vnde falsò exiſtimarunt Iudæi tempore diluuij apertas fuiſſe aliquas partes cœli, per quas defluerent aquę,quæ erant in cœlis: quæ ſententia falſa eſt, cum locus potiùs metaphoricus ſit.

Text. Et effudero vobis benedictionem vſque ad abundantiam.

VErbum, *effunde*, non ſolùm ſignificat vim 77.
pluuiæ, ſed rerum largitatem, quæ cum pluuia,& terra oriuntur, atque ita pollicetur hic locus ſummam vbertatem, quod ſatis exprimit
Par.Chald.quæ ſic habet:*& deſcendere fecero vo-* Par Chald.
bis bonum,ita vt dicatis, Sat eſt, Hebraicè, *vſque* Hebraicè.
ad non ſufficiens,vel,*vſque ad abſque ſufficit*,id eſt, vt non ſufficiant vaſa ad recipiendos terræ fructus,vt exponunt Rabbi Ioſeph,& Rabbi Abrah. Rab. Ioſeph
vt non ſolum ſit ſufficientia, ſed plus. Sicut enim Rab. Abrah.
impietas

impietas in Deom cauſa ſolet eſſe peſtis, famis, & cæterorum malorum quæ patimur, ſicut dixit Hierem. 3. *quamobrem prohibita ſunt ſtella pluuiarum, & ſerotinus imber non fuit*; ſic pietas & religio horum etiam bonorum fons eſt, ſicut eleganter dixit D. Auguſtin. & Paul. 1. *Timoth.* 4. ſic enim habet de pietate: *Pietas* [q] *autem ad omnia vtilis eſt, promiſſionem habens vita, qua nunc eſt & futura*, vtraque enim bona, inquit Paulos, præſtare poteſt pietas, & quæ huius ſæculi ſunt, & quæ in cœlo habentur. Videndus eſt Auguſtin. *lib. contra Adimantium, cap.* 8. & Proſper. *lib.* 1. *de promiſſionib.* 1. *part. cap.* 22. vbi oſtendit veritatem illius dicti Euangelici, *centum pro vno accipietis*. Nicephor. etiam narrat elegantiſſimè in hanc ſententiam *lib.* 13. *hiſtor. Eccleſ.* Theodoſium Imperatorem iamiam moriturum Arcadio, & Honorio filiis ſuis in teſtamento nihil aliud reliquiſſe, quàm vt veram pietatem colerent, & ſeruarent, inde enim pendent omnia bona. Similia habentur, *Exod.* 2. *Leuit.* 26. *Deut.* 7. & denique *Matth.* 6 ſic habetur. *quærite primum regnum Dei, & omnia adiicientur vobis.*

Hierem. 3. August. 1. Tim. 4. [q] *Pietas ad omnia vtilis.* Auguſt. Proſperus. Matth. 19. Nicephor. Matth. 6.

Text. Et increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ veſtræ, nec erit ſterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum.

§. V.

Quinta monitio, ex protectione Dei contra incurſus aduerſos.

78. Pſal. 105. PRoſopopœia eſt in his verbis, qualis eſt illa in Pſalm. 105. verſ. *& increpauit mare rubrum, & exſiccatum eſt*: eſt autem hæc figura frequentiſſima apud ſacros vates, & apud profanos etiam poetas, cum ſenſum audiendi, vel loquendi inanimatis etiam rebus accommodamus, qualis eſt illa apud Poetam.

Virgilius.

Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri?

Loquebatur autem cum ventis. Quoniam igitur fieri poterat vt omnia propter cœli clementiam, læta & iucunda naſcerentur irrigantibus pluuiis agros, verùm locuſta, aut bruchus natam iam ſegetem deſtrueret; propterea addidit, *Increpabo pro vobis*, ſeu, *vobis deuorantem*, id eſt, omnes peſtes & pernicies agri increpando abigam: pleraque enim mala patiuntur ſegetes vſque ad meſſem, vnde veteres ſingulis earum ætatibus ſingulos [r] deos præpoſuerunt, vt conſtat ex eo carmine Poetæ Georgic. 1.

[r] *Plura numina circa ſeminū fructus apud veteres.* Idem. Auguſt.

Dij, Deaque omnes, ſtudium quibus arua colendi.

Neque enim vnius dei numen ſufficere in agro exiſtimarunt, ſicut eleganter notauit Auguſtin. lib. 4. de ciuit. cap. 8. *Neque ſaltem*, inquit ille, *potuerunt inuenire vnam ſegetiam Deoſa, cui ſemel ſegetes commendarent, ſed ſata frumenta quandiu ſub terra eſſent præpoſitam habere voluerunt deam Seam; cùm vero iam eſſent ſuper terram, ſegetemque facerent, deam ſegetiam.* Sic ſimiliter de aliis ſtatibus ſegetum: qua de re videndus eſt etiam Plinius *lib.* 18. *natur. hiſtor.* idque merito propterea pericula, quæ patiuntur ſegetes quoaduſque in horreum deferantur. Verùm pro omnibus diis antiquorum ſufficit vna [s] prouidentia Dei, *Ego*, inquit igitur oraculum diuinum, *increpabo*, id eſt, abigam à veſtris ſegetibus omnia quæ nocere poſſunt, vt ſumma ſit rerum omnium vbertas, neque agrorum peſtes, & pernicies veſtris ſegetibus nocebunt; has enim appellat Propheta, *deuorantem*, de quibus Ioel *in cap.* 1. quæ ſibi mutuò ſuccedentes omnes agrorum fructus funditus perdunt, neque ſolùm frumenti maxima erit copia, verùm etiam aliarum omnium rerum, id quod raro euenire ſolet.

Plinius. [s] *Pro quibus vna, in verſare, ſufficit Dei cura.*

Text. Et beatos vos dicent omnes gentes.

§. VI.

Sexta monitio, quòd pœnitentes tot bonis affluent, vt beati reputentur ab exteris.

NOtare videtur diuinum oraculum, miſeram hominum conditionem, qui ſolam, vel certè præcipuam felicitatem, exiſtimant eſſe in rebus humanis, quorum ſententiam emendauit Menand. aſſerens, non eſſe eam veram felicitatem; 79.

Menander.

Diues ab omnibus, beatus à nemine dicor:
Beatus qui diuitias, & ſapientiam poſſidet.

Pſal. 143. Multo melius regius vates *Pſalm.* 143. poſtquam enim abundantiam rerum omnium annumerauit es ſententia eorum, qui terrenis rebus addicti ſunt, ſic habet: *Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt*, ego autem dico, *Beatus cuius Dominus Deus eius*. In quam ſententiam videndus eſt Auguſtin. *ſerm.* 35. *de verbis Domini, ſuper Lucam*, vbi latiſſimè proſequitur eandem ſententiam; ſic enim habet: *Libera me Domine de manu filiorum alienarum, quorum os locutum eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: filij alieni*, inquit Aug. *ſunt qui non pertinent ad ſemen Abraha, id eſt, viri ethnici vanitatem dixerunt cum aſſerunt ſolos diuites eſſe beatos.* Quorum ſententiam reprehendit Auguſtin. hoc exemplo, *Tranſimus viam, & videmus amœniſſimos, & vberes fundos, & dicimus, Cuius eſt ille fundus? dicitur verò, Illius: nos reſpondemus, Beatus homo; vanitatem loquimur, cùm dicimus, Beatus cuius eſt illa domus, Beatus cuius eſt ille fundus, Beatus cuius eſt illud pecus; tolle vanitatem, ſi vis audire veritatem;* [t] *non enim beatus ille eſt, cuius fundus eſt, ſed ille cuius eſt Deus: ſi enim propterea te beatum facit fundus, quia inde viuis, attende vnde viuas; ille eſt vnde viuis, cui dicis, Apud te eſt fons vitæ:* ô *Domine*, exclamat Auguſt. *vt veniamus ad te, fac nos beatos de te, nolumus de terrenis, & vaniſſimis; fac nos beatos de te, quia non perdimus te cùm tenuerimus, nec te perdimus, nec nos perimus, nec iraſcitur ſi dixerimus de Deo, fundus noſter eſt, quia ipſe vates dixit in Pſalm.* 15. *Dominus pars hereditatis mea.*

Auguſt. Idem. [t] *ô fallax hominum iudicium.* Pſalm. 15.

Similia habet idem Auguſtin. *comm Pſal.* 143. *& ſerm.* 5. *de verbis Domini. & Pſalm.* 72. *&* 51. in his verbis, *Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum.* & *Pſalm.* 61. *& lib. contra Adimant, cap.* 20. vbi affert exemplum diuitis auari, qui ſe beatum putauit propter anni vbertatem; non eſt enim cur in bonis huius ſæculi ſpem ponamus, quæ aliena eſſe facilè deprehendemus, ſicut notauit Chryſoſtom. *hom.* 2. *ad popul.* Quo in loco eos irridet, qui ſuis teſtamentis ſcriptum relinquunt, *ille habet dominium agri mei, ille verò vſum* 80.

Pſalm. 51. Idem. Chryſoſt.

Digitized by Google

Philo.

vſum fructus, id eſt, ad tempus. Cui ſuffragatur Philo Iudæus *lib. de Cherub* vbi oſtendit, ius poſſeſſionis, ſiue dominium rerum propriè Deo competere, vſum verò hominibus; vnde mirandum eſt, ſi beatum dixeris eum hominem, [a] quem bona aliena beatum reddunt. Sequendum potius eſt conſilium Auguſt. *tract. 40. in Ioan.* vbi ſic habet. *vtere nummo, quemmadmodum viator in ſtabulo vtitur menſa, calceo, vrceo, dimiſſurus, non permanſurus; ſtabulum enim eſt hæc vita:* quare nec eius bona beatum aliquem reddere poſſunt.

[a] *Beatus in ſæculo alienus fit, & dicitur bonus.*

81\. Non eſt tamen putandum diuitias omnino malas eſſe, quem errorem rettactare coactus eſt Pelagius, vt docet Auguſt. *epiſt. 89. ad Hilar. quæſt. 4. & epiſt. 16. ad Bonifacium, & lib. de peccato original. contra Pelag. cap.* 11. Epiphan. *hæreſ. Apoſtolicor.* quæ hæreſis damnata eſt in Concilio Gangrenſi. *Si diuitias fallaces ſpinas appellaueris, quæ bonum ſemen verbi Dei ſuffocare ſolent, nemo contradicet dicenti; verùm appellare diuitias per ſe malas, anathema, præſertim eas, quas à Deo habemus.* In quam ſententiam elegantiſſimus eſt ille locus Geneſ. in quo reuerſus Iacob ad patriam, bonorum ſuorum conſeruationem à Deo poſtulare videtur, non alia ratione, quàm quia bona, quæ habebat, à Deo habebat; quæ enim Deus dedit bona, eadem conſeruare tenetur; cuius hæc oratio eſt, *In baculo meo Domine tranſiui Iordanem, & nunc cum duabus turmis regredior, erue me de manu fratris mei Eſau:* quaſi velit, Solus cum ſolo hoc baculo, neque enim aliud quidpiam in Meſopotamiam tranſtuli, propterea quæcunque habeo, tu dediſti, quare tuum eſt ea, quæ dediſti, conſeruare bona. Similis videtur ille locus Pſal. 4. *Scitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum,* Hebraicè ſic habetur, *Scitote quoniam ſelegit ſibi in regem Deus Dauidem beneficum ſuum,* ſeu, *beneficiarium ſuum,* quare perpetuum erit regnum Dauidis, quoniam Deus, quod regnum dedit, conſeruare ſolet. [b] Eſt igitur, vt ad rem redeamus, hæc oratio carnalium qui ſolam felicitatem ponunt in bonis huius ſæculi, ſolóſque eos beatos putant, quos diuites eſſe vident; vnde congruenter ſequitur

Auguſt. Epiphan. Conc. Gan. Pſal. 4.

[b] *Senſus loci.*

Text. Eritis enim vos terra deſiderabilis, dicit Dominus exercituum.

82\. NOtauit hîc quidam ex recentioribus eleganter modum loquendi Prophetæ, qui non dixit, *erit terra veſtra deſiderabilis,* ſed potiùs, *eritis terra deſiderabilis:* quibus verbis accuſare videtur Propheta Iudæos, qui nihil vnquam niſi terrenum optauerint, ſemperque appetant ea, quæ bona ſæculi dicuntur tantùm. Senſus igitur horum verborum talis eſt, Optabont multi participes fieri tantæ fertilitatis, & ex eadem veſtra terra eſſe, cùm ea omnibus modis à Deo protegatur, & maximis beneficiis cumuletur. Eſtque totus hic locus ad commendandos miniſtros altaris, congruum eſt enim vt qui bona nobis ſpiritualia communicant, eiſdem nos communicemus & noſtra bona, ſicut velle videtur Paulus 1. Timot. 5. *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt:* quem locum, vt omittamus Hebraiſmum, eleganter explicat Auguſt. *lib. de paſtore, cap. 2,* aſſerens, nunquam nos poſſe parem gratiam reddere iis, qui doctrinam Euangelicam nos docent, id enim ſignificaſſe videtur Paul. per duplicem honorem: *Accipient,* inquit Auguſt. *Paſtores neceſſitatis ſuæ ſuſtentationem à populo,* [a] *mercedem verò diſpenſationis à Domino,* quaſi velit, poſſe nos neceſſitatem ſacerdotum noſtris opibus ſubleuare, verùm debitam, dignámque mercedem non poſſe reddere. Similia ex Auguſtino deſumpſiſſe videtur Beda. *Non eſt idoneus populus,* inquit, *reddere mercedem ſacerdotibus, cælum poteſt.* Rerum igitur abundantiam iis pollicetur diuinum Oraculum hoc in loco, qui mercede ſua quantum potuerint, miniſtros altaris non fraudauerint.

1\. Timot. 5. Auguſt.

[a] *Bonus paſtor mercedẽ vitæ à populo, præmiũ verò à Deo expectat.*

Beda.

TRACTATVS XVIII.

De blaſphemia negantium diuinam prouidentiam, ſuper illis verbis Textus:

Inualuerunt ſuper me verba veſtra, dicit Dominus. Et dixiſtis: Quid locuti ſumus contra te? dixiſtis, Vanus eſt, qui ſeruit Deo: & quod emolumentum quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituum? ergo nunc beatos dicimus arrogantes: ſiquidem ædificati ſunt facientes impietatem, & tentauerunt Deum, & ſalui facti ſunt.

§. I.

Peiùs errauerunt Iudæi circa diuinam prouidentiam, quàm gentes inualeſcentes in ſuam perditionem.

Text. Inualuerunt ſuper me verba veſtra.

SI petas, quo pacto coniungantur hæc verba cum antecedentibus, non tam facilè nexum inuenies; verùm, vt bene notauit D. Hieron. *non cohærent hæc verba cum paulò ſuprà antecedentibus;* ſed potiùs grauiſſimum argumentum de diuina [a] prouidentia, in quam errabant Iudæi, & de qua Propheta egerat *in cap. 2. ad finem,* iterum inculcat: poſtquam enim oſtendit impietatem, & violatam religionem, profanas etiam nuptias, neque decimas fuiſſe ſolutas, redit iterum ad oſtendendum horum malorum fontem eſſe impium errorem, quem de diuina prouidentia circa res hominum conceperant, qui vt omnium mentes occupauerit, continuò omnia mala ſequuntur. Ad pernicioſiſſimum igitur hunc errorem expellendum radicitus, iterum conuertitur diuinum Oraculum. Eſt autem hæc phraſis frequentiſſima in ſacra Scriptura ad ſignificandam continuationem, & [b] perſeuerantiam in peccato, ſicut docet D. Hieron. *com. in 1. cap. Ionæ,* ſuper illis verbis, *quia aſcendit malitia eius coram me;* eſt enim eadem 83.

Hieron.

[a] *Redit hîc ſermo de diuina prouidentia ſupra cap. 2. ad finem.*

[b] *Perſeuerantia in peccato clamat ad cælum.*

Idem. Ionæ 1.

Gen. 18. Lucæ 23. [e] *Senſus loci.*

eadem fermè locutio, ſicut & ea, quæ habetur Gen. 18. *Clamor Sodomæ, & Gomorrhæ multiplicatus eſt:* hoc enim ſonat verbum Hebræum, pro quo vulgata reddit, *Inualuerunt*, multiplicatis enim vocibus, & iteratis clamoribus inualeſcunt verba, ſicut Lucas dixit *cap.* 23. de Iudæis tempore paſſionis, *Inualeſcebant voces eorum*, id eſt, repetebantur. Talis igitur poteſt eſſe ſenſus huius loci, Audiſtis iam ea verba, *laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris, & dixiſtis: In quo eum fecimus laborare? In eo, quod dicitis, Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Domini, & tales ei placent, aut certè vbi eſt Deus iudicij?* [e] neque verò ceſſatis à veſtra impietate, ſed potiùs adhuc in eadem hæreſi perſeueratis, iterum, atque iterum repetentes eandem blaſphemiam contra diuinam prouidentiam.

Text. Dixiſtis, Vanus eſt qui ſeruit Deo, & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius?

84. Multò grauior eſt hic Iudæorum error, quàm cæterorum Philoſophorum, qui diuinam prouidentiam negarunt. Philoſophi nanque ad amplificandam diuinam maieſtatem exiſtimarunt Deum nullo modo curare hæc inferiora, quæ ſub luna ſunt, [d] quaſi vilia, & ſordida; ſicut neque Reges curam habent minimarum rerum in ſuo regno. ita Canit. Lucretius *in lib. de rerum natura*, qui pariter cum Epicuro notauit, ſummam eſſe Dei felicitatem non curare res hominum; quem errorem ex eo fundamento induxit Democritus, vt refert Lactant. Firmian. *lib.* 1. *de vera religione*, *cap.* 2. & Euſeb. *lib.* 14. *de præparat. cap.* 1. itémque *lib.* 6. Chryſoſtomus *homil.* 4. *in primam Corinth.* eiuſdémque erroris fuiſſe Ariſtot. 12. *Metaphyſ.* putauit Niſſen. *lib.* 8. *de Prouident. cap.* 4. & Euſeb. *lib.* 13. *de præparat. Euang. cap.* 7. & Rabbi Moyſ. *lib. perplex. cap.* 139. Qui error, quanuis grauiſſimus ſit, & falſo nitatur fundamento, inductus tamen eſt ad amplificandam diuinam maieſtatem: verùm aſſerere Deum prouiſorem non eſſe, neque res hominum cum iudicio, & ratione diſpenſare, grauiſſimum eſt ſcelus, præſertim ſi fiat ab eis, in quos plura, & maiora beneficia collata ſunt, quales erant Iudæi.

[d] *Vnde Philoſophi negabant diuinã prouidentiã.* Lucret. Epicur. Lactant. Euſebius. Chryſoſt. Rab. Moyſ.

85. Occaſio igitur huius ampliſſimæ hæreſis [e] Hebræorum ortum habuit, quòd viderent finitimos ſuos Ethnicos, & idololatras rebus omnibus abundare, ſe autem, id eſt, Dei cultores, & qui veram, & germanam pietatem ſequebantur, penuria laborare, & tandem fame confici, quorum impietatem videtur notare Chryſoſt. *hom.* 4. *ad populum*, elegantiſſima ſimilitudine, qua pietatem radicem, & fontem appellat omnium bonorum, etiam huius ſæculi: *Sicut*, inquit, *in arboribus accidit, vt ſi quis fructum cum foliis auferat, & ramos omnes amputet, radice manente tota cum maiori etiam ornatu arbor reſurgit; ſic ſi in Iudæis pietas radix maneret, quanuis ſumma eſſet inopia, & extrema mala paterentur, omnia rurſus cum maiori fœnore redirent. Verùm quoniam*, vt inquit Hieron. elegantiſſimè, *in præſenti ſæculo* [f] *mercedem exigunt pro Dei ſeruitute, ideo non recipiunt*; ſeu potiùs, quia falſa, & adumbrata eorum erat religio, & pietas, neque cæleſtia bona, neque vera huius ſæculi poſſidebunt. Poſtulabat hic locus, vt aliqua diceremus de diuina prouidentia in malis, quæ patiuntur ſacratiſſimi homines, verùm hoc conſultò omiſimus, quia ea de re multa diximus in eo verſ. *Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam*: multa enim in Pſalm. 109. verſu, *De torrente in via bibet*: aliqua etiam in hoc vate paulò ſupra.

[e] *Occaſio ſimilis erroris in Iudæis.* Chryſoſt. Hieron. [f] *Qui mercedem pietatis hic exigunt, ideo non recipiunt.*

Text. Et quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituum.

§. II.

Ea eſt hypocritæ fatuitas, vt ipſum Deum fallere nitatur.

86. Duplicem ſenſum poſſunt habere hæc verba; [g] primum, vt referantur ad veterem Iudæorum morem, ſecundùm quem ſola externa ſanctitate contenti ſunt, ſicut hypocritæ triſtes, de quibus eſt illud prouerbium Nazianz. orat. 1. pag. 89. [h] *Zona tenus philoſophari*: ad quem locum Elias Cret. pulcherrimè notauit illud Euangelij, *dilatant fimbrias ſuas, vt cæleſtes habeantur, & videantur*; ſolebant enim fortaſſis Pharisæi fimbrias cærulei coloris in ſuis veſtibus geſtare, vt ſic magis cæleſtes haberentur: de quibus ſunt ea carmina Nazianzeni:

[g] *Prior ſenſus.* Nazianz. [h] *Prouerbiũ de hypocritis.* Cretenſ. Nazianz.

Malles cum recto ſtudeas vitioſus haberi,
Quàm vitio indulgens iuſti clareſcere fama,
Mendáxque ignaris mortalibus eſſe ſepulchrum,
Quod licèt internè fœtentia corpora claudat,
Calce tamen nitet externa, gratóque colore.

Eandem in ſententiam videndus eſt elegantiſſimus locus apud Lactant. *lib.* 5. *de iuſtit. cap.* 12. ſolent enim hypocritæ alienis [i] veſtibus indui, ſicut notauit D. Auguſt. *ſerm.* 23. *de verbis Domini*, ad illa verba Matth. 25. *Date nobis de oleo veſtro: Hoc quærebant*, inquit Auguſt. *quod conſueuerant alieno lucere*; ſicut ſolita eſt hypocriſis, vt eleganter notauit Iuuenal. *Satyr.* 14. cum inquit,

Lactant. [i] *Hypocritæ alienis ſemper vtuntur.* Auguſt. Matth. 25. Iuuenalis.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis, & vmbra,
Cum ſit triſte habitu, vultúque & voce ſeuerum.

87. Tales videtur deſcribere Hebræos hoc in loco diuinum Oraculum, ſub habitu pænitentiæ triſtes, ieiunio & cilicio externo tamen, ſanctitatem oſtentantes; quódque magis mirandum eſt, id ſe docent feciſſe in conſpectu Domini, [l] ferendum enim eſſet, ſi homines tantùm fallere vellet hoc vitium, quanuis hoc etiam intolerabile putauit Cicero *lib.* 1. *de officiis*, cum dixit, *totius iniuſtitiæ nulla capitalior eſt, quàm eorum, qui tunc cum maximè fallunt, id agunt, vt viri boni eſſe videantur.* Similia docet Plato in 2. dialog. de legibus: *extrema iniuſtitia eſt iuſtum videri eum, qui non ſit.* Conſulit optimè Niſſenus *homil.* 8. *in Cantic.* vbi diſputat egregiè de cuſtodia virtutum, quæ in eo poſita eſt, vt opera bona non oſtendamus, quemadmodum hypocritæ faciunt, vt non tam facilè appareat, *ſicut*, inquit, *palmam arborem ideo non tam facilè poſſe fures ſuis fructibus ſpoliare, quoniam eos non procul à cælo tanquam in theſauro abſcondunt.* Videndus eſt in hanc ſententiam D. Auguſtinus *lib.* 2. *de peccatorum meritis, & remiſſionibus, cap.* 17.

[l] *Hypocritæ etiam ipſum Deum fallere nituntur.* Cicero. Plato. Niſſen. Auguſt.

*cap.*17.& Chryſoſt. *hom.* 3. *in cap.* 1. *Matth.* vbi elegantiſſimè docet occultanda [m] omnino eſſe noſtra opera, ne ſi palam conſpiciantur, ea deprædetur hoſtis; quamuis autem vt iam diximus, iniquum ſit falſa virtute hominem fallere, nullo modo ferendum eſt, ſi quis velit adumbrata virtutis ſpecie Deum fallere, ſicut dixit Philoſophus, *Grandis amentia eſt fictè, & ſimulatè agere ante Deum, qui occulta ſecretorum introſpicit.* In quam ſententiam ponderauit optimè Chryſoſt. Si tamen eius opus eſt, *hom.* 12. *in Acta.* ponderat, inquam, ſupplicium Sapphiræ, & Ananiæ in c. 5. *Quòd*, inquit D. Petrus, *rem hanc poſuiſti in corde, non mentitus es hominibus, ſed Deo*; grauiſſimum enim ſupplicium eorum fuit, ſicut & grauiſſimum ſcelus eſt Deum fallere velle. Tales igitur videtur diuinum oraculum accuſare Hebræos profitentes ſe triſtes, mœſtos, & pœnitentes eſſe coram Deo, cum nihil emolumenti inde capere potuerint. Cuius rei ea eſt cauſa, quia ſub habitu pœnitentiæ ſumma impietas latebat, vt conſtat ex ea querimonia diuini oraculi habita in ſuperiori verſiculo, *Inualuerunt verba veſtra contra me*, quæ potiùs perſeuerantiam demonſtrant in peccato, quæ cum vera pœnitentia ſtare nequit. Obiter autem hîc illud notandum eſt, quod noſtris temporibus ſatis congruit, quod dixit Auguſt *lib. de Domini ſermone in monte cap.* 19. *tom* 2. loquens de falſa virtute, id eſt, hypocriſi, *non ideo debere oues odiſſe veſtimentum ſuum, quod eo aliquando ſe occultant lupi*, neque ideo virtutis [n] opera relinquenda externa, quia ſub eis aliquando latere ſoleat falſa virtus.

[m] *Virtus ſit occulta.* — Ariſtotel. — Actor. 5. — Auguſt. — [n] *Propter fictionem hypocriſis, non deſpicienda veritas.*

88. Vel ſecundus poteſt eſſe ſenſus, [o] vt ſuis verbis deſcribatur miſerrimus ſtatus Iudæorum, qui omnia aduerſa patiuntur; ambulant enim triſtes, vt bene notauit quidam, & colligitur ex aliquibus locis Scripturæ ſacræ, qualis eſt ille Iob. cap. 30. *mærens incedebam ſine furore*: & *Pſalm.* 41. *quare contriſtatus incedo.* Idem igitur eſt triſtem ambulare, atque aduerſis rebus deprimi, humilem & abiectum fieri, quales illi ſunt, qui omnia [p] patienter ferunt, neque quenquam laceſſunt. Neque laceſſiti ita perturbantur, ſed potius omnem iniuriam Deo vltori relinquunt, qua forte ratione, hic appoſitum eſt, *coram Domino exercituum*, id eſt, coram Deo vltore: vtraque tamen Hebræorum triſtitia (de vtraque enim locus intelligi poteſt) ad veram virtutem non pertinet, vt conſtat ex verbis paulò antè citatis contra [q] eorum impœnitentiam, & perſeuerantiam in impietate.

[o] *Secundus ſenſus.* — Iob. 30. — Pſalm. 41. — [p] *Humiliatio patiens.* — [q] *Sed non erat in Iudæis.*

Text. Ergo nunc beatos dicimus arrogantes.

§. III.

Qui magni faciunt temporalia, eò deueniunt veſaniæ, vt de maximo crimine bene ſentiant.

89. HEbraicè potiùs hîc habetur, *& nunc beatificamus arrogantes*, [r] ſeu potius, *ſuperbos*, quod idem ferè eſt, qua loquendi formula vtitur Iacobus in ſua Can. cap. 5. *Ecce beatificamus eos*, id eſt, eos perbeatos prædicamus. Cum ergo videamus arrogantibus & ſuperbis omnia feliciter euenire, & illis etiam, qui nullo modo pietatem, & religionem colunt, & qui ſine aliqua Dei reuerentia peccant per ſummum contemptum blaſphemantes in ipſum Deum, quis negabit hanc eſſe veram felicitatem, cum ij grauiſſimè peccantes, feliciter viuant?

[r] *Hanc impietatis ſit ſatis infrà c. 4. Text. Quæ nō relinquet.* — Iacob. 5.

Text. Si quidem ædificati ſunt facientes impietatem.

CHaldaica Paraph. ſic potius habet: *Stabiliti ſunt*, ſeu *erecti facientes peccatum*: id eſt, amplificata eſt domus eorum, & familia, tam filiorum, quàm rerum omnium affluentia, & copia; eſt enim vſitatus hic loquendi modus in ſacra Scriptura, in qua *ædificare* ſumitur pro familiam augere, quæ ſemper ſumma felicitas fuit; & hoc notauit D. Hieronym. *in traditionib. Hebraicis*, & conſtat maximè ex illo *Geneſ.* 16. quo in loco nos habemus, *ſi fortè ex illa ſuſcipiam filios*, Hebraicè, *ſi forte ædificabor in illa*, id eſt, familiā ex illa habere poſſim. Similia habentur Gen. 30. *Creſcente autem filiorum numero*; vt felix familia ſit, neceſſe eſt & facultates creſcant: neque enim aut ſine opibus poteſt ædificari familia, aut ædificata conſeruari, ſicut eleganter dixit Menand. *inopia etiam generoſos facit ignobiles*: & Horat. *lib.* 1. *ſerm. ſatyra* 2. 90.

Chald. Par. — Hieron. — Gen. 16. — Gen. 30. — Menand. — Horat.

Et genus & virtus niſi cum re vilior alga eſt.

Ducuntur enim maximè populares homines externa gloria, & rerum affluentia, quorum eſt illa vox apud Plautum.

Præſtat diuitem eſſe, & popularem, quàm nobilem & mendicum.

Et eleganter Seneca *in lib. de remediis fortuitorum*, *Inuenies*, inquit, *bonam vxorem ſi nihil quæris, niſi bonam, dummodo non magis proauos reſpexeris, neque patrimonium, cui iam nobilitas ceſſit.* Vnde Hieronym. ad Edibiam, *Nobilitas*, inquit, *mundi nihil aliud eſt*, [ſ] *quàm inueterata diuitiæ, quæ vulgi ſententia eſt, nanque virtute familiæ creſcunt.* Quod igitur populares homines ſummum bonum exiſtimant, id improbis eueniſſe conqueruntur Hebræi his verbis, *ſi quidem ædificati ſunt facientes impietatem*; creſcunt enim nonnunquam, & augentur impiorum familiæ, & filiorum copia, & abundantia rerum, quibus rebus conſtat popularis felicitas; fit autem hoc occulto Dei iudicio, vt pij [t] & religioſi homines intelligant, non eſſe eam veram felicitatem, quam Deus etiam improbiſſimis hominibus communicare ſolet effuſiſſimè, ſicut dixit Auguſtin. 1. *de ciuit. cap.* 8. vbi ſic habet: *iſta verò temporalia propterea vtriſque voluit eſſe communia Deus, vt neque bona cupidiùs appetantur, quæ à malis quoque haberi cernuntur, neque mala turpiter euitentur, quibus & boni plerunque afficiuntur.* Videndus eſt de hoc argumento Auguſtin. *eod. lib. cap.* 10. *& Comm. in Pſalm.* 45. *verſ.* 1. Eſt optimum conſilium Damaſc. *lib.* 2. *fidei orthodoxæ, cap.* 19. *Deus*, inquit, *qua bonus prouidet, & qua ſapiens, ea quæ ſunt optima.* Vnde credendum non eſt Deum bonum & ſapiētem mala velle communicare ſanctis hominibus, [u] niſi inde maior vtilitas ſperetur: quod ſi aliquando impij felices exiſtimantur, vt hoc loco fieri videtur, *hoc prouenit*, vt inquit Auguſt. & habetur *in lib. ſenten.* ex eodem Auguſtino, *quia quid ſit felicitas, ignoratur.* Videndus Aug. *lib.* 1. *de ciuit.* c. 8. vbi adducit rationem ad oſtendendum diuino conſilio fieri, vt ſæpiùs aduerſa patiantur

Plautus. — Seneca. — Hieron. — [ſ] *Nobilitas mundi diuitiæ inueteratæ.* — [t] *Cur Deus bona temporalia neget ſanctis viris.* — Auguſt. — Damaſc. — [u] *Non diminuuntur electi temporalibus.* — Auguſt.

patiantur homines ſancti; *nam*, inquit ille, *his bonis temporalibus neque bonus* [a] *extollitur, neque malis frangitur: malus autem ideo huiuſmodi infelicitate punitur, & felicitate corrumpitur.* Elegantiſſima eſt ea ſimilitudo eiuſdem Auguſtio. in eandem ſententiam Pſalm. 72. *Viri probi tunc fluctuat anima, cum peruentura eſt ad portum; & quomodo ſolent ægri, qui lentius ægrotant, cum ſanitas longè eſt, vicina ſanitate plus æſtuat acceſſionem criticam, quam medici vocant, per quam tranſitur ad ſanitatem; maior ibi æſtus, ſed ducens ad ſalutem; maior ibi eſt ardor, ſed vicina refectio.* Quæ ratio fuit, vt inquit Auguſtin. *lib.* 12. *de peccatorum merit. & remiſſionib. cap.* 34. cur remiſſa pœna, & culpa maneant pœnalitates, in certamina, & triumphos. Similia habet Theophylact. *quæſt.* 36. *ſuper Geneſ.* & Ioann. Chryſoſtom. *tom.* 5. *epiſt.* 7. *ad Olympiam*, vbi docet, non niſi magnis [x] laboribus magna comparati. In quam ſententiam eſt illud egregiè dictum apud Liuium. *Dec.* 1. *lib.* 5. *labor*, inquit, *& voluptas diſſimillima natura, ſocietate tamen quadam naturali inter ſeſe ſunt iuncta.* Sic prorſus ſanctiſſimis viris eueniet, cum tempeſtas huius ſæculi cælum ſerenum reddiderit.

Idem.
Auguſt.
Theophyl.
Chryſoſt.
[x] *Nihil magnum ſine pretio.*
Liuius.

Text. Et tentauerunt Deum, & ſalui facti ſunt.

91. PErtinent hæc verba ad ſuperiorem ſententiam, & magis amplificant indignitatem impiorum, qui non ſolùm impiè viuunt, ſed etiam per ſummum contemptum & irriſionem peccare ſolent, dicentes, [z] *videamus quid nobis facere poſſit Deus*; & tamen cum tanta impietate, ſalui, & incolumes, imò rebus omnibus abundantes euaſerunt.

[z] *Summa impudentia iniquorum.*

TRACTATVS XIX.

De ſermone bene ſentientium de Deo: ſuper illis verbis:

Tunc locuti ſunt timentes Dominum vnuſquiſque cum proximo ſuo. Et attendit Dominus, & audiuit: & ſcriptus eſt liber monumenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen eius. Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die, qua ego facio, in peculium: & parcam eis, ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi. Et conuertemini, & videbitis quid ſit inter iuſtum, & impium, & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei.

§. I.

In eo cernitur ſors iuſtorum, quod bene ſentiunt, & loquuntur in aduerſis.

Gabr. à Coſta in Malachiam Prophetam.

Text. Tunc loquuti ſunt timentes Deum vnuſquiſque ad proximum ſuum.

QVANVIS aliter philoſophetur ad hunc locum Bened. Arias Montan. ponderando verbum Hebræum, quod paſſiuum eſt, & non ſolùm ſignificat loqui, ſed etiam deuaſtare, ac proinde vertit hæc verba, *tunc perditi ſunt timentes Deum.* Quæ [a] verſio in primis pugnat cum noſtra vulgata, nec tam facilè connectitur cum verbis ſtatim ſequentibus, & præterea, quia vt bene notauit Pagnin. verbum Hebræum in ſecunda coniugatione ſignificationem habet non paſſiuam, ſicut patet Ezechiel. 33. vbi idem verbum ponitur, *Populi tui, qui loquti ſunt aduerſus te*: & Pſalm. 118. *ſederunt Principes, in me loquti ſunt.* Quapropter locum cum Hieronymo ſic intelligimus, [b] de impiis de Dei iudicio blaſphemantibus, qui timent Deum ad inuicem locuti ſunt, quòd retributio bonorum, & malorum non ſit in præſenti ſæculo: neque verò poſuit, quid locuti fuerint inter ſeſe pij homines, ſed intulit eo tempore locutos fuiſſe, ex quo colligimus, quales fuerint eorum ſermones diuinam prouidentiam aſſerentes. Placet maximè Comm. Rabbi Dauid, [c] qui velle videtur, ex occaſione impiorum blaſphemantium contra diuinam prouidentiam non ſolùm iuſtos homines non cecidiſſe, ſed potiùs accuratiùs inter ſeſe contuliſſe, quid dicendum eſſet de diuina prouidentia, tandemque ſtatutum, prouidentiam eſſe in rebus, Deumque totius perfidiæ, & prauitatis expertem eſſe. Quæ expoſitio maximè conuenit cum alia concluſione, quam in ſimillimo argumento intulit Dauid *Pſalm.* 73. attentus enim redditus eſt ex felicitate impiorum, vt accuratiùs fines bonorum, & malorum intueretur: tunc ſic ait, *Quàm bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde!* ſeu potius, vt alia litera habet, *certè bonus Iſrael Deus*; felicitas enim impiorum diligentius aduertere facit homines ſanctos, ſicut elegantiſſimè videtur dicere Iob c. 17. *Caligauit ad indignationem oculus meus, & membra mea, quaſi in nihilum redacta ſunt, ſtupebunt iuſti ſuper hoc, & innocens contra hypocritam ſuſcitabitur, & tenebit iuſtus viam ſuam, & mundis manibus addet fortitudinem*: quaſi ſit ſenſus, Attoniti primo ſtatim intuitu ſancti viri ſunt, cùm aduerſa quæ patiuntur conferunt felicitati impiorum; verùm re bene expenſa, vt egregiè notauit Gregor. Magn. *viam ſuam tenet iuſtus, quia dum ex peruerſa mundi voluntate ea, quæ Dei ſunt, obtinere intuetur impium, ipſe ad amorem cæleſtium* [d] *robuſtiùs aſtringitur, ſciens quia deſideriis præmia æterna non deerunt, cùm & prauis bona temporalia non negantur, quæ ex re mundis quoque manibus, id eſt, bonis operibus, addit fortitudinem, quia conſpiciens peruerſos obtinere terrenam gloriam, bona ſua opera prouehit ad perfectionem, & tanto altius temporalia deſpicit, quanto his abundare etiam malos cernit, quàm enim ſint deſpicienda conſiderat, quæ Deus omnipotens etiam peruerſis præſtat.* Cætera ſunt videnda ſuper illis verbis, quia ſunt elegantiſſima apud Gregorium Magnum.

92.
[a] *Reijcitur verſio Montani.*
Arias Mont.
Paginus.
Ezech. 33.
Pſalm. 118.
Hieron.
[b] *Verus ſenſus.*
[c] *Alter Rab. Dauid.*
Pſalm. 73.
Iob. 7.
Greg Magn.
[d] *Robuſtiùs enim aſtringitur Deo, cum videt impij proſperitatem.*

* * *

Text. Et attendit, & audiuit, & ſcriptus eſt liber monumenti.

93. ID eſt, piorum hominum verbis aures accommodauit Deus, habet enim verbum hoc ad hunc locum adiunctam curam, & diligentiam, (Iſai. 21.) ſicut patet ex eo loco Iſaiæ cap. 21. *& contemplatus eſt diligenter multo intuitu*, Hebraicè, *attendere faciet aurem ſuam attentione multa*: quibus verbis ſatis apertè innuit diuinum oraculum, quanta (e *Cura Dei erga ſanctos.*) ſit Dei [e] cura in ſanctis hominibus, quorum verba, etiam quæ minima ſunt, gratiſſima habet, & diligentiſſimè auſcultatur, ne fortè excidant, imò & in libro memoriali conſeruat, hoc enim ſignificat ſequens metaphora, *& ſcriptus eſt liber monumenti*; quaſi velit, Non ſolùm audio, ſed etiam diligenter attendo ad verba veſtra in laboribus, imò eadem ad perpetuam memoriam in libro monumenti ſcribo. Eſt autem liber monumenti liber vitæ, (D. Thom.) vt notauit D. Thomas 1. *part. quaſt.* 24. *a.* 1. *ad* 1. per metaphoram ita dictus: inter alias autem eius ſignificationes liber vitæ dicitur is, (f *Liber vitæ.*) [f] in quo continentur rectè facta vniuſcuiuſque; quemadmodum in militia liber eſt, in quo ſcribuntur facinora optima militum, vt debito honore afficiantur poſt prælium: ita D. Hieron. (Hieronym.) De hoc etiam libro intelligendus eſt locus Daniel. 7. (Daniel. 7. Apoc. 20.) *Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt*: & Apoc. 20. *liber apertus eſt, qui eſt vitæ, & iudicati ſunt mortui*, id eſt, viſa ſunt vniuſcuioſque opera, ſecundùm quæ iudicium ferendum eſt.

94. (Auguſt. Hieron.) Videndus eſt Auguſt. 20. *de Ciuit. cap.* 14. & Hieronym. *loco cit. Daniel.* Eſt autem in ſequentibus verbis Hebraiſmus, cum Propheta dixit, *& cogitantibus nomen Domini*, vt ſcilicet ſit gloria, & præmium his, qui blaſphemantibus ſe ſe opponunt, atque etiam cogitantibus nomen eius, id eſt, vt Rabbi Abram interpretatur, ſapientibus corde, & peritis in myſteriis Dei. Conſueta autem eſt hæc phraſis Hebræa (g *Nomen pro re ipſa.*) in qua nomen ponitur [g] pro re ipſa, qualis eſt illa apud Lucam, (Luc. 2. Pſal. 8. Pſal. 19.) *& vocatum eſt nomen eius*, id eſt, *ipſe appellatus eſt*: & Pſalm. 8. *quam admirabile eſt nomen tuum*. id eſt, *tu ipſe*. & Pſal. 19. *Protegat te nomen Dei Iacob*, id eſt, *Deus Iacob*. ſic videtur hoc in loco poſitum nomen Dei pro ipſo Deo; tunc ſenſus erit, (h *Senſus loci.*) [h] gloria & præmium erit iis, qui attentè conſiderant res diuinas neque prouidentiam Dei metiuntur cum bonis huius ſæculi, ſed potiùs cum futura gloria conferunt.

Text. Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium.

95. (Hieron.) IN *die qua ego facio*; intelligit Hieronymus in *die Iudicij*, id eſt, in die, qua iudicium fecero: quæ expoſitio elegantior videtur, quàm eorum, qui volunt, hunc locum intelligendum eſſe de electione eorum, quæ fiet tempore Chriſti, ſeu facta eſt, quando reuelabitur Euangelium, vel quando reuelatum eſt: exprimitur ſatis bene ea phraſis Luſitanè alia, quæ etiam apud nos eſt conſueta, *quando eu fizer a minha*.

96. Notandum eſt autem non eſſe in Hebræo præpoſitionem, *in*, ſed tantùm, *peculium*, (i *Peculium Dei, ſanctus.*) [i] id eſt, res mihi peculiaris, & propria, ac proinde chariſſima; ea enim, quæ noſtra ſunt, & noſtra virtute comparata, maximè amamus, quales ſunt ſancti homines, ſicut eleganter dixit Philoſophus, (Ariſtot. Eugubin.) quem refert Eugub. Pſal. 1. *Si qua cura*, inquit, *rerum humanarum eſt apud Deum, vt videtur eſſe, rationabile quoque eſt, eos optima, atque ſibi maximè vicina re delectari*. Huius rei reddit rationem Plato in Phædone, (Plato. Aſelm.) quem tranſtuliſſe videtur Anſelm. *lib.* 1. *de ſimilitudinib. cap.* 18. quibus in locis ſic habent, *Viro bono nihil mali, aut viuenti aut defuncto accidere poteſt*, (l *Vnde nihil mali timebit.*) [l] *cum poſſeſſio, peculiùmque Dei ſit*; quod longè meliùs dixiſſet Plato, ſi cognouiſſet, eiuſdem Dei ſanguine viros bonos, & genitos, & redemptos, & conſeruatos eſſe. In quam ſententiam Philo Iudæus interpretatur ea verba ſæpiùs repetita in Scriptura ſacra, *Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob*; etiam ſi Deus omnia gubernet, propriè tamen, & præcipuè res ſingulorum hominum ſanctorum curat tanquam ſibi proprias. Magis oſtendit hanc prouidentiam Dei in ſanctos homines nomen Hebræum, quod non tam ſignificat peculium, quàm theſaurum, quòd enim (m *Quã Deus theſaurum vocat.*) maximè amamus, [m] theſaurum vocamus.

Text. Et parcam eis, ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi.

§. II.

Electorum merita, cùm ſint ſerui, dignitatem filiorum Dei, & maiorem compaſſionem aſſequuntur.

VErbum Hebræum, pro quo vulgatus tranſtulit, *parcam*, æquiuocum eſt, vt colligitur ex Hieronymo, & ex Rabbi Dauid, & propterea duplicem [n] ſenſum facit hoc in loco. 97. (n *Ambiguitas verbi, duplicem ſenſum facit.*) Primum, vt colligitur ex Hieronym. (Hieron.) *quia*, inquit, *omnis homo ſub peccato*; quaſi velit, Debitas ſuis ſceleribus pœnas omnes homines luunt, & iuſti, & innocentes, ſi cum diuina iuſtitia conferantur, ſicut ait, Leo I. (Leo I. Gregor. Exod. 21.) *ſerm.* 1. *in anniuerſario die ſui Pontificatus*, & vt notauit Gregor. *hom.* 3. *in Ezechiel.* illud *Exod.* 21. de ſeruo Hebræo, *ſi emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi, & in ſexto egredietur liber gratis*; *quia*, inquit, *viri ſancti poſtquam omnia fecerint, dicunt ſe inutiles ſeruos*. In quam ſententiam Brixianus ponderat ea verba Ioel. 3. (Brixian. Ioel. 3.) *& fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem, & vallem ſpinarum: irrigabuntur*, inquit, *ſpinæ noſtra, & iuſtitiam, & flores producent*. Magis hanc ſententiam amplificat Auguſtinus (Auguſt.) *ſerm.* 9. *de verbis Domini*, vbi quæritur, cur nato Domino pax hominibus dicitur, cum nato Domino tyranni omnem crudelitatem pararent, & in ipſum Chriſtum, & in ſanctos eius. *Sed hoc ita dictum eſt, quia opera noſtra, quæ nihil valebant, iam liberant à pœnis inferni, iam gloriam præſtant*: ſenſus igitur talis eſt ex mente Hieronymi: (o *Prior ſenſus.*) [o] ſi conſideres vnumquenque hominem ſine ſanguine Chriſti, meritas pœnas luit, verùm vbi eorum opera ſanguine Chriſti fuerint aſperſa, iam cælo digna ſunt; magis enim tunc temporis Dei opera ſunt, quàm ſua ipſorum. Vnde eleganter Rabbi Dauid (Rab. Dauid.) dixit ad hunc locum, *lætabor ſuper eis*, ſimilitudine ducta ab artificibus, qui perfecto opere lætantur.

Verùm

98. Verùm ea recentioribus quidam elegantiſſimè explicat verbum *parcam*, pro miſeceri, vt ſit ſenſus in his verbis, *miſerebor*, quod Luſitanè profectur, *teres compaxaó*: quo ſenſu etiam diait Paulus: *Qui proprio filio ſuo non pepercit*, id eſt, qui non miſertus eſt filij vnigeniti ſui; parcere enim eo in loco, culpam non ſupponit, ſed potiùs commiſerationem Dei oſtendit. Aliter explicat hunc affectum Hierem. cap. 15. *quis miſerebitur tui Hieruſalem*? Talis igitur eſt ſenſus horum [p] verborum, Dum virtutis exercitium in hoc ſæculo intueor, & probi grauiter affliguntur ab impiis, horúmque felicia ſunt omnia, infelicia verò ſanctorum, tunc maximè miſereor, finémque malis imponendum ſtatuo, vt poſt laborem ſua fruantur felicitate iuſti, & debita pœna impij poſt lætitiam: quem ſenſum maximè probant ſequentia verba, *ſicut parcit vnuſquiſque filio ſuo ſeruienti ſibi*. In quo duplex eſt ratio amoris, vt ait Hieron. *duplex liberandi cauſa à pœna*, quam patitur, & parentis amor, & obſequioſa in parentem pietas.

Hierem. 15.

[p] *Secunda expoſitio perelegans.*

Hieron.

Text. Et conuertimini, & videbitis quid ſit inter iuſtum, & impium; & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei.

FRequens eſt ea tranſmutatio apud Prophetas à tertia perſona in ſecundam. Oratio igitur hæc pertinet ad eos, de quibus modò dixerat, *& eritis mihi in peculium*; vt ſit ſenſus, à ſtatu miſeriæ, & eorum laborum, quos paſſi eſtis, diuinâ miſericordiâ transferemini, tunc luce clariùs videbitis, quanta ſit prouidentia Dei in ſanctos homines, ſi gloriam cum laboribus conferatis. Verùm D. Hieronym. potiùs vult, hanc orationem eſſe ad impios; ſic enim habet, *& tunc, qui nunc blaſphematis, & dicitis, Quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & ambulauimus triſtes coram Domino & illorum beatitudinem, & veſtram miſeriam videbitis verſi in pœnitentiam, quid ſit inter iuſtum, & impium; ſera tamen & veſtra erit pœnitentia, ſterilis, & ſine fructu*; qualis eſt ea de qua Sapiens in cap. 5. *videntes turbabuntur timore horribili*. Sequitúrque conuenienter caput quartum, in quo de gloria Sanctorum, & de pœnis impiorum diſſerit diuinum Oraculum. 59.

Hieron.

Sapient. 5.

CAPVT QVARTVM.

Litera Textus.

ECce enim dies veniet ſucceſa quaſi caminus: & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem, & germen. Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius: & egrediemini, & ſalietis ſicut vituli de armento. Et calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum, in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum. Mementote legis Moyſi ſerui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Iſrael, præcepta & iudicia. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.

TRACTATVS vltimus, *De extremo Iudicio.*

Text. Ecce dies veniet ſucceſa quaſi caminus.

§. I.

Quàm horrenda erit dies illa iræ, & vindictæ, cùm dies miſericordiæ filium cruci dederit affigendum.

1. COnsvetvm eſt in ſacra Scriptura, cum de vltimo iudicij die eſt ſermo, ita de eo agere, ac ſi iam immineat; ſicut etiam hoc in loco particula, *Ecce*, ſignificare videtur, idque propter duas rationes, [a] tum ad maiorem conſolationem, & diligentiam piorum hominum, tum etiam propter maiorem terrorem impiorum, vt videntes iam adeſſe diem iudicij, magis à peccatis abſtineant: verùm præcipuè propter electorum conſolationem, & gloriam, tunc enim incipient regnare ſecundùm vtrunque hominem, vnde eleganter Cyprian. tract. 6. de orat. Dominica, *Nihil aliud*, inquit, *petimus illis verbis, adueniat regnum tuum, quàm ſecundum Chriſti Domini aduentum; tunc enim viri ſancti incipient regnare*. Suffragatur Chryſoſt. *hom. 1. de orat. Dominica*, & Auguſt. *ſuper Pſal. 147. & lib. 6. confeſſ. cap. 16.* & Gregor. lib. 6. moral. cap. 5. *Dies*, inquit, *iudicij porta regni eſt, quia per eum ab electis omnibus ad patria gloriam intratur*: ſimilia habet *lib. 14. moral. cap. 30. & lib. 31. cap. 12.* Vnde Chriſtus Dominus *Matth. 24.* quaſi ad iam imminentem iudicij diem nos paratos eſſe iubet; clariúſque *Matth. 3.* cum dixit, *iam ſecuris ad radicem arboris appoſita eſt*. vnde falsò aliqui exiſtimarunt, temporibus Apoſtolorum proximum futurum eſſe diem iudicij, quorum opinionem corrigit Paulus 2. *ad Theſſal. 2.* cum ait: *rogamus autem vos per aduentum Domini, vt ne citò moueamini à veſtro ſenſu, neque terreamini: nemo vos ſeducat, quaſi iam inſtet iudicium, quoniam niſi venerit diſſenſio prima*, id eſt, deſolatio imperij Romani, *& homo peccati*, id eſt, anti-Chriſtus, *non venerit*, ſed inſtare dicitur propter Sanctorum conſolationem, & impiorum terrorem.

[a] *Cur dicatur iminere dies iudicij.*

Cyprian.

Chryſoſt.

Auguſt.

Gregor.

Matth. 24.

& 3.

2. Theſſal. 2.

2\. *Succenſa autem quaſi caminus* dicitur, non quòd particula, *quaſi*, ſimilitudinem tantùm ſignificet, [b] ſed potius rei veritatem, qualis eſt illa apud Paulum. *Et habitu inuentus vt homo*, vbi particula, *vt*, ſimilitudinem non dicit, ſed potiùs rei veritatem ſignificat, id eſt, inuenietur homo: præcedet enim ignis diem iudicij, ſicut inter alios dixit Petr. ſua 2. Can. cap. 3. *Adueniet autem dies Domini ſicut fur, in quo cæli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autem & omnia quæ in ipſa ſunt opera, exurentur.* Quibus verbis videtur propheta communem terrorem inducere, vt magis exciremur ad fugiendam Dei punientis iram, ſolet enim propoſitæ pœnæ magnitudo maximè mouere. Quæ fuit ratio, cur ea dies, & hominibus, & Angelis tremenda ſit, Ita enim Hieronym. *Matth.* 24. & Chryſoſt. *hom.* 77. *in Matth.* & *ibidem* Beda, quos ſequitur Magiſt. ſentent. *in* 4. *diſt.* 48. *Eademque diſt.* 48. D. Thom. *q.* 1. *art.* 4. *quæſtiunc.* 2. intelligunt eum locum Matthæi, *ſtellæ cadent, & virtutes cælorum commouebuntur:* aſſerunt enim vel ipſos Angelos peculiarem motum timoris reuerentialis habituros eſſe eo die, à præſentia iudicij, & maieſtatis Chriſti.

[b] *Particula, quaſi, rei veritatem importat.*

2\. Petr. 3.

Hieron. Chryſoſt. Beda. Mag. Sent. D. Thom. Matth. 24.

3\. Vnde non inepta videtur ea expoſitio, quæ colligitur ex Hieron. *in Comm. ſuper Pſalm.* 109. explicans verſiculum illum, *ex vtero ante luciferum genui te, præuiderat enim Dauid maieſtatem Chriſti iudicantis*; ſic enim Hieron. intelligit ea verba; *Tecum principium in die virtutis tuæ*, de gloria, ſcilicet, & maieſtate Chriſti iudicantis, tunc ſic addidit, *ex vtero ante luciferum genui te; quaſi velit, Meminiſſe oportet, in tanta rerum perturbatione iuſtiſſime nepos, te ortum eſſe de meis viſceribus, vt ſic me eripias ab hoc timore.* Vnde meritò Bernard dixit ſerm. 16. ſuper Cant. *quis dabit capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarum, vt præueniam fletibus fletum?* Si enim ſummæ iuſtitiæ diuinæ talis edendus eſt effectus, qualis ſummæ miſericordiæ, & charitatis Dei erga homines editus eſt, vt iuſtitia nobis innoteſcat, ſicut & charitas, quis non vehementer timebit in ea die? vt enim Deus charitatem ſuam oſtenderet, filium dedit crucifigendum; ſi iuſtitiam eodem modo commendare voluerit, quid ſperandum?

Hieron. Pſalm. 109.

Bernard.

4\. Satis autem accommodatè addidit propheta, *quaſi caminus*, quia in fornace, ſeu camino magis vnitæ ſunt flammæ, & efficaciores propterea ad comburendum. Vnde adducti ſunt aliqui Patres vt exiſtimarent, non ſolùm impios eſſe comburendos ignibus conflagrationis, ſed etiam ipſa corpora cæleſtia: id quod colligunt ex citato loco Petri, inter quos eſt Clem. Alex. *lib.* 2. *&* 3. *recognit.* & Hilar. *can.* 4. *in Matth. & ſuper Pſal.* 122. quorum ſententiam ſequutos fuiſſe pleroſque alios aſſerit Hieron. *lib.* 14. *in Iſaiam.* Alij aſſerunt, cælos [c] ſaltem purgandos eſſe ignibus conflagrationis, inter quos eſt OEcumenius. *in ſuis collectaneis*, & Gennadius *in lib. de Eccleſiaſt. dogmatib. cap.* 7. Verùm D. Aug. 20. *de ciuit. c.* 24. aſſerit, cælos neque purgandos eſſe ignibus, neque flammis conſumendos, ſed elementa tantùm; quem ſequuntur doctores Scholaſtici omnes *in* 4. *diſt.* 47. & ipſe D. Petr. ſe ipſum explicat, cum aſſerit, ſe agere de cælis & terra, quæ olim per aquam perierant, inquiens, *cæli priùs & terra per aquam perierant*, qua de re videndus eſt Hieronym. *lib.* 18. *in Iſaiam.*

Clem. Alex. Hilarius. Hieron.

[c] *Quouſque aſcēdat ignis in conflagratione vltimat.*

OEcumen. Gennadius. Auguſt.

2\. Petr. 3.

5\. Verùm, vt obiter illud dicam, ſi quis petat, cur orbis vniuerſus, id eſt, elementa [d] omnia conflagrare debeant? Rationem reddit Chryſ. homil. in epiſt. ad Rom. *Ardebunt elementa, vt pulchra reddantur in libertatem gloriæ filiorum Dei: ſicut enim nutrix, quæ puerum regium educauit, vnà cum eo bonis potitur, in paterno ſolio eleuata; ſic & mundus bonis eiſdem fruetur, quibus fruuntur beati principes, quos educauit.* Aliamque ſimilitudinem addit pulchriorem in hanc eandem ſententiam: *Sic parentes*, inquit, *facere conſueuerūt, vbi filius in altiori gradu ſpectandus ſit; ſeruos enim nouis, & ſplendidis veſtibus induunt ad gloriam eius: ſic igitur Deus fabricam hanc induet immortalitate in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Denique flammis conflagrationis omnia pulchriora fient, ne aliquid indecorum ſit, & inornatum vel etiam in ipſis corporeis oculis ſanctorum; ipſe tamen ignis, qui pulchrum, & venuſtum reddet orbem, & impios perdet, & fæcibus orbis concludet eos.

[d] *Cur elementa ardere debeant in die iudicij?* Chryſoſt.

Text. Et erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula.

§. II.

Deſcribitur impiorum maximè potentium ſupplicium.

6\. SEnſus eſt, Tam facilè ab illo igne corripientur impij, quàm facilè ſtipulæ conſumuntur à flamma. Præcipuè autem hîc diuinum oraculum ſuperbos notat, id eſt, felices, ſeu qui felices videbantur in mūdo, propterea quod eorum exemplo penè lapſi ſunt probi; in quos elegantiſſima eſt ea ſimilitudo, quam iam aliquando adduximus ex Rab. Dauid. *in Com. Pſalm.* 36. Cui ſuffragatur Rab. Abrah. & Rab. Selm. illis verbis, *mox vt honorificati fuerint, & exaltati, tanquam fumus deficient.* Hebraicè ſic habetur: *Sicut pretium agnorum opimum, pinguedóque agnorum.* Quorum verborum hic eſt ſenſus: Quemadmodum in agnis, id quod optimum eſt (eſt autem pinguedo, & adeps) cùm ſuper altare comburitur in cineres, & in fumum abit: ſic impiorum bona, imò & ipſi, in fumum, & cineres reſoluentur. Vbi eleganter ſtatus ſuperborum deſcribitur, euaneſcentibus enim rebus omnibus, quibus arrogans, quibus ſuperbus videbatur, [e] corpus tantùm, & anima flammis relinquetur. Stipula igitur propterea dicuntur, non quòd eos omnino conſumpturus ſit ignis, ita vt eorum nihil relinquatur, ſed quoniam ſtipula ſicca eſt, & diſpoſita, vt facillimè ab igne corripiatur.

Rab. Dauid. Rab. Abrah. Rab. Sel. Pſalm. 36.

[e] *Superborū ſupplicium.*

7\. Verùm eſt in his verbis adhuc peculiaris difficultas, cùm enim diuinum oraculum videatur aſſerere impios flammis conflagrationis eſſe conſumendos, congruenter quæri poteſt de piis hominibus, qui eo tempore viui fuerint, vtrùm ne omnes eo incendio debeant perire? an verò viui transferendi ſint in cælum? ſicut velle videntur aliqui Patres Græci, qui legunt locum D. Pauli 1. Cor. 15. *Non omnes quidem dormiemus, ſed omnes immutabimur*; qua de re videndus eſt Sixt. Senenſ. *in Biblioth. ſancta tom.* 2. *annot.* 265. & elegantiſſimus Comment. ex Iacobo Pamelio *ſuper Tertull. in lib. de reſurrect. carnis cap* 42. *annot.* 294. Verùm quoniam alia, Latinorum, ſcilicet, ſententia communior eſt, pro qua ne multos citemus, videndus eſt Cano. *lib.* 2. *de locis c.* 14. §. *ad aliud pag.* 69. Vnde ad propoſitam difficultatem reſpondet D. Thomas ſequendo ſententiam Latinorum in 4. diſt.

[f] *De piis viuis adhuc in die iudicij, quid?*

1\. Cor. 15. Senenſ.

Pamelius.

Cano.

D. Thom.

diſt.47.a.5.quæſtiune.5.& in addit.quæſt.76.a.8. *Ignem illum aquè debere vi naturali comburere bonos,& malos; verùm quoniam eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ* g, *impios cum dolore, ſine dolore pios inflammabit*: qua de re videndus eſt Soto *eodem loco*: & hæc ſententia maximè colligitur ex propheta,qui de ſolis impiis agit.

g *Aliter boni & aliter mali patientur incendium.*

Text. Et inflammabit eos dies veniens,dicit Dominus exercituum.

8. HEbraiſmus eſt,quo ſignificatur dies, quotidie veniens, neque tardans; qui modus loquendi ſatis inculcat eam doctrinam, quam præmiſimus ad initium huius capitis.

Text. Quæ non derelinquet eis radicem, & germen.

9. CYrillus exiſtimat h his verbis ſignificatam fuiſſe extremam deſperationem impiorum, ſimilitudine petita ab arboribus,quarum ſi radices,& ſurculos omnes euellas,nulla poſtmodum poteſt eſſe ſpes creſcendi, florendi,& fructus ferendi; ſic impiis radices euellentur ea die. Verùm Rab.Dauid alium i ſenſum inducit, cui ſuffragatur Par. Chald. quæ ſic habet: *& lambet eos dies ille,qui venit,qui non relinquet eis filium,neque filium filij*,id eſt,nepotem: quibus verbis videtur diuinum oraculum,ad ea reſpondere, l quæ obiecta ſunt in cap. 3 ex parte Iudæorum: *ergo nunc beatos dicimus arrogantes, ſi quidem ædificati ſunt facientes impietatem.* Quo in loco per verbum *ædificare* intelleximus familiarum augmentum, quæ numero filiorum, & abundantia bonorum conſtat. Sic igitur videtur reſpondere diuinum oraculum:Illa igitur omnia,quibus impij magni, & excelſi videbantur, quaſi arbores vaſtiſſimæ in patulos diffuſæ ramos,dies aderit, quæ omnia ea auferet, & totam cum ſtirpe videbitis procubuiſſe domum,nec maiori vi extinguentur,quàm extingui ſoleant tenuiſſimæ ſtipulæ ab igne.Quę expoſitio propterea maximè placet,quia eam videntur ſequuti Rabbini *ſuper Pſal.* 36.quod eiuſdem eſt argumēti eo verſu, *vidi impiū ſuperexaltatum,& eleuatum ſicut cedros Libani,tranſiui, & ecce non erat*:quo in loco, vt bene notauit Rabbi Abrah.atque alij plurimi ex Hebræis in textu Hebraice,non eſt cedrus Libani,ſed potiùs arbores ſemper orientes,ſemper naſcentes, & ſemper florentes. Vnde congruenter notauit Auguſtin. Eugubin.ad eum locum, quoniam hæc arbor ſignificat orientem, hinc eſt, quòd nomina indè fluant ſignificantia naſcentem, indigenam, radicantem,foliis,& radicibus abundantem.Denique ſignificat virum multa propagine, ingenti familia, genere & proſapia fœcundum. Cui lectioni ſuffragatur D.Hieron. in ſuo pſalterio ad veritatem Hebræam,quo in loco ſic habet:*Vidi impium robuſtum,& fortiſſimum ſicut indigenam virentem*; & verſus Hebræus ſic prorſus habet:*Vidi impium robuſtum,& propatulum, diffuſum vt arborem virentem,& frondiferam*:quos igitur floridos,& virentes,nunc videmus, poſtmodum exaruiſſe intelligemus,ipſos,& bona eorum omnia,ſicut herba,quæ radices non habet altas, vt pulchrè commentatur Auguſt.*per hyemem virent impij, & vbi ſol æſtatis ferueſcere cœperit,areſcent:modo tempus hyemis eſt, gloria virtutis, & humilitatis nondum* apparet,*ſed ſi alta radix charitatis iacta eſt, ſicut multarum arborum gloria per hyemem tranſit frigus,venit æſtas*,id eſt,dies vltimus;*tunc areſcet vitor fœnum, tunc apparebit arborum gloria.* Ad hunc igitur ſenſum videtur dixiſſe propheta, *non derelinquet eis radicem*, neque filios, neque nepotes, ſed corpus tantùm & anima flammis tradetur.

Cyrill.
h *Primus ſenſus.*
Rab. Dauid
i *Secundus ſenſus probatur.*
Par Chald.
l *Solutio obiectionis ſupra,c.3.§.3.*
Pſalm.36.
Rab. Abrah.
Eugubin.
Hieron. Hebraicè.
Auguſt.

Text. Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ.

§. III.

Deſcribitur bonorum felicitas, & præmium.

10. COnſequens erat,vt poſtquam de pœnis impiorum dixit,aliquid adderet de gloria ſanctorum: nomine autem timentium Dominum intelligendi ſunt pij, & religioſi homines. Eſt autem ſatis accommodata iſta ſimilitudo ad ſignificandam gloriam,quam conſequentur electi in eo extremo die: ſicut enim à Chriſto deriuatur, ſic ab eodem illuſtratur,& quæ quaſi in tenebris ſepulta iacebat,eius luce videtur:vnde Cyrill.Alex. *lib.4.ſup.Ioann.c.* 28. hunc locum videtur intelligere de primo m aduentu Chriſti in carne, vt oſtenderet principium noſtrorum omnium bonorum à carne Chriſti eſſe,cuius hæc ſunt verba: *Menſe autem primo tabernaculum erectum eſt, quando mitigata hyemis ſæuitia veris temporis pulchritudo reſplendet, quando ſolis radij, & clarius fulgent, & temperantius caleſiunt, quando floribus terra decoratur, & vireſcentibus herbis prata veſtiuntur;atrociſſima enim diaboli tyrannis, & vires eius tempore Chriſti ceciderunt,Sol autem nobis fulgentior Chriſtus apparuit,de quo Deus Pater dixit: Et orietur vobis Sol iuſtitiæ, vnde primi noſtra iuſtitiæ flores pullulare cœperunt.* Quibus ſimilia dixit Bernard *epiſt.*107 & Cyrill.*lib.1.in Ioannem. c.* 8. quibus in locis oſtendunt noſtra omnia eſſe quaſi quædam germina,& flores,quos Chriſtus Dominus ſuo ſanguine,& creat,& ad maturitatem perducit. Vnde congruenter notauit Theodor.ſuper illis verbis Cant. 2. *flores apparuerunt in terra noſtra*,quòd non dixerit Salomon, *fructus apparuerunt in terra noſtra*, ſed potiùs *flores*; tunc addit allegoriam,*abſoluta namque bonorum poſſeſſio, quæ fructus nomine ſignificatur,in futurum ſæculum reſeruatur,quando ſponſus facie ad faciem videbitur*; flores igitur tantùm in hac vita producere facit Sol iuſtitiæ,ſicut eleganter dixit Aug.*Pſalm.*141. cùm Eccleſiam amictam Sole dixit: & eleganti etiam ſimilitudine Cyrill.Alex.legit,& intelligit locum Iſaiæ cap. 52. *Quàm pretioſi ſuper montes pedes annuntiantis,& prædicantis pacem*; ſic enim ille habet: *ipſe qui loquor ad vos, ſicut ver ſuper montes*; ſicut enim mortuam, & quaſi iacentem tellurem hyberno tempore, ver induit in flores; ſic etiam demortuum hominem, & floreſcere, vireréque facit Sol iuſtitiæ.

m *Aliqui Patres locum intelligunt de primo Chriſti aduentu.*
Cyril. Alex.
Bernard.
Theodoret. Cant 2.
Auguſt.
Cyrill Alex. Iſai. 52.

11. Non igitur volunt ſancti Patres hunc locum nō agere de extremo die, n ſed potius oſtendunt noſtra omnia a Chriſto eſſe;nanque de extremo iudicio hunc locum intelligit D.Hieron. Cyrill. & cæteri omnes. Eſt autem hæc grauiſſima ſimilitudo,quam ſæpiùs amplificat Auguſt. præſertim Pſalm.149.*Ipſe*,inquit,*erit æſtas noſtra,modò fructus per hybernum in radice non apparent, attendis* quaſi

n *Sed qualiter intelligēdi ſunt,exponitur.*
Hieronym.
Cyrill. Alex.
Auguſt.

quaſi aridas arbores per hyemem, qui enim nouit, videre aridam putat vitem, & forte iuxta eſt, quæ mortua eſt; ſimiles ſunt ambæ, ſed illius mors, & illius vita in abſcondito eſt; æſtas procedit, vita illius clarificatur; mors illius manifeſtatur, veſtitur vitis in facie ex eo, quod habet in radice. Videnda ſunt cætera apud Auguſt. Sicut igitur ſol veniens matutinus, quos flores, quas arbores, & quæ prata ſuo beneficio produxerit, noctis tamen quaſi velo abſcondita, deformia, & monſtri ſimillima ſua luce illuſtrat, aperit, & oſtendit, quæ noctis tenebræ quodammodo deformauerant; ſic prorſus Sol iuſtitiæ Chriſtus Dominus, ſanctorum vulnera, membra diſperſa, ieiuniis, & abſtinentia vix hærentia corpora, ſanie, & tabo turpia, & fœda, eo die ſua luce perfundens, pulcherrima, & gratiſſima reddet, ita vt impij fateantur ingenuè: Ergo errauimus, exiſtimantes, voluptatibus ad gloriam eundum eſſe.

Text. Et ſanitas in pennis eius.

12. PErſiſtit in eadem metaphora, pennas autem, ſeu potiùs alas, vt eſt in Hebræo, radios ſolares vocat, quibus ſol veluti celerrima auis omnia penetrat, omnia luſtrat, omnia calefacit, vnde bene Poëta dixit:

Sol qui terrarum, flammis opera omnia luſtras.

& Dauid eandem virtutem, & ſerenitatem ſolis deſcribit in Pſal. 18. *à ſummo cælo egreſſio eius*, & paulò poſt, *nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius*; accendit enim Deus mirabili artificio quaſi ignem in cælo, à quo calor viuificus dimanaret, qui in omnes terras ſe ſe æquè diffunderet, idque veloci motu, ne dum aliquam regionem ſuis flammis torreret, alia frigore rigeret. Vnde eleganter dixit Rabbi Abraham, talem eſſe calorem ſolis, qualis calorem animantium, & perinde ſe diffundere per totum mundi corpus, ſicut illum animalium, ex quo nemo eſt, qui non eum ſentiat, eóque viuat, & foueatur. Sic ſol iuſtitiæ omnia complebit, omnia reficiet, quæ [a] in ſanctis vis impiorum, & crudelitas tyrannorum, vel laborum magnitudo euertat; habet enim viuificandi virtutem, & ſanandi poteſtatem. Id quod alia eleganti ſimilitudine prædixit etiam Ioel. *per omnes riuos Iuda ibunt aquæ*; nihil erit non ſacratum, non irriguum.

Pſal. 18.

Rab. Abrah.

[a] *Sanctis omnia per Deũ reſtituuntur in melius.*

Text. Egrediemini, & ſalietis ſicut vituli de armento.

13. ALiquam habet difficultatem hic locus propter æquiuocationem, quæ eſt in lingua ſancta; nam in primis verbum, *ſalietis*, ſignificat etiam *multiplicabimini*, ſeu *erumpetis, ſicut vituli*; æquiuocatio etiam eſt ea in voce, pro qua vulgatus vertit, *de armento*; ea enim potiùs ſignificat locum in quo vituli ſaginantur, ſicut patet 1. Reg. 28. *Mulier autem illa habebat vitulum paſcualem*, aut quem nutriebat in ſaginario; conſuetum enim erat ea animalia, quæ pinguiora vellent eſſe, in ſaginario ſaginare, ſicut dicit Varro lib. 3. de re ruſtic. *Pullos anſerum includunt in ſaginario.* Ex hac igitur varietate orta eſt etiam varietas in expoſitione huius loci.

[p] *Veritas ſignificationis in vocibus Hebraïs.*

1. Reg. 28.

14. Vtraque tamen lectio ſi bene aduertamus conuenit inter ſe ſe, [q] quoniam vt pulchrè aduertit Rabbi Dauid, *augeſcere*, ſeu *multiplicari*, hoc in loco nihil aliud eſt, quàm carne, & pinguedine creſcere; quod non eſt referendum ad multiplicationem ſpeciei, ſed potiùs ad reformationem, & meliorem ſtatum indiuidui, qualem ſancti habituri ſunt in reſurrectione carnis, ſicut bene notauit quidam ex recentioribus doctiſſimus in Pſalm. 2. illis verbis, *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* vbi ponderat pronomen, *Ego*, emphaticum eſſe, vt ſit ſenſus, In reſurrectione immediatè, & ſine concurſu alterius cauſæ te genui, proptereáque habes in hac ſecunda generatione omnes conditiones tui principij, immortalis ab immortali, impaſſibilis ab impaſſibili, luce plenus, ab ipſo ſplendore; quæ omnia in quocunque prædeſtinato inuenientur [r] in die reſurrectionis, ſicut dixit Chriſtus *Luc.* 20. Illi qui digni habebuntur ſæculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque nubent, neque vxores ducent, neque enim vltra mori poterunt, æquales verò Angelis ſunt, & filij Dei, quia filij reſurrectionis, ſequuntur enim conditionem ſui principij.

[q] *Concordatur ad vulgatã.*

Rab. Dauid.

Pſal. 2.

[r] *Reſurrectio Sanctorum æterna generationi ſimilitudo.*

15. Vertit autem D. Hieronym. *ſalietis*, vt ſeruaret proprietatem ſimilitudinis, qua vſus eſt vates; ſolent enim vituli pingues ludere, ſalire, & ſaltare maximè cùm à præſepibus ſoluuntur orto iam ſole matutino, ſicut dixit Seneca in Hercule furente, *actu* 1.

Adſperſa die dumeta rubent,
Phœbique fugit reditura ſoror,
Ludit prato liber aperto
Nondum rupta fronte iuuencus.

Tragicus.

Vnde congruenter phraſis Chaldaica dixit, *exultabimini*, vel, *ſaltabitis*; ſicut etiam & Hieremias alibi, *Quoniam ſaltabitis tanquam victima bene paſta*; qua ſimilitudine Propheta explicauit reformationem, quæ etiam in corpore erit in die reſurrectionis, neque etiam mouere debet, quod vulgatus dixit, *de armento*, cùm in Hebræo ſit, *de ſaginario*; idem enim prorſus eſt, vt notauit Hieronym. in cap. 6. Amos. *Qui comeditis agnum de grege, & vitulum de medio armenti*; ſic Hieronym. habet, *quidquid in grege, aut in armento tenerum, & pingue eſt, veſtra gula paratis.* Idem igitur eſt, *vitulos de armento*, & *vitulos ſaginarios*, qui enim in ſaginario ſaginantur, nitidiſſimi ſunt, & pinguiſſimi.

Chald. Par. Hieremias.

Amos 6.

16. Vt igitur rem aliquam colligamus, talis eſt ſenſus huius loci, [t] Egrediemini de miſero ſtatu, ſeu de ſepulchris ad ſummam felicitatem; maiorem enim felicitatem, ac gloriam conſequentur beati, etiam qui iam ſunt in cælo, cum viderint corpora ſuis animabus vnita, quæ laborum ſocia fuerunt, quibus laboribus gloriam compararunt, eritque ſumma Sanctorum lætitia, qualis ſolet eſſe in vitulis bene paſtis, qui ſoluti à præſepibus ſub ſole matutino per prata herbida huc illúcque diſcurrunt ludibundi, ſaliunt, ſaltant, multámque lætitiam oſtendere ſolent à ſolis naſcentis aſpectu.

[t] *Totius loci ſenſus de datu corporum reſurgentium ad vitam.*

Text. Et calcabitis impios, cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum, in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum.

17. MVlta diximus in ſimili argumento in Pſalm. 57. verſu, *Lætabitur iuſtus*: hoc ſolum hîc notandum eſt, tunc maximè gloriam, & felicitatem vniuſcuiuſque apparere, cum Pſal. 57.

eam

[a] *Felicior ſors bonorum ex aliena miſeria.*
Tragicus.

[a] eam prodit alterius miſeria, vnde pulchrè dixit Tragicus, *Eſt miſer nemo, niſi comparatus.*——— Felicitas autem quamuis non pendeat ab aliena miſeria, tamen maximè in aliena miſeria oſtenditur, quod etiam non deerit ſanctis hominibus, & propterea dicit, *& calcabitis impios*; ſic enim commutantur rerum vices, nam tyranni, & impij, qui conculcabant bonos in hoc mundo, in iudicio Dei ſubiacebunt pedibus electorum. Cùm autem addidit Propheta, *cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum*: miſerum impiorum ſtatum ſignificat. *Cinis* enim in ſacra Scriptura vtiliſſimam rem ſignificat, vt conſtat ex Gen. 18. *Quia ſemel cæpi, loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis*, id eſt, cum ſim res viliſſima; qua de re videndus eſt Petr. Galatin. lib. 1. contra Iud. cap. 8. *quando igitur impij erunt viles, & abiecti? in die, quo Deus iudicium fecerit*; hoc ſignificat, *in die qua ego facio*, ſicut diximus ſuprà, tunc ſancti omnes erunt glorioſi, & in corpore, & in animo eorum felicitas cernetur.

Gen. 18.
Galatin.

Text. Mementote legis Mòyſi ſerui mei, quam mandaui ei in Horeb, ad omnem Iſrael, præcepta, & iudicia.

18.
[a] *Error Iudæorum circa ſua legis durationem.*
Rab. Dauid.

EX hoc loco colligunt Iudæi, duraturam eſſe legem Moyſis [a] vſque ad finem mundi, ſicut interpretatur impiè Rabbi Dauid, ſic enim habet: *Mementote in omni gente, & generatione legis Moyſis ſerui mei ad faciendum iuxta omnia quæ facienda ſunt in ea, quam præcepi ei in Horeb*, id eſt, ſicut præcepi ei in monte, *non ſecundum ſermones dicentium, quod ad tempus data eſt in ſenſu literali, ſed venit interpres, & expoſuit eam in ſpirituali*; Verùm, inquit perfidus Iudæus, hic verſiculus eſt contra eos, id eſt, contra Chriſtianos, aſſerentes iam ceſſaſſe legem Moyſis. In cuius confirmationem addit ille ea verba, quæ non reperiuntur in textu, *quandiu non venit dies iudicij*: præterea illud relatiuum, *quam*, exponendum dicit eſſe per particulā ſimilitudinis, vt ſit ſenſus, Obſeruandam eſſe legem, ſecundùm quod tradita eſt à Moyſe, cùm tamen relatiuum particulam non habeat ſimilitudinis, *atque ita*, inquit, *obſeruanda eſt lex, vt verba ſonant, & in ſenſu literali.* Quæ expoſitio non modò falſa, verùm & impia erit, vt bene notauit Burgenſ. *ad hunc locum addit.* 1. Conſtat enim ceſſaſſe iam legem Moyſi, quia ceſſaturam eſſe prædixerat Hieremias *cap.* 31. cum dixit, *Ecce dies venient, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iacob fœdus nouum, non ſecundùm pactum, quod pepigi cum patribus veſtris in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, dabo legem meam in viſceribus veſtris, & in corde eorum ſcribam eam*: qua de re ſæpius agit D. Paul. præſertim *ad Galat.* 3. 4. & 5. & *Hebr.* 7. Inter ſcholaſticos ea de re videndus eſt D. Thom. 1. 2. *q.* 103.

Burgenſ.
Hierem. 31.

19.
[a] *Quorſum vates, cum de iudicio extremo, mentionem faciat legis veteris.*
Cyrill.
Theodor.
Auguſt.

Verùm peculiaris difficultas eſt, [a] quorſum vates cum de extremo iudicio egerit mentionem facit legis Moyſi? Cyrill. & Theodor. quibus etiam ſuffragatur Auguſt. 20. *de Ciuitat. cap.* 28. exiſtimarunt, propterea hoc in loco feciſſe mentionem legis Moyſis, vt intelligerent Iudæi vaticinatum eſſe Chriſtum Dominum in lege, qui iudex futurus eſt mortuorum. Verùm Propheta videtur potiùs excitare populum ad obſeruantiam legis, cùm peculiarem mentionem fecerit præteritorum; quare potiùs videtur de obſeruantia legis hîc eſſe ſermonem. Cum enim Malachias vaticinatus fuerit ad initium temporis ſecundi, quod durauit annos viginti ſuper quadringentos, toto eo tempore lex vetus obligabat, ſi quidem non ceſſauit, niſi quando mortua Synagoga delata eſt ad ſepulchrum cum honore. Id quod factum eſt, vel à die reſurrectionis Domini; vel ab eo tempore, quo ſufficienter lex Euangelica promulgata eſt. Obſeruandam igitur dicit legem Malachias, quæ eo tempore durabat ab his, qui voluerint fugere pœnas impiorum, & gloriam conſequi, quæ præparata eſt obſeruatoribus legis.

Textus. Et ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.

§. vltimus.

Prædicitur Eliæ aduentus ante iudicium.

PLacet nobis valde ea ſimilitudo, qua vſus eſt quidam ex recentioribus ad hunc locum, reddens rationem, cur Elias venturus ſit reſeruatus in fine Orbis; [a] *Solent*, inquit, *homines ruſtici, parimque vrbani, ſi quas fortes ſimultates inter ſe habent, non admittere, nec audire viros nobiles, à quibus eorum perturbationes componuntur, ſed potius homines eiuſdem farinæ, vt aiunt, ignobiles; ſic prorſus Iudæis eueniet, qui Verbum in carne audire noluerunt, nec Apoſtolos, ſed potius filium domini vineæ, & ſeruos eius occiderunt; quibus omnibus offenſus Deus noluit Hebræos deſerere, ſed potius Eliam reſeruauit, qui eos in fine ſæculi ad verum Dei cultum reducet.* Videtur autem alluſio eſſe in his verbis ad illud Eccleſiaſt. 48. de Elia, *qui receptus eſt in turbine ignis, in curru equorum igneorum, qui inſcriptus eſt in iudicijs temporum, lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium & reſtituere tribus Iſrael.* Simili alluſione vſus eſt Chriſtus Matth. 17. *Elias quidem venturus eſt, & reſtituet hoc.* vnde non videtur dubitandum hunc locum intelligendum eſſe de vero Elia, vt docet Auguſt. 20. *de ciuit. cap.* 29. Niſſen. *lib. de aduentu Domini contra Iudæos.* Gregor. 11. *moral. cap.* 10. Chryſoſt. *hom.* 58. *in Matthæum.* ſæpiſſimè Tertull. eúmque adhuc viuere docet in carmine contra Marcionem, 20.

[a] *Aptiſſima Iudæorum comparatio.*
Eccleſ. 29.
Matth. 17.
Auguſt.
Niſſen.
Gregor.
Chryſoſt.
Tertull.

Nobilis Elias, qui non debita [a] *mortis guſtauit*
Quoniam rurſus venturus eſt in orbem.

[a] *Elias adhuc viuit.*

Cuius mors vaticinata eſt à Ioanne *in Apocal. ca.* 11. vt teſtatur Aretas autor Græcus, & cæteri expoſitores eiuſdem loci. Nec D. Hieron. oppoſitum voluit, quantum ego conijcere poſſum, ſolùm enim negat Eliam venturum eſſe ante eum aduentum Chriſti, quem ſperant Iudæi; non tamen ante ſecundum eius aduentum, quamuis non tam ad literam locum exponit. Duplex autem Elias habetur in Scriptura ſacra, vt patet ex Matt. *c.* 17. alius qui habere ſpiritum Eliæ dictus eſt, hic autem iam venit, & eſt Ioann. Baptiſta; alius qui venturus ſperatur, & eſt Elias promiſſus hoc in loco; quem D. Thom. 1. *p. q.* 102. *a.* 2. *ad.* 3. putauit in paradiſo terreſtri eſſe, & *in* 3. *p. q.* 49. *a.* 5. *ad.* 2.

Apoc. 11.
Aretas.
Hieron.
D. Thom.

in 2.

in 2.diſt.29.q. 1. a. 5. ad. 4. & in hunc effectum, quem ſuprà diximus,conſeruatum eum eſſe dixit
Hieron. Hieron.adhuc viuentem *Math.* 17. *&* 11.quod celeberrimum in cordibus, & ſermonibus fidelium
Auguſt. lium dicit Auguſt.2.*de ciuit.cap.*29.

Text. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.

21. [b] *Officium Eliæ.* PRædicitur in his verbis officium [b] Eliæ Prophetæ, nec enim reſeruari potuit in corpore, & animo præter ordinem & communem legem, niſi in magnum aliquem effectum;quis tamen is futurus ſit,non ita clarè conſtat propter difficultatem horum verborum;hoc tamen receptum eſt apud Patres, & videtur colligi ex ſacra Scriptura,id quod valde neceſſarium eſt ad expoſitionem huius loci,in extremo ſæculo multos Iudæorum ad veram Chriſti fidem conuertendos eſſe; id
Deut.4. quod videtur docere Moyſes. Deut. 4. *Nouiſſimo autem tēpore reuerteris ad Dominum Deum tuum.* Clarior eſt ille locus apud Oſeam c. 3. vbi poſtquam propheta dixit,Iudæos neque Regem,neq; ſacerdotium,neque Deum, neque verum cultum
[c] *Iudæi reuertentur ad fidem Chriſti in vltimo iudicio.* habituros,tunc ſequitur, *poſt hæc reuertentur* [c] *filij Iſrael,& quærent Dominum Deum ſuum,& Dauid regem ſuum in nouiſſimo dierum.* Ad quèm locum
Oſeæ.3. Par.Chald. ſic habet Par. Chald. *& obedient tempora ſaltem extrema Meſſiæ filio Dauid Regi ſuo.* Et ad hanc conuerſionē faciendam videtur reſeruatus Elias:
Rab. Dauid. vnde bene commentatur Rab. Dauid, *Ipſe Elias admonebit patres,& filios pariter, vt reuertantur in toto corde ad Deum,& illud eſt,quod dixit. Et conuertet cor patrum ad filios,id eſt cum filiis.* Particula Hebræa pro qua vulgatus vertit, *ad*, ſæpius etiam ſignificat,*cum*,vt notauit idem Rab.Dauid *lib.radic.*Ergo expoſitio non eſt exponenda cum apertè ſit contra Iudæos, dum aſſerit eos toto tempore antecedenti auerſos fuiſſe à vero cultu,
Rab. Abrah. & religione:& Rab. Abrah. eandem particulam explicat per *hinc,ſimul*,ita vt ſit ſenſus,*Patres conuertet hinc,ſimul & filios,vt vnum,& idem.* Locus
1.Paral.12. eſt ſimilis 1.Paralip. 12. *ſi pacificè veniſtis ad me, vt auxiliemini mihi,cor meum iungatur vobis*, Hebraicè,*erit mihi ad vos cor hinc ſimul*, id eſt, idem
Luc.1. velle: quem Hebraiſmum inuenietis apud Lucam c. 1. *& ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ,vt conuertat cor patrum in filios*,id eſt, faciet vt omnes fideles conueniant in religione
Auguſt. Gregor. Druped. & cultu Dei. Ergo eadem eſt ſententia Aug. *loco citato*,& Greg.11.*Moral.cap.*10.Drupedi.& aliorum recentiorum.Inter alia hæc ſunt verba Aug. *Elias veniet ante extremum diem legem ſpiritualiter* [d] *exponendo, quam Iudæi in cortice tantùm,& ad literam exponendam eſſe exiſtimarunt*;ac ita ſic
[d] *Elias legem ſpiritualiter explicabit.* legem filij intelligent,ſicut patres,id eſt, maiores intellexerunt,præſertimque eam partem, quæ de Chriſto loquitur; vna enim & eadem fides erit
Proſper. Theodoret. Chryſoſt. Euthym. circa res Chriſti:ita D Proſper,Theodoret.Chryſoſt.& Euthym.*ad c.17.Matth.*ſi tamen rectè intelligantur: ex illis enim colligitur citatum Hebraiſmum ſenſum facere, omnes communiter tam patres,quàm filij idem prorſus ſentient,idem erit omnium cultus,& religio.

Text. Ne forte veniam,& percutiam terram anathemate.

22. [e] *Procurat & in die iudicij,vnde nō puniat.* SEnſus horum verborum talis eſt, Ante me mittam Eliam prophetam, [e] qui vos omnes ad verum cultum,& pietatem reducet,omnes,inquam,ſuperſtites, ne quando veniens propter veſtram impietatem,omnes ſimul interimam, condemnando omnes excidio, & internecione in Inferorum ſedes. Eſt autem notandum in vltimis his verbis vocem Hebræam, pro qua vulgatus vertit,*anathema*,æquiuocam eſſe,vt notauit Pagn. *in theſauro*,& inter alia ſignificare,*rete*, quod ſubitò iacitur ſuper piſces, vel, deuoluitur ſuper aquas; in qua ſignificatione hoc etiam in loco accipi poteſt, vt pulchrè ad hunc locum notauit quidam ex recentioribus, tunc ſenſus erit: Ante me veniet Elias propheta, qui vos præparet in fide,& in religione,ne veniam ſubitò,& de repente vos omnes capiam, & deducam in gehennam, ſicut piſces & aues capiuntur retibus, quemadmodum iam olim vxor Loth via oculos in ſuam ciuitatem conuertens,ſubitò in ſalis ſtatuam conuerſa eſt, & quò oculos cōuerſos habebat viuens, eodem defixos habet in ſalem conuerſa; tam ſubita enim ipſius ſceleris pœna fuit, vt nec collum auertere potuerit. Eſtque alia huius nominis ſignificatio, ſecundùm quam *anathema* accipitur pro internecione & exidio,& denique pro ſeparatione,ſeu re ſeparata: in qua ſignificatione videtur hîc accepta vox *anathema*, vt ſit ſenſus:
[f] *Conſenſus in fide maximum ab vltima ira eximet.* Veniet Elias,ne ſi ego venero ante eum, [f] voſque inuenero diſſentientes,& ſeparatos in fide, & religione, perpetua ſeparatione vos puniam. Quæ quanuis,vt notauit D.Fulgent. ſi materialem locum conſideres,ſumma eſt, quæ in orbe eſſe poteſt,vtpote inter centrum, & conuexam ſuperficiem ſupremi cæli, in qua Beati erunt, longè tamen ait, quoniam ea Deo fit ſeparatio æterna: faxit tamen Deus, pro quibus effuſus eſt eius ſanguis,eoſdem perpetuò vniat in cælo.

F I N I S.

I N D E X.

INDEX
RERVM ET VERBORVM
NOTATV DIGNIORVM,
QVÆ IN HIS QVINQVE
Commentariis exponuntur.

Litera p, paginam indicat; Litera n, numerum marginalem deſignat.

A

AB

PRæpositio *ab*, apud Hebræos æquiuoca.p.565.n.74.

Abel.

Abelis munera cur placuerint Deo, diſplicuerint autem Cain.p.20.n.32.
Abelis ſacrificium cur Deo gratum. p.562.n.61.t

Abeſſa.

Abeſſa, qui & Booz appellatus, maritus Ruth, fuit Iudex, & an ſub eo contigerit fames in terra ſancta.p.137.n.20.

Abiectus.

Abiecti eſt animi res præſentes tantùm reſpicere.p.594. n.75.l
Abiectiſſimi & perditi plerunque vocantur à Deo, & ei acquieſcunt, cùm familiares reprobantur. p.520.n.25.

Abimelech.

Abimelech impius per rhamnum ſignificatus. p.80.n.265.

Ablutio.

Ablutio cadaueris vnde orta.p.124.n.24.g

Abraham.

Abraham ante circumciſionem credidit. pag. 93. n.303.f
Abraham qui nihil emit, emit ſepulchrum. pag. 120.n.5.r. Quare emit.p.123.n.18.b
Abraham & Ruth vocatio an eadem.p.203.n.39. & 40.n.p

Abſinthium.

Abſinthij duplex genus, vtrunqu amariſſimi ſaporis ac diuturni.p.384.n.56.n
Abſinthium doloris perpetui ſymbolum. ibid. o Inde etiam inebriare dicitur.p.385.n.eod.p

Abundantia.

Abundantia temporalium laborioſiſſimam ſeruitutem inducit.p.75.n.249.d
Abundantia & obliuio gemelli fratres. pag. 412. n.127.o
Abundantia quàm neceſſaria ad felicitatem imperij, & in quo conſiſtat. p.54. n.189.

Abyſſus.

Abyſſus multitudinem ſiue molem ſignificat, cuius profundum incomprehenſibile eſt. pag 505.n.47.p
Abyſſus extrema allegoricè ſignificat mortem & ſepulchrum Chriſti, quod fuit exciſum in petra, nec defuerunt vectes ferrei.p.506.n.51.d e

Acab.

Acab rex quàm auarus. pag.248.n 7.

Accingi.

Accingi in Scriptura quid ſit. p.90.n.296.b

Accipere.

Accipere faciem, perſonam, in Scriptura quid ſit. p.584. n.39.
Acceptor perſonarum quàm non ſit Deus, qui omnes vbique locorum ad ſalutem & pœnitentiam vocat.p.466.n.18. per tot.9.5.

Accubare.

Accubare inter terminos, quid ſit iuxta Scripturam.p.80.n.261.c

Acetum, Acetarium.

Aceto inter veſcendum tempore meſſis vtebantur veteres Palæſtini, & quare.p.208.n.56.
Acetarium, quod ex herbis frigidis permixtis aceto fit, aceti nomine venit.p.209.n 57.e

Acroſtichis.

Acroſtichis quid ſit.p.161.n.22.d

Adamus.

Adamus indutus agni pellibus ab initio, & quare.p.552.n.34.g
Adamus poſt peccatum è regione paradiſi eſt poſitus, & quare.p.183.n.133.f
cur Adamum Deus pellibus induerit poſt peccatum.p.350.n.61 y
Adam non circumciſus & fidelis.p.93.n.303.r
Adami crimen non ſolùm bonis omnibus ſpoliauit Eccleſiam, ſed huius inde hoſtes facti ſunt opulentiores.p.291.n.144.a b
Adami crimen eſt peccatum grande. pag. 301. n.172 e
in Adami peccato abſtulit malus dæmon deſiderabilia dona Dei ab anima, ſiue Eccleſia. pag. 307.n.191.r
Adam agricola. p.74.n.248.o
Adam vbi ſepultus.p.122.n.13.i
Adam data mors in pœnam, & quare. pag. 530. n.15.l

poſt Adami peccatum homo agricola , idem quod pœnitens.p.75.n.249.t
Adoleſcentibus impudicè abuſi ſuot Chaldæi. p.447.& 448.o.34.& 35.

Adoleſcentia.

Adoleſcentja ad parientiam aſſuefacienda vt miteſcat.p.393. num.63. n. Mala illius, & pericula.n.65.p

Adoratio.

Adorandi varij modi , ſed præcipuus cadentis io faciem.p.200. n.33.g,h,i
Adoramus Principes & Magiſtratus , non tamen ea adoratione qua Deum. pag. 201. num. 34.m,n
Adorarioois prophanæ ſignum, dexteram deoſculari.p.167.n.93. l
Adoratio primogenito debita , qnomodo Iudæ quarto loco nato tributa.pag.65.n.218.& 219. Metaphoricè conuenit Meſſiæ.p.66.n.239.n
Adoratio potiùs animi quàm corporis ceremonia.p.200.n.34.l

Aduentus.

Aduentus Chriſti celeritas quanta. pag. 102. n.327.z
Aduentus Dei in caroe io bis verbis , *Non auferetur ſceptrum de Iuda*, &c. adumbratur.p.40. n.143.& ſeqq.

Aduerbium.

Aduerbium de præſenti æternitatem ſignificat , & quare.p.34.n.122.a
per Aduerbium de præſeoti & verbum de præterito appoſitiſſimè declaratur generatio æterna.p.34.n.122.b

Aduerſa, Aduerſitas.

Aduerſa viri ſancti patiuntur ſæpius, & quare. p.620.& 621.n.90.
Aduerſa ducunt ad Deum,qui io liberalitate contemnitur. p.271.n 60.
Aduerſa nullus facilè tolerabit,cui neceſſitas non fuit pati dura.p.391.n.64.m
Aduerſis prementibus coniux cum tota familia ſuum caput ſequatur. pag. 143.num. 37.r
in Aduerſis Deus laudandus. p.365.n.108.q
in aduerſis votum fuit ſemper confugere ad ſolitudinem. p.394.n.69.
in Aduerſis compaſſio miſericordem animum demonſtrat , ſicut & communicatio in gaudiis non inuidum oſtendit .pag.216. num.78. per tot.§.4.
in Aduerſitate nihil acerbius quàm ab inimicis derideri , & ab aroicis deſeri. pag. 329. n.271. & 272.
in Aduerſitatibus pigrè vocandus amicus. p.274. n.76.u

Adulatio, Adulator.

Adulatio compendioſa via ad euertenda regna. pag.419. n. 45. h. E contrà verò remedium in obiurgatione. ibid. i
Adulatorem & impuram voluptatem ioter ſe comparat Philo. p.326.n.259.
Adnlatores quare dicuutur vngentes. pag. 429. n.44. f

Adultera , Adulterium.

Adulteræ pœna iuſta, vt reueletur ignominia eius.p.300. n.169 p
Adulterium in coniugem patris , horribile vitium. p.16.n.56.b
Adulteriom , peccatum grande, & quare. p. 299. num. 168.1. Ideo ſub illius figura ſignificatur idololatria. pag. 300. num. 168. i

Aduocatus.

Aduocatorum caninum ſtudium & publicum latrocinium.p.247.n.6.t. Eorum & legum multitudo , inquietudo eſt & commotio iudicij. ibid.u. Dilationes introduxit , quas præoccupabat S.Iob. ibid. z, a

Ædificare.

Ædificare in ſacra Scriptura quid ſignificet.pag. 553. n.36.e

Ægyptius, a.

Ægyptij vultu & veſtibus ſolia , noo lacrymis ſuos defunctos deflebaot. p.118.n.39.c
Ægyptiæ amor impudicus exponitur. pag.107. à n.344.ad 346.

Ætas.

Ætas decolor , idem quod vitioſa ætas. pag.118. num.5.p
Ætas virilis & matura io matrimonio neceſſaria ad maturam & ſtabilem ſobolem.pag.213. & 224.n.4.per tot.
quòd Ætas extrema pereat fame conſumpta,longè miſerrimum eſt.pag.325. num.256.& 257. per tot.§.2.
Ætatis cuiuſcunqne peculiare officium. pag.450. num.43.h
Ætates tres notatũt veteres Hebræi.p.540.n.3.b

Affectus.

bene Affectus oon modò prauè non iudicat, iudiciúmve ſuſpendit, ſed quod pulcherrimum eſt opioatur.t.236 n.36.per tot.§.t.

Afflictio.

Afflictio noſtra Deum ita mouet , vt videatur egere conſolatione. p.529.n.11. z
in Afflictione quantum valeat vel ſola Domini recordatio.p.509.n.61.per tot. §.1. & p.510. n.66.per tot. §.3.

Agens.

qnæ Agentis particularis reſpecto,caſo eueniunt, ea alia prouidentia credenda ſunt euenire. p.192.n.15.q

Ageſilaus.

Ageſilaus quidam Græcus magiſtratuum corruptor , à populo mulctatus. pag. 53. num. 188.

S. Agnes.

Agnetis proximæ morti dictum de corpora Domini.p.57.n.198.

Agricola, Agricultura.

Agricola & laborantem hominem refert , & liquefactum. p.80.n.263. t
Agricultura in Iſſachar adſtruitor. pag. 74. num. 247.c
Agricultura aliarum artium parens & nutrix. p.193.n.17.e
Agricultura miſera vnde cœpit. pag. 75. num. 249. f
Agriculturæ habitus pœnitentiæ eſt. ibid. u
Agricultura alia fœlix , alia miſera. pag. 74. num. 248. n. Eſt imperij ſpecimen. pag. 75. n.248.p

Album.

Alba pto fauſtis & felicibus. p.414.n.27.

Ain.

Ain litera ſignificat oculum,ſiue fontem. p.320. o.240.

Aleph.

Aleph ſignificat doctrioam , ſiue diſciplinam , qua docemur confugere ad Deum cum aduerſa vrgent.p.271.n.60.g,h

Alere.

Digitized by Google

Alere.

Alniſſe maioris amoris ſignum eſt quàm procreaſſe. p 97.n.314.h. & p.381. n. 130.f. Propterea Chriſtus tantopere homines alleait ad fidem. ibid. & pag.372.g.

Alexander.

Alixander quomodo Aſiam Europæ coniunxit. pag. 152. num.60. Perſicum habitum induit, & quare. ibidem. Similitudo egregia in hoc Dei cùm Deus noſter factus eſt.ibid.

Alexandri magni humanitas in ligando Lyſimachi vulnere faſciâ.p.452.n.52.e

Alienigena.

Alienigenarum conſuetudo prohibita Hebræis. p.174 n.110.p. Quam ſuperſtitioſa.ibid. q

Allegoria.

Allegoriæ præſtantia & dignitas. lege tract. 4. p.29.30. & ſeqq.

Allegoriæ acceptio vulgaris.p.35.n.129.e. Alieniloquium dicta eſt.ibid. Vſitata à poëtis.ibid. f. Imò & apud ruſticos. ibid. g

Allagoria vocis quæ ſit ex S.Auguſtino.ibid. i

Allegoria facti,quæ dicatur ab eodem.ibid.num. 130.l. & p.36. m. n. o

Allegoriæ preſsè ſumptæ vera deſcriptio. p. 36. n.131. p. q

Allegoria Sacramenti ex Auguſt.ibid.

Allegoriæ celebris inter Patres & Doctores Theologos diuiſio in tropologicam, & anagicam eaplicatur.p.36.n.132.u

Allegoria ſimpliciter quid. ibid.x

Altiſſimus.

Ex ore Altiſſimi non egredientur nec bona nec mala? quis ſenſus illius loci. pag. 401. num. 91. & 92.

Amalechita.

Amalechitæ cur puniti poſt quadringentos ferme annos. p.17.n.6.

Amans.

Amantis prima lex eſt, vt ſe componat ad ſimilitudinem rei amatæ. p.232.n.25. z

Amantis præſentia amanti naturalis eſt. pag.546. n.19. q

Amantium tegumenta, nocturnæ tenebræ.pag. 235.n.7.n

Amantium Ingenium quale.p.69.n.232.g

Amantium animi quàm ægrè patiantur ab inuicem diuelli.p.161.n.81.

Amaritudo.

Amaritudinum omnium radix & origo, peccatum.p.328. n.165.

Amaritudo ſignificat omnia naturæ & felicitati contraria.p.286.n.127. t. Eáque maximè cernitur cum ſibi miſera dolori maximo eſſet Hieruſalem, quaſi extremo furore pereita præ magnitudine calamitatis.p.286.n.128.l.m

Ambitio.

Ambitio nihil intentatum relinquit, &c. p. 463. num.8. z

Ambitioni: eſt, ad honores ſurgere qui laborem fugit.472. n.35.n

Ambulare.

Ambulare cum Deo, quid ſit. p.579. n.23. e *Gabr. à Coſta.*

Amicitia.

Amicitiæ Coſtodi. ſine ſanguine ſacrificium. p.97.n.314.g

Amicitiæ lex optima, neque proſperis neque aduerſis mutari.p.216.n.78.a

Amictus, Amiculus.

Amictus quæ veſtis, & an differat ab ſtola.p.57. n.198.d.e

Amiculus nigellus pro veſte lugubri. pag. 129. num. 41.

Amicus.

Amicus nullis ei luſtè eſt qui ponit ſpes ſuas in homine.p.325.n.254.b

Amicus qualiter conciliandus. ibid.e

Amici improbi ad inſtar hirundinum, & quomodo p.216.n.78.

Amice commoda mihi tres panes. Egregia huius loci explicatio ex D.Bernardo.p.182.n.132. i

Amicum proprium offendere,crudeliſſimum eſt. p.554.n.38.m

Amicum ad amicum venientem intelligit D.Bernardus de reditu eiuſdem ad ſeipſum.pag.182. n.132. i

Amicus ad ſe recedit, cum tranſitoria deſerens ad cor redit. ibid. l

Amicos perditis in rebus an liceat vocare.p.274. num. 76.

Amici eſt vitam ſuſtentare, amico pereunte, ne totus pereat quem amabat.p.271.n.101.b

Amico dolorem communicans,doloris onere cupit exonerari .p.171.n.102.c

Amici dolor amatorem non ſolatur lachrymis, ſed amore per eas expreſſo. ibid. f

Amicorum falſitas in aduerſis. p.324.n.254. a

Amicorum condolentia eſt alleuamentum doloris alterius amici, & quare. p.274.n.74.

Amor.

Amor diuinus variis nominibus ab antiquis appellabatur. pag.547.num.19. r. Tranſlatus eſt à Iudæis ad alias gentes. pag.547. num. 11.n. Sed non eo tempore quo prophetauit Malachias. n. 22. x

Amoris diuini à noſtro diſcrimen. pag. 548. n.24. f

Amorem diuinum humiliter accuſat qui mortem petit.p.439.n.2.a

Amore congreditur Deus cum hominibus. pag. 193 n.16.b

vetus Amor eſt impatiens moræ. pag. 193. num. 16. d

Amoris in cælo natiuitas.pag 546. num.19.n. Illum paupertas genuit. ibid.o. & prodit indigentia.ibid.p.

Amoris apta ſimilitudo in elementis. pag. 161. n.81.q

Amor diuinus quàm impatiens ſeparationis.pag. 161.n.81.r

Amore maximè vulnerantur fœminæ abſente amoris obiecto p.161.n.81.m

Amoris proprietas ægrè diuelli à re amata. pag. 161.n.81.o

Amor ex D.Hierotheo quid ſit.pag.161.num.81. o. Tunc ſentitur cùm eum prodit indigentia. ibid.p

Amor antiquus obliteratur nouo. p.439 n.2.e

Amor vulneratus per ſeparationem in lachrymas effunditur. p.168.n.95.d

Index Rerum

Amor prædeſtinationis fons. p.550.n.29.t

Amor ſiue charitas introducit plerunque ebrietatem, & ecſtaſim facit. p.60.n.205.p.

Amor eſt ardor demortui corporis in alieno corpore viuens. ibid. q

Amoris ſedes in iecore, & quare. pag. 351. n.66.l

Amoris vis multiplicat deſideria. pag.89. n.293.x

Amorem conciliat eiuſdem nominis compellatio. p.194.n.18.b

in Amore pulcherrimum, quod in deſiderio optimum. p.113.n.358.m

Amore & ira laborantes neceſſe eſt vt mora maximè vtantur. p.529.n.7.r

Amor ſagittarius depictos à veteribus, & quare. p.58.n.202.f

Amor & maieſtas conciliantur pulchritudine ſine forma. p.58. n.201.

Amoris in præſtita alimonia plus eſt quàm in filiorum procreatione. pag. 97. n.314.h

ad Amoris ſola negotia transfertur maieſtas illa cui adminiſtratio orbis incumbit. pag. 192. num. 15.u

Amoris potentiſſimum telum ſi quis videat alium pro ſe pati. p.171 n.10:.i

Amor deterior cur nobiliorem expellat. pag 470. n.31.u

Amor cupidinis, vacantium occupatio. p. 191. n.12 b

Amor parentum nimius filiis nocet. pag. 104. n 334.b

quidquid Amari poteſt in vita fluaum & breue. p.536.n.44.u

Amygdala.

Amygdala vigilans appellatur, & quare. p. 315. n.220.d

Anabaptiſta.

Anabaptiſtarum hæreſis, omnem curam neceſſariorum prorſus abiicere. p.218. n.85.d

Anagogia.

Anagogia quid ſit. p.37.n.132.a

Analogia.

Analogia idem eſt atque vtriuſque Teſtamenti conuenientia. pag. 13. num. 41.l. Neceſſaria eſt vt vmbræ veteris legis reſpondeant corporibus nouæ. ibid.m

Analogia eſt congruentia vtriuſque Teſtamenti. p.150.n.63.

Analogia vtriuſque Teſtamenti in Simeone & Leui. p.25.n.81.

Anathema.

Anathema, vox eſt æquinoca. p.628.n.22.

Andromada.

Andromada fingitur in Ioppe ad rupem alligata. p.469.n.28.p. Pulchra inde allegoria de ſolutione vanæ Deorum ſuperſtitionis. n.29 q

Angelus.

Angelus nuncius cum maieſtate p 596.n.4.n

Angelus voluit occidere Moyſem, & quare. p.91. n.297.g

Angeli veluti milites cuſtodiunt ſanctos. p.109. n.348.l

Angeli, dormiente Iacob ad pedem ſcalæ deſcendebant attracti à gratia illius carnis de qua Chriſtus gignendus erat. p.147.n.45.z

Angelos alatos effingit S. Scriptura, & quare. p.465.n.15.u

Angelorum peccatum primum, quod. pag. 488. n.86.b

Angeli peccatum per exceſſum. p.583.n.54.d

Anguſtia, Anguſtiari.

in Anguſtia conſtitutus ſemper tarditatis accuſat diuinum auxilium. p.456.n.67.n

verbum *Anguſtiari* in Hebræo multiplicis ſignificationis. p.509.n.61.

Anima.

Anima mortalis iuxta Plinium p.119 n.3. b

Anima noſtra tripartita eſt ex Philone. pag. 84. n.277.

Anima pro vita frequenter ſumitur in ſacra Scriptura. pag. 27. num. 92. t. & pag. 490. num.93.u

Anima corporis eſt gloria. p.27.n.93.a

Anima præſertim fœminæ tota in oculis & facie repræſentatur p.271.n.65.

Animæ tranquillitas ex puritate conſcientiæ. p.513.n.86. r & ſ

Anima quod ſibi naturaliter apperit, hoc iure quodam humanitatis alteri largiatur oportet. p.197 n.27.x

Anima à ſinu Dei exiens, continuò leproſa & peccatria redditur, donec reducatur ad diuinum ſinum. p.339.n.22.h

Animæ cœleſtis eſt conſpectum diuitiarum auerſari. p.360.n.94.n

Animæ beatæ culcitra, conſcientia pura. pag.4. num. 10. Videt futurorum myſteria, & oracula diuina audit. ibid. Fraudes diaboli doloſque vitat. n.11.

Anima nullibi niſi ad pedes ſponſi requieſcit. p.239 n.42.l

Anima vt mundior appareat, ſordidiores exuat veſtes oportet, deinde ſuis ſe lachrymis abluat, ſi lachrymæ dici poſſunt & non potius cœleſtis roris imbres. pag.232.n.25. a. b. c. & 233.n.26.h

Anima quandiu non pœnitet, fit deterior. p.301. n.172.x

Anima repellitur cuius ara cordis prophanatur. p.345.n.43.

Anima fugiendo mala, & amplexando bona, adoleſcit in virtute. p.218.n.84.b

Anima quam deſtituunt temporalia bona, ad Deum ſe facilè conuertit. pag. 499. num. 22.d

Anima de cuius ruina lætabatur inimicus, per Chriſtum redempta ſperat vltionem de malo dæmone. p.330.n.275.m. Quin & de perſecutoribus hominibus. n.276.n

Anima prauis dedita deſideriis Dei in ſe polluit templum, & principes, nempe ſenſus, ſibi iniquè dominantes. pag. 337. n.16.

Animæ deperditam pulchritudinem reparare poſſunt lachrymæ. p.320.n.41.l

Anima proficiens veluti hedera retinacula quærit vt in altum ſurgat & fugiat à terra. p. 217. n.84.x

Anima ſacrarium erat Trinitatis donec diabolus miſit manum ſuam in eam. pag. 307. n.191. f

Anima

Anima diuino amore correpta, ita bacchatur, vt ebria videatur. p.60.n.205.
Anima per fidem & charitatem conuerſa, & viuit & continuò operatur p.192.n.16.
Anima nihil minus inuenit quam voluptatem in voluptatibus.p 471.n 33.h
Anima profuga à Deo ad eum rediens fit pœnitentiæ dux.p.510.n 27.n
Anima Deum fugiens, vt in ſordibus & fœtoribus viuat, neceſſe eſt.p 477.n.50.l.m
Anima quæ carnalia ſectatur, pretioſa quæque pro vilibus appendit. p.309 n.190.
Anima non quærit Deum, niſi priùs ab eo fuerit quæſita. pag. 457. num. 70. u. Sicut ouis non regreditur, niſi præueniatur à paſtore. ibid. x
Anima ſuos mores ad conſcientiæ examen velut ad ſpeculum componens, pulcherrima redditur. pag. 213. num.71. z. Eadem enim non purgata, ſicut aurum terra obuolutum, ſeu triticum in palea, eſt, ibidem. a. Ab eiuſdem purgatione non eſt deſiſtendum ne incidat in extremum ventilabrum. ibid.b
Anima in morte non habet vim præuidendi futura, ſed habet vim perceptiuam reuelationum tunc maximè. pag. 5. num.14. Ratio, quia tunc magis ſeparata eſt ab ſtrepitu ſenſuum. ibid.
Animæ Deum quærentis ab adoleſcentia fructus. p.394 n.66. f
Anima quæ Dei in ſe veſtigia ſpreuit, ab hoſtibus conculcata proiicitur.p.335.n.11.h
Animæ fideli ea doctrina tantùm colligenda quæ in agro Eccleſiæ reperitur. pag. 220. num.90. e
Anima Deum fugiens adumbratam ſolùm voluptatem poteſt inuenire, & animi commotionem.p.534.n.38 b.i
Animæ Deum fugentis quale ſit gaudium, in Iona conſpicitur.p.472.n.34.m
Anima recedens à Deo firmius nihil ædificat, quam tugurium.p.533.n.29.p.
Animæ vulnera curantur per oculorum plagas. p.277.n.90. e. d
Anima inexperta cæleſtium gaudiorum accommodatiorem locum non habet quàm pedes ſponſi.p 236.n.35.h
Anima igne ſacro de cælo tacta feliciter pariter & ſecurè diuinæ legis retinaculis comprehenditur. pag. 314. numer. 217. per totum §. 2.
Animæ captiuitas interna longè acerbior externâ. pag. 292. num. 14. Dum quis ſua ferrea voluntate tenetur in vitiis. ibidem e
Animæ fatidico ſpiritu repletæ, quæ dicantur Ariſtoteli.p.5 n.15.
Animæ pœnitentis poſt luctum hordeaceo cibo nutrienda.p 183.n.134.
Anima pœnitens transfundi, & defæcari ſicut vinum exoptat.p.282.n.131.f
Anima pœnitens tunc ſe magis diuinæ aptat miſericordiæ, cùm ſuam condemnat inobedientiam. pag.488. num. 87. Neceſſe eſt ad miſericordiam inueniendam, vt priùs in ſe puniat quæ admiſit peccata. pag. 489. num. 87. e. Iuſtè enim petit vt Deus non puniat, quod ipſa iam puniit. ibid. f. Eadem via reuertatur eò, vnde egreſſa eſt.pag.489.n.90.m. Non ſatis eſt ei timere, niſi & redire feſtinet. *Gabr. à Coſta.* p.490.n.91.r. Impœnitens tremit ſine fructu, & quare. ibid. ſ
Anima pœnitens non tam inueniſſe videtur ſalutem quàm lachrymas. p.182. n.133.p.
Anima pœnitens quàm ſuauiter & fortiter à Deo attrahatur, quam non modò recepit vt pater clementer, & vt vir amatoriè, ſed vt mater indulgentiſſima fouet, & blanditiis demulcet. pagina 208. numer. 53. u. x. & z
Animæ pœnitenti exuenda propria voluntas vt poſſit progredi. pag. 63. num.8. ſ. Nec non dimittendæ appetitiones malæ, & ad domum matris, id eſt, voluptatis relegandæ.pag.164. n.85.t. & u
Animæ pœnitentis ad Deum reuerſæ progreſſus monſtratur in duabus mulieribus. pag. 173. n.107. d
Anima per pœnitentiam ſanata continuò alios ad reſipiſcentiam adducere ſatagit. pag. 518. n.21. z
Anima pœnitentiæ lachrymis lota adeo diuinæ charitatis flagrat incendio, vt veſtes non modo veteres deponat, ſed comburat.pag.233. n.27.per tot.§ 5.tract.29.
Anima de terra prophana ad Deum & religionem ex toto conuerſa, non poteſt tandem ad optatas Agni nuptias non peruenire. pag. 254.& 255.n.29 x
Animæ cuius eſt Deus, nihil amplius quærendum p.206.n.47.n
Anima conuerſa, vt Deum aſſequatur, ſe & omnia derelinquit.p.206.n.47.t
Animæ conuerſæ ad Deum, ac bene occupatæ fructus, verecundia eſt, adeo potens vt cælo vim inferat.p.201.n.36.
Animæ conuerſæ ad Deum proprium eſt non ſuo, ſed alieno regi arbitrio. pag. 189. n.9. g
Animæ ad Deum conuerſio per reditum Noemi ad patriam adumbratur. p.162.n.82. ſ Fit ea conuerſio, extrema hominem premente miſeria.ibid.u
Anima ægra, Deo propinquior. pag. 162. num. 82. b
Animæ pœnitentis primus motus ad ſalutem, receſſus à vitiis. pag.162. n.83. f. Apta ſimilitudo pro medela illius. ibid. i
Anima quæ ad ſponſum peruenit, pallio ſe operiat, vt iam amplius quæ ſunt in mundo non videat. p.241.n.46.c. Vel deponat pallium vt virtutum recipiat plenitudinem ex contactu. ibid. d
Animæ conuerſæ quotquot Deum contigerunt, redditæ ſunt illuſtres. p.241.n.46. e
Animæ fideles modò laboribus, modò voluptatibus exercentur à Deo. pag. 210. num. 62. d
Anima nudata gratia inſtar turturis viduæ. pag.552. n.34.h. Eiuſdem miſeria ex corporis miſeria colligitur.ibid.i
Anima ſpoliata virtutibus ſibi pœna eſt, in cuius ſupplicium nemo ſæuior ipſa.p.288.n.133. Seipſam vulnerat. n.134. d
Anima peccans quas amicas putauit appetitiones, inuenit hoſtes.p.276.n.92.f
Anima peccans in Adamo, foris gladium offendit & intus mortem; ſiue exteriùs tribulatur aduerſis, quæ intus malis fatigata ſuggeſtionibus non quieſcit. Vide §.2.pag.328.

Anima per peccatum tecedens à Deo, in locum voluptatum tanquam in exilium deiicitur, migraos in acerbam ſeruitutem & afflictiooem. p.282. n.113. a b.c

Anima per peccatum deformata quantùm robore infirmatur ad bonum.p.294.n.152.z

Anima de perturbationum naufragio liberata, gratiſſimum Deo ſacrificium offeret cor contritum, &madidas lachrymis ſi Deo ſuſpendar veſtes, vt fecere primi credeotes in Chriſtum.pag.493.n.106. l m n

Anima de terra Moab ſeu vitiorum egreſſa duas ſimul comites habere noluit. p.173.n.107 g

Animæ ſcuttantis quàm ſint propbana munera. p.173.n.106.c

Animus.

Animi tranquillitas. *lege* §. 2.p.3.& 4.

ex Animi tranquillitate transfunditur gloria in carnem Chriſti.pag. 386.num.40. Quam ſibi ereptam gemebat Ieremias Propheta.ibid. b

Animus fugitiuus mundi aſpectu allicitur, amplectitur enim quæ ſenſus percepit vt pulchra. p.470.n.31.x & z

Animus ſeruilis nihil integrum, neque ſanum babet.p.81.n.265.d

Animus imbecillis alienis io malis lætatur. pag.555.n.42.r

Animi modeſti & verè bumilis eſt, verecunda propriæ indigoitatis confeſſio.p.201. n.35.per tot.num.35.

Animus in oculis inhabitat. Locus Plinij elegantiſſimus quoad fletum. p.319.n.236.

Animi vulnus per plagas oculorum ſanatur. pag. 352.n.70.

Antichriſtus.

an Antichtiſtus ſit otiundus ex Dan.p.82.per tot. §.1.tract.24.

Antigonus.

Antigonus, vltimus rex ex Iudæis, quo mortuo regnare cœpit Herodes Idumæus. pag. 42. n.150. a b

Antitheſis.

Antitheſis, quæ figura; quomodo vocetur à Quintil. & eiuſdem exemplum. pag. 567. n.80.q

Aperire.

Aperire os ſuper aliquem quid ſit. pag. 405. n.103. l

Apoſiopeſis.

Apoſiopeſis, id eſt, reticentia. pag. 547. num. 20. l

Apoſtoli.

Apoſtoli legati à latere, & quare. pag. 156. num.70. m

Apoſtoli multa pro futuro tempore procurauot.p.218.n.85.f

Apoſtolorum expeditio per orbem è terra Zabulon.p.72.n.241.per tot.§.2.

Apoſtoli ſanctiores aliis ſanctis. pag. 598. num. 10. a

Apoſtolis ſanctis conſummandi ſeu perficiendi munus conceſſum.p.157.n.71.q

Apoſtolorum dignitatem commendat, quòd loco Chriſti interempti legati miſſi ſunt ad homines. pag.157. num.71. r. Eorum munus omnibus maius. ibid. ſ. Pro Cbriſto vicarij & legati. ibid. t. Huius legationis proprium rem Cbriſti perficere. ibid. u Quomodo adimpleuere paſſionem Cbriſti in corporibus ſuis.ibid.x.z.a.b

Apoſtoli Ephratæi, vel frugiferi.p.157.n.73.c

Apoſtoli ex tribus familiis Hebræorum, & quare.p.157.n.73.d

Apoſtoli Ephratæi, id eſt, meſſores Verbi diuini. p.158.o.73.e

Apoſtoli meſſores dicuntur, & Prophetæ ſatores fidei, ſed vtrunque munus fuit Apoſtolorum ad gentes.p.158.oum. 74.f. Abierunt ad gentes propter Hebræorum perfidiam. ibidem g. Eorundem ſponſalia in gentibus, per coniugia filiorum Elimeleeb præfigurata. p. 158. oum.175.h

Apoſtoli, qui reſpondent filiis Elimeleeb, altera pars familiæ Chriſti.p.155.n.68. x

Apoſtolis prædicantibus, & teſtaoribus prophepbetis publicata eſt incarnatio Chriſti. p.155. num.68. a. Plura de Apoſtolis, per totas pag.156. & 137.

Apparitio.

Apparitionis & propbetiæ diſcrimen. pag. 545. oum.18. i

Apparitiones nocturnæ ſolent eſſe peſſimæ. pag. 235.n.32. a

Appetitiones.

Appetitiones noſtræ oobis peccantibus in hoſtile odium eoouertuntur.p.278.n.92.g

Appetitiones malæ comites redeuntis ad Deum animæ continuò relegandæ in domum voluptatis. p.164 n.85. r. u

Aqua.

Aquæ baiulum ſequatur qui voluerit Paſcba Domini celebrare.p.242.n.5.p

Aqua prima incipit myſteria, & complet vltima.pag.242. num.51. r. Mundum parturiuit Baptiſmo. ibid. ſ

Aquas nouiſſe animare non mirum, quando ſine aqua non formatus eſt homo. pag. 243. n.51.t

per Aquam tantùm ad Chriſtum acceditur. pag. 243.n.51.u

Aquæ cootradictionis cur ſic dictæ. pag. 98. num.315.ſ

Aquæ quandoque in Scriptura ſignificant extremas calamitates & populos.pag.410.num. 120. m

Aqua de vaſe perfectiùs effunditur quàm alij liquores, & quare. Egregia inde comparatio de turpi voluptate.pag.9.n.28.

Aquila.

Aquila quæ à carnibus abſtinet, ſymbolum eſt pœoitentis.p.520.n.28. r

Arca.

Arca ſcabellum pedum Dei erat, propitiatorium verò thronus eius. pag. 335. num. 4. e Quod Deus à ſe proiecit, cum templum & ſanctuarium, nec non & ſacrarium & vniuerſam vrbem euertit Ieruſalem. pag. ead. num. 5. & 6. f. g

Archytas.

Archytæ in ſeruos iracundia quomodo ſedata. p.20.n.69.

Arcus.

Arcus iræ Dei ferientis. *Lege* tract.4.ſuper Cap.2. Threnor.pag.339.& 340.

Areopagita.

Areopagita.

Areopagitæ noctu iudicia exercebant, & quare. p.584.n.39.n

Aries.

Aries non inueniens paſcua figurat amiſſum robur militare principum Sion. p.293. numero 148. n

Aries ſymbolum belli eſt ob fortitudinem & agilitatem.ibid.o.p

Arius.

Arius veſtem meam diſrupit, quid ſibi velit per hæc verba Chriſtus Dominus.p.56.n.197

Aſer.

Aſer, octauus filius Iacob.p.100.n.319.a
Situs fortis eius citra Iordanem.ibid.b

Aſer pinguis panis, ſenſus horum verborum.ibid. & n.320.& 321

Aſer pinguis panis, quis ſenſus huius vaticinij. p.95.per tot.tract.30.

Aſina, Aſinus.

Aſina & pullus, figura humani generis. p.55. n.194

Aſinus, ſymbolum ſeruitutis.p.79.n.258.c

Aſpis.

Aſpidis remedium, ne venefici carminibus capiatur.p.62.n.208.col.a.in princip.

Aſſumptio.

Aſſumptiones falſæ, hoc eſt, onera falſa. p.557. n.85.l

Aſtutia.

Aſtutia humana nihil poteſt contra diuinum conſilium, ſapientes enim Dominus comprehendit in aſtutia ſua. lege §.1. tract. 4. in Ion.p.472.& 473.

Auaritia, Auarus.

Auaritia malorum inefficax, & quare. p. 248. n.7.f

Auaritia Deus huius ſæculi.p.561.n.58. f
Quàm reprehenſibilis in ſacerdotibus Euangelij. ibid.g

Auaritiæ obtenditur religio.ibid.h

Auaritia, cauſa famis.p.139.(non 141.)n.25.r

Auarus priùs ſe mulctat quàm pauperem.p.151. n.56.o

Auaritia veterum ſacerdotum.p.560.o.58.e

Auari famem negotiantur. p. 139. (non 141.) n.26.z

Auarus diues miſerè eget, & abiectè mendicat. p.248.n.7.e

Auari crudelitas tempore famis. p. 308. numero 196.g.h

Auaris nihil acerbius inopia.p.573.n.3.

Auaritiæ fructus.p.574.n.7.l

Audire, Auditus, Auris.

Audiendi impedimenta quòd tollantur ab auribus ouium Chriſti, ſpectat ad ſanctam prædeſtinationem.p.62.n.208.t.u

Audiendi aures nobis præſtat Deus.ibid.a

Auditus ex omnibus ſenſibus ad affectus mouendos magis idoneus, & quare. pag. 62. n.208.n
Vnica ad bonam frugem relicta via eſt.ibid.

Auris prima mortis ianua, prima & vitæ, niſi ſerpentina malitia obturetur.p.62.n.208.x.ſ

Auertere.

Auertere retrorſum dexteram, quid ſit, pag.338. n.20, Ne legas in textu *aduertit*, ſed *auertit*.

Auertit Deus dexteram ſuam ne protegat, extendens ſiniſtram vt puniat derelinquentes ſe.p.339.o.22.h

Auguſtus.

Auguſti dictum in Herodem propter infanticidium.p.46.n.165

Aurum.

Aurum ad naturæ decorem per ignem redit. p.606.n.38.b

Aurum ex proprietate linguæ ſanctæ ſumitur pro puriſſimo.p.419.n.8.z

Aurum & argentum diuitiæ mortuæ & ſepultæ. p.54.n.189.b.c

Aurum obſcuratum eſt, mutatur eſt color optimus. Variæ huius loci lectiones.p.417.n.2.& 3.

Auri optimi color, probatiſſimi ſignum eſt. ibid.i

Aurum purum neque in colore læditur ab igne. n.4.l

Aurum vera & germana pietas.p.418.o.5.n

Aurum generoſi contemnunt, & quare. p.418. n.5.o

Autor.

Autoris modeſtia non vulgaris, qui Socratem imitatur pudicum, dum cogitur de nefanda libidine loqui.p.447.& 448.n.34.q.r.ſ

Auxilium.

Auxilium ab alio quàm à Deo quærere, eſt inniti baculo arundineo.p.51.n.182.c

Auxilia quæcunque, quæ à Deo non ſunt, vana & inania ſunt.p.510.n.67

B

Babylon, Babylonij.

BAbylon ob multitudinem habitantium dicitur mare.p.410.n.120.

Babyloniorum ſignum militare, columba, & & quare.p.425.n.34 b

Bala.

Bala & Zelpha quæ fuerint, & an liberæ, p.81. n.266

Balæna.

an Balæna fuerit monſtrum illud marinum quod Ionam vorauit.p.494.n.3.4.5.& 6.

Baptiſmus, Baptiſatus.

Baptiſmo mundum aqua parturiuit. pag. 242. n.51.ſ
Non mirum ſi in eo aquæ nouerint animare p.243.n.51.o
Vnctio poſt Baptiſmum.o.52.a

Baptiſati recentes in ſignum nouæ vitæ albis vtebantur veſtibus.p.243.n.53.a

Barac.

Barac inſignis victoria.p.100.& 101.per tot.§.1 tract.33.

Beatitudo, Beatus.

Beatitudo in gratiarum actione.p.548.n.24.e

Beatus qui viam ſibi notauit duobus lachrymarum fontibus, vt ſint inſtrumenta ſalutis quæ fuerant incentiua malorum. pag.489. n.90.o & 91.p

Beatus verè qui bonus eſt & videtur, ille ſibi vitam cuſtodit, & in alios miſericors eſt. p. 203. n.37.f & g

Beatus qui nihil inuenit in iis quæ homines eripiunt.p.391.o.57.e

Beatus quis dicatur. pag. 617. num.79. per totum.

Bellum.

Belli ſymbolum, aries.p.293.o.148

Text. Et attendit,& audiuit, & ſcriptus eſt liber monumenti.

93. ID eſt, piorum hominum verbia aures accom-
modauit Deua, habet enim verbum hoc ad
hunc locum adiunctam curam, & diligentiam,
Iſai 21. ſicut patet ex eo loco Iſaiæ cap. 21. *& contempla-
tus eſt diligenter multo intuitu*, Hebraicè, *attende-
re faciet aurem ſuam attentione multa*: quibua ver-
bis ſatia apertè innuit diuinum oraculum, quanta
[e] *Cura Dei erga ſanctos.* ſit Dei [e] cura in ſanctis hominibus, quorum ver-
ba, etiam quæ minima ſunt, gratiſſima baber, &
diligentiſſimè auſcultatut, ne fortè excidant, imò
& in libro memoriali conſeruat, hoc enim ſigni-
ficat ſequens metaphora, *& ſcriptus eſt liber mo-
numenti*; quaſi velit, Non ſolùm audio, ſed etiam
diligenter attendo ad verba veſtra in laboribus,
imò eadem ad perpetuam memoriam in libro
monumenti ſcribo. Eſt autem liber monumen-
D.Thom. ti liber vitæ, vt notauit D. Thomas 1. *part. quæſt.*
24. *a.* 1. *ad* 1. per metaphoram ita dictus: inter alias
autem eiua ſignificationes liber vitæ dicitur ia,
[f] *Liber vitæ.* [f] in quo continentur rectè facta vniuſcuiuſ-
que; quemadmodum in militia liber eſt, in quo
ſcribuntur facinota optima militum, vt debito
Hieronym. honore afficiantur poſt prælium: ita D. Hieron.
De hoc etiam libro intelligendus eſt locus Da-
Daniel. 7. niel. 7. *Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt*: & Apoc.
Apoc. 20. 20. *liber apertus eſt, qui eſt vitæ, & iudicati ſunt
mortui*, id eſt, viſa ſont vniuſcuiuſque opera, ſe-
cundùm quæ iudicium ferendum eſt.

94. Videndus eſt Auguſt. 20. *de Ciuit. cap.* 24.
Auguſt. & Hieronym. *loco cit. Daniel.* Eſt autem in ſe-
Hieron. quentibus verbis Hebraiſmus, cum Propheta
dixit, *& cogitantibus nomen Domini*, vt ſcilicet
ſit gloria, & præmium his, qui blaſphemanti-
bus ſe ſe opponunt, atque etiam cogitantibus
nomen eius, id eſt, vt Rabbi Abram interpre-
tatur, ſapientibus corde, & peritia in myſteriia
Dei. Conſueta autem eſt hæc phraſis Hebræa
[g] *Nomen pro re ipſa.* in qua nomen ponitur [g] pro re ipſa, qualis eſt
illa apud Lucam, *& vocatum eſt nomen eius*, id
Luc. 2. eſt, *ipſe appellatus eſt*: & Pſalm. 8. *quam admi-
Pſal. 8. rabile eſt nomen tuum.* id eſt, *tu ipſe.* & Pſal. 19.
Pſal. 19. *Protegat te nomen Dei Iacob*, id eſt, *Deus Iacob.*
ſic videtur hoc in loco poſitum nomen Dei pro
[h] *Senſus loci.* ipſo Deo; tunc ſenſus erit, [h] gloria & præmium
erit iis, qui attentè conſiderant rea diuinas ne-
que prouidentiam Dei metiuntur cum bonis
huius ſæculi, ſed potiùs cum futura gloria con-
ferunt.

Text. Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium.

95. IN *die qua ego facio*; intelligit Hieronymus *in
Hieron. die Iudicij*, id eſt, in die, qua iudicium fe-
cero: quæ expoſitio elegantior videtur, quàm
eorum, qui volunt, hunc locum intelligen-
dum eſſe de electione eorum, quæ fiet tempore
Chriſti, ſeu facta eſt, quando reuelabitur Euan-
gelium, vel quando reuelatum eſt: exprimi-
tur ſatia bene ea phraſia Luſitanè alia, quæ
etiam apud nos eſt conſueta, *quando eu fizer a
minha.*

96. Notandum eſt autem non eſſe in Hebræo præ-
[i] *Peculium Dei, ſancti.* poſitionem, *in*, ſed tantùm, *peculium*, [i] id eſt, res
mihi peculiaris, & propria, ac proinde chariſſima;
ea enim, quæ noſtra ſunt, & noſtra virtute com-
parata, maximè amamus, quales ſunt ſancti ho-
mines, ſicut eleganter dixit Philoſophus, quem Ariſtot.
refert Engub. Pſal. 1. *Si qua cura*, inquit, *rerum* Eugubin.
*humanarum eſt apud Deum, vt videtur eſſe, ratio-
nabile quoque eſt, eos optima, atque ſibi maximè
vicina re delectari.* Huius rei reddit rationem
Plato in Phædone, quem tranſtuliſſe videtur Plato.
Anſelm. *lib.* 1. *de ſimilitudinib. cap.* 18. quibus in Aſelm.
locia ſic habent, *Viro bono nihil mali, aut vi-
uenti aut defuncto accidere poteſt*, [l] *cum poſſeſſio,* [l] *Vnde nihil mali timebit.*
peculiúmque Dei ſit; quod longè meliùs dixiſſet
Plato, ſi cognouiſſet, eiuſdem Dei ſanguine
viros bonoa, & genitos, & redemptos, & con-
ſeruatos eſſe. In quam ſententiam Philo Iudæus
interpretatur ea verba ſæpiùa repetita in Scri-
ptura ſacra, *Deus Abraham, Deus Iſaac, &
Deus Iacob*; etiam ſi Deus omnia gubernet, pro-
priè tamen, & præcipuè res ſingulorum homi-
num ſanctorum curat tanquam ſibi proprias.
Magis oſtendit banc prouidentiam Dei in ſan-
ctos homines nomen Hebræum, quod non tam
ſignificat peculium, quàm theſaurum, quòd enim [m] *Quo Deus theſaurum vocat.*
maximè amamus, [m] theſaurum vocamus.

Text. Et parcam eis, ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi.

§. II.

Electorum merita, cùm ſint ſerui, dignitatem filiorum Dei, & maiorem compaſſionem aſſequuntur.

VErbum Hebræum, pro quo vulgatus tran- 97.
ſtulit, *parcam*, æquiuocum eſt, vt colligi-
tur ex Hieronymo, & ex Rabbi Dauid, & prop-
terea duplicem [n] ſenſum facit hoc in loco. Pri- [n] *Ambiguitas verbi duplicem ſenſum facit.*
mum, vt colligitur ex Hieronym. *quia*, inquit,
omnis homo ſub peccato; quaſi velit, Debitas ſuis
ſceleribus pœnas omnes homines luunt, & iuſti, Hieron.
& innocentes, ſi cum diuina iuſtitia confetan-
tur, ſicut ait, Leo I. *ſerm.* 2. *in anniuerſario die* Leo I.
ſui Pontificatus, & vt notauit Gregor. *hom.* 3. *in* Gregor.
Ezechiel. illud *Exod.* 21. de ſeruo Hebræo, *ſi* Exod. 21.
*emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi, &
in ſexto egredietur liber gratis*; *quia*, inquit, *viri
ſancti poſtquam omnia fecerint, dicunt ſe inutiles
ſeruos.* In quam ſententiam Brixianus ponde- Brixian.
rat ea verba Ioel. 3. *& fons de domo Domini* Ioel. 3.
*egredietur, & irrigabit torrentem, & vallem ſpi-
narum: irrigabuntur*, inquit, *ſpina noſtra, & in-
ſtitiam, & flores producent.* Magis hanc ſenten-
tiam amplificat Auguſtinus *ſerm. 9. de verbis Do-* Auguſt.
mini, vbi quæritur, cur nato Domino pax ho-
minibus dicitur, cum nato Domino tyranni om-
nem crudelitatem pararent, & in ipſum Chri-
ſtum, & in ſanctos eius. *Sed hoc ita dictum eſt,
quia opera noſtra, quæ nihil valebant, iam liberant
à pœnis inferni, iam gloriam præſtant*: ſenſua igitur
talia eſt ex mente Hieronymi: [o] ſi conſideres [o] *Prior ſenſus.*
vnumquenque hominem ſine ſanguine Chriſti,
meritas pœnas luit, verùm vbi eorum opera ſan-
guine Chriſti fuerint aſperſa, iam cælo digna
ſunt; magia enim tunc temporis Dei opera ſunt,
quàm ſua ipſorum. Vnde eleganter Rabbi Dauid Rab. Dauid.
dixit ad hunc locum, *lætabor ſuper eis*, ſimilitudine
ducta ab artificibua, qui perfecto opere lætantur.
Verùm

98. Verùm ex recentioribus quidam eleganriſſimè explicat verbum *parcam*, pro miſereri, vt ſit ſenſus in his verbis, *miſerebor*, quod Luſitanè profertur, *teres compaxaó*: quo ſenſu etiam dixit Paulus: *Qui proprio filio ſuo non pepercit*, id eſt, qui non miſertus eſt filij vnigeniti ſui; parcere enim eo in loco, culpam non ſupponit, ſed potiùs commiſerationem Dei oſtendit. Aliter explicat hunc affectum Hierem. cap. 15. *quis miſerebitur tui Hieruſalem?* Talis igitur eſt ſenſus horum [p] verborum, Dum virtutis exercitium in hoc ſæculo intueor, & probi grauiter afficiuntur ab impiis, horúmque felicia ſunt omnia, infelicia verò ſanctorum, tunc maximè miſereor, finémque malis imponendum ſtatuo, vt poſt laborem ſua fruantur felicitate iuſti, & debita pœna impij poſt lætitiam: quem ſenſum maximè probant ſequentia verba, *ſicut parcit vnuſquiſque filio ſuo ſeruienti ſibi*. In quo duplex eſt ratio amoris, vt ait Hieron. *duplex liberandi cauſa à pœna*, quam patitur, & parentis amor, & obſequiuſa in parentem pietas.

Hierem. 15.

[p] *Secunda expoſitio perelegans.*

Hieron.

Text. Et conuertimini, & videbitis quid ſit inter iuſtum, & impium; & inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei.

Frequens eſt ea tranſmotatio apud Prophetas à tertia perſona in ſecundam. Oratio igitur hæc pertinet ad eos, de quibus modò dixerat, *& eritis mihi in peculium*; vt ſit ſenſus, à ſtatu miſeriæ, & eorum laborum, quos paſſi eſtis, diuinâ miſericordiâ transferemini, tunc luce clariùs videbitis, quanta ſit prouidentia Dei in ſanctos homines, ſi gloriam eum laboribus conferatis. Verùm D. Hieronym. potiùs vult, hanc orationem eſſe ad impios; ſic enim habet, *& tunc, qui nunc blaſphematis, & dicitis, Quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & ambulauimus triſtes coram Domino. & illorum beatitudinem, & veſtram miſeriam videbitis verſi in pænitentiam, quid ſit inter iuſtum, & impium; ſera tamen & veſtra erit pænitentia, ſterilis, & ſine fructu*; qualis eſt ea de qua Sapiens in cap. 5. *videntes turbabuntur timore horribili*. Sequitúrque conuenienter caput quartum, in quo de gloria Sanctorum, & de pœnis impiorum diſſerit diuinum Oraculum. 99.

Hieron.

Sapient. 5.

CAPVT QVARTVM.

Litera Textus.

Ecce enim dies veniet ſuccenſa quaſi caminus: & erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem, & germen. Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius: & egrediemini, & ſalietis ſicut vituli de armento. Et calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum, in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum. Memento legis Moyſi ſerui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Iſrael, præcepta & iudicia. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum, ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.

TRACTATVS vltimus, *De extremo Iudicio.*

Text. Ecce dies veniet ſuccenſa quaſi caminus.

§. I.

Quàm horrenda erit dies illa iræ, & vindictæ, cùm dies miſericordiæ filium cruci dederit affigendum.

1. Consvatvm eſt in ſacra Scriptura, cum de vltimo iudicij die eſt ſermo, ita de eo agere, ac ſi iam immineat; ſicut etiam hoc in loco particula, *Ecce*, ſignificare videtur, idque propter duas rationes, [a] tum ad maiorem conſolationem, & diligentiam piorum hominum, tum etiam propter maiorem terrorem impiorum, vt videntes iam adeſſe diem iudicij, magis à peccatis abſtineant: verùm præcipuè propter electorum conſolationem, & gloriam, tunc enim incipient regnare ſecundùm vtrunque hominem, vnde eleganter Cyprian. tract. 6. de orat. Dominica, *Nihil aliud*, inquit, *petimus illis verbis, adueniat regnum tuum, quàm ſecundum Chriſti Domini aduentum; tunc enim viri ſancti incipient regnare*. Suffragatur Chryſoſt. *hom. 1. de orat. Dominica*, & Auguſt. *ſuper Pſal. 147. & lib. 6. confeſſ. cap. 16.* & Gregor. lib. 6. moral. cap. 5. *Dies*, inquit, *iudicij porta regni eſt, quia per eum ab electis omnibus ad patria gloriam intratur*: ſimilia habet *lib. 14. moral. cap. 30. & lib. 31. cap. 12.* Vnde Chriſtus Dominus *Matth. 24.* quaſi ad iam imminentem iudicij diem nos paratos eſſe iubet; clariúſque *Matth. 3.* cum dixit, *iam ſecuris ad radicem arboris appoſita eſt*. vnde falsò aliqui exiſtimarunt, temporibus Apoſtolorum proximum futurum eſſe diem iudicij, quorum opinionem corrigit Paulus *2. ad Theſſal. 2.* cum ait: *rogamus autem vos per aduentum Domini, vt ne citò moueamini à veſtro ſenſu, neque terreamini: nemo vos ſeducat, quaſi iam inſtet iudicium, quoniam niſi venerit diſſenſio prima*, id eſt, deſolatio imperij Romani, *& homo peccati*, id eſt, anti-Chriſtus, *non venerit*, ſed inſtare dicitur propter Sanctorum conſolationem, & impiorum terrorem.

[a] *Cur dicatur inſtare dies iudicij.*

Cyprian.

Chryſoſt.

Auguſt.

Gregor.

Matth. 24. & 3.

2. Theſſal. 2.

2\. *Succenſa autem quaſi caminus* dicitur, non quòd particola, *quaſi*, ſimilitudinem tantùm ſignificet, [b] ſed potius rei veritatem, qualis eſt illa apud Paulum. *Et habitu inuentus vt homo*, vbi particula, *vt*, ſimilitudinem non dicit, ſed potiùs rei veritatem ſignificat, id eſt, inuenietur homo: præcedet enim ignis diem iudicij, ſicut inter alios dixit Petr. ſua 2. Can. cap. 3. *Adueniet autem dies Domini ſicut fur, in quo cœli magno impetu tranſient, elementa verò calore ſoluentur, terra autem & omnia quæ in ipſa ſunt opera, exurentur.* Quibus verbis videtur propheta commuoem terrotem inducere, vt magis excitemur ad fugieodam Dei punientis iram, ſolet enim propoſitæ pœnæ magnitudo maximè mouere. Quæ ſoit ratio, cur ea dies, & homioibus, & Angelis tremenda ſit, ita enim Hieronym. *Matth.* 24. & Chryſoſt. *hom.* 77. *in Matth.* & *ibidem* Beda, quos ſequitur Magiſt. ſentent. *in* 4. *diſt.* 48. *Eademque diſt.* 48. D. Thom. *q.* 1. *art.* 4. *quæſtiunc.* 1. intelligunt euio locum Matthæi, *ſtellæ cadent, & virtutes calorum commouebantur*: aſſerunt enim vel ipſos Angelos peculiatem motum timoris reuerentialis habituros eſſe eo die, à præſẽtia iudicij, & maieſtatis Chriſti.

[b] *Particula, quaſi, rei veritatem importat.*
2. Petr. 3.
Hieron. Chryſoſt. Beda. Mag. Sent. D. Thom. Matth. 24.

3\. Vnde oon inepta videtur ea expoſitio, quæ colligitur ex Hieron. *in Comm. ſuper Pſalm.* 109. explicans verſiculum illum, *ex vtero ante luciferum genui te, prauiderat enim David maieſtatem Chriſti iudicantis*; ſic enim Hieron. intelligit ea verba; *Tecum principium in die virtutis tuæ*, de gloria, ſcilicet, & maieſtate Chriſti iudicantis, tunc ſic addidit, *ex vtero ante luciferum genui te*; *quaſi velit, Meminiſſe oportet, in tanta rerum perturbatione iuſtiſſime nepos, te ortum eſſe de meis viſceribus, vt ſic me eripias ab hoc timore.* Vode meritò Bernard dixit ſerm. 16. ſuper Caot. *quis dabit capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarum, vt preueniam fletibus fletum?* Si enim ſummæ iuſtitiæ diuioæ talis edendus eſt effectus, qualis ſummæ miſericordiæ, & charitatis Dei erga homines editus eſt, vt iuſtitia nobis innoteſcat, ſicut & charitas, quis non vehemeoter timebit in ea die? vt enim Deus charitatem ſuam oſtenderet, filium dedit crucifigendum; ſi iuſtitiam eodem modo commendare voluerit, quid ſperandum?

Hieron. Pſalm. 109.
Bernard.

4\. Satis autem accommodatè addidit propheta, *quaſi caminus*, quia in fornace, ſeu camino magis vnitæ ſunt flammæ, & efficaciores propterea ad comburendum. Vode adducti ſunt aliqui Patres vt exiſtimarent, non ſolùm impios eſſe comburendos ignibus conflagrationis, ſed etiam ipſa corpora cæleſtia: id quod colligunt ex citato loco Petri, inter quos eſt Clem. Alex. *lib.* 1. *&* 3. *recogni.* & Hilar. *can* 4. *in Matth. & ſuper Pſal.* 121. quorum ſeotentiam ſequutos fuiſſe pleroſque alios aſſerit Hierooo. *lib.* 14. *in Iſaiam*. Alij aſſerunt, cælos [c] ſaltem purgandos eſſe ignibus conflagrationis, inter quos eſt OEcumenius. *in ſuis collectaneis*, & Gennadius *in lib. de Eccleſiaſt. dogmatib. cap.* 7. Verùm D. Aug. 20. *de ciuit. c.* 14. aſſerit, cælos neque purgandos eſſe ignibus, neque flammis conſumendos, ſed elementa tantùm; quem ſequuntur doctores Scholaſtici omnes *in* 4. *diſt.* 47. & ipſe D. Petr. ſe ipſum explicat, cum aſſerit, ſe agere de cælis & terra, quæ olim per aquam perieraot, inquiens, *cæli prius & terra per aquam perierant*, qua de re videndus eſt Hierooym. *lib.* 18. *in Iſaiam*

Clem. Alex. Hilarius. Hierou.
[c] *Quouſque aſcẽdet ignis in conflagratione vltima?*
OEcumen. Gennadius. Auguſt.
2. Petr. 3.

5\. Verùm, vt obiter illud dicam, ſi quis petat, cur orbis vniuerſus, id eſt, elementa [d] omnia conflagrare debeant? Rationem reddit Chryſ. homil. In epiſt. ad Rom. *Ardebunt elementa, vt pulchra reddantur in libertatem gloriæ filiorum Dei: ſicut enim nutrix, quæ puerum regium educauit, vnà cum eo bonis potitur, in paterno ſolio eleuata; ſic & mundus bonis eiſdem fruetur, quibus fruuntur beati principes, quos educauit.* Aliamque ſimilitudinem addit pulchriorem in hanc eandem ſententiam: *Sic parentes*, inquit, *facere conſueuerũt, vbi filius in altiori gradu ſpectandus ſit; ſeruos enim nouis, & ſplendidis veſtibus induunt ad gloriam eius: ſic igitur Deus fabricam hanc induet immortalitate in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Denique flammis conflagrationis omnia pulchriora fient, ne aliquid indecorum ſit, & inornatum vel etiam in ipſis corporeis oculis ſanctorum; ipſe tamen ignis, qui pulchrum, & venuſtum reddet orbem, & impios perdet, & fæcibus vrbis concludet eos.

[d] *Cur elementa ardere debeant in die iudicij?*
Chryſoſt.

Text. Et erunt omnes ſuperbi, & omnes facientes impietatem, ſtipula.

§. II.

Deſcribitur impiorum maximè potentium ſupplicium.

6\. Senſus eſt, Tam facilè ab illo igne corripientur impij, quàm facilè ſtipulæ conſumuntur à flamma. Præcipuè aotem hîc diuinum oraculum ſuperbos notat, id eſt, felices, ſeu qui felices videbantur in mũdo, propterea quod eorum exemplo penè lapſi ſunt probi; in quos elegantiſſima eſt ea ſimilitudo, quam iam aliquando adduximus ex Rab. Dauid. *in Com. Pſalm.* 36. Cui ſuffragatur Rab. Abrah. & Rab. Selm. illis verbis, *mox vt honorificati fuerint, & exaltati, tanquam fumus deficient.* Hebraicè ſic habetur: *Sicut pretium agnorum opimum, pinguedóque agnorum.* Quorum verborum hic eſt ſenſus: Quemadmodum in agnis, id quod optimum eſt (eſt autem pinguedo, & adeps) cùm ſuper altare comburitur in cineres, & in fumum abit: ſic impiorum bona, imò & ipſi, in fumum, & cineres reſoluentur. Vbi eleganter ſtatus ſuperborum deſcribitur, euaneſcentibus enim rebus omnibus, quibus arrogans, quibus ſuperbus videbatur, [e] corpus tantùm, & anima flammis relinquetur. Stipula igitur propterea dicuntur, non quòd eos omnino conſumpturus ſit ignis, ita vt eorum nihil relinquatur, ſed quooiam ſtipula ſicca eſt, & diſpoſita, vt facillimè ab igne corripiatur.

Rab. Dauid. Rab. Abrah. Rab. Sel. Pſalm. 36.
[e] *Superborũ ſupplicium.*

7\. Verùm eſt in his verbis adhuc peculiaris difficultas, cùm enim diuinum oraculum videatur aſſerere impios flammis conflagrationis eſſe coonſumendos, congruenter quæri poteſt de piis homioibus, qui eo tempore viui fuerint, vtrùm ne omnes eo incendio debeant perire? an verò viui transferendi ſint in cælum? ſicut velle videntur aliqui Patres Græci, qui legunt locum D. Pauli 1. Cor. 15. *Non omnes quidem dormiemus, ſed omnes immutabimur*; qua de re videndus eſt Sixt. Senenſ. *in Biblioth. ſancta tom.* 1. *annot.* 265. & elegantiſſimus Comment. ex Iacobo Pamelio *ſuper Tertull. in lib. de reſurrect. carnis cap* 41. *annot.* 294. Verùm quoniam alia, Latioorom, ſcilicet, ſeotentia communior eſt, pro qua ne multos citemus, videndus eſt Cano. *lib.* 2. *de locis c.* 14. §. *ad aliud pag.* 69. Vnde ad propoſitam difficultatem reſpondet D. Thomas ſequendo ſententiam Latinorum in 4. diſt.

[f] *De piis viuis adhuc in die iudicij, quid?*
1. Cor. 15. Senenſ.
Pamelius.
Cano.
D. Thom.

diſt.47.a.3.quæſtiunc.2.& in addit.quæſt.76.a.8. *Ignem illum æquè debere vi naturali comburere bonos,& malos; verùm quoniam eſt inſtrumentum diuina iuſtitiæ* [g], *impios cum dolore, ſine dolore pios inflammabit*: qua de re videndus eſt Soto *eodem loco*: & hæc ſententia maximè colligitur ex propheta,qui de ſolis impiis agit.

[g] *Aliter boni & aliter mali patientur incendium.*

Text. Et inflammabit eos dies veniens,dicit Dominus exercituum.

8. HEbraiſmus eſt,quo ſignificatur dies, quotidie veniens, neque tardans; qui modus loquendi ſatis inculcat eam doctrinam, quam præmiſimus ad initium huius capitis.

Text. Quæ non derelinquet eis radicem, & germen.

9. CYrillus exiſtimat [h] his verbis ſignificatam fuiſſe extremam deſperationem impiorum, ſimilitudine petita ab arboribus,quarum ſi radices,& ſurculos omnes euellas,nulla poſtmodum poteſt eſſe ſpes creſcendi, florendi,& fructus ferendi; ſic impijs radices euellentur ea die. Verùm Rab.Dauid alium [i] ſenſum inducit, cui ſuffragatur Par. Chald. quæ ſic habet: *& lambet eos dies ille,qui veniet,qui non relinquet eis filium,neque filium filij*,id eſt,nepotem: quibus verbis videtur diuinum oraculum,ad ea reſpondere,[l] quæ obiecta ſunt in cap. 3 ex parte Iudæorum: *ergo nunc beatos dicimus arrogantes, ſi quidem ædificati ſunt facientes impietatem.* Quo in loco per verbum *ædificare* intelleximus familiarum augmentum, quæ numero filiorum, & abundantia bonorum conſtat. Sic igitur videtur reſpondere diuinum oraculum:Illa igitur omnia.quibus impij magni, & excelſi videbantur, quaſi arbores valtiſſimæ in patulos diffuſæ ramos,dies adeſt, quæ omnia ea auferet, & totam cum ſtirpe videbitis procubuiſſe domum,nec maiori vi extinguentur,quam extingui ſoleant tenuiſſimæ ſtipulæ ab igne. Quę expoſitio propterea maximè placet,quia eam videntur ſequuti Rabbini *ſuper Pſal.* 36.quod eiuſdem eſt argumēti eo verſu, *vidi impiū ſuperexaltatum,& eleuatum ſicut cedros Libani,tranſiui, & ecce non erat*:quo in loco, vt bene notauit Rabbi Abrah. atque alij plurimi ex Hebræis in textu Hebraico,non eſt cedrus Libani,ſed potiùs arbores ſemper orientes,ſemper naſcentes, & ſemper florentes. Vnde congruenter notauit Auguſtin. Eugubin.ad eum locum, quoniam hæc arbor ſignificat orientem, hinc eſt, quòd nomina inde fluant ſignificantia naſcentem, indigenam, radicantem,folijs,& radicibus abundantem. Denique ſignificat virum multa propagine, ingenti familia, genere & proſapia fœcundum. Cui lectioni ſuffragatur D.Hieron. in ſuo pſalterio ad veritatem Hebræam,quo in loco ſic habet: *Vidi impium robuſtum,& fortiſſimum ſicut indigenam virentem*; & verſus Hebræus ſic prorſus habet:*Vidi impium robuſtum,& propatulum, diffuſum vt arborem virentem,& frondiferam*:quos igitur floridos, & virentes,nunc videmus, poſtmodum exaruiſſe intelligemus,ipſos,& bona eorum omnia,ſicut herba,quæ radices non habet altas, vt pulchrè commeoratur Auguſt.*per hyemem virent impij, & vbi ſol æſtatis ferueſcere cœperit,areſcent:modo tempus hyemis eſt, gloria virtutis, & humilitatis nondum* *apparet,ſed ſi alta radix charitatis iacta eſt, ſicut multarum arborum gloria per hyemem tranſit frigus,venit æſtas*,id eſt,dies vltimus;*tunc areſcet viror fœni, tunc apparebit arborum gloria.* Ad hunc igitur ſenſum videtur dixiſſe propheta, *non derelinquet eis radicem*, neque filios, neque nepotes, ſed corpus tantùm & anima flammis tradetur.

Cyrill.
[h] *Primus ſenſus.*
Rab. Dauid
[i] *Secundus ſenſus probatur.*
Par Chald.
[l] *Solutio obiectionis ſupra,c.3.§.3.*
Pſalm.36.
Rab. Abrah.
Eugubin.
Hieron. Hebraicè.
Auguſt.

Text. Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ.

§. III.

Deſcribitur bonorum felicitas, & præmium.

CONſequens erat,vt poſtquam de pœnis impiorum dixit, aliquid adderet de gloria ſanctorum;nomine autem timentium Dominum intelligendi ſunt pij, & religioſi homines. Eſt autem ſatis accommodata iſta ſimilitudo ad ſignificandam gloriam,quam conſequentur electi in eo extremo die: ſicut enim à Chriſto deriuatur, ſic ab eodem illuſtratur,& quæ quaſi in tenebris ſepulta iacebat,eius luce videtur:vnde Cyrill.Alex. *lib.4 ſup.Ioann.c.* 28. hunc locum videtur intelligere de primo [m] aduentu Chriſti in carne, vt oſtenderet principium noſtrorum omnium bonorum a carne Chriſti eſſe,cuius hæc ſunt verba: *Menſe autem primo tabernaculum erectum eſt, quando mitigata hyemis ſæuitia veris temporis pulchritudo reſplendet, quando ſolis radij, & clarius fulgent, & temperatius caleſiunt, quando floribus terra decoratur, & vireſcentibus herbis prata veſtiuntur;atrociſſima enim diaboli tyrannis, & vires eius tempore Chriſti ceciderunt,Sol autem nobis fulgentior Chriſtus apparuit,de quo Deus Pater dixit; Et orietur vobis Sol iuſtitiæ, vnde primi noſtræ iuſtitiæ flores pullulare cœperunt.* Quibus ſimilia dixit Bernard.*epiſt.*107.& Cyrill.*lib.*1.*in Ioannem. c.* 8. quibus in lucis oſtendunt noſtra omnia eſſe quaſi quædam germina,& flores,quos Chriſtus Dominus ſuo ſanguine,& creat,& ad maturitatem perducit. Vnde congruenter notauit Theodor.ſuper illis verbis Cant. 2. *flores apparuerunt in terra noſtra*,quòd non dixerit Salomon, *fructus apparuerunt in terra noſtra*, ſed potiùs *flores*; tunc addit allegoriam,*abſoluta nanque bonorum poſſeſſio, quæ fructus nomine ſignificatur,in futurum ſæculum reſeruatur,quando ſponſus facie ad faciem videbitur*; flores igitur tantùm in hac vita producere facit Sol iuſtitiæ,ſicut eleganter dixit Aug.*Pſalm.*141. cùm Eccleſiam amictam Sole dixit: & eleganti etiam ſimilitudine Cyrill.Alex.legit,& intelligit locum Iſaiæ cap. 52. *Quàm pretioſi ſuper montes pedes annunciantis,& prædicantis pacem*; ſic enim ille habet; *ipſe qui loquor ad vos, ſicut ver ſuper montes*; ſicut enim mortuam, & quaſi iacentem tellurem hyberno tempore, ver induit in flores; ſic etiam demortuum hominem, & floreſcere, vireréque facit Sol iuſtitiæ. 10.

[m] *Aliqui Patres locum intelligunt de primo Chriſti aduentu.*
Cyril. Alex.
Bernard.
Theodoret. Cant 2.
Auguſt.
Cyrill Alex. Iſai. 52.

Non igitur volunt ſancti Patres hunc locum nō agere de extremo die, [n] ſed potius oſtendunt noſtra omnia a Chriſto eſſe;nanque de extremo iudicio hunc locum intelligit D.Hieron. Cyrill. & cæteri omnes. Eſt autem hæc grauiſſima ſimilitudo.quam ſæpiùs amplificat Auguſt.præſertim Pſalm.149.*Ipſe*,inquit, *erit æſtas noſtra,modò fructus per hybernum in radice non apparent, attendis* 11.

[n] *Sed qualiter intelligendi ſunt,exponitur.*
Hieronym.
Cyrill. Alex.
Auguſt.

quaſi aridas arbores per hyemem, qui enim nouit, videre aridam putat vitem, & forte iuxta eſt, qua mortua eſt; ſimiles ſunt ambæ, ſed illius mors, & illius vita in abſcondito eſt; aſtas procedit, vita illius clarificatur; mors illius manifeſtatur, veſtitur vitis in facie ex eo, quod habet in radice. Videnda ſunt cætera apud Auguſt. Sicut igitur ſol veniens matutinus, quos flores, quas arbores, & quæ prata ſuo beneficio produxerit, noctis tamen quaſi velo abſcondita, deformia, & monſtri ſimillima ſua luce illuſtrat, aperit, & oſtendit, quæ noctis tenebræ quodammodo deformauerant; ſic prorſus Sol iuſtitiæ Chriſtus Dominus, ſanctorum vulnera, membra diſperſa, ieiuniis, & abſtinentia vix hærentia corpora, ſanie, & tabo turpia, & fœda, eo die ſua luce perfundens, pulcherrima, & gratiſſima reddet, ita vt impij fateantur ingenue: Ergo errauimus, exiſtimantes, voluptatibus ad gloriam eundum eſſe.

Text. Et ſanitas in pennis eius.

12. PErſiſtit in eadem metaphora, pennas autem, ſeu potiùs alas, vt eſt in Hebræo, radios ſolares vocat, quibus ſol veluti celerrima auis omnia permeat, omnia luſtrat, omnia calefacit, vnde bene Poëta dixit:

Sol qui terrarum, flammis opera omnia luſtras.

& Dauid eandem virtutem, & ſerenitatem ſolis
Pſal. 18. deſcribit in Pſal. 18. *à ſummo cælo egreſſio eius,* & paulò poſt, *nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius;* accendit enim Deus mirabili artificio quaſi ignem in cælo, à quo calor viuificus dimanaret, qui in omnes terras ſe ſe æquè diffunderet, idque veloci motu, ne dum aliquam regionem ſuis flammis torreret, alia frigore rigeret. Vnde eleganter di-
Rab. Abrah. xit Rabbi Abraham, talem eſſe calorem ſolis, qua calorem animantium, & perinde ſe diffundere per totum mundi corpus, ſicut illum animalium, ex quo nemo eſt, qui non eum ſentiat, eóque viuat, & foueatur. Sic ſol iuſtitiæ omnia complebit,
[o] *Sanctis omnia per Deũ reſtituuntur in melius.* omnia reficiet, quæ [o] in ſanctis vis impiorum, & crudelitas tyrannorum, vel laborum magnitudo euertat; habet enim viuificandi virtutem, & ſanandi poteſtatem. Id quod alia eleganti ſimilitudine prædixit etiam Ioel. *per omnes riuos Iuda ibant aquæ;* nihil erit non ſacratum, non irriguum.

Text. Egrediemini, & ſalietis ſicut vituli de armento.

13. ALiquam habet difficultatem hic locus propter æquiuocationem, quæ eſt in lingua ſancta; nam in primis verbum, *ſalietis*, ſignificat
[p] *Varietas ſignificationis in vocibus Hebræis.* etiam *multiplicabimini*, ſeu *erumpetis, ſicut vituli;* æquiuocatio etiam eſt ea in voce, pro qua vulgatus vertit, *de armento;* ea enim potiùs ſignificat locum in quo vituli ſaginantur, ſicut patet
1. Reg. 28. 1. Reg. 28. *Mulier autem illa habebat vitulum paſcualem,* aut quem nutriebat in ſaginario; conſuetum enim erat ea animalia, quæ pinguiora vellent eſſe, in ſaginario ſaginare, ſicut dicit Varro lib. 3. de re ruſtic. *Pullos anſerum includunt in ſaginario.* Ex hac igitur varietate orta eſt etiam varietas in expoſitione huius loci.

14. Vtraque tamen lectio ſi bene aduertamus con-
[q] *Cõcordatur ad vulgatã.* uenit inter ſe ſe, [q] quoniam vt pulchrè aduertit
Rab. Dauid. Rabbi Dauid, *augeſcere*, ſeu *multiplicari*, hoc in loco nihil aliud eſt, quàm carne, & pinguedine creſcere; quod non eſt referendum ad multiplicationem ſpeciei, ſed potiùs ad reformationem, & meliorem ſtatum indiuidui, qualem ſancti habituri ſunt in reſurrectione carnis, ſicut bene notauit quidam ex recentioribus doctiſſimus in Pſalm. 2. illis verbis, *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.* vbi ponderat Pſal. 2.
pronomen, *Ego*, emphaticum eſſe, vt ſit ſenſus, In reſurrectione immediatè, & ſine concurſu alterius cauſæ te genui, proptereáque habes in hac ſecunda generatione omnes conditiones tui principij, immortalis ab immortali, impaſſibilis ab impaſſibili, luce plenus, ab ipſo ſplendore; quæ omnia in quocunque prædeſtinato inuenientur [r] in die reſurrectionis, ſicut dixit Chri- [r] *Reſurrectio Sanctorum æterna generationis ſimilitudo.*
ſtus *Luc.* 20. Illi qui digni habebuntur ſæculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neque nubent, neque vxores ducent, neque enim vltra mori poterunt, æquales verò Angelis ſunt, & filij Dei, quia filij reſurrectionis, ſequuntur enim conditionem ſui principij.

Vertit autem D. Hieronym. *ſalietis*, vt ſerua- 15.
ret proprietatem ſimilitudinis, qua vſus eſt vates; ſolent enim vituli pingues ludere, ſalire, & ſaltare maximè cùm à præſepibus ſoluuntur orto iam ſole matutino, ſicut dixit Seneca in Hercule furente, *act.* 1.

Adſperſa die dumeta rubent, Tragicus.
Phœbique fugit reduxa ſoror,
Ludit prato liber aperto
Nondum rupta fronte iuuencus.

Vnde congruenter phraſis Chaldaica dixit, *exultabimini*, vel, *ſaltabitis;* ſicut etiam & Hieremias Chald. Par. Hieremias.
alibi, *Quoniam ſaltabitis tanquam victima bene paſta;* qua ſimilitudine Propheta explicauit reformationem, quæ etiam in corpore erit in die reſurrectionis, neque etiam mouere debet, quod vulgatus dixit, *de armento*, cùm in Hebræo ſit, *de ſaginario;* idem enim prorſus eſt, vt notauit Hieronym. in cap. 6. Amos. *Qui comeditis agnum de grege, & vitulum de medio armenti;* ſic Hie- Amos 6.
ronym. habet, *quidquid in grege, aut in armento tenerum, & pingue eſt, veſtra gula paratis.* Idem igitur eſt, *vitulos de armento, & vitulos ſaginarios;* qui enim in ſaginario ſaginantur, nitidiſſimi ſunt, & pinguiſſimi.

Vt igitur rem aliquam colligamus, talis eſt 16.
ſenſus huius loci, [ſ] Egrediemini de miſero ſtatu, [ſ] *Totius loci ſenſus de dotu corporum reſurgentium ad vitam.*
ſeu de ſepulchris ad ſummam felicitatem; maiorem enim felicitatem, ac gloriam conſequentur beati, etiam qui iam ſunt in cælo, cum viderint corpora ſuis animabus vnita, quæ laborum ſocia fuerunt, quibus laboribus gloriam compararunt, eritque ſumma Sanctorum lætitia, qualis ſolet eſſe in vitulis bene paſtis, qui ſoluti à præſepibus ſub ſole matutino per prata herbida huc illúcque diſcurrunt ludibundi, ſaliunt, ſaltant, multámque lætitiam oſtendere ſolent à ſolis naſcentis aſpectu.

Text. Et calcabitis impios, cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum, in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum.

MVlta diximus in ſimili argumento in 17.
Pſalm. 57. verſu, *Lætabitur iuſtus:* hoc Pſal. 57.
ſolum hîc notandum eſt, tunc maximè gloriam, & felicitatem vniuſcuiuſque apparere, cum

eam

Digitized by Google

Felicior fors bonorum ex aliena miſeria. Tragicus,

a eam prodit alterius miſeria, vnde pulchrè dixit Tragicus, *Eſt miſer nemo, niſi comparatus.*—— Felicitas autem quanuis non pendeat ab aliena miſeria, tamen maxime in aliena miſeria oſtenditur, quod etiam non deerit ſanctis hominibus, & propterea dicit, *& calcabitis impios*; ſic enim commutantur rerum vices, nam tyranni, & impij, qui conculcabant bonos in hoc mundo, in iudicio Dei ſubiacebunt pedibus electorum. Cùm autem addidit Propheta, *cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum*: miſerum impiorum ſtatum ſignificat. *Cinis* enim in ſacra Scriptura viliſſimam rem ſignificat, vt conſtat ex Gen. 18. (Gen. 18.) *Quia ſemel cæpi, loquar ad Dominum meum, cum ſim puluis & cinis*, id eſt, cum ſim res viliſſima: qua de re videndus eſt Petr. Galatin. (Galatin.) lib. 1. contra Iud. cap. 8. *quando igitur impij erunt viles, & abiecti? in die, quo Deus iudicium fecerit*; hoc ſignificat, *in die qua ego facio*, ſicut diximus ſuprà, tunc ſancti omnes erunt glorioſi, & in corpore, & in animo eorum felicitas cernetur.

Text. Mementote legis Mòyſi ſerui mei, quam mandaui ei in Horeb, ad omnem Iſrael, præcepta, & iudicia.

18. *Error Iudæorum circa ſuæ legis durationem.* Rab. Dauid.

EX hoc loco colligunt Iudæi, duraturam eſſe legem Moyſis a vſque ad finem mundi, ſicut interpretatur impiè Rabbi Dauid, ſic enim habet: *Mementote in omni gente, & generatione legis Moyſis ſerui mei ad faciendum iuxta omnia quæ facienda ſunt in ea, quam præcepi ei in Horeb*, id eſt, ſicut præcepi ei in monte, *non ſecundùm ſermones dicentium, quod ad tempus data eſt in ſenſu litorali, ſed venit interpres, & expoſuit eam in ſpirituali*; Verùm, inquit perfidus Iudæus, hic verſiculus eſt contra eos, id eſt, contra Chriſtianos, aſſerentes iam ceſſaſſe legem Moyſis. In cuius confirmationem addit ille ea verba, quæ non reperiuntur in textu, *quandiu non venit dies iudicij*: præterea illud relatiuum, *quam*, exponendum dicit eſſe per particulã ſimilitudinis, vt ſit ſenſus, Obſeruandam eſſe legem, ſecundùm quod tradita eſt à Moyſe, cùm tamen relatiuum particulam non habeat ſimilitudinis, *atque ita*, inquit, *obſeruanda eſt lex, vt verba ſonant, & in ſenſu litorali.* Quæ expoſitio non modò falſa, verùm & impia eſt, vt bene notauit Burgenſ. (Burgenſ.) *ad hunc locum addit.* 1. Conſtat enim ceſſaſſe iam legem Moyſi, quia ceſſaturam eſſe prædixerat Hieremias (Hierem. 31.) *cap.* 31. cum dixit, *Ecce dies venient, dicit Dominus, & ferient domus Iſrael, & domus Iacob fœdus nouum, non ſecundùm pactum, quod pepigi cum patribus veſtris in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, dabo legem meam in viſceribus veſtris, & in corde eorum ſcribam eam*: qua de re ſæpius agit D. Paul. præſertim *ad Galat.* 3. 4. *&* 5. *& Hebr.* 7. Inter ſcholaſticos ea de re videndus eſt D. Thom. 1. 2. *q.* 103.

19. *a Quorſum vates, cum de iudicio extremo, mentionem faciat legis veteris.* Cyrill. Theodor. Auguſt.

Verùm peculiaris difficultas eſt, a quorſum vates cum de extremo iudicio egerit mentionem facit legis Moyſi? Cyrill. & Theodor. quibus etiam ſuffragatur Auguſt. 20. *de Ciuitat. cap.* 28. exiſtimarunt, propterea hoc in loco feciſſe mentionem legis Moyſis, vt intelligerent Iudæi vaticinatum eſſe Chriſtum Dominum in lege, qui iudex futurus eſt mortuorum. Verùm Propheta videtur potiùs excitare populum ad obſeruantiam legis, cùm peculiarem mentionem fecerit præteritorum; quare potiùs videtur de obſeruantia legis hîc eſſe ſermonem. Cum enim Malachias vaticinatus fuerit ad initium temporis ſecundi, quod durauit annos viginti ſuper quadringentos, toto eo tempore lex vetus obligabat, ſiquidem non ceſſauit, niſi quando mortua Synagoga delata eſt ad ſepulchrum cum honore. Id quod factum eſt, vel à die reſurrectionis Domini; vel ab eo tempore, quo ſufficienter lex Euangelica promulgata eſt. Obſeruandam igitur dicit legem Malachias, quæ eo tempore durabat ab his, qui voluerint fugere pœnas impiorum, & gloriam conſequi, quæ præparata eſt obſeruatoribus legis.

Textus. Et ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.

§. vltimus.

Prædicitur Eliæ aduentus ante iudicium.

PLacet nobis valde ea ſimilitudo, qua vſus eſt quidam ex recentioribus ad hunc locum, reddens rationem, cur Elias venturus ſit reſeruatus in fine Orbis; a *Solent*, inquit, *homines ruſtici, parùmque vrbani, ſi quas fortes ſimultates inter ſe habent, non admittere, nec audire viros nobiles, à quibus eorum perturbationes componuntur, ſed potiùs homines eiuſdem farinæ, vt aiunt, ignobiles; ſic prorſus Iudæis euenit, qui Verbum in carne audire noluerunt, nec Apoſtolos, ſed potiùs filium domini vineæ, & ſeruos eius occiderunt; quibus omnibus offenſus Deus noluit Hebræos deſerere, ſed potiùs Eliam reſeruauit, qui eos in fine ſæculi ad verum Dei cultum reducet.* Videtur autem alluſio eſſe in his verbis ad illud Eccleſiaſt. 48. de Elia, *qui receptus eſt in turbine ignis, in curru equorum igneorum, qui inſcriptus eſt in iudiciis temporum, lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium & reſtituere tribus Iſrael.* Simili alluſione vſus eſt Chriſtus Matth. 17. *Elias quidem venturus eſt, & reſtituet hoc.* vnde non videtur dubitandum hunc locum intelligendum eſſe de vero Elia, vt docet Auguſt. 20. *de ciuit. cap.* 19. Niſſen. *lib. de aduentu Domini contra Iudæos.* Gregor. 11. *moral. cap.* 10. Chryſoſt. *hom.* 58. *in Matthæum.* ſæpiſſimè Tertull. eúmque adhuc viuere docet in carmine contra Marcionem, 20.

a *Aptiſſima illorum comparatio.*

Eccleſ. 29.

Matth. 17.

Auguſt. Niſſen. Gregor. Chryſoſt.

Tertull.

Nobilis Elias, qui non debita a mortis guſtauit
Quoniam rurſus venturus eſt in orbem.

a *Elias adhuc viuit.*

Cuius mors vaticinata eſt à Ioanne *in Apocal. ca.* 11. vt teſtatur Aretas autor Græcus, & cæteri expoſitores eiuſdem loci. Nec D. Hieron. oppoſitum voluit, quantum ego conijcere poſſum, ſolùm enim negat Eliam venturum eſſe ante eum aduentum Chriſti, quem ſperant Iudæi; non tamen ante ſecundum eius aduentum, quanuis non tam ad literam locum exponit. Duplex autem Elias habetur in Scriptura ſacra, vt patet ex Matt. c. 17. alius qui habere ſpiritum Eliæ dictus eſt, hic autem iam venit, & eſt Ioann. Baptiſta; alius qui venturus ſperatur, & eſt Elias promiſſus hoc in loco; quem D. Thom. 1. *p. q.* 102. *a.* 2. *ad.* 3. putauit in paradiſo terreſtri eſſe, *& in* 3. *p. q.* 49. *a.* 5. *ad.* 2.

Apoc. 11. Aretas. Hieron.

D. Thom.

in 2.

in 2.*diſt*.29.*q*. 1. *a*. 5.*ad*. 4. & in hunc effectum, quem ſuprà diximus,conſeruatum eum eſſe dixit Hieron.adhuc viuentem *Math*. 17.*&* 11.quod celeberrimum in cordibus, & ſermonibus fidelium dicit Auguſt.2.*de ciuit.cap*.29.

Hieron. Auguſt.

Text. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.

21.

[b] *Officium Eliæ.*

PRædicitur in his verbis officium [b] Eliæ Prophetæ, nec enim reſeruari potuit in corpore, & animo præter ordinem & communem legem, niſi in magnum aliquem effectum;quis tamen is futurus ſit,non itaclarè conſtat propter difficultatem horum verborum;hoc tamen receptum eſt apud Patres, & videtur colligi ex ſacra Scriptura,id quod valde neceſſarium eſt ad expoſitionem huius loci,in extremo ſæculo multos Iudæorum ad veram Chriſti fidem conuertendos eſſe; id quod videtur docere Moyſes. Deut. 4. *Nouiſſimo autem tēpore reuerteris ad Dominum Deum tuum.* Clarior eſt ille locus apud Oſeam *c*. 3. vbi poſtquam propheta dixit,Iudæos neque Regem,neq; ſacerdotium,neque Deum, neque verum cultum habituros,tunc ſequitur, *poſt hæc reuertentur* [c] *filij Iſrael,& quærent Dominum Deum ſuum,& Dauid regem ſuum in nouiſſimo dierum.* Ad quem locum ſic habet Par. Chald. *& obedient tempora ſaltem extrema Meſſiæ filio Dauid Regi ſuo.* Et ad hanc conuerſionē faciendam videtur reſeruatus Elias: vnde bene commentatur Rab. Dauid, *Ipſe Elias admonebit patres,& filios pariter, vt reuertantur in toto corde ad Deum,& illud eſt,quod dixit. Et conuertet cor patrum ad filios,id eſt cum filiis.* Particula Hebræa pro qua vulgatus vertit, *ad*, ſæpius etiam ſignificat,*cum*,vt notauit idem Rab.Dauid *lib.radic*.Ergo expoſitio non eſt exponenda cum apertè ſit contra Iudæos, dum aſſerit eos toto tempore antecedenti auerſos fuiſſe à vero cultu, & religione:& Rab. Abrah. eandem particulam explicat per *hinc,ſimul*,ita vt ſit ſenſus,*Patres conuertet hinc,ſimul & filios,vt vnum,& idem.* Locus eſt ſimilis 1.Paralip. 12. *ſi pacificè veniſtis ad me, vt auxiliemini mihi,cor meum iungatur vobis*, Hebraicè,*erit mihi ad vos cor hinc ſimul*, id eſt, idem velle: quem Hebraiſmum inuenietis apud Lucam c. 1. *& ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ,vt conuertat cor patrum in filios*,id eſt, faciet vt omnes fideles conueniant in religione & cultu Dei. Ergo eadem eſt ſententia Aug. *loco citato*,& Greg.11.*Moral.cap*.10.Drupedi,& aliorum recentiorum.Inter alia hæc ſunt verba Aug. *Elias veniet ante extremum diem legem ſpiritualiter* [d] *exponendo, quam Iudæi in cortice tantùm & ad literam exponendam eſſe exiſtimarunt*;ac ita ſic legem filij intelligent,ſicut patres,id eſt, maiores intellexerunt,præſertimque eam partem, quæ de Chriſto loquitur; vna enim & eadem fides erit circa res Chriſti:ita D Proſper,Theodoret.Chryſoſt.& Euthym.*ad c*.17.*Math*.ſi tamen rectè intelligantur: ex illis enim colligitur citatum Hebraiſmum ſenſum facere, omnes communiter tam patres,quàm filij idem prorſus ſentient,idem erit omnium cultus,& religio.

Deut.4. [c] *Iudæi reuertentur ad fidem Chriſti in vltimo iudicio.* Oseæ.3. Par.Chald. Rab. Dauid. Rab. Abrah. 1.Paral.12. Luc.1. Auguſt. Gregor. Druped.

[d] *Elias legem ſpiritualiter explicabit.* Proſper. Theodoret. Chryſoſt. Euthym.

Text. Ne forte veniam,& percutiam terram anathemate.

22.

[e] *Procurat & in die iudicij,vnde nō puniat.*

SEnſus horum verborum talis eſt, Ante me mittam Eliam prophetam, [e] qui vos omnes ad verum cultum,& pietatem reducet,omnes,inquam,ſuperſtites, ne quando venero propter veſtram impietatem,omnes ſimul interimam, condemnando omnes excidio, & internecione in inferorum ſedes. Eſt autem notandum in vltimis his verbis vocem Hebræam, pro qua vulgatus vertit,*anathema*,æquiuocam eſſe,vt notauit Pagn. *in theſauro*,& inter alia ſignificare,*rete*, quod ſubitò iacitur ſuper piſces, vel, deuoluitur ſuper aquas; in qua ſignificatione hoc etiam in loco accipi poteſt, vt pulchrè ad hunc locum notauit quidam ex recentioribus, tunc ſenſus erit: Ante me veniet Elias propheta, qui vos præparet in fide,& in religione,ne veniam ſubitò,& de repente vos omnes capiam, & deducam in gehennam, ſicut piſces & aues capiuntur retibus, quemadmodum iam olim vxor Loth vix oculos in ſuam ciuitatem conuertens,ſubitò in ſalis ſtatuam conuerſa eſt, & quò oculos cōuerſos habebat viuens, eodem defixos habet in ſalem conuerſa; tam ſubita enim ipſius ſceleris pœna fuit, vt nec collum auertere potuerit. Eſtque alia huius nominis ſignificatio, ſecundùm quam *anathema* accipitur pro internecione & excidio,& denique pro ſeparatione,ſeu re ſeparata: in qua ſignificatione videtur hîc accepta vox *anathema*, vt ſit ſenſus: Veniet Elias,ne ſi ego venero ante eum, [f] voſque inuenero diſſentientes,& ſeparatos in fide, & religione, perpetua ſeparatione vos puniam. Quæ quamuis,vt notauit D.Fulgent. ſi materialem locum conſideres,ſumma eſt, quæ in orbe eſſe poteſt,vtpote inter centrum, & conuexam ſuperficiem ſupremi cæli, in qua Beati erunt, longè tamen air, quoniam ex Deo ſit ſeparatio æterna: faxit tamen Deus, pro quibus effuſus eſt eius ſanguis,eoſdem perpetuò vniat in cælo.

[f] *Conſenſus in fide maximum ab vltima ira tutamen.*

FINIS.

INDEX.

Digitized by Google

INDEX
RERVM ET VERBORVM NOTATV DIGNIORVM, QVÆ IN HIS QVINQVE Commentariis exponuntur.

Litera p, paginam indicat; Litera n, numerum marginalem deſignat.

A

A B

PRÆPOSITIO *ab*, apud Hebræos æquiuoca.p.565.n.74.

Abel.

Abelis munera cur placuerint Deo, diſplicuerint autem Cain.p.20.n.52.

Abelis ſacrificium cur Deo gratum. p.562.n.61.t

Abeſſa.

Abeſſa, qui & Booz appellatus, maritus Ruth, fuit Iudex, & an ſub eo contigerit fames in terra ſancta.p.137.n.20.

Abiectus.

Abiecti eſt animi res præſentes tantùm reſpicere.p.594. n.75.l

Abiectiſſimi & perditi plerunque vocantur à Deo, & ei acquieſcunt, cùm familiares reprobantur.p.520.n.25.

Abimelech.

Abimelech impius per rhamnum ſignificatus. p.80.n.265.

Ablutio.

Ablutio cadaueris vnde orta.p.124.n.24.g

Abraham.

Abraham ante circuncиſionem credidit. pag. 93. n.303.f

Abraham qui nihil emit, emit ſepulchrum. pag. 120.n.5.r. Quare emit.p.123.n.18.b

Abraham & Ruth vocatio an eadem.p.203.n.39. & 40.n.p

Abſinthium.

Abſinthij duplex genus, vtrunque amariſſimi ſaporis ac diuturni.p.384.n.36.n

Abſinthium doloris perpetui ſymbolum. ibid. o Inde etiam inebriare dicitur.p.385.n.eod.p

Abundantia.

Abundantia temporalium laborioſiſſimam ſeruitutem inducit.p.75.n.249.d

Abundantia & obliuio gemelli fratres. pag. 412. n.127.o

Abundantia quàm neceſſaria ad felicitatem imperij, & in quo conſiſtat. p.54. n.189.

Abyſſus.

Abyſſus multitudinem ſiue molem ſignificat, cuius profundum incomprehenſibile eſt. pag 505.n.47 p

Abyſſus extrema allegoricè ſignificat mortem & ſepulchrum Chriſti, quod fuit exciſum in petra, nec defuerunt vectes ferrei.p.506.n.51.d e

Acab.

Acab rex quàm auarus. pag 248.n 7.

Accingi.

Accingi in Scriptura quid ſit. p.90.n.296.b

Accipere.

Accipere faciem, perſonam, in Scriptura quid ſit. p.584. n.59.

Acceptor perſonarum quàm non ſit Deus, qui omnes vbique locorum ad ſalutem & pœnitentiam vocat.p.466.n.18. per tot.§ 5.

Accubare.

Accubare inter terminos, quid ſit iuxta Scripturam.p.80.n.261.c

Acetum, Acetarium.

Aceto inter veſcendum tempore meſſis vtebantur veteres Palæſtini, & quare.p.208.n.56.

Acetarium, quod ex herbis frigidis permixtis aceto fit, aceti nomine venit.p.109.n 57.e

Acroſtichis.

Acroſtichis quid ſit.p.161.n.22.d

Adamus.

Adamus indutus agni pellibus ab initio, & quare.p.552.n.34.g

Adamus poſt peccatum è regione paradiſi eſt poſitus, & quare.p.183.n.133.f

cur Adamum Deus pellibus induerit poſt peccatum.p.550.n.61 .y

Adam non circunciſus & fidelis.p.93.n.303.r

Adami crimen non ſolùm bonis omnibus ſpoliauit Eccleſiam, ſed hoſtes inde hoſtes facti ſunt opulentiores.p.291.n.144.a b

Adami crimen eſt peccatum grande. pag. 301. n.172 t

in Adami peccato abſtulit malus dæmon deſiderabilia dona Dei ab anima, ſiue Eccleſia. pag. 307.n.191.r

Adam agricola. p.74.n.248.o

Adam vbi ſepultus.p.122.n.13.l

Adam data mors in pœnam, & quare. pag. 536. n.15.l

poſt Adami peccatum homo agricola , idem quod pœnitens.p.75.n.149.t

Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt Chaldæi. p.447.& 448.n.34. & 35.

Adoleſcentia.

Adoleſceotja ad patientiam aſſueſacienda vt miteſcat.p.393. num.63. n. Mala illius, & pericula.n.65.p

Adoratio.

Adorandi varij modi , ſed præcipuus cadentis in faciem.p.200. n.33.g,h,i

Adoramus Principes & Magiſtratus , non tamen ea adoratione qua Deum. pag. 201. num. 34.m,n

Adorationis prophanæ ſignum, dexteram deoſculari.p.167.n.93. l

Adoratio primogenito debita , quomodo Iudæ quarto loco nato tributa.pag.65.n.218.& 219. Metaphoricè conuenit Meſſiæ.p.66.n.239.n

Adoratio potiùs animi quàm corporis ceremonia.p.200.n.34.l

Aduentus.

Aduentus Chriſti celeritas quanta. pag. 102. n.327.z

Aduentus Dei in carne in his verbis , *Non auferetur ſceptrum de Iuda*, &c. adumbratur.p.40. n.143.& ſeqq.

Aduerbium.

Aduerbium de præſenti æternitatem ſignificat , & quare.p.34.n.122.a

per Aduerbium de præſenti & verbum de præterito appoſitiſſimè declaratur generatio æterna.p.34.n.122.b

Aduerſa, Aduerſitas.

Aduerſa viri ſancti patiuntur ſæpius, & quare. p.620.& 621.n.90.

Aduerſa ducunt ad Deum,qui in liberalitate contemnitur. p.271.n 60.

Aduerſa nullus facilè tolerabit,cui neceſſitas non fuit pati dura.p.391.n.64.m

Aduerſis prementibus coniux cum tota familia ſuum caput ſequatur. pag. 143.num. 37. t

in Aduerſis Deus laudandus. p.365.n.108.q

in aduerſis votum fuit ſemper confugere ad ſolitudinem. p.394.n.69.

in Aduerſis compaſſio miſericordem animum demonſtrat , ſicut & communicatio in gaudiis non inuidum oſtendit .pag.216. num.78. per tot.§.4.

in Aduerſitate nihil acerbius quàm ab inimicis derideri , & ab amicis deſeri. pag. 329. n.271. & 272.

in Aduerſitatibus pigrè vocandus amicus. p.274. n.76.u

Adulatio, Adulator.

Adulatio compendioſa via ad euertenda regna. pag.429. n. 45. h. E contrà verò remedium in obiurgatione. ibid. i

Adulatorem & impuram voluptatem inter ſe comparat Philo. p.326.n.259.

Adulatores quare dicuntur vngentes. pag. 429. n.44.f

Adultera , Adulterium.

Adulteræ pœna iuſta, vt teneletur ignominia eius.p.300. n.169 p

Adulterium in coniugem patris , horribile vitium. p.16.n.56.b

Adulterium , peccatum grande, & quare. p. 299. num. 168. i. Ideo ſub illius figura ſignificatur idololatria. pag. 300. num. 168. i

Aduocatus.

Aduocatorum caninum ſtudium & publicum latrocinium.p.247.n.6.t. Eorum & legum multitudo , inquietudo eſt & commotio iudicij. ibid.n. Dilationes introduxit , quas præoccupabat S.Iob. ibid. z, a

Ædificare.

Ædificare in ſacra Scriptura quid ſignificet.pag. 553. n.36.e

Ægyptius, a.

Ægyptij vultu & veſtibus ſolis , non lacrymis ſuos defunctos deflebant. p.128.n.39.c

Ægyptiæ amor impudicus exponitur. pag.107. à n.344.ad 346.

Ætas.

Ætas decolor , idem quod vitioſa ætas. pag.118. num.5.p

Ætas virilis & matura in matrimonio neceſſaria ad maturam & ſtabilem ſobolem.pag.223. & 224.n.4.per tot.

quòd Ætas extrema pereat fame conſumpta,longè miſerrimum eſt.pag.325. num.256.& 257. per tot.§.2.

Ætatis cuiuſcunque peculiare officium. pag.450. num.43.h

Ætates tres notarũt veteres Hebræi.p.540.n.3.b

Affectus.

bene Affectus non modò prauè non iudicat, iudiciúmve ſuſpendit, ſed quod pulcherrimum eſt opinatur.1.236 n.36.per tot.§.1.

Afflictio.

Afflictio noſtra Deum ita mouet , vt videatur egere conſolatione. p.529.n.11. z

in Afflictione quantum valeat vel ſola Domini recordatio.p.509.n.61.per tot. §.1. & p.510. n.66.per tot. §.3.

Agens.

quæ Agentis particularis reſpectu,caſu eueniunt, ex alta prouidentia credenda ſunt euenire. p.192.n.15.q

Ageſilaus.

Ageſilaus quidam Græcus magiſtratuum corruptor , à populo mulctatus. pag. 53. num. 188.

S. Agnes.

Agnetis proximæ morti dictum de corpore Domini.p.57.n.198.

Agricola, Agricultura.

Agricola & laborantem hominem refert , & liquefactum. p.80.n.263. t

Agricultura in Iſſachar adſtruitur. pag. 74. num. 247.c

Agricultura aliarum artium parens & nutrix. p.193.n.17. e

Agricultura miſera vnde cœpit. pag. 75. num. 249. f

Agriculturæ habitus pœnitentiæ eſt. ibid. u

Agricultura alia fœlix , alia miſera. pag. 74. num. 248. n. Eſt imperij ſpecimen. pag. 75. n.248.p

Album.

Alba pro fauſtis & felicibus. p.414.n.27.

Ain.

Ain litera ſignificat oculum,ſiue fontem. p.320. n.240.

Aleph.

Aleph ſignificat doctrinam , ſiue diſciplinam , qua docemur confugere ad Deum cum aduerſa vrgent.p.271.n.60 g,h

Alere.

Digitized by Google

Alere.

Alniſſe maioris amoris ſignum eſt quàm procreaſſe. p 97.n.314 h. & p.381. n. 130.f. Propterea Chriſtus tantopere homines allexit ad fidem. ibid. & pag.372.g.

Alexander.

Alixander quomodo Aſiam Europæ coniunxit. pag. 152. num.60. Perſicum habitum induit, & quare. ibidem. Similitudo egregia in hoc Dei cùm Deus noſter factus eſt.ibid.

Alexandri magni humanitas in ligando Lyſimachi vulnere faſciâ.p.452.n.52.e

Alienigena.

Alienigenarum conſuetudo prohibita Hebræis. p.174 n.110.p. Quam ſuperſtitioſa.ibid. q

Allegoria.

Allegoriæ præſtantia & dignitas. lege tract. 4. p.29.30. & ſeqq.

Allegoriæ acceptio vulgaris.p.35.n.129.e. Alieniloquium dicta eſt.ibid. Viſitata à poëtis.ibid. f. Imò & apud ruſticos. ibid. g

Allagoria vocis quæ ſit ex S.Auguſtino.ibid. i

Allegoria facti,quæ dicatur ab eodem.ibid.num. 130.l. & p.36. m. n. o

Allegoriæ preſsè ſumptæ vera deſcriptio. p. 36. n.131. p. q

Allegoria Sacramenti ex Auguſt.ibid.

Allegoriæ celebris inter Patres & Doctores Theologos diuiſio in tropologicam, & anagicam explicatur.p.36.n.132.u

Allegoria ſimpliciter quid. ibid.x

Altiſſimus.

Ex ore Altiſſimi non egredientur nec bona nec mala? quis ſenſus illius loci. pag. 401. num. 91. & 92.

Amalechita.

Amalechitæ cur puniti poſt quadringentos ferme annos. p.17.n.6.

Amant.

Amantis prima lex eſt, vt ſe componat ad ſimilitudinem rei amatæ. p.232.n.25. z

Amantis præſentia amanti naturalis eſt. pag.546. n.19. q

Amantium tegumenta, nocturnæ tenebræ.pag. 235.n.7.n

Amantium ingenium quale.p.69.n.232.g

Amantium animi quàm ægrè patiantur ab inuicem diuelli.p.161.n.81.

Amaritudo.

Amaritudinum omnium radix & origo, peccatum.p.328.n.265.

Amaritudo ſignificat omnia naturæ & felicitati contraria.p.286 n.127.i. Eáque maximè cernitur cum ſibi miſera dolori maximo eſſet Hieruſalem, quaſi extremo furore percita præ magnitudine calamitatis.p.286.n.128.l.m

Ambitio.

Ambitio nihil intentatum relinquit, &c. p. 463. num. 8. z

Ambitionis eſt, ad honores ſurgere qui labores fugit.472. n.35.n

Ambulare.

Ambulare cum Deo, quid ſit. p.579. n.23. c
Gabr. à Coſta.

Amicitia.

Amicitiæ Cuſtodi. ſine ſanguine ſacrificium. p.97.n.314.g

Amicitiæ lex optima, neque proſperis neque aduerſis mutari.p.216.n.78.a

Amictus, Amiculus.

Amictus quæ veſtis, & an differat ab ſtola.p.571 n.198.d.e

Amiculus nigellus pro veſte lugubri. pag. 229. num. 41.

Amicus.

Amicus nullis ei iuſtè eſt qui ponit ſpes ſuas in homine.p.325.n.254.b

Amicus qualiter conciliandus. ibid.c

Amici improbi ad inſtar hirundinum, & quomodo p.216.n.78.

Amice commoda mihi tres panes. Egregia huius loci explicatio ea D.Bernardo.p.182.n.132. i

Amicum proprium offendere,crudeliſſimum eſt. p.554.n.38.m

Amicum ad amicum venientem intelligit D.Bernardus de reditu eiuſdem ad ſeipſum.pag.182. n.132. i

Amicus ad ſe recedit, cum tranſitoria deferens ad cor redit. ibid. l

Amicos perditis in rebus an liceat vocare.p.274. num. 76.

Amici eſt vitam ſuſtentare, amico pereunte, ne totus pereat quem amabat.p.271.n.101.b

Amico dolorem communicans,doloris onere cupit exonerari .p.171.n.102.c

Amici dolor amatorem non ſolatur lachrymis, ſed amore per eas expreſſo. ibid. f

Amicorum falſitas in aduerſis. p.324.n.254. a

Amicorum condolentia eſt alleuamentum doloris alterius amici, & quare. p.274.n.74.

Amor.

Amor diuinus variis nominibus ab antiquis appellabatur. pag.547.num.19. r. Tranſlatus eſt à Iudæis ad alias gentes. pag.547. num. 11.u. Sed non eo tempore quo prophetauit Malachias. n. 22. x

Amoris diuini à noſtro diſcrimen. pag. 548. n.24.f

Amorem diuinum humiliter accuſat qui memorem petit.p.439.n.2.a

Amore congreditur Deus cum hominibus. pag. 193 n.16.b

verus Amor eſt impatiens moræ.pag. 193. num. 16. d

Amoris in cælo natiuitas.pag 546. num.19.n. Illum paupertas genuit. ibid.o. & prodit indigentia.ibid.p.

Amoris apta ſimilitudo in elementis. pag. 161. n.81.q

Amor diuinus quàm impatiens ſeparationis.pag. 161.n.81.r

Amore maximè vulnerantur fœminæ abſente amoris obiecto p.161.n.81.m

Amoris proprietas ægrè diuelli à re amata. pag. 161.n.81.o

Amor ex D.Hierotheo quid ſit.pag.161.num.81. o. Tunc ſentitur cùm eum prodit indigentia. ibid.p

Amor antiquies obliteratur nouo. p.439 n.2.c

Amor vulneratus per ſeparationem in lachrymas effunditur. p.168.n.95.d

Amor prædeſtinarionis fons. p.550.n.29.t
Amor ſiue charitas introducit plerunque ebrietatem, & ecſtaſim facit. p.60.n.205.p.
Amor eſt ardor demortui corporis in alieno corpore viuens.ibid. q
Amoris ſedes in iecore, & quare. pag. 351. n.66.i
Amoris vis multiplicat deſideria.pag.89. n.293.x
Amorem conciliar eiuſdem nominis compellatio.p.194.n.18.h
in Amore pulcherrimum, quod in deſiderio optimum.p.113.n.358.m
Amore & ira laborantes neceſſe eſt vt mora maximè vtantur. p.529.n.7.r
Amor ſagittarius depictus à veteribus, & quare. p.58.n.202.f
Amor & maieſtas conciliantur pulchritudine ſine forma.p.58. n.201.
Amoris in præſtita alimonia plus eſt quàm in filiorum procreatione. pag. 97. n.314.h
ad Amoris ſola negotia transfertur maieſtas illa cui adminiſtratio orbis incumbit. pag. 192. num. 15.u
Amoris potentiſſimum telum ſi quis videat alium pro ſe pati.p.171 n.10:.i
Amor deterior cur nobiliorem expellat.pag 470. n.31.u
Amor cupidiuis, vacantium occupatio. p. 191. n 12 b
Amor parentum nimius filiis nocet. pag. 104. n 334.b
quidquid Amari poteſt in vita fluxum & breue. p.536.n.44.u

Amygdala.

Amygdala vigilans appellatur, & quare. p.315. n.220.d

Anabaptiſta.

Anabaptiſtarum hæreſis, omnem curam neceſſariorum prorſus abiicere. p.218. n.85.d

Anagogia.

Anagogia quid ſit. p.37.n.132.a

Analogia.

Analogia idem eſt atque vtriuſque Teſtamenti conuenientia.pag.13.num.41.l. Neceſſaria eſt vt vmbræ veteris legis reſpondeant corporibus nouæ.ibid.m
Analogia eſt congruentia vtriuſque Teſtamenti. p.150.n.63.
Analogia vtriuſque Teſtamenti in Simeone & Leui.p.23.n.81.

Anathema.

Anathema, vox eſt æquiuoca. p.628.n.12.

Andromada.

Andromada fingitur in Ioppe ad rupem alligata.p.469.n.28.p. Pulchra inde allegoria de ſolutione vanæ Deorum ſuperſtitionis..n.29.q

Angelus.

Angelus nuncius cum maieſtate p.596.n.4.n
Angelus voluit occidere Moyſem,& quare.p.91. n.297.g
Angeli veluti milites cuſtodiunt ſanctos. p.109. n.348.l
Angeli, dormiente Iacob ad pedam ſcalæ deſcendebant attracti à gratia illius carnis de qua Chriſtus gignendus erat.p.147.n.45.z
Angelos alatos effingit S. Scriptura, & quare. p.465.n.15.u
Angelorum peccatum primum, quod. pag. 488. n.86.b
Angeli peccatum per exceſſum. p.583.n.34.d

Anguſtia, Anguſtiari.

in Anguſtia conſtitutus ſemper tarditatis accuſat diuinum auxilium.p.456.n.67.n
verbum *Anguſtiari* in Hebræo multiplicis ſignificationis.p.509.n.61.

Anima.

Anima mortalis iuxta Plinium p.119 n.3. h
Anima noſtra tripartita eſt ex Philone. pag. 84. n.277.
Anima pro vita frequenter ſumitur in ſacra Scriptura. pag. 27. num. 91. t. & pag. 490. num.93.u
Anima corporis eſt gloria.p.27.n.93.a
Anima præſertim fœminæ tota in oculis & facie repræſentatur p.272.n.65.
Animæ tranquillitas ex puritate conſcientiæ. p.513.n.86. r & ſ
Anima quod ſibi naturaliter apperit, hoc iure quodam humanitatis alteri largiatur oportet. p.197 n.17.x
Anima à ſinu Dei exiens, continuò leproſa & peccatrix redditur, donec reducatur ad diuinum ſinum. p.339.n.22.h
Animæ cœleſtis eſt conſpectum diuitiatum auerſari.p.360.n.94.n
Animæ beatæ culcitra, conſcientia pura. pag.4. num. 10. Videt futurorum myſteria, & oracula diuina audit. ibid. Fraudes diaboli doloſque vitat.n.11.
Anima nullibi niſi ad pedes ſponſi requieſcit. p.239 n 42.l
Anima vt mundior appareat, ſordidiores exuat veſtes oportet, deinde ſuis ſe lachrymis abluat, ſi lachrymæ dici poſſunt & non potius cœleſtis roris imbres. pag.232.n.25. a. b. c. & 233.n.26.h
Anima quandiu non pœnitet,fit deterior. p.301. n.172.x
Anima repellitur cuius ara cordis prophanatur. p.345.n.43.
Anima fugiendo mala,& amplexando bona,adoleſcit in virtute.p.218.n.84.b
Anima quam deſtituunt temporalia bona, ad Deum ſe facilè conuertit. pag. 499. num. 22.d
Anima de cuius ruina lætabatur inimicus, per Chriſtum redempta ſperat vltionem de malo dæmone.p.330.n.275.m. Quin & de perſecutoribus hominibus. n.276.n
Anima prauis dedita deſideriis Dei in ſe polluit templum, & principes, nempe ſenſus, ſibi iniquè dominantes.pag.337. n.16.
Animæ deperditam pulchritudinem reparare poſſunt lachrymæ.p.320.n.41.l
Anima proficiens veluti hedera retinacula quærit vt in altum ſurgat & fugiat à terra.p. 217. n.84.x
Anima ſacrarium erat Trinitatis donec diabolus miſit manum ſuam in eam. pag. 307. n.191. f

Anima diuino amore correpta, ita baechatur, vt ebria videatur. p.60.n.205.

Anima per fidem & charitatem conuerſa, & viuit & continuò operatur p.192.n.16.

Anima nihil minus inuenit quam voluptatem in voluptatibus.p 471.n.33.h

Anima profuga à Deo ad eum rediens fit pœnitentiæ dux.p.520.n 27.n

Anima Deum fugiens, vt in ſordibus & fœtoribus viuat, neceſſe eſt.p 477.n.50.l.m

Anima quæ carnalia ſectatur, pretioſa quæque pro vilibus appendit. p.309 n.190.

Anima non quærit Deum, niſi priùs ab eo fuerit quæſita. pag. 457. num. 70. u. Sicut ouis non regreditur, niſi præueniatur à paſtore. ibid. x

Anima ſuos mores ad conſcientiæ examen velut ad ſpeculum componens, pulcherrima redditur.pag. 213. num.71. z. Eadem enim non purgata, ſicut aurum terra obuolutum, ſeu triticum in palea, eſt, ibidem. a. Ab eiuſdem purgatione nun eſt deſiſtendum ne incidat in extremum ventilabrum. ibid.b

Anima in morte non habet vim præuidendi futura, ſed habet vim perceptiuam reuelationum tunc maximè. pag. 5. num.14. Ratio, quia tunc magis ſeparata eſt ab ſtrepitu ſenſuum. ibid.

Animæ Deum quærentis ab adoleſcentia fructus. p.394 n.66. f

Anima quæ Dei in ſe veſtigia ſpreuit, ab hoſtibus conculcata proiicitur.p.335 n.11.h

Animæ fideli ea doctrina tantùm colligenda quæ in agro Eccleſiæ reperitur. pag. 250. num.90. e

Anima Deum fugiens adumbratam ſolùm voluptatem poteſt inuenire, & animi commotionem.p.534.n.38 h. i

Animæ Deum fugentis quale ſit gaudium, in Iona conſpicitur.p.475.n.34.m

Anima recedens à Deo firmius nihil ædificat, quam tugurium.p.533.n.29.p.

Animæ vulnera curantur per oculorum plagas. p.277.n.90 c. d

Anima inexperta cæleſtium gaudiorum accommodatiorem locum non habet quàm pedes ſponſi.p 236.n.35.h

Anima igne ſacro de cælo tacta feliciter pariter & ſecurè diuinæ legis retinaculis comprehenditur. pag. 314. numer. 217. per totum §. 2.

Animæ captiuitas interna longè acerbior externâ. pag. 292. num. 14. Dum quis ſua ferrea voluntate tenetur in vitiis. ibidem e

Animæ fatidico ſpiritu repletæ, quæ dicantur Ariſtoteli.p.5 n.15.

Animæ pœnitentis poſt luctum hordeaceo cibo nutrienda.p 183.n.134.

Anima pœnitens transfundi, & defæcari ſicut vinum exoptat.p.282.n.131. f

Anima pœnitens tunc ſe magis diuinæ aptat miſericordiæ, cùm ſuam condemnat inobedientiam. pag.488. num. 87. Neceſſe eſt ad miſericordiam inueniendam, vt priùs in ſe puniat quæ admiſit peccata. pag. 489. num. 87. e. Iuſtè enim perit vt Deus non puniat, quod ipſa iam puniit. ibid. f. Eadem via reuertatur eò, vnde egreſſa eſt.pag.489.n.90.m. Non ſatis eſt ei timere, niſi & redire feſtinet. *Gabr. à Coſta.* p.490.n.92.r. Impœnitens tremit ſine fructu, & quare. ibid. ſ

Anima pœnitens non tam inueniſſe videtur ſalutem quàm lachrymas. p.182. n.133.p.

Anima pœnitens quàm ſuauiter & fortiter à Deo attrahatur, quam non modò recepit vt pater clementer, & vt vir amatoriè, ſed vt mater indulgentiſſima fouet, & blanditiis demulcet. pagina 208. numer. 53. u. x. & z

Animæ pœnitenti exuenda propria voluntas vt poſſit progredi. pag. 63. num.8. ſ. Nec non dimittendæ appetitiones malæ, & ad domum matris, id eſt, voluptatis relegandæ.pag.164. n.85.t. & u

Animæ pœnitentis ad Deum reuerſæ progreſſus monſtratur in duabus mulieribus. pag. 173. n.107. d

Anima per pœnitentiam ſanata continuò alios ad reſipiſcentiam adducere ſatagit. pag. 518. n.21. z

Anima pœnitentiæ lachrymis lota adeo diuinæ charitatis flagrat incendio, vt veſtes non modo veteres deponat, ſed comburat.pag.233. n.27.per tot.§ 5.tract.29.

Anima de terra prophana ad Deum & religionem ex toto conuerſa, non poteſt tandem ad optatas Agni nuptias non peruenire. pag. 254.& 255.n.29 x

Animæ cuius eſt Deus, nihil amplius quærendum p.206.n 47.u

Anima conuerſa, vt Deum aſſequatur, ſe & omnia derelinquit.p.206.n.47.t

Animæ conuerſæ ad Deum, ac bene occupatæ fructus, verecundia eſt, adeo potens vt cælo vim inferat.p.501.n.36.

Animæ conuerſæ ad Deum proprium eſt non ſuo, ſed alieno regi arbitrio. pag. 189. n 9. g

Animæ ad Deum conuerſio per reditum Noemi ad patriam adumbratur. p.162.n.82. ſ Fit ea conuerſio, extrema hominem premente miſeria.ibid.u

Anima ægra, Deo propinquior. pag. 162. num. 82. b

Animæ pœnitentis primus motus ad ſalutem, receſſus à vitiis. pag.162. n.83. f. Apta ſimilitudo pro medela illius. ibid. i

Anima quæ ad ſponſum peruenit, pallio ſe operiat, vt iam amplius quæ ſunt in mundo non videat. p.241.n.46.c. Vel deponet pallium vt virtututum recipiat plenitudinem ex contactu. ibid. d

Animæ conuerſæ quotquot Deum contigerunt, redditæ ſunt illuſtres. p.241.n.46. e

Animæ fideles modò laboribus, modò voluptatibus exercentur à Deo. pag. 210. num. 65. d

Anima nudata gratia inſtar turturis viduæ. pag.552. n.34.h. Eiuſdem miſeria ex corporis miſeria colligitur.ibid.i

Anima ſpoliata virtutibus ſibi pœna eſt, in cuius ſupplicium nemo ſæuior ipſa. p.588.n.133. Seipſam vulnerat. n.134. d

Anima peccans quas amicas putauit appetitiones, inuenit hoſtes.p.276.n.92.f

Anima peccans in Adamo, foris gladium offendit & intus mortem; ſiue exteriùs tribulatur aduerſis, quæ intus malis fatigata ſuggeſtionibus non quieſcit. Vide §.2.pag.328.

Anima per peccatum recedens à Deo, in locum voluptatum tanquam in exilium deiicitur, migrans in acerbam ſeruitutem & afflictionem. p.282. n.113. a b.c

Anima per peccatum deformata quantùm robore infirmatur ad bonum.p.294.n.152.z

Anima de perturbationum naufragio liberata, gratiſſimum Deo ſacrificium offeret cor contritum, &madidas lachrymis ſi Deo ſuſpendat veſtes, vt fecere primi credentes in Chriſtum.pag.493.n.106. l m n

Anima de terra Moab ſeu vitiorum egreſſa duas ſimul comites habere noluit. p.173.n.107 g

Animæ ſcortantis quàm ſint prophana munera. p.173.n.106.e

Animus.

Animi tranquillitas. *lege* §. 2.p.3.& 4.

ex Animi tranquillitate transfunditur gloria in carnem Chriſti.pag. 386.num.40. Quam ſibi ereptam gemebat Ieremias Propheta.ibid. b

Animus fugitiuus mundi aſpectu allicitur, amplectitur enim quæ ſenſus percepit vt pulchra. p.470.n.31.x & z

Animus ſeruilis nihil integrum, neque ſanum habet.p.81.n.265.d

Animus imbecillis alienis in malis lætatur. pag.555.n.42. r

Animi modeſti & verè humilis eſt, verecunda propriæ indignitatis confeſſio.p.201. n.35.per tot.num.35.

Animus in oculis inhabitat. Locus Plinij elegantiſſimus quoad fletum. p.319.n.236.

Animi vulnus per plagas oculorum ſanatur.pag. 352.n.70.

Antichriſtus.

an Antichriſtus ſit oriundus ex Dan.p.82.per tot. §.1.tract.24.

Antigonus.

Antigonus, vltimus rex ex Iudæis, quo mortuo regnare cœpit Herodes Idumæus. pag. 42. n.150. a b

Antitheſis.

Antitheſis, quæ figura; quomodo vocetur à Quintil. & eiuſdem exemplum. pag. 567. n.80.q

Aperire.

Aperire os ſuper aliquem quid ſit. pag. 405. n.103. l

Apoſiopeſis.

Apoſiopeſis, id eſt, reticentia. pag.547. num. 20. l

Apoſtoli.

Apoſtoli legati à latere, & quare. pag. 156. num.70. m

Apoſtoli multa pro futuro tempore procurarunt.p.218.n.85.f

Apoſtolorum expeditio per orbem è terra Zabulon.p.72.n.241.per tot.§.2.

Apoſtoli ſanctiores aliis ſanctis. pag. 598. num. 10. a

Apoſtolis ſanctis conſummandi ſeu perficiendi munus conceſſum.p.157.n.71.q

Apoſtolorum dignitatem commendat, quòd loco Chriſti interempti legati miſſi ſunt ad homines. pag.157. num.71. r. Eorum munus omnibus maius. ibid. ſ. Pro Chriſto vicarij & legati. ibid. t. Huius legationis proprium rem Chriſti perficere. ibid. u Quomodo adimpleuere paſſionem Chriſti in corporibus ſuis.ibid.x.z.a.b

Apoſtoli Ephratæi, vel frugiferi.p.157.n.73.e

Apoſtoli ex tribus familiis Hebræorum, & quare.p.157.n.73.d

Apoſtoli Ephratæi, Id eſt, meſſores Verbi diuini. p.158.n.73.e

Apoſtoli meſſores dicuntur, & Prophetæ ſatores fidei, ſed vtrunque munus fuit Apoſtolorum ad gentes.p.158.num. 74. f. Abierunt ad gentes propter Hebræorum perfidiam. ibidem g. Eorundem ſponſalia in gentibus, per coniugia filiorum Elimelech præfigurata. p. 158. num.175.h

Apoſtoli, qui reſpondent filiis Elimelech, altera pars familiæ Chriſti.p.155.n.68. x

Apoſtolis prædicantibus, & teſtantibus prophetis publicata eſt incarnatio Chriſti. p.155. num.68. a. Plura de Apoſtolis, per totas pag.156. & 157.

Apparitio.

Apparitionis & prophetiæ diſcrimen. pag. 545. num.18. i

Apparitiones nocturnæ ſolent eſſe peſſimæ. pag. 235.n.32. a

Appetitiones.

Appetitiones noſtræ nobis peccantibus in hoſtile odium conuertuntur.p.278.n.92.g

Appetitiones malæ comites redeuntis ad Deum animæ continuò relegandæ in domum voluptatis. p.164.n.85. t. u

Aqua.

Aquæ baiulum ſequatur qui voluerit Paſcha Domini celebrare.p.241.n.5.p

Aqua prima incipit myſteria, & complet vltima.pag.242. num.51. r. Mundum parturiuit Baptiſmo. ibid. ſ

Aquas nouiſſe animare non mirum, quando ſine aqua non formatus eſt homo. pag. 243. n.51.r

per Aquam tantùm ad Chriſtum acceditur. pag. 243.n.51.u

Aquæ contradictionis cur ſic dictæ. pag. 98. num.315.ſ

Aquæ quandoque in Scriptura ſignificant extremas calamitates & populos.pag.410.num. 120. m

Aqua de vaſe perfectiùs effunditur quàm alij liquores, & quare. Egregia inde comparatio de turpi voluptate.pag.9.n.28.

Aquila.

Aquila quæ à carnibus abſtinet, ſymbolum eſt pœnitentis.p.520.n.28. r

Arca.

Arca ſcabellum pedum Dei erat, propitiatorium verò thronus eius. pag. 335. num. 4. e Quod Deus à ſe proiecit, cum templum & ſanctuarium, nec non & ſacrarium & vniuerſam vrbem euertit Ieruſalem. pag. ead. num. 5. & 6. f. g

Archytas.

Archytæ in ſeruos iracundia quomodo ſedata. p.20.n.69.

Arcus.

Arcus iræ Dei ferientis. *Lege* tract.4.ſuper Cap.2. Threnor.pag.339.& 340.

Areopagita.

Areopagita.

Areopagitæ noctu iudicia exercebant, & quare. p.584.n.39.n

Aries.

Aries non inueniens paſcua figurat amiſſum robur militare principum Sion. p.293. numero 148.n

Aries ſymbolum belli eſt ob fortitudinem & agilitatem.ibid.o.p

Arius.

Arius veſtem meam diſrupit, quid ſibi vellet per hæc verba Chriſtus Dominus.p.56.n.197

Aſer.

Aſer,octauus filius Iacob.p.100.n.319.a
Situs ſortis eius citra Iordanem.ibid.b

Aſer pinguis panis,ſenſus horum verborum.ibid. & n.320.& 521

Aſer pinguis panis, quis ſenſus huius vaticinij. p.95.per tot.tract.30.

Aſina,Aſinus.

Aſina & pullus, figura humani generis. p.55. n.194

Aſinus,ſymbolum ſeruitutis.p.79.n.258.c

Aſpis.

Aſpidis remedium, ne venefici carminibus capiatur.p.62.n.208.col.a.in princip.

Aſſumptio.

Aſſumptiones falſæ,hoc eſt, onera falſa. p.357. n.85.l

Aſtutia.

Aſtutia humana nihil poteſt contra diuinum conſilium, ſapientes enim Dominus comprehendit in aſtutia ſua. lege §.r. tract. 4. in Ion.p.472.& 473.

Auaritia, Auarus.

Auaritia malum inefficax, & quare. p. 248. n.7.f

Auaritia Deus huius ſæculi.p.561.n.58.f
Quàm reprehenſibilis in ſacerdotibus Euangelij. ibid.g

Auaritiæ obtenditur religio.ibid.h

Auaritia,cauſa famis.p.139.(non 141.)n.25.r

Auarus priùs ſe mulctat quàm pauperem.p.151. n.56.o

Auaritia veterum ſacerdotum.p.560.n.58.e

Auari famem negotiantur. p. 139. (non 141.) n.26.z

Auarus diues miſerè eget, & abiectè mendicat. p.248.n.7.e

Auari crudelitas tempore famis. p. 308. numero 196.g.h

Auaris nihil acerbius inopia.p.573.n.3.

Auaritiæ fructus.p.574.n.7.l

Audire,Auditus,Auris.

Audiendi impedimenta quòd tollantur ab auribus ouium Chriſti,ſpectat ad ſanctam prædeſtinationem.p.62.n.208.t.u

Audiendi aures nobis præſtat Deus.ibid.x

Auditus ex omnibus ſenſibus ad affectus mouendos magis idoneus, & quare. pag. 62. n.208.n
Vnica ad bonam frugem relicta via eſt.ibid.

Auris prima mortis ianua,prima & vitæ,niſi ſerpentina malitia obturetur.p.62.n.208.r.ſ

Auertere.

Auertere retrorſum dexteram,quid ſit. pag.338. n.20.Ne legas in textu *aduertit*,ſed *auertit*.

Auertit Deus dexteram ſuam ne protegat, extendens ſiniſtram vt puniat derelinquentes ſe.p.339.n.22.h

Auguſtus.

Auguſti dictum in Herodem propter infanticidium.p.46.n.165

Aurum.

Aurum ad naturæ decorem per ignem redit. p.606.n.38.b

Aurum ex proprietate linguæ ſanctæ ſumitur pro puriſſimo.p.419.n.8.z

Aurum & argentum diuitiæ mortuæ & ſepultæ. p.54.n.189.b.c

Aurum obſcuratum eſt, mutatus eſt color optimus. Variæ huius loci lectiones.p.417.n.2.& 3.

Auri optimi color, probatiſſimi ſignum eſt. ibid.i

Aurum purum neque in colore læditur ab igne. n.4.l

Aurum vera & germana pietas.p.418.n.5.n

Aurum generoſi contemnunt, & quare. p.418. n.5.o

Autor.

Autoris modeſtia non vulgaris, qui Socratem imitatur pudicum, dum cogitat de nefanda libidine loqui.p.447.& 448.n.34.q.r.ſ

Auxilium.

Auxilium ab alio quàm à Deo quærere, eſt inniti baculo arundineo.p.51.n.182.c

Auxilia quæcunque, quæ à Deo non ſunt, vana & inania ſunt.p.510.n.67

B

Babylon,Babylonij.

Babylon ob multitudinem habitantium dicitur mare.p.410.n.120.

Babyloniorum ſignum militare, columba, & & quare.p.425.n.34.b

Bala.

Bala & Zelpha quæ fuerint, & an liberæ, p.81. n.266

Balæna.

an Balæna fuerit monſtrum illud marinum quod Ionam vorauit.p.494.n.3.4.5.& 6.

Baptiſmus,Baptiſatus.

Baptiſmo mundum aqua parturiuit. pag. 242. n.51.ſ
Non mirum ſi in eo aquæ nouerint animare p.243.n.51.u
Vnctio poſt Baptiſmum.n.52.x

Baptiſati recenter in ſignum nouæ vitæ albi vtebantur veſtibus.p.243.n.53.a

Barac.

Barac inſignis victoria.p.100.& 101.per tot.§.r tract.33.

Beatitudo,Beatus.

Beatitudo in gratiarum actione.p.548.n.24.e

Beatus qui viam ſibi notauit duobus lachrymarum fontibus, vt ſint inſtrumenta ſaluris quæ fuerant incentiua malorum. pag.489. n.90.o & 91.p

Beatus verè qui bonus eſt & videtur,ille ſibi vitam cuſtodit,& in alios miſericors eſt. p. 205. n.37.f & g

Beatus qui nihil inuenit in iis quæ homines eripiunt.p.391.n.57.c

Beatus quis dicatur. pag. 617. num.79. per totum.

Bellum.

Belli ſymbolum,aries.p.293.n.148

Digitized by Google

in Bello aſtutia & fortitudo quanti. pag. 88. n.288.d
Belli ſimilitudines in amoris Cantico,& quare. p.92.n.198.p
in Bello animæ oportet ſeipſum homo relinquat.p.92.n.298.q

Bene.

Particula,*Bene*,æquiuoca in illis verbis,*putáſne bene iraſceris tu?* p.550.n.16.

Benedicere,Benedictio.

Benedicere ingenui hominis eſt, ſicut ſeruilium detrahere.p.195.n.22.d
Benedicendi prærogatiuam quare Deus donauit parentibns.p.6.n.18
Benedictio parentum & maledictio. pag. 556. n.44.c
Benedictionis paternæ prima cæremonia, manuum impoſitio.p.6.n.21.
Initium eius apud Hebræos.ibid.
Vſus item in lege gratiæ.ibid.
Benedictio Iacob fueritne pontificalis,& quæ eius forma.p.7.n.22.
Benedictiones Iacob fuere potiùs prophetiæ & vaticinia,quàm benedictiones.p.7.n.24.
Benedictiones vberum & vuluæ, quas imprecatus eſt Iacob filio Ioſeph, quid notabant.Lege tract.38.p.109.110.& 111.

Benefaciens,Beneficentia.

Benefaciens obliuiſci continuò beneficij debet. p.211.n.66.(non 67.)d
Qui enim beneficium commemorat, exprobrat.p.212.n
Beneficentiæ leges. lege tract.55.p.211.

Beneficium.

Beneficium conſummauit qui ſtatim reddit gratias.p.207.n.50.p
Beneficia diuina ſic omnibus conferuntur, quaſi vni ſoli conferantur.p.153.n.61.z
Beneficium cùm damus, lætandum, non lugendum.p.197.n.27.c
Beneficia quæ præmia virtutis ſunt, palam danda.p.211.n.65.q
Quæ infirmitati ſuccurrunt quàm ſecretè danda.ibid.r
Beneficium nequaquam in acta mittendum. p.211.n.65.t
Dandum ſic eſt vt proſit accipienti.ibid.ſ
in Beneficium nulla adhibenda mora, ingratum enim quod diu inter manus dantis hæſit. p. 198.n.28.t.l
qui Beneficia Dei conuertit in vitia, iure ipſa beneficia fiunt ei ſupplicia.p.12.n.39.
Et quanto in maiorem gratiam peccauit, tanto maiori pœna dignus eſt.ibid.
Beneficiorum Dei magnitudo conuincebat Iudæos.p.556.n.45.u
Beneficia pereunt quandiu ſtant in manu poſſidentis.p.207.n.50.f
Beneficia impudenter negat qui obliuiſcitur. p.549 n.25.per tot.§ 2.
Beneficia in Iacob.p.549.n.26.l
Beneficiorum cumulatorum ingrati grauiori pœna plectendi.p.11.n.38.

Benjamin.

Benjamin lupus rapax, manè comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia,quis ſenſus horum verborum. lege tract. 41. cum 4. §§. p.115.116. 117.
Benjamitarum ſtrenuitas.p.117.n.371.q

Beth.

Beth litera confuſionem Synagogæ non ſperantis in Deum ſignificat.p.178.n.95.n
Significat etiam domum.n.96.

Bethlehem.

Bethlehem domus panis, propter terræ vbertatem.p.140.n.19.l
Nec non propter panem in ea natum ibid.m
Bethlehem ferax virorum.p.141.n.31.t

Beza.

Beza quoad matrimonia refellitur.p.149.n.49.

Blaſphemia.

Blaſphemiæ veteris populi in ſua ſacrificia. lege tract.7.in Malach.p.569.570.& 571.

Bonitas.

Bonitatem Dei magis commendat, quod de malis bona eruat,quàm quòd mala eſſe non ſinat. p.493.n.105.l.

Bonus,Bonum.

Boni aliter, & aliter mali patientur incendium. p.685.n.7.g
Bonorum & malorum iudex, index & vindex conſcientia.p.213.n.70.t
Bona illa vitæ iniuſtè poſſidentur, quæ iniuſtè poſſidemus ablata.p.536.n.45.z
Bona amiſſa ſerò tandem lugentur ab iis, qui tempus malè perdunt in tempore ſuo, luxui & otio dediti. lege §.3. tractat. 8. in Thren. p.197.& 198.
Bona huius vitæ relinquentibus propter eximiam in Deum pietatem,hæc eadem promittuntur à Deo.p.204.n.43.a
Sed in melius commutata, nempe in pacem & gaudium ſpiritus.ibid. b
Verùm & eiuſdem ordinis longè maiora tribuuntur.ibid.c
Bonorum diuinorum particeps fiet, qui non tantùm alia, ſed ſeipſum fugerit. pag. 206. n.47.q
Bona omnia nomine pacis & concordiæ intelligenda veniunt. lege §.5. tract. 5. pag. 165. n 89
Bona temporalia cur neget Deus ſanctis viris. p.620.n.90.t

Booz.

Booz quis fuerit.p.18.n.2.& 3.
Booz ex quo ſanguine.p.146.n.42.x
Booz quàm caſtus. lege §.1.tract.32.p.239.
Booz inſignis charitas erga Ruth, & huius modeſtia grandis.lege §.2.p.209.
Booz ſine cauſa non timuit, & quare. pag. 235. n.32.z
Booz figura Chriſti Domini extitit in eo quòd opulentus & potens. pag. 220. n.94. per tot. §.5.
Booz redemptori ad inſtar miraculi data fuit ſoboles, quò Chriſti reſurrectionem præſignaret.p.256.n.33.per tot.§.3.
Booz figurat Chriſtum in eo quod calceamentum accepit.p.256.n.34.l
Booz ſalutationis forma fuit Euangelica, & quomodo.p.195.n.21.x & z
Booz non fuit ſatis honeſtè & iucundè Ruth colligere in agris ſuis,ſed ſecuram reddidit ab omni contumelia & iniuria.p.199.n.31.z
Booz redimentis viduam Ruth iure conſanguinitatis, & Chriſti Domini redimentis Eccleſiam ſuo ſanguine, analogia.leg.§ 2.tract.27. pag.219.

Digitized by Google

Booz matrimonium cum Ruth, & illud Iudæ cum Thamar, in quo conueniant: pag. 553. n.23.b

C

Cabala.

Cabala quid ſit.p.462.n.24.

Cadauer.

Cadauera non humare, crudelitas eſt viuorum potius quam mortuorum miſeria. pag. 119. n.3.f

Cadauera maximè piorum non abiicienda ſunt. p.119 §.2.per tot.

Cadauera virorum ſupina fluitant, mulierum autem prona,& quare.p.200.n.170.

Cadauera defunctorum quomodo à veteribus curabantur. tract.3. §.vnico per tot. pag. 124. & 125.

Cadere.

Cadere à vitiis quid ſit.p.84.n.276.q

Et quid cadere terræ.ibid.

Cadentis in faciem geſtus, habitus ſimplicis, grati & ingenui.p.100.n.33.f

Cæcus.

Cæci eſt, & non conuerſi ad Dominum, velle ſuam impleri voluntatem.p.189.n.9.f

Cælum.

Cælum per excellentiam dicitur & eſt habitaculum veri Dei p.484.n.60.

Cælum per excellentiam ſedes Dei. pag. 455. n.65.f

Ab omni perturbatione libera. pag. 455. n 65.g

Cæli apertio quando fit in ſcriptura, magna reuelatio declaratur.p.111.n.353.q

Cæli odam Deo canunt.p.563.n.74.f

Cæremonia.

Cæremoniæ veterum variæ in curandis cadaueribus.p.124.n.21.22.& ſeqq.

Ceſones,Ceſar.

Cæſones putabantur felices apud Ethnicos. p.116.n.367.d

Cæſaris nomen vnde deductum. pag. 116. n.367.d

Cæſaris prætexta prolata in foro cruenta populum Romanum egit in furorem. pag. 272. n.63.r

Cainus.

Cainus eandem inter homines pœnam meruit, quam ſerpens inter beſtias. pag. 490. n.94.e

Cainus figura gentis Hebrææ, quæ verum occidit Abelem.184.n.136.0

Calamitas,Calamitoſus.

Calamitas quo grauior eſt, eo celerior ad Deum conuerſio.p.327.n.162.

Calamitas,opportuna ad quærendum Deum occaſio.p.475.n.43.u

Calamitas leuis loquitur, extrema ſilere facit. p.348.n.55.f

Calamitatis natura eſt,non venire ſolam. p.150. n.52.b

Texitur vna ex alia in infinitum.ibid.c

Calamitatem irritant ea quæ læta ſunt. p.345. n.41.u

Calamitas extrema in ſacris paginis nomine tenebrarum ſæpe intelligitur.p.375.n.7.f

In Calamitate grauiſſima lachrymæ deficiunt. p.407.n.111.i

In Calamitate fertur acerbiùs irriſio quàm ipſa calamitas.p.275.n.79.d

Calamitas captiuitatis Babylonicæ non fuit extrema.p.275.n.8n.f

In Calamitate non ceſſandum à lachrymis, quia iuſto dolori nulla menſura.p.406.n.107.a.b

In Calamitate cinerem capiti imponere verutiſſima eſt cæremonia.p.348.n.55.g

Calamitatis extremæ dura certè conditio cùm ſuam interdiu lamentari miſeriam non liceat iis qui ſuſtinent, & quibus ipſa Solis claritas obſcuratur; omnia lucis officia denegantur. p.273 per tot.§.a.tract.3.in Threnos.

Calamitoſus proximor Deo quàm felix. p.327. n.162.a

Calceus.

Calceus in contractibus quare exuebatur, & & contrahenti tradebatur.p.249.n.12.

Vnde orta hæc cæremonia.p.250.n.12.r

Calceum ſoluerunt antiqui patres,non Chriſtus Dominus,& quare.p.256.n.34.l.m.n*

Calix.

Calix, ſymbolum pœnarum & ſuppliciorum. p.436.n.89

Caluinus.

Caluinus damnatur tollens religioſas peregrinationes.p.505.n.45.l

Calumniari.

Calumniari mercedem mercenatij quid ſit. p.61 a.n.56.t

Calor.

Calor in humidum agens cauſat nigredinem. p 446.n.29.f

Propterea fames cutem exurit.ibid.t

Calor & ſanguis in timore contrahuntur ad ima, & quare.p.235.n.32.u

Candelabrum.

Candelabra ſtantes in conſpectu Domini, quo ſenſu id intelligatur benè verſum.p 390. n.52.

Cantus.

Cantus ſolemnis mentem eleuat in Deum. p.345.n.42.

Caph.

Caph litera ſignificat abiectam & incuruatam gentem p.309.n.200.t

Siue incuruatam ad quærendum ſordidos in terra cibos,nec animalibus aſſuetos,ibid.f

Capillatura, Capilli.

Capillaturam extrinſecus prohibent principes Eccleſiæ.p 229.n.181

Quæ ſufficiat honeſtis mulieribus.ibid.m

Capillorum detonſio in funere.p.124.n.25.h

Non in Dominico cadauere, & cur. pag.125. n.26.p

Capillorum diſtinctio in mulieris ornatu primas ſibi vendicat.p 228.n.17.e

Quæ ſi deficiat,nihili ſiunt aurum & gemmæ quamuis ſuperſint.ibid.f

Capillorum abſciſſorum ſacratio apud gentiles pro patria victoria.p.228.n.17.g

Capilli mulierum gloria ibid.h

Quæ contra Domini præceptum alienis crinibus ad menſuram contendunt adiicere tortitos vertices.ibid.i

Caput.

Caput diuiniſſimum corporis membrum.p.349. n.57.m

Vnde extremæ miſeriæ eſt cùm proiicitur in terram,maximè à virginibus.p.349.n.57.n

Caput

Caput ſuum rependit Chriſto peccator, quale Chriſtus pro nobis ſuum obtulit. pag. 350. n.61.z

Carmelus mons.

Carmeli montis deſcriptio breuis. pag. 320. n.240.

Caro.

Caro Chriſti panis diuinitati vnitus. pag. 97. n.314.i

Caro Chriſti in ſacramento, vitulus ſaginatus. p.97.n.315.l

Caro Chriſti apparatum conuiuium, necnon & firmamentum panis.p.97.n.314.d

Carnis Chriſti vis & virtus quanta. pag. 147. a n.45.ad 47.

Caro Chriſti nutrit animam & cor. pag. 97. n.314.e

Caro & ſanguis Chriſti cur ſub ſpeciebus panis & vini. p.97. n.314.f

Carnis infirmitas interdum commoda. pag.162. n.28.z

Carnis mortificatio in pœnitente quàm ſit neceſſaria.p.350.n.61.a

Caro pro pelle aliquando in ſacra Scriptura. p.426.n.35.

Caſtimonia.

Caſtimonia veterum patrum. Lege tract. 32. in Ruth.p.238.& 239.

Caſus.

Caſu non illud eueniſſe dicendum eſt, quod Deo prouidente euenit. p.192. n. 15. per totum §.2.

Cataracta.

Cataracta quid.p.616.n.76.o

Cataracta, pendulæ portæ.ibid.p

Catulus.

Catulus leonis Hæbraicè pauorem ſignificat. p.66.n.222.t

Cauernæ.

Cauernæ tenebroſæ in Scriptura dicuntur ſepulchra.p.378.n .16.n

Cauſa.

Cauſas proponendi forma apud veteres, ſine vllo aduocatorum patrocinio. pag. 247. n.6.r ſ

Ceraſtes.

Ceraſtes quid. p.82. n.272. l. Idem cum baſiliſco putatur, ibid.m. In quibus ſignificet Antichriſtum,ibid.n

Cerebrum.

Cerebrum in lege nuſquam conſecrabatur, & quare.p.366.n.153.e

Cerua, Ceruus.

Cerua matutina, tempus Reſurrectionis vſque ad Aſcenſionem.p.104.n.332.q

Cerui & ſocordis aut ſtolidi comparatio.p.293. n.149.& 150.

Ceruis Chaldaicus comparat Hebræos.ibid.f

Cerui & Barac comparatio. pag.105. num. 322. & 323.

Cetum.

Cetum vocat ſcriptura quod aquatilia ingentis magnitudinis complectitur.p.495.n.4.f. Præferebat hic piſcis inſulæ magnitudinem, ſeu montis.n.5

Ceti inteſtina repræſentant inferni vmbram. p.501.n.28.u

Chaldæi.

Chaldæorum nefaria crudelitas in Hebræos. p.446.n.32.b.c.& 447.n.32.& 33.

Chaldæorum turpitudo in adoleſcentes Hebræos.p.447.& 448.n.34.& 35.

Charitas, vide, *Amor.*

Charitas vult ſibi abundare, quæ poſſit aliis communicare.p.464.n.10.d

Charitas neſcit eſſe otioſa. p.193. n.16.c. Impatiens eſt moræ.ibid.d

Charitatis eſt lex in fraterno labore laborare. p.197.n.27.h

Charitas neſcit eſſe auara.p.212.n.69.p

Charitatis prima pars, beneuolentia in pauperes. p.196.n.27.c

vbi Charitas eſt, & qui exigit dulcis eſt, & dulcis is à quo exigitur.p.197.n.27.z

Charitatis & vini ſimilitudo.p.60.n.205.p

Charitas eximia quæ in defunctum præſtatur. p.203. n.38.h. Titulum attigit veri & perfecti amoris.ibid.i

Charitas vera ſolatium non quærit ex alieno dolore.p.171. n.102.a. Quæ fuerit major, Pauli an Moyſis.ibid.a

Charitas ſemper, vt participet alieni doloris pondera, prompta eſt.p.171.n.102.d

in Charitate vulnus grauiſſimum, compaſſio ſumpta pro nobis.p.171.n.103.g

Charitas diuina ad lætitiam lachrymas inuitabat, ſed cogit miſeriæ humanæ conditio ad lamenta conuerti.p.257.n.3 e f

Charitas non ſolùm veteres deponit veſtes, ſed etiam comburit. p.233. n.27. i. Vt nouas induat. ibid. l. Sicut ſpeculum, quod niſi purgatum nouas formas non recipit.ibid.m

Chelion.

Chelionis nomen conuenit Apoſtolis, & quid ſignificet.p.157.n.71.h

Chorus.

Chorus quid ſignificet.p.451.n.49.

Chriſtianus.

Chriſtiani mali ſunt peiores ipſis gentilibus. p.12.n.40. Patet in Iudæis.ibid.

CHRISTVS Dominus.

Chriſtus natus eſt regnante Herode vt adimpleretur prophetia Iacob: *Non auferetur ſceptrum de Iuda*, &c.p.42.n.150.c d

Chriſtus naſcens, terribilis.p.604.n.31. Humilitate ſuos tenuit hoſtes.p.603.n.34. Miſericordia eius in nobis, & iuſtitia in ipſo cernuntur. p.605.n.35.f

Chriſtus reſtituit, ſuam non faciens voluntatem, quod Adamus perdidit ſuam adimplendo.p.189. n.9.h. Voluntatem Patris ſuæ prætulit, quia melior in eo quòd commouior. ibid.i

Chriſtus verus ſacerdos mediator pacis. p. 577. n.181.

Chriſtus qualiter ſacerdos & ſacrificium ſimul. p.599.n.15.o

Chriſtus Dominus & primogenitus & ſacerdos. p.11.n.34.

in Chriſto diuina & humana natura neceſſariò confitenda eſt.p.50.n.179.

Si Chriſtus amabilis antè aduentum, quo magis poſt aduentum in carne? p.113.n.358.n

Chriſtus Dominus interpres ſui typi in Iona. p.461.n.1.h

Chriſti Domini reuelatio immediatè prædicitur poſt Ioannis prædicationem. lege §.1. p.601. & 602.

Chriſtus Dominus in ſua paupertate diuinitatem

Digitized by Google

tem diuinitus comprobauit. p.603.& 604.per tot §.2.
Qualiter dicatur Angelus teſtamenti. p. 603. & 604.per tot § 3.
Chriſtus Dominus vbi conceptus, vbi natus. p.71.n.437 Ille inde probatur Meſſias, vnde irridetur vt Nazaræus.n.238 g
Chriſti obedientia longior quàm vita. pag.190. n.10.r
Chriſti maiores omnes fuere peregrini, imò & ipſe fuit.p.141.n.32.ſ
Chriſtus in terra colonus & viator. pag. 141. n.32.t
Condolendum eidem in terris degenti.ibid.u
Chriſti ſepulchrum ſimile Iacob ſepulchro. p.121.n.8.e f
Chriſtus non ſolum trahit, ſed vim trahendi communicat.p.147.n 45.& 46.
Chriſtus in cruce magnea ſeu electrum ignitum omnia ad ſe trahens.p.148.n.46.d
In eius morte etiam moti voluerunt omnia. ibid.e
Chriſti adoratio figurata in adoratione Iudæ. p.66.n.219.n
Chriſti conceptio plantationi vitis aſſimilatur. p.55.n.194.ſ
Chriſti Domini & Gag conuenientiæ. pag. 92. n.299.& ſeqq.
Chriſti paſſionis ſacramentum adumbratur in Iona,& quomodo.p.486.n.84.& 85.
Chriſtus incumbens aratro.p.78.n.257.b
Suppoſuit humerum peccatorum noſtrorum ponderibus. ibid.e. Vulnera in manibus eius, ſolutio fuit pœnæ impoſitæ peccato. pag.79. n.257.d
Chriſtus fleuit amici mortem.p.126.n.32.
Chriſtus humilis ne terreret hoſtem. pag. 603. n. 25. i. Diuinitatis eius efficaciſſimum argumentum.ibid.l
Chriſti diuinitatem credere nolentes,quo ſe tuebantur contra Deum.p.415.n.138.n
Ad pedes Chriſti,quod meritis deeſt,ſupplet verecundia.p.201.n.36.z
Chriſto tribuuntur quæ membris illius myſticè conueniunt.p.413.n.129.t
Chriſtus cur in linteo ſepultus, Iacob verò in ſericis veſtibus.p.126.n.30.z
Chriſtus Dominus cùm Rex creandus eſſet, aufugit,& quare.p.48.n.173.
Chriſtus Dominus non ſemper exauditus fuit quoad voluntatem naturalem. p.380. n.20.d. & p.381.n.23.h.i
Chriſti Domini ſermo ſimplex,ac ſine vllo artis lenocinio.p.62.& 63.per tot.§.3.
Chriſtus de more legali nos proprio ſanguine redemit.p.133.n.9.o
Chriſtus in die reſurrectionis dicitur genitus, & quare p.34.n.123.d
Chriſti reſurrectio præſignatur in redemptore Booz, cui data proles inſtar miraculi. p. 256. n.33.per tot.§.3.
Chriſtus ſolus calceum non ſoluit, cum cæteri omnes diſcalceati fuerint: quod figurauit Booz, qui calceamentum accipiens typum gerebat Chriſti.p.256.n.34.per tot.§.2.
Chriſti Domini pugiles vitiis diſſolui non decet.p.94.n.305.z
Chriſtus fœdam amauit Eccleſiam vt redderet pulcherrimam. pag.86.n.282.o. Tranſgreſſio præcepti fuit ei cauſa veniendi. ibid.
Chriſti virtus infinita in morte oſtenſa eſt & gloria.pag 87. n.283. ſ. Toto mundo concuſſo diabolum cum ſuis profligauit, reconcilians Deo peccatores.ibid.t.u
Chriſti ſepulchrum, vitæ ſeminarium. pag. 87. n. 284. x. Quare non proprium ſed alienum fuit. ibid. z. Beatificauit animas. n.285. Illius natiuitas de ſepulchro glorioſior quàm de vtero virginis.ibid.b
Chriſtus in Euchariſtia quomodo in nobis.p.57. n.198.b
Chriſti ſanguis quomodo potuit lauare & dealbare Eccleſiam. p.57. n. 190.i. Virtutem habet à diuinitate.ibid m.Illa virtus eſt infinita. ibid.o
Chriſti Domini pulchritudo externa, qualis. p.58.per tot.§.1.tract.12.
Chriſti ſermo ad mouendum efficaciſſimus.vide §.1.tract.13.p.60.& 61.
Chriſti occiſores diuiſi ſunt per vniuerſum orbem.p.25.n.8.f
Chriſti vulnera, feneſtræ.p.156.n.70.h
Chriſtus naſcens homo,moriens Deus proditur. ibid.i
Chriſtus pulcher corporaliter.p.591.n.61.p
Chriſti Eccleſia de Hebræis collecta, ſic ei quæ ex gentibus pacem dedit, ſicut vidua ſenior iuniori requiem in matrimonio procurauit. p.242.n.49.
Chriſtus in cruce pendens, matrem non dixit ſed mulierem,& quare.p.91.n.297.i
Chriſti parens facta eſt quæ paupertatem cum pietate prætulit parentibus.p.131.n.2.d
Chriſti Domini occiſio, omnium peccatorum grauiſſimum.p.300.n.168.m
ad Chriſti monumentum cur mulieres iteratò veniebant.p.125.n.27.ſ
Chriſti & Nephthalim allegoria. p.102.per tot. §.3.
Chriſtus non deſcendit de cruce, quia patientiam docebat.p.392.n.58.e
Chriſtus iniuriarum acerbitate proditur Deus. p.497.n.76.t
Chriſti ſanguis ad quid effuſus. pag. 56. numero 196.x
Chriſtus primò ad Iudæos miſſus. pag. 610. n.49.b
Fuit Apoſtolus per ſe.ibid.c
Feſtinat quandoque in vltionem. pag. 611. n.51.f
Cum feſtinatione ad martyrium iuit. numero 53.i
Noſtrorum ſcelerũ oculatus teſtis eſt. n.54.m
Non eum latent etiam occultiſſima ſcelera. n.55.p
Chriſto potiùs pauperi quàm Deo viſi ſunt miniſtraſſe cæleſtes ſpiritus.p.215.n.77.x
Chriſti caro,cubile eſt,in quo facta eſt vnio hypoſtatica.pag.14.n.43.t
Quod purpureum dicitur dum ſanguine conſperſum eſt ab Hebræis. num.44.u
Ipſumque pollutum cubile Deitatis per ſacrilegum adulterium Synagogæ, fecit vt reiecta fuerit,ſicut & prophanus Ruben. ibid.
cur Chriſtus Dominus iam vinctus,fuerit delatus in domum Annæ, & deinde in domum Caiphæ.p.46.n.165.f
Chriſtus germen Dauid.p.47.n.170.i
de Chriſti regno temporali difficultates duæ agitantur & ſoluuntur.leg.tt.8.p.47.48.& 49.

Digitized by Google

Chriſto Domino promiſſum totius orbis imperium propter ſuam paſſionem. pag.53.numero 186.h. In ipſum quem non cognouerant, quomodo ſperare poterant gentes. p.53. numero 187. x. Erat ſummum bonum & remedium totius orbis.ibid.z

Chriſtus fecit vtraque vnum. p.94. num.304 t. Eiuſdem Eccleſia quare dicatur domus Iacob. ibid.u

Chriſti Domini effigies ad viuum expreſſa, nec non & virginis matris.p.59.n.203.g Io illius facie diuinitatis fulgor relucebat, & igneum quoddam & ſidereum radiabat in oculis eius. ibid.h.i

Chriſti decor & maieſtas externa,quàm aptè per vinum deſcribatur.vide §.2.tract.12.p.59

Chriſti natiuitatis, crucis, & paſſionis recentia vidiſſe veſtigia,pars eſt fidei.p.160.n.8.f

Chriſti in cruce ſuſpenſi figura, Dan coluber in via.p.85.n.280.281.

Chriſtus Dominus contra Dæmones ſuſpenſus in cruce.p.85.n.280.g

Chriſtus in ſerpente æneo figuratus potiùs quàm in ceruo, & quare. p.86.n.280.l

Chriſtus Dominus vitauit doloſum concilium tanquam vulpis conſortium. pag. 19. numero 66. l

Chriſto occiſo gens Iudaica decidit à pectore in terram.p.135.n.14.l

Chriſtus quare dicitur peculiariter videns ſuos labores.p.376.n.9.f

Chriſtus ex eo ſolùm quòd natus eſt homo, à ſuppliciis vitam inchoauit, & in eiſdem reliquit eam. p.377. n.10.l. Sed hoc non miſeriæ fuit,ſed miſericordiæ.ibid.m

Chriſtus os de oſſibus noſtris, ſicut Booz conſanguineus Ruth. p.219.n.88. ſ. Vt iſte redemit iure propinquitatis mulieris opprobrium, ſic ille ex eadem carne pretio ſui ſanguinis miſeram viduam redemit.ibid.t

Chriſtus Dominus in oratione ante mortem propter beneuolentiam ſuæ gentis voluit vitare paſſionem.p.304.n.181.r

Chriſtus Dominus carne ſua carnem curauit, nullo planè remanente in carne veſtigio. p.219.n.88.a

Chriſtus Dominus tener in diuinis literis appellatur,& quid ſit id.p.219.n.89.b
Quàm humaniter locutus cum Eccleſia in carne. pag.220.n.89.c. Tunc docuit homines miteſcere. ibid.d. Extra illius agrum non eſt remedium,ſed iniuria.p.220.n.90.f

Chriſtus Dominus per hanc metaphoram, *Catulus leonis Iuda*,figuratur,& diuina maieſtas inclinis ad miſericordiam oſtenditur. pag. 39. n.138.139. & ſeqq. Quibus item verbis figuretur eius aduentus in carne.p.40.n.143.

Chriſtus Dominus hæreditario iure Hebræorum rex.pag.153.n.61.c. Plures affirmant eſſe regem Eccleſiæ iure redemptionis.n.63.
Allegoria mortis & ſepulturæ Elimelech ad Chriſti crucem & ſepulchrum.pag.154.n.64. e.f. Adumbratur ſepultura Chriſti nomine Moab propter ſepultam ibi legem Moyſis cum ipſo Moyſe legiſlatore. ibid. g. Chriſto ſepulto publicatum eſt Euangelium,& lux ſepulta.ibid.b

Chriſtus verus Elimelech, ſolem fecit ſtare extrema iam parte temporum. pag.154. numero 65.m

Chriſtus diem protelauit, & lucem in tempora gratia extendit, quomodo id intelligendum. Chriſti.p.154.n.65.l

Chriſti familia poſt mortem eius pauper & tenuis numero. pag.155.n.66.p. Virtute tamen valde magna. ibid. t. Præſertim in Virgine matre.n.67.u

Chriſtus Dominus germen ſiue incrementum. p.114.n.363.b.Magnum patris incrementum filius Dei ſecundùm diuinitatem.ibid.c

Chriſtus incrementum ſecundùm carnem aſſumptam. p.114. num.364. d. Qualiter accreuit piis.n.364.e.Pulchritudo carnis in illo diuinitatem oſtendit. n.365. g. Eluxit maximè inter dedecora Iudæorum, ſicut Ioſeph inter aduerſa.ibid.g

Chriſti figura mirabilis,Ioſeph in carcere.p.115. n.366.

Chriſtus propter dolorum acerbitatem ante tempus conſenuit. p.379.n.18. Itaut vt quinquagenarius crederetur in 30.conſtitutus anno.ibid.r

Chriſtus Dominus poſitus in ſignum vel ſcopum Iudæis.p.383.n.30.b

Chriſtus Dominus qualiter fuerit in ſepulchro tribus diebus & tribus noctibus, grauis difficultas proponitur & reſoluitur. p.495.n.7.per tot.§.3.
An deſcenderit realiter illius anima in triduo mortis ad loca tormentorum in inferno, fueritque cum Patribus in limbo vſque ad inſtans reſurrectionis. Graues ibi quæſtiones reſoluuntur.p.496.n.11.per tot. § 4.

Chriſti mortis & paſſionis meditatione nihil ad virtutis profectum vtilius. pag.497.n.15. i.& m

Chriſtus reipſa mortuus in corde terræ fuiſſe dicitur, Ionas verò non mortuus in inferno. p.500.n.26.o.& quare.p.501.n.eod.p.q

Chriſti orationem in cruce figurat oratio Ionæ in ventre piſcis; illius enim crux nobis peperit mortem in ſalutem.pag.501.n.27.r.ſ. Fluctus Dei ſuper Ionam fuere in illo labores arrogantis ſynagogæ.p.502.n.35.l.& quomodo.ibid.m

Chriſti mortem definiuit Deus, ſed non Iudæ proditionem.p.503.n.35.n

Chriſto patienti ſecundùm quod homo quantum quadrent verba Ionæ.p.503.n.36.m

Chriſtus licet filius Dei eſſet naturalis, omnia tamen paſſus eſt, quæ erant naturæ humanæ. p.503.n.36.q

Chriſtus in ipſa paſſione ſibi gloriam pollicetur, quam ſemper habuit apud Patrem.p.504. n.43.e

Corpus Chriſti, templum Diuinitatis. ibidem i.

Chriſtus cur paruulos,ſapientes appellauit.p.74. n. 247. h. Myſticè in mandibula aſini totum orbem ſuperauit.ibid.l

Chriſtus ſolus inſtar Phares reparauit omnia quæ corrupta fuerant per peccatum.pag.255. n.30.c.d

Chriſtus Dominus dicitur ceruus aurora, & quare.p.360.n.97.ſ

Chriſtus innocens à perfidis Iudæis opprimitur. p.360.n.97.r

Cibare,Cibus.

Cibauit me cinere} variæ huius loci interpretationes;

tiones ; & ſemel hoc verbum reperitur in ſacra Scriptuta.p.385.n.39.

Cibi plenitodo, ſæni potiùs dieitur repletio; quàm alimenti.p.210.0.61.t

Cilicium.

Cilicium, ſeu ſaccus, habitus extremè dolentium. p.349.n.56.

Cilicium temporibus Chriſti habitus pœnitentis.p.75.0.249.

Cinis.

Cineris conſperſio reformationis principium. pap.350.n.59.q. Vt enim homo cœlo dignus fiat, terræ reddatur oportet.ibid.

Cioerem capiti & cilicium corpori in aceiba calamitate imponere, vetuſtiſſimum eſt.p.548.n.55.g

Circuncisio, Circuncisus.

Circuncisionis ſignum Iudæis relictum ſicut Caimo ab occaſionem ſratris.p.276.n.85.o

Circunciſi recenter alba lana amiciebantur. p.243.n.53.b

Ciuitas.

Ciuitas, filia populi dieitur.p.266.n.34.ſ

Clamare.

Clamare de lacu nouiſſimo, quid ſit. pag. 411. n.125.

Claues.

Claues quatuot in manu ſolius Dei, & quas alteri non tradidit, quæ ſint.p.138. (non 140.) n.24.n

Clementia.

Clementia, ſiue gratioſa condonatio, nos ad ſimilitudinem Dei extollit.p.528.n.5.n

Clementia in Priocipe omnino neceſſaria.p.528. n.4.l.& quare.ibid.m

Clementia dominotum ad ſeruos quomodo temperanda.p.194.n.18.per tot.§.2.

Cleria.

Cletiam virginem Romanam equo donaoit Porcena,& quare.p.252.n.21.

Clibanus.

Clibanus quid ſit. p.446.n.28.p. Dieitur thorax in animalibus.ibid.4.

Cœpiſſe.

Cœpiſſe in bonis non ſufficit, niſi perficias; in malis contrà, cæpiſſe eſt perfeciſſe. pag. 162. n.83.g.h.

Cognoſcere.

Cognoſcere apud Hebræos idem atque beneficiis afficere, curare, ac tueri eum quem agnoſcis.p.214. n.74.i. Eadem phraſi dicitur Deus cognoſcere electos,& neſcire reprobos.p.215. n.74.l

Collachrymari.

Collachrymando ſiquidem te miſericordem facis, congratulando te ipſum ab inuidia liberas.p.216.n.78.b

Collegium.

Collegiom Senedrim compoſitum ex ſenioribus de ſemine Iudæ.p.46.n.165.d. Ab Herode deletum.ibid.e

Color.

Color albus mortuis concolor.p.129.n.41.r

Coluber.

Colubri nomine ſignificatur Antichriſtus. p.82. n.271.d

Columba.

Columba ramo oliuæ mundum perunxit baptizatum.p.243.n.52.z

Columbæ effigiem geſtabant Babylonij in militati ſigno, ſicut Perſæ aquilam.& quare.p.525. n.34. Explicatur *ibid.* locus perdiſſicilis Pſalmi.67.*Si dormiatis inter medios cleros, penna columbæ deargentatæ, poſteriora eius in pallore auri.* n.33.34.35.

Columna.

Columna nubis apud Hebræos ignea & lucida, & quare.p.175.n.113.d

Comminatio.

Comminatio diuina ſemper eſt condionata, niſi egerit pœnitentiam.p.518.n.18.o

Comminationes diuinæ abſolutæ vel conditionatæ.p 437. n.93.e. Quandóque impediuntur per peccata noſtra vel pœnitentiam. ibid.f

Comminationes diuinæ ſemper conditionatæ. p.362.n.101.d

Commiſeratio.

Commiſeratio nulla illis ineſt, qui in deliciis educati fuerunt.p.143.n.36.q

Communicans.

Communicantes ſine profectu, vaccis aſſimilantur Ægyptiis.p.98.n.316.b

Communitas.

Communitas inter amicos, non vt inter ſocios tantùm, ſed vt filij ad parentes.p.212 n.69.q

Compaſſio.

Compaſſio plus Deum cruciabat, quàm nos paſſio.p.102.n.327.b

Compaſſio in aduerſis animum miſericordem oſtendit, communicatio in gaudiis non inuidum.p.216.n.78 per totum.

Compellatio.

Compellatio eiuſdem nominis multum valet ad conciliandum amorem p.194.n.18.h

Concha.

Coocham te exhibeas non canalem. p.464.n 9.c

Concilium.

Concilium doloſum deuitandum.p.19.n.66.l

à Concilio fraudulento ſibi timuit Iacob & in filiis.p.19.0.66.o

Concionator.

Concionatoris ſermo quære infructuoſus. p.63. n.210.t

Concordia.

Concordia rara inter nurum & ſocrum. p.167. n.94.a.Illam tamen prudens Noëmi beneuolentia comparauit.p.168.n.94.b.Per quæ conciliari poſſit.ibid e

Concordia in coniugio quanti momenti. Lege §.5.tract 9.p.165.n.89.

Concordia ſupponitur ad pacem.p.576.n.14.c

Concordia & potentia vix eodem loci morantur.p.134.n.11.u

Concupiſcentia.

Concupiſcentiis ſeruiens ſummi Patris hortum deſtruit.p.344.n.37.p

Condolens.

Condoleotium voces ad ruinam Ieroſolymæ. p.358.n.89.a

Confeſſio.

Confeſſio peccatoris, vera laus Dei. pag.365.numero 107.o

Confirmatio.

Confirmationis ſacramentum, manuum impoſitio apud veteres vocabatur. p.6.n.2 ſub finem.

in Confirmationis ſacramento oleum ſacratum & faſcia alba.p.452.n.51.u

Confugiens.

Confugientium ad Deum protectio quàm ſecura.Lege §.4.p.205.

Gabr. à Coſta.

Conn

Coniugium, Coniux.

Coningium concors, lyra conſona.pag.165.numero 89.u

Coniugij monimenta arma ſunt caſtitatis.p.181.n.127.o

Coniux in aduerſis maritum ſequi debet. p.143.n.37.r.& p.144.n.37.x

Coniux & domina an idem ſint. pag.267. n.39.40.& 41.

Coniuges religione pares.p.586.n.42.e

Conſanguineus.

Conſanguinei(apud Hebræos) qui propinqui viduam accipiebant, dicebantur redemptores, & quare.p.217.n 81.n

Conſcendere.

Conſcendere ad portam vrbis, & Senatum adire, idem apud Hebræos.p.245.u.a.d

Conſcientia.

Conſcientiæ verme feriente, areſcunt quæ florere videbantur.p.536.n.46.b

Conſcientiæ puritas, beatæ animæ culcitra. p.4.num.10. Hæc enim dormiens videt futura & oracula audit diuina.ibid. Diaboli frandes doloque conſortia vitat.n.11.

Conſcientia pietatis lacinia, & religionis ſoboles.p 213.n.70.r
Eadem animi pædagogus non ſine verbere. ibid.ſ. Bonorum & malorum iudex, index & vindex.ibid.t

Conſcientiæ examen ad veſperam etiam apud Æthnicos ex præcepto fuit.p.213.n.70.u
Reddit animam pulcbram.n.71.z

Conſenſus.

Conſenſus virium ad peccandum, quantum malum.p.84.n.277.n

Conſilium.

Conſilio diuino obſequitur & qui fugit illud. p.473.n.37.t. Dum illud deuitatur, impletur. ibid.x

Conſolari, Conſolator.

Conſolandi modus optimus, ad cor mœrentis accommodate loqui.p.206.n.49.

Conſolator quaſi reducit animam fugientem à loco ſuo.p.320.n.238.

Conſolatorem alium fruſtra requirit, qui Deum perdit p.323.n.248.p

Conſuetudo.

Conſuetudo tolerandi dura, & aſpera, plurimum valet ad patientiam.p.393.n.64.

Conſummatio.

Conſummatio ſiue perfectio, opus Diuinitatis, & Chriſti proprium.p.157.n.71.o.p

Conſummatio in Apoſtolis perfecta. p. 177. numero 71.q.& a.b

Contractus.

Contractus celebrati ſignum apud Hebræos, fuit calceum tradere contrahenti. pag.249. numero 12.q

Conuerto, Conuerſio.

Conuertit me retrorſum, quis ſenſus horum verborum.p.314.u.215.l

Conuerſio vnius pœnitentis, alterius peccatoris doctrina eſt.p.176.n.116.

Conuerſio peccatoris vana erit, niſi perennes lachrymas continua ſequantur opera miſericordiæ & pietatis in paruulos Chriſti.p.367.n.115.per tot.§.5.

Conuiuium.

Conuiuium apud veteres nullum ſine calice in orbem ducto.p.512.u.74.& 75.

Conuiuium ruſticorum apud Palæſtinos, lege tractatum 22.p.208.

Coph.

Litera, *Coph*, ſignificat vocationem & concluſionem.p.326.n.260. Interpretantur aliqui, *aſpice*, ibid.

Cor.

Cor in lege nuſquam conſecrabatur, & quare. p.366.u.113.e

Cor in Scriptura pro medio cuiuſque rei.p.501.n.30.z.& a.p.502.

Cor humanum neſciens lachrymas non modò durum ſed & impurum eſſe ſolet. p.232.u.26.f. Econtra verò pulcherrimum, ſi in lachrymas reſoluatur.p.233.n.26.g

ad Cor loqui, quid ſit.p.206.n.49.c.d

Coram.

Coram Deo, id eſt, magnum quid. pag. 364. numero 106.1.

Cornu.

Cornu per metaphoram gloriam & robur ſignificat. pag.338. num.17. Quis ſenſus illorum verborum, *Confregit in ira furoris ſui omne cornu Iſraël*.ibid.& num.ſeqq.

Corollarium, Corolla.

Corollarium quid ſit, & vnde deductum. p.131.n.8 e

Corollas texuit Ruth Verbo incarnato ex ſuo ſanguine prophano.p.132.n.8.f

Coronare, Corona.

Coronandi ſponſos & ſponſas mos apud Hebræos & alias gentes p.452.num.50.p. Quod item fiebat in deſponſatione ſpirituali.n.51.q. Inde ſacris initiati coronati. ibid.r. Supplices item orantes.ibid.ſ.

Corona ſymbolum regium apud omnes gentes, candida faſcia, ſiue ligamentum. pag.452. num. 52.b. Etiam in cruce putabatur inſigne. ibid.c

Corona regia aurea facta, deterior. p. 453. numero 54.b. Lanea, remedium populi, aurea verò, regis commodum.p.453.n.54.i.

Corona Chriſti ſpinea ex iuncis marinis adumbratur à Iona in profundo maris. p.507.n.54.& 55.

Corona capitis noſtri cecidit, quis ſenſus horum verborum.p.451.& 452.per tot.§§.4.& 5.

Corpus.

Corporis optima conſtitutio ex quatuor. p.424.n.27.28.29.& ſeqq.

Corpora ſanctorum vbique ſunt ante Deum. p.119.n.3.e

Corporis voluptas iuuenibus miſeranda, in ſenibus prodigioſa.p.170.n.101.o

Corpus Chriſti Eucbariſticum, figura eiuſdem in propria forma, character & exemplar.p.97.n.315.n. Idem ſacrificium & immolatio quæ fuit in cruce.ibid.o

Corrigere.

Corrigendi via cuilibet neceſſaria. p.358. n.88.ſ

Credere.

Credere Deo quàm ſit difficile propter cognationem mentis noſtræ ad terrena.pag.204.numero 41.r

Credere in Deo & credere Deo, idem eſt apud Hebræos.p.519.n.23.d

Cretenſes.

Cretenſium mores deterrimi. p.69 n.232.c

Crocus.

Crocus apud Græcos quid.p.421.n.14.c

Ex eo vermiculi optimi odoris rubefaciendis lanis aptiſſimi.ibid.d & n.15.

Crudelis.

Crudeles tunc maximè iraſcuntur cùm verecundantur. p.435.n.87.

Crux.

Crux Chriſti vtriuſque legis terminus.pag.568. n.82.x

Crux Chriſti limes, ſiue terminus, quo cognoſcuntur myſteria de ipſo. p 35.n.128.e Mortuo enim ipſo, patuit arcana eius voluntas.ibid.d

Crux Chriſti, in qua ſalus omnium, præſertim verò Iudæorum fabricatur, ipſis ob ſummam illorum malitiam extremi & perpetui ſupplicij facta eſt officina. Vide §.3.p.318.& 319.

ad Crucem tollendam ineptus qui ſe non relinquit.p.92.n.298.r

Crucibus affixi non clauis,ſed funibus ligantor, qualiter Andræas Apoſtolus.p.381.n.22.g

Cultus,vide *Religio.*

Cultus diſparitas an dirimat matrimonium. p 586.n.43.f

Cultus & timor Dei hominem honeſtat. p.541. n.5.b

Cultu Dei florente apud Hebræos, omnis pulchritudo floruit;deperdita verò pietate,omnis decor amiſſus.p.425.n.33.per tot.§.a.

Cupiditas.

Cupiditates malæ conſuetudinis filiæ in vxore Lot & filiabus figurantur.p.164.n.86.z Quarum ſenior *fauor*,iunior *conſilium* dicebatur.ibid.a. Has inter mens facilè cedit, ſi vel minima inuitet voluptatis eſca. ibid.b

Cura.

Curæ optimæ eſt, negotium non modò,ſed omnes circunſtantias loci & temporis inquirere. p.214.n.73.d.& quare.ibid.d

Cura Dei erga ſanctos.p.621.n.93.e

Curia.

Curia Ieroſolymis triplex.p.449.n.41.e Earum ſitus.ibid.d.munia.ibid.e

D

Dæmon.

DÆmonem puduit peccare coram Deo.p.611. n.54.n

Daleth.

Daleth timorem ſignificat.p.288.n.135. Significat etiam tabulam ſiue portam, tabula autem legem diuinam.p.ead.n.136.g

Dan.

Dan nominis ſignificatio.p.88.n.287.

Dan vaticinij verus ſignificatus in illis verbis : fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi,&c. Lege tract.24. p.81.82.& ſeqq.

Dan quinto inter omnes loco filius Iacob ex Bala ſerua.pag.80.n.264.

Dauid.

Dauid quomodo Chriſtus.p.151.n.57.a

Dauid in ſe deplorat quòd contumeliis affectus factus eſſet inutilis ad alios docendos. p.486. n.77.e

Dauid fugiens cur non tulerit arcam. pag. 288. n.136.h

Dauidis aui decem numerantur, ferè omnes peregrini,famelici & exules, vt diuina potentia

Gabr. à Coſta.

oſtendatur. p.255.n.31.e. Quæ ex talibus initiis Dauid & Meſſiam fecit propagari, & quare.ibid.f & g

Debere.

Debet nemo quod non accepit, ſed expreſſit. p.197.n.27.d

Decima.

Decimarum negatio quantùm Deum offendat. p.615.n.71.g

Decimas non ſoluens tullit coniugium inter cælum & terram.p.615.n.72.h Quam pœnam incurrat.n.73.i

Decimas ſoluentes probant diuina beneficia. p.616.n.74.l

Decor.

Decor vniuerſa vrbis ſignificat ornamenta. p.293.n.147.m

Deducere.

Deducere abeuntes, amoris & honoris indicium p.161.n.81.i

Defunctus.

in Defunctum charitas præſtita, eximia eſt, & ſignum veri & perfecti amoris. pag.103.n.38. b. & i

Defunctorum oculos componendi,deoſculandique defunctos mos vetuſtiſſimus. pag.124. n.21.a.b

Defunctos ſalutantium verba.p.129.n.40.o Laudes illorum alternatim canebantur. p.130 n.42.a

Delitia.

Delitiæ veræ in homine quando? p.98.n.316.n

in Delitiis educati,alieni ab omni commiſeratione ſunt.p.143.n.36.q

Delitiarum ſæculi memoria longior quàm præſentia; econtra verò veri gaudij lux perpetua.p.98.n.316.p.q

Dens.

Dentes propter ſermonis gratiam dati ſunt nobis,vnde ſignificant loquendi gratiam. p. 60. n.106.a.b

Dentes ſani & albi non parua laus in pulchritudine.p.424 n.28.o

Dentes lacte candidiores quid denotent. pag.62. n.209.z

Deoſculari, Deoſculatio.

Deoſculari manum, honor diuinus. pag.52. numero 184.f

Deoſculari dexteram,prophanæ ſignum eſt adorationis.p.167.n.93.ſ

Deoſculatio noſtra ſignum eſt reconciliationis. p.51.n.184.g.h

Deoſculatio, grati etiam animi officium. p.167. n.93.r

Deplorare.

Deplorandus meritò, qui inter flagella non reſipiſcit,aut erubeſcit.p.477.n.51.o

Deponere.

Deponere verbum eſt fauendum. p. 303 n.179. & 180.

Deſiderare, Deſiderium.

Deſiderantis cœleſtia ab eo qui temporalia ſectatur deſideria,quàm diſpar exitus. pag.354. n.76 g h.i

Deſiderabile,quod optimum & pretioſum eſt,ſignificat.p.305.n.185.f.g

Deſiderabilia dona Dei abſtulit malus Dæmon ab anima ſiue Eccleſia in Adami peccato. p.307.n.191.

Deſiderium in ſcriptura pleiunque pro anima. p.354.n.75.e.f

Deſiderium illius qui amittitor, ſoluitur in lachrymas.p.126.n.32.c

Deſiderium collium æternorum, qoid his veibis ſignificate volebat Iacob. Lege tractat. 39. p.112.& 113.

in Deſiderio optimum, quod in amore pulchertimum.p.113.n.358.m

Deſiderij SS.Patrum ardor confundebat D.Bernardum.p.90.n.294.z

Deſideria multiplicat vis amotis. pag.89. numero 293 x

Deſideria extendunt animam ad rem abſentem, quin & ad rem multo pòſt futuram. pag. 90. n.294.a.b

Deſolatio.

Deſolationis aditus latiſſimus, quando viri ſancti ciuitate egrediuntur, vt accidit Ieroſolymæ.p.433.n.78.

Deſperare, Deſperatio.

Deſpetandum ſtatim de ſalute non eſt cùm imminet excidium, ſed peccata relinquenda, & ad Deum confugiendum pag.524.numero 45.i.l

Deſperaſſe Chriſtum Dominum & animum deſpondiſſe in cruce, impiè dictum eſt. pag.387. n.44.h. Vbi explicantur illa verba, *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?*

Deſperatio extrema rerum ſæcularium docet de Deo bene ſperare.p.272.n.61.

Deſperationem ſonantia Sanctorum verba, qualiter intelligenda ſint. pag.387. n.43.f. Nempe ſecundùm curſum rerum ordinarium. numero 44.g

Deſperatis in rebus reipublicæ quomodo procedendum.p.480.n.61.& 62.

Deſponſatio.

Deſponſatio, espansà ſuper ſponſam pallij laciniâ, fiebat apud Hebræos. pag. 236. numero 34.g

Deus.

Deus accola Ieruſalem vocari ſolitus, & quare. p.432.n.57.

Deus non poteſt ſuam prouidentiam alicui communicare creaturæ.p.401.n.90.d

Deus apud veteres in manu dextera beneficia, pœnas autem in manu ſiniſtra geſtabat. p.341.n.29.

Deus veraciter implet, quod miſericorditer promiſerat.p.391.n.56.z

Deus quando præuenit, præuenit etiam curando & prouidendo.p.192.n.15. x

Deus comminatur mala ne inferat illa. pag.526. n.53.e. Eius ira placatur ad primum reſipiſcentiæ motum.ibid.d

Deus potius ducit prodeſſe malis propter bonos quàm bonis deeſſe propter malos. pag. 538. n.53.q

in Dei propriis, nulli ſine pondere indulgendum.p.136.n.18.f

Deus confert ſuas diuitias in gratiam dignorum etiam in indignos.p.478.n.53.u

Deus ampliùs punit qui homines, quàm qui ſe offendunt, & quare. pag. 410. numero 123.c

Dei proprium conſeruare dona ſua. pag. 439. n.5.l

Deus vobis deficit, & ſuperabundat donis.p.547. n.20.r

Deus miniſtros iræ ſuæ quaſi ſacerdotes ſanctificat.p.371.n.127.a. Quam neque vnus poteſt euadere.n.128.b

Deus tardè punit, vt noſtræ iræ cohibeat celeritatem.p.20.n.69.u

Deus etiam in die iudicij procurat vnde non puniat.p.628.n.22.

Deus indignatur vt humiliemur. pag. 397. numero 78.e

Deus iraſci quandoque dicitur & furere, ſed tamen ad morem noſtrum, eſt enim immutabilis & omnis paſſionis expers.pag.525.n.51. & 52.

Deus diſſimulat quidem ad tempus vindictam, ſed non mutat iudicium; ſicut econtra non perdit amorem, licèt interdum videatur deſerere quos amat.p.613.n.60.61.& 62.

Deus non punit cum ſilentio, vt locum det pœnitentiæ.p.517.n.17.m. Et ideo multis antea conteſtatur futuram damnationem.ibid.n

Dei comminatio ſemper ſecum fert conditionem, niſi egerit pœnitentiam. pag.518. numero 18 o

Quos Deus amat, ſæpius in maioribus exercet periculis, veluti dux in caſtris periculoſa imperat fortioribus: cæterùm & quos flagellat, feſtinat citiùs ſubleuare.p.503.n.37. per tot.§.9.

Deus ſanctos non ſemper exaudit ad eorum voluntatem.p.380.n.20.c

Deus animam in laboribus pietatis exercitam non patitur, diu abſque conſolatione viuere. p.210.n.62.per tot.§.3.

Deus contioet diu iram, vt grauiùs puniat quò tardiùs.p.428.n.39.& 40.g.h

Deus quomodo procedat in iuuandis ſanctis in periculis.p.411.n.126.b
Non tantum ſanctos liberat, ſed timore præmunit.ibid.l

Dei prouidentiam commemorat propheta ex mora & conſilio puniendi.p.345.n.44.a

Deus puniens imitatur ædificantium menſuras. p.346.n.46.e. Illius iuſtitia etiam apud inferos clementiæ admiſcetur.n.47.g

Deus quàm tardus ſit ad puniendum. p.341. numero 29. Commendatur ex mora puniendi.p.345.n.44.a

Deus operit vultum ſuum ne videat quæ punire decreuit.p.404.n.99.a
Nubem inter nos & ſe ponit, cum non volt exaudire in ſignum noſtræ cæcitatis. pag.404. n. 100. d. Econtra nubila diſcutit ab eo cui vult miſereri.ibid.e.

Deus ſemper punit citra condignum, an verum id ſit ſemper.p.346.n.46.& 47.

Qualiter Deus iniquitates patrum in filiis punire dicatur & ſoleat. pag.443.n.10. & 20.per tot.§.2.

Deus in mundum venit viſibilis, vt videremus ipſum noſtrorum ſcelerum oculatum teſtem. p.610.& 611.n.51.& ſeqq.

Deus homini largitus eſt nomen ſuum, vt poſſet in eo ſpem habere. pag. 51. numero 183.d
Factus eſt Deus homo non ſolùm expectatio, ſed & reconciliatio noſtra, dum deoſculatio noſtra factus eſt. ibid. f. & numero 184 g

Deus factus eſt homo vt conſolaretur ſeruientes ſub tributo.p.268.n.47.u

Et

Et de ventre piſcis extractum didragma ſoluit, vt accrbitatem tributi demonſtraret. p.169. n.47.x

niſi Deus fieret homo, non eſſet homini ſpes de Deo. Legè §. 1. tractat. 10. pag. 50. 51. & 52.

Deus licèt ex beneficiis communibus ſit communis omnium, eum tamen habent proprium electorum ſinguli in ſuis tentationibus. p.508. n.57.r

Deus ſingula quæ facienda præcipit, expreſsè præmittit, ne imprudenter ſibi obediatur. p.177.n.119.g

Deum quærere in calamitate, hæreditarium eſt. p.327.n.162.a

Qui Deum propter homines non veretur, æquum eſt vt ab ipſis etiam contemnatur. p.584.n.38. per tot. §.3.

Deum ipſum habebis, ſi tollas de medio omnia quæ dat Deus. p.499.n.22.e

Deum ſui mali authorem dicere ſolent qui ægrè dolent. p.178.n.123.d

Deum timentes ædificant ſibi domos. pag. 533. n.29.q

Qui Deum perdit, fruſtra alium quærit conſolatorem. p.323.148.p

Deum præſentem in aluo ceti inuenit, qui in ſolo templo putauit orandum. p.490.n.21.b

Deum magis contemnit qui irreligiosè colit. p.557. & 558.n.49. per tot. §.2.

ad Deum ſulus ille confugit qui patriam, ſuos & ſe fugit. p.105.n.47.

Deum creaturæ fulgurant, dies diei enunciat, ſydera laudant vniuerſa, quem Iudæorum infidelitas malignè colit. Lege §.2. p.565.

Deus à nobis tanquam dominus à ſeruis timendus. p.556.n.46.f

Deus talis eſt quemadmodum mater bubula. p.140 n.24.

Deus nutritius eorum quos regit. p.135. n.14 c. Reges non dedit Hebræis; ſed vel duces vel iudices, & quare, ibid.d

Dei cura peculiaris erga gentem Hebræam ex veſte ſacerdotali. pag.135.n.14.g. & pag.136. n.16.o

Deus mauult periclitari ſuum iudicium quàm affectum p.468.n.22.e

Sola Dei recordatio in afflictione dilatat cor, cœlum penetrat, Deum à ſede ſua euocat, ſibique præſentem reddit quem modò abſentem inuocatat. p.509.n.61. per tot. §.1.

Deus *clemens & miſericors, patiens & multa miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia.* Elegans horum verborum expoſitio. pag.528.n.4.5.6. & ſeqq.

Mira Dei Benignitas, quæ non dedignatur ex ratione ſe oſtendere miſericordiam. pag.537. n.50. & 51.

Dei miſericordiam oſtendit, quòd loco Chriſti interempti, Apoſtolos legatos miſerit ad homines. p.157.n.71.r

Dei clementia nolli prouinciæ alligata per totum orbem diffunditur. p.466.n.18.h. Neque enim Deus haberi voluit tantùm Deus Hebræorum, cum totius naturæ ſit Dominus. ibid. i. Quî enim ferendus eſſet Deus non cõmunis, ſed particularis? ibid.l. Populum Hebræum elegit ex omnibus gentibus per quem in omnes homines ſuam clementiam deriuaret. ibid. m. Qui tamen ſua impietate factus hominibus laqueus. ibid.n

Deus ad vindictam cunctandi orationes quærere videtur. p.467.n.20.ſ

Deus meus per amorem quaſi ſibi ſoli Deus. p.153.n.61.u

Eximius Dei amor olim in gentem Hebræam. p.458.n 73.f

Deus veluti auis, expanſis alis fouet & protegit ad ſe confugientes. p.105.n.45. per tot. §.4.

Deus non aliter congreditur cum hominibus quàm per amorem. p.193 n.16.b

Dei celeritas in ſubueniendo periclitantibus. p.500.n.23.f

Deus ipſa pericula adiuuando præuenit. ibid.g. Imo & orationes & deſideria periclitantium antecedit. ibid.h

Quod ſi differat remedium, eſt, vt perfectam impleat ſanitatem. p.500.n.25.l

Dei laus vera peccatoris confeſſio. pag.365. numero 107.o

Deus miſeros non deſpicit ex corde. pag.348. n 80.f

Deus ipſe in mediu ſanctorum virorum laborantium inuenitur. p.109.n.348.m

Dicitur & cum captiuis captiuus, & cum redemptis redemptus. ibid.n

Deus ita malis noſtris commoueri ſolet, vt opus habeat conſolatione. p.529.n.11.z

Deus triſtibus læta miſcere ſolet. pag. 494. numero 1.b

Præparauit piſcem ne pateretur Ionam fluctibus agitari diutius. p ead. n 2 e

Quod Deo prouidente euenit, caſu id eueniſſe aſſerendum eſt. f.192.n.15.

Deo non laus, ſed potius honor debetur. pag.65. n.217.i

Deo obſequi, miniſtri tantummodo munus eſt. p.530.n.18.r

Neque enim vult hominem eſſe iudicem ſuarum actionum, ſed ſeruum. p.531.n.18.f

Deus qui neceſſariò erat Deus Abrahæ, voluit etiam ex fœdere eſſe Deus illius. p.152.n.60.n

Tunc noſter Deus factus eſt, cùm noſtram naturam ſibi copulauit. p.152.n.60.o

Ipſum habere ex carne noſtra, ampliſſimum eſt. p.152.n.60 p

Deus qualiter mœnia & munitiones Iudæorum deſtruxit, vt diſtribueret eadem in gentibus. p.542.n 32.e

Deus non Iudæorum tantùm eſt, ſed & omnium gentium. p.53.n.188.b

Deus cum prophetis triplici modo loquitur. p.542.n.7.i

Deus non vult hoſtias ante præceptas. pag 142. n.33.d

Deus definito conſilio antiquorum ſcelerum pœnam etſi differre videatur, per ſingula monumenta caſtigat, donec conſummet vltionem in poſteris, qui eum parentum criminibus imitatione copulantur. p.361.n.98. per tot. § 1.

Deus egenus beatificat agnoſcentes. pag. 603. n.25.m

Deus præ iracundia fumans introducitur à Ieremia. p.334.n.3.c. Alludente fortaſſe ad diſſimilem nubem in deſerto. ibid.d

Deus in bono fine totam vitam coronat. p. 131. n.2.e

Deus à ligno regnauit, tranſlato ornamento à virgula Iudæ in virgulam crucis. pag 41. numero 147.r

Deus Iſraël, periphraſis veri & viuentis Dei. p.205.0.46.(non 16.)o

Deus noo eſt qui tantùm cœpiſſe non perfeciſſe habet, ſicut Ianus.p.241.n.47.g

Dextera.

Dextera manus ſignum remedij & recoocilia- tiooîs.p.51.n.182.h

Diabolus.

Diabolus In crucifixo Domino ſuam ipſius pernicie m præſentiebat.p.86.n.281.o

Cur Diabolus uoo in alia quàm ſerpentis figura tentauit Heuam, Chriſtum autem in figura ſolitarij.p.82.n.271.e.f

Diadema.

Diadema ligamentum ſignificat.p.452.n.52.b

Dicere.

Grande Dicendi genus lachrymas exprimit. p.465.n.14.q

Dictator.

Dictatores & iudices in quo differebant apud Romanos.p.136.n.17.col.2.

Dies.

Dies nouiſſimi ſæpe ſubſequentia tempora ſignificant.p.4.n.12.

Dies viſitationis, tempus inſtaurationis templi. p.540.n.3.c

Dies Domini, apud populares Hebræos, id eſt, infortunium, ſiue extrema calamitas. pag. 362. n.100.c

Dies illa iræ & vindictæ, quàm horrenda erit, cùm dies miſericordiæ filium cruci dederit affigendum. Lege §.1. tract. vltim. pag. 623. & 624.

Dignitas.

Dignitates Eccleſiaſticæ quatenus appetendæ. p.463.0.8.per tot.

Dilatio.

Dilatio poſt maiora deſideria, dulcius ſolatium. p.456.n.67.o

Dilectio.

Dilecti & ſeparati oomioe quid veniat iu ſacra Scriptura.p.423.n.24.e

Diligentia.

Diligentia neceſſaria eſt omnino ad ſalutem poſt obedientiam.p.190.n.12.z

Dina.

Dina oppreſſa à Sichem, & quid iode ſecutum. Lege tract.2.p.16.17.& ſeqq.

Diſcalceatus.

Diſcalceati ceremooia. Vide tract.36.in Ruth. pag.249.250.

Diſcinctus.

Diſcinctus pro diffluentibus moribus accipitur. p.91.n.296.e

Diſcinctum eſſe ſub crucifixo Domioo, pudet. p.94.0.305.a

Diſciplina, Diſcipulus.

Diſciplina optima neſcit egere. pag.191. numero 13.f

Diſcipuli etiam dubitantes potentiam verbi in Chriſto fateotur.p.61.n.207.e

Diſcordia.

Diſcordia ciuitatis veoenum. pag.532. numero 59.b

Diſcordiæ ioter Romanos origo, fraternæ necis crimeo.p.435.n.88.o

Diſſimulare.

Diſſimulare ſibi poteſt homo, ſed non occultare ſuam malitiam Deo. pag. 590. oumero 58.

Diſtantia.

Diſtaotia loci non minuit prouidentiam diuinam.p 401.n.91.i. Quia Deus vbique indiſtans eſt.n.92.l

Diues, Diuitiæ.

Diues feliciter, pauper verò difficiliter nobilis eſt.p.188.n.6.q

Diues vicinus conterminos agros, ſuos reddere cœpit.p.248.n.7.d

Diuiti ſepultura non profuit, neque defuit pauperi.p.119.n.4.m

Diuites, vulgo bene fortunati. pag.300.numero 329.

Diuitiæ viuæ & mortuæ quæ dicantur. pag. 54. n.189.b.c

Diuitiæ inueteratæ tantùm poſſunt nobilitare habentes. p.187.n.4.e. Repentinæ virum boaum non arguunt.ibid.f Si hæreditariæ ſint, & cum virtute coniuoctæ, nobilem virum reddunt.ibid.g

Diuitiæ ad nobilitatem faciunt, quatenus ea quæ in animo latebant oſtendunt.p.187.n.5.h Cui enim deſunt, fieri non poteſt vt præclarè agat.ibid.i

Diuitiæ illæ bonæ quarum tam bonus exitus quàm introitus.p.187.n.5.n. Seu quas optimè comparauit poſſeſſor, & miniſtras ſemper habuit virtutis.ibid.o

Diuitiæ ad veram nobilitatem non minùs neceſſariæ ſunt, quàm extrema paupertas.pag.187. n.6.p

Diuinitas, Diuinus.

Diuioitatis ſignum, pluuiæ poteſtas. pag. 138. (non 140.)n.24.p

Diuinitas temperata per carnem. pag. 583. numero 33.b

Diuinitatem præcinxit Verbum io carne humaoa aſſumpta.p.92.n.299.per tot.§.1.tract.28.

Diuinitas in carne gladius in vagina. pag. 92. n.299. d. Eadem latuit in femore Abrahami. ibid.e

Diuina maieſtas aclinis ad miſericordiam quando primùm reperta. pag. 39. n.138. b.& 139.& 140.

Diuina prouidentia ſolet plerumque in melius conuertere homioum ſupplicia. Lege §. 4. p.21.& 22. *Vide*, Prouidentia.

Diuini eloquij maieſtas. pag. 134. numer. 10. & 11.

Docere, Doctrina, Doctor.

Docere quæ Dei ſunt, ſolis viris ſanctis conuenit.p.486.n.78.f

Docere alios eum velle, qui à Deo non eſt edoctus, abſurdum plaoè eſt.p.464.n.9.b

ad Docendum inutiles quorum peccata noo latent.p.486.n.77.c

Doctrina ſacra aſſimilatur lacti.pag.63.n.210.o. Mannæ etiam comparatur.ibid.o. Ornatum habet, ſed noo curat illum.ibid.p

Doctrina catholica duplex.p.63.0.211.q Vtraque vino & lacti comparatur. pag. 64. num.211.r. De lactea. num.212.ſ. Sub hac omnis doctrina videtur comprehenſa, quaſi omnis ſit lactea quæ fidei eſt. ibid. numero 213.t.u.x

Doctrina viri per patientiam noſcitur. pag.393. n.62.h

Doctrioa hominis fidelis non alia quàm quæ in agro Eccleſiæ reperitur. Lege §§.3.& 4.tr.27. p.220.& 221.

à Doctri

à Doctrina ſacra ne verbis quidem diſcedendum. p. 582. n. 31. u
Doctrina ſacerdoris ſupra vitam. pag. 580. num. 25. h
Doctoris catholici partes præcipuæ. pag. 356. num. 82.
Doctori verba ſeruiant, non doctor verbis. p. 63. n. 210. b

Dolere, Dolor.

Dolenti ſemper grauius videtur quod patitur, quàm quod cæteri patiuntur. pag. 310. num. 204. l
Dolentem non poteſt conſolari niſi dolens. pag. 274. n. 73. p. Atque ita fit vt onus triſtitiæ leuius fiat. n. 74. q
Dolentes cur loquantur & gemant. pag. 127. n. 36. o
Dolentes cur clament. p. 258. n. 8.
Dolentium ſiue miſerorum habitus. p. 649. n. 56. i
Dolor eſt funiculus trahens ad Deum. pag. 327. n. 262. b. Et tormentum bellicum obſtans malè operanti, vt à ſolo Deo remedium quærat. ibid. c, & d
Dolor ternarius eſt omnis dolor; quaternarius autem perfectus dolor. p. 263. n. 27. ſ, t
Dolor iuſtus nunquam redundat, aut terminum habet. p. 406. n. 107. c
Dolor magnus gaudet in multos mitti. pag. 274. num. 74. Non ita tamen vt leuetur dolor ex alterius dolore, ſed ex cauſa condolendi, quæ eſt amor amici condolentis. pag. 274. num. 75. ſ, t
Dolorum vehemens dolor, ſicut & malorum ingens gaudium obliuionem inducit. p. 386. n. 42. c
Dolor nimius patientis aduerſa excutit veræ confeſſionis ſcintillas. p. 328. n. 264. i
Dolorem non minuit amicus condolens, ſed auget amico patienti. pag. 171. n. 102. & 103.
Dolorem non ſentire, emortui proprium eſt. pag. 477. n. 51. p
Dolorem in funeribus ſuorum non ſentire, non eſt hominis; non ferre, non eſt viri. pag. 127. n. 33. f
Dolor magnus per lachrymas minuitur & leuatur, inſtar miraculi. pag. 127. num. 35. i. Ratio, ibid. m
cur Dolor ſoluendus in lachrymas, ratio philoſophica optima. p. 127. n. 36. o
Dolor moderatus eſſe debet, & quare. pag. 127. n. 36. & 37. q, r
Doloris vehementia ex multitudine lachrymarum. p. 162. n. 23. f, g
Doloris iuſti iterandæ ſunt cauſæ, vt nunquam faſtidias lachrymari. pag. 341. num. 30. per tot. §. 1.
Dolor & voluptas inuicem cedunt, breuior voluptas. p. 450. n. 46. & p. 536. n. 44. x

Doloſus.

Doloſi quare fugiendi. p. 19. n. 66. m

Domina, Dominus.

Domina Hebraicè dicitur *referta populo*. p. 267. n. 42. i
Domina & coniux an opponantur. p. 267. n. 39. 40. & 41.
Dominus Hebraicè *Adonai*. pag. 341. num. 30. b
Domino cuique ſatis eſſe debet, quod Deo ſatis eſt, coli ſcilicet & amari. p. 194. n. 18. l
Dominorum ad ſeruos temperanda ſic humanitas, vt nec contemptum pariat. p. 194. n. 19. q, & quare. ibid. r
Dominij conditionem temperat & ſeruos conſolatur, qui ſe pariter ſeruum & conſeruum dicit. p. 194. n. 20. & 21.
Dominus placandus per quæ ad iracundiam prouocatur. p. 490. n. 91. q
Domini præſentis oculus agrum fæcundat. pag. 593. num. 17. ſ. Sub eodem ignauo, etiam natura boni famuli corrumpuntur. ibid. g

Domus.

Domus panis Hebraicè, *horreum* Latinè. pag. 140. num. 29.
Domûs diſciplina non alij quàm patrifamiliâs credenda p. 196. n. 23. l
Domus nomine plerunque familia intelligitur in Scriptura. p. 440. n. 80. Præcipuè vero auitum patrimonium. ibid. p. In quo nobilitas & virtus adſit. n. 9. q
Domum ædificare iuxta phraſim Hebræam, idem eſt, atque filiis & poſteris eam augere. Filij enim ſunt quaſi lapides ædificantes domum. p. 251. n. 17. h. i

Donum, Donatio.

Donum prophetiæ. *vide* prophetia.
ex Donis naturæ collatis ingrato Ruben paterna in ipſum ſeueritas excuſatur. p. 13. n. 40. ſ. i
Donationes inter ſenem & vxorem iuuenem validæ, aliàs irritæ inter inæquales. pag. 223. num. 3. g

Dorotheus.

Dorothei Monachi in ſuum corpus odium. pag. 278. n. 92.

Draco.

Draco loquens humana verba decepit, ex ære factus ſanat aſpectu. p. 84. n. 275. l

Duplicitas.

Duplicitas hominum aſſuta acu peccati. pag. 18. n. 65. f

Dubitatio.

Dubitationis particula Deo in Scriptura non niſi ſecundùm morem noſtrum attribuitur, vel grauitatem peccatorum proteſtatur, quæ licet ſpem veniæ omnino deiiciat, turbat tamen. p. 524. per tot. §. 8. n. 46. & ſeqq.

Dux.

Ducis ſtrenui munus. p. 117. n. 372. ſ

E

Ebrietas.

EBrietas plerunque ex amore naſcitur. pag. 60. n. 205. Non auertit mentem; ſed obliuionem præſtat terrenorum. ibid. ſ. Potentiórque multo eſt ipſa vini dulcedine. ibid. r

Ebur.

Ebur, cùm nunquam naturaliter rubeat ſed flaueſcat, quare dicatur rubicundum. p. 424. n. 29. & 30. q, & r

Ecce.

particula, *Ecce*, ſemper emphatica. p. 596. n. 1. e

Eccleſia.

Eccleſia per taurum figurata in luna pleoa, & quomodo, p.25.n.87. m

Eccleſia vnde appellatur Catholica.p.52.n.186.p Eiuſdem per orbem diffuſio per Chriſtum. ibid. q

Eccleſiæ dignior locus in veſte Chriſti, quàm Synagogæ in pontificali.p.135.o.15.n

Eccleſia cadens de ſtatu innocentiæ per Adami culpam, ſordidata eſt in appetitionibus ſuis. p.304.n.182.a,z

Eccleſia Chriſti prior in ſignificatione quàm Synagoga. p 93. num.303.p. Vtriuſque figura in Thamar. ibid. q

Eccleſia Chriſti in baptiſmate morem ſeruat, quem ſeruabant Hebræi in recipieodis ſuis proſelytis. p.169 n.99.a, b

Eccleſia in Adami crimine non ſolùm bonis omnibus ſpoliata fuit, ſed inde facti ſunt hoſtes illius opulentiores.p.191.n.144.a,b. At in his perſecutiooibus adoleſcit. ibid. c

Eccleſia, quæ miniſterio dæmonum io Adamo perierat, iuſtam poſtulat de ſuis hoſtibus vindictam. p.332. n.282.& 283.

Eccleſia per peccatum Adami à paradiſo eaulans, ſuiſque paſſionibus anima religata, nullis non patet incurſionibus vitiorum, quando eidem omnia ſacra & decora viluerunt. Lege §. 5. tract.5.lo Thren. p.87.

Eccleſia fatetur peccatum in Adamo, & iuſtitiam Dei recognoſcit.p.324.n.252.g. Dolétque obtinuiſſe ioimicum initium & finem operum ſuorum.ibid.b

Eccleſiæ lotio io ſanguine Chriſti elarè exponitur in §.4.p.57.

Eccleſia Dei noua, chorus pſalleotium. p.450. n.44. o

Eccleſia Dei, vioea appellatur in vtroque teſtamento. Lege §. 2. tract. 11. pag.54. & 55. Eiuſdem fructus vberrimi. Vide §. 3. p. 56. & 57.

Eccleſia Chriſti cur dieatur domus Iacob. p. 94. o.304. u

Eccleſia moraliter Iudæ nomine deſignatur, pag. 281.n.112.

Eccleſiæ nauicula io mari Galilææ primò cœpit ſub figura & veritate.p.72.n.241.g. Ioter illam & terram Zabulon ſumma congruentia. ibidem i

Eccleſiæ naſcentis oriens, Zabuloo. pag 73.num. 243.

Eccleſia, habitatio ſponſi, & quare. pag. 73. num. 242. n

Eccleſiæ quàm miſerabilis eſſet ſub peccato conditio, niſi de peccatorum venis erumpeotes lachrymæ abſorberent omne peccatum. pag. 277.n.89.

Eccleſiam fœdam amauit Chriſtus vt redderet pulcherrioam, pag. 86.n.282.o. Cùm primum violata eſt, adamatur à Chriſto. ibid.

Eccleſia ſponſa Chriſti non minus de illius diſceſſu triſtatur, quàm de reditu ſit ſolicita. p.3.n.8. quod iu oratione Dominica quotidie exprimitur. ibid.

Eccleſiæ potiſſima pars ex veteri populo. p. 609. n.46.o

Eccleſia ſpiritualiter dicitur Hieruſalem. p. 609. n.46.q

Eccleſiæ proceres ſummo cum gaudio iuerunt ad pacificandas gentes.p.242.n.49.n

Eccleſia licet tempore mortis Chriſti viſa ſit deſolata & vidua, multos tamen genuit ſic deſtitura filios.p.183 n.136. b,c

Eccleſia ea Hebræis collecta poſt mortem Chriſti figuratur in viduatione Noemi orbatæ filiis & marito. p.183.n. 136.
Collecta verò ea gentibus adumbratur in Ruth. p.184.o.137.
Adumbratur item in coniuge Sanſonis gentili. ibid.b. Nec ooo io vidua Sareptæa Sydoniæ. ibid. i

Eccleſia gentium ita venit ad Chriſtum, ſicut Ruth relictis parentibus, patria & diis ad ritum Dei antiquum; & eadem via qua vocatus eſt Abraham ad fidem. pag. 185. oum. 138.n,& o

Eccleſiæ ex gentibus, quamuis alienigenæ, tributa ſoluent remotiſſimæ gentes ad Chriſtum collectæ. p.185. n.138.p

Eccleſia de gentibus, velut Ruth de pedibus Booz, ad honorem matrimonij & Chriſti ſponſalitium aſcendit. p.243.n.54.

Eccleſiæ dolentis allegoria, quod filios ſuos quotidie vindemiauerit iniquitas.p.312.n.209.d.e. Aprior allegoria ſi pro Chriſto Domioo cruci affixo doleat inceſſanter. pag.312.n.210.f. Ipſe autem Dominus magis vult oos attendere dolori noſtro quàm ſuo. ibid. g

Eccleſia vocata ea gentibus inter beſtias ante vitam agebat.p.469.n.29. r

Eccleſia Chriſti collecta ex Hebræis figoratur in Noemi vxore Elimelech. pag. 154. oum. 66. n

Eccleſia vetus egreſſa de Ægypto in Ioſue & Caleb complebatur. p.155.n.66. q

Eccleſia ex gentibus collecta fidem inter Hebræos collapſam reparauit, ſicut vidua Ruth, de gentibus veniens cadentem domum Iudæ. p.219.n.87.

Eccleſia de gentibus, ſoror Eccleſiæ Hebrææ; huius enim filius Chriſtus, illius verò conſobrinus. p.219.n.88.x

Eccleſiam de gentibus figurabat Ruth ſterilis inter gentes. p.256.n.35.

Eccleſiæ clamor ſiue oratio in eos qui eam perſequuti ſunt.p.330.n.275. & 276.

quare Eccleſia io ſolis Threnis literas Hebræas recitari maodauerit. pag. 263. num. 28. per tot. §.4.

Educatio.

Educatio pueri quem auia outrit, & mater ſuis alit vberibus, non poteſt non eſſe felix. vide §.3.tract.37.io Ruth.p.254.

Effundere, Effuſio.

verbum, *Effundo*, quid ſignificet, & quid ſit effundere benedictionem vſque ad abundantiam. p.616.n.77.

Effuſio aquæ per metaphoram effrænem libidinem ſignificat. p.16. n.52. u. & vanæ mentis leuitatem diffluentem. n.53.x

Electio, Electi.

Electio gentium & reiectio Synagogæ. pag. 13. n.42.n

Electi in tentatione Deum habent proprium, licèt ex beneficiis communibus Deus ſit omnium.p.508.n.57. r

Electi

Electi plerunque ea impoſſibilitate corriguntur. p.485.n.74. f
Electurum merita cùm ſint ſerui, dignitatem filiorum Dei, & maiorem compaſſionem aſſequuntur.p.622.n.97.per tot. §.2.
Electorum nomine iuuenes veniunt, quippe ad bella deligi ſolent. pag.317.n. 229.& 230.g. in pace decus, in bello præſidium eſſe ſolent. ibid. h
Electorum vox in perſecutione Antichriſti. pag. 82.n.272.p
Electionis forma minùs ſeruilis eſt,ſed periculoſior.p.137.n.20. b,c

Eleemoſyna, Eleemoſynarius.

Eleemoſyna non ad honeſtatem & voluptatem accipientis facta, iniurioſa eſt. pag.198. n.29. per tot. §.3.
Eleemoſynarij boni conditiones in Booz.p.129. n.26.q

Elementa.

Elementa cur ardere debeant in die iudicij. pag. 624 n. 3. d

Elias.

Eliæ officium circa vltimum iudicium. pag. 628. num. 21. b. Spiritualiter legem explicabit. ibid. d
Elias adhuc viuit, venturúſque eſt ante iudicium.p.627.n.20.a.a
Elias duplex in ſacris paginis habetur. ibid.

Elimelech.

Elimelech nobiliſſimus. pag. 140. num. 28.g, & pag.141.n 30.p
Elimelech fuiſſe eundem de quo in 1. Paralip. 4.22. Lege §.6.p.144.
an Elimelech ob auaritiam fuerit extorris.p.151. n.56.m,n,q
Elimelech veram Dei incarnationem ſignificat. pag.152.num.59.l. Significat etiam *Deus meus rex*. ibid. m
Elimelech filij interpretantur *ſecurus & incedens*. p.146.n.42.e. Erat Bethlemita.n.43.n
Elimelech, id eſt, Deus noſter, factus eſt noſter per incarnationem. p.153.n.60.r, Duabus de cauſis typum gerit Chriſti. p.153 n.61.a. Addit nomen eius dignitatem regiam Chriſto Domino. n. 62. b. Mortis & ſepulturæ illius ad Chriſti crucem & ſepulchrum allegoria. p. 154. n.63. e, f, Verus Elimelech Chriſtus. p.154.n.65.m.
Elimelech vxor figurat Eccleſiam Chriſti collectam ex Hebræis.p.154.n.66.n
Elimelech ex Iuda per Selam, & non per Phares. p.145.n.42.r
Elimelech dedit Deum in carne ex Bethlehem Iudæ. p.153.n.60.q

Eloquentia, Eloquium.

Eloquentiæ Chriſtianæ & ſacræ partes. pag. 65. n.211.per tot.§ 4.
Eloquentia Chriſtiana qualis. pag. 63. num. 209. d,e
Eloquij ſacri elegantia maior ſæculari. p. 587. n.47. m

Emmanuel.

Emmanuel quid ſignificet.p.73 n 242. o
Emmanuelis habitatio Zabulon.ibid.p

Enoch.

Enoch tranſlatus eſt, id eſt, per ſpem reſurrectionis in alterum tranſlatus. pag. 176. num. 116. a

Epha, Ephi.

Epha tres modios continet, contra Vatablum. p.241.n.45. h
Epha menſura vſitata apud Hebræos. pag. 212 num. 68. h. Continet decimam partem cori, corus. 30. modios. ibidem l. Ephi, id eſt, tres modij. ibid.n

Ephraim.

Ephraim minor cur antepoſitus maiori Manaſſæ.p.207.n 50. i

Ephrata.

Ephrata & Bethlehem Iudæ eadem ciuitas.p.253. n.22.a. Altera vocatur *frugifera*; altera *domus panis*. ibid.

Epiphonema.

Epiphonema quæ figura. p.16.n.51.a, & p. 286. n.127.h

Epiſcopus.

Epiſcopi docere eſt, p.581.n.28.p, & ſemper latrare.ibid.q

Epitaphium.

Epitaphia in ſepulchris vnde orta ſunt. pag.120. num.5.p

Epizeuxis.

Epiaeuxis quæ figura p.562.n.63.

Epula.

Epulæ omnino execrabiles ea filiorum carnibus pag.427.n.38. c. Quas & ipſe Sol videre non ſuſtinet: & de quibus in prouerbium *Hebræa cœna*. ibid. d, & e

Equitare, Equitatus, Equus.

Equitandi peritus ne cantet, prouerbium. p. 84. n.276.p. Item, *Secede equinis à pedibus procul.* ibid.
Equitatus apud barbaros potior. pag. 88. num. 289.e
Equus in vaticinio Dan ſignificat mundum, & quare.p.82.n.272.o. Secundùm alios denotat corpus,aſcenſor verò animam.p.272.r. Voluptatis ſymbolum. p. 84. n. 276. o Mordere vngulas equi quid ſit. ibid.

Eſau.

Eſau & eius poſteri ſuppliclis affecti fuerunt à Deo propter odium quo Iacob & eius poſteros proſequebantur.p.553. n.38. l
Eſau ſortis mala.p.549.n.26. m

Et, ſiue, &.

particula, &, quandoque non gerit vicem coniunctionis in ſacra Scriptura. pag. 146. num. 42. d
particula, &, emphatica, continuat enim præcedentia quæ tacentur, ſecundùm Theophylactum, in his ſcilicet verbis, *Et factum eſt verbum Domini*, &c.p.462.n.4.f, g. Impugnatur hîc Theophylactus.463.n.6. n,& o
particula & pro vt apud Hebræos. pag. 487. num. 81.

Ethologia.

Ethologia quid ſit. p.32.n.115.b

Eua.

Eua ſuperinduta, ſicut diploide, confuſione ſua, & quare. p. 18.n.65.

Euangelium.

Euangelij flores vbi primò apparuerunt. p. 103. n.327.e

Euchariſtia Sacramentum.

Euchariſtiæ, ſeu Altaris Sacramentum cur à Chriſto Domino ante mortem inſtitutum. pag.568.num.85.b. Myſtica oratio. pag. 569. num. 87 d

in Euchariſtiæ Sacramento quomodo ſit Chriſtus in nobis.p.57.n.198. b

Euchariſtiæ myſterium Theologicè & profundiſſimè declaratur ad exemplar filiationis æternæ.p.97.n.315.m

Euchariſtiæ pinguedo quæ & qualis. pag. 98. n.315.p

Euchariſtia idem atque gratiarum actio. p. 559. n.51. q

de Euchariſtiæ pinguedine cur non ſemper impinguamur. p.98.n.316.t

in Euchariſtia vis ſaturandi & recreandi. ibid. c. Pellit famem, & tollit ſarietatem, & quare. ibid. d

Euchariſtia ita reficit, vt nouum exciter deſiderium. p.99.n.316.i. & falſas delitias in veras commutet, quæ in conſectatione hominis conſiſtunt. ibid. i, l, m.

Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, adumbratur in illo loco. *Et in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum*, &c. Lege §.5.p.567.& 568.

Exaudiri.

Exaudiri non ſemper ſucte viri ſancti à Deo ad eorum voluntatem. pag.380.n.20. e. Imò nec Chriſtus ad voluntatem ſuam naturalem. ibid. d

Exequiæ.

Exequiarum & planctus differentia. pag. 130. num.43. e

Exequiæ vnde dictæ. p.130.num.42. t, Plures in eiſdem cæremoniæ.ibid. u. habitus mulierum in illis. ibid. x. Ieiunium fiebat. Alternatim laudes defunctorum canebantur. ibid. a

Exequiæ noſtræ à temporibus Iacob deriuatio. p.130.n.43.d

Exiſtimatio.

Exiſtimatio magnifacienda tunc eſt cùm ex re naſcitur.p.28.n.95.e

Expectatio.

Expectatio gentium, nomen diuinum eſt. p. 50. n. 182. a. De quo intelligenda hæc ſcripturæ verba, *Ipſe erit expectatio gentium.* Lege tract.10 p.50.51.& ſeqq.

Exſufflare.

Exſufflare aliquem quid ſit. pag.570.n.90.d

Exteriora.

Exteriora deponenda cùm inſtant ſpiritualia. p.142.n.33.b

S. Exuperius.

S. Exuperij pietas mirabilis tempora famis. pag. 139. (non 141.) n.26.x

F

Fabula.

FAbula Latinis, Hebræis canticum. pag.384. n.33.e

Facere.

Facere citò, proprium eſt libenter facientis. pag. 198.n.18.n

Facere aliquando quod turpe non eſt, ſi tamen occultè fiat, illud dicere obſcœnum erit. pag. 235.n.33.d

per verbum *Facere* aliqua verba in Scriptura neceſſariò ſunt explicanda p.522.n.35. g

Faciendum moderatè quod ſæpiùs faciendum. p.126.n.33.e. & quare. ibid. f

Facies.

Facies Domini in Scriptura quid. pag.432. num. 58.

Facies eſt ſpeculum mentis, & taciti oculi cordis fatentur arcana.p.172.n.66. u

Facies Hebræorum denigrata eſt ſuper carbones. p.425.n.33.& p.426.n.36.

Faciem alicuius ſuſcipere, quid ſit apud Hebræos. p.562.n.63.

Faciem accipere in Scriptura, pro accipere perſonam.p.584.n.39.

Faciem fucare ex leuitate, non ita graue peccatum eſt.p.227. n.14.u

in Faciem ſpuere, quod opprobrium, & quæ contumelia p.150.n.14.a & n.15.a

Fælicitas, vide *Fœlicitas.*

Fama.

Fama bona mulieris, *vide* mulier, fæmina.

Famam optimam ſi vis habere, loquere optima, & fac honeſtiſſima.p.102.n.37.e

Famam non generat vulgaris virtus, ſed eximia. p.103.n.38.per tot.§.2.

Fames.

Fames omnium malorum grauiſſimum malum. p.138. (non 140.)n.24.m

Fames malorum extremum. p.308.n.193.

Fame mori, miſerrimum eſt, vetus Græcorum prouerbium.ibid.b,& n.194.

Fames durum ſanè diuinæ prouidentiæ flagellum.p.308.n.194.d

Fame graſſante viri ſancti vaſa aurea etiam ſacra vendiderunt ad redimendam neceſſitatem. pag. 308. num. 195. Exemplum maximè laudandum in Epiſcopo.ibid. f

Famis diræ neceſſitas ex priori luxu declaratur, præſertim cùm hæc peruenit ad principes & opulentos.p.420,& 421.n.15.& 14.

Fame premitur terra ſancta, cùm prophana abundaret.p.138. (non 140.) n. 23. l. Diuinâ prouidentia contigit. ibid.

Famis oppreſſio duriſſima, pulchra ſimilitudine deſcribitur. p.446.n.28.& 29.

Fames decem annorum ſignificat futuram in Iudæis verbi penuriam. p.151. n.58.c. & p.152. n.59.h

Fame mori miſerrimum, & inter cæteras mortes acerbiſſimum.p.426.& 427.n.37.a.b

Familia.

Familiæ fælicitas in quo poſita. p.620.n.90.

Familia optima duobus conſtare debet, & quibus. p.195.n.22.b

in Familia liberi hominis, hoc eſt, benedicentis, benedicentes ſunt etiam & liberi & ſerui.pag. 195.n.22.f

Familia lautè educata, candida dicitur. pag. 423. n.25. e

in Familia optima priùs eſt virtus, quàm ſubſtantia eius.p.196.n.23.m

Familiæ neceſſaria quibus conditionibus procurari licitè poſſint ac debeant. pag 218. n. 85. per tot.§.4.

qui in Familiam transferebatur, eius nomen accipiebatur.p.236.n.34.f

Familiarum euerſio ex luxuria. p 9. n.29.

Familia Chriſti, *vide* Chriſtus, vel Eccleſia.

Famulus.

Famuli etiam natura boni corrumpuntur ſub hero ignaro.p.193.n.17.g

Faſcia.

Faſcia candida pro corona. p.452. n. 52. b. plura de illa. ibid.

Fauſta.

Fauſta & fœlicia forte euenire dicuntur.pag.166. n.91. i

Fel.

Fel quid propriè ſignificet.p.378.n 15.h

Fel caput & principium eſt totius amaritudinis iuxta authoris huius placitum.ibid.l

Fel in nuptiali ſacrificio abiiciebatur, & quare. p.165.n 89.z

Fidelis.

Fidelis & miniſtri Dei officium,idem quod peregrini. p.142.n.32.a

Fideles omnes,Reges.p.100.n.318. f

Fideles quomodo puniantur à Deo. pag. 397. num.77. b

Fides.

Fides recipit quod oratio non præſumit. p. 403. (non 407) e

Fides pro dictorum conſtantia & veritate. pag. 391.n.55.x

Fides vera aut virtus extra Eccleſiam non eſt, ſicut non fuit tutum ſpicilegium Ruth extra agrum Booz. Lege §.3. tract.27.pag.220.

Fides & ſpes neceſſariæ ad ſalutem, animæ reuertenti ad Deum.p.176.n.116.

Fides,oculus & lampas ad inueniendam ſalutem. p.176.n.116.r

Fidei difficultas ad ſummum Sacerdotem leuiticum ex præcepto legis deferebatur. Simile in Euangelio.p.221.n.93. l.m

Fidei res non diſerta. ſed fortia requirunt argumenta.p.516.n.7.q

Fides per mulierem oppugnatur, qua nihil doloſius.p.169.n.98.t,u

ad Fidem vox Chriſti potentior quàm aſpectus,& ad inimicorum impetus retardandos efficacior.p.61.n.207.b.i

Fidem pro religione ſtabilire, ſub imprecatione malorum omnium, animi Deo deuoti eſt.pag. p.176.n.117.

Fidem non ſeruare, auitum erat in familia Sela. p.46.n.42.a

ad Fidem per Chriſtum quomodo vocatæ gentes. p.52.n.186.& ſeqq.

Fides & religio in timore Dei ſunt. pag. 571. n.95. n.o

Fides & religio ſpontanea eſt p.169.n.99.b Suadenda eſt, non imperanda. ibid.e. Coacta infelices habet exitus. p.169. n.100. i

Fidei pars eſt, recentia natiuitatis, crucis & paſſionis Chriſti vidiſſe veſtigia. pag. 160. num. 80. i

in Fide conſenſus, maximum ab vltima ira tutamen.p.628.n.22.f

Fidei rebus nihil addendum, & quare. pag. 582. n.32. t

qui à Fide deuiant, iuſtè diuiduntur & ſeparantur ab Eccleſia.p.588 n.51.52.& 53.

Figura.

Figuræ, & ſimilitudinis puræ diſcrimen.pag.36. n.131. ſ.t

Figura ea ſola eſt quæ intenta fuit ab Spiritu ſancto, quod non habet ſimilitudo.ibid.

Figuræ augendis affectibus accommodatæ ſimulatione conſtant. p. 272. n.64.

Figuræ & velamina, vſque ad mortem Chriſti, exinde reuelatio, & claritas. p.150.n.44.

Filia, Filius.

Filiæ recenter nuptæ à patria poteſtate eximebantur apud Hebræos, non apud Romanos. pag. 166. n. 90. Et quid ſi obligarentur voto. ibid. g. Quid de profectionis die. ibid.h

Filia Sion Hieruſalem ſignificat,pag.292.n.147.i in qua deplorante amiſſum decorem aptiſſimè ciuitatis exterminium declaratur. pag. 202. n.147.l

Filiæ pharetræ quæ dicantur apud Ieremiam. p.383.n.32.

Filius ille meritò plus amatur à patre qui diuinum aliquid præfigurat.p.105.n.337 g

Filiorum obſequium in parentes. Lege tract.38. p.109.110. & 111.

Filios puniri propter iniquitates patrum,qualiter verum ſit. p.443.n.19.20.& 21.

Filij parabolicè dicuntur imitatores maiorum. p.444.n.22. l.m

Filiorum malorum ingenium, qui vt ſuam probent innocentiam, in parentum culpam, ſuorum malorum cauſam reiiciunt.p.443.n.18.

Filij, labores parentum. p.10.n.32.

Filij hominum dicuntur viri conſtantes, filij Adam ignaui. p.398.n.81.g

Filius ſenectutis plus diligitur à parentibus, & quare? p.104. n.335.d. Præfertur & iuſtè in amore patris. n.336.

Filij Cham, à quibus & Babylonij, ex maledictione Noe,ſerui: Hebræi verò liberi ex filiis Sem.p.445.n.26.c. d

Finis.

Finis meus periit & ſpes mea à Domino,quis horum verborum ſenſus.p.386.& 387.n.43. & 44.

Flagella.

Flagella paterna,& vindicatiua iuſtitia, quî differant.p.370.n. 126.

Flere.

Flere in alienis miſeriis ab Stoicis prohibitum p.258.n.6.u. Oppoſitum docent Platonici & Academici.n.7.z

Flos.

Flos de radice Ieſſe. de illo flore præclara multa. p.41.n.146.& 147.

Fluctus.

Fluctus Dei ſuper Ionam,fuerunt in Chriſto labores arrogantis Synagogæ.p.502.n.35.l

Fœlicitas.

Fœlicitas in ſacris paginis nomine lucis ſignificatur, & quare. p.375.n.7. f

Fœlicitas in ipſo abrumpitur principio.pag.150. n.52.d

Fœlicitatis præteritæ repræſentatio quanto dolori eſt in aduerſa fortuna. p.265.n.30.g

Fœlicitatis priſtinæ memoria ad commouendum dolorem in generoſo animo potentiſſima.pag. 178.n.122.t

Fœcunditas.

Fœcunditas, fœlicitatis humanæ pars maxima. p.110.n.350. per tot.

Fœmina.

Fœminæ prima laus, de qua foris eſt minimus ſermo. pag.237. n.37.u.hoc de forma, non de fama cenſetur. ibid.

Fœminam eſſe caſtam non ſatis eſt, ſed etiam quòd talis appareat. p 238.n.38.a

Fœminæ in fama vel leuis ſuſpicio fugienda. p.237.n.38.x

Fœminarum cum viris colloquia, qualia ex D. Hieronymo. p.233.n.28.

Fœmina, imbecillitatis ſymbolum. pag. 571. num. 94.l

Fœminarum vna laus, ſequi maritum miſerum. p.144.n.37.u

Fœminæ habitus duplicem ſpeciem circunfert, cultum & ornatum, & an diſtinguatur vterque.p.225.n.9.b

Fœminæ quæ cutem medicaminibus vngunt, reprehendūt opus Dei, à diabolo ſumentes additamenta naturæ. pag.225. n.9.d. Quod enim naſcitur, opus Dei eſt; quod fingitur, diaboli negotium. ibid.e. Eas tamen lauari decet ob munditiem.n.10. f præſertim ruſticanis occupationibus deditas. p.226.n.10.g. An eas deceant vnctiones. n.11. b, i. & pag. 227.n. 13. & 14.

Fœminæ valde ſtudioſæ ornatus. pag. 228. num. 15. a. Quas ſemper deceret Euam lugentem circunferre, quippe quæ ſuaſit viro malum, quem diabolus aggredi non valuit. ibid. b. c. Earum ornamenta, impedimenta quaſi ad pompam funeris inſtituta.n.16.d Earundem præcipuus ornatus capillorum diſtinctio. p.228.n.17.e,f.g,h

Fœminis honeſtis ſufficit tenui fibula comam adnectere. p.229. n.18.m. Fas eſt ſponſis & nouis nuptis ſe decenter ornare. ibid. r. Sanctæ ſe ornarunt armillis aureis. ibid. ſ. Sic Iudith & Heſter ſe ornarunt pro liberatione populi. ibid. t. & feliciùs Ruth vt Filium Dei in carne indueret. ibid. u. Non obſtat quod earum ornamenta prouocent ad libidinem. pag. 229. num. 20.x. Prouocat enim & ipſa pulchritudo, quæ à nemine reprobatur. ibidem x. & ipſe ornatus decens beneuolentiam licitè conciliat. ibid. a. Immoderatus autem ad libidinem compoſitus peccatum eſt grauiſſimum. ibid. b. Quando cenſeatur moderatus. p. 230. n.21. c. Ex hoc orta eſt idololatria in deſerto. ibid. d. & multorum malorum irritamenta. ibid. e. nec bonos ſolùm mores corrumpit, ſed & patrimonia deſtruit.n.22.g

Fœmina plerunque geſtat ſuſpenſas poſterorum opes in ornatu.p.230.n.22.g

Fœmina vel ſi dimidium patrimonium pro gemma petatur, non parcit diſpendio. pag. 230. n.22. h. Cum tamen ſcitè dictum ſit, Aurum & gemmæ diuitem quidem faciunt fœminam ſed non pulchram. ibid. i

Fœmina impudicè ornata gladium ſe præbet & venenum videntibus.p.231.n.23.m. Alios etſi culpa careat, perire facit. ibid. n. Sufficiat ei quod Angelis Dei non eſt neceſſarium.ibid.o. Ne illam huiuſmodi ornatus dehoneſtent potius quàm honeſtent, quippe quam modeſtiæ & honeſtatis ſtudium longè illuſtriorem reddat quàm quivis ornatus. ibid. p. & q

Fœminæ ornatus honeſtus, in viro omnino vituperatur, cuius formæ dignitas non venuſtate ſed exercitationibus tuēda eſt.p.231.n.24.r.ſ

Fœminarum ingenium, amore maximè vulnerati abſentis amoris obiecto.p.161.n.81.m

in Fœmina vagari & peregrinari idem eſt atque inhoneſtè agere. pag.299. n.165. d. In eadem faciem velare, impudicitiæ ſignum eſt. ibid. e. propterea irridetur. n. 166.

Fœminæ præſertim apud Hebræos defunctorum cadauera curabant. p.124.n.23.f

in Fœminis clamoſæ ferè ſemper lachrymæ. p.168.n.97.n. Adeo vt defunctæ mulieris clamor audiatur. ibid. o. Miraculo in eis mutæ lachrymæ. ibid. p

Fœminæ pecudes cur offerebantur pro peccato. p.571.n.94.l

Fœmur.

Fœmur fœcunditatem ſiue poſteritatem ſignificat.p.67.n.227.h

Forma.

Forma perpetuò ornata libidini lenocinatur. p.225. n.9.e

Forma digna imperio maieſtatem & amorem conciliat. p.58.n.201.b

Formæ dignitas ex oculorum pulchritudine.pag. n.201.d

Fortè, Fortis.

Fortè verbum in Scriptura pro fortaſſe accipitur. pag.478.n.54.a. Non mutat Dei voluntatem, ſed noſtram.ibid. b. Deus enim immutabilis. n.55.d

Fortis magis poſcit ærumnas ferre quàm fugere. p.447.n.32.i

Fortuitò.

Fortuitò quæ dicantur euenire.p.192.n.15.

Fortuna.

Fortuna virtutem ſequitur. p. 191. n.14.

Fortunæ adſcribunt ſtulti viciſſitudines vt aſſerant in manu ſua remedium. pag.553. num. 35. a. Sed longè ſapiunt qui in Deum cuncta referunt. ibid. b

Fortunæ moleſtiſſima commutatio. pag. 414. n.135.f

Fortuna omnis aduerſa habet in querelis leuamen.p.319. n.236.b

Fortunæ paruæ aras erexerunt veteres, & quare. p.217. n.82.

Fortunatum ſi quid olim accideret, ſiue bona fortuna, gemmâ notabatur albâ. p.140.n.28.d

Frater.

Fratres cur à natura dati. pag. 585. num.41. b. Pactum inter fratres qui frangit vulnerat. p.586.n.45.

Fratrum & conſanguineorum inter ſe odium nefandum; inter amicos ſacrilegum. pag.436. n.88. ſ

Fratrum nomine, apud Hebræos, quinam intelligantur. p.586.n.45.

Fratrum pluralitas cur à natura data pag. 435. n.88.p

Fratrum concordia Spiritui ſancto grata. p. 165.

Fraus.

Fraus & dolus ſi quem alium non decet, maximè nobilem. p.19.n.65.h

Fraudulentia vitium ſeruile eſt.p.19.n.65.i

Fugitiuus.

Fugitiuus à ſeipſo in cor redit. p.482.n.75.r

Fugitiuum à Deo ſequitur vehemens tempeſtas. p.474 n.39.e

Fulmen.

Fulmina quæ de cælo vibrantur, in terra fabricantur. p.313.n.213.b

Fullo.

Digitized by Google

Fullo.

Fullonum herba, quid ſit. p.607.n.40.

Fumus.

Fumus patriæ res optatiſſima, & alieno igne luculentior.p.159.n.79.t

Funus.

Funeri neceſſaria ſi deſint,non magnifaciendum. p.118. tract.1. §.1.

Furor.

Furorem complere quid ſit.p.427.n.39. *Vide* Ira.

G

Gad, Gaditæ.

GAd in radice, bonum ſydus. p.95. n.307. b. Eiuſdem aliæ ſignificationes habentur ibid per tot.tract.29.

Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipſe accingetur retrorſum. Quis ſenſus huius prophetiæ. p.90. n. 295. Filiorum eius alacritas. p.91.n. 297.e. Eiuſdem & Chriſti conuenientiæ.pag. 92.n.269.& ſeqq.

Gaditæ accincti quia expediti relictis omnibus. p.92.n.297. f

Galaad.

Galaad montis ſitus. p.121. n.12 f

Gaudium.

Gaudium & lætitiam cordis noſtri tam citò proximant mœror & triſtitia, vt fidelior ſit memoria præteritorum bonorum præſenti lætitia.p.450. n.45.& 46.

Gaudij ſedes in iecore, & quare. p.351. n.66.l

Gaudij veri lux perpetua, quippe quæ iungitur æternis. p.98. n.316.q.r.

Gazab.

Gazab Hebrææ vocis ſignificatio.p.47.n.169.

Generare, Generatio.

Generandi & concipiendi terminus à natura præfixus.p.170.n.101.n

Generatio æterna per aduerbium de præſenti & verbum de præterito appoſitiſſime declaratur. p.34. n.122. b

Gens, Gentilis.

Gentium vniuerſitatem demonſtrabant 72. malogranata. p.135.n.14.e

Gentium omnium in Iudæos hoſtile odium.pag. 276. n.85. p

Gentium expectatio & vocatio ad fidem, *vide* tract.10. p.50.51.52.& 53.

Gentium nomine quid ſignificetur in Scriptura. p.566. n.77.

Gentilis mulieris expandentis ſeu complodentis manus in dolore,ſunt deſperati & impatientis animi ſigna. *vide* §.1.pag.221.

Gentilium error circa fatum & fortunam vitandus. p.192.n.15.p

Ghimel.

Ghimel retributionem & bonam & malam ſignificat. pag. 283. num. 115. Declarat retributionem ſuorum ſcelerum Hebræis.pag.ead. n.116.k

Gladius.

Gladius foris interficit, & domi mors ſimilis ſenſus horum verborum. p.528. n.166.

Gloria.

Gloria mundi quàm fluida accedente conſcientiæ verme, qui ſi non mordeat, obduratæ malitiæ ſignum eſt. pag. 536. num. 46. per totum.

an Gloriæ detur æqualitas inter beatos. pag.598. n.9. & 10.

Gloria animam in ſacris paginis plerunque ſignificat. p. 27.n.93.x

Gloria pro bona opinione accepta. p.27. n.94.d. Quæ tunc ſolùm magnifacienda eſt, cùm ex re naſcitur. p.28.n.95.e. Quam qui negligit, malè de reſurrectione ſentit. ibid.f

Gratia.

Gratia præueniens donum eſt. p. 204. n.41.f.

Gratiæ præuenientis commendatio. pag. 614. n. 69.

Gratiæ maioris ingratus maiori pœnâ afficiendos.p.11.n.38.

Gratiam inuenire, eſt idem atque placere alicui. p.201. n.35. o

ad Gratias agendas nullum pauperem fecit natura.p.511.n.69.f

Gratias agere, creaturæ proprium. n. 70. h. Ideo gratus animus non indiget admonitione. ibid. i

qui Gratias ſtatim reddit, beneficium conſummauit.p.207.n.50.p

in Gratiarum actionem quòd Deo deferimus. hoc ipſum nobis remanet. p.207.n 50.m

Gratias referre ſaltem recordatione, ſi aliter non poſſis, grati animi eſt.p.164.n.87.d

Gratitudo.

Gratitudo honeſta eſt, ſicut ingratitudo impudens. p.207.n.50.e

Gratitudo Ruth, quod abſentem benefactorem remunerata ſit benedictione. p.215.n.75.m,n, o, p,q

Gratitudinis etiam officium, deoſculatio. p.167. n.93. r

Gratitudinis lex ſacra,vt ſuppleat voluntas quod operi deeſt. p.207.n.50.n

H

Habitatio, Habitor.

HAbitationis locus quantum noceat aut proſit. *Lege*.§.1.tract.15.p.69.70.

Habitator cæli, id eſt verus Deus.p.484.n.69.

Habitus.

Habitus orantis Chriſtiani. pag. 401.(non 406.) num. 96. t

Habitus expandentis, ſiue complodentis manus in dolore, deſperati & impatientis indicium. p.321. n. 242.

Habitus fœmiñæ cultu & ornatu diſtinguitur, & in quo conſiſtat vterque. pag. 225. numero 9. b

Hæreditas.

Hæreditas ditior, æqualis gratia inter liberos. p.104. n.334.c

Hæreſis, Hæreticus.

Hæreſis,ſicut ſcintilla, magnum ſæpe excitat incendium.p.455.n.62.c

Hæreticus non loquitur caſtus. pag. 588. num. 50. x

Hæretici vulpibus propter fraudulentiam aſſimilantur.p.455.n.62.b

in Hæreticos noſtri temporis nonnulla quoad matrimonia. p.589.n.53.

Hæreticorum ſuſpendium hæreditarium. p.589. n.53. c

Haſta.

Haſta pro ſceptris vſi ſunt veteres. pag. 452. n.52.f

Haſtas pro diademate ſine ſceptro habuere vetuſtiſſimi Reges. p.41.n.148.c

He.

He litera idem ſignificat atque *Ecce*. p.292.num. 146.g. Commemoratiua eſt diuinorum beneficiorum.ibid.b.

Hebraa gens, Hebreus.

Hebræa gens quàm olim dilecta Deo. pag. 368. n.118.e

Hebrææ gentis magna laus quòd Deum ab initio Regem habuit, & non hominem. pag. 135. n.13.b

Hebræa gens quàm eximiè olim à Deo dilecta. p.458.n.73. f. Quando conuertetur ad fidem Euangelij.p.458.n.74 h,i

Hebræorum gens euerſa eſt ob impietatem & iniuſtitiam. pag.290. n.139.p. Siue,vt teſtatur Michæas,ob idololatriam.ibid.q

Hebræorum politiæ origo. p.134. n.12.& 13.

Hebræus idem atque tranſitor, ſiue aduena, ſiue peregrinus: & quare Ionas Hebræum ſe eſſe dixit potius quàm Iudæum. pag. 482. & 483. n.66.& 67.

Hebræus populus ſua impietate, & idololatria factus eſt omnibus gentibus laqueus. p.466. n.18. n.

Hebræi ceruis comparati.p.293.n.149.150.

Hebræi circa diuinam prouidentiam errarunt. pag.303.n.178.l

Hebræi inſtar aſpidum obturauerunt aures ſuas. p.62.n.208. col.a.

Hebræorum erga Dei legem peruicacia, quanta fuerit. *Lege* §. 1. tract. 6.in Thren. pag. 289. & 290.

Hebræi poſt Chriſti mortem exciderunt à maiorum nobilitate.p.219.n.87. r

Hebræi perpetuam infamiæ notam contraxerunt in morte Chriſti.p.184.n.136.d

Hebræi qui Deum correptorem & patientem non ſunt veriti, eundem magno ſuo malo armatum velut hoſtem infenſiſſimum ſunt experti.pag. 339.n.23.

Hebræos exulare fecit Deus ob irreuerentiam in ſacerdotes & in ſenes crudelitatem. p.432. n.58.per tot.§.1.

Hebræi capſarij noſtri,bibliothecæ & baiuli codicum noſtrorum. pag.15. n. 86.h. Diuidendi prædicuntur propter gentium congregationem.n.87.n. Donec in fine mundi reconcilientur ad fidem.p.26.n.88.o

Hebræis vnde principium omnium malorum. p.355.n.81.a. Vnde orta exilia. p.337.n.85.m

Hebræi veteres ſedebant in portis vrbis ad iudicium, & quare.p.246.n.2. o

Hebræis illicitum accipere vxores Moabitidas. p.148.n. 48.g

Hebræi prohibebantur cum alienigenis verſari, & quare.p.174.n.110.q. Et habere deos alienos.p.175. n.112.u

Hebræorum lex, vt propinquior defuncti relictam ſine ſobole viduam in vxorem acciperet ad ſuſcitandum defuncti propinqui ſemen. *Lege* §.1.tract.26.p.216.& 217.

Hebræi veteres veſcebantur cum ſeruis ſuis & acetario in conuiuiis poſito Ægyptiacas continè memorabantur ærumnas. pag. 208. per tot. §. 1.

Hebræorum Iudices ac Duces in quo differebant. p.136.n.17. & ſeqq.

Hebræi nullam pœnam vel vltionem paſſi ſunt, in qua adoratio vitulorum non puniretur. p.361.n.98.n

Hebræi hodie conſulunt Rabbinos dæmonum inſtrumenta. pag.348.n.54.b. Futuro vtuntur pro præterito & præſenti.p.348.n.53.e

Hebræorum ſuperſtitio circa corporum reſurrectionem. p.173.n.114.per tot.

Hebræorũ calamitas amplificatur ex eo maximè quod coguntur exulare. p.279.n.97.r,ſ. Non permittuntur deflere inter patriæ ruinas.num. 98.t. Quodque magis dolet nullam in exilio conſolationem reperierunt. n.99.u

Hebræorum afflictio vnà cum Rege & Duce ſuo. *Lege* §.3.tract.4.in Thren. p.281.

Hebræorum deſperatio exaggeratur in verbo *Sion*. p.321. n.244.

Hebræis quàm acerbiſſimum erat filios videre ſuos more pecorum abigi à Chaldæis. p. 291. n.142.t

Hebræorum ſeruitus apud Chaldæos, infamis, quippe iugum more brutorum portabant.pag. 442.n.14.f

Hebræorum reipublicæ & religionis deſolatio. p.449.n.40.

Hebræorum pœna ſi grauior quàm Sodomæ fuit quia diuturnior, quanto grauior culpa illorum peccato huius? pag. 412. num. 17. per tot.§.2.

Hebræorum nimia crudelitas tempore primi excidij, comparata lamiis & ſtruthioni.p.419.& 420. per tot. §. 1. & 2.

Hebræorum nullus in excidio Chaldæorum vel mortem vel exilium euaſit. pag.281.n.110. q. Vniuerſum enim regnum tranſlatum eſt Babylonem. ibid. r.

Hebræorum veteris felicitatis deſcriptio cum in abſtinentiæ maceratione virentes omni pulchritudine decori, minùs ſplendeſcerent naturæ & gratiæ donis. p.423.& 424.num. 24. per tot.§.1.

Hebræorum fœminæ propter alienigenas ſuis lachrymis diuinam prouidentiam quodammodo accuſabant.p.590.n.56. & 57.

Hebræorum prouerbium; *Dies Domini*, idem eſt, atque calamitas grauiſſima.pag.362. num. 100. b,c

ex Hebræorum nominum interpretatione obſcuratur aliquando vulgata editio. pag. 145.n. 41.m

Hebræi non habent optatiua neque coniunctiua. p.363.n.104.d.

Hebræa verba nonnulla quare non interpretata. p.178.n.123.

Hebron.

Hebron dignitas multa nimis. pag. 121. n.9. a & pag.122.n.13. i

Hedera.

Hederam præparauit Dominus, & aſcendit ſuper caput Ionæ: Magnum diſſidium inter Doctores de ſpecie huius arbuſculi, quod ſoluit æquiuocatio vocis Hebrææ, quæ & cucurbitam & hederam ſignificat. *Lege* §. 5. tract.16.p.533.& 534.

Hedera

Hedera illa die vna excreuit, ſequenti verò exaruit;properauit enim naſcendo vermis vt eam læderet.p.535.n.40.n,& o. Et illico vehementiſſimus æſtus Ionam pene in amentiam adduait. p.ead.n.41.p

Heraclitus.

Heraclitus cur tenebricoſus appellatus. pag. 31. num. 113.

Herodes.

tres Herodes Iudææ reges, ſerui & hoſtes crudeliſſimi.p.445.n.26.g

cur Herodes innocentes occidi iuſſerit. pag 46. n.165. vaticinium ipſum. ibid.

Herodes Aſcalonita mortuo Antigono regnare cœpit. p.42. n.150. b. Genus illius, & cædes ab eo patratæ, circa id temporis. p.43.n.130. & p 46 n.165.
Pro meſſia habitus à nonnullis,vnde orta *Herodianorum ſecta*.p.43.n.150.m.

Herus.

Herus ignarus in cauſa eſt,cur famuli etiam boni corrumpantur.p.193.n.17.g

Heth.

litera *Heth* ſignificat pauorem, & pauor religionem.p.301.n.173.z,a

Hieremias, Vide *Ieremias*.

an Hieremias fuerit libri Threnorum ſiue lamentationum author.p.158.n.6. per tot. §. 4. Quo tempore huiuſmodi lamentationes compoſuerit. p.160. n. 15. & 16. Quo genere dicendi ſit vſus in his Threnis. *Lege* ſecundam præparationem. p.160.& 161. Enucleatur artificioſum alphabeticum, quo vſus eſt. *Lege* præparationem 3. pag.161. 162.

Hieroſolyma, *Hieruſalem*, vide etiam *Ieruſalem*.

Hieroſolymæ conſolatio tota in lachrymis. pag. 319.n.236.

Hieroſolymæ dolor duplicatus, quòd ſpe fruſtrata ſit, & ab inimicis irrideatur. pag. 329. n.271.b,c

Hieroſolymæ miſeræ dolendi cauſa duplex,quòd nulli fuerit viſa digna miſericordia, quòd amici eius facti ſint ei inimici, fidémque fregerint, irridentes illius miſeriam.p.275.n.77. & 78.a,z,a,b

Hieruſalem vidua propter idololatriam.pag.169. n.49. Bene dicitur *quaſi vidua*. ibid. d

Hieruſalem vilis dicitur quia famelica, ſed melius quia carniuora ſuorum filiorum. p. 309. n.198.n,o

Hiſtoria.

Hiſtoria mores inſtituit.p.138. (non 140.) n.23.i

Hodie.

Hodie aduerbium quomodo intelligendũ in his verbis, *Ego hodie genui te*. p.34.n.122.& 123.

Homicidium.

Homicidium Abelis grauius ſcelus quàm Adami culpa, & maiori pœna mulctatum. pag. 490. n.94.b

Homo.

Homo tandiu felix in paradiſo fuit,quandiu vnaquæque pars noſtri non ſuo, ſed alieno regebatur arbitrio.p.190.n.10.q

Hominis natura ex ſe candida ante peccatum. p 608.n.43.g

Homo natus ad imperium quod per peccatum amiſit.ibid.h

Homo natus ad laborem ſicut auis ad volandum, cur *ſicut auis* dixit Spiritus ſanctus, non ſicut aliud aliquod animal.p.191.n.25.

Homo mala non patitur niſi propter ſcelera ſua. p.289.n.137. i

Homo fit Dei immemor per vnam herbulam. p.162.n.82.a

Homo à prima pueritia in pietate ac patientia inſtituendus eſt.p.393.n.64.& præcipuè n.65.

Homo tribus vocibus apud Hebræos ſignificatur.p.139.(non 140.) n.27. ſub finem col.a.

Homo ſemper ignobilitatis ſuæ defert inſignia. p.140.n.27.b

Homo viuus, miſeria vſus eſt.p.140 n.27. c. Vitam ingreditur quaſi damnatus.p.140.n.28.f. Labore & induſtria nobilitatur. ibid.n.h

Homo qui iure creatoris in cætera creata tanquam in ſeruos imperium gerebat,culpæ merito in manus ſeruorum ſuorum traditur flagellandus, &c. *Lege* §.6 tract.6. Cap.1.in Ion. p. 491.

Homo viuens qui dicatur prophetæ. pag. 401. n. 93. n

Homines ad infandam venerem ſollicitantes peiùs in ſe peccant quàm ſi ſibi mortem conciſcerent.p.448.n.36.a.proditores ſanè vtriuſque ſexus.ibid b. Immanius huiuſcemodi ſtuprum quàm ſi occidas ſollicitantem. ibid. d. Cuius in ſupplicium & cælum contra naturam non aquam ſed ignem pluit. n.37. e. Infamius hoc genus hominum quàm brutorum. ibid. f. Neque in ſe ſolos,ſed & in rempublicam maximè iniurij. p. 449. n.38.g. Quippe mundi interitum machinantur. ibid h

Hominum dementia ea eſt, vt magis voluptatis iacturam quàm vitæ timeant.p 537.n.49.h

Hominis primum peccatum. p.488. n.86.b

Homo non eſt qui Deum non colit, neque hominis nomine dignus. ibid.x.& z

verus Homo per religionem definitur. pag.160. n.79.u

Honor.

Honor ſeu timor vnde oriatur.p.537 n.46.g

Honoris indicium deducere abeuntes. pag. 162. n.81.l

Honoris & laudis diſcrimen. p.65.n.217.h

Hordeum

Hordea in Hiſpania menſe Aprili colliguntur,in Palæſtina citiùs.p.181.n.130.b

Hordeaceo cibo nutriendus eſt pœnitens poſt luctum.p.183.n.154.

Hordeaceæ meſſis tempus,idem quod Paſchatis apud Hebræos.p.181.n.129.

Hoſtis.

ab Hoſtibus quærere, remedium quàm ſæua neceſſitas.p.142.n.34.

Humiditas.

Humiditate laborantibus fames remedium. pag. 446.n.29.

Humiliatio, Humilitas, Humilis.

Humiliatio patiens, ſed non erat in Iudæis. pag. 610. n.88 p.q.

Humiliatio, accommodata via ad pœnitentiam. p.304.n. 183.

Humilitas compendium eſt ad honores aſſequendos.p.106. n.48.b

Humilitas prima Deo obiicienda eſt à pœnitente.p.395.n.71.g

Humilitas gradus ad gloriam. pag.107.n.51.q.& quare. ibid.r

Humilitas adeo ſuperior, vt neſciat extolli. pag. 207.n. 51. ſ. Curuatur enim ſuorum pondere meritorum.p.208.n.52.t
Humilis connumerat ſe inter peccatores. pag. 586.n.t.

Hus.

in terra Hus idem eſt, atque *ad terram Hus.* pag. 435.n.84.f

Hyperbole.

Hyperbole grandis.p.363.n.105.f

Hypocryta.

Hypocritæ fatuitas ea eſt, vt ipſum Deum fallere nitatur.p.619.n.86. per tot.§.2.

I

Iacob.

IAcob fraudes filiorum abominatur. p.18.n.64. Quippe qui per excellentiam vocatus eſt ſimplex. ibid. b. Pertinaciam in filiis reprehendit.p.20.n.70.d
Iacob dictus ſupplantator,& quare. pag. 8. n. 25. Quæ de eo dicuntur benedictiones, fuere potiùs prædictiones & vaticinia. p.7. n.24.
Iacob amor erga filium Ioſeph.p.104.per tot.§.1. tract.34.
Iacob benedicens Ioſeph exarſit in Chriſtum. p. 110. n. 349. a. Fœcunditatem filiorum eidem imprecatur, per illa verba, *Benedictionibus vberum & vulua*.p.110.n.350.b,e,d
Iacob benedictionis incrementum, in quo poſitum.p.111.n.352.& 353.
Iacob erga Chriſtum naſciturum deſideria. pag. 89.n.291.& ſeqq.
Iacob coquens, quando maximè defluit Eſau. p.177.n.118.d
Iacob in Scriptura plerunque ſignificat *regnum Samaria*, vel *decem tribus*;& quæ dicantur *ſpecioſa Iacob*, & quare. p.336.n.10.& 11.
Iacob ſortis beneficia.p.549.n.26.l
Iacobi Patriarchæ ſepultura. p.118.n.1.2.
Iacob ſepeliri voluit in Hebron,& quare.tract.1. §.1. per tot. p.121. Cur non mandauerit ſuum corpus condi in monte Caluariæ. pag. 122.per tot. §.3.
Iacob in auito ſapulchro ſe iuſſit ſepeliri, & quare.p.123.§ 4. per tot.
Iacob in aureis & ſericis veſtibus, non in nuda ſyndone ſepultus creditur. p.125.n.29. Chriſtus verò in linteo.p.126.n.30.
Iacob exequiæ in Hebron, per ſeptem dies celebratæ.p.129.n.42.ſ

Idololatra, Idololatria.

Idololatra gens etiam virgo appellari ſolet in ſacra Scriptura. p.318.n.232. & 233.
Idololatra fœmina, compendioſa via ad Idololatriam. p.588.n.50.t
Idololatræ arguuntur à Iona cùm dixit, *& Deum cali ego timeo qui fecit mare & aridam*. p.484. num.70.
Idololatræ alieni dicuntur, & quare. pag. 440. num.7.
Idololatria ſemper in ſacris literis ſub figura meretricis deſignatur.p.298.n.164.b. Et ſub figura adulterij.p.300.n.168.l
Idololatria in Hieruſalem vnde primum deriuata. p.290.n.140.
Idololatria principium omnium malorum, & germen amaritudinis ſine remedio. pag. 328. n.265.m,n

Idumaa, Idumai.

Idumæa quo tempore euerſa. p.436.n.90.x
Idumæi cur à Deo exterminati.p.553.n.37.
Idumæorum fatuitas introducitur. p.553.n.35.e. Eorum mala non caſu, ſed Dei conſilio. p.ead. n.36.f

Iecur.

Iecur, amoris & gaudij ſedes,& quare.p351.n.66. Plura de illo notatu digna.p.ead.n.67.

Ieiunium.

Ieiunium quadrageſimale vnde, & quanti momenti.p.517.n.14.& 15.
Ieiunij indictio præſcriptæ euerſionis Niniuitarum euaſio fuit. p.521.n.28.ſ
Ieiunium & ſaccus arma ſunt pœnitentium.pag. 520.n.27.o
Ieiunium vires miniſtrat ſpirituales. pag. ead. n.28.q
Ieiuniorum curam gerentes tales eſſe oportet, vt nihil non diſcutiant in actionibus eorum examinandis.p.214.n.73.per tot. §.1.

Ieremias.

Ieremias memoria ſuarum calamitatum excruciatur. p.388.n.48 a
Ieremias vidit prophetiçè ſtatum, quem nunc habet miſera Synagoga.p.276.n.83.l
Ieremias ex occaſione carceris ſui Chriſtum figurat.p.380.n.22.c. in cruce clauis affixum. pag. 381.n.22.f

Ieroſolyma, Ieruſalem, vide item *Hieruſalem.*

Ieroſolyma recognoſcens ſuam à Dei iuſtitia venire calamitatem, in proximo eſt, vt conſolationem recipiat. p.330.n.273.& 274.
Ieroſolyma quo tempore funditus euerſa eſt.pag. 428. num.41. m. Inexpugnabilis credebatur. n.42. a. Item p.436.n90.x
Ieroſolyma calamitatem ſuam aſſimilat illaqueationi, & inflammationi. p.323.n.212.
Ieroſolymæ iugum duriſſimum. *Lege* tract. 15. p.315.& 316.Eiuſdem per Chaldæos.tract.16. p.316.& 317.
illaqueationis Ieroſolymæ metaphora exponitur. p.314.n.215.
Ieruſalem quare virgo appellatur. p.318.n.233.q
Ieruſalem omnium Orientis vrbium clariſſima. p.266.n.32.m. Antonomaſticè dicebatur populoſa. ibid. n. Condita creditur à Melchiſedech. ibid. o.;Tempore obſidionis per Titum vndècies centena millia hominum in eâ occiſa ſunt. ibid. p. Propterea ſatis appoſitè defletur ſolitaria. ibid. q. Introducitur à Propheta quaſi vidua deſolata. p.267. per tot. §. 5. Deploratur facta tributaria, cui finitimi populi vectigales erant.p.268.n.43. & 44.
Ieruſalem abſolutiſſimæ pulchritudinis ciuitas. p.359. n.92.h. Quare dicta ſit gaudium vniuerſæ terræ. ibid. i
Ieruſalem veluti mendica ad vrbis portam abiectiſſima ſuas propalat tranſeuntibus calamitates,vt vel ad commiſerationem tantorum malorum intuentium poſſit animos commouere. *Lege* 1.tract.13. in Thren. pag.310. Iuſtiſſima tanti mœroris cauſa exponitur. §. 2. pag.311.
Ieruſalem ad inſtar vineæ poſt vindemiam relicta. p.311.n.205.& 206.
Ieruſalem fornicaria irriſioni fuit gẽtibus.p.299. n.166.f,g. & quia homicida fuit viri & ſponſi ſui Chriſti, errat vaga in cũctis populis.p.299. n.167. Ignominia eius reuelata. p.300.n.169.

Digitized by Google

Ieruſalem ruinam in communi aſſignat Ieremias iniquitatum multitudinem propter quas ſpoliata fuit à Chaldæis.p.290.n.140.r,ſ
Ieruſalem facta quaſi polluta menſtruis.p. 322. n.246.
Ieruſalem habens in oculis triſtitiam, In maxillis lachrymas, in buccis gemitus,introducitur à Propheta ſeruato decoro. p.273.n.67.x
Ieruſalem quale ſupplicium opret hoſtibus ſuis. p.331. n.279.b
Ieruſalem in ruinam iuit à die qua occiſus eſt Chriſtus.p.433.n.78.r
Ieruſalem proiectiu in profundum malorum per Dei iracundiam. *Vide* Tract. 1. cap. 12. in Threnos.p.334. & 335.
Ieruſalem dolor amplificatur,quia nulla ſpes relicta ſibi ſit ſobolis.p.324.n.251.e,f.
Ieruſalem appellat virginem Propheta propter pulchritudinem & delicias.p.337.n.13.h

IESVS.

Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum, cur hunc titulum in cruce in qua paſſus eſt, voluerit ſcribi Chriſtus Dominus.p.48.n.172.
Ieſu accubitus in domo Phariſæi quomodo figuratus. *Lege* §.2. p.39.

Iezabel.

Iezabel impudica quia iuncta.pag.227.n.13. in princip.col.1.

Ignis.

Ignis & aqua elementa duo pernéceſſaria ad vitam ſuſtentandam, vnde fit vt vita ſit ſupplicium quibus vtrunque interdicitur. pag. 441. n.12.a,b
Ignis de cælo miſſus,allegoricè ſignificat charitatem diuinam,quæ in remedium punire ſolet. p.314. n.217.p
Ignis in vltima conflagratione quo vſque aſcendet.p.624.n.4.c

Ignobilitas.

Ignobilitas matris quantum obſit ingenuæ proli. p.80.n.264. & ſeqq.

Ignorans.

Ignorantes, ſapientes dicti ſunt ſemper. pag. 74. n.247.e, Et quare. ibid.f

Illiberalis.

Illiberales qui vocentur. p.80. n.265.

Immiſericors.

Immiſericordes in ſeipſos ſunt qui ab alio quàm à vero Deo in periculis auxilium implorant. p.510. n. 67.

Immutabilitas.

Immutabilitas Dei. *Lege* §.4. p.613.

Imperium.

Imperij ſuſtentacula quænam ſint.p.356.n.82.e

Impietas, Impius.

Impietas & iniuſtitia, ſiue idololatria, gentem Hebræam euerterunt.p.290.n.139.p.q
Impietas,famis cauſa.p.139.(non 141.)n.25.r.ſ
Impietatis extremum ſupplicium. p.553.n.37.g
Impietas in Deum, & iniuſtitia in homines euerterunt imperiū Hebræorum. p.284.n.119.p,q
Impij voluptatem non habent, ſed eos habet voluptas.p.9.n.27.
Impij malunt caſui & fortunæ ſua mala, quàm Dei iuſtitiæ & potentiæ adſcribere. *Lege* §. 1. tract.4.in Malach. p.552.& 553.
Impiorum nulla eſt lætitia. p.320.n.239. per tot.
Impiorū de prouidētia querimoniæ.p.595.n.76.n
Impiorum connexio quanta.*Lege* §.21.p.16.& 17.
Impiorum & bona, & mala, ſunt in piorum obſequium.p 555.n.42.per tot.§.4
Impiorum ſeu iniquorum ſumma impudentia. p.621. n.91.z
Impiorum maximè potentium ſupplicium deſcribitur.§.2.p.624.& 625.

Impœnitentia.

Impœnitentiæ maior cauſa. p.358.n.87.q

Impoſitio.

Impoſitio manuum, prima benedicentis patris cæremonia.p.6.n.21. Initium illius apud Hebræos.ibid. Per eam ſpiritus ſapientiæ à Moyſe communicatus fuit Ioſue.ibid. In lege gratiæ Sacramentum Confirmationis manuum impoſitio vocabatur. ibid.
Impoſitio nominis, *Vide* Nomen.

Imprecari, Imprecatio.

Imprecari malum fratribus, quatenus liceat.pag. 250.n.16.& p.251.vſque ad num.17.
Imprecatio maiorum an licita ſit ſanctis viris. p.414.n.136.g,h
Imprecationes parentum, & ſanctorum hominum,quam vim habeant. p.6. n.19.
Imprecationes in malum ad prophetiam reducendæ.p.6.n.20.
Imprecatio mali illicita. ibid. Quo modo poſſit eſſe licita.ibid.
Imprecatio in hoſtes licet debitis circunſtantiis licita ſit, non eſt tamen conſulenda; quia periculoſa.p.331.n.279.per tot.§.1.

Improbitas, Improbus.

Improbitas ex ſeipſa ſibi crucem ſtruit.pag.288. n.133.e
Improbitas ſolam relinquit figuram hominis in homine. p.571.n.94.p
Improbitas ſibi ipſi ſupplicium componit.p.172. n.104.p
Improbitatem ſuam non occultare, ſed prodere, ſignum eſt reſipiſcentiæ. p.486. n.79.g
Improbum ſequitur armata manu diuina prouidentia, qui vltrices de cælo virtutes eum defuerint in terra præſagit.p.172.n.104.q.r
Improbus nec domum habet, nec ciuitatem,nec vllum ſocietatis locum. ibid. ſ.

Impudentia.

Impudentiæ trophæum erigit filia Loth. p. 143. n.35. l
Impudentia cū rubore crudeliſſima.p.435.n.87.m

Impudica, Impudicitia.

Impudicæ deſcriptio.p.107.n.344.
in Impudicas prouerbiū perelegās.p.107.n.344.m
Impudicitiæ ſignum, diſcurſus mulieris. p. 107. n.344 i
Impudicitiæ ſignum eſt in muliere faciem verſare. p.299.n.165.a propterea ludibrio habetur. n.166. f
Impudicitiæ pallium,nocturnum tempus. p.233. n.28.o

Impunitas.

Impunitas omnium malorum ſeminarium. pag. 175.n.113.e

Incantatores.

Incantatores venefici qui dicantur.p.62.n.108.in princip.col.2.

Incarnatio.

Incarnatio Chriſti publicata eſt Apoſtolis prædicātibus & reſtātibus prophetis. p.155.n.68.a

Incendium.

Incendium Hieroſolymæ immiſſum à Chaldæis, quaſi à Deo miſſum dicitur.pag.313.n.213.& p.314.n.215.

Incœpiſſe.

Incœpiſſe tes magnas ſæpe obfuit. pag. 353. n.72.u

Inconſtantia.

Inconſtantiæ ſymbolum, mores maritimi. p. 70. n.136.h

Indigentia.

Iodigentie prodit amorem. p.546. n.19.p

Indignitas, Indignus.

Indignitatia propriæ verecunda confeſſio, verè modeſti & humilis animi eſt.p.201. n.35. per tot. §.2.

Indignum qui ſe fatetur, dignitatis meritum, & præmium adipiſcitur.p.207.n.51. r

Induere.

Induere in Scriptura quid.p.92.n.299.b

Induſtria.

Induſtris & labore mala fugit homo. pag. 191. n.13.e

Inebriari.

Inebrieri ſecundùm phraſim Scripturæ ſignificat omnem abundantiam.p.98.n.315.q

Inebriati in bonam partem ſumitur.p.384.0.35.i Significátque libetelitet epulari. ibid. l. Accipitur à Ieremia in peiuri ſignificatione. n. 36. & p.385. n.36.q

Infamia.

Infamiæ pœna ipſis imponitur qui naturæ legem non reuerentur.p.250.n.15.e

Infernus.

Inferni & iudicij recordatio, potentiſſimum ad vitam ſpiritualem remedium. pag. 501. n.28. g

Inferni vmbram repræſentant inteſtina ceti. ibid. u

apud Inferos etiam clementiæ diuina inſtitia edmiſcetur.p.346.n.47.

Infœlix.

Infœlix pulchra eſſe oon poteſt.p.178.n.122.t

Infirmitas.

Infirmitas ooſtra elamat vt damnentur nocentes, qui deceperunt eam per ſerpeotem ſeductorem, & vſque modò non receperunt propter hoc debitam pœnam.p.332.n.282.& 283.h, i,l

Infortunium.

Infortunium nunquam ſine comite.p.149.n.52.

Infortunij genus infelieiſſimum fuiſſe felicem. p.178.n.122.u

Ingenium.

Ingenium dinioum in puniendis ſuis fidelibus. p.397.n.77.b

Ingenuus.

Ingenui eſt benedicere, ſicut ſernilis maledicere. p.195.n.22.d

Ingeouum hominem non decet fteus & dolus. *Lege* §.2.p.18. & 19.

Ingenuus ſimulare oon poteſt, ſed nihil temerè effutiendum.p.462.& 463.n.5. i,l

Ingratitudo, Ingratus.

Ingratitudo Iſraëlitarum. *Lege* tract.5.pag.556.

Ingraritudo, ventus vrens. p.574.n.8.o

Ingraritudo Iudæorum eatrema.p.548.n.24.b, & p.549.n.25. g

Ingretitudo cauſa fuit euerſionis Samariæ & Iudææ.p.207.n.50. h

Ingratitudinis potiſſima comes impudentie.pag. 207.0 50.e, & p.548.& 549.0.24. & 24.

Ingratum grauiùs arguit relatio referens cumulata beneficia.p.11.u.38.

Ingratos Chriſtianos expectant grauiora ſupplicia, & quando. p.13.n.40. h

Ingrati nonnulli in Deum benefactorem accuſantur à Iona. p.511.n.69.e

Ingrato eoouertitur in pœnam omnis prærogatiue dignitatis. p.12.n.38.

Iugrato & quod aceepit vertitut in perniciem. p.207.n.50.g

Inimicus.

Inimicorum deriſio, & amicorum deſertio, quàm acerba dolenti.p.329.n.271.& 272.

Iniquitas.

Iniquitas Ieruſalem completa denotat præparationem Chriſti.p.436.n.92.b

Iniquitas complete apud prophanos authores quid.p.437.n.91.c

Iniuria.

Iniurie vetus parit nouam.p.150.n.52.e

Iniuriæ ſpecioſiùs vincuntur beoeficiis, quàm viodicta.p.396.n.73.m

Iniuriarum auidus verè perieos.ibid.p

Iniuriarum acerbitas Chriſtum prodidit Deum. p.397.0.76.e

ſi Iniuriis non frangamur, miraculum Chriſti eſt. p.396.n.75.o

Iniuriæ Ruben in cubile patris, & iniuriæ Iudæorum io carnem Chriſti Domini aoalogia.pag. 13.0.43. f

Iniuſtitia.

Iniuſtitie cum impietate coniuncta eſt.pag.612. n.56. Oritur ex defectu pietatis.n.59.

Innocens, Innocentia.

Innocentis homicidium grauiſſimum ſcelus.pag. 490.n.94.

Innocentiæ ſtatus candor per ſacrificie legis gratiæ reſtitueodus. p.609. n.47.

Innocenter viuens non timet creaturas. pag 491. n.99.q

Inopia.

Inopia rerum coniungit Deo. p.162.n.82.a

Inſtitutio.

Inſtitutio proba quanti momenti.*Lege* §.1.tract. 24.p.214.

Intellectus, Intelligens.

Intellectus deflagret ſenſibus flammam nutrientibus.p.352.n.71.ſ. Sed his correctus per pœnitentiam reparetur. ibid.t

Intelligens ſeipſum, fugiens confugit ed Deum. p.402. (non 406.)n.94.p

Intemperans.

Intemperans in quo diſtet ab incontinente. pag. 561. n.58.l

Interrogatio.

Interrogatio, figura ad mouendos animos eccommodata. p.198 n.28. h

Interrogarione carent Hebræi.p.141.n.31.q

Interpres, Interpretatio.

Interpres noo tenetur verbum ex verbo reddere, ſed ſenſum.p.222.n.1.b

Interpretatio elementaris quæ dicatur. pag.262. num.24.

Inuerecundia.

Inuerecundie quandoque lucroſa. p.211. n.65.z

Inuidia, Inuidus.

Inuidia ſemper armata. p.108.n.346 p

Inuidia magoarum fortunarum aduerſatrix perpetua.p.105.n.342.Media ab illà tutiora.ibid.b

Inuidorum iacula ſunt verba, quandoque ſæuiora clauis Chriſtum figentibus. p.108. n.344.q,r

Inuitus.

Inuitus.

Inuitos nemo trahit, niſi qui facit iniuriam in gehennam mittens.p.169.n.99.c

Iod.

Iod litera ſignificat deſolationem & principium. p.507.n.392.r.

Ioannes Baptiſta.

Ioan. Baptiſtæ munus & gaudium impletum eſt in auditione Chriſti.p.61.n.206.d

Ioan. Baptiſta à Græcis pingitur alatus, & quare. p.465.n.15.x

Ioannes Baptiſta vtriuſque legis lanus. pag.596. n.1.a

Cur dicatur Angelus.ibid.d

Pœnitus exuit hominem.p.ead.n.2.e

Propterea tam citò in deſertum abiit.Ibid.f

Angelus pœnitens merito appellatus.ibid.g

Auſterior vita illius quàm Chriſti. pag.597. n.2.h

Ioannes ſine miraculis miraculum.ibid.i

Error circa eius perſonam, cui occurritur in Euangelio.p.597.n.3.l

Ioannes glorioſior,quia homo.ibid.m

An illo ſit aliquis maior in ſanctitate. Lege §.2.p.597.& 598.

Ioan.Baptiſta princeps vitæ monaſticæ.pag 599. n.11.d.Dupliciter Angelus.n.12.e

Illius miſſio maior quàm Moyſis.n.13.g

Per pœnitentiam præparauit facilem & ſecuram in cœlum viam.p.599.n.14.15.per tot. §.3.

Ioan.Baptiſta tulit impedimenta viarum. p.600. n. 16. Trina per ipſum præparatio ad aduentum Chriſti.n.17.

Poſt eius prædicationem Chriſti Domini reuelatio immediatè prædicitur. p.601. & 602, per tot.§.1.

Ionas.

Ionas interpretatur columba.p.461.n.1.a

Non ſermone tantùm, ſed re ipſa Chriſti figura in iis tantùm quæ ſibi Chriſtus Dominus approprianit.ibid.c.d

Ionæ impoſitum præceptum ad prædicandum. p.463.n.8.z

Ionas quiſnam fuerit, quámque accommodatum ad prædicationis munus nomen habuerit. p.464.n.11.per tot.§.2.

Ionas à facie Domini cur fugerit. Lege §.1.tr.2. p.467.

Ionæ patria, origo, & religio diſcutitur. Lege tract.7.cap.1.p.482.483.& ſeqq.

Ionas à ruſticis hominibus merito reprehenditur.p.486.n.77.d

Ionas tanquam reus vocatur in iudicium. p.480. n.61.x

Ionas inutilis ſociis,quia profugus à Deo.p.478. n.53.z

Ionæ magnanimitas admiranda,qui culpam non modò non negat, ſed & pœnam libenter aſſumit, quique ex fluctuum contumacia ſuam exaggerat inobedientiam. pag. 488. num. 83. r. & ſ

Ionas virum agens profugum & peccatorem, quando cœpit Chriſti paſſionem adumbrare. p.488.n 84 t

Ionas in media tempeſtate dormiebat ſopore graui, & ex qua cauſa. pag. 476. num. 45. & 46.

Ionas ſe Dei auxilio deſtitutum gemit, putans ſe abiectum per ſummam inobedientiam, & in morem damnatorum à facie Dei proiectum, atque à diuina prouidentia derelictum.p.502.n.33.f.g.h.i

Ionas dolet vehementer,ne quaſi perturbator & mendax haberetur à Niniuitis. pag.528.n.1.c. Vel propter gloriam Dei, intercidere ne putarent donum prophetiæ. num. 2. Blandiendo temperat quæ Deum arguere videbantur. pag.528.num.3.h.i.

Amplificat miſerum ſuum ſtatum, mortem eligens in vita qui vitam in morte optauerat. p.529.n.13.d.e

Voluit Deus vt Ionas rationem quæreret, qua poſſit conſolationem inuenire.p.530.n.16 n. Ideo temperat Deus illius iram, oſtendens eum plus iuſto iraſci.ibid.p & n.17.q

Ionas in ventre ceti vitam deſiderat, qui ſub hedera exſiccata mortem poſtulat p.536.& 537. n.47. In feruore ſolis æſtuatus non componit iram, ſed iuſtam proclamat vt mortem appetat.ibid.n 48.f.g. Arguit Ionam Deus à minori ad maius. pag.537.n.50. l. Et concludit miraculum potius fuiſſe ſuam clementiam quam timendam vaticinij Ionæ authoritatem. ibidem m. Et quare.ibid n

Ionæ querela iniuſtitiæ convincitur, vel ex innocentia tot millium hominum, quæ non poterat non monere Deum, quando eum pœnitentiæ lachrymæ non mouiſſent. pag. 538.numero 52.o.p

Ionas ſua pro oratione obſecrans, Chriſtum Dominum præfigurat, pro oratione populi ad Patrem perpetuò deprecantem. p.510. n.64. per tot.§.2.

Ionæ oratio ad templum exaudita. p.509.numero 62 m.n

Ionas fugiens à facie Domini, Verbum æternum è cælo ad nos defugiens præfigurat. pag.470. num.30.

Ionæ res in naufragio ſic curauit Dominus, quaſi nihil aliud attenderet. pag. 508. numero 57.

Ionas geſtante bellua peruenit illuc quò ire ſponte contempſit.p.473.n.37.u

Ionas figura Chriſti patientis. pag.393.n.104.d. Naufragus ſaluat nauiculam, ſaluat ethnicos. ibid. e. Ex eodem moriente tanquam ex vmbra Solis cadentis futura per Chriſtum ſerenitas conſicitur.ibid.f

Ionas (vide diſpoſitionis diuinæ pietatem!) fugit ne ſeruentur Niniuitæ, & pro ipſo ſeruantur nautæ in naufragio. pag 493. numero 105.g

Ionas qui iratum in naui ſenſerat Deum, propitium in mari ſentit.p.494.n.1.a

Cur illi Deus præparauit piſcem.n.2.c

Quod Ionam deuorauerit marinum monſtrum, fide non caret.p 498.n.19.ſ

Mirabile quòd per triduum vixerit in loco vbi naufragia digerebantur.p.499 n.19.t

Incredibile id quidem ſecundùm rationem, non verò ſecundùm fidem.ibid.u

Ionas agit gratias quòd ſe ſaluum præter ſpem videt in aluo piſcis p.499.n.20.z

Ionas in ventre piſcis expreſſa Chriſti figura, cui addere religio eſt. pag. 495. numero 7. i

Ionas quo loco fuerit à ceto expoſitus, non conſtat;probabiliùs creditur,ad ſinum Iſſicum

prope Seleuciam fuiſſe eiectum.p.522.n.76.& ſeqq.per tot.§.8.

Ionas egreſſus de ciuitate ſedit contra orientem, & quare.p.531.n.20.& 21.

Ionas illico poſtquam exaruit hedera, præ nimio calore deliquum paſſus eſt. pag.535. numero 41.p

Ionas poſt lapſum ad prædicandum accommodatior.p.519.n.2t.b

Ionas ſecundò mittitur ad Niniuem, quæ illius prædicatione euerſa eſt,& reparata, pag. 514. n.1 a b.Grauitas eius prædicationis. pag.516. n.7 p

Ionas poſt naufragium pœnitentiam & ſalutem Niniuitis importans, præmonſtrat poſt reſurrectionem Chriſti gentibus vniuerſis lucem Euangelij eſſe propalandam. p.518.n.20. per totum.

Ionæ verba quàm quadrent Chriſto patienti ſecundùm quod homo.p.503.n.36.o

Ioppe.

Ioppe quò deſcendit Ionas & ſoluit,hodie Iapha dicitur.p.469.n.28.o

In qua ad rupem alligata fingitur Andromada.ibid.p

Ioſeph filius Iacob.

Ioſeph laudationis argumentum.108.n.347.

Eiuſdem conſtantiam figurat pater perbellè. ibid.b

Ioſephi honorificæ appellationes.p.104.n.333.a. Cur magis à patre Iacob dilectus quàm cæteri fratres,tres cauſæ.p.104.n.335.

Ioſeph optimus fratrum ſuorum. p.105.n.336.f. Eius omnis actio Chriſtum ſonat.num.337.h. Supra communem Creatoris imitationem imitatus eſt Chriſtum.ibid.i

Ioſeph additio, ſiue incrementum, inuidiæ fomes.p.105.n.340.a

Ioſeph decorus aſpectu, iaculis impudicitiæ appetitur.p.106.n.341.& 342.Libidinis & inuidiæ victor.p.107.num.343.f. Illi pulchritudo non ruinæ,ſed triumphi occaſio. ibid.g.

Quid de impudica eius Domina dicat Rupertus.n.344.

Ioſeph inuidiæ morſibus & ſagittis appetitur. p.108.n.346.

Cur Ioſeph in Ægypto eùm pater in Palæſtina ſit cònditus.p.122.n.15.o

Ioſephum à pincerna liberari cur non decuit. p.109.n.348.o. Apoſtrophe elegantiſſima de vinculis eius.ibid.p

Ioſeph imago à Deo propoſita, videtur Chriſto imitanda.p.114.n.362.a

Ioſeph accreſcens primò Chriſti figurat incrementum.p.114.n.363.& 364.

Ioſeph in pulchritudine ad viuum exprimit Chriſtum.p.115.per tot.§.2.

Ioſeph cum duobus ſeruis numerum explet trium crucifixorum typicè. pag. 115. numero 366.i

Ioſuè ſepulchrum, effigiatum habebat ſolem, & & quare.p.120.n.5.

Ioſephi corpus vſque ad egreſſum filiorum Iſraël conſeruatum, & quare. pag.165. numero 88.n

Ira,Iracundia,Iracundus.

Ira furor breuis,indignatio diuturnior. pag.459. n.77.u

Ira in Deo ſitne propriè. pag.311. num. 207. r. ſ. t

Ira Dei,ira columbæ.ibid.u

Ira & furor per metaphoram accommodatur Deo cum omni perturbatione & commotione,& quare.pag.311. num.208.z. & pag.312. num.208.a

Iræ paſſio quomodo tribuatur Deo. pag.525. num.51.

Ira Dei ita citò tranſit, vt non tam indignari, quàm iraſci dicendus ſit.p.529.n.7.ſ.

Ira laborans,mota vtatur.ibid.t.

Ira breuis Dei propria.p.459.n.77.t

Ira Dei non ſatis habuit non auxiliari Hebræis, ſed & arma bellica contra eos miſit.pag.339. num.23.a

Ira Dei, terminus deſolationis. pag. 428. numero 41.i

Ira diuina in Iudæos per hæc verba, *auertit retrorſum dexteram ſuam*,maximè amplificatur. pag.338.& 339. n.20.f. Eiuſdem celeritas his verbis ſignificatur, *& ſuccendit in Iacob quaſi ignem flamma deuorantis in gyro*. pag. 339. num.21.g

Iræ diuinæ miniſtri quaſi ſacerdotes ſanctificati. p.371. n.127.a. Quam nullus euadere poteſt. n.128.b

Ira non damnanda,ſed pertinacia.pag.19.n.67.p. Illa eſt appetitus vindictæ natura ſua non malus. ibid.q. Impedit aliqualiter iudicium rationis,non tamen tollit.ibid.r

Iræ remedium ſalutare, dilatio. pag. 19. numero 68. ſ

de Ira in lectuli quiete conſiderandum eſt. p.20. n.69.x

Ira inueterata fit odium.p.20.n.70.z

Iram quomodo temperarunt Plato & Cæſar. p.345.n.44.

Iracundiæ proprium,ſola ratione curari. p.530. num.16.0

Iracundus à ſe pœnas ſuſpendens, iram exigat. p.20.n.68.

Ire.

Ire apud Hebræos pro creſcere, vt in illis verbis, *mare ibat, & intumeſcebat*. pag. 487. numero 82.o

Irrideri,Irriſio.

Irrideri ab inimicis & ab amicis, nihil acerbius in calamitate.p.329.n.271.& 272.

Irriſio in calamitate dolet acerbiùs quàm ipſa calamitas.p.275.n.79.d

Iſmaël.

Iſmaëlis relegatio à conſpectu Iſaac quàm ad mores neceſſaria.p.218.n.84.z.a.b

Iſraël.

Iſraël quid ſignificat.p.543.n.12.q

Iſraël fortis cum Deo.p.581.n.47.o

Iſraël ſignificat contra Angelum ſtantem.p.544. n.12.ſ

Iſraël nomine intelliguntur decem tribus, Iuda verò & Benjamin exceptis. p.544. num.13.t. Quem alloquitur & Iudam Malachias, & eorum ingratitudinem coarguit. pag. 544. numero 13.n.& x

Iſraël cum Deos alienos deſiderat, ſuos Moabita contemnit.p.184.n.137.f

Iſraël ſecundùm vulgatem ſenſum *videns Deum* interpretatur, ſed veriùs ſignificat fortem & principem.p.8.n.25.

Iſraël qui ſuperauerat Angelum Dei,à Chaldæis proſternitur.p.338.n.10.c

Iſraëlitæ coronis ornati ſunt,cùm legem acceperunt.

Digitized by Google

perunt.p.451.n.50.n. In ſignum deſponſatio-nis cum Deo.p.452.0.50.0

Iſſachar.

Iſſachar, quodnam fuerit de eo vaticinium à pátre Iacob. Lege tract. 18.19.20.21.& 22. à 74. vſque ad 80. incluſiuè.

Iſſachar refert Chriſtum Dominum & in quo. p.78. n.157.a. Sors eius quàm fertilis.pag.80. n.162.p

Iucundum.

Iucunda ſunt, quæ ſunt inter ſe coniuncta, vt mulier mulieri.

Iudæa, & Iudæus.

Iudæa propter ingratitudinem euerſa. pag. 207. n.50.h

Iudæa capta, inſcriptio nummorum Cæſaris in irriſionem Iudæorum, p.277.n.86.

Iudæa non aliter liberanda à captiuitate quàm per Euangelij obſeruationem. pag. 395. numero 72.h

Iudæi canibus impudentiores. pag. 300. numero 170.s

Iudæi circa diuinam prouidentiam peius errarunt quàm gentes inualeſcentes in ſuam perditionem.p 618.n.83.per tot.§.1.

Iudæorum quoad Sabbathum irridenda obſeruatio.p.296.n.158.
Non ieiunabant in Sabbathis prætetquàm in obſidione vrbis.ibid.o.p

Iudæorum nomen malè interpretatur Tacitus. p.65.n.215.d

Iudæi rebellarunt ſeducti vaticiniis, & quibus. p.52.n.186.r

Iudæis relictum eſt circuncìſionis ſignum, ſicut Caino propter necem fratris. pag. 276. numero 85.o
Eoſdem non ſolùm odio, ſed etiam irriſioni fuiſſe nummi Cæſarum teſtantur. pag. 177. n.86.q
Qui ad maiorem eorundem confuſionem trophæum quaſi Chriſti crucem præferebant. ibid.r

Iudæorum religio violata & impiæ ceremoniæ; ſtercus ſuper facies eorum. pag. 575. num.9. 10.& 11.

Iudæorum mali de prouidentia rumores Deum fatigabant.p.594.n.75.m

Iudæorum error circa ſuæ legis durationem. p.627. n.18.u. Eorundem aptiſſima comparatio.p.ead.n.20.z

Iudæi obſeſſi qualiter vitam ſuſtentare cogebantur.p.446.n.47.n

Iudæi auarè & malè rem diuinam procurantes; iure ſacerdotio priuati ſunt, & religione. p.570.n.93.per tot.§.a.

Iudæorum perfidia efficaci argumento conuicta. p.270.n.53.o
Maius aliquod ſcelus quàm ſit idololatria commiſerunt, quando in perpetuo ſunt exilio, qui propter idololatriam temporaliter tantùm puniti ſunt. ibid.p. & num.54. Nihil hodie retinent, in quo poſſint gloriari. numero 54. q. Reddant ſtatum quem Chriſtus inueniat, & alium contendant venire.ibid.

Iudæis in ſignum tributi relicta eſt circuncìſio. p.270.n.55.ſ

Iudæi ciſtiferi dicti, quia ſolebant mendicare in ciſtis, quos tributa exhauſerant. pag. 270. n.55.t.u.

Vel inſtitores erant mercis ſulphuratæ. pag. ead.n.56.a

Iudæorum hypocriſis ridenda qui maximo ſtudio veſtium ſuarum lacinias colligebant ne pollueerentur ſanguine innocentium; ſed non impune eis ceſſit peruicacia, & quare. p 430. n.47.per tot.§.2.
Edictum inſigne aduerſus eoſdem, qui ſæpius à ditione Chriſtianorum iuſtiſſimè ſunt expulſi.p 431.n.54.b.c

Iudæorum ſcelus auitum, in Deum rebellare. p.432.n.56.

Iudæis in Chriſtum peccantes, longè acerbiùs quàm in Ægypto & Babylone puniuntur. p.12.n.40.

Iudæi Chriſtum non receperunt, quippe aurum, non illum quærebant. pag. 602. numero 25.g.h

Iudæorum perfidia in Chriſtum innocentem. p.560.n.97.r

Iudæorum excidij cauſa duplex. pag.342. numero 60.d

Iudæi omnes non ſunt occiſi, & quare. pag.25. n.86. g.h. Conuenientia eorum cum occiſoribus Sichem.ibid.i

Iudæi in die Reſurrectionis oppreſſi ſunt fame & ſiti.p.152.n.58.d
Conticuerunt illis æterno ſilentio lex & prophetæ. ibid. e. Eorundem fames adumbratur dum viri Ephratæi à gentibus eleemoſynam petere coguntur. ibid.f

Iudæi cuſtodientes ſepulchrum Chriſti, dormientes cuſtodierunt miſericordiam, vigilantes autem quæſierunt vanitates.p.511.n.72.

Iudæorum calamitatis comparatio ad aquas maris.p.355.n.79.o
Illorum peruicaria poſt Chriſti mortem, omnem ſuperat malitiam gentilium peccatorum. pag.ead.n.80.p

Iudæi conuicti beneficiorum diuinorum magnitudine.p.556.n 43.u

Iudæi ingrati erga Deum, & rebelles, iura gentium & naturæ fregerunt. p.556. num.44.per tot.§.1.

Iudæi Eccleſiæ perpetuò hoſtes futuri, reconciliandi tamen in fine ſæculi, & reuocandi ad Eccleſiam eiuſdem Eccleſiæ precibus. p. 126. n.88. Eorum reconciliatio futura in extremo tempore adſtruitur ex Malachia propheta. ibid.n.89.

Iudæi quare vitandi, nullúmque cum iis habendum commercium.p.322.n.246.l.& m

Iudæorum per orbem diſperſorum pro ſacrilegio in Chriſtum, pœna prædicta à Ieremia. p.415.n.14.x

Iudæi dicteria iacientes in ſua ſacra, ea vana & irriſione digna fecerunt. p.569. o.88.per tot. §.1.

Iudæi iura propinquitatis violarunt, ne vel ea lege ad verum cultum Dei reuerterentur obſtricti. p.585.n.40.per tot.§.1.

Iudæi ad fidem patriarcharum in fine mundi conuertentur, reducente eos Helia ad priſtinam pietatem.p.458.o.74.h.i

Iudæi reuertentur ad fidem Chriſti in vltimo iudicio.p.628.n.21.c

Iudæorum vana ſpes de Meſſia venturo.pag. 47. n.167.m

Iudæi, nunc abiectio, nauſea, tædium omnium gentium.p.405.n.102.i

Index Rerum

Iudas filius Iacob.

Iudas generatione quartus, ſed perfectione primus.p.29.n.101.p
Iudæ ſceptrum quandiu durauit,& quando defecit.p 41.n.147.p.& ſ
Iudas cur ita vocatus.p.65.n.215.b
Iudas confeſſio,ſiue gratiarum actio.ibid.e
Iudæ nomen duplici conuenientia datum. ibid. g
In eius acclamatione acclamationes Regum præſignatæ.p.65.n.217.l
Quo pacto adoratus.n.218.219.& 220.
Iudæ robur & prudentia. pag.66.num.225.222. & ſeqq.
Continuatio principatus illius vſque ad tempora Chriſti.p.66.& 67.n.224.& ſeqq.
Stabilitas illius propter terræ vbertatem.p.68. n.232.233.& ſeqq.
Iudas,laudans ſeu fidelis.p.587.n 47.n
Iudæ ſortis vbertas. Lege tract. 11.pag. 54. 55. & ſeqq.
Iudas catulus leonis, quid per hæc verba ſignificare voluerit pater eius Iacob. Lege tract. 5. p.57.58.& ſeqq.
Iudas ſupponitur pro tribu regia & Benjamin. p.279.n.100.x
Poſt tranſmigrationem accipitur pro gente Hebræa.ibid.z
Iudas habitauit in medio Barbarorum ſine requie, quia miſerè affligebat viduas & pupillos.p.280.n.102.b.
Exulauit, qui ſeruos Hebræos contra legem opprimebat. p.ead.n.104.d. Et contra ipſam naturam gentiles ſuos vexabat ſeruitute. numero 105.e. Sicque propter iniuſtitiam in exilium miſſus eſt.ibid.f
Colligitur pulſus è terra ſua propter indignationem Dei quam promeruit,ex ſimilitudine ſerui incurrentis in grauiſſimam Domini indignationem.p.281.n.106.b.i
Iudæ in alios imperium habenti nihil acerbius & iniurioſius quàm ſub tributum redigi. p.268.per tot.§.6.
Iudæ nomine moraliter venit Eccleſia vel vnaquæque anima.p.282.n.112.x
Iudæ & Iſſachar nominibus quid ſignificetur. p.78.n.256.h
Iudæ prophetia paterna in Chriſto Domino impleta.p.39.à n.138.ad 142.
Iudæ & Hieruſalem perditio in communi, vide tractat.6.in Threnos.p.289.290.& ſeqq.
Iudæ regnum periit ea arte qua pereunt cætera. p.326.n.258.o
Iudaicæ cæcitatis fucus.p.63.n.210.f
Iudaici planctus forma.p.128.n.39.a

Iudas proditor.

Iudæ ſumma malitia in proditione. pag.409. n.117.a
Iudæ proditionem non definiuit Deus. pag.503. n.35.n

Iudex, Iudicare.

Iudex non irato,ſed leni vultu appareat. p. 481. n.62.d
Si Iudex ſeuerus omnia abſoluat, nihil relinquitur niſi vaſtitas.p.528.n.4.m
Iudicis ſella ad diuinæ Maieſtatis honores accedit propemodum.p.246.n.3.g
Æqualitatem enim iudicantis & imperturbatum animum proteſtatur.ibid.h
Iudices ſenes eſſe debent. pag. 246. numero 4.i
Iudices inter ac Duces Hebræorum quænam ſit differentia.p.136.n.17.& ſeqq.
Iudices antiqui quanto meliores regibus. p.137. n.20.
In Iudice opulentia & potentia neceſſaria.p.400. n.87.t
Item & ſcientia ſecundùm quam diſcernit bonum à malo.p.400.n.88.a.z
Iudicare neſcit qui perfectè didicerit obedire. p.531.n.19.t
Iudicare idem atque ius dicere.p.88.n.287.b
Siue gubernare populum.ibid.c
Iudiciaria poteſtas in tribu Iuda vſque ad Chriſtum penes Pontifices.p.43.n.154.i

Iudicium.

Iudicia quandoque in Scriptura ſumuntur pro meritis, aliquando pro officio iudicis. p.413. n.131.z
Iudicium,id eſt condemnatio,iuſtitia, abſolutio. p.413.n.132.a
Iudicium vel tandem ſubire cogitur qui per latebras illud effugere tentat. pag. 247. num.5. per tot.
Iudicij dilationes præoccupauit Iob, quas introduxit legum & aduocatorum turba. pag. 247. n.6.z.a
In Iudicio qualiter agendum cum reo. pag. 18. n.6.c
Iudicij declinatio apud Hebræos quid ſit.p.612. n.58
Iudicium declinare idem atque degrauare, ſiue diuertere.p.399.n.86.q.t
Iudicium diſcretionis quid ſit. pag. 610. numero 50.d
Iudicium hominum fallax. pag. 617. numero 79.t
Iudicij recti exemplum petendum à nautis.pag. 481.n.62.g.& 63.per tot.
In iudicio ſupremo videbitur Deus tranquillus. p.525.n.52.a
Iudicij extremi dies cur inſtare dicatur. p.623. num.1.
Plura de illo inuenies in vltimo tractatu capitis 4.ſuper Malach.p.623.624.& ſeqq.
In die Iudicij procurat Deus etiam vnde non puniat.p.628.n.22.e

Iugum.

Iugum impoſitum collo, allegoricè de prælatis & principibus intelligitur. pag. 356. numero 224.m
Iugum pro lege Dei apud patres.pag.393.numero 63.i
Apud alios pro patientia in aduerſis,quæ germana pietatis eſt.ibid.l

Iulianus.

Iulianus Imper. negauit dexteram oſculandam ad ſe confugienti, & quare. pag. 51. numero 184.

Iuramentum.

Iuramenti diuini forma.p.516.n.75.n

Iurgium.

Iurgia perpetua vbi pluralitas vxorum. pag.249. n.11.o

Ius.

Ius dicebant veteres in porta ciuitatis,vt parata

eſſet introeuntibus iuſtitia ad ianuam. Vide §.1. tract.35. in Ruth. pag.245.
Iura gentium & naturæ fracta ab ingratis erga Deum & rebellibus Iudæis. p.556. n.44.& 45. & ſeqq.

Iuſtitia.

Iuſtitia diuina conuertit in pœnam inſtrumenta, per quæ Deus maximè offenditur.p.142.num. 15. d.e
Iuſtitia pietatis & religionis ſemper vmbra fuit. p.612. n.59.
Iuſtitia & religione orbis ſuſtentatur.p.137.n.19. u. & ad cœlum itur.ibid.x
Iuſtitia fœmina eſt quæ altero vbere pacem, altero bellum lactat. pag.136. n.18. eſt virgo & filia Dei.ibid.
Iuſtitiæ adminiſtratio quantum de celeritate, tantum de ſecuritate commendatur. p.247. n.6. per tot.
à iuſtitia potiùs quàm à militari virtute magiſtratus nomen accipiat.p.136.n.18.r
Iuſtitiam punientis commendat ſententia quæ niſi poſt longum tempus executioni mandatur.p.345.n.44. per tot.§.1.
Iuſtitiam apud Hebræos perperoò ſub terra fuiſſe ſepultam, ſatis oſtendit quòd portæ Ieruſalem, genoris Hebrææ tribunalia, altè ſub terra ab hoſtibus fuerint defixæ *Lege* §.3.p.347.

Iuſtus. vide *Sanctus.*

Iuſtum inueniri inter Idololatras, miraculum eſt.p.482.n.64.o
Iuſtus præfert obedientiam neceſſitati. pag.189. num.9.
Iuſtus, peccator dicitur, qui proximo numquam nocuit.p.490.n.94.d
Iuſtus robuſtiùs adſtringitur Deo, cùm videt impij proſperitatem. p.621.n.92.c.d
Iuſtus vnus totam domum vel vrbem felicem reddit,& quare.p.538.n.54.r
Iuſti vnius quanta commoditas & vtilitas, & quanta iactura in eiuſdem obitu.p.478.n.53.
Iuſti mors miraculis plena.p.118.n.1.
Iuſtorum mors ſpontanea,& quare.pag.8.num.3. & ſeqq.
Iuſti cum Deo delitiantur.p98.n.316.o
Iuſti lauant manus ſuas in ſanguine peccatorum. p.312.n.art.
Iuſti in lege gratiæ iucundiùs & feliciùs moriuntur.p.3.n.8. Olim Chriſtum in carne, nunc venturum iudicem deſiderant, & quare. ibid. & in ſeqq.
Iuſtorum ſors in eo cernitur,quod bene ſentiunt & loquuntur de Deo in malis. pag.621. n.92. per tot.§.1.
Iuſtorum finem optant multi, ſed non principia, p.94.n.306.f

Iuuenis.

Iuuenis lætitia, triſtis verò ſenectus. pag.450. n.43.
Iuuenes, qui & electi apud prophetam dicuntur, in bene conſtituta Repub. deligi ſolent ad bellum. p.317.n.230.g. Duo eorumdem ſunt genera.ibid.

L

Labor, Laborare.

LAbor facilis in cælum via. pag. 600. numer. 27.f
Labor & afflictio quomodo mala, quæ mala prohibent. p.526.n.54.e
Labor neceſſariò addendus eſt ei cui placuit tranquilla vita.p.77.n.255.a
Labor & quies inuicem ſociantur. p.77.n.256.d. Nec ſine illo vnquam voluptas. ibid.e. Pulchra item ſine illo non habentur.ibid.f.& magnificum quidquid mercede vacuatur.p.78.g.
Labor nimius ſenium inducit.p.377.n.12.a
Labore & induſtria homines effugiunt mala p.191.n.13.e
Labor idem atque ſtultia.p.415,n.140.ſ
Labori præferentes otium, non ſolùm germina, ſed & radices exſiccant.ibid.b
Labor & fortuna copulantur inter ſeſe. pag.191. n.14.l
Labore & induſtria homo ex terra genitus redditur inclytus.p.140.n.28.h
Laboris ſententia in omnes lata poſt peccatum. p.75.n.249 z
Labores purgant mores, virtutem conflant, & prædeſtinationem indicant.pag.606. num.37. per tot.§.1.
Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris; quis ſenſus huius loci. p.594.per tot.§.9.
Laborantibus ſolet fieri Deus obuius in auxilium.p.191.n.13.& 14.
Laborantis color pallidus,& quare.pag.78. num. 256.l

Lac.

Lac perfectorum cibus eſt.p.64.o.213.u. Per illud aptè ſignificatur doctrina perfecta ibid.x
Lac melle permixtum elegantiam non ſimplicem demonſtrat.p.63.n.209.a
Lactis candor in dentibus, ſimpliciſſimæ veritatis ſymbolum eſt.p.62.n.209.z

Lachis.

Lachis vrbs Iudææ cæpit prima idolatrare. pag. 290.n.140.

Lachryma.

Lachrymæ non niſi ad morbos animi curandos ſunt inuentæ. p.352.n.70.r
Lachrymæ vbi ſedem habeant.p.351.n 62.b. Ex illis compoſiti videntur oculi.ibid.c
Lachrymarum origo ex cerebro. p.351. n.62.d. Secundùm quoſdam ex corde.ibid.n.63.e
Lachrymarum origo demonſtratur. p.454.num. 58. g. Quando ſpes aliqua manet, fluunt largiter; ſi deſit omnis ſpes, comprimuntur. ibid.h
Lachrymæ quædam lætitiæ, quædam mœroris. p.257.n.1.b
Lachrymæ lætitiam ſignificant, noua antiphraſi. p.257.n.2.d
Lachrymæ veritatis inſignia, nemo enim mentiens plorat.p.168.n.95.e
Lachrymæ veræ ſponte cadunt, falſæ verò non niſi imperatæ. ibid.f
In Lachrymas quàm effuſum muliebre ingenium.168.o.96.& 97.
In Lachrymis ſeruanda lex, lachrymandum ſcilicet,non plorandum.p.168.n.97.m
Lachrymæ conditionis humanæ ſignum. p.126. num.32. b. Debent eſſe moderatæ. numer. 33.d
Lachrymæ ſunt indices mentis & interni doloris veriſſima ſigna.p.363.n.105.
Lachrymæ permittendæ,non imperandæ. p.363. n.105. Suas voces habent.n.106.
Lachrymæ iugiter cadentes pulchriorem reddunt

Digitized by Google

diuit animam peccatricem. p.364. n.106.verſ. Motalis allegoria.
in Lachrymis miraculum. pag. 127. oumero 35. i
Lachrymæ non continendæ, ne forte vitam ioterimant.p.127.n.36.n
Lachtymæ, ſanguis vulnerum ex malis amici. p.127.n.37.ſ
Lachtymæ deficiunt in extrema calamitate. p.407.n.111.i
Lachrymis carete nec poſſe flete in extrema calamitate,& extremum & vltimum eſt. p. 319. n.236.ſ
à Lachrymis non ceſſandum, dum non remittitur calamitas.p.406.n.107.a.b
Lachtymas prohibere quàm acerbum, quippe quæ ſunt vnicum doloris leuamen. pag. 273. n.70.d.e
Lachrymæ apud Ægyptios quanto io pretio. p.128.n.39.d
Lachtymæ feliciùs extinguunt peccata quàm diluuium.p.128.n.39.f
Lachrymæ ſecundus baptiſmus.pag.138.n.39.g. Non minùs efficaces quàm ſanguis Chriſti. p.129.n.39.h
Lachrymæ pœnirentis Deo magis placent quàm deſiderantis.p.129.n.39.i
Lachrymas exprimit, non plauſum, grande dicendi genus.p.63.n.210.m
Lachrymæ viuæ peccatum delent. pag. 561. oumeto 58.m
Lachrymæ fœlices, per quas exteriores maculæ purgantut.p.239.n.25.d
Lachrymæ ad lauandas animas quàm accommodæ.p.232.n.25.e
Humanum enim cor neſciens lachrymas, & durum & impurum eſt.ibid.ſ
Pulcherrimum verò ſi in lachrymas reſoluatur.p.233.n.26.g
Lachtymis non ſolùm munda ſit anima, ſed & charitatis diuinæ oleo perungitur. pag. 233. n.26.h
Lachrymæ ſælices, quæ propter receſſum Dei conſolatoris fluunt.p.320.§.2.n.239.
Lachrymæ fluentes vaſa iniquitatis mundare poſſunt, nempe oculos qui malè proſpexerant,nec non & recedentem Deum in domum ſuam ſcopis mundatam reducere. Lege §. 3. pag. 320.
Per Lacrymas ſalus inuenitur, neque eoim quicquam Deus negare poteſt lachrymantibus.p.522.n.38.o.p
Lachrymæ irremediabiles fiunt remedium & ſolatium non habenti conſolatorem in afflictione.Lege §.1.pag.319.n.236.& 237.
Lachryma de venis peccatorum erumpens abſorbet omne peccatum.p.277.n.90.c
Lachrymarum effectus.p.590.n.57.

Lætitia.

Lætitiæ vocem audire in dia calamitatis quàm durum ſit.p.345.n.41.o
Lætitia neſcit tacere, comica enim vigilia loquacior, vocem in ſe habet. p. 450. numero 45.q.r.ſ
Fidelior illius memoria quàm præſentia. numeto 46.u

Lamech.

Litera *Lamech*, cor ſiue conſeruatio. pag.312. n.211.h
Stimulum vertit D.Hieronymus.ibid.i

Lamentatio, Lamentatrix, Lamentum.

Lamentatio quid ſit.p.258.n.5.o
An deceat virum ſanctum.n.6.r.& p.259.n.9.
Lamentationes quare ſcriptæ ſint. pag. 259. numero 10.
Lamentationes ſolemnes apud Hebræos propter vrbis excidium,die 9.menſis, *Ab*,qui Iulio noſtro reſpondet.p.259.n.11.c
Lamentationes Hieremiæ ſuis poſteris exemplum,aliis in memoriam.p.259.n.12.d
Lamentatrices apud veteres præficæ vocabantur.p.128.o.39.x
Lamentum creaturæ in hymnum Dei vertitur. p.257.n.1.c

Lamia.

Lamiæ qoid ſint,& quis ſenſus illius loci, *Lamiæ nudauerunt mammam*,&c.p.419.n.9.& 10.

Largitor.

Largitorem non benignum tantummodo, ſed firmum oportet eſſe defenſorem, aſſecuratorémque.p.199.n.31.per tot.§ 4.

Latro.

Latro in cruce cognouit vulnera in corpore Chriſti,ſua eſſe,non Chriſti.p.171.n.103.h

Latrunculi.

Latruncull in bello qui dicti. pag. 91. oumero 296.d

Laus.

Laus & honor qui differaot. pag. 65. oumero 217.h

Lazarus.

Lazarus inſepultus relictus, ſecundùm D.Auguſtinum.p.119.n.4.m

Leo.

Leo fortitudinis eſt ſymbolum.p.37.n.133.
In illo omnis virtus regia adumbratur.ibid. n.134.f Eſt ſymbolum maieſtatis regiæ.ibid.g.
In eo etiam virtutis excellentia & generis nobilitas.p.37.n.135.h
Leonis ingenuitas vnde dignoſcatur. pag. 38. n.135.o
Leonum catuli ſoli vadunt ad prædam. ibidem p.
Leonis caput quare ſymbolum imperij. pag. 38. p.136.q
Leo in abſconditis, ſenſus horum verborum. p.382.n.26. Et iſtorum, *Leo liberauit leonem de ore leonis*.ibid.

Lepra.

Lepra ſputis virulentis comparatur.pag.250.numero 14.z

Leuita.

Leuitarum pœna in gloriam ipſorum conuerſa eſt.p.22.n.75.
Dum ipſi diſperſi ſunt per Palæſtinam.o.76.p.
Quaſi conceſſa illis prærogatiua Apoſtolorum,vt eſſent ſal terræ.ibid.q
Sicuti & quòd eſſent lux mundi.n.77.r

Lex.

Lex in deſerto data, & quare. pag. 142. numero 34.h
Lex vetus in concubinæ violatæ perſona adumbratur.p.13.n.42.q
Lex vetus continebatur 613. præceptis. p. 174. n.111.r
Pœnæ tranſgreſſorum.p.175.n.113.
Lex gratiæ cur dicatur teſtamentum. pag. 604. n.29.r
Cur Legis veteris mentionem faciat propheta, cùm de extremo iudicio agit.p.627.n.19.x

Lex

Lex gratiæ ante circuncifionem, in Abrahamo. p.93.n.303.ſ
Lex ſcripta in fronte geſtabatur,& quare.p.182. n.132.o
Lex contaminationis in Sacerdote ad filiam nuptam non extendebatur, & quare. pag. 166. n.90.e
Lex &ſignis à dextris Dei legem condentis in Sinaï.p.175.n.113.e
Lex redemptionis apud Hebræos, quænam erat. Lege tract.26.p.216.& 217.
Legem condens apud veteres ignem & legem ante ſe portabat.p.175.n.113.f
Legiſlatori quatuor virtutes coniunctiſſimæ. p.136.n.18.& 19 t
Legis vmbraculum virens orto Sole iuſtitiæ exaruit. p.536.n.43.r
Legis ſuæ obſeruatoribus pollicetur Deus de hoſtibus victoriam, illam verò non ſeruantibus oppoſitam ſeruitutem.p.289.n.137.
Legis excuſatio tametſi iuſta appareat, lex magis adimplenda eſt.p.248.n.10.& 11.
Legum & aduocatorum multitudo, inquietudo eſt & commotio iudicij.p.247.n.6.u

Liber, bri.

Liber vitæ quis dicatur.p.622.n.93.f
Librum Ruth eſſe *verba vetera* putant Hebræi. p.145.n.41.m
Libri ſacræ Scripturæ pro titulo habent principium ipſorum.p.257.n.4.

Liberi.

Liberi ſolius Dei donum ſunt, matris vera ornamenta,& familiæ ſempiternitas. p. 253. & 254.per tot.§.a.tract.27.in Roth.
Liberos ſuos non ſibi ſancti adſcribunt, ſed Dei beneficio.p.254.n.26.n

Libertas.

Libertatis ſtudioſum decet receſſum quætere poſt peracta munera.p.532.n.23.

Lingua.

Lingua ſancta dicitur non ſolùm quia myſteria ſancta, ſed quia vniuerſa ſanctè pertractat. p.255.n.33.c
Linguæ ſanctæ honeſtas, quam probarunt in ſermone publico gentilium oratores. p.302. n.175.b,c

Litera.

Litera corpori, ſpiritualis verò ſignificatio animæ comparatur in ſacra Scriptura. p.29. numero 104. u. Vtroque ſenſo ſacri authores vſi ſunt non ſemel in nouo teſtamento.ibid.x
Vide, Senſus literalis.

Locus.

Locus non eſt cauſa malitiæ. pag.70. num. 237. & 238.
Loci nobilitas ad noſtram nobilitatem conducit,ignobilitas contrà.p.141.n.30.n,o
Locus publicus licèt decenter adminiſtretur, indecenter appetitur.p.463.n.8.u
Loca clauorum Chriſti diuinitatem oſtenderunt. p.156.n.70.l
Locorum ſacrorum aſpectu priuari quàm ægrè ferant ſancti.p.160.n.79.a
Loca ſacra viſitare, religionis & nunc opus eſt. p.160.n.80.d
Imo & inſignis amoris indicium.delectari locis Deo gratis.ibid.e
Locorum differentia etiam ad morum diuerſitatem facit.p.69.n.236

Gabr. à Coſta.

Loqui, loquutio.

Loqui ſuper aliquem, Hebraicè eſt ſententiam ferre ſuper eum.p.289 n.138 n
Qui accuratè loquitur,putidè loquitur. p.63 n.210.g
Loquendi gratia ex dentibus.p.58.num.201.d. & p.60.n.206.
Loquutiones diuinæ quomodo diſtinguantur. p.542.n.7.
Loquutio Dei cum prophetis fit tribus modis. p.542.n.7.

Lucere.

Lucere, & non ardere, ſtultum eſt.p.464.numero 10.e

Lucrum.

Lucra noſtra, non aliena putauit Deus. pag. 94. n.305.x

Luctus.

Luctu vero deficiente,fictum damus. p.128.numero 38.t.Vnde hæc conſuetudo.n.39.

Luna.

Lunæ nomen quomodo conueniat Eccleſiæ. p.73.n.243.

Lupus.

Lupus ferox ſtrenuus miles.pag.117.n.371.i

Lutherus.

Lutherus cum nouatoribus hæreticis homines in rebus fidei ad cuiuſcunque peculiare iudicium remittit.p.221.n.92 h
In contrarium eſt dogma fidei adumbratum in Ruth.n.93.i
Lutherus refellitur quoad matrimonia inter omnes cuiuſcunque conditionis & religionis. p.149.n.50.
Lutheri dictum ſtultum.p.31.n.110.l

Lux.

Lux vitam in ſacra pagina ſignificat. pag. 375. num.6.e
Vel etiam felicitatem,& quare.n.7.f

Luxurioſus.

Luxurioſi quare ſimiles ficubus.p.9.n.28.
Euertunt familias.n.29.

M

Magiſter.

Magiſtro & doctore viam iuſti & iniuſti populis demonſtrante nihil maius in bonum, econtra nihil damnoſius in malum Magiſtro & propheta contegente vitia pallio virtutum.Lege §.1. tract.9 p.355 356.& 357.
à Magiſtris ſecundùm deſiderium auditorum loquentibus quid ſperandum? pag. 463. numero 14.r

Magiſtratus.

Magiſtratus omnis non ſibi vtilitatem parit, ſed ſubditis, ſi rectè adminiſtretur. pag 463. num.8
Magiſtratus à iuſtitia potiùs quàm à virtute militari nomen accipiat.p.136.n.18.r

Magdalena.

Magdalenæ quantus amor.p.161.n.81.m
Magdalena Chriſti Domini dulcedine capta, rerum omnium obliuiſcitur.p.61.n.207 g

Magnifici.

Magnificorum nomine quos intelligat propheta cum dixit, *Abſtulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei.* pag.316.& 317.n.226. 227.& 228.

Magnus,a,um.

Magnorum ruinæ, exempla præbere ſoleot ad pœnitentiam.p.519.n.21.a
Sic tamen conſiderandæ,vt eorum imitatione non peccetur.o.21.e
Magna non niſi magnis laboribus comparantur. p.621.n,90.x
Magnum dicitur & certum,quod fit coram Deo. p.515.n.4.l

Maieſtas.

Maieſtas maiori impedimento quàm veſtes laxæ.p.92.n.299.e
Maieſtas diuina non dedignatur diſſimilibus ſignis interdum adumbrari.p.151.n.57.b
Maieſtatis regiæ ſymbolum,eſt leo. p.37.numero 134.g

Maiores.

Maiores Meſſiæ omnes,peregrini.p.141.o.32.ſ
Propter infidelitatem filiorum Selæ tranſlati ſunt ad filios Phares.p.146.n.42 x
Maiores natu ſemper minùs dilecti Deo fuerunt, quàm minores,& quare. pag.13.numero 42.o

Maius menſis.

Maius menſis vnde infeſtus dicatur,fauſtus verò Iunius.p.223.n.3.

Malachias.

Malachias quo tempore vaticinatus.p.540.n.3.d
Materia illius prophetiæ. p.ead.n.4.& p.541. num.5.
Malachias triſtia & oneroſa prædicit. pag. 541. & 542.per tot.§.1.tract.1.
Illius reuelatio ad quos facta fuit. p. 543. per tot.§.2.
Malachiæ genus & nomen, ſeu quiſnam fuerit homo.Lege §.4.p.545.
cur Malachias cum de iudicio extremo,mentionem faciat legis Moſaicæ.p.627.n.19.x

Maledicere,Maledictum.

Maledicere apud Hebræos,verbum fœcundum eſt; & quis ſenſus illius loci, *Maledixit Sanctificationi ſuæ*.p.344.n.39.r
Maledicta plerunque amariùs mordent quàm malefacta.p.396.n.74.o

Malefici.

Maleficorum nomine qui veniant. pag.611. numero 55.

Malogranata.

Malogranata 72. in lacinia veſtis pontificalis quid ſignificabant.p.135.n.14.e

Malignitas, Malitia.

Malignitas magis lædit quàm extrema iniuſtitia, & quare.p.19.n.66.m
Malitia extrema quæ ? pagin. 408. numero 117.z
Malitia extrema ſanè & incurabilis,cui ſacra obtenditur religio.Lege §.4.p.560.
Malitia cælo & hominibus inutilis eſt.pag.477. n.52.r
Ad nullius vſum, niſi ad cibum æterni ignis inſeruit.p.478.n.52.ſ
Malitia ſignificat afflictionem more noſtro. p.526.o.54.f
Malitia grandis Deum nihil minus cogitantem excitat ad vindictam.pag 467. num. 20. r. ſ. t
Malitiæ inſtrumenta vbicunque fuerint, ſemper exiſtent.p.27.n.91.ſ
Malitia magis vnire ſolet quàm natura. pag. 16. num.58.
Malitia nobis, non loco,nec ſyderibus tribuenda.p.70.n.237.

Malum.

Malum cum difficultate credendum, ſed creditum repente poniendum.p.481.n.62.e
Malum inſanabile, conſenſus virium ad peccandum.p.84.n.277.n
Mali vniua finis,gradus eſt futuri.pag.150.numero 52.a
in Mali radice,eiuſdem medicina. pag.562. numero 58.l
Malorum primum remedium ſi reſpiciat Deus illud.p.309.n.198.m
Mala ineuitabilia explicantur in ſacra Scriptura per metaphoram retis expanſi ad capiendos homines.p.314.n.215.h
Mala omnia publica, quæ patimur, pœnæ ſunt peccatorum.p.479.n.58.m
in Malis publicis non ſunt fugiendæ vrbes, ſed ſcelera.p.524.n.44.h
Mala publica ob læſam pietatem. pag. 574. numero 8.n
Mala omnia rebus humanis quotidie ingraueſcunt,& quare.p.284.n.120.
Mala omnia,quæ patitur homo,non niſi propter ſcelera infligi,dogma fidei eſt.pag.289.numero 137.i
Mala imprecari non licet. pagina 6. numero 30.
Mala imprecatio qua ratione poſſit eſſe licita. p.6.n.20.
Mala effugiuntur labore & induſtria. pag. 191. n.13.c
Mala quibuſdam Deo auxiliante vertuntur in bonum, aliis contrà remedia fiunt venena. p.23.n.78.ſ
Mala quæ Deus in Leuitico comminatus eſt Hebrçia vſque ad Babylonicam captiuitatem, adimpleta ſunt : quæ verò in Deuteronomio,ad excidium per Romanos. pag.295. numero 143.u.& x

Malus.

Malus omnis exulat à ſeipſo.p.182.n.132.g
Malus *aropos* à Græcis dictus,& quare.ibidem h. & pag.301. n.172.
Malus homo nec domum habet, nec ciuitatem, nec vllum ſocietatis iua. pag. 672. numero 104.ſ
Mali nulla vera lætitia afficiuntur, quippe ſimiles febri laborantibus.p.320.o.239.
Malorum iniuſtæ querimoniæ contra Deum vnde ortum habeant. pag.402. (non 406.)numero 94.o
Malorum ductores hi facti ſunt, quorum intererat homines auertere ab iniquitate. pag.583. n.35.& 36.
Malorum voionis partus qui ſint.pag.18.numero 62.ſ
Malorum diuiſio, ſaluberrimum conſilium in punienda eorum coniunctione.pag.18.numero 63.u
Mali per ſe valde debiles ſunt,& imbecilles.p.18. n.63.x
Vniti nihil relinquunt intactum.ibid z
Mali viuentes cum mortuis vnum corpus efficiunt, morum ſimilitudine & imitatione impietatis.p.361.n.99.a.x
Mali tolerantur vt boni exerceantur. pag. 555. n.41.l

Malorum vnio maior quàm fratrum. pag. 17. num. 58. f. Quippe qui Diabolo indiſſociabili conoexione copulantur. ibid. g. A qua neque Deus niſi vel arte, vel ſua omnipotentia euadit. ibid. h. Et tandem moritur poſtquam concilium inierunt. ibid. num. 59. i

à Malis vnitis nulla ſpes euadendi niſi diuiſio fiat inter ipſos. pag. 17. num. 59. l

Malorum vnitas diuiùs ſe per collectionem bonis opponit. ibid. m

Mali nec animo nec verbo diſſentiunt in malum. pag. 17. num. 60. n. Quippe qui non amore, ſed malitia copulantur. ibid. o. Dum ſcilicet per ſummam concordiam in perniciem iuſti conſpirant. ibid. p

Malorum tanta connexio in malum, vt exiſtentes cum non exiſtentibus copulentur. pag. 17. n. 61. q

Manaſſes.

Manaſſes idololatra & maleficus. pag. 612. numero 55. q

Mandare.

Mandata quæ ſunt, priùs facienda, quàm quæ ſancta ſunt. p. 142. n. 33. c. d

Manna.

Manna ad cibum & potum ſufficiebat. pag. 98. n. 315. r

Manus.

Manum dare quid ſignificet. p. 442. n. 15. h
Quandoque obedientiam, & ſubiectionem. ibid. i
Quandoque fœderis pactionem, ſeu remedij ſupplicem implorationem ab hoſtibus, quo nihil infelicius. n. 16. & 17. l. m. n

Manum deoſculari quid ſit. p. 51. n. 184. & fol. 55. in princip. In auguratione Regum deoſculanda porrigebatur, & quare. n. 186.

Manus extenſæ in oratione, ſpem accipiendi ſignificant, receptæ verò poſt tergum deſperationem. p. 523. n. 43. e. f

Manus expandentis habitus, eſt vehementer dolentis, & quærentis remedium in extremo periculo impatienter. p. 321. n. 241. a. b

Manus Domini egreſſio contra aliquem, idem atque diuinæ vltionis perſecutio. pag. 172. n. 104. l

Manus extenta, diuina vltio. ibid. n

Manu prædicandum, non lingua tantùm. p. 544. n. 14. a

Manus eſt ſymbolum libertatis. p. 545. n. 14. b

Manus pro vrbe & loco apud Hebræos. pag. 423. n. 21. b

Manus ſiquidem mutilæ egenis, ſed ad ferendum auxilium fortes, & pedes claudi ad currendum ad Dominum veloces. pag. 215. numero 76. r

Manibus eleuatis orandum eſt. pag. 366. numero 111. a

Manuum eleuatio operum puritatem ſignificat. p. 366. n. 111. a
Nec non promptitudinem ad diuina mandata. ibid. b. Vel denique proteſtatur crucis myſterium & remedium. n. 102. e

Mara.

Mara nomen, quare relictum non interpretatum. p. 178. n. 123.

Marcella.

Marcellæ præclara reſponſio ad virum ſenatorium ætate ſenem, cupientem eam in coniugem accipere. p. 223. n. 3.

Marcion.

Marcion hæreticus, Diaboli primogenitus. p. 10. num. 31.

Maritus.

Vide Vxor, Coniux.

Maritus vxorem excedere ſemper debet ſaltem viginti annis: debiles enim partus ſunt ſi vir in iuuenili ætate nubat. p. 223. n. 4. i. l
Contra, in ætate matura, ſtabiles. p. 224. n. 14. m

Marſi.

Marſi, qui dicantur. pag. 62. num. 208. col. 2. in princip.

Martyres.

Martyres cur in morte lætentur. pag. 3. numero 8.

Martyres tyrannorum munera. pag. 600. numero 17. t

Martyrum coronæ vernantes figurantur in Nephthali. p. 103. n. 328.

Maſculum.

Maſculum pro integro & perfecto. pag. 571. numero 94. r

Mater.

Mater plus diligit filios quos nutrit quàm cæteros p. 371. n. 129. c
Ea ſola integrè mater eſt. ibid. d
Vnde merito matris nutrix præfertur. ibid. e
Aluiſſe enim maioris amoris ſignum eſt quàm procreaſſe. n. 130. f

Mater quæ ſibi potiùs quàm ſuis paruulis procurat in extrema fame, obliuiſcitur naturalis charitatis. p. 420. n. 12.

Matres alere ſuos filios & proptiis vberibus nutrire debent, id enim naturale eſt p. 254. r

Matrimonium.

Matrimonium felix, requies mulieris. pag. 223. n. 2. d
Non apparet felix inter ſenem & iuuenem, præclarum exemplum. p. 223. n. 3. e

Matrimonium inter inæquales fieri prohibebatur. ibid. f. Quid de donationibus inter ſenem & vxorem iuuenem. ibid. g

Matrimonij complementum & terminus, proles maſcula. p. 253. n. 25. f
Illius ornamenta, liberi optimi, quos ſolus Deus donare valet. p. 154. n. 25. & 26. i. l

Matrimonium inter fidelem, & infidelem ſemper irritum. p. 585. n. 41. c

Matrimonia inter homines cur longiora. p. 585. n. 41. d. An dirimantur per diſparitatem cultus. p. 586. n. 43. f

Matrimonij leges qui non ſeruat, neque fidem poterit conſeruare diuinam. pag. 587. num. 47. per tot. §. 3.

Matrimonium inter inæquales quamuis videatur incommodum, non parum tamen ad requiem & fructum illius pertinet, quòd vir excedat mulierem in ætate grandæuior. Lege §. 2. tract. 28. pag. 223.

Matrimonium contractum inter religione diſpares, ſit ne licitum & validum. Lege tract. 5. p. 148 & 149. vbi de eo præclara.

In Matrimonio conſummato cum Ruth, conſummata cœli felicitas ſignificatur. p. 155. n. 19. z

Matrimonia apud Hebræos non niſi inter conſanguineos contrahebantur. p. 216. n. 80. e.
Hoc etiam ante legem obſeruabatur. ibid. f.
Quin & inter gentes conſuetum. ibid. g

Matrimonia inter conſanguineos vetita iure canonico. p. 216. n. 80. h

Gabr. à Coſta

LLl 2 *Medicina*

Medicina, Medicus.

Medieinamali ab ipſo malo.p.614.n.69.a
Medicina facilis, cùm nihil inter petitionem & obtentionem intercedit.p.500.n.24.i
Mediei apud veteres ſerui. p.124.n.22.d
Medici illi vnguentarij & ſepulturam curantes dicebantur. n.23.c

Medium.

Medium cuiuſque rei in Scriptura cor appellatur.p.501.n.30. z

Mem.

litera *Mem* quid ſignificet. p.314.n.219. f

Mendaces.

Mendaces dicuntur quibus non reſpondit ſpes ſicut filiis Sela. p. 146. n.42.e

Mens.

Mentis ſpeculum facies. p.272. n.66.u
Mens amplectitur quæ ſenſus percepit vt pulchra.p.470.n.31.z
Mens virilis bonis veris perpetuò adhæreſcit. p.534.n.39.m
cùm Mens conuertitur, deſtruitur quod erat auerſum à Deo.p.518.n.19.q

Menſa.

Menſa pro altari.p.559.n.52.t
Menſas vacuas & ſine reliquiis relinquere, nefas erat apud veteres, & quare. pag.210. num. 61.x,z,a

Merces.

Mercedem mercenarij calumniari quid ſit.p.612. num.56.
Mercedem pietatis in hoc ſæculo exigentes, non recipiunt, & quare.p.619.n.85 f

Meretrix.

ſub Meretricis figura ſemper in Scriptura ſacra figuratur idololatria.p.298.n.164 b
Meretrices & pallacæ in quo differant. pag. 81. n. 267.m
Meretrices & adulteræ quare nominatæ in genealogia Chriſti.p.9. n.29.
Meretricum dona prophana. ibid.
Meretricem Deam cur non auſi ſunt facere Romani, ſed eius loco fecerunt leæam. ibid.
Meretricis loco poſuerunt Athenienſes leænam inter ſuos deos.ibid.

Meſſias.

Meſſias rex quo pacto extincta familia Dauidis ex eadem naſci potuerit; & quo etiam pacto ſederit in ſolio Dauidis, & regnauerit in domo Iacob. Lege tract.8. p.47.48. & ſeq.
Meſſiæ Regis aduentus quibus verbis figuratus. p.40.n.143.a
Meſſias quaodiu non venit, fulcrum erat gentis Hebrææ.ibid.b. Tres de eius aduentu promiſſiones.n.144.c,d,e,f.
Meſſias flos in ſceptro Iudæ.p.41.n.146. Plura & egregia de illo flore. ibid. n.147.
Meſſias rectè dictus eſt oſculatio populorum, ſiue expectatio. p.52.n.184.l. In eo ſperantes non ſunt confuſi. ibid. m
Meſſias qualiter ſpiritus oris noſtri, cuius vmbra, fides Incarnationis.p.434 n.81.a,b
Meſſiam opulentum & fortem futurum docet Iſaias.pag.121.n.94.p. Fortem dixit Pſalmiſta.ibid. q
Meſſias Dominus filius Phares appellatur. *vide* tract.38 in Ruth.p.255.256.
Meſſias rex à Deo miſſus vtranque habet naturam, & diuinam & humanam. pag. 50. numero 179.
Meſſias ſeruator ſummum bonum & maximum erat remedinm totius orbis. pag.53. n.187. z. Illius tam proprium eſt ſaluare quàm lucis illuminare.ibid.a
Meſſiæ ſeruatori promiſſum remedium de monte Sion mittendum in vniuerſum orbem, & quare.p.322.n.244.
Meſſiæ ſeruatoris nomen ſacratiſſimum inter alia eſt illud, quo eum appellat Iacob *Donec veniet, qui mittendus eſt*. p.49.n.177.
Meſſiæ multi exiſtimati, & qui pag. 43. numero 154. m, n

Meſſis.

Meſſis in Palæſtina & Hiſpania quando fiat.pag. 181.n.129.& 130.

Miles, Militia.

Militem inermem eſſe ſub duce armato dedecet. p.94.n.305.b
Militis Chriſti forma.p.91.n.297.h
Milites ſpontanei eſſe debent. pag. 169. numero 100. h
Militum duo genera ſunt, ordinarij alij, alij ſubſidiarij. Multa de illis præclara. p.317. n. 230. per totum.
Militaris virtus omnem Rempublicam & pacem tuetur.p.136.n.18. pendet de cingulo iuſtitiæ. p.137.n.19. z
Militia ſpiritualis periculoſior. p.91.n.298. m. & quare. p.92.n.298.n
Militiam non præſtabit qui non reliquerit omnia. Lege §.1. tract.27.p.90.n.296.

Miniſter.

Miniſtri diuinæ voluntatis quid curare debeant. p.530. n.18. r
Miniſtrorum incuria fit plerunque vt authoritas ſuperioris malè audiat.p.531.n.19. u
Miniſtros ad ſalutem animarum procurandam quàm celeres vult Deus.p.465.n.25. f
Miniſter Dei deuolat ad inſtar fulguris coruſcantis.p.465.n.25.z. In obedientiæ veræ forma præſcribitur. ibid. a

Miraculum.

Miraculum Chriſti eſt, non moueri iniuriis. Egreginm exemplum. p.396.n.750.
Miracula apud Iudæos poſt mortem Chriſti eſſe deſierunt.p.342.n.32.f
Miracula duo continua apud Iudæos quando ceſſarunt. p.342.n.33. g

Miſer.

Miſeri nihil aliud in votis habent, niſi priſtinam fælicitatem.p.457.n.72. & 73.per tot.§.4.
Miſeros & ſuauiter excipere, & fortiter defendere, officium eſt viri optimi. pag. 199. numero 31. a
Miſerorum preces mancas & debiles falsò putarunt veteres. p.215.n.76. f

Miſeratio.

Miſeratio diuina nunquam nos deſerit, niſi vltro priùs deſeratur à nobis.p.511.n.73.
Miſerationis humanæ forma Deo placet. p.529. n.12. e

Miſeria.

Miſeria hominis poſt peccatum & remedium à principio.p.552.n.33.& 34.per tot.§.5.

Miſeria extrema hominis vertit ad Deum.p.162. n.82.u,&a
Miſeria hoc diuinum habet, quod Deum præſentiſſimum nobis reddit. pag. 162. numero 82.c
Miſeriæ leniuntur quiete, perturbatione augentur.p.385.n.40. z
Miſeria nulla maior eâ, in qua nec Sacerdotes potuerint habere alimenta. p.325. n.255.d,e. Nec etiam ſenes.n.256.
Miſeriæ extremæ quàm dura conditio, cùm ſuam interdiu non datur lamentari miſeriam iis qui patiuntur. p.273.§.2.tract.3. in Threnos.
Miſeria extrema eſt, nulli miſerabilem eſſe.p.274. n. 73.n

Miſericordia.

Miſericordia vera non iudicat, ſed afficit.p.274. n.73.o
Miſericordiæ nomine quodcunque beneficium in miſeros collatum venit intelligendum.pag. 164. n.87. e
Miſericordiam ex debito inuenient miſericordes. ibid.f. Hi enim participes fiunt coronarum quas miſeri fortiter ferendo conſequuntur. ibid. h
Miſericordiæ non modò eſt in mortuos cura ſepulturæ, ſed memoria poſt obitum. p. 164. & 165. n.88.
Miſericordia diuina interdum ipſis hominum delictis vtitur in eorum ſalutem & vtilitatem. p.493. n.105.
Miſericordia Dei per antonomaſiam magna dicitur in Scriptura.p.389.n.51.m
Miſericordiæ diuinæ celeritas commendatur in dictione, *diluculo*. p.390. n.54. & 55.r
Miſericordia diuina quinque nominibus deſcribitur eleganter. pag. 528. num. 4. 5. & ſeqq.
Miſericordia diuina per Chriſtum in terra Zabulon primò refulſit, & quare. pag. 70.num. 236. n
Miſericordia diuina maturat in remedium hominum, iuſtitia autem diuina in eorundem pœnam lentè procedit. p.289.n.137.
Miſericordia, Dei opulentia & diuitiæ. pag. 519. num. 10.
Miſericordiam Dei vltro relinquunt qui ad vana confugiunt. pag. 511. num. 73. p, & quare, ibid.q
Miſericordiam Dei derelinquunt, qui cuſtodiunt vanitates fruſtra. p.510.n.67. & 68. & p.511. num. 72.
Miſericordia orta ex Booz & Ruth & quomodo.p.196.n.25.p
Miſericordiæ ſciſſuræ quando factæ in corpore Chriſti.p.24.n.85.d
per Miſericordiam in fratres approximant homines ad Deum. p.554.n.38. l
Miſericordiam conſequutus, ſua ſentiat mala. pag. 182 num.133.q. Ideo è regione paradiſi poſitus fuit Adamus. pag. 183. num.133. ſ
Miſericordia ab Hebræis tranſlata ad gentes.pag. 276.n.83.m
Miſericordiam qui quærit, iuſtitiæ ſatisfaciat. p.365.n.107.p
Miſericordia in re, & iuſtitia Dei in aſpectu. pag.605. n.35.f. Sic in Chriſto iuuentæ ſunt. n. 36. g
Gabr. à Coſta.

Miſericors.

Miſericors nomen diuinum eſt p.528.n.6 o

Miſſio.

Miſſio quotuplex eſt D.Thoma. pag 49.n.178.a. Quid æterna filij Dei miſſio; Quid item temporalis eiuſdem. ibid.b.c

Metus.

in Metu calor & ſanguis ad ima contrahuntur,& cur.p.235.n.32.u

Moab, Moabita.

Moab quæ regio.p.142.n.35.
Moabita Deos ſuos contemnit, cum Iſraël deſiderat alienos.p.184 n.137.f
Moabitæ occiſi quia irridebant captiuos Hebræos p.143.n.35.p
Moabitidas accipere, lege prohibitum Hebræis, & quare.p.148.n.48.g

Modeſtia.

Modeſtia in omnibus ſeruanda pag.209. numero 58.i

Modius.

Modius quarta pars fangæ apud Hiſpanos p.212. n.68.n
Modiorum ſex menſura, quid ſignificet. p.240. n.43.& 44.

Modus.

Modus, quo Deus Sanctos iuuat in periculis. p.421.n.126.i

Mons.

Mons Sion ſpeculationem mentis ſignificat. p.287.n.131.f
Mons Sion pars ſuperior Ieruſalem, & mons Moria ab eodem quaſi partus quidam excreſcit.p.284.n.118.l
Biceps eſt, continens & Regum ſedes & templum Salomonis, & arcem munitiſſimam in cacumine.ibid.n.o
Mons Sion ſanctus per antonomaſiam. pag 454. n.61.q. Gibbolus dicitur, quia biceps.ibid.r
Montium extrema ſunt maris fundamenta. p.506.n.49.z

Monſtrum.

Monſtra in mari maiora quàm in terra, & quare.p.495.n.6.

Mora.

Mora ſanat quod ratio nequit.p.345.n.44.

Mordere.

Mordere vngulas equi quid ſignificet. pag. 84. n.276.

Mori, Mors.

Mori etiam omnia in morte ſui Conditoris voluerunt.p.248.n.46.c
Morituri ornamenta deponebant, vel in ſignum mœſtitiæ, aut in ſpem reſurrectionis. p. 125. n.25.i.l.m
Mortuorum nunquam obliuiſci, grandis eſt miſericordiæ.p.165.n.88.i
Quod maximè laudatur in vidua adoleſcente, Noëmi ſcilicet & Caronis filia.ibid.l
Mortuorum non obliuiſci, Dei proprium.p.165. n.88.n.& p
Mors amara quare dicatur. pag. 378. numero 115.m
Mors quid ſit ſecundùm philoſophos. pag.529. num.13.
Mortem appetere, extrema doloris amplificatio eſt.p.529.n.13.f
Illam non licet optare, niſi Deo ita viſum ſit. pag.530.n.14.g. Non enim exire licet niſi de

eius licentia.ibid.h
Mors plerumque beneficium. pag.530. numero 14.i
Mors data Adamo, ne malum eſſet immortale. p.530.n.15.l
Mors in ſacra Scriptura nomine tenebrarum ſignificatur.p.375.n.6.
Mors ſanctorum ſpontanea.p.2.n.3.
Mortis optima conſolatio anteactæ vitæ ſinceritas,& bene mori eſt libenter mori. p.3. n.4.
Mors occupat ſenes inſtar ſomni.p.3.n.7. Violenter rapit adoleſcentes. ibid.
Mortem iuſtorum Cæſar exoptabat.ibid.
Mors iuſti miraculis plena. p.118.n.t.a
Mors donatio quietis. ibid. b
Mors tunc honeſta cùm maximè iuuat viuere. ibid. c
cur prope Mortem viri ſapientes nihil niſi plenum ſententiarum grauitate dicere ſoleant. p.4. n.13.
Mors de quibus meliùs merita. pag. 422. num. 18. f
de Morte repentina placitum Gentilium corripitur. n.19. r
Mortis iuſtorum à morte impiorum differentia vnde ſumenda. ibid. u
Mortis aſſidua meditatio, vnicum remedium ad munditiem animæ.p.304. n.182.
Mortis memoria quàm proſit componendis moribus. p.123.n.16.a. Eſt munere nuptiali gratior.ibid.f. Neque importuna connuuio.ibid.t. Non gratis, ſed omni pretio comparanda. ibid.u
Mortem inter & vitam quanta ſit identitas. pag. 123.n.16.t
Mortis propriæ recordatio non minus valet quàm Paſſionis Chriſti repræſentatio ad virtutem conſeruandam & amplificandam. pag. 498.n.17.n
Mortis meditatio perfecta philoſophia eſt.ibid.o Bella ſimilitudo ad eam aſſiduò retinendam. n.18. q
Mortis expectatio ſola totum hominem componit. ibid. t

Mos.

Mores hominum & plantarum ad regionis habitum reſpondent. pag. 481. num. 64. m. In eoſdem influit natale ſolum ſicut patena in filios. pag. 482. num. 64. n. Adeo vt miraculum ſit inter idololattas iuſtum inueniri. ibid. o
Moribus bonis quantum noceat aut proſit habitationis locus p.69.n.136.

Motus.

Motus capitis quandoque in bonum,quandoque in malum fit.p.359.n.91.e. Illius diuerſitas & ſignificatio.ib id.f

Moyſes.

Moyſis cathedra non poterat à fide deuiare. pag. 581. num. 17.n. Certior hæc prærogatiua in Sacerdote Chriſti quàm in lege veteri. num. 18. o
Moyſis mors, & ſepultura ſpeciem pœnæ habuit.p.148.n.47.e
Moyſem occidere voluit Angelus, & cur? p. 91. n.297.g

Muliebre ingenium, Mulier, vide fæmina.

Muliebre ingenium inconſtans in rebus fidei, & ſuperſtitionibus deditum.p.168.n.98.
Muliebre ingenium ad commiſerationem aptum cum pulchritudinem in fœmina videtis deformatam. p 178.n.122.r
Muliebre ingenium ſuapte natura effuſum in lachrymas.p.168.n.96.h. & clamoſum. n.97.n
Mulieres quantum viribus infirmæ, tantum lachrymis fortes.pag.168.n.96.i. Clamoſæ ferè ſemper earum lachrymæ.n.97. n
Mulieris procreatio æqualitatem & conſortium cum marito arguit.p.81.n.166.g
Mulieris requies, felix matrimonium, in ſenſu vulgi.p.223.n.1.d
Mulier idololatra & poëſis, compendioſa via ad idolatriam.p.588.n.50.
Mulier virtutis, id eſt, virtute prædita. Hebraiſmus.p.237.n.37.t
Mulieris forma latere debet omnes, ſed non bona fama, cuius nec minima mulieri ferenda eſt iactura.p.237.n.37.per tot.§.2.
Mulier tandiu in honore eſt,quandiu exiſtimatur pudica.p.300.n.169.n
Mulieris adulteræ ea eſt iuſta pœna vt reueletur ignominia eius.p.300.n.169.p
Mulier fœlix quæ pulchra habetur.pag.178.numero 122.f
Mulieres aurei ſæculi in oculis pupillas retinebant.p.201.n.35.t
in Muliere honeſta nihil decentius quàm demiſſo vultu loqui,cùm & mortua in mari prona iaceat propter verecundiam. pag. 201. numero 35.x
Mulieris animus natura ſua virtutem ſimulat. p.169.n.98.r
Mulier cùm mala,tunc bona.ibid.l
Mulier vaga & impudica,idem eſt. pag. 107.numero 344.
Mulier in ortu & in reſurrectione Chriſti prima ſenſit gratiam, & quare.pag.199. numero 31.d
Mulierem decet maximè ſilentium & verecundia.p.200.n.33.e
Mulieri eſt dedecori non lactare filium quem intra viſcera proprio ſanguine aluit.pag.254. n.28.u
Mulieris laus in eo poſita quòd domi ſe contineat.p.188.n.7.
Mulier eſt verecunda quando reuelatur turpitudo illius.p.300.n.170.
ad Mulieris honeſtatem pertinet inter mulieres reperiri.p.198.n.29.o
vnde Mulieribus locus ad orationem in templo ſeparatus.p.198.n.29.q. Sic factum in templis primitiuæ Eccleſiæ. ibid. t. Sic quoque Booz ſeparauit Ruth à viris. ibid. ſ. Et eandem adiunxit puellis.p.199.n.30.t
Mulieri honeſtæ nihil iniurioſius, quàm quiuis viri contactus.p.199.n.31.b
Illi vt infirmiori honor potior & maior cura debetur.ibid.c
Mulieres in excidio Chaldaico comederunt filios ſuos. p.368.num.119.f. Hoc olim in lege Deus comminatus fuerat.ibid.g
Mulieres cùm ſint ornatus auidiſſimæ, non poteſt non eſſe euerſionis ſignum quòd ſqualidæ appareant.p.286.n.126 g

Mundus.

Mundus muliebris. Lege tractat. 29. in Ruth. p.224.225.& ſeqq.
Mundi fabrica nobis Apellis tabula. pag. 565. n.73.

Mundi

Mundi aſpectus quàm periculoſus. p. 470. n. 31. per tot.

Mundana occupatio impedit donum prophetiæ. p. 5. n. 14.

Munitiones.

Munitiones omnes filiæ Iudæ omnino deſtructæ ſunt, dum poſt necem Chriſti Domini perdidit omnino Synagoga miraculorum dona & prophetiam. p. 342. n. 32. per tot. §. 2.

Munus, Munia.

Munus quodcunque, onus nobis potiùs quàm gloria. p. 542. n. 9. n

ad Munia publica in principio naſcentis Eccleſiæ non niſi per reuelationem Dei accedebatur. p. 463. n. 8. x

Murus.

Murus perfoſſus corpus Chriſti clauis & lancea perforatum clarè explicat p. 24. n. 84. Sed dum per ſummam crudelitatem perforatus eſt murus totius diuinitatis, in corpore Chriſti factæ ſunt ſciſſuræ miſericordiæ. ibid. n. 85. d

Muſica.

Muſica Reipublicæ neceſſaria. pag. 450. n. 44. l. Quam tamen Spartani non niſi de re ſeria admittebant. ibid. m. Eſt ſymbolum felicitatis & tranquillitatis in Republica. ibid. n

Muſica bonis moribus accommodata. pag. 345. n. 41. x

Myrrha.

Myrrha, ſymbolum mortis. p. 304. n. 182. z

Myrrha probatiſſima quæ. p. 94. n. 305. c

Myſteria.

Myſteria noſtræ ſalutis cur abſconditè contineantur in ſacra pagina. p. 31. n. 110. & ſeqq.

N

Nabuchodonozor.

NAbuchodonozor & Titus viſi duo fuerunt Hebræis. p. 382. n. 25. Ille ſæpius leo in Scriptura vocatur propter inſignem eius crudelitatem. p. 382. n. 25. & 26. p, q

Natiuitas.

Natiuitates cuſtodire fruſtra, qui dicantur. p. 530. n. 67. 68. & ſeqq. & p. 511. n. 72. allegoricè.

Natu minor.

Natu minores cur magis dilecti Deo ſemper fuerint quàm maiores. p. 13. n. 42. o

Natura.

Natura appropinquante morte fit ditior. pag. 331. n. 278.

Naturæ ſæua merces. p. 552. n. 33. e. Veluti iugulandum emittit hominem. ibid. f

Natura cur plures fratres dedit. p. 451. n. 88. p

Natura fit ſempiterna per prolem maſculam. p. 253. n. 25. g

Natura non diſſidij cauſa, ſed mutui auxilij, duplicat membra corporis. p. 435. n. 88. q

Naturæ legem non reuerentibus quæ pœna impoſita. p. 250. n. 15. e

Naturæ arcana à veteribus philoſophis abſcondita figuris, & quare. p. 31. n. 113. p

Naulum.

Naulum pretium eſt pro vectura nauis. pag. 472. n. 36. q. Quod ſoluit Ionas. ibid. r

Nauta.

Nautæ triplici de cauſa ſortibus vtuntur ad inquirendum noxium propter ortam tempeſtatem. pag. 480. num. 58. & 59. p, q. r. Exemplum recti iudicij ab eis petendum. pag. 481. n. 62. g

Nautæ ſolas tantùm manus exhibent diuinæ voluntati, mitiores in vmbram quàm fuerint populares in Chriſtum Dominum. p. 491. n. 95. f, g. Eorundem humanitas in ſupremo funere Ionæ conſpicitur. p. ead n. 97. i. Timent pio timore Deum. p. 492. n. 100. ſ. Sacrificant ei. n. 102.

Nautarum admirabilis humanitas in Ionam. pag. 487. num. 81. m. A quo remedium tempeſtatis ſperant. n. 82. p

Nautarum clementiam commendat Ionas, qui potius eligebant puniri quàm perdere. p. 489. n. 89. h, i. Et in ſummo periculo verebantur prophetam tangere. ibid. l

Nautæ iuſtè timent, & redire conantur eò vnde venerant. p. 490. n. 92. r. Quo ſenſu dicant Ionam iuſtum & innocentem. p. 491. n. 84. e

Nautæ iuſtè metuunt ne cum transfuga Iona intereant, quippe ſe peccatores agnoſcunt & idololatras. p. 485. & 486. n. 76. a, b

Nazareth, Nazaræus.

Nazareth contumelia verſa in confirmationem veri Meſſiæ. p. 71. n. 238.

in Nazareth peragendam fore Verbi incarnationem, non latuit Patriarcham Iacob. pag. 72. n. 240. b

Nazaræus, Hebraicè idem quod *electus*, ſeu *ſeparatus*. p. 114. n. 361. p

Nazaræi candidiores niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores. accurata huius loci expoſitio. p. 423. & 424. per tot. §. 1.

Neceſſitas.

Neceſſitas quàm dura quæ cogit ad hoſtes ire. p. 142. n. 34. f

in Neceſſitate extrema, quamuis nulla ſit alia prærogatiua meritorum, ea ſola eſt efficax ad benedicendum. *Lege* §. 2. tract. 25. pag. 214. & 215.

Neceſſitatis vim oſtendit temporis importunitas. p. 243. n. 35. o

Negotium.

Negotium nocturnum ſemper aut impudicum aut ſceleratum. p. 225. n. 7. x

Nephthalim.

Nephthalim ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis. Quæ ſit vera huius prophetiæ ſignificatio. p. 100. 101. n. 322. & 323. Quàm certa fuerit vbertas ſortis illius. p. 101. n. 324. & 325. Allegoria prædictæ prophetiæ ad Chriſtum. p. 102. n. 326. & 327. Altera allegoria ex vernantibus martyrum coronis. ibid. n. 328.

Nephthalim ſextus filius Iacob ex Bala ancilla, ſi generationis ordo ſpectetur; & plura de eodem literaliter. p. 103. n. 329. & 330.

Nephthali terra ſuperat omnes alias orbis partes in maturãdis celeriter fructibus. p. 181. n. 130. c

Nigredo.

Nigredo in Scriptura magnam calamitatem oſtendit. p. 425. n. 33. z

Niniue, Niniuita.

Niniue amplitudo, longitudo, & latitudo. p. 515. n. 3. per tot. §. 2. Illius euerſioni nullum Deus præfixit terminum, & quare. p. 517. n. 16. & 17.

Niniue origo declaratur, ad quam veluti mundi figuram in Iona Filius Dei deſcendit. pag. 465. n. 16. per tot. §. 4.

Ninioe per pœnitentiam euerſa verè,& erecta in bono.p.518.n.19.

Niniue euertendæ prædictio, figura euerſionis Ieroſolymæ.p.526.n.55.g

Niniuitarum exemplo ſupplicium prædicitur & remedium demonſtratur. p.526.n.55.h

Niniuitarum pœnitentiæ principium fuit fides. p.519. n.23.e. Cauſæ cur tam facile crediderint Ionæ prædicanti. p.520. n.24. Prædicauit ieiunium inſtante ruina. p.520. n.26. & ſeqq. Rex eorum ſub quo hæc contigerunt, ignoratur, ſapiens tamen Rex fuit qui pro ſalute populi ſe magis fatetur peccatorem quàm Regem. p.521. n.33.a,b. Vtque tota ciuitas ieiunaret,ſibi famem indixit prior. ibid c

Niniuitarum omnium ad pœnitentiam promptitudo talis fuit, vt Rex populum, & populus Regem præuenerit.p.522.n.35.& 36. Cur animalibus indixerunt ieiunium. p.522.n.37. 38. 39. 40. & 41.

Niniuitarum ciuitas non euerſa eſt propter tot infantium & brutorum animantium innocentiam, in qua reddita eſt aptiſſima miſericordiæ diuinæ cauſa.p.538.n.54.f

Nobilis, Nobilitas.

Nobilis diuitis & nobilis pauperis differentia. p.187.n.6.

Nobilem maximè dedecet fraus. pag. 19. numero 65.h

Nobilium eſt maximè ſacrificare, quippe quibus commiſſa eſt rerum diuinarum cura.pag.541. num. 5. f

Nobilium Chriſti nutrimentum.p.354.n.77 m

Nobilitas quid ſit & in quo conſiſtat. pag. 440. n.8.& 9

Nobilitas vera non à patre ſolùm, ſed à matre etiam.p.81.n.265.e

Nobilitas loci facit ad noſtram nobilitatem.pag. 141. num.30.n. Ignobilitas è contra officit. ibid. o

Nobilitas innata maior quàm quæſita. pag. 38. n.135.l

Nobilitas vera quid ſit. ibid. m

Nobilitas quæ ſine virtute eſt, corruptio potiùs nobilitatis dicenda. p.38.n.135.n

Nobilitatem commendant auitæ diuitiæ. p.187. n.4.& 5.

Nobilitas mundi diuitiæ inueteratæ. pag. 620. n.90. ſ

Nobilitas generis in leone,& quàm neceſſaria ad regiam dignitatem.p.37.n.135. h, i

Nobilitatis Chriſtianæ ſtigma, patientia eſt à Chriſto deriuata.p.398.n.82.i

Noe.

Noe quare dicatur inueniſſe gratiam coram Domino, nullo eius adhuc claro opere extante. p.207.n.50.l

Noemi.

in Noemi & duobus liberis Eccleſiæ Chriſti primordia myſticè adumbrantur.p.154.n.66. & p.155. n.67. & 68.

Noemi quale nomen,& quid ſignificet. pag.155. n.66. o

Noemi peregrinam ad reditum accendit patriæ amor.p.159. n.78.q

Noemi reditus ad patriam conuerſionem animæ ad Deum adumbrat. pag. 162. num. 82. & 83.

Noemi 16. Martij ingreſſa eſt Bethlehem quando primùm hordea metebantur.p.181.n.129.a

Noemi viduatio orbata filiis & marito figuram gerit Eccleſiæ ex Hebræis collectæ poſt mortem Chriſti.p.183.n.136. per tot.

Noemi diſcedens nurus ſuas oſculata eſt.p.167. n.92. q. Animum earum explorat. pag. 169. n.98. x

Noemi ad mulieres Bethlehemiticas pulchra correctio.p.178.n.122.z. Noluit dici pulchra, quia infelix.ibid.ſ

Noemi ter dixit nuribus, *reuertimini*, iuxta morem Hebræorum in recipiendis proſelytis, quos ter à ſacris arcebant, quartò perſeuerantes recipiebant ad fidem. pag. 169. n.99. z, a. Fidem illis ſuaſit, non imperauit. ibidem f

Noemi prudenter oſtendit vanam ex ſe ſecundi matrimonij ſpem, ſi forte hæc nurorum animos ad ſequendam ſocrum inuitare poſſet. p.170.n.101. per tot.§.3.

Noemi perſuadet nuribus ne miſeram ſequantur, quam Dominus inſequitur perſequendo. p.172. n.104.m. Diſſimulatam Orphæ fidem prudenter aperit. pag.173. n. 105. z. Eiuſdem præceptum in Orpha auertenda, de non offerenda mercede proſtibuli. ibid. n.106. b

Noemi media pro conciliando matrimonio Booz parum pudica videntur. p.224.num.5.p. Non peccauit tamen præcipiendo, nec Ruth obediendo. pag.ead. n.6. q,r,ſ. Carpuntur tamen. num.7.

Nomen.

Nominis impoſitio ſummè apud veteres obſeruata.p.65.n.216.e

Nominis imponendi ratio duplex. ibid. f

Nominis impoſitio ab aliquo euentu, pulchra. p.543.n.12. r

Nomen pro re ipſa.p.622.n 94. g

Nomen pro gloria & maieſtate. p.560.n.55.

Nomina propria transferenda non ſunt, ſed ad ſummum interpretatione decoranda. p. 145. n.41.n

Nomina eorum in ſacris literis traduntur, quibus Deus vſus eſt ad aliquod magnum opus. p.144 n.39. d

Nothus.

Nothos inter & bene genitos ſemper malè conuenit. p.143.n.35.n

Nouum.

Nouum apud Hebræos quid ſignificet, & quis ſenſus illius loci, Noui diluculo: multa eſt fides tua.p.390.n.52.& 53. n, o,p

Nox

Noctis caligo horribilis, & ad mala accommodata eſt. p.235. n.32. z

Nox pro extrema calamitate. pag.273.n.71. f. & pro luctu duplici emphaticè. n.72.l

Nox, ſiue nocturnum tempus importunum eſt pudori. pag.224. n.5. p, & n.6. per tot. §.1. & p.226.n.11.h

Nox pallium impudicitiæ, maximè poſt cœnam lautam. p.233. n.28.o

Nubere.

Nubentes illicitè, immaturè & improles decedunt.pag.149.n.49.l. Contrà in legitimè nubentibus. ibid. m

Nubentium velamen,ſiue nuptiale pallium. *vide* tract.33.in Ruth. p.240.& 241.

Nubes.

Nube lucida ſingulari Dei munere protegebatur olim gens Hebræa, nunc ſub horrido & procelloſo

celloſo turbine conſtituta Dei iracundiā ſuámque vider ante oculos ruinam. *Vide* tract. 1. Cap. 2. §. 1. p. 334.

Numerus.

Numerus denarius ſignificat longiſſimum tempus. p.552.n.59.g

Numerus duodeoarius ſemper ſacratiſſimus in Sctiptura.p.540.n.2.

Numerum 40. dierum ſacratiſſimum fecit ad pœnitentiam Chriſti Domini ieiuniom, in quo & cæli patent adſ indulgentiam, & peccara omnino ſepeliuntur. pag.517. num. 14. & nos.15. d, e, f, g

Nun.

litera *Nun* perpetuitatem ſignificat, & magis conuenit captiuitati Hebræorum per Roma- p.316.n.225. n,o

Nuptia

de Nuptiis fœminarum eelebrandis in domo materna declaratur veterum conſuetudo.pag. 163.n.84.ad finem vſque.

Nurus.

duæ Nutus Noemi ub morum probitatem ab ipſa diuelii noo poterant.p.161.n.81.l

Nurunm & Noemi diſceſſus & ſeparatio, dato oſcuio. p.166.167.o.92.& 93.

Nurum inter & ſocrum rara concordia.pag.167. n.94.a

Nutrix.

Nutria merito matris præfertur. p.371. n.129.e. Aluiſſe enim maiotis amotis ſignum eſt,quàm procreaſſe.n.130. f

O

Obed.

OBed *pectore candidum*, id eſt, ingenuè ſimplicem ſignificat. p.254.n.27.p

Obed, aliter *ſeruiens* dicitur, quaſi baculus ſenectutis Noemi. ibid. ſ

Obedientia.

Obedientia omnium in ſe virtutum coronas non habens habet. p.189.n.10. per tot.

Obedientia eirenlaris, id eſt, flectens ſe in orbem virtutum in nullo offendit. pag. 190. n. 10. l

Obedientia ſola monilibus comparatot, qnia licet cotonas non habere videatur, habet. ibid. m. Loquitur omnium virtutum triumphos, vnaquæque virtus ſuam tantùm victoriam. ibid. n,o

qui Obedientiam exhibuit,ſatis ſacrificium præſtitit.p.190.n.10.p

lo Obedientia poſita erat tota Paradiſi fælicitas. ibid. q

Obedientia in Chriſto longior,qoàm vita.ibid.r. Ao perfecta fuerit in Ruth. n. 11. ſ

Obedientia perfecta diminuitur, ſi obiectum eius ſit maximè voluntati proportionatum. ibid.t

Obedientia reddit promptam voluntatem ad id quod eſt voluntati repugnans. pag. 190. n.11. u

Obedientiæ adiungenda diligentia. p. 190. o. 12.

Obedientiæ veræ forma. p.465.n.15.a

ſine Obedientia, nulla victoria.p.600.n.15.p

Obedientiam præferre neceſſitati, iuſti laus eſt. p.189.n.9.per tot.§.3.

Oblatio.

Oblatio nulla apud veteres pro ſalute ſine libatione. pag.512.n 74.ſ. In typuui Euchariſtiæ. n. 75. u

Obliuio.

Obliuio & abundantia gemelli fratres. pag.412. n.127.o

Obſcœnum.

Obſcœnum eſſe poteſt, dicere quod facere aliquando turpe non eſt.p.235.o.33.d

Obuolutio.

Obuolotio quinta cadaueris cæremonia. p. 125. n. 28. t

Occaſio.

vbi Occaſio admonet, virtus eſt deſpicere.p.217. n. 82. p

Occaſio licet parua veoetanda eſt. Ereiuſdem deſcriptio. ibid.q,r. Eaemplo Ruth. ibid. ſ

Occidere.

Occidete ſeipſum, quare ſit homicidium.p.447. o.32.l

Oculus.

Oculns literā *Ain* ſignificator. p.320.n.240.h

Oculi Eccleſiæ duo, tanquam perennes duo lachtymarum fonies.p.320 n.240. *Vide* locum Plinij. p.319.n.236. vbi dicit animum in oculis inhabitare.

Oculorum color melior.p.424.n.18.n

Oculi ex lachrymis compoſiti videntur. p. 551. n.62.d

Oculi & facies repræſeotant aoimam præſertim fæminæ. p.272.n.65.& 66. r. u

in Oculia maiora animi indicia viſuntor. p. 201. n.35.p, & quare. ibid. q

Oculi pulchriores vino,quid demonſtrent bæc verba. *Vide* tract. 12.p.58. & 59.

Oculi tui ſicut piſcinæ Heſebon, clara borum verborum expoſitio. p.320. n.240.

Oculorum plagæ præſentiſſimum remedium ad curanda vuloera animæ.p.277.n.90.e

Oculis placere & inuenire gratiam ante oculos, idem eſt. p.201.n.35.o

Ocnlis placere idem atque animæ in illis ſedem habenti.p.201.n.5.ſ

in Oculis tetinere pupillas ſolebant mulieres,in aureo ſæculo. ibid. t

Oculi in ſuo officio continendi.p.406.n.109.e

Oculus vagus, vehemens animi proditor. ibid. f

Oculi bellum etiam abſente materiâ pungit.pag. 407.n.109.g

Oculi turpes honeſtam faciem deturpant, ſicut è contra pulchri ſufficiunt ad venoſtatem. p.58.n.101.e

Oculi malorum incentiua, ſalutis inſtrumenta fiant. p.489 n.91.p

Oculos mortuotum componendi mos apud veteres præſertim Hebræos.p.124.o.21.a

Odium.

Odium ioter fratres nefaodum. p.436.n.88.

Odium ea ira inueterata naſcitur.p.20.n.70.a

Odium in poſteros deriuatum quàm pernicioſum, maximè inter conſanguineos. pag. 435. n.88. n

Odium ſimilitudinibus feratum eaprimitur. pag. 360.n. 96. p. Quippe quod non oiſi ſanguine ſatiatur. ibid. q

Officium.

Officij faciendi ratio duplex. pag. 556. numero 44. a

Officij

Officij ratio quælibet, onus potiùs quàm gloria. p.542.n.9.
Officium non præſtabit qui non reliquerit omnia.p.9n.n.296.per tot.§.1.

Onus.

Onus apud Hebræos quid ſignificet. p.541.n6.
Onus verbi Dei ſignificat triſtem prophetiam. p.542.n.9.m

Opes.

Opes fugæ impedimenta. p.573.n.4.f
Opes magnos reddunt habentes ex vulgi opinione, imò & ſecundùm pleroſque antiquorum.p.187.n.4.c,d. Temperatur hæc opinio. ibid.e

Opus.

Opus, cuius principium à Deo eſt, neceſſariò ad exitum perducitur. p.241. n.47.f. & quare. ibid. g
Opera ſcelerata ſæpe in repræſentatione, diuina ſunt.p.151. n.57.t
Opera miſericordiæ & pietatis neceſſaria in principio conuerſionis. p.397.n.115.g

Optimus.

Optimus ab impio vel ſola verecundia diſtinguitur.p.234.n.31.t

Oraculum.

Oraculum, Si mortuis concolor eſſes, vnde deductum.p.129. n.41.

Orare, Oratio.

Orare Deum in omni loco ſemper liberum fuit. pag. 160.num.80. b. Illicitum tamen Hebræis extra locum deſignatum tabernaculo beſtias immolare. ibid. e
Orandi conſuetudo verſus orientem introducta ab Apoſtolis.p.531.n.22.e
Orantis habitus eſt ſedere. p.241.n.48.
Orare expectantes oportet, ne error aliquis in deſiderio eorum lateat. p.241.n.48. m
Oratio Chriſti ſperantis ſui corporis reſurrectionem refertur ad Patrem, quia loquitur ſecundùm quod homo.p.508.n.58. x, x
Orationis in aduerſis forma.pag.403.(non 407.) n.98.u
Oratio pudica non petit.ibid. b
Orationis in tribulatione vis quanta. pag. 509. n.62.63. & 64.
Oratio pro oratione, nouum orandi genus. pag. 511.num.64.q. Ad ſacerdotium Chriſti Domini referendum, qui mediator inter Deum & hominem perpetuò apud Patrem ſedet aduocatus pro oratione populi ſemper orans. ibid.r. & n. 65. ſ, t, u
Oratio quæ fit expanſis manibus operis non modo puritatem in habitu corporis præ ſe fert, verùm & crucis imaginem proteſtatur & remedium. p.366.n.111.per tot.§. 3.
Orationis materiam adimplebis, ſi non retineas cor tuum infra ipſum, ſed per confeſſionem exponas Deo non modò tua crimina, ſed & ſupplicia, & maximè innocentum miſeriæ. p.366.n.113.per tot. §.4.
Orationes in Sanctis non videntur, ſed lachrymæ.p.403. (non 407.)
Orationi etſi non ſemper pateat cælum, bene tamen pœnitentiæ.p.404 n.99.e
Orationi (vide clementiam Dei!) datus eſt locus opportunus, vbi pereundum omnino videbatur.p.499. n.2n.a
Oratio aptiſſima ad obtinendum auxilium Dei pro conſeruatione donorum ipſius. pag. 440. num.6. m
Orationes & deſideria periclitantium antecedit diuinum ſubſidium.p.500.n.23. h
in Oratione artificium omne occultandum eſt. p.63.n.209. b
Omnia potiùs à cauſa quàm ab oratore facta credenda ſunt, deſinit enim ars eſſe ſi appareat. ibid. c
Orationi tempus accommodatiſſimum, eſt nocturnum. p.365.n.109.r
Oratio ſecura aſcendit de nocte. ibid. ſ
Orationes noſtræ non immutant Dei voluntatem, ſed eius diſpoſitioni inſeruiunt. pag. 479. n.55. e. Tantummodo inferiorum cauſarum ordinem immutant. ibid. f. Sunt tamen vnicum in malis remedium. pag.ead.n.56.g. protegunt ab iniuria omni & celant ignominiam noſtram. ibid. b. Ad quarum præſentiam cæli aperiuntur. ibid. i

Orator.

Orator eſt vir bonus, docendi peritus. pag. 464. num.13. o

Orbis.

Orbis ruina, fames.pag.139. (non 14n.) n.26.t. Qualiter fugienda tempore famis. ibid. u

Orbitas.

Orbitas & viduitas pupilli & viduæ, res omni commiſeratione digna. pag.440. n.10.ſ. Soli fidei diuinæ commiſſa. ibid. t

Ornamentum.

Ornamenta, vel ornatus mulierum, *Vide*, Fœmina. Mulier.
Ornamenta mulieris impedimenta quaſi ad pompam funebrem conſtituta. p. 228. n. 16.

Orpha.

Orpha voluptatem prætulit religioni, quæ falſis lachrymis virtutem ſimulauerat. pag. 173. n.105.u,x

Oſculari, Oſculum.

Oſculandi defunctum conſuetudo apud antiquos. p.124.n.21. b
Oſculum, ſiue oſculatio, latriæ honor eſt. p. 52. n.184.
Oſculum ad diſcedentes extremum amoris & grati animi ſignum.p.166.n.92.& 93.
Oſculum non modò accedentis, ſed recedentis ſymbolum. p.173.n.105.r
Oſculi ſacri deſideria multiplicantur amoris vehementiâ.p.89.n.293. x

Oſſa.

Oſſa vires corporis ſunt, vel etiam pro omnibus cæteris membris accipiuntur. pag. 377. num. 13. b, c

Oſtrum.

Oſtrum ſarranum quid ſit. p.421. n.14.c

Otioſus, Otium.

Otioſus parum diſſimilis peſti. pag. 191. num. 12. b
Otioſus nihil differt à reprobo. pag. 190. num. 12. a
Otium omnium malorum cauſa. 481. numero 63. l
Otium labori præferre, eſt non ſolùm germina, ſed & radices exſiccare. pag. 191. numero 13. h

Pactum.

P

Pactum.

PActum inter fratres, qui frangit, vulnerat. pag. 586. num. 45. Maiori nexu iungitur. num. 46. l

Palaea.

Palacarum & meretricum diſcrimen. pag. 81. num. 267. m

Palæſtina.

Palæſtina cur à Deo tranſlata in Chaldæos, quærit propheta. p. 439. n. 5. i

Palæſtinæ regionis totius, quam diuidendam vaticinatur Iacob ſuis poſteris, coſmographia. *Lege* §. 5. p. 14. n. 46.

Pallium.

Pallium quid ſignificet in his verbis, *in ſanguine vua lauabit pallium ſuum.* p. 55. n. 198.

Pallium verecundiæ ſignum. p. 240 n. 44. x

Pallium in fœmina, ſignum ſponſalium, apud Luſitanos *mantilba*. p. 240. n. 44. q, r

Pallio nubentes velabantur, quaſi nube tegerentur. p. 240. n. 44. & quare, ibid. t

Pallium epiſcopale refert diadema regium & bonum paſtorem. p. 452. n. 53. g

Pallium Ruth non ſolius capitis, ſed totius corporis tegumentum, more fœminarum Palæſtinarum. p. 241. n. 44. z

Palma.

Palma pro Iudæa, & quomodo. pag. 116. num. 370.

Palmes.

Palmes, Hebraicè *ſorche*, Filio Dei tribuitur. p. 55. n. 194.

Panis.

Panis multiplex acceptio in Scriptura ſacra. p. 95. n. 310. a. & p. 96. n. 311. 312. & 313.

Panis nomine prandium apud Hebræos ſignificabatur. p. 208. n. 55. e

Panis accipitur pro quacunque victima quæ offertur. p. 559. n. 53. x

Panis ærumnæ qui in phaſe veteri ſumebatur. p. 385. n. 38. u

Panes propoſitionis qui, ex D. Hieronymo. p. 559. num. 52.

Panem in anima afferre quid ſit. pag. 445. numero 27. m

Panem frangere quid ſit. p. 420. n. 12.

Parabola.

Parabola vtiliſſima inter figuras Bibliæ, quid ſit & quotuplex. p. 32. n. 119. m, n

Parabola ſemper inducit ſimilitudinem expreſſam vel impreſſam. p. 33. n. 119. o. In Parabolis quis ſenſus literalis. ibid. num. 120. p. Idem ſenſus obſeruandus in viſionibus prophetarum. ibid. q

Parcere.

verbum, *Parcere*, æquiuocum. pag. 622. num. 97. Elegantiſſimè pro miſereri accipitur. p. 623. num. 98.

Parentes.

Parentibus obſequentes de ſe potiùs bene merentur. p. 112. n. 354. x

Parentes honorandi mandatum, primum in promiſſione. ibid. z

Parentibus benedicendi prærogatiua cur à Deo data. p. 6. n. 18.

Parentum imprecationes planè efficaces ſunt in bonum & in malum. p. 6. n. 19.

Parentibus decedentibus quænam cæremoniæ exhibebantur à veteribus. pag. 124. n. 21. 22. & ſeqq.

Parentum impietas quomodo punita in filiis ſiue poſteris. *Lege* §. 1. tract. 11. p. 362. & 363.

Parentibus acerbior eſt calamitas filiorum quàm ſua. p. 290. n. 142.

Parentum ſcelera cur puniant leges in filiis, ex Cicerone. p. 290. n. 142.

Parentum iniquitates non obeſſe filiis, diuinæ beneficentiæ pulchro exemplo oſtenditur. p. 131. & 132. n. 3. l

Pars.

Pars mea Dominus in æternum, quis ſenſus horum verborum. p. 391. n. 57.

Parſimonia.

Parſimonia & ſobrietas veterum in menſis. pag. 202. n. 60.

Particula.

Particulæ, *Donec, quouſque, dum*, & ſimiles, quid ſignificent in Scriptura. p. 42. n. 150. 151. 152. 153. & 154. p, & p. 46. n. 167.

Participia.

Participia Hebræa vim habent nominum in bilis. p. 560. n. 56. e

Partus.

Partus mulieris eſt res diuina & ab immortalibus genitura. p. 254. n. 26. m

Partum filij conſequitur gratulatio propinquorum & vicinorum. p. 254. n. 27.

Paruuli.

Paruuli cur appellati viri Euangelici. pag. 74. numero 247. b

Paruuli ad menſuram palma, variæ huius loci explicationes. p. 368. n. 120. h

Paruulorum præ fame cadentium ad matres elegans expoſtulatio. pag. 353. num. 73. per tot. §. r.

Paſcha.

Paſcha manducabant Hebræi memorantes ærumnas Ægypti. p. 209. n. 57. f

Paſchatis tempus apud Hebræos, tempus primæ meſſis hordeaceæ. p. 181. n. 129.

qui Paſcha Domini celebrare voluerit, baiulum aquæ ſequatur. p. 242. n. 51.

Paſſio.

Paſſiones vngulis equi ſignificantur. pag. 84.

Paſſionis Chriſti pulchrum vaticinium. p. 575. n. 10. t

Paſſionis Chriſti odor armauit ſponſam. p. 94. n. 305. d. Quàm paucos obarmat eiuſdem paſſio. n. 306. e

Paſſio Chriſti quandiu in membra non redundauit, non videbatur impleta. pag. 157. numero 71. x

Paſſionem Chriſti in ſuo corpore adimplere, non arrogantiæ, ſed beneuolentiæ in Chriſtum Dominum in ſanctis eſt. pag. 157. n. 71. z Eandem etiam adimplent ſancti, dum quærunt homines, quibus eius virtus applicetur. ibid. a

Paſſionis & mortis Dominicæ aſſidua meditatio, efficaciſſimum ad virtutem medium eſt. pag. 497. n. 15. l, & m

Paſſionum Chriſti in Paſchate Euangelico memoria felicior, quàm ærumnarum recordatio apud Hebræos in ſui paſchatis manducatione. p. 209. n. 57. f, g.

Google

Paſtor.

Paſtor bonus mercedem vitæ à populo, præmium verò à Deo expectat.p.618.n.82. a

Paſtoris officium muneri regio ſimillimum.p.41. n.146.

Pater.

Paterfamiliâs optimus dum curat ſubſtantiam, pariter & de honeſtate curam habet. p. 196. num.23. r. Eidem ſoli credenda domûs diſciplina.ibid. l

Patrum veterum pudicitia commendatur. Lege tract.32.in Ruth.p.238. & 239.

Patres veteres fuiſſe in ſuburbiis paradiſi, vſque ad mortem Chriſti, commune Rabbinorum dictum.p.235.n.30.d

Patres veteres calceum ſoluerunt, non Chriſtus Dominus, & quare.p.236.n.34.m

Patrum iniquitates in filiis puniri, quo pacto verum ſit.p.443.n.19.& 20.

Patria.

Patriæ charitas in Iona fuit cauſa vt à Domino fugeret.p.468.n.21.x

Patriæ obſcuritas parum refert ad veram felicitatem. p.70.n.237. a

Patriæ amor quantus, & quid ſignificet prouerbium illud, *Fumus Patriæ.* pag. 159. num.78. & 79.

Patriæ ſalutem vitæ ſuæ præferebat Ieremias, quippe gemuit ad Deum pro gente ſua.p.304. n. 181.

Patriæ charitas omnes omnium charitates complectitur.p. 304.n.18.

Patriam deſerere nihil prodeſt, qui ſe non deſeruit. p.206. n.47.r. Non enim cauit prauas affectiones, ſed tranafert. ibid. ſ

Patriam & ſuos relinquentis eſt præmium, perſeueranter adhærere pietati. pag.173.& 174. n. 108.

Patriarcha.

Patriarcharum tempora felicia. psg.457. n.71.c. Planè in delitiis Dei fuerunt. n.73. d. Non ſic poſteri eorum in præſenti. ibid.e

Patriarchæ & Adam quare ſepulti in Hebron. pag.122. n.13. i. Non leniter creduntur cum Chriſto reſurrexiſſe. ibid. l

Patrimonium.

Patrimoniorum ruinæ in immoderato mulierum ornatu. p.230.n.23.& 24.

Patiens.

Patiens & manſuetus homo diuiniſſimum animal, ſicut plantæ teneræ. p.393.n.64.o

Patiens, tertium Dei nomen, Hebraicè latus naribus, id eſt qui non citò accenditur ad vindictam.p.528.& 529.n.7.r

Patientia.

Patientia quàm neceſſaria. pag. 241. n.47. g, h. Eſt magiſtra cæli. ibid. i

Patientiæ fructus à Deo quis. pag. 397. numero 77. a

Patientia Chriſti in purgandis peccatis. p. 608. n. 43.

Patientiam quia Chriſtus docebat,non deſcendit de cruce.p.392.n.58.c. Per illam noſcitur doctrina viri. p.393.n.62.

ad Patientiam non ſatis eſt bona indoles niſi accedat inſtitutio diſciplinæ. pag. 394. numero 66. r

ad Patientiam aſſuefacienda adoleſcentia vt miteſcat. p.393.n.63.n

D. Paulus.

Paulus Moyſem in charitate excelluit. p. 171. n. 102. a

Paulus doloris Eccleſiæ filius, vel potius interitus Synagogæ. pag.117. n.373. x. figuratus in Benjamin. ibid. z.

Paulus quo ſenſu optabat anathema eſſe pro fratribus.p.528.n.2.e

D. Paulus quomodo malorum concilium euaſit. p. 17. n. 59.

D.Paulo non crederet Eccleſia,niſi eius à D. Petro confirmatum eſſet Euangelium. pag.221. n.93. o

Pauor.

Pauor idem atque religio.p.303.n.173.a

Pauper, Paupertas.

Pauper præclarè agere vix poteſt, & quare. pag. 187.n.5.i,l

Pauperi non modò adhibenda humanitas, ſed etiam reuerentia.p.197.n.27.e,& quare.ibid.f. & p.198.n.27. g

Pauperes quàm humaniter tractandi. psg. 197. n.27.ſ,t,u

Paupertas, tempeſtatis tranquillitas & remedium.p.475.n.44.o

Paupertas amorem genuit. p.546. n.19.n

Paupertas ſine onere. pag. 573. num. 3. g. Eiuſdem in naturam imperium. pag. 574. numero 5. h

Pauperes Deo proximiores eſſe aſſerebat Diogenes Cynicus, & quare. p.573.n.3.

Paupertas extrema non minùs quàm diuitiæ ad nobilitatem neceſſaria.p.187. n.6.

Paupertatis mira dignatio, & potentia, quæ cælos aperit, Angelos ad ſe trahit miniſtros, & in ipſum Deum quaſi gerit imperium. Lege §. 3. tract. 25. p. 215.

*recordare Paupertatis & transgreſſionis meæ,*ſenſus huius loci.p.388.n.46.& 47.

Pax.

Pax & concordia nomine requiei atque tranquillitatis veniunt. p.165. n.89.r. Cum in viro & muliere fuerint, nullis inſidiis expoſiti ſunt. ibid. ſ. Horum virtutem imitabuntur & filij & ſerui. ibid. t

quare Pax nato Domino dicitur hominibus,cùm nato Domino tyranni omnem crudelitatem pararent & in ipſum Chriſtum & in Sanctos eius. p.622.n.97.

Pacis cuſtodi ſacrificium ſine ſanguine offerebatur. p.97. n.314. g

Peccare, Peccator.

Peccare per exceſſum in virtute. psg. 582. numero 32. a

Peccare per defectum. p.583.n.34.c.

Peccantis animæ grauiſſima diſpendia. p. 477. n.48. f

Peccantis labor primus eſt,vbi abſconditur.pag. 477. n.49.g. Tanquam inimicus Dei & rectæ rationis. ibid. h

Peccare & latere ab Adamo didicimus. psg. 477. n. 49. i

Peccantes in maiorem gratiam grauiùs puniuntur. Lege §. 3. p. 11. & 12.

Peccandi aſſuetudo peccatum non ſentit. p. 615. n. 70. e

ad Peccandum conſenſus vitium animæ inſanabile malum. p 84. n.277. u

Peccantium ingenium. p.443.n.18.a,b. Contrarium verè pœnitentibus. ibid. c

Peccatoris proprium in ſuis fæcibus requieſcere.p.182.n.e
Peccator factis Deum negat. p.569.n.89.b
Peccatorum vita iumento ſimilis. p.183.n.134.x
Peccator vulneribus pœnitentiæ curabitur,ſi deficiant oculis lachrymæ animi medicina. p.352.n.70.per tot.§.2.
Peccator omnino inutilis, vnde atopos dicitur. p.477.n.52. per tot.
Peccator ſic feriendus vt nutriatur proximus. p.481.n.61.f
Peccator veluti puer ad gaudium & dolorem qualicunque occaſione tranſmutatur. p.534. n.39.l
Peccator niſi valida manu ſoluatur à Deo, vſque ad mortem peccatorum vinculis detinebitur, & quare. p.507.n.53.
Peccatoris mobilitas non facit iter. pag. 579. n.23.e
vt Peccatori reſtituatur lætitia, totius Trinitatis operatio requiritur.p.453.n.56.e
in Peccatore quid ſignificet ſilentium. pag. 350. num.60.
Peccatoris confeſſio, vera laus Dei. pag. 365. n.107.o
Peccatoris ſupplicium ipſa ſunt vitia. pag. 288. n.133.b
Peccatores non reſipiſcentes, vincti terræ dicuntur, & quis illorum finis & exitus. pag. 399. n.84.m.n.o
Peccatores timent ſanctorum præſentiam, & quare. p.578.n.20.p
Peccatores non blandis vocibus mulcendi, ſed clamoribus feriendi. p.467.n.19. p. Sic enim & ipſo robore duriores animi, molles redduntur. ibid. q
Peccatoribus omnis creatura inimica, è contra piis hominibus. p.147.n.44.p,q

Peccatrix.

Peccatrix mulier, de qua Luc. cap. 7. qua via euaſerit.p.489.n.91.

Peccatum.

Peccatum triſtitiæ cauſa. p.128.n.39. e
Peccatum radix omnium amaritudinum, præſertim verò idololatriæ, quæ principium eſt omnium malorum ſine remedio. p. 328. num. 265.l.m
Peccatum omne grande, quando omne per ſuperbiam committitur. pag. 301. num.172. per tot.§.3.
Peccatum originale ante legem à quo tollebatur.p.11.n.56.
Peccatum quantorum malorū cauſa fuerit, patet ex comparatione felicis quondam Ieruſalē ad præſentem infelicitatem. *Vide* §. 3. tract. 2. in lectem. pag. 271.
Peccatum maximè facit diſtare hominem à Deo. p.542.n.10.o
Peccata ſunt veluti corpora globoſa. pag. 543. n. 10. p
Peccatum agnoſcunt peccatores cum mala inſtant & calamitates. p.327.n.264.
Peccatum hominis ſeruire facit Eccleſiam & auaritiam, dúmque peccando libertatem quæſiuit, traditur in manus concupiſcentiarum. *Lege* §.5.tract.5. in Threnos, pag. 281.
poſt Peccatum ſemper certi de culpa, ſemper incerti de ſalute eſſe debemus. pag 183. numero 134. z
Peccati remedium in quo? p.561. n.58.l,m,n
Gabr. à Coſta.

Peccati fructus eſt tributorum ſeruitus. pag. 67. n. 250.& 251.
Peccatum Principum in tributis imponendis duplex.p.76.n.252.m
Peccata publica in ruinam ciuitatis longiſſimas vias faciunt. p.429.n.43.c,d
Peccata Angeli & hominis prima, quæ.pag.488. num. 8.b
Peccata lachrymis feliciùs extinguuntur, quàm diluuio. p.128.n.39. f
Peccatorum omnium grauiſſimum fuit occiſio Chriſti Domini. p.300.n.168.m

Pecudes.

Pecudes immolandæ tondebantur. pag. 125. numero 125. o

Peculium.

Peculium Dei, ſanctus.p.622.n.96.I

Pectus.

Pectus tundimus pœnitentes, & quare. pag. 486. n. 79.

Pedes.

Pedes diſcalceare, opprobrij ſignum erat. p.250 n. 13. t

Pelagus.

Pelagi nomen æquiuocum eſt.p.505.n.48.q

Pellis.

Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt à facie tempeſtatum famis. Quis ſenſus illius loci. p. 446. n.28.& 29.

Penuria.

Penuria rerum idem quod maledictio diuina. p.615.n.72.

Percuſſio.

Percuſſio diuina, aut purgatio eſt vitæ præſentis, aut initium pœnæ venientis.p.477.n.51.n
Percuſſio in facie ſacrilegium putatur. p. 396. n.73. i. Circa quam percuſſionem corrigitur error cuiuſdam. ibid. l

Peregrinari, Peregrinatio.

Peregrinando multis reddita eſt ſanitas mentis. p.205.n.47.p
Peregrinatio deuota ad loca ſancta,religionis eſt opus: & fidei profeſſio myſteriorum veſtigia reuereri,& ad ſatisfaciendum pro peccatis accommoda ſatisfactio. pag. 504. & 505. per tot.§.2.
Peregrinationes ad loca ſacra commendantur. p.160.n. 80.per tot.§.4.

Peregrinus.

Peregrinum opprimere quid. p.612.n.58.
Peregrini fuere omnes Chriſti maiores. pag. 141. n.32.f
Peregrini tantum præſtant nunquam è patria egreſſis, quantum videntes cæcis. pag. 141. n.32.x
Peregrini officium quale eſt.p.142.n.32.z
Peregrinus non manet.p.143.n.33.e

Perfectio.

Perfectio cuiuslibet rei, per hoc quod ſubiicitur ſuperiori.p.541.n.5.g

Periclitari, Perire, Periculum.

Periclitantibus quàm celerrimè ſoleat ſubuenire Deus.p.500 per tot.§.3.
Perire non poſſe ſecurius eſt quàm iuxta periculum non periiſſe.p.198.n.29.p
In Periculo ſuo plus quiſquam de alio quàm de ſe ſperat.p.477.n.52.q
in Periculis non aliunde quàm à Deo ſperandum præſidium.p.510.n.67.b

Digitized by Google

Peroratio.

Peroratio quid ſit. p.438. n.1. b. Illius & leges & partes. ibid. c,d. Quas obſeruauit Ieremias. ibid. e

Perſæ.

Perſarum vexillum, aquila. p.425. n.34.

Perſeuerantia.

Perſeuerantia & patientia imaginem quandam æternitatis præſeferunt. p.241. n.47. g,h

Perſeuerantia in peccato clamat ad Deum. p.618. n.83. b

Perſona.

Perſonarum acceptio. p.584. n.39. m

Pertinacia.

Pertinacia damnanda, non ira. p.19. n.67. p. omnino fugienda. p.20. n.70. c

Pertinaciam vehementer reprehendit Iacob in filiis. p.20. n.70. d

Petra.

Petra fidem, deſertum infidelitatem ſignificat. p.132. n.4.

D. Petrus.

Petri & Paoli nomina quid ſignificent, & quare ſic impoſita. p.543 n.12. r

Petrus Antiochiæ Epiſcopus, primogenitus filius diaboli. p.10. n.31.

cur Petrus potius auriculam abſciderit ſeruo Hebræo, quàm aliam corporis partem. pag. 62. n. 208. q

Phares.

Phares domus clara poſteris. p.253. n.23. a

Phares inſignis Meſſiæ figura, eo quod corruptam per peccatum reſtituit Iudæ domum. *Vide* §.1. tract. 38. in Ruth. p.255.

Phe.

litera *Phe* ſignificat *errans*, ſiue *os aperui*. p. 323. n.240. q

Philoſophus.

Philoſophus inter cruciatus floret. p.606. n.37. a

Philoſophi vnde negabant diuinam prouidentiam. p.619. n.84. d

Philoſophi eſt nihil timere in periculis p. 476. num. 45. r. Sed & inter labores ſecurum eſſe. ibid. ſ

Pietas.

Pietas ad omnia vtilis. p.476. n. 52. t. Exemplo probatur. n. 53.

Pietas non Deum ſed nos iuuat. p.558. n.50. p

Pietas & iuſtitia ad cælum ducunt. pag. 137. numero 19. x

Pietas & iuſtitia virtutes ciuiles. p.612. n.59. x

Pietas eſt omnium virtutum principium, ſicut Deus rerum. ibid. z

Pietas & religio eſt menſura ſapientiæ. pag. 541. n.4. Hominem honeſtat. n.5. h

Pietatem ſacerdotum reuerentur & ignis & natura. p.578. n.19. m,n

Pietas in parentes filiis vtilior. pag. 556. numero 44. b

Pietas in parentes communis & brutis. pag. 556. n. 45. d. Ob quam longior illis vita conceditur. ibid. e

Pietatis prærogatiua longæuitas vitæ. pag. 149. n.49. o

Pietatis nomina, parens & filia, & ſecunda poſt Deum fœderatio. p.197. n.27. a

Pietatis officina torcular, plerunque ſuppliciorum redundantiam importat. *Lege* §.2. p.318.

Pietatis proprium eſt & bona huius ſæculi concedere & alterius. p.204. n.42. u

Pietatis exemplum mirabile tempore famis. pag. 139. (non 141.) n.26. x

Pietati in Deum adeo certa ſunt ſua præmia, vt vaticinium ſit ea non defutura etiam in præſenti ſæculo. p.204. n.42. per tot. §.3

Pietas diuina in procuranda hominum ſalute neſcit tarda molimina. p.465. n.15. per tot. §.3.

Pietatem diuinam vt moueat Propheta Ierem. ad duo capita perorationē reuocat. p.439. n.4. g,h

Pietatem veram tria maximè prohibent. p. 174. n.108. h

Pius.

an Pij viui adhuc in die iudicij ſint flammis conflagrationis conſumendi ſicut impij. pag.624. n.7. f. & pag.625. n.9. g. Eorundem felicitas & præmium. n.10.

Pios Deus quamuis puniat non reliquit. p. 147. n.44. n. Iraſcitur valde Deus iis qui commiſſæ ſibi in Pios vindictæ modum excedunt. ibid. o

Piis vtiliter ſeruit omnis creatura. ibid. q

in Piorum obſequium ſunt & bona & mala impiorum. p.555. n.42. per tot.

Piorum filij quaſi lampades ante Deum accenſæ pro patribus p.149. n.49. n

Pinguedo.

Pinguedinis duplex acceptio. p.100. n.320. d

Piſcator.

Piſcatores Orbis terrarum vnde orti. pag. 72. n.241. h

Planctus.

Planctus dedecent viros fortes. p.258. n.6. t

Planctus funebris, pompa funeralis dicitur. pag. 129. n.40. l

Planctum facere idem atque exequias celebrare. p.129. n.40. m

Planctus matronarum Romanarum quoad Brutum. ibid.

Planctus in Scriptura magis ſignificat funeris ambitionem. ibid. n

Planctus publici & exequiarum diſcrimen. p.130. n.43. c

Planctus in funeribus quomodo procurabantur à veteribus. p.128. §.2. per tot.

Plato.

Plato iracundus in ſeruum quomodo ſe cohibuit. p.19. & 20. n.68.

Plauſus.

Plauſus manuum, ſtupentis & dolentis eſt motus. p.358. n.90. b

Pleonaſmus.

Pleonaſmus, Latinè cumulatio. p.527. n.1. a

Pluere, Pluuia.

Pluendi poteſtas, Diuinitatis indicium. pag.138. n.24. p

Pluuium & Diuinum idem, Gedeonis exemplo conſtat. p.138. n.24. circa literam. p. (non 140.)

Pluuiæ clauem quanto ſtudio Deus à manu Heliæ ſemel conceſſam eduxerit. pag. 138. n.24. o (non 140.)

Pœna.

Pœna & caſtigatio in memoriam reuocant ſcelera. p.327. n.264.

Pœna abbreuiata miſericordiæ beneficium. pag. 422. n.18. r

Pœnitens.

Pœnitens perpetuò anteactam vitam recogitet etiam poſt ſalutem. p.182. n.133.

Pœnitentium præmium. p.614. n.69. b

Pœnitentem præoccupat diuina pietas. ibid. e

Pœnitētis verè tres ſunt conditiones. p.395. n.71.

Pœnitentia.

Pœnitentiam inde Chriſtus annunciat, enm maxime res hominum deperditæ. pag. 162. numero 82.d

Pœnitentia poſt ſpem ſecundum tenet locum. p.176.n.116.u

Pœnitentiæ portio eſt erimen fateri. pag. 356. n.84.g

cum Pœnitentia, vel deliberatio Deo tribuitur, figurata locutio eſt. p.477.n.54.c

Pœnitentia vera vbi ſit.p.589 n.54.f

Pœnitentiam veram ſequuntur honeſtæ actiones p 593.n.16.z

Pœnitentia, charitas & honeſtæ actiones inter ſe copulantur. ibid.a

Pœnitentiæ arma ſaccus & ieiunium. pag. 520. n.27.o

Pœnitentiæ ſymbolum, aquila quæ carnibus non paſcitur.p.520.n.28.r

Poeſis.

Poëſis & mulier ſanæ menti contrariæ. pag.588. n. 50. u

Polenta.

Polenta eſt ex hordeo panis toſtus.p.209.n.60.p

Politia.

Politia quid ſit. p.134.n.10.q

Politia gentium prima, vnde. p.134.n.12.

Polluta.

Pollutæ nomine intelligenda venit infamis, fæda, turpis, ac abominabilis. Sic dicitur Hieruſalem captiua.p.322.n.246.r

Polygamia.

Polygamia apud veteres licita, pag. 267. n. 40. Præcipua verò inter vxores domina vocabatur.

Pompa.

Pompa funeralis planctus dicituc. pag. 129. numero 40.l

Ponere.

Ponere vetbum apud Hebræos multa ſignificat. p.314.n.216.m

Pontifex.

Summus Pontifex à principio naſcentis Eeeleſiæ dubia circa fidem definit. p.221. n.93.n. Ideo credir Eccleſia Paoli Euangelio quia confirmatum fuit à D. Perro ibid. o

Pontifices omnes, iuxta Hebtæos, ex tribu Leui. p.24.n.82.u

Pontificalis domus malum exemplum, publica pernicies. p.137.n.21.

Populus.

Populus quaſi coniox vrbium. p.266.n.34.r

Populus Dei debet eſſe ſpontaneus vt miles. p.169.n.100.h

Populus ſcit, id eſt, fama eſt publica. Hebraiſmus. p.237.n.37.ſ

Populus, cui iratus eſt Dominus in æternum, ſenſus horum verborum, & quando impleta hæc prophetia.p.554.n.3.per tot. §. 2

Porphyrius.

Porphytij deliramentum. p.566.n.76.ł

Porta.

Portæ Ieruſalem, gentis Hebrææ tribunalia, altè ſub terra defixæ ab hoſtibus.p.347.n.50.& 51. Quæ in portis fiunt, publica cenſentur.p.347. n. 52.ſ

in Portis eſſe, vel fieri, quid ſit. pag. 449. numero 42.

Portio.

Portio duplex primogenitura dicebatur. pag. 20. num.33.

Poſteri.

Poſteti qualiter puniantur propter impietatem parentum.p.362.n.99.a

Potentia.

Potentia & concordia vix eodem loci morantur. p.134.n.11.u

Poteſtas.

Poteſtas regia, *vide* ſceptrum, & *Lege* §. 3 & 4. p.43.44.& 45.

Poteſtas regia & iudiciaria manſit penes Hebræos in Chaldæa, contra Rabbinorum commentum, neque defecit ante regnum Herodis Idumæi.p.281.n.109.o,p

Præcepta.

Præcepta legis veteris ſexcenta tredecim, negatiua 365, affirmatiua reliqua. p.174. n.111.r. Pœnæ tranſgreſſoribus debitæ. pag. 175. numero 113.

Præcipitare.

verbum, *Præcipitare*, in fonte Hebræo ſignificat *deſtruere & perdere*. p. 336. n.9

Prædeſtinare, Prædeſtinatio.

Prædeſtinare eſt actus voluntatis.p 551.n.29.x

Prædeſtinationis fons, amor. p.550.n.29.r

Prædeſtinatio communis & reprobatio in duobus fratribus adumbratur.p.550.n.28.ſ

Prædeſtinatio & reprobatio ante merita & demerita. p.551. n. 30.z. Contrarium videntuc docere aliqui patres. Reſolutio. Conciliantur Patres. ibid.a, b, c. Soluuntur obiectiones. n. 32. d

Prædeſtinati.

Prædeſtinati, faſciculus Dei ſunt. p. 401. n.91. g Quaſi cum Deo colligati quamuis in altiſſimo loco habiter.ibid.h

Prædeſtinatorum ſigna, labores. pag.606. numero 39.e

Prædeſtinatos in peccato exiſtentes Deus amat. p.548.n.22.z

Prædicare, Prædicator.

Prædicare apud Hebræos idem atque clamare voce magna. p.466.n.18.g

ad Prædicandum nemo niſi miſſus procedat. pag.463. n. 8. ſ. Ionæ ad hoc fuit impoſitum præceptum. ibid. t

Prædicandum non lingua tantùm, ſed & manu. p.544.n.14.a

Prædicator optimus qui, ex D. Bernardo.p.464. n.14.p

Præfica.

Præficæ in funeribus adhibitæ apud veteres. p.128.n.39.x

Prælatus.

qualis Prælatus, talis & populus. pag.583.numero 35. f

Prælato bono requies in deſiderio tantùm eſt, labor verò in vſu; honor & vita in neceſſitate, mors in voto pro ſalute aliorum, vel ſi ſolus pereat. p.472. n.35. per tot. §. 4.

Præſcire.

Præſcire idem quod diligere.p.550.n.29.u

Præſentia.

Præſentia tantùm reſpicere, abiecti animi eſt. p.594.n.75.l

Index Rerum

Præteritum.

Præteritum pro futuro à prophetis vſurpatur. p.330.n.274.i

Præterita ſæpe recolenda: ea enim ſola eripi nequeunt.p.451.n.46.x.z

Præteritorum memoria auget quandoque præſentia mala. p.451.n.47.a

Præuaricator.

Præuaricatores legis in cauſa fuere cur ſol ſteterit tempore Elimelech. pag. 144. n.40.e

Preces.

Precum donum cur nobis dederit Deus. p. 517. n.17.l

Primitiæ.

Primitiarum manipulus, qui erat hordeaceus, 16. die poſt Paſcha offerebatur in templo. p.181.n.129.z

Primitiarum manipulus ſemper ex Nephtali. p.101.n.324.

Primogenitus.

Primogeniti nomen myſticum aliquid ſignificat. p.9.n.31.

Primogenitus non modò Dei filius, ſed & Deus ipſe appellatur. p.10.n.31.

Primogeniti nomen etiam in malam partem habet aliquid arcanum. ibid.

Primogeniti præferuntur cæteris filiis, & quare. p. 10.num.32.

Primogenitus, patri principium doloris & virtutis. p. 10. n.32. Cui debebantur ex lege cuncta duplicia. ibid.

Primogenitura.

Primogenitura duplex portio dicebatur quam Ruben perdidit propter incontinentiam.pag. 10.n. 33.

Primogenituræ coniunctum erat ſacerdotium, ante legem. p.10.n.34.

Primogeniti omnes, à Melchiſedech vſque ad Aaron fuere ſacerdotes. ibid.

Princeps.

Princeps perpetua cenſura. p.583.n.56. g

Principis optimi pulchritudo quàm efficax.p.58. n.201.

Principis virtutes debent eſſe ſicut ſydera in cælo. p.88.n.287.

Principes iure à populo tributa expoſcunt. p.76. num. 251.1. Illorum peccata in impoſitione tributorum, duo, & quæ ſint. n.252. m,o,o

Principes nomine montium & collium veniunt. p.113. n.356.g. Eorundem comparatio cum Ioſepho. ibid. h

Principes creandi duplex modus, & cur minori cum diſcrimine ſucceſſione quàm electione ſumantur.p.38.n.135.l

Principes rectè dicuntur Angeli cuſtodes regnorum.p.337.n.15.a

Principes ſunt clypei & ſcuta populorum. p. 41. n. 148.

Principes manu ſuſpenſi ſunt, facies ſenum non erubuerunt. Quis ſenſus horum verborum.p 447. n.32.& 53.

Principum grande dedecus ligatis manibus mori. p. 447.n.33.a. Eorundem propria maieſtas, à Chaldæis deformata & irriſa.ibid.o,p

Principum decor omnis in republica libera fulget.p.293.n.159.r

Principatus.

Principatum Monarchicum habuere omnes gentes in ſuis primordiis.p.134.n.15.

Principatus Monarchicus primus & diuinus. p.134.n.11.t

Principium.

Principia virtutis & mali quî differant. pag. 162. n.83.g,h

Principium dimidium totius & altero dimidio abeſt à fine, &c. vetus prouerbium. p. 162. n. 85. inter h, & i

Priora.

Priora naturâ poſterioribus ſunt meliora. p. 10. num.32.

Probus.

Probi & improbi diſtinctio. p.234 n.31.t

Prodigia.

Prodigia eo eueniunt, vt animos hominum in cælum erigant. p.144.n.40.f

Prodigiis terret Deus ne bello euertat. ibid. g

Prodigia expiare placatione Numinum nouerunt gentiles.p.145.n.40.g

Prodigia quæ præceſſerunt vltimum Ieroſolymæ excidium.p.433.n.77.

Proditor.

Proditores vtriuſque ſexus. p 448.n 36.b

Proditor patriæ eſt, qui cum poſſit eam pœnitendo ſaluare, fugiendo deſerit perituram. p.524.n.45. m

Proficiens.

Proficiens illico preſſuram ſentit. pag. 105. numero 340.e

Proiicere.

Proiicere pro obliuiſci apud Hebræos. pag. 211. n.66.(non 67.)c

Proles.

Prolis humanæ duo fontes, & qui. pag. 110. n.350.c

Promiſſio.

Promiſſiones tres in Geneſi de aduentu Meſſiæ. p.40.n.144.c,d,e

Promiſſiones diuinæ abſolutæ, vel conditionatæ. p.437.n.93.e. Aliquando impediuntur per peccata noſtra vel pœnitentiam. ibid.f

Propheta, Prophetia.

Propheta & prophetia vnde dicantur. pag. 545. num. 18.

Propheta fugiendus dum malè viuit, ſequendus dum viam monſtrat p.387.n.82.q

an Prophetæ communicenrur omnes ſenſus quos intendit Spiritus ſanctus. p.35.n.127.n

Prophetæ priùs videntes ſunt, poſtea prophetæ. p.546. n.18. n

Prophetæ non ſemper ſeruant ordinem temporum aut rerum.p.34.n.126.

Prophetæ feneſtræ per quas Deus genus humanum reſpexit.p.155.n.68.b

Prophetas falſos cur prophetas dicat ſacra Scriptura pag.356.n.83. d. Iidem cur potius vani quàm mendaces dicantur. p.356. n.83. e

Prophetæ indui ſacco & cilicio ſolebant quando pœnitentiam vaticinabantur. pag. 75. n.249.

Prophetarum figuræ ſiue viſiones ſunt ſimilitudines vel ſaltem parabolæ. & ad quem ſenſum reducendæ.p.53.n.120.q

Prophetæ

Google

Prophetæ in multis pura ſunt inſtrumenta diuinæ prouidentiæ; neque enim lunas alteram partem ſuæ prophetiæ perſpectam habuit. p.532.n.28.m,n
Prophetæ ſtellæ pluuiæ, Apoſtoli gurgites. pag. 580.n.25.i,l
Prophetæ minores, cur ita dicantur. p.540.n.2 a
Prophetarum vis ad ſuadendum.p.544. n.14. per tot. §. 3.
Prophetia & apparitio differunt. pag. 545. numero 18, i
Prophetiæ quomodo fiant.p.5.n.15.
Prophetiæ forma verſa in maledictionem ad communem vtilitatem.p.16.n.54.z
Prophetiæ donum impeditur ab occupationibus mundanis. p.5.n. 14.
Prophetia de blaſphemiis prætereuntium in Chriſti crucem.p.359.n.93.l
Prophetia ipſis qui prophetant, grauiſſima, ſi vera aduerſus potentes enuncient. pag. 357. n. 85. i
Prophetia prædeſtinationis quæ. p.67.n.228. m. Quid item conditionalis.ibid. n
Prophetia diuiditur in ſenſitiuam, imaginatiuam, & intellectiuam.p.542.n.7.l
Prophetia etiam ad præſentia extenditur, ſub altiori tamen lumine.p.260.n.17.q
Prophetiæ clauis ex intelligentia parabolæ, metaphoræ & ſimilitudinis conficitur. pag. 29. n.104.t
Prophetia falſa quanta malorum cauſa. pag.429. n.44.e,f,g

Propitiatorium.

Propitiatorium thronus Dei erat, Arca verò ſcabellum pedum eius.p.335.n.4.e. Quod veluti iratus Rex, Deus à ſe proiecit.n.5.f

Proſelyta.

Proſelytis articulus pœnarum proponendus erat. p.175.n.113.b

Proſopopœia.

Proſopopœia quid ſit. p.473.n. 37. ſ, & p. 478. num.54.
Proſopopœia quæ figura,& ad quid vtilis.p.272. n.62.63.& 64.
Proſopopœia perelegans. p.363.n.105.
Proſopopœia quæ figura, & nonnulla eiuſdem exempla. p.617.n.78.

Proſperitas.

in Proſperitatibus amici promptè vocandi, in aduerſitatibus pigrè. p.274. n.76. u

Prouerbium.

Prouerbium, *Si cum claudo ambules, ſubclaudicare diſces*, quibus applicetur. p.214.n.73.e
Prouerbium, *cum Minerua moue manum*, de quibus dicatur. p.191.n.14. i
Prouerbium apud Græcos, *Deus eſt impudicitia.* p.211.n.65.a
Prouerbialis loquutio, *eſſe in capite, & eſſe in cauda*, explicatur. p.289.n.137.

Prouidentia.

Prouidentiæ diuinæ infallibilitas. p.613.n.62.
Prouidentia diuina in iis quæ eueniunt reſpectu agentis particularis. p.192.n.15. per tot.
Prouidentia diuina nomine ſortis aliquando venit intelligenda. p.166.n.91.m
Prouidentia ab impiis negatur querentibus de illa.p. 595.n.76.n
Prouidentia indelegabilis à principe. ibid.p
Prouidentia diuina ſceleratum ſequitur armata manu. p.172.n.104.q
Prouidentia diuina vertit etiam mala noſtra in bonum.p.493.n.105.h
Prouidentiam diuinam non minuit localis diſtantia. p.401.n.91.l. Quia Deus vbique indiſtans eſt.n. 92.l
Prouidentiam diuinam in facie Dei negat qui vitæ neceſſitatibus ſe dicit impelli ad peccandum. p.594.n.75.per tot.
Prouidentia diuina ſigillo comparatur. pag.400. n.89.c
Prouidentiam ſuam communicare Deus non poteſt alicui creaturæ. p.401. n.90.d
Prouidentia diuina nec temporis, nec loci adſtringitur legibus. p.234.n.29. p
Prouidentiæ diuinæ lex eſt iuxta diſcriminis magnitudinem gratię abundantiam impertiri. ibid. q. Aliter temeritate liberari nequeunt multa patrum geſta niſi in prouidentem Deum referantur. ibid. r.

Proximus.

Proximorum amor quàm gratus Spiritui ſancto. p.165.n.89.b

Prudentia.

Prudentia eſt eò deſpicere vbi occaſio admonet. p.217.n.82.

Publicanus.

Publicani maximè infames apud Thalmudiſtas. p.268 n.44.

Pulchrum.

Pulchrum omne, id eſt omnis iuuentus. p. 440. num. 26.
Pulchra labore parantur. p. 77. n. 256. f

Pulchritudo.

Pulchritudinis elegantiſſima definitio. pag. 58. n.201.c. Quid item pulchrum, ibid.
Pulchritudo quid ſit. p.106.n.341.a
Pulchritudo naturæ priuilegium interdum perniciosum, ibid. e
Pulchritudo externa periculosè ſiſtitur oculis. n.343.d
Pulchritudo non amorem, ſed ſuperbiam generat in homine. p.548.n.24.
Pulchritudo ipſa, quæ à nemine reprobatur, ad concupiſcentiam prouocat. p.229.n.20.z
Pulchritudinis vniuerſæ noſtræ duo genera ex Cicerone, & quæ ſint.p.231.n.24.r,
Pulchritudo corporis cur vituperetur. pag.591. n. 62.q
Pulchritudo carnis in Chriſto diuinitatem oſtendit. p.115.n.365. g. Eluxit maxima inter dedecora Iudæorum ſicut Ioſeph inter aduerſa. ibid. b
Pulchritudinem ita deprædantur tempus & dolor, vt in miſerationem & contemptum veniat.p.177.n.121.

Pudicitia.

Pudicitiæ documentum inſigne.p.106.n.343 e
Pudicitiæ leges præſcribit Noemi nurui ſuæ Ruth.p.217.n.83.u
Pudicitiæ publicatæ nulla eſt venia. pag. 300. n.169.o
Pudicitiæ ſymbolum, tardus egreſſus mulieris. p.107.n.344.l
Pudicitiæ maius periculum poſt cœnam. p. 233. n.28.n.o
Pudicitia Booz mira, quæ in medio ignis poſita non æſtuauit. p.239. n.41 per tot.

Pudor.

Pudor quid ſit, & an dederit fugæ cauſam Ionæ prophetæ. p.484.n.72.

Digitized by Google

Pudorem inter & ruborem differentia. pag.211. num.64.m
Pudore bene natam animam nihil magis ſuffundit, quàm non impetraſſe quod poſtulauerit. p. 211.n.64 n

Q

Quadrageſima.

QVadrageſimæ ieiunium vnde, & quanti momenti.p.517.n.14.& 15.

Quaſi.

particula, *Quaſi*, non veritatis, ſed ſimilitudinis eſt plerunque in S. Scriptura. pag. 340. numero 24.b
particula, *Quaſi*, rei veritatem importat. p. 614. num.2.b

Querula.

Querulæ voces non alienæ à conſtantia viri. pag.374.n.4.a. Per has nanque robur animi quandoque intenditur.p.375.n.4.b

Quies.

Quies lenit miſeriam, perturbatio auget. p.385. n.40.z
Quietis Dea non in vrbe, ſed in agro. pag. 142. n. 34.i
Quietis Deæ ſolum templum extra mœnia vrbis ædificauerunt Romani, & quare. pag.532. numero 25.
Quietem animæ ſola pura conſcientia reddere poteſt.p.513.n.86. r. Non aliter quàm labore comparatur.p.514.n.86.ſ

Quomodo.

particula, *Quomodo*, inquirentis ſeu admirantis eſt in illis verbis, *Quomodo obtexu caligine*, &c. p.334 n.2.

R

Rabbini.

RAbbinorum commentum quoad ſepulturam mortuorum intra fines Iudæ. p.175.num. 114. h
Rabbinorum commentum circa portas Ieruſalem ad ingreſſum arcæ per David. pag. 347. num.50.m
Rabbinos dæmonum inſtrumenta conſulunt hodie Hebræi veris prophetis deſtituti. pag. 348.n.54.b

Rachel.

Rachelis oſſa non transferri iuſſit Iacob, & quare.p 121.n.10.d

Reconciliatio.

Reconciliationis ſignum eſt manum Pontificis deoſculari, & quare. p. 51. n. 184.h

Recordari, Recordatio.

Recordari pro auxiliari.p.439.n.3.b
Recordatio quid ſit. p.439.n.2.b

Redimere.

Redimere non poteſt niſi conſanguineus.p.219. n.88.u
Redemptionis humanæ meta iuſtitia eſt in ſanguine Chriſti Domini, & meta Dei miſericordia.p.219 n.88. z
Redemptores apud Hebræos qui dicebantur. p.217.n.81. n

Redire.

Redeundi ſemitam ne perdas, pone tibi ſigna quibus redeas p.489.n.90. n

Refugia.

Refugia ſine Deo, falſa & caſſa ſunt. pag. 511. n. 71. m

Regere, Regnare.

Regendi, ſeu regnorum, ratio ſignificata in veſte pontificali.p.135.n.14.per tot.
Regnandi poteſtas vniuerſa in quatuor modos diuiſa, & quinam hi ſint. pag. 43. num. 154. Plura de eâ. §. eod. & ſeqq.

Regnum.

Regnum à gente in gentem quare transferatur. p.453.n.55.m
Regnum perfectiſſimum per omne corum ſignificatur, quale fuit Iſrael & Iudæ. pag. 338. n.19.d,e
Regnorum euerſio ex adulatione, remedium verò ex obiurgatione. p.429.n.45.h,i
Regna illa corruent in quibus nomina vitiorum in virtutes commutantur. p.356. n.84. f
Regnum quiſque ſibi dare poſſit. p.397.n.67.

Regina.

Regina inter vxores quæ dicebatur, vbi pluralitas vxorum fuit licita. p.267.n.40.& 41.

Regula.

Regula ſeruanda pro intelligentia ſacræ Scripturæ.p.411.n.123.e

Religio.

Religio timoris nomine cur appelletur.pag.483. num. 68.
Religio coronæ nomine ſignificatur. pag. 451. num.50.
Religio ſponte ſuſcipi debet, non vi. pag.169. num.99.c
Religio & fides timoris Dei nomine veniunt. p.571.n.95.n,o
vbi Religio interiit, & regia poteſtas neceſſariò euertitur. p.343.n.34.per tot. §. 1.
Religio & cultus ſacer in Scriptura ſancta amor & gaudium cordis. p.451. n.48.d
Religio vnius Dei apud Hebræos diis gentium contraria. p. 175. n.112.
Religio verò quantùm ante Deum tremit, tantùm & ipſum reueretur natura. Lege §. 3.pag. 577. & 578.
Religionis fœdatæ pœna, ipſa religio improba. p.575.n.11.u
Religio ipſa, & impiæ cæremoniæ iam abolitæ veluti ſtercora ſupra Iudæorum facies ſternentes relictæ ſunt in pœnam violatæ religionis.p.575.n.9. & 10.
Religio obtenditur auaritiæ. pag. 561. numero 58. h
Religionis deſertores adumbrantur per ſtatuam ſalis in quam conuerſa eſt vxor Loth. pag. 553.n.37.h
Religio poſt reditum ab exilio Babylonico vnde imminuta. 560.n.57.d
Religionis amor eſt hominibus innatus pariter cum ipſa natura. pag. 159. numer. 79. Illius deſiderio vehementiſſimo tenebantur Hebræi exules apud Babylonios. ibidem. Tantum illi tribuit ſacra Scriptura vt verum hominem per eam definiat. ibid. & pag. 160. n.79.u
Religionis nunc opus eſt viſitare loca ſacra. pag. 160.n.80.d

Religioſus.

Religioſus.

Religioſi per viam mundi tranſitores dicuntur. 360.n.95.o

Religioſorum hominum ſtatus floruit apud Hebræos p.426.n.36.

Religioſis monialibus cæſariem abſcindendi conſuetudo vnde manauit.p.125.n.25.n

Relinquere.

non Relinquit omnia qui vel ſeipſum non relinquit.p.163.n.85.t

Remedium.

Remedium ſine querelis præſtolandum eſt, vt inueniatur.p.392.n.60 i

Reprobus.

Reprobus & otioſus nihil differunt. pag. 190. n.11.o

Reprobi omnes,carnes ſunt dæmonis, membra verò carnium improbi vniti. pag.17. numero 58.e

Requies.

Requiei nomen quid ſignificet. pag.165.numero 89.q.t

Requies nulla eſt in rebus quæ nunquam ſtant, ſed fugiunt.p.239.n.42.d

Dura ſunt omnia ad requiem extra Deum. ibid.

Requies mulieris eſt fœlix matrimonium.p.223. num.2.d

Res.

Res per hiſtoriam virtus, in ſignificatione culpa plerumque eſt.p 151.n.57.u

litera, *Res*,ſignificat principium, ſiue caput, vt ſignificetur à ſolo Deo remedium ſperandum. p.329.n.269.ſ.t

Reſipiſcentia.

Reſipiſcentiæ ſignum eſt, ſuam non occultare improbitatem,ſed prodere. pag 486.numero 79.g

Reſiſtere.

Reſiſtere multum animo præ ſe ferenti ſtabilitatem, eſt fauenti Deo repugnare. pag. 177. num.118.

Reſpicere.

Reſpicere verbum multa ſignificat, & tria præcipuè ſecundùm D. Auguſtinum. pag. 159.numero 77.m.n

Reſpiciens Deus peccatores reſoluit in lachrymas pœnitentiæ.ibid.o

Reſpublica.

Reſpublica & pax latet ſub tutela virtutis militaris p.136.n.8.

Reſpublica bene ordinata componitur ex religione & regia poteſtate; & vbi illa interit, hæc quoque funditus euertitur. pag.343. numero 34.& ſeqq.

Reſpublica illa cuius neque ſaluti intendunt ſui ciues, neque ipſa illorum ſufficit indigentia,ruit prorſus in interitum. pag.326.numero 258.

Reſpublica bene conſtituta ſicut iuuenum lætitia & ſenum authoritate floret & viget, ſic vtraque deficiente corruit & marceſcit.p.449. n.40.41.& 42.

cùm à Republica tolluntur viri fortes & probi, qui & ſoli illuſtres, magnificique appellari poſſunt & debent, grauiſſimum à Deo ſupplicium eſt. Lege §. 1. tract. 16. pag. 316. & 317.

Reſurrectio.

Reſurrectio, ſicut omnia opera ad extra ſunt à tota Trinitate. pag. 508. numero 58. z

Reſurrectio Chriſti nota Iudæis, ſicut & liberatio Niniuitis.p 526.n 57.i

tempus à die Reſurrectionis vſque ad Aſcenſionem, cetua matutina. pag. 10.. numero 332.q

Reſurrectioni Dominicæ ſic conuenit Ionæ in littus eiectio, vt illi facto, tempore, & loco ſimilis, noſtram item reſurrectionem mirificè confirmet.pag.513.num.81.& ſeqq. per tot.§.9.

de Reſurrectione corporum apud Hebræos ſuperſtitio p.175.n.114.

Et de fide noſtra circa eandem. numero 115.

Reſurrectionis die populus Hebræorum fame & ſiti oppreſſus eſt. pag.152. num. 58.d. & quare. ibid.f

Rete.

Rete expandere pedibus quid ſit. pag.314. numero 215.i

Rete allegoricè ſignificat legem diuinam prohibentem illicita.p.314.n.218.q

Quæ expanſa deſuper detinet ruentes in via. ibid.r

Reticentia.

Reticentiæ energia ad exprimendum plura quam dici poſſunt. pag.368. num. 118. (non 181) d

Reuelare, Reuelatio.

Reuelare occulta nemo tenetur, ſed non licet aliud ſignis oſtendere. pag. 18. numero 64. e

per Reuelationem Dei ad officia accedebatur. p.463.n.8.per totum.

Reuelatio magna declaratur, cùm dicitur cælum aperiri in Scriptura. pag. 555. numero 353.q

Reuelationum quando maximè capax ſit anima. p.5.n.14.

Reuelationes eſſe diuinas quando verum. pag 5. num.15.

Reuerentia.

Reuerentia Sacerdotibus debita, nec non Deo. p.558.n.49.l.& 50.n

Rex.

Rex ex Seneca quis dicatur. pag. 394. numero 67.

Rex regni parens, ſi temperans; Incolæ regni, filij & propinqui. pag. 441. numero 10.z.a

Rex fundamentum & baſis eſt totius regni, pietas autem quæ in ſacerdotibus reperitur,quaſi angularis lapis.p.343.

Rex verus purpuram facilè deponit, non ſic tyrannus.p.93.n.300.k.l

Regis Aſſyriorum ſiue Niniue pœnitentia.p.525. n.33.& 34.

Regis virtutes in leone adumbratæ, & quænam illæ ſint.Lege §.1.p.37.& 38.

Regis prudentiſſimi conſilium,non ab alio petere quod in ſe potuit inuenire.pag. 522. numero 37.m

Reges vnde, ex Ariſtotele.p.134.n.12.

Reges primi aduerſa audiunt, poſtremi vtilia; quia ſcilicet oderunt eos qui vera loquuntur. p.521 n.31.& 32.x & z

Regibus fuere meliores Iudices antiqui. p. 137. num. 20. à Ieroboam vſque ad vltimum

periere omnes. ibid. Reprobi omnes præter tres Iudæ.ibid.
Regum acclamationes in appellatione Iudæ præſignatæ.p.65.n.217.l

Romani.

Romanorum decreta celebria contra iracundiam iudicum.p.346.n.44.b
Romanorum in ſeruos laudanda humanitas. p.194.n.18.i

Roſa.

Roſæ cur inter herbas aſperi odoris plantandæ. p.71.n.237.inter e. & f

Ruben.

Ruben, filius qui videtur, id eſt viſibilis & carnalis p.8.n.27.
Cuius fœdam libidinem, ne auditores offenderet, veteres Rabbini exponunt per tori mutationem. ibid.
Vulgata verò vnà cum L X X. per violentiam & impetum aquarum inundantium. p.9. num.27.
Ruben iniuria in patris cubile accommodatur ad eam quam intulerant Iudæi in carnem Chriſti Domini.p.13.n.43.i
Ruben tribus vbi ſita.p.14.n.47.i
Ruben crimen per admirationem & acclamationem amplificatum,p.16.n.55.a
Ruben perdidit primogenituram & ſacerdotium propter libidinem.p.9.n.29.& 31.
Ruben perdidit honorem ſacerdotij vnà cum primogenitura & imperio.p.11.n.37.

Rubor.

Rubor pro extrema verecundia.pag.211. numero 64.l
In quo differat à pudore.ibid.m

Ruina.

Ruina magnorum virorum nobis ad pœnitentiam exemplum eſt ſalutare. pag.519.numero 21.a
Ita tamen videnda eſt, vt eorum exemplo non peccetur.n.22.c

Rumor.

Rumor honeſtus, alterum eſt patrimonium. p.196.n.23.h

Ruth.

Ruth liber cur ſic appellatus. pag. 131. num. 2. 3. 4.
Ruth hiſtoria ſub quo Iudice contigit. pag.137. n.21.& 22.
Ruth libri autor & dignitas.p.132.n.5.6.7.
Locus eius inter ſacros.p.132.n.8.
Huius libri neceſſitas & vtilitas. pag. 133. num.9.
Ruth, figurat Eccleſiam ex gentibus collectam. p.184.n.137.
In eiuſdem conuerſione ad ritum Hebræorum, modus vocationis gentium ad Chriſtum exprimitur. p.184.& 185.n.138.
Ruth dum ſpicilegium facit, Deum inuenit in conſanguineum & nepotem. pag. 192. numero 15.t
Ruth charitas in maritum defunctum & in Deum.p.203.n.38.l.& n.39.m
Mater credentium poteſt dici.ibid.o
Eiuſdem & Abraham vocatio,ibid.n.& p
Ruth, inſpiratio Dei eſt appellata ex Chryſoſtomo.p.224.n.6.
Quo modo ſe vnxit.p.226.n.12.n
Ruth honeſtiſſima obedientiam prætulit neceſſitati.p.189.n.9.c
Ruth perſeuerantia commendatur ex malo conſanguineæ exemplo.p.173.n.105.a
Ruth merces quàm magna etiam in hac vita. p.205.n.44.f
Ruth modeſtia grandis, quæ inuitata à domino ſedit ad meſſorum latus. pag. 209. numero 58.h
Ruth figura Eccleſiæ gentium. pag.131.n.3.g.& ſpes.p.132.n.40.
Ruth tempore acceſſit quo maius eſt periculum pudicitiæ.p.233.n.28.n

S

Sabbathum.

SAbbathum vox, natura ſua non Græca, ſed Hebræa.p.296.n.157.
Sumitur pro religione Hebræa.ibid.m
Irridenda Iudaica illius obſeruatio.n.158.
Sabbathi apud Hebræos quàm religioſa obſeruatio. pag 174. num.109. & quando ceſſauit. ibid.n

Saccus.

Saccus, lorica ad pœnitentiam. pag.521. numero 30.t
Saccus ſeu cilicium extremè dolentium habitus. p.349.n.56.
Saccus & ieiunium, pœnitentiæ arma. pag.520. n.27.o

Sacramentum.

Sacramenta præſertim Euchariſtiæ in lege gratiæ, quàm ſanctè tractanda. pag.609. num.45. per totum.
Sacramenta nouæ legis quare dicantur à veteris populi appellatione. pag. 609. num. 46. per totum.

Sacerdos.

Sacerdos cur angelus dicatur. pag. 581. numero 30.ſ
Sacerdos honorandus ex præcepto diuino.p.432. num.60.e
Sacerdos à populo diſtat ſicut paſtor à grege. pag.572.n.1.a. Illius munus. p.573.num.2.b. In eodem, Dei gloria neceſſaria vt ſuo muneri ſatisfaciat.ibid.e.d
Sacerdos vitæ dux & confector.p.579.num.23.f. Pharus vitæ.num. 24. g. Et quomodo ſtella, num.25. Illius eſt ſcire & docere. p.580.n.27 per tot.§.2.
Sacerdos in ea pacis tranquillitate viuat quò nullus rerum turbo perueniat. Lege §.1.p.576. n.14.& 15.
Sacerdoti cur detur honor.p.584.n.38.l
Sacerdotis habitatio.p.576.n.15.ſ
Sacerdotis perfecti dotes. Lege tract.10.p. 578. 579.& ſeqq.
Sacerdotis cor, arca teſtamenti. pag.580. numero 27.m
cur à Sacerdote petenda ſit cognitio totius legis. p.581.n.30.per tot.§.3.
Sacerdos qui per exceſſum errat, tametſi ſibi periculoſiùs cadat; at cæteris damnoſiùs & turpiùs qui per defectum à regula declinat.p.582. & 583.per tot.§.1.
Sacerdotibus honoraria debentur.p.616.n.74.m. & p.618.n.82.

Sacerdotibus

Sacerdotibus debita reuerentia. pag.558. numero 49.l
Sacerdotibus Dei cultum negligentibus quid aliud quàm ittiſio Omnipotentis reſpondebit? p.562.& 563.n.64.per tot.§.6.
Sacerdotes ali debent à populo. pag.564.numero 71.t
per Sacerdotum miniſterium ſi ſectè ſe geſſiſſent,populo Hebræorum ex pacto Dei debebatur vita,& pax corporalis.pag.577.n.16.per tot.§.2.
Sacerdotum veterum auaritia,cauſa irreuerentiæ erga Deum.p.560.n.57.& 58.
In quo polluebant altare. pag. 562. numero 60. p
Sacerdos fons lachrymatum in populos. p. 563. n.65.a
Sacerdoti (proh dolor!) non ſat eſt in quolibet opere taxata merces, niſi oblationes ipſas ſanctas,vt filij Heli decimauerit.p.564. n.69. & 70.
Sacerdotes & prophetæ mali de more vulpium demoliuntur vineas populorum. pag.429.numero 44.g
Sacerdotes ante legem vngebantur oleo inuiſibili.p.11.n.35.
Quin & veſtes pontificales habebant peculiares. num.36.
Erant miniſtri Sacramenti quo tollebatur peccatum originale ante legem.ibid.
Quem honorem perdidit Ruben cum primogenitura & imperio.n.37.
Sacerdotum authoritas quanta,quantáque miſeria illius Reipublicæ in qua ipſi Sacerdotes præ fame intereunt.p.325 n.255.
Sacerdotum dicteria in vetera ſacrificia. p. 569. n.89.c
Sacerdotum veterum alacritas ad immolandum. p.116.n.369.i
Sacerdotium cum primogenitura in Chriſto Domino.p.111.n.34.
Sacerdotium ante legem coniunctum erat primogenituræ.p.10.n 34.
Sacrificare,Sacrificium.
Verbum,*Sacrificare*, ambiguum in ſacris literis. pag.564.& 566.n 575. & 576. & apud patres. num.78.
Sacrificare maximè pertinet ad nobiles.pag.541. num.5.
Sacrificium quid, & qui proprius eius effectus. p.567.n.78.& 79.o.p
Sacrificium religioſe præſtandum. pag. 558. n.50.o
Sacrificium non offerendum ſine laude & hymnis.p.511.n.74.f
Sacrificium idem qualiter ſignum ſit mortis Chriſti.p.568.n.84 a
Sacrificium temporibus gratiæ in omni loco Deo offertur.p.499.n.21.e
Sacrificium pro incruento. pag. 168. numero 82. u
Sacrificij propria ratio in Euchariſtiæ conſecratione.p.568.n.83.z
Sacrificij incruenti dignitas. pag. 569. numero 86.e
Sacrificium quo minoris pretij, eo religioſiùs procurandum. pag. 561. num.59. per totum. §. 5.
Sacrificium in lege nullum de corde & cerebro fiebat,& quare.p.566.n.113.e
Sacrificium ſatis præſtitit qui obedientiam exhibuit.p.190.n.10.p
Sacrificiis tanquam ferculis Deus nutritur. p.559.n.53.z
Sacrificium Abel cur Deo placuit. pag. 562. num.61.r
Sacrificia malè procurata, potiùs impietas & obliuio polluta,quàm cultus Dei ſunt.p.559. n.52.per tot.§ 3.
per Sacrificia nouæ legis candor ſtatus innocentiæ eſt reſtituendus.p.609.n.47.
Sade.
litera, *Sade*, iuſtitiam ſignificat, & monſtrat quàm iuſto Dei iudicio tanta euenerint mala Hieroſolymæ.p.324.n.253.t & l
Salomon.
Salomonis templum per partes explicatur. p.306 n.187.i.l
Salus.
Salutis in via gradatim progrediendum. p. 163. n.83.l
Salutis animæ diligens operator ſemper vt adoena ſe gerat ex vna virtute in aliam. p. 163. n.83.m
Salutare,Salutatio.
Salutare nomen æquiuocum. pag. 89. numero 292.q
Per excellentiam ſignificat Chriſtum Dominum.ibid.n.293.
Salutare pro ſalute ſemper vertunt textus Græcus & vulgata, & quare. pag. 392. numero 61.g
Salutatio, *Dominus vobiſcum*,humanitatis & humilitatis plena.p. 194.n.20.f
Habens formam non imperandi ſed imprecandi.p.195.n.20.t
Eadem vſus eſt Gabriel ad Virginem.ibid.u
Salutationes quotidianæ apud Romanos per oſcula fiebant.p.167.n.91.p
Prohibitæ à Tyberio Cæſare.ibid.
Samaria,Samaritana.
Samaria ob ingratitudinem euerſa. pag.207.numero 50.h
Samaritana dulcedine verbi capitur. pag. 61. n.207.f
Sameas.
Sameæ Hebræi viri iuſti vaticinium ad ſeptuaginta Seniores de Herode regnum adepto. p.46.n.165.f
Samech.
Samech literæ præcipua ſignificatio,*audi*. p.319. n.235.t
Hæc litera monet Iudæos, ne eorum Petrus abſcindat auriculas.ibid.11.
Sanctificatio.
Sanctificatio modica, Verbum Incarnatum. pag. 344.n.39.f
Sanctuarium.
Sanctuarij prophanatio & expilatio per gentiles. Vide tractat.11.in Thren. pag. 305. 306. & 307.
Sanctus,a,um.
Sanctus,Dei peculium,& quid hoc ſit. pag.622. n.96.i
Vnde nihil malì timebit.ibid.l
Dei theſaurus eſt.ibid.m
Sancta non priùs facienda quàm mandata.p.142. num.33.c

Sancti viri cur ſæpius aduerſa patiantur ea Auguſtino.p.620.& 621.n.90.
Eorum ſors quia bene ſentiunt de Deo in aduerſis.n.92.
Sancti non imprecantur mala, ſed vaticinantur. p.414.n.136.g
Poſſunt & imprecari mala temporalia ſub ratione boni alicuius ibid.h
Sancti non ſemper exaudiuntur à Deo ad eorum voluntatem.p.380.n.20.c
Sancti viri adimplent paſſionem Chriſti in corporibus ſuis,& quomodo. pag.157. num.71. z & a
Sancti in vita & in morte recipiunt mercedem p.205.n.43.d
Illis vt plurimum adimpletur promiſſio etiam in temporalibus dum viuunt, vel ſaltem poſt mortem.n.44.e
Sancti faciliùs patiuntur vita priuari, quàm ſacrorum locorum aſpectu. pag. 160. numero 79. a
Sancti in malorum colluuie non deſperant, ſed verbis proteſtantur ordinem diuinæ prouidentiæ implendum.pag.386.num.43. per tot. §. 4.
Sanctis proficiunt labores peccatorum ea D. Greg.p.312.n.211.
Sanctis omnia per Deum reſtituentur in melius. p.626.n.12.0
cur Sanctis mala eueniant in hoc ſæculo. p.595. n.76.a
Sanctorum cura penes Deum. pag. 622. numero 93.e
Sanctorum præſentiam cur timent peccatores. p.578.n.20.p
Sanctorum fortitudo ad protectionem Dei referenda, quæ ſcutum & gladius pro illis, imò murus igneus. p.109.n.348. g.h.i
Ab angelis veluti militibus cuſtodiuntur. ibid. l
Quin & ipſe Deus in medio laborantium inuenitur. ibid.m
Sanctorum corpora vbique ſunt ante Deum, p.119.n.3.e
Sanctos in gloria pares eſſe dicere, hæreſis eſt. p.598.n.9.u
Hæc tamen æqualitas inter aliquos conceditur. ibid.a

Sanguis.

Sanguis pro morte.p.490.n.93.a

Sanſon.

Sanſonis magnitudo & fortitudo. pag.88.n.288. & 289.
Comparatio inter ipſum,& Chriſtum. p. 89. n.293.u
Sanſon Nazaræus à natiuitate, ſicut & Chriſtus Dominus.p.85.n.279.
Sanſone nihil maius in familia Dan. pag. 83. n.274.h
Sanſon robuſtum ſignificat. ibid.e
Merito exiſtimatus Hercules. ibid.f
Cur coluber dictus ſit & ceraſtes.ibid.g.h
Sanſonis & Chriſti Domini congruentiæ. p.85. n.278.vſque ad 286.

Sapiens,Sapientia.

Sapiens non dicit,perdidi,ſed, reddidi. pag.536. num.45.a
an Sapientes fuerint in Iſſachar cum ei agricultura fuerit promiſſa.p.74.n.247.
Sapiens ſtulti redemptio.p.74.n.247.l
Sapientes in aſtutia ſua comprehenduntur à Domino.p.473.n.37.t.& a
de Sapientia melius eſt iudicium apud inferos quàm apud nos.p.74.n.247.g

Sapphirus.

Sapphirorum colores varij, & quo ſenſu dicantur Nazaræi ſapphiro pulchriores. pag.424.& 425.n.31.& 32.

Saturari, Saturatio.

Saturari in ſcriptura quid ſit. Vbi habetur ſenſus illius loci, *Saturabitur opprobrijs*.pag.396. n.74.75.& 76.
Saturatio pro abundantia. pag. 210. numero 61.r

Sceleratus,Scelus.

Sceleratorum diſciplina, finis diuinæ caſtigationis.p.313.n.214.f
Sceleris,ſtipendium,exilium,& aliæ calamitates. p.282.n.115 g
Scelera noſtra trahunt diuinam in ſui vindictam veluthamus vltionem, & faciunt ſuper nos venire plures & concatenatas calamitates.p.294.n.153.per tot.§.3.

Sceptrum.

Sceptri nomine regia poteſtas ſignificatur.p.40. n.143.
Circa illud Rabbinorum error corripitur. n.145.& p.41.n.146.
Sceptrum regium apud Babylonios florem ſeu pomum in ſummitate habebat,& quare.p.41. num.146.
Sceptrum in Iuda durauit vſque ad tempora Chriſti quamuis in alieno ſanguine. pag. 45. n.159.o
Sceptra regia olim in formam aratri effigiata. p.75.n.248.r

Scipio.

Scipio Africanus regium nomen reſpuit,& quare.p.48.n.173.

Scriba.

Scribæ omnes, iuxta traditionem Hebræorum, ex Simeonis tribu.p.24.n.82.u

Scriptura ſacra.

Scripturæ ſacræ intelligentia in duplici via conſiſtit, in ſenſu ſcilicet externo,& interno, & quomodo hi ſenſus habeantur. p. 31. numero 114.q.r
Documenta pro dicta intelligentia. pag. 34. n.125.g.& i
in Scriptura ſacra tanquam in argento ſemper includitur aurum myſticæ ſignificationis.Lege §.1.tract.6.p.150.& 151.
Scriptura ſacra ſæpius duplicem habet ſenſum literalem, & quare. pag. 374. numero 3.c
an Scripturæ locus idem poſſit habere duos ſenſus literales.p.33.n.121.& 122.
Scripturæ ſacræ pleríque expoſitores per inſcitiam errant tranſmutantes ſenſus, & ideo cauendi.p.32.n.118.t
Scripturæ ſacræ proprium eſt,vt eodem ſermone narret geſtum & prodat myſterium. pag. 30. n.105.z
Quia illius author Deus eſt, qui præteritis ſeu præſentibus rebus,futura prænuntiare poteſt. ibid.a
Scriptura ſacra duplicem habet ſenſum, internum ſcilicet,& externum.p.30.n.106.c
Myſticum ſeu internum agnouerunt veteres prophetæ.ibid.d

Digitized by Google

Myſticus in veteri Teſtamento plerúmque diuinior & nobilior exiſtit quàm externus, & quare.p.30.n.108.e
Obiectioni in contrarium fit ſatis.ibid.f
Senſu myſtico vtuntor ſacri authores ad explícandas res fidei.p.30.n.109.g
Scripturæ ſacræ myſteria difficilia & obſcura, & quare.p.31.n.110.111.112.& 113.

Scutum.

Scutum, id eſt, compreſſio. pag. 415. numero 139.q
Scutum & pſalmos in voce Hebræa ſimilitudinem habent.ibid.r
Scuta terræ, ſunt principes. pag. 41. nomero 148.

Securitas.

Securitas an alicubi? p.71.n.237.c

Sed.

Sed particula, aliquando correctiua, non aduerſatiua.p.93.n.300.h

Sedecias.

Sedeciæ Regis erutis oculis, & populi tranſlatio. p.281.n.108.

Sedere.

Sedere conſtantiam in adoerſis ſignificat. p.394. num.68.
Sedere habitus eſt orantis & poſtulantis. p.241. num.48.
Sedere ſtatus eſt hominis mœtentis, ſiue dolentis.p.521.n.34.d
Sedendi habitus eſt ſtatus miſeri. pag. x65. oumero 31.h
Sedebit ſolitarius & tacebit, ſenſus horum verborum.p.394.n.67.& 68.
Sedere verbo appoſitè vtitur Ieremias, ad ſignificandum ſtatum Ieroſolymæ amiſſo regoo; his verbis, *Quomodo ſedet*. p.265.n.32. per tot. §.2.& p.266.n.36.

Sela.

Sela, quomodo propter infidelitatem eius familiæ, maiores Chriſti tranſlati ſunt ad filios Phares, relicta ſit illis figura tantùm tabernaculi, nodaque ſignificatio Incarnationis. Lege §.7.p.145.& 146.

Sella.

Sellæ iudiciariæ dignitas & meritum pene diuinum eſt.p.246.n.3.

Semen.

Semina & mores aſſimilantur locis è quibus oriontur.p.64.n.232.e
Seminum fructibus plura numina apud veteres. p.617.n.78.e
Pro quibus vna ſufficit Dei cura.ibid.f

Semiramis.

Semiramidem verſam fuiſſe io columbam, fabulabantur Babylonij.p.425.n.34.

Senectus, Senium.

Senectus corona gloriæ.p.3.n.9.
Senectus fatidica.Lege §.3.p.4.& 5.
Senectutis voluptati contraria mala quæ ſint. p.170.n.101.o
Senectus ad indicandum non ex longitudine temporis, ſed ea laudata vita ſpectatur. p.246. num 4.l
Senectutis filius, *vide* Filius.
Senium inducit labor ante tempus.p.377.n.12.a. & p.379.n.18.

Senex.

Senex cæcus meliùs videt quàm iuuenis apertis oculis.p.4.n.13.
Senior re & verbo colendus, Deus enim æternus ſenex.p.432.n.60.f.g
Seniorum cura in iuuenes. Lege §.1.tr.25.p.214.
Senes fame conſumpti in media vrbe, quorum authoritas cum diuina à veteribus collata. p.325.n.256.f.g
Senes defecerunt de portis, iuuenes de choro pſallentium. Senſus huius loci.p.449.num.40.41. & 42.& p.450.n.43.& 44.
Senes à voluptate aufugiunt naturæ beneficio: p.170.n.101.q
de Sene luxuriante prouerbium vetus, *Nauem in portu mergis* p.170.n.101.t
Senes non ex loogitudine temporis ſed ex laudata vita ſpectantur.p.325.num.257.h.& quare. ibid.i
Senes egeni, miſerrimom omnium in vita, dixit Diogenes Cynicus.p.326.n.257.m
Senes canunt dulciùs more cygnorum in morte quàm in vita.p.5.n.13.
Futura præuident morti propinquantes, iuxta veteres.ibid.

Senſus corporis.

Senſus miniſtrate ſolent animæ quæ acceperunt: p.470.& 471.0.31.& 32.
Clauis figendi ne animam faciant auolare. p.471.n.33.e.f
Dolorem potiùs afferunt quàm voluptatem. ibid.g
Senſus hominis deprauati, falſi ſpeculatotes. p.357.n.86.o
Vnde niſi illis occluſis veritas ad mentem non perueniet.ibid.o
In quo decipiant mentem.p.357.n.86.p.
Senſibus flammam nutrientibus deflagrat intellectus.p.352.n.72.
Sed eiſdem per pœnitentiam correctis reparatur animus qui perierat.ibid.r

Senſus ſacræ Scripturæ.

Senſus in vno eodémque loco Scripturæ duplex.p.549.n.27.n
Vtriuſque oobilitas.p.550.n.27.o
Senſus literales voius eiuſdémque loci in Scriptura duo.p.550.n.27.p
Senſus omnis verus eſt excogitatos à propheta: ibid.q
Senſus myſticus literalis etiam.ibid.r
Senſus externus ſeu literalis vel hiſtoricus; & ſenſus internus, ſiue myſticus, allegoricus, vel ſpiritualis, ad intelligendas Scripturas ſunt maximè neceſſarij.p.31.n.114.q
Quomodo habeantor.ibid.r
Non omnis ſenſus literalis eſt hiſtoricus, ſed vel in hiſtoria, vel in prophetia, vel in doctrina, dummodo ſit intentus per voces in ſua propria vel aliena ſignificatione. ibid.ſ.t.u.
Semper tamen reſultare debet ea prima vocom ſignificatione.p.31.n.115.x
Senſus literalis definitio.p.32.n.115.z
Quid de ethologico & analogico. ibid.a,b,c
Senſus metaphoricus quot habeat ſpecies, ſiue modos.p.32.n.115.c
Circa ipſum regula omnino ſeruanda. numero 116.d
Senſu literali deficiente, recurrendum eſt ad myſticum. p.32.n.116.e
Senſus ſimplicis, & metaphorici literalis diſcrimen.p.32 n.116.f
Nullus locus in Scriptura ſenſu literali caret, ſimplici aut metaphorico.ibid.n.117.g

Aliquem locum eſſe omnino myſticum aſſerit Burgenſis,ſed refellitur.ibid.h.
Error expoſitorum ſacræ Scripturæ per inſcitiam tranſmutantium huioſmodi ſenſus, omnino canendus.p.31.n.118.i
an Senſus literalis duplex dari poſſit in eodem loco.Lege §.3.n.33.& 34.
Senſus literalis in ſacra Scriptura aliquaodo plerúmque duplex, & quare. pag.374. numero 3.c,d
an Senſus omnes intenti à Spiritu ſancto communicentur ſcriptoribus ſacris. pag. 35. numero 157.n
Senſus literalis manu ducit ad allegoriam.p.35. n.128.a
Lucernæ comparatur, allegoria margaritæ. ibid b

Sententia.

Sententia punientis commendat Iuſtitiam. pag. 345.n.44.
Sententiæ mortis ſpatium apud Romanos.p.346. num.44.b

Sepelire.

Sepelire quid ſit,quid humare. p.120.n.7.
Sepeliendi corpora in terra ratio theologica. p.121.n.8.e
Sepeliendi in tempus conſuetodo à tempore venit Apoſtolorum.p.124.0.19.d
Sepulti dormiunt,non moriuntur.p.119.n.4.i

Sepulchrum.

Sepulchrum cur à veteribus *cæmiterium* appellatum ſit.p.119.n.4.
Sepulchri apud Ægyptios maior cura quàm domos.p.120.n.5.f
de Sepulchris lapideis veterum.p.121.n.8.d
de Sepulchro ſpes reſurrectionis non obſcura. p.126.n.5.q
Sepulcrum Chriſti,*vide* Chriſti ſepulcrum.
Sepulchrorum varietas vnde orta.p.123.n.18.s
Sepulchra mortuorum intra vrbes & ſacra templa Lycurgo iubente deducta.p.123.n.19.
Sepulchra nomine cauernarum tenebroſarum In Scriptura ſignificantur.p.378.0.16.n
Sepulchra Sanctorum ad promouendam virtutem ſecundum poſt fidem obtineot locum. p.160.n.90.g
Sepulchra veterum cur in montibus longè ab humano commercio.p.123.n.17.x & z

Sepultura.

Sepulturæ cura vnde oriatur. p.119.num.5.n.& p.120.n.6.t
Sepulturæ cura apud veteres patriarchas propter ſpem reſurrectionis.p.176.n.115.l
Sepulturæ Sanſonis potentis & gloria. pag.87. n.283.
Sepulturam accipere in alieno ſolo genus eſt ſupplicij.p.148.n.47.
Sepulturæ qualiter traditus Iacob. pag.120. §.3. per tot.

Sermo.

Sermo non compunctiuus euertit Eccleſiam. p.516.n.8.r
Sermonis impudici damna.p.448.n.34.o

Serpens.

Serpens ad fallendum inſtrumentum accommodatiſſimum.p.82.n.271.g

Seruitus.

Seruitus felix quæ ſub iugo Chriſti comparatur. p.316.n.224.per tot.§.3.
Seruitus laborioſiſſima ex copia temporalium. p.75.0.249.d
Seruitus tributorum in præmium laborum inuenta.p.76.n.250.f
Seruitus nolla maior quàm ſi dominentur inſipientes in populis:ſed & hæc via eſt,vt barbaris tradantur vrbes & regna in captiuitatem, Exemplo id comprobatur. p.444. & 445. per tot.§.3.
Seruitutis ſymbolum,aſinus.p.79.n.258.c

Seruus.

Seruus fidelis communiter præſtita ſua putat. p.153.n.61.x. Et quare.ibid.z
ſic eum Seruo viuendum quaſi ſeruus fieri poſſis. p.194.n.18.m
Seruus quandóque In conſilium vocandus. pag. 194.n.18.n
Seruum alloqui non dedignatur Deus.ibid.o
Serui aſpirante fauore ſtatim ordinis obliuiſcuntur.p.194.n.19.r
Serui dominorum mores imitantur. pag. 195. n.22.g
Seruorum Booz imprecatio ad ipſum, pontificalis formam habebat.p.195 n.22.c.Excipiunt humaniter ſicut ipſe viduam.ibid.g
Seruorum præpoſitus ſenex erat.p.196.n.24.n
Serui tempore meſſis,maximè verò meſſores ſolebant à veteribus vocari ad prandium.p.208. n.54.a. Ad pedes dominorum honeſtatis gratia comedebant. ibid.b. Aceto vtebantur, & quare.o.56.d
Seruus nomen æquiuocum. p.444. n.24.o. Quidam ſeruiles pilos geſtant io animo.ibid.r
Serui prudentiorum per naturam ignoranter, vt olim Barbari Græcorum.p.444.n.24.p
Seruis dimidium mentis abſtuliſſe Iouem, dixerunt veteres.p.444.n.25.f
Plura de illis & bonis & malis. pag.445.n.25. & 26.
inter Seruos maledicentes annumeratur ortus de libera,quia ſeruum fecit patrem.p.195.n.22.e
Seruile iogenium quamuis ſit maledicum, ſi tamen bene inſtituatur, imitabitur benedicentiam domini ſui.p.195.n.22.per tot.§.4.

Si.

Si,particula aliquando eſt interrogatiua. Exempla.p.310.& 311.0.204.m
particula, *Si*, interrogantis eſt plerúmque in ſacra Scriptura.p.369.n.121.i
particula,*Si*, varios habet ſignificatus. p.561. & 462.n.59.60.61.& 62.

Sibilus.

Sibilus ſtupentis eſt opus.p.358.0.90.
Sed frequentiùs irridentis & admirantis vox eſt.p.358.n.90.d

Sichem.

Sichem oppreſſit Dinam, & quanta Inde mala eruperint.Lege tract.2.p.16.17.& ſeqq.
Sichem mors typum gerit mortis Chriſti. p.29. n.81.t

Sidonia.

Sidoniæ antiquitas quanta ſit.p.74.n.246.x
Vnde ſic dicta & quid ſignificet.ibid.z
Nunquam expugnata.ibid.a

Signum.

Signum eſt in quod nemo non poteſt iaculari ſagittas.p.383.n.30.
Sic in Ieremiam Deus tela vibrauit.ibid.a.
Sed Iudæi crudeliùs in Chriſtum ſæuierunt, ibid.b.

Digitized by Google

Vbi explicantur illa verba, *poſitus eſt hic*, &c. *& in ſignum cui contradicetur.*

Silentium.

Silentiũ in peccatore quid ſignificet.p.350.n.60.t.Eſt remedij mediator & ſalutis.ibid.u

Simeon.

Simeon & Leui dicuntur fratres cum non ſint propter malitiæ conformitatem.p.16.n.58.e

Simeon & Leui referunt vtrumque Teſtamentum per analogiam, ſiue allegoriam. p.23.n.8.

Simeonis & Leui facinus an excuſari poſſit.p.20.& 21.n.71.72.73.& 74.

Simeon & Leui diſperſi ſunt per vniuerſam Palæſtinam in pœnam crudelitatis in Sichem. p.21.n.75.

Similitudo.

Similitudo pura, & figura an differant. pag. 36. n.131.ſ.Non omnis ſimilitudo eſt figura.ibid.t

per Similitudinem duobus modis aliqua deriuantur ab aliquo.p.568.n.84.a

Simplicitas.

Simplicitas malitiæ expers.p.254.n.27.r

Simplicitas, propria nobilitatis virtus.p.19.n.65.

Simplicitas mendacio & hypocriſi opponitur. p.18.n.64.d

Simulatio.

Simulatio ex omni vitâ tollenda.p.18.n.64.e

Non decet principem virum aut priuatum. ibid.n.d

Sin.

litera, *Sin*, ſignificat ſuper vulnus, ſiue medicamen vulneris, quaſi non defutura eſſet conſolatio afflictæ Ieroſolymæ. p.330.n.277.o.p. Significat etiam dentes, quaſi dendata & fatidica ſit oratio mulieris non morientis. numero 278.q

Singularitas.

Singularitas quàm pernicioſa.p.532.n.27.i.l

Sion.

Sion cœleſtis & Edom gehennæ allegoria. pag. 437.n.95.l

Sion propriè quid ſit. p.454. n.61. Plura de illo. ibidem.

Sion expandit manus ſuas, ſenſus horum verborum.p.321.n.242.& 245.

Sionis breuis deſcriptio.n.244.

Sobrietas.

Sobrietatis optima regula.p.210.n.61.ſ

Sodomita.

Sodomitis proprium ſuam propalare turpitudinem.p.143.n.35.m

Sol.

Sol mœret & obſcuratur triſtitiæ nube turbatos.p.273.n.71.g

Sol ſtetit propter præuaricatores legis tempore Elimelech ſecundùm Hebræos.p.144.n.40.& p.145.n.40.l.& 41.t

Solicitudo.

Solicitudo de rebus neceſſariis familiæ tres conditiones habere debet.p.218.n.85. h.i.l.m

Solitarius, Solitudo.

Solitarium degere, propheticum eſt.p.476.n.45.r.& quare.ibid.u

Solitudo ad philoſophum & prophetiam confert.p.476.n.45.o

Solitudo in aduerſis ſemper optata. pag. 394. n.69.& quare.p.395.n.69.b

Solitudo quærenda poſt publica munia peracta p.532.num.23.24. & 25. Exemplo Ionæ. num.26.

Solitudinis magnum periculum, ſingularitas. p.532.n.27.i.l

Solon.

Solonis reſponſum quærenti cuidam cur mortuum filium defleret p.319.n.236.

Solum.

Solum natale in mores hominum influit ſicut parens in filios.p.482.n.640.

Somnus.

Somnus quomodo fiat ex Ariſtotele & Galeno. p.476.n.47.z a

Sordes.

Sordes acceptæ pro menſtrua immunditia. pag. 302.n.176.d.e

Sors.

Sorte eueniſſe dicebantur, quæ fauſta & felicia eueniebant, apud veteres.p.166.n.91.i

Sortiri virum, feliciter nubere eſt.p.166.n.91.

Sors aliquando diuinam prouidentiam ſignificat.p.166.n.91.m

Sortes quæ probentur, & quotuplices ſint.p.480. n.60.t.u

Speciosum.

Specioſa Iacob quæ dicantur, & cur ſic vocentur. pag.336.n.10.& 11.c.e.Deſtructa à Chaldæis. ibid.d

Sperare, Spes.

Sperandi viam contra ſpem omnem docuit Abraham.p.388.n.49.g

Sperare ſub alis, idem atque ſecurum eſſe. p 205. n.45.i

Spes & fides neceſſariæ ad ſalutem. p.176.n.116.

Spes fidei ſanguis, qui ſi effluxerit, vitalis fidei facultas diſſoluitur.p.176.n.116.ſ

Spes in fortibus ſalutis prima occurrit.ibid.t

Poſt eam ſecundum locũ tenet pœnitentia.ib.u

Spes eſt idem quod ſecuritas.p.205.n.45.l

Spes firma non niſi in ſolo Deo innititur. p.51. num.182.b

Omne aliud auxilium quod à Deo non eſt, ſimile eſt baculo arundineo.ibid.e

Spes ſuas omnes in Deo non ponit qui non reliquerit vniuerſa.p.205.n.47.o

Spes inter timorem & ſecuritatem mediat. pag. 459.n.76.q

Spes beata non niſi de conſcientiæ bonitate. ibid.r

Spes reddit homines filios Dei. p 52.n.185.n

Non ſperantes in Deum extra naturam ſunt. ibid.o

Spes ſupernaturalis in peccatore à pio Deo conſeruatur.p.508. num.59.d. Relinquitur in peccantibus quaſi ſemen vitæ ſpiritualis.ib.e. Ideo charitate recedente non deperditur quia non ſequitur amicitiam Dei, ſed concupiſcentiam illius in nobis.pag.ead.n.60 d.e

Spes eo maior quo grauior calamitas ingruit. p.508.n.60.f

cum Spei nullus eſt locus, tunc votorum eſt. p.162.n.82.t.& p.272.n.618.p

Spes fulcrum patientiæ.p 392.n.58.Illa deficiente, vita præſens gehenna foret.ibid.b

Spes quare ſit multorum, inquiſitio verò Dei paucorum.p.392.n 59.d

Spes de Deo non eſt homini, niſi Deus fieret homo.Lege §.1.tract.10.p.50.51.& 52.

Spica, Spicilegium.

Spicas prolapſas è manipulis colligi vetabat lex, & quare.p.188.n.8.x.& z

Spicilegium Ruth, & ſibi & ſocrui ad victum remedium.p.189.n.8.a

Spiritualia.

Spiritualibus inſtantibus deponenda exteriora. p.142 n.33.b

Spiritus.

Spiritus Domini ante mundi natales ſuper aquas ferebatur.p.242.n.51.q

Spiritui ſancto tria placent, concordia fratrum, amor proximorum, vir & mulier bene conſentientes.p.165.n.89.b

Spiritus ſanctus ſuam erga ſponſam beneuolentiam non patitur vel verbo occultare. p. 145. n.41 p

Spolia.

Spolia ſola inter ea quæ diis ſacrabantur,non reficiebantur,& quare.p.436.n.88.r

Sponſa,Sponſalia.

Sponſa in tabernaculo matris virum accipiebat apud veteres,& quare.p.163.n.84.per rot.

Sponſæ omnis pulchritudo ex paſſione Chriſti quam in corde geſtabat.p.497.o.15.& 16.

Sponſalia celebrandi mos apud veteres. p. 163. num.84.

Sponſalia inter Ruth & Booz ſecundùm legem Hebræorum.p.216.n.79.& 80.

Spontanea.

Spontanea accuratiora ſunt.p.571.n.94.m

Sputamenta.

Sputamenta accipere ad extremam iniuriam refertur.p.250.n.15.b

Statua.

Statua equeſtris ſolis ſtrenuis viris debita, cur poſita Cleriæ virgini.p.152.n.21 p

Stercus.

Stercus ſolemnitatum veſtrarum diſpergam ſuper vultum veſtrum,quis ſenſus huius loci. p.575. o.10.& 11.

Sterilitas.

Sterilitas apud Hebræos, execrabilis. pag. 110. n.350.col.2.

Vulua, *vide* Vbera.

Stoici.

Stoici ac Linici philoſophi dicentes omnia ſuis propriis nominibus pulchrè à Cicerone reprehenduntur.p.235.n.33.

Stola.

Stola rubricata quid ſignificet, iuxta illa verba, *Lauabit in vino ſtolam ſuam* ,&c.p.56. n.195. & 196.

Struthio.

qui de Struthione ſcripſere.p.420.n.11.h

Struthio, naturalis in filios charitatis obliniſcitur.ibid.i. Cui aſſimilatur feritas Hebræorum erga filios irem ſuos.ibid.l.Cum viderent eos areſcentes præ ſiti,& fame pereuntes, & non ſubuenirent eis.n.12.m.n

Stultitia , Stultus.

Stultitia Dei,paſſio Chriſti.p.415.n.140.t

Stultus Sapientis redemptio eſſe non poteſt,ſed contra.p.74.n.247.i

Superbus,Superbia.

Superbi & omnes facientes iniquitatem erunt ſtipula in die iudicij.p.614.n.6.& 7.

Superbis illud quandoque vtile,vt humilientur. p.305.n.183.c

Sicque pacem acquirant deperditam.ibid.d

Superbia magnos ſecum fert ſpiritus, & omne peccatum grande eſt quando omne per eam commititur.p.301.n.172.per tot.§.3.

Supplicium.

Supplicium extremum impietatis.p.553.n.37.g.

Suppliciom,quod poſt longa tempora infligitur, iracundiæ non eſt,ſed iuſtitiæ.p.346.n.45.d

Supplicij diuini finis.p.398.n.79.e

Supplicia hominum ſolent plerunque in melius à Deo conuerti.Lege § 4.p.21.& 22.

Surgere.

Surgere verbum, idem quod præparari ad iter. p.158.n.76.l

Suſpiria.

Suſpiria, noua antiphraſi, lætitiam ſignificant. p.257.n.2.d

Sydera.

Syderibus non tribuenda malitia noſtra, ſed nobis.p.70.n.237.

Synagoga.

Synagoga Hebræorum deſerta & vidua facta propter idololatriam.p.169 o.49.& 50.

Omnino perdita & deſolata, nec amplius reparanda ob mortem Chriſti ſeruatoris. Lege §.2.p.269.& 270.

Synagogæ felicitas in multitudine filiorum.pag. 111.n.351.l

Synagoga non inuenit amicos, ſed irriſores ob crudelitatem in Chriſtum exercitam. p. 278. n.84.o.Cui ſignum circunciſionis relictum eſt ſicut Caino.ibid.n.85.

Synagoga veluti hedera adumbrandi tantùm cauſa conſeruabatur.p.536.n.43.f

Vnde continuò poſt reſurrectionem Chriſti exſiccata eſt.ibid.t

Synagoga cunctas ſuperauit adulteras impudicitia. p.302.n 176. g. Eo quod nulla mortis memoria ſuam libidinem compeſcuit.o.177.h.

Vnde veniens in profundum peccatorum contempſit diuinam prouidentiam aut negauit. p.303.o.178.i.Eiuſdem deſcenſio de ſtatu priſtino.p.303.o.179.p. Miſerrima foit in ſecundo excidio,quia perpetua, perpetua verò quia impœnitens.p.209.n.180.p.q.r

Synagogæ ſtatus in captiuitate Babylonica non fuit deploratiſſimus,quando in eadem amicos habuit & magiſtros qui ſolarentur eam, & docerent optimè,prophetas ſanctiſſimos. pag. 275.n.80.

At in captiuitate per Romanos,ſine luce, ſine honore vagantur exules, omnibus inuiſi & irriſi.p.276.n.81.b

Synagoga in primo exilio poſita fuit in remedium,in ſecundo in pœnam æternam. p. 276. n 82.i.Eiuſdem ſtatus præſens viſus à Ieremia prophetice.p.176 n.83.l

Synagogæ reprobatio & gentilium electio,vnde. p.13.n.42.n

Synagogæ planctus cur tandiu duret. pag.177. n.87.t. Ideo rectè dicitur in nocte plorare, atque per diem Sabbathi ignem non accendere. p.ead.n.88.n.x

Synagogæ pudefactæ confuſio per litera *Beth* ſignificata.p.278.n.95.& 96.

T

Tabernaculum.

TAbernaculum quid ſit, pagina 588. numero 51.

Tabernaculum pro templo vſurpatum. pag.340. n.26.& p.343.n.34.h

Tabernaculi figura relicta eſt filiis Selæ, res autem tranſiit ad Booz filium Phares, & quare. p.146.n.42.b

Tabula.

Tabulæ legis cur euerſæ fractæque à Moyſe. p.269.n.49 e.& n.50.f

Tacere.

Tacere pro ceſſare apud Hebræos. p.363.n.106.

Tacitus

Digitized by Google

Tacitus Cornel.

Taciti error circa Iudæorum nomẽ.p.67.n.215.d

Tantùm.

Particula, *Tantùm*, in illis verbis, *Tantùm in me vertit & conuertit manum ſuam*, quid importet p.376.n.8.g

Tarditas.

Tarditatis ſemper accuſatur in ſubueniendo extremè laborantibus diuinum auxilium.p.456.n.67.& 68.

Taurus.

Taurus ſignificat Eccleſiam dum veluti Luna cornibus fulget.p.25.n.87.m

Tempeſtas.

Tempeſtas ſubitò turbans maris tranquillitatem, rerum humanarum figura.p.506.n.52.f

Tempeſtas diuinitus excitata in ſolam Ionæ nauim docet, nullam aduerſante Deo tranquillitatem fore; & quàm ſit peccatoris indiuidua comes tempeſtas poſt Adami lapſum, quantóque ſænior animam fugientis Deum turbo inuadat. Lege §.2.tract.4.in Ion.p.473.& 474.

Tempeſtas ſuperueniens in Ionæ nauim monſtrat, cauendo fieri vt eueniat, quod diuinitus diſpoſitum eſt, euenire. Lege §.1. tr.4.p.472. & 473.

in Tempeſtate non opes, ſed paupertas remedium.p.475.n.44.o

Templum.

Templum Hieroſolymitanum vbi ædificatum. p.253.n.22.z

Templi Ieruſalem deſtructio, & quæ fuerint cauſæ.p.417.n.2.d

Templum & altare vetus, lupus rapax. pag. 116. n.369.l

Templum reuiſere, ſeu rurſus videre, quid ſit. p.504.n.39.& ſeqq.

Templa noſtra veterrima reſpiciebant ad occidentem.p.531.n.22.d

Temporalia, Tempus.

Temporalia iſta cur Deus voluit eſſe communia bonis & malis.p.620.n.90.t

Temporalium ſollicitudo triplici modo licita. p.218.n.85.h.i.l.m

Tempus facilis Deus ex Sophocle.p.345.n.44.& p.349.n.74.u

Tempus & dolor pulchritudinem deprædantur. p.178.n.122.

Temporis mora, efficaciſſima medicina ad ſedandos animi motus.p.346.n.45.c

Temporis importunitas vim neceſſitatis oſtendit.p.143.n.35.o

Tempus vocare quid ſit in illis verbis, *vocauit aduerſum me tempus*.p.317.n.229.d.f

Tenebræ, Tenebroſa.

Tenebræ in ſacra Scriptura mortem ſignificant. p.375.n.6 e. Vel extremam calamitatem.n.7.f

Tenebroſa quid ſignificent in Scriptura. p.378. num.16.

Tentatio.

in Tentatione Deus non accuſandus, ſed eius implorandum auxilium.p.510.n.66.per tot.

Tentorium.

Tentorium & tabernaculum idem quod templum.p.343.n.34 h

Terra.

Terra olim fertilis, & quare.p.75.n.248.q

Terra interram vbiuis diſſoluitur.p.119.n.3.g

Terra ante lapſum ſponte dabat quod poſt lapſum in ſudore colligimus.p.75.n.249.x

Terræ felicitas & abundantia in quo poſita.p.54. n.189.z

Gabr. à Coſta.

Terra promiſſionis ſiue Chanaan, vbi ſita, & in quot prouincias diuiſa.p.14.n.46.a

Paradiſus Dei, & figura cæli habita fuit, Chriſtum viuum portauit, & mortuum triumphantem cælo reddidit.ibid.d,e,f

Terra ſancta in duodecim familias ſiue tribus diuiſa.p.14.n.47.g

Teſtamentum.

Teſtamenti vtriuſque analogia in Rubeo primogenito Iacob.p.13.n.31.& ſeqq.

Teſtamenti vtriuſque analogia reperta in duobus filiis Iacob, Simeone, & Leui. Lege §.5. p.23.& 24.

in veteri Teſtamento vocibus & rebus prophetatum eſt.p.150.n.53.

Thamar.

Thamar Eccleſiæ & Synagogæ figura. pag. 93. n.303.p.q

Tharſis.

Tharſis nomine, quò fugit Ionas, qui locus ſignificetur.p.468.n.23.& ſeqq.

Thau.

litera, *Thau*, crucis effigiem habet, quaſi terminum ſignificet omnium malorum per Chriſtum futurum.p.332.n.284.& 285.m.& o

Theth.

litera, *Theth*, ſignificat excluſionẽ. p.304.n.183.b

D. Thomas.

Thomæ diuinitatem oſtenderunt loca clauorum Chriſti.p.156.n.70.l

Tibicen.

Tibicines ad funera conducebantur.p.128.n.39.z

Timere, Timor.

Timere debemus Deum tanquam ſerui dominum.p.556.n.46.f

Timere Deum, ſecundùm Scripturam, idem eſt atque colere, & quare.p.483.n.68.c

Timentes cur taceant.p.127.n.36.o

Timentes quare palleſcunt & tremunt. pag.235. n.32.o

Timor quid ſit. p.578.n.20.o. Cur timeant peccatores ſanctorum præſentiam.ibid.p

Timor Græco vocabulo Deus dicitur, quia ſolus timendus.p.288.n.135.f

Timoris ſeu honoris origo.p.557.n.46.g

Timor in ſacra Scriptura ſæpiùs accipitur pro actu religionis.p.557.n.46.h

Timor ſeruilis non eſt peccatum.p.557.n.48.i

Timor virtutis initium.p.474.n.42.m

Timor reuerentialis Deo debitus.p.540.n.4.e

Timore Dei & fides & religio intelliguntur. p.571.n.94.

Timoris diuini magna bona, ſine quo nõ venitur ad fidem & primam ſalutem; comes quoque virtutum eſt & ſecura cuſtodia. p.492.n.100. & 101.per tot.§.7.

Timorem inter & ſecuritatem mediat ſpes. p.459.n.76.q

Titulus.

Titulus operis argumentum monſtrat & auctorem.p.257.n.4.g

Titulus librorum ſacræ Scripturæ, principium ipſorum.ibid.h

Titus.

Titus & Veſpaſianus, vrſus & leo.p.382.n.25.

Torcular.

Torcular quid ſignificet, & egregia illius loci Scripturæ expoſitio, *Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda*.p.318.n.231.

Tranquillitas.

Tranquillitatis nomine quid ſignificetur.p.165. n.89.q.r

Tranquillitas,Dei imago.p.576.n.14.d
Tranquillitas animi non inuenitur niſi per labores.p.77.n.255.

Trebonius.

Trebonius miles importunè ſollicitatus à ſuo duce ad ſtuprum,occidit ipſum.p.448.n.36.

Tres,Tria,Tribus.

Tres in gloria pares.p.598.n.10.z
Tria quæ ſuperari nequeunt. pag. 594.n.66. e.& p.576.n.14.e
Tribus Iuda & tribus Iudę diſcrimen.p.141.n.30.

Tributum.

Tributorum exactio rigoroſa populum diſſoluit, & liquefacit.p.268.n.46.
Tributa moderanda ne populus liquefiat. ibid.t. Nam Deus factus eſt homo vt conſolaretur ſeruientes ſub tributo.n.47.u
ſub Tributum redigi quàm durum,acerbum,iniurioſum.p.168.per 101.§.6.
Tributorum ſeruitus quomodo & ad quid inuenta.p.76 n.250.
Tributa à populo iure exiguntur. ibid.n.251. i.l. Duplex peccatum Principum in illorum impoſitione.p.76.n.252.m.n.o
Tributorum adeo plerunque duri exactores, vt viuos decorient homines, quos vt afficeret pudore Chriſtus,natus eſt in mundo. pag.77. n.254. q.r

Trinitas.

Trinitatis myſterium in menſura trium modiorum adumbratur.p.220.n.91.g

Triſtitia.

Triſtitia facta eſt propter peccatum.p.128.n.39. e.& p.453.n.56.b
Triſtitiæ alleuamentum,amici condolentia.pag. 274.n.74.

Trophæum.

Trophæa effigiem crucis referunt.p.277.n.87.f

Tropologia.

Tropologia quid ſit.p.36.n.132.z

Tunica inconſutilis.

Tunicæ inconſutilis indiuiſio quid figuret.p 56. n.197.b

Turris.

Turrium diſpoſitio in murorum ambitu qualis eſſe debeat.p.344.n.40.t

Turtur.

Turtur viduitatis ſymbolum. p.179. n.124.g. & quare.ibid.g

Tyrannus.

Tyrannus non facilè deponit purpuram, & quare.p.93.n.300.l
Tyranni martyribus texunt coronas.p.553.n.42.t

Tyrij.

Tyrij propter irriſionem Hebræorum miſeriæ, 70.annorum exilio puniti.p.275.n.78.e

V

Vagari.

VAgari & peregrinari in fœmina idem ac honeſtè agere.p.299.n.165.d

Vaſa.

Vaſa iniquitatis bellantia, quis ſenſus horum verborum? p.26.n 90.91.& ſeqq.

Vau.

Vau litera figuram refert vncini. p.294.n.153.b. Copulatiua eſt.ibid.c.p.295 .n.154.e

Vbera & vulua.

Vbera & vulua, duo fontes fœcunditatis humanæ.p.110.n.350.e

Vectes.

Vectes æterni quid ſint.p.506.n.49.50.& 51.
Vectes ferrei quid adumbrent.p.ead n.52.

Venia.

Venia non præſumenda,ſed optāda.p.183.n.134.a

Venire.

Venire idem quod *creſcere & florere*.p.113.n.356.e

Venter.

Ventris nomine, cor & viſcera ſignificantur, in Scriptura. p.327.n.263.

Venus.

Venus cur ſedens efficta à Phidia.p.191.n.12.d
Venus prophana non aliunde cognita, niſi quia odoribus affluebat.p.226.n.11.m
de Venere infanda gentilis homo non loquitur niſi operto capite & ſub verborum metaphoris,quanto magis Chriſtianus? p.447. & 448. n.34.& 35. Præclara non pauca contra huiuſmodi homines habes in §.4.p.448.& 449.

Verbum.

Verbum temerè emiſſum, redit per iugulum. p.463.n.5.l
Verba cum mente in anima nobili cohærent. p.462.n.5.h
Verba pretioſa cum ratione ſunt colligata pag. 463.n.5.m
Verba de præterito in æternitate pro futuro. p.548.n.22.a
Verborum flumina currunt plerunque ſine gutta mentis.p.63.n.210.l
Verbi ambiguitas duplicem ſenſum facit. p.622. n 97. u

Verbum Diuinum.

Verbum Domini factum eſſe,idem eſt atque ſpiritum propheticum alicui fuiſſe communicatum. p.463.n.7.p
Verbum Domini, idem eſt atque reuelatio diuina,& viſio Domini.p.463.n.7.q.& r
Verbum diuinum in perditiſſima moribus regione conceptum eſt.p.71.n.237.d
Verbi æterni exitus in terram Nazareth. Lege §.1.p.72.
Verbum etiam æternum attractum à carne de qua naſci debebat.p.147.n.46.a
Verbum incarnatum habet vim vniendi vniuerſa.ibid b
Verbum diuinum aſſumpta carne profugum quodammodo ad nos veniſſe voluit Hieron. & Remigius.p.470.n.30.ſ
Verbum caro factum eſt vt habitaret nobiſcum. p.153.n.60.ſ
Verbum caro factum vt lacte nutriret nos.p.93. n.299.f
Verbum in carne aſſumpta diuinitatem præcinxit.p.92.n.299.per tot.§.1.tract.18.

Verecundia.

Verecundia ſupplet quod meritis deeſt,ad pedes Chriſti.p.202.n.36.z
propter Verecundiam fœmina in mari mortua, prona iacet.p.201.n.35.x
Verecundiæ ſedem in genis poſuit natura parens.p.201.n.35.n
Verecundia ſæpe importuna neceſſitatibus eſſe ſolet.q.211.n.63.i
Verecundia animæ conuerſæ,adeo potens eſt, vt cælo vim inferat p.202.n.36.
Verecundior homo in hominem quàm in Deum. p.615.n.71.f

Veritas.

Veritas non eſt deſpicienda propter fictionem hypocriſis.p.620.n.87.
Veritatis ſimpliciſſimæ ſymbolum,color lactens. p.62.n.209 z

Veritatis lex in ore Sacerdotis.p.578.n.21.a

Vernum tempus.

Verni temporis elegantiſſima deſcriptio. p. 101. n.325.o

Veſpaſianus.

Veſpaſianus Imperator pro Meſſia habitus.p.43. n.154.

Veſtimentum, Veſtis.

Veſtimentorum tria genera licita, & quænam hæc ſint. p.229.n.19.p

Veſtis antraxina, veſtis lugubris. p.129. n 41.

Veſtis lugubris in funeribus qualis.p.129.n.40.41.

Veſtis pontificalis quid repræſentabat apud Hebræos.p.135.n.14.per tot.Quid de veſte Chriſti. n.15.n

Veteres.

Ve eres cur in montibus longiùs ab hominum commercio ſepeliebantur. p.123.o. 17. x, z

Veterum in curandis funeribus cæremoniæ variæ.p.124.& 125.per tot.§.vnicum.

Veteres atroces in cremandis corporibus. p.120. o.7.a

Via.

Via ad Deum eſt animæ ſuæ agnoſcere improbitatem.p.402. (non 406.)n.94.q

Vias ſolitarias eſſe in populoſa ciuitate, idem eſt atque lugentes. p.285. n.121.z

Viæ Sion quare ſolitariç factæ ſunt.p.285.o.122.a

à Via recedere quid ſit.p.582.n.32.

Viciſſitudo.

Viciſſitudines rerum non detinent animum virilem. p.401.n.90.e

Victoria.

Victoria ſine obedientia,nulla obtinetur. p. 600. n.15 p

Victus.

Victui neceſſaria non aliter quærenda quàm ſecundùm legis præſcripta.pag.188.o.8.per tot. §.2.tract.15.

Videre.

Videre verbum,pro,certò deprehendere. p. 235. n.32.b

Vidua, Viduitas.

Vidua & domina an ſynonyma. p.267. n.37. 39. & 42.

Vidua Hebraicè *ſilens*.p.267.n.42. h

Viduæ veræ, quæ. p.441.o.10. n

Vidua & pupilla, gens Hebræa. ibid.x

Viduarum lachrymæ maximè ad cælum conſcendunt.p.278.n.91.e

Viduarum genus ingratum non vitio naturæ,ſed neceſſitate egeſtatis.p.215.n.75.n

Viduas & pupillas humiliare quid ſit.p.112.n.57.

Viduas prohibet Apoſtolos foras exire.p.188,n.7. 1. Satis illis in veteri lege prouiſum. n.8.u

Vidua meliores exiſtimat ornatus quibus vitia corporis quam quibus arma vincuntur.p.181. n. 127. p. Bella diſponit, triumphos. ibid. q. Tunc maximè felix & fortis, cum maximè infelix & deſolata. ibid. t. Deliciæ ad eius pudicitiam tuendam ineptæ.ibid.t

Viduæ neceſſaria eſt perſeuerantia in ieiunio,cui pallor & ſordes ſint gemmæ.p.179.n.124.f

Vidua pulchra, quæ maximè ſenex. ibid.i

Viduæ nomen non eſt calamitatis, ſed honoris maximi.p.179.n.124.l

Vidua,quæ delicatè viuit,mortua videtur.ibid.m. Pro mortua ſe gerere debet. ibid. o. Delicatæ appellantur quæ maritum habent. ibid. o

Viduæ bona commendatio ſint iuges lachrymæ. p.179. n.124. p. Verè vidua eſt quæ amaritudine plena eſt.ibid.q

Viduarum patrocinium ſuſcipere Deus non dedignatur,poſthabitis regibus & tyrannis. p.180. n.125.t

Vidua quanti eſt cuius aſſertor Dominus? non tantum datum virginibus. ibid.z

Vidua laborioſior virgine,virgo felicior. ibid.a

Viduæ oratio quanti ſit meriti. p.189.n.126.

Viduitas vera demonſtratur in Noemi. p. 177. n.120.h

Viduitatis veræ imago ex Hieronymo. pag. 179. 124.e.Eiuſdem ſymbolum turtur. ibid. g

Viduitatis incommoda ex Nyſſeno. ibid. r

Viduitatis patrocinium ex dignitate Deus ſuſcipit.p.180.n.127.

Viduitatis luctuoſæ robur & fortitud[illegible] pag.180. n.127.

Viduitatis præceptum eſt rarò in publicum, & religionis tantũ cauſa procedere.p.180.n.126.e

Viduitas res planè miſeratione digna.p.440.o.10. e. Soli fidei diuinæ commiſſa. ibid.f

Vigilare, Vigilia.

Vigilare verbum quid ſignificet, præſertim in his verbis, *Vigilauit iugum iniquitatum mearum.* p.315.n.220 e,& 221. f

Vigilantibus Deus primò in carne apparuit.pag. 191. n.14. m

Vigiliæ noctis tres.p.365.n.110.u. Alij numerant quatuor.ibid.x

Vilis, Vile.

Viles illi ſunt qui ſectantur carnalia deſideria. p.309.n.199.n,p,q

Viliſſima,ſtercora vocantur.p.575.n.11.

Vile non eſt quod cum lateat, fama proditur. p.238,n.39.d

Vilitatis propriæ confeſſio,breue eſt ad honores compendium. p.207.n.51.per tot. §.2.

Vinctus.

Vincti terræ peccatores ſunt non reſipiſcentes. p.399.n.84. Quorum finis deſperatio eſt, & exitus per ſuſpendium.pag.ead.n.84. n,& o

Vincti terræ dicuntur etiam omnes in terra viuentes.p.399 n.85.p

Vinculum.

Vinculum maritale arctius quàm patrum ad filios. p.144.n.38.a

Vindicta, vide *Vltio.*

Vindicta iuſtitiæ coætanea,atque conciuis.p.172. n.104.o

Vindicta diuina tantam præſefert clementiam,vt videatur ædificare cum deſtruit. p. 346. n. 46. per tot.§.2.

ad Vindictam non deſcendit Deus niſi importũnis malitiæ clamoribus prouocatus. p.467. n. 20.per tot. §. 6

Vinea, Vitis.

Vinea Domini quæ ſit. p.54.n.192. f. Vitis infirmitatis humanæ figura, & quare. ibid. g

Vinea non aliter reddit fructum quàm ſanguine agricolæ.p.55.n.192.h, Duplex illi cura adhibenda vt fructum ferat.p.55.n.193.l

Vineam ſuã ſic excoluit Chriſtus, vt ipsũ æquaſſe,ſeu etiã ſuperaſſe videatur ipſa. ibid.m. Adhæſit ipſi tanquam ſuppoſito myſtico. ibid.n

Vitis plantatio,conceptionis Chriſti ſimilitudo, p.55.n.194.q

Vineæ,ſeu Eccleſiæ quàm vberrimi fructus. *Vide* §.3.tract.11.p.56.& 57.

Vinum.

Vinum totius voluptatis & lætitiæ ſymbolum. p.59. n.204.m. Supremam amoris efficaciã in ore Chriſti Domini præfigurat. ibid. n. Præfert etiam ſupernæ patriæ delicias. ibid. o

Vini & charitatis amplior ſimilitudo,quia vinum & amor ecſtaſim faciunt. p.60.n.205.p

Index Rerum

Violatio.

Violatio virginum, per ſe ſolum ſacrilegium. p.446.n.31.d

Vir.

Vir optimus ſuauiter excipit & fortiter defendit miſeros. p.199.n.31.a

Vir & mulier bene conſentientes Spiritui ſancto placent.p.165.n.89.b

in Viro vituperatur omnino qui in fœmina ornatus eſt honeſtus.p.231.n.24.r. Illius formæ dignitas non venuſtate ſed exercitationibus tuenda eſt.ibid. ſ. Eiuſdem habitus non cultus mundiis, ſed virilis verè ac militaris eſſe debet.ibid.t

Viros omnes dedecet ornatus mollis, maximè verò Luſitanos.p.231.n.24.u

Vir propriæ vxori alienam ſuperinducens lachrymis operit altare Domini. p. 589. & 590. n.56. per tot.§.5.

Vir fortis, Deus immobilis.p.108.n.348. c. Cum quo ex pari viuit fortitudo. ibid. d. vel forte ſupra, ex Seneca. ibid.e

Viri fortes qui dicantur. p.398.n.81. Genus Dei ſunt.n.82.h

Viri fortes, probi, illuſtres & magnifici ſi tollantur è Republica, ſupplicum eſt diuinum. pag. 317.n.227.b

Viros fortes non dedecent cadentes moderatè lachrymæ in ſuorũ funeribus.p.126.n.32.& 33.

Viri excellentes, quorum doctrina & exemplo gubernatur Eccleſia, nonnunquam propter aliqua ſcelera auferuntur. p.319. n.234.ſ

Viros fortes non dedecent querulæ voces in calamitate ſuprema, dummodo nihil vanum præ iracundia, aut indignum præ timore effutiant.p.374.& 375. per tot.§.1.

Viri ſancti non niſi præcepto impoſito ad dignitates accedunt.p.463.n.8.a

Viri ſancti irriſores homines auerſantur maximè. p.384.n.33.d

Viri vbique poſſunt amicos habere, mulieres autem non niſi vicinas habent. p.188. n.7.ſ

Virga.

Virga inſigne regium.p.40.n.145.& p.41. n.146.

Virginitas, Virgo.

Virginitas laudabilis in lege noua.p.110.n.351.h. Imò & neceſſaria propter temporis breuitatem.p.111.n.351.h. & præcipua fœlicitas huius temporis. ibid. i

Virginitatis prærogatiuæ. p.447.n.31.e. Illã violari aliquando Deus permiſit, & quare. ibid. f

Virgo Mater cur in Nazareth orta ſit. pag. 71. n.237.d,f

Virgo Mater pars & magnum incrementum familiæ Chriſti.p.155.n.67.u

Virgo puritatis titulus plerunque exiſtit maioris condemnationis reatus. *Lege* §.2.p.318.

Virginis nomen frequentiſſimum in ſacra Scriptura, & quid ſignificet, & quibus conueniat. p.318.n.232.o. & 233.

Virgines appellantur plerunque vrbes in ſacris paginis, non tamen propter pudicitiam.p.337. num.13.

Virginum ſacrarum velamen vnde ortum habuit. p.240.n.44.u. Verecundiæ ſignum eſt. ibid. x

Virgines olim aperta facie, vxores operta in publicum procedebant, & quare. p.227. n.14. x. Inde forte mos velandi ſacras virgines poſt votorum emiſſionem ſolemnem.ibid. z

Virtus.

Virtus incipiens probatur ſermone rigido, ſicut noui fructus torrentur igne.p.177.n.118. ne Virtus ſit fluida, potenti ſermone coquatur. ibid. d

Virtutis ſcintilla in medio malorum ſufficit ad miſericordiam Dei conſequendã.p.478.n.53.x

Virtus carnis Chriſti & in maioribus ſuis veluti ferrum magnum, traxit gratiam Moabitarum ad Elimelech.p.147.n.45.r

Virtus bono nomine decorata, ſibi vitã, aliis miſericordiam impertitur.p.202.n.37. per tot.

Virtus vnaquæque ſuam loquitur victoriam ſed obedientia cæterarum triũphos.p.190.n.10.n,o

Virtus odioſum per omnia ſenem, reddit pulcherrimum.p.202.n.37.d

Virtus quanuis occultetur, latere non poteſt.pag. 238. n.39.b. Ad inſtar horti clauſi cuius odor late diffunditur. ibid.

Virtus ſit occulta.p.620.n.87.m

Virtus in viro & in muliere einſdem generis eſt, ſi hæc ſit ſtrenua.p.252.n.21.l

Virtutis partus gaudium eſt, ſenſuum verò dolor. p.472.n.34.l

Virtuti fortuna comes. p.191.n.14.

Virtutem ſequitur gloria quaſi vmbra. pag. 202. n.37.b

Virtutem habens propriam inhabitat domum. p.182.n.132. h

ad Virtutem valet multum, loci decentia, bonorum ſocietas & exercitij bonitas.p.214.n.73 d & quare. ibid.e

ad Virtutem conſeruandam vel augendam nihil conducibilius quàm iugis Dominicæ paſſionis & mortis meditatio.p.497.n.15.i

Virtutes regiæ tres, quæ omnes in leone. p. 37. n.134.f,g,& n.135.& 136.

Viſio, Viſus.

Viſio priùs quàm prophetia.p.546.n.18.l. Differentia inter vtranque. ibid. m.

Viſus animo cognatione proximus.p.201.n.35.q Naturam eius viſibilem tanquam in ſpeculo repræſentat. ibid. r.

Vita.

Vita lucis nomine vel etiam felicitatis in ſacra Scriptura venit.p.375.n.6.& 7.e,f

Vita quæ optima, non quæ iucundiſſima ſequenda. p.170.n.101.u

Vita præſens, deficiente ſpe, gehenna foret. pag. 392.n.58. b

Vitæ longæuitas pietatis prærogatiua. pag. 149. n.49. d

Vitæ humanæ miſeria moraliter expreſſa ab authore ab initio vſque ad finem. p.116.n.368.f

Vita morbida, ſicut ægritudo, retegenda vt ſanetur. p.486.n.79.b

Vita ſupplicium iis quibus ignis & aqua interdicitur. p.441. n.12. b. Sicut Hebræis accidit. ibid. c

Vita ſceleratis fit infernus. p.474.n 40. f

Vita hominis morte fortior.p.92.n.298.n

Vitam ſolitariam ſemper habuerunt in votis viri philoſophi, & prudentes.p.394.n.69.a. Vtpote ad tranquillitatem animæ accommodatiſſimam. p.395.n.69.b

Vitioſus, Vitium.

Vitioſus non niſi in turpibus quieſcit. pag. 477. n. 50. l

Vitia quædam cum per ſe conſiſtere nequeant, virtutibus adhæreſcunt, earúmque veſtes induunt. p.560.n.58.

in Vitiorum certamine victo fit victor deterior. p.84.n.277.t

Vitulus.

Vitulus ſaginatus, caro Chriſti in Sacramento. p.97.n.315.l

Vitulus

Vitulus immolatus in Scriptura ſignificat Chriſtum Dominum. p.24 a

Viciſcens, Vltio.

Vlciſcens, furens appellatur. p.413.n.133.e

Vltio ſine pœna nulla venit ſuper Iſrael in qua non fuerit punita adoratio vituli.p.361.n.98.u

Vltionis diuinæ perſequutio, egreſſio manus Domini contra aliquem.p.172.n.104.

Vltio diuina, manus externa. ibid.

Vncinus.

Vncini & diuinæ vindictæ cõparatio. p.294.n.153.d

Vngere, Vnguentum, Vnctio.

Vngere in S.Scriptura, idẽ quod eligere.p.114.n.361.q

Vnguentum pretioſum, ſymbolũ impudicitiæ, & ad ſolas impudicas mulieres pertinet. p.226.n.11.i,l

Vnctio poſt baptiſmum. p.243.n.52.x

Vnctio aromatica, quarta in cuirandis cadaueribus cæremonia, fiebat per 40. dies. p. 125.n.27.q,r

in Vnctionibus meretricio more grauiſſimum peccatum.p.227.n.13. per tot.

Vnio, Vnitas.

Vnio etiam ipſo potentior amore. p.144. n.28.b

Vnio malorum in malum. *Lege* §.1.pag.16.& 17.

Vnitas Dei & hominis in Chriſto quanta.pag.161. num.81.r

Vnitas inter Eccleſiam & Chriſtum dum in Sacramento accipitur, quanta. p.57.n.198 g

Voluntas.

Voluntas humana qualiter ſe cum diuina conformet in iuſtis. p.352.n.69.p

Voluntas noſtra pediſſequa gratiæ, non præuia.pag. 457.n.71.z. Patet id in incuruata per diabolum & liberata per Chriſtum. ibid. a

Voluntati nihil magis repugnans ſecundùm ſe quàm quod præcipitur. p.190. n.11.x

Voluntatem ſuam implere, cæci eſt, non conuerſi ad Dominum. p.189.n.9.f. Exemplo Chriſti non facientis ſuam ſed Patris voluntatem. ibid.g,h,i

Voluptas.

Voluptas & virtus, duę noſtrę vxores.p.173.n.170.e,f

Voluptas nunquam ſine labore.p.77.n.256.e

Voluptas & dolor inuicem cedunt, breuior voluptas. p.536 n.44. x

Voluptas impios habet, non ipſi voluptatẽ.p.9.n.27.

Voluptate delectari miſerrimum,p.226.n.259.

In Voluptate violenta mors. p.601.n.18 x

Voluptas corporis in iuuenibus miſeranda, in ſenibus prodigioſa. p.170.n.101.o

Voluptas virtutem non ducit, ſed ſequitur. p. 170. n.101.t. Non merces, nec cauſa virtutis eſt, ſed acceſſio. ibid. x

Voluptatis periculum magis interdum quàm vitæ timent homines, tanta eſt eorum dementia. pag. 537.n.49.h

Voluptatum memoria longior & fidelior quàm præſentia. p. 450. n.46.

qui Voluptatibus ſeruit, tentorium Dei in ſe, ſuis ipſe manibus demolitur. p.344.n.37.

à Voluptatibus corporis ſeparatum oportet ſpirituali recreari gaudio. p 210.n. 62. e. Quod gaudium adeo excellens eſt plerunque, vt à gaudio cæli paululum differat. ibid.f

Votum.

Votum animæ conuerſæ religioſum eſt ſi promittas adire loca ſancta. p,505. n.46.m

Votum miſerorum perpetuum ad priſtinam felicitatem reſpicere.p.457.n.72.b

Votorum locus eſt tunc præcipuè, cum ſpei nullus eſt. Explicatio horum verborum. p. 329.n.269. & p.162.n 82.r. & p.272.n.61.

Vota filiæ nuptæ conſenſum patris requirebant, vxoratæ verò mariti placitum.p.166.n.

Vota in tempeſtate maris concepta quàmprimùm ex ſoluere, & apud Chriſtianos, & Ethnicos etiã in ſumma religione fuit. p.492.n.102. & 103.

Vox.

Vox Chriſti potentior quàm aſpectus.p.61.n.207.h. Cur non omnes ad ipſius ſequelam permouerit. ibid.n.208.

Vrbs.

Vrbs commoda nec maritima, nec à mari multùm remota, & quare. p.69.n.232.d,e

Vrbes idulolatræ etiam virgines appellantur in ſacris paginis.p.318.n.232.& 233.

Vrias.

Vrias, Iudaicus populus, & quomodo. p.151.n.57.z

Vrſus.

Vrſus iracundiæ ſymbolum. p.382.n.24.l

Vrſus in cælo aſpicit retro, & quare. ibid. m

Vrſum inueniſſe quem ſperaueras pium, miſerrimum ſanè eſt. p.381.n.25.n

Vrſi duo fuere Iudæis Nabuchodonoſor & Titus. p.382.n.25.o

Vt.

particula *Vt* pro *&*, apud Hebræos. p. 509.n.62.l

particulæ, *Vt*, duplex ſenſus. p.311. n.206.q

Vulneratus, Vulnus.

Vulnerato non ſatis eſt ſpicula de corpore detrahere, niſi remedium adhibeatur. p.218.n 84.e

Vulnera pateant neceſſe eſt, vt fluant diuinæ medicinæ vulnera.p.486.n.79.t

Vxor.

Vxor ad virum ſicut ſpeculum ſimilitudinem referat.p.143.n.37.t. Debet ſequi maritum miſerum, aut qui ex cauſa aliò proficiſcitur.p.144.n.37.u,x

Vxor quæ maritum ſuſtinet aduerſarium, Deum certiùs inuenit protectorẽ.p.590.591.n.59.60.& 61.

Vxoris erga virum obedientia, & viri in familiam cura. *Lege* §.5.p.143. per tot.

Vxorem ſorte ducere, moris erat veteris. pag.166. n.91. per tot.

Vxorum duo genera apud veteres. p.81.n.267.h,i,l

Vxores duas habet quiſque noſtrum ſibi inuicem inimicas, voluptatem & virtutem.p.173.n.107.e,f

Z

Zabulon.

Z*Abulon in littore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sydoniam.* huius vaticinij egregiam expoſitionem habes à tract.15.ad 18.p.69.70.& ſeqq.

Zacharias.

Zachariæ occiſio inter templum & altare controuerſa diſcutitur & reſoluitur.p.369.per tot.§.2.

Zacharias Propheta ſub Honorio Imperatore inuentus viuus apparebat, quamuis plurimis ſæculis ſub terra iacuiſſet.p.125.n.25.in princ. col.

Zain.

Zain vocis Hebrææ ſignificatio, & expoſitio literalis. *Vide* §.1. tract.8.p.295.& 296. & §.2.n.161.x

Zelotypia.

Zelotypia, cuiuſque domus excidium, præſertim vbi pluralitas coniugum eſt. p.240.n.10.n. Quid ſit ex Cicerone.ibid. Plura exempla habes n. 11.

Zuinglius.

Zuinglij error circa Euchariſtiam euincitur. p. 32. n. 118.l

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

1. 6. 5. d.